VETVS TESTAMENTVM SECVNDVM LXX LATINE REDDITVM ET EX AVCTORITATE SIXTI V. PONT. MAX. EDITVM

ADDITVS EST INDEX DICTIONVM & loquutionum hebraicarum, græcarum, latinarum, quarum obseruatio visa est non inutilis futura.



ROMAE

IN ÆDIBVS POPVLI ROMANI M.D.LXXXVIII.

APVD GEORGIVM FERRARIVM.

Ordo librorum veteris Testamenti in hac editione.

SIXTO QVINTO
PONT. MAX.

ANTONIVS CARAFA CARDINALIS
SANCTÆ SEDIS APOSTOLICÆ
BIBLIOTHECARIVS.

SVPERIORE anno sacrosancta LXX. interpretum græca Biblia ad vetustissimorum, probatissimorumq; codicum fidem ab eruditissimis viris ad id munus delectis accuratè recognita iussu S.tis V. in lucem prodierunt. Eadem nunc ijsdem (quantum fieri potuit) verbis, quibus vsi sunt Latini Patres auctoritate S.tis V. latinè reddita, & Flaminij Nobilij viri vtriusque linguæ peritia, multiplicíq; eruditione excellentis notationibus illustrata sub felicissimo eiusdem S.tis V. nomine emittuntur: Eo videlicet consilio, vt perpetuò testatum sit, cuius prouidentia vtraq; interpretatio Græcis æquè ac Latinis prompta tandem fuerit; & cuius beneficio sacrarum litterarum studiosi tanto bono perfruantur. Etenim spero fore, vt inter ceteras eximias S.tis V. virtutes, excelsam illam nullis difficultatibus retardatam animi magnitudinem tùm ad maxima quæq; pro vtilitate Ecclesiæ capessenda, tùm ad sacras potissimùm litteras, quibus planè viuimus, illustrandas (quarum sanè gratia nuper magnificentissimam, & omnibus ad optimos libros imprimendos adiumentis ornatissimam in Vaticanis ædibus instituit typographiam) non ætas tantùm nostra, sed omnis etiam posteritas maximis semper laudibus prosequatur: tùm verò S.ti V. gratiam immortalem habeat, quòd eius nutu, atque imperio præclara Sanctorum Patrum monumenta longè facilius, fructuosiusq; intelligi, tractaríq; iam possint. Quod quidem ad ipsorummet Patrum gloriam amplificandam, ad ornandam Ecclesiam, ad animas Dei verbo nutriendas, & ad Iesu Christi nomen propagandum mirificè valet. Tali igitur

ſi igitur ſpe tantopere delector, vt qui nihil vnquam facio libentius, quàm vt S.ti V. omnibus in rebus inſeruiam; in hac equidem re præcipuo ab ipſa beneficio me affectum putem, quæ non indignum me exiſtimarit, cui eiuſmodi prouinciam committeret.
Deum immortalem ſupplex oro, vt ad Eccleſiæ amplificationem, & magna, quæ S.tas V. in dies facit, & maiora, quæ cogitat, ſuo ſancto Spiritu ſecundet.

PRAEFATIO

AD LECTOREM.

CVM Septuagintaduo viri & vitæ sanctitate & eruditione insignes ad Ptolemæum Philadelphum ab Eleazaro Pontifice, vt regis optimè de Iudæorum gente meriti honestissimæ petitioni cumulatè satisfaceret, missi sacros libros in græcum sermonē vertissent; tanta illius interpretationis auctoritas fuit; vt ab eodem sancto Spiritu, qui primùm hebraicè dictasset, profecta crederetur. Ea ab Apostolis ipsis & vsurpata & legenda Ecclesiis tradita, trecentos ferè post annos ab Origene relata est in Exapla, per quasdam quasi columnas ab interpretationibus Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, qui post aduentum Domini (& Aquila quidem ac Symmachus duplici editione) sacra Biblia verterant, distincta, itemq; à quinta, sexta, & septima, quas sine auctoris nomine, vt narrat S. Hieronymus, in libris præsertim, qui versu scripti essent, adiunxit. Quod etiam ab Isidoro est repetitum: quamquam in vetustis scholijs, in quibus multæ ex editionibus ab Origene propositis varietates lectionum afferuntur, quintæ duntaxat & sextæ in libris etiam metro conscriptis mentionē fieri animaduertimus: nec ferè Græci aliam septimam agnoscunt, quàm Luciani (qui ætate inferior Origene fuit, & de qua paulò post dicemus) interpretationem. Idem verò S. Hieronymus in minores prophetas duas alias se vidisse interpretationes testatur. Ceterum interpretationem lxx. virorum ad Origenis tempora non vsquequaq; sinceram peruenisse sæpe S. Hieronymus admonuit: ex quo factum sit, vt non eadem prorsus apud omnes Ecclesias haberetur, sed multæ Hesychium potius, aut Lucianum, quàm Origenem in suis lxx. sequerentur: atque omnes ferè aliquo loco, potissimùm in Daniele, alia potius interpretatione vterentur. Ex scholijs quidem, quæ subinde in notis afferentur, satis constat extitisse codices, in quibus variæ lectiones ipsius lxx. virorum interpretationis notatæ essent. Nec dubitat affirmare S. Hieronymus, si lxx. interpretum editio pura permansisset, superuacuum nouæ interpretationis laborem futurum fuisse. Idem tamen, vt Alexandrina exemplaria non semper probat, ita Origeniana tamquam satis pura & incorrupta ad Suniam & Fretellam

scribens

scribens commendat. Sequentibus autem temporibus istā Origenis editionem minus sinceram esse factam minimè mirandum est. Nam cum Origenes præter Exapla aliam quoq; editionem concinnasset ex interpretatione lxx. virorum & Theodotionis tralatione mistā, in qua, quæ in hebraico reperta, apud lxx. nō essent, ex Theodotionis tralatione sub asteriscis attexerentur, ijs autē, quæ vicissim apud lxx. haberentur, ab hebraico autem abeßent, obelus affigeretur; non defuerunt postea alij, (vt libenter sibi indulgent ingenia) qui ipsas etiam lxx. interpretum dictiones sæpe mutarent, ac pro istis vel Symmachi, vel alterius interpretis, vel suas etiam substituerent. Quod in Apollinario non semel reprehendit S. Hieronymus. Lucianus martyr in eodem fortasse instituto, verecundior tamen videtur fuisse. Huius enim interpretationem memoriæ proditum est cum lxx. interpretatione reiectis ijs, quæ ab alijs fuerant deprauata, consensisse. Hinc fluxit illa, quam multi septimam nominant. S. verò Hieronymus inquit Græcos tractatores communem & vulgatam appellasse, suo autem tempore λουκιανὸν *dici solitam: quæ in eo differret à lxx. quòd ipsa pro locis & temporibus, & pro voluntate veterum scriptorum corrupta esset, adde etiam (quod ex diligenti locorum à Patribus notatorum obseruatione constare potest) in vna Ecclesia pluribus, in alia paucioribus aliorū interpretum, præcipuè Theodotionis additionibus locupletata: tralatio autem lxx. interpretum sincera & incorrupta in Exaplis extaret, & Hierosolymis, atq; in Orientis Ecclesiis decantaretur. Talem etiam, qualis ista Lucianea, suspicari licet fuiße quintam illam editionem, cuius mentionem facit S. Augustinus libro xvij. de Ciuitate Dei, quamq; Isidorus Etymol. lib. vij. vulgarem vocat: in qua illi etiam libri haberentur, qui post lxx. ætatē scripti sunt, vt Ecclesiasticus, vt libri Maccabæorum. In hac tanta varietate vetustiores Patres nostri in commentarijs, atque explanationibus suis maximum studium eò contulerunt, vt interpretationem lxx. quam, vt hominibus pietate, scientiaq; præstantissimis, neq; temerè ad opus istud aggressis, sed à suo Pontifice delectis, ab ipso Spiritu sancto dictatam & insigni integræ consensionis (quæ satis constans opinio est) miraculo comprobatam, solam venerabantur, ceterisq; longè præferebant, ac si quid in ea omissum, additum, mutatum esset, id optima ratione, certoq; mysterio factum existimabant, ab alijs secernerent: ceteras verò hominum aut malæ fidei, aut ignotorum, aut qui suopte nutu, ac voluntate istam interpretandi prouinciam suscepissent, ad illius tantùm explicationem adhiberent. Nec raròmonuit S. Hieronymus id summoperè studendum eße, vt illa quàmpurissima haberetur. Quod tamen contra euenerat. Nam post S. Hieronymi ætatem, librariorum*

riorum primùm, deinde typographorum inscitia, & impudentia confusis varijs interpretationibus, alienoq́; loco positis, membris laceratis, ac luxatis, dictionibus sæpe contaminatis, liber ille, qui nascenti Ecclesiæ bonæ obstetricis, crescenti, nutricis officium præstiterat, non modo exiguo cum fructu, sed magno etiam cum dolore legebatur. Verùm vt ad vetustiora tempora redeamus, varietati græcarum editionum successit longè maior latinarum varietas. Nam quemadmodum scribit S. Augustinus libro II. de doctrina Christiana, vt quisque aliquid sibi facultatis in græca & latina lingua habere videbatur, ita simulac græcus codex in manus venißet, ausus est interpretari. Idem tamen Italã interpretationem ceteris anteponit, quæ verborum tenacior esset cum perspicuitate sententiæ. Quæ fortasse ea fuit, quam sæpe S. Hieronymus vulgatam vocat, S. Gregorius veterem; vt qualis fuit communis illa apud Græcos, talis hæc vulgata apud Latinos esset: nimirùm Itala ipsa, qua sedes Apostolica Romana vteretur, nonnihil tamen pro locorum & temporum varietate, & pro voluntate scriptorum immutata. Hanc S. Hieronymus emendauit, sed quantum aut sibi per codices græcos licere, (etenim multa adeò deprauata iudicabat, vt corrigi posse desperaret) aut satis esse ad vsum Ecclesiæ putauit: & ea quæ ex hebraico erant addita, libenter retinuit. Huius editionis (nihil nũc de nouo testamento dicimus) integrum corpus, quod sciamus, non extat. Partes multæ ex plerisque libris cùm apud ceteros latinos Patres habentur, tum apud S. Hieronymum in commentarijs, atque alijs libris. Ex eadem Psalterium, quomodo ferè à S. Hieronymo est emendatum, in hodierna quoque vulgata remansit: quare distinguitur non modo à Psalterio S. Hieronymi (quod ille ex hebræo, vt cetera, transtulerat) sed etiam à veteri & Romano, quòd ista duo aut ex alijs editionibus eßent, aut ex hac eadem nondum à S. Hieronymo emendata. Ex eadẽ remanserunt partes quædam Esther & Danielis, Prophetia Baruch, Epistola Hieremiæ, libri Maccabæorum, ex non canonicis tertius & quartus Esdræ. Sapientiæ verò & Ecclesiastici interpretatio, quæ in vulgatis Biblijs extat, ita vetus est, vt ea non modo S. Augustinus in speculo, sed Lucifer Caralitanus & S. Ambrosius & S. Cyprianus & alij vetusti scriptores vtantur. At idem S. Augustinus in alijs libris, & S. Hieronymus, (quod suis locis constabit) longè puriore & emendatiore sunt vsi: quæ aut ex alia editione fuit, aut ab eodem S. Hieronymo fuerat restituta. In ceteris verò partibus vulgata, qua nunc vtimur, est interpretatio S. Hieronymi ex hebraico, quam B. Gregorius nouam appellauit: quæ quamuis optima sit, ac iustißimis de causis edita, summamq́; habeat auctoritatem; magno tamen docti ac pij homines de-

nes desiderio afficiebantur, illam etiam, quam Latini Patres ante B. Gregorij tempora priuatim publiceq; ad fidei doctrinam, moresq; formandos adhibuissent, integram legendi: sine qua praeclarae illorum lucubrationis vix aut ne vix quidem percipi interdum possent, & ex qua eae saepenumero sententiae elicerentur, quarum pulchritudinem & efficacitatem vel ipse S. Hieronymus admiratur, quaeq; ad animos hominũ permouendos, atque inflammandos maximam vim haberent. Ac nonnullae etiam interdum voces & querelae audiebantur, Ecclesiae nutricem, postquam consenuisset, parum gratè despici, nullamq; eius rationẽ haberi: praesertim cum eius restitutio multùm ijs partibus, quae ex ipsa in vulgata nostra remanserunt, emendandis esset profutura. Leone x. Pontifice Maximo Franciscus Ximenes Archiepiscopus Toletanus S. R. E. Presbyter Cardinalis incredibili virtute, ac pietate vir amplissimarum Episcopatus sui opum partem huc libentissimè conferens, vetustissimis, optimisq; exemplaribus vndique accuratè conquisitis, & Roma vsq. acceptis, doctissimisq; hominibus accersitis, cum Biblia Compluti imprimenda curasset; non modo hebraicam lectionẽ, eiq; respondentẽ vulgatã nostram latinã, sed etiam graecam, quam lxx. interpretum dixerunt, aliamq; ei respondentem latinam dedit. Quae etiam nonnullos ab hinc annos Antuerpiae politissimè sunt impressae. Verùm quod ad graecam editionem pertinet, Complutenses (à quibus Antuerpienses minimè discedẽdum sibi putauerunt) hanc rationem sequutos comperimus. Primùm, quòd illi, qui Exapla, Tetraselida, Octoselida composuerant, plures editiones, quae aut è regione sibi inuicẽ respõderent, aut una alteri supponeretur, simul sub aspectum dantes necessariò fecerant, vt seriẽ graecae lectionis ad seriem hebraicae nõ modo in libris, sed in capitibus librorum, atque eiusdem capitis sententijs reuocarent (quare ex antiquis scriptis saepe deprehendimus longè alium fuisse in simplicibus, atq. in multiplicibus, & quasi coagmentatis exemplaribus ordinem;) idem etiam Complutenses, cum & ipsi hebraicam praeponerent, eique ceteras attexerent, iure optimo fecerunt. Deinde longius progressi, cum è graecis vnicam darent; in eo iam non Exapla, sed alteram illam Origenis editionem hac ex parte imitandam sibi statuerunt; vt quae in hebraico erant, si in lxx. deeßent, ex alia interpretatione explerent: in eo autem ab Origenis instituto discesserunt; quòd quae in lxx. supererant, quaeque Origenes satis habuerat obelo notare; ipsi saepenumero resecarunt: ac praeterea delectu ipsarũ etiam dictionum habito, collatisq; exemplaribus non modo Bibliorum, sed etiam graecorum commentariorum, vbi varia se offerebat lectio (quod frequentissimè euenit;) eam probarunt, ac retinuerunt, quae ad hebraicam propius accederet: quamuis id aut libris

desti

destituti, aut tædio victi non perpetuò fecerint. Quod quidem eorum in hac postrema parte consilium nos minimè reprehendimus: sed S. Hieronymo in Apollinario non est probatum: atque, vt laudandum sit, omnino tamen non ad lxx. interpretum editionem constituendam, sed ad nouam quamdam ex multis permistam excudendam videtur pertinere. Sixtus Quintus ad optima & maxima quæque à Deo factus, nouẽ ab hinc annos cum Cardinalatum gereret; pro singulari sua sapientia, atque assidua & accurata sacrorum librorum tractatione, quanti hæc res ponderis esset, probè intelligens, Gregorio xiij. Pontifici religionis et publicæ vtilitatis studiosissimo auctor fuit, vt hanc Pontifice dignissimam cogitationem susciperet, præclarumq; hoc Ecclesiæ ornamentum diutius desiderari ne pateretur. Quod ille libenter annuit, eamq; prouinciã Antonio Cardinali Carafæ, cuius prudẽtiæ, eruditioni, fidei nihil tanti ponderis erat, quod non rectissimè cõmitteretur, demandauit. Sed Gregorio uiam vniuersæ carnis ingresso, Sixtus Quintus summo Ecclesiæ bono Pontifex factus, quod opus Cardinalis suaserat, Pontifex eiusdem Cardinalis Carafæ opera usus perfecit. Et in græca quidem editione, cum simplex codex daretur, quæ ratio sit adhibita; satis in illius præfatione dictum est. Nam & tutius & rectius visum est non recedere ab optimis exemplaribus, atque adeo à Vaticano illo, quod inscriptione, quæ est, κατὰ τοὺς ἑβδομήκοντα, charactere antiquissimo litterarum, integritate dictionum, aspera quadam simplicitate constructionis, locorum à Patribus ex lxx. recitatorum collatione, quòdque ea, quæ in lxx. non haberi vetusti scriptores testantur, ab hoc vno plerumque absint, videri potest ex melioris notæ exemplaribus, quæ vel ipsius S. Hieronymi tempore ex lxx. editione, quomodo illa in vsu Ecclesiarum erat, circumferrentur. Ac tamen quoniam nihil vsquequaque integrum est, & alias quoque interpretationes conferre non est inutile; positæ sunt in notationibus aliæ lectiones, ex quibus boni aliquid excerpi posse videbatur. Quod in hac editione latina cumulatius est factum, quò lectori alios libros adeundi laborem minueremus: vt pauca iam in alijs etiam impressis libris benè habeant (nam quæ malè, raró putauimus indicãda;) quæ in nostris notationibus non reperiantur. Quod autem ad latinam interpretationẽ pertinet; diligenter operã dedimus, vt quæ ipsius sanctæ scripturæ partes à latinis Patribus alicubi recitantur, eas eodẽ modo atq; ab ipsis sunt recitatæ, nisi aut illorum inter se, aut nostri Exemplaris varietas obstaret, poneremus; in reliquis, quas recitatas non inuenimus, eadem verba, easdem loquutiones, quantum res ipsa ferret, retineremus. Prorsus autem, vbi nobis integrum fuit, ingenuè profitemur incultam nos illam sequutos interpretandi rationem, in qua verbum

verbo

verbo redditur, paulò durioris cõstructionis reprehensionem parum ve ritos. Etenim animaduertebamus hanc ipsam interpretandi rationem ipsos lxx. constantissimè tenuisse, hanc, qui inter latinos tenuerunt, summopere à Patribus, ac potissimũ S. Augustino laudatos videbamus. Ipse S. Hieronymus licet in alijs scriptis sensum exprimere de sensu satis haberet, & linguæ, in quam verteret, quasi saporem præstandum iudicaret: excipiebat tamen scripturas sanctas, vbi, inquit, & verborum ordo, & mysterium est. Ac certè quæ si naturalem illam, quantumuis asperam constructionem retineant, plures & optimas sententias ferunt; eæ plerumque, si elegantiæ studio ad compositionis concinnitatem, & quasi in orbem quemdam redigamus, vnam tantùm, & quam nobis libuerit, referunt. Quòd si tamen S. Hieronymus elegantiam quamdam interdum adhibuit; multa illi ob scientiæ, ac diuinæ gratiæ abundantiam licuerunt; quæ nec nos nobis putamus, neque alij etiam sibi licere facilè putare debebunt. Ac multa tamen in notationibus dictæ sunt, quæ ad istam asperitatẽ leniendã faciant: septemq; S. Augustini libros loquutionum sacræ scripturæ ab ijs, qui ad hæc nostra accedent, aut iam esse perlectos, aut simul cum his nostris legi vehementer cupimus. Præclarè monuerunt BB. Ioannes Chrysostomus, & Gregorius suas habere scripturã sanctam proprietates, cui concedendum sit, neque intra Donati regulas arctandam. Studio & labore in minimis etiam artibus opus est: nedum intelligentiam sacrarum litterarum, quæ res vna omnium grauissima est, oscitantes nos cõsequuturos confidamus.

SIXTVS PAPA V.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM. Cum dilectus filius Georgius de Ferrarijs Bi-
bliopola Cremoneñ. & Ciuis Romanus Græca Biblia Septuaginta Interpretum, aliàs iuſ
ſu fel. record. Gregorij Pp. xiij. prædeceſſoris noſtri, ſuaſu autem noſtro, qui tunc Cardi-
nalatus honore fulgebamus; cura verò ac diligentia dilecti filij noſtri ANTONII CARA-
FAE CARDINALIS Bibliothecarij Apoſtolici per eruditos viros ad fidem vetuſtorum
codicum expurgata nuper in hac Alma Vrbe noſtra ſua impenſa expreſſerit, & in præ-
ſentia eadem Biblia ſtudio eiuſdem dilecti filij noſtri ANTONII CARAFAE CARDINALIS in Latinum
conuerſa ſuſceperit imprimēda, ac iam imprimat; necnon Decretales etiam Epiſtolas plurimorum Roma-
norum Pontificum ex Bibliotheca noſtra Vaticana maiorem partem codē dilecto filio noſtro ANTONIO
CARAFA CARDINALE curante collectas, propediem ad communem omnium vtilitatem ſit impreſſurus,
dubitetq. ne huiuſmodi opera ab alijs iniuſſu ſuo imprimantur, quod magnum ei damnum afferret. Nos
propterea illius indēnitati conſulere, vt par eſt, volentes; & ne hi ſacri libri ab imperito aliquo impreſſi tur-
pibus maculis inquinentur, Motu proprio, & ex certa noſtra ſciētia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudi-
ne, omnibus, & ſingulis in noſtro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ dominio, nobis, eidemq. Sanctæ Romanæ
Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubiecto, vel ad illud vndequaque, quomodolibet acceden̄. necnon etiā
extra illud vbilibet in toto Chriſtiano orbe exiſtentibus Typographis, Bibliopolis, & librorū impreſſori-
bus, mercatoribus, & quibuſcunq. alijs vtriuſq. ſexus perſonis, cuiuſcunq. ſtatus, gradus, præeminētiæ, or-
dinis, & conditionis exiſtant, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub Excommunicationis maioris latæ ſentē-
tiæ, & quod nūc, & pro tēpore in noſtro, & Sanctæ Rom. Eccleſiæ dominio mediatè, vel immediatè ſubie-
cto commoran̄. etiā vltra præmiſſa amiſſionis librorū, ac mille ducatorū auri in auro de Camera pro vna
Bibliothecæ noſtræ Vaticanæ, & pro alia accuſatori, pro reliqua verò tertia parte Iudici executori irremiſſi
biliter applican̄. alijs arbitrij noſtri pœnis eo ipſo, ſi & quoties contra factū fuerit, & per quēlibet contraue
niētem incurren̄. Apoſtolica auctoritate tenore præſentium inhibemus, & interdicimus, ne Biblia Septua-
ginta Interpretum, ſic vt præfertur, expurgata, & emēdata Latina Græcaué lingua, latinis Græciſué chara-
cteribus, Decretaleſq. Epiſtolæ prædictæ de cætero ad Decenniū à fine primæ impreſſionis cuiuſq. libri
reſpectiuè inchoandū, & vt ſequitur terminan̄. quouis prætextu ab alijs quā ipſo dilecto filio Georgio de
Ferrarijs, qui in illis excudendis hactenus ſic vt præfertur, plurimū laborauit, & notabilem pecuniarū ſum
mā impendit, cuiuſq. fidem, ſolertiā, & in ſimilibus ſinceram in Domino fidem, & maturam experientiam
ſatis perſpectā habemus, vel ab eo quandocunq. nominan̄. ac licentiam, & facultatem haben̄. imprimātur,
venundentur, aut venalia, ſeu venales exponātur: ipſi verò dilecto filio Georgio, & ab eo nominādis prædi
ctis eadē Biblia Septuaginta Interpretum ſic vt præfertur expurgata, tàm Latina, quàm Græca, Decreta-
les Epiſtolas prædictas etiā priuatiuè quoad omnes alios ſingulos prædictos imprimendi, ſeu imprimi fa-
ciendi, ac per ſe, vel alium, ſeu alios quocunq. loco, & mundi parte exponen̄. venden̄. & venalia, & venales
haben̄. & ad quæcunq. loca deferendi licentiā, & omnimodam facultatem, auctoritatē, & poteſtatem con
cedimus, indulgemus, ac elargimur præſentiū per tenorē. Mandantes vniuerſis, & ſingulis Primatibus, Pa-
triarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſq. locorum Ordinarijs, eorumq. in ſpiritualibus, & temporali-
bus Vicarijs, & officialibus quibuſcunq. in toto Chriſtiano orbe diffuſis, & conſiſtentibus, ac etiā in tem-
porali noſtro, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſtatu Legatis, Vicelegatis Sedis Apoſtolicæ, & eiuſdem ſtatus
Gubernatoribus, Poteſtatibus, & Locatenentibus, vt quoties pro parte dicti Georgij, & ab eo nominan̄.
fuerint requiſiti, ſiue eorū alter fuerit requiſitus, eiſdē efficacis defenſionis præſidio aſſiſtētes, præmiſſa om
nia & ſingula ad omnē eiuſdē Georgij & ſuorum prædictorū requiſitionem contra inobedientes, & rebel
les, etiā per cenſuras Eccleſiaſticas etiam ſæpius aggrauan̄. aliaq. iuris remedia auctoritate Apoſtolica exe-
quantur, inuocato etiā ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Et inſuper quia difficilè admodū eſ-
ſet, litteras noſtras huiuſmodi ad loca quæcunq. originaliter deferri, volumus & eadē auctoritate Apoſto-
lica decernimus illarum Trāſumptis, & exemplis etiā impreſſis Notarij publici manu ſubſcriptis, Curiæq.,
vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munitis, ac etiā in eiſdem libris impreſſis plenariā,
& eandē prorſus, quæ præſentibus haberetur tàm in iudicio, quàm extra fidem adhiberi. Non obſtantibus
conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ac quoruncunq. locorū, Vniuerſitatū Gymnaſiorum, ac
ſtudiorum generaliū etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, ſeu quauis alia firmitate roboratis ſtatu
tis, & cōſuetudinibus, priuilegijs quoq. indultis, & litteris Apoſtolicis etiā illis, ac quibuſuis alijs perſonis
ſub quibuſcunq. tenoribus, & formis, etiā motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus, ac aliàs in contrariū quo-
modolibet conceſſis & innouatis, ac in poſterum concedendis, & innouandis. Quibus omnibus, etiamſi de
illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis mentio habenda eſſet, illorum tenores præſentibus pro plenè, &
ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris hac vi-
ce duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliquibus communiter, vel
diuiſim ſit ab eadem ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per litteras
Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi mentionē.
Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris. Die ix. Maij. M. D. LXXXVII.
Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Tho. Thom. Gualterutius.

SIXTVS PAPA V.

AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

STVDENTES pro noſtra paſtorali vigilantia ſacræ ſcripturæ libros, quorum lectione fidelium mentes veluti ſpirituali quodam cibo recreantur, quanto fieri poteſt, ſincerius ac fructuoſius euulgare; curauimus inter alia ſuperiori anno græcum vetus Teſtamentum iuxta Septuaginta interpretum editionem ad emendatiſsimorum codicum fidem expolitum typis excudi & publicari. Ac nuper, vt etiam ijs, qui huiuſmodi Biblia latinè conſcripta legere malunt, prodeſſe eadem opera poſſemus, adhibitis aliquot eruditis viris eundem librum in latinum ſermonem fideliter verſum ad communem Chriſtiani Populi vtilitatem, atque animarum ſalutem accuratè imprimi fecimus. Quare, ne poſthac in ſacro textu quippiam contra ſanam doctrinam hominum incuria, vel temeritate irrepere vnquàm poſsit, ſed potius verſio huiuſmodi iuxta Septuaginta interpretum editionem ad verbum reddita, pura, integra, & incorrupta perpetuò conſeruetur; auctoritate Apoſtolica tenore præſentium diſtrictè interdicimus, & prohibemus, ne quis præfatam latinam verſionem Veteris teſtamenti aliter quàm ſit hæc, quæ de mandato noſtro nunc, vt præmittitur, prodit in lucem, imprimere, edere, aut publicare, neue ei quicquam vel minimum addere, aut detrahere, aut illam aliqua ex parte immutare quouis prætextu audeat, vel præſumat, niſi ſpecialem ad id à nobis, vel pro tempore exiſtente Romano Pontifice licentiam obtinuerit. Quòd ſi quis contra hanc noſtram prohibitionem & interdictum aliquid attentauerit; is præter pœnam amiſsionis eorundem librorum, quos eo ipſo in indicem & catalogum librorum prohibitorum referri volumus, etiam indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Dat. Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris, die xxvj. Februarij, Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

Tho. Thom. Gualterutius.

A

GENESIS

CAPVT PRIMVM.

B

IN PRINCIPIO fecit Deus cælum & terram. Terra autem erat [a] inuisibilis, & incomposita: & tenebræ super abyssum: & spiritus Dei [b] superferebatur super aquam. Et dixit Deus: Fiat lux: & facta est lux. Et vidit Deus lucem, quia bona est. Et discreuit Deus inter lucem & tenebras. Et vocauit Deus lucem diem, & tenebras vocauit noctē. Et factum est [c] vespere, & factum est mane dies vnus. Et dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquæ, & sit discernens inter aquam, & aquam. Et factum est sic. Et fecit Deus firmamentum: & diuisit Deus inter aquam, quæ erat sub firmamento, & inter aquam, quæ supra firmamētum.

C

Et vocauit Deus firmamentum, cælum. Et vidit Deus, quia bonum est. Et factum est vespere, & factum est mane dies secundus. Et dixit Deus: [d] Congregetur aqua, quæ sub cælo, in congregationem vnam, & appareat arida. Et factum est sic: Et congregata est aqua, quæ sub cælo, in [e] congregationes suas: & apparuit arida. Et vocauit Deus aridam, terram, & collectiones aquarum vocauit maria. Et vidit Deus, quia bonum est. Et dixit Deus: Germinet terra herbam pabuli, [f] seminans semen secundum genus, & secundum similitudinem; & lignum fructiferum faciens fructum, cuius semen eius sit in ipso secundum genus super terram. Et factum est sic. Et produxit terra herbam pabuli, seminans semen secundum genus, & secundum similitudinem, & lignum fructiferum faciens fructum, cuius semen eius sit in eo secundum genus super terram. Et vidit Deus, quia bonum est. Et factum est vespere, & factum est mane dies tertius. Et dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento cæli [g] ad illuminationem super terram: vt discernant inter diem & noctem: & sint in signa & in tempora, & in dies & in annos. Et sint ad illuminationem in firmamento cæli, vt luceant super terram. Et factum est sic. Et fecit Deus duo luminaria magna: [h] luminare maius [i] in principatus diei, & luminare minus in principatus noctis, & stellas. Et posuit ea Deus in firmamento cæli, vt luceant super terram, & habeant principatum diei, ac noctis, & discernant inter lucem & tenebras. Et vidit Deus quia bonum est. Et factum est vespere, & factum est mane dies quartus. Et dixit Deus: Producant aquæ reptilia animarum viuentium, & volatilia volantia super terram [k] secundum firmamentum cæli. Et factum est sic. Et fecit Deus cetos magnos, & omnem animam animalium reptilium, quæ produxerunt aquæ secundum genera eorum, & omne volatile pennatum secundum genus. Et vidit Deus, quia bona sunt. Et benedixit ea Deus, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas in mari-

D

bus: & volatilia multiplicentur super terram. Et factum est vespere, & factum est mane dies quintus. Et dixit Deus: Producat terra animam viuentem secundum genus, quadrupedia, & reptilia, & bestias terræ secundum genus. Et factum est sic. Et fecit Deus bestias terræ secundum genus, & pecora secundum genus eorum, & omnia reptilia terræ secundum genus. Et vidit Deus, quia bona sunt. Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem nostram, & ad similitudinem. Et habeant principatum piscium maris, & volatilium cæli, & pecorum, & omnis terræ, & omnium reptilium repentium super terram. Et fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit eum: masculum & feminam fecit eos. Et benedixit eos Deus, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius, & principamini piscium maris, & volatilium cæli, & omnium pecorum, & omnis terræ, & omnium reptilium repentium super terram. Et dixit Deus: Ecce dedi vobis omne pabulum seminale seminans semen, quod est super omnem terram, & omne lignum, quod habet in se fructum seminis seminalis: vobis erit ad escam, & omnibus bestijs terræ, & omnibus volatilibus cæli, & omni reptili repenti super terram, quod habet in se animam vitæ: & omne pabulum viride in escam. Et factum est sic. Et vidit Deus omnia, quæcumque fecit: & ecce bona valde. Et factum est vespere, & factum est mane dies sextus.

α Inuisibilis & incomposita.] Ἀόρατος κ̀ ἀκατασκεύαστος. *S. Aug. in lib. de gen. ad litteram imperf.* vel incomposita, vel inordinata, vel imparata. *Aquila*, κένωμα, κ̀ οὐθὲν, inanitas, & nihil. *Symmachus*, ἀργὸν κ̀ ἀδιάκριτον, iners, & indiscretum quiddam. *Theodotio*, κενὸν καὶ οὐθὲν, inane & nihil. *Potuerunt autem Aquila & Theodotio dictione*, οὐθὲν, & οὐθὲν, *non tam proprie nihil, quàm absentiam vnitatis & compositionis significare*, β Superferebatur.] *S. Ambr. in Hexaem, l. 1. c. 8.* Denique Syrus, qui vicinus Hebræo est, & sermone cõsonat in plerisque & congruit, sic habet, & spiritus Dei fouebat aquas. *quod videtur sumptum ex S. Basilio homil. 2. in Hexaem.* γ Et factũ est vespere.] *Ita S. Ambrosius & Interpres Origenis, quod græce est*, καὶ ἐγένετο ἑσπέρα. *S. August. fere semper solet dicere*, & facta est vespera. δ Congregetur.] Συναχθήτω. *Aquila & Symmachus*, συστήτω, coeat, & cõsistat. ε In congregationes suas.] *Ita etiam S. Basilius homil. 4. & S. Ioannes Chrysost. hom. 1. in gen. & Theodoretus q. 12. in gen. qui locum hunc diligenter tractat, & Interpres Origenis: sed apud S. Augustinum, & lib. imperf. c. 10. & de gen. ad lit. l. 2. c. 11. & de gen. contra Manich. c. 12. legitur*, in congregationem vnam. *Itemque apud S. Ambr. l. 3. c. 2. & 3. quamuis cap. 5. sit*, in collectiones suas. *Ceterũ S. Basilius eadẽ homilia admonet omnia ista verba:* & congregata est aqua, quæ sub cælo, in congregationes suas, & apparuit arida; *in exemplaribus accuratis notata esse obelo, quod reiectionis est indicium, neque a ceteris interpretibus afferri quemadmodum neque apud Hebræos habentur. nec tamen frustra addi ostendit S. Ambr. eodem lib. 3. c. 5.* ζ Seminans semen.] *Ita S. Ambr. ad verbum e græco*, βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος. *Quæ verba S. Basilius hom. 5. putauit hoc modo construenda*, βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, κ̀ σπέρμα σπεῖρον κατὰ γένος. germinet terra herbam pabuli, & semen seminificans secundum genus. *alioquin parum aptam iudicauit compositionem. Nec tamen huiusmodi paulo duriores constructiones inusitatæ sunt in sacra scriptura. S. August.* herbam pabuli ferentem semen. *Interpres Origenis*, herbam fœni semen seminantis. *Scholiaste: refert ex Aquila hæc*, σπερματίζον εἰς τὸ γένος αὐτοῦ, ferens semen in genere ipsorum. *Sed Theodoretus q. 51. scribit Aquilam pro* σπεῖρον σπέρμα *esse interpretatum* σπειρόμενον (*al.* ἐσπαρμένον) σπέρμα, seminatum semen. η Ad illuminationem super terram.] Εἰς φαῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς. *In vno vetusto codice*, εἰς φαῦσιν τῆς γῆς. ad illuminationem terræ. *S. Ambr. hoc habet lib. 4. c. 2. illud vero cap. 3. S. August. & Interpres Origenis*, vt luceant super terram. *paulo post autem pro* εἰς φαῦσιν. *S. August. habet*, in splendorem: *Interpres Origenis*, ad illuminandum. θ Luminare maius.] *Sic apud latinos, græce tamen est*, τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν, luminare illud magnum, ι In principatus.] Εἰς ἀρχάς. *S. August. lib. 2. de gen. ad litt. videtur legisse*, ἀρχὴν, *& Interpres Origenis*, in principatum. *quo etiam verbo vtitur S. Ambr. c. 5. & S. August. loco allato inquit, hoc magis accedere ad græcum verbum: quamuis ipse in suis codicibus habuerit*, in inchoationem, *aut*, initium. *Pro principatu interpretatur etiam in lib. imperf. c. 13. Dictio hebraica, quæ hoc loco versa est* εἰς ἀρχάς. *Psalm. 135. vertitur* εἰς ἐξουσίαν, in potestatem. *Quare in creatione hominis pro verbo* ἄρχειν. *S. August. interdum dicit* principari, *interdum* potestatem habere, κ Secundum firmamentũ.] *Ita interpres Origenis, & S. August. lib. 3. c. 1. quod græce est* κατὰ τὸ στερέωμα. *sed primo contra Man. c. 15.* sub firmamento. *S. Ambr. l. 5. c. 1.* secus firmamentum. *Tertullianus adu. Hermog.* per firmamentum.

A

CAP. II.

ET conſummata ſunt cælum & terra, & omnis ornatus eorum. Et conſummauit Deus in die ſexto opera ſua, quæ fecit. Et requieuit in die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis, quæ fecit. Et benedixit Deus diem ſeptimum, & ſanctificauit eum: quia in ipſo requieuit ab omnibus operibus ſuis, quæ inchoauit Deus facere. Hic [α] eſt liber generationis cæli & terræ, cũ facta ſunt: qua die fecit Dominus Deus cælum & terram, & omne viride a-
B gri, antequam eſſet ſuper terram, & omne fœnum agri, antequam exortum eſſet. Nõ enim pluerat Deus ſuper terram: nec erat homo, qui operaretur eam. [β] Fons autem aſcendebat de terra, & irrigabat omnem faciem terræ. Et finxit Deus hominem, [γ] puluerem de terra. Et inſufflauit [δ] in faciem eius flatum vitæ: & factus eſt homo in animam viuentem. Et plantauit Deus paradiſum in Edem [ε] ad orientem: & poſuit ibi hominem, quem plaſmauerat. Et produxit adhuc Deus de terra omne lignum ſpecioſum ad aſpectum, & bonum ad eſcam: & lignum vitæ in medio paradiſi, & lignum [ζ] ad ſciendum cognoſcibile boni & mali. Flumen autem procedit ex Edem, ad irrigandum para-
C diſum: quod inde diuiditur in quatuor initia. Nomẽ vni Phiſon: hoc eſt, quod circuit totam terram Euilat: vbi eſt aurum: & aurum terræ illius bonum: & ibi eſt [η] carbunculus, & lapis praſinus. Et nomen flumini ſecundo Geon: hoc eſt, quod circuit totam terram Æthiopiæ. Et flumen tertium Tigris: hoc eſt, quod vadit contra Aſſyrios. Et flumen quartum Euphrates. Et ſumpſit Dominus Deus hominem, quem fecit: & poſuit eum in paradiſo [θ] deliciarum, operari eum, & cuſtodire. Et præcepit Dominus Deus Adam, dicens: Ex omni ligno, quod eſt in paradiſo, eſca edes: de ligno autem cognoſcendi bonum & malum, non edetis de illo. [ι] Qua die autem ederitis ex eo; morte moriemi-
D ni. Et dixit Dominus Deus: Non eſt bonum eſſe hominem ſolum. Faciamus ei adiutorium ſecundum ipſum. Et finxit Deus adhuc de terra omnes beſtias agri, & omnia volatilia cæli: & adduxit illa ad Adam, vt videret, quid vocaret ea. Et omne, quodcunque vocauit Adam illud, animam viuam; hoc eſt nomen ei. Et vocauit Adam nomina omnibus pecoribus, & omnibus volatilibus cæli, & omnibus beſtijs agri. Ipſi autem Adam non eſt inuentus adiutor ſimilis ei. Et immiſit Deus [κ] ecſtaſim in Adam, & obdormiuit. Et accepit vnam coſtarum eius, & infarſit carnem pro ea. Et ædificauit Deus coſtam, quam accepit de Adam, in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Et dixit
E Adam: [λ] Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro ex carne mea. Hæc vocabitur [μ] mulier: quoniam ex viro ſumpta eſt. Propter hoc relinquet homo patrem ſuum & matrem: & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna.

[α] Hic eſt liber.] *Apud S. Ambroſium lib. 7. in Lu. c. 15. ſic legitur,* Hic dies generationis cæli & terræ, cum facta ſunt: qua die fecit, *&c. Apud S. Auguſt. 2. de gen. contra Man. cap. 1. & 5. de gen. ad litt. cap. 1. legitur,* Hic eſt liber creaturæ (*al.* facturæ) cæli & terræ, cum factus eſt (*al.* eſſet) dies, quo fecit, *&c. & in quinto quidem præcipue libro de hac ſententia copioſe diſputat. Ea vero lectio eſt etiam in quibuſdam codicibus græcis impreſſis, itemque apud Interpretem Origenis lib. 6. contra Celſum, & apud Philonem, in libro de mundi*

opificio. β Fons autẽ.] *Aquila,* ἐπιβλυγμὸς ἀνέβη ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἐπότισε πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς χθονός. Scaturigo abũdans aſcendit de terra, & irrigauit omnẽ faciem terræ. γ Puluerem de terra.] *Ita S. Auguſt. 6. & 7. de gen. ad litt. cap. 1. nec multo aliter Tertullianus in lib. de reſur. carnis,* limum de terra. *Idem vero S. Auguſt. 2. de gen. contra Man.* finxit Deus hominem de limo terræ. *In quibuſdam editionibus græcis legitur,* χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς. *& Rufinus in expoſitione ſymboli,* accipiens Deus limum terræ plaſmauit hominem. δ Faciem.] *Aquila, & Symmachus,* μυκτῆρα. naſum. ε Ad orientem.] *Aut,* contra, *aut,* ſecundum, *vt alij. Aquila,* ἀπὸ ἀρχῆς, ab exordio, *vt vertit S. Hieronymus. Symmachus,* ἐκ πρώτης, a prima. *Theodotio,* ἐν πρώτοις, in primis. ζ Adſciendum.] *Sic S. Auguſt. verbum è verbo, lib. 1. locut. fateturque ſe neſcire, vtrum id locutionis ſit, & non magis certum ſenſum aliquem inſinuet. Alijs autem libris varie refert. Frequentior lectio apud ipſum, & S. Ambr. & alios eſt,* lignum ſcientiæ boni & mali. η Carbunculus.] *S. Hieronymus,* Pro carbunculo, & lapide praſino, bdelliũ & onyx, alij tranſtulerunt. θ Deliciarũ.] *Symmac.* ἐν παραδείσῳ τῆς ἄλσης, *quod, vt inquit S. Hieron. in tradition. ſonat amœnitatem & delicias.* ι Qua die autem.] *Symmachus,* ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου, θνητὸς ἔσῃ, quacumque autẽ die comederis de ligno; mortalis eris. κ Ecſtaſim.] *Aquila,* καταφοράν, *Symmachus,* κάρον, *quæ dictiones ſignificant ſomnum grauem. Multi hoc loco vtuntur nomine ſoporis.* λ Hoc nunc os.] *Symmachus & Theodotio,* τοῦτο ἅπαξ ὀστοῦν ἐκ τῶν ὀστῶν μου, hac vice os ex oſſibus meis. μ Mulier.] *Symmachus,* αὕτη κληθήσεται ἀνδρίς, hæc vocabitur virago. *Ita enim S. Hieron. qui in traditionibus memorat Theodotionem hanc aliam ſuſpicatum eſſe etymologiam,* hæc vocabitur aſſumptio, quia ex viro ſumpta eſt.

A

B

CAP. III.

Et erant ambo nudi, Adam & mulier eius: & non confundebantur. Serpens autem erat α prudentiſſimus omnium beſtiarum, quæ erant ſuper terrã, quas fecerat Dominus Deus. Et dixit ſerpens mulieri: Quid, quia dixit Deus, ne edatis ab omni ligno paradiſi? Et dixit mulier ſerpenti: A fructu ligni paradiſi edemus: de fructu autem ligni, quod eſt in medio paradiſi, dixit Deus, non edetis ex eo, neq. tangetis illud, ne moriamini. Et dixit ſerpẽs mulieri: Non morte moriemini. Sciebat enim Deus, quoniã qua die manducaueritis de eo, aperientur oculi veſtri: & eritis ſicut dij, ſcientes bonũ & malum. Et vidit mulier, quia bonum eſt lignum ad eſcam, & quia gratum oculis ad videndum, & ſpecioſum eſt ad intelligendum. Et ſumens de fructu eius edit: & dedit & viro ſuo ſecum: & β ederunt. Et aperti ſunt oculi amborum: & agnouerunt, quia nudi erant: & conſuerunt folia fici, & fecerunt ſibi ſuccinctoria. Et audierunt vocem Domini Dei deambulantis in paradiſo ad γ veſperam: & abſconderunt ſe Adam & mulier eius a facie Domini Dei in medio ligni paradiſi. Et vocauit Dominus Deus Adam, & dixit illi: Adam, vbi es? Et dixit ei: Vocem tuam audiui deambulantis in paradiſo, & timui, quia nudus ſum, & abſcondi me. Et dixit illi Deus: Quis nunciauit tibi, quia nudus es, niſi a ligno, quod præceperam tibi tantum ne ex eo manducares, ab eo ediſti? Et dixit Adam: Mulier, quam dediſti mecum, hæc mihi dedit de ligno, & edi. Et dixit Dominus Deus mulieri: Quid hoc feciſti? Et dixit mulier: Serpens ſeduxit me, & manducaui. Et dixit Dominus Deus ſerpenti: Quia feciſti hoc; maledictus tu ab omnibus pecoribus, & ab omnibus beſtijs, quæ ſunt ſuper terram: ſuper pectus tuum, & ventrem ambulabis: & terram edes omnes dies vitæ tuæ: & inimicitias ponam inter te & mulierem, & inter ſemen tuum & ſemen eius. δ Ipſe ε ſeruabit caput tuum: & tu ſeruabis eius calcaneum. Et mulieri dixit: Multiplicans multiplicabo triſtitias tuas, & gemitum tuum: in triſtitijs paries filios: & ad virum tuum ζ conuerſio tua. Et ipſe tui dominabitur. Adæ autem dixit: quia audiſti vocem mulieris tuæ, & ediſti de ligno,

C

D

E

de quo

A de quo præceperam tibi, de eo solo nō ederes, de eo edisti; [η] maledicta terra in operibus tuis: in tristitijs edes illam omnes dies vitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit tibi; & edes fœnum agri: in sudore vultus tui edes panem tuum, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia terra es, & in terram ibis. Et vocauit Adam nomen [θ] mulieris suæ, vita; quoniam est mater omnium viuentiū. Et fecit Dominus Deus Adæ, & mulieri eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et dixit Deus: Ecce Adam factus est, tamquam vnus ex nobis, in cognoscendo bonum & malum. Et nunc, ne aliquando extendat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & edat: & viuet in æternum. Et dimisit illum Domi-

B nus Deus de paradiso voluptatis, operari terram, ex qua sumptus est. Et eiecit Adam, & collocauit eum contra paradisum voluptatis: & ordinauit Cherubim, & flammeam romphæam, quæ vertitur, custodire viam ligni vitæ.

[α] Prudētissimus.] *Sic S. Aug. l. 11. c. 1. quod græce est, φρονιμώτατος. in quibusdā libris græcis est, φρονιμώτερος: apud latinos sæpe est*, sapiētior *&* sapientissimus. *Aquila*, καὶ ὄφις ἦν πανοῦργος ἀπὸ παντὸς ζώου τῆς χώρας, οὗ ἐποίησε κύριος ὁ θεός. & serpens erat versipellis (*ita enim interpretatur S. Hier. in tradit. eodemq. modo Theodotionē dixisse refert*) præ omni animali terræ, quod fecit Dominus Deus. [β] Ederunt.] *Ita fere latini Patres, & libri græci. Inuentum est tamen in vno vetusto codice*, καὶ ἔφαγεν. *& apud S. August. de gen. contra Man. lib. 2. cap. 1.* & manducauit. *quod conuenit cum latina vulgata.* [γ] Ad vesperam.] *Aquila*, ἐν τῷ ἀνέμῳ τῆς ἡμέρας, in vento diei. *Symmachus*, διὰ πνεύματος ἡμέρας, per spiritū diei. *Theodotio*, ἐν τῷ πνεύματι πρὸς

C κατάψυξιν ἡμέρας, in spiritu versus refrigerationem diei. [δ] Ipse.] *Sic S. Hier. in tradit. & græce est*, αὐτός. *Sed S. August. & ceteri fere patres*, ipsa. [ε] Seruabit.] *Ita latini veteres, & græci codices*, τηρήσει, *& paulo post* τηρήσεις: *quamuis in Complutensi editione sit*, τειρήσει, conteret, *&* τειρήσεις, conteres. [ζ] Conuersio tua.] *S. Hier. in tradit.* Pro conuersione Aquila societatem, Symmachus appetitum vel impetum transtulerunt, [η] Maledicta terra.] *S. Hier. ibidem.* Aquila, maledicta humus propter te. & Theodotio, maledicta Adama in transgressione tua. [θ] Mulieris suæ, vita.] *Sic fere libri græci. In homilia tamen 18. S. Ioan. Chrysost. legitur*, τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Εὔα, ὅπερ ἐστὶ ζωή. *& S. August. lib. 11. cap. 1.* nomen mulieris suæ Eua, idest, vita.

CAP. IIII.

D ADam autem cognouit Euam mulierem suam: quæ concepit, & peperit Cain. Et dixit: [α] Acquisiui hominem per Deum. Et adiecit parere fratrem eius Abel. Et factus est Abel pastor ouium: Cain autem operabatur terram. Et factum est post dies: obtulit Cain ex fructibus terræ sacrificium Domino. Abel autem obtulit & ipse de primogenitis ouium suarum, & de adipibus earum. [β] Et respexit Deus super Abel, & super munera eius: super Cain autem, & super sacrificia eius non aduertit. Et contristatus est Cain valde: & concidit vultu suo. Et dixit Dominus Deus ad Cain: [γ] Quare tristis factus es? & quare concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, non autem recte diuidas, peccasti? Quiesce: ad te conuersio eius; &

E tu principatum habebis ipsius. Et dixit Cain ad Abel fratrem suum: [δ] Transeamus in campum. Et factum est, dum esset in campo, surrexit Cain super Abel fratrem suum, & occidit eum. Et dixit Dominus Deus ad Cain: Vbi est Abel frater tuus? Et dixit: Nescio. Numquid custos fratris mei ego sum? Et dixit Dominus: [ε] Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et nunc maledictus tu a terra, quæ aperuit os suum accipere sanguinem fratris tui de manu tua. Quando operaberis terram; & non adijciet virtutem suam dare tibi. [ζ] Gemens & tremens eris super terram. Et dixit Cain ad Do-

minum Deum: Maior cauſa mea eſt, quam vt ego dimittar. Si eijcis me hodie a facie terræ: & a facie tua abſcondar; & ero gemens, & tremens ſuper terrā. Et erit: Omnis qui inuenerit me, occidet me. Et dixit ei Dominus Deus: Non ſic. Omnis, qui occiderit Cain, η ſeptem vindictas exoluet. Et poſuit Dominus Deus ſignum ſuper Cain, ne eū occidat omnis, qui inuenerit eum. Egreſſus eſt autem Cain a facie Dei, & habitauit in terra θ Næd contra Edē. Et cognouit Cain vxorem ſuam: & concipiens peperit Enoch. Et erat ædificans ciuitatem: & nominauit ciuitatem in nomine filij ſui Enoch. Natus eſt autem Enoch Gaidad. Et Gaidad genuit Maleleel. Et Maleleel genuit ι Mathuſala. Et Mathuſala genuit Lamech. Et accepit ſibi Lamech duas vxores: nomen vni Ada, & nomen ſecundæ Sella. Et Ada peperit Iobel. Hic fuit pater habitantium in tabernaculis, paſcentium pecora. Et nomen fratri eius, Iubal. Hic fuit, qui monſtrauit pſalterium, & citharam. Sella autem & ipſa peperit Thobel. Et fuit malleator, faber æris & ferri. Soror autem Thobel, Noema. Dixit autem Lamech vxoribus ſuis, Ada, & Sella: Audite vocem meam vxores Lamech: auribus percipite verba mea: quoniam virum occidi in vulnus mihi, & adoleſcentulum in liuorem mihi: quoniam ſepties vindicatum eſt de Cain: de Lamech autem ſeptuagies ſepties. Cognouit autem Adam Euam vxorem ſuam: & concipiens peperit filium. κ Et cognominauit nomen eius Seth, dicens: Suſcitauit enim mihi Deus ſemen aliud pro Abel, quē occidit Cain. Et Seth factus eſt filius, & vocauit nomen eius Enos. λ Hic ſperauit inuocare nomen Domini Dei.

α Acquiſiui.] *S. Hier. in tradit.* acquiſiui, ſiue, poſſedi. *Apparet autem etymologia in hebræo, quæ in græco, aut in latino non apparet: idque in ceteris etiam nominibus plerumque euenit.* β Et reſpexit.] *Theodotio,* ἐνεπύρισεν, inflāmauit. *Aquila,* ἀπεκηλήθη, *al.* ἀπεκλήθη, delenitus eſt. *al.* reuocauit ſe. *Symmachus,* ἐτέρφθη, delectatus eſt. *editio Syra,* ἀπέδοκησεν, acceptauit, benedixit. *S. Hier. hæc refert ex Theodotione.* Et inflāmauit Dominus ſuper Abel, & ſuper ſacrificium eius: ſuper Cain vero, & ſuper ſacrificium eius non inflammauit.
γ Quare triſtis.] *Aquila,* εἰς τί ὀργίλον σοι; ad quid eſt ira tibi? δ Tranſeamus in campum.] *Schol. ex Cyrillo:* Apud neminem ex ceteris interpretibus poſita ſunt verba ipſius Cain ad Abel: ſed neque apud Hebræos. Poſita tamen ſunt apud lxx. eaque etiam Samariticum volumen habet. *Idem fere notat S. Hier. in tradit. Ceterum in Thargum Hieroſolymitano, qui Romæ eſt, habentur.* ε Quid feciſti?] *In alijs vetuſtis codicibus eſt,* τί ἐποίησας τοῦτο; cur feciſti hoc? ζ Gemens & tremēs.] *Schol.* Hebræus & Syrus, σαλευόμενος, καὶ ἀκαταστατῶν, *ideſt,* nō manēs in codē loco. *Theodoretus.* Tremere, aut ſecūdū alios Interpretes, ἀκαταστατεῖν, vagari, nuſquam conſiſtere. η Septem vindictas.] *S. Hier.* Pro ſeptem vindictis Aquila ſeptempliciter interpretatus eſt. Symmachus, ſeptimum. Theodotio, per Hebdomadem. θ In terra Næd.] *S. Hier.* ſcribit, Naid, *& in aliquo libro græco eſt,* ναΐδ. *Idem vero admonet non ſignificare terram, ſed idem, quod* σαλευόμενος *ideſt, fluctuans, & inſtabilis, ac ſedis incertæ.* ι Mathuſala.] *Schol.* Apud lxx. ponitur μαθουσάλα. Id vero erratum ſcriptoris eſt. Nam Mathuſala eſt ex progenie Seth, quæ ſtabilis conſtitit. Qui à Cain deſcendit; vocatur μαθουσαλά, qui vna cum ceteris exulauit. *In latina editione Mathuſala dicitur, qui ex Seth: Mathuſael, qui è Cain.* κ Et cognominauit.] *S. Hier.* Denique Aquila, & vocauit, inquit, nomen eius Seth, dicens: quia poſuit mihi Dominus ſemen alterum. λ Hic ſperauit.] *Theodoretus q. 47.* Id vero Aquila ſic eſt interpretatus. τότε ἤρχθη τοῦ καλεῖσθαι ἐν ὀνόματι κυρίου. *quæ S. Hieronymus ita reddidiſſe videtur,* tunc initium fuit inuocandi nomen Domini. *Theodoretus tamen ſic videtur explanare, quaſi ipſe Seth ceperit vocari Deus, & filij eius, filij Dei.*

CAP. V.

HIc eſt liber generationis hominum. Qua die fecit Deus Adam; ad imaginem Dei fecit illum: maſculum & feminam fecit eos, & benedixit eos. Et vocauit α nomen eius Adam, qua die fecit eos. Vixit autem

A Adam triginta & ducentos annos: & genuit ad figuram ſuam, & ad imaginem ſuam: & vocauit nomen eius Seth. Facti autem ſunt dies Adam, quos vixit, poſtquam ipſe genuit Seth, ſeptingenti anni: & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Adam, quos vixit, triginta & nongenti anni: & mortuus eſt. Vixit autem Seth quinque & ducentos annos: & genuit Enos. Et vixit Seth, poſtquam ipſe genuit Enos, ſeptem annos, & ſeptingentos: & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Seth duodecim & nōgenti anni: & mortuus eſt. Et vixit Enos annos centum nonaginta: & genuit Cainan. Et vixit Enos, poſtquam ipſe genuit Cainan, quindecim annos, & ſeptingentos: & genuit filios B & filias. Et facti ſunt omnes dies Enos quinque anni & nongenti: & mortuus eſt. Et vixit Cainan ſeptuaginta & centum annos: & genuit Maleleel. Et vixit Cainan, poſtquam genuit Maleleel, quadraginta & ſeptingentos annos: & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Cainan decem anni & nongenti: & mortuus eſt. Et vixit Maleleel quinque & ſexaginta & centum annos: & genuit Iared. Et vixit Maleleel, poſtquam genuit Iared, annos triginta & ſeptingentos: & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Maleleel anni quinque & nonaginta & octingenti: & mortuus eſt. Et vixit Iared duos & ſexaginta annos, & centum: & genuit Enoch. Et vixit Iared, poſtquam ge- C nuit Enoch, octingentos annos: & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Iared, duo & ſexaginta & nongenti anni: & mortuus eſt. Et vixit Enoch, quinque & ſexaginta & centum annos: & genuit Mathuſala. Enoch autem placuit [β] Deo, poſtquam genuit Mathuſala, ducentos annos: & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Enoch quinque & ſexaginta & trecenti anni. Et placuit Enoch Deo: & nō inueniebatur, quia tranſtulit eum Deus. Et vixit Mathuſala ſeptem annos & ſexaginta & centum: & genuit Lamech. Et vixit Mathuſala, poſtquam genuit Lamech, duos & octingentos annos: & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Mathuſala quos vixit, nouem & ſexaginta & D nongenti anni: & mortuus eſt. Et vixit Lamech octo & octuaginta & centum annos: & genuit filium & vocauit nomen eius Noe dicens: Iſte requieſcere nos faciet ab operibus noſtris, & a triſtitijs manuum noſtrarum, & a terra, quam maledixit Dominus Deus. Et vixit Lamech, poſtquam genuit Noe, quingentos & ſexaginta & quinque annos: & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Lamech ſeptingenti & quinquaginta tres anni: & mortuus eſt.

α Nomen eius Adam.] *Ita fere in libris græcis, qui collati ſunt, præterquam in vno vetuſto, in quo eſt,* τὸ ὄνομα αὐτῶν. *S. Auguſtinus* 15. *de ciuitate* Dei *cap.* 21. & cognominauit nomen eorum Adam. *S. Hieronymus in tradition.* & vocauit nomen eorum Adam, ideſt, homo. Hominis nomen tam viro, quam E feminæ conuenit. β Placuit Deo.] *In Compl. ſequitur,* καὶ ἔζησεν ἐνὼχ, *& vulgata,* & vixit Enoch. *quæ tamen in collatis græcis codicibus non ſunt inuenta, neque ſunt in hebræo, neque in chaldæo.* γ Nongenti anni.] *Ex annorum ſupputatione exortam eſſe quæſtionem ſcribit S. Hier. quæ omnes exercuerit Eccleſias: quam ipſe hoc modo ad exitum perducit.* Reſtat ergo, vt quomodo in pleriſque, ita & in hoc ſit error in numero. Si quidem & in hebræis, & Samaritanorum libris ita ſcriptum reperi, &c. *S. Auguſt. in quæſtionib. in Gen. q.* 2. Quæri ſolet, quomodo Mathuſalem ſecundum annorum computationem viuere poſt diluuium potuerit; cum omnes præter eos, qui in arcam ingreſſi ſunt, perijſſe dicantur. Sed hanc quæſtionem plurium codicum mendoſitas peperit. Non ſolum quippe in hebræis aliter inuenitur; verumetiam in lxx. interpretatione, Mathuſalem in codicibus paucioribus, ſed veracioribus, ſex annos ante diluuium reperitur fuiſſe defunctus. *quod etiam explicat* 15. *de ciuit. c.* 13.

CAP.

A

CAP. VI.

ET erat Noe annorum quingentorum: & genuit tres filios, Sem, Cham, Iapheth. Et factum est, postquam ceperunt homines multi fieri super terram; & filiæ natæ sunt illis. [α] Videntes autem filij Dei filias hominum, [β] quia bonæ sunt; sumpserunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant. Et dixit Dominus Deus: [γ] Non permanebit spiritus meus in hominibus his in æternum, quia carnes sunt. Erunt autem dies eorum centum viginti anni. [δ] Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Et post illud, cum intrarent filij Dei ad filias hominũ, & generabant eis. Illi erãt gigantes a sæculo homines nominati. [ε] Videns autem Dominus Deus, quia multiplicatæ sunt malitiæ hominum super terram, & vnusquisque cogitat in corde suo diligenter super maligna omnibus diebus; [ζ] & cogitauit Deus, quia fecit hominẽ super terram. Et [η] recogitauit, & dixit Deus: Delebo hominem, quem feci, a facie terræ, ab homine vsque ad pecus, & a reptilibus vsque ad volatilia cæli: quia [θ] cogitaui, quoniam feci eos. Noe autem inuenit gratiam corã Domino Deo. Hæ vero sunt generationes Noe. Noe homo iustus, perfectus existens in generatione sua. Deo [ι] placuit Noe. Genuit autem Noe tres filios, Sem, Cham, Iapheth. Corrupta est autem terra coram Deo: & terra impleta est iniustitia. Et vidit Dominus Deus terram: & erat corrupta: quia corruperat omnis caro viam [κ] ipsius super terram. Et dixit Dominus Deus Noe: [λ] Tempus omnis hominis venit coram me: quia terra impleta est iniquitate ab ipsis. Et ecce ego disperdo ipsos & terram. Fac igitur tibi arcam de lignis [μ] quadratis: nidos facies [ν] arcam: & [ξ] bituminabis eam intus, & foris bitumine. Et ita facies arcam. Trecentorum cubitorum longitudo arcæ: & quinquaginta cubitorum latitudo: & triginta cubitorum altitudo ipsius. [ο] Colligens facies arcam: & in cubito consummabis eam desuper: ostium vero arcæ facies [π] a latere. [ρ] Inferiora, bicamerata, & tricamerata facies eam. Ego autem ecce induco diluuium, aquam super terram, vt disperdam omnem carnem, in qua est spiritus vitæ sub cælo: & omnia, quæ fuerint super terram, morientur. Et statuam testamentum meum tecum. Ingredieris autem in arcam tu, & filij tui, & vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecũ: & ab omnibus pecoribus, & ab omnibus reptilibus, & ab omnibus [σ] bestijs, & ab omni carne, duo duo ab omnibus induces in arcam, vt nutrias tecum. Masculus & femina erunt. Ab omnibus auibus volatilibus secundum genus, & ab omnibus pecoribus secundũ genus, & ab omnibus reptilibus repentibus super terram secundum genus eorum, duo duo ab omnibus ingredientur ad te, vt nutriantur tecum masculus & femina. Tu autem sumes tibi ab omnibus escis, quas comeditis: & congregabis ad te: & erunt tibi & illis ad manducandum. Et fecit Noe omnia quæcunque præcepit ei Dominus Deus: sic fecit.

[α] Videntes autem.] *Apud S. August. lib. 15. de ciuit. cap. 23. coniunguntur hæc cum superioribus hoc modo*. Postquam ceperũt homines multi fieri super terram, & filiæ natæ sunt illis; videntes angeli Dei, *&c. Quod autem pertinet ad dictionem istam,* angeli, *quam ipse habet (vt etiam Philo in libro de Gigantibus) cum*

de hoc

A *de hoc loco copiose disputasset; addit hæc verba:* Et lxx. quidem interpretes & angelos Dei dixerunt istos, & filios Dei. Quod quidem non omnes codices habent: nam quidam nisi, filios Dei, non habent. *Idem notat in quæstionib. in gen. q. 3. At S. Ioannes Chrysost. hom. 22. & Theodoretus q. 47. non inquiunt in codicib. legi angelos, sed quosdam putasse vocabulo filiorum Dei significari angelos. Aquila,* υἱοὶ τῶν θεῶν. *Symmachus,* οἱ υἱοὶ τῶν δυναστευόντων. *S. Hier. in tradit.* Verbum Hebraicum, eloim, communis est numeri: & Deus quippe & Dij similiter appellantur. Propterquod Aquila plurali numero filios Deorū ausus est dicere, Deos, intelligēs sanctos, siue angelos. Deus enim stetit in synagoga Deorum: in medio autem Deos discernit. Vnde & Symmachus istiusmodi sensum sequens, ait, videntes filij potentum filias hominum, *& reliqua.* β Quia bonæ.] *Ita S. Hier. in tradit. & S. August. eodem libro 15. de ciuit. cap. 23. vbi etiam docet consuetudinem esse scripturæ huius, etiam speciosos corpore bonos vocare. græce est,* καλαί, *quæ dictio sæpe pulchritudinem significat.* γ Non permanebit.] *Symmachus,* οὐ κρινεῖ τὸ πνεῦμά μου τοὺς ἀνθρώπους αἰωνίως. non iudicabit spiritus meus homines sempiterne. δ Gigantes.] *Aquila,* οἱ ἐπιπίπτοντες, οἱ βίαιοι, ij qui irruunt, violēti. *Symmachus,* οἱ ἀνίατοι βίαιοι, incurabiles, violenti. *S. Hier. in tradit.* Pro cadentibus, siue gigantibus violentos interpretatus est Symmachus, *vt videatur illud* ἐπιπίπτοντες *apud ipsum esse,* cadentes. ε Videns autem.] *S. Cyprianus ad Nouatianum hæc ita refert.* Et vidit Dominus Deus redundare nequitias hominum super terram, & quod omnes in malum recordarentur a principio dierum suorum, *&c.* ζ Et cogitauit.] *Ita S. August. 15. de ciuit. cap. 24. græce est,* ἐνεθυμήθη. *Procopius Gazæus.* Illud ἐνεθυμήθη, dictū est, pro κατενύγη, σύννους ἔσχε λογισμόν, indoluit, tristem suscepit cogitationem. *Aquila,* μετεμελήθη, pænituit. *Symmachus,* ἀπέστρεψεν, auersatus est. *Rursus idem Procopius ad idem verbum* ἐνεθυμήθη. hebraicum habet, διενοήθη considerauit, vel προσέσχεν, attendit hoc loco duntaxat. Alibi vero, sicubi habet μετεμελήθη, pænituit; significat παρεκλήθη, reuocauit se. η Et recogitauit.] *S. August. in locut.* Quod scriptum est in quibusdam latinis codicibus: & pænituit, & dixit Deus; deleam hominem, quem feci, a facie terræ, in græco inuenitur διενοήθη: quod magis recogitauit, quàm pænituit, significare perhibetur: quod verbum etiam nōnulli latini codices habent. θ Quia cogitaui.] *Idest magna me tangit cura. rursus enim idem verbum* ἐνεθυμήθην. *& Theodor. interpretatur.* idest, constitui disperdere hominū genus. *In vno codice vetusto, & in aliquot impressis est,* μετεμελήθην. *& interpres Origenis homil. 2. pænitet me, quod feci hominem. alius codex vetustus habet,* ἐθυμώθην, *itemque Philo in libro, quod Deus sit immutabilis. & S. August. 15. de ciuit. c. 24.* quia

C iratus sum. *& S. Ambr. in lib. de Noe c. 4.* Ideo postea habes, quia iratus Dominus est. ι Placuit Noe.] *Scholion.* σὺν τῷ θεῷ περιεπάτει, τῷ θεῷ ἐπηκολούθησεν, cum Deo ambulabat, Deo est obsequutus. *& S. Hier.* cum Deo ambulabat Noe, hoc est, illius vestigia sequebatur. κ Ipsius.] αὐτοῦ. *S. Ambr. cap. 5. cum locū hunc ita retulisset:* quia homo viam naturæ suæ corrupit; *addit,* alij habent, viam ipsius, idest, Dei. *Nos tamen cum dicimus, ipsius, non prohibemus, quin intelligatur, suam, licet non satis apta constructio videatur,* πᾶσα σὰρξ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ: *non sunt enim inusitatæ in sacra scriptura constructiones huiusmodi.* λ Tempus.] *Aquila,* τέλος, finis. *Symmachus,* πέρας, terminus. μ Quadratis.] *Scholion.* ἐκ ξύλων ἀσήπτων, ἢ κεδρίνων, ex lignis imputribilibus, vel cedrinis. Hebræus illud τετραγώνων, inquit, ἐπὶ πλακῶν πυξίνων, super tabulas buxeas. *Sed S. Hier.* Pro quadratis lignis, bituminatis legimus in hebræo. *S. Aug. tract. 6. In Io. inquit inueniri in scriptura ex lignis imputribilibus arcam hanc esse fabricatam. Sed S. Ambr. de Noe c. 7. admonet hic simpliciter ligna poni, in Exodo autem imputribilia.* ν Arcam.] *Alij libri græci* κατὰ τὴν κιβωτόν, secundum arcam. *Compl.* ἐν αὐτῇ. in ea. *S. Ambr. cap. 6.* in arca. *S. August. in locut.* Quod habent latini codices plurimi, nidos facies in arcam, cum latina locutio sit, non, in arcam, sed in arca; græci nec in arcam nec in arca, habent; sed, nidos facies arcam: quod intelligitur, vt ipsa arca nidi essent. *Eodem modo habet hebræus. Symmachus* καλιὰς ποιήσεις, māsiunculas facies. *Scholion,* τὰς εἰς νεοττοτροφίαν ἐπιτηδείας ἐχούσας καταλύσεις, diuersoria apta ad pullorum nutritionem. ξ Bituminabis.] *Sic interpres Origenis, ad verbum è græco. S. Ambr. c. 6.* illinies. *Aquila,* ἀλοιφήσεις ἀλοιφῇ, vnges vnguine. ο Colligens.] *Symmachus,* διαφανὲς ποιήσεις, perlucidū facies. *Aquila,* μεσημβρινόν, meridianum. *S. Hieronymus:* Pro eo, quod est, colligens facies arcam, in hebræo habet, meridianum facies arcæ: quod manifestius interpretatus est Symmachus dicens, διαφανὲς hoc est, dilucidum facies arcæ, volens fenestram intelligi. π A latere.] *S. August. in locut.* Quod habent plerique codices, facies ostium arcæ a latere, nonnulli habent, ex transuerso. sic enim voluerunt interpretari, quod græce dicitur ἐκ πλαγίων, *S. Ambr. c. 8.* ex aduerso. ρ Inferiora.] κατώγαια, *aut, vt alius liber,* κατώγαια διώροφα, καὶ τριώροφα. *Symmachus.* κατὰ δίστεγα καὶ τρίστεγα. secundum binas & ternas contignationes. σ Bestijs.] *Aquila & Symmachus,* ζώων, animalibus.

CAP. VII.

ET dixit Dominus Deus ad Noe. Intra tu, & omnis domus tua in arcam: quia te vidi iustum coram me in generatione ista. A iumentis autem mundis induc ad te, septem septem, masculum & feminam: a iumentis autem immundis duo duo, masculum & feminam; & a volatilibus cæli mundis septem septem, masculū & feminam, & ab omnibus volatilibus immundis duo duo, masculum & feminam, vt nutriatur semen super omnem terram.

terram. Adhuc enim ſeptem diebus, ego induco pluuiam ſuper terram quadraginta dies, & quadraginta noctes: & delebo omnem [α] ſuſcitationem, quam feci, a facie [β] omnis terræ. Et fecit omnia Noe, quæ præcepit ei Dominus Deus. Noe autem erat annorum ſexcentorum: & diluuium aquæ factum eſt ſuper terram. Intrauit autem Noe, & filij eius, & vxor eius, & vxores filiorum eius cum eo in arcam, propter aquam diluuij: & a volatilibus mundis, & a volatilibus immundis, & a pecoribus mundis, & a pecoribus immundis, & ab omnibus repentibus ſuper terram, duo duo intrauerunt ad Noe, maſculus & femina: ſicut præceperat Deus Noe. Et factum eſt poſt ſeptem dies: & aqua diluuij facta eſt ſuper terram. In ſexcenteſimo anno in vita Noe, in menſe ſecundo, in ſeptima & vigeſima menſis rupti ſunt omnes fontes abyſſi: & [γ] cataractæ cæli apertæ ſunt. Et facta eſt pluuia ſuper terram quadraginta dies, & quadraginta noctes. In die hac intrauit Noe, Sem, Cham, Iaphet filij Noe, & vxor Noe, & tres vxores filiorum eius cum eo in arcam: & omnes beſtiæ ſecundum genus, & omnia pecora ſecundum genus, & omne repens, quod mouetur ſuper terram, ſecundum genus, & omnis auis volatilis ſecundum genus ſuum intrarunt ad Noe in arcam, duo duo, maſculus & femina ab omni carne, [δ] in quo eſt ſpiritus vitæ. Et quæ ingrediebantur, maſculus & femina ab omni carne intrarunt, ſicut præceperat Deus Noe. Et clauſit Dominus Deus arcam [ε] de foris eius. Et factum eſt diluuium quadraginta dies, & quadraginta noctes ſuper terram: Et exundauit aqua, & leuauit arcam: & exaltata eſt a terra. Et ſuperabat aqua, & multiplicabatur valde ſuper terram: Et ſuperferebatur arca ſuper aquam: aqua autem ſuperabat valde valde ſuper terram. Et operuit omnes montes excelſos, qui ſunt ſub cælo: quindecim cubitos deſuper [ζ] exaltata eſt aqua. Et mortua eſt omnis caro, quæ mouetur ſuper terram, volatiliũ, & pecorum, & beſtiarum: & omne reptile, quod mouetur ſuper terram, & omnis homo, & omnia quæcumq. habent flatum vitæ, & omne quod erat ſuper aridam, mortuum eſt. Et deleuit omnem ſuſcitationem, quæ erat ſuper faciem terræ, ab homine vſque ad pecus, & reptilia, & volatilia cæli. Et deleta ſunt de terra. Et relictus eſt ſolus Noe, & qui erant cum eo in arca. Et exaltata eſt aqua ſuper terram centum quinquaginta dies.

A B C D

α Suſcitationem.] ἀνάστημα *S. Auguſt. in locutionibus num.* 19. *videtur legiſſe* ἀνάστασιν, *vbi etiam notat aliquid fortaſſe diſcriminis eſſe inter* ἀνάστασιν, *&* ἐξανάστασιν. *& num.* 21. *ſuſcitationem videtur interpretari conditionem, vel creaturam carnis. S. Ambroſius cap.* 13. & delebo omnem reſurrectionem carnis a facie terræ. *Omnino dictione iſta videtur ſignificari, quod exurgit, atque extat ſuper terram.* β Omnis.] *Abeſt a S. Ambroſio, itemq. a Compl. illud* πάσης. γ Cataractæ.] *Aquila & Symmachus,* αἱ θυρίδες, feneſtræ. δ In quo eſt.] *S. Auguſt. in locut. num.* 20. Non refertur in quo, niſi genus ſubaudias, ideſt, in quo genere. Nam, ſi in carne ſubaudiremus, in qua, fuerat dicendum: quod ſolus Interpres Symmachus dixit. *Verũ & Theodoretus in pſ.* 103. *& alij notarunt non raro vnum genus pro altero poni.* ε De foris eius.] ἔξωθεν αὐτῆ. *Interpres Origenis abſolute,* de foris; *& S. Ambr. c.* 15. a foris. ζ Exaltata eſt.] *Aquila,* ἐνεδυναμώθη, inualuit. *Symmachus,* ἐπεκράτησεν, præualuit. *De hac varietate meminit S. Aug. q.* 11.

E

CAP. VIII.

ET memor fuit Dominus Noe, & omnium beſtiarum, & omnium iumẽtorum, & omnium volatilium, & omnium reptilium repentium, quæ

erant

A erat cum eo in arca. Et induxit Deus spiritum super terram: & [α] cessauit aqua. Et [β] clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cæli: & cohibita est pluuia a cælo: & cedebat aqua vadens de terra: & minuebatur aqua post quinquaginta & centũ dies. Et sedit arca in mense septimo, septima & vigesima mensis super montes Ararat. Et in decimo mense prima mensis apparuerunt capita montium. Et factum est post quadraginta dies, aperuit Noe [γ] fenestram arcæ, quã fecerat. Et emisit coruum. Et egressus nõ rediit, donec siccaretur aqua a terra. Et emisit columbam post eum videre, si cessauit aqua a terra. Et cum non inuenisset columba requiem pedibus suis, reuertit ad eum in arcam: quoniam B aqua erat super omnem faciem terræ. Et extendens [δ] manum accepit eam; & induxit eam ad semetipsum in arcam. Et cum sustinuisset adhuc septem dies alios, rursus emisit columbam ex arca. Et reuertit ad eum columba ad vesperam: & habebat foliũ oleæ, [ε] festucam in ore suo. Et cognouit Noe, quia cessauit aqua a terra. Et cum sustinuisset adhuc septem dies alios, rursus emisit columbam: & non apposuit reuerti ad eum amplius. Et factum est in vno & sexcentesimo anno in vita Noe primi mensis vna mensis defecit aqua a terra. Et denudauit Noe [ζ] tectum arcæ quod fecerat: & vidit quia defecerat aqua a facie terræ. In secundo autem mense siccata est terra, septima & vigesima mensis. C Et ait Dominus Deus ad Noe, dicens: Exi de arca tu, & vxor tua, & filii tui, & vxores filiorum tuorum tecum, & omnes bestiæ, quæ sunt tecum, & omnis caro a volatilibus vsque ad iumenta: & omne reptile, quod mouetur super terram educ tecum: & crescite & multiplicamini super terram. Et egressus est Noe & vxor eius, & filii eius, & vxores filiorum eius cum eo. Et omnes bestiæ, & omnia iumenta, & omne volatile, & omne reptile, quod mouetur super terram secundum genus suum exiuerunt ex arca. Et ædificauit Noe altare Domino: [η] & sumpsit ab omnibus pecoribus mundis, & ab omnibus volatilibus mũdis: & obtulit in [θ] holocarposin super altare. Et odoratus est Dominus Deus D odorem suauitatis. Et dixit Dominus Deus [ι] recogitãs: Non adiiciam adhuc maledicere terram propter opera hominum: quia permanet mẽs hominis diligenter super mala a iuuentute sua. Non adiiciam ergo adhuc percutere omnem carnem viuentem, sicut feci [κ] omnibus diebus terræ, semen & messis, frigus & æstus, [λ] æstas & ver, die ac nocte non requiescent.

[α] Cessauit.] *Sic S. Ambr. cap. 16. S. Hieron. in tradit.* quieuit. *S. August. in quæst.* desiit. *Aquila*, ἐστάλησαν contractæ sunt. *Symmachus*, ἐλώφησαν, alleuatæ, & sedatæ sunt. [β] Clausi sunt.] *Ita S. Ambr. cap. 17. & libri græci vetusti*, ἐπεκαλύφθησαν, *idest*, cooperti sunt. *Theodoretus*, Idest, ἐκλείσθησαν, clausi sunt. nam & inferne crescebat aqua. *S. Hier. videtur legisse, quemadmodum est in quibusdam vulgatis editionibus*, ἀπεκαλύφθησαν. *Ita enim scribit in tradit.* & reuelati sunt fontes abyssi, & cataractæ cæli. Pro reuelatis fontibus, E clausos, & obturatos, omnes interpretes transtulerunt. *Schol. ex Aquila*, ἐπεφράγησαν, obstructi, & obsepti sunt. [γ] Fenestram.] θυρίδα. *Ita libri vetustiores. In aliis, & apud S. Ioannem Chrysost. hom. 26. est*, τὴν θύραν. *Et S. Hier. cum haberet*, ostium arcæ; *hæc addit*, pro ostio fenestra scripta est in hebræo. *S. Amb. cap. 17. primo*, ostium, *deinde*, fenestram, *habet*. [δ] Manum.] *Ita S. Ambr. cap. 18. In aliquo libro græco additur* αὐτοῦ *& S. August. in locut. notat hanc dicendi formam*, manum suam. [ε] Festucam.] κάρφος, *S. Amb. cap. 19.* & ramum. *S. Aug. in locut.* surculum. [ζ] Tectum.] *Aquila*, τὸ κάλυμμα, operculum. [η] Domino.] *S. Ambr. c. 22. habet*, Deo, *& rationẽ affert, cur potius dictum sit*, Deo, *quàm*, Domino. *In aliqua etiam editione vulgata est*, τῷ θεῷ. [θ] In holocarposin.] *Retinuimus dictionem græcam, quod interdum patres eam a cæteris similibus distinguant. potest tamen verti*, in holocaustum. *Symmachus*, ἀναφοράς, oblationes. [ι] Recogitans.] *Apud S. Ambr. cap. 22. sic interpungitur*: Et dixit Dominus Deus, recogitans non adiiciam. *Sed fortasse, quantũ ex explanatione colligitur, vitiũ scriptoris est. Omnino melius respondet hebræo, si ita legatur*:

& dixit

& dixit Dominus Deus recogitans. *Symmachus,* εἶπε κύριος πρὸς ἑαυτόν, dixit Dominus ad ſeipſum. *Theodotio,* εἶπε κύριος πρὸς τὴν καρδίαν αὐτοῦ, dixit Dominus ad cor ſuum. κ Omnibus diebus terræ.] *S. Amb. c. 22. videtur iſta coniungere cum ſuperioribus; ita enim inquit:* Non ergo adhuc percuteret omnem terram, ſicut fecit, omnibus diebus terræ. *Et c. 23. ſic incipit,* Quid ſit etiam, quod ait, ſemen, & meſſis, *&c. Sed S. Aug. q. 15. videtur coniungere cum ſequentibus. Ita enim ſcribit,* Quid ſibi vult, quod Dominus dicit non adijciam adhuc maledicere ſuper terrã propter opera hominum: quia appoſita eſt mens hominis ad malitiam a iuuentute. Non adijciam ergo adhuc percutere omnem animam viuam, quemadmodum feci: & deinde iungit, quæ ſecundũ largitatem bonitatis ſuæ donat hominibus indignis. *Ita etiam interpungit latina vulgata editio.* λ Æſtas & ver.] *S. Ambr. cap. 23. hunc locum ita refert,* ſemen & meſſis, hiems & æſtas, die & nocte non requieſcent.

CAP. IX.

ET benedixit Deus Noe, & filios ei⁹: & dixit eis: Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius: & [α] tremor, & timor veſtri erit in omnibus beſtijs terræ, ſuper omnia volatilia cæli, & ſuper omnia quæ mouentur ſuper terram, & ſuper omnes piſces maris: ſub manus vobis dedi: & omne reptile quod eſt viuum, vobis erit ad eſcam, ſicut olera pabuli dedi vobis omnia. Verumtamen [β] carnem in ſanguine animæ non comedetis. Etenim veſtrum ſanguinem animarum veſtrarum de manu omnium beſtiarũ exquiram ipſum: & de manu [γ] hominis fratris exquiram animam hominis. Qui effuderit ſanguinem hominis; pro ſanguine eius effundetur: quia in imagine Dei feci hominem. Vos autem creſcite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius. Et ait Deus Noe, & filijs eius cum eo, dicens. Et ecce ego ſtatuo pactum meum vobis, & ſemini veſtro poſt vos, & omni animæ viuenti vobiſcum ab auibus & a pecoribus, & omnibus beſtijs terræ, quæ vobiſcum ſunt, ab omnibus quæ egreſſa ſunt ex arca: & ſtatuam pactum meum ad vos: & non morietur omnis caro vltra ab aqua diluuij, & non vltra erit diluuium aquæ, vt corrumpat omnem terram. Et dixit Dominus Deus ad Noe. Hoc ſignum teſtamenti quod ego do inter me & vos, & inter omnem animam viuentem, quæ eſt vobiſcum in generationes æternas. Arcum meum pono in nube; & erit ſignum teſtamenti inter me & terram. Et erit: in connubilando me nubes ſuper terram, parebit arcus in nube: & memor ero teſtamenti mei, quod eſt inter me & vos, & inter omnem animam viuentem in omni carne. Et non erit vltra aqua in diluuium, vt deleat omnem carnem. Et erit arcus meus in nube: & videbo, ad recordandum teſtamenti æterni inter me & terram, & inter animam viuentem in omni carne, quæ eſt ſuper terram. Et dixit Deus Noe. Hoc ſignũ teſtamenti, quod diſpoſui inter me & inter omnem carnem, quæ eſt ſuper terram. Erant autem filij Noe, qui egreſsi ſunt de arca Sem, Chã, Iaphet. Et Cham erat pater Chanaan. Tres hi ſunt filij Noe. Ab his diſſeminati ſunt ſuper omnem terram. Et cepit Noe homo agricola eſſe terræ, & plantauit vineam: & bibit de vino: & inebriatus eſt, & nudauit ſe in domo ſua. Et vidit Cham pater Chanaã [δ] nudationem patris ſui: & egreſſus annũciauit duobus fratribus ſuis foris. Et ſumentes Sem, & Iaphet veſtimentum, impoſuerunt ſuper duos humeros ſuos, & perrexerũt retrorſum, & cooperuerũt nuditatem patris ſui: & facies eorum retrorſum: & nuditatem patris ſui non viderunt. Et ſobrius factus eſt Noe a vino: & cognouit

A uit omnia quæ fecit eis filius eius iunior, & dixit: Maledictus Chanaan [ε] puer: famulus erit fratribus suis. Et dixit: Benedictus Dominus Deus Sem: & erit Chanaã puer [ζ] famulus eius. Dilatet Deus Iaphet: & habitet in [η] domibus Sem: & fiat Chanaan puer eius. Vixit autem Noe post diluuium annos trecentos quinquaginta. Et facti sunt omnes dies Noe, nongenti quinquaginta anni: & mortuus est.

α Et tremor, & timor vestri.] *In alijs libris græcis partim est,* καὶ ὁ φόβος ὑμῶν, καὶ ὁ τρόμος, *& S. Ambr. c.24.* & timor vestri, & tremor. *partim* καὶ ὁ τρόμος ὑμῶν, καὶ ὁ φόβος ὑμῶν, & tremor vestri, & timor vestri. β Carnem in sanguine.] *Aquila* ἐν ψυχῇ αὐτοῦ αἷμα αὐτοῦ, in anima eius sanguinem eius. *Symm.* οὗ σὺν ψυχῇ αἷμα αὐτοῦ, cuius cum anima sanguis eius. γ Et de manu hominis.] *Ita fere S. August. q.16. sed S. Ambr. c.26. videtur hoc modo habere:* Etenim iustum sanguinem, & animarum vestrarum exquiram de omnibus bestijs, & de manu hominis. Sanguinem hominis de manu fratris eius exquiram. *In græcis etiam libris sunt aliquæ varietates.* δ Nudationem.] *Aquila, & Symm.* τὴν ἀσχημοσύνην, turpitudinem. ε Puer: famulus.] *Sic videntur interpungere. S. Ioan. Chrys. hom.29. & S. Aug. lib.16. de ciuit. cap.1. Sed possunt etiam coniungi, vt significetur puer domesticus. Theodoretus q.57. habet* δοῦλος δούλων. seruus seruorum. *licet interpres videatur legisse* δοῦλος δουλεύων, *vertit enim,* seruus seruiens. *Scholiastes illud* δοῦλος δούλων *tribuit Aquilæ.* ζ Puer famulus eius.] *S. Ambr. c.32.* & erit Chanaan seruus eius: *& Theodoretus* καὶ ἔσται χαναὰν παῖς αὐτοῦ. η In domibus.] *Ita S. Ambrosius, & S. Aug. locis allatis. In alijs libris græcis, & apud S. Ioan. Chrys. & Theodoretum est* ἐν τοῖς σκηνώμασι. in tabernaculis, *quemadmodum etiam est apud S. Hieronymum.*

B

CAP. X.

HÆ sunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, Iaphet; & nati sunt eis filij post diluuium. Filij Iaphet, Gamer, & Magog, & Madoi, & Iouan, & [α] Elisa, & Thobel, & Mosoch, & Thiras. Et filij Gamer, Ascanaz, & Riphath, & Thorgama. Et filij Iouã, Elisa & Tharsis, Cetij, Rhodij. Ex his segregatæ sunt insulæ gentiũ in terra sua: vnusquisq; secundũ linguã, in tribubus suis, & in gentibus suis. Filij autem Cham, Chus, & Mesraim, Phud & Chanaan. Filij autẽ Chus, Saba, & Euila, & Sabatha, & Rhegma, & Sabathaca. Filij autẽ Rhegma, Saba, & Dadan. Chus autem genuit Nebrod. Hic cepit esse gigas super terram. Hic erat gigas [β] venator [γ] contra Dominum Deum. Propter hoc dicent, sicut Nebrod gigas venator cõtra Dominum. Et factum est initium regni eius Babylon, & Orech, & Archad, & Chalaune in terra Senaar. De terra illa exijt Assur: & ædificauit Niniuem, & Rhooboth ciuitatem, & Chalach, & Dase inter medium Niniues, & Chalach. Hæc ciuitas magna. Et Mesraim genuit Ludijm, & Nephtalim, & Enemetiin, & Labjim, & Patrosonijm, & Chasmonijm (Vnde [δ] exierunt Philistijm,) & Gaphthorijm. Chanaan autẽ genuit Sidonem primogenitũ suum & Chettæum, & Iebusæum, & Amorrhæum, & Gergesæum, & Euæum, & Arucæũ & Asennæum, & Aradium, & Samaræum, & Amathi. Et post hæc dispersæ sunt tribus Chananæorum. Et facti sunt fines Chananæorum a Sidone, donec veniatur ad Gerara, & Gazan, donec veniatur vsq; ad Sodomã, & Gomorrham, Adama, & Seboim vsque ad Dasa. Hi filij Cham in tribubus suis secundum linguas suas in regionibus suis, & in gentibus suis. Et Sem natus est etiam ipsi, patri omnium filiorum Heber, fratri Iaphet [ε] maioris. Filij Sem, Elam, & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aran, & Cainan. Et filij Aran, Hus, & Vl, & Gater, & Mosoch. Et Arphaxad genuit Cainan: & Cainan genuit Sala. Sala autem genuit Heber. Et Heber nati sunt duo filij: nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra: & nomen fratri eius Iectan. Iectan autem genuit Elmodad, & Saleth, & Sarmoth, & Iarach, & Hodorra, & Æbel, & Decla, & Eual, & Abimael, & Saba, & Ophir, & Euila, & Iobab. Omnes hi filij Iectan. Et facta est habitatio eorũ a Masse, donec venias ad Saphera montem orientis. Hi filij Sem in tribubus suis, secundum linguas suas, in regionibus suis, & in gentibus suis. Hæ

C D E

B tribus

A

tribus filiorum Noe ſecundum generationes eorum, ſecundum gentes eorum. Ab his diſperſæ ſunt inſulæ gentium ſuper terram poſt diluuium.

α Et Eliſa.] *Hoc abeſt à Compl. vt etiam à S.Hier. qui (ne videatur vitium ſcriptoris) addit ſeptem filios natos eſſe ipſi Iapheth filio Noe. Eſt tamen in collatis exemplaribus. Et S. Aug. lib. 16. de ciuit. cap. 3. Scribit filios Iaphet octo eſſe nominatos.* β Gigas venator.] *Schol.* βίαιος, violentus. γ Contra Dominum.] *S. Aug. in locut.* Incertum eſt vtrum poſsit accipi coram Domino Deo, quia & ſic ſolet intelligi, quod græce dicitur. ἐναντίον. *De hac re diſputat etiam 16. de ciuit. c. 4.* δ Vnde exierunt Philiſtijm.] *S. Aug. in locut.* vnde exijt inde Philiſtijm, *& ita Compl.* ὅθεν ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν φυλιστιείμ. ε Maioris.] *ita collata exemplaria,* τοῦ μείζονος. *& videtur hebraiſmus. S. Aug. 16. de ciuit. cap. 3. vbi de hoc loco diſputat, habet* maiori.

CAP. XI.

ET erat omnis terra labium vnum: & vox vna omnibus. Et factum eſt, cum mouerent ipſi ab oriente; inuenerunt campum in terra Senaar: & habitauerũt ibi. Et dixit homo proximo ſuo: venite, faciamus lateres, & coquemus illos igni. Et facti ſunt illis lateres in lapidem: & α bitumen erat illis lutũ. Et dixerunt: Venite, ædificemus nobiſmetipſis ciuitatem, & turrim, cuius caput erit vſq; ad cælum: & faciamus nobis nomen, antequam diſpergamur in faciem omnis terræ. Et deſcendit Dominus videre ciuitatem, & turrim, quam ædificauerant filij hominum. Et dixit Dominus: Ecce genus vnum, & labium vnum omnium: & hoc inchoauerunt facere: & nunc non β deficient ab illis omnia, quæ conati fuerint facere. Venite & deſcendentes confundamus ibi linguam eorum: vt non audiat vnuſquiſq; vocem proximi. Et diſperſit eos Dominus inde ſuper faciem omnis terræ: & ceſſauerunt ædificantes ciuitatem, & turrim. Propter hoc appellatum eſt nomen illius, confuſio: quia ibi confudit Dominus labia omnis terræ: & inde diſperſit illos Dominus ſuper faciem omnis terræ. Et hæ generationes Sem. Et erat Sem γ filius centum annorum, cum genuit Arphaxad, ſecundo anno poſt diluuium. Et vixit Sem poſtquam genuit Arphaxad, quingentos annos: & genuit filios & filias: & mortuus eſt. Et vixit Arphaxad centum triginta quinq; annos: & genuit Cainan. Et vixit Arphaxad, poſt quam genuit Cainan, annos trecentum: & genuit filios & filias: & mortuus eſt. Et vixit Cainan centũ, & triginta annos, & genuit Sala. Et vixit Cainan, poſt quam genuit Sala annos trecentum triginta: & genuit filios et filias: et mortuus eſt. Et vixit Sala centum triginta annos: et genuit Heber. Et vixit Sala poſt quam genuit Heber, trecentũ triginta annos: et genuit filios et filias: et mortuus eſt. Et vixit Heber centum triginta quatuor annos, & genuit Phaleg. Et vixit Heber, poſt quã genuit Phaleg, annos ducentos ſeptuaginta: & genuit filios & filias: & mortuus eſt. Et vixit Phaleg centum triginta annos: & genuit Rhagau. Et vixit Phaleg, poſtquam genuit Rhagau, ducentos & nouẽ annos: & genuit filios & filias: et mortuus eſt. Et vixit Rhagau centum triginta et duos annos: et genuit Seruch. Et vixit Rhagau poſt quam genuit Seruch, ducentos ſeptem annos: et genuit filios et filias: & mortuus eſt. Et vixit Seruch centũ triginta annos: et genuit Nachor. Et vixit Seruch poſt quã genuit Nachor, annos ducẽtos: et genuit filios et filias: et mortuus eſt. Et vixit Nachor annos centũ ſeptuaginta nouem: & genuit Tharra. Et vixit Nachor poſtquã genuit Tharra, annos centũ viginti quinq. & genuit filios & filias: & mortuus eſt. Et vixit Tharra ſeptuaginta annos: & genuit Abrã, & Nachor, & Arran. Et Arran genuit Lot. Et mortuus eſt Arran corã δ Tharra patre ſuo in terra qua natus eſt, in regione Chaldæorũ. Et ſumpſerũt Abrã, & Nachor ſibi vxores. Nomen vxoris Abram, Sara: & nomen vxoris Nachor, Melcha filia Arran, & ε pater Melcha, & pater Ieſca. Et erat Sara ſterilis, & non generabat. Et ſumpſit

B

C

D

E

A psit Tharra Abram filium suum, & Lot filium Arran, filium filij sui, & Saram nurum suam, vxorem Abram filij sui. Et eduxit eos de regione Chaldæorum, vt irent in terram Chanaan: ζ & venerunt vsque ad Charram, & habitauit ibi. Et facti sunt dies Tharra in terra Chanaan ducenti quinque anni: & mortuus est Tharra in Charran.

α Bitumen.] *Diodorus.* Asphaltus, idest, bitumen ad ædificationem inutile: Asbestus autẽ, idest, calx viua, aptissima. *Schol.* Syrus, & hebræus Asbestum dicunt. *Verum de hac sententia, quam nonnullos ex magistris habuisse inquit, accurate disputat Theodor. in appendice q.* 58. β Et non deficient.] *S. Aug. lib.* 16. *de ciuit. c.* 6. *ita interpretatur hanc sententiam, vt nõ dicta sit affirmando, sed interrogando, & comminando.* γ Filius.] *Abest hæc vox ab aliquo codice S. Aug. l.* 16. *de ciuit. c.* 10. *habet* filius Noe. *In locut. testatur quosdã latinos codices sic habere, græcos autem tantũ,* filius centũ annorum, *nouamque esse locutionem.* δ Coram Tharra.] *Ita etiam S. Aug. c.* 12. *eiusdem lib. & respondet hebræo: quodque apud S. Hieron. est,* ante Tharæ. *potest eandem notionem habere. Nam sæpe in scriptura,* ante, *valet idem, quod* coram. ε Et pater.] *hunc locum paulo obscuriorem videtur illustrare voluisse S. August. eodem capite, cum ita refert.* Iste Aram pater Melchæ fuit, & pater Iescæ, quæ Iesca creditur ipsa esse etiam Sara vxor Abrahæ. ζ Venerunt.] ἦλθον, *In aliquo codice est* ἦλθεν. *& S. Aug. c.* 13. venit. *In Cõplutensi autẽ est* ἦλθον, *& sequitur,* ᾤκησαν. habitauerunt.

CAP. XII.

Et dixit Dominus ad Abram: Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: & vade in terram, quam tibi demonstrauero: & faciam te in gentem magnam: & benedicam te, & magnificabo nomen tuum: & eris C benedictus: & benedicam benedicentes te: & maledicam maledicentes te: & benedicentur in te omnes tribus terræ. Et iuit Abram, quemadmodum loquutus est ei Dominus: & abijt cum eo Lot. Abram autem erat septuaginta quinque annorum, cum egressus est de Charran. Et sumpsit Abram Saram vxorem suam, & Lot filium fratris sui, & omnem substantiam suam, quamcumq. possederant, & omnem animam quam possederant α de Charran: Et egressi sunt, vt irent in terram Chanaan. Et perambulauit Abram terram in longitudinem ipsius vsque ad locum Sichem, ad β quercum altam. Chananæi autem tunc habitabant terram. Et apparuit Dominus Abram, & dixit illi. Semini tuo D dabo terram hanc. Et ædificauit ibi Abram altare Domino, qui apparuerat ei: Et γ recessit inde in montem ad orienrem Bæthel: & tetendit ibi tabernaculum suum in δ Bæthel ad ε mare, & Angæ ad orientem. Et ædificauit ibi altare Domino, & inuocauit in nomine Domini. Et abijt Abram, & profectus castrametatus est in ζ deserto. Et facta est fames super terram: descenditque Abram in Ægyptum, vt peregrinaretur ibi: quia η inualuerat fames super terram. Factum est autem cum prope esset Abram, vt ingrederetur in Ægyptum, dixit Abram Saræ vxori. Noui ego, quod mulier pulchra aspectu es. Erit ergo cum te viderint Ægyptij, dicent, quia vxor illius hæc: & occident me, te autem seruabunt. E Dic igitur, quia soror eius sum: vt bene mihi sit propter te: & viuet anima mea propter te. Factum est autem statim vt intrauit Abram in Ægyptum, videntes Ægyptij mulierem eius, quia speciosa erat valde: & viderunt eam principes Pharaonis: & laudauerunt eam apud Pharaonem: & introduxerunt eam in domũ Pharaonis: & Abram bene vsi sunt propter eam. Et fuerunt ei oues, & vituli, & asini, & pueri, & ancillæ, & muli, & cameli. Et afflixit Deus Pharaonem afflictionibus magnis, & sæuis, & domũ eius pro Sara vxore Abram. Vocans autẽ Pharao Abram, dixit: Quid hæc fecisti mihi? quia non annũciasti mihi, quia vxor tua est? Vt quid dixisti, quia soror mea est? Et sumpsi eã mihi vxorẽ. Et nũc

ecce vxor tua coram te: Accipe, & recede. Et præcepit Pharao viris de Abraham, vt comitantes dimitterent eum, & vxorem eius, & omnia quæcumque erant ei.

α De Charran.] Ἐκ χαῤῥάν. *Compl.* ἐν χαῤῥάν. *S. Amb. lib. 2. de Abraam cap. 2.* in Charran. β Quercum altã.] *Schol.* τῆς δρυὸς μαμβρῆ, quercum Mambre. γ Recessit.] *Aquila,* μετῆρεν, diuertit, δ In Bethel.] *Obseruanda locutio, hoc enim videtur significari,* in loco, qui habet Bethel ad mare, & Angæ ad orientem. *quod ex sequenti capite colligitur.* ε Ad mare.] *Schol.* ἀπὸ δυσμῶν, ἀπὸ θαλάσσης, ab occasu, a mari. ζ In deserto.] *Aquila,* νότον δέ. *Symm.* εἰς νότον, ad Austrum. *Notat in tradit. S. Hieron. & in hoc, & in pluribus alijs locis pro deserto scribi in hebræo ad Austrum.* η Inualuerat.] *Aquila,* ἐβαρύνεν, ingrauescebat.

CAP. XIII.

AScendit autem Abram de Ægypto, ipse, & vxor eius, & omnia eius, & Lot cum eo in desertum. Abram vero erat diues valde pecoribus, & argento, & auro. [α] Et iuit, vnde venerat, in desertum vsque ad Bethel, vsque ad locum, vbi erat Tabernaculum ipsius prius inter Bethel & Angæ, ad locum altaris, quod fecerat ibi a principio. Et inuocauit ibi Abram nomẽ Domini. Et ipsi Lot simul ambulanti cum Abram, erant oues, & [β] boues, & tabernacula: & non capiebat eos terra, vt habitarent simul: quoniam erat substãtia eorum multa. Et facta est rixa inter pastores pecorum Abram, & pastores pecorũ Lot. Chananæi autẽ, & Pherezæi tunc inhabitabant terram. Dixit autem Abram ad Lot: Non sit rixa inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos: quia homines fratres sumus nos. Nonne ecce tota terra ante te est? Discede a me: si tu in sinistram, ego in dexteram: vel si tu in dexteram, ego in sinistram. Et leuans Lot oculos suos, vidit omnem regionem circa Iordanem, quod omnis esset irrigua, antequã euerteret Deus Sodoma, & Gomorrha, sicut paradisus Dei, & sicut terra Ægypti, vsque dum venias in Zogora. Et elegit sibi Lot omnem regionem circa Iordanem; & abijt Lot ab oriente. Et separati sunt vnusquisq. a fratre suo. Abrã autem habitauit in terra Chanaan. Lot autem habitauit in ciuitate circumiacentium: & tabernaculum tetendit in Sodomis. Viri autem, qui in Sodomis, mali, & peccatores in conspectu Dei valde. Et dixit Deus ad Abram postquam recessit Lot ab illo: Respice oculis tuis, & vide, a loco, in quo nunc tu es, ad Aquilonem, & Africum, & orientem, & mare: quia omnem terram, quam tu vides, tibi dabo eam, & semini tuo [γ] vsq. in sæculum: & faciã semen tuum, sicut arenam terræ. Si potest aliquis dinumerare arenam terræ; & semen tuũ dinumerabitur. Surgens perambula terram in longitudinem eius, & in latitudinẽ, quia tibi dabo eam, [δ] & semini tuo in sæculum. Et mouens tabernaculum Abram veniens habitauit iuxta quercum Mambre: quæ erat in Chebron: & ædificauit ibi altare Domino.

α Et iuit, vnde.] *S. Hier. in tradit.* Denique non, vt in lxx. legimus, abijt vnde venerat, in desertum vsq. Bethel; sed, sicut in hebręo scriptum est, abijt itinere suo per Austrum vsque Bethel. *Vulgata tamen habet,* reuersusq. est per iter, quo venerat. β Boues & tabernacula.] *Ita S. Ambr. lib. 2. de Abraam cap. 5. & vetusti codices græci. In alijs, & apud S. Io. Chrysost. hom. 33. est,* βόες, καὶ κτήνη, boues, & iumenta. γ Vsque in sæculum.] *Sic S. Aug. lib. 16. de ciuit. cap. 21. & in quæst. q. 28. Sed S. Amb. lib. 2. cap. 7.* in æternum. *de quare disputat S. Aug. in illo cap. 21. & q. 31. & alibi sæpe.* δ Et semini tuo in sæculum.] *Habentur hæc verba in plerisque vetustis codicibus græcis, & apud S. Amb. lib. 2. cap. 7. Absunt tamen a nonnullis codicibus: neque referuntur a S. Aug. locis indicatis.*

CAP.

CAP. XIV.

A Factum est autem in regno Amarphal regis Sennaar,& [α] Arioch regis [β] Hellasar, Chodollogomor rex Elam,& Thargal rex gentium fecerunt bellum cum Balla rege Sodomorum, & cum Barsa rege Gomorræ,& cum Sennaar rege Adama,& cũ Symobor rege Seboim,& rege Balac: hæc est Segor. Omnes isti [γ] consenserunt ad vallem [δ] salsam: hoc est mare salis. Duodecim annis ipsi seruierant Chodollogomor: tertio autem,& decimo anno recesserunt. In quarto autem,& decimo anno venit Chodollogomor,& reges qui cum eo: Et percusserunt [ε] gigantes, qui in Astaroth, [ζ] & Carnain,& gentes fortes simul [η] cum eis,& Ommæos, qui in Saue ciuitate,& Chorræos, qui in montibus Seir vsque

B ad [θ] terebinthũ Pharan, quæ est in deserto. Et reuersi venerunt ad fontẽ iudicij: hæc est Cades. Et percusserunt omnes principes Amalec,& Amorræos, qui habitabãt in Asasonthamar. Egressus est autem rex Sodomorũ,& rex Gomorrhæ,& rex Adama,& rex Seboim,& rex Balac: hæc est Segor. Et direxerunt aciem contra eos in bellũ, in valle Salsa, cõtra Chodollogomor regem Elam,& Thargal regem [ι] gentium,& Amarphal regem [κ] Sennaar,& Arioch regem Hellasar: quatuor reges aduersus quinque: Vallis autem Salsa, putei bituminis. Fugit autem rex Sodomorum,& rex Gomorrhæ,& ceciderunt ibi: residui autem fugerunt in montanam. Ceperunt autem omnem equitatum Sodomorum,& Go-

C morrhæ,& omnes escas eorum: & abierunt. Ceperunt autem & Lot filium fratris Abram,& apparatum eius: & discesserunt. Erat enim [λ] habitans in Sodomis. Adueniens autem eorum, qui [μ] euaserunt, quidam nunciauit Abram [ν] transitori. Ipse autẽ habitabat ad quercũ Mambre, Amorrhæi fratris Eschol,& fratris Aynan, qui erant coniurati Abram. Audiẽs autem Abram, quia captiuatus est Lot filius fratris sui, numerauit proprios vernaculos suos trecentos decem,& octo. Et persequutus est post eos vsq. Dan. Et irruit super eos nocte, ipse,& pueri eius: percussitque eos,& persequutus est eos vsq. Choba, quæ est [ξ] ad sinistram Damasci. Et reduxit omnem equitatum Sodomorum: & Lot

D fratris sui filium reduxit,& omnem substantiam eius,& vxores,& populum. Egressus est autem rex Sodomorum in occursum ei, postquam ille reuersus est a cæde Chodollogomor,& regum, qui cum eo, in valle Saby: hic erat campus regum. Et Melchisedec rex Salem protulit panes,& vinum: Erat autem sacerdos Dei altissimi: [ο] & benedixit Abram,& dixit. Benedictus Abram Deo altissimo, qui creauit cælum & terram: & benedictus Deus altissimus, qui tradidit inimicos tuos sub manus tuas. Et dedit ei Abram decimam de omnibus. Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: Da mihi [π] homines: equitatum autem sume tibi. Dixit autem Abram ad regem Sodomorum: Extendam manum meã

E ad Dominum Deum altissimum, qui creauit cælum & terram, si a [ρ] filo vsque ad [σ] corrigiam calceamenti sumam ab omnibus tuis: vt non dicas, quia ego ditaui Abram, præter ea, quæ comederunt iuuenes,& portionem virorũ, qui mecum vna profecti sunt, Eschol, Aynan, Mambre. Hi sument portionem.

[α] Et Arioch regis.] *In aliqua editione est,* καὶ ἀριὼχ βασιλεὺς, & Arioch rex. *A Complutensi abest etiam illud* καί. [β] Hellasar.] *Aquila,* πόντου, ponti. *Symmachus,* σκυθῶν, *Scytharum.* [γ] Consenserunt.] Συνεφώνησαν. *Aquila,* συνέβαλον, contulerunt, coiuerunt. *Symmachus,* συνῆλθον, conuenerunt. [δ] Salsam.] Τὴν ἁλυκήν. *S. Hier. in tradit.* salinarum. *Addit autem dictionem hebræam Aquilã esse interpretatũ* τῶν ... *Theodotionem,*

dotionem, τῶν ἀλσῶν, *amœna nemora ſignificantes. Quamuis potuit fortaſſe Aquila regionē campeſtrē ſignificare voluiſſe.* ε Gigantes.] *Aquila,* ῥαφαείμ, Rhaphaim. ζ Et Carnain.] *Abeſt coniunctio & a Cōplut.quemadmod um & a S.Hier.qui diligenter hunc locum tractat.* η Cum eis.] *Ita etiā in vulgata: quamuis S.Hier. ſcribat in Hebræo ſignificari locum,ideſt* in Hom. θ Terebinthum.] *Schol.* δρυός. ἡ πόλις αὕτη τοῦ ἰώβ, quercū: ciuitas hæc ipſius Iob. ι Gentium.] *Symmachus,* σκυθῶν. Scytharum. *Schol.* παμφυλίας. Pamphyliæ. κ Sennaar.] *Schol.* πόντου. ponti. λ Habitans in Sodomis.] *Alij codices,* κατασκηνῶν ἐν τῇ γῇ σοδόμων, *aut,* ἐν σοδόμοις. Tabernaculum habens in terra Sodomorū, *aut* in Sodomis. μ Euaſerunt.] *Ita S. Aug.in locut.quod græce eſt,* τῶν ἀνασωθέντων. *Symmachus,* διαφυγόντων. *S.Hier.* & qui fugerat. ν Tranſitori.] Τῷ περάτῃ. *nec multo aliter Aquila,* περαΐτῃ. *Symm.autem* τῷ ἑβραίῳ, hebræo.*quod eſt in vulgata: licet fateatur S.Hier. vocabulo hebræo exprimi tranſitorem. Apud S.Aug.in locut.& queſt.29.eſt,* tranſfluuiali. *cuius verba diligenter ſunt perlegenda. Acacius:* Poſitū eſt gentile nomen ductū ab atauo ipſius Abrā,ideſt,Heber,ſed interpretatione redditum: nimirum pro, Abram hebræo, Abram tranſitori: hebræus enim interpretatione redditur trāſitor. *Quod etiam eſt Philonis in lib.de migrat.Abraā. Diodorus.* Trāſitorem vocat Abrā, quippe qui habitaret trans Iordanē. *Origenes,* Tranſitor nominatur Abram; quoniam e Chaldæorum regione pertranſiēs Meſopotamiam venit in partes Chanaan. *Theodoretus q.60.ad iſtud* περάτῃ. Hoc, inquit, in hebræo reperi eſſe ἔβρει (al. ἔβερ.) hoc autem græce declinatum fit ἑβραῖος. *& multa alia in hanc ſententiā: vt oſtendat hebræos dictos eſſe ad Abram tranſitore, qui Euphratem tranſierat, cum e Chaldæorum regione in Palæſtinam veniret.* ξ Ad ſiniſtram.] *S.Ambr.lib.2.c.7.habet* ad dexteram. ο Et benedixit Abram.] *Ita libri veteres græci, & S.Cypr.lib 2.epiſt.3. In alijs eſt,* εὐλόγησεν αὐτὸν μελχισεδὲκ, benedixit eum Melchiſedech. π Homines.] *Aquila,* τὴν ψυχήν, animam. *Symmachus,* τὰς ψυχάς, animas. ρ A filo.] *Aquila,* ῥάμματος. *Symmachus,* νήματος. *quæ idem hoc loco ſignificant, ac* σπαρτίου. *S.Auguſt.in locut.habet* σπάρτου, *vnde inquit fluxiſſe errorem in latinam interpretationem, vt legeretur,* a ſporto. σ Corrigiam.] Σφαιρωτῆρος. *Schol.* ita autem vocat τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος, corrigiam calceamenti.

CAP. XV.

POſt hæc autem verba factum eſt verbum Domini ad Abram in viſu, α dicens: Noli timere Abram: ego protego te: merces tua multa erit valde. Dicit autem Abram: β Deſpota Domine quid mihi dabis? Ego autem dimittor ſine liberis. γ Filius autem Maſec, vernaculæ meæ, iſte Damaſcus Eliezer. Et dixit Abram. Quoniam quidem mihi non dediſti ſemen: vernaculus autem meus hæreditabit me. Et ſtatim vox Domini facta eſt ad eum, dicens: non hæreditabit te iſte: ſed qui egredietur ex te, hic hæreditabit te. Eduxit autem eum foras; & dixit ei: Reſpice in cælum, & numera ſtellas, ſi potes dinumerare eas. Et dixit: Sic erit ſemen tuum. Et credidit Abram Deo: & deputatum eſt ei ad iuſtitiam. Dixit autem ad eum. Ego Deus, qui te eduxi de regione Chaldæorum, vt dem tibi terram hanc hæreditare. Dixit autem. Deſpota Domine, ſecundum quid ſciam, quod hæreditabo eā? Dixit autem ei: Accipe mihi iuuencam trimam, & capram trimam, & arietem trimum, & turturem, & columbam. Accepit autem ſibi hæc omnia: & diuiſit illa media: & poſuit ea contra faciem alterum alteri: aues autem non diuiſit. Deſcenderunt autem aues ſuper corpora, δ ſuper diuiſiones eorum: & ε conſedit illis Abram. Circa ſolis autem occaſum ζ ecſtaſis cecidit ſuper Abram: & ecce timor tenebroſus magnus incidit ei. Et dictum eſt ad Abram. Sciendo ſcies, quia peregrinum erit ſemen tuum in terra non propria: & in ſeruitutem redigent eos, & affligent eos, & η humiliabunt eos quadringentis annis: gentem autem, cui ſeruierint, iudicabo ego. Poſt hæc vero exibunt huc cum apparatu multo. Tu autem ibis ad patres tuos in θ pace ι nutritus in κ ſenecta bona. Quarta vero generatione reuertentur huc. Nondum enim impleta ſunt peccata Amorræorum vſq. adhuc. Cum autem iam ſol erat ad occaſum; facta eſt flamma: & ecce fornax fumigabunda, & lampades ignis, quæ pertranſierunt per medias diuiſiones iſtas. In die illa diſpoſuit Dominus teſtamentum ad Abram, dicens: ſemini tuo

dabo

A dabo terram hanc, a flumine Ægypti vſque ad flumen magnum Euphratem, Cenæos, & Cenezæos, & Cedmonæos, & Chettæos, & Pherezæos, & Raphaim, & Amorræos, & Chananæos, & Euæos, & Gergeſæos, & Iebuſæos.

α Dicens.] λέγων, *ſæpe in ſcriptura ponitur, ac ſi eſſet imperſonale, & valeret* dicendo. β Deſpota Domine.] *Non inuenimus, qui aptius interpretaremur illud* δέσποτα κύριε. γ Filius autẽ Maſec.] *Aquila,* ὁ υἱὸς τοῦ ποτίζοντος οἰκίαν μου, filius potum dantis domui meæ. *Theodotio,* καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἐπὶ τῆς οἰκίας μου, & filius eius, qui ſuper domum meam eſt. *Ita enim interpretatur vtrumque S. Hier. & hæc addit,* Quod autem dicit, hoc eſt: Ego ſine liberis moriar, & filius procuratoris mei, vel villici, qui vniuerſa diſpenſat, & diſtribuit cibaria familiæ meæ, vocaturque Damaſcus Eliezer, hic meus hæres erit. *legenda etiam ſunt, quæ de iſto nomine idem affert in cap. 40. Schol.* ὁ δὲ συγγενὴς τοῦ οἴκου μου, cognatus (*aut* cõgenitus) domus meæ. δ Super diuiſiones.]
B *S. Hie. in tradit.* ſuper cadauera, & ſuper diuiſiones corũ. *& plerique vetuſti codices græci* ἐπὶ τὰ διχοτομήματα αὐτῶν *nonnulli vero,* καὶ τὰ διχοτομήματα αὐτῶν. *eamq; vocẽ habet omnino Theodoretus q. 65. In alijs tamẽ quibuſdam eſt,* ἐπὶ τὰ σώματα τὰ διχοτομηθέντα. *& S. Aug. 16. de ciuit. cap. 24.* & deſcenderunt aues, & ſederunt ſuper corpora, quæ diuiſa erant. *S. Amb. lib. 2. c. 8.* ſupra diuiſa corpora vitulæ. ε Et conſedit.] *Sic S. Ambr. & S. Augu. S. autem Hier.* & ſedit cum eis. *Aquila,* ἀπεσόβησεν, abegit. *quomodo inquit S. Hier. ex hebræo vertendum eſſe. Theodoretus hoc factum explicans bis vtitur verbo* ἐξέλαυνεν, expellebat. ζ Ecſtaſis.] *Ita S. Hier. S. Amb. lib. 2 c. 9.* exceſſus. *S. Aug. loco indicato,* pauor irruit. *Symm.* κάρος. *S. Hier.* In hebræo legitur καταφορά, quam ſupra vertimus in ſoporem. η Et humiliabunt eos.] *Hæc abſunt a S. Aug.* θ In pace.] *S. Aug. & S. Amb. locis indicatis,* cum pace. *& aliquot libri græci* μετ' εἰρήνης. ι Nutritus.] *Ita S. Amb. & S. Aug. locis indicatis, & omnes vetuſti codices græci* τραφείς. *In compl. eſt* ταφείς, ſepultus. κ Senecta.] *Schol.* ἐν πολιᾷ ἀγαθῇ, in canicie bona.

C

CAP. XVI.

SAra autem vxor Abram non pariebat ei. Erat autem ei ancilla Ægyptia, cui nomen Agar. Dixit autem Sara ad Abram: Ecce concluſit me Dominus, vt non pariam. Intra ergo ad ancillam meam, vt α filios faciam ex illa. Obediuit autem Abram voci Saræ. Et ſumens Sara vxor Abram Agar Ægyptiam ancillam ſuam, poſt decẽ annos habitationis Abram in terra Chanaan, dedit eam Abram viro ſuo, ipſi vxorem. Et intrauit ad Agar: & concepit: & vidit quia in vtero haberet. Et deſpecta eſt Domina coram ipſa. Dixit autem Sara ad Abram: Iniuriam accipio ex te. Ego dedi ancillam meam in ſinum tuum.
D Vbi autem vidit, quia in vtero habet; ſpreta ſum coram ea: iudicet Deus inter me & te. Dixit autem Abram ad Saram: Ecce ancilla tua in manibus tuis: vtere ea, quomodo tibi placuerit. Et afflixit eam Sara: & fugit a facie eius. Et inuenit eam angelus Domini ſuper fontem aquæ in deſerto, ſuper fontem in via β Sur. Et dixit ei Angelus Domini: Agar ancilla Saræ, vnde venis? & quo vadis? Et dixit: A facie Saræ dominæ meæ ego fugio. Dixit autem ei Angelus Domini: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manibus eius. Et dixit ei Angelus Domini: Multiplicans multiplicabo ſemen tuum: & non numerabitur præ multitudine. Et dixit ei Angelus Domini: Ecce tu in vtero habes,
E & paries filium, & vocabis nomen eius Iſmael: quia exaudiuit Dominus humilitatem tuam. Hic erit ruſticus homo: manus eius ſuper omnes: & manus omnium ſuper eum: & ad faciem omnium fratrum ſuorum habitabit. Et vocauit nomen Domini loquentis ad eam: Tu Deus, qui reſpexiſti me: Quia dixit. Etenim coram vidi eum, qui apparuit mihi. Propter hoc vocauit puteum, puteum, vbi coram vidi. Ecce inter Cades, & inter Barad. Et peperit Agar Abram filium: & vocauit Abram nomen filij ſui, quem peperit ei Agar, Iſmael. Abrã autem erat annorum octoginta ſex, cum Agar peperit ipſi Abram Iſmael.

α Filios

[α] Filios faciam.] *τεκνοποιήσωμαι. Ita plerique libri græci manuscripti, & Theod. q. 66. & S. Hie. in tradit.* vt habeam filios ex ea. *In alijs quibusdam est, τεκνοποιήσῃς, & apud Philonẽ de congressu quer. erud. gratia, & S. Ioannem Chry. hom. 38. Item S. Amb. lib. 1. c. 4.* vt filium facias ex illa. [ς] Sur.] *Schol. τεῖχος ἢ εὐθυσμός,* murus aut directio. *S. Hier. inquit viam istam per desertum ducere ad Ægyptum.*

CAP. XVII.

ERat autem Abram annorum nonaginta nouem. Et apparuit Dominus Abram, & dixit illi: Ego sum Deus tuus: [α] place in conspectu meo: & esto [β] inculpabilis: & ponam [γ] testamentum meum inter me & inter te: & implebo te valde. Et procidit Abram in faciem suam. Et locutus est illi Deus dicens: Et ego: ecce testamentum meum tecum: & eris pater multitudinis gentium: & non vocabitur vltra nomen tuum Abram; sed erit nomen tuum Abraham: quia patrẽ multarum gentiũ posui te, & augebo te valde valde: & ponam te in gentes: & reges ex te exibunt: & statuam testamentum meum inter te, [δ] & inter semen tuum post te in generationes eorũ, in testamentum: vt sim tibi Deus, & semini tuo post te. Et [ε] dabo tibi & semini tuo post te terram, in qua incola es omnem terram Chanaan in possessionem æternam, & ero illis in Deũ. Et dixit Deus ad Abraham: Tu autem testamentum meum conseruabis, tu, & semen tuũ post te in generationes suas. Et hoc est testamentum, quod conseruabis inter me & vos, & inter semen tuum post te in generationes suas. Circuncidetur omne vestrum masculinum: & circuncidemini carnem præputij vestri: & erit in signum testamenti inter me & vos. Et puer octo dierum circuncidetur vobis, omne masculinum in progenies vestras: & vernaculus, & emptitius, ab omni filio alienigena, qui non est de semine tuo, circuncisione circuncidetur, vernaculus domus tuæ, & emptitius. Et erit testamentum meum in carne vestra in testamentum æternum. Et qui non fuerit circuncisus, masculus, qui non circuncidetur carnem præputij sui, octauo die interibit anima illa de genere suo; quia testamentum meum dissipauit. Et dixit Deus ad Abraham: Sara vxor tua, non vocabitur nomen eius Sara: Sarra erit nomen eius. Benedicam vero eam, & dabo tibi ex ea filium: & benedicam illum, & erit in gentes: & reges gentium ex eo erunt. Et procidit Abraham super faciem suam, & risit: & dixit in animo suo dicens, si centum annos habenti nascetur filius: & si Sarra nonaginta annorum pariet? Dixit autem Abraham ad Deum: Ismael hic viuat in conspectu tuo. Dixit autem Deus ad Abraham: Ita: Ecce Sarra vxor tua pariet tibi filiũ & vocabis nomen eius Isaac: & statuam testamentum meum ad illum in testamentum æternum, vt sim illi Deus, & semini eius post illum. De Ismael autem ecce exaudiui te: & ecce benedixi eum: & amplificabo illum, & multiplicabo illum valde: duodecim gentes generabit: & dabo illum in gentem magnam. Testamentum autem meum statuam ad Isaac; quem pariet tibi Sarra in tempore hoc in anno altero. Consummauit autẽ loquens ad eum: & ascendit Deus ab Abraham. Et sumpsit Abraham Ismael filium suum, & omnes vernaculos suos, & omnes emptitios, & omne masculinum virorum, qui erant in domo Abraham: & circuncidit præputia eorum in tempore diei illius; sicut locutus erat ei Dominus. Abraham autem erat nonaginta nouem annorum, cum circuncisus est carnem præputij sui. Ismael autem filius eius erat annorum tredecim cum circuncisus

A cuncisus est carnem præputij sui. In tempore autem diei illius circuncisus est Abraham, & Ismael filius eius, & omnes viri domus eius, & vernaculi eius, & emptitij ex alienigenis gentibus.

α Place.] *Ita S. Aug. lib. 16. de ciuit. cap. 26. quod græce est,* ἀρέσει. *Int. Orig. hom. 3.* complace. *S. Amb. lib. 1. cap. 4.* emerere: quasi adhuc, inquit, plene non emeruisset, qui desperaret sterilis partum vxoris. β Inculpabilis.] *Sic Int. Orig. S. Augu.* sine querela, *græce* ἄμεμπτος. γ Testamentum.] διαθήκην. *Notat autem S. Hier. in tradit. vbicunque in græco testamentum legimus, ibi in hebræo sermone esse fœdus, siue pactũ, id est, Berith.* δ Inter te.] *S. Aug.* inter me & te. *itemque Compl.* ε Dabo.] *Symm.* καὶ δίδωμί σοι, & do tibi.

CAP. XVIII.

B Apparuit autem ei Deus ad quercum Mambre, cum ille sederet in ostio tabernaculi sui in meridie. Et respiciens oculis suis vidit: & ecce tres viri stabant super eum. Et videns procurrit obuiam illis ab ostio tabernaculi sui: & adorauit super terram; & dixit: Domine, si vtique inueni gratiam ante te; ne prætereas seruum tuum. Sumatur iam aqua: α & lauent pedes vestros: & refrigerate sub arbore: & sumam panem, & manducabitis: & postea transibitis ad viam vestram, propter quod declinastis ad seruum vestrum. β Et dixit: Sic fac, sicut dixisti. Et festinauit Abraham in tabernaculum ad Sarram: & dixit ei: Festina, & consperge γ tres mensuras similæ: & fac subcineritia. Et in C boues cucurrit Abraham, & sumpsit tenerũ vitulum, & bonum, & dedit puero: & properauit δ ad faciendũ illum. Sumpsit autẽ butyrum, & lac, & vitulum, quẽ fecerat, & apposuit eis: & manducauerunt. Ipse autem adstabat eis sub arbore. Dixit autem ad eum: Vbi est Sarra vxor tua? Ille autem respondens dixit: Ecce in tabernaculo. Dixit autem: Reuertens veniam ad te in tempore hoc ε in horas: & habebit filium Sarra vxor tua. Sarra autem audiuit ad ostium tabernaculi, cum esset post eum. Abraham autem, & Sarra seniores, progressi in diebus: defecerant autem Sarræ fieri muliebria. ζ Risit autem Sarra in semetipsa D dicens: η hoc dum mihi factũ est vsq; nunc: dominus autẽ meus senex est. Et dixit Dominus ad Abraham: Quid, quod risit Sarra in semetipsa, dicens; num vtiq; vere pariam? ego autem senui? nunquid apud Deum impossibile erit verbum? In tempore hoc reuertar ad te in horas: & erit Sarræ filius. Negauit autẽ Sarra, dicens; non risi: timuit enim. Et dixit ad eam: nequaquam, sed risisti. Exurgentes autem inde viri conspexerunt in faciem Sodomorũ & Gomorrhæ: Abraham autem simul ambulabat cum eis comitans eos. Dominus autem dixit: non abscondam ego ab Abraham puero meo, quæ ego facio. Abraham autem fiet in gentem magnam, & multam θ: & benedicentur in eo omnes gentes E terræ. Scio enim quia constituet filijs suis, & domui suæ post se: & custodient vias Domini; vt faciant iustitiam & iudicium; vt adducat Dominus in Abraham omnia quæ locutus est ad illum. Dixit autem Dominus. Clamor Sodomorum & Gomorrhæ impletus est ι erga me; & peccata eorum κ magna valde. Descendens ergo videbo; si secundum clamorem ipsorum venientẽ ad me consummãtur λ: sin autem non, vt sciam. Et recedentes inde viri venerunt in Sodoma. Abraham autem adhuc erat stans in cõspectu Domini, & appropinquans Abraham dixit: Nunquid simul perdes iustũ cum impio? & erit iustus, sicut impius? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, perdes illos? nonne dimittes omnem

locum

locum ob quinquaginta iustos, si fuerint in ea? Nequaquam tu facies[μ] sicut verbum hoc; vt occidas iustum cum impio: & erit iustus vt impius.[ν] Nequaquam. Qui iudicas omnem terram; non facies iudicium? Dixit autem Dominus: si fuerint in Sodomis quinquaginta iusti in ciuitate; dimittam totam ciuitatẽ, & omnem locum propter eos. Et respondens Abraham dixit: Nunc cœpi loqui ad Dominum meum. Ego autem sum terra & cinis. Sin autem diminuti fuerint quinquaginta illi iusti in quadraginta quinque; perdes propter quinq; omnem ciuitatem? Et dixit: Non perdam, si inuenero ibi quadragintaquinque. Et adiecit adhuc loqui ad eũ, & dixit: Sin autem inuenti fuerint ibi quadraginta? Et dixit: Non perdam propter quadraginta. Et dixit: [ξ] Nunquid Domine, si loquar? Sin autẽ inuenti fuerint ibi triginta? Et dixit: Non perdã propter triginta. Et dixit: Quandoquidẽ habeo loqui ad Dominũ: Sin autẽ inuenti fuerint ibi viginti? Et dixit: Non perdã si inuenero ibi viginti. Et dixit: Nunquid Domine si loquar adhuc semel? Sin autem inuenti fuerint ibi decem? Et dixit: Non perdam propter decem. Abijt autem Dominus; post quam cessauit loquens ad Abrahã. Et Abraham reuersus est in locum suum.

α Et lauent.] *S. Aug. q.* 34. & lauem pedes vestros, & refrigerate, &c. β Et dixit.] *In aliquot libris græcis legitur,* καὶ εἶπαν, & dixerunt: *itemque paulo post. Philo in lib. de Abraham.* omnes simul loqui parum decorum fuisset: ciuilius erat vnius verbis ceteros annuere. γ Tres mensuras.] *Aquila, & Symm.* σάτα, Sata, *quod se ideo ex hebræo addidisse dicit S. Hier. vt idem mysterium & hic & in Euangelio, vbi mulier tria sata farinæ fermentare dicitur, agnoscamus.* δ Ad faciendum.] *locutio vsitata in scriptura, vt facere significet* parare. ε In horas.] εἰς ὥρας. *eodemque prorsus modo habet Philo in lib. de migratione Abraham. S. Hier. in tradit.* & in hora. *pro quo vitam inquit legi in hebræo.* ζ Risit autem.] *Aquila* ἐγέλασε κατ' αὐτῆς, risit super se. η Nec dum mihi.] *Aquila,* μετὰ τὸ κατατετρῖφθαί με, ἐγένετό μοι τρυφερία, Postquam attrita sum, facta est mihi voluptas. *Symm.* μετὰ τὸ παλαιωθῆναί με, ἐγένετό μοι ἀκμή, Postquam vetustate consenui, facta est mihi adolescentia. *S. Hier. hæc Symm. ita vertit: superiora autem tamquam ex hebræo affert.* θ Et multam.] *Aquila,* ὀστεϊνον, osseam, *Symm.* ἰσχυρὸν, robustam. ι Erga me.] *absunt ista à SS. Ambrosio, & Aug. & ab Int. Origenis. Schol.* clamorem dicit τολμηρὰν, ἢ καὶ τὴν παῤῥησίαν. audaciam, vel etiam fidentiam. *S. Aug. in locut.* Clamorem solet scriptura ponere pro tanta impudentia, & libertate iniquitatis; vt nec verecundia, nec timore abscondatur. *S. Ambr. lib. 1. ca. 6.* Nisi forte quia ei quẽ nihil latet, clamant omnia, clamare videntur singulorum crimina. κ Magna valde. *Aquila, & Symm.* ἐβαρύνθησαν, sunt aggrauata. λ Consummantur.] *Ita S. Aug. q. 39. quod græce.* συντελοῦνται. *S. Ambr. eod. cap. 6.* consummabuntur; *posset etiã actiue accipi,* consummant. *Symmac.* ἐπετέλεσεν (*aut fortasse* ἐπετέλεσαν) τὸ ἔργον, compleuit (*aut* compleuerunt) opus. μ Sicut.] ὡς τὸ ῥῆμα τοῦτο, *Abest illud* ὡς *ab aliquot codicibus: & à Compl. sed respondet hebræo.* ν Nequaquam.] *Symm.* οὐχὶ σόν, non tuum est. ξ Nunquid Domine.] *S. Hier. in tradit.* nunquid est Domine. *idque putat obscure dictum, & in hebræo plenius scribi.* ne quæso irascaris Domine si locutus fuero. *S. Aug. in locut. ait subaudiri,* irasceris, *aut aliquid huiusmodi. Schol.* μὴ δὴ ὀργίλον τῷ κυρίῳ. ne prouocet, obsecro, iram Domini.

CAP. XIX.

VEnerunt autem angeli duo in Sodoma vesperi. Lot autem sedebat ad portam Sodomorum. Videns autem Lot exurrexit obuiam illis: & adorauit [α] facie super terram; & dixit: Ecce Domini declinate in domum pueri vestri, & diuertite, & lauamini pedes vestros: & mane surgentes abibitis in viam vestram. Et dixerunt: Nequaquã; sed in platea diuertemus. Et coegit illos; & declinauerunt ad eum: & ingressi sunt in domum eius: & fecit eis potum: & azymos coxit eis: & manducauerunt. Prius autem quam cubitum irent, viri ciuitatis Sodomitæ circundederunt domum ab [β] adolescente vsque ad seniorẽ, totus populus simul. Et euocauerunt Lot, & dixerunt ad eum: Vbi sunt viri qui ingressi sunt ad te nocte? Educ illos ad nos, vt coeamus cum eis. Exijt autem

Lot

A Lot ad eos ad vestibulum, & occlusit ostium post se. Dixit autem ad eos. Nequaquam fratres: nolite male facere. Sunt autem mihi duæ filiæ, quæ non nouerunt virum: producam eas ad vos: & vtimini illis, quomodo placuerit vobis: tantummodo in viros istos ne faciatis iniquum, quam ob causam ingressi sunt sub tegmen trabium mearum. Dixerunt autem ei: recede illuc: intrasti, vt incola esses: nunquid etiam, vt iudicium iudices? Nunc igitur te affligemus magis, quam illos. Et vim faciebant in virum ipsum Lot vehementer: & appropinquauerunt ad confringendum ostium. Extendentes autem viri ipsi manus [y] attraxerunt Lot ad seipsos in domum: & ostium domus clauserunt: viros autem, qui

B erant ad ostium domus, percusserunt in [z] cæcitate a paruo vsque ad magnum: & defecerunt quærentes ostium. Dixerunt autem viri ad Lot: Sunt tibi hic generi, aut filij, aut filiæ? aut, si quis tibi alius est in ciuitate; educ de loco isto: quia nos perdimus locum hunc: quoniam exaltatus est clamor eorum coram Domino: & misit nos Dominus exterere eam. Egressus est autem Lot: & locutus est ad generos suos, qui acceperant filias eius, & dixit: Surgite, & egredimini de loco hoc: quia disperdit Dominus ciuitatem. Visus est autem ludere coram generis suis. Postquam autem diluculum factum est; vrgebant angeli Lot, dicentes: Surgens accipe vxorem tuam, & duas filias tuas, quas habes, & egredere: ne tu etiam

C perdaris simul cum iniquitatibus ciuitatis. Et turbati [ε] sunt: & tenuerunt Angeli manum eius, & manum vxoris eius, & manus duarum filiarũ eius in eo, quod parceret Dominus ei. Et factum est mox, vt eduxerunt eos foras; & dixerunt: Saluans salua tuam ipsius animam: ne respexeris retrorsum, nec steteris in omni circa regione: in montem saluum te fac: ne forte simul comprehendaris. Dixit autem Lot ad illos: Oro Domine, quia inuenit puer tuus misericordiam ante te, & magnificasti iustitiam tuam, [ς] quod facis in me, vt [η] viuat anima mea. Ego autem non potero saluus fieri in montem: ne forte comprehendant me mala, & moriar. Ecce hæc ciuitas prope est ad fugiendum me illuc, quæ est parua: & il-

D luc saluus euadam: [θ] nonne parua est? & viuet anima mea propter te: Et dixit ei: Ecce [ι] admiratus sum faciẽ tuam etiam in verbo hoc, vt non euertam ciuitatẽ, de qua locutus es. Festina igitur ad euadendum illuc: non enim potero facere rem, donec tu venias illuc. Propterea vocauit nomen ciuitatis illius, Segor. Sol egressus est super terram: & Lot ingressus est in Segor. Et Dominus pluit super Sodoma & Gomorrha sulphur & ignem a Domino de cælo. Et euertit ciuitates has, & omnem circa regionem, & omnes habitantes in ciuitatibus, & quæ exoriuntur e terra. Et respexit vxor eius retrorsum: & facta est statua salis. Mane autem surgens Abraham diluculo iuit ad locum, in quo steterat coram Do-

E mino: & respexit in faciem Sodomorum, & Gomorrhæ, & in faciem circumiacentis regionis, & vidit. Et ecce ascendebat flamma de terra, quasi vapor fornacis. Et factum est cum disperderet Deus omnes ciuitates vicinas; recordatus est Deus Abraham: & emisit Lot de medio euersionis, cum euerteret Dominus ciuitates, in quibus habitabat in eis Lot. Ascendit autem Lot de Segor: & sedit in monte, ipse & duæ filiæ eius cum eo. Timuit enim habitare in Segor. Et habitauit in spelunca, ipse & duæ filiæ eius cum eo. Dixit autem senior ad iuniorem Pater noster senior est: & nemo est super terram qui intret ad nos: sicut conuenit omni terræ. Veni & potemus patrem nostrum vino, & dormiamus cum eo,

&

A

& suscitemus de patre nostro semen. Potauerunt autem patrem suum vino in nocte illa: & ingressa senior dormiuit cum patre suo in nocte illa. Et nesciuit cum * ipse dormiuit, & cum surrexit. Factum est autem in crastino: & dixit senior ad iuniorem: Ecce dormiui heri cum patre nostro. Potemus eum vino & in nocte hac: & ingressa dormi cum eo, & suscitemus de patre nostro semen. Potauerunt autem & in nocte illa patrem suum vino: & ingressa iunior dormiuit cũ patre suo, & nesciuit cum dormiuit ipse, & surrexit. Et conceperunt duæ filiæ Lot de patre suo: & genuit senior filium, & vocauit nomen eius Moab, ^λ dicẽs, de patre meo. Iste est pater Moabitarum vsque in hodiernum diem. Peperit autem & iunior filium: & vocauit nomen eius Amman dicens, filius generis mei. Hic est pater Ammanitarum vsque in hodiernum diem.

B

α Facie.] *S. Ambr. lib. 1. c. 6. & S. Aug. q. 41.* in faciem, β Ab adolescente.] ἀπὸ νεανίσκου ἕως πρεσβυτέρου. *In compl. est* πρεσβύτου. *S. Amb.* ab infante vsque ad senem, totus populus pariter. *Notauit autem S. Hier. in tradit. apud hebræos omnem filium ad comparationem parentum vocari infantem & paruulum.* γ Attraxerunt.] εἰσεσπάσαντο. *pro quo Iustinus habet* ἐδίασαν, prehenderunt. δ In cæcitate.] *S. Ambr. ibidem, & S. Aug. q. 43.* percusserunt cæcitate. *notatque S. Aug. græcos habere* ἀορασία, quod magis significet, si dici possit, auidentia, quæ faciat non videri, non omnia, sed quod non opus est. ε Et turbati sunt.] *Aquila,* ἐμέλλησεν, cunctabatur, *quo videtur spectasse S. Ambr. cum inquit*, & cum adhuc morabatur Lot. *Schol.* ἐστατέλλετο, profectionẽ adornabat. ζ Quod facis.] ὃ ποιεῖς. *S. Aug. q. 44.* quam facis in me. η Vt viuat.] *Schol.* τοῦ ζωῶσαι, ad viuificandum. θ Nonne parua est?] οὐ μικρά ἐστι; *In multis codicibus est nota interrogationis: quæ tamen ab alijs abest. Philo in lib. de Abraham.* paruam sane, & non paruam ciuitatẽ hãc oracula statuunt. *Orig. etiã hom. 5. id explicat, quomodo Segor sit pusilla, & non pusilla. Vulgata,* nũquid non modica est; & viuet anima mea? *quo etiam loco habet Compl. notam interrogationis.* ι Admiratus sum.] ἐθαύμασα, *quod etiam verti potest,* suspexi, reueritus sum. *S. Aug. lib. 16. de ciuit. cap. 29. habet.* ecce miseratus sum faciem tuã. *Symm.* δεξάμενος ἐδυσωπήθην τὸ πρόσωπόν σου, aspectu reueritus sum faciem tuam, *Aquila,* ἦρα τὸ πρόσωπόν σου, sumpsi faciem tuam. *De hoc loco S. Hier. in tradit.* κ Cum ipse dormiuit.] ἐν τῷ κοιμηθῆναι αὐτόν. *In aliqua editione, & apud Chrys. hom. 44. & hic, & paulo inferius est* αὐτήν. *S. Hier. in tradit.* & nesciuit, cum dormisset cum ea, & cum surrexisset ab eo. λ Dicens de patre meo.] *Hæc non referuntur à S. Hier. in tradit. quemadmodum neque in vulgata habentur.*

C

CAP. XX.

D

ET mouit illinc Abraham in terram ad Africum: & habitauit inter Cades, & Sur: & incola fuit in Geraris. Dixit autem Abraham de Sarra vxore sua, ^a quia soror mea est. Timuit enim dicere, quia vxor mea est: ne forte occiderent eum viri ciuitatis propter eam. Misit autem Abimelech rex Gerarorum: & tulit Sarram. Et ingressus est Deus ad Abimelech in somno nocte, & dixit: Ecce tu moreris propter vxorem, quam accepisti: ista vero est cohabitans viro. Abimelech autem non tetigerat eam. Et dixit: Domine gentem ignorantem, & iustam perdes? Nonne ipse mihi dixit, soror mea est? & hæc mihi dixit, frater meus est? In corde puro & in iustitia manuum feci hoc. Dixit autem ei Deus per somnum: Et ego cognoui, quoniam in corde puro fecisti hoc: & pepercì tibi, vt non peccares in me: propter hoc non permisi tibi tangere eam. Nunc autem redde vxorem homini: quia propheta est: & orabit pro te: & viues. Sin autem non reddis; scito, quia morieris tu, & omnia tua. Et mane surrexit Abimelech diluculo: & vocauit omnes pueros suos: & locutus est omnia verba hæc in aures eorum. Timuerunt autem omnes homines valde. Et vocauit Abimelech Abraham, & dixit ei: Quid hoc fecisti nobis? Numquid peccauimus in te; quia induxisti super me, & super regnum meum peccatum magnũ?

E

Opus,

A Opus, quod nemo faciet, fecisti mihi. Dixit autem Abimelech ad Abraham: [β] Quid videns fecisti hoc? Dixit autem Abraham: Dixi enim: forsitan non est Dei cultus in loco hoc: & me interficient propter vxorem meam. Etenim vere soror mea est de patre, sed nō ex matre. Facta est autem mihi in vxorem: Facta est autem quando eduxit me Deus e domo patris mei. Et dixi ei: hanc iustitiam facies in me: ad omnem locum, quocumque ingressi fuerimus illuc, dic de me, quia frater meus est. Sumpsit autem Abimelech [γ] mille didrachmas, & oues, & vitulos, & pueros, & ancillas, & dedit Abraham: & reddidit ei Sarram vxorem eius. Et dixit Abimelech ad Abraham: Ecce terra mea coram te: vbicumque tibi placuerit, habita. B Sarræ autem dixit: Ecce dedi mille didrachmas fratri tuo. Hæ tibi erunt in precium faciei tuæ, & omnibus, quæ tecum sunt: & omnia vere dicito. Orauit autem Abraham ad Deum: & sanauit Deus Abimelech, & vxorē eius, & ancillas eius: & pepererunt; quia concludens concluserat Dominus de foris omnem vuluam in domo Abimelech propter Sarram vxorem Abraham.

[α] Quia.] *Ab aliquot codicibus græcis, & apud S. Aug. q. 48. abest illud,* quia: *itemque in sequentibus verbis,* timuit, &c. *quæ quidem omnia vsque ad illud,* Misit autem, *non leguntur in hæbreo, neque in vulgata.* [β] Quid videns.] *Aquila,* τί εἶδες, ὅτι ἐποίησας σὺ τὸ ῥῆμα τοῦτο; quid vidisti, quia fecisti tu verbum hoc? *Symm.* τί ἰδὼν ἐποίησας τὸ πρᾶγμα τοῦτο; quid videns fecisti rem hanc? *Theodotio,* τί ἑώρακας, ὅτι ἐποίησας τὸν λόγον τοῦτον. C quid vidisti, quia fecisti sermonem hunc? [γ] Mille didrachmas.] *hæc hoc loco absunt à vulgata.*

CAP. XXI.

ET Dominus visitauit Sarrā, sicut dixerat. Et fecit Dominus Sarræ, sicut locutus est: & cum concepisset, peperit ipsi Abraham filium in senectute, in tempore, sicut locutus est ei Dominus. Et vocauit Abraham nomen filij sui, qui factus erat ei, quem peperit ei Sarra, Isaac. Circuncidit autem Abraham Isaac die octauo, sicut præceperat ei Deus. Et Abraham erat centum annorum, cum factus est ei Isaac filius eius. Dixit autem Sarra: risum mihi fecit Dominus. D Quicumq. enim audiuerit, congaudebit mihi. Et dixit: Quis annunciabit Abraham, quia lactat puerū Sarra, quia peperi filiū in senectute mea? Et creuit puer, & ablactatus est. Et fecit Abraham conuiuium magnum, qua die ablactatus est Isaac filius eius. Cum vidisset autem Sarra filium Agar Ægyptiæ, qui factus est ipsi Abraham, [α] ludentem cum Isaac filio suo; & dixit ad Abraham: Eijce ancillam hanc, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ huius cum filio meo Isaac. Durum autem visum est verbum valde corā Abraham de filio suo. Dixit autem Deus ad Abraham. Ne sit durum coram te de puero, & de ancilla: omnia quæcumque dixerit tibi Sarra; audi vocem eius: quoniam in Isaac vocabitur tibi semen: E sed & filium ancillæ huius in gentem magnam faciam eum: quia semē tuum est. Surrexit autem Abrahā mane, & sumpsit panes, & vtrē aquæ, & dedit Agar: & imposuit super humerū eius [β] & puerum: & dimisit eam. Abiens autem errabat per desertum ad puteum iuramenti. Defecit autem aqua de vtre. Et proiecit puerum sub vnam abietem: & abiens sedit contra eum longe, quasi arcus iactum: dixit enim, non videbo mortem pueri mei: Et sedit contra eum. Exclamans autem puer plorauit: exaudiuit autem Deus vocem pueri de loco vbi erat. Et vocauit angelus Dei Agar de cælo: & dixit ei: Quid est Agar? Ne timeas: exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco vbi est. Surge, & tolle puerū,

& γ tene illum manu tua: nam in gentem magnam faciam eũ. Et aperuit Deus oculos eius, & vidit puteum aquæ viuæ: & iuit, & impleuit vtrem aqua, & potauit puerum. Et erat Deus cum puero: & creuit & habitauit in deserto. Factus est autem sagittarius: & habitauit in deserto Pharan: & accepit ei mater vxorem de terra Ægypti. Factum est autem in tempore illo: & dixit Abimelech, δ Hochozath pronubus eius, & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham, dicens: Deus tecum in omnibus, quæcumq. facias. Nunc ergo iura mihi Deum, non læsurum me, neque semen meum, neque nomen meum: sed secundum iustitiam quam feci tecum, facies mecum, & terræ in qua tu incoluisti in ea. Et dixit Abraham: Ego iuro. Et increpauit Abrahã ipsum Abimelech de puteis aquæ, quos abstulerant filij Abimelech. Et dixit ei Abimelech: Nõ noui, quis fecerit tibi verbum hoc: neque tu mihi annunciasti: neque ego audiui, nisi hodie. Et sumpsit Abraham oues, & vitulos, & dedit Abimelech: & disposuerunt ambo testamentum. Et statuit Abraham septem agnas ouium solas. Et Abimelech dixit ad Abraham: Quid sunt istæ septem agnæ ouium harum; quas statuisti solas? Et dixit Abraham: quia septem agnas capies a me: vt sint in testimonium mihi, quia ego fodi puteum hunc. Propter hoc cognominauit nomen loci illius, puteum iuramenti: quoniam ibi iurauerunt ambo, & disposuerunt testamentum in puteo iuramenti. Surrexit autem Abimelech, Hochozath, pronubus eius, & Phicol princeps exercitus eius, & reuersi sunt ad terram ipsorũ Phylistijm. Et plantauit Abraham ε agrum in ζ puteo iuramenti: & inuocauit ibi nomen Domini, Deus æternus. Incola autem fuit Abraham in terra Phylistijm, diebus multis.

α Ludentem.] Παίζοντα: *Acacius.* Num forte illud παίζειν dictum est ἀντὶ τ̃ μάχης, ϗ διώξεως, pro pugna, & insectatione? *S.Hier. notat illa,* cum Isaac filio suo, *non haberi in hebræo, ac dupliciter locum hunc ab hebræis exponi, siue, quòd idola ludo fecerit, siue quòd aduersus Isaac ioco sibi, & ludo primogenita vendicaret.* β Et puerum.] *S. Hier. in tradit. & S. Aug. quæst.* 53. *& Scholium insertum Theodoreti questionibus, docent subaudiendum non,* imposuit, *sed,* dedit. γ Tene illum.] *Ita plerique vetusti codices græci,* ϗ κράτησον τῇ χειρί σου αὐτό. *S. Aug. q.* 54. & tene illum in manu tua. *In alijs quibusdam, & apud S. Ioannem Chrys. homil.* 46. *itemque in Compl. est* καὶ κράτησον τῆς χειρὸς αὐτῦ, *& S. Hier. in tradit.* & tene manum eius. δ Et Hochozath.] *Notat S. Hier. hunc in hebræo non haberi, sed tantum Abimelech, & Phichol.* ε Agrum.] *Sic S. Aug. q. 56. quod græce est* ἄρουραν. *Aquila, & Symm.* δένδρων φυτείαν, arborum plantationem. ζ In puteo.] ἐπὶ τῷ φρέατι. *& significat locum, quem dixit eo modo esse cognominatum à puteo, pro quo iurarant. S. Aug. q. 56. narrans hanc rem, inquit,* ad puteum iuramenti.

CAP. XXII.

ET factum est post verba ista: Deus α tentauit Abraham: & dixit ei, Abraham Abraham. Et dixit: Ecce ego. Et dixit: Tolle filium tuum β dilectum, quem dilexisti Isaac: & vade in terrã γ excelsam, & offer illum ibi in holocaustum super vnum de mõtibus, δ quos tibi dixero. Surgens autem Abraham mane strauit asinam suam: assumpsit autem secum duos pueros, & Isaac filium suum: cumque concidisset ligna in holocaustum; surgens iuit, & venit ad locum, quem dixit illi Deus die tertia. Et respiciens Abraham oculis suis vidit locum a lõge. Et dixit Abraham pueris suis. Sedete hic cum asina: ego autem & paruulus pertransibimus vsque illuc: & cum adorauerimus; reuertemur ad vos. Sumpsit autem ligna holocausti, & imposuit Isaac filio suo. Sumpsit autem in manibus & ignem & gladium: & perrexerunt ambo simul. Dixit autem Isaac

ad

A ad Abraham patrem suum: Pater. At ille dixit: Quid est fili? Dixit autem: Ecce ignis & ligna: vbi est ouis in holocaustum? Dixit autem Abraham: Deus videbit sibi ouem ad holocaustũ fili. Pergentes autem ambo simul venerunt ad locum, quẽ dixerat ei Deus: & ædificauit ibi Abraham altare, & imposuit ligna: & cum colligasset Isaac filium suum, imposuit eum super altare super ligna. Et extendit Abraham manum suam ad capiendum gladium, vt iugularet filium suum. Et vocauit illum angelus Domini de cælo, & dixit: Abraham, Abraham. At ille dixit: Ecce ego. Et dixit: Ne inijcias manum tuam super puerum, neque facias ei quicquam. Nunc enim cognoui, quia timeas tu Deum: & non pepercisti filio
B tuo dilecto propter me. Et respiciens Abraham oculis suis vidit, & ecce aries vnus, qui ε tenebatur in virgulto ζ Sabec cornibus. Et iuit Abraham, & sumpsit arietem, & obtulit illum in holocaustũ pro Isaac filio suo. Et vocauit Abraham nomen loci illius, Dominus η vidit, vt dicant hodie, in monte Dominus apparuit. Et vocauit angelus Domini Abraham secundo de cælo dicens: Per memet ipsum iuraui dicit Dominus: propterea quod fecisti verbum hoc, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me; certe benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & tanquam arenam, quæ est iuxta labium maris. Et hæreditate possidebit semen tuum ciuitates aduersario-
C rum: & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obaudisti vocem meam. Reuersus est autem Abraham ad pueros suos: & surgentes perrexerunt simul ad puteum iuramenti. Et inhabitauit Abraham ad puteum iuramenti. Factum est autem post verba hæc: & annunciatum est ipsi Abraham dicentes: Ecce peperit Melcha & ipsa filios Nachor fratri tuo, Vz primogenitum, & Baux fratrem eius, & Camuel patrem Syrorum, & Cazad, & Azay, & Phaldes, & Jeldaph, & Bathuel. Bathuel autem genuit Rebeccam. Octo hi filij quos peperit Melcha Nachor fratri Abraham. Et concubina eius, cui nomen Reuma, peperit & ipsa Tabec, & Taam, & Tochos, & Mocha.

D α Tentauit.] *Symm.* ἐδόξασεν, glorificauit. β Dilectum.] ἀγαπητόν. *S. Ambr. lib.* 1. *cap.* 8. *habet*, dilectissimum: *& paulo inferius*, non pepercisti filio tuo dilectissimo, *itemque S. Cyprianus lib.* 2. *contra Iud. Interpres Orig.* carissimum. *Aquila*, τὸν μονογενῆ, vnigenitum, *quomodo habet S. Hier. in tradit. & vulgata. Symm.* τὸν μόνον σου, vnicum tuum.] γ Excelsam.] *Aquila*, τὴν καταφανῆ, lucidam. *Symm.* τῆς ὀπτασίας, visionis. *Ita enim vtrumque interpretatur S. Hier. in tradit. & posterius quidem est in vulgata. Idem vero notat in hebræo esse Moria, & hebræos putare hunc esse montẽ, in quo postea templũ conditum sit.* δ Quos.] *S. Hier. & S. Ambr. & Int. Orig.* quem. ε Qui tenebatur.] *Ita S. Hier. in tradit. & S. Aug. lib.* 16. *de ciuit. c.* 32. *S. Amb. loco indicato*, hærens. *græce est* κατεχόμενος, *Melito.* Syrus, & hebræus dicunt, κρεμάμενος, pendens, vt manifestius effingeret crucem. ζ In virgulto Sabec.] *S. Ambr.* hærens in virgulto. *S. Aug. loco indicato.* Quando eum vidit Abraham; cornibus in frutice tenebatur. *S. Hier. in tradit.* tenebatur in virgulto Sabec cornibus suis, *græce est* κατεχόμενος ἐν φυτῷ σαβὲκ τῶν κεράτων. *apud Philonem autem in lib. de profugis* κατεχόμενος τῶν κεράτων ἐν φυτῷ σαβέκ. *Schol. refert Aquilã pro virgulto Sabec dixisse* συχνῷ, condenso,
E & constipato. *Sanctus autem Hier.* Rursus Aquila συχνῷ, interpretatus est, quem nos vepretum possumus dicere, vel spinctum, & vt verbi vim interpretemur, condensa, & inter se implexa virgulta. Vnde & Symm. in eandem ductus opinionem, Et apparuit, ait, aries post hoc retentus in rete cornibus suis. *Addit etiam quosdã putare Sabec esse certã virgulti speciem: quod est in Scholio quodam inserto codici quæstionũ Theodor. Schol.* Illud σαβὲκ quidam reddiderunt ἄφεσιν, dimissionem, liberationem: quidam vero ὄρθιος, erectus, vt idem valeat, ac si diceretur, hircus erectus, qui in virgultum inscenderat: hoc autem loco erectus cornibus detentus, vt sit manifestus typus crucis. Propter hanc vero causam in aliam linguam non conuertitur, quoniam dictio hebraica, cum vna sit, multa significat, multasque fert interpretationes. Ad eos autem, qui interrogant, respondere oportet, atque ita dicere, Sabec significare erectum, & sublatum. *S. Hier.* ridiculã rem in hoc loco Emisenus Eusebius est locutus: Sabec inquiens, dicitur hircus, qui rectis cornibus, & ad carpendas arboris frondes sublimis attollitur. η Dominus vidit.] *Ita S. Aug. refert hunc locum q.* 58. *nisi quod pro* dicant; *habet*, dicatur. *S. Hie.* Dominus videt; vt dicant hodie, in monte Dominus videt. Pro eo quod hic habet, videt, in hebræo scriptum est, videbit. *Longe aliter interpretatur paraphrasis Chaldæa.*

CAP. XXIII.

A

FActa est autem vita Sarræ anni centum viginti septem. Et mortua est Sarra in ciuitate Arboc: * quæ est in valle; hæc est Chebron in terra Chanaã. Venit autẽ Abraham, vt plangeret Sarram, & lugeret. Et surrexit Abrahã a mortuo suo. Et dixit Abrahã filijs Chet, dicẽs: Aduena et peregrinus ego sum vobiscum: date igitur mihi possessionem sepulchri vobiscum, et sepeliam mortuum meum a me. Responderunt autem filij Chet ad Abraham, dicentes: Nequaquam Domine: audi vero nos: rex a Deo tu es in nobis: in electis monumentis nostris sepeli mortuum tuum. B Nemo enim nostrum prohibebit monumentum suum a te, ad sepeliendum mortuum tuum ibi. Exurgens autem Abraham adorauit populum terræ, filios Chet. Et locutus est ad eos Abraham, dicens: Si habetis in anima vestra, vt sepeliam mortuum meum a facie mea; audite me, & loquimini pro me cum Ephron filio Saar: & det mihi speluncam duplicẽ, quæ est ei, quæ est in parte agri eius: argẽto digno det mihi eam in vobis in possessionem monumenti. Ephron autem sedebat in medio filiorum Chet. Respondens autem Ephron Chettæus ad Abraham, dixit audientibus filijs Chet, & ingredientibus in ciuitatem omnibus dicens: Apud me esto Domine, & audi me: agrum, & speluncam, quæ in eo, tibi do: in conspectu omnium ciuium meorum C dedi tibi, sepeli mortuum tuum. Et adorauit Abraham coram populo terræ, & dixit ad Ephron in aures coram populo terræ: quoniam quidem a me es; audi me: argentum agri cape a me: & sepeliam mortuũ meũ ibi. Respõdit autem Ephron ad Abraham dicens: nequaquam Domine: audiui enim. Terra est quadringentorum didrachmorum: sed quid vtique fuerit hoc inter me & te? tu vero mortuum tuum sepeli. Et audiuit Abraham Ephron, & appendit Abraham Ephron argentum, quod locutus est in auribus filiorum Chet, quadringenta didrachma argẽti probati mercatoribus. Et stetit ager Ephron, qui erat in duplici spelunca, qui est ad faciẽ Mambre, ager & spelũca quæ erat in eo, & omnis arbor D quæ erat in agro, & quidquid est in finibus eius in circuitu, ipsi Abraham in possessionem coram filijs Chet, & omnibus ingredientibus in ciuitatem. Post hæc sepeliuit Abraham Sarram vxorem suam in spelunca agri duplici, quæ est contra Mambre. Hæc est Chebron, in terra Chanaan. Et confirmatus est ager & spelunca, quæ erat in eo, ipsi Abraham in possessionem sepulchri a filijs Chet.

* Quæ est in valle.] *S. Hier.* Hoc, quod hic positum est, quæ est in valle, in authenticis codicibus non habetur. Nomen quoq. ciuitatis Arboc paulatim à scribentibus, legentibusq. corruptũ est. Neque enim putandum lxx. interpretes nomen ciuitatis hebrææ barbare, atque corrupte, & aliter, quàm in suo dicitur, transtulisse. Arboc enim nihil omnino significat: sed dicitur Arbeæ, hoc est, quatuor, quia ibi Abraham, & Isaac, & Iacob conditus est, & ipse princeps humani generis Adam. E

CAP. XXIV.

ET Abraham erat senior prouectus diebus. Et Dominus benedixit Abrahã per omnia. Et dixit Abrahã puero suo seniori domus suæ potestatẽ habẽti omniũ quæ ei erant. Pone manũ tuã sub femore meo, & adiurabo te * per Dominum Deum cæli, & Deum terræ, vt non sumas filio meo Isaac vxorem de

filiabus

A filiabus Chananæorum, cum quibus ego habito in eis: sed in terram meam, vbi natus sum, ibis, & ad tribum meam: & sumes vxorem filio meo Isaac inde. Dixit autem ad eum puer: Ne quando noluerit mulier ire mecum retro in terram hanc; reuocabo filium tuum in terram, vnde existi inde? Dixit autem Abraham ad eum: Attende tibi, ne reuoces filium meum illuc. Dominus Deus cæli, & Deus terræ, qui accepit me de domo patris mei, & de terra, in qua natus sum, qui locutus est mihi, & qui iurauit mihi, dicens, tibi dabo terram hanc, & semini tuo, ipse mittet angelum suum ante te: & accipies vxorem filio meo inde. Quod si noluerit mulier tecum venire in terram hanc; purus eris a [β] iuramento B meo: tantummodo filium meum ne reuoces illuc. Et posuit puer manum suam sub fœmore Abraham domini sui: & iurauit ei de verbo hoc. Et sumpsit puer decem camelos de camelis domini sui, & de omnibus bonis domini sui secum: & surgens perrexit in Mesopotamiam ad ciuitatem Nachor, & [γ] fecit accumbere camelos extra ciuitatem iuxta puteum aquæ, ad vesperum, quando egrediuntur aquatrices: & dixit: Domine Deus domini mei Abraham prospere dirige coram me hodie: & fac misericordiam cum domino meo Abraham. Ecce ego steti super fontem aquæ: filiæ autem habitantium ciuitatem egrediuntur ad hauriendum aquam. Et erit: virgo, cuicunque dixero, inclina hydriam C tuam, vt bibam, & dixerit mihi, bibe tu, & camelos tuos adaquabo, quoadusq. bibere desinent; hanc [δ] parasti puero tuo Isaac: & in hoc cognoscam, quia fecisti misericordiam cum domino meo Abraham. Et factum est, priusquam ipse cōsummaret loquens in mente sua, & ecce Rebecca egrediebatur, quæ nata erat Bathuel filio Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam super humeros suos. Virgo autem erat speciosa aspectu valde: virgo erat: vir non cognouerat eam. Descendens autem ad fontem impleuit hydriam suam, & ascendit. Accurrit autem puer obuiam ei, & dixit: Pota me paululum aquæ de hydria tua. Illa vero dixit: bibe Domine. Et festinauit: & deposuit hydriam su- D per brachium suum: & potauit eum, quoad vsque cessauit bibens. Et dixit: & camelis tuis hauriam aquam, quoad vsque omnes biberint. Et festinauit, & euacuauit hydriam in canalem: & cucurrit ad puteum ad hauriendum rursus: & hausit aquam omnibus camelis. Homo autem considerabat eam, & tacebat, ad cognoscendum, si prosperasset Dominus viam eius, an non. Factum est autē, postquam cessarunt omnes cameli bibentes; sumpsit homo inaures aureas, [ε] singularum drachmarum ponderis, & duas [ζ] virias in manus eius: decem aureorum pondus earum: & interrogauit eam, & dixit: Filia cuius es? annuncia mihi, si est apud patrem tuum locus nobis ad diuertendum. At illa dixit ei: Filia Bathuel E sum filij Melchæ, quem peperit ipsi Nachor. Et dixit ei: & paleæ, & pabula multa apud nos, & locus ad diuertendum. Et [η] benedicens homo, adorauit Dominum, & dixit: Benedictus Dominus Deus domini mei Abraham, qui non dereliquit iustitiam [θ] suam, & veritatem a domino meo: meque prospere deduxit Dominus in domū fratris domini mei. Et currens puella nunciauit in domum matris suæ secundum verba hæc. Rebeccæ autem frater erat, cui nomen Laban: Et cucurrit Laban ad hominem foras ad fontem. Et factum est, postquā vidit inaures, & virias in manibus sororis suæ, & quando audiuit verba Rebeccæ sororis suæ, dicentis, sic locutus est mihi homo; & venit ad hominem,

ſtante illo ſuper camelos ſuper fontem. Et dixit ei: Heus ingredere ' Benedictus Domini: vt quid ſtetiſti foris? ego autem paraui domum & locũ camelis. Intrauit autem homo in domum: & deſtrauit camelos, & dedit paleas & pabula camelis, & aquam ad * lauandum pedibus ipſius, & pedibus virorum, qui cum eo. Et appoſuit eis panes ad manducandum. Et dixit: Non manducabo, donec ego locutus fuero verba mea. Et dixit: Loquere. Et dixit: Puer Abraham ego ſum. Dominus autem benedixit Dominum meum valde: & exaltatus eſt, & dedit ei oues & vitulos, & argentum & aurum, pueros & ancillas, camelos & aſinos. Et peperit Sarra vxor domini mei filium vnum domino meo, poſt quam ipſe ſenuit: & dedit ei omnia quæ erant ſibi. Et adiurauit me dominus meus dicens: Non ſumes vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos ego habito in terra eorum. Sed in domum patris mei ibis, & ad tribum meam: & ſumes vxorem filio meo inde. Dixi autem domino meo: ne forte non eat mulier mecum. Et dixit mihi: Dominus Deus, cui placui ante ipſum, ipſe mittet angelum ſuum tecum, & proſperabit viam tuam: et ſumes vxorem filio meo de tribu mea, et de domo patris mei: Tunc innocẽs eris a maledicto meo. Quandocumque enim veneris ad tribum meam, et tibi non dederint; et eris innocens a iuramento meo. Et veniens hodie ad fontem dixi: Domine Deus domini mei Abraham, ſi tu proſperas viam meam, in qua nunc ego ambulo in ea: ecce ego ſteti ſuper fontem aquæ: et filiæ hominum ciuitatis egrediuntur ad hauriendam aquam: et erit virgo, cui ego dixero, da mihi bibere de hydria tua puſillum aquæ; et dixerit, et tu bibe, et camelis tuis hauriam; hæc eſt mulier, quam parauit Dominus famulo ſuo Iſaac: et in hoc cognoſcam, quia feciſti miſericordiam domino meo Abraham. Et factũ eſt priuſquam ego conſummarem loquens in mente mea; ſtatim Rebecca egrediebatur habens hydriam ſuper humeros: et deſcendit ad fontem, et hauſit aquam. Dixi autem ei: pota me: et feſtinans depoſuit hydriam ſuper brachium ſuum a ſeipſa, et dixit: bibe tu, et camelos tuos potabo: et bibi, et camelos potauit. Et interrogaui eam, et dixi: filia cuius es? nuncia mihi: At illa dixit: Filia ſum Bathuel filij Nachor, quem peperit ei Melcha. Et circumpoſui ei inaures, et virias circa manus eius: et benedicens adoraui Dominum: et benedixi Dominum Deum domini mei Abraham, qui proſperauit me in via veritatis ad ſumendam filiam fratris Domini mei filio ipſius. Si ergo facitis vos miſericordiam, et iuſtitiam ad ^ dominum meum: ſin autem non; renunciate mihi, vt redeam ad dexteram aut ſiniſtram. Reſpondens autem Laban et Bathuel dixerunt: a Domino exijt res hæc: non poterimus tibi contradicere " malum vel bonum. Ecce Rebecca in conſpectu tuo: accipiens recurre: et ſit vxor filio domini tui, quemadmodum locutus eſt Dominus. Factum eſt autem, cum puer Abraham audiret verba hæc, adorauit ſuper terram Dominum. Et proferens puer vaſa argentea, et aurea, et veſtem, dedit Rebeccæ: et dona dedit fratri eius, et matri eius. Et manducauerunt et biberunt, et ipſe, et viri, qui cum eo erant, et dormierunt. Et ſurgens mane dixit: Dimitte me, vt redeam ad dominum meum. Dixerunt autem frater eius, et mater: Maneat virgo nobiſcum ad decem dies: et poſtea abibit. At ille dixit ad eos: Ne retineatis me: et Dominus proſperauit viã ' meam in me: dimittite me, vt abeam ad dominum meum. Illi autem dixerunt: Vocemus puellam, et interrogemus

A B C D E

A gemus os eius. Et vocauerunt Rebeccam, et dixerunt ei: Ibis cum homine hoc? At illa dixit: ibo. Et dimiserunt Rebeccam sororem suam, & ξ substantiam eius, & seruum Abraham, & eos, qui cum eo: & benedixerunt Rebeccam, & dixerunt ei: Soror nostra es, esto in millia decem millium: & hæreditatem obtineat semen tuum ciuitates aduersariorum. Surgens autem Rebecca, & ο ancillæ eius ascenderunt super camelos, & iuerunt cum homine. Et accipiens puer Rebeccam abijt. Isaac autem deambulabat per desertum iuxta puteum visionis: & ipse habitabat in terra, quæ ad Africum: & egressus est Isaac, ϖ exerceri in campo ad vesperam. Et respiciens oculis suis, vidit camelos venientes. Et respiciens B Rebecca oculis vidit Isaac: & desilijt de camelo, & dixit puero: Quis est homo ille, qui ambulat in campo in occursum nobis? Dixit autem puer: Hic est dominus meus. At illa sumens ρ theristrum operuit se. Et narrauit puer ipsi Isaac omnia verba, quæ fecerat. σ Intrauit autem Isaac in domum matris suæ: Et accepit Rebeccam: & facta est eius vxor: & dilexit eam, & consolatus est se Isaac de Sarra matre sua.

α Per Dominum.] *Notat S. Aug. in locut. illud*, per, *abesse à græcis. Nam verbum* ἐξορκιῶ σε, adiurabo te *significat, vt in hebræo*, iurare te faciam. β A iuramento meo.] *In aliquot codicibus græcis est* ὅρκου τούτου, a iuramento hoc. *& ita S. Aug. in locut. & S. Ambr. lib. 1. c. 9. Editio autem Complutensis habet vtrumque*, ὅρκου μου τούτου, iuramento meo hoc. γ Fecit accumbere.] ἐκοίμισε. *Schol.* ἐγονάτισεν, fecit genu flectere, *aut*, procumbere in genua. δ Parasti.] *Schol.* ἀπέδειξας, demonstrasti. ε Singularum drachmarum.] *Sic S. Amb. ibidem, quod græce est*, ἀνὰ δραχμὴν ὁλκῆς. *Vnus codex vetustus habet* δίδραχμον. *S. Hier. in tradit.* & tulit vir inaurem auream: didrachmum pondus eius. ζ Virias.] *Ita S. Amb. quod græce* ψέλλια. *S. Hier. & hic & alibi interpretatur* armillas. η Et benedicens.] καὶ εὐδόκησας. *cuius verbi multiplex est notio: interdum autem bene hoc modo reddi admonet S. Hier. ad Suniam in psal. 84. ad illud*, Benedixisti Domine terram tuam. *Etiam in psal. 144.* Imples omne animal benedictione, *illud* benedictione *græce est*, εὐδοκίας. *Posset autem hoc loco, & paulo inferius verti* cõprobans. θ Iustitiã suam.] *Aliquot codices non habent dictionem* αὐτοῦ, *quemadmodum neque S. Augu. in locut. apud Theodoretum est* τὴν διαθήκην, testamentum. *In Complutensi autem legitur* ὃς οὐ κατέλιπες τὴν δικαιοσύνην σου, qui non dereliquisti iustitiam tuam. ι Benedictus Domini.] εὐλογητὸς κυρίου. *& vulgata*, benedicte Domini. *Alij libri* εὐλογητὸς κύριος, benedictus Dominus. κ Ad lauandum.] νίψασθαι. *& S. Aug. in locut.* lauare. *Abest autem à Compl. & alijs quibusdam editionibus.* λ Ad Dominum meum.] *In nonnullis codicibus sequitur*, ἀπαγγείλατέ μοι *& apud S. Aug. quæst. 66.* renuntiate mihi. μ Malum, vel bonum.] *Alij libri* κακὸν καλῷ, malum bono. *Schol. Symm.* ἢ καλὸν, ἢ κακόν, vel bonum vel malum. ν Viam meam in me.] *A Complut. abest* in me. *In alijs quibusdam editionibus est* ὁδὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί, viam suam in me. ξ Et substantiã.] *Aquila*, καὶ τὴν πτηνὴν αὐτῆς. *Symm.* καὶ τὴν τροφὸν αὐτῆς, & nutricẽ eius. *Quod S. Hier. in traditionibus inquit esse in hebræo, & decens fuisse: lege eundẽ ibidem in c. 35.* ο Ancillæ.] ἅβραι. *Aquila*, παιδίσκαι, *Symmac.* κοράσια, *quæ idem fere significant.* ϖ Exerceri.] ἀδολεσχῆσαι. *Symm.* λαλῆσαι ἐν τῷ ἀγρῷ, loqui in agro, *Aquila*, ὁμιλῆσαι ἐν χώρᾳ, colloqui in regione. *Schol.* Exijt solus proprijs cogitationibus operam dare, ac sermocinari. Non additur autem, quo cum, iure id quidem: quando neque hominum hæc collocutio est, sed vel erga Deum, vel suiipsius erga seipsum. *Verum de isto verbo* ἀδολεσχῆσαι *& S. Hier. in tradit. & S. Aug. q. 69. & alibi sæpe multa dicunt. S. Ambr. de Isaac cap. 1. hæc habet*, exiuit in campum abalienare. ρ Theristrum.] *S. Hier. in tradit.* Theristrum pallium dicitur, genus etiam nunc Arabici vestimenti, quo mulieres prouinciæ illius velantur: *ac de eodem nomine plura in cap. 4. Esaiæ.* σ Intrauit autem.] *Aquila*, εἰσήγαγεν αὐτὴν εἰς τὴν σκηνὴν σάρρας τῆς μητρὸς αὐτοῦ, introduxit eam in tabernaculum Sarræ matris suæ: *& sic vulgata.*

C D E

CAP. XXV.

Adijciens autem Abraham sumpsit vxorem, cui nomen Chettura. Peperit autem ei Zombran, & Iezan, & Madal, & Madian, & Iesboc, & Soie. Iezan autem genuit Saba, & Dedan. Filij autem Dedan, Assurijm, & Latusijm, & Laomim. Filij autem Madiã Gephar, & Aphir, & Enoch, & Abida, & Eldaga. Omnes hi erant filij Chetturæ. Et dedit Abraham vniuersa, quæ habuit, Isaac filio suo: Et filijs concubinarum suarum dedit Abraham munera: &

dimisit

dimisit eos ab Isaac filio suo, cum adhuc ipse viueret, ad orientem, ad terram orientis. Hi vero sunt anni dierũ vitæ Abraham, quos vixit, centum septuaginta quinq. anni. Et [α] deficiens mortuus est Abraham in [β] senectute bona, senex & plenus [γ] dierũ. Et appositus est ad [δ] populum suum: & sepelierunt eum Isaac & Ismael filij eius in spelunca duplici, in agro Ephron filij Saar Chettæi, qui est e regione Mambre: agro & spelunca, quam acquisiuit Abraham a filijs Chet. Ibi sepelierunt Abraham & Sarram vxorẽ eius. Factũ est autem, postquam mortuus est Abraham, benedixit Deus Isaac filiũ eius. Et habitauit Isaac apud puteũ visionis. Hæ vero sunt generationes Ismael filij Abrahã quem peperit Agar Ægyptia ancilla Sarræ ipsi Abraham. Et hæc sunt nomina filiorum Ismael, secundum nomina [ε] generationum eius. Primogenitus Ismael, [ζ] & Nabaioth, & Cedar, & Nabdeel, & Massam: & Masma, & Duma, & Masse, & Choddan, & Thæman, & Ietur, & Naphes, & Cedma. Hi sunt filij Ismael: & hæc nomina eorum in tabernaculis eorum, & in mansionibus eorum, duodecim principes secundum gentes eorum. Et hi sunt anni vitæ Ismael, centum triginta septem anni. Et deficiens mortuus est: & appositus est ad genus suum. Habitauit autem ab Euilat vsque Sur, quæ est ad faciem Ægypti, donec veniatur ad Assyrios: ad faciem omnium [η] fratrum suorum habitauit. Et hæ sunt generationes Isaac filij Abrahã. Abraham genuit Isaac. Erat autem Isaac annorum quadraginta, quando accepit Rebeccam filiam Bathuel Syri de Mesopotamia Syriæ, sororem Laban Syri sibi in vxorem. Rogauit autem Isaac Dominum pro Rebecca vxore sua, quoniã sterilis erat. Et exaudiuit eum Deus: & concepit in vtero Rebecca vxor eius: [θ] exultabant autem infantes in ea. Dixit autem: Si sic mihi futurum est; vt quid mihi hoc? Iuit autem interrogare a Domino. Et dixit Dominus ei: Duæ gentes in vtero tuo sunt: & duo populi de ventre tuo separabuntur: & populus populũ superabit: & maior seruiet minori. Et impleti sunt dies, vt ea pareret: & ei erant gemini in vtero. Exijt autem primogenitus rubeus totus, sicut pellis pilosus. Cognominauit autem nomen eius Esau. Et postea exijt frater eius: & manus eius tenens calcaneum Esau. Et vocauit nomen eius Iacob. Isaac autẽ erat annorum sexaginta, quando peperit eos Rebecca. Creuerunt autem [ι] iuuenes: & erat Esau homo sciens venari, agrestis: Iacob autem homo simplex habitans domum. Dilexit autem Isaac Esau, quoniam venatio eius erat cibus ipsi. Rebecca autem diligebat Iacob. Coxit autem Iacob coctionem. Venit autem Esau ex agro deficiens. Et dixit Esau ipsi Iacob: Da mihi gustum de coctione [κ] rubea ista, quia deficio. Propterea vocatum est nomen eius Edom. Dixit autem Iacob Esau: Vende mihi hodie primogenita tua mihi: Et dixit Esau: Ecce ego vado mori: vt quid mihi hæc primogenita? Et dixit ei Iacob: Iura mihi hodie. Et iurauit ei. Vendidit autem Esau primogenita ipsi Iacob: Iacob autem dedit Esau panem, & coctionem lentis: & comedit & bibit. Et surgens abijt: & contempsit Esau primogenita.

α Deficiens.] *S. Hier. in tradit.* Male in lxx. interpretibus additum est, & deficiens Abraham mortuus est, quia non conuenit Abrahæ deficere, & imminui. *Est tamen etiam in vulgata, & in paraphrasi chaldaica, & respondet hebræo.* β In senectute.] *Aquila, & Symm.* ἐν πολιᾷ ἀγαθῇ, in canicie bona. γ Dierũ.] *Hanc dictionem quæ in græcis codicibus ponitur, S. Hier. in tradit. testatur à se omissam esse: quæ tamen remansit in vulgata.* δ Populum suum.] *Schol.* πρὸς τοὺς περάτας. *quos supra notauimus apud S. August. esse transfluuiales.* ε Generationum eius.] *S. Hier. in tradit.* in nominibus suis, & generationibus suis. *S. August.*

A *Aug. in locut.* ſecundum nomina generationes eorum. *In quæſt. autem q. 71.* ſecundum nomina generationum eorum. ζ Et Nabaioth.] *Illud, Et, abeſt à Compl. Et S. Hier. in tradit.* primogenitus Iſmaelis Nabaioth. η Fratrum.] *diſputat de iſto loco S. Hier. in tradit. ac notat fratres pro filijs appellari, vt etiam alibi.* θ Exultabant.] ἐσκίρτων. *Verbo exultandi vtitur S. Ambr. in lib. de Iſaac, cap. 4. Eodem modo redditur idem verbum in vulgata pſal. 113.* montes exultauerunt. *S. Aug. & ibi, & hic q. 72. & 16. de ciuit. cap. 35. vtitur verbo geſtiendi. S. Hier. in tradit.* Et mouebantur filij eius in ea. Pro motione lxx. interpretes poſuerunt ἐσκίρτων, id eſt, ludebant, ſiue calcitrabant, quod Aquila tranſtulit, conſtringebantur filij in vtero eius. Symm. vero διέπλεον, id eſt, in ſimilitudinem nauis in ſuperficie ferebantur. *Scholiaſtes tamen ex Symm. refert,* διεπάλαιον, colluctabantur. ι Simplex.] *S. Aug. q. 74.* Quod græce dicitur ἄπλαστος, hoc latini ſimplicem interpretati ſunt. Proprie autem ἄπλαστος, non fictus. Vnde aliqui latini interpretes, ſine dolo interpretati ſunt, dicentes: Erat Iacob ſine dolo, habitans in domo: Vt magna ſit quæſtio, &c. *Idem fere repetit 16. de ciuit. cap. 37. Aquila* ἁπλοῦς, ſimplex. *Symm.* ἄμωμος, ſiue crimine. κ Rubea.] *Symm.* ἀδὰμ, Adam.

B

CAP. XXVI.

FActa eſt autem fames ſuper terram præter famem priorem, quæ facta eſt in tempore Abraham. Iuit autem Iſaac ad Abimelech regem Phyliſtijm in Gerara. Apparuit autem ei Dominus, & dixit: noli deſcendere in Ægyptum: habita autem in terra, quam tibi dixero, & incole in terra hac: & ero tecum, & benedicam te: Tibi enim & ſemini tuo dabo omnem terram hanc: & ſtatuam iuramentum meum, quod iuraui Abraham patri tuo: & multiplicabo C ſemen tuum tamquam ſtellas cæli; & dabo ſemini tuo omnem terram hanc: & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes terræ: pro eo quod obaudiuit Abraham pater tuus vocem meam, & cuſtodiuit præcepta mea, & mandata mea, & iuſtificationes meas, & legitima mea. Habitauit autem Iſaac in Geraris. Interrogauerunt autem viri loci de Rebecca vxore eius: & dixit: Soror mea eſt. Timuit enim dicere, quia vxor mea eſt, ne forte interficerent eum viri loci propter Rebeccam: quoniam ſpecioſa aſpectu erat. Fuit autem multo tempore ibi. Et proſpiciens Abimelech rex Geraroru per feneſtram vidit Iſaac α ludentem cum Rebecca vxore ſua. Vocauit autem Abimelec Iſaac, & dixit ei: vtique vxor tua D eſt. Cur dixiſti, ſoror mea eſt? Dixit autem ei Iſaac: dixi enim, ne forte moriar propter eam. Dixit autem ei Abimelech: Quid hoc feciſti nobis? fere dormiuit quis de genere meo cum vxore tua: & induxiſſes ſuper nos β ignorantiam. Præcepit autem Abimelech vniuerſo populo ſuo, dicens: Omnis qui tetigerit hominem hunc, & vxorem eius; morti obnoxius erit. Seminauit autem Iſaac in terra illa: & inuenit in anno illo γ centuplicans hordeum. Benedixit autem eum Dominus: & exaltatus eſt homo: & procedens maior factus eſt: quoadusque magnus factus eſt valde. Facta autem ſunt ei pecora ouium, & pecora boum, & agricolationes multæ. Inuiderunt autem ei Phyliſtijm: et omnes puteos, quos foderant pueri patris eius in tempore patris eius, obſtruxerunt eos Phyliſtijm, et im E pleuerũt eos terra. Dixit autem Abimelech ad Iſaac: Recede a nobis: quoniam potentior nobis factus es valde. Et abijt inde Iſaac, et diuertit in valle Gerarorum: et habitauit ibi. Et rurſus Iſaac fodit puteos aquæ, quos foderant pueri Abraham patris eius, et obſtruxerant eos Phyliſtijm, poſtquam mortuus fuerat Abraham pater eius. Et cognominauit eis nomina ſecundum nomina, quæ nominauerat pater eius. Et federunt pueri Iſaac in valle Gerarorum: et inuenerunt ibi puteum aquæ viuentis. Et δ pugnauerunt paſtores Gerarorum cum paſtoribus Iſaac, dicentes ſuam eſſe aquam. Et ε vocauerunt nomen putei, ζ iniuſtitia.

tia. Iniustitiam enim fecerant in eum. Profectus autem inde fodit puteum aliũ. Et altercati sunt etiam de illo. Et cognominauit nomen eius, η inimicitia. Profectus autem inde fodit puteum alium. Et non pugnauerunt de eo. Et cognominauit nomen eius, latitudo, dicens: quia dilatauit nunc nobis Dominus, & auxit nos super terram. Ascendit autem inde ad puteum iuramenti. Et apparuit ei Dominus in nocte illa, & dixit: Ego sum Deus Abrahã patris tui. Noli timere: tecũ enim sum. Et θ benedicam te: & multiplicabo semen tuum propter Abraham patrem tuũ. Et ædificauit ibi altare: & inuocauit nomen Domini: & fixit ibi tabernaculum suum. Foderunt autem ibi pueri Isaac puteum in valle Gerarorum. Et Abimelech iuit ad eum de Geraris, & ι Hochozath pronubus eius, & Phicol princeps militiæ virtutis eius. Et dixit eis Isaac: Vt quid venistis ad me? Vos autem odistis me, & dimisistis me a vobis. At illi dixerunt: Videntes vidimus, quia fuit Dominus tecũ: & diximus: Fiat κ execratio inter nos, & inter te: & disponemus tecum testamentum, ne facias nobiscum malum; sicut non sumus te abominati nos, & quemadmodum vsi sumus te bene, & dimisimus te cum pace: & nunc benedictus tu a Domino. Et fecit eis conuiuium: & comederunt, & biberunt. Et surgentes mane iurauit vnusquisque proximo. Et dimisit eos Isaac; & discesserunt ab eo cum salute. Factum est autem in die illa: & aduenientes pueri Isaac, nunciauerunt ei, de puteo quem foderant: & dixerunt: non λ inuenimus aquam. Et vocauit eum iuramentum. Propterea vocauit nomen ciuitati illi puteus iuramenti, vsque in hodiernum diem. Erat autem Esau annorum quadraginta: & sumpsit vxorem Iudith filiam Beoch Chettæi, & Basemath filiam Elon Chettæi. Et erant renitentes Isaac, & Rebeccæ.

α Ludentem.] *Schol.* verecunde, & honeste dictum est. β Ignorantiam.] *S. Chrys.* causam dedisses, vt propter ignorantiam in peccatum incideremus. *Aquila, & Symm.* πλημμέλημα, delictum. γ Centuplicans hordeum.] ἑκατοστεύουσαν κριθήν. *S. Hier. in tradit.* centuplum hordei, *Aquila* ἑκατὸν εἰκασμένον, *id est, eodem S. Hier. interprete & laudatore*, centuplũ æstimatum. δ Pugnauerunt.] ἐμαχέσαντο. *Schol.* ἐδικάσαντο. litigauerunt. ε Vocauerunt.] *S. Ambrosi. cap. 4. videtur legisse*, vocauit. *itemque S. Chrysost. homil. 52.* ζ Iniustitia.] *Schol.* συκοφαντία. ἐσυκοφάντησαν γὰρ αὐτόν. calumnia: nam calumniam intulerant in eum. η Inimicitia.] ἐχθρία. *S. Ambr.* inimicitias. *S. Hier.* & vocauit nomen eius, inimicitiæ. Pro inimicitijs, quod Aquila, & Symm. τὴν ἀντικειμένην, & ἐναντίωσιν transtulerunt, id est aduersum, atque contrarium, in hebræo habet Satana. Ex quo intelligimus Satanã contrarium interpretari. θ Benedicam.] *Alij codices habent,* εὐλόγηκά σε. *& S. August. 16. de ciuit. cap. 36.* benedixi te. *Apud S. Chrys. hom. 52. vtroque modo legitur.* ι Hochozath.] *S. Hier.* Pro Ahuzath pronubo in hebræo habet collegium amicorum eius, &c. *In vulgata tamen est*, Ochozath amicus illius. κ Execratio.] ἀρά. *S. Aug. q. 77.* id est, iuratio, quæ maledictis astringit, quæ accidant ei, qui peierauerit. λ Non inuenimus.] *Sic omnes græci collati codices, & S. Chrys. eadem hom. 52. & S. Ambrosius eod. cap. 4. S. Hier. in tradit.* Econtrario in hebræo, cui interpretationi Aquila consentit, & Symm. hoc significat, quod inuenerint aquam, & propterea appellatus sit puteus ipse saturitas, &c. *In Complutensi legitur sine negatione. Videndus S. Aug. q. 78.*

CAP. XXVII.

ET factum est postquam senuit Isaac; & hebetes facti sunt oculi eius ad videndum: & vocauit Esau filium suum seniorem, & dixit ei: Fili mi. Et dixit: Ecce ego. Et dixit: Ecce senui, & non cognosco diem mortis meæ. Nunc igitur sume vas tuum, pharetramque, & arcum: & exi in campum: & venare mihi venationẽ, & fac mihi escas, sicut amo ego, & affer mihi vt comedã: vt benedicat te anima mea, priusquam moriar. Rebecca autem audiuit loquentem Isaac ad Esau filium suum. Iuit autem Esau in campum ad venandum venationem

A tionem patri suo. Rebecca autem dixit ad Iacob filium suum minorem: Vide; audiui patrem tuum loquentem ad Esau fratrem tuum, dicentem: Affer mihi venationem, & fac mihi escas; vt cum comedero, benedicam te coram Domino, antequam moriar. Nunc igitur fili mi audi me; sicut ego tibi præcipio: & vadens ad oues, sume mihi inde duos hœdos teneros & bonos: & faciam eos escas patri tuo, sicut amat: & inferes patri tuo, & comedet, vt benedicat te pater tuus, antequam moriatur. Dixit autem Iacob ad Rebeccam matrem suam. Est Esau frater meus vir pilosus, ego autẽ vir læuis: ne forte attrectet me pater: & ero in conspectu eius quasi [a] spernens: & inducã super meipsum maledictionẽ, & non be

B nedictionem. Dixit autem ei mater. Super me maledictio tua fili: tantum exaudi vocem meam: & pergens affer mihi. Profectus autem sumpsit, & attulit matri: & fecit mater eius escas, sicut amabat pater eius. Et sumens Rebecca stolam Esau filij sui senioris bonam, quæ erat apud ipsam domi, induit eam Iacob filium suum iuniorem: & pelles hœdorum circumposuit super brachia eius, & super nuda colli eius: & dedit escas & panes, quos fecerat, in manus Iacob filij sui. Et intulit patri suo: dixit autem: Pater: Ille vero dixit: Ecce ego: Quis es tu fili? Et dixit Iacob patri: Ego Esau primogenitus tuus feci, sicut locutus es mihi: surgẽs sede, & comede de venatione mea, vt benedicat me anima tua. Dixit autem

C Isaac filio suo. Quid hoc, quod cito inuenisti fili? At ille dixit: Quod tradidit Dominus Deus tuus coram me. Dixit autẽ Isaac Iacob: Appropinqua mihi, & contrectabo te fili; si tu es filius meus Esau, an nõ. Appropinquauit autem Iacob ad Isaac patrem suum. Et contrectauit eum, & dixit: vox quidem, vox Iacob: manus autem, manus Esau. Et non agnouit eum. Erant enim manus eius, velut manus Esau fratris sui, pilosæ. Et benedixit eum & dixit: Tu es filius meus Esau? At ille dixit. Ego. Et dixit: Affer mihi, & comedam de venatione tua fili; vt benedicat te anima mea. Et attulit ei & manducauit: & intulit ei vinum, & bibit. Et dixit ei Isaac pater eius: Accede ad me & osculare me fili. Et accedens osculatus

D est eum. Et odoratus est odorem vestimentorum eius: & benedixit eum, & dixit Ecce odor filij mei tamquam odor [β] agni pleni, quem benedixit Dominus. Et det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ, & multitudinem frumenti, & vini: & seruiant tibi gentes: & adorent te principes: & fias dominus fratris tui: & adorabũt te filij fratris tui: Qui maledixerit te, maledictus: & qui benedixerit te, benedictus. Et factum est postquã cessauit Isaac benedicere Iacob filium suũ: & factum est, vt egressus est Iacob a facie Isaac patris sui: & Esau frater eius venit a venatione, & fecit etiam ipse escas, & attulit patri suo: & dixit patri: Surgat pater meus, & comedat de venatione filij sui; vt benedicat me anima tua. Et dixit

E ei Isaac pater eius: Quis es tu? At ille dixit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau. [γ] Expauit autem Isaac pauore magno valde, & dixit: Quis igitur venatus est mihi venationem, & intulit mihi & comedi de omnibus antequam tu venires? & benedixi eum, & benedictus erit. [δ] Factum est autem quando audiuit Esau verba patris sui Isaac, clamauit voce magna & amara valde: & dixit: Benedic [ε] nunc & me pater. Dixit autem ei: Veniens frater tuus cum [ζ] dolo, accepit benedictionem tuam. Et dixit: Iuste vocatum est nomen eius Iacob. [η] Supplantauit enim me ecce secundo iam: & primogenita mea accepit: & nunc accepit benedictionem meam. Et dixit Esau patri suo: Non reliquisti mihi benedictio-

nem

nem pater? Respondens autem Isaac dixit Esau: si dominum illum feci tuum, & omnes fratres eius feci eius famulos, frumento & vino firmaui eum; tibi autem quid faciam fili? Dixit autem Esau ad patrem suum: Nunquid benedictio vna tibi est pater? Benedic nunc etiam me pater. Compuncto autem Isaac, exclamauit voce Esau, & fleuit. Respondens autem Isaac pater eius dixit ei: Ecce de pinguedine terræ erit habitatio tua: & de rore cæli desuper: & super gladio tuo viues: & fratri tuo seruies: & θ erit, cum deposueris, & solueris iugum illius de collo tuo. Et ι grauiter iratus erat Esau Iacob de benedictione, qua benedixerat eũ pater eius. Dixit autem Esau in mente sua. Appropinquat dies luctus patris mei; vt interficiam Iacob fratrem meum. Nunciata autem sunt Rebeccæ verba Esau filij sui senioris: & mittens vocauit Iacob filium suum iuniorẽ, & dixit ei: Ecce Esau frater tuus κ minatur tibi ad occidendum te. Nunc igitur fili, audi vocem meam: & surgens fuge in Mesopotamiam ad Laban fratrem meum in Charran: & habita cum eo dies aliquot: donec auertatur furor, & ira fratris tui a te, & obliuiscatur quæ fecisti ei: & mittens accersam te inde: ne forte orba filijs fiam ex ambobus vobis in die vna. Dixit autem Rebecca ad Isaac: λ Infensa sum vitæ meæ propter filias filiorum Chet. Si sumet Iacob vxorem de filiabus terræ huius; vt quid mihi viuere?

α Spernens.] *Aquila*, καταμωκώμενος, irridens, & subsannans. *Symm.* καταπαίζων, illudens. β Agri pleni.] ἀγροῦ πλήρους. *Diodorus*. Syrus pro ἀγροῦ habet ἀρούρας, arui, Illud autem πλήρους, πεπληρωμένου βλαστημάτων δι' ωδεστάτων, referti geminibus & plantis optime olentibus. γ Expauit.] *S. Aug. quæst.* 80. Quod habent latini codices, expauit autem Isaac pauore magno valde, græci habent, ἐξέστη δὲ ἰσαὰκ ἔκστασιν μεγάλην σφόδρα. vbi tanta commutatio intelligitur; vt quædam mentis alienatio sequeretur. Ipsa enim proprie dicitur ecstasis, &c. δ Erit.] ἔσται. *Ita libri veteres, & S. Chrys. hom.* 53. *Alij libri* ἔστω. *& S. Aug.* 16. *de ciuit. c.* 37. & sit benedictus. ε Nunc.] *notabitur in psalmis illud* δὴ *solere verti*, nunc, *sed habere vim quamdam obsecrandi, ac si diceremus, quæso, amabo.* ζ Dolo.] *Aquila*, ἐνέδρᾳ, insidijs, *Symm.* ἐν ἐπιθέσει, in fallacia, imponens mihi. η Supplantauit.] *Cyrillus.* πτερνιστής, supplantator Iacob, id est artifex vel sane doctus vincere. θ Et erit, cum deposueris.] *Visa est S. Hier. secundum lxx. pendere sententia, nec esse completa. Quare ipse ita vertit:* & erit, quando depones, & solues iugum illud de collo tuo. *Schol.* ἔσται δὲ ἐὰν καμφθῇς, καὶ ἔσται καθὰ καταβιβάσῃς, erit autem cũ flexeris, & erit, sicut deposueris. ι Grauiter iratus.] ἐνεκότει, *S. Chrys. hom.* 53. hoc est, insidebat, & perdurabat odium. κ Minatur.] *Schol.* διανοεῖται κατὰ σοῦ, cogitat contra te. λ Infensa sum.] προσώχθικα. *de qua dictione alibi dicetur. Aquila*, ἐδυσχέρανα, tædio affecta sum. *Symm.* ἐνεκάκησα, afflixi.

CAP. XXVIII.

ADuocans autẽ Isaac Iacob, benedixit eũ, & mandauit ei dicens: Non accipies vxorem ex filiabus Chananæorum: surgens fuge in Mesopotamiã in domum Bathuel patris matris tuæ: & sume tibi inde vxorem de filiabus Laban fratris matris tuæ. Deus autem meus benedicat te, & augeat te, & multiplicet te: & eris in congregationes gentium: & det tibi benedictionem Abraham patris mei, tibi & semini tuo post te: vt hæres fias terræ incolatus tui, quam dedit Deus ipsi Abraham. Et misit Isaac Iacob: & iuit in Mesopotamiam ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris Iacob & Esau. Vidit autem Esau, quia benedixit Isaac Iacob, & misit in Mesopotamiam Syriæ, ad sumendam sibi vxorem inde, cum benediceret eum; & mandauit ei, dicens: non sumes vxorem de filiabus Chananæorum. Et Iacob audiuit patrem, & matrem suam. Et iuit in Mesopotamiam α Syriæ. Videns autem & Esau, quia malæ sunt filiæ Chanaan coram Isaac patre suo; iuit Esau ad Ismael: & sumpsit Macleth filiam

A liam Ismael filij Abraham, sororem Nabeoth super vxores suas vxorem. Et exijt Iacob a puteo iuramenti: & profectus est in Charran: & occurrit loco: & dormiuit ibi: occiderat enim Sol: & sumpsit ex lapidibus loci: & posuit ad caput suũ: & dormiuit in loco illo: & somniauit. Et ecce scala stabilita super terram: cuius caput pertingebat ad cælum: & angeli Dei ascendebant, & descendebant in ea. Et Dominus incumbebat super eam: & dixit: Ego sum Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac: noli timere: terra, super quam dormis super eam, tibi dabo illam, & semini tuo: & erit semen tuum, sicut arena terræ: & dilatabitur super mare, & Africum, & Aquilonem, & ad orientem: ET

B BENEDICENTVR IN TE OMNES TRIBVS TERRÆ, ET IN SEMINE TVO. Et ecce ego sum tecum, custodiens te in omni via, quacumque ibis: & reducam te in terram hanc: quia te non derelinquam, donec faciam omnia, quæ locutus sum tibi. Et surrexit Iacob de somno suo, & dixit: Quia Dominus est in loco hoc: ego autem nesciebam. Et timuit, & dixit: Quam terribilis est locus hic: non est hic, nisi domus Dei, & hæc porta cæli. Et surrexit Iacob mane, & sumpsit lapidem, quem supposuerat ibi ad caput suum: & statuit illum, titulum, & superfudit oleum in cacumen eius: & vocauit nomen loci illius, [β] Domus Dei. Et [γ] Vlam Luz erat nomen ci-

C uitati prius. Et vouit Iacob votum, dicens: Si fuerit Dominus Deus mecum, & custodierit me in via hac, qua ego vado, & dederit mihi panem ad comedendum, & vestimentum ad induendum, & reduxerit me cum salute in domum patris mei; & erit Dominus mihi in Deum, & lapis hic, quem statui titulum, erit mihi domus Dei: & omnium, quæcumque mihi dederis, decimam decimabo ea tibi.

α Syriæ.] *S. Aug. in locut.* Quasi Mesopotamia dicatur, nisi Syriæ: quamuis hoc lxx. habere non perhibentur, Syriæ, sed cum asterisco scriptum est. β Domus Dei.] *Aquila*, βαιθὴλ, Bethel. γ Vlam Luz.] *Vetusti codices græci variant: in alijs enim est*, οὐλαμμαὺς *in alijs*, λαμμαοὺς, *in alijs*, ἐλάμ. *S. August. quæst.* 85. Vlamaus. *S. Hieron. in tradit.* Et vocauit Iacob nomen loci illius Bethel, & Vlam Luz erat no-

D men ciuitatis prius. Ab eo, quod supra dixerat, quam terribilis est locus iste, non est hic, nisi domus Dei, & hæc porta cæli, nunc loco nomen imponit: & vocauit illum Bethel, id est domum Dei: qui locus vocabatur ante Luza: quod interpretatur nux, siue amygdalon. Vnde ridicule quidam verbum hebraicum Vlam, nomen esse vrbis putãt, cum, Vlam, interpretetur, prius, &c. *Sanctes tamen reddidit*, vtique, *nam in fine clausulæ adest dictio hebraica, quæ significat*, prius. *Aquila*, πρότερον Λὲζ ὄνομα τῇ πόλει: antea Luz nomen erat ciuitatis.

CAP. XXIX.

E ET eleuans Iacob pedes iuit in terram Orientis ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem autem Rebeccæ matris Iacob, & Esau. Et videt: & ecce puteus in agro. Erant autem ibi tres greges ouium requiescentes super eum. De puteo enim illo potabant greges. Lapis autem erat magnus super os putei. Et congregabantur illuc omnes greges: & reuoluebant lapidem ab ore putei, & potabant oues, & reponebant lapidem super os putei in locum suum. Dixit autem eis Iacob: Fratres, vnde estis vos? At illi dixerunt: De Charran sumus. Dixit autem eis: Nostis Laban filium Nachor? At illi dixe-

D runt:

runt: noscimus. Dixit autem eis: Valet? At illi dixerunt: valet. Et ecce Rachel filia eius veniebat cum ouibus. Et dixit Iacob: Adhuc est dies multa: nondum hora, vt congregentur pecora: cum potaueritis oues; abeuntes pascite. At illi dixerunt: Non poterimus, donec congregati fuerint omnes pastores: & reuoluent lapidem ab ore putei, & potabimus oues. Adhuc loquente eo cum illis, & ecce Rachel filia Laban veniebat cum ouibus patris sui: ipsa enim pascebat oues patris sui. Factum est autem, vt vidit Iacob Rachel filiam Laban fratris matris suæ, & oues Laban fratris matris suæ; & accedens Iacob reuoluit lapidem ab ore putei, & potauit oues Laban fratris matris suæ. Et osculatus est Iacob Rachel: & exclamans voce sua fleuit, & indicauit ipsi Rachel, quia frater patris eius est, & quia filius Rebeccæ est. Et currens illa nunciauit patri suo secundum verba hæc. Factum est autem, vt audiuit Laban nomen Iacob filij sororis suæ; cucurrit obuiam ei, & complexus eum osculatus est, & induxit eum in domum suam: & narrauit ipsi Laban omnes sermones hos. Et dixit ei Laban: De ossibus meis, & de carne mea es tu. Et fuit cum eo mensem dierum. Dixit autem Laban ipsi Iacob: Quia enim frater meus es; non seruies mihi gratis. Indica mihi, quæ merces tua est. Erant autem Laban duæ filiæ: nomen maiori Lia, & nomen iuniori Rachel: oculi autem Liæ infirmi: Rachel autem erat pulchra specie, & decora aspectu valde. Dilexit autem Iacob ipsam Rachel, & dixit: Seruiam tibi septem annos pro Rachel filia tua iuniore. Dixit autem ei Laban: Melius est dare me eam tibi, quam dare me eam viro alteri: habita mecum. Et seruiuit Iacob pro Rachel septem annos: & fuerunt in conspectu eius tamquam pauci dies, eo quod ipse diligebat eam. Dixit autem Iacob ad Laban: da mihi vxorem meam: impleti enim sunt dies, vt ingrediar ad eam. Congregauit autem Laban omnes viros loci, & fecit [a] nuptias. Et facta est vespera: & sumens Liam filiam suam, introduxit ad Iacob: & ingressus est ad eam Iacob. Dedit autem Laban Liæ filiæ suæ Zelpham ancillam suam, ei ancillam. Factum est autem mane: & ecce erat Lia. Dixit autem Iacob ad Laban: Quid hoc fecisti mihi? Nonne pro Rachel seruiui apud te? Et vt quid [b] decepisti me? Respondit autem Laban; Non est sic in loco nostro, vt detur iunior prius quam senior. Consumma itaque [c] septimanam istius: & dabo tibi & hanc pro opere, quod operaberis apud me adhuc septem annos alios. Fecit autem Iacob sic: & impleuit septimanam istius. Et dedit ei Laban Rachel filiam suam ipsi vxorem. Dedit autem Laban [d] filiæ suæ Ballam ancillam suam, ei ancillam. Et intrauit ad Rachel: dilexit [e] autem Rachel magis quam Liam: & seruiuit ibi septem annos alios. Videns autem dominus Deus, quod odio habebatur Lia, aperuit vuluam eius. Rachel autem erat sterilis. Et concepit Lia, & peperit filium ipsi Iacob. Vocauit autem nomen eius Ruben, dicens: quoniam vidit Dominus humiliationem meam, & dedit mihi filium: nunc itaque diliget me vir meus: Et concepit iterum, & peperit filium secundum ipsi Iacob, & dixit: quoniam audiuit Dominus, quod odio habeor, & addidit mihi etiam hunc, & vocauit nomen eius Symeon. Et concepit adhuc, & peperit filium, & dixit: in hoc nunc tempore [f] apud me erit vir meus: quia peperi ei tres filios. Ideo vocauit no-

men

A men eius Leui Et concipiens adhuc peperit filium, & dixit: ζ Nunc etiam hoc confitebor Domino. Ob id vocauit nomen eius Iudam. Et ſtetit a pariendo.

α Nuptias.] *γάμον, Aquila, & Symmachus, πότον*, potum, conuiuium. β Decepiſti.] *Schol.* ἐνήδρευσάς με, inſidiatus es mihi, γ Septimanam.] *Ita S. Auguſt. quæſt. 89. quod græce eſt*, τὰ ἕβδομα ταύτης. *S. Hieron. in tradit.* hebdomadam iſtius, *& vterque locum iſtum diligenter tractat.* δ Filiæ.] *S. Auguſt. ibidem*, Rachel filiæ ſuæ. *& ita etiam Complut.* ε Apud me.] πρὸς ἐμοῦ. *S. Hier. ibidem.* Vbi nos legimus, Apud me erit vir meus, Aquila interpretatus eſt, applicabitur mihi vir meus, quod hebraice dicitur ilaue, & à doctoribus hebræorum aliter transfertur, vt dicant, proſequetur me vir meus, &c. ζ Nunc etiam hoc.] τοῦ ἔτι τοῦτο. *Videtur autem ſignificare*, hac etiam vice: *quod & alibi notabitur.*

B

CAP. XXX.

VIdēs autem Rachel, quod non peperiſſet ipſi Iacob, & Rachel inuidit ſorori ſuæ: & dixit ad Iacob: Da mihi filios: ſin autem non, moriar ego. Iratus autem Iacob ipſi Rachel, dixit ei: Nunquid pro Deo ego ſum, qui priuauit te fructu ventris? Dixit autem Rachel ad Iacob: Ecce ancilla mea Balla: intra ad eam; & pariet ſuper genua mea, & filios faciam ego etiam ex ea. Et dedit ei Ballam ancillam ſuam ei vxorem. Et intrauit ad eam Iacob. Et concepit Balla ancilla Rachel, & peperit ipſi Iacob filium. Et dixit Rachel: C Iudicauit mihi Deus, & exaudiuit vocem meam: & dedit mihi filium. Propterea vocauit nomen eius Dan. Et concepit adhuc Balla ancilla Rachel: & peperit filium ſecundum ipſi Iacob. Et dixit Rachel: α Coaſſumpſit me Deus: & colluctata ſum cum ſorore mea: & valui. Et vocauit nomen eius Nephtali. Vidit autem Lia, quia ſteterat a pariendo: & ſumpſit Zelpham ancillam ſuam, & dedit eam ipſi Iacob vxorem. Et intrauit ad eam: & concepit Zelpha ancilla Liæ; & peperit ipſi Iacob filium. Et dixit Lia: β In fortuna: Et cognominauit nomen eius Gad. Et concepit adhuc Zelpha ancilla Liæ, & peperit ipſi Iacob filium ſecundum. Et dixit Lia: Beata ego, quia γ beatificabunt me mulieres. D Et vocauit nomen eius, δ Aſer. Iuit autem Ruben in die meſsis triticeæ: & inuenit poma mandragorarum in agro; & attulit ea ad Liam matrem ſuam. Dixit autem Rachel Liæ ſorori ſuæ: Da mihi de mandragoris filij tui. Dixit autem Lia: Non ſatis eſt tibi, quod accepiſti virum meum. Nunquid et mandragoras filij mei accipies? Dixit autem Rachel: non ita: Dormiat tecum nocte hac pro mandragoris filij tui. Ingreſſus eſt autem Iacob ex agro veſperi, et exijt Lia in occurſum ei, et dixit: Ad me intrabis hodie. Mercede enim conduxi te pro mandragoris filij mei. Et dormiuit cum ea nocte illa. Et exaudiuit Deus Liam: et concipiens peperit ipſi Iacob filium quintum. E Et dixit Lia: Dedit mihi Deus mercedem meam, pro eo quod dedi ancillam meam viro meo. Et vocauit nomen eius Iſſachar, quod eſt merces. Et concepit adhuc Lia, et peperit filium ſextum ipſi Iacob. Et dixit Lia: Donauit Deus mihi donum bonum ε nunc temporis: ζ diliget me vir meus: peperi enim ei filios ſex. Et vocauit nomen eius Zabulon. Et poſt hoc peperit filiam: et vocauit nomen eius Dina. Recordatus eſt autem Deus Rachel: et exaudiuit eam Deus, et aperuit eius vuluam: et concipiens peperit ipſi Iacob filium. Dixit autem Rachel. Abſtulit Deus meum opprobrium. Et vocauit nomen eius Ioſeph dicēs: η Addat Deus mihi filiū aliū. Factum eſt autem vt peperit Rachel Ioſeph,

dixit Iacob ad Laban: Dimitte me, vt abeam in locum meum, & in terram meam: Redde vxores meas, & paruulos meos, pro quibus seruiui tibi, vt abeã. Tu enim nosti seruitutem, quam seruiui tibi. Dixit autem ei Laban: Si inueni gratiam coram te; θ auguratus sum vtique: benedixit enim me Deus in tuo ingressu. ι Distingue mercedem tuam ad me, & dabo. Dixit autem Iacob: Tu nosti quæ seruiui tibi, & quanta erant pecora tua mecum: parua enim erant, quæ tibi erant coram me: & aucta sunt in multitudinem: & benedixit te Dominus Deus in pede meo. Nunc itaque κ quando faciam & ego mihi domum? Et dixit ei Laban: Quid tibi dabo? Dixit autem ei Iacob: Non dabis mihi quicquam. Si feceris mihi verbũ hoc; rursus pascam oues tuas, & custodiã. Transeant omnes oues tuæ hodie, & separa inde omnem ouem λ fuscam in agnis; & omne subalbum & sparsum in capris: erit mihi merces: & exaudiet me iustitia mea in die crastina: quia est merces mea in conspectu tuo. Omne, quodcumque non fuerit sparsum, & subalbum in capris, & fuscum in agnis; furto ablatum erit apud me. Dixit autem ei Laban: Sit iuxta verbum tuum. Et separauit in die illa hircos μ sparsos, & subalbos, & omnes capras sparsas, & subalbas, & omne quod erat fuscum in agnis, & omne quod erat album in eis: & dedit per manũ filiorum suorum: Et fecit distare viam trium dierum & inter eos, & inter Iacob. Iacob autem pascebat oues Laban reliquas. Sumpsit autem sibi Iacob virgam styracinam viridem, & ν nucinam, & platani: & decorticauit eas, decorticationes albas: ξ Et distrahens viride apparebat in virgis album, quod decorticauerat variũ. Et apposuit virgas, quas decorticauerat in alueis canalium aquæ; vt cum venissent oues bibere, in conspectu virgarum venientibus ipsis ad bibendum, conciperent oues in virgas. Et concipiebant oues in virgas, & pariebant oues subalbas, & varias, & cineritias sparsas. Agnos autem segregauit Iacob: & statuit coram ouibus arietem subalbum, & omne varium in agnis: & separauit sibi greges per seipsum: & non miscuit eos ad oues Laban. Factum est autem, in tempore, quo concipiebant oues in vtero accipientes, posuit Iacob virgas coram ouibus in canalibus, vt ipsæ conciperent secundum virgas. Cum vero peperissent oues, nõ ponebat. Facta sunt autem non ο signata ipsius Laban, signata autem ipsius Iacob. Et ditatus est homo valde valde: & facta sunt ei pecora multa, & boues, & pueri, & ancillæ, & cameli, & asini.

α Coassumpsit.] *συναντελάβετό μου. Ita libri veteres, & S. Chrys. In alijs est συνελάβετό μου,* auxiliatus est mihi. *S. Hier. in tradit.* habitare me fecit Deus habitatione cum sorore mea, & inualui. *Ex Aquila autem hæc refert, συνανέστρεψέν με ὁ θεὸς, καὶ συνανεστράφην,* conuertit me Deus, & conuersa sum. β In fortuna.] *Ita S. Hier. ibidem, & libri veteres, ἐν τύχῃ. In alijs & apud Chrysost. & Theodoretum est, εὐτύχηκα,* bona fortuna sum visa. *Quomodo autem scriptura faciat fortunæ mentionem; docent Theodoretus quæst. 86. & S. Aug. q. 91. Vbi etiam hæc habet:* Quod latini habent, nato filio Liæ de Zelpha, quod dixerit, beata facta, vel felix facta sum, græci habent, *εὐτυχῶ,* quod magis bonam fortunam significat. *Sed videri potest deprauato codice vsus. S. Hier. ex Aquila,* venit accinctio. γ Beatificabunt.] *μακαριοῦσί με. Ita vetusti codices, SS. Chrys. Cyrillus, & Philo. In alijs est, μακαρίζουσι, & S. Hier.* beatificant. δ Aser.] *In nonnullis codicibus sequitur, ὅ ἐστι πλοῦτος,* quod est diuitiæ. *quam additionem reprobat S. Hie. ibidem.* ε Nunc temporis.] *ἐν τῷ νῦν καιρῷ. S. Hier. in sua tralatione (quamuis aliter vulgata) videtur habere,* in hoc tempore: *& fortasse etiam hoc significat,* hac vice: *quod de simili phrasi notatum est cap. præcedente. Notandum autem est hæc verba posse coniungi & cum antecedentibus, vt est in nostra græca editione, & in Cõplutensi, & cum consequentibus, quemadmodum apud S. Chrys. & S. Hier.* in hoc tempore habitabit mecum vir meus. ζ Diliget.] *αἱρετιεῖ. S. Hier.* Vbi nos posuimus, habitabit mecum, & lxx. interpretati sunt, diliget me, in hebræo, &c. η Addat.] *προσθέτω, In aliquot codicibus, & apud S. Chrys. hom. 56. est, προσέθετο,* addidit. θ Auguratus sum vtique.]

A vtique.] *οἰωνισάμην ἄν. Ita etiam S. Chryſ. & Theodoretus. Compl. οἰωνισάμην ἄν. & S. Aug. in locut.* auguratus eſſem, *& legenda ſunt, quæ ille affert: itemque illa, quæ S. Chryſ. hom.* 57. [ι] Diſtingue.] *ideſt*, diſtincte pronuncia, *vt in pſalmis, & alibi. Aquila, ἐπονόμασον,* nomina. *Symm. ὅρισον,* conſtitue. [κ] Quando.[*πότε. Apud S. Chryſ. legitur ſine interrogatione, vt vertendum ſit,* aliquando. [λ] Fuſcam.] Schol. *ποικίλον, πυρρόν,* variam, nigreſcentem. *S. Hier. aliter hæc refert, quàm hic ſunt, & putat confuſum eſſe ſenſum.* [μ] Sparſos, & ſubalbos.] *Symm. λευκόποδας,* albis pedibus. [ν] Nucinam.] *καρυΐνην. Schol. ἀμυγδαλίνην,* amygdalinam. *S. Hier.* Tres enim virgas, populeas, & amygdalinas, & mali granati, quamquam lxx. ſtyracinas, & nucinas, & plataninas habeant, &c. [ξ] Et diſtrahens.] *illud,* Et, *abeſt a nonnullis codicibus, & a S. Chryſ. In alijs autem quibuſdam minus vetuſtis pro τὸ χλωρὸν eſt τὸ λευκὸν,* album. [ο] Non ſignata.] *Aquila, ὄψιμα,* ſerotina. *Symmac. δευτερόγονα,* nata ex ſecunda fœtura. *Quam ſententiam docet S. Aug. quæſt. 93. elici etiam ex verbis lxx. licet obſcuris.*

B

CAP. XXXI.

AVdiuit autem Iacob verba filiorũ Laban dicentiũ: tulit Iacob omnia, quæ patris noſtri, & ex ijs, quæ patris noſtri, fecit omnem gloriam hanc. Et vidit Iacob faciem Laban: & ecce non erat ad eũ, ſicut heſterna, & nudiustertiana die. Dixit autẽ Dominus ad Iacob: Reuertere in terram patris tui, & ad generationem tuam: & ero tecum. Mittens autem Iacob vocauit Liam, & Rachel in agrum, vbi erant greges: Et dixit eis: Video ego faciem patris veſtri: quia nõ eſt erga me, ſicut heri, & nudius tertius. Deus autem patris mei fuit mecum.
C Et ipſæ autem noſtis, quia in omni fortitudine mea ſeruiui patri veſtro: pater autem veſter [α] circumuenit me, & mutauit mercedem meam [β] decem agnorum: & nõ dedit ei Deus malefacere mihi. Si ita diceret, varia erunt merces tua; & parient omnes oues varia: ſin autem diceret, alba erunt merces tua; & parient omnes oues alba. Et abſtulit Deus omnia pecora patris veſtri, & dedit mihi ea. Et factum eſt, quando concipiebant oues in vtero accipiẽtes, & vidi oculis meis in ſomno. Et ecce hirci, & arietes aſcendentes ſuper oues & capras ſubalbi, & varij, & cineritij ſparſi. Et dixit mihi angelus Dei per ſomnum: Iacob. Ego autem dixi: Quid eſt? Et dixit: Reſpice oculis tuis, & vide hircos & arietes aſcen-
D dentes ſuper oues & capras, ſubalbos, & varios, & cineritios ſparſos. Vidi enim quæcumque tibi Laban facit. Ego ſum Deus, qui apparui tibi in loco Dei: vbi vnxiſti mihi ibi titulum, & vouiſti mihi ibi votum. Nunc igitur ſurge, & exi de terra hac, & abi in terram generationis tuæ: & ero tecum. Et reſpondentes Rachel & Lia dixerunt ei: Nunquid eſt nobis adhuc portio, vel hæreditas in domo patris noſtri? Nonne ſicut alienæ reputatæ ſumus ei? Vẽdidit enim nos, & deuoratione abſorbuit argentum noſtrum. Omnes diuitias & gloriam, quam abſtulit Deus a patre noſtro, nobis erunt, & filijs noſtris. Nunc igitur quæcumq. tibi dixit Deus, fac. Surgens autem Iacob ſumpſit vxores ſuas, & paruulos ſuos ſuper
E camelos; & abduxit omnem ſubſtantiam ſuam, & omnem apparatum ſuum, quem acquiſiuerat in Meſopotamia, & omnia ſua, vt abiret ad Iſaac patrem ſuum in terrã Chanaan. Laban autem iuerat tondere oues ſuas. Furata eſt autem Rachel [δ] idola patris ſui. Celauit autem Iacob Laban Syrũ, non indicando ei, quia fugit. Et aufugit ipſe, & ipſius omnia, & tranſiuit flumen, & properauit in montem Galaad. Nunciatum eſt autem Laban Syro die tertia, quia aufugit Iacob. Et aſſumens [ε] fratres ſuos ſecum, perſecutus eſt poſt eum viam dierum ſeptem: & aſſecutus eſt eum in monte Galaad. Venit autem Deus ad Laban Syrum per ſomnũ nocte; & dixit ei: Cuſtodi te, ne forte loqnaris cum Iacob mala.

Et assecutus est Laban Iacob. Iacob autem fixerat tabernaculũ suum in monte: Laban autem statuit fratres suos in mõte Galaad. Dixit autem Laban ad Iacob: Quid fecisti? vt quid occulte aufugisti? & furatus es me, & abduxisti filias meas, quasi captiuas gladio? Et si annunciasses mihi; dimisissem vtique te cum lætitia, & cum musicis, & tympanis, & cithara. Nec sum habitus dignus osculari paruulos meos, & filias meas. Nunc autem imprudenter egisti, & nunc valet manus mea tibi malefacere. Deus autẽ patris tui heri dixit ad me, dicens: Custodi teipsum, ne forte loquaris cũ Iacob mala. Nũc autẽ iuisti: desiderio enim desiderasti abire in domũ patris tui: vt quid furatus es Deos meos? Respondens autem Iacob dixit ad Laban: Quia timui: dixi enim; ne forte auferas filias tuas a me, & omnia mea. Et dixit Iacob: Apud quemcumq. inueneris Deos tuos; non viuet coram fratribus nostris. Cognosce quid est apud me tuorum, & cape. ^ζ Et nõ cognouit apud eum quicquam. Nesciebat autem Iacob, quia Rachel vxor sua furata erat eos. Ingressus autem Laban, scrutatus est in domo Liæ, & non inuenit: & exijt de domo Liæ, & scrutatus est domum Iacob, & in domo ambarum ancillarum, & non inuenit. Ingressus est autem & in domum Rachel. Rachel autem sum pserat idola, & iniecerat ea in stramenta cameli, & insederat eis. Et dixit patri suo: Ne grauiter feras domine: non possum surgere in conspectu tuo; quoniam quæ secundum consuetudinem mulierum, mihi sunt. Scrutatus est autem Labã in tota domo, & non inuenit idola. Iratus est autem Iacob, & rixatus est cum Laban. Respondens autem Iacob dixit ad Laban: Quæ iniustitia mea, & quod peccatum meum; quia persecutus es post me, & quia scrutatus es omnia vasa domus meæ? Quid inuenisti de vniuersis vasis domus tuæ? Pone hic in conspectu fratrum tuorum & fratrum meorum: & arguant inter nos duos. Hos mihi viginti annos ego sum tecum: oues tuæ & capræ tuæ non fuerunt steriles: arietes ouiũ tuarum non comedi: captum a bestia non attuli tibi: ego soluebam a meipso furta diei, & furta noctis: factus sum diei combustus æstu, & glacie noctis: & abscessit somnus meus ab oculis meis. Hos mihi viginti annos ego sum in domo tua: seruiui tibi quatuordecim annos, pro duabus filiabus tuis, & sex annos in ouibus tuis: & decepisti mercedem meã decem agnabus. Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac fuisset mihi; nunc vtique vacuum me dimisisses. Humiliationem meam, & laborẽ manuum mearum vidit Deus, & arguit te heri. Respondens autem Laban dixit ad Iacob: Filiæ, filiæ meæ: & filij, filij mei: & pecora, pecora mea, & omnia quæcumque tu vides, mea sunt, & filiarum mearum. Quid faciam eis hodie, aut filijs earum, quos pepererunt? Nunc igitur veni, ^η disponam testamentum ego, & tu: & erit in testimonium inter me & te. ^θ Dixit autem ei: Ecce nemo nobiscum est: vidit Deus testis inter me & te. Sumens autem Iacob lapidem, statuit eum ^ι titulum. Dixit autem Iacob fratribus suis. Colligite lapides. Et collegerunt lapides, & fecerunt aceruum, & comederunt ibi super aceruum. Et dixit ei Laban: aceruus hic testatur inter me & te hodie. Et vocauit eum Laban, ^κ aceruus testimonij: Iacob autem vocauit eum, aceruus testis. Dixit autem Laban ad Iacob. Ecce aceruus hic, & titulus, quem statui inter me & te. Testatur aceruus hic, & testatur titulus hic. Propterea vocatum est nomen, aceruus testatur: & ^λ visio quam dixit: Respiciat Deus inter me & te; quia discedemus alter ab altero: si humiliabis filias meas, si sũpseris vxores super

filias

A filias meas vide: nemo nobiscum est [μ] videns: Deus testis inter me & inter te. Et dixit Labã ad Iacob: Ecce aceruus hic, & testis titulus hic: [ν] Siue enim ego nõ transgrediar ad te, neq. tu transgredieris ad me aceruum hunc, & titulum hunc ad malum: Deus Abraham, & Deus Nachor iudicet inter nos. Et iurauit Iacob per timorem patris sui Isaac, & sacrificauit sacrificium in monte, & vocauit fratres suos, & comederunt, & biberunt; & dormierunt in monte. Surgens autem Laban mane deosculatus est filios, & filias suas, & benedixit eos. Et reuersus Laban abijt in locum suum.

[α] Circumuenit.] παρεκρούσατο. *Aquila, & Symm.* παρελογίσατό με, decepit me. [β] Decem agnorum.] *Ita* B *S. Aug. q. 95. quod græce est* τῶν δέκα ἀμνῶν, *sed posset etiam verti,* decem agnis, *vt S. Hier. aut,* agnabus, *vt paulo inferius, quamuis ibi sit* δέκα ἀμνάδων. *Aquila,* δέκα ἀριθμοῖς, decem numeros. *Symm.* δεκάκις ἀριθμῷ, decies numero. *Eusebius.* Syrus vtitur decies pro multoties. *Miratur S. Hier. cur lxx. posuerint decem agnos, cum verbum hebræum magis numerum, quam agnos sonet. Sed totam hanc rem explicat S. Aug. q. 95.* [γ] Apparatum.] ἀποσκευήν. *de qua dictione & dictum est, & dicetur. Schol.* κτῆσιν, possessionem. [δ] Idola.] *Aquila* μορφώματα, *id est, vt interpretatur. S. Hier.* figuras *vel* imagines. *Symm. posuit vocem hebræam Theraphim.*
[ε] Fratres.] In Compl. est τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ filios suos, & fratres suos. *Quod quidem in nullo ex collatis codicibus est inuentum, neq; est in vulgata, neque in hebræo. Fratres autem pro filijs appellari docet S. Hieron. in tradit.* [ζ] Et non cognouit apud eum quicquam.] *Hæc absunt a Complut. ut a uulgata.* [η] Disponam.] διαθῶμαι, *Complutensis & Chrysostomus,* διαθῶμεν, disponamus. [θ] Dixit autem ei: ecce nemo nobiscum est: vidit (*aut*, vide) Deus testis inter me & te.] *Hæc, vt à vulgata, ita etiam absunt à Complutensi, quæ tamen in omnibus collatis codicibus sunt inuenta: & referuntur à Chrys. hom. 57.* [ι] Titulum.] *Ita S. Hier. & S. Aug. q. 96. quod græce est* στήλην, *& posset etiam verti,* monumentum, *aut,* colum- C nam. [κ] Aceruus testimonij.] *Quomodo aliter vocauerit Iacob tumulum illum dictione hebræa, aliter Laban dictione Syriaca, docet S. Hier. in tradit. itemque S. Aug. q. 97.* [λ] Visio.] *Exhibuit hic locus molestiam S. Aug. q. 98. qui neque etiam in vulgata satis clare reddi videtur. Hebraice enim est alterum nomen eiusdem loci: Nam sicut nominabatur Galghed, ex eo quod fuisset aceruus testimonij; ita nominabatur, Mizpah, id est, specula, quia dixisset Laban, Speculetur Dominus inter me & te. Apud S. Chrys. non referuntur verba ista,* καὶ ἡ ὅρασις, ἣν εἶπεν. [μ] Videns.] *Ita etiam S. Chrys. Nonnulli coniungunt cum sequentibus,* videns Deus. *A Complutensi abest, neque à S. Aug. refertur q. 99.* [ν] Siue enim ego nõ trãsgrediar.] *A Compl. abest negatio, non autem à manuscriptis, neque a S. Chrys. Et videtur hoc esse pactum, si ego non transiero ad te lædendum, neque tu transibis ad me. Sed fortasse est hebraismus, & illud* ἐάν τε γὰρ *valet* ὅτι: *atque hic est sensus. Titulus hic testis est, quòd neque ego transgrediar, neque tu ad malum inferendum.*

CAP. XXXII.

D ET Iacob abijt in viam suam. Et [α] respiciens vidit castra Dei applicantia, & occurerunt ei angeli Dei. Dixit autem Iacob, quando vidit eos: Castra Dei hæc: Et vocauit nomen loci illius, Castra. Misit autem Iacob nuncios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir in regionem Edom: & mandauit eis dicens: Sic dicetis domino meo Esau: Sic dicit puer tuus Iacob: Cum Laban incolui, & demoratus sum vsque modo: & facti sunt mihi boues & asini, & oues, & pueri, & puellæ, & misi annunciare domino meo Esau, vt inueniat puer tuus gratiam coram te. Et reuerterunt nuncij ad Iacob dicentes: Veni- E mus ad fratrem tuum Esau: & ecce ipse venit in occursum tuum, & quadringenti viri cum eo. Timuit autem Iacob valde, & hæsitabat. Et diuisit populum, qui secum erat, & boues, & camelos, & oues in duo castra. Et dixit: Si venerit Esau ad castra [β] vna, & exciderit ea; erunt castra secunda in salutem. Dixit autem Iacob: Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac, Domine tu qui dixisti mihi, recurre in terram generationis tuæ, & benefaciã tibi [γ]: Sufficiat mihi ab omni iustitia, & ab omni veritate, quam fecisti puero tuo. In virga enim mea hac transiui Iordanem hunc: nunc autem factus sum in duo castra. Erue me de manu fratris mei, de manu Esau, quia ego timeo illũ: ne, cũ venerit feriat me,

& [δ] matrem ſuper filios. Tu autem dixiſti benefaciam tibi, & ponam ſemen tuum, tanquam arenam maris, quæ non dinumerabitur præ multitudine. Et dormiuit ibi nocte illa: & ſumpſit, de quibus ferebat, dona: & miſit ad Eſau fratrem ſuum capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, arietes viginti, camelos lactantes & paruulos earum triginta, boues quadraginta, tauros decem, aſinos viginti, & pullos decem: & dedit ea pueris ſuis, vnicuique ſeorſum gregem. Dixit autem pueris ſuis: Præite ante me, & interuallum facite inter gregem & gregem. Et mandauit primo, dicens: Si tibi occurrerit Eſau frater meus, & interrogauerit te dicens, cuius es? & quo vadis? & cuius hæc, quæ antecedunt te? [ε] dices: pueri tui Iacob: munera miſit domino meo Eſau, & ecce ipſe poſt nos. Et mandauit primo & ſecundo & tertio, & omnibus qui præibant poſt greges hos, dicens: iuxta verbum hoc loquimini ad Eſau, cum vos inueneritis eum, & dicetis: Ecce puer tuus Iacob accedit poſt nos. Dixit enim: placabo vultum eius in muneribus [ζ] præcedentibus eum: & poſt hoc videbo faciem eius: [η] forſitan enim ſuſcipiet faciem meam. Et præcedebant dona ad faciem eius. Ipſe autem dormiuit nocte illa in caſtris. Surgens autem nocte illa accepit duas vxores, & duas ancillas, & vndecim paruulos ſuos: & tranſiuit tranſitum ipſius Iaboc, & accepit eos, & tranſiuit torrentem, & traduxit omnia ſua. Remanſit autem Iacob ſolus: & [θ] luctabatur homo cum eo vſq. mane. Vidit autem, quia non valet erga eum: & tetigit latitudinem femoris eius, & obtorpuit latitudo femoris Iacob, dum luctatur ipſe cum eo. Et dixit ei: dimitte me: aſcendit enim diluculũ. At ille dixit: Non te dimittam; niſi me benedixeris. Dixit autem ei: Quod eſt nomen tuum? At ille dixit: Iacob. Et dixit ei: Non vocabitur vltra nomen tuum Iacob: ſed Iſrael erit nomen tuum, [ι] quia inualuiſti cum Deo; & cum hominibus potens eris. Iacob autem interrogauit, & dixit: Annuncia mihi nomen tuum. Et dixit: Vt quid hoc interrogas tu nomen [κ] meum? Et benedixit eum ibi. Et vocauit Iacob nomen loci illius, [λ] ſpecies Dei. Vidi enim Deum facie ad faciem: & ſalua facta eſt anima mea. Ortus eſt autem ei Sol, quando tranſiuit ſpecies Dei. Ipſe autem claudicabat femore ſuo. Propter hoc non manducarent filij Iſrael neruum, qui obtorpuit, qui eſt ſuper latitudinem femoris vſque in diem hanc: quia tetigit latitudinem femoris Iacob, neruum, qui obtorpuit.

α Et reſpiciens vidit caſtra Dei applicantia.] *Ita S. Amb. lib. 2. de Iacob cap. 6. quod græce* παρεμβολὴν θεοῦ παρεμβεβληκυῖαν, *& poſſet etiam verti,* caſtra Dei caſtrametata, *aut,* poſita. *Abeſt autem hæc tota particula à vulgata, & hebræo.* β Vna.] *S. Aug. quæſt.* 102. *habet,* prima. *Nam ſæpe in ſcriptura vnum ſignificat primum.* γ Sufficiat.] ἱκανούσθω μοι. *Ita uetuſti codices, & Chryſ. Cyrillus autem* ἱκανούσθω μοι, ſufficit mihi. *Alij libri* ἱκανός εἰμι. idoneus ſum. *S. Aug. uidetur legiſſe* εἶ μοι. *Ita enim q.* 102. Idoneus es mihi ab omni iuſtitia. *S. Hier. in tradit. cum hunc locum ita reddidiſſet,* minor ſum omni miſericordia tua, *hæc addit:* Pro eo, quod nos poſuimus, minor ſum, aliud neſcio quid, quod ſenſum turbet, in græcis, & latinis codicibus continetur. *Ac tamen idem ſenſus ex noſtra lectione elicitur. Nam* ἱκανούσθω μοι *hoc ualet, ut ſæpe alibi, ſatis mihi, ſuperque eſſe deberet, quòd me tot, tantiſque beneficijs es proſecutus.* δ Matrem.] *ſic etiam S. Chryſ. & uulgata. Nonnulli græci codices habent,* μητέρας. *& S. Aug. quæſt. indicata,* matres. ε Dices.] *S. Auguſt. locut.* 118. & dices, *notatque ex conſuetudine ſcripturæ redundare illud,* &. *Eſt etiam in hebræo.* ζ Præcedentibus eum.] *A Complutenſi abeſt illud,* eum, *ſicut etiã a uulgata. hebræus habet,* ad facies meas. *S. Aug. q.* 103. *putauit iſta,* in muneribus præcedentibus eum, *eſſe uerba ſcriptoris interpoſita inter uerba Iacob, ſed poſſunt etiam dici a Iacob hoc ſenſu,* venientibus ad faciem Eſau, antequam nos accedamus. η Forſitan.] *Schol.* ἐάν πως ἐντραπῇ, ſi quomodo reuereatur. θ Luctabatur.] *Aquila, & Symm.* ἐκυλίετο ἀνὴρ μετ' αὐτοῦ, ſeſe verſabat vir cum eo. ι Quia inualuiſti.] *Aquila,* ὅτι ἦρξας μετὰ θεοῦ, quia princeps fuiſti cum Deo. *Symm.* ὅτι ἦρξω ἰσχύι πρὸς θεόν, quoniam princeps fuiſti fortitudine erga Deum. *Ita enim fere uidetur interpretari S. Hier. qui etiam addit Theodotionem uertiſſe, ut lxx.* κ Nomen meum.] *In aliquot codicibus, & apud Theodor. quæſt.* 91. *ſequitur* καὶ τοῦτό ἐστι θαυμαστόν, & hoc eſt admirabile, *quæ uerba teſtatur*

Scho-

A *Scholiastes apud neminem esse in hexaplo.* λ Species Dei.] *Ita S. Amb. in psal. 43. græce est.* εἶδος θεοῦ. *S. Hier. in tradit.* facies Dei. *Aquila,* πρόσωπον ἰσχυροῦ. facies fortis *Symm.* φανουήλ, Phanuel, *quam uocem notat S. Hier. esse in hebræo: eamque interpres Theodoreti habet, non autem codex græcus, quo usi sumus.*

CAP. XXXIII.

RESpiciens autem Iacob oculis suis vidit: & ecce Esau frater eius veniẽs, & quadringenti viri cum eo. Et β diuisit Iacob pueros super Liam, & super Rachel, & duas ancillas: & posuit duas ancillas, & filios earum in primis, & Liam, & pueros eius post, & Rachel, & Ioseph vltimos. Ipse autẽ præ-B cessit ante eos: & adorauit super terram septies, quoadusque appropinquaret fratri suo. Et accurrit Esau in occursum eius: & amplexus eum procidit super collum eius, & osculatus est eum: & fleuerunt vtrique. Et respiciens Esau vidit mulieres, & paruulos; & dixit: Quid? hi tibi sunt? At ille dixit: paruuli, quos misericorditer dedit Deus puero tuo. Et appropinquauerunt ancillæ, & filij eorum, & adorauerunt. Et accessit Lia & filij eius, & adorauerunt. Et post hæc accessit Rachel, & Ioseph, & adorauerunt. Et dixit: Quid? hæc tibi sunt, omnia castra hæc, quibus occurri? At ille dixit: Vt inueniat puer tuus gratiam coram te Domine. Dixit autem Esau: Sunt mihi multa frater: sint tibi tua. Dixit autem Ia-C cob. Si inueni gratiam coram te; accipe dona per meas manus. Propter hoc vidi faciem tuam, quemadmodum si quis videat faciem Dei: γ & complacebis mihi: accipe benedictiones meas, quas attuli tibi, quoniã misertus est mei Deus, & sunt mihi omnia: & coegit eum; & accepit, & dixit: Promouentes eamus in δ rectam. Dixit autem ei: dominus meus scit, quod paruuli sunt teneriores, & oues & boues fœtantur super me: Si ergo vrgeam eas diẽ vnum; morientur omnia pecora. Præcedat dominus meus ante puerum suum: Ego autem inualescam in via secundum tarditatem profectionis eius, quæ coram me, & iuxta pedem paruulorum, quoadusque veniam ad dominum meum in Seir. Dixit au-D tem Esau: Relinquam tecum de populo, qui mecum est. At ille dixit: Vt quid hoc? Satis est, quod inueni gratiam coram te domine. Reuertit autem Esau in die illa ad viam suã in Seir: & Iacob diuertit in tabernacula: & fecit sibi illic domos, & pecoribus suis fecit tabernacula. Ideo vocauit nomen loci illius, Tabernacula. Et venit Iacob in Salem ciuitatem Secimorũ, quæ est in terra Chanaã, cum aduenit de Mesopotamia Syriæ: & applicuit ad faciem ciuitatis. Et acquisiuit partem agri, in quo statuit illic tabernaculum suum, ab Emmor patre Sychem, centum agnis. Et statuit ibi altare: & inuocauit Deum Israel.

E α Respiciens.] *Aquila,* καὶ ἦρεν ἰακὼβ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, & leuauit Iacob oculos suos. *Symm.* ἐπάρας δὲ ἰακὼβ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, εἶδε φανέντα ἡσαῦ ἐρχόμενον, Eleuans autem Iacob oculos suos, vidit apparere Esau venientem. β Diuisit.] *Aquila,* ἡμίσευσεν, dimidiauit, *ac de isto loco disputat S. Hier. in tradit.* γ Complacebis mihi.] εὐδοκήσεις με. *Complut.* εὐλογήσεις με, benedices me. δ Eamus.] *Symm.* καὶ προοδεύσωμεν ἵνα συνοδεύσω σοι. & eamus, vt vna tecum iter faciam. *Schol.* προελεύσομαι εἰς κατέναντίον σου, ibo e regione tui.

CAP. XXXIV.

EXijt autem Dina filia Liæ, quam peperit ipsi Iacob, vt condisceret filias hominũ regionis eius. Et vidit eam Sychem, filius Emmor Euæus, princeps terræ. Et accepit eam, & dormiuit cum ea, & humiliauit eam: & in-

tendit

tendit animo Dinæ filiæ Iacob,& amauit virginem,& locutus est secundum sen sum virginis * ipsi: Dixit Sychem ad Emmor patrem suum dicens: sume mihi hanc puellam in vxorem. Iacob autem audiuit, quia polluerat filius Emmor Dinam filiam suam. Filij autem eius erant cum pecoribus eius in agro. Siluit au tem Iacob, donec ipsi venirent. Exijt autem Emmor pater Sychem ad Iacob lo qui cum eo. Filij autem Iacob venerunt ex agro. Et cum audissent; compuncti sunt viri, & triste erat illis valde, quod turpe fecerat in Israel, quod dormisset cum filia Iacob: & non sic erit. Et locutus est Emmor eis, dicens: Sychem filius meus elegit animo filiam vestram. Date igitur eã ei vxorẽ, & connubia iungite nobiscum: filias vestras date nobis: & filias nostras accipite filijs vestris: & in no bis habitate. Et terra ecce lata coram vobis: habitate & negociamini in ea, & acquirite in ea. Dixit autem Sychem ad patrem eius, & ad fratres eius: Inueniam gratiam coram vobis: & quodcumque dixeritis, dabimus: Multiplicate dotem valde; & dabo sicut dixeritis mihi. E dabitis mihi puellam hanc in vxorem. Responderunt autem filij Iacob ipsis Sychem & Emmor patri eius cum do lo: & locuti sunt eis, quia polluerant Dinam sororem suam: & dixerunt eis Symeon & Leui fratres Dinæ: Non poterimus facere verbum hoc, dare sororem nostram homini, qui habet præputium: est enim opprobrium nobis. Solum in hoc similes erimus vobis, & habitabimus in vobis; si facti fueritis, sicut nos etiã vos in hoc, quod circuncisum sit omne vestrum masculinum: & dabimus filias nostras vobis: & de filiabus vestris accipiemus nobis vxores: & habitabimus apud vos, & erimus tamquam genus vnum. Si autem non exaudieritis nos, vt cir cuncidamini; sumentes filiam nostram, abibimus. Et placuerunt verba coram Emmor, & coram Sychẽ filio Emmor: & nõ tardauit adolescẽs ad faciendũ ver bum hoc: appositus enim erat filiæ Iacob: ipse autem erat gloriosissimus omniũ, qui in domo patris sui. Et venit Emmor, & Sychem filius eius ad portam ci uitatis suæ: & locuti sunt ad viros ciuitatis suæ, dicentes: Viri isti pacifici sunt: nobiscum habitent super terram, & negocientur eam: terra autem ecce lata coram eis: filias eorum accipiemus nobis vxores: & filias nostras dabimus eis. In hoc solum similes erunt nobis homines ad habitandum nobiscum, vt sit populus vnus, in hoc, vt circuncidatur omne nostrum masculinum, sicut & ipsi circuncisi sunt. Et pecora eorum, & quadrupedia, & substantia eorum nonne nostra erunt? Solum in hoc similes simus eis, & habitabunt nobiscum. Et exaudierunt Emmor, & Sychem filium eius omnes, qui negociabantur portam ciuitatis eorum: & circunciderunt carnem præputij sui omne masculum. Factum est autem in die tertia, quando erant in dolore, sumpserunt duo filij Iacob Symeon & Leui fratres Dinæ quisq. gladium suum; & ingressi sunt in ciuitatem, confidenter: & interfecerunt omne masculinum: & Emmor & Sychem filium eius interfecerunt in ore gladij: & tulerunt Dinam de domo Sychem, & exierunt. Filij autem Iacob ingressi sunt super cæsos, & diripuerunt ciuitatẽ, in qua polluerant Dinam sororem suam: & oues eorum, & boues eorum, & asinos eo rum, quæcumque erant in ciuitate, & quæcumq. erant in agro, tulerunt, & omnia corpora eorum, & omnem supellectilem eorum: & vxores eorum captiua uerunt: & diripuerunt quæcumque erant in ciuitate: & quæcumque erant in do mibus. Dixit autem Iacob ad Symeon & Leui: odiosum me fecistis, ita vt ma-

lus

A B C D E

A Ius sim omnibus habitantibus terram, & in Chananæis, & in Pherezæis. Ego autem exiguus sum in numero: & conuenientes super me occident me: & atterar ego, & domus mea. Illi autem dixerunt: Nunquid, tanquam meretrice vtentur sorore nostra?

α Ipsi.] *S. Aug. q. 107. habet*, ipsius. β Dixit.] *Compl.* εἶπε δὲ, dixit autem. γ Appositus enim erat.] ἐνίκησε. *S. Aug. in locut.* idest, amabat eam. δ Pacifici.] *S. Hier. in tradit. habet*, pacifici nobis sunt. *Aquila*, ἀπηρτισμένοι, consummati atque perfecti, *vt idem S. Hier. interpretatur.* ε Negociabantur.] οἱ ἐμπορευόμενοι. *Alij libri habent*, ἐκπορευόμενοι qui egrediebantur. ζ Confidenter. ἀσφαλῶς, *quod S. Hier. interpretatur*, diligenter. η Corpora.] σώματα. *Disputat S. Aug. in locut. quid ista dictione significetur. Non est autem inusitatum significari filios, & seruos, quemadmodum etiam infra cap. 36.*

B

CAP. XXXV.

DIxit autem Deus ad Iacob: Surgens ascende in locum Bæthel: & habita ibi & fac ibi aram Deo, qui apparuit tibi, cum fugeres a facie Esau fratris tui. Dixit autem Iacob domui suæ, & omnibus, qui cum illo erant: Tollite Deos alienos, qui vobiscum sunt, de medio vestri, & mundamini, & mutate stolas vestras: & surgentes ascendamus in Bæthel, & faciamus ibi aram Deo; qui exaudiuit me in die tribulationis: qui fuit mecum, & saluauit me in
C via, qua iui. Et dederunt Iacob deos alienos, qui erant in manibus eorum, & inaures, quæ erant in auribus eorum. Et abscondit ea Iacob sub terebintho, quæ in Secimis, α & perdidit ea vsque in hodiernũ diem. Et profectus est Israel de Secimis. Et factus est timor Dei super ciuitates, quæ circa illos erant: & nõ sunt persecuti post filios Israel. Venit autem Iacob in β Luza, quæ est in terra Chanaan, quæ est Bæthel, ipse, & omnis populus, qui erat cum eo: & ædificauit ibi aram: & vocauit nomen loci Bæthel: illic enim apparuit ei Deus, cum ipse fugeret a facie Esau fratris sui. Mortua est autem Deborra nutrix Rebeccæ: & sepulta est infra Bæthel sub quercu: & vocauit Iacob nomen eius, quercus luctus. Apparuit
D autem Deus ipsi Iacob adhuc in Luza: quando aduenit de Mesopotamia Syriæ. Et benedixit eum Deus: & dixit ei Deus: Nomen tuum iam non vocabitur Iacob: sed Israel erit nomen tuum: & vocauit nomen eius Israel. Dixit autem ei Deus: Ego sum Deus tuus: cresce, & multiplicare: gentes & congregationes gentium erunt ex te: & reges de lumbo tuo egredientur: & terram, quam γ dedi Abraham, & Isaac, tibi dedi eam: tibi erit: & semini tuo post te dabo terrã hanc. Ascendit autem Deus ab eo de loco, vbi locutus est cum eo. Et statuit Iacob titulum in loco, in quo locutus est cum eo Deus, titulum lapideum: & libauit super eum libamen, & effudit super eum oleum. Et vocauit Iacob nomen loci, in
E quo locutus est cum eo illic Deus, Bæthel. δ Profectus autem Iacob de Bæthel, fixit tabernaculum suum vltra turrim Gader. Et factum est, dum appropinquaret in ε Chabratha ad veniendum in Ephratha, peperit Rachel: & passa est difficultatem in ipso partu. Et factum est, cum ipsa dure pareret; dixit ei obstetrix: confide: nam & hic tibi est filius. Et factum est, cum dimitteret eam anima (siquidem moriebatur,) vocauit nomen eius filius doloris mei: pater vero vocauit nomen eius Beniamin. Mortua est autem Rachel, & sepulta est in ζ via Hippodromi Ephratha: hæc est Bethleem. Et statuit Iacob titulum super monumentum eius. Hic est titulus super monumentum Rachel vsque in hanc diem.

Factum

Factum est autem, quando habitauit Israel in terra illa, iuit Ruben, & dormiuit cum Balla concubina patris sui Iacob. Et audiuit Israel: & ^η^ malum apparuit coram eo. Erant autem filij Iacob duodecim. Filij Liæ, primogenitus Iacob Ruben, Symeon, Leui, Iudas, Issachar, Zabulon. Filij autem Rachel, Ioseph, & Beniamin. Filij autem Ballæ ancillæ Rachel, Dan, & Nephthalim. Filij autem Zelphæ ancillæ Liæ, Gad, & Aser. Hi sunt filij Iacob, qui facti sunt ei in Mesopotamia Syriæ. Venit autem Iacob ad Isaac patrem suum in Mambre in ciuitatem ^θ^ campi: Hæc est Chebron in terra Chanaan, vbi incoluit Abraham & Isaac Fuerunt autem dies Isaac, quos vixit, anni centum octuaginta. Et deficiens Isaac mortuus est, & appositus est ad genus suum senior & plenus dierum. Et sepelierunt eum Esau, & Iacob filij eius.

α Et perdidit ea vsque in hodiernum diem.] *Hæc non sunt in vulgata, neque in hebræo.* β Luza.] *S. Aug. q. 113. putat eandem ciuitatem tria habuisse nomina, Vllamaus, Bethel, Luza. Sed S. Hier. in tradit.* Ecce manifestissime comprobatur, Bethel non Vlam Luz, vt supra dictum est, sed Luzam, idest amygdalam ante vocitatam. γ Dedi.] *Schol.* ὤμοσα, iuraui. δ Profectus autem Iacob de Bæthel, fixit tabernaculum suum vltra turrim Gader.] *Hæc a S. Hier. in tradit. videntur referri non ex hoc loco, sed ex paulo inferiore, vbi etiam habentur in vulgata, & hebræo, nimirum ante illa verba.* Factum est autem, quando habitauit Israel. ε In Chabratha.] *A complutensi abest illud,* in: *& apud S. Hier. in tradit.* Et factum est, dum appropinquaret Chabratha in terra Chanaan, vt veniret Ephratha. *Qui etiam notat dictionem hebræam Chibrath, quæ nunc versa est Chabratha, infra cap. 48. verti hippodromum, in hoc autem capite paulo post poni Hippodromum pro Ephratha. Testatur etiam Aquilam propositum nunc locum ita transtulisse,* καθ' ὁδὸν τῆς γῆς, id est in itinere terræ. *Melius autem ipse putat transferri,* In electo terræ tempore. *Alij ex hebræo reddunt,* quasi tractum (*aut,* milliare) terræ. ζ In via Hippodromi Ephratha.] *In aliquot codicibus est,* ἐν τῇ ὁδῷ ἐφραθὰ, in via Ephratha, *S. Hie.* vbi in hebræo dicitur, & sepelierunt eam in via Ephratha, hæc est Bethleem, rursus lxx. pro Ephratha posuerunt Hippodromum, *Quare via Hippodromi, & Ephratha duæ, quantum ex S. Hier. colligitur, videntur interpretationes. Interpretatione quidem lxx. vtitur S. Hier. in cap. 4. Michææ,* Rachel in via erat, & in Hippodromo, id est equorum cursu. η Et malum apparuit coram eo.] *Hæc absunt a vulgata & hebræo.* θ Campi.] *S. Hier.* Pro arbee in lxx. campum habet, cum Chebron in monte sita sit. Eadem autem ciuitas dicitur & Mamre, ab amico Abrahæ ita antiquitus appellata.

CAP. XXXVI.

HÆ autem sunt generationes Esau: Ipse est Edom. Esau autem sumpsit vxores sibi de filiabus Chananæorum, Ada filiã Ælom Chettæi, & Olibema filiam Ana filij Sebegon Euæi, & Basemath, filiam Ismael, sororem Nabæoth. Peperit autem ei Ada Eliphas. Et Basemath peperit Raguel. Et Olibema peperit Ieus & Ieglom, & Core. Hi sunt filij Esau, qui nati sunt ei in terra Chanaã. Sumpsit autem Esau vxores suas, & filios suos, & filias suas, & omnia corpora domus suæ, & omnem substantiam suam, & omnia pecora, & omnia, quæcumque possedit, & omnia quæcumque acquisiuit in terra Chanaã. Et iuit Esau de terra Chanaan a facie Iacob fratris sui: Erat enim substantia eorum multa ad habitandum simul: & non poterat terra incolatus eorũ ferre eos, præ multitudine substantiæ eorũ. Habitauit autẽ Esau in monte Seir. Esau ipse est Edom. Hæ autem sunt generationes Esau patris Edom in monte Seir: & hæc sunt nomina filiorum Esau. Eliphas filius Ada vxoris Esau: & Raguel filius Basemath vxoris Esau. Facti sunt autem Eliphas filij, Thæman, Omar, Sophar, Gothom, & Cenez. Tamna autem erat concubina Eliphas filij Esau: & peperit ipsi Eliphas Amalec. Hi sunt filij Ada vxoris Esau. Hi autem sunt filij Raguel, Nachoth, Zare, Some, & Moze: hi fuerunt filij Basemath vxoris Esau. Hi autem sunt filij Olibema filiæ

A ma filiæ Ana filij Sebegon, vxoris Esau. Peperit autem ipsi Esau Ieus, & Ieglom, & Core. Isti sunt principes filij Esau: Filij Eliphaz primogeniti Esau: princeps Thæman, princeps Omer, princeps Sophar, princeps Cenez, princeps Core, princeps Gothom, princeps Amalec. Hi sunt principes Eliphaz in terra Idumæa: hi sunt filij Ada. Et hi sunt filij Raguel filij Esau: princeps Nachoth, princeps Zare, princeps Some, princeps Moze. Hi sunt principes Raguel in terra Edom: hi sunt filij Basemath vxoris Esau. Hi vero filij Olibema vxoris Esau: princeps Ieus, princeps Ieglom, princeps Core. Hi sunt principes Olibema filij Ana, vxoris Esau. [α] Isti filij Esau: & isti principes eorum. Hi sunt filij Edom.

B Hi autem filij Seir [β] Chorræi habitantis terram Lotan, Sobal, Sebegon, Ana, & Deson, & Asar, & Rison. Hi principes ipsius Chorræi, filij Seir, in terra Edom. Facti sunt autem filij Lotan, Chorri, & Hæman. Soror autem Lotan Thamna. Hi autem sunt filij Sobal: Golã, & Manachath, & Gæbel, & Sophar, & Omar. Et hi filij Sebegon: Aie, & Ana. Hic est Ana, qui inuenit [γ] Iamin in deserto, cum pasceret subiugales Sebegon patris sui. Hi autem sunt filij Ana: Deson, & Olibema filia Ana. Hi autem filij Deson: Amada, & Asban, & Ithran, & Charran. Hi autem filij Asar: Balaam, & Zucham, & Iucham. Hi autem filij Rison: Hos, & Arã. Hi autem sunt principes Chorri: princeps Lotan, princeps Sobal, princeps Se-

C begon, princeps Ana, princeps Deson, princeps Asar, princeps Rison. Hi sunt principes Chorri in principatibus eorum in terra Edom. Et hi reges, qui regnauerunt in Edom, antequam regnaret rex in Israel. Et regnauit in Edom Balac filius Beor: & nomen ciuitati eius Dennaba. Mortuus est autem Balac: & regnauit pro eo Iobab filius Zara de Bosorra. Mortuus est autẽ Iobab: & regnauit pro eo Asom de terra Thæmanorum. Mortuus est autem Asom: & regnauit pro eo Adad, filius Barad, qui percussit Madiam in agro Moab: & nomen ciuitati eius Gетthæm. Mortuus est autẽ Adad: & regnauit pro eo Samada de Massecca. Mortuus est autem Samada: & regnauit pro eo Saul de Rooboth, quæ apud flumen.

D Mortuus est autem Saul: & regnauit pro eo Ballenon filius Achobor. Mortuus est autem Ballenon filius Achobor: & regauit pro eo Arad, filius Barad: & nomen ciuitati eius Phogor: nomen autem vxori eius Metebeel filia Matraith filij Mæzoob. Hæc [δ] nomina principum Esau in tribubus eorum secundum locum eorum in regionibus eorum, & in gentibus eorum: Princeps Thamna, princeps Gola, princeps Iether, princeps Holibemas, princeps Helas, princeps Phinon, princeps Cenez, princeps Thæman, princeps Mazar, princeps Magediel, princeps Zaphoin. Hi sunt principes Edom in ædificatis in terra possessionis eorum. Hic est Esau pater Edom. Habitabat autem Iacob in terra, vbi incolue-

E rat pater eius in terra Chanaan. Hæ autem sunt generationes Iacob.

α Isti filij Esau.] *Alij codices,* οὗτοι υἱοὶ ἠσαῦ, αὐτὸς ἐστιν ἐδὼν, καὶ οὗτοι υἱοὶ σηείρ. Isti filij Esau: hic est Edom: & isti filij Seir, *& ita S. Hier. nisi quod addit eo loco, quo habet nostra,* & isti principes eorum. β Chorræi.] *S. Hier. in tradit. videtur hæc seiungere à præcedentibus. Ita enim scribit.* Esau, & Edom, & Seir, vnius nomen est hominis: & quare varie nuncupetur, supra dictum est. Quod autem sequitur (& Chorræi habitantis terram, & reliqua.) Postquam enumerauit filios Esau; altius repetit, & exponit, qui ante Esau in Edom terra principes fuerint ex genere Chorræorum, &c. *Vulgata tamen habet*, Isti sunt filij Seir Horræi habitatores terræ, *& paulo post.* Hi duces, Horræi filij Seir in terra Edom: *quo loco etiam S. Aug quæst.* 120. *habet,* Horræi. γ Iamin.] *Diodorus*, Syrus & hebræus ἰαμεὶν volunt aquam significare; ac si diceretur inuenit fontem in deserto: Qui autem sunt interpretati; ipsam quodammodo dictionem hebraicam posuerunt. *Schol. ex Aquila, & Symm.* τοὺ ἰαμείμ. *S. Hier. testatur Theodotionem, vt lxx. vertisse,* τὸν ἰαμείν,

quod indicat numerum singularem, Aquilam vero, & Symm. vsos esse numero plurali: & multa in hunc locum affert: quæ legenda. δ Hæc nomina.] *S. Aug. in locut.* Hæc nomina principum Esau secundum loca eorum in regionibus eorum, & in gentibus eorum, gentes appellans vnius gentis, &c. *In aliqua editione additur* ἐν ὀνόμασιν αὐτῶν, in nominibus ipsorum, *quod videtur esse ex alia interpretatione, & satis respondet hebræo.* A

CAP. XXXVII.

IOseph autem decem & septem annorum erat pascens oues patris sui cum fratribus suis, cum esset iuuenis, cum filijs Ballæ, & cum filijs Zelphæ, vxorum patris sui. α Detulerunt autem Ioseph crimine malo ad Israel patrem ipsorum. Iacob autem diligebat Ioseph præ omnibus filijs suis; quia filius senectutis erat ei. Fecit autem ei tunicam β variam. Videntes autē fratres eius, quod eum pater amat præ omnibus filijs suis, oderant eum, & non poterant loqui ei quicquam pacificum. Et cum somniasset Ioseph somnium; nunciauit illud fratribus suis, & dixit eis: Audite somniū hoc, quod somniaui. Existimabam γ vos ligare manipulos in medio agro: & surrexit meus manipulus, & erexit se: cōuersi autem manipuli vestri adorabant manipulum meū. Dixerunt autem ei fratres eius: Nunquid regnās regnabis super nos: aut dominans dominaberis nobis? Et adiecerūt adhuc odio habere illum propter somnia eius, & propter verba eius. Vidit autē somnium aliud, & narrauit illud patri suo, & fratribus suis, & dixit: Ecce somniaui somnium aliud: Tamquam Sol, & Luna, & vndecim stellæ adorabant me. Et obiurgauit eum pater eius, & dixit ei. Quod est somniū hoc, quod somniasti? Nunquid venientes veniemus ego, & mater tua, & fratres tui adorare te super terrā? Inuiderunt autem ei fratres eius: pater autem eius obseruauit verbum. Iuerunt autem fratres eius pascere oues patris sui in Sychē. Et dixit Israel ad Ioseph: Nonne fratres tui pascunt in Sychem? Veni, mittam te ad eos. Dixit autem ei: Ecce ego. Dixit autem ei Israel: Vadens vide, δ si valent fratres tui, & oues: & nuncia mihi. Et misit eum de valle Chebron. Et venit in Sychem. Et inuenit eum homo errantem in agro. Interrogauit autē eum homo dicens: Quid quæris? At ille dixit: Fratres meos quæro: nūcia mihi, vbi pascant. Dixit autē ei homo: discesserūt hinc: audiui enim eos dicentes: eamus in Dothaim. Et iuit Ioseph post fratres suos: & inuenit eos in Dothaim. Præuiderunt autem eum a longe, ante quam ipse appropinquaret ad eos: & ε malignabantur ad eum occidendum. Dixit autem vnusquisque ad fratrem suum: Ecce somniator ille venit: Nunc igitur venite occidamus eum, & proijciamus eum in vnam cisternarū, & dicemus; bestia mala deuorauit eum. Et videbimus, quid erunt somnia ipsius. Audiens autem Ruben eripuit eum de manibus eorum: & dixit: Non percutiamus eum in animam. Dixit autem eis Ruben: Non effundatis sanguinem. Inijcite eum in vnam cisternarum harum, quæ in deserto: manum autem nō inferatis ei. ζ Vt eriperet eum de manibus eorū, & redderet eū patri suo. Factū est autem quādo venit Ioseph ad fratres suos, exuerunt Ioseph tunica varia, quæ circa eū: & sumentes eum proiecerunt in cisternam: cisterna autem vacua, non habebat aquā. Sederunt autem manducare panem: & respicientes oculis viderunt, & ecce viatores Ismaelitæ veniebant de Galaad: & cameli eorum pleni erant η odoramentis, & resina, & stacte. Ibant autem deferre in Ægyptum. Dixit autem

B C D E

A tem Iudas ad fratres suos: Quid [θ] vtile, si occiderimus fratrem nostrum, & absconderimus sanguinem eius? Venite, vendamus eum Ismaelitis istis: manus autem nostræ non sint in eum, quoniam frater noster, & caro nostra est. Et audierunt fratres eius. Et præteribant homines [ι] Madianæi mercatores: & extraxerunt, & ascendere fecerunt Ioseph de cisterna, & vendiderunt Ioseph Ismaelitis viginti [κ] aureis. Et deduxerunt Ioseph in Ægyptum. Reuertit autem Ruben ad cisternam: & non videt Ioseph in cisterna: & discidit vestimenta sua: & conuertit se ad fratres suos, & dixit: puerulus non est: ego autem quo ibo adhuc? Sumentes autem tunicam Iosephi iugularunt hœdum caprarum, & fœdarunt tunicam sanguine, & miserunt tunicam variam, & intulerunt patri suo: & dixerunt: B Hanc inuenimus: agnosce, si tunica filij tui est, an non. Et agnouit eam, & dixit: Tunica filij mei est: bestia mala deuorauit eum: bestia rapuit eum. Discidit autẽ Iacob vestimenta sua: & posuit saccum super lumbum suum: & lugebat filium suum diebus multis. Congregati sunt autem omnes filij eius, & filiæ, & venerunt consolari eum. Et noluit consolari, dicens, quia descendam ad filium meum lugens in infernum. Et fleuit eum pater eius. Madianæi autem vendiderũt Ioseph in Ægypto [λ] Petephræ spadoni Pharaonis [μ] archimagiro.

α Detulerunt.] κατήνεγκαν. *Ita Chrys. & Theodoretus in hunc locum: & Schol. ex Cyrillo.* Qui a Zelpha, C & qui a Balla, crimen malum detulerunt in Ioseph, *Diodorus.* Syrus & hebræus pro, κατήνεγκαν, habent, κατήνεγκεν. id est Ioseph criminatus est fratres patri, tanquam non modestos, nec bene compositos: quare etiam ab illis odio habebatur, *Symm.* καὶ ἔφερεν ἰωσὴφ διαβολὴν κατ' αὐτῶν πονηρὰν πρὸς πατέρα αὐτῶν, & afferebat Ioseph criminationem aduersus eos malam ad patrem ipsorum. *Aquila,* καὶ ἤνεγκεν ἰωσὴφ τὸν ψόγον αὐτῶν πονηρὸν πρὸς τὸν πατέρα αὐτοῦ, & detulit Ioseph vituperationem eorum malam ad patrem suum. *nec multo aliter Complutensis.* β Variam.] *Aquila,* ἀστραγάλειον, talarem, *Ita enim interpretatur S. Hie. & addit Symm. dixisse tunicam manicatam.* γ Vos.] ὑμᾶς. *Philo in lib. de Ioseph videtur legisse* ἡμᾶς, nos. δ Si valent.] *Schol.* τὴν εἰρήνην τῶν ἀδελφῶν σου, καὶ τὴν εἰρήνην τῶν βοσκημάτων, pacem fratrum tuorum, & pacem pecorum. ε Malignabantur.] *Schol.* ἐδολιεύσαντο, dolum sunt meditati. ζ Vt eriperet.] *Ita etiam hebræus. In aliquot codicibus hæc antecedunt,* ἐζήτει γὰρ, querebat enim, *& vulgata,* hoc autem dicebat volens eripere. η Odoramentis.] θυμιαμάτων, *Aquila,* στύρακος, styrace. θ Quid vtile.] *Aquila,* τί πλεονέκτημα, quæ accessio, & emolumentum, *alij interpretes,* τί κέρδος, quod lucrum. ι Madianæi.] *vt S. Hier. aut,* Madianitæ, *vt S. Aug. Schol.* ἰσμαηλῖται, Ismaelitæ. *Quomodo autem Ismaelitæ, & Madianitæ esse potuerint, disputat S.* D *Aug. q.* 124. κ Aureis.] *Notat S. Hier. in hebræo esse,* argenteis. λ Petephræ.] *Ita S. Aug. q.* 127. *& ita testatur S. Hier. in latino scriptum esse: sed legendum ait,* Putiphar. μ Archimagiro.] *S. Aug. ibidem, & S. Ambr. in libro de Ioseph cap.* 4. præposito coquorum. S. *Hier. magis probat,* principi exercitus, & bellatorum: *quare in vulgata est,* magistro militum, *idque non displicet etiam S. Aug.*

CAP. XXXVIII.

FActum est autem in tempore illo, descendit Iudas a fratribus suis, & peruenit vsque ad hominem quendam Odollamitem, cui nomen Iras. Et vidit illic Iudas filiam hominis Chananæi, cui nomen Saua: & accepit eam, & introiuit ad eam. Et concepit, & peperit filiũ, & vocauit nomen eius Er. Et con-E cipiens, peperit filiũ adhuc, & vocauit nomen eius Aynan. Et adijciens peperit filiũ, & vocauit nomen eius Selom. [α] Hæc autem erat in Chasbi, quando peperit eos. Et accepit Iudas vxorẽ ipsi Er, primogenito suo, cui nomen Thamar. Factus est autem Er primogenitus Iudæ malus coram Domino: & occidit eum Dominus. Dixit autem Iudas ad Aynan: intra ad vxorẽ fratris tui, & duc eã vxorem, & suscita semen fratri tuo. Cognoscens autem Aynan, quia sibi non erit semen; factum est, quando intrabat ad vxorem fratris sui, effundebat super terrã, ne daret semen fratri suo. Malum autem apparuit coram Deo, quia fecit hoc: & mori fecit etiam hunc. Dixit autem Iudas ad Thamar nurum suam: Sede

vidua in domo patris tui; donec grãdis fuerit Selom filius meus: dixit enim, ne forte moriatur & hic, sicut & fratres eius. Abiens autem Thamar sedit in domo patris sui. Multiplicati autem sunt dies, & mortua est [β] Saua vxor Iuda. Et consolatus Iudas ascendit ad eos, qui tondebant oues eius, ipse & Iras pastor eius odollamites in Thamna. Et nũciatum est Thamar nurui eius dicentes: Ecce socer tuus ascendit in Thamna tõdere oues suas. Et auferens vestimenta viduitatis a se, induit [γ] theristrum, & adornauit se, & sedit ad portas Ænan, quæ est in transitu Thamna. Vidit enim, quia grandis factus est Selom: ipse autem nõ dedit eam illi vxorem. Et videns eam Iudas putauit eam meretricem esse. Cooperuerat enim faciem suam: & non agnouit eam. Declinauit autem ad eam viam, & dixit ei: Sinito me intrare ad te: non enim agnouit, quia nurus sua est. At illa dixit: Quid mihi dabis, si intraueris ad me? Ille vero dixit. Ego tibi mittam hœdum caprarũ, de ouibus meis. At ille dixit: Si dederis mihi arrhabonẽ; donec tu mittas. Ille vero dixit: Quem arrhabonẽ tibi dabo? At illa dixit: [δ] annulum tuum, & paruum monile & [ε] virgam, quæ in manu tua. Et dedit ei, & intrauit ad eam. Et in vtero cõcepit ex eo: & surgens abijt, & abstulit theristrum suum a se, & induit vestimenta viduitatis suæ. Misit autem Iudas hœdum de capris in manu pastoris sui Odollamitæ; vt reciperet a muliere arrhabonẽ & non inuenit eam. Interrogauit autem viros, qui ex loco: vbi est [ζ] meretrix, quæ erat in Ænan super viam? Et dixerunt: Non [η] fuit hic meretrix. Et reuersus est ad Iudã, & dixit: non inueni: & homines qui ex loco, dicunt non esse hic meretricem. Dixit autem Iudas: habeat ea: sed ne forte [θ] derideamur. Ego quidem misi hœdum hũc: tu autem non inuenisti. Factum est autem post trimestre, nunciatum est Iudæ dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua: & ecce in vtero habet de fornicatione. Dixit autem Iudas: Educite eã, & comburatur. Ipsa autem, dũ duceretur, misit ad socerum suũ, dicens: Ex homine cuius hæc sunt, ego in vtero habeo: & dixit: Agnosce cuius est annulus, & paruum monile, & virga hæc. Agnouit autem Iudas, & dixit: [κ] iustificata est Thamar, quam ego: eo quod non dedi eam Selom filio meo. Et non adiecit vltra cognoscere eam. Factum est autem, quando pariebat, & huic erant gemelli in vtero eius. Factum est autem dum ipsa pareret, vnus prætulit manum: sumens autem obstetrix, ligauit super manum eius coccinum, dicens hic egredietur prior. Vt autem contraxit manum; & statim egressus est frater eius. At illa dixit: [λ] Quid diuisa est propter te maceria? Et vocauit nomen eius Phares. Et post hoc exijt frater eius, in quo erat super manum eius coccinum: & vocauit nomen eius Zara.

[α] Hæc autem.] *S. Hier. in tradit.* Hæc autem erat in Casbi, quando peperit eum. Verbum hebræum hic pro loci vocabulo positum est, quod Aquila pro re transtulit, dicens. Et vocauit nomen eius Selom: & factum est, vt mentiretur in partu, postquam genuit eum, &c. [β] Saua vxor.] *In vulgata est*, filia Suæ, vxor Iudæ, *& respondet hebræo.* [γ] Theristrum.] *De hoc dictum est supra. S. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum num. 38. hunc locum ita reddit.* Thamar cooperuit se pallio, & adornauit: & cum aspexisset eam Iudas, visum est ei meretricẽ esse. *Schol.* παραθερίστρον, *flabellũ fortasse e palmulis factũ, aut simile spathæ.* [δ] Annulum.] τὸν δακτύλιόν σου καὶ τὸν ὁρμίσκον. *Aquila*, τὴν σφραγῖδά σου, καὶ στρεπτόν σου. sigillum tuum, & torquem tuum. *Schol.* aliud, τὸν ὁρμίσκον dicit, ὠράριον. orarium. *S. autem Cyrillus*, ornamento, quo δέῤῥις, *(id est pellis, aut vestimentum è pilis confectum,)* circumdatur, ex consuetudine Chaldaica ornato Iuda. Auro enim hi & manus, & δέῤῥιν, splendidam faciunt, & ipsum etiam capillum coronant interdum. [ε] Virgam.] *Symm.* enchiridion. [ζ] Meretrix.] ἡ πόρνη. *Aquila*, ἡ ἐνδιηλλαγμένη, prostituta illa. [η] Non fuit hic meretrix.] *A.* οὐκ ἦν ἐν τούτῳ διηλλαγμένη. non fuit in hoc prostituta. [θ] Derideamur.] *Aquila, & Symm.* γενώμεθα εἰς ἐξουδένωσιν, simus in con-

A in contemptum. ι Socerum.] *Schol.* κύριον, dominum. κ Iustificata.] *S. Hier. in tradit.* in hebræo habet, iustificata est ex me, &c. λ Quid diuisa est.] *Schol.* Syrus, & hebræus, τί διεκόπη ἐπὶ σὲ διακοπή; quid diuisa est super te diuisio? *Aquila,* τί διέκοψας ἐπὶ σὲ διακοπήν; quid diuisisti super te diuisionem? *Aliud Scholion,* aliter, τί διεπέτασας καθ' ἡμῶν ἅπλωμα; quid traiecisti contra nos expansionem? *id est, vt opinor, membranulam secundinarum. S. quidem Hier. inquit Aquilam, & Symm. pro maceria diuisionem transtulisse, ab eo, quòd infans diuiserit membranulam secundinarum.*

CAP. XXXIX.

IOseph autem depositus est in Ægyptum: & acquisiuit eum Petephres α eunuchus Pharaonis archimagirus vir Ægyptius de manibus Ismaelitarum, qui deduxerant eum illuc. B Et fuit Dominus cum Ioseph: & fuit uir β prosperans: & factus est in domo apud dominum suum Ægyptium. Intelligebat autem dominus eius, quia Dominus erat cum eo; & omnia, quæcũque faceret, Dominus prosperat in manibus eius. Et inuenit Ioseph gratiã coram domino suo: & bene placuit ei: & constituit eum super domum suam: & omnia, quæcumque sibi erant, dedit per manum Ioseph. Factum est autem, postquam constituit ipsum super domum suam, & super omnia, quæcumque sibi erant; & benedixit Dominus domum Aegyptij propter Ioseph. Et facta est benedictio Domini in omnibus, quæ erant ei in domo, & in agro eius. Et commisit omnia, quæcumq. C sibi erant, in manus Ioseph: neque cognoscebat quicquam eorum, quæ circa se erãt, præter panem, quem ipse edebat. Et erat Ioseph pulcher specie & decorus aspectu valde. Et factum est post verba hæc: & iniecit vxor domini eius oculos suos in Ioseph, & dixit: Dormi mecum. Ille autem noluit. Dixit autem vxori domini sui: si dominus meus nihil γ scit propter me in domo sua, & omnia, quæcunq. habet, dedit in manus meas, & δ nihil est in domo hac, quod supra me sit: neque subtractum est a me quicquam præter te, eo quod tu vxor illius es: Et quomodo faciam verbum hoc malum, & peccabo coram Deo? Cũ autẽ loqueretur ad Ioseph diem ex die; & non obediebat ei, vt dormiret cũ ea ad coeundũ D cum ea. Facta est autem talis quædam dies: & introiuit Ioseph in domum ad faciendum opera sua: & nemo eorum qui in domo, erat intus. Et attraxit eum vestimentis dicens: Dormi mecum. Et relinquens vestimenta sua in manibus eius fugit, & exiuit foras. Et factum est, vt vidit, quia relinquens vestimenta sua in manibus eius fugit, & exiuit foras; & vocauit eos, qui erant in domo: & ait illis, dicens: Videte, introduxit nobis puerum hebræum ad illudendum nobis. Introiuit ad me dicens: dormi mecum: & clamaui voce magna. Cum autem audiret ipse, quia exaltaueram vocem meam, & clamaueram; relinquens vestimẽta sua apud me, fugit, & exiuit foras. Et retinet vestimenta apud seipsam, donec E venit dominus in domum suam. Et locuta est ei secundum verba hæc, dicens: Intrauit ad me puer ille hæbreus, quem introduxisti ad nos, ad illudendũ mihi: & dixit mihi: Dormiam tecum. Vt autem audiuit, quia exaltaueram vocẽ meã, & clamaueram; relictis vestimentis suis apud me, fugit, & exijt foras. Factum est autem, & audiuit dominus eius verba vxoris suæ, quæ locuta est ad cũ, dicens, sic fecit mihi puer tuus; & indignatus est ira: & capiens dominus Ioseph iniecit illum in custodiam in locum in quo vincti regis detinentur ibi in custodia. Et fuit Dominus cum Ioseph, & effudit misericordiam suam, & dedit illi gratiam corã principe custodiæ carceris: & dedit ε princeps custodiæ carceris carcerem

per manum Ioſeph, & omnes ζ abductos, quicumque erant in carcere: & omnia quæcumque faciunt illic, ipſe erat faciens. Non erat princeps cuſtodiæ carceris de carcere cognoſcens quicquam propter ipſum. Omnia enim erãt per manum Ioſeph; eo quod Dominus eſſet cum eo: & quæcumque ipſe faciebat, Dominus proſperabat in manibus eius. A

α Eunuchus.] *Schol.* Syrus quidem eodem vocabulo nominat & ſpadonem, & virum fidelem dominis: hebræus autem vere eunuchum & hunc ex fide: Solent enim eunuchorum potiſsimum generi precioſiſſima quæq. bona credi, & ipſamet regum ſalus. *Aliud Scholium ad marginem quæſt. Theodoreti*, Eunuchi nominantur non ſoli ſecti, ſed etiam qui inter ſamulos ſunt εὐνοοῦντες τοῖς ἔχουσιν, beneuoli poſſeſſoribus. Nonnulli autem dicunt ſolere eunuchos Ægyptios habere vxores propter libidinem & ſalacitatem. *Verum de hoc Eunucho multa diſputat S. Hier. & alij.* B β Proſperans.] ἐπιτυγχάνων, *& poſſet etiam verti*, qui aſſequebatur quod cupiebat, fortunatus. *Quamobrem dubitat Theodoretus, quomodo in viro pio vtatur hoc nomine ſcriptura: ac reſpondet manifeſto tamẽ oſtendere ſcripturam, hanc proſperitatem a Deo fuiſſe*, intelligebat enim, inquit, dominus eius quia Dominus erat cum eo. *Aquila*, κατευθυνόμενος *Symm.* εὐοδούμενος, qui bene dirigebatur ac proſpere procedebat. γ Propter me.] δι' ἐμέ. *S. Ambr. 2. offic. cap.* 17. præter me. δ Et nihil eſt in domo hac, quod ſupra me ſit.] *Hæc non referuntur a S. Ambr. loco indicato. A Compluten ſi abſunt illa*, quod ſupra me ſit, *ac tamẽ reſpondent hebræo.* ε Princeps cuſtodiæ carceris.] ὁ ἀρχιδεσμοφύλαξ, *S. Aug. in locut.* & dedit carceris cuſtos carcerem per manum Ioſeph pro eo, quod, in manus Ioſeph, per quod ſignificat, in poteſtate. ζ Abductos.] τοὺς ἀπηγμένους, ὅσοι ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. *A Compl. abeſt illud*, ὅσοι, *quare ita interpretatur*, adductos in carcere. *Symm. pro* ἀπηγμένους, *dixit*, δεδεμένους, uinctos.

CAP. XL.

C

Factum eſt autem poſt verba hæc: peccauit princeps α vinariorum regis Ægypti, & princeps piſtorum domino ſuo regi Ægypti. Et iratus eſt Pharao ſuper duos Eunuchos ſuos, ſuper principem vinariorum, & ſuper principem piſtorum: & poſuit eos in cuſtodia in carcerem, in locum, in quem Ioſeph erat abductus illuc. Et commendauit β princeps carceris ipſi Ioſeph eos: & aſtitit eis. Fuerunt autem γ dies in cuſtodia: & viderunt vtrique ſomnium in vna nocte. δ Viſio autem ſomnij principis vinariorum, & principis piſtorum, qui erant regi Ægypti, qui erant in carcere, fuit hæc. Intrauit ad eos Ioſeph mane: & vidit eos, & erant ε perturbati. Et interrogauit eunuchos Pharaonis, qui ſecum erant in cuſtodia apud dominum ſuum, dicens: Quid, quod facies veſtræ triſtes ſunt hodie? At illi dixerunt ei: ſomnium vidimus: & non eſt qui illud coniectet. Dixit autem eis Ioſeph: Nonne per Deum declaratio ipſorum eſt? Narrate igitur mihi. Et narrauit princeps vinariorum ſomnium ſuum ipſi Ioſeph, & dixit. In ſomno meo erat vitis in cõſpectu meo: in vite autem tres ζ propagines: & ipſa ferens flores producens germina: η maturi botryones vuæ, & calix Pharaonis in manu mea: & ſumpſi vuam, & expreſsi eam in calicem, & dedi calicem in manum Pharaonis. Et dixit ei Ioſeph: hæc eſt interpretatio eius. Tres propagines tres dies ſunt: adhuc triduum, & memorabitur Pharao principatum tuum, & reſtituet te in tuum θ pincernarum principatum, & dabis calicem Pharaonis in manũ eius iuxta principatum tuum priorem, ſicut fuiſti pincerna. Sed memor eſto mei per temetipſum, cum bene fuerit tibi: & facies in me miſericordiam: & memor eris mei ad Pharaonẽ, & educes me de cuſtodia hac; quia furto furtiue ablatus ſum de terra hebræorum: & hic nihil feci, ſed iniecerunt me in lacum hunc. Et vidit princeps piſtorum, quia recte interpretabatur: & dixit ad Ioſeph. Et ego vidi ſomniũ. Et videbar mihi tria caniſtra κ chondritorum

D

E

portare

A portare in capite meo: in canistro autem superiore, de omnibus generibus, de quibus comedit Pharao λ opus pistoris: & volatilia cæli comedebant ea de canistro, quod erat super caput meum. Respondens autem Ioseph dixit ei: hæc est interpretatio eius. Tria canistra tres dies sunt: adhuc triduum: & auferet Pharao caput tuum a te: & suspendet te in ligno: & aues cæli manducabunt carnes tuas a te. Factum est autem in die tertia, dies natiuitatis erat Pharaonis, & faciebat potum omnibus pueris suis. Et recordatus est principatus pincernæ, & principatus pistoris in medio puerorum suorum. Et restituit principem pincernarū in principatum suum: & dedit calicem in manum Pharaonis. Principem autem pistorum

B suspendit, sicut interpretatus erat eis Ioseph. Et non est recordatus princeps pincernarum ipsius Ioseph, sed oblitus est eius.

α Princeps vinariorum.] *Ita S. Hier. in tradit. quod græce est*, ὁ ἀρχιοινοχόος, *& posset uerti*, præpositus pincernarum. *S. Amb. cap.6. habet*, præpositus vini, & præpositus pistorum. *Aquila*, ὁ ποτιστὴς, καὶ ὁ πέσσων, pocillator, & panificus. β Princeps carceris.] ὁ ἀρχιδεσμώτης. *S. Ambr. ibidem*, carceris clauicularius. γ Fuerunt autem dies.] ἦσαν ἡμέρας. *S. Amb. ibidem hanc rem narrans*, cum essent illic dies complures. δ Visio autem.] *In alijs codicibus est*, ὅρασις τοῦ ἐνυπνίου αὐτῶν. ὁ ἀρχιοινοχόος, καὶ ὁ ἀρχισιτοποιὸς, οἳ ἦσαν τοῦ βασιλέως αἰγύπτου, οἱ ὄντες ἐν τοῖς δεσμωτηρίοις, visio somnij eorum: præpositus pincernarum, & præpositus pistorum, qui erant regi Agypti, qui erant in custodijs. *Complutensis autem*, ὧν αἱ ὁράσεις τοῦ ἐνυπνίου αὐτῶν, ὁ οἰνοχόος καὶ ὁ σιτοποιὸς, &c. quorum uisiones somnij eorum: pincerna, & pistor, &c. ε Perturbati.] *Aquila*, ἐμβρωμώμενοι, perculsi, & concussi. *Symmachus*, σκυθρωποὶ, tristes. ζ Propagines.] πυθμένες. *Aquila, & Symmachus.* κληματίδες, malleoli, & sarmenta. *S. Ambr.* radices. *S. Hier. in trad. & S. Aug. in locut.* fundi. η Maturi.] *aliquot codices habent*, πέπειρες βότρυες σταφυλῆς, maturos racemos vuæ. *Apud S. Hier. hæc de hoc loco referuntur.* Et ecce vitis in conspectu meo, & in vite tres fundi, & ipsa germinans tres fundos. *Apud S. Ambr.* Erat vitis in conspectu meo, in vite autem tres radices, & ipsa flores ferens, germina matura, & botryones vuarum. θ Pincernarum principatum.] ἐπὶ τὴν ἀρχιοινοχοΐαν σου. *S. Ambr.* super officium tuum pristinum. ι Furto furtiue ablatus sum.] κλοπῇ ἐκλάπην. *S. Ambr.* furtiue captus sum de terra hebræorum, & hic nihil mali feci, & miserunt me in lacum carceris huius. *Compl. quidem habet*, εἰς τὸν οἶκον τοῦ λάκκου τούτου, in domum cisternæ huius.] κ Chondritorum.] *S. Hier.* Pro tribus canistris Chondritorum tres cophinos farinæ in hebræo habet. *S. Aug. q. 131.* Quod aliqui codices latini habent, tria canistra alicæ, cum græci habeant, χονδριτῶν, quod interpretantur, qui vsum eiusdem linguæ habent, panes esse cibarios, &c. *Aquila*, τρεῖς κόφινοι γύρεως; tres cophini pollinis. *Symm.* τρία κανᾶ βαϊνὰ, tria canistra Baina. *Quidam ex hebræo interpretantur*, alba. λ Opus pistoris.] *S. August. quæst. indicata*, opus pistorum. *Compl.* ἔργῳ σιτοποιοῦ, opere pistoris.

D

CAP. XLI.

ET factum est post biennium dierum, Pharao vidit somnium. Videbatur sibi stare super flumen: & ecce quasi de flumine ascendebant septem boues α pulchræ specie, & electæ carnibus, & pascebantur β in Achi. Aliæ autem septem boues ascendebant post has de flumine, turpes specie, & graciles carnibus: & pascebantur apud boues ad labium fluminis: & deuorarunt septem boues turpes, & graciles carnibus septem illas boues pulchras specie, & electas

E carnibus. Et expergefactus est Pharao, & somniauit secūdo. Et ecce septē spicæ ascendebant in propagine vna electæ & pulchræ: & ecce septem spicæ graciles, & a vento γ corruptæ pullulabant post eas: & septem spicæ graciles, & a vento corruptæ deuorarūt septē illas spicas electas & plenas. Expergefactus est autem Pharao: & δ erat somnium. Factum est autem mane: & ε turbata est anima eius: & mittens vocauit omnes ζ interpretes Ægypti, & omnes sapientes eius: & narrauit eis Pharao somnium suum; & non erat, qui illud interpretaretur Pharaoni. Et locutus est princeps pincernarum ad Pharaonem dicens: Peccatum meum recordor hodie. Pharao iratus fuit pueris suis, & posuit nos in custodia, in domo

mo Archimagiri & me, & principem pistorum. Et vidimus somnium ambo in nocte vna ego & ille, vnusquisque iuxta suum somnium vidimus. Erat autem ibi nobiscum adolescens puer hebræus Archimagiri: & narrauimus ei: & interpretatus est [a] nobis. Factum est autem, sicut interpretatus est nobis, ita & euenit; vt ego quidem restituerer in principatum meum, ille vero suspenderetur. Mittens autem Pharao vocauit Ioseph: & [b] eduxerunt eum de custodia, & totonderunt eum, & mutauerunt stolam eius. Et venit ad Pharaonem. Dixit autem Pharao ad Ioseph: Somnium vidi: & non est, qui illud interpretetur. Ego autem audiui de te dicentes, quia cum audieris somnia, interpretaris ea. Respondens autem Ioseph Pharaoni dixit: Sine Deo non respondebitur salutare Pharaoni. Locutus est autem Pharao ipsi Ioseph, dicens: In somno meo videbar mihi stare apud labium fluminis: & quasi de flumine ascendebant septem boues pulchræ specie, & electæ carnibus, & pascebantur in Achi: Et ecce septem boues aliæ ascendebant post eas de flumine, malæ, & turpes specie, & graciles carnibus, quales non vidi tales in tota terra Ægypti turpiores. Et deuorarunt septem boues turpes, & graciles septem illas boues primas pulchras, & electas. Et intrarunt in ventres earum: & non fuerunt manifestæ, quia intrarunt in ventres earum: & aspectus earum turpes, quemadmodum & a principio. Expergefactus autem dormiui, & vidi rursus in somno meo: & quasi septem spicæ ascendebant in vno culmo plenæ, & pulchræ: aliæ autem septem spicæ graciles, & corruptæ a vento pullulabant inhærentes illis: & deuorauerunt septem spicæ graciles, & corruptæ a vento septem illas spicas pulchras, & plenas. Dixi itaque [c] interpretibus: & non fuit, qui annunciaret mihi illud. Et dixit Ioseph Pharaoni: Somnium Pharaonis vnum est. Quæcumque Deus facit, ostendit Pharaoni. Septem boues pulchræ, septem anni sunt, & septem spicæ pulchræ, septem anni sunt: Somnium Pharaonis vnum est. Et septem boues graciles, ascendentes post eas, septem anni sunt: & septem spicæ graciles, & corruptæ a vento, septē anni sunt. Erunt septem anni famis. Verbum autem, quod dixi Pharaoni: quæcumq. Deus facit, ostendit Pharaoni. Ecce septem annos venit abundantia magna in tota terra Ægypti. Venient autem septem anni famis post hos: & obliuiscentur vbertatis [x] futuræ in tota Ægypto: & consumet fames terram: & non agnoscetur abundantia super terram a fame, quæ futura est postea: valida enim erit nimiū. Quod autem iteratum est somnium Pharaoni bis; quia [y] verum erit verbum, quod a Deo, & festinabit Deus ad faciendum illud. Nunc ergo vide hominem prudentem, & intelligentem: & constitue eum super terram Ægypti: & faciat Pharao, & constituat [μ] locorum principes super terram, & deponant quintam partem fructuum terræ Ægypti septem annorum abundantiæ, & congregēt omnes [ν] escas septem annorum venientium bonorum horum: & congregetur triticum sub manum Pharaonis: escæ in ciuitatibus custodiantur: & erunt escæ [ξ] custoditæ ipsi terræ in septem annos famis, qui erunt in terra Ægypti: & non atteretur terra in fame. Placuit autem verbum coram Pharaone, & coram omnibus pueris eius. Et dixit Pharao omnibus pueris suis: Numquid inueniemus hominem talem, qui habeat spiritum Dei in se? Dixit autem Pharao ad Ioseph. Quandoquidem ostendit Deus tibi omnia; hæc non est homo prudentior, & intelligentior te: tu eris super domum meam, & super os tuum obediet omnis populus meus.

A lus meus. Tantummodo thronum præcedam tui ego. Dixit autem Pharao ad Ioseph: Ecce constituo te hodie super omnem terrã Aegypti. Et detrahẽs Pharao annulum de manu sua, circumposuit illum super manum Ioseph, & induit eũ stola byssina, & circũposuit torquem aureũ circa collũ eius: & ascendere eum fecit super currum secundum curruum suorum: & clamauit ante eum • preco, & constituit eum super totam terram Aegypti. Dixit autem Pharao ad Ioseph: Ego Pharao: Sine te non leuabit quisquam ϖ manum suam super omnem terram Aegypti. Et vocauit Pharao nomen Ioseph, ρ Psonthomphanech. Et dedit ei Aseneth filiã σ Petephræ sacerdotis Heliopoleos ei in τ vxorem. Ioseph autem

B erat annorum triginta, quando stetit coram Pharaone rege Aegypti. Exijt autem Ioseph a facie Pharaonis, & peragrauit omnem terram Aegypti: & fecit terra in tribus annis abundantiæ manipulos: & congregauit omnes escas septẽ annorum, in quibus fuit abundãtia in terra Aegypti: & posuit escas in ciuitatibus: escas agrorum ciuitatis, qui in circuitu eius, posuit in ea. Et congregauit Ioseph frumentũ, sicut arenam maris, multum valde, donec non potuit numerari: non enim erat numerus. Ioseph autem nati sunt duo filij, antequam venirent septem anni famis; quos peperit ei Aseneth filia Petephræ sacerdotis Heliopoleos. Vocauit autẽ Ioseph nomen primogeniti, Manasse: υ quia obliuisci me fecit Deus

C omnium laborum meorum, & omnium patris mei. Nomen autem secundi vocauit Ephraim, quia crescere me fecit Deus in terra humilitatis meæ. Præterierunt autem septem anni abundantiæ, qui fuerunt in terra Aegypti, & cœperunt venire septem anni famis, sicut dixit Ioseph. Et facta est fames in omni terra. In omni autem terra Aegypti φ erant panes. Et esuriuit omnis terra Aegypti. Clamauit autem populus ad Pharaonem pro panibus. Dixit autem Pharao omnibus Aegyptijs: Ite ad Ioseph: & quicquid dixerit vobis, facite. Et fames erat super faciem omnis terræ. Aperuit autem Ioseph omnia horrea, & vendebat omnibus Aegyptijs. Et omnes regiones veniebant in Aegyptum, emere a Ioseph.

D Inualuerat enim fames in omni terra.

α Pulchræ specie.] *S. Hier.* speciosæ ad videndum. *Schol* στερέμνιαι κρέασι, καὶ παχεῖαι σαρξὶν, solidæ carne, & densæ carnibus. β In Actu.] ἐν τῷ ἄχει. *Alij libri*, ἐν τῇ ὄχθῃ. *& ita videtur habuisse Philo in lib. de Ioseph. Ita enim hanc rem narrans inquit*, καὶ παρὰ τὰς ὄχθας νέμεσθαι. & apud ripas pasci. *Schol.* ἐν τῷ ἕλει, in loco stirpibus conferto, & vliginoso, *aut*, in palude. *Aliud Schol.* ἄχος, est plantarium tenue, & herbosum. *Iob cap. 8. eadem dictio hebræa transfertur*, βούτομον. ἢ ὑψωθήσεται βούτομον ἄνευ ὕδατος, *quod Aquila vertit*, ἢ πληθυνθήσεται ἕλος. *vbi vulgata editio habet*, carectum. *Et in Ecclesiastico cap. 40. vbi græca*, ἄχι ἐπὶ παντὸς ὕδατος; *latina*, super omnem aquam viriditas. *S. Hier. in tradit. notat Achi esse dictionem hebræam nonnihil mutatam, & significare paludem.* γ A vento corruptæ.] ἀνεμόφθοροι, *Schol.* ἐφθαρμέναι καύσωνι, πεφρυγμέναι ἀνέμῳ. corruptæ ab æstu, arefactæ à vento. δ Et erat somnium.] *Corrupte videtur legi apud S. Aug. in locut.* & non

E erat somnium. *Nam ipsemet locum explanat sine negatione.* Amant scripturæ sic loqui de somnijs, cum fuerit euigilatum: tamquam reddita homini veritate vigilantium, tunc illud appareat somnium; quod, cum videretur, quasi veritas fuit. ε Turbata.] *Schol.* κατεπτάρη, traiecta est. ζ Interpretes.] τοὺς ἐξηγητὰς, explanatores. *Aquila*, κρυφιαστὰς, occultorũ cognitores. *Symm.* μάγους, magos. η Est nobis.] *In aliquot codicibus sequitur*, τὰ ἐνύπνια ἡμῶν, ἀνδρὶ κατὰ τὸ ἐνύπνιον αὐτοῦ ἐπέλυσεν. somnia nostra; viro iuxta ipsius somnium soluit, & explicauit. θ Eduxerunt.] *Schol.* δρομῇ ἤγαγον, cursim duxerunt. ι Interpretibus.] *Rursus Aquila*, πρὸς τοὺς κρυφιαστὰς, *& Symm.* μάγους. κ Futuræ.] *S. Aug. quæst.* 133. non futuræ illis, qui famem patientur, tamquam postea veniat illis vbertas: sed futura erat tunc, quando loquebatur: tamquam diceret, vbertatis huius, quam futuram significauerunt boues bonæ, & spicæ bonæ, obliuiscentur homines in ea fame, quam significauerunt boues, & spicæ malæ. *S. Ambr. cap. 7. habet tantum*, & obliuiscentur vbertatem. λ Verum.] *Schol.* ἕτοιμον τὸ ῥῆμα, βέβαιος ὁ λόγος, promptum, ac paratum verbum, sermo certus, & stabilis. μ Locorum principes.] *Ita S. Aug. in locut. quod græce est* τοπάρχας. *Schol.* ἐπισκόπους. visitatores. *eam dictionem S. Aug. interdum vertit*, superintendentes. ν Escas.] βρώματα, *Schol.* γεννήματα, genimina, fruges.

ξ Custoditæ.]

ξ Custoditæ.] τὰ πεφυλαγμένα. *Aquila*, εἰς παραθήκην, *Symm.* εἰς ἐνθήκην, in deposito. ο Preco.] *S. Hier.* Pro quo Aquila trastulit, & clamauit in conspectu eius adgeniculationem. Symm. ipsum hebraicum sermonem interpretans ait, Et clamauit ante eum Abrech. Vnde mihi videtur non tam preco, siue adgeniculatio, quæ in salutando, vel adorando Ioseph accipi potest, intelligenda, quàm id, quod hebræi tradunt, dicentes patrem tenerum ex hoc sermone tranferri, &c. π Manum.] *Vulgata, & hebræus addunt,* aut pedem. ρ Psonthom Phanech.] *Schol.* Syrus habet, ὁ εἰδὼς τὰ κρυπτά, qui nouit occulta. *Philo in lib. de Ioseph,* μετονομάζει δ' αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὀνειροκριτικῆς ἐπιχωρίῳ γλώττῃ προσαγορεύσας, Nouũ illi nomen imponit, ex iudicatrice somniorum facultate vernacula lingua illum appellans. *S. Hier.* Licet hebraice hoc nomen absconditorum repertorem sonet; tamen, quia ab Ægyptio ponitur; ipsius linguæ debet habere rationem. Interpretatur ergo sermone Ægyptio Zaphanath Phaanecha, siue vt lxx. trãsferre voluerunt, ψονθομφανήχ, saluator mundi, &c. σ Petephræ.] *Quomodo Petephres, si erat eunuchus, habuerit filiam; disputãt. S. Hier. in tradit. & S. Aug. quæst.* 136. *S. Chrys. hom.* 63. *non videtur putare hunc esse eundem atq. eunuchum, de quo superius dictum est, nec fortasse etiam Philo: vocat enim hanc vxorem clarissimam præ ceteris; quippe quæ esset filia sacerdotis Heliopoleos.* τ Vxorem.] *Hic in vulgata, & hebræo sequitur.* Egressus est itaque Ioseph ad terram Ægypti. υ Quia obliuisci.] *Ita etiam S. Chrys. hom.* 64. *S. Hier.* quia dixit, obliuisci me fecit, *& in aliquot codicibus græcis est,* λέγων, ὅτι ἐπιλαθέσθαι, *itemque paulo post,* λέγων ὅτι ηὔξησε. *quo tamen loco S. Hier.* quia crescere me fecit. *Est autem hebraismus: nam vtroque loco subintelligitur,* dixit. φ Erant panes.] *Ita vetustiores codices, & S. Chrys. Alij libri,* οὐκ ἦσαν ἄρτοι, non erant panes, *quibus cum videtur facere vulgata,* fames erat, *sed cum retenta lectione hebræus & chaldæus.*

CAP. XLII.

VIdens autem Iacob, quia est venditio in Ægypto; dixit filijs suis: Quare segnes estis? Ecce audiui, quia est frumentum in Ægypto. Descendite illuc, & emite nobis pusillas escas, vt viuamus, & nõ moriamur. Descenderunt autem decem fratres Ioseph emere frumentum ex Aegypto. Beniamin autem fratrem Ioseph non misit cum fratribus suis. Dixit enim, ne forte accidat ei α languor. Venerunt autem filij Israel ad emendum vna cum venientibus. Erat enim fames in terra Chanaan. Ioseph autem erat princeps terræ: hic vendebat omni populo terræ. Venientes autem fratres Ioseph adorauerunt eum in faciem in terram. Videns autem Ioseph frates suos, agnouit: & alienum se fecit ab eis, & locutus est eis dura: & dixit eis: Vnde venistis? At illi dixerũt: De terra Chanaan ad emendas escas. Agnouit autem Ioseph fratres suos: ipsi autem non agnouerunt eum. Et commemoratus est Ioseph somniorũ suorum, quæ vidit ipse: & dixit eis: β Exploratores estis: ad consideranda vestigia regionis venistis. At illi dixerunt: Non domine: pueri tui venimus ad emendas escas: omnes sumus filij vnius hominis: γ pacifici sumus: non sunt pueri tui exploratores. Dixit autem eis: Non: sed δ vestigia terræ venistis videre. At illi dixerunt: Duodecim sumus pueri tui, fratres in terra Chanaan: & ecce iunior cum patre nostro hodie: alter autem non est. Dixit autem eis Ioseph. Hoc est, quod dixi vobis dicens, quia exploratores estis. In hoc ε manifesti eritis. ζ Per salutem Pharaonis non exibitis hinc, nisi frater vester minor venerit huc. Mittite ex vobis vnum, & sumite fratrem vestrum: & vos η abducamini; quoadusque manifesta sint verba vestra, si vera dicetis, an non: θ sin autem non; per salutem Pharaonis profecto exploratores estis. Et posuit eos in custodia tres dies. Dixit autem eis die tertio: Hoc facite, & viuetis. Deũ enim ego timeo. Si pacifici estis; frater vester detineatur vnus in custodia: ipsi vero ite: & asportate emptionem frumentationis vestræ, & fratrem vestrum iuniorẽ adducite ad me, & credẽtur verba vestra: sin autem non; moriemini. Fecerunt autem sic: & dixit vnusquisq. ad fratrem suum: certe: in peccatis enim sumus pro fratre nostro: quia despeximus tribulationem animæ eius, quando orabat nos: & non exaudiuimus eum. Et propter hoc superuenit

A nit in nos tribulatio hæc. Respondens autem Ruben dixit eis: Nonne locutus sum vobis dicens, ne noceatis puero, & non exaudistis me? Et ecce sanguis eius exquiritur. Ipsi autem ignorabant, quia audit Ioseph: interpres enim inter illos erat. Auertens autem se ab eis fleuit Ioseph: & iterum accessit ad eos, & dixit illis: & tulit Symeon ab eis, & ligauit ipsum coram eis. Mandauit autem Ioseph impleri vasa eorum frumento, & reddi argentum eorum, vnicuique in saccum suum, & dari eis cibaria in viam. Et factum est illis sic. Et imponentes frumentum super asinos suos, abierunt inde. Soluens autem vnus ι marsupium suum, vt daret pabula asinis suis, in loco, quo diuerterant, & vidit alligaturam argenti

B sui: & erat super os marsupij. Et dixit fratribus suis: Redditum mihi est argentum: & ecce id in marsupio meo. Et obstupuit cor eorum, & turbati sunt inuicem dicentes: Quid hoc fecit Deus nobis? Venerunt autem ad Iacob patrem suum in terram Chanaan: & annunciauerunt ei omnia, quæ ipsis acciderant, dicentes: Locutus est homo, qui est dominus terræ, erga nos dura: & posuit nos in custodia, tamquam qui exploraremus terram. Diximus autem ei: Pacifici sumus: non sumus exploratores: duodecim fratres sumus, filij patris nostri: vnus non est: pusillus autem cum patre nostro hodie in terra Chanaan. Dixit autem nobis homo dominus terræ: In hoc cognoscam, quia pacifici estis: fratrem vnū

C dimittite hic mecum: emptionem autem cibariorum domus vestræ tollentes abite: & adducite ad me fratrem vestrum iuniorem: & cognoscam, quia non estis exploratores, sed quia pacifici estis: & fratrem vestrum reddam vobis: & in terra negotiabimini. Factum est autem, dum ipsi euacuarent saccos suos; & erat vniuscuiusque alligatura argenti in sacco eorum: & viderunt alligaturas argenti sui, ipsi, & pater eorum, & timuerunt. Dixit autem eis Iacob pater eorum: Me filijs orbastis: Ioseph non est: Symeon non est: & Beniamin tolletis? Super me facta sunt hæc omnia. Dixit autem Ruben patri suo, dicens: duos filios meos interfice, nisi adduxero eum ad te: da eum in manum meam: & ego reducam il-

D lum ad te. At ille dixit: Non descendet filius meus vobiscum; quia frater eius mortuus est; & ipse solus remansit: & accidet ipsum languere in via, qua ituri estis: & deducetis senectam meam cum tristitia ad infernum.

α Languor.] μαλακία. *Aquila*, σύμπτωμα, casus, calamitas. *Symm.* κίνδυνος, periculum. β Exploratores estis.] κατάσκοποί ἐστε. *Aquila*, ἐφοδευταὶ, insidiatores. γ Pacifici.] *Aquila*, ὀρθοὶ, recti. *Symm.* ἁπλοὶ, simplices. δ Vestigia.] *Aquila, & Symm.* τὰ κρυπτὰ, occulta, intima. ε Manifesti eritis.] φανεῖσθε. *Aquila, & Symm.* δοκιμασθήσεσθε, probabimini ac deprehendemini. ζ Per salutem.] *Ita S. Aug. q. 139. (vbi de hac sententia disputat) quod græce est*, νὴ τὴν ὑγίειαν, *Aquila*, ζῇ φαραώ, viuit Pharao. η Abducamini.] ἀπάχθητε, *quo verbo etiam superius significatum est, conij*[illegible]*i in carcerem. Aquila, & Symm.* δεθήσεσθε, vinciemini. θ Sin autem non.] εἰ δὲ μή. *S. Aug. ibidem habet tantum*, sin autem, *quasi valeat*, sin minus, *vt in Exodo dicetur.*

E ι Marsupium.] *Aquila*, θύλακον, vas panarium. *Symm.* σάκκον, saccum.

CAP. XLIII.

FAmes autem inualuit super terram. Factum est autem, quando consummauerant edere frumentum, quod attulerant ex Ægypto; & dixit eis pater eorum: Rursus euntes emite nobis pusillas escas. Ait autem ei Iudas dicens: Contestatione contestatus est nobis homo dominus terræ, dicens: Non videbitis faciem meam, nisi frater vester iunior vobiscum fuerit. Si quidem igitur

tur mittas fratrem nostrum nobiscum; descendemus, & ememus tibi escas. Sin A autem non mittas fratrem nostrum nobiscum; non ibimus. Homo enim ille dixit nobis dicens: non videbitis faciem meam; nisi frater vester iunior vobiscum fuerit. Dixit autem *Israel*: Quid malefecistis mihi, annunciantes homini, quia est vobis frater? At illi dixerunt: Interrogans interrogauit nos homo, & generationem nostram, dicens: si adhuc pater vester viuit, & si est vobis frater: & annunciauimus ei iuxta interrogationem hanc: numquid sciebamus, quia dicet nobis, adducite fratrem vestrum? Dixit autem Iudas ad Israel patrem suum: Mitte puerum mecum: & surgentes ibimus, vt viuamus, & non moriamur, & nos, & tu, & apparatus noster: ego autem suscipio ipsum: de manu mea require B eum: nisi adduxero eum ad te, & statuero eum coram te; ero ille qui peccaui in te omnibus diebus. Nam nisi tardassemus; iam vtique rediissemus bis. Dixit autem eis Israel pater eorum: Si ita est, hoc facite: Sumite de fructibus terræ in vasis vestris: & deferte homini munera resinæ, & mellis, & incensum, & stacten, & terebinthum, & [a] nuces: & argentum duplex sumite in manibus vestris, & argẽtum, quod rediit in marsupiis vestris, reportate vobiscum; (ne forte error sit) & fratrem vestrum sumite: & surgentes descendite ad hominem. Deus autem meus det vobis gratiam coram homine, & dimittat fratrem illum vestrũ vnũ, & Beniamin. Etenim ego, sicut orbatus sum, orbatus sum. Sumentes autem vi- C ri munera hæc, & argentum duplex, acceperunt in manibus suis etiam Beniamin. Et surgentes descenderunt in Ægyptum: & steterunt coram Ioseph. Vidit autem Ioseph eos, & Beniamin fratrem suum vterinum, & dixit ei, qui super domum ipsius: Introduc homines in domum, & iugula victimas, & para. Mecum enim manducabunt homines panes meridie. Fecit autem homo; sicut dixit Ioseph: & introduxit homines in domũ Ioseph. Videntes autem viri quia introducti sunt in domum Ioseph, dixerunt: propter argentum, quod rediit in marsupiis nostris in principio, nos introducimur ad calumniandum nos, & imponendum nobis, vt accipiat nos in seruos, & asinos nostros. Accedentes autem ad ho- D minem, qui super domum Ioseph, locuti sunt ei in porta domus, dicentes: Oramus domine, descendimus in principio ad emendas escas. Factum est autem quando venimus ad diuertendum, & aperuimus marsupia nostra; [β] & hoc argentũ vniuscuiusq. in marsupio suo. Argentum nostrum in pondere reportauimus nunc in manibus nostris: & argentũ aliud attulimus nobiscum ad emendas escas. Nescimus, quis iniecit argentũ in marsupia nostra. Dixit autem eis [γ] Propitius vobis: nolite timere: Deus vester, & Deus patrũ vestrorũ dedit vobis thesauros in marsupiis vestris: & argentum vestrum [δ] probũ acceptũ habeo. Et edu- E xit ad eos ipsum Symeon: & attulit aquam ad lauãdos pedes eorum, & dedit pabula asinis eorũ. Parauerunt autem munera, donec veniret Ioseph meridie. Audiuerant enim, quia ibi pransurus est. Intrauit autẽ Ioseph in domũ: & attulerũt ei munera, quæ habebant in manibus suis in domum. Et adorauerunt eum in faciem in terram. Interrogauit autem eos: Quomodo habetis? & dixit eis: si valet pater vester senex, quem dixistis? adhuc viuit? At illi dixerunt: Saluus est puer tuus pater noster: adhuc viuit. Et dixit: Benedictus [ε] homo ille Deo. Et procumbentes adorauerunt eum. Respiciens autem oculis suis Ioseph vidit Beniamin fratrem suum vterinum, & dixit: Hic est frater vester iunior, quẽ dixistis ad me

adducere?

A adducere? Et dixit: Deus misereatur tui fili: Turbatus est autem Ioseph: conuoluebantur enim [ζ] intestina eius super fratrem suum: & quærebat flere. Ingressus autem in cubiculum, fleuit illic. Et cum lauisset faciem; egressus continuit se, & dixit: Apponite panes. Et apposuerunt ei soli, & eis per seipsos, & Ægyptijs, qui simul vescebantur cum eo, per seipsos. Non enim poterant Ægyptij comedere cum hebræis panes. Abominatio enim est Ægyptijs. [η] Sederunt autem coram eo, primogenitus secundum [θ] iura ætatis suæ, & iunior secundum iuuentutem suam. Obstupuerunt autem homines, vnusquisque ad fratrem suum. Sumpserunt autem partes ab eo ad [ι] seipsos. Magnificata est autem B pars Beniamin præ partibus omnium, quintupliciter ad eas, quæ illorum. Et biberunt, & [κ] inebriati sunt cum eo.

[α] Et nuces.] *S. Hier.* siue, vt Aquila, & Symm. transtulerunt, amygdala. Idcirco hoc capitulum posuimus, vt sciamus, vbi in nostris codicibus habetur thymiama, in hebræo esse nechota, quod Aquila, storacem transtulit, &c. [β] Et hoc argentum.] *Ita S. Aug. in locut. quod græce est*, καὶ τόδε τὸ ἀργύριον, *videtur autem illud*, τόδε, *valere idem atque*, ecce. [γ] Propitius vobis.] *Sic interpungit etiam S. Ambr. & reliqui. S. August. in locut.* In his verbis, quibus dictum est, Propitius vobis, duo verba sunt, quæ subaudiuntur, &, sit, &, Deus. Plenum est enim, propitius sit vobis Deus: quod omnino in græco vsitatissimum est. *S. Chrys. homilia 64. videtur habuisse* Deus, *sicut etiam S. Ambr. cap. 9.* [δ] Probum acceptum habeo.] *Sic S. Ambr. cap. 9. quod græce est*, δοκιμοῦ ἀπέχω. S. *Augu. quæst.* 143. probatum habeo. [ε] Benedictus homo ille Deo.] *Hæc absunt à vulgata, & hebræo.* [ζ] Intestina.] τὰ ἔγκατα. *Alij codices habent* τὰ ἔντερα, *quod idem valet: alij* τὰ σπλάγχνα, viscera. C [η] Ægyptijs.] *Ita libri veteres, & S. Chrysost. ibidem, & S. Aug. in locut. In nonnullis recentioribus sequitur*, πᾶς ποιμὴν προβάτων, omnis pastor ouium, *quæ videri possunt importata ex cap. 46.* [θ] Iura ætatis.] τὰ πρεσβεῖα. *S. Ambr. cap.* 11. contra eum primitiuus secundum ætatem. [ι] Ad seipsos.] πρὸς ἑαυτούς. *alij libri*, πρὸς αὐτούς, ad eos. [κ] Inebriati.] *S. Hier.* Idioma linguæ hebraicæ est, vt ebrietatem pro satietate ponat. *Quod etiam notat S. Aug. q.* 144.

CAP. XLIIII.

ET mandauit Ioseph ei, qui erat super domum ipsius: Implete marsupia hominum escis, quantascumque possint tollere: & [α] inijcite vniuscuiusque argentum super os marsupij: & Condy meum argentum inijcite in D marsupium iunioris, & precium frumenti eius. Factum est autem iuxta verbum Ioseph, sicut dixit. Mane illuxit: & homines dimissi sunt, ipsi, & asini eorum. Egressis autem ipsis ciuitatem, non aberant longe: & Ioseph dixit ei, qui super domum suam: Surgens insequere post homines; & comprehendes eos, & dices eis: Quid quod reddidistis mala pro bonis? vt quid furati estis Condy meum argenteum? Nonne hoc est, in quo bibit dominus meus? Ipse autem [β] augurio auguratur in eo: mala consummastis, quæ fecistis. Inueniens autem eos dixit eis secundum verba hæc. At illi dixerunt ei: Vt quid loquitur dominus secundum verba hæc? Absit a pueris tuis facere secundum verbum hoc. Si ar-E gentum quidem, quod inuenimus in marsupijs nostris, reportauimus ad te de terra Chanaan; quomodo vtiq. furaremur de domo domini tui argentum, vel aurum? Apud quemcumque puerorum tuorum inueneris Condy; moriatur: & nos autem erimus pueri domino nostro. At ille dixit: Et nunc, sicut dicitis, ita erit. Apud quemcumque inuentum fuerit Condy; erit meus puer: vos autem eritis mundi. Et festinauerunt, & deposuerunt vnusquisque marsupium suum in terram, & aperuerunt vnusquisque marsupium suum. Scrutatus est autem a seniore incipiens, quoadusque venit ad iuniorem: & inuenit Condy in marsupio Beniamin. Et disciderunt vestimenta sua, & imposuerunt

vnusquisque marsupium suum super asinum suum, & redierunt in ciuitatem. A
Intrauit autem Iudas, & fratres eius ad Ioseph; cum ipse adhuc ibi esset: & prociderunt coram eo in terram. Dixit autem eis Ioseph: Quid rem hanc fecistis? Nesciebatis, quia augurio γ augurabitur homo, qualis ego? Dixit autem Iudas: Quid contradicemus domino, vel quid loquemur, aut quid iustificabimur? Deus autem inuenit iniustitiam puerorum tuorum: Ecce sumus famuli domino nostro, & nos, & apud quem est inuentum Condy. Dixit autem Ioseph: Absit a me facere verbum hoc. Homo apud quem est inuentum Condy; ipse erit meus puer: vos autem ascendite cum salute ad patrem vestrum. Accedens autem ad eum Iudas, dixit: oro domine: loquatur puer tuus verbum B
coram te, & non irascaris puero tuo: quia tu es post Pharaonem. Domine tu interrogasti pueros tuos, dicens; si habetis patrem aut fratrem: & diximus domino: est nobis pater senior, & puer senectutis iunior ei: & frater eius mortuus est: ipse autem solus remansit matri suæ: pater autem eum dilexit. Dixisti autem pueris tuis: deducite eum ad me, & curam geram illius. Et diximus domino: Non poterit paruulus relinquere patrem suum: sin autem reliquerit patrem; morietur. Tu autem dixisti pueris tuis: Nisi descenderit frater vester iunior vobiscum; non adijcietis videre faciem meam. Factum est autem quando ascendimus ad puerum tuum patrem nostrum, annunciauimus ei ver- C
ba domini nostri. Dixit autem pater noster: Ite rursus, & emite nobis pusillas escas. Nos autem diximus: Non poterimus descendere. Sed siquidem frater noster iunior descendit nobiscum; descendemus. Non enim poterimus videre faciem hominis; nisi frater noster iunior nobiscum sit. Dixit autem puer tuus pater noster ad nos: Vos scitis, quia duos peperit mihi vxor, & exiuit vnus a me: & dixistis quia a bestia deuoratus fuit: & non vidi eum vsque nunc. Si igitur tuleritis & hunc a facie mea, & acciderit ei languor in via; & deducetis meam senectam cum tristitia ad infernum. Nunc igitur, si ingrediar ad puerum tuum, patrem autem nostrum, & paruulus non fuerit nobiscum; D
anima autem eius δ dependet ex anima huius; & erit cum ipse viderit paruulum non esse nobiscum, morietur: & deducent pueri tui, senectam pueri tui, patris autem nostri cum tristitia ad infernum. Puer enim tuus a patre suscepit paruulum, dicens: nisi adduxero eum ad te, & statuero eum coram te, ero ille qui peccaui in patrem omnibus diebus. Nunc igitur manebo apud te puer pro paruulo, famulus domini: puer autem ascendat cum fratibus suis. Quomodo enim ascendam ad patrem; cum paruulus non sit nobiscum? ε vt non videam mala, quæ inuenient patrem meum.

E

α Et inijcite.] *S. Hier. in tradit.* Et pone argentum vniuscuiusque in ore sacculi, & Condy meum argentum mitte in sacculum iunioris. Pro sacculo peronem, vel follem, in hæbreo habet. Pro condy, id est poculo, quod etiam in Esaia legimus, Aquila Scyphum, Symmachus phialam transtulerunt. β Augurio auguratur.] *Sbol. Samariticus,* καὶ αὐτὸς πειρασμῷ πειράζει ἐν αὐτῷ, & ipse tentatione tentat in eo. γ Augurabitur.] οἰωνιεῖται, *Alij codices, & Theodoretus,* οἰωνίζεται, & S. *Aug. q.* 145. augurio auguratur. *Schol.* καὶ γὰρ ἔγνωτε, ὅτι πειρασμῷ πειράζεται ὅμοιος ἐμοί, etenim nouistis, quia tentatione tentat similis mihi. δ Dependet.] *Aquila,* συνδεδεμένη, colligata. *Symm.* ἐνδέδεται, illigata est. ε Vt non videam.] *de hac locutione S. Aug. in locut.*

CAP.

CAP. XLV.

A

ET non potuit Ioseph se continere omnibus astantibus ei: sed dixit: Emittite omnes a me: & nemo astitit ipsi Ioseph, quando notum se faciebat fratribus suis. Et dimisit vocem cum fletu: audierunt autem omnes Aegyptij: & auditum est in domo Pharaonis. Dixit autē Ioseph ad fratres suos: Ego sum Ioseph: adhuc pater meus viuit? Et non potuerunt fratres respondere ei: turbati enim erant. Dixit autem Ioseph ad fratres suos: Accedite ad me. Et accesserunt. Et dixit: Ego sum Ioseph frater vester, quem vendidistis in Aegyptum.

B Nunc igitur nolite mœsti esse: neque durum vobis videatur, quod vendidistis me huc. Ad ᵅ vitam enim misit me Deus ante vos: hunc enim secundum annum fames est super terram: & adhuc reliqui quinq. anni, in quibus non est aratio, neque messis. Misit enim me Deus ante vos remanere vobis reliquias super terram, ᵝ & enutrire vestras reliquias magnas. Nunc igitur non vos misistis me huc, sed Deus: & fecit me quasi patrem Pharaonis, & dominum vniuersæ domus eius, & principem omnis terræ Aegypti. Festinantes igitur ascendite ad patrem meum, & dicite ei: Hæc dicit filius tuus Ioseph: Fecit me Deus dominum vniuersæ terræ Ægypti. Descende ergo ad me, & ne steteris: & habita

C bis in terra Gesem ᵞ Arabiæ, & eris prope me tu & filij tui, & filij filiorum tuorum, oues tuæ, & boues tui, & quæcumque tibi sunt: & enutriam te illic. Adhuc enim quinque annis fames: vt non delearis tu, & filij tui, & omnis substantia tua. Ecce oculi vestri aspiciunt, & oculi Beniamin fratris mei; quia os meum est, quod loquitur ad vos. Annunciate igitur patri meo omnem gloriam meam in Aegypto, & quæcunque videtis: & properantes deducite patrem meum huc. Et procidens super collum Beniamin fratris sui, fleuit super eo. Et Beniamin fleuit super collo illius. Et osculatus omnes fratres suos, fleuit super eis. Et post hæc locuti sunt fratres eius ad eum. Et diuulgata est vox

D in domo Pharaonis, dicentes: venerunt fratres Ioseph. Gauisus est autem Pharao, & familia eius. Dixit autem Pharao ad Ioseph: Dic fratribus tuis, hoc facite: onerate ᵟ vehicula vestra, & abite in terram Chanaan, & assumentes patrem vestrum, & substantiam vestram venite ad me: & dabo vobis de omnibus bonis Aegypti: & comedetis medullam terræ. Tu autem præcipe hæc, sumere ipsis de terra Aegypti plaustra paruulis vestris, & vxoribus vestris: & assumentes patrem vestrum, aduenite: & non parcatis oculis de ᵋ vasis vestris: omnia enim bona Aegypti vobis erunt. Fecerunt autem sic filij Israel. Dedit autem Ioseph eis plaustra secundum ea, quæ dicta fuerant a Pharaone re-

E ge. Et dedit illis cibaria in viam: & omnibus dedit binas stolas: ipsi autem Beniamin dedit trecentos aureos, & quinque ᶎ eximias stolas. Et patri suo misit iuxta ᶯ eadem & decem asinos ferentes de omnibus bonis Aegypti, & decem mulas ferentes panes patri suo in viam. Dimisit autem fratres suos: & iuerunt: & dixit eis: ne irascamini in via. Et ascenderunt de Aegypto, & venerunt in terram Chanaan ad Iacob patrem suum, & nunciauerunt ei, dicentes: quia filius tuus Ioseph viuit, & ipse est princeps vniuersæ terræ Aegypti. Et obstupuit mente Iacob: non enim credidit eis. Locuti sunt autem ei omnia, quæ dicta fuerant a Ioseph, quæcumque dixit eis. Videns autem plaustra, quæ mi-

ſerat Ioſeph, vt aſſumerent eum; reuixit ſpiritus Iacob patris eorum. Dixit autem Iſrael: Magnum mihi eſt, ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit: profectus videbo eum, priuſquam moriar. A

α Ad vitam.] *S. Ambroſius cap.* 12. ad vitam veſtram. *Aquila,* ζώωσιν, viuificationem. *Symm.* σωτηρίαν, ſalutem. β Et enutrire.] *Ita vertimus, vt quam minimum à S. Aug. diſcederemus, qui quæſt.* 148, *hæc ita refert.* Miſit me Deus ante vos remanere veſtrum reliquias ſuper terram, & enutrire veſtrum reliquias. *Complutenſis pro,* ἐκθρέψαι ὑμῶν, *habet,* ἐκτρέψαι ὑμῶν. *Valde autem ſuſpicamur huius ſecundæ partis hanc eſſe ſententiam,* ad danda vobis alimenta in euaſionem magnam, & incolumitatem a ſummo famis periculo. *Nam ita videtur habere hebræus.* γ Arabiæ.] *S. Hie.* Hic Arabiæ additum eſt. In hebræis enim voluminibus non habetur. Vnde & error increbruit quòd terra Goſem in Arabia ſit. δ Vehicula.] φορεῖα. *Ita libri veteres, & S. Hier.* Pro vehiculis, quæ lxx, & Theodotio τὰ φορεῖα interpretati ſunt, iumenta reliqui tranſtulerunt. *In alijs libris eſt,* πορεῖα, quæ ad iter faciendum ſunt neceſſaria. *In alijs,* φορτία. ſarcinas. *S. Amb. c.* 13. *ita hanc rem narrat,* & mandat impleri eorum ſarcinas tritico, & vehicula dari. ε Vaſis.] τῶν σκευῶν. *In aliquot libris eſt,* ὑποσκευῶν, ſupellectilibus. ζ Eximias.] ἐξαλλασσούσας. *Alij vertunt,* mutatorias, *quarto Reg. cap.* 5. *eſt,* ἀλλασσομένας. *Schol.* Syrus, quinque paria ſtolarum, & ducentos aureos. η Eadem.] κατὰ τὰ αὐτά. *Alij libri,* κατὰ ταῦτα, iuxta hæc. B

CAP. XLVI.

PRomouens α autem Iſrael ipſe, & omnia quæ eius, venit ad puteum iuramenti: immolauitque hoſtiam Deo patris ſui Iſaac. Dixit autem Deus ad Iſrael in viſione noctis, dicens: Iacob, Iacob. At ille dixit: Quid eſt? Ille vero dixit ei: Ego ſum Deus patrum tuorum: Noli timere deſcendere in Ægyptum. In gentem enim magnam faciam te ibi: & ego deſcendam tecum in Aegyptũ: & ego β aſcendere te faciam in finem. Et Ioſeph imponet manus ſuas ſuper oculos tuos. Surrexit autem Iacob a puteo iuramenti: & aſſumpſerunt filij Iſrael patrem ſuum, & apparatum, & vxores ſuas ſuper plauſtra, quæ miſerat Ioſeph ad tollendum eum. Et aſſumentes ſubſtantiam ſuam, & omnem poſſeſsionem, quam poſſederant in terra Chanaan, ingreſſi ſunt in Aegyptum, Iacob, & omne ſemen eius cũ eo, filij, & filij filiorum eius cum eo, filiæ, & filiæ filiarũ eius: & omne ſemen ſuum duxit in Aegyptum. Hæc autem nomina filiorum Iſrael, qui intrauerunt in Aegyptum ſimul cum Iacob patre ſuo. Iacob, & filij eius: Primogenitus Iacob, Ruben: filij autem Ruben, Enoch, & Phallos, Aſron, & Charmi. Filij autem Symeon, Iemuel, & Iamin, & Aod, & Achin, & Saar, & Saul, filius Chananitidis. Filij autem Leui, Gerſon, Cath, & Merari. Filij autem Iuda, Er, & Aynan, & Selom, & Phares, & Zara. Mortuus eſt autem Er & Aynan in terra Chanaan. Nati ſunt autem filij Phares, Eſron, & Iemuel. Filij autem Iſſachar, Thola, & Phua, & Aſum, & Sambran. Filij autem Zabulon, Sered, & Allon, & Achoel. Hi ſunt filij Liæ, quos peperit ipſi Iacob in Meſopotamia Syriæ, & Dinam filiam eius. Omnes animæ, filij, & filiæ, triginta tres. Filij autem Gad, Saphon, & Angis, & Sannis, & Thaſobã, & Aedis, & Aroedis, & Araelis. Filij autem Aſer, Iemna, Ieſſua, & Ieul, & Baria, & Sara ſoror eorum. Filij autem Baria Chobor, & Melchijl. Hi ſunt filij Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ ſuæ, quæ peperit iſtos ipſi Iacob, ſexdecim animas. Filij autem Rachel vxoris Iacob, Ioſeph, & Beniamin. Nati ſunt autem filij Ioſeph, in terra Aegypti, quos peperit ei Aſeneth, filia Petephræ ſacerdotis Heliopoleos, Manaſſe, & Ephraim. γ Facti ſunt autem filij Manaſſe, quos peperit ei concubina Syra, Machir.

C D E

Machir

A Machir autem genuit Galaad. Filij autem Ephræm fratris Manasse, Sutalaam, & Taam. Filij autem Sutalaam, Edom. Filij autem Beniamin, Bala, & Bochor & Asbel. Facti sunt autem filij Bala, Gera, & Noeman, & Anchis, & Rhos, & Mamphim. Gera autem genuit Arad. Hi sunt filij Rachel, quos peperit ipsi Iacob, omnes animæ decem octo. Filij autem Dan, Asom. Et filij Nephtali, Asiel, & Goni, & Issaar, & Sollem. Hi sunt filij Ballæ, quam dedit Laban Rachel filiæ suæ, quæ peperit istos ipsi Iacob, omnes animæ septem. Omnes autem animæ, quæ ingressæ sunt cum Iacob in Ægyptum, qui exierunt de femoribus eius absque mulieribus filiorum Iacob, omnes animæ sexaginta sex. Filij autem Ioseph B qui nati sunt ei in Aegypto, animæ nouẽ. Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, animæ δ septuagintaquinque. Iudam autem misit ante se ad Ioseph, ε vt occurreret ei ad vrbem Heroum in terram Ramesse. Iungens autem Ioseph currus suos, ascendit in occursum Israel patri suo ad Heroũ ciuitatem: & conspectus ei, procidit super collum eius, & fleuit fletu ζ vberi. Et dixit Israel ad Ioseph: η Moriar ex nunc, quia vidi faciem tuam: adhuc enim tu viuis. Dixit autem Ioseph ad fratres suos: Ascendens annunciabo Pharaoni, & dicam ei: fratres mei, & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me. Viri autem sunt pastores: viri enim pecorum nutritores C erant: & pecora, & boues, & omnia sua adduxerunt. Itaque si vocauerit vos Pharao, & dixerit vobis, quod nam opus vestrum est? dicetis, viri pecorum nutritores sumus pueri tui, a puero vsque nunc, & nos, & patres nostri: vt habitetis in terra Gesem Arabiæ. Abominatio enim est Aegyptijs omnis pastor ouium.

α Promouens.] Ἀπάρας. *Sic in libris sequentibus videbimus a Patribus transferri dictionem istam: & significare solet, quasi mouere castra S. Ambr. c. 14. habet,* & eleuans se, *vt videatur legisse*, ἐπάρας. β Ascẽdere te faciam.] ἀναβιβάσω σε. *S. Aug. in locut.* Sic habent græci, quod latini habent, & ego deducam te in finem. *S. Ambr. ibidem,* & ego deducam te in perpetuum. γ Facti sunt autem] *S. Hier. in tradit.* Sed & illud, quod supra legimus. [Facti sunt autem filij Manasse, quos genuit ei concubina Syra, Machir: & Ma-D chir genuit Galaad. Filij autẽ Ephraim fratris Manasse, Suthalaam, Ethaam: filij vero Suthalaam Edom,] additum est. *Habentur tamen in omnibus collatis libris, & referuntur etiam a Philone in libro de congressu quærendæ eruditionis gratia.* δ Septuaginta quinque.] *De hoc numero disputat in tradit. S. Hie. & S. Aug. quæst. 152. & 16. de ciuit. cap. 40.* ε Vt occurreret.] *S. Aug. in locut.* vt venirent sibi obuiam iuxta heroum ciuitatem.] Nescio vtrum heroum nomen facile in scripturis reperiatur. *S. Hier. ibid.* In hebræo nec vrbem habet heroum, nec terram Ramesse, sed tantummodo Gosen. Nonnulli Iudęorum asserunt, Gosen nunc Thebaidem vocari. ζ Vberi.] πολυ. *In alijs libris est*, πλείονι, plurimo. *Psalmo quidem 77. vbi recentiores codices habent* ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς πλείοσιν, *in vetustioribus est*, ἐν τοῖς πίοσιν, *& in vulgata*, occidit pingues. η Moriar.] ἀποθανοῦμαι. *Aquila*, ἀποθάνοιμι, mortem obeam.

CAP. XLVII.

E VEniens autem Ioseph nunciauit Pharaoni, dicens: Pater meus, & fratres mei, & pecora, & boues eorum, & omnia quæ eorum, venerunt de terra Chanaã: & ecce sunt in terra Gesem. De fratribus autẽ suis assũpsit quinque viros, & statuit eos corã Pharaone. Et dixit Pharao fratribus Ioseph: Quod nam est opus vestrum? At illi dixerũt Pharaoni: Pastores ouium pueri tui, & nos & patres nostri. Dixerunt autem Pharaoni: incolere in terra venimus: non enim est pastus pecoribus puerorum tuorum. Inualuit enim fames in terra Chanaan. Nunc igitur habitabimus, α in terra Gesem. Dixit autem Pharao ad Ioseph: Habitent in terra Gesem. Sin autẽ nosti, quia sunt inter eos viri potentes, constitue

eos principes pecorum meorum. Venerunt autem in Ægyptum ad Ioseph, Iacob, & filij eius. Et audiuit Pharao rex Ægypti. Et dixit Pharao ad Ioseph, dicens: Pater tuus, & fratres tui venerunt ad te. Ecce terra Ægypti ante te est: in terra optima colloca patrem tuum, & fratres tuos. Introduxit autem Ioseph Iacob patrem suum, & statuit eum coram Pharaone. Et benedixit Iacob Pharaonem. Dixit autem Pharao ipsi Iacob: Quot anni dierum vitæ tuæ? Et dixit Iacob Pharaoni: Dies annorum vitæ meæ, [β] quos incolo, centum triginta anni: pusilli, & mali fuerunt dies annorum vitæ meæ: non peruenerunt ad dies annorum vitæ patrum meorum, quos dies incoluerunt. Et benedicẽs Iacob Pharaonem, exiuit ab eo. Et habitare fecit Ioseph patrem suum, & fratres suos: & dedit eis possessionem in terra Ægypto, in terra optima, in terra Ramesse; sicut præcepit Pharao. Et triticum metiebatur Ioseph patri suo, & fratribus, & omni domui patris sui, triticum secundum corpus. Triticum autem non erat in omni terra. Inualuerat enim fames valde. Defecit autem terra Ægypti, & terra Chanaã a fame. Congregauit autem Ioseph omne argentum, quod est inuentum in terra Ægypti, & in terra Chanaan ex tritico, quod emebant, & metiebatur eis. Et intulit Ioseph omne argentum in domum Pharaonis. Et defecit omne argentum de terra Ægypti, & de terra Chanaan. Venerunt autem omnes Ægyptij ad Ioseph, dicentes: Da nobis panes: & vt quid morimur coram te? Defecit enim argentum nostrum. Dixit autem eis Ioseph: Afferte pecora vestra: & dabo vobis panes pro pecoribus vestris, si defecit argentum vestrum. Adduxerunt autem pecora sua ad Ioseph: & dedit eis Ioseph panes pro equis, & pro ouibus, & pro bobus, & pro asinis. Et enutriuit eos in panibus pro omnibus pecoribus eorum in anno illo. Exijt autem annus ille: & venerunt ad eum in anno secundo: & dixerunt ei: Numquid forte deleamur a domino nostro? Siquidem defecit argentum nostrum, & substantia, & pecora ad te dominum: & non remansit nobis coram domino nostro, nisi proprium corpus, & terra nostra. Vt igitur non moriamur coram te, & terra desoletur; acquire nos, & terram nostram pro panibus; & erimus nos, & terra nostra pueri Pharaoni. Da semen, vt seminemus, & viuamus, & non moriamur: & terra non desolabitur. Et acquisiuit Ioseph omnem terram Ægyptiorum Pharaoni. Vendiderunt enim Ægyptij terram suam Pharaoni: superauit enim eos fames: & facta est terra Pharaoni. Et populum sul iecit ei in pueros, ab extremis finibus Ægypti vsq. ad extremos, præter terram sacerdotum tantum: non possedit [γ] istam Ioseph. In [δ] datione enim dedit donum sacerdotibus Pharao: & comedebant dationem, quam dedit eis Pharao. Propter hoc non vendiderunt terram suam. Dixit autem Ioseph omnibus Ægyptijs. Ecce acquisiui vos, & terram vestram hodie Pharaoni: sumite vobis semen, & seminate terram: & erunt genimina eius, & dabitis quintam partem Pharaoni, quatuor autem partes erunt vobis ipsis in semen terræ, & in escam vobis, & omnibus, qui in domibus vestris. Et dixerunt: Saluasti nos: inuenimus gratiam coram domino nostro, & erimus pueri Pharaoni. Et posuit illis Ioseph in præceptum vsque in hodiernum diem in terra Ægypti, vt præstent quintas Pharaoni, præter terram sacerdotum tantum: [ε] non erat Pharaoni. Habitauit autem Israel in terra Aegypto super terram Gesem: & [ζ] habuerunt hæreditates in ea: & creuerunt, & multiplicati sunt valde. Superuixit autem Iacob in terra

Aegypto

A Aegypto decem & ſeptem annos. Et fuerunt dies Iacob annorum vitæ eius centum quadraginta ſeptem anni. Appropinquauerunt autem dies Iſrael, vt moreretur: & vocauit filium ſuum Ioſeph: & dixit ei: Si inueni gratiam coram te; ſuppone manum tuam ſub femore meo: & facies in me miſericordiam, & veritatem: vt non ſepelias me in Aegypto: ſed dormiam cum patribus meis: & tolles me de Aegypto, & ſepelies me in ſepulchro eorum. Ille vero dixit: Ego faciam iuxta verbum tuum. Dixit autem: Iura mihi. Et iurauit ei. Et adorauit Iſrael [η] ſuper ſummitatem virgæ eius.

B

α Habitabimus.] *Hic in vulgatis codicibus additur,* οἱ παῖδές σου, pueri tui, *& ordo verborum, quæ a Pharaone dicta ſunt ipſi Ioſeph, alius eſt ab eo, qui in hac editione, & magis reſpondet hebræo. Sed noſtra videtur conuenire cum S. Chryſ. hom. 65. & cum S. Aug. quæſt.* 155. *Qui de his ipſis verbis diſputans, quæ ſoli* Ioſeph *Pharao dixit, ita inquit,* Quorum omnium in codicibus græcis, qui à diligentioribus conſcripti ſunt, quædam obeliſcos habent, & ſignificant ea, quæ in hebræo non inueniuntur, & in lxx. inueniuntur: quædam aſteriſcos: quibus ea ſignificantur, quæ habent hebræi, nec habent lxx. β Quos incolo.] *Ita S. Aug. q.* 156. *quo verbo vult ſignificari peregrinantis habitationem. Aquila,* ἡμέραι ἐτῶν τῆς προσηλυτεύσεώς μου, dies annorum incolatus mei. γ Iſtam.] ταύτην. *abeſt dictio iſta ab aliquot codicibus, & S. Aug. in locut.* Præter terram ſacerdotum tantum non poſſedit Ioſeph: quaſi dixiſſet, præter terram ſacerdotum tantum, omnem terram poſſedit Ioſeph. δ In datione.] *Aquila,* ἀκρίβασμος γὰρ τοῖς ἱερεῦσιν. *Symm.* σύνταξις γὰρ ἦν τοῖς ἱερεῦσιν. conſtitutum enim erat ſacerdotibus. *Conſueſſe autem Aquilam,* ἀκρίβασμον *vocare conſtitutionem, & ordinationem conſtabit ex alijs locis. Schol.* Etenim portio erat ſacerdotibus ex conceſſione Pharaonis.

C ε Non erat.] *In Compl. eſt,* ἡ οὐκ ἦν, quæ non fuit. ζ Et habuerunt.] ἐκληρονόμησαν. *aut, vt in alijs libris,* ἐκληρονομήθησαν. *Aquila,* κατεσχέθησαν, καὶ ηὐξήθησαν, poſſederunt, & creuerunt. η Super ſummitatem.] ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. *S. Hier. in tradit.* contra ſummitatem virgæ eius. *S. Aug. q.* 162. Quod habent latini codices, & adorauit ſuper caput virgæ eius, nonnulli codices emendatius habent, adorauit ſuper caput virgæ ſuæ, vel, in capite virgæ ſuæ, ſiue, in cacumine, vel, ſuper cacumen: *& cetera, quæ diligenter legenda ſunt. Theodoretus quidem q.* 108. *videtur interpretari pro,* ſuæ. *Sed Chryſoſt. in epiſt. ad hebræos* 26. eius. *Aquila,* ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τῆς κλίνης. ad caput lecti. *Quam interpretationem probat S. Hier. & agnoſcit etiam S. Aug.* Symmachus *autem eadem ſententia,* ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς κλίνης, ad faſtigium lecti. *S. Paulus ſecutus lxx. in epiſtola ad hebræos. cap.* 11. ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ, *quamuis in latina vulgata tantum ſit,* faſtigium virgæ eius.

CAP. XLVIII.

D

FActum eſt autem poſt verba hæc: & nunciatum eſt Ioſeph, quia pater tuus [α] turbatur. Et aſſumens duos filios ſuos, Manaſſe, & Ephraim, venit ad Iacob. Nunciatum eſt autem Iacob, dicentes: ecce filius tuus Ioſeph venit ad te. Et confortatus Iſrael ſedit ſuper lectum. Et dixit Iacob ad Ioſeph: Deus meus apparuit mihi in Luza in terra Chanaan, & benedixit me, & dixit mihi: Ecce ego augebo te, & multiplicabo te, & faciam te in cõgregationes gentium: & dabo tibi terram hanc, & ſemini tuo poſt te in poſſeſſionem æternam. Nunc igitur duo filij tui, qui facti ſunt tibi in terra Ægypto, priuſquam venirem ad te

E in Aegyptum, mihi ſunt, Ephræm, & Manaſſe: tamquam Ruben, & Symeon erunt mihi: nati autem, quoſcumque genueris poſtea, [β] erunt in nomine fratrum ſuorum: vocabuntur in ſortibus illorum. Ego autem, quando veni de Meſopotamia Syriæ; mortua eſt Rachel mater tua in terra Chanaã, appropinquante me ad [γ] hyppodromum Chabratha terræ, ad veniẽdum in Ephratha: & defodi eam in via hyppodromi: hæc eſt Bethleem. Videns autem Iſrael filios Ioſeph, dixit: [δ] Qui tibi hi? Dixit autem Ioſeph patri ſuo: Filij mei ſunt, quos dedit mihi Deus hic. Et dixit Iacob: Adduc mihi eos, vt benedicam eos. Oculi autem Iſrael, grauati erant præ ſenectute: & non poterat aſpicere. Et appropin-

quauit

quauit eos ad eum. Et osculatus est eos, & complexus est eos. Et dixit Israel ad Ioseph: Ecce facie tua non sum priuatus: & ecce ostendit mihi Deus etiam semen tuum. Et eduxit eos Ioseph a genibus eius; & adorauerunt in faciem super terram. Sumens autem Ioseph duos filios suos, Ephræm quidem in dextera, a sinistris autem Israel, Manassen autem a sinistris, a dextris autem Israel, appropinquauit eos ei. Extendens autem Israel manum dexteram, imposuit super caput Ephræm. (hic autem erat iunior) & sinistram super caput Manasse, commutans manus: & benedixit eos, & dixit: Deus cui placuerunt patres mei in conspectu eius, Abraham, & Isaac, Deus qui nutrit me a iuuentute vsque in diem hanc, Angelus qui ε eruit me ex omnibus malis, benedicat paruulos hos. Et inuocabitur in eis nomen meum, & nomen patrum meorum Abraham & Isaac: & multiplicentur in multitudinem multam super terram. Videns autem Ioseph, quia imposuit pater suus manum dexteram suam super caput Ephræm; ζ graue ei visum est: & apprehendit Ioseph manũ patris sui, auferẽdo eam a capite Ephræm super caput Manasse. Dixit autem Ioseph patri suo: Non ita pater: hic enim est primitiuus: impone dexteram tuam super caput eius. Et noluit, sed dixit: Scio fili, scio. Et hic erit in populum, & hic exaltabitur. Sed frater eius iunior maior ipso erit. Et semen eius erit in η multitudinem gentium. Et benedixit eos in die illa, dicens: in vobis benedicetur Israel, dicentes: faciat te Deus sicut Ephræm, & sicut Manasse. Et posuit Ephræm ante Manasse. Dixit autẽ Israel ad Ioseph: Ecce ego morior: & erit Deus vobiscum: & reducet vos in terram patrum vestrorum. Ego autem do tibi θ Sicimam præcipuam super fratres tuos; quam cepi de manu Amorrhæorum in gladio meo, & arcu.

α Turbatur.] *S. Aug. in locut. probat hanc interpretationem verbi, ἐνοχλεῖται, licet alij verterint*, vexatur, *alij*, æstuatur. *S. Hier. in tradit.* ægrotat. β Erunt in nomine.] *In aliquot codicibus, & apud S. Chrys. hom. 66. legitur, σοὶ ἔσονται· ἐπὶ τῷ ὀνόματι, &c. S. Hier.* Quos autem generaueris post hæc, tui erunt: in nomine fratrum suorum vocabuntur. *S. Aug. q.* 164. Natos autem si genueris postea; tibi erunt: in nomine fratrum suorum appellabuntur in sortibus eorum. γ Hippodromum Chabathra.] *de hoc loco dictum est supra in cap.* 35. δ Qui tibi hi.] *In Compl. & apud S. Chrys.* τίνες οὗτοι, qui sunt hi? ε Qui eruit me.] *Schol.* ὁ ἀγχιστεὺς, redemptor, vltor. ζ Graue ei.] *Symm.* ἀηδὲς αὐτῷ, iniucundum ei. *Aquila*, ἐκακώθη, afflictus est. η In multitudinem.] *S. Amb. in lib. de benedict. Patriach. c.* 1. multitudo gentium. θ Sicimam.] *S. Hier.* Sicima iuxta græcam, & latinam consuetudinem declinata est: alioquin hebraice Sichem dicitur: vt Ioannes quoque Euangelista testatur: Licet vitiose, vt Sichar legatur, error inoleuerit: & est nunc Neapolis vrbs Samaritanorum. Quia igitur Sichem lingua hebræa transfertur in humerum; pulchre allusit ad nomen, dicens: & ego dabo tibi humerum vnum. Pro præcipuo enim (id est, ἐξαίρετον) vnum scribitur in hebræo.

CAP. XLIX.

VOcauit autem Iacob filios suos, & dixit eis: Congregamini, vt annunciem vobis; quid occurret vobis in extremis diebus: congregamini, & audite me filij Iacob: audite Israel: audite patrem vestrum. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium filiorum meorum, durus ad ferendum, & α durus peruicax: fecisti contumeliam, sicut aqua, non efferuescas: Ascendisti enim super cubile patris tui: tunc violasti stratum quo ascendisti. Symeon, & Leui fratres cõsummauerunt iniquitatem β propositi sui: in consilium eorũ non veniat anima mea: & in congregatione eorũ non γ contendãt viscera mea: quia in furore suo interfecerunt homines: & in cupiditate sua δ subneruauerunt

A uerunt taurum. Maledictus furor eorum; quia peruicax: & ira eorum; quia indurata est. Diuidam eos in Iacob; & dispergã eos in Israel. Iuda, te [ε] laudẽt fratres tui: manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum: adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda: ex germine fili mi ascendisti: recumbens dormisti, vt leo, & quasi catulus leonis. Quis suscitabit eum? Non deficiet [ζ] princeps ex Iuda, & dux de femoribus tuis; donec veniant, [η] quæ reposita sunt ei. Et ipse est expectatio gentium: alligans ad vitem pullum suum, & [θ] ad helicem pullum asinæ suæ: lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ amictum suum. Gratifici oculi eius [κ] super vinum, & candidi dentes eius, quam lac. Zabulon iuxta mare B habitabit, & ipse secus accessum nauium: & pertendet vsq. ad Sidonem. Issacar bonum desiderauit: requiescens inter medios cleros: & vidẽs requiem, quia bona est, & terram, quia pinguis, supposuit humerum suum ad laborandum, & factus est vir [λ] agricola. Dan iudicabit populum suum, tamquam & vna tribus in Israel. Et fiat [μ] Dan serpens in via, sedens in semita, mordens calcaneum equi: & cadet eques retrorsum salutem expectans Domini. Gad, [ν] tentatio tentabit eum: & ipse tentabit eum secus pedes. Aser, pinguis eius panis: & ipse dabit [ξ] delicias principibus. Nephtali [ο] virgultum resolutum, dans in germine pulchritudinem. Filius auctus Ioseph, filius auctus meus zelatus, filius meus C adolescentior ad me reuertere, in quem consilia conferentes, [π] maledicebant, & intendebant in eum domini sagittationum: & contriti sunt cum potentia arcus eorum: & dissoluti sunt nerui brachiorum manus eorum per manum potentis Iacob. Inde qui [ρ] confortauit Israel a Deo patris tui: & adiuuit te Deus meus & benedixit te benedictione cæli desuper, & benedictione terræ habentis omnia, propter benedictionem vberũ, & vuluæ, [σ] benedictionem patris tui, & matris tuæ: præualuit super benedictiones montium stabilium, & in benedictionibus collium æternorum: erunt super caput Ioseph, & super caput fratrum, quorum dux fuit. Beniamin lupus rapax: mane comedet, [τ] adhuc, & ad vesperam dat D [υ] escam. Omnes hi filij Iacob duodecim. Et locutus est eis pater eorum: & benedixit eos: vnumquemq. secundum benedictionem eius benedixit eos. Et dixit eis: Ego apponor ad populum meum. Sepelite me cum patribus meis in spelunca, quæ est in agro Ephron Chettæi, in spelunca duplici, quæ est cõtra Mambre in terra Chanaan: quam acquisiuit Abraham speluncam ab Ephron Chettæo in possessionem monumenti. Ibi sepelierunt Abraham, & Sarram vxorem eius: ibi sepelierunt Isaac, & Rebeccam vxorem eius: ibi sepelierunt Liam, in acquisitione agri, & speluncæ quæ est in eo, a filijs Chet. Et cessauit Iacob præcipiens filijs suis: & sustollens pedes suos super lectum, defecit, & appositus est ad po- E pulum suum.

α Durus ad ferendum.] *S. Hier. hunc locum ex lxx. ita refert.* Durus ad ferendum, & durus procacitate iniuria, sicut aqua, nõ ebullias. Ascendisti enim super lectulum patris tui, & tunc violasti stratum meũ, cum ascendisti. *S. Ambr. in lib. de benedict. cap. 2.* durus portari, durus, & temerarius affecisti me contumelia: sicut aqua non efferueas. ***Diodorus.*** Syrus habet, ῥουβὴν πρωτότοκός μου, ἡ δύναμίς μου, καὶ ἀρχὴ τῆς ἰσχύος μου. ἐπλανήθης, ὡς ὕδωρ, μὴ περιμείνης, αὐτὶ τοῦ μὴ ζήσῃς. Ruben primogenitus meus, virtus mea, & principium fortitudinis meæ: vagatus es, sicut aqua: ne permaneas, pro, ne viuas. *Aquila*, σὺ ἰσχύς μου, καὶ κεφάλαιον λύπης μου, περισσὸς ἄρσει καὶ περισσὸς κράτει: ἐθάμβωσας ὡς ὕδωρ, μὴ περισσεύσῃς. Tu fortitudo mea, & caput doloris mei, abundans elatione, & abundans potentia: turbasti, vt aqua: ne excellas. *Symm.* ῥουβὴν πρωτότοκός μου, καὶ ἀρχὴ ὀδύνης περισσὰ λαβεῖν, καὶ ἐκ περισσοῦ ὑπερζέσας ὡς ὕδωρ, οὐκ ἔσῃ περισσότερος. Ruben primogenitus meus, & principium doloris, ad capiendum excellentia: & prȩter modum efferbuisti vt aqua: non eris excellentior. *S. Hier. ex hebræo,*

breo, licet non eodem modo sit in vulgata, fortitudo mea, & capitulum in liberis meis: maior ad portandum, & maior robore: effusus es, sicut aqua: ne adijcias. Ascendisti enim cubile patris tui, & contaminasti stratum in ascensu. *Theodoretus quæstione vltima interpretatur illud,* ὡσεὶ ὕδωρ μὴ ἐκζέσῃς, *pro,* μὴ θερμανθῇς εἰς πολυγονίαν, non calefias ad multos procreandos. β Propositi sui.] ἐξαιρέσεως αὐτῶν. *Interp. Orig.* voluntatis suæ. *S. Hier.* adinuentionis suæ. *S. Chrysost. homil. 67. videtur habuisse,* ἐξ αἱρέσεως αὐτῶν, ex electione sua. γ Non contendāt.] *Ita S. Amb. cap. 3. quod græce est,* μὴ ἐρίσαι τὰ ἥπατά μου. *Et S. Hier. ex lxx.* non æmuletur iecur meum. *In alijs libris græcis, & apud S. Chrysost. est,* μὴ ἐρείσαι. *& Tertullianus aduersus Iudæos,* non incubuerint viscera mea. *Interp. Origen.* non innitantur viscera mea. δ Subneruauerunt.] *Schol.* ἐξερρίζωσαν τεῖχος, *& S. Hier. ex hebræo,* suffoderunt murum. ε Laudent.] αἰνέσαισαν. *Ita Theodoretus in codice manuscr. Interp. Origen.* collaudant, *& paulo post,* adorent. *In alijs codicibus græcis, & apud Chrysost. est,* αἰνέσουσι. *Et S. Cyprianus lib. 1. aduersus Iudæos S. Hier. in tradit. S. Ambr. cap. 4. S. Augu. 16. de ciuit. cap. 41.* laudabunt. ζ Princeps.] *Schol.* Aquila, σκῆπτρον, sceptrum: sceptrum autem nominatur ipsa tribus. η Quæ reposita.] *Ita S. Aug. lib. xij. contra Faustum cap. 42. & lib. 16. de ciuit. cap. 41. & S. Cyprianus loco indicato,* quoadusque veniant deposita illi, *quod græce est,* ἕως ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. *quam lectionem habent. S. Chrys. Cyrillus in Glaphyris, Clemens Alexandrinus, & Eusebius Cæsariensis. In alijs codicibus est,* ᾧ ἀπόκειται, *quam lectionem sequuntur S. Ignatius, S. Irenæus, Tertullianus de Trinitate. S. Ambrosius. S. Leo Papa: & S. Hier. explicans prophetiam de Dan, ita inquit,* vt veniat, cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. *Iustinus martyr, & interpres Origenis vtramque lectionem agnoscunt. In codicibus Theodoreti manuscriptis in eadem vltima quæstione bis est,* ὁ, *al.* ᾧ ἀπόκειται, qui reseruatur, *aut,* quod reseruatur. θ Ad helicem.] *Ita S. Cyprianus loco indicato, græce est,* τῇ ἕλικι, *& apud S. Ambrosium, & S. Aug.* cilicio, *vel,* cilicium. *Interp. Orig.* ad palmitem. *S. Hier.* funiculo. ι Gratifici.] *Sic voluit Intep. Orig. vertere dictionem græcam,* χαροποιοὶ, *quam lectionem habent vetusti codices, & Cyrillus in Glaphyris, & Diodorus Tarsensis, & Theodoretus; qui hinc putant significari lætitiam orbi terrarum ex salutari illa passione prouenturam: quare verti posset* lætifici. *In alijs libris est,* χαροποί. *& Schol.* θερμοὶ, διάπυροι, φοβεροὶ, ardentes, ignei, terribiles. *In latinis libris varie legitur. Irenæus,* lætificabuntur oculi eius. *S. Ambr.* hilares. *S. Cyprianus,* formosi, *aut, vt est in manuscriptis codicibus,* formidolosi. *S. Hier. in c. 55. Esa.* gratiosi. *S. Aug. contra Faustum,* fulgentes, *16. de ciuit.* fului. κ Super vinum.] *In multis libris græcis est,* ἀπὸ οἴνου. *& apud latinos ferè,* à vino. *S. Ambr. absolute,* hilares oculi eius vino. λ Vir agricola.] *Schol.* ἄνθρωπος εἰς φόρον δουλεύων, homo in tributum seruiens, *quemadmodum etiam vertit S. Hier. ex hebræo. Aquila, & Symm.* καὶ ἔσται γεωργὸς ὑπηρετεῖν, & est agricola ad subministrandum. μ Fiat Dan.] *In aliquo codice est,* ἐγενήθη τῷ Δὰν, factus est ipsi Dan. *S. Ambr. cap. 7.* & factus est Dan ipse serpens. ν Tentatio.] *Sic S. Amb. cap. 8. quod græce est,* πειρατήριον. *& potest etiam significare globum, atque incursionem Piratarum, vt in Iob notabitur. Aquila,* εὔζωνος, accinctus, *siue,* expeditus: *vtroque enim modo interpretatur S. Hier. & bene putat ista dictione hebræam reddi. Symm.* λόχος, agmen insidiatorum. ξ Delicias.] *Sic etiā est in vulgata latina, quod græce* τρυφήν. *In alijs libris, & apud S. Chrys. est* τροφὴν, *& S. Ambr. cap. 9.* dabit escam. ο Virgultum resolutum.] *Sic interpretatur. S. Hier.* στέλεχος ἀνειμένον. *S. Ambr. cap. 10. habet,* vitis remissa, porrigens in germine decorem. π Maledicebant.] *S. Ambr. cap. 11.* maledicebant, & intendebant in eum domini arcum, *nisi legendum sit,* arcuum. *Schol.* Samariticum, καὶ ἐμίσησαν αὐτὸν κάτοχοι μερίδων: καὶ διέμεινεν ἐν βάθει τόξευμα αὐτοῦ, & oderunt eum tenaces factionum: & mansit in profundo arcus eius. ρ Qui confortauit.] ἐκεῖθεν ὁ κατισχύσας Ἰσραὴλ, παρὰ θεοῦ τοῦ πατρός σου. *S. Aug. in locut.* Inde, qui confortauit Israel, mirum, si non subauditur, est, vt plenum sit, inde est, qui confortauit Israel. *S. Ambr. cap. 11.* Ille, qui præualuit à Deo Israel patri tuo, & adiuuit te Deus meus. Quis est, qui confortauit Israel, & adiuuit filium; nisi solus Deus pater, &c. *Secundo autem off. cap. 16. sic per compendium refert hanc benedictionem,* Filius ampliatus meus Ioseph, filius meus ampliatus, Zelotes filius meus, filius meus adolescentior: adiuuet te Deus meus; & benedicat te benedictione cæli à summo, benedictione terræ habentis omnia: propter benedictiones patris tui, & matris tuæ: præualuit super benedictiones montium manentium, & desideria collium æternorum. *Apud Theodoretum legitur,* ὁ κατισχύσας σε, qui confortauit te. *S. Hier. in tradit. ex hebræo vertit,* inde pascetur lapis Israel à Deo patris tui. σ Benedictionem.] *S. Ambr. eodem cap. 11.* Benedictiones patris tui, & matris præualuit. Benedictiones montium manentium, & desideria collium æternorum erunt super caput Ioseph. *In aliquo codice est, & fortasse apud Chrysost.* θινῶν αἰωνίων, αἳ ἔσονται ἐπὶ κεφαλῆς Ἰωσὴφ, collium æternorum, quæ erunt super caput Ioseph. *Apud Theodoretum (nec multo aliter apud S. Chrys.)* ὑπερίσχυσας ὑπὲρ εὐλογίαν (al. εὐλογίας) ὀρέων μονίμων, καὶ ἐπιθυμίας θινῶν αἰωνίων. ἔσονται, &c. Præualuisti super benedictionem montium stabilium, & desideria aceruorum æternorum: Erunt, &c. *Addit autem Theodoretus Aquilam,* τὰς θῖνας *esse interpretatum* βουνοὺς, colles. *S. Hier. in 47. Exechielis dicit significare cumulos arenarum.* τ Adhuc.] *illud* ἔτι *abest à Chrys. & Theodoreto, sed non à S. Hie. in tradit.* υ Dat escam.] δίδωσι τροφὴν. *Apud eosdem legitur, sicut etiam in Complutensi,* διαδώσει, distribuet. *S. Hier.* dabit escam. *S. Ambr. cap. 12.* & ad vesperam diuidet escam principibus. *Aquila,* διαμερεῖ λάφυρα, *Symm.* μερίει σκῦλα, diuidet spolia. *Aliud Schol.* Syrus, ἑσπέρας ἁρπάσεται καὶ τὸ πρωϊνὸν μερίει σκῦλα, vespere rapiet & mane diuidet spolia. *Attamen S. Hier. ex hebræo,* In matutino comedet prædam, & ad vesperam diuidet spolia.

CAP.

A

CAP. L.

ET procidēs Ioſeph ſuper faciem patris ſui, fleuit eum, & oſculatus eſt eum. Et præcepit Ioſeph ſeruis ſuis [a] ſepultoribus, vt ſepelirent patrem eius. Et ſepelierunt ſepultores ipſum Iſrael: & impleuerunt eius quadraginta dies. Sic enim enumerantur dies ſepulturæ. Et luxit eum Ægyptus ſeptuaginta dies. Poſtquam vero præterierunt dies luctus; locutus eſt Ioſeph ad potentes Pharaonis, dicēs: Si inueni gratiam coram vobis, loquimini pro [b] me in

B aures Pharaonis, dicentes: Pater meus adiurauit me, dicens: in monumēto quod mihi effodi in terra Chanaan, ibi me ſepelies. Nunc igitur aſcendens ſepeliam patrem meum, & reuertar. Et dixit Pharao Ioſeph. Aſcende, ſepeli patrem tuū, ſicut adiurauit te. Et aſcēdit Ioſeph ad ſepeliendum patrem ſuum: & ſimul aſcenderunt cum eo omnes pueri Pharaonis, & ſeniores domus eius, & omnes ſeniores terræ Ægypti, & omnis domus Ioſeph, & fratres eius, & omnis domus paterna eius, & [c] cognatio eius: & oues & boues reliquerunt in terra Geſem. Et ſimul aſcenderunt cum eo & currus & equites: & facta ſunt caſtra magna valde. Et aduenerunt ad aream Arad, quæ eſt trans Iordanem: & planxerunt eum plan

C ctum magnum, & validum vehementer. Et fecit luctum patri ſuo ſeptem dies. Et viderunt habitatores terræ Chanaan luctum illum in area Arad, & dixerunt: Luctus magnus hic eſt Ægyptijs. Propter hoc vocauit nomen eius, luctus Ægypti, qui eſt trans Iordanem. Et fecerunt ei ſic filij eius, & retulerunt eum filij eius in terrā Chanaan, & ſepelierunt eum in ſpelunca duplici, quam acquiſiuit Abraham ſpeluncam in poſſeſſione monumenti ab Ephron Chettæo e regione Mambre. Et reuertit Ioſeph in Ægyptum, ipſe & fratres eius, & qui ſimul aſcenderant ad ſepeliendum patrem eius. Videntes autem fratres Ioſeph, quia mortuus eſt pater eorum, dixerunt: Ne forte memor iniuriæ ſit nobis Ioſeph, & redditione

D reddat nobis omnia mala, quæ [d] oſtēdimus in eum. Et accedentes ad Ioſeph, dixerūt: Pater tuus adiurauit, priuſquam ipſe moreretur, dicēs: Sic dicite Ioſeph: dimitte eis iniuſtitiam & peccatum eorum, quoniam mala tibi oſtenderunt. Et nunc [e] accipe iniquitatem ſeruorum Dei patris tui. Et fleuit Ioſeph loquentibus illis ad eum: Et venientes ad eum dixerunt: Nos autem ſumus tibi famuli. Et dixit eis Ioſeph: Ne timeatis: Dei [f] enim ſum ego. Vos cogitaſtis contra me in mala: Deus autē cogitauit de me in bona: vt fieret vtique, ſicut eſt hodie, & nutriretur populus multus. Et dixit eis Ioſeph: Ne timeatis: ego enutriā vos, & domos veſtras: & conſolatus eſt eos: & locutus eſt ad cor eorum. Et habitauit Ioſeph in

E Ægypto ipſe & fratres eius, & tota omnino domus patris eius. Et vixit Ioſeph annos centum decem. Et vidit Ioſeph Ephræm filios vſque ad tertiam generationem. Et filij Machir filij Manaſſe nati ſunt ſuper femora Ioſeph. Et ait Ioſeph fratribus ſuis, dicens: Ego morior. Viſitatione autem viſitabit vos Deus: & reducet vos de terra hac in terrā, quam iurauit Deus patribus noſtris, Abraham, Iſaac, & Iacob. Et adiurauit Ioſeph filios Iſrael, dicens: In viſitatione, qua viſitabit vos Deus, & ſimul efferetis oſſa mea hinc vobiſcum. Et mortuus eſt Ioſeph annorum centum decem: & ſepelierunt eum, & poſuerunt in vrna in arca in Ægypto.

α Sepultoribus.] *S. Aug. in locut.* Non inuenit lingua latina, quemadmodum appellaret ἐνταφιαστάς. Non enim ipsi sepeliunt, id est, terræ mandant corpora mortuorum, quod non est græce, ἐνταφιάσαι, sed θάψαι. Illi ergo ἐνταφιασταὶ id agunt, quod exhibetur corporibus humandis, vel condiendo, vel siccando, vel inuoluendo, & alligando: in quo opere maxime Ægyptiorum cura præcellit. Quod ergo dicit etiam, sepelierunt, curauerunt, intelligere debemus. β Pro me.] ***Hæc non referuntur à S. Aug. in locut. & multi etiam græci codices non habent*** περὶ ἐμοῦ, ***quemadmodum neque vulgata.*** γ Et cognatio eius.] ***In alijs græcis codicibus legitur,*** καὶ τὴν συγγένειαν, & cognationem. ***Pro quo in hebræo est,*** tantũ paruulos suos. δ Ostendimus in eum.] *In alijs codicibus græcis est,* ἃ ἐνεδειξάμεθα αὐτῷ. *& S. Aug. in locut.* quæ ostendimus ei. Ex hac locutione ait & Apostolus, Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. ostendimus enim dictum est, vel, ostendit, pro eo, quod est, fecimus, vel, fecit. ε Accipe.] *S. Aug. in locut.* Puto inde esse dictũ, accipe, ac si diceretur, æquo animo accipe, hoc est, noli indigne ferre. ζ Dei enim sum ego.] ***Aquila,*** ὅτι μὴ ἀντὶ θεοῦ ἐγώ; *al.* ὅτι μὴ θεὸς ἐγώ; quoniam numquid pro Deo ego? *al.* quoniã numquid Deus ego? ***Symm.*** μὴ γὰρ ἀντὶ θεοῦ ἐγώ; *al.* εἰμι ἐγώ; numquid enim pro Deo ego? *al.* sum ego? ***Samariticus autem,*** μὴ φοβεῖσθε, καὶ γὰρ φοβούμενος θεόν εἰμι ἐγώ. Ne timeatis: etenim timens Deum sum ego.

A

EXODVS.

B

CAP. PRIMVM.

HÆc sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum vna cum Iacob patre suo; vnusquisque cum vniuersa domo sua intrauerunt. Ruben, Symeon, Leui, Iudas, Issachar, Zabulon, Beniamin, Dan, & Nephtali, Gad, & Aser. Ioseph autem erat in Ægypto. Erant autẽ omnes [a] animæ de Iacob, septuaginta quinque. Mortuus est autem Ioseph, & omnes fratres

C

eius, & omnis generatio illa. Filij autem Israel creuerunt, & multiplicati sunt, & [b] effusi facti sunt, & inualescebant valde valde: multiplicabat autem illos terra. Surrexit autem rex [y] alius in Ægypto, qui nesciebat Ioseph: & dixit genti suæ: Ecce genus filiorum Israel, grandis multitudo est: & valet super nos. Venite itaque, circumscribamus illos, ne forte increscant: & cum acciderit nobis bellũ, adijciantur & isti ad aduersarios: & expugnantes nos exibũt de terra. Et præfecit eis [d] præfectos operum, vt affligerent eos in operibus. Et ædificauerunt ciuitates munitas Pharaoni, Pitho, & Ramesse, & On, quæ est Heliopolis. Quanto

D

autẽ eos humiliabant; tanto plures fiebant, & inualescebant valde valde. Et [e] abhorrebant Ægyptij a filijs Israel: & opprimebant Ægyptij filios Israel violentia: & amaram faciebant eorum vitam in operibus duris, luto, & opere lateritio, & omnibus operibus, quæ in campis, secundum omnia opera, quibus seruiliter premebant eos cum violentia. Et dixit rex Ægyptiorum obstetricibus Hebræorum: quarum vni nomen erat Sephora, & nomen secundæ Phua. Et ait: Cum obstricabitis Hebræas, & prope partum erunt; siquidem masculus fuerit, occidite eum: sin autem femina, reseruate eam. Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt, sicut præceperat illis rex Ægypti: & viuificabant mascu-

E

los. Vocauit autem rex Ægypti obstetrices, & dixit eis: Quid, quod fecistis rem hanc, & viuificastis masculos? Dixerunt autem obstetrices Pharaoni: Non, sicut mulieres Aegypti, sunt Hebrææ. [f] Pariunt enim, priusquam ingrediantur ad eas obstetrices, & pepererunt. Bene faciebat autem Deus obstetricibus. Et crescebat populus, & inualescebat valde. Quoniam autem timebant obstetrices Deum, [g] fecerunt sibi domos. Præcepit autem Pharao omni populo suo, dicens: Omne masculinum, quodcumque natum fuerit Hebræis, in flumen proijcite: & omne femininum viuificate illud.

[a] Animæ

α Animæ de Iacob.] *Ita Interpres Origenis homilia 1. in Exodum.* In *Complutensi est,* ψυχαὶ αἱ ἐξελθοῦσαι ἐξ ἰακώβ, animæ egressæ ex Iacob. β Effusi facti sunt.] χυδαῖοι ἐγένοντο. *Inter. Origenis,* & in multitudine magna diffusi sunt. χυδαῖον *sæpe significat vulgare, & ex copia vile. Quare admonet Theodoretus q. 1. non esse hoc loco accipiendum quasi per contumeliam dictum, quemadmodum nonnulli acceperint, sed tantum numerosam multitudinem significare. Ita enim creuerunt, inquit, vt per vniuersam illam terram diffunderentur. Aquila,* ἐξήρπυσαν, *Symm.* ἐξῆρψαν, erepserunt. γ Alius.] *Aquila, & Theodotio,* καινός, nouus. δ Præfectos operum.] ἐπιστάτας τῶν ἔργων. *Interp. Origenis,* magistros operum. *Schol.* ἐργοδιώκτας, *qui instando, & vrgendo exigerent opus, vt infra cap. 3.* ε Abhorrebant.] ἐβδελύσσοντο οἱ αἰγύπτιοι ἀπὸ τῶν υἱῶν ἰσραήλ, *quod fortasse etiã posset verti*, abominationi habebantur Ægyptij à filijs Israel. *Aquila,* ἐσικχαίνοντο, execrabantur. *Schol.* Syrus, & hebræus: cruciabantur videntes illos augeri, & affligebant eos. ζ Pariunt enim.] *Symmac.* μαῖαι γάρ εἰσι, καὶ πρὶν εἰσελθεῖν τὰς μαίας, τίκτουσιν, obstetrices enim sunt: & priusquam ingrediantur obstetrices, pariunt. *Theodotio,* ὅτι ζωογονοῦσιν αὐταί, διότι πρὶν εἰσελθεῖν πρὸς αὐτάς, τίκτουσιν. quoniam ipsæmet viuificant, & incolume præstant: quare, priusquam ingrediamur ad eas, pariunt. η Fecerunt sibi domos.] *Schol.* pro eo, quod est, ἐξ αὐτῶν γένος ἐπλήθυνεν, ηὔξησεν ὁ θεὸς αὐταῖς τὸ γένος, ipsarum genus multiplicauit, auxit Deus ipsis genus.

A

B

CAP. II.

ERat autem quidam de tribu Leui, qui sumpsit de filiabus Leui. α Et in vtero accepit: & peperit masculum. Videntes autẽ eum β elegantem, occultauerunt eum tribus mensibus. Quoniam autem non poterant vlterius ipsum abscondere; sumpsit ei mater eius γ thibin: & liniuit eam bitumine cum pice: & iniecit infantem in eam: & posuit eam in palude secus flumen. Et obseruabat soror eius de longe, vt videret quid accideret ei. Descendit autem filia Pharaonis ad lauandum se, ad flumen: & ancillæ eius gradiebantur secus flumen. Et videns thibim in palude, mittens ancillam accepit eam. Aperiens autem vidit infantem flentem in thibi: & miserta est eius filia Pharaonis: & dixit: de infantibus Hebræorum hic est. Et dixit soror eius, filiæ Pharaonis: Vis vt vocem tibi mulierem, quæ nutriat, ex Hebræis, & lactabit tibi infantem? δ Illa autem dixit filia Pharaonis: Vade. Profecta autem puella vocauit matrem infantis. Dixit autem ad eam filia Pharaonis: conserua mihi hunc infantem, & lacta mihi illum. Ego autem dabo tibi mercedem. Sumpsit autem mulier infantem, & lactauit eum. Adulto autem puero, introduxit illum ad filiam Pharaonis. Et factus est ei in filium: cognominauit autem nomen eius Moysem dicens: de aqua eum assumpsi. Factum est autem in diebus illis multis, cum grandis esset factus Moyses, exijt ad fratres suos filios Israel. Considerans autem laborem eorum, videt hominem Aegyptium verberantem quendam Hebræum de fratribus suis filijs Israel. Circumspiciens autem huc, et illuc, neminem videt: et percutiens Aegyptium abscondit eum in arena. Exiens autem die secundo videt duos viros Hebræos rixãtes: et dixit ei, qui faciebat iniuriã: Quare tu verberas proximum? At ille dixit: Quis te constituit principem, et iudicem super nos? Nunquid tu vis me occidere, quemadmodum occidisti heri Aegyptium? Timuit autem Moyses, et dixit: si sic manifestum factum est verbum hoc. Audiuit autem Pharao verbum istud: et quærebat occidere Moysem. Recessit autem Moyses a facie Pharaonis: et habitauit in terra Madian. Veniens autem in terram Madian sedit super puteum. Sacerdoti autem Madian erant septem filiæ pascentes oues patris sui Iothor. Aduenientes autem hauriebant, donec impleuerant

C

D

E

uerant

A uerant canales ad potandas oues patris sui Iothor. Aduenientes autem pastores ε expellebant eas. Exurgens autem Moyses liberauit eas, & ζ hausit eis, & potauit oues earum. Aduenerunt autem ad η Raguel patrem suum. At ille dixit eis: cur festinatis aduenire hodie? Illæ vero dixerunt: Homo Aegyptius liberauit nos a pastoribus, & hausit nobis, & potauit oues nostras. At ille dixit filiabus suis. Et vbi est? & vt quid reliquistis hominem? Vocate igitur illum, vt comedat panem. Habitauit autem Moyses apud hominē: & tradidit Sepphoram filiam suam Moysi vxorem. In vtero autem concipiens mulier peperit filium. Et cognominauit Moyses nomen eius Gersam, dicens: quia incola ego sum in

B terra θ aliena. Post multos autem dies illos mortuus est rex Aegypti: & ingemuerunt filij Israel ab operibus, & exclamauerunt: & ascendit clamor eorum ad Deum ab operibus. Et exaudiuit Deus gemitum eorum: & recordatus est Deus testamenti sui ad Abraham, & Isaac, & Iacob. Et respexit Deus filios Israel: & innotuit illis.

α Leui.] *In aliquot codicibus sequitur*, καὶ ἔσχεν αὐτὴν, *& apud S. Aug. in locut. in Exodum*, & habuit eam, & concepit. β Elegantem.] *Ita Interp. Origenis, quod græce est*, ἀστεῖον. *Aquila*, ἀγαθὸν, bonum, *Symm.* καλὸν, pulchrum. γ Thibin.] θῖβιν. *Alius codex, & Cyrillus in Glaphyris habent*, θίβην, theben. *In alijs*

C est, θίβην, thiben. *S. Aug. in locut.* Quid sit thibin, ideo difficile est nosse; quia nec græcus interpres ex hebræo, nec latinus ex græco vertit hoc nomen, sed transtulit vt inuenit. *Int. Origenis.* Tibis genus est regminis ex virgis, aut ex papyro contextum, vel etiam ex arborum cortice formatum. *Schol.* θῖβη, est arca ex papyro, vel hydria, vel latum vas, quam nonnulli vocant σιπύην. *In aliqua editione est*, θίβην παπύρου. *In Complutensi vero*, θήκην, thecam. δ Illa autem dixit.] *In alijs codicibus est*, καὶ εἶπεν αὐτῇ, & dixit ei. ε Expellebant.] ἐξέβαλλον. *Alij libri*, ἐξέβαλον, *& S. Aug. & vulgata*, eiecerunt. ζ Et hausit eis.] *Hæc absunt a Complutensi, vt etiam à vulgata.* η Raguel.] *Schol.* Iothor. θ Aliena.] *In alijs codicibus hæc sequuntur, quorum magna etiam pars habetur in Complutensi*, ἔτι δὲ συλλαβοῦσα ἔτεκεν υἱὸν δεύτερον, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐλιέζερ, λέγων, ὁ γὰρ θεὸς τοῦ πατρός μου βοηθός μου, καὶ ἐρρύσατό με ἐκ χειρὸς φαραώ. *Pro quibus est in vulgata*, Alterum vero peperit, quem vocauit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei, adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis. *Quæ tamen non habentur in hebræo, neque in paraphrasi Chaldaica: sed prope eadem afferuntur infra cap. 18. inde S. Stephanus Act. 7. potuit sumere Moysem in terra Madian genuisse duos filios.*

D

CAP. III.

ET Moyses erat pascens oues Iothor α soceri sui sacerdotis Madian: & duxit oues in desertum: & venit in β montem Choreb. Apparuit autem ei angelus Domini in γ igne flammæ ex rubo: & videt quia rubus δ vritur igni; rubus autem nō exurebatur. Dixit autem Moyses: Accedens videbo visionem hanc magnam, quia non exuritur rubus. Vt autem vidit Dominus, quia pergit videre; vocauit eum Dominus de rubo, dicēs: Moyses, Moyses. At ille dixit:

E Quid est? Ille vero dixit: Ne appropinques huc. ε Solue calceamentum de pedibus tuis: Locus enim, in quo tu stas, terra sancta est. Et dixit: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Auertit autem Moyses faciē suam: verebatur enim aspicere coram Deo. Dixit autem Dominus ad Moysem: Videns vidi afflictionem populi mei, qui est in Aegypto: & clamorem eorum audiui de exactoribus operum. Noui enim dolorem eorum, & descendi ad eximendos eos de manu Aegyptiorum, & educendos eos de terra illa, & inducendos eos in terram bonam & multam, in terram fluentem lac & mel, in locum Chananæorum, & Chettæorum, & Amorrhæorum, & Pherezæorum, & Gerge-

ſæorum, & Eufæorum, & Iebuſæorum. Et nunc ecce clamor filiorum Iſrael venit ad me: & ζ ego vidi tribulationẽ, qua Aegyptij tribulant eos. Et nunc veni: mittam te ad Pharaonem regem Aegypti: & educes populum meum, filios Iſrael de terra Aegypti. Et dixit Moyſes ad Deum: Quis ſum ego, quia ibo ad Pharaonem regem Aegypti, & quia educam filios Iſrael de terra Aegypti? Dixit autem Deus Moyſi, dicens: Quia ero tecum, & hoc tibi ſignum, quia ego te emittam: cum eduxeris tu populum meum de Ægypto; & coletis Deum in monte iſto. Et dixit Moyſes ad Deum: Ecce ego exibo ad filios Iſrael, & dicam ad eos: Deus patrum noſtrorum miſit me ad vos: η interrogabunt me, quod ei nomen? Quid dicam ad eos? Et dixit Deus ad Moyſem, dicens: Ego ſum, qui ſum. Et dixit: Sic dices filijs Iſrael: Qui eſt, miſit me ad vos. Et dixit Deus iterum ad Moyſem: Sic dices filij Iſrael: Dominus Deus patrum noſtrorum, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me ad vos. Hoc meum eſt nomen æternum, & memoriale generationum generationibus. Veniens igitur congrega θ ſenatum filiorum Iſrael: & dices ad eos: Dominus Deus patrum noſtrorum apparuit mihi, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, dicens: Viſitatione viſitaui vos, & quæcumque contigerunt vobis in Ægypto. Et dixit: Aſcendere vos faciam ex afflictione Ægyptiorum in terram Chananæorum, & Chettæorum, & Amorrhæorum, & Pherezæorum, & Gergeſæorum, & Euæorum, & Iebuſæorum, in terram fluentem lac & mel. Et exaudient vocem tuam: & ingredieris tu, & ſenatus Iſrael ad Pharaonem regem Ægypti: & dices ad eũ: ι Deus Hebræorum vocauit nos. Ibimus igitur viam trium dierum in deſertum, vt ſacrificemus Deo noſtro. Ego autem noui, quia non permittet vos Pharao rex Ægypti ire, niſi cum manu valida. Et extendens manum percutiam Aegyptios in omnibus mirabilibus meis, quæ faciam in eis: & poſt hæc dimittet vos. Et dabo gratiam populo huic coram Agyptijs: & cum egrediemini, non exibitis vacui: ſed poſcet mulier a vicina, & κ contubernali ſua, vaſa argentea, & aurea, & veſtem: & imponetis ſuper filios veſtros, & ſuper filias veſtras: & λ ſpoliate Aegyptios.

α Soceri.] γαμβροῦ. *Ita fere vetuſti codices, & Cyrillus Alexandrinus lib. 2. de adoratione in ſpiritu, & veritate. In alijs eſt* πενθεροῦ, *quod idem hoc loco valet.* β Montem.] *In quibuſdam codicibus eſt,* τὸ ὄρος τοῦ θεοῦ, montem Dei, *quemadmodum & in vulgata.* γ Igne flammæ.] *Sic Iuſtinus martyr aduerſus Triphonem, & Cyrillus lib. indicato. Et in ſecũda antiphona ex maioribus ante Natalem Domini,* Qui Moyſi in igne flammæ rubi apparuiſti. *Ita etiam Act. 7. in editione latina,* in igne flammæ rubi. *Sed & ibi codices græci, & multi hic & Theodoretus q. 5. habent,* ἐν φλογὶ πυρός. *Et S. Cyprianus lib. 2. aduerſus Iudæos,* in flamma ignis de rubo. *quo loco multa ex hoc capite refert S. Aug. q. 3.* in flãma ignis in rubo. *S. Ambr. lib. 1. de ſpirituſ. cap. 16.* vox facta eſt de flamma ignis, *& in libr. de fide contra Arianos cap. 8.* Moyſi in rubo in flamma ignis apparuit. δ Vritur.] *Ita S. Amb. vertit loco indicato de ſpiritus, quod græce eſt,* καίεται, *&* κατεκαίετο. *Cyprianus autem pro,* καίεται *habet,* ardere, *pro* κατακαίεται, *cremari. Aquila pro,* καίεται, *dixit,* ἀναπτόμενος, accenſus, *Symm.* φλεγόμενος, inflammatus. ε Solue.] λῦσαι. *Symm.* ὑπόλυσον, ſoluendo tolle. *Aquila,* ἔκσπασον, extrahe. ζ Et ego vidi.] *Non multo aliter Aquila,* καίγε ἑώρακα σὺν τὸν ἀποθλιμμὸν, ὃν οἱ αἰγύπτιοι θλίβουσιν αὐτούς. η Interrogabunt me.] *In alijs editionibus partim eſt,* καὶ ἐρωτήσουσί με, & interrogabunt me, *partim,* καὶ ἐὰν ἐρωτήσωσί με, &, ſi interrogauerint me. θ Senatum.] γερουσίαν. *Aquila,* τοὺς πρεσβύτας, ſenes. ι Deus.] *In alijs editionibus eſt,* κύριος ὁ θεὸς, Dominus Deus, *itemque paulo poſt,* ἵνα θύσωμεν κυρίῳ τῷ θεῷ ἡμῶν, vt ſacrificemus Domino Deo noſtro, *quemadmodum etiam vtrobiq. in vulgata latina.* κ Conturbernali σκηνῖτιδος. S. *Aug in locut.* & ab inquilina ſua. *Et addit hæc.* Græcus habet, à cohabitatrice ſua, hoc eſt συνοίκου, quod latini aliqui interpretati ſunt, à concellaria ſua. *quæſt. autem* 39. & mulier à vicina ſua, & concellaria, vel concellanea, ſi ita dicendum eſt, vel cohabitatrice ſua, λ Spoliate.] σκυλεύσατε. *Ita vetuſti codices. In alijs eſt,* σκυλεύσετε, conuaſabitis. *In Complutenſi,* ἐπισκυλεύσατε, conuaſate. *Schol.* Alius inquit, καὶ συνεπάγετε αὐτοῖς τὴν ἐν τοῖς σκεύεσιν αὐτῶν δύναμιν, & colligite vobis ipſis opes, quæ ſunt in vaſis eorum.

CAP

CAP. IV.

A Respondit autem Moyses, & dixit: Si non crediderint mihi, neq. exaudierint vocem meam (dicent enim, quia non apparuit tibi Deus;) quid dicã ad eos? Dixit autem ei Dominus: Quid hoc est, quod in manu tua? At ille dixit: Virga. Et dixit: Proijce illam in terram. Et proiecit eam in terrã: & facta est serpens: & fugit Moyses ab eo. Et dixit Dominus ad Moysem: Extende manum, & apprehende caudam. Extendens igitur manum apprehendit caudam: & facta est virga in manu eius: Vt [a] credant tibi, quia apparuit tibi Deus patrum eorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Dixit B autem ei Dominus iterum: Infer manum tuam in sinum tuum. Et intulit manum suam in sinum suum: & facta est [β] manus eius, tanquam nix. Et dixit iterum: Infer manum tuam in sinum tuum. Et intulit manum suam in sinum suum, & eduxit eam ex sinu suo: & rursus restituta est in colorem carnis suæ. Sin autem non crediderint tibi, neque exaudient vocem signi primi; credent tibi voce signi [γ] secundi. Et erit, si non crediderint tibi duobus his signis, neque exaudierint vocem tuam; sumes de aqua fluminis: & effundes in aridum: & erit aqua, quam sumpseris de flumine, sanguis super aridum. Dixit autem Moyses ad Dominum. Precor Domine: non sum [δ] idoneus ante hesternam, neque C ante nudiustertianã diem, neque ex quo cœpisti loqui famulo tuo: gracili voce & tarda linguæ ego sum. Dixit autem Dominus ad Moysem: Quis dedit os homini? Et quis fecit [ε] mutum & surdum, videntem & cæcum? nonne ego Deus? Et nunc vade, & ego aperiam os tuũ: & [ζ] instruam te, [η] quod locuturus es. Et dixit Moyses: Precor Domine: Elige alium qui possit, quem mittes. Et iratus iracundia Dominus in Moysem, dixit: Nonne ecce Aaron frater tuus Leuites? Scio quia [θ] loquens loquetur ipse tibi. Et ecce ipse egredietur in occursum tibi: & videns te lætabitur in seipso: & dices ad eum, & dabis verba mea in os eius: & ego aperiam os tuum, & os eius: & instruam vos, quæ facietis. Et ipse loquetur tibi D ad populum: & ipse erit os tuum: tu autem illi eris in ijs, quæ ad Deum. Et virgam istam versam in serpentẽ sumes in manum tuã: in qua facies in ea signa. Iuit autem Moyses, & redijt ad Iothor socerum suum, & ait: Vadam, & reuertar ad fratres meos, qui sunt in Ægypto, & videbo si adhuc viuant. Et dixit Iothor Moysi: Vade sanus. Post dies autem multos illos mortuus est rex Ægypti. Dixit autẽ Dominus ad Moysem in Madian. Vade, perge in Ægyptum: defuncti sunt enim omnes, qui quærebant animam tuam. Assumens autẽ Moyses vxorem, & paruulos, imposuit eos super subiugalia, & redijt in Ægyptum. Sumpsit autem Moyses virgam, quam a Deo in manu sua. Dixit autem Dominus ad Moysem: E Eunte te & reuertente in Ægyptum, vide, omnia portenta, quæ dedi in manibus tuis, facies ea coram Pharaone. Ego autem [ι] indurabo cor illius, & non dimittet populum. Tu autem dices Pharaoni: Hæc dicit Dominus: Filius meus primogenitus Israel. Dixi autem tibi: dimitte populum meum, vt mihi seruiat. Siquidem igitur [κ] nolis dimittere eos; vide igitur, ego interficiam filium tuum primogenitum. Et factum est in via in [λ] diuersorio, obuiauit ei [μ] angelus Domini: & quærebat eum occidere. Et assumpto Sepphora [ν] calculo circumcidit præputium filij sui: & [ξ] procidit ad pedes eius, & dixit: Stetit sanguis circumcisionis infantis mei: Et [ο] recessit ab eo, propterea quod dixit: stetit sanguis circunci-

cuncisionis infantis mei. Dixit autem Dominus ad Aaron: Perge in occursum Moysi in desertum. Et perrexit, & occurrit ei in monte Dei: & osculati sunt se inuicem: Et annunciauit Moyses ipsi Aaron omnes sermones Domini, quos misit, & omnia π verba, quæ mandauit ei. Iuit autem Moyses, & Aaron, & congregauerunt seniores filiorum Israel. Et locutus est Aaron omnia verba ista, quæ locutus est Deus ad Moysem. Et fecit signa coram populo. Et credidit populus, & gauisus est: quia visitauit Deus filios Israel, & quia vidit eorum tribulationem. Inclinatus autem populus adorauit.

α Vt credant tibi.] *Teste S. Aug. in locut. latini codices habebant*, & dixit illi: vt credant tibi. *Sed idem notat græcum non habere*, & dixit illi, *certamque esse elocutionis formam.* β Manus eius.] *In multis codicibus, & apud Theodoretum q. 10. sequitur*, λεπρῶσα, leprosa. *Sed non apud Philonem lib. 1. de vita Moysis, & S. Aug. in locut.* Quod latinus habet, & facta est manus eius leprosa, tanquam nix, Græcus non habet leprosa, sed tantum, facta est, tanquam nix. γ Secundi.] *Aquila*, τοῦ ἐσχάτου, nouissimi. *Symm.* τοῦ ἑπομένου, insequentis. δ Idoneus.] ἱκανός. *In alijs vetustis libris est* εὔλογος, eloquens, *qua dictionē vtitur etiam Philo hunc locum tractans in libro, quòd deterius meliori insidiatur. S. August. q. 7.* non sum eloquens. *Apud S. Ambr. lib. 2. de Abraham cap. 10. totus hic locus sic habet*, Precor Domine: non sum dignus ante hesternam, & nudiustertianam diem, neque ex quo cœpisti loqui seruo tuo: gracili enim collocutione, & tardiore lingua ego sum: *vt videatur etiam ipse habuisse*, ἱκανός. *Aquila*, οὐκ ἀνὴρ ῥημάτων, non vir verborum. *Symmac.* οὐκ εὔλαλος, non disertus, non bene loquens. *Hanc dictionem habet Complutensis.* ε Mutum.] δύσκωφον, καὶ κωφόν, *Aquila, Symm. Theodotio pro* δύσκωφον, *dixerunt*, μογιλάλον, balbum, hæsitantis linguæ. *S. Aug. quæst.* 8. Quis fecit mutum, & audientem. *S. Cyprianus de exhortatione martyrum cap. x.* & quis fecit mutum, & quis surdum? ζ Et instruam.] συμβιβάσω. *Aquila*, φωτίσω, illuminabo. *Symm.* ὑποδείξω, commonstrabo, ac subijciam. η Quod locuturus es.] ὃ μέλλεις λαλῆσαι. *S. Cyprianus ibidem*, quid loquaris. *S. Ambr. loco indicato*, quod debeas loqui. *In aliquot codicibus est*, ἃ μέλλεις. *& S. Aug. q. 9.* quæ locuturus es, *& Interpres Origenis*, quæ oporteat te loqui. θ Loquens.] *Philo in eodem libro habet tantum*, ὅτι λαλήσει, quia loquetur. ι Indurabo.] *Aquila*, ἐνισχύσω, corroborabo. *Symm* θρασυνῶ, implebo audācia & cōfidētia. *Locus est & hic à Theodoreto, & alibi ab omnibus fere patribus diligēter tractatus.* κ Nolis.] εἰ μὲ οὖν μὴ βέλει. *Aquila*, ἀνένευσας, renuisti. *Symm.* ἠπείθησας contumaciter detrectasti. λ In diuersorio.] ἐν τῷ καταλύματι, *S. Aug. q. 11.* ad refectionem. μ Angelus Domini.] *Ita etiam paraphrasis chaldaica. S. Aug. quæst. 11. habet tantum*, angelus. *Aquila*, θεός, Deus. *Symm. & Theodotio*, κύριος, dominus, *quemadmodum, & vulgata.* ν Calculo.] ψῆφον. *Aquila*, πέτραν, petra. ξ Et procidit.] *Schol.* Alius, καὶ ἁψαμένη τῶν ποδῶν αὐτοῦ, εἶπεν, ὅτι νυμφίος αἱμάτων σύ μοι. ἀφῆκε δὲ αὐτὸν ὅτι εἶπεν, νυμφίος αἱμάτων τῆς περιτομῆς. & cum tetigisset pedes eius, dixit, quia sponsus sanguinum tu mihi. Dimisit autem eum, quia dixit, sponsus sanguinum circuncisionis. Alius, καὶ ἥψατο τῶν ποδῶν αὐτοῦ, καὶ εἶπεν, ὅτι νυμφίος αἱμάτων σύ μοι. καὶ ἀφῆκεν αὐτὸν: ὅτι εἶπεν, νυμφίος αἱμάτων εἰς περιτομάς. & tetigit pedes eius, & dixit, quia sponsus sanguinum tu mihi: & dimisit eum, quia dixit, sponsus sanguinum ad circuncisiones. Alius, νυμφίον αἵματος ἔχω, sponsum sanguinis habeo. *Aliud Scholium*, hebræus, ἐσφράγισε τὸ αἷμα τῆς περιτομῆς obsignauit sanguinem circuncisionis. ο Recessit ab eo.] *In alijs codicibus additur*, ἄγγελος, angelus. *S. Aug. q. 11. non habet: sed ita interpretatur, ac si haberet. Alij potius interpretantur, Sephoram recessisse, vel à Moyse, vel ab angelo.* π Verba.] *Alij codices*, τὰ σημεῖα, signa.

CAP. V.

ET post hæc ingressus est Moyses, & Aaron ad Pharaonem: & dixerunt ei: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dimitte populum meum, vt mihi festa celebrent in deserto. Et dixit Pharao: Quis est, cuius exaudiam vocem eius, vt dimittam filios Israel? Non noui Dominum: & Israel non dimitto. Et dicunt ei: Deus hebræorum vocauit nos. Ibimus igitur viam trium dierum in desertum: vt sacrificemus Domino Deo nostro: ne forte occurrat nobis mors, aut cædes. Et dixit eis rex Aegypti: Vt quid Moyses, & Aaron peruertitis populum ab operibus? Abite vnusquisque vestrum ad opera sua. Et dixit Pharao: Ecce nunc valde multiplicatur populus: non igitur cessationem illis demus ab operibus. Præcepit autē Pharao exactoribus operum populi, & scribis, dicens: Non vlterius adijcietis dare paleā populo ad laterificium, α sicut heri, & nudiustertius: Sed ipsi vadant, & colligant sibi paleas: & summam laterificij, quod ipsi faciunt,

A faciunt, per singulos dies imponeseis: nihil demes: vacant enim: propter hoc clamauerunt dicentes: Surgamus, & sacrificemus Deo nostro. Aggrauentur opera hominum horum: & curent hæc: & non ponant curam in sermonibus vanis. Vrgebant autem eos exactores operum, & scribæ: & dicebant ad populum, dicẽtes: Hæc dicit Pharao: Non vltra do vobis paleas: Vos ipsi euntes colligite vobis ipsis paleas, vndecumque inueneritis. Non enim demetur de summa vestra quicquam. Et dispersus est populus in tota terra Aegypto, ad colligendum stipulam in paleas. Exactores autem operum vrgebant eos, dicentes: Perficite opera assignata quotidie, quemadmodum & quando palea dabatur vobis. Et
B flagellati sunt scribæ de genere filiorum Israel, qui impositi fuerant super ipsos a præfectis Pharaonis, dicentes. Cur non perfecistis summas vestras lateritficij etiam hodie, quemadmodum heri & nudiustertius? Ingressi autem scribæ filiorum Israel clamauerunt ad Pharaonem, dicentes: Vt quid tu sic facis famulis tuis? palea non datur famulis tuis: & laterem nobis dicunt facere. Et [β] ecce pueri tui flagellati sunt. Facies igitur iniuriam populo tuo. Et dixit eis: Vacatis, ociosi estis: propterea dicitis: Eamus sacrificemus Deo nostro. Nunc autem euntes operamini. Palea enim non dabitur vobis: & summam laterificij reddetis. Videbant autem scribæ filiorum Israel sese in malis, dicentes: Non [γ] omit-
C tetis de laterificio quod assignatum est in die. Occurrerũt autẽ Moysi, & Aaron venientibus in occursum eis, cum ipsi egrederentur a Pharaone: & dixerunt eis: Videat Deus vos, & iudicet: quoniam [δ] execrabilem fecistis odorem nostrum palam Pharaone, & palam seruis eius, dando gladium in manus eius ad occidendum vos. Reuertit autem Moyses ad Dominũ, & dixit: Precor Domine: Quare afflixisti populum hunc? & vt quid me misisti? Et ex quo [ε] iui ad Pharaonem loqui in tuo nomine, afflixit populum hunc, & non liberasti populum tuum.

α Sicut heri.] *Aquila*, καθὰ ἐχθὲς, καὶ τρίτης. αὐτοὶ πορευέσθωσαν. sicut heri, & nudiustertius ipsi vadant. *Symm.* καθάπερ καὶ πρότερον: αὐτοὶ ἀπερχόμενοι καλαμάσθωσαν ἑαυτοῖς ἄχυρα. quemadmodum & antea: ipsi abeuntes colli-
D gant sibi paleas. *Theodotio*, καθάπερ ἐχθὲς, καὶ τῆς τρίτης: αὐτοὶ πορευθέντες, καὶ καλαμάσθωσαν ἑαυτοῖς ἄχυρον. quemadmodum heri, & nudiustertius: ipsi euntes & colligant sibi paleam. β Et ecce pueri.] *Aquila*, καὶ ἰδοὺ οἱ δοῦλοί σου πεπληγμένοι, καὶ ἁμαρτία λαῷ σου. Et ecce serui tui percussi: & peccatum populo tuo. *Symm.* καὶ οἱ δοῦλοί σου μεμαστίγωνται, καὶ ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν λαόν σου. & serui tui flagellati sunt: & peccatum in populum tuum. γ Non omittetis.] οὐκ ἀπολείψετε, *Aquila*, οὐκ ὑφελεῖτε, non subtrahetis. δ Execrabilem fecistis.] *Sic S. Augu. in locut. quod græce est*, ἐβδελύξατε. *Aquila, & Symm.* ἐσαπρίσατε, fætere fecistis. ε Iui.] πεπόρευμαι. ***In aliquot libris est***, εἰσπεπόρευμαι. *& S. Aug. q.* 14. ex quo enim intraui ad Pharaonem.

CAP. VI.

E ET dixit Dominus ad Moysem: Iam videbis, quæ faciam Pharaoni. In manu enim valida dimittet eos: & in brachio excelso eijciet eos de terra sua. Locutus est autem Deus ad Moysem, & dixit ad eum: Ego Dominus: & apparui ad Abraham, & Isaac, & Iacob, Deus existens eorum: & nomen meum Dominus non indicaui eis. Et statui testamentum meum ad illos, ita vt darem illis terram Chananæorum, terram, quam incoluerunt, in [α] qua & incoluerunt in ea. Et ego exaudiui gemitum filiorum Israel, [β] quem Ægyptij in seruitutem redigunt eos: & recordatus sum testamenti [γ] vestri. Vade: dic filijs Israel, dicẽs: Ego Dominus: & educam vos de dominatione Ægyptiorum: & eruam vos de seruitute: & redimam vos in brachio excelso, & iudicio magno, & sumam mihi

ipsi vos populum mihi: & ero vester Deus: & cognoscetis, quia ego Dominus Deus vester, educens vos de dominatione Ægyptiorum: & inducam vos in terram, in quam extendi manum meam ad dandum eam Abraham, & Isaac, & Iacob: & dabo eam vobis in sorte. Ego Dominus. Et locutus est Moyses sic ad filios Israel: & non exaudierunt Moysem a δ defectione animi, & ab operibus duris. Dixit autem Dominus ad Moysem, dicens: Ingredere, loquere Pharaoni regi Ægypti, vt dimittat filios Israel de terra sua. Locutus est autem Moyses coram Domino, dicens: Ecce filij Israel non exaudierunt me: & quomodo exaudiet me Pharao? Ego autem sine ε sermone sum. Dixit autem Dominus ad Moysem, & Aaron: & præcepit eis ad Pharaonem regem Aegypti, vt dimittat filios Israel de terra Ægypti. Et hi sunt principes domorum familiarum eorum. Filij Ruben primogeniti Israel, Enoch, & Phallus, Asron, & Charmi. Hæc est cognatio Ruben. Et filij Symeon, Iemuel, & Iamin & Aod, & Iachin, & Saar, & Saul, qui ex Phænissa. Hæ sunt familiæ filiorum Symeon. Et hæc sunt nomina filiorum Leui secundum cognationes eorum, Gedson, Caath, & Merari. Et anni vitæ Leui, centum triginta septem. Et hi filij Gedson, Lobeni & Semei, ζ domus familiæ eorum. Et filij Caath, Ambram, & Issaar, Chebron, & Oziel. Et anni vitæ Caath, centum triginta tres anni. Et filij Merari, Mooli, & Homusi. Hæ domus familiarum Leui secundum cognationes eorum. Et accepit Ambram ipsam Iochabed filiam fratris patris sui sibi in vxorem. Et genuit ei Aaron & Moysem, & Mariam sororem eorum. Anni autem vitæ Ambram, centũ η triginta duo anni. Et filij Issaar, Chore, & Naphec, & Zechri. Et filij Oziel Misael, & Elisaphan, & Segri. Accepit autem Aarõ Elisabeth filiam Aminadab sororem Naasson sibi vxorem. Et peperit ei Nadab, & Abiud, & Eleazar, & Ithamar. Fili autem Core Asir, & Elcana, & Abiasar. Hæ generationes Core. Et Eleazar filius Aaron accepit de filiabus Phutiel sibi vxorem. Et peperit ei Phinees. Hæc principia familiæ Leuitarum secundum generationes eorum. Hic Aaron, & Moyses, quibus dixit eis Deus, vt educant filios Israel de terra Ægypti cum θ virtute eorum. Hi sunt differentes cum Pharaone rege Aegypti. Et eduxerunt filios Israel de terra Aegypti ipse Aaron, & Moyses, qua die locutus est Dominus Moysi in terra Aegypto. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Ego Dominus. Loquere ad Pharaonem regem Aegypti, quæcumq. ego dico ad te. Et dixit Moyses coram Domino: Ecce ego ι gracili voce sum, & quomodo exaudiet me Pharao?

α In qua & incoluerunt.] *Notat hanc locutionem S. Aug. in locutionibus. Animaduertendum autem est fere solere latine reddi*, incolere, *quod græce est*, παροικεῖν, *& significare habitationem more aduenæ, & peregrini.* β Quem.] *Nescio, an hoc referri possit ad* Israel. In *Complutensi est*, ἃ. S. *Aug. in locutionibus habet*, quemadmodum. γ Vestri.] *In Complutensi est*, τ̀ διαθήκης μου *& in vulgata*, pacti mei. δ A defectione animi.] *Sic apud S. Aug. in locut. quod græce est* ἀπὸ τ̀ ὀλιγοψυχίας, *& posset etiam verti*, præ pusillanimitate. *Schol.* ἀπὸ κολοβότητος πνεύματος, præ inopia spiritus. ε Sine sermone.] ἄλογος. *quam dictionem interpretatur Philo in libro, quòd deterius potiori insidietur. S. Aug. in locut. habet græce*, ἀλόγιος, *& latine in codicibus emendatioribus*, ineloquens. *Aquila*, ἀκρόβυστος χείλεσι, præputiatus labijs. *Symm.* οὐκ εἰμὶ καθαρὸς τῷ φθέγματι· non sum purus locutione. *Theodotio*, ἀπερίτμητος τοῖς χείλεσιν, incircumcisus labijs. *S. Hier. in cap 43. Ezech.* Ego autem sum tardi sermonis. Pro quo lxx. dixere, ἐγὼ δ' ἄλογός εἰμι. quod melius habetur in hebræo, ego autem incircuncisus sum labijs. ζ Domus familiæ.] οἶκοι πατριᾶς αὐτῶν. *In aliquot libris est*, πατριῶν, familiarum. η Triginta duo.] *Alij codices*, τριακονταεπτὰ triginta septem. θ Virtute.] *Sic solet verti in scriptura illud*, δυνάμει, *& plerumque significat exercitum.* ι Gracili voce.] *Hic in vno Scholio ex alio interprete refertur, quod paulo ante ex alio Scholio tributum est* Symmacho *ad illud*, ἄλογος.

C A P.

A

CAP. VII.

ET ait Dominus ad Moysem dicens: ᵃ Ecce dedi te Deum Pharaoni: & Aaron frater tuus erit tuus propheta. Tu autem loqueris ei omnia, quæcumque mãdo tibi. Aaron autem frater tuus loquetur ad Pharaonem: vt dimittat filios Israel de terra sua. Ego autem indurabo cor Pharaonis: & multiplicabo signa mea, & portenta in terra Aegypto: & non exaudiet vos Pharao. Et inijciam manum meam in Aegyptum: & educam cum virtute mea populum meum filios Israel de terra Aegypti cum vindicta magna: & cognoscent omnes Aegyptij, quia ego sum Dominus, extendens manum meam in Aegy-

B ptum: & educam filios Israel de medio eorum. Fecit autem Moyses, & Aaron, sicut præcepit illis Dominus, ita fecerunt. Moyses autem erat annorum octuaginta, Aaron autem frater eius annorum octuaginta trium, quando ᵝ locutus est ad Pharaonem. Et ait Dominus ad Moysem, & Aaron, dicens: Et si loquetur ad vos Pharao, dicens, Date nobis signum vel portẽtum; & dices Aaron fratri tuo: sume virgam, & proijce in terram palam Pharaone, & palam seruis eius: & erit draco. Ingressus est autem Moyses & Aaron coram Pharaone, & seruis eius & fecerunt sic, quemadmodum præceperat eis Dominus. Et proiecit Aaron ᵞ virgam coram Pharaone, & coram seruis eius: & facta est draco. Cõuocauit autem

C Pharao ᵟ sophistas Aegypti, & veneficos. Et fecerunt etiam incantatores Aegyptiorum veneficijs suis similiter: & proiecerunt vnusquisq. virgam suam, & factæ sunt dracones. Et absorbuit virga Aaron virgas illorum. Et ᵋ inualuit cor Pharaonis, & non exaudiuit eos, sicut ᶎ præcepit eis Dominus. Dixit autem Dominus ad Moysem: Aggrauatum est cor Pharaonis, vt non dimittat populum. Vade ad Pharaonem mane: ecce ipse exit ad aquam: & eris obuians ei ad labium fluminis: & virgam versam in serpentem sumes in manu tua: & dices ad eum: Dominus Deus Hebræorũ misit me ad te, dicens: Dimitte populum meum, vt mihi seruiat in deserto: & ecce non exaudisti hucusque. Hæc autem dicit Dominus

D Deus: In hoc cognosces, quia ego Dominus. Ecce ego percutio virga, quæ in manu mea, super aquam, quæ in flumine: & transmutabitur in sanguinem: & pisces, qui in flumine, morientur: & efferuescet flumen: & nõ poterunt Aegyptij bibere aquam de flumine. Dixit autem Dominus ad Moysem: Dic Aaron fratri tuo: sume virgam tuam in manu tua, & extende manum tuam super aquas Aegypti, & super flumina eorum, & super riuos eorum, & super paludes eorum, & super omnem collectam aquam eorum: & erit sanguis. Et ᵑ factus est sanguis in omni terra Aegypti, & in lignis & in lapidibus. Et fecerunt sic Moyses & Aaron, sicut mandauit eis Dominus. Et eleuans ᶿ virga sua percussit aquam, quæ

E in flumine coram Pharaone, & coram seruis eius: & transmutata est omnis aqua quæ in flumine, in sanguinem: & pisces, qui in flumine, mortui sunt: & efferbuit flumen: & non potuerunt Aegyptij bibere aquam de flumine. Et fuit sanguis in omni terra Aegypti. ᶥ Fecerunt autem similiter & incantatores Aegyptiorum veneficijs suis. Et induratum est cor Pharaonis, & non exaudiuit eos, sicut dixit Dominus. Reuersus autem Pharao intrauit in domum suam: & non apposuit mentem suam neque super hoc. ᵏ Foderunt autem omnes Aegyptij in circuitu fluminis, vt biberent aquam: & non potuerunt bibere aquam de flumine. Et impleti sunt septem dies, postquam percussit Dominus flumen.

α Ecce.] *Aquila,* ἴδε, vide, *& Symm.* ἴδε, κατέστησά σε θεὸν φαραώ, vide, constitui te Deum Pharaoni. *Theodoreti Interpres quæst. 17. habet,* Deus ipsius Aaron, *sed in manuscriptis est,* φαραώ. *Et quæ ad hunc locum explicandum affert, sunt fere eadem cum ijs, quæ à S. Aug. q. 17.* β Locutus est.] ἐλάλησεν. *Alij vetusti codices, & Cyrillus lib. 2. de adorat.* ἐλάλησαν, locuti sunt. γ Virgam.] *In aliqua editione est,* τὴν ῥάβδον αὐτοῦ, virgam suam, *& ita S. Augu. q. 20. notatque ita dici potuisse, quod esset communis Moysi, & Aaron. hebræus, & chaldæus habent illud,* suam, *à vulgata abest.* δ Sophistas.] *S. Augustino in locut. magis placet ita dici, quàm,* sapientes, *quemadmodum alij latini tunc haberent; & nunc habet vulgata. Aquila,* κρυφιαστὰς, occultorum cognitores, *vel* patratores. ε Inualuit.] κατίσχυσεν, *quod etiam posset verti,* corroborauit se. ζ Præcepit.] *In alijs libris est,* ἐλάλησεν, locutus est. η Et factus est.] *In aliqua editione hæc tantum sunt;* καὶ ἔσται αἷμα ἐν πάσῃ γῇ αἰγύπτῳ, & erit sanguis in omni terra Ægypto. *Nam illud,* καὶ ἐγένετο αἷμα, & factus est sanguis, *videtur quodammodo præpostere narrari.* θ Virga sua.] *In alijs codicibus est,* τὴν ῥάβδον αὐτοῦ, virgam suam. ι Fecerunt autem similiter.] *Aquila,* καί γε αὐτοὶ οἱ κρυφιασταὶ αἰγύπτου καὶ ἐν ἠρεμαίοις αὐτῶν οὕτως. ac sane ipsi etiam occultorum patratores Ægyptij & in susurris suis sic. *Schol. Alius,* καὶ αὐτοὶ οἱ ἐπαοιδοὶ τῶν αἰγυπτίων διὰ τῶν ἀποκρύφων αὐτῶν ὡσαύτως. & ipsi incantatores Ægyptiorum per occulta sua similiter. *Alius,* καί γε αὐτοὶ οἱ ἐπαοιδοὶ τῶν αἰγυπτίων ἐν ταῖς φαρμακείαις αὐτῶν ὡσαύτως: ac sane ipsi incantatores Ægyptiorum in veneficijs suis similiter. κ Foderunt.] *Aquila,* καὶ ὤρυξε πᾶσα ἡ αἴγυπτος κυκλόθεν τοῦ ῥεῖθρου ὕδωρ τοῦ πιεῖν, ὅτι οὐκ ἠδύναντο πιεῖν ἐκ τοῦ ὕδατος τοῦ ποταμοῦ. Et fodit vniuersa Ægyptus in circuitu fluuij aquam ad bibendum: quoniam non poterant bibere de aqua fluminis.

CAP. VIII.

Dixit autem Dominus ad Moysem: Ingredere ad Pharaonem: & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum, vt seruiant mihi. Sin autem nolis tu dimittere; ecce ego ferio omnes fines tuos ranis: & eructabit flumen ranas: & ascendentes intrabunt in domos tuas, & in promptuaria cubiculorum tuorum, & super lectos tuos, & in domos seruorum tuorum, & populi tui, et in α cõspersis tuis, & in clibanis tuis: & super te, & super seruos tuos & super populum tuum ascendent ranæ. Dixit autem Dominus ad Moysem: Dic Aaron fratri tuo: Extende manu virgam tuam super flumina, & super riuos, & super paludes: & adduc ranas. Et extendit Aaron manũ super aquas Aegypti: et adduxit ranas: & educta est rana, & operuit terram Ægypti. Fecerunt autem similiter & incantatores Aegyptiorum veneficijs suis: & adduxerunt ranas super terram Aegypti. Et vocauit Pharao Moysem & Aaron: & dixit: Orate pro me ad Dominum: & auferat ranas a me, & a populo meo: & dimittã β ipsos, & sacrificabunt Domino. Dixit autem Moyses ad Pharaonem: Constitue mihi, quando orem pro te, & pro seruis tuis, & populo tuo; vt deleat ranas a te, & a populo tuo, & de domibus vestris: tantum in flumine remanebunt. At ille dixit: In crastinum. Dixit igitur: sicut dixisti: vt scias, quia non est alius præter Dominum: & auferentur ranæ a te, & a domibus vestris, & a γ villis, & a seruis tuis, & a populo tuo: tantum in flumine remanebunt. Egressus est autem Moyses, & Aron a Pharaone: & clamauit Moyses ad Dominum pro finitione ranarum, sicut constituit Pharao. Fecit autem Dominus, sicut dixit Moyses. Et mortuæ sunt ranæ de domibus, & de villis & de agris: & colligebant illas aceruos aceruos: & putruit terra. Videns autem Pharao, quoniam facta est refrigeratio; ingrauatum est cor eius; & non exaudiuit eos, sicut locutus est Dominus. Dixit autem Dominus ad Moysem. Dic ad Aaron: Extende manu virgam tuam, & percute puluerem terræ: & δ erunt sciniphes & in hominibus & in quadrupedibus, & in omni terra Ægypti. Extendit igitur Aaron manu virgam, & percussit puluerem terræ: & facti sunt sciniphes in hominibus, & in quadrupedibus, & in omni puluere terræ facti sunt sciniphes. Fecerunt autem similiter & incantatores venefi-

cijs

A cijs suis, vt educerent scyniphes: & non potuerunt. Et facti sunt scyniphes, & in hominibus & in quadrupedibus. Dixerunt igitur incantatores Pharaoni: Digitus Dei est hic. Et induratum est cor Pharaonis: & non exaudiuit eos, sicut locutus est Dominus. Dixit autẽ Dominus ad Moysem: Surge mane in diluculo, & sta coram Pharaone: & ecce ipse egredietur ad aquam: & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum, vt mihi seruiant in deserto. Sin autem nolis dimittere populum meum; ecce ego mitto in te, & in seruos tuos, & in populum tuum, & in domos vestras ζ cynomyiam, & implebuntur domus Aegyptiorũ cynomyia, & in terram super quam sunt super eam: & η gloriosam faciã

B in die illa terram Gesem, super quam populus meus inest super eam: super quam non erit ibi cynomyia: vt scias, quia ego sum Dominus Deus omnis terræ: & dabo interstitium inter populum meum, & populum tuum. In crastina autem erit θ hoc super terram. Fecit autem Dominus sic. Et aduenit cynomyia, multitudo in domos Pharaonis, & in domos seruorum eius, & in omnem terram Aegypti, & destructa est terra a cynomyia. Vocauit autem Pharao Moysem & Aaron, dicẽs: Venientes immolate Domino Deo vestro in terra. Et dixit Moyses: Nõ potest fieri sic: κ abominationes enim Aegyptiorũ immolabimus Domino Deo nostro. Si enim immolauerimus abominationes Ægyptiorum palam ipsis; lapi

C dabimur. Viã trium dierum ibimus in desertum, & sacrificabimus Deo nostro sicut dixit Domin⁹ nobis. Et dixit Pharao: Ego mitto vos: & sacrificate Deo vestro in deserto: sed non longe protendetis ire. Orate igitur pro me ad Dominũ. Dixit autem Moyses: Ego autẽ exibo a te: & orabo ad Deum: & abibit λ cynomyia & a seruis tuis, & a populo tuo cras. Ne adieceris vltra Pharao μ decipere, non dimittendo populum sacrificare Domino. Exiuit autem Moyses a Pharaone, & orauit ad Deum. Fecit autem Dominus, sicut dixit Moyses: & abstulit cynomyiam a Pharaone, & a seruis eius, & a populo eius: & non remansit vlla. Et ingrauauit Pharao cor suum etiam in tempore hoc, & noluit dimittere populum.

D

α Conspersis.] *Ita S. Aug. in locutionibus, quamuis in explanatione habeat,* conspersionibus, *quod græce est,* ἐν τοῖς φυράμασι. *Ita etiam* 1. *Cor.* 5. *latine est* conspersio, *quod græce* φύραμα, *Alij interpretantur, massam, & pastam.* β Ipsos.] *In alijs codicibus est,* τὸν λαόν, populum. γ Villis.] ἐπαύλεων. *Abest hoc loco ista dictio à Compl. sicut etiam à vulgata. Sed paulo post, vbi etiam Compl. habet* ἐπαύλεων, *in vulgata est,* villis: *quamuis dictio græca possit etiam contes, & alia significare, itemque dictio hebraica a nonnullis vertatur* atria. δ Puluerem.] χῶμα. *S. Aug. in locut.* aggerem. ε Scyniphes.] *Sic S. Aug. in locut. quod in plerisque vetustis codicibus est,* σκνίφες. *In alijs, & apud Philonem lib.* 1. *de vita Moysis est,* σκνῖπες; *&* Interp. *Origenis hom.*4. scnipes. *Eodem modo legitur græce in psal.* 104. *vbi latine,* cyniphes. *quomodo etiam habet S. Aug. q.* 25. *& multi alij.* Schol. Alius, φθεῖρες, pediculi. ζ Cynomyiam.] *Ita Inter. Origenis, &* S. *Aug. in locutionibus & q.* 26. *quod græce est,* κυνόμυιαν. *Sic Theodoretus, & Philo eodem* 1. *lib. etymologiam affert, quasi animal compositum ex musca, & cane. Attamen S.Hie. in extrema epistola ad Suniam putat melius scribi,* κοινόμυιαν: *quomodo etiam Aquila dixerit,* πάμμυιαν, id est omnimodam muscam. *Schol.* Samariticus κόρακα,

E coruum. *S. Aug. q.* 29. *de hac plaga loquens habet,* cum ablata esset locusta: *sed erratum aut scriptoris, aut memoriæ est.* η Gloriosam.] Ita *S. Aug. in locut. quod græce est,* παραδοξάσω, *quod etiam valet, faciam mirabilem, & eximiam, distinctamque à ceteris, aut, mirabiliter distinguam, vt cap. sequenti.* θ Hoc.] *In quibusdam libris additur* σημεῖον, signum. ι Terra.] *Ita hæbreus, & chaldæus; In aliquo libro additur,* ταύτῃ. *Et S. Aug. q.* 27. terra hac, *quemadmodum etiam vulgata.* κ Abominationes.] *In nonnullis codicibus hæc sententia profertur cum nota interrogationis: quam varietatem fuisse etiã apud interpretes latinos admonet S. Aug. q.* 28. λ Cynomyia.] *Hic in aliis codicibus sequitur,* ἀπὸ σοῦ, à te: *In alijs,* ἀπὸ φαραώ, καὶ ἀπὸ τῶν θεραπόντων αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. *Et S. Aug. in locut.* a Pharaone, & à seruis eius. μ Decipere.] ἐξαπατῆσαι. *Aquila, & Symm.* παραλογίσασθαι, *fallere.*

CAP.

CAP. IX.

A

DIxit autē Dominus ad Moysem: Ingredere ad Pharaonē, & dices ei: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorū: Dimitte populum meum, vt mihi seruiant: Siquidem igitur non vis dimittere populū meū, sed adhuc retines eum; ecce manus Domini inerit in pecoribus tuis, quæ in campis, & in equis, & in subiugalibus, & camelis, & bobus, & ouibus meis, magna valde. Et mirabiliter distinguam ego in tempore illo inter pecora Ægyptiorum, & inter pecora filiorum Israel. Non morietur, de omnibus, quæ sunt filiorum Israel, verbum. Et dedit Deus terminum dicens: Cras faciet Dominus verbum hoc super terram. Et fecit Dominus verbum hoc in crastino: & mortua sunt omnia pecora Ægyptiorum: de pecoribus autem filiorum Israel non est mortuum vllum. Videns autem Pharao, quia non est mortuum de omnibus pecoribus filiorum Israel vllum; ingrauatum est cor Pharaonis, & non dimisit populum. Dixit autem Dominus ad Moysem, & Aaron, dicens: Sumite vobis plenas manus fauillæ de fornace, & aspergat Moyses in cælum coram Pharaone, & coram seruis eius: & fiat puluis super omnem terram Ægypti: & erunt super homines, & super quadrupedia, vlcera, vesicæ efferuescētes, & in hominibus, & in quadrupedibus, & in omni terra Ægypti. Et sumpsit fauillam de fornace coram Pharaone, & aspersit eā Moyses in cælū: & facta sunt vlcera, vesicæ efferuescentes, & in hominibus, & in quadrupedibus. Et non potuerunt venefici stare coram Moyse propter vlcera. Facta enim sunt vlcera in veneficis, & in omni terra Aegypti. Indurauit autē Dominus cor Pharaonis & non exaudiuit eos, sicut constituit Dominus. Dixit autem Dominus ad Moysem: Surge diluculo mane, & sta coram Pharaone: & dices ad eū: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum. Dimitte populum meum, vt seruiant mihi. Nunc enim in hoc tempore ego mitto omnes impetus meos in cor tuum, & seruorum tuorum, & populi tui: Vt scias, quia non est sicut ego, alius in omni terra. Nunc autem mittens manum percutiam te, & populum tuum morti tradam, & extereris de terra. Et propter hoc conseruatus es, vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Adhuc igitur tu insultas populo meo, vt non dimittas eos? Ecce ego pluo hac hora crastina grandinem multam valde; quæ talis non fuit in Ægypto, ex quo die condita est vsque in diem hunc. Nunc igitur festina congregare pecora tua, & quæcumque tibi sunt in campo. Omnes enim homines & pecora, quæcumque inuenta fuerint in campis, & non introierint in domum, ceciderit autem grando super ea, morientur. Qui timebat verbum Domini seruorū Pharaonis; congregauit pecora sua in domos: qui autem non intendit mente in verbum Domini; dimisit pecora in cāpis. Dixit autē Dominus ad Moysem: Extende manum tuam in cælum: & erit grando in omnem terram Aegypti, & in homines & pecora, & in omnem herbam, quæ super terram. Extendit autem Moyses manum in cælum: & Dominus dedit voces, & grandinem. Et discurrit ignis super terram: & pluit Dominus grandinem super omnem terram Aegypti. Erat autem grando & ignis flagrans in grandine: grando autē multa valde, quæ talis non fuit in Aegypto, ex quo die facta est super eam gens. Percussit autem grando in omni terra Aegypti ab homine vsque ad pecus: & omnem herbam, quæ in campo, percussit grando: & omnia ligna quæ in campis, contri-

B

C

D

E

uit

A uit grando. Tantum in terra Gesem, vbi erant filij Israel non est facta grando. Mittens autem Pharao vocauit Moysem, & Aaron, & dixit eis: [η] Peccaui nunc: Dominus iustus, ego autem & populus meus impij. Orate igitur pro me ad Dominum: & desinant fieri voces Dei, & grando, & ignis: & dimittam vos: & non vltra adijcietis manere. Dixit autem ei Moyses: Cum egressus fuero de ciuitate, expandam manus meas ad Dominum: & voces desinent: & grando, & pluuia non erit vltra: Vt cognoscas, quia Domini est terra. Et tu, & serui tui, scio, quod nondum [θ] timuistis Dominum. Linum autem & hordeum percussum est: hordeum enim ad vigorem venerat: linum vero semen faciebat. Frumentum au-

B tem & far nō sunt percussa: erant enim serotina. Exiuit autem Moyses a Pharaone extra ciuitatem: & extendit manus ad Dominum: & voces cessauerunt, & grando: & pluuia non stillauit vltra super terram. Videns autem Pharao, quia cessauit pluuia, & grando, & voces, apposuit ad peccandum: & ingrauauit cor suum, & seruorum suorum. Et induratum est cor Pharaonis: & non dimisit filios Israel sicut locutus erat Dominus Moysi.

[α] Verbum.] *Hac dictione in hebræo sæpe significari rem notum est. Quare lxx. reddiderunt*, ῥητόν. [β] Efferuescentes.] ἀναζέουσαι. *Aquila*, πεταζόμεναι, volaticæ. *Symm.* ἐξανθοῦσαι, efflorescentes. *Has pustulas Philo lib.* 1. *de vita Moysis vocat*, φλυκταίνας. [γ] Constituit Dominus.] *Apud Theodoretum quæst.* 12. *est*, συνέταξεν αὐτοῖς, constituit eis. *In Complutensi pro*, αὐτοῖς *est*, μωυσῇ, Moysi. *Vulgata ex hebræo*, sicut locutus est Dominus ad Moysem. [δ] Nunc enim in hoc tempore.] ἐν τῷ γὰρ νῦν καιρῷ. *Et videtur significare, quod habet vulgata*, in hac vice. [ε] Voces.] *Notat S. Aug. in locut. scripturam voces solere appellare tonitrua. Schol.* Alius, ἀνέμων ἦχοις, ventorum fragores. Alius, βροντάς, tonitrua. [ζ] Valde.] *In alioua editione est*, σφόδρα σφόδρα. *Et S. Aug. in locut.* valde, valde. [η] Peccaui nunc.] *Schol* ἐν καιρῷ ἕως τοῦ νῦν, in tempore vsque nunc. *Sed videtur hoc etiam loco illud*, τὸ νῦν, *significare*, hac vice. *Int. Origenis habet.* Peccaui, & nunc Dominus iustus est. *Sed fortasse legendum.* Peccaui & nunc, Dominus iustus est. [θ] Nondum timuistis.] οὐδέπω πεφόβησθε. *In Compl. est*, οὐδέποτε φοβεῖσθε, nunquam timetis. *S. Augu. q.* 35. nondum timetis, *vt videatur legisse*, οὐδέπω φοβεῖσθε.

C

D

CAP. X.

DIxit autem Dominus ad Moysem dicens: Intra ad Pharaonem. Ego enim induraui cor eius, & seruorum eius, vt [α] deinde superueniant signa hæc super eos: vt narretis in auribus filiorum vestrorum, & filijs filiorum vestrorum, quæcumque [β] illusi Ægyptijs, & signa mea, quæ feci in eis. Et cognoscetis, quia ego Dominus. Intrauit autem Moyses, & Aaron coram Pharaone, & dixerunt ei: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Quousque non vis revereri me? Dimitte populum meum, vt seruiant mihi. Sin autem nolis tu dimittere po-

E pulū meū, ecce ego induco hac hora crastino die locustam multam in omnes fines tuos: & operiet aspectū terræ: & nō poteris videre terrā: & comedet omne, quod superstes est de terra, quod remansit, quod reliquit vobis grando. & comedet omne lignum, quod nascitur vobis super terram: & implebūtur domus tuæ, & domus seruorum tuor., & omnes domus in terra Aegyptiorum: quæ nunquā viderunt patres tui, neque proaui eorum, ex quo die fuerunt super terram vsq. in hunc diem. Et declinans Moyses exiuit a Pharaone. Et dicunt serui Pharaonis ad eum: Quousque erit hoc nobis [γ] scandalum? dimitte homines, vt seruiant

Deo ſuo. [δ] Nunquid ſcire vis, quia perijt Aegyptus? Et reduxerunt Moyſem, & Aaron ad Pharaonem. Et dixit eis: Ite, & ſeruite Domino Deo veſtro. Qui autem, & qui ſunt euntes? Et ait Moyſes: cum adoleſcentibus, & ſenioribus ibimus cum filijs & filiabus, & ouibus, & bobus noſtris. Eſt enim ſolemnitas Domini. Et dixit ad eos: [ε] Sit ſic Dominus vobiſcum; ſicut dimitto vos: nunquid & ſuppellectilem veſtram? Videte quia malignitas propoſita eſt vobis. Non ſic: ſed eant viri, & ſeruiant Deo: hoc enim ipſi requiritis. Eiecerunt autem eos a facie Pharaonis. Dixit autem Dominus ad Moyſem: Extende manum ſuper terram Aegypti: & aſcendat locuſta ſuper terram: & comedet omnem herbam terræ, & omnem fructum lignorum, quem reliquit grando. Et eleuauit Moyſes virgam in cælum: & Dominus induxit ventum Auſtrum ſuper terrã tota die illa, & tota nocte. Factum eſt mane: & ventus auſter aſſumpſit locuſtam & induxit eam ſuper omnem terram Aegypti. Et requieuit ſuper omnes fines Aegypti multa valde. Ante eam non fuit talis locuſta: & poſt hac non erit ſic. Et operuit aſpectum terræ: & corrupta eſt terra. Et comedit omnem herbam terræ, & omnem fructũ lignorum, qui relictus fuerat a grandine. Non eſt relictum viride [ζ] nihil in lignis, & in omni herba campi in omni terra Aegypti. Feſtinauit autem Pharao vocare Moyſem, et Aaron, dicens: Peccaui ante Dominum Deum veſtrum, et in vos. [η] Suſcipite igitur peccatum meum etiam nunc, & orate ad Dominum Deum veſtrum: & auferat a me mortem hanc. Exiuit autem Moyſes a Pharaone, & orauit ad Dominum. Et tranſtulit Dominus ventum a mari violentum: & aſſumpſit locuſtam, & proiecit eam in rubrum mare. Et non eſt relicta locuſta vna in omni terra Ægypti. Et indurauit Dominus cor Pharaonis: & non dimiſit filios Iſrael. Dixit autem Dominus ad Moyſem. Extende manum tuam in cælum: & fiant tenebræ ſuper terram Ægypti, tenebræ palpabiles. Extendit autem Moyſes manum in cælum: & factæ ſunt tenebræ, caligo, turbo ſuper omnẽ terram Aegypti tres dies: & nemo vidit fratrem ſuũ tribus diebus: & nemo ſurrexit de cubili ſuo tribus diebus. Omnibus autẽ filijs Iſrael lux erat in omnibus, in quibus erant. Et vocauit Pharao Moyſem, & Aaron, dicens: Ite, ſeruite Domino Deo veſtro: [θ] tantum oues, & boues relinquite: & apparatus veſter eat vobiſcum. Et dixit Moyſes: ſed & tu dabis nobis holocauſta, & hoſtias, quas faciemus Domino Deo veſtro; & pecora noſtra ibunt nobiſcum: & non relinquemus vngulam. De ipſis enim ſumemus ad ſeruiendum Domino Deo noſtro. Nos autem neſcimus, quid ſeruituri ſumus Domino Deo noſtro; donec nos venerimus illuc. Indurauit autem Dominus cor Pharaonis: & noluit dimittere eos. Et ait Pharao: Diſcede a me: attende tibi vltra apponere videre faciem meam. Qua autem die apparueris mihi; morieris. Dicit autem Moyſes: [ι] Dixiſti: non apparebo tibi vltra in faciem.

[α] Deinde.] ἑξῆς. *S. Aug. q. 36.* vt ordine ſuperueniant ſigna mea hæc ſuper eos. ***Atque in Compl. etiam eſt,*** τὰ σημεῖά μου ταῦτα; Signa mea hæc, *vt vulgata ex hebræo.* [β] Illuſi] *S. Aug. in locut.* illuſit. *Sed videtur mendum ſcriptoris. Notat idem nonnulla de iſta dictione: quæ quidem eadem notione videtur ſumi & in hebræo, & in græco Num. 22.* [γ] Scandalum.] σκῶλον, *Aquila,* πρόσκομμα, offenſio, ruina. *Schol.* Samariticus, εἰς ἄτας, in detrimenta, & calamitates. [δ] Numquid ſcire vis.] *Aquila,* ἆρ' οὔπω οἶδας, ergo nondum noſti. *Schol.* Samariticus, πρὶν γνῶς, ὅτι ἀπόλλυται αἴγυπτος, antequam noueris, quia Ægyptus perit? [ε] Sit ſic.]

In aliquot

A *In aliquot libris hæc coniunguntur cum sequentibus, sicut in vulgata,* Sit sic Dominus vobiscum. *In alijs autem, & in Complutensi.* Sit sic: Dominus vobiscum, sicut dimitto vos. Numquid etiam supellectilē vestrū? *Quo etiam loco apparet, nomen illud,* ἀποσκευὴ *quod more aliorum, vertimus supellectilem, interdum verò apparatum significare familiam, & filios Vide S. Aug. q. 47.* ζ Nihil in lignis.] *S. Aug. in locut.* Dicendum fuit more locutionis nostræ, nō est relictū aliquid viride in lignis. *Ac nos quidē post hac morē latinæ locutionis sequemur. Satis est enim semel indicasse morem lxx.* η Suscipite.] προσδέξασθε. *S. Aug. in locut. notat simili locutione usos esse fratres Ioseph Gen. vltimo,* accipe iniquitatē seruorū Dei patris tui. *ubi græce est,* δέξαι. θ Tantum oues] πλὴν προβάτων. *S. August. habet in locut.* præter oues, *atque inusitata ipsi videtur locutio. Sed sæpe,* πλὴν *valet,* tantum. ι Dixisti.] *In Compl. est,* οὕτως εἴρηκας, Sic dixisti. *In alia editione,* καθὼς εἴρηκας, sicut dixisti, *quod respondet vulgatæ.*

CAP. XI.

B

DIxit autem Dominus ad Moysem: Adhuc vnam α plagam ego inducam super Pharaonem, & super Ægyptum: & post hæc dimittet vos hinc. Cum autem dimiserit vos β omnino; eijciet vos eiectione. Loquere ergo secreto in aures populi: & petat vnusquisque a γ proximo vasa argentea & aurea, & vestem. Dominus autem dedit gratiam populo suo coram Ægyptijs: δ & mutuo dederunt illis. Et homo Moyses magnus factus est valde coram Ægyptijs, & coram Pharaone, & coram seruis eius. Et dixit Moyses: Hæc dicit Dominus. Circa medias noctes ego ingredior in medium Ægypti: & morietur omne C primogenitum in terra Ægypto, a primogenito Pharaonis, qui sedet super thronum ε & vsque ad primogenitum ζ ancillæ, quæ est apud molam, & vsque ad primogenitum omnis pecoris. Et erit clamor magnus per omnem terram Aegypti, qualis non fuit: & talis non vltra apponetur. Et in omnibus filijs Israel non mutiet canis lingua sua ab homine vsq. ad pecus: Vt scias quanta mirabiliter distinguet inter Ægyptios, & Israel. Et descēdent omnes pueri tui hi ad me, & adorabunt me, dicētes: Exi tu, & omnis populus tuus, quem tu ducis. Et post hæc exibo. Exiuit autem Moyses a Pharaone cum ira. Dixit autem Dominus ad Moysem: Non exaudiet vos Pharao: vt η multiplicans multiplicem signa mea, D & portenta in terra Ægypto. Moyses autem & Aaron fecerunt omnia signa & portenta hæc in terra Ægypto coram Pharaone. Indurauit autem Dominus cor Pharaonis: & non exaudiuit, vt dimitteret filios Israel de terra Ægypti.

α Plagam.] *Aquila, & Symm.* ἁφὴν tactum. β Omnino.] *græce est,* σὺν παντί, *& potest significare,* cum omni re vestra. *In alijs editionibus est,* σὺν πάσῃ ἐκβολῇ ἐκβαλεῖ ὑμᾶς, cum omni eiectione eijciet vos. γ Proximo.] *In alijs libris sequitur,* καὶ γυνὴ παρὰ τῆς πλησίον αὐτῆς. *S. Aug. in locut.* & petat vnusquisq. a proximo suo, & mulier à proxima sua. *q. autem 39.* à proximo, & mulier à proxima. *Et à Complutensi quidem abest illud,* αὐτῆς. δ Et mutuo dederunt illis.] *Hæc absunt à uulgata, & hebræo.* ε Et vsque.] καὶ ἕως. *Ab aliqua edittione abest illud,* καὶ, *quemadmodum & à uulgata, & ab hebræo. In complutensi tamen est: neque est inusitatum in scriptura.* ζ Ancillæ.] θεραπαίνης *Schol.* Alius, αἰχμαλωτίδος, captiuæ, *quemadmodum* E *etiam est in sequenti capite.* η Multiplicans.] *hoc non est in alijs editionibus, neque apud S. Aug. q. 40.*

CAP. XII.

DIxit autem Dominus ad Moysem & Aaron in terra Aegypti dicens: Mensis hic vobis principium mensium: primus est vobis in mensibus anni. Loquere ad omnem synagogam filiorum Israel, dicens: Decima mensis huius sumat vnusquisque α pecus per domos β patriarum, vnusquisque pecus per domum. Sin autem pauci fuerint in domo, vt non sint idonei ad pecus, assumet

assumet secum vicinum proximum suum: secundũ numerũ animarum vnusquisque, quod sufficiat sibi, cõnumerabitur ad pecus. Pecus perfectum γ masculum anniculum erit vobis: ab δ agnis, & hœdis accipietis: & erit vobis conseruatum vsq. ad quartam, & decimam mensis huius: & occident illud omne vulgus synagogæ filiorum Israel ad vesperam, & sument de sanguine, & ponent super duos postes, & super limen in domibus, in quibus manducabunt ε illa in eis. Et manducabunt carnes nocte hac assatas igni: & azyma super ζ picrides comedent. Nõ comedetis de eis crudũ, neque coctum in aqua, sed assata igni, caput cum pedibus & interaneis. η Non remanebit de eo vsque mane. Et os θ non contereris ab eo. Quæ autem superauerint ab eo vsque mane, in igne concremabitis. Sic autem comedetis eum: renes vestri accincti, & calceamenta in pedibus vestris, & baculi in manibus vestris: & comedetis eum cum ι festinatione. κ Pascha est λ Domino. Et transibo in terra Aegypto in nocte hac: & percutiam omne primogenitum in terra Aegypto ab homine vsque ad pecus: & in omnibus Dijs Aegyptiorum faciam vindictam. Ego Dominus. Et erit sanguis vobis in signo in domibus, in quibus vos eritis illic: & videbo sanguinem & protegam vos: & non erit in vobis plaga μ diminutionis, cũ percutio in terra Aegypto. Et erit dies vobis hic memoriale: & celebrabitis eum festum Domino in omnes generationes vestras: legitimum æternum celebrabitis eum. Septem dies azyma comedetis: a die autem primo remouebitis fermentum de domibus vestris. Quicumq. autem comederit fermentum, disperdetur anima illa de Israel, a die prima vsque ad diem septimam. Et dies prima vocabitur sancta: & dies septima vocata sancta erit vobis. Omne opus ν seruile non facietis in eis: tantũ quæ fient omni animæ, illud solum fiet vobis. Et seruabitis mandatum hoc. In die enim hac educam ξ virtutem vestram de terra Aegypti. Et facietis diem hunc in progenies vestras legitimum æternum: ο incipientes quarta & decima die mensis primi a vespera comedetis azyma vsque ad diem ϖ vnam, & vigesimam mensis vsque ad vesperam. Septem dies fermentum nõ inuenietur in domibus vestris. Quicumq. comederit fermentatum, disperdetur anima illa de synagoga Israel, ρ & in aduenis, & indigenis terræ. Omne fermentatum non comedetis: in omni autẽ habitaculo vestro comedetis azyma. Vocauit autẽ Moyses omnẽ senatum filiorum Israel, & dixit ad eos: Abeuntes sumite vobisipsis pecus secundum cognationes vestras: & sacrificate Pascha: Sumetis autem fasciculum hyssopi, & tingentes de sanguine, qui est σ iuxta ostium, τ tangetis limen, & super ambos postes de sanguine, qui est iuxta ostium. Vos autem non exibitis vnusquisque ostium domus suæ vsque mane. Et præteribit Dominus ad percutiendos Ægyptios: & videbit sanguinem super limen, & super ambos postes, & præteribit Dominus ostium: & non sinet disperdentem ingredi in domos vestras ad percutiendum. Et custodietis verbum hoc legitimum, tibi ipsi, & filijs tuis vsque in seculum. Cum autem ingressi fueritis in terram, quam dederit Dominus vobis, sicut locutus est; custodite seruitutem hanc. Et erit cum dicent ad vos filij vestri, quæ est seruitus ista? & dicetis eis: υ immolatio pascha hoc Domino, sicut protexit domos filiorum Israel in Ægypto; quando percussit Aegyptios, domos autem nostras eruit. Et procumbens populus adorauit. Et abeuntes fecerunt filij Israel, sicut præceperat Dominus Moysi & Aa-

ron

A B C D E

A ron ſic fecerunt. Factum eſt autem mediante nocte; & Dominus percuſsit omne primogenitum in terra Aegypto a primogenito Pharaonis ſedente ſuper thronum vſq. ad primogenitum captiuæ, quæ in fouea: & vſque ad primogenitum omnis pecoris. Et ᵠ ſurgens Pharao nocte, & ſerui eius, & omnes Aegyptij: & factus eſt clamor magnus in omni terra Aegypto: non enim erat domus, in qua non erat in ea ᵡ mortuus. Et vocauit Pharao Moyſem, & Aaron nocte, & dixit illis: Surgite, & exite de populo meo & vos, & filij veſtri, & ſeruite Domino Deo veſtro: Ite, & ſeruite Domino Deo veſtro, ſicut dicitis: & oues, & boues veſtros aſſumentes pergite: benedicite etiam & me. Et cogebant Aegyptij populũ,

B feſtinatione eijciendo eos de terra: dicebãt enim, quia omnes nos morimur. Aſſumpſit autem populus farinam ſuam, antequã fermẽtaretur, conſperſiones ſuas ligatas in veſtibus ſuis ſuper humeros. Filij autẽ Iſrael fecerũt, ſicut cõſtituit illis Moyſes: & petierunt ab Aegyptijs vaſa argentea, & aurea, & veſtem. Et dedit Dominus gratiam populo ſuo corã Aegyptijs: & cõmodauerunt eis: & prædati ſunt Aegyptios. Promouentes autem filij Iſrael de Rameſſe in Socchoth in ſexcenta millia peditum viri, ᵠ præter apparatum, & cõmiſtus multus aſcendit cum eis & oues, & boues & pecora multa valde. Et coxerunt farinam, quam extulerant de Aegypto, ſubcineritia azyma: non enim fuerat fermentata. Eiecerunt

C enim eos Aegyptij: & non potuerunt commorari: neq. cibũ fecerunt ſibipſis in viam. Habitatio autem filiorum Iſrael, ᵃ quam habitauerunt in terra Aegypto, & in terra Chanaan, anni quadringenti triginta. Et factum eſt poſt quadringentos triginta annos, exijt omnis virtus Domini de terra Aegypti nocte. ᵃᵘ Cuſtodia eſt Domino ad educendũ eos de terra Aegypti: illa nox hæc, cuſtodia Domino, vt omnibus filijs Iſrael ſit in progenies eorum. Dixit autem Dominus ad Moyſem, & Aaron Hæc eſt lex ipſius paſcha. Omnis alienigena non comedet de eo: & omnem famulũ, vel argento emptum circumcides eum: & tunc comedet de eo. Aduena vel mercenarius non comedet de eo. In domo vna man

D ducabitur: & nõ efferetis de domo de carnibus foras: & os non conteretis de eo. Omnis ſynagoga filiorum Iſrael faciet id. Si quis autẽ aduenerit ad vos proſelytus ad faciendum paſcha Domino; circuncides omne eius maſculinũ: & tunc accedet ad faciendum id: & erit tanquam & indigena terræ. Omnis incircunciſus non comedet de eo. Lex vna erit indigenæ, & aduenienti proſelyto in vobis. Et fecerunt filij Iſrael, ſicut mandauit Dominus Moyſi, & Aaron ad eos, ſic fecerunt. Et factum eſt in die illa, eduxit Dominus filios Iſrael de terra Aegypti cum virtute eorum.

E ᵅ Pecus.] *Sic viſum eſt commodius omnia reſpondere ſi vertatur dictio illa*, προβάτων. *quod etiam vidit S. Aug q. 41. & 42. licet non ſatis hoc modo indicet ſeruari ſacramentũ; & ipſe in locutionibus ſicut etiã S. Cypr. lib. 2. aduerſus Iudæos habeant, ouem, quæ vſitata eſt iſtius vocabuli notio. Sed idem S. Cyprianus, cum paulo poſt dicat*, perfectum maſculum anniculum erit vobis, *videtur aliquid neutri generis ſubintellexiſſe. S. autem Aug. habet*, agnus perfectus, *& idem Cypr. adiungit*, occident illum. ᵝ Patriarum.] *S. Aug. in locut.* Quas dicat patrias; non facile eſt intelligere: vtrum ciuitates, in quibus commanebant; an potius numeroſas familias à cuiuſque velut paternitate propagatas: hoc enim magis in græco ſignificari perhibetur. *S. Cypr loco indicato*, accipiant ſibi ſinguli ouem per domos tribuum. ᵞ Maſculum.] *In alijs libris ſequitur*, ἄμωμον. *S. Cyprianus videtur habuiſſe, ſed non eodem ordine. Inquit enim*, ouem ſine vitio: perfectum, maſculum, anniculum erit vobis. *S. Ambr. in pſal. 39.* agnus ſine macula mundus maturus maſculus anniculus, &c. *S. Aug. q. 42. habet vt noſtra, itemque vulgata. Ex vulgata, & chaldæo conijci poteſt hanc eſſe aliã interpretationem pro* τέλειον. ᵟ Ab agnis, & hœdis.] *Inquit Theodoretus q. 24.* non, vt ſimul vtrumque immolent; ſed, vt is, qui ouem habet, agnum immolet: qui vero caret oue; immolet hœdum: *quam interpretatio-*

pretationem dicit S. Aug. q. 42. ab hebræis solitam esse afferri. ε Illa.] αὐτά. & potest intelligi, pecora. S. Aug. fatetur græce esse αὐτὰ, sed putat esse vertendum, illas, quoniam intelligatur, carnes, quod apud græcos neutri generis est. Hæc enim sequuntur, καὶ φάγονται τὰ κρέα. In aliqua editione est, αὐτὸ, id est, τὸ πρόβατον, & S. Cyprianus, in quibus cum edent in ipsis, vt videatur accepisse de agno. S. Ambr. serm. 2. manducabitis illud cum amaritudine. ζ Picrides.] S. Cyprianus, cum picridibus edent: sed nos retinuimus phrasim græcam, quæ respondet hebræo, ἐπὶ πικρίδων. Theodorus Gaza apud Aristotelem, & Theophrastum πικρίδα vertit amaraginem. Est autem genus intybi. Vulgata habet, cum lactucis agrestibus. S. Amb. vt diximus, cum amaritudine. η Non remanebit.] οὐκ ἀπολείψεται. Ita est in libris vetustioribus. In alijs partim est, καταλείψετε, partim, ἀπολείψετε. Et S. Cyprianus ibidem, nihil derelinquetis de eis in mane. θ Non conteretis.] Ita S. Aug. q. 41. S. Cyprianus, non confringetis ex eo. Schol. οὐ συντριβήσεται, οὐχ ὑπολείψεται, non conteretur, non remanebit. ι Cum festinatione.] μετὰ σπουδῆς. S. Cyprianus, festinanter. Aquila, ἐν θάμβῳ, in trepidatione. Symm. ἐν ἐπείξει, vrgendo. κ Pascha.] Theodoretus q. 24. Illud πάσχα. Philo quidem interpretatus est, διαβατήρια, sacrificia pro transitu, Ioseppus autem, ὑπέρβασις, al. ὑπέρβασιν; Symmac. autem ὑπέρβασις, al. ὑπέρβασεις, (quibus item nominibus transitus significatur) Theodotio autem Phasec, ipsam hebraicam vocem ponens. Significat autem nomen hebraicum, primogenitorum salutem. Philonis locus est 3. lib. de vita Moysis: vbi addit chaldaice dici πάσχα. λ Domino.] Hæc lectio videtur consentire hebræo, & significare, coram Domino. In alijs codicibus, & apud Theodoretum est, πάσχα γάρ ἐστι κυρίῳ & S. Amb. & S. Cyprianus locis indicatis, itemque 3. lib. aduersus Iudæos num. 11. Pascha est enim Domini. μ Diminutionis.] τῆς ἐκτριβῆς. Sic S. Cypr. ad Demetrianum, & lib. 1. aduersus Iudæos num. 22. aut, deminutionis. Sequitur autem apud eum, cum percutiam terram Ægypti, sed lxx expresserunt hebraismum. ν Seruile.] λατρευτόν. Ex quo loco, & alijs similibus intelligi potest, quamuis λατρεία sæpe significet cultum religiosum Deo exhibitum, vt infra in hoc eodem capite, tamen istius verbi notionem latius patere, atque interdum vilia etiam ministeria significare. ξ Virtutem.] δύναμιν. Significat exercitum, vt alibi sæpissime. ο Incipientes] ἐναρχόμενοι. In Compl. est, ἐναρχομένη. incipiente. π Vnam.] Notum est vnum apud hebræos dici, quod primum est. ρ Et in aduenis.] γειώραις. Theodoretus ibidem, γειώραν appellauit proselytum. σ Iuxta ostium.] Vulgata, qui est in limine: hebræus, & Chaldæus, qui in vase. S. Aug q. 46. An, quod est credibilius, ideo dixit ex sanguine, qui est iuxta ostium; quia vtique ille, qui litturus est super limen, & postes, vas ipsum, in quo sanguinem excepit, iuxta ostium positurus est; vt ad manum habeat, quando tingat. τ Tangetis.] καθίξετε. Compl. θίξετε, quod idem valet. In aliqua editione est, ἐπὶ τῆς φλιᾶς. Et S. Aug. in locut. & quæst. linietis super limen. υ Immolatio pascha hoc Domino.] Ita S. Aug. in locut. Sed quod sequitur in nostra, sicut, & græce est ὡς, in alijs codicibus est, ὅς, qui. φ Et surgens.] καὶ ἀναστάς. In alijs libris est, καὶ ἀνέστη, & surrexit. χ Mortuus.] Ita S. Aug. q. 44. & uulgata latina. Alij codices habent, τεθνηκός. mortuum: ut referatur ad πρωτότοκον, primogenitum. ψ Præter apparatum.] πλὴν ἀποσκευῆς. S. Aug. q. 47. admonet dictionem istam solere uerti instructum, censum, substantiam, ac de eius notione diligenter disputat. Omnino, ut alibi notauimus, apud lxx. uidetur significare familiam minime idoneam militiæ. Aquila hoc loco, χωρὶς νηπίων, sine infantibus. ω Quam habitauerunt.] Hoc modo potius diximus, quàm incoluerunt, ut S. Aug. bis quæst. 47. quoniam græce est, κατῴκησαν, non, παρῴκησαν. In alijs autem codicibus sequitur, αὐτοὶ, καὶ οἱ πατέρες αὐτῶν. Et S. Aug. ibidem, quem incoluerunt in terra Ægypti, & in terra Chanaan ipsi, & patres eorum. Vbi etiam de hoc numero annorum egregie disputat. αα Custodia.] προφυλακή. In Compl. est, νὺξ προφυλακῆς, nox custodiæ. Aquila, παρατηρήσεως, obseruationis. Symmachus, παρατετηρημένη, obseruata. Schol. Samariticus, φυλάξεως, obseruationis.

CAP. XIII.

Dixit autem Dominus ad Moysem, dicens: Sanctifica mihi omne primitiuum primogenitum adaperiens omnem vuluam in filijs Israel: ab homine ad pecus mihi erit. Dixit autem Dominus ad populum: Memoramini diei huius, in qua exiuistis de terra Egypti, de domo seruitutis. In manu enim valida eduxit vos Dominus hinc: & non manducabitur fermentum. Hodie enim vos egredimini in mense * nouorum. Et erit cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram Chananæorum, & Chettæorum, & Amorrhæorum, & Euæorum, & Iebusæorum, & Gergesæorum, & Pherezæorum, quam iurauit patribus tuis dare tibi fluentem lacte & melle; & facies seruitutem hanc in mense hoc. Sex dies comedetis azyma: Die autem septimo solennitas β Domini. Azyma comedetis septē dies: non apparebit tibi fermentatum: neq. erit tibi fermentum in omnibus finibus tuis. Et annunciabis filio tuo in die illa, dicens: Propter hoc fecit Dominus Deus mihi; cum egrediebar de Ægypto. Et erit tibi γ signū super

A ſuper manū tuam, & memoriale ante oculos tuos; vt ſit lex Domini in ore tuo. In manu enim valida eduxit te Dominus Deus de Aegypto. Et ſeruate [δ] legem hanc ſecundum tempora [ε] ſtatuta a diebus in dies. Et erit cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram Chananæorum, quemadmodū iurauit patribus tuis, & dabit tibi eam; & [ζ] ſeparabis omne adaperiens vuluam, maſculina Domino: Omne adaperiens vuluam de armentis, vel in pecoribus tuis, quæcumque tibi nata fuerint, maſculina ſanctificabis Domino. Omne adaperiens vuluam [η] aſini mutabis oue: Sin autem non mutaueris; [θ] redimes illud: omne primogenitum hominis filiorum tuorū redimes. Sin autem interrogauerit te filius tuus, dicens, Quid hoc? & dices ei: Quoniam in manu valida eduxit Dominus nos de terra Aegypti, de domo ſeruitutis. Quando autem indurauit ſe Pharao ad dimittendum nos; interfecit omne primogenitum in terra Aegypto a primogenitis hominum vſque ad primogenita pecorum. Propter hoc ego immolo omne adaperiens vuluā, maſculina Domino: & omne primogenitum filiorū meorum redimam. Et erit in ſignum ſuper manum tuam, & [ι] immobile ante oculos tuos. In manu enim valida eduxit te Dominus de Aegypto. Cum autem emiſit Pharao populum; non deduxit eos Deus per viam terræ Philiſtiim, quia prope erat. Dixit enim Deus: ne quando pæniteat populum, cum viderit prælium, & reuertatur in Aegyptum. C Et circumduxit Deus populum via, quæ ad deſertum, ad rubrum mare. [κ] Quinta autem progenie aſcenderunt filij Iſrael de terra Aegypti. Et ſumpſit Moyſes oſſa Ioſeph ſecum. Iuſiurando enim adiurarat filios Iſrael dicēs: Viſitatione viſitabit vos Dominus: & ſimul efferetis oſſa mea hinc vobiſcum. Promouentes autem filij Iſrael de Socchoth, caſtrametati ſunt in Othon iuxta deſertum. Deus autem præibat eos, die quidem in columna nubis oſtendere illis viam; noctu autem in columna ignis. Non defecit autem columna nubis die, & columna ignis noctu coram omni populo.

D [α] Nouorum.] τῶν νέων. *Et valet*, nouarum frugum, *ſicut habet vulgata.* [β] Domini.] *In Complutenſi eſt*, κυρίῳ, Domino. [γ] Signum.] *In alijs editionibus eſt*, εἰς σημεῖον, in ſignum, *aut, vt ſolent dicere S. Cyprianus, & S. Aug.* in ſigno. *Ita etiam paulo inferius in hoc eodem capite.* [δ] Legem.] *Schol.* Alius, ἀκριβασμὸν, (*ſolet autem Aquila hoc modo vocare præceptum:*) alius, θέσπισμα constitutionem. [ε] Tempora ſtatuta.] *Viſum eſt hoc modo non male reddi illud*, κατὰ καιροὺς ὡρῶν. *Nam & vulgata habet*, ſtatuto tempore. *Complutenſis autem*, tempora annorum. [ζ] Separabis.] ἀφελεῖς. *Alij libri*, ἀφοριεῖς, *quod idem ualet.* [η] Aſini.] *S. Auguſt. in locut. habebat*, aſinæ: *ſed putat græcum habere*, aſini. *Ita certe uertunt ex hebræo.* [θ] Redimes.] *Aquila*, τενοντώσεις, iugulabis. *Symmachus*, ἀποκτενεῖς, interficies, (*quod habet etiam vulgata*) *Theodotio*, νωτοκοπήσεις αὐτὸ ceruicem illi franges. [ι] Et immobile.] *Aquila*, καὶ εἰς ἄνεκτα, & in appenſa quædam. *Vulgata*, quaſi appenſum quid. *Sanctes vocabulum hebræum uertit*, & in frontalia. [κ] Quinta autem progenie.] *S. Aug. q.* 50. Has autē dicit progenies latinus interpres, quas γενεὰς græci vocant: quæ in Euangelio generationes appellantur: nec numerantur, niſi per ſucceſſiones hominum, non per numerum annorum. *Aquila, & Symm.* καθωπλισμένοι, *armati* (*quod etiam habet uulgata*) *Theodotio*, πεμπτίζοντες, quintati. *Ita enim uertit Sanctes ex hebræo, alij autem*, accincti.
E

CAP. XIIII.

Et locutus eſt Dominus ad Moyſem dicens: Loquere filijs Iſrael: & reuerſi caſtrametentur e regione [α] ſuburbij inter Magdolum, & mare contra Beelſephon. Coram ipſis caſtrametaberis ſuper mare. Et dicet Pharao populo ſuo: filij Iſrael errant hi in terra: concluſit enim eos deſertum. Ego autem indurabo cor Pharaonis: & perſequetur poſt eos. Et glorificabor in Pharaone,

&in

& in omni exercitu eius. Et cognoscēt omnes Ægyptij, quia ego sum Dominus. A
Et fecerunt sic. Et nunciatum est regi Aegyptiorum; quia fugit populus. Et conuersum est cor Pharaonis, & famulorum eius in populum & dixerunt: Quid hoc fecimus, vt emitteremus filios Israel, ne seruirent nobis? Iunxit igitur Pharao currus suos: & omnem populum suum simul eduxit secum: & [β] sumens sexcentos currus electos, & omnem equitatum Aegyptiorum, & [γ] tristatas super omnes. Et indurauit Dominus cor Pharaonis regis Aegypti, & seruorū eius & persecutus est post filios Israel. Filij autem Israel egrediebantur in manu excelsa. Et persecuti sunt Aegyptij post eos, & inuenerunt eos castrametatos iuxta mare. Et omnis equitatus & currus Pharaonis, & equites, & exercitus eius e regione B suburbij contra Beelsephon. Et Pharao [δ] accessit. Et respicientes filij Israel oculis vident: & [ε] Aegyptij castrametati sunt post eos. Et timuerunt valde. Clamauerunt autem filij Israel ad Dominum, & dixerunt ad Moysem: eo quod non essent sepulchra in Aegypto; eduxisti nos, vt morti traderes in deserto. Quid hoc fecisti nobis, educens de Aegypto? Nonne hoc erat verbum, quod locuti sumus ad te in Aegypto, dicentes, dimitte nos, & seruiamus Aegyptijs? Melius enim est nos seruire Aegyptijs, quam mori in deserto hoc. Dixit autem Moyses ad populum: Fidite, state, & videte salutem, quæ est a Domino, quam faciet vobis hodie. Sicut enim vidistis Aegyptios hodie, non apponetis amplius videre eos in C [ζ] æternum tempus. Dominus pugnabit pro vobis: & vos tacebitis. Dixit autem Dominus ad Moysem: Quid clamas ad me? Loquere filijs Israel, [η] & disiungāt. Et tu eleua [θ] virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & finde illud: & ingrediantur filij Israel in medium maris [ι] per siccum. Et ecce ego indurabo cor Pharaonis, & Aegyptiorum omnium: & ingredientur post eos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus, & in equitibus eius. Et cognoscent omnes Aegyptij, quia ego sum Dominus: dum ego glorificor in Pharaone, & in curribus, & in equitibus eius. Promouit autem angelus Dei, qui præibat castra filiorum Israel, & iuit a tergo. Promouit autem & columna D nubis a facie eorum, & stetit a tergo eorum: & intrauit inter castra Aegyptiorum, & castra Israel, & stetit: & factæ sunt [κ] tenebræ, & caligo: & venit nox: & non commiscuerunt se inuicem totam noctem. Extendit autem Moyses manum super mare: & subduxit Dominus mare in vento Austro violento totam noctem: & fecit mare, siccum: & scissa est aqua: & ingressi sunt filij Israel in mediū maris per siccum: & aqua eius, murus a dextris, & murus a sinistris. Et persecuti sunt Aegyptij, & ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis, & currus, & ascensores in medium maris. Factum est autem in vigilia matutina, & inspexit Dominus super castra Aegyptiorum in columna ignis, & nubis: & conturbauit castra Ægyptiorum: & [λ] colligauit axes curruum eorum, & egit eos cum violentia. Et dixerunt Aegyptij. Fugiamus a facie Israel: Dominus enim oppugnat pro eis Aegyptios. Dixit autem Dominus ad Moysem: Extende manum tuam super mare: & restituatur aqua, & cooperiat Aegyptios, & super currus, & ascensores. Extendit autem Moyses manum super mare: & redijt aqua diem versus, E [μ] super locum. Agyptij autem fugerunt sub [ν] aquam: & [ξ] excussit Dominus Aegyptios [ο] medium maris. Et reuersa aqua operuit currus, & ascensores, & omnem virtutem Pharaonis, eos qui ingrediebantur post ipsos in mare. Et non remansit

A mansit de eis ne vnus quidem Filij autem Israel iuerunt per siccum in medio maris: aqua autem ipsis erat murus a dextris, & murus a sinistris. Et eruit Dominus Israel in die illa de manu Aegyptiorum. Et vidit Israel Aegyptios mortuos iuxta labium maris. Vidit autem Israel manum magnam, quæ fecit Dominus Aegyptijs. Timuit autē populus Dominum: & crediderunt Deo, & Moysi seruo eius. Tunc cantauit Moyses, & filij Israel canticum hoc Deo, & dixerunt π dicentes.

α Suburbij.] τῆς ἐπαύλεως *Interpres Origenis homil. 5. retinuit verbum græcum (quemadmodum & vulgata verbum hebræum Phiairoth) atque ita hunc locum refert* : De othon conuersi iter facite inter Epauleum, & inter Magdalum, quod est contra Beelsephon. *Et vulgata etiam habet*, Magdalum : *sed hoc propius Chaldæo* : Magdolum *autem hebræo.* β Sumens.] λαβών. *In alijs libris est*, ἔλαβεν sumpsit. γ Tristatas.] *S. Hier. in cap. 23. Ezech.* Duces, & magistratus, siue tristatas; quos nos principes principum interpretati sumus. De quibus, & in Exodo legimus, electos ascensores tristatas: pro quibus latina simplicitas ternos statores transtulit. Tristatæ autem nomen est apud græcos secundi gradus post regiam dignitatem. De quibus scriptum est, verumtamen ad tres primos non peruenit. Qui principes equitum, peditumque erant, & tributorum: quos nos magistros vtriusque militiæ, & præfectos annonarij tituli nominamus. *ternos quidem statores habet* Interpres *Origenis homil. 6. & ibi multa Origenes, & vide sequentis capitis notationes.* δ Accessit.] προσῆγε *& non discedit a vulgata. Compl. habet*, προῆγεν, præibat. ε Et Ægyptij.] *In alijs libris est*, καὶ ἰδοὺ οἱ αἰγύπτιοι & ecce Ægyptij. ζ In sempiternum tempus.] *Ita S. August. quæst. 51. quod græce est*, εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. η Et diiungant.] καὶ ἀναζευξάτωσαν. *Militare verbum est, & significat dissoluere tentoria, vt alibi dicemus ex S. Aug. Schol.* Samariticus ἵνα ἀπάρωσιν, *quod item significat tollere castra, & abire. S. Aug q. 47. vbi græce est*, ἀπάραντες. *dixit*, sustulerunt. *Interpres autem Origenis hom. 5.* leuantes. *Alibi S. Augu. pro hoc uerbo græco utitur promouere. S. Cyprianus lib. 2. testim. num. 5. pro*, ἐξῆρεν *dixit*, promouit. θ Virga tua.] *In alijs libris*, τὴν ῥάβδον σου, *& S. Augu. q. 53.* & tu eleua virgam tuam. *Eandem uarietatem supra etiam notauimus.* ι Per siccum] κατὰ τὸ ξηρόν. *Schol.* εἰς χέρσον, εἰς ξηρόν, in solum terræ, in siccum. κ Tenebræ, & caligo.] *Aquila*, καὶ ἐγένετο ἡ νεφέλη σκότος, καὶ ἐφώτισε τὴν νύκτα, καὶ οὐκ ἤγγισεν οὗτος πρὸς τοῦτον. Et nubes facta est tenebra, & illuminauit noctem, & non appropinquauit hic ad illū; *nec multo aliter uulgata. Symm.* καὶ ἦν ἡ νεφέλη σκότος μὲν ἐκεῖθεν, φαίνουσα δὲ ἐντεῦθεν, Et erat nubes inde quidem tenebræ, hinc vero apparens, & lucens. *Schol.* Samariticus, καὶ ἦν τὸ νέφος, καὶ τὸ σκότος, καὶ ἔφαινε τῇ νυκτί. & erat nubes, & tenebræ: & apparebat nocte. λ Colligauit.] συνέδησε *id est* impediuit. *Symm.* μετέστησε, transtulit, peruertit. μ Super locum.] ἐπὶ χώρας. *Aquila*, εἰς τὸ ἀρχαῖον αὐτοῦ ad pristinum locum, *ut fere uulgata. Paraphrasis autem chaldaica* ad vigorem suum, *nec multo aliter Sanctes.* ν Sub aquam.] ὑπὸ τὸ ὕδωρ. *Compl.* ἐπὶ τὸ ὕδωρ ad aquam. ξ Excussit.] *Aquila*, ἀνέβρασεν, coxit, suffocauit. ο Medium maris.] *Sic notat in locut. S. Aug. habere græcum pro*, in medio maris. *In alijs tamen editionibus est*, εἰς μέσον τῆς θαλάσσης. π Dicentes.] *A complutensi abest istud*, λέγοντες. *In alis libris est*, καὶ εἶπαν τοῦ λέγειν, *quod S. Aug. in locut. uertit*, & dixerunt dicere, *sed posset etiam uerti*, & dixerunt dicendo. *Vtrumq. satis respondet hebræo. Sed*, λέγοντες *est usitatius apud lxx.*

CAP. XV.

CAntemus Domino: gloriose enim glorificatus est: equū, & ascensorem proiecit in mare. Adiutor, & protector factus est mihi in salutem. Iste Deus meus; & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum. Dominus conterens bella: Dominus nomen illi. Currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare, electos ascensores α tristatas. β Submersi sunt in mari rubro: ponto operuit eos: descenderunt in profundum quasi lapis. Dextera tua Domine glorificata est in fortitudine: dextera tua manus Domine confregit inimicos: & multitudine gloriæ tuæ contriuisti aduersarios. Misisti iram tuam: deuorauit eos sicut stipulā: & per spiritum indignationis tuæ γ diuisa est aqua: compactæ sunt, tanquam murus, aquæ: compactæ sunt vndæ in medio mari: Dixit inimicus, persequens comprehendam: diuidam spolia: implebo animam meam: interficiā gladio meo: dominabitur manus mea. Misisti spiritum tuum: cooperuit eos mare: demersi sunt quasi plūbum in aqua vehementi. Quis similis tibi in Dijs Domine? quis similis tibi? glorificatus in sanctis, δ mirabilis in ma-

in maieſtatibus, faciens prodigia. Extendiſti manum tuam: deuorauit eos ε terra. Deduxiſti iuſtitia tua populum hunc, quem redemiſti: ζ aduocaſti fortitudine tua ad diuerſorium ſanctum tuum. Audierunt gentes, & η iratæ ſunt: dolores apprenderunt habitatores Philiſtijm. Tunc θ feſtinauerunt Duces Edom, & principes Moabitarum: apprehendit illos tremor: tabuerunt omnes inhabitantes Chanaan. Irruat ſuper eos tremor, & timor: ι magnitudine brachij tui fiant tamquã lapis: donec tranſeat populus tuus Domine: donec tranſeat populus tuus hic, quem poſſediſti. Introducẽs planta eos in montẽ hæreditatis tuæ, in κ paratum habitaculum tuum, quod perfeciſti Domine, λ ſanctuarium Domine, quod parauerunt manus tuæ. Dominus regnans μ ſeculum, & in ſeculum & vltra. Quoniam ingreſſus eſt equitatus Pharaonis cum curribus & aſcenſoribus in mare: & induxit ſuper eos Dominus aquam maris. Filij autem Iſrael ambulauerunt per aridã in medio maris. ν Sumens autem Maria propheteſſa ſoror Aaron tympanum in manu ſua: & egreſſæ ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis, & choris. ξ Principium autem dedit illis Maria dicens. Cantemus Domino: glorioſe enim glorificatus eſt: equum, & aſcenſorem proiecit in mare. Suſtulit autem Moyſes filios Iſrael a mari rubro, & eduxit eos in deſertum Sur. Et ibant tres dies in deſerto, & non inueniebant aquam, vt biberent. Venerunt autem in Merra, & non potuerũt ο bibere de Merra: amara enim erat. Propter hoc π cognominauit nomen loci illius amaritudo. Et murmurabat populus aduerſus Moyſem, dicentes: Quid bibemus? Clamauit autem Moyſes ad Dominum. Et oſtẽdit ei Dominus lignum: & iniecit illud in aquam, & dulcis facta eſt aqua. Ibi poſuit ei iuſtificationes & iudicia: & ibi eum tentauit, & dixit: Si auditu audieris vocem Domini Dei tui, & quæ placent coram illo, feceris, & auribus perceperis mandata eius; & cuſtodieris omnes iuſtificationes eius, omnem infirmitatem, quam intuli Ægyptijs, non inducam ſuper te. Ego enim ſum Dominus Deus tuus ſanans te. Et venerunt in Ælim: & erant ibi duodecim fontes aquarũ, & ſeptuaginta arbores palmarum. Caſtrametati autem ſunt ibi iuxta aquas.

α Triſtatas.] *Præter ea, quæ ſuperiore capite ſunt allata, libet & ea afferre, quæ habentur ex Gregorio Nyſſeno partim in catena in hoc canticũ verſa in latinum à ſummo & ſingulari viro Cardinali Caraffa: partim hoc loco ex Scholiaſte, qui etiam citat Origenem, quamuis hic quidem homilia ſexta anagogice tantum iſtam dictionem interpretetur.* Nomine iſto, τριστάτας hoc ſignificat. Contra hoſtiles manus antiqui magnos currus faciebant, adeo, vt tres homines caperent: vnus quidem aurigæ officio fungebatur: alter vero protegebat; tertius vero pugnabat, (*al.* vt vnus quidem auriga eſſet: duo vero alij certarent.) Vel triſtatas dicit eos, qui aſcenderant ſuper tres equos. Antiqui enim in bellum exeuntes ſuper tres equos vehebãtur. Inquit enim, omnem equum, & triſtatas ſuper ipſis. *(Videtur autem indicare locum præcedentis capitis, licet paulo aliter referat.)* Vel robuſtos, & eos, qui aduerſus tres poſſent conſiſtere. Vel eos, qui in acie, tertij ſtabant in phalange, hoc ipſo modo, exercitu conſiſtente in ſpeciem phalangis. Primo enim cadente, vel defeſſo, ac laborante, triſtata ſuccedebat in locum illius. Vel ſignificat, τριστάτην, id eſt eum, qui ſedente rege tertius ſtat, vel tertiam ſedem habet: qualis erat Dauid apud Saul. *De triſtata cũ alibi in ſcriptura fit mentio, tum. 4. Reg. cap. 7. hoc modo,* καὶ ἀπεκρίθη τριστάτης, ἐφ' ὃν ὁ βασιλεὺς ἐπανεπαύετο ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ. & reſpondit triſtata, ſuper quem rex innitebatur, & quieſcebat ſuper manum eius. β Submerſi ſunt.] κατεποντίσθησαν *In alijs libris eſt,* ἐπιλέκτους ἀναβάτας τριστάτας κατεπόντισεν. *Et Interp. Origenis,* electos aſcenſores, ternos ſtatores demerſit, &c. γ Diuiſa eſt aqua.] *Ita etiam S. Aug. q. 55. Aquila autem, Symm. & Theodotio,* ἐσωρεύθη, coaceruata eſt. δ Mirabilis in maieſtatibus] *Sic Inter. Origenis, quod græce eſt,* θαυμαστὸς ἐν δόξαις. *Compl.* θαυμαστῶς, ἐνδόξως ποιῶν τέρατα, mirabiliter, glorioſe faciens prodigia. *Symm.* ὅτι ἐν δυναστείᾳ, ὅτι ἐν ἁγιασμῷ ἐξισωθῆναι, neque in potentatu, neque in ſanctificatione æquari. ε Terra.] *S. Aug. quæſt. 44.* Terra pro aqua nimirum eſt poſita, &c. ζ Aduocaſti.] παρεκάλεσας τῇ ἰσχύϊ σου εἰς κατάλυμα ἅγιόν σου. *Int. Origenis.* Conſolatus es in virtute tua, in requie ſancta tua. *Symmac. pro,* παρεκάλεσας *dixit,* ἐβάστασας, portaſti: *quod habet vulgata.* η Iratæ ſunt.] *Aquila,* ἐκλονήθησαν, commotæ ſunt. *Schol.* ἐταράχθησαν turbatæ ſunt. θ Feſtinauerunt.] *Sic Int. Origenis, ſed verbo,* σπεύδειν *non ſolum ſignificari feſtinationem, ſed etiam interdum trepidationem, alibi*

quoque

A *quoque notabitur. Nam & trepidatio non raro facit festinationem: cursitant enim qui trepidant.* *Schol.* Alij, ἐθορυβήθησαν, tumultuati sunt. ι Magnitudine brachij tui.] *hæc possunt etiam coniungi cum præcedentibus Int. Origenis.* Veniat ergo super eos timor, & tremor magnitudinis brachij tui. Fiant tanquam lapis, &c. κ In paratum habitaculum. *Schol.* ἕδρασμα, εἰς καθέδραν, sedem, in cathedram. λ Sanctuarium.] ἁγίασμα. *Int. Origenis,* sanctimonium. μ Seculum] *Compl. habet* εἰς αἰῶνα. & *Int. Origenis,* qui regnas in seculum, *Vbi multa de isto vocabulo* αἰών. ν Sumens.] *In alijs libris est,* ἔλαβε, sumpsit. ξ Principium.] ἐξῆρχε δὲ αὐτοῖς. *Schol.* καὶ κατέλεγεν αὐτοῖς, & dicebat eis. ο Bibere de Merra.] *Alij codices habent,* πιεῖν ὕδωρ ἐκ μερρᾶς. & *Int. Origenis hom.* 7. non poterant aquam bibere de Merrha. *Itemque S. Aug. q.* 56. π Cognominauit.] *Respondet hebræo. In alijs libris est,* ἐπωνομάσθη, cognominatum est.

CAP. XVI.

B PRomouerunt autem de Aelim: & venerunt omnis synagoga filiorũ Israel in desertum Sin: quod est inter Aelim, & Sina. Quinta autem & decima die mense secundo, cum ipsi exiuissent de terra Aegypti, murmurauit omnis synagoga filiorum Israel aduersus Moysem, & Aaron. Et dixerunt ad eos filij Israel: Vtinam mortui essemus percussi a Domino in terra Aegypto; quando sedebamus super ollas carnium, & manducabamus panes ad satietatem: quoniã eduxistis nos in desertum hoc ad interimendum omnem synagogam hanc in fame. Dixit autem Dominus ad Moysem: Ecce ego pluo vobis panes de cælo. Et exibit populus, & colligent α quod diei, in die: vt tentem eos, si ambulabunt C β lege mea, an non. Et erit in die sexto, & parabunt, quodcumque intulerint: & erit duplum, γ quod collegerint per diem in die. Et dixit Moyses & Aaron ad omnem synagogam filiorum Israel: Vespere cognoscetis, quia Dominus eduxit vos de terra Aegypti: & mane videbitis gloriam Domini in δ exaudiendo murmurationem vestram aduersus Deum. Nos autem quid sumus; quia obmurmuratis contra nos? Et dixit Moyses: in dando vobis Dominum vespere carnes ad comedendum, & panes mane ad satietatem; propterea quod exaudiuit Dominus murmurationem vestram, quã vos obmurmuratis aduersus nos. Nos autem quid sumus? non enim aduersus nos est murmur vestrum, sed aduersus Deum. D Dixit autem Moyses ad Aaron: Dic omni synagogæ filiorum Israel: Accedite ante Deum: exaudiuit enim murmur vestrum. Dum autem loquebatur Aaron omni synagogæ filiorum Israel; & conuerterunt se ad desertum: & gloria Domini apparuit in nube. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Exaudiui murmur filiorum Israel. Loquere ad eos, dicens: Ad vesperam edetis carnes, & mane replebimini panibus: & cognoscetis, quia ego Dominus Deus vester. Facta est autem vespera; & ascendit ε ortygometra, & cooperuit castra. Factum est mane conquiescente rore in circuitu castrorum: & ecce super faciem deserti minutum tanquam coriandrum album, tanquam ζ gelu super terram. E Videntes autem id filij Israel, dixerunt alter alteri: Quid est hoc? Nesciebant enim quid erat. Dixit autem Moyses eis: Iste est panis, quem dedit Dominus vobis ad edendum: Hoc est verbum, quod constituit Dominus. Colligite de eo vnusquisque in eos, qui ad se pertinent, Gomor, secundum caput, secundum numerum animarum vestrarum, vnusquisque cum vestris η contubernalibus colligite. Fecerunt autem sic filij Israel: & collegerunt hic quidem multum, ille vero minus: & cum mensi essent Gomor, non superfuit ei, qui multum, & nõ defuit ei, qui minus: vnusquisq. in eos, qui ad se pertinebant, apud seipsum collegerunt. Dixit autẽ Moyses ad eos. Nemo relinquat de eo in mane. Et nõ exau-

dierunt

dierunt Moyſem: ſed reliquerunt quidam de eo in mane: & θ ebulliuit vermes, & computruit. Et indignatus eſt aduerſus eos Moyſes. Et collegerunt illud mane mane, vnuſquiſque ι quod pertinebat ad ſe. Quando autem incaleſcebat ſol; liqueſiebat. Factum eſt autem die ſexto, collegerunt neceſſaria dupla, duo gomor vni. Ingreſſi ſunt autem omnes principes ſynagogæ, & nunciauerũt Moyſi. Dixit autem Moyſes ad eos: Nonne hoc eſt verbum, quod locutus eſt Dominus? κ Sabbata requies ſancta Domino λ cras. Quæcumque coxeritis, coquite; & quæcumque elixaueritis, elixate: & omne quod ſuperfuerit, relinquite illud in apotheca in mane. Et reliquerunt de eo vſque mane, ſicut conſtituit eis Moyſes: & non computruit, neque vermis factus eſt in eo. Dixit autem Moyſes: comedite hodie: μ ſunt enim ſabbata hodie Domino: non inuenietur in campo. Sex diebus colligetis: die autem ſeptimo ſabbata; quia non erit in eo. Factum eſt autem in die ſeptimo exierunt quidam de populo ad colligendum: & non inuenerunt. Dixit autem Dominus ad Moyſem: Quouſq. non vultis exaudire mandata mea, & legem meam? Videte: Dominus enim dedit vobis ſabbata diem hunc. Propter hoc ipſe dedit vobis die ſexto panes duorum dierum. Sedete vnuſquiſq. in ν domibus veſtris: nemo egrediatur de loco ſuo die ſeptimo. Et ſabbatizauit populus die ſeptimo. Et cognominauerunt illud filij Iſrael nomen eius Man. Erat autem tanquam ξ ſemen coriandri album: guſtus autem eius tanquam ο laganum cum melle. Dixit autem Moyſes: Hoc eſt verbum, quod conſtituit Dominus. Implete gomor de Man in apothecã in progenies veſtras; vt videant panem, quem comedebatis vos in deſerto; quando eduxit vos Dominus de terra Ægypti. Et dixit Moyſes ad Aaron: Accipe vas aureum vnum, & inijce in illud, plenum gomor Man: & repones illud ante Deum, vt ſeruetur in progenies veſtras; quemadmodum præcepit Dominus Moyſi. Et repoſuit Aaron ante teſtimonium ad reſeruandum. Filij autem Iſrael ederunt Man annis quadraginta, quoaduſque venerunt in terram, quæ inhabitatur: Man ederunt; quoaduſque aduenerunt in partem Phœnicis. Gomor autem erat decima π trium menſurarum.

α Quod diei, in die.] *τὸ τῆς ἡμέρας εἰς ἡμέραν, ideſt, quod vni diei ſufficit, ſingulo quoque die. Inter opera S. Cypr. in lib. de montibus Sina & Sion,* diurnum in diem. *Apud S. Aug. quæſt.* 58. *eſt*, vnius diei in diem: *itemque apud Int. Origenis hom. 7. Qui verba paulo poſt ſequentia, atque idem ſignificantia, τὸ καθ' ἡμέραν εἰς ἡμέραν interpretatur*, quotidianum in die. β Lege.] *Int. Origenis*, in lege. γ quodcumque collegerint] *Int. Origenis*, quodcumque intulerint. *Videtur autem idem valere, ac ſi diceretur*, duplum ad illud, quod colligere ſoliti ſunt ſingulo quoque die. δ In exaudiendo.] S. *Aug. in locut.* dum exaudiet: *atque optima interpretatio eſt: ſed neſcio quomodo phraſis illa græca & hebræa efficacior eſt: quare in pſalmo* 125. In conuertendo Dominus captiuitatem. *Itaque & nos ea interdum vtimur.* ε Ortygometra.] *S. Aug. q.* 62. Vnde & illis ortygometra data eſt, id eſt aues, quas coturnices multi latini interpretati ſunt: cum ſit aliud genus auium Ortygometra; quamuis coturnicibus non vſquequaque diſſimile. *Vulgata quidem habet*, coturnix, *& hic & pſalmo* 104. ζ Gelu.] *πάχνη. Schol. πάχνη*, pruina. η Contubernalibus.] *συσκηνίοις, aut, vt alij codices, σκηνώσεσι. S. Aug. in locut.* cum commanentibus vobis. *Compl. habet, ἐν ταῖς σκηναῖς ὑμῶν.* in tabernaculis veſtris. θ Et ebulliuit.] *ἐξέζεσε. Schol.* Alius, *ἀνέβρασεν, quod idem valet.* ι Quod pertinebat.] *τὸ καθῆκον. Schol.* Alius, *ἕκαστος τὸ ἀρκοῦν*, quod ſatis erat. κ Sabbata.] *Videtur rectus in numero multitudinis, & ſignificare ſolemnitatem ſabbati; quemadmodum apud ethnicos Floralia, Magnaleſia, & huiuſmodi.* λ Cras.] *In Compl. & in multis editionibus vulgatæ itemque in chaldæo coniungitur cum ſequentibus; vt intelligatur, quod cocturi eſtis cras, coquite hodie: ſed melius coniungitur cum præcedentibus.* μ Hodie.] *In Compl. eſt, φάγετε σήμερον αὐτό· ἔστι γὰρ σάββατον τῷ κυρίῳ· σήμερον οὐχ εὑρεθήσεται ἐν πεδίῳ.* comedite hodie illud: eſt enim ſabbatum Domino: hodie non inuenietur in campo. *In alia autem editione, φάγετε σήμερον· ἔστι γὰρ σάββατα ἀνάπαυσις τῷ κυρίῳ· σήμερον οὐχ εὑρήσετε ἐν τῷ πεδίῳ.* Comedite hodie: ſunt (*al.* eſt) enim ſabbata requies Domino: hodie non inuenietis in campo. ν In domibus veſtris.] *In alijs libris additur.*

A *tur*, παρ' ἑαυτῷ, apud ſemetipſum. *Hoc habet vulgata ex hebræo, & non illud: quare videri poſſunt duæ interpretationes.* ξ Semen coriandri.] *Schol.* Samariticus, ὡς σπέρμα ὀρύζης, tamquam ſemen oryzæ. ο Laganum.] *aut*, ſimila, *græce eſt*, ἐγκρίς. *Theodoretus quæſt.* 30. *ex Symm.* ὡς ἄμυλος ἐν μέλιτι, tanquam bellarium in melle. *Schol. ex Aquila*, ἄμυλος ἐξ ἐλαίου bellarium ex oleo. *Incertus interpres*, μέλι κηρίου, mel faui, *aut*, placentæ. π Trium menſurarum.] *Chaldæus*, trium ſatorum. *Schol.* τοῦ οἰφί. *vulgata* Ephi. *Theodoretus notat Gomor apud Ioſephum continere tres atticas cotylas cum dimidia. Verum hac de re alibi.*

CAP. XVII.

ET promouit omnis ſynagoga filiorum Iſrael e deſerto Sin ſecundum caſtra ſua per verbum Domini. Et caſtrametati ſunt in Raphidin. Non erat B autem aqua populo ad bibendum. Et maledicebat populus ad Moyſem, dicentes: Da nobis aquã, vt bibamus. Et dixit eis Moyſes: Quid maledicitis mihi, & quid tentatis Dominum? Sitiuit autem ibi populus α propter aquã. Et obmurmurauit ibi populus erga Moyſem, dicentes: Vt quid hoc? aſcendere nos feciſti de Ægypto, ad occidendum nos, & filios noſtros, & pecora ſiti? Clamauit autem Moyſes ad Dominum, dicens: Quid faciam populo huic? adhuc paululum: & lapidabunt me. Et dixit Dominus ad Moyſem: Antecede populum iſtum: ſume autẽ tibi de ſenioribus populi: & virgam in qua percuſſiſti flumen, ſume in manu tua: & ibis. β Ipſe ego γ ſto ibi priuſquam tu, ſuper petrã C in Choreb. Et percuties petram: & ex ea exibit aqua: & bibet populus. Fecit autem Moyſes ſic coram filijs Iſrael, & cognominauit nomen loci illius, tentatio, & maledicentia, propter maledictum filiorum Iſrael; & eo quod tentabant Dominum dicentes; ſi eſt Dominus in nobis, an non. Venit autem Amalec, & oppugnabat Iſrael in Raphidim. Dixit autem Moyſes ad Ieſum: Elige tibi viros potentes: & exiens δ congredere cum Amalec cras. Et ecce ego ſto ſuper cacumen collis: & virga Dei in manu mea. Et fecit Ieſus, ſicut dixit ei Moyſes: & exiens congreſſus eſt cum Amalec. Et Moyſes, & Aaron & Or aſcenderunt in cacumen collis. Et factum eſt, cum leuabat Moyſes manus; inualeſcebat Iſrael: vbi autem D ſubmiſerat manus; inualeſcebat Amalec. Sed manus Moyſi erant graues. Et accipientes lapidem ſuppoſuerunt ſub eo: & ſedebat ſuper eum. Et Aaron, & Or ſuſtẽtabant manus eius, hinc vnus & hinc vnus. Et factæ ſunt manus Moyſi ſtabiles vſque in occaſum ſolis. Et fugauit Ieſus Amalec, & omnem populum eius in cæde gladij. Dixit autem Dominus ad Moyſem. Deſcribe hoc ad memoriam in libro: & da in aures Ieſu: quoniam deletione delebo memoriam Amalec de ſub cælo. Et ædificauit Moyſes altare Domino: & cognominauit nomen eius, Dominus refugium meum: quoniam in manu occulta pugnat Dominus contra Amalec, a generationibus in generationes.

E

α Propter aquam.] ὕδατι, *ideſt propter inopiam aquæ. Sic enim quod in hebræo concise dictũ eſt, explicauit vulgata*, præ aquæ penuria. β Ipſe ego.] *Sic uiſum eſt poſſe reddi illud*, ὅδε ἐγώ. *In alijs editionibus partim eſt*, ὧδε, *hic (itemque apud Philonem lib. 2. allegoriarum non longe ab initio) partim*, ἰδού. ecce. γ Sto ibi.] *S. Ambroſius*. Ego ſum hic priuſquam tu. *Philo*, ὧδε ἕστηκα πρὸ τοῦ σε, hic ſto prius quam tu. *Alij codices, & Compl.* ἕστηκα ἐκεῖ πρὸ τοῦ σε ἐλθεῖν, ſto ibi, antequam tu venias: *aliæ editiones* ἕστηκα πρὸ τοῦ ἐκεῖσε σε ἐλθεῖν, ſto, priuſquam tu illuc venias. δ Congredere.] παράταξαι τῷ ἀμαλήκ. *S. Cyprianus teſtim. libr.* 2. *num.* 21. & conſtitue cum Amalec in craſtinum, *quo quidem loco, itemque in libr. de exhortatione martyrum, multa refert ex hoc capite.*

CAP. XVIII.

A

AVdiuit autem Iothor sacerdos Madian socer Moysis omnia, quæcumque fecit Dominus Israel populo suo. Eduxit enim Dominus Israel de Ægypto. Sumpserat autem Iothor socer Moysis Sephoram vxorem Moysis post * dimissionem eius, & duos filios eius. Nomen vni eorum Gersam, dicens: incola fui in terra aliena. Et nomen secundi Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adiutor meus: & eripuit me de manu Pharaonis. Et ß egressus est Iothor socer Moysis, & filij, & vxor ad Moysem in desertum: vbi castrametatus erat super montem Dei. Nunciatum est autem Moysi, dicentes: Ecce socer tuus aduenit ad te, & vxor, & duo filij tui cum eo. Exiuit autem Moyses obuiam socero, & adorauit eum, & osculatus est eum: salutaueruntque se mutuo. Et introduxit eos in tabernaculum: & narrauit Moyses socero omnia, quæcumque fecit Dominus Pharaoni, & omnibus Ægyptijs propter Israel, & omnem laborem, qui acciderat eis in via: & quod eripuit eos Dominus de manu Pharaonis, & de manu Ægyptiorum. Obstupuit autem Iothor in omnibus bonis, quæ fecerat eis Dominus; quia eripuerat eos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis. Et dixit Iothor: Benedictus Dominus, quia eripuit eos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis. Nunc cognoui, quia magnus Dominus præter omnes Deos, propter hoc, quod γ insectati sunt eos. Et δ sumpsit Iothor socer Moysis holocaustomata, & sacrificia Deo. Venit autem Aaron, & omnes seniores Israel manducare panem simul cum socero Moysis coram Deo. Et factum est, post crastinum consedit Moyses ad iudicandum populum. Adstabat autem omnis populus Moysi a mane vsque ad vesperam. Et videns Iothor omnia, quæcumque facit populo, ait: Quid hoc, quod tu facis populo? Quare tu sedes solus; omnis autem populus adstat tibi a mane vsque ad vesperam? Et dixit Moyses socero. Quia venit ad me populus inquirere iudicium a Deo. Nam cum eis contigerit altercatio, & venerint ad me; iudico vnumquemque: & moneo eos præcepta Dei, & legem eius. Dixit autem socer Moysis ad eum: Non recte tu facis verbum hoc. Corruptione corrumperis intolerabili & tu, & omnis populus hic, qui est tecum. Graue tibi verbum hoc: non poteris facere tu solus. Nunc itaque audi me: & consilium dabo tibi: & erit Deus tecum. Esto tu populo in ijs, quæ ad Deum: & referes verba eorum ad Deum: & ε testaberis illis præcepta Dei, & legem eius: & demonstrabis illis vias, in quibus ambulabunt in eis, & opera quæ facient. Et tu prouide tibi ex omni populo viros potentes, ζ Deum colentes, viros iustos, odio habentes η superbiam: & constitues θ super eos, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & ι decuriones: & iudicabunt populum omni tempore. Verbum autem graue referent ad te: quæ autem ex negocijs breuia fuerint; iudicabunt ipsi: & alleuabunt a te, & κ suscipient onus vna tecum. Si verbum hoc feceris; corroborabit te Deus, & poteris consistere: & omnis populus hic ad locum suum cum pace veniet. Audiuit autem Moyses vocem soceri, & fecit, quæcumque dixit ei. Et selegit Moyses viros potentes ex omni Israel: & fecit eos super eos, tribunos, & centuriones & quinquagenarios, & decuriones. Et iudicabant populum omni tempore. Omne autem verbum λ graue referebant ad Moysem: omne autem

B C D E

A autem verbum leue iudicabant ipſi. Dimiſit autem Moyſes ſocerum ſuum & abijt in terram ſuam.

α Poſt dimiſſionem eius.] μετὰ τὴν ἄφεσιν. *Schol.* ἐξ ἀποστολῆς, *quod videtur ſignificare,* poſtquam eam remiſerat. β Et egreſſus eſt.] *Aquila,* καὶ ἦλθεν ἰεθρὼ νυμφευτὴ μωυσῆ, & venit Iethro nupta Moyſis *Sym.* ἦλθεν οὖν ἰοθὸρ ὁ πενθερὸς μωυσῆ: venit igitur Iothor ſocer Moyſis. γ Inſectati ſunt.] ἐπέθεντο. *Schol.* Alius, ὑπερηφανεύσαντο, ſuperbe egerant. *quod habet etiam vulgata.* δ Et ſumpſit.] *S. Aug. in locut.* Et ſumpſit Iethor, vel Iethro: *vbi etiam de iſta locutione diſputat.* ε Teſtaberis.] *Ita S. Augu. q. 69. quod græce eſt,* διαμαρτύρῃ, *aut, vt in alijs libris,* διαμαρτύρει. *Aquila,* διαστελεῖ, diſtingues, explicabis. ζ Deum colentes.] *Sic vertit. S. Aug. ibidem,* θεοσεβεῖς. *Schol.* Ceteri, φοβουμένους τὸν θεόν, timentes Deum. η Superbiam.] *Schol.* Alius, πλεονεξίαν auaritiam. θ Super eos.] *Sic etiam hebræus, & chaldæus, ac ſignificat,* ſuper populum. *In alijs libris eſt,* αὐτοὺς ἐπ' αὐτοῖς, ipſos ſuper eos, (*quemadmodum paulo inferius etiam in noſtra*) *ideſt viros*

B *iſtos ſuper populum. S. Aug. in eadem quæſtione.* Electis videlicet potentibus viris, Deum colentibus, iuſtis, & qui oderint ſuperbiam; quos conſtituat ſuper millenos, alios ſuper centenos, alios ſuper quinquagenos, alios ſuper denos. ι Decuriones.] In *quibuſdam codicibus hic, in quibuſdam vero paulo inferius, vbi hæc repetuntur ſequitur,* καὶ γραμματοεισαγωγεῖς, & ſcribas: *quod tamen vtroque loco abeſt à vulgata, & hebræo. S. Aug. ibidem.* Quos autem dicat γραμμάτων εἰσαγωγεῖς, poſt decuriones; non facile ſciri poteſt: quoniam hoc nomen in nullo vſu habemus vel officiorum, vel magiſtrorum, &c. κ Et ſuſcipient.] καὶ συναντιλήψονταί σοι *Symm. & Theodotio,* συμβαστάσουσιν, ſimul portabunt. λ Graue] *Sic S. Augu. in locution.* ὑπέρογκον. *Schol.* τὸ μέγα, magnum. *Aquila, & Symm.* σκληρόν. durum. *Theodotio,* τὸ δυσχερές. moleſtum.

CAP. XIX.

C MEnſe α autem tertio exitus filiorum Iſrael de terra Ægypti, hac die venerunt in deſertum Sina, & promouerunt ex Raphidin: & venerunt in deſertum Sina: & caſtrametatus eſt ibi Iſrael contra montem. Et Moyſes aſcendit in montem Dei: & vocauit eum Deus de monte, dicens: Hæc dices domui Iacob, & nunciabis filijs Iſrael. Vos ipſi vidiſtis, β quæ feci Ægyptijs: & aſſumpſi vos tamquam ſuper alas aquilarũ, & adduxi vos ad meipſum. Et nunc ſi auditione audieritis vocem meam, & cuſtodieritis teſtamentum meum; eritis mihi populus γ peculiaris ex omnibus gentibus. Mea eſt enim omnis terra. Vos autem eritis mihi regale ſacerdotium, & gens ſancta. Hæc verba

D dices filijs Iſrael. Venit autem Moyſes, δ & vocauit ſeniores populi, & expoſuit eis omnia verba hæc, quæ conſtituit eis Dominus. Reſpondit autem omnis populus vnanimiter, & dixerunt: omnia quæcumque dixit Deus, faciemus, & audiemus. Retulit autem Moyſes verba hæc ad Deum. Dixit autem Dominus ad Moyſem: Ecce ego aduenio ad te in columna nubis; vt audiat populus loquentem me ad te, & tibi credant in ſeculum. Nunciauit autem Moyſes verba populi ad Dominum. Dixit autem Dominus ad Moyſem: Deſcendens teſtare populo, & ε purifica illos hodie, & cras, & lauent ζ veſtimenta, & ſint parati in diem tertiam. Tertia enim die deſcendet Dominus in montem Sina coram omni popu-

E lo: & η terminabis populum in circuitu dicens: Attendite vobis ipſis, ne aſcendatis in montem, neque tangatis quid illius. Omnis, qui tetigerit montem, morte peribit: non tanget eum manus: in lapidibus enim lapidabitur, vel θ iaculo cõfodietur: ſiue pecus ſiue homo; nõ viuet. Cum voces, & tubæ & nubes ι diſceſſerint a monte; illi aſcendent in montem. Deſcendit autem Moyſes de monte ad populum, & ſanctificauit eos: & lauerunt veſtimenta. Et dixit populo: Eſtote parati: tres dies ne acceſſeritis ad vxorem. Factum eſt autẽ die tertia, cum eſſet diluculum verſus, & factæ ſunt voces, & fulgura, & nubes caliginoſa ſuper montẽ Sina: vox tubæ ſonabat magnum. Et conſternatus eſt omnis populus, qui in ca

ſtris. Et eduxit Moyſes populum in occurſum Dei e caſtris: & aſtiterunt ſub monte. Mons Sina fumabat totus, eo quod deſcenderat ſuper eum Deus in igni. Et aſcendebat fumus, tanquam fumus fornacis. Et obſtupuit omnis populus valde. Factæ ſunt autem voces tubæ procedentes fortiores valde. Moyſes loquebatur: Deus autem reſpondebat ei voce. Deſcendit autem Dominus ſuper montem Sina ſuper cacumen montis. Et vocauit Dominus Moyſem in cacumen montis. Et aſcendit Moyſes. Et ait Deus ad Moyſem, dicens: Deſcendens teſtare populo; ne forte appropinquent ad Deum ad ſpectandum, & cadant ex eis multitudo. Et Sacerdotes, qui appropinquant ad Dominum Deum, ſanctificentur; ne forte κ interimat de eis Dominus. Et dixit Moyſes ad Deum. Non poterit populus aſcendere ad montem Sina. Tu enim teſtatus es nobis, dicens, Termina montem, & ſanctifica eum. Dixit autem ei Dominus: Vade, deſcende: & aſcende tu, & Aaron tecum. Sacerdotes autem, & populus ne λ vim faciant aſcendere ad Deum: ne forte perdat de eis Dominus. Deſcendit autem Moyſes ad populum, & dixit eis.

α Menſe autem tertio.] *S. Aug. q. 70.* Menſis autem tertij. β Quæ feci.] *S. Aug. ibidem.* quæ fecerim Ægyptijs, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum, & aſſumpſerim mihi. γ Peculiaris.] περιούσιος. *Theodotio,* ἐξαίρετος, electus. *S. Aug. ibidem,* eritis mihi in peculium. δ Et vocauit.] *Alii codices,* ἐλάλησε πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους, locutus eſt ad ſeniores. ε Purifica.] ἄγνισον, *Et ita S. Aug. ibidem. Sch.* Ceteri, ἁγίασον, Sanctifica, *& S. Cyprianus lib. 2. teſtim. num. 25. ſic habet.* ζ Veſtimenta.] *In quibuſdam codicibus & hic, & paulo inferius additur,* αὐτῶν. *Et* S. *Aug. ibidem,* veſtimenta ſua. *itemque S. Ambr. primo off. c. ult. & S. Cypr. ibid.* veſtem ſuam. η Terminabis.] ἀφοριεῖς. *Schol.* ὁροθετήσεις, terminos ſtatues, *quos nimirum populus ne prætergrediatur.* θ Iaculo.] βολίδι. *Aquila,* ῥοιζήσει, ſtridore. *Symmac.* βέλεσιν, miſſilibus. *Theodotio,* τοξευόμενος, telis petitus. ι Diſceſſerint.] *non diſsimilem ſententiam reddit chaldæus: Vulgata autem*, cum cœperit clangere buccina, *alii ex hebræo*, cum prolixum ſonum dederit buccina. κ Interimat.] *Non eſt inuſitata hæc notio iſtius uerbi,* ἀπαλλάττειν. *& paulo poſt eadem ſententia uidetur dici,* ἀπολέσῃ. *quemadmodum etiam eſt idem uerbum hebræum. Sed S. Cyprianus ad Epictetum epiſt.* 64. ne forte derelinquat illos Dominus. *Aquila,* διακόψῃ, diſcindat, *Symm.* διαφθείρῃ. diſperdat. λ Vim faciant.] βιαζέσθωσαν. *In compl. eſt.* βαδιζέτωσαν, vadant.

CAP. XX.

ET locutus eſt Dominus omnia verba hæc, dicens: Ego ſum Dominus Deus tuus; qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſeruitutis. Non erunt tibi Dij alij α præter me. Non facies tibi ipſi β idolum, γ nec cuiuſquã ſimilitudinem, eorum quæcumque ſunt in cælo ſurſum, & quæcumque in terra deorſum, & quæcumque ſunt in aquis ſubtus terram. Non adorabis illa, neque coles illa. Ego enim ſum Dominus Deus tuus, Deus Zelotes, reddens peccata patrum in filios vſque in tertiam, & quartam progeniem ijs, qui oderunt me, & faciens miſericordiam in millia ijs, qui diligunt me, & qui ſeruant præcepta mea. Non aſſumes nomen Domini tui δ in vano. Non enim mundabit Dominus Deus tuus aſſumentem nomen eius in vano. Memento diem ſabbatorum ſanctificare eam. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: die autem ſeptimo, ſabbata Domino Deo tuo. Non facies in eo vllũ opus tu & filius tuus & filia tua, puer tuus & ancilla tua, bos tuus & ſubiugale tuũ, & omne pecus tuum, & proſelytus, qui incolit in te. In diebus enim ſex fecit Dominus cælũ & terrã & mare, & omnia quæ in eis: & requieuit die ſeptima. Propter hoc

bene-

A benedixit Dominus diem ſeptimam, & ſanctificauit eam. Honora patrem tuum, & matrem tuam; vt bene tibi ſit, & vt longæuus ſis ſuper terram bonam, quam Dominus Deus tuus dat tibi. Non [ε] mœchaberis. Non furaberis. Non occides. Non falſo teſtaberis contra proximum tuum teſtimonium falſum. Non concupiſces vxorem proximi tui. Non concupiſces domum proximi tui, neque agrum eius, neque puerum eius, neque ancillam eius, neque bouem eius, neque ſubiugale eius, neque vllum pecus eius, neque quæcumque proximi tui ſunt. Et omnis populus videbat vocē, & lampades, & vocem tubæ, & montem fumantem. Territi autem omnis populus ſteterunt a lōge: Et dixerunt ad Moy B ſem: Loquere tu nobis, & non loquatur ad nos Deus; [ζ] ne moriamur. Et dicit eis Moyſes: Fidite. Propterea enim venit Deus tentare vos: vt ſit timor eius in vobis; vt ne peccetis. Stetit autem populus a longe. Moyſes autem intrauit in caliginem, vbi erat Deus. Dixit autem Dominus ad Moyſem: Hæc dices domui Iacob, & annunciabis filijs Iſrael: Vos vidiſtis, quia de cælo locutus ſum ad vos. Non facietis vobiſipſis Deos argenteos: & Deos aureos non facietis vobiſipſis. Altare de terra facietis mihi: & immolabitis ſuper illud holocauſtomata veſtra & ſalutaria veſtra, & oues & vitulos veſtros in omni loco, vbicumque [η] annominauero nomen meum illic. Et veniam ad te & benedicam te. Sin autem de lapidi C bus altare facias mihi; non ædificabis eos ſectos. [θ] Cultrum enim tuum iniecisti ſuper eos, & inquinati ſunt. Non aſcendes in gradibus ad altare meum; ne reueles turpitudinem tuam ſuper illud.

α Præter me.] πλὴν ἐμοῦ. *S. Cyprianus ad Demetrianum*, abſque me. *Sed S. Aug. q. 71. & alij habent, vt nos.* β Idolum.] *Schol.* ceteri. γλυπτὸν, ſculptum, *vel*, ſculptile. *De nomine idoli multa Origenes hom. 8. & Theodoretus quæſt. 38.* γ Nec cuiuſquam.] *Ita S. Cyprianus de exhortatione martyrum cap. primo. Int. Origenis*, neque vllam ſimilitudinem. *S. Aug. ibidem*, neque vllum ſimulachrum *Græce eſt*, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα. δ In vano.] ἐπὶ ματαίῳ. *quod S. Cypr. lib. 3. teſtim. num.* 12. *habet*, in vanum. *Aquila*, εἰς εἰκῆ, in caſſum. *vide Theodoretum q. 41.* ε Non mœchaberis.] *Ita vetuſti codices. In alijs idem eſt ordo, atque in vulgata, & hebræo*, οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις, οὐ κλέψεις, non occides, non mœchaberis, non furaberis. ζ Ne
D moriamur.] *In alijs libris eſt*, μήποτε ἀποθάνωμεν. *& S. Augu. q. 73.* ne quando moriamur. η Annominauero.] *S. Aug. in locut.* Quod græcus habet, ἐπονομάσω, ſupernominauero, aut annominauero expreſſius dicitur; quod vſitatius, cognominauero, nonnulli interpretati ſunt. Sed non habet neceſſariam ſignificationem cognominauero: propinquius tamen dicitur cognominauero, quam nominauero: nam & hoc aliqui interpretes dixerunt. θ Cultrum.] ἐγχειρίδιον. *Aquila*, ὅτι μάχαιράν σου ἐξῆρες ἐπ' αὐτό, quoniam gladium tuum eleuaſti in illud, *nec multo aliter Symm.* τὴν γὰρ μάχαιράν σου ἐκίνησας ἐπ' αὐτό, *& Theodotio*, ὅτι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπιβέβληκας ἐπ' αὐτό.

CAP. XXI.

E ET hæ ſunt iuſtificationes: quas appones coram illis. Si [α] acquiſieris ſeruum hebræum; ſex annos ſeruiet tibi: ſeptimo autem anno abibit liber gratis. Si ipſe ſolus intrauerit; & ſolus exibit: ſin autem vxor intrauerit ſimul cum eo; exibit & vxor eius. Et vero, ſi dominus dederit ei vxorem, & pepererit ei filios, vel filias; vxor & paruuli erunt domino eius: ipſe autem ſolus exibit. Sin autem reſpondens ſeruus dixerit, dilexi dominum meum, & vxorem, & paruulos, non abeo liber; adducet eum dominus eius ad [β] tribunal Dei: & tūc adducet eum ad oſtium ad poſtem: & perforabit dominus eius aurē ſubula: & ſeruiet ei in ſeculum. Si quis autē vendiderit filiam ſuam [γ] famulam; nō abibit, ita vt recedūt ancillæ. Si nō placuerit domino ſuo, [δ] quā adnominauit

ſibi, [ε] redimet eam: genti autem exteræ non eſt dominus vendere illam; quoniam ſpreuit in ea. Quod ſi filio adnominauerit eam; ſecundum iuſtificationem filiarum faciet ei. Quod ſi aliam acceperit ſibi; quæ opus ſunt & veſtem & conuerſationem eius non fraudabit. Sin autem tria hæc non fecerit ei; exibit gratis ſine argento. Quod ſi quis percuſſerit aliquem, & mortuus fuerit; morte moriatur: qui autem [ζ] nolens, ſed Deus [η] tradidit in manus eius; dabo tibi locum, quo fugiat illuc, qui interfecit. Si quis autem inſidiatus fuerit proximo, ad occidendum eum dolo, & confugerit; ab altari meo capies eum, vt tradatur morti. Qui verberat patrem ſuum vel matrem ſuam; morte moriatur. Qui maledicit patrem ſuum vel matrem ſuam; peribit morte. [θ] Quicumque furatus fuerit quempiam filiorum Iſrael, & opprimẽs eum vendiderit, & inuentus fuerit in eo; morte pereat. Sin autem [ι] iurgati fuerint duo viri, [κ] & percuſſerint proximum lapide vel pugno, & non fuerit mortuus, decubuerit autem in cubili; ſi exurgens homo ambulauerit foras ſuper virgam; inſons erit, qui percuſſit: tantũ ceſſationem ſoluet & medicationes. Si quis autem percuſſerit ſeruum ſuum, vel ancillam ſuã in virga, & mortuus fuerit ſub manibus eius; pœna punietur. Sin autẽ ſuperuixerit diem vnum, vel duos; nõ puniatur: argentũ enim eius eſt. Sin autem rixentur duo viri, & percuſſerint mulierem in vtero habentem, & exierit infans eius [λ] nõ formatus; multa multabitur: prout indixerit vir mulieris, [μ] dabit cum poſtulatione. Si autem formatus fuerit; dabit animam pro anima, oculum pro oculo; dentem pro dẽte, manum pro manu, pedem pro pede, combuſtionem pro combuſtione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. Si quis vero percuſſerit oculũ famuli ſui, vel famulæ ſuæ, & excæcauerit; liberos dimittet eos pro oculo ipſorum. Sin autem dentem famuli vel dentem famulæ ſuæ exciderit; liberos dimittet eos pro dente ipſorum. Sin autem cornu percuſſerit taurus virum, aut mulierem, & interierit; lapidibus lapidabitur taurus, & non manducabuntur carnes eius: dominus autem tauri innocens erit. Si autem taurus cornupeta fuerit ante heſternam, & nudiuſtertianam, & conteſtati fuerint domino eius, & non clauſerit eum, occiderit autem virum vel mulierem; taurus lapidabitur, & dominus eius ſimul morietur. Sin autem precia redemptionis [ν] indicta fuerint ei; dabit precia redemptionis animæ ſuæ, quæcumque indixerint ei. Sin autem filium vel filiam cornu percuſſerit; ſecundum iuſtificationem hanc facient ei. Sin autem ſeruum cornu percuſſerit taurus, vel ancillam; argenti triginta didracma dabit domino eorum, & taurus lapidabitur. Si quis autem aperuerit lacum, aut exciderit lacum, & non operuerit eum, & ceciderit illuc vitulus, aut aſinus; dominus laci reddet: argentum dabit domino eorum: quod autem mortuum eſt ipſi erit. Sin autem cornu percuſſerit alicuius taurus taurum proximi, & mortuus fuerit; vendẽt taurum viuum, & partientur argentum eius, & taurum qui mortuus fuerit, diſpertient. Sin autem notus fuerit taurus, quia cornipeta eſt ante heſternam, & ante nudiuſtertianam diem, & conteſtati fuerint domino eius, & non clauſerit eum; reddet taurum pro tauro: mortuus autem ipſius erit.

α Acquiſieris.] κτήσῃ. *S. Aug. in locut.* emeris. β Tribunal.] κριτήριον. *Aquila, & Symm.* πρὸς τοὺς θεοὺς ad Deos, *id eſt iudices. Nam nomen hebræum, quod ſignificat Deos ſignificat etiam iudices, vide Theodoretum q. 51.* γ Famulam.] *S. Aug. q* 78. in famulam. *Schol.* Alius, καὶ ὅταν πωλήσῃ ἀνὴρ τὴν θυγατέρα εἰς οἰκέτιν οὐκ ἐξελεύσεται, & quando vendet vir filiam in famulam, non exibit. *In alio Scholio hæc referuntur ex Theodo-*

A *Theodotione, quæ videntur cum istis coniungi,* οὐκ ἐξελεύσεται, ὥσπερ ἐκπορεύονται οἱ δοῦλοι, εἰ πονηρά ἐστιν ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ κυρίου αὐτῆς, ἣν οὐ καθωμολογήσατο αὐτήν. non exibit, ficut egrediuntur ferui: fi mala eft in oculis domini fui, quam non adnominauit eam. *Ex Symm. autem,* οὐ προσελεύσεται προσέλευσιν δουλικήν, εἰ μὴ ἀρέσῃ ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ κυρίου αὐτῆς ἡ μὴ καθωμολογημένη, non adibit aditum feruilem, fi non placeat in oculis domino fuo, quæ adnominata non eft. δ Quam.] *Ita vifum eft verti poffe, quod græce in noftra editione eft,* ἣ αὐτῷ καθωμολογήσατο: *vt idẽ fit, atq. illud, quod in alio codice legitur,* ἣν αὐτῷ καθωμολογήσατο. *Sũt enim obferuatæ fimiles locutiones in codice Vaticano. Num. 19.* τὴν δάμαλιν ἣ οὐκ ἐπεβλήθη ἐπ᾽ αὐτὴν ζυγός, *vbi alij libri habent,* ᾗ οὐκ ἐπεβλήθη, *alii,* ᾗ οὐκ ἐπεβλήθη. *Deuter. 28.* ἔθνος, ὃ οὐκ ἀκούσῃ τὴν φωνὴν αὐτοῦ, *vbi in alijs,* οὗ οὐκ ἀκούσῃ. *Ceterum quod ad hunc locum pertinet, alij codices partim habent,* ἣν οὐ καθωμολογήσατο αὐτήν, (*quod iam diximus Scholiaftem referre ex Theodotione*) *&* *S. Aug. eadem q. 78.* quam non adnominauit eam, *atque ita interpretatur,* ideft, eam nõ fecit vxorem: *partim vero,* ἣν καθωμολογήσατο αὐτήν, quam adnominauerat eam. *Sine negatione videtur accepiffe vulgata, & chaldæus: negationem habet hebræus.* ε Redimet.] *durius hoc vifum eft S. Aug. ibidem, dare dominum eius, vt redimat, quam ipfe famulam poffidet: quare pro,* ἀπολυτρώσει *ipfe habet,* remunerabit.

B *Sed fi illud,* redimet, *accipiatur more hebræo,* faciet redimi, *id eft dabit, vnde redimi poffit; idem fere valebit ac,* remunerabit. ζ Nolens.] *Sic S. Auguft. quæft. 79. quod græce eft,* οὐχ ἑκών. *Aquila,* καὶ ὃς οὐ μεθώδευσεν, & qui non de induftria id molitus eft, non eft infidiatus, *vt habet vulgata.* η Tradidit.] παρέδωκεν. *Symm.* ἀφῆκεν, dimifit. *De hac autem re difputat ibidem S. Aug.* θ Quicumque furatus.] *hæc fententia in hebræo habetur ante illam de maledicto in patrem, & matrem.* ι Iurgati.] λοιδορῶνται. *Aquila,* διαμάχωνται rixati fuerint. *quod etiam habet Complutenfis. S. Aug. q. 80.* fi autem litigabunt. κ Et percufferint.] *Alij codices,* καὶ πατάξῃ τις, & percufferit quis: *quod etiam eft S. Auguftini ibidem.* λ Non formatus.] *S. Augu. ibidem,* nondum formatus: *græce eft.* μὴ ἐξεικονισμένον, *in quo non eft expreffa imago, & effigies hominis: qua de re etiam Theodoretus quæft. 48.* μ Dabit cum poftulatione.] *In aliquot codicibus eft,* καὶ δώσει. *S. Auguft. ibidem.* Quod autem dixit, & dabit cum poftulatione, quod maritus mulieris informi exclufo dandum conftituerit, non eft in promptu intelligere. ἀξίωμα (*ita enim locus ille reftituendus*) quippe, quod græcus habet, pluribus modis intelligitur: & tolerabilius, cum poftulatione, dictum eft; quàm fi aliud diceretur. Fortaffis enim poftulabit, vt de eo modo Deo fatisfaciat, etiam fi maritus mulieris non expetat. *Sed fortaffe*

C *fe fignificat interuentum iudicis, aut arbitri. Int. Origenis hom. 10. habet,* & dabit cum honore. ν Indicta.] ἐπιβληθῇ. *Ita enim paulo ante reddidit hoc verbum S. Aug. In aliquot libris eft,* ἐπιβαρυνθῇ, impofita tanquam onus.

CAP. XXII.

SI quis autem furatus fuerit vitulum vel ouem, & iugulauerit vel vendiderit; quinque vitulos reddet pro vitulo, & quatuor oues pro oue. Sin autem α in ipfa perfoffione inuentus fuerit fur, & percuffus mortuus fuerit; non eft illi β cædes. Si autem oriatur fol fuper eum; reus eft: γ viciffim morietur.

D Quod fi non fuerit illi fubftantia; vendatur pro furto. Si autem deprehẽfum fuerit, & inuentũ fuerit in manu eius furtũ ab afino vfq. ad bouẽ viuẽtia dupla reddet ea. Si autem depauerit quis agrum vel vineam, & admiferit pecus fuum depafcere agrum alium; reddet de agro fuo iuxta fructũ eius. Si autem omnem agrum depauerit; optima agri fui, & optima vineæ fuæ reddet. Si autem egreffus ignis inuenerit fpinas, & combufferit areas vel fpicas, vel campum; reddet ille, qui ignem accendit. Si quis autem dederit proximo argentum, aut vafa ad cuftodiendum, & furto ablata fuerint de domo hominis; fi inuentus fuerit is qui furatus eft; reddet duplum. Si autem inuentus non fuerit is qui furatus eft; accedet

E dominus domus coram Deo, & iurabit omnino fe non effe malignatum in toto depofito proximi fecũdum omnem dictam iniuftitiam, & de vitulo, & fub iugali, & oue, & veftimẽto, & omni iactura accufata: δ quidquid igitur illud fit, coram Deo veniet iudicium vtrorumq. & qui deprehẽfus fuerit per Deum; reddet duplum proximo. Si quis autem dederit proximo fubiugale, vel vitulum, vel ouem vel quodcumque pecus ad cuftodiendum, & contritum fuerit vel mortuum, vel captiuum factum fuerit, & nemo nouerit; iuramentum Dei erit inter vtrofque, omnino fe non effe malignatum ε de toto depofito proximi: & fic admittet dominus eius: & non reddet. Sin autem furto ablatum fuerit ab eo;

reddet

reddet Domino. Si autem a bestia captum fuerit; ducet illud ad ostium, & non reddet. Si quis vero petierit a proximo, & contritum vel mortuũ fuerit, vel captiuum factum fuerit, dominus autem non fuerit cum eo; ζ reddet. Si autem dominus fuerit cum eo; non reddet. Si autem mercenarius fuerit; erit ei pro mercede eius. Si quis autem deceperit virginem non desponsatã; & dormierit cum ea; dote dotabit eam sibi vxorem. Si autem renuens renuerit, & noluerit pater eius dare eam ipsi vxorem; argentum soluet patri pro eo, quanta est dos virginum. Veneficos η non sinetis incolumes. Omnem dormiẽtem cum pecore morte interficite eos. Sacrificãs Dijs, morte θ eradicabitur, nisi domino soli. Et aduenam non vexabitis, neque tribulabitis eum: fuistis enim aduenæ in terra Ægypto. Omnẽ viduam & pupillam non vexabitis. Si autem vexatione vexaueritis eos, & vociferati clamauerint ad me; auditione exaudiam vocem eorum, & irascar furore, & perimam vos gladio: & erunt vxores vestræ viduæ, & paruuli vestri pupilli. Si autem argentum mutuum dederis fratri proximo apud te; non eris eum ι vrgens, non impones ei vsuram. Si autem pignus in κ pignus acceperis vestimentum proximi; ante solis occasum reddes ei. Est enim hoc operimentum eius, solum hoc vestimentum turpitudinis eius: in quo dormiet? Si igitur clamauerit ad me; exaudiam eum: Misericors enim sum. Deos non maledices: & principem populi tui non maledices. Primitias areæ, & torcularis tui non differes: primogenita filiorum tuorum dabis mihi. Sic facies vitulum tuum, & ouem tuam, & subiugale tuum: septem diebus erit sub matre: octauo autem die reddes mihi illud. Et viri sancti eritis mihi: & carnem a bestia captam non manducabitis: cani proijcite illam.

α In ipsa perfossione.] ἐν τῷ διορύγματι. *S. Aug. q. 84.* si autem perfodiens. β Cædes.] φόνος. *S. Augu. ibidem,* homicidium. γ Vicissim morietur.] ἀνταποθανεῖται. *S. Aug. ibidem,* & morte morietur. *Alij ex hebræo hunc locum interpretantur de fure, qui reddere debeat; ceteroquin, vt in sequenti sententia dicitur, si non habet, vnde reddat, vendatur.* δ Quicquid igitur illud sit.] ὅτι οὖν ἂν ᾖ. *Sic fere vulgata,* & quicquid damnum inferre potest. *Suspicari tamen quispiam posset ex hebræo, & chaldæo hunc esse sensum, si quis dixerit, quòd hoc ipsum vtique sit, quod reus inquit furto esse ablatum; coram Deo, ideſt iudicibus rem esse iudicandam.* ε De toto deposito.] καθόλου τῆς παρακαταθήκης. *In quibusdam libris antecedit,* μετασχεῖν, vt tolleret aliquid. *In Compl. est,* πεπονηρεῦσθαι ἐπὶ τῆς παρακαταθήκης, improbe se gessisse in deposito. ζ Reddet.] *Compl.* ἀποτιννύων ἀποτίσει, reddens reddet. η Non sinetis incolumes.] οὐ περιποιήσετε. *In alijs libris est,* οὐ περιβιώσετε, non dimittetis viuos. θ Eradicabitur.] ἐξολοθρευθήσεται. *Ita S. Cyprianus ad Cornelium epist. 55. nisi, quòd non habet,* morte, *itemque multis alijs locis. Solet autem idem verbum sæpe verti,* exterminari, *sæpe etiam,* disperdi. *Schol.* ἀναθεματισθήσεται αὐτός, ipse anathemati subijcietur. ι Vrgens.] κατεπείγων, *S. Ambr. de Tobia c. 14.* Quod si pecuniam fœneraueris pupillo orphano, pauperi apud te; non suffocabis eum, non impones illi vsuram, *vt videant, legisse* κατατείνων. κ In pignus.] *S. Aug. in locut. habet tantum,* si autem pignus acceperis: *sed nos conati sumus reddere locutionem illã græcã respondentẽ hebraicæ,* ἐνεχύρασμα ἐνεχυράσεις.

CAP. XXIII.

NOn suscipies auditionem vanam. Non α consenties cum iniusto, vt sis testis iniustus. Non eris cum pluribus in β malitia. Non apponeris cum multitudine declinare cum pluribus, vt γ excludas iudicium. Et pauperis non δ misereberis in iudicio. Si autem obuiaueris boui inimici tui, aut subiugali eius errantibus; reducens reddes ei. Si autem videris subiugale inimici tui prolapsum sub onere suo; non preteribis illud: ε sed subleuabis illud cum eo. Nõ peruertes iudicium pauperis in iudicio eius. Ab omni ζ verbo iniusto recedes. Innocentem & iustum non occides. Et non iustificabis impium propter mu-

nera.

A nera. Et munera non accipies: munera enim excæcant oculos a videntium, & peruertũt verba iusta. Et aduenã non tribulabitis. Vos enim nostis animam aduenæ: ipsi enim aduenæ fuistis in terra Ægypto. Sex annis seminabis terram tuam, & colliges fructus eius. Septimo autem remissionem facies: & requiem dabis illi: & edent pauperes gentis tuæ: Quæ autem superabunt; edent b terræ bestiæ. Sic facies vineam tuam, & oliuetum tuum. Sex diebus facies opera tua: die autem septimo requies; vt requiescat bos tuus, & subiugale tuũ: & vt refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. Omnia, quæcumque dixi ad vos, custodite. Et nomen Deorum aliorum non rememorabitis, neq. audietur de ore vestro. Tri-

B bus temporibus anni festum agite mihi. Festum azymorum seruate facere. Septem diebus edetis azyma; sicut præcepi tibi, ad tempus mensis nouorum. In ipso enim egressus es de Ægypto. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Et festum messis primitiuorum facies operum tuorum; quæcumque seminaueris in agro tuo. Et festum c consummationis in exitu anni in collectione operum tuorum, quæ de agro tuo. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo. Quando enim eiecero gentes a facie tua, & dilatauero fines tuos; nõ immolabis super fermentũ sanguinem x thymiamatis mei: neq. dormiet adeps solemnitatis meæ vsq. mane. Primitias primitiuorum terræ

C tuæ inferes in domum Domini Dei tui. λ Non coques agnũ in lacte matris suæ. Et ecce ego mitto angelũ meũ ante faciem tuam; vt seruet te in via; vt inducat te in terram, quam paraui tibi. Attende tibi, & exaudi eum: & non sis incredulus ei. Non enim μ verebitur te. Nomen enim meum est in eo. ν Si auditione audieris vocem meam, & feceris omnia, quæcũque præcepero tibi, & custodieritis testamentum meum; eritis mihi populus peculiaris ex omnibus gentibus. Mea est enim omnis terra. Vos autem eritis mihi regale sacerdotium, & gens sancta. Hæc verba dices filijs Israel. Si auditione audieritis vocem meam, & feceritis omnia quæcumque dixero vobis, inimicus ero inimicis tuis, & aduersabor aduersarijs

D tuis. Ibit enim angelus meus, ducens te: & introducet te ad Amorrhæum, & Chettæum, & Pherezæum, & Chananæum, & Gergesæum, & Euæum, & Iebusæum: & atteram eos. Non adorabis Deos eorum, neque seruies eis. Non facies secundum opera eorum: sed ξ destructione destrues, & conterens conteres statuas eorum. Et seruies Domino Deo tuo. Et benedicam panem tuum & vinum tuum, & aquam tuam: & auertam infirmitatem a vobis. Non erit, qui non generet, neque sterilis super terram tuam. Numerum dierum tuorum replens replebo: & timorem o mittam, qui te antecedat: π & amentes faciam omnes gentes, ad quos tu intrabis ad eos. Et dabo omnes aduersarios tuos fugitiuos. Et mittã

E vespas ante te: ρ & eijcies Amorrhæos, & Euæos, & Chananæos, & Chettæos a te. Non eijciam eos in anno vno: vt ne fiat terra deserta, & multæ fiant super te bestiæ terræ. σ Paulatim eijciam eos a te; quoadusque auctus fueris, & hæreditaueris terram. Et ponam fines tuos a mari rubro vsque ad mare ipsius Philistijm, & a deserto vsque ad magnum flumen Euphratem. Et tradam in manus tuas eos, qui insident in terra: & eijciam eos a te. Non dispones illis, & Dijs eorum pactum: & non consident in terra tua, ne peccare te faciant ad me. Nam si seruieris Dijs eorum; hi erunt tibi offendiculum.

α Non consenties.] οὐ συγκαταθήσῃ, non dispones pactum. *Ita enim paulo inferius vertit S. Aug. hoc verbum in locut. In Compl. est,* οὐ συγκαθίσῃ, non simul sedebis. β In malitia.] *Ita S. Aug. q. 87. quod græce est,* ἐπὶ κακία, *& posset verti,* ad malum. γ Excludas.] ὥστε ἐκκλεῖσαι. *In alijs libris,* ὥστε ἐκκλῖναι, ad declinandũ. *Apud S. Aug. q. 88. hic locus sic habet.* Non apponeris cum multitudine, cum pluribus, vt declines iudicium. *A Complutensi abest etiam illud,* μετὰ τῶν πλειόνων, cum pluribus, *& videri potest altera interpretatio.* δ Non misereberis.] *Symm.* οὐ τιμήσεις ἐν δίκῃ αὐτοῦ, non honorabis in iudicio eius. ε Subleuabis.] συναρεῖς. *Alij libri,* συνεγερεῖς, consuscitabis. ζ Verbo.] *In vno vetusto codice, & in Compl. est,* κρίματος, iudicio. η Videntium.] *Aquila,* σοφῶν, sapientum. θ Feræ bestiæ.] *Ita S. Aug. quæst. 88. Aquila,* ζῶα τῆς χώρας, animalia regionis. ι Consummationis.] συντελείας *Aquila,* συλλογῆς, collectionis. *Symm.* συγκομιδῆς, repositionis. *Schol.* Samariticus συνεισφορᾶς. Cum fructus conduntur, & inferuntur in horrea, & cellas. κ Thymiamatis.] *Quasi dixeris,* incensi. *Ita vetusti codices ac Theodoretus q. 55. & infra c. 34.* αἷμα θυμιαμάτων. *Ac videtur isto tamen nomine appellari sacrificium, quod incenderetur. Hic in alijs libris est,* θυμιάσματος, *quod ex eodem loco uidetur ductum. In aliis* ἁγιάσματος, sanctificationis. *In aliis,* θυσιάσματος, *In Compl.* θύματος, *quæ significant uictimam, & sacrificium. De hoc nomine dicetur etiam cap. 29.* λ Non coques agnum.] *De hac sententia S. Aug. q. 90. & Theodoretus q. 56. Symm.* οὐ σκευάσεις ἔριφον διὰ γάλακτος μητρὸς αὐτοῦ, non apparabis hœdum per lac matris suæ. μ Verebitur.] οὐ γὰρ μὴ ὑποστείληταί σε, non parcet tibi. *S. Aug. q. 91. hunc locum sic refert.* Attende tibi, & exaudi eum, ne non credas illi: nihil enim subtrahet tibi, *&c. S. Cyprianus lib. 2. testim num. 5.* Obserua eum, & obaudi eum, & ne fueris inobaudiens ei: & non deerit tibi, *&c.* ν Si auditione audieritis] *Hæc usque ad alterum,* si auditione, *absunt ab aliquot libris græcis, sicut etiam à uulgata.* ξ Destructione destrues.] *In aliis libris est,* καθελεῖς αὐτούς, destrues eos: *in aliquo etiam,* τοὺς βωμοὺς αὐτῶν, aras eorum. ο Timorem.] *Schol.* τὴν κατάπληξίν μου, terrorem meum obstupefacientem. π Amentes faciam.] *Sic S. Aug. ibidem, quod græce est,* ἐκστήσω, in excessum, & pauorem inducam. ρ Eijcies.] *In aliquot codicibus est,* ἐκβαλῶ, eijciam. *& sic S. Aug. q. 93. In aliis,* ἐκβαλεῖ, eijciet: *& sic idem S. Augu. in locutionibus.* σ Paulatim.] *In aliis libris est,* κατὰ μικρὸν μικρόν, paulatim, paulatim. *S. Aug. in locut.* per partes.

CAP. XXIV.

ET Moysi dixit: Ascende ad Dominum tu, & Aaron, & Nadab, & Abiud, & septuaginta seniorum Israel: & adorabunt a longe Dominum: & accedet Moyses solus ad Deum: ipsi autem non accedent. Populus autem non ascendet simul cum eis. Introiuit autem Moyses, & narrauit populo omnia verba Dei, & iustificationes. Respondit autem omnis populus voce vna, dicentes: Omnia verba, quæ locutus est Dominus, faciemus & audiemus. Et scripsit Moyses omnia verba Domini. Surgens autem Moyses mane, ædificauit altare sub monte, & duodecim lapides in duodecim tribus Israel. Et misit adolescentes filiorum Israel: & obtulerunt holocaustomata, & immolauerunt hostiam salutaris Deo vitulos. Sumens autem Moyses dimidium sanguinis infudit α in crateras: dimidium autem sanguinis effudit ad altare: & accipiens librum testamenti recitauit in aures populi. Et dixerunt: Omnia quæcumque locutus est Dominus, faciemus, & audiemus. Sumens autem Moyses sanguinem, respersit populum, & dixit: Ecce sanguis testamenti, quod disposuit Dominus ad vos, de omnibus verbis his. Et ascendit Moyses, & Aaron, & Nadab, & Abiud, & septuaginta seniorum Israel, & viderunt locum, vbi β steterat Deus Israel: & quæ sub pedibus eius, sicut opus lateris saphiri, & sicut species γ firmamenti cæli ipsa puritate. Et de electis Israel δ non dissonuit nec vnus: & apparuerunt in loco Dei, & manducauerunt, & biberunt. Et dixit Dominus ad Moysem: Ascende ad me in montem, & sta ibi: & dabo tibi tabulas lapideas, legem, & mandata: quæ scripsi ad docẽdos eos. Et surgens Moyses, & Iesus qui ε astabat ei, ascenderunt in montẽ Dei, & senioribus dixerunt: Quiescite hic, donec reuertamur ad vos. Et ecce Aaron, & Or vobiscum: si cui acciderit iudicium, adeant ad eos. Et ascendit Moyses, & Iesus in montem. Et operuit nubes montem: & descendit gloria Dei super montem Sina: & operuit eum nubes sex dies.

A dies. Et vocauit Dominus Moyſem die ſeptimo de medio nubis. Species autem gloriæ Domini, tanquam ignis ardens ſuper cacumen montis coram filijs Iſrael. Et intrauit Moyſes in medium nubis, & aſcendit in montem. Et fuit ibi in monte quadraginta dies, & quadraginta noctes.

α Crateras.] *κρατῆρας. Ita libri vetuſtiores. In aliis eſt, κρατῆρ. S. Augu. q. 99.* Sumens autem Moyſes dimidiam partem ſanguinis, infudit in craterem; & partem reliquam ſanguinis, *&c.* β Vbi ſteterat.] *In aliquot libris eſt, οὗ εἱστήκει ἐκεῖ. S. Aug. in locut.* vbi ſteterat ibi Dominus Deus Iſrael. γ Firmamenti cæli.] *S. Aug. q.* 102. Saphiro autem ſignificatur vita cæleſtis, maxime, quia dictum eſt, ſicut aſpectus firmamenti. Firmamentum autem cælum appellari quis neſciat? *Ex quibus verbis ſuſpicari quiſpiam poſſit S. Aug. non habuiſſe,* cæli. δ Non diſſonuit.] *Ita S. Aug. quæſt. eadem quod græce eſt, οὐ διεφώνησεν οὐδὲ εἷς. Sed*
B *fortaſſe poſſet etiam reddi,* nemo detrimentum accepit. *Nam ſimili quadam notione videtur accipi* 1. *Reg.* 30. *οὐ διεφώνησεν αὐτοῖς, itemque Ezech.* 37. *διαπεφωνήκαμεν.* ε Qui adſtabat ei.] *Aquila, & Symm. ὁ λειτουργὸς αὐτοῦ,* miniſter, & famulus eius.

CAP. XXV.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Dic filijs Iſrael: & α accipite primitias ab omnibus, quibuſcumque viſum fuerit cordi: & accipietis primitias meas. Et hæc eſt primitia, quam accipietis ab eis: aurum, & argentum, & æs, & hyacinthum, & purpuram, & coccum duplex, & byſſum
C tortam, & pilos caprinos, & pelles arietum rubricatas, & pelles β hyacinthinas, & ligna imputribilia, & lapides γ Sardij, & lapides in ſculpturam ad ſuperhumerale, & poderem. Et δ facies mihi ſanctuarium; & apparebo in vobis. Et facies mihi ſecundum omnia, quæcumque tibi oſtendo in monte, exemplum tabernaculi, & exemplum omnium vaſorum eius. Sic facies. Et facies arcam teſtimonij ex lignis imputribilibus: duorum cubitorum & dimidij longitudo, & cubiti ac dimidij latitudo, & cubiti, ac dimidij altitudo. Et inaurabis illam auro puro: intrinſecus & extrinſecus inaurabis eam. Et facies ei ε cymacia aurea ζ tortilia in circuitu. Et fabricabis illi quatuor annulos aureos, & impones ſu-
D per quatuor η latera, duos annulos in latere vno, & duos annulos in latere ſecundo. Facies autem θ geſtatoria, ι ligna imputribilia: & inaurabis ea auro. Et intro duces geſtatoria in annulos, qui ſunt in lateribus arcæ, ad portandum arcam in eis. In annulis arcæ erunt geſtatoria immobilia. Et inijcies in arcā teſtimonia, quæ dedero tibi. Et facies propitiatorium, opertorium auri puri: duorum cubitorum & dimidij longitudo, & cubiti, ac dimidij latitudo. Et facies duos Cherubim aureos tornatiles, & impones eos ex vtriſque lateribus propitiatorij. Fient, cherub vnus e latere hoc, & cherub vnus e latere ſecundo propitiatorij. Et facies duos Cherubim ſuper duo latera: erunt Cherubim κ extendentes alas
E deſuper, λ obumbrantes in alis ſuis ſuper propitiatorium: & facies eorum ad ſe inuicem: in propitiatorium erunt vultus ipſorum cherubim. Et impones propitiatorium ſuper arcam deſuper: & in arcam inijcies teſtimonia, quæ dedero tibi. Et μ innoteſcam tibi inde, & loquar tibi de ſurſum propitiatorij inter duos Cherubim exiſtentes ſuper arcam teſtimonij, ν & ſecundum omnia, quæcumque mandauero tibi ad filios Iſrael. Et facies menſam ξ auream auri puri: duorum cubitorum longitudo, & cubiti latitudo, & cubiti ac dimidij altitudo. Et facies ei tortilia cymacia aurea in circuitu. Et facies ei coronam palmi in circuitu. Et facies ο tortile cymacium coronæ in circuitu. Et facies quatuor annulos

aureos:

aureos: & impones quatuor annulos in quatuor partes pedum illius sub corona. Et erunt annuli in ϖ thecas ipsis gestatorijs, ad portandum in eis mensam. Et facies gestatoria de lignis imputribilibus: & inaurabis ea auro puro: & portabitur in eis mensa. Et facies catinos eius, & thuribula, & libatoria, & cyathos, in quibus ϱ libabis in eis: ex auro puro facies ea. Et impones super mēsam panes σ præsentes coram me semper. Et facies candelabrum ex auro puro: tornatile facies cādelabrum. Hastile eius, & calamisci, & crateres, & sphærulæ, & lilia ex ipso existent. Sex autem calami exeuntes e lateribus, tres calami candelabri e latere vno eius, & tres calami candelabri e latere secundo: & tres crateres τ reddentes formam nucū: in vno calamo sphærula & lilium. Sic sex calamis exeuntibus e candelabro. Et in candelabro quatuor crateres reddentes formam nucum: in vno calamo sphærulæ, & υ lilia eius: sphærula sub duobus calamis ex eo: & sphærula sub φ quatuor calamis ex eo. Sic sex calamis exeuntibus e candelabro. χ Et in candelabro quatuor crateres formati in modum nucum: sphærulæ, & calami ex ipso existant. ψ Totum tornatile ex vno auro puro. Et facies lucernas eius septem: & impones lucernas: & lucebunt ab vna facie. Et emunctorium eius, & suppositoria eius ex auro puro facies. Omnia vasa hæc talētum auri puri. Vide: facies iuxta typum ostensum tibi in monte.

α Et accipite.] *In alijs libris est,* λάβετέ μοι, accipite mihi. *In alijs* καὶ λαβέτωσάν μοι, & accipiant mihi. *quod respondet vulgatæ.* β Hyacinthinas.] *In alijs libris est,* πεπυρωμένα, ignitas, & flammantes. *In vno peruetusto,* ἰάνθινα, ianthinas, *quomodo est in aliquo codice vulgatæ.* γ Sardij.] σαρδίου. *In aliis fere omnibus est,* σαρδίους. Sardios: *& hæc proxime sequuntur,* καὶ ἔλαιον εἰς τὴν φαῦσιν, θυμιάματα εἰς τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως καὶ εἰς τὴν σύνθεσιν τοῦ θυμιάματος, oleum ad illuminationem, thymiamata ad oleum vnctionis, & ad compositionem thymiamatis. δ Facies.] *Int. Origenis homil. 9.* facietis mihi sanctificationem: & inde videbor vobis. ε Cymacia.] S. *Aug. q.* 104. Cymacia dixit, quæ in quadratura extant per quatuor partes: sicut mensæ quadræ fieri solent. *Alij vndulas dixerunt.* ζ Tortilia.] *S. Augu. ibidem habebat versatilia: sed hæc addit.* Nec, quod ait versatilia, mobilia debemus accipere: (Fixa sunt enim, sicut dixi mensas habere solitas:) sed versatilia dixit tortilia, quæ græce dicuntur στρεπτά, vel canalibus, sicut sunt columnæ tortiles, aut implicatis duabus virgulis in modum restis, sicut etiam torques fieri solent. η Latera.] *S. Augu. ibidem* latera arcæ: *& in aliquo libro est,* κλίτη αὐτῆς. θ Gestatoria.] *Gestatoria, vel supportatoria dicit* S. *Augu. quod græce est,* ἀναφορεῖς. *Alij vectes dicunt.* ι Ligna imputribilia.] *In alijs libris est,* ἐκ ξύλων ἀσήπτων, ex lignis imputribilibus. κ Extendentes alas.] *Schol.* ἐκπετάζοντες, expandentes. λ Obumbrantes.] *Aquila,* σκεπάζοντες, tegentes. μ Innotescam.] *Schol.* Ceteri, συντάξομαι, conueniam, constituam. ν Et secundum omnia.] καὶ κατὰ πάντα. *A Compl. abest illud,* καί. ξ Auream.] χρυσῆν. *Abest ista dictio ab aliquot codicibus. In aliis vero legitur,* τράπεζαν ἐκ ξύλων ἀσήπτων, mensam ex lignis imputribilibus: *vbi vulgata,* de lignis Sethim. ο Tortile cymatium.] *Schol.* στρεπτὰ κυμάτια χρυσᾶ tortilia cymatia aurea. ϖ In thecas.] εἰς θήκας. S. *Aug q.* 106. *habuit,* in thecis: *sed ita interpretatur.* Erunt quippe in thecis, ita dictum est, tanquam diceretur, erunt pro thecis. ϱ Libabis.] σπείσεις. *S. Augu. in locut.* in quibus immolabunt in eis. σ Præsentes.] *fortasse hoc modo non inepte vertitur illud,* ἐνωπίους. *Aquila,* ἄρτους προσώπων, panes facierum. *Symm.* προθέσεως, propositionis, *atque ita vsus obtinuit, vt appellentur: & hoc modo à nobis posthac appellabuntur:* τ Reddentes formam nucum.] ἐκτετυπωμένοι καρυΐσκοις, *aut, vt alij libri,* καρυΐσκοις. *Schol. refert ex Aquila,* ἐξημυγδαλωμένῳ, *& interpretatur,* ἐκτετορνευμένῳ ἀμύγδαλον, sculptum in modum amygdalæ. υ Lilia.] *Symm.* ἄνθη, flores. φ Sub quatuor.] *Alij codices habent,* ὑπὸ τοὺς δύο, sub duobus. *In alijs non est hæc geminatio, sed tantum legitur,* ὁ σφαιρωτὴρ ὑπὸ τοὺς δύο καλαμίσκους ἐξ αὐτῆς, sphærula sub duobus calamis ex eo: *quod in vulgata est,* sphærulæ sub duobus calamis per tria loca. χ Et in candelabro quatuor crateres formati in typum nucum.] *Hæc absunt a Compl. & vulgata, ac videri possunt per errorem ex superiore loco huc irrepisse.* ψ Totum.] *Compl.* ὅλαι τορευταί, toti ductiles. *Sed nostra propius ad hebræum.*

CAP. XXVI.

ET tabernaculum facies, decem α aulæa de bysso torta, & hyacintho & pur purpura & β cocco torto γ Cherubim: opere textoris facies ea. Longitudo aulæi vnius, octo & viginti cubitorum, & latitudo quatuor cubitorum

A torum aulæum vnum erit. Mẽsura eadem erit omnibus aulæis. Quinque autem aulea erunt ad inuicem coniuncta alterum ex altero: & quinq. aulæa erunt cohærentia alterum alteri. Et facies illis ansas hyacinthinas ſ super labium aulæi vnius ex vna parte in commissuram. Et sic facies super labium aulæi exterioris ad commissuram secundam. Quinquaginta ansas facies aulæo vni: & quinquaginta ansas facies ex parte aulæi ad commissuram secundi, ᵗ faciem contra faciem cõcurrentes ad inuicem ad vnamquamque. Et facies circulos quinquaginta aureos: & coniunges aulæum alterum ad alterum circulis: & erit tabernaculum vnum. Et facies ζ vela capillacea ᵑ tegmen super tabernaculum: vndecim

B vela facies ea. Longitudo veli vnius, triginta cubitorum: & quatuor cubitorum latitudo veli vnius. Eadem mensura erit vndecim velis: & coniunges quinque vela in se, & sex vela in se. Et duplicabis velum sextum secundum faciem tabernaculi. Et facies ansas quinquaginta super labium veli vnius, quod est intermedium secundum commissuram. Et quinquaginta ansas facies super labium veli, quod coniunctum est ad secundum. Et facies ᶿ circulos æreos quinquaginta, & coniũges circulos ex ansis: & coniunges vela, & erit vnum. Et suppones quod superauerit in velis tabernaculi: dimidium veli residuum subteges ι in eo, quod abundat de velis tabernaculi: subteges post tabernaculum, cubitum ex hoc, &

C cubitum ex hoc, ex eo quod superat de velis, de longitudine velorum tabernaculi. Erit contegens super latera tabernaculi hinc, atque hinc, vt operiat. Et facies operimentum tabernaculo pelles arietum rubricatas, & coopercula pelles hyacinthinas desuper. Et facies columnas tabernaculi ex lignis imputribilibus: decem cubitorum facies columnam vnam: & cubiti vnius ac dimidij latitudinem columnæ vnius: ᵏ duos anconiscos columnæ vni, contracadentes vnũ alteri. Sic facies ^ omnibus columnis tabernaculi. Et facies columnas tabernaculo, viginti columnas ab latere, quod respicit ad Aquilonem. Et quadraginta ᵘ bases argenteas facies viginti columnis, bases duas columnæ vni in ambas

D partes eius, & bases duas columnæ vni in ambas partes. Et latus secundũ, quod contra Austrum viginti columnas, & quadraginta bases earum argenteas: duas bases columnæ vni in ambas partes eius, & duas bases columnæ vni in ambas partes eius. Et retro tabernaculum secundum partem, quæ est contra mare, facies sex columnas. Et duas columnas facies in angulis tabernaculi a posterioribus: & erunt æquales deorsum versus, in se conuenientes erunt, æquales de capitibus in ᵛ commissuram vnam. Sic facies vtrisque angulis binis: æquales sint. Et erunt octo columnæ, & bases earum argenteæ sedecim; duæ bases colũnæ vni in ambas partes eius, & duæ bases ξ columnæ vni. Et facies seras de lignis im-

E putribilibus quinque vni columnæ ex vna parte tabernaculi, & quinque seras columnæ vni lateri tabernaculi secundo, & quinque seras columnæ posteriori lateri tabernaculi, quod est ad mare. Et sera media inter medias columnas pertranseat ab vno latere in alterum latus. Et columnas inaurabis auro: & annulos facies aureos; in quos induces seras. Et inaurabis seras auro. Et eriges tabernaculum secundum speciem, quæ tibi monstrata est in monte. Et facies velamẽ de hyacintho, & purpura, & cocco torto, & bysso neta: opus textile facies illud ᵒ Cherubim. Et superimpones illud super quatuor columnas imputribiles inauratas auro, & capita earum aurea, & bases earum quatuor argenteæ. Et po-

K nes ve-

nes velamen ſuper columnas. Et induces illuc intra velamen arcam teſtimonij. Et diuidet vobis velamen inter medium ſanctum, & inter medium ſanctum ſanctorum. Et cooperies velamine arcam teſtimonij in ſancto ſanctorum. Et impones menſam extra velamen: & candelabrum contra menſam in parte tabernaculi, quæ reſpicit ad auſtrum: & menſam pones in parte tabernaculi, quæ reſpicit ad Aquilonem. Et facies π adductorium oſtio tabernaculi de hyacintho, & purpura, & cocco torto, & byſſo torta, opus variatoris. Et facies velamini quinque columnas, & inaurabis illas auro: & capita earum aurea: & conflabis eis quinque baſes æreas.

α Aulea.] *S. Aug. q. vltima,* αὐλαίας quas græci appellant, latini aulæa perhibent, quas cortynas vulgo vocant. Non ergo decem atria fieri iuſſit, ſicut quidam negligentes interpretati ſunt: non enim aulas, ſed aulæas dixit. *Interpres Orig. habet,* atria. β Cocco torto.] *Ita S. Aug. non ſemel, præcipue in q. vltima in Exodum: quæ diligenter perlegenda eſt: græce eſt,* κοκκίνου κεκλωσμένου, *quod ſolet verti,* coccino retorto. *In vulgata eſt,* coccoq. bis tincto. γ Cherubim.] *S. Aug. q. 107. coniungit cum ſequentibus:* Cherubim facies ea opere textoris, *& q. vltima,* opere ergo textili Cherubim iuſſit in aulæis fieri. *S. Hier. ad Marcellam.* In Exodo, ceteriſque locis, vbi deſcribuntur veſtes plumaria arte contextæ, opus Cherubim, ideſt varium atque depictum factum eſſe deſcribitur, ita tamen, vt vau litteram Cherubim nō habeat: quia vbicumque cū hac littera ſcribitur; animalia magis, quàm opera ſignificat. δ Super labium.] ἐπὶ τοῦ χείλους. *S. Aug. ſolet dicere,* ora ſumma. ε Faciem contra faciem.] ἀντιπρόσωποι ἀντιπίπτουσαι ἀλλήλαις εἰς ἑκάστην. S. Aug. ibidem, faciem contra faciem conſiſtentia ex aduerſo ſingula. *Ac de aulæis videtur accepiſſe: cum tamen commodiſſime de anſulis accipi queat. Schol.* Samariticus, διαδεχόμεναι συμβολαὶ μία πρὸς μίαν ἀντιπροσώπως κατὰ τὸ προσέχειν ἀλλήλαις. excipientes ſe commiſſuræ vna ad vnam, facie contra faciem, eo quòd ſibi inuicem cohæreant. ζ Vela capillacea] *Schol.* τρίχινοι καλυπτῆρες, è capillis conferta opercula. η Tegmen.] σκέπην. *In alijs eſt,* σκέπειν. *S. Aug. quæſt.* 108. operire ſuper tabernaculum, *& addit q. vltima,* id eſt, quæ venirent ſuper, non à parte tecti, ſed ſupercingendo: *quā interdum eſſe notionem iſtius dictionis,* ſuper, *docet locut.* 110. θ Circulos.] *Ita S. Aug. quod græce eſt,* κρίκους. *alii vertunt,* fibulas. ι In eo, quod abundat.] εἰς τὸ πλεονάζον. *Ab aliis libris abeſt illud,* εἰς. *S. Aug. hunc locum, quem difficillimum indicat, ſic refert:* Et ſuppones in velis tabernaculi dimidium veli, quod ſuperauerit, ſubteges, quod abundat de velis tabernaculi, ſubteges poſt tabernaculum, cubitum ex hoc, & cubitum ex hoc, *&c.* κ Duos anconiſcos.] *S. Aug. locis indicatis:* duos anconiſcos, (*al.* anconicos) columnæ vni conſiſtentes ex aduerſo, *& addit q. 109.* Anconicos autem dicit, quos vulgo vocamus ancones: ſicut ſunt in columnis cellarum vinariarum, quibus incumbunt ligna, quæ cupas ferunt. Ducta eſt autem ſimilitudo verbi à cubitis, vbi flectuntur manus, quibus incumbunt recumbentes, qui græce, ἀγκῶνες, vocantur. *Quare alii cubitulos ſunt interpretati. Symm.* κατοχεῖς, retinacula. λ Omnibus columnis] *S. Aug.* omnes columnas: *vtraque eſt non inuſitata locut.* μ Baſes.] *S. Aug. q.* 110. Baſes non eas tantum videtur dicere ſcriptura, quibus columnæ ab imo fulciuntur; ſed etiā ſuperiores; quæ capitella nos dicimus. *Idem Origenes hom. 9.* ν Commiſſuram.] *Sic S. Aug. quod græce eſt,* σύμβλησιν, *aut, vt in aliis codicibus,* συμβολήν. *quæ dictio non ſemel in hoc capite eſt vſurpata, atque idem valet.* ξ Columnæ vni.] *Hic in aliquot codicibus ſequitur,* εἰς ἀμφότερα τὰ μέρη αὐτοῦ, in ambas partes eius: *quæ geminatio habetur etiam paulo ſuperius: & eam notat S. Aug. in locut. & q. vltima.* ο Cherubim.] *de hac locutione dictum eſt. In vulgata appellatur opus plumarium. S. Aug. hoc loco in q. vltima habet,* ſuper Cherubim. π Adductorium.] *Ita S. Aug. græce eſt,* ἐπίσπαστρον, *& ab aliis ſolet dici tentorium.*

CAP. XXVII.

ET facies altare ex lignis imputribilibus: quinque cubitorum longitudo, & quinque cubitorum latitudo: Quadrangulum erit altare: & quinq. cubitorū altitudo eius: & facies cornua in quatuor angulos. Ex ipſo erunt cornua: & teges illa ære. Et facies coronam altari: & operculum eius, & phialas eius, & fuſcinulas eius, & focum eius, & omnia vaſa eius facies ænea: & facies ei craticulam opere reticulato æneam. Et facies craticulæ quatuor annulos æneos ad quatuor latera: & ſuppones eos ſub craticula altaris ab imo. Erit autem craticula vſque ad medium altaris. Et facies altari geſtatoria ex lignis imputribilibus: & inærabis ea æramento. Et introduces geſtatoria in annulos: & ſint geſtatoria ſecundum latera altaris in portando illud. Concauum tabulatum facies illud: ſecundum id, quod tibi demonſtratum eſt in monte, ſic

A te, sic facies illud. Et facies atrium tabernaculo in latere, quod respicit ad [α] Africum: tentoria atrij ex bysso torta; longitudo centum cubitorum [β] vni lateri: [γ] & columnæ [δ] eorum viginti: & bases earum æreæ viginti: & circuli earum, & [ε] arcus argentei. Sic lateri, quod ad subsolanum, tentoria centum cubitorum longitudo, & columnæ eorum viginti, & bases earum æreæ viginti, & circuli, & arcus columnarum: & bases earum inargentatæ argento. Et latitudo atrij, [ζ] quæ ad mare, tentoria quinquaginta cubitorum: columnæ eorum decem, & bases earum decem. Et latitudo atrij, quod ad Austrum, tentoria quinquaginta cubitorum, columnæ eorum decem, & bases earum decem. Et
B quindecim cubitorum altitudo tentoriorum lateri vni: columnæ eorum tres, & bases earum tres. Et latus secundum, quindecim cubitorum tentoriorum altitudo: columnæ eorum tres, & bases earum tres. Et portæ atrij tegimen, viginti cubitorum altitudo ex hyacintho, & purpura, & cocco [η] torto, & bysso torta, varietate [θ] acu picti: columnæ eorum quatuor, & bases earum quatuor: omnes columnæ atrij in circuitu inargentatæ argento: & capita earum argentea, & bases earum æreæ. Longitudo autem atrij centum per centum, & latitudo quinquaginta ad quinquaginta. Et altitudo quinq. cubitorũ ex bysso torta, & bases eorũ æreæ. Et omnis supellex, & omnia instrumenta, & paxilli alij sint ærei. Et
C tu præcipe filijs Israel: & sumant sibi oleum [ι] ex oliuis defecatum purum contusum ad lumen [κ] accendendum; vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij. Extra velamen, quod est super testamentum, accendet illud Aaron, & filij eius a vespera vsque ad mane ante Dominum, legitimum sempiternum in progenies vestras a filijs israel.

[α] Ad Africum.] *Describuntur quatuor atrij latera per quatuor has hemisperii partes, quæ sunt,* λὶψ, ἀπηλιώτης θάλασσα, νότος, Africus, subsolanus, mare. Auster. *In alijs codicibus sunt*, νότος, βορρᾶς, θάλασσα, ἀνατολαί, auster, Aquilo, mare, oriens. *& ita apud S. Aug. quæst. vltima.* [β] Vni lateri.] *Schol.* Alius, τῇ γωνίᾳ, angulo. [γ] Columnæ.] *Notat Theodoretus quæst. 60. quod hic est,* στῦλοι, *alios interpretes dixisse,* σανίδας, tabulas.
D [δ] Eorum.] *videtur referri ad tentoria: græce est,* αὐτῶν *quod posset etiam verti*, earum, *vt habet hic S. Aug. quasi subintellexerit*, cortynarum, *aut quiddam eiusmodi: hebræus & chaldæus habent*, eius, *idest lateris & infra in similibus locis. S. Aug. interdum habet*, eius, *interdum*, eorum. [ε] Et arcus.] *In alijs libris est,* καὶ αἱ ψαλίδες αὐτῶν, *Et apud S. Aug.* & arcus earum. *Alij autem pro circulis, & arcubus dixerunt fibulas, & forcipes.* [ζ] Quæ ad mare.] κατὰ τὸ θάλασσαν, *& videtur referri ad latitudinem, quæ græce est,* τὸ εὖρος, *Paulo post autem est,* τῆς αὐλῆς τῆς πρὸς νότον. *vt illud,* τῆς *referatur ad ipsum atrium. Sic apud S. Aug.* latitudo atrij, quæ est ad mare, *&* latitudo atrij, quod est ad orientem. [η] Cocco torto.] *S. Aug. habet*, cocco neto, & bysso torta, *in aliqua autem editione est,* κοκκίνῳ κεκλωσμένῳ καὶ βύσσῳ νενησμένῃ, cocco torto, & bysso neta. [θ] Acu picti.] τοῦ ῥαφιδευτοῦ. *S. Aug. habet*, acu picta. *Sed videtur intelligendum*, operis acu picti: *vt paulo post habet ipsemet* S. *Aug.* [ι] Ex oliuis.] *Schol.* ἐκ σπερμάτων, de seminibus. [κ] Ad lumen accendendum.] εἰς φῶς καῦσαι. *Ab alijs libris abest illud,* καῦσαι.

E

CAP. XXVIII.

ET tu adduc ad te, & Aaron fratrem tuum, & filios eius, & de filijs Israel; vt sacerdotio fungãtur mihi Aaron, & Nadab, & Abiud, & Eleazar, & Ithamar filij Aaron. Et facies stolam sanctam Aaron fratri tuo ad honorem & gloriã. Et tu loquere omnibus sapientibus mẽte, quos repleui spiritu [α] sapiẽtiæ [β] & sensus. Et faciẽt stolam sanctam Aaron [γ] ad sanctũ; in qua sacerdotio fungetur mihi. Et hæ sunt stolæ, quas faciẽt: pectorale & [δ] superhumerale, & talarẽ & tunicã [ε] cosymbotã, [ζ] & cidarim & zonam. Et facient stolas sanctas Aaron, &

 filijs

filijs eius; vt ſacerdotio fungantur mihi. Et ipſi ſument aurum, & hyacinthum, & purpuram, & ⁿ coccum, & byſſum: & facient ſuperhumerale θ de byſſo torta, opus textum variatoris: duo ſuperhumeralia erunt ei continentia alterum alterum, in duabus partibus annexa. Et textura ſuperhumeralium, quæ eſt in eo, ſecundum factionem ex eo, erit ex auro puro, & hyacintho, & purpura, & cocco neto, & byſſo torta. Et ſumes duos lapides, lapides ι ſmaragdi: & ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael: ſex nomina in lapide vno, & ſex nomina reliqua in lapide ſecundo κ ſecundum generationes eorum, opus lapidariæ artis: ſculpturam ſigilli ſculpes ambos lapides in nominibus filiorum iſrael: & λ pones ambos lapides ſuper humeros ſuperhumeralis: lapides memorialis ſunt filijs Iſrael. Et portabit Aaron nomina filiorum Iſrael ante Dominum ſuper duos humeros ſuos, memoriale pro eis. Et facies μ aſpidiſcas ex auro puro: & facies duas catenulas ex auro puro admiſtas in floribus, opus plicaturæ. Et impones catenulas plicatas ſuper aſpidiſcas ν ſecundum paromidas earum ex anterioribus. Et facies rationale iudiciorum, opus variatoris: iuxta modum ſuperhumeralis facies illud ex auro, & hyacintho, & purpura, & cocco torto, & byſſo torta. Facies ipſum quadrangulum: erit duplex: ξ Spithami longitudo eius, & ſpithami latitudo. Et attexes in eo texturam lapidarem quadriordinem. Ordo lapidum eorum, ſardius, topatius, & ſmaragdus ordo vnus: & ordo ſecundus, carbunculus, & ο ſaphirus & iaſpis: & ordo tertius π ligurius, achates, amethyſtus: & ordo quartus, chryſolitus, & beryllius, & onychinus: circumtecta auro, colligata in auro. Sint ſecundum ordinem eorum. Et lapides ſint ex nominibus filiorum Iſrael duodecim ſecundum nomina eorum: ſculpturæ ſigillorũ, ρ vnus quiſque iuxta nomen ſint in duodecim tribus. Et facies ſuper rationale σ fimbrias complectentes, opus τ catenatum ex auro υ puro. Et ſumet Aaron nomina filiorum Iſrael ſuper rationale iudicij ſuper pectus, φ introeunti in ſanctum, memoriale coram Deo. Ei χ pones ſuper rationale iudicij fimbrias: catenata ſuper vtraque latera rationalis impones: & duas aſpidiſcas impones ſuper vtroſque humeros ſuperhumeralis ad faciem. Et impones ſuper rationale iudicij, demonſtrationem & veritatem. Et erit ſuper pectus Aaron; quando ingredietur in ſanctum ante Dominum. Et afferet Aaron iudicia filiorum Iſrael ſuper pectus ante Dominum ſemper. Et facies ψ ſubuculam talarem totam hyacinthinam: & erit ω periſtomium ex ea medium, oram habens in circuitu periſtomij, opus textoris, commiſſuram conteſtam αα ex ipſo, vt ne rumpatur. Et facies ſub margine tunicæ deorſum, quaſi florentis mali punici mala punica ex hyacintho & purpura, & cocco neto, & byſſo torta ſub margine tunicæ in circuitu. Eadem ſpecie mala punica aurea, & tintinnabula intermedium eorum in circuitu, iuxta malum punicum aureum tintinnabulum, & floridum ſuper marginem ſubuculæ in circuitu. Et ββ erit Aaron, dum ſacerdotio fungitur, audibilis vox eius intranti in ſanctum in conſpectu Domini, & exeunti, vt non moriatur. Et facies laminam aureã puram: & formabis in ea, formatione ſigilli ſanctificationem Domini. Et impones eam ſuper hyacinthũ γγ tortam: & erit δδ ſuper mitram: ſecundũ aſpectũ mitræ erit: & erit ſupra frontẽ Aaron. Et auferet Aarõ peccata ſanctorum, quæcumq. ſanctificabũt filij Iſrael omnis muneris ſanctorũ eorũ. Et erit ſuper frontem Aarõ ſemper, acceptum illis in conſpectu Domini.

Et

A Et ϛϛ nodi tunicarum ex bysso. Et facies Cidarim byssinam: & Zonam facies, opus variatoris. Et filiis Aaron facies tunicas, & zonas: & cidaras facies eis ad honorem & gloriam. Et indues illa Aaron fratrem tuum, & filios eius cum eo: & vnges eos, & implebis manus eorum, & sanctificabis eos, vt sacerdotio fungantur mihi. Et facies eis femoralia linea, tegere turpitudinem corporis eorum: a lumbo vsque ad femora erit. Et habebit Aaron illa, & filij eius, quando ingredientur in tabernaculum testimonij, vel quando accedent ministrare ad altare sancti. Et non adducent ad se peccatum, ne moriantur. Legitimum sempiternum ei, & semini eius post ipsum.

B

α Sapientiæ.] *dictio* σοφίας *abest ab aliquot exemplaribus, nec refertur à* S. *Augu. q.* 114. β Sensus.] *fatetur ibidem S. Aug. hoc latine esse quod græce est,* αἰσθήσεως, *verum, quoniam scriptura de sensu interiore, quem intellectum vocamus, sic loqui solet; propterea in latinis codicibus hic fuisse,* spiritu intellectus: *cum tamen alibi sit,* sensus; *vt in epist. ad hebr. cap.* 5. γ Ad sanctum.] εἰς τὸ ἅγιον, *quod interdum valet,* ad sanctuarium: *quemadmodum paulo inferius in hoc eodem capite,* εἰσιόντι εἰς τὸ ἅγιον, *vbi S. Aug. in locut. habet,* in sanctum, *quæst. autem* 119. in sanctuarium. *Sed potest etiam significare,* ad sanctitatem, vt sanctificetur. δ Superhumerale.] *S. Hier. ad Fabiolam,* lxx. ἐπωμίδα, idest superhumerale appellant. Aquila, ἐπένδυμα. nos Ephod suo ponimus nomine. *Int. Origenis, & S. Aug. dicunt,* humerale. ε Cosymbotam.] *Putauimus retinendam dictionem græcam, quam etiam retinet S. Hieronymus ad Marcellam. S. Aug. q.* 114. *habet,* cum cornibus, *& hęc addit:* Tunicam vero cum cornibus honestius putarunt latini interpretes dici, quàm si dicerent, cum cirris, qui bene dispositi ornamento esse vestibus solent. *Sed alii interpretantur strictam, & præcinctam: quæ interpretatio non videtur inepta; cum infra in hoc eodem capite cosymboti, vel cosymbi nodos significent.*

C *Alii ex hebræo vertunt,* ocellatam. ζ Cidarim.] *Schol.* Apud Samariticum, πῖλον, pileum: vel secundum aliam scripturam, μίτραν, mitram. *Theodoretus dictionem* μίτραν, *agnoscit ex lxx. Sed ad significandum tæniam, quæ frontem tegebat. S. Hier. ad Fabiolam:* hoc græci & nostri, τιάραν, nonnulli galerum vocant. *Conferenda sunt cum iis, quæ à S. Hier. ea quæ à Theodoreto quæst.* 60. *& à S. Aug. hic quæst.* 123. *& in Leuit. quæst.* 81. *afferuntur.* Zonam.] *S. Hier. ad Fabiolam,* nos cingulum, vel baltheum, vel zonam possumus dicere. *S. Aug. vtitur vocabulo zonæ.* η Coccum.] *Notat S. Hier ad Fabiolam. pro cocco apud hebræos scribi vermiculum, & deputari igni, &ætheri, qui hebraice Sen appelletur, quod Aquila* διάφανον, *Sym.* διάφαινον, *idest perspicuum, & dilucidum sit interpretatus.* θ De bysso torta.] *Schol. Alius,* ἐκ χρυσίου, καὶ ὑακίνθου, καὶ πορφύρας, καὶ κόκκινον νενησμένον, καὶ βύσσου κεκλωσμένης, ex auro, & hyacintho, & purpura, & cocco neto, & bysso torta. ι Smaragdi.] *S. Aug. q.* 115. *habet,* onychinos. *S. Hier.* ad Fabiolam. Qui hebraice dicuntur Soom, ab Aquila, & Symmacho, & Theodotione onychini, a lxx Smaragdi transferuntur. Iosephus sardonychas vocat, cum hebræo, Aquilaque consentiens: vt vel colorem lapidum, vel patriam demonstraret.

D κ Secundum generationes.] S. *Aug. ibidem,* iuxta ordinem natiuitatis eorum. λ Et pones.] *Schol. Alius,* περικεκυκλωμένους καὶ συνεσφιγγωμένους χρυσίῳ ποιήσεις αὐτοὺς, καὶ δώσεις, circumdatos, & conclusos auro facies eos & pones. μ Aspidiscas.] *Ita S. Aug. ibidem, ac de etymologia nominis disputat. Alii uncinos uerterunt.* ν Secundum paromidas earum ex anterioribus.] *hæc absunt ab hebræo, & chaldæo. Complutensis habet,* secundum superhumeralia eorum, *recte, an secus, non ausim dicere. Non enim videtur esse idem,* παρωμὶς *&* ἐπωμίς. ξ Spithami.] *S. Aug. ibidem,* Spithamus autem longitudo & spithamus latitudo, latini quidam interpretati sunt mensuram extentæ palmæ a fine pollicis vsque ad finem digiti minimi. ο Saphirus.] *S. Hier. ibidem inquit Symm. pro smaragdo transtulisse* ceraunium. π Ligurius.] *S. Hier. ingenue fatetur se ignorare, quis iste lapis sit; nisi si hyacinthus sit. Apud Theophrastum & Plinium fit mentio lyncurii.* ρ Vnusquisque.] ἕκαστος. *in aliis est,* ἑκάστου, vniuscuiusque. *sed longius ab hæbræo.* σ Fimbrias complectentes.] *Sic S. Aug. q.* 116. *quod græce est,* κροσσοὺς συμπεπλεγμένους, *& alii vertunt,* catenas connexas. τ Catenatum.] *Symm.* βροχωτὸν, laqueatum. υ Puro.] *hic in Complutensi multa sequuntur, quæ in collatis codicibus non sunt inuenta, neq. significantur à S. Aug. Respondent tamen satis vulgatæ.* φ Introeunti.]

E *Sic manuscripti, & S. Aug. in locutionibus bis in hoc capite notat hanc locutionem, quam inquit potius se credidisse notandam, quàm corrigendam: quod aliqui latini fecissent. In Compl. est,* εἰσιὼν, intrans. χ Et pones.] *Hæc vicissim hoc loco absunt à Compl. vsque ad illud,* Et impones. *Atque idem S. Aug notat hanc locutionē,* fimbrias, catenata: *quorum loco in Compl. paulo ante videtur dictum,* καὶ ἐπιθήσεις τοὺς κροσσοὺς, καὶ τὰ ἁλυσιδωτὰ, *&c.* & impones fimbrias, & catenata, *&c.* ψ Subuculam.] *Sic S. Hier. ad Fabiolam:* subtunicalem, *ad Marcellam scribens: quod græce est,* ὑποδύτην ποδήρη. *S. Aug. quæst.* 118. & facies tunicam talarem hyacinthinam. ω Peristomium.] *S. Aug. ibidem,* idest, qua caput eijciatur. *S. Hier. ibidem,* quod vulgo capitium vocant. αα Ex ipso.] ἐξ αὐτοῦ, *& videtur subintelligi,* peristomio. S. *Aug. tamen ibidem habet,* ex ipsa, *& addit,* deest vt ex seipsa sit ipsa ora contexta cum veste. ββ Et erit Aaron.] *S. Aug. q.* 119. *nec multo aliter in loc.* Et erit Aaron cum cœperit fungi sacerdotio, audietur vox eius intranti, &c. *Theodotio,* ἐπὶ ἀαρὼν *Aquila, & Symmac.* ἐπὶ τῷ ἀαρὼν, super Aaron. γγ Tortam.] *S. Aug. q.* 120. hyacinthum duplicem tortam. δδ Super mitram.] *Aquila, & Theodotio,* ἐπὶ τῆς κιδάρεως, super cidarim. ϛϛ Nodi.] οἱ κοσυμβωτοί, *aut, vt alii codices,* οἱ κόσυμβοι. *Schol.* ceteri, αἱ συσφίγξεις, constrictiones.

CAP. XXIX.

A

ET hæc ſunt, quæ facies eis. * Sanctificabis eos; vt ipſi ſacerdotio fungantur mihi. Sumes autem vitulum de bobus vnum, & arietes immaculatos duos, & panes azymos conſperſos in oleo, & β lagana azyma vncta in oleo. Similam ex tritico facies ea. Et impones ea in caniſtrum vnum: & offeres ea in caniſtro: & vitulum, & duos arietes. Et Aaron, & filios eius adduces ad oſtium tabernaculi teſtimonij, & lauabis eos in aqua. Et ſumens ſtolas, indues Aaron fratrem tuum, & tunicam γ talarem, & ſuperhumerale, & rationale: & adnectes ei rationale ad ſuperhumerale: & impones mitrã ſuper caput eius: & impones δ laminam, ſanctificationem ſuper mitram Et ſumes de oleo vnctionis: & effundes illud ſuper caput eius, & vnges eum. Et filios eius adduces: & indues eos tunicas, & cinges eos ε zonis, & circumdabis eis cidaras: & erit illis ſacerdotium mihi in ſempiternum. ζ Et conſummabis η Aaron manus eius, & manus filiorum eius. Et adduces vitulum ad portas tabernaculi teſtimonij: & ſuperimponent Aaron & filij eius manus ſuas ſuper caput vituli in conſpectu Domini apud portas tabernaculi teſtimonij: & iugulabis vitulum in conſpectu Domini apud portas tabernaculi teſtimonij. Et ſumes de ſanguine vituli, & pones ſuper cornua altaris digito tuo: reliquum autem omnem ſanguinem effundes ad baſim altaris. Et ſumes omnem adipem, qui ſuper ventrem, & θ pẽnam iecoris, & duos renes, & adipem, qui ſuper eos: & impones ſuper altare: carnes autem vituli, & pellem, & fimum combures igni extra caſtra. ι Peccati enim eſt. Et arietem ſumes vnum: & ſuperimponent Aaron & filij eius manus ſuas ſuper caput arietis: & iugulabis eum: & ſumens ſanguinem effundes ad altare in circuitu. Et arietem diſſecabis per membra: & lauabis inteſtina & pedes aqua: & impones ſuper ſegmenta cum capite. Et offeres totum arietem ſuper altare: holocauſtoma Domino in odorem κ ſuauitatis. λ Thymiama Domino eſt. Et ſumes arietem ſecundum: & ſuperimponet Aaron & filij eius manus ſuas ſuper caput arietis: & iugulabis eum: & ſumes de ſanguine eius, & impones ſuper pennam auris Aaron dexteræ, & ſuper μ ſummitatẽ dexteræ manus, & ſuper ſummitatem pedis dextri, & ſuper pennas aurium filiorum eius dextrarum, & ſuper ſummitatem manuum eorum dextrarum, & ſuper ſummitates pedum eorum dextrorum. Et ſumes de ſanguine, ν qui ab altari, & de oleo vnctionis: & aſperges ſuper Aaron, & ſuper ſtolam eius, & ſuper filios eius, & ſuper ſtolas filiorũ eius cum eo. Et ſanctificabitur ipſe & ſtola eius, & filij eius, & ſtolæ filiorum eius cum eo. Sanguinem vero arietis effundes ad altare in circuitu. Et ſumes de ariete ξ adipem eius, & adipem tegentem ventrem, & pennam iecoris, & duos renes, & adipem, qui in ipſis, & ο brachium dextrum. Eſt enim conſummatio hæc. Et panem vnum ex oleo, & laganum vnũ de caniſtro azymorum propoſitorum in conſpectu Domini. Et impones omnia ſuper manus Aaron, & ſuper manus filiorum eius: & ſeparabis π illa, ſeparationẽ coram Domino. Et ſumes ea de manibus eorũ: & offeres ea ſuper altare holocauſtoſis in odorem ſuauitatis coram Domino. ρ Oblatio eſt Domino. Et ſumes pectuſculum de ariete conſummationis, quod eſt σ Aaron: & ſeparabis illud, ſeparationem coram Domino: & erit tibi in portione. Et ſanctificabis pectuſculum ſeparationem, & brachium

A chium demptionis, quod ſeparatum eſt, & quod demptum eſt de ariete conſummationis ab Aarō, & a filijs eius. Et erit Aaron, & filijs eius legitimum æternum a filijs Iſrael. Eſt enim ſeparatio hoc. Et demptio erit a filijs Iſrael de ſacrificijs ſalutarium filiorum Iſrael, demptio Domino. Et ſtola ſancti, quæ eſt Aaron, erit filijs eius poſt eum, vngere eos in ipſis, & conſummare manus eorum. Septem diebus induet ea ſacerdos, qui pro eo de filijs eius, qui intrabit in tabernaculum teſtimonij deſeruire in ſanctis. Et arietem conſummationis ſumes: & coques carnes in loco ſancto. Et edent Aaron & filij eius carnes arietis, & panes qui in caniſtro, apud portas tabernaculi teſtimonij: edent ea, in quibus
B ſanctificati ſunt in eis ad conſummandum manus eorum, ad ſanctificandū eos. Et alienigena non edet de eis. Sunt enim ſancta. Si autem remanſerit de carnibus ſacrificij conſummationis, & panibus vſque mane; combures reliquias igni: non comedentur. Sanctificatio enim eſt. Et facies Aaron, & filijs eius ſic ſecundum omnia, quæcumque mandaui tibi. Septem diebus conſummabis manus eorum. Et vitulum peccati facies die ʳ purificationis. Et purificabis altare in ſanctificando te in eo: & vnges illud, ad ſanctificandum ipſum: ſeptem diebus ᵥ purificabis altare, & ſanctificabis illud. Et erit altare ſanctū φ ſancti. Omnis, tangens altare, ſanctificabitur. Et hæc ſunt, quæ facies ſuper altare: agnos anni-
C culos immaculatos duos die ſuper altare perpetuo, oblationem continuationis: agnum vnum facies mane: & agnum ſecundum facies veſperi: & decimam partem ſimilæ conſperſæ in oleo contuſo quarta parte ipſius χ In: & libamen quartā partem In vini agno vni: & agnū ſecundū facies veſpertinum iuxta ſacrificiū matutinum, & libamen eius. Facies in odorem ſuauitatis, oblationem Domino, ſacrificium continuationis in progenies veſtras ad portas tabernaculi teſtimonij coram Domino. In quibus innoteſcam tibi inde, vt loquar tibi: & præcipiam illic filijs Iſrael, & ſanctificabor in gloria mea: & ſanctificabo tabernaculú teſtimonij, & altare & Aaron & filios eius ſanctificabo; vt ſacerdotio fun-
D gantur mihi. Et inuocabor in filijs Iſrael: & ero eorum Deus: & cognoſcent, quia ego ſum Dominus Deus eorum; qui eduxi eos de terra Ægypti; vt inuocer eis, & ſim eorum Deus.

α Sanctificabis eos.] *In alijs libris eſt,* ἁγιάσαι αὐτοὺς ad ſanctificandum eos. β Lagana azyma.] *Schol.* κολλύρας ἀζύμους ἀναμεμιγμένας, placentas azymas permiſtas. γ Talarem.] καὶ τὸν χιτῶνα τὸν ποδήρη, *In aliquo codice eſt,* καὶ τὸν ποδήρη, & poderem, *id eſt,* tunicam talarem: *quod reſpondet hebræo, & vulgatæ. Theodotio,* τὸν χιτῶνα, καὶ τὸν ἐπενδύτην τῆς ἐπωμίδος, tunicam & pallium ſuperhumeralis. *Symmac.* τὸν χιτῶνα, καὶ τὸ ἐπένδυμα τοῦ ἐπενδύματος, tunicam & ſuperindumentum ſuperindumenti, *ideſt tunicam illam hyacinthinam, quæ ad tunicam illam ſimplicem lineam intimam relata erat ſuperindumentum; ſed ſubſternebatur alteri ſuperindumento, nimirum ſuperhumerali. Huc videtur ſpectaſſe Theodoretus; cum dixit,* ἐπενδύτην, *in ſcriptura vocari poderem, quòd ad pedes vſque perueniret. Superiore tamen capite vocata eſt,* ὑποδύτης, *quòd, vt diximus, ſub-*
E *ſternitur ſuperhumerali.* δ Laminam.] *Symm.* ἀφόρισμα, ſeparationem, *id eſt eximium illud inſigne. Schol. Alius,* τὸ ἅγιον, ſanctitatem. *Fortaſſe autem hæc varietas pertinet ad illud, quod ſequitur,* τὸ ἁγίασμα, ſanctificationem. ε Zonis.] *Theodotio,* ζώνῃ ἀαρὼν, zona Aaron, *Aquila,* διὰ ζώνης ἀαρὼν, per zonam Aaron. *Vulgata conuenit cū Theodotione.* ζ Et conſummabis.] *Ita S. Aug. q. 125. quod græce eſt,* τελειώσεις, *& ſic ſolet vertere plerumque hoc verbum, quod alij dicunt,* conſecrare: *ſuperiore capite eadem vox hebræa reddita eſt,* καὶ ἐμπλήσεις, & implebis. η Aaron.] *In alijs libris eſt,* τὰς χεῖρας ἀαρὼν καὶ τὰς χεῖρας τῶν υἱῶν αὐτοῦ, *& S. Aug.* manus Aaron, & manus filiorum eius. θ Pennam.] τὸν λοβὸν. *Sic S. Aug. in Leuit. q. 22. quod in vulgata eſt,* reticulum. *Theodoretus q. 61. teſtatur alios interpretes dixiſſe,* περιττὸν, quod excedit. ι Peccati.] *Alij codices,* ἁμαρτία, peccatum, *ideſt ſacrificium pro peccato.* κ Suauitatis.] *Theodoretus q. 62.* Alij quidem interpretes pro εὐωδίας poſuerunt, εὐαρεστήσεως, acceptationis. λ Thymiama.] *quaſi incenſum: nam huiuſmodi ſacrificium hebræus vocat ignitionem. Diximus etiam ſuperius de iſta dictione. In alijs libris eſt,* θυσίασμα, ſacrificium. μ Summitatem.] *Schol.* τὸ ἀκροδάκτυλον, pollicem. ν Qui ab altari.] τοῦ ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου. *Alij codices,*

codices, τοῦ ἐπάνω τοῦ θυσιαστηρίου, qui ſuper altare, *alii,* ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ θυσιαστηρίου, de ſanguine altaris. ξ Adipẽ eius.] *Schol.* Alius interpres addit ex hebræo, καὶ τὴν κέρκον, & caudam. ο Brachium.] *Schol.* Ceteri, τὴν κνήμην, femur. π Ilia.] αὐτά. *Alii codices,* αὐτοῖς, illos. ρ Oblatio.] *græce eſt,* κάρπωμα. *hebraice autem eſt eadem dictio, quæ paulo ante dicta eſt Thymiama.* σ Aaron.] *S. Augu. q.* 128. ideſt ipſius Aaron: hoc enim pertinere voluit ad ſummum ſacerdotem. τ Purificationis.] τοῦ καθαρισμοῦ. *Aquila, Symm. & Theodoti.* ἐξιλασμοῦ expiationis, aut depropitiationis. *Ita enim vertit S. Aug. q.* 133. υ Purificabis.] *Schol.* Ceteri, ἐξιλάσῃ expiabis. φ Sancti.] *Ita S. Augu. q.* 130. *vbi de hoc loco diſputat. In aliis codicibus eſt,* τῶν ἁγίων ſanctorum. χ In.] *Theodoretus q.* 64. Genus eſt menſuræ vini, & olei apud hebræos; continet autem vt ait Ioſephus, duas choas atticas.

A

CAP. XXX.

ET facies altare incenſi ex lignis α imputribilibus, & facies illud cubiti longitudinem, & cubiti latitudinem: quadrangulum erit & duorum cubitorum altitudo: ex ipſo erunt cornua eius. Et inaurabis auro puro craticulã eius, & parietes eius in circuitu, & cornua eius. Et facies ei tortilem coronã auream in circuitu: & duos annulos aureos puros facies ſub tortili corona eius in duo latera facies in β duobus lateribus. Et erunt γ arcus amitibus, ita vt tollatur illud in eis: & facies amites de lignis imputribilibus, & inaurabis eos auro. Et pones illud contra velum, quod eſt ſuper arcam δ teſtimoniorum, in quibus innoteſcam tibi inde. Et incendet ſuper illud Aaron incenſum compoſitũ ſubtile mane mane. Et cum accendet Aaron lucernas ε ſero incendet ſuper illud: incenſum continuationis ζ ſemper in conſpectu Domini in progenies eorum. η Et nõ offeres ſuper, illud incenſum aliud: oblationem, ſacrificium, & libamen non libabis ſuper illud. Et depropitiabit θ ſuper illud Aaron ſuper cornua eius ſemel in anno: de ſanguine purificationis ι purificabit illud in progenies eorum. Sanctum ſanctorum eſt Domino. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Si acceperis computationem filiorũ Iſrael in viſitatione eorum; & dabunt vnuſquiſq. κ redemptiones animæ ſuæ Domino: & non erit in eis ruina in viſitatione eorum. Et hoc eſt quod dabunt, λ quicumq. tranſibunt ad viſitationem: dimidium didrachmatis, quod eſt iuxta didrachma ſanctũ: viginti oboli ipſum didrachma: dimidiũ autem didrachmatis oblatio Domino. μ Omnis qui tranſit ad viſitationem a vigeſimo anno & ſupra, dabunt oblationem Domino. Diues non adijciet. & pauper non minuet a dimidio didrachmatis in dando oblationem Domino ad depropiciandum pro animabus veſtris. Et accipies argentum oblationis a filijs Iſrael: & dabis illud ad opus tabernaculi teſtimonij. Et erit filijs Iſrael memoriale coram Domino, ad depropiciandum pro animabus veſtris Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Fac labrum æneum, & baſim ei æneam ad lauandum: & pones illud inter tabernaculum teſtimonij, & inter altare. Et effundes in illud aquam. Et lauabit Aaron & filij eius ex eo manus, & pedes aqua. Cum ingredientur in tabernaculum teſtimonij, lauabunt aqua: & non morientur, cum ν accedent ad altare miniſtrare, & offerre holocauſta Domino; lauabunt manus & pedes aqua: ξ cum ingredientur in tabernaculum teſtimonij; lauabunt aqua, vt non moriantur. Et erit eis legitimum ſempiternum, ei, & generationibus eius poſt eum. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens. Et tu ſume ο ſuauitates, florem myrrhæ electæ, quingentos ſiclos, & cinnamomi beneolentis dimidium iſtius, ducentos quinquaginta, & calami beneolentis, ducẽtos quinquaginta, & iridis quingentos ſiclos ipſius ſancti, & oleum

B

C

D

E

ex oliuis

A ex oliuis In. Et facies ipsum oleum, chrisma sanctum; vnguentum vnguentarium arte vnguentarij. Oleum chrisma sanctum erit. Et vnges ex eo tabernaculum testimonij, & arcam tabernaculi testimonij, & omnia vasa eius, & candelabrum, & omnia vasa eius, & altare incensi, & altare holocaustomatum, & omnia eius vasa, & mensam, & omnia vasa eius, & labrum. Et sanctificabis ea: & erunt sancta sanctorum: omnis tangens ea, sanctificabitur. Et Aaron, & filios eius vnges: & sanctificabis eos ad sacerdotio fungendum mihi. Et filijs Israel loqueris dicens: Oleũ, linitio vnctionis, sanctum erit hoc vobis in progenies vestras: super carnem hominis non linietur: & secundum compositionem hanc nõ facietis B vobis ipsis similiter. Sanctum est, & sanctificatio erit vobis. Quicumque fecerit similiter, & quicumque dederit de eo alienigenæ; exterminabitur de populo suo. Et dixit Dominus ad Moysem: Sume tibi suauitates, stacten, onychen, galbanum boni odoris, & thus pellucidum. Æquale æquali erit. Et facient in eo incensum vnguentarium, opus vnguẽtarij mistum: purum opus sanctum. Et concides de illis minutim: & pones contra testimonia in tabernaculo testimonij, vnde innotescam tibi inde. Sanctum sanctorum erit vobis incensum. Secundum compositionem hanc π non facietis vobis ipsis. Sãctificatio erit vobis Domino. Quicumque fecerit similiter, vt olfaciat in eo; peribit de populo suo.

C

α Imputribilibus; & facies illud cubiti longitudinem.] *In Complutensi est*, ἀσήπτων ποιήσεις αὐτὸ, πήχεως τὸ μῆκος; imputribilibus facies illud. Cubiti longitudo, &c. β Duobus lateribus.] *Ita S. Aug. q. 131. vbi de hoc loco disputat. Posset tamen dici*, ad duo latera facies in duabus costis: *nam græce est*, εἰς τὰ δύο κλίτη ποιήσεις ἐν τοῖς δυσὶ πλευραῖς. γ Arcus amitibus.] *Sic idem q. 132. & addit*: Quos annulos dixerat, arcus dicit. Annulos quippe pro rotundis ansis posuit. Et quid est aliud annulus, vel circulus, nisi vndique arcus? Ideo quidam nolentes arcus dicere thecas interpretati sunt, quibus amites inducerentur, dicentes, & erunt thecæ amitibus, quasi græcus hoc non posset dicere, cum etiam thecæ græcum verbum sit. Dixit autem, ψαλίδας, quod arcus interpretatur. *Eodem modo reddita inuenitur dictio ista apud* S. *Augu. supra cap.* 27. *Quod autem pertinet ad amites, alij habent*, vectes, *quemadmodum & c.* 27. *Ibi tamen græce est*, ἀναφορεῖς; *hic autem est*, σκυτάλαις. *quamuis in hebræo eadem sit dictio*. δ Testimoniorum.] *In Complutensi est*, τοῦ
D μαρτυρίου, testimonij. *Alij codices manuscripti addunt*, κατὰ πρόσωπον ἱλαστηρίου, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῶν μαρτυρίων, ad faciem propitiatorij, quod est super testimonia: *quæ respondent vulgatæ*. ε Sero.] ὀψέ. *Abest ab aliquot codicibus*. S. *Aug. in locutionibus habet, & coniungit cum sequentibus*, sero incendet super illud. *Notat etiam*, sero, *dictum esse pro* vespere. ζ Semper.] *abest ista dictio a S. Aug. q.* 133. *&* ἐνδελεχισμοῦ, *&*, διαπαντὸς, *videri possunt duæ eiusdem hebraicæ dictionis interpretationes*. η Eorum.] *Ita etiam S. Aug.* In *Compl. est*, ὑμῶν, vestras: *quæ varietas est etiam paulo inferius*. θ Super illud.] *Alij codices*, καὶ ἐξιλάσεται Ἀαρὼν ἐπὶ τῶν κεράτων αὐτοῦ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ καθαρισμοῦ τῶν ἁμαρτιῶν. *Et S Aug. ibid*. Et depropitiabit Aaron, (vel exorabit) super cornua eius semel in anno de sanguine, purificationis delictorum. *Alij codices, vt etiã Compl. post verbum*, ἁμαρτιῶν *addunt*, τοῦ ἐξιλασμοῦ, depropiciationis. *quæ est altera interpretatio Nam Aquila pro*, τοῦ καθαρισμοῦ *dixit*, ἐξιλασμοῦ. ι Purificabit illud.] *In alijs libris est*, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ καθαριεῖ αὐτό. *& apud S. Aug.* semel in anno purificabit illud. κ Redemptiones.] λύτρα. *idest*, pretia pro redemptione. S. *Aug. in locut.* dabunt singuli redemptionem. *Schol. Alius*, ἐξίλασμα, (*al.* ἐξιλασμὸν,) expiationem. λ Quicum
E que transibunt ad visitationem.] *Schol.* ὁ πορευόμενος ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, qui vadit in numeris, *vel*, ad numeros. S. *Aug. q.* 134. Quid est, quod ait, si acceperis computationem filiorum Israel in visitatione eorum; nisi quia iubet eos aliquando visitari, & computari, idest numerari? Quod in Dauid propterea vindicatum intelligendum est; quia Deus non iusserat. *De constructione huius periodi disputat in locut*. μ Omnis, qui transit ad visitationem.] *Schol.* Alius, πᾶς ὁ πορευόμενος ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, omnis, qui vadit ad numeros. *Et est vocabulum castrense*. ν Cum accedent.] *In alijs libris est*, ἢ ὅταν προσπορεύωνται, vel quando accedent. ξ Cum ingredientur in tabernaculum testimonij; lauabunt aqua.] *hæc absunt ab alijs codibus: ab alijs quibusdam tantum illa*, lauabunt aqua. ο Suauitates.] ἡδύσματα. *Aquila*, ἀρώματα, aromata, *vt vulgata. De hedysmatis Plinius, & alij*. π Non facietis.] *Schol.* Ceteri, οὐ ποιηθήσεται, non fiet.

CAP.

CAP. XXXI.

A

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Ecce reuocaui ex nomine Beseleel filiũ Vrij [a] qui Or, de tribu Iuda: & impleui eum spiritu diuino sapientiæ, & intellectus, & scientiæ in omni opere, excogitare, & architectonari, operari aurum, & argentum, & æs, & hyacinthum, & purpuram, & coccum [β] netum, & [γ] lapidaria: & ad opera fabrilia lignorum; ad operandum secundum omnia opera. Et ego dedi illum, & Eliab filium Achisamach de tribu Dan: & omni intelligenti corde dedi intellectum: & [δ] elaborabunt omnia, quæcumque præcepi tibi, tabernaculum testimonij, & arcam testamenti, & propitiatorium, quod super eam, & apparatum tabernaculi, & altaria, & mensam, & B omnia vasa eius, & candelabrũ purũ, & omnia vasa eius, & labrũ, & basim eius, & stolas ministratorias Aaron, & stolas filiorũ eius ad sacerdotium fungendum mihi, & oleum vnctionis, & incensum compositionis sancti. Secundum omnia, quæcumq. mandaui tibi, facient. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Et tu præcipe filijs Israel, dicens: Videte, & Sabbata mea custodite. Signum est apud me, & in vobis in progenies vestras: vt cognoscatis quia ego Dominus sanctificans vos. Et custodite sabbata: quia sanctum hoc est [ε] Domino vobis. Polluens illud nece necabitur. Omnis qui faciet in eo opus; exterminabitur anima illa de medio populi sui. Sex diebus facies opera: die autem septimo sabbata, re- C quies sancta Domino. Omnis qui faciet opus die septimo, morti tradetur. Et custodient filij Israel sabbata, facere ea in progenies suas. Testamentum æternum in me & [ζ] filijs Israel: signum est in me æternum: quia sex diebus fecit Dominus cælum, & terram: & die septimo requieuit, & cessauit. Et dedit Moysi statim vt cessauit loqui ad eum in monte Sina duas tabulas testimonij, tabulas lapideas scriptas digito Dei.

[a] Qui Or.] τὸν ὢρ. *nisi legendum sit*, τοῦ ὢρ. *In alijs quidem libris est*, υἱοῦ ὢρ, filij or. [β] Netum.] *In aliis codicibus sequitur*, καὶ τὴν βύσσον τὴν κεκλωσμένην. & byssum tortã. *Ab hebræo autem & hæc, & alia ex præcedẽtibus absunt.* [γ] Et lapidaria.] *In aliis libris partim est*, καὶ εἰς τὰ λιθουργικὰ ἔργα, καὶ εἰς τὰ τεκτονικὰ τῶν ξύλων, & ad lapidaria opera, & ad fabrilia lignorum: *partim*, καὶ τὰ λιθουργικὰ εἰς τὰ ἔργα, καὶ τὰ τεκτονικὰ τῶν ξύλων, & lapidaria ad opera, & fabrilia lignorum. [δ] Et elaborabunt.] καὶ ποιήσουσι. *alii libri*, καὶ ποιήσουσι, & facient. [ε] Domino vobis.] *A Compl. abest illud*, κυρίῳ, Domino, *quemadmodum & a vulgata. In aliqua editione est*, κυρίῳ, καὶ ὑμῖν, Domino, & vobis. [ζ] Et filijs Israel.] *disputat de hoc loco S. Aug. q. 139. & dubitat, an ita interpungendum sit*, æternum in me, & filijs Israel signum, *&c.*

D

CAP. XXXII.

ET videns populus, quia tardauit Moyses descendere de monte; [a] conuenit populus in Aaron: & dicunt ei: Surge & fac nobis Deos, qui præcedent nos. Moyses enim hic homo, qui eduxit nos de terra Ægypti, non E scimus, quid factum sit ei. Et dicit eis Aaron: Demite inaures aureas, quæ in auribus vxorum vestrarum, & filiarum: & afferte ad me. Et abstulerunt omnis populus inaures aureas, quæ in auribus earum: & attulerunt ad Aaron. Et accepit de manibus eorum, & formauit illas: & formauit eas in [β] stylo: & [γ] fecit eas vitulum conflatilem, & dixit: Hi Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Et videns Aaron ædificauit altare in conspectu eius. Et præconis voce clamauit Aaron, dicens: Festiuitas Domini cras. Et surgens mane die crastino, ascendere fecit holocaustomata: & obtulit sacrificium salutaris. Et sedit populus

edere, &

A edere,& bibere:& surrexerunt ludere. Et locutus est Dominus ad Moysem,dicens: Vade celeriter: descende hinc. Iniquitatem enim fecit populus tuus,quem eduxisti de terra Ægypti: trangressi sunt cito de via,quam mandasti eis.Fecerunt sibi vitulum,& adorauerunt eum,& sacrificauerunt ei, & dixerunt: hi Dij tui Israel; qui te eduxerunt de terra Ægypti. Et nunc sine me: & indignatus ira in eos atteram eos,& faciam te in gentem magnã. Et orauit Moyses coram Domino Deo, & dixit: Vt quid Domine indignaris ira in populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti in fortitudine magna, & in brachio tuo excelso? Ne quando dicant Ægyptij dicentes: cum malignitate eduxit eos ad occidendum

B in montibus,& delendos eos de terra. Cessa ab ira furoris tui: & propitius esto super malitia populi tui,recordatus Abraham, & Isaac, & Iacob famulorum tuorum: quibus iurasti per te ipsum,& locutus es ad eos, dicens: Multiplicabo semen vestrum, sicut astra cæli multitudine:& omnem terram hãc,quam dixisti dare eis,& obtinebunt eam in seculum. Et propiciatus est Dominus ad seruandum populum suum. Et conuersus Moyses descendit de monte:& duæ tabulæ testimonij in manibus eius,tabulæ lapideæ inscriptæ ex vtrisque partibus earum:hinc & hinc erant scriptæ. Et tabulæ opus Dei erant:& scriptura, scriptura Dei,sculpta in tabulis. Et audiens Iesus vocem populi clamantium,ait ad Moy

C sem: Vox belli in castris. Et ait: Non est vox præcinentium secundum fortitudinem,neque vox præcinentium fugam: sed vocem præcinentium vinum ego audio. Et statim vt appropinquauit castris; videt vitulum,& choros. Et iratus furore Moyses proiecit de manibus suis ambas tabulas,& contriuit eas sub monte. Et sumens vitulum quem fecerant,combussit eũ in igni; & contriuit eum minutim, & sparsit eum sub aqua; & potauit ea filios Israel. Et dixit Moyses ad Aaron. Quid fecit tibi populus hic, quia induxisti super eos pecatum magnum? Et dixit Aaron ad Moysem: Ne irascaris domine. Tu enim nosti impetum populi huius. Dicunt enim mihi: Fac nobis Deos, qui præcedent nos. Etenim Moy

D ses,homo iste, qui eduxit nos de Ægypto, nescimus, quid factum sit ei. Et dixi eis: Si cui sunt aurea, auferte:& dederũt mihi:& proieci in ignem:& exijt vitulus hic. Et cum vidisset populum Moyses, quia dissipatus est, dissipauit enim eos Aaron gaudium aduersarijs eorum; stetit autem Moyses super portam castrorum, & dixit: Quis ad Dominum, veniat ad me. Conuenerunt igitur ad eum omnes filij Leui. Et dicit eis. Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ponite vnusquisq. gladium suum super femur, & pertransite, & redite a porta ad portam per ipsa castra:& interficite vnusquisque fratrem suum, & vnusquisq. proximum suum, & vnusquisque intimum suum. Et fecerunt filij Leui, prout locutus est eis Moy-

E ses. Et ceciderunt de populo in die illa ad ter mille viros. Et dixit eis Moyses: Impleuistis manus vestras hodie Domino, vnusquisq. in filio, vel in fratre suo, vt detur super vos benedictio. Et factum est post crastinum, dixit Moyses ad populum: Vos peccastis peccatum magnum: & nunc ascendam ad Deum; vt depropiciem pro peccato vestro. Reuertit autem Moyses ad Dominum, & dixit: Precor Domine: peccauit populus iste peccatum magnum: & fecerũt sibi Deos aureos. Et nunc, siquidem remittis eis peccatum eorum; remitte: sin autem, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Et dixit Dominus ad Moysem: Si quis peccauit coram me; delebo eum de libro meo. Nunc autem vade, descende, &

deduc

deduc populum istum in locum; quem dixi tibi. Ecce angelus meus præcedet ante faciem tuam. Qua autem die visitabo; inducam in eos peccatum eorum. Et percussit Dominus populum propter facturam vituli, quem fecit Aaron.

A

α Conuenit.] τυμέση. *Schol.* Alius, συνηθροίσθη, ἢ ἐπανέστη; congregatus est, vel insurrexit. S. *Aug. in locut.* consurrexit. β Stylo.] γραφίδι. *Schol.* Alius, ἐν τέχνῃ, in arte. γ Fecit eas vitulum conflatilem, & dixit.] *Alij codices,* ἐποίησαν, *&* εἶπαν. fecerunt, *&* dixerunt. δ Mandasti.] *In Complut. est,* ἐνέτειλα, mandaui. ε Dare eis.] *Alij codices,* δοῦναι τῷ σπέρματι αὐτῶν, dare semini eorum. ζ Ad seruandum.] ποιῆσαι. *In alijs libris est,* περὶ τῆς κακίας, ἧς εἶπε ποιῆσαι. *& apud S. Aug. q.* 143. de malitia, quam dixit facere populo suo. *In alijs,* ἐπὶ τῇ κακίᾳ, ᾗ εἶπε ποιῆσαι, super malitia, quam dixit facere. η Non est vox.] *Schol.* Pro eo, ac si diceret, neque vincentium, neque fugientium. Samariticus, οὐκέτι φωνὴ ἀποκρίσεως ἀνδρείας. καὶ οὐκέτι φωνὴ ἀποκρίσεως ἥττης. ἀλλὰ φωνὴν ἁμαρτιῶν ἐγὼ ἀκούω. non iam vox responsionis fortitudinis *(idest respondens, ac præ se ferens fortitudinem)* & non iam vox responsionis cladis; sed vocē delictorum ego audio. θ Et cum vidisset.] *Ita S. Aug. q.* 146. *Videtur autem sumi pro eo, ac si diceret,* & vidit: *quamuis, si paulo post, vbi nos habemus,* stetit autem Moyses, *abesset illud,* autem, *sicut abest ab alijs editionibus; plana esset constructio.* ι Gaudium.] ἐπίχαρμα, *quod potest etiam verti,* ludibrium. *S. Augu. videtur legisse,* ἐπὶ χάρμα. *inquit enim q.* 146. vt in gaudium venirent. κ Quis ad Dominum.] *Sic S. Aug. in locut. & posset accipi quasi dictum interrogando. In Compl. est,* εἴ τις πρὸς κύριον, si quis à Domino. λ Impleuistis.] *Dictum est supra verbum hoc locis huiusmodi valere idem, ac consecrare: & est phrasis hebraica.* μ Sinautem.] Ita S. *Aug. q.* 147. *& S. Cyprianus de lapsis, & alibi, quod græce est,* εἰ δὲ μή, *& vetustiores latini dicebant,* sinminus.

B

CAP. XXXIII.

ET dixit Dominus ad Moysē: α Procede, ascende hinc tu, & populus tuus, quos eduxisti de terra Ægypti, in terram quam iuraui Abraham, & Isaac, & Iacob, dicēs: semini vestro dabo eā. Et simul mittam angelū meum ante faciem tuā: & eijciet Amorrhæum, & Chettæū, & Pherezæum, & Gergesæū, & Eueū, & Iebusæum & Chananæum: β & introducam te in terrā fluentem lac, & mel. Non enim simul ascendam tecū; quia populus dura ceruice es; vt non deleā te in via. Et audiens populus verbū malum hoc, luxit in lugubribus. Et dixit Dominus filijs Israel: Vos populus duræ ceruicis. Videte ne plagam aliam inducam ego super vos, & deleam vos. Nunc igitur deponite stolas gloriarum vestrarum, & cultum: & ostendam tibi, quæ faciam tibi. Et deposuerunt filij Israel cultum suum, & ornatum stolæ a monte Choreb. Et sumens Moyses tabernaculum suum, fixit extra castra longe a castris. Et vocatum est tabernaculum testimonij. Et factum est, omnis qui quærebat Dominum, egrediebatur ad tabernaculum, quod extra castra. Quando autem ingrediebatur Moyses in tabernaculum extra castra; stabat omnis populus considerantes vnusquisque apud ianuas tabernaculi sui: & aspiciebant abeuntem Moysem; quoad ille intraret in tabernaculum. Vt autem intrauerat Moyses in tabernaculū; descendebat columna nubis, & stabat ad ostium tabernaculi. Et loquebatur Moysi: & videbat omnis populus columnam nubis stantem super ostium tabernaculi. Et stantes omnis populus, adorabant vnusquisque ab ostio tabernaculi sui. Et loquebatur Dominus ad Moysem facie ad faciem; velut si quis loquatur ad suū ipsius amicū. Et reuertebatur ad castra: minister autem Iesus filius Naue iuuenis non egrediebatur de tabernaculo. Et dixit Moyses ad Dominum: Ecce tu mihi dicis: deduc populū hunc: tu autem non demonstrasti mihi; quem simul mittas mecum. Tu autem dixisti mihi: scio te præ omnibus, & gratiam habes apud me. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo; ostende mihi temetipsum; γ manifeste vt videam te, vt sim δ inueniens gratiam ante te, & vt sciā, quia populus tuus gens ε magna hæc.

C

D

E

Et ait:

A Et ait: Ipſe antecedam te, & requiem dabo tibi. Et ait ad eum: Si non tu ipſe ſimul ζ veneris, ne me educas hinc. Et quomodo notum erit vere, quia inueni gratiam apud te & ego, & populus tuus; niſi ſimul incedente te nobiſcum? Et glorificabor & ego, & populus tuus præter omnes gentes, quæcumque ſuper terram ſunt. Et dixit Dominus ad Moyſem: Et hoc tibi verbum, quod dixiſti, faciam. Inueniſti enim gratiam in conſpectu meo, & ſcio te præ omnibus. Et ait: Oſtende mihi η teipſum. Et dixit: Ego tranſibo θ prior te gloria mea, & vocabo ι nomine meo, Dominus ante te: & miſerebor, cui miſertus ero: & miſericordiam præſtabo, cui miſericordiam præſtitero. Et dixit: Non B poteris videre faciem meam. Non enim videbit homo faciem meam, & viuet. Et dixit Dominus: Ecce locus penes me: ſtabis κ ſupra petram. Statim vero, vt tranſiet gloria mea; & ponam te in λ cauerna petræ: & tegam manu mea ſuper te; donec tranſeam: & auferam manum meam: & tunc videbis poſteriora mea: facies autem mea non videbitur tibi.

α Procede.] πορεύου. *In Compl. eſt,* πορεύου καὶ ἀνάβηθι, *& apud S. Aug. q.* 149. Vade, & aſcende. β Introducam.] *In alijs libris,* εἰσάξει. *& S. Aug. q.* 150. & introducet. γ Manifeſte.] *S. Aug. q.* 151. *videtur hoc modo interpungere,* oſtende mihi temetipſum; manifeſte vt videam te. *Nam de iſta dictione hæc addit.* Quod habet græcus, γνωστῶς, hoc quidam latini interpretati ſunt, manifeſte, cum ſcriptura non dixerit, φανερῶς. Potuit ergo fortaſſe potius dici, ſi inueni gratiam in conſpectu tuo; oſtende mihi temetipſum, vt C ſcienter videam te. δ Sim inueniens.] *Ita S. Auguſt. græce eſt,* ὅπως ἂν ὦ εὑρηκώς, vt ſim ille, qui inueni. ε Magna.] *Abeſt hæc dictio ab aliquot codicibus, & a S. Auguſtino.* ζ Veneris.] *In aliis libris additur,* μεθ' ἡμῶν. *& S. Aug. q.* 154. ſi non tuipſe ſimul veneris nobiſcum. η Teipſum.] *Alii codices,* δεῖξόν μοι τὴν σεαυτοῦ δόξαν. *& S. Aug.* oſtende mihi gloriam tuam. θ Prior te gloria mea.] *S. Auguſt.* ante te in gloria mea. ι Et vocabo nomine meo Dominus ante te.] *In aliqua editione loco iſtorum verborum legitur,* τῷ ὀνόματι κυρίου ἐναντίον σου. *Et S. Aug. ibidem,* & vocabo nomine Domini in conſpectu tuo. *In Compl.* ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, κύριος ἐναντίον σου, in nomine meo, Dominus in conſpectu tuo. *Quid autem ſibi velit iſtud,* vocabo nomine; *diſputat ibidem S. Aug.* κ Stabis ſupra petram. Statim vero.] *In aliis libris eſt,* καὶ στήσεις, & ſtabis. *itemque apud S. Aug. à quo tamen abeſt illud,* vero: *& interpretatur,* id eſt, ſtatim vt tranſiet gloria mea; ſtabis ſupra petram. λ Cauerna petræ.] *S. Aug. ibidem,* Munimen firmiſſimum ſignificat. Alij autem interpretati ſunt in ſpelunca petræ. Sed græcus habet, ὀπήν. hoc enim foramen, vel cauernam rectius interpretamur.

D

CAP. XXXIV.

ET dixit Dominus ad Moyſem: α Excide tibi duas tabulas lapideas, β ſicut & primæ: & aſcende ad me in montem: & ſcribam ſuper tabulas verba, quæ erant in tabulis primis, quas cõtriuiſti. Et eſto paratus in mane: & aſcendes in montem Sina: & ſtabis mihi illic ſuper ſummitatem montis: & nemo aſcendat tecum; neque compareat in omni monte: & oues, & boues non paſcant prope montem illum. Et excidit duas tabulas lapideas, ſicut & primæ. Et E mane ſurgens Moyſes aſcendit in montem Sina, ſicut præcepit ei Dominus. Et ſumpſit Moyſes duas tabulas lapideas. Et deſcendit Dominus in nube: & adſtitit ei illic: & γ vocauit nomine Domini. Et tranſijt Dominus ante faciem eius, & vocauit: δ Dominus Deus miſericors, & miſerator, longanimis, & multæ miſericordiæ, & verax, & iuſtitiam ſeruans, & ε miſericordiam in millia, auferens iniquitates & iniuſtitias, & peccata. Et reum non purificabit, inducens iniquitates patrum ſuper filios, & ſuper filios filiorum in tertiam, & quartam progeniem. Et feſtinans Moyſes procumbens in terram adorauit, & dixit: Si inueni gratiam in conſpectu tuo; ſimul ambulet Dominus meus nobi-

ſcum. Populus enim duræ ceruicis eſt. Et auferes tu peccata noſtra,& iniquitates noſtras:& erimus tibi. Et dixit Dominus ad Moyſem. Ecce ego pono tibi teſtamentũ corã omni populo tuo, faciam glorioſa, quæ facta ſunt in omni terra, & omni natione. Et videbit omnis populus, in quibus es tu, opera Domini: quia mirabilia ſunt, quæ ego faciam tibi. Attẽde tu omnia, quæcumq. ego mandem tibi. Ecce ego eijcio ante faciem veſtram Amorræum, & Chananæum, & Pherezæum,& Chettæum,& Gergeſæum,& Iebuſæum. Attende tibi, nequando ponas teſtamentum ijs, qui ſedent ſuper terram, in quam ingredieris in eã: ne tibi fiat offendiculum in vobis. Aras eorum deſtruetis, & ſtatuas eorum contereris,& lucos eorum excidetis:& ſculptilia Deorum eorum comburetis in igni. Non enim adorabitis Deos alios. Dominus enim Deus zelans nomen Deus zelator eſt: Ne forte ponas teſtamentum ijs, qui ſedent ſuper terram,& fornicentur poſt Deos eorum,& immolent Dijs eorum,& vocent te, & comedas de eis, & accipias de filiabus eorum filijs tuis,& de filiabus tuis des filijs eorum,& fornicentur filiæ tuæ poſt Deos eorum: & fornicẽtur filij tui poſt Deos eorum. Et Deos fuſiles ne feceris tibi. Et ſolemnitatem azymorum ſeruabis. Septem diebus comedes azyma, ſicut mandaui tibi, in tempore, in menſe nouorum. Nam in menſe nouorum exiſti de Ægypto. Omne adaperiens vuluam, mihi maſculina, omne primitiuum vituli, et primitiuum ouis: et primitiuum ſubiugalis redimes oue: ſi autem non redemeris illud, preciũ dabis. Omne primogenitum filiorum tuorum redimes. Non apparebis in conſpectu meo inanis. Sex diebus operaberis: ſeptimo autem requieſces: ſationi, et meſſi requies. Et ſolemnitatem hebdomadarum facies mihi, principium meſſionis tritici. Et ſolemnitatem collectionis, mediante anno. Tribus temporibus anni apparebit omne maſculinum tuum in conſpectu Domini Dei Iſrael. Cum enim eiecero gentes ante faciem tuam, et dilatauero fines tuos; non concupiſcet quiſquam terram tuam, cum aſcendes videri in conſpectu Domini Dei tui per tria tempora anni. Non mactabis ſuper fermentum ſanguinem incenſorum meorum: et non dormient in mane ſacrificia ſolennitatis paſchæ. Primitias terræ tuæ pones in domo Domini Dei tui. Non coques agnum in lacte matris ſuæ. Et dixit Dominus ad Moyſem: Scribe tibi verba hæc. Nam ſuper ſermonibus his poſui tibi teſtamentum,& ipſi Iſrael. Et fuit ibi Moyſes ante Dominum quadraginta diebus,& quadraginta noctibus: panem non manducauit,& aquã non bibit. Et ſcripſit in tabulis verba hæc teſtamenti, iſtos decem ſermones. Vt autem deſcendebat Moyſes de monte;& duæ tabulæ in manibus Moyſi. Deſcẽdente autem ipſo de monte, Moyſes non ſciebat, quia glorificatus eſt aſpectus cutis faciei ſuæ, in loquendo eum ſibi. Et vidit Aaron & omnes ſeniores Iſrael Moyſem:& erat glorificatus aſpectus cutis faciei eius: & timuerunt appropinquare ei. Et vocauit eos Moyſes:& conuerſi ſunt ad eum Aaron,& omnes principes ſynagogæ. Et locutus eſt eis Moyſes. Et poſt hæc acceſſerunt ad eum omnes filij Iſrael. Et mandauit eis omnia; quæcumque mandauerat Dominus ad eum in monte Sina. Et poſtquam ceſſauit loqui ad eos; impoſuit ſuper faciem ſuam velamen. Quando autem ingrediebatur Moyſes ante Dominum, vt loqueretur ei; demebat velamen; quoaduſque egrederetur. Et egreſſus loquebatur omnibus filijs Iſrael, quæcumque mandauerat ei Dominus. Et videbant

filij Iſrael

A filij Israel faciem Moysis, quia glorificata est. Et circumponebat Moyses velamen super faciem suam; quoadusque ingrederetur colloqui cum eo.

α Excide.] *Ita S. Aug. in extremo q.* 154 *quod græce est,* λάξευσον. *S. Hier. in epist. ad Suniam in extremo docet,* λαξευτήριον, *dolatorium dici posse.* β Sicut & primæ.] S. *Aug. in locut.* subauditur, fuerunt: vnde hoc verbum nostri interpretes etiam addendum putauerunt. *In extremo q.* 154. *habet,* sicut & primas. γ Et vocauit nomine Domini.] *hebraismus pro,* vocauit nomen Domini. *Eusebius Cæsariensis,* ἐλάλησε, locutus est. δ Dominus Deus.] *Alij codices,* κύριος κύριος ὁ θεός, Dominus, Dominus Deus. *Eusebius Cæsar.* κύριε κύριε, Domine, Domine. *Vulgata,* Dominator Domine Deus. ε Et misericordiam.] *In alijs libris,* καὶ ποιῶν ἔλεος & faciens misericordiam. ζ Ponas.] *In alijs,* θῇ. *S. Aug. in locut.* ne quando ponat. *& q.* 157. *testatur sic habuisse græcum, paulo tamē inferius & ipse habet,* ne forte ponas. *quod constat ex q.* 158. η Ne tibi.] *Alij,* μήποτε γένηται, ne forte fiat. θ Et sculptilia Deorum eorum comburetis in igni.] *Hæc absunt ab hæbreo, & vulgata.* ι Deos alios.] *Alij libri,* θεῷ ἑτέρῳ, Deum alterum. κ Zelans nomen.] *S. Aug. q.* 158. idest ipsum nomen, quod Dominus Deus dicitur, Zelans est, quia Deus Zelator est. *In vno peruetusto codice est,* ζηλωτὸν ὄνομα αὐτοῦ, Zeli plenum nomen eius. λ Et comedas de eis.] *Alii libri,* καὶ φάγῃς τῶν θυσιῶν αὐτῶν, & comedas de sacrificijs eorum. μ Tuæ.] *hæbræus habet,* eius, *idest* populi sedentis super terram: *& hanc sententiam reddit vulgata.* ν Fornicentur filij tui.] *Alij libri,* καὶ ἐκπορνεύσωσι τοὺς υἱούς σου, & fornicari faciant filios tuos: *quod optime conueniret, si supra legeretur,* eius. ξ Sationi, & messi requies.] τῷ σπόρῳ καὶ τῷ ἀμητῷ κατάπαυσις. *Alij libri,* καταπαύσεις. *Et S. Aug. q.* 160. de satione, & messe requiesces. ο Principium messionis tritici.] *Alij codices,* ἀρχὴ τῶν πρωτογεννημάτων, principium primorum fructuum. *In vulgata videtur vtrumque fere coniungi,* in primitijs frugum messis tuæ triticeæ. π Terram tuam.] *S. Aug. quæst.* 161. de terra tua. *Sed eodem sensu.* ρ Incensorum.] θυμιαμάτων. *In alijs partim,* θυσιασμάτων *partim,* θυμάτων. *S. Aug. in locut. & q.* 162. non occides super fermentum sanguinem immolatorum meorum. *De hac dictione dictum est supra cap.* 23. σ Sacrificia.] θύματα. *In aliquo libro est,* θῦμα. *& apud S. Aug. in locut. & q.* 163. Et non dormiet in mane (*al.* vsque in mane) immolatio solennitatis Paschæ. τ Cutis.] χρώματος, *& potest etiam verti,* coloris. *In alijs libris est,* χρωτός, *quod aut idem significat aut,* corporis. *Int. Origenis hom.* 12. & erat glorificata facies eius, & color vultus eius.

B

C

CAP. XXXV.

ET congregauit Moyses omnem synagogam filiorum Israel, & dixit. Hæc verba, quæ dixit Dominus facere ea. Sex diebus facies opera: die autem septimo requies. Sancta sabbata, requies Domino. Omnis faciẽs opus in eo moriatur. Non accendetis ignẽ in omni habitaculo vestro in die sabbatorũ. Ego Dominus. Et ait Moyses ad omnem synagogam filiorũ Israel, dicens: Hoc

D est verbũ, quod præcepit Dominus dicens. Sumite a vobis ipsis dẽptionem Domino: omnis suscipiens corde ferent primitias Domino, aurum, argentum, æs, hyacinthum, purpuram, coccum duplex netum, & byssum tortã, & pilos caprinos, & pelles arietum rubricatas, & pelles hyacinthinas, & ligna imputribilia, & lapides sardij, & lapides in sculpturam ad superhumerale, α & tunicã talarem. Et omnis sapiens corde in vobis veniens operetur omnia, quæcumq. præcepit Dominus, tabernaculũ, & propugnacula, & β operimenta, & circulos, & vectes, & columnas, & arcam testimonij & gestatoria eius, & propitiatorium eius, & velũ, & tentoria atrij, & columnas eius, & lapides smaragdi, & incensum, & oleum vn

E ctionis, & mensam, & omnia vasa eius, & candelabrum luminis, & omnia vasa eius, & altare, & omnia vasa eius, & stolas sanctas Aaron sacerdotis, & stolas, in quibus ministrabũt in γ eis, & tunicas filijs Aaron sacerdotij, & oleũ chrismatis, & incensum compositionis. Et exiuit omnis synagoga filiorũ Israel a Moyse. Et attulerũt vnusquisque, quorũ ferebat cor eorũ, & δ quibus visum est animæ eorũ, demptionẽ. Et obtulerunt deptionẽ Domino ad omnia opera tabernaculi testimonij, & ad omnia ministeria eius, & ad omnes stolas sancti. Et attulerunt viri ab vxoribus, omnis, cui visum est menti: attulerunt sigilla & inaures, & annulos, & torques, & dextralia, omne vas aureum: & omnes quicumque attulerunt

demptiones auri Domino, & apud quem inuenta est byssus. Et pelles hyacinthinas, & ε pelles arietum rubricatas attulerunt. Et omnis ζ demens demptionem, attulerunt argentum & æs, demptiones Domino: & apud quos inuenta sunt ligna imputribilia, & ad omnia opera fabricationis attulerunt. Et omnis mulier sapiēs mente, manibus nere, attulerunt neta, hyacinthum & purpuram, & coccum, & byssum. Et omnes mulieres, quibus visum est η menti earum, in sapientia nerunt pilos caprinos. Et principes attulerunt lapides smaragdi, & lapides plenitudinis ad superhumerale, & rationale, & θ compositiones, & ad oleum vnctionis, & compositionem incensi. Et omnis vir, & mulier, quorum ferebat mens eorum, vt intrantes facerent omnia opera, quæcumque præcepit Dominus facere ea per Moysem, attulerunt filij Israel demptionem Domino. Et dixit Moyses filijs Israel: Ecce reuocauit Deus ex nomine Beseleel filium Vrij, qui Or, de tribu Iuda: & impleuit eum spiritu diuino sapientiæ, & intellectus, & scientiæ omnium ad fabricandum secundum omnia opera architectonicæ, ad faciendum aurum, & argentum, & æs, & operandum lapides, & operandum ligna, & faciendum in omni opere sapientiæ. Et proficere dedit in mente & ei, & Eliab filio Achisamach de tribu Dan. Et impleuit eos sapientia, intellectu, mente, vt omnia scirent facere opera sancti, textilia, & varia, texere cocco, & bysso, facere omne opus architectonicum varietatis.

α Tunicam talarem.] ποδήρη. *In Compl. est*, καὶ εἰς τὸ λόγιον, ad rationale. *Verum & in numero, & in ordine, & in qualitate rerum, quæ faciendæ commemorantur, multæ sunt codicum varietates: nec satis causæ visum est, cur omnes indicarentur. Possunt enim magnam partem peti ex vulgatis editionibus. Complutenses eo spectarunt; vt græca vulgatæ latinæ responderet.* β Operimenta.] κατακαλύμματα, *aut, vt alij* καλύμματα. *Schol.* Ceteri, τὴν σκέπην αὐτῶν, tegmen eorum. γ In eis.] *In alijs codicibus additur*, ἐν τῷ ἁγίῳ, in sancto. δ Et quibus visum est animæ eorum.] *Schol.* Alius, ἑκούσιον καρδίαν, corde spontaneo. ε Et pelles arietum] *In aliquo codice est*, καὶ πᾶς ᾧ εὑρέθη παρ' αὐτῷ δέρματα κριῶν ἠρυθροδανωμένα, *& apud S. Augu. in locut.* Et omnis, cui inuentum est apud eum coria arietum rubricata. ζ Demens demptionem.] *S. Aug. in locut.* Omnis afferens redemptionem, argentum, & æs attulerunt redemptiones Domino. *quæst. autem* 168. Omnis afferens demptionem argentum, & æs attulerunt, demptionem Domino: *atque hæc adiungit*, tanquam diceret, omnis qui attulit; attulit illud, atque illud, inter cetera, quæ dicebat, & argentum, & æs cōmemorans. Demptionem sane interpretati sunt latini, quod græcus habet, ἀφαίρεμα. Appellata est autem dempcio, eo quod sibi demeret, qui Domino offerret. η Menti earum.] *S. Aug. in locut.* sensu suo: *itemque paulo inferius, vbi græce est eadem dictio*, διάνοια, *ipse habet*, quorum afferebat sensus eorum. *Sed tamen paulo superius, vbi græce est*, σοφὴ τῇ διανοίᾳ, *apud illum est*, sapiens mente: *atque ita videtur tutius verti.* θ Et compositiones.] *In aliquo codice est.* καὶ εἰς τὰς συνθέσεις, & ad compositiones. *In Compl.* καὶ τὰς συνθέσεις, καὶ τὸ ἔλαιον, & compositiones, & oleum, *& ita S. Aug. in locut.*

CAP. XXXVI.

ET fecit Beseleel, & Eliab, & omnis sapiens mente, cui data est sapientia, & scientia in his ad sciendum, ad faciendum, omnia opera α pertinentia ad sancta, iuxta omnia, quæ præcepit Dominus. Et vocauit Moyses Beseleel, & Eliab, & omnes habentes sapientiam, cui dedit Deus scientiam in corde, & omnes, qui sponte vellent ire ad opera, vt consummarent ea. Et acceperunt a Moyse omnes β demptiones, quas attulerunt filij Israel ad omnia opera sancti, ad faciendum ea. Et ipsi recipiebant adhuc quæ offerebantur ab offerentibus γ mane. Et accesserunt omnes sapientes, facientes opera sancti, vnusquisque iuxta opus suum, quod ipsi operabantur. Et δ dixit ad Moysem, quia multum affert populus ε secundum opera, quæcumq. præcepit Dominus facere. Et constituit Moyses, & per præconē pronunciauit in castris, dicens: Vir, & mulier

non

A non vltra operentur in primitias sancti. Et prohibitus est populus vltra offerre: & opera erant eis sufficientia ad fabricationem ad faciendum: & superfuerunt. Et fecit omnis sapiens in ijs, qui operabantur, stolas ᶻ sanctorum, quæ sunt Aaron sacerdoti; sicut præcepit Dominus Moysi. Et fecit superhumerale ex auro, & hyacintho, & purpura, & cocco neto, & bysso torta. Et sectæ sunt laminæ, auri capilli, vt contexerentur cum hyacintho, & purpura, & cum cocco neto, & bysso torta: opus textile fecerunt illud: superhumeralia continentia ex vtrisque ᵃ partibus, opus textile adinuicem ᵇ complicata ad seipsum. Ex eo fecerunt illud secundum ipsius facturam, ex auro, & hyacintho, & purpura, & cocco neto,

B & bysso torta; sicut præcepit Dominus Moysi. Et fecerunt vtrosque lapides smaragdi, constrictos, & conclusos auro. Sculptos, & excusos excusione sigilli ex nominibus filiorum Israel. Et imposuit eos super humeros superhumeralis, lapides memorialis filiorum Israel; sicut præcepit Dominus Moysi. Et fecerunt rationale, opus textile varietate, iuxta opus superhumeralis, ex auro, & hyacintho, & purpura, & cocco neto, & bysso torta. Quadrangulum duplex fecerunt rationale: spithami longitudo: & spithami latitudo duplex. Et contexta est in eo textura lapidaria quatuor ordinum: ordo lapidum, sardius, & topazius, & smaragdus, ordo vnus: & ordo secundus, carbunculus, & saphirus, & iaspis: & ordo

C tertius, ligurius, & Achates, & amethystus: & ordo quartus, chrysolithus, & beryllus, & onychinus, circundati auro, & colligati auro. Et lapides erant ex nominibus filiorum Israel duodecim, ex nominibus eorum ᶜ exculpta in sigillis, vnusquisq. ex suo ipsius nomine in duodecim tribus. Et fecerunt super rationale catenulas complicatas, opus complicationis ex auro puro. Et fecerunt duas aspidiscas ᵈ aureas, & duos annulos aureos: & imposuerunt duos annulos aureos ad vtraque principia rationalis: & imposuerunt complicationes ex auro in ᵉ annulos super vtrasque partes rationalis, & in duas commissuras duas complicationes: ᶠ & imposuerunt in duas aspidiscas & imposuerunt in duos humeros super-

D humeralis ex aduerso secundum faciem. Et fecerunt duos annulos aureos, & imposuerunt ad duas alas ᵍ super summitatem rationalis, & ad summitatem dorsi ipsius superhumeralis ab intus. Et fecerunt duos annulos aureos: & imposuerũt ad vtrosque humeros superhumeralis ab imo eius secundum faciem ad comissuram desuper contexturæ superhumeralis. Et constrinxit rationale ab annulis qui super ipsum, ad annulos superhumeralis continentes ex hyacintho complicatos ad contexturam superhumeralis, vt non diffluat rationale a superhumerali: sicut præcepit Dominus Moysi. Et fecerunt subuculam sub superhumerali, opus textile totum hyacinthinum. Peristomium autem subuculæ in medio per-

E textum complicatum, oram habens in circuitu, peristomium indissolubile. Et fecerunt super marginem subuculæ ab imo, quasi florentis mali punici corymbos ex hyacintho, & purpura, et cocco neto, et bysso torta. Et fecerunt tintinnabula aurea: et imposuerunt tintinnabula ad marginem subuculæ in circuitu inter mala punica; tintinnabulum aureum, et malum punicum super marginem subuculæ in circuitu ad ministrandum; sicut constituit Dominus Moysi. Et fecerunt tunicas byssinas, opus textile, Aaron, et filijs eius, et cydaras ex bysso, et ʰ mitram ex bysso, et feminalia ex bysso torta, et zonas eorum ex bysso, et hyacintho, et purpura, et cocco neto, opus variatoris; quemadmodum præcepit Do-

minus Moysi. E fecerunt laminam auream, separationem sanctitatis auri, puri. Et scripsit super eam litteras figuratas sigillo, sanctificationem Domino. Et imposuerunt ξ super marginem hyacinthinum; vt supercaderet super mitram desuper; quemadmodum præcepit Dominus Moysi.

A

α Pertinentia ad sancta.] *aut*, ad sanctuarium, *vt Complutensis . græce est*, τὰ κατὰ τὰ ἅγια καθήκοντα. *& in vno peruetusto codice.* τὰ καθήκοντα, *ac posset fortasse etiam reddi*, ea, quæ secundũ sancta officia. β Demptiones.] *In multis codicibus S. Aug. q. 170. pro* demptiones, *corrupte videtur legi*, demptum æs. γ Mane.] *Aliquot codices*, τὸ πρωὶ πρωί, mane, mane. δ Et dixit] *Alij codices*, καὶ εἶπαν. *& S. Aug. q. 171. ita refert*, & dixerunt Moysi. ε Secundum opera] *Alii codices*. παρὰ τὰ ἔργα, præter opera. ζ Stolas sanctorum.] *Ita vetusti codices collati, & hunc eundem ordinem præ se fert S. Aug. In Complutensi autem, quemadmodum & in vulgata, hæc, quæ ad vestes sacerdotales pertinent, reijciuntur in caput 39. hic autem subijciuntur, quæ ad tabernaculi constructionem.* η Partibus.] *In aliquot codicibus additur* αὐτῆς *& apud S. Aug. in locut.* partibus eius. θ Complicata.] *In Compl.* συμπεπλεγμένον, complicatum. ι Exculpta.] ἐγγεγλυμμένα. *Alii codices*, ἐγγεγραμμένα, inscripta. *Complutensis*, ἐγγεγλυμμένας σφραγῖδας, insculpti sigilli. κ Aspidiscas] *De hoc vocabulo dictum est supra. Scholion insertum quæst. Theodoreti*, Hæ maiores quidẽ erant numismatis, rotundæ autem sicut numisma, & scutum. Vtraque enim orbicularia sunt. λ Annulos.] *Alii codices addunt*. duos, ἐπὶ τοὺς δύο δακτυλίους. μ Et imposuerunt in duos humeros.] *Pro his in Compl. legitur*, καὶ ἐπέθηκαν ἐπὶ τὰς δύο ἀσπιδίσκας τοῖς ὤμοις, & imposuerunt super duobus vncinis humeros, *&c.* ν Super summitatem.] ἐπ' ἄκρου. *Alii libri*, ἀπ' ἄκρου, à summitate: *& à Complutensi abest sequens*, &, ξ Super marginem.] ἐπὶ τὸ λῶμα. *In aliis libris est*, καὶ ἐπέθηκαν ἐπ' αὐτῷ λῶμα, & super eam imposuerunt marginem.

B

CAP. XXXVII.

C

ET fecerunt tabernaculo decem aulæa: octo & viginti cubitorum longitudo aulæi vnius: eadem erat omnibus: & quatuor cubitorum latitudo aulæi α vnius. Et fecerunt velamen ex hyacintho, & purpura, & cocco neto & bysso torta, opus textile Cherubim. Et imposuerunt illud super quatuor columnas imputribiles inauratas in auro. Et capita earum aurea: & bases earum quatuor argenteæ. Et fecerunt velamen ostij tabernaculi testimonij ex hyacintho, & purpura, & cocco neto, & bysso torta, opus textile Cherubim. Et columnas β eorum quinque: & circulos, & capita earum, & arcus earum inaurauerunt auro. Et bases earum quinque æreæ. γ Et fecerunt atrium, qua ad δ Africum, tẽtoria atrij de bysso torta ε centum per centum. Et columnæ eorum viginti, & bases earum viginti. ζ Et latus quod est ad Aquilonem, centum per centum. Et η latus quod ad austrum, centum per centum. Et columnæ eorũ viginti, & bases earũ viginti. Et latus, quod est ad mare: θ aulæa quinquaginta cubitorũ. Columnæ eorum decẽ, & bases earum decẽ. Et latus quod est ad orientẽ, quinquaginta cubitorum tentoria: ι Quindecim cubitorum, quod est a dorso. Et columnæ eorum tres, & bases earum tres. Et a dorso secundo hinc & hinc secundum portam atrij, aulæa κ quindecim cubitorum. Columnæ eorũ tres, & bases earũ tres. Omnia aulæa tabernaculi, ex bysso torta. Et bases columnarum eorum æreæ, & ansæ earum argenteæ: & capita earũ inargentata argento, & columnæ inargentatæ argento, omnes columnæ atrij. Et velamẽ portæ atrij opus variatoris de hyacintho, & purpura, & cocco neto, & bysso torta: viginti cubitorum longitudo, & altitudo, & latitudo quinq. cubitorum, exæquatum tentorijs atrij. Et columnæ eorum quatuor, & bases earum quatuor æreæ, & ansæ earum argenteæ, & capita earum inargentata argento. Et omnes pali atrij in circuitu ærei, & ipsi inargentati argento. Et hæc est constructio tabernaculi testimonij, sicut præceptum fuerat

D

E

A fuerat Moysi ministerium esse Leuitarũ per Ithamã filium Aaron sacerdotis. Et Beseleel filius Vrij de tribu Iuda fecit, sicut præcepit Dominus Moysi: Et Eliab filius Achisamach de tribu Dan: qui architectonatus est textilia, & consutilia, & diuersi coloris λ texere de cocco, & bysso.

α Vnius.] *Hæc in Compl. & vulgata, habentur cap. 36. & adnectuntur ea, quæ pertinent ad constructionem ipsius tabernaculi. In extremo autem capite 36. ponuntur ea, quæ in nostra hoc loco sequuntur*, Et fecerunt velamen, *&c. vsque ad illud.* Et fecerunt atrium, *nec sine aliqua varietate in verbis ipsis.* β Eorum.] *Alii codices* αὐτῶ. eius. γ Et fecerunt atrium.] *Hæc in Compl. & vulgata habentur cap. 38. non longe ab initio.* δ Africum.] λίβα. *In alijs quibusdam*, νότον, Austrum: *& ita S. Aug. in vltima illa diligenter perlegenda quæstione.* ε Centum per centum.] *S. Aug. ibidem*, idest centum cubita tentoriorum per centum cubita spacij: quod tenebant viginti columnæ. ζ Viginti.] *S. Aug. addit*, æreæ: *quod etiam repetit in latere ad Aquilonem.* η Et latus, quod est ad Austrum, centum per centum.] *Hæc absunt ab omnibus fere libris, & videntur esse ex alia interpretatione. Idem enim latus est, quod pertinet ad Africum, atque ad Austrum.* θ Aulæa.] *S. Aug. ibidem.* Eadem dicit aulæa, quæ tentoria, *idest*, αὐλαίας, *&* ἱστία. ι Quindecim cubitorũ, quod est à dorso.] *Ita interpungit. S. Aug & addit.* Dorsum appellat, quia posteriora tabernaculi erant: idest à parte occidentis: *& paulo post.* Manifestum est certe eadem duo dorsa dici hoc loco, cũ commemorantur omnia, quemadmodum facta sunt; quæ latera dicebantur, quando præcipiebatur, vt fierent. κ Tabernaculi.] *Ita etiam Compl. Ac potest nomine tabernaculi significari atrium. S. quidem Augu. habet*, omnia aulæa atrij. λ Texere de cocco, & bysso] *Ita S. Aug. in locut. Complut.* ὕφανε τῷ ὑακίνθῳ, καὶ πορφύρᾳ, καὶ κοκκίνῳ νενησμένῳ καὶ βύσσῳ, texuit hyacintho, & purpura, & cocco neto, & bysso.

B

CAP. XXXVIII.

C ET α fecit Beseleel β arcam, & deaurauit eam auro puro intus, & γ extra: & fudit ei quatuor annulos aureos, duos ad latus vnum, & duos ad latus secundum, capaces vectibus ad portandum eã in eis. Et fecit propitiatoriũ desuper arcæ ex auro puro, & duos Cherubim aureos, cherub vnum ad summitatem propitiatorij vnam, & Cherub vnum ad summitatem propitiatorij secundam, obumbrantes alis suis super propitiatorium. Et fecit mensam ipsam propositam ex auro puro: & fudit ei quatuor annulos, duos super latus vnũ, & duos super latus secundum, capaces vectibus ad portandum eam in eis. Et duos ve-

D ctes arcæ, & mensæ fecit, & deaurauit eos auro. Et fecit vasa mensæ, catinos, & mortariola, & cyathos, & libatoria, in quibus libabit in eis, aurea. Et fecit candelabrum, quod illuminat, aureum solidũ stipite, & calamos, ex vtrisque partibus eius: e calamis eius germina extãtia, tria ex hoc, & tria ex hoc, exæquata inuicẽ & lãpades eorum, quæ sunt super summitates in modum nucis, ex eis, & δ enthemia ex eis; vt sint lucernæ super ea. Et enthemiũ septimum, quod est super summitatem lampadis super verticem desuper, solidum totum aureum. Et septem lucernas super illud aureas, & forcipes eius aureos, & emunctoria eorum aurea. Hic inargentauit columnas & fudit columnæ annulos aureos, & deaurauit ve-

E ctes auro. Et deaurauit columnas velaminis auro: & fecit ansulas aureas. Hic fecit & circulos tabernaculi aureos, & circulos atrij, & circulos ad extendendum velamen desuper æreos. Hic fudit capita argentea tabernaculi, & capita ærea ostij tabernaculi, & ostium atrij. Et ansulas fecit columnis argenteas super columnas. Hic inargentauit eas. Hic fecit palos tabernaculi & palos atrij æreos. Hic fecit altare æreũ, ex thuribulis æreis, qui fuerunt viris illis, qui mouerunt seditionem cum synagoga Core. Hic fecit omnia vasa altaris, & focum eius, & basim, & phialas, & fuscinulas æreas. Hic fecit altari additamentum, opus reticulatum ab imo foci sub ipso vsque ad dimidium eius. Et imposuit ei

quatuor

quatuor annulos è quatuor partibus additamenti altaris æreos, capaces vectibus ad portãdum in eis altare. Hic fecit oleum vnctionis sanctum, & compositionem incensi, purum, opus vnguentarij. Hic fecit labrum æreum, & basim eius æream ex speculis earum, quæ ieiunauerunt apud portas tabernaculi testimonij, in qua die fixit illud. Et fecit labrum; vt lauent ex eo Moyses, & Aaron, & filij eius manus suas, & pedes, ingredientibus ipsis in tabernaculum testimonij, vel quando accedent ad altare ad ministrandum, lauabuntur ex eo; sicut præcepit Dominus Moysi.

α Et fecit.] *Hæc in vulgata, & Compl. habentur cap. 37. & aliqua ex parte ad initium 38. Et res, quæ commemorantur, & ordo idem in vtraque. Verba etiam, quibus exponuntur in Compl. propius accedunt ad vulgatam & hebræum, quàm nostra. Veruntamen pleraque illa in collatis codicibus non sunt inuenta:* β Arcam.] *Aquila, γλωσσόκομον, quasi loculum & thecam rerum sanctarum.* γ Extra.] *Hic in aliquot codicibus additur,* καὶ ἐποίησεν αὐτῇ κυμάτιον χρυσοῦν κύκλῳ, & fecit ei vndulam auream in circuitu. δ Et enthemia.] καὶ τὰ ἐνθέματα, *& paulo post,* καὶ τὸ ἐνθέμιον. *Ita in alio etiã codice peruetusto. In aliis est,* ἀνθέμια & ἀνθέμιον, *quibus item vocabulis significantur ea, quæ ornamenti causa adiunguntur.*

CAP. XXXIX.

OMne α aurum, quod elaboratum est ad opera secundum omnem operationem sanctorum, fuit, auri eius, quod primitiarum, nouem & viginti talenta, & septingenti β viginti sicli iuxta siclum sanctum: & argenti demptio a visitatis viris synagogæ centũ talenta, & mille septingenti septuagintaquinque sicli: drachma vna capiti, dimidium sicli, iuxta siclum sanctum. Omnis transiens ad visitationem a vigesimo anno & supra, ad sexaginta myriadas, & ter mille quingenti, & quinquaginta. Et facta sunt centum talenta argenti in conflationem centum capitellorum tabernaculi, & in capitella velaminis: centum capitella ad centum talenta, talentum capitello. Et mille illos septingentos septuaginta quinque siclos fecit in ansulas columnis: & inaurauit capitella earum, & ornauit eas. Et æs demptionis, γ septuaginta talenta, & mille quingenti sicli. Et fecerunt ex eo bases ostij tabernaculi testimonij, & bases atrij in circuitu, & bases portæ atrij, & palos tabernaculi, & palos atrij in circuitu, & additamentum æreum altaris, & omnia vasa altaris, & omnia instrumenta tabernaculi testimonij. Et fecerũt filij Israel, sicut præcepit Dominus Moysi: ita fecerunt. δ Reliquum vero aurũ demptionis fecerunt vasa ad ministrandũ in eis corã Domino. Et ε reliquam hyacinthum, & purpuram, & coccũ fecerunt stolas ministratorias Aarõ, ad ministrandũ in eis in sancto. Et attulerũt stolas ad Moysem, & tabernaculũ, & vasa eius, bases, & vectes eius, & colũnas, & arcã testamẽti, & vectes eius, & altare, & omnia vasa eius, & oleũ vnctionis, & incensum cõpositionis, & candelabrum purum, & lucernas eius, lucernas incensionis, & oleũ luminis, & mensam propositionis, & omnia vasa eius, & panes ipsos propositos, & stolas sancti, quæ sunt Aaron, & stolas filiorum eius ad sacerdotiũ, & tentoria atrij, & colũnas, & velamen ostij tabernaculi, & portæ atrij, & omnia vasa tabernaculi, & omnia instrumenta eius, & opercula pelles arietũ rubricatas, & operimenta hyacinthina & ceterorum superoperimenta, & palos, & omnia instrumenta, quæ ad opera tabernaculi testimonij. Quæcunque præcepit Dominus Moysi, sic fecerunt filij Israel omnem apparatum. Et vidit Moyses omnia opera. Et

A ra. Et fecerant ea, quemadmodum præceperat Dominus Moysi: sic fecerant ea. Et benedixit eos Moyses.

α Omne aurum.] *hæc in vulgata, & Complutensi habentur partim in cap. 38. & partim in 39.* β Viginti.] *In Compl. vt in vulgata, est* triginta. γ Septuaginta.] *Alij libri,* τετρακόσια καὶ ἑβδομήκοντα τάλαντα, καὶ δισχίλιοι, quadringenta, & septuaginta talenta, & bis mille. *Compl* τριακόσια, ἑβδομήκοντα τάλαντα, καὶ δισχίλιοι, καὶ τετρακόσιοι σίκλοι, trecenta septuaginta talenta, & bis mille, & quadringenti sicli, *& hoc loco sunt etiam quædam varietates inter vulgatam, & Complutensem.* δ Reliquum.] *hæc vsque ad*, & reliquam, *absunt à Compl. & vulgata.* ε Et reliquam.] *Ita videtur vertendum illud,* καὶ τὴν καταλειφθεῖσαν, *quamuis Compl. verterint,* & receptam, *eodem tamen fortasse sensu. Nam &* reliquum aurum, *&* reliquam hyacinthum, *hoc videtur significare,* aurum, & hyacinthum, quæ recepta, *aut,* oblata sunt præter cetera iam memorata.

B

CAP. XL.

ET locutus est Dominus ad Moysem dicens: In die vna mensis primi, in neomenia statues tabernaculum testimonij: & pones arcam testimonij: & teges arcam velamine: & inferes mensam, & [α] propones propositionem eius. Et inferes candelabrum, & impones lucernas eius. Et pones altare aureum, ad incensandum coram arca. Et impones operimentum velaminis super ostium tabernaculi testimonij. Et altare [β] holocaustomatum pones apud ianuas tabernaculi testimonij. Et [γ] circumpones tabernaculum: & omnia eius sancti- C ficabis in circuitu. Et sumes oleum vnctionis, & vnges tabernaculum, & omnia, quæ in eo, & sanctificabis illud, & omnia vasa eius: & erunt sancta. Et vnges altare holocaustomatum, & omnia vasa eius. Et sanctificabis altare: & erit altare sanctum sanctorum. Et adduces Aaron, & filios eius ad ianuas tabernaculi testimonij, & lauabis eos aqua. Et indues Aaron stolas sanctas, & vnges eum, & sanctificabis eum: & sacerdotio fungetur mihi. Et filios eius adduces, & indues eos tunicas: & linies eos, quemadmodum liniuisti patrem eorum: & sacerdotio fungentur mihi. Et erit, vt sit ipsis chrisma sacerdotij in seculũ in progenies eorum. Et fecit Moyses omnia, quæ præcepit ei Dominus: ita fecit. Et factum est in men- D se primo, anno secundo, egredientibus ipsis de Ægypto in neomenia constitutum est tabernaculum. Et statuit Moyses tabernaculum: & imposuit capitella, & iniecit vectes, & statuit columnas, & extendit aulæa super [δ] tabernaculum, & imposuit cooperimentum tabernaculi super illud desuper; sicut præcepit Dominus Moysi. Et sumens testimonia iniecit in arcam: & supposuit vectes [ε] sub arca: & intulit arcam in tabernaculum. Et imposuit cooperimentum velaminis: & texit arcam testimonij; quemadmodum præceperat Dominus Moysi. Et imposuit mensam in tabernaculo, qua ad Aquilonem, extra velamen tabernaculi: & apposuit in ea panes propositionis ante Dominum, quemadmodum præce- E perat Dominus Moysi. Et posuit candelabrum in tabernaculo testimonij ad latus tabernaculi, quod ad Austrum: et imposuit lucernas eius ante Dominum; quemadmodum præceperat Dominus Moysi. Et posuit altare aureum in tabernaculo testimonij e regione velaminis: et super illud incensauit incensum compositionis; quemadmodum præceperat Dominus [ζ] Moysi. Et altare holocaustorum posuit apud ianuas [η] tabernaculi. Et [θ] statuit atrium in circuitu tabernaculi, et altaris. Et consummauit Moyses omnia opera. Et operuit nubes tabernaculum testimonij: et gloria Domini impletũ est tabernaculum. Et non potuit Moyses ingredi in tabernaculum testimonij, quia obumbrabat super ipsum nubes, &

bes, & gloria Domini impletum erat tabernaculum. Quando autem aſcendebat nubes a tabernaculo; ι diſiungebant filij Iſrael cum ſarcinis ſuis. Si autem non aſcendebat nubes; non diſiungebant vſque ad diem, qua aſcendebat nubes. Nubes enim erat ſuper tabernaculum die: & ignis erat ſuper ipſum nocte coram omni Iſrael in omnibus diſiunctionibus eorum.

α Propones.] προθήσεις. *In Compl. est,* προσθήσεις. appones. β Holocauſtomatum.] *Ita S. Aug. q.* 172. *&* 173. *quod græce est,* καρπωμάτων. γ Et circumpones tabernaculum, & omnia eius ſanctificabis in circuitu.] *Hæc non sunt in Compl. sed horum loco iſta, quæ respondent vulgatæ,* καὶ θήσεις τὸν λουτῆρα ἀναμέσον τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου, καὶ ἀναμέσον τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ θήσεις ἐν αὐτῷ ὕδωρ. καὶ θήσεις τὴν αὐλὴν κύκλῳ, καὶ θήσεις τὸ καταπέτασμα τῆς πύλης τῆς αὐλῆς. Et pones labrum inter tabernaculum teſtimonij, & altare: & pones in eo aquam. Et pones atrium in circuitu: & pones velamen portæ tabernaculi. δ Super tabernaculum.] *S. Aug. q.* 173. non vtique deſuper tectum, ſed cingens columnas: quia de columnis dixerat quod ſtatuerit tabernaculum. ε Sub arca.] *In Compl. vt in vulgata additur,* καὶ ἐπέθηκεν τὸ ἱλαστήριον ἐπάνω τῆς κιβωτοῦ, & impoſuit propitiatorium ſuper arcam. ζ Moyſi.] *In Compl. additur, vt in vulgata,* καὶ ἔθηκε τὸ ἐπίσπαστρον τῆς θύρας τῆς σκηνῆς, & poſuit tentorium portæ tabernaculi. η Tabernaculi.] *Et hic in Compl. & vulgata interijciuntur multa de oblatione, & labro, & de lotione Moyſis, & Aaron, quorum nonnulla habentur in noſtra in extremo capitis* 38. θ Statuit.] *S. Aug. ibidem videtur legiſſe.* Et ſuper atrium. ι Diſiungebant.] ἀνεζεύγνυσαν. *S. Aug. ibidem.* Quando quidem non remouebatur; niſi cum eis hoc ſignum dabatur diſiungendi, hoc eſt caſtra mouendi ex eo loco, vbi erant.

A

LEVITICVS

B

CAP. I.

ET [α] reuocauit Moyſem: & locutus eſt Dominus ei ex tabernaculo teſtimonij, dicens: Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos: Homo ex vobis, ſi afferat munera Domino; de pecoribus, & de bobus, & de ouibus offeretis munera veſtra. Si [β] holocauſtoma, munus eius; de bobus maſculum immaculatum adducet ad oſtium tabernaculi teſtimonij: offeret illud acceptabile ante Dominum. Et imponet manum
C ſuper caput holocauſti, acceptabile ei, ad depropitiandum pro ipſo. Et iugulabunt vitulum ante Dominum: & offerent filij Aaron [γ] ſacerdotes ſanguinem: & effundent ſanguinem ad altare in circuitu, quod eſt ſuper ianuas tabernaculi teſtimonij. Et decoriantes holocauſtoma, membratim diuident illud per mēbra. Et imponēt filij Aaron ſacerdotes ignem ſuper altare: & conſtipabunt ligna ſuper ignem. Et [δ] conſtipabunt filij Aaron ſacerdotes membra diuiſa & caput & [ε] adipem ſuper ligna, quæ ſuper ignem, quæ ſunt ſuper altare. [ζ] Interanea vero, & pedes lauabunt aqua. [η] Et imponent ſacerdotes omnia ſuper altare. Holocauſtum eſt, [θ] ſacrificium, odor ſuauitatis Domino. Si autem de ouibus mu-
D nus eius Domino, & de agnis, & de hœdis in holocauſtomata; maſculum immaculatum adducet illud. Et imponet manum ſuper caput eius: et iugulabunt illud a latere altaris ad Aquilonem ante Dominum. Et effundent filij Aaron ſacerdotes ſanguinem eius ſuper altare in circuitu. Et diuident illud per membra, et caput, et adipem. Et conſtipabunt ſacerdotes ea ſuper ligna, quæ ſuper ignem, quæ ſuper altare. Et inteſtina, et pedes lauabunt aqua. Et offeret ſacerdos omnia, et imponet ſuper altare. Holocauſtum eſt, ſacrificium, odor ſuauitatis Domino. Si autem de volatilibus holocauſtum offert munus ſuum Domino; et offeret de turturibus, vel de columbis munus ſuum. Et offeret illud ſacer-
E dos ad altare: et [ι] retorquebit caput: et imponet ſacerdos ſuper altare: et exſtillabit ſanguinem ad baſim altaris: et auferet [κ] veſiculam gutturis cum plumis: et proijciet eam apud altare ad orientem in locum cineris. Et effringet eam ab alis, et non [λ] diuidet. Et [μ] imponet eam ſacerdos ſuper altare, ſuper ligna, quæ ſuper ignem. Holocauſtum eſt, ſacrificium, odor ſuauitatis Domino.

[α] Et reuocauit.] καὶ ἀνεκάλεσε. *Ita libri veteres. In aliis,* καὶ ἐκάλεσε κύριος Et vocauit Dominus *& ita interpres Orig. hom.* 1. *Iſychius presbyter in comm. in hunc librum,* iuxta lxx. non vocari, ſed reuocari Moyſem ſcriptum eſt: *atque hunc locum diligenter tractat: notatque ſimilem locutionem Exo.* 35. *ſicut etiam eſt Exo.* 31. [β] Si holocauſtoma.] *Ita libri veteres, & Cyrillus de adoratione in ſpiritu, &c. In aliis eſt,* ὁλοκαυτώματα,
holocau-

holocaustomata. γ Sacerdotes.] *Origenes videtur legisse*, ἱερέως, Sacerdotis. δ Constipabunt.] *Alii libri*, ἐπιθήσουσιν, *&* Int. *Origenis*, imponent. ε Adipem.] *Int. Origenis*, adipes, *& ita testatur* Isychius *esse apud lxx. cũ ipse antea esset interpretatus*, & quæ adhærent iecori. ζ Interanea.] *Ita Int. Origenis, quod græce est*, τὰ δὲ ἐγκοίλια, *Cyrillus habet*, τὰς δὲ κοιλίας, ventres autem. *Compl.* τὰ δὲ ἐν τῇ κοιλίᾳ, quæ autem in ventre. *Isychius, cum in textu haberet*, intestinis autem, & pedibus lotis aqua, *addit hæc*: Quod lxx. edunt, ea, quæ sunt in ventre, & pedesaqua lauent. η Et imponent Sacerdotes. *In aliis libris est*, καὶ ἐπιθήσει ὁ ἱερεὺς, *& Int. Origenis*, & imponet sacerdos. θ Sacrificium.] *Int. Origenis*, hostia est, & sacrificium. *Compl. paulo inferius*, κάρπωμα θυσίας, oblatio sacrificij. *Nostra respondet hebræo.* ι Retorquebit.] *Schol.* Samariticus. καὶ ἀνακλάσει, & refringet. κ Vesiculam gutturis.] *Ita Isychius, & vulgata, quod græce est*, τὸν πρόλοβον, *Theodotio.* τὴν φύσαν αὐτοῦ σὺν τοῖς πτίλοις, folliculum eius cum lanuginibus. *Aquila*, τὴν σπίζουσαν, (*quamuis Isychius habeat* σιτίον,) *tamquam partem illam, vt ait Theodoretus q. 1. quæ cibum recipit, & aliis partibus suppeditat.* λ Non diuidet.] *Schol.* Samariticus, μαδίσει, λεπίσει, desquamabit, decorticabit. μ Imponet.] ἐπιθήσει, *Compl.* ἐπιθύσει, sacrificabit. *Et hanc sententiam ita semper in hoc capite affert Isychius*, & adolebit super altare.

CAP. II.

SI vero anima offerat munus, sacrificium Domino; simila erit munus eius, & effundet oleum super illud, & imponet thus super illud: α sacrificium est. Et afferet ad filios Aaron sacerdotes, & faciens de ea β plenũ pugillum de simila cum oleo, & omne thus eius, & imponet sacerdos memoriale eius super altare: sacrificium, odor suauitatis Domino. Et reliquum de sacrificio, est Aarõ, & filijs eius, sanctum sanctorum de sacrificijs Domini. Si autem offerat sacrificium coctum γ ex clibano, munus Domino; ex simila panes azymos conspersos in oleo, & lagana azyma peruncta in oleo. Si autem sacrificium de sartagine munus tuum; simila conspersa in oleo azyma est: & comminues ea in frusta: & effundes super ea oleum: sacrificium est Domino. Si autem sacrificium de craticula munus tuum; simila in oleo fiet. Et δ offeret sacrificium, quodcumque fecerit de his Domino: & afferet ad sacerdotem. Et accedens ad altare, auferet sacerdos de sacrificio memoriale eius: & imponet sacerdos super altare holocaustum: odor suauitatis Domino. Quod autem remansit de sacrificio; Aaron, & filijs eius: sancta sanctorum de holocaustis Domini. Omne sacrificium, quodcũque offeratis Domino, non facietis fermentatum. Omne enim fermentum, & omne mel non offeretis de eo ad offerendum Domino munus. De primitijs offeretis ea Domino: super altare autem non importabuntur in odorem suauitatis Domino. Et omne munus sacrificij vestri sale salietur: non omittetis sales testamenti Domini a sacrificijs vestris. Super omne munus vestrum offeretis Domino Deo vestro sales. Si autem offeras sacrificium primarum frugum; ε nouas torre factas spicas vigentes, comminutas Domino. Et offeres sacrificium primarum frugum, & effundes oleum super illud: & impones thus super illud: sacrificium est. Et offeret sacerdos memoriale eius, de farribus cum oleo, & omne thus eius: hostia est Domino.

α Sacrificium est.] *hoc abest ab hebræo, & vulgata, sicut etiam paulo inferius: & notat Isychius additum esse a lxx.* β Plenum.] πλήρη. *Alii libri*, πλήσει, implebit. *Isychius in textu*, ac deferet ad filios Aaron sacerdotis, quorum vnus tollet pugillum plenum simila, *&c. nec multo aliter vulgata. Idem autem in comm. notat apud lxx. non dici, quis sit, qui in pugillo tollat, vt absolute offerentem significarent.* γ Ex clibano, munus Domino, ex simila.] *Alii libri*, ἐν κλιβάνῳ καὶ ἐκ σεμιδάλεως, *&* Isychius, in clibano de simila. *Interp. Origenis habet*, ex clibano. δ Offeret.] *Complut.* καὶ προσοίσεις τὴν θυσίαν, ἣν ἂν ποιήσῃ, & offeres sacrificium, quodcunq. feceris. ε Nouas torre factas spicas vigentes comminutas.] νέα πεφρυγμένα χίδρα ἐρικτά, *Eusebius.* χίδρα, sunt, quando quis sumens de vigentibus spicis, conterit manibus, quasi molens, ἐρικτά, olera ex leguminibus, & quæ in mola sunt pista, & quæ corticem abiecerunt. *In Compl.* χίδρα ἐρικτά, *redduntur*, sacra

A farra comminuta. *Isychius, & vulgata hoc modo faciunt mentionem farris*, & confringes eas in modũ farris. *Aquila*, ἁπαλὰ λάχανα ὀσπριώδη, tenera olera ex leguminibus. *Theodotio*, πίονα ἄλφιτα pingues farinas. *Int. Origenis hæc habet ad hunc locum pertinentia.* Si autem sacrificium offerat primitiatum de primitijs frugum: vt simila sit recens, idest noua, igni quoque eam torreri vult, & medio fractam esse (ne multum minutatum sit, quoniam primitiæ sunt) & bene purgata sit: *atque has easdem conditiones perpendit in anagoge.*

CAP. III.

SI autem sacrificium salutaris munus eius Domino; siquidem ex bobus illud ᵃ adduxerit, siue masculinum siue fœmininum; immaculatum adducet illud ante Dominum. B Et imponet manum super caput muneris: & iugulabit illud ᵝ ante Dominũ apud ianuas tabernaculi testimonij. Et effundent filij Aaron sacerdotes sanguinem super altare ᵞ holocaustomatum in circuitu. Et offerent de sacrificio salutaris oblationem Domino, adipem qui cooperit ᵟ ventrem, & omnem adipem, qui super ventrem. Et duos renes, & adipem qui super ipsos, qui super femora, & ᵋ pennam, quæ super iecur, cum renibus auferet. Et offerent ea filij Aaron sacerdotes super altare super holocaustomata super ligna, quæ super ignem ᶜ super altare: hostia, odor suauitatis Domino. Si autem ᶯ de ouibus munus eius, sacrificium salutaris Domino; masculinum siue C fœmininum, immaculatum offeret illud. Si agnum adduxerit munus suum; adducet illud ante Dominum: & imponet manum super caput muneris sui: & iugulabit illud apud ianuas tabernaculi testimonij. Et profundent filij Aaron sacerdotes sanguinem super altare in circuitu. Et offeret de sacrificio salutaris hostiam Domino adipem, & ᶿ lumbum immaculatum: cum ilibus auferet illum, & omnem adipem qui cooperit ventrem, & omnem adipem, qui super ventrem, & vtrosque renes, & adipem qui super ipsos, eum qui super femora, & pennam, quæ super iecur, cum renibus auferens, offeret sacerdos super altare: odor suauitatis, hostia Domino. Si autem de capris munus eius; & adducet ante Dominum: D & imponet manus super caput eius: & iugulabunt illud ante Dominum apud ianuas tabernaculi testimonij. Et effundent filij Aaron sacerdotes sanguinem super altare in circuitu. Et offeret de eo hostiã Domino adipem, qui cooperit ventrem, & omnem adipem, qui super ventrem & vtrosque renes, & omnem adipem, qui super eos, qui super femora, & pennam iecoris cum renibus auferet, & offeret sacerdos super altare: hostia, odor suauitatis Domino. Omnis adeps Domino legitimum in seculum in progenies vestras in omni habitatione vestra: omnem adipem, & omnem saguinem non comedetis.

E ᵃ Adduxerit] προσαγάγῃ. *Ita libri veteres, & Cyrillus pro eo, quod in alijs est,* προσάγῃ. ᵝ Ante Dominum.] *Hæc absunt ab alijs codicibus, vt etiam a vulgata.* ᵞ Holocaustomatum in circuitu] *Sic etiam Compl. Ab alijs codicibus græcis absunt: ab hebræo, & vulgata illud* holocaustomatum, *non autem illud* in circuitu. ᵟ Ventrem.] *Isychius cum haberet in textu,* vitalia, *sicut vulgata; hæc addit.* lxx. ventrem, idest cor: cuius secundo facit mentionem iuxta lxx. quia duplicem habet operationem, *&c.* ᵋ Pennam.] *Hoc agnoscit ex lxx. Isychius.* ᶜ Super altare.] *Hęc absunt à multis codicibus, vt etiam a vulgata.* ᶯ De ouibus.] *Isychius*, lxx. vero si ab ouibus munus eius, ab agnis, & hœdis immaculatum offeret. Ouis enim & agnorum, & hœdorum genus esse videtur, *&c.* ᶿ Et lumbum.] *Isychius*, & caudam, vel etiam secundũ lxx. lumbum immaculatum. *Idem vero refert pro immaculato Symmachum dixisse integrum, Aquilam vero perfectum. Theodoretus quæst. 1. testatur ceteros interpretes dixisse, pro* ὁ ὀσφὺς, ἡ κέρκος, pro lumbus, cauda.

M CAP.

CAP. IV.

A

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere ad filios Israel, dicens: Anima si peccauerit ante Dominum * non sponte de omnibus præceptis Domini, quæ non oportet facere, & fecerit vnum aliquid de eis; siquidem princeps sacerdotum qui vnctus est, peccauerit, vt populus peccaret; & adducet pro peccato suo quod peccauit, vitulum è bobus immaculatum Domino pro peccato. Et adducet vitulum apud ostium tabernaculi testimonij ante Dominum: et imponet manum suam super caput vituli ante Dominum: & iugulabit vitulum coram Domino. Et sumens sacerdos qui vnctus, qui consummatus manus, de sanguine vituli, & inferet illum in tabernaculum testimonij. Et intinget sacerdos digitum in sanguine: & asperget de sanguine septies ante Dominum contra velum sanctum. Et imponet sacerdos de sanguine vituli super cornua altaris incensi compositionis, quod est ante Dominum, quod est in tabernaculo testimonij. Et omnem sanguinem vituli effundet ad basim altaris holocaustomatum, quod est apud ianuas tabernaculi testimonij. Et omnem adipem vituli, qui peccati, auferet ab eo, adipem operientem intestina, et omnem adipem, qui super intestina, & duos renes, & adipem, qui super ipsos, qui est super femora, & pennam, quæ super iecur, cum renibus auferet ipsum; quemadmodum aufertur a vitulo sacrificij salutaris. Et offeret sacerdos super altare holocausti, & pellem vituli, & omnem eius carnem cum sanguine, & extremitatibus, & ♯ ventre, & fimo. Et efferent totum vitulum extra castra in locum mundum; vbi effundũt cinerem: & comburent eum super ligna in igni: super effusione cineris cremabitur. Si autem omnis synagoga Israel ignorauerit ♈ non sponte, ♂ & latuerit verbum ab oculis synagogæ, & fecerint vnum de omnibus mãdatis Domini, ‹ quod non fiet, & deliquerint, & innotuerit eis peccatũ, quod peccauerunt in eo; & adducet synagoga vitulum ex bobus immaculatũ pro peccato: & adducet eũ apud ianuas tabernaculi testimonij: & imponent seniores synagogæ manus suas super caput vituli ante Dominũ: & iugulabunt vitulũ ante Dominum. Et inferet ‹ sacerdos qui vnctus, de sanguine vituli in tabernaculum testimonij: & tinget sacerdos digitum de sanguine vituli, et asperget septies ante Dominũ ad faciem velaminis sancti. Et de sanguine imponet sacerdos super cornua altaris ″ incensorum compositionis, quod est corã Domino, quod est in tabernaculo testimonij. Et omnẽ sanguinem effundet ad ⁶ basim altaris holocaustorũ, quod est apud ostium tabernaculi testimonij. Et omnẽ adipem auferet ab eo, et offeret super altare: et faciet vitulũ, quemadmodum fecerat vitulum, qui peccati: sic fiet. Et depropiciabit pro eis sacerdos: et dimittetur eis peccatum. Et efferent vitulum totum extra castra, et comburent vitulum; quemadmodum cõbusserunt vitulum priorem. Peccatum synagogæ est. Si autem princeps peccauerit, et fecerit vnum de omnibus mandatis Domini, quod non fiet, non sponte, et peccauerit, et deliquerit, et innotuerit ei peccatum, quod peccauit in eo; et offeret munus suum hircum ex capris masculum immaculatum. Et imponet manum super caput hirci: et iugulabunt illum in loco, vbi iugulant holocaustomata coram Domino. Peccatum est. Et imponet sacerdos de sanguine, qui peccati, digito super cornua altaris holocaustomatum: & omnem sanguinem eius effundet ad

B C D E

basim

A basim altaris holocaustomatum: & omnem adipem eius offeret super altare, sicut adipem sacrificij salutaris. Et depropitiabit pro eo sacerdos de peccato eius: & dimittetur ei. Si autem anima vna peccauerit non sponte de populo terræ, in faciendo vnum de mandatis Domini, quod non fiet, & deliquerit, & innotuerit ei peccatum, quod peccauit in eo; & feret capellam ex capris: fœminam immaculatam feret pro peccato, quod peccauit. Et imponet manũ super caput peccati sui: & iugulabunt capellam, quæ peccati, in loco, vbi iugulant holocaustomata. Et sumet sacerdos de sanguine eius digito, & imponet super cornua altaris holocaustomatum: & omnem sanguinem eius effundet apud basim B altaris: & omnem adipem auferet; quemadmodum aufertur adeps a sacrificio salutaris. Et offeret sacerdos super altare in odorem suauitatis Domino. Et depropitiabit pro eo sacerdos: & dimittetur ei. Si autem ouem obtulerit munus suum pro peccato; fœminam immaculatã offeret illud: & imponet manum super caput eius, quæ peccati: & iugulabũt eam in loco; vbi iugulant holocaustomata. Et sumens sacerdos de sanguine eius, quæ peccati, digito, imponet super cornua altaris holocaustionis; & omnem eius sanguinem effundet apud basim altaris holocaustionis: & omnem eius adipem auferet; quemadmodum aufertur adeps ouis de sacrificio salutaris. Et imponet eum sacerdos super altare super C holocaustoma Domini. Et depropitiabit pro eo sacerdos de peccato, quod peccauit: & dimittetur ei.

α Non sponte.] ἀκουσίως. *Aquila*, ἐν ἀγνοίᾳ, *& vulgata*, per ignorantiã. β Ventre, & fimo.] *Isychius*, Cum intestinis & fimo. lxx. cum ventre & stercore. γ Non sponte.] *Hoc loco abest dictio*, ἀκουσίως. *ab aliquot codicibus græcis, & ab interprete Origenis hom. 2. sicut etiam à vulgata.* δ Et latuerit.] *Schol.* παροφθῇ λόγος, despectus fuerit sermo. ε Quod non fiet.] *Ita Interpres Origenis; quod græce est*, ἣ οὐ ποιηθήσεται: *& respondet hebræo; & ita paulo post etiam in Compl. in qua tamen hoc loco est*, ὧν οὐ δεῖ ποιεῖν, quæ non oportet facere. ζ Sacerdos.] *Compl.* ἀρχιερεὺς: *& confunduntur sæpe istæ voces.* η Incensorum.] θυμιαμάτων. *Schol.* Alius, τῶν ἀρωμάτων, aromatum. θ Basim.] *Schol.* Alius, εἰς τὸ θεμέλιον, ad fundamentum.

D

CAP. V.

SI autem anima peccauerit, & audierit vocem iurationis, & ipse testis vel vidit, vel conscius fuit; si non annunciauerit; accipiet α peccatum. Anima illa quæcumque tetigerit omnem rem immundam, aut morticinum, aut a bestia captum β immundum, aut morticina γ abominationum immundarum, aut morticina δ pecorum ε immundorum, aut tetigerit de immunditia hominis, ab omni immunditia eius, quamcumque tangẽs ζ inquinatus fuerit, & latuit eum, post hoc autem cognouerit; etiam deliquerit: η Anima iniqua distinguẽs E labijs malefacere, aut benefacere, secundum omnia quæcumque distinxerit homo cũ iureiurando, & latuerit eum θ ante oculos, & id cognouerit, & peccauerit vnum quiddam ex his; ι & confitebitur peccatum, pro quibus peccauit κ aduersus ipsum: & offeret pro ijs quæ deliquit Domino, pro peccato, quod peccauit, fœminã ab ouibus agnam; aut capellã de capris pro peccato: & exorabit pro eo sacerdos pro peccato; & remittetur illi peccatum. Si autem non valet manus eius, quod satis est in ouẽ; offeret pro peccato suo, quod peccauit, duos turtures, aut duos pullos columbarũ Domino, vnum pro peccato, & vnũ pro holocaustomate. Et afferet ea ad sacerdotẽ: & adducet sacerdos, quod pro peccato,

prius. Et retorquebit sacerdos caput eius a vertebra, & non diuidet. Et asperget de sanguine eius, quod pro peccato, super parietem altaris. Reliquum autem sanguinis destillabit ad basim altaris. Peccatum enim est. Et secundum faciet holocaustoma, sicut decet. Et exorabit sacerdos pro eius peccato, quod peccauit: & dimittetur ei. Si autem non inueniat manus eius par turturum, vel duos pullos columbarum; & feret munus suum pro quo peccauit decimam partem œphi similæ pro peccato. Non effundet oleum super illud, neque super illud imponet thus; quia pro peccato est. Et afferet illud ad sacerdotem. Et faciens sacerdos de ea plenum pugillum memoriale eius, imponet super altare holocaustomatum Domino. Peccatum est. Et exorabit pro eo sacerdos pro peccato eius, quod peccauit de vno horum: & dimittetur ei. Reliquum autem erit sacerdoti, vt sacrificium similæ. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Anima quæcumque latuerit eum [λ] obliuio, & peccauerit non [μ] sponte a sanctis Domini; & afferet delicti sui Domino arietem immaculatum de ouibus, pretio argenti siclorum, [ν] siclo sanctorum, pro quo deliquit: & quod peccauit a sanctis, reddet illud, & quintas adijciet super illud, & dabit eas sacerdoti. Et sacerdos exorabit pro eo in ariete delicti: & dimittetur ei. Et anima quæcumque peccauerit, & fecerit vnum ab omnibus præceptis Domini, quæ non oportet fieri, & non agnouerit, & deliquerit, & acceperit [ξ] peccatum; & afferet arietem immaculatum de ouibus precio argenti [ο] in delictum ad sacerdotem. Et exorabit pro eo sacerdos, propter eius ignorãtiam quam ignorauit, & ipse non sciuit, & remittetur illi. [π] Deliquit enim delicto ante Dominum.

A B C

α Peccatum.] *In alijs libris & Compl. additur,* αὐτοῦ. suum. *& vulgata,* iniquitatem suam. S. *Aug. quæst.* 1. & accipiet peccatum: *notatq. abundare illud & locutione vsitata in scripturis: ac sane in aliquot libris est,* καὶ λήψεται *quod respondet hebreo. Int. Orig.* & ipsa accipiet peccatum eius. β Immundum.] Hychius, lxx. addiderunt immundum. γ Abominationum immundarum.] *Idem notat has esse canes, & simias, quæ ab infidelibus colebantur, vel quodcumq. reptile; quomodo quidem verterint Aquila, & Symmachus.* δ Pecorum.] *Disputat S. Aug. q. 2. sic melius verti* κτηνῶν, *quàm dicendo,* iumentorum, *quod tamen haberẽt codices Latini.* ε Immundorum.] *Ita S. Aug. In multis codicibus sequitur,* καὶ μεμίανται, *in aliquibus,* καὶ λάθῃ ἀπ' αὐτοῦ καὶ μεμίανται, & latuerit ab eo, & inquinatus est. ζ Inquinatus fuerit.] S. *Aug.* ab omni immundicia cuiusquam si tetigerit, & inquinabitur: & si latuerit eum, post hoc autem cognouerit, etiam deliquerit: *& de horum verborũ constructione disputat in extremo quæst. 3. Ac fortasse tota oratio pendet vsque ad illud,* Et confitebitur. *aut ad illud,* Et offeret. η Iniqua distinguens.] ἢ ἄνομος ἢ διαστέλλουσα, *In Compl.* ἢ ἂν ὀμόσῃ, διαστέλλουσα. *& S. August. quæst. 3.* quæcumque iurauerit, distinguens. *Et Int Origenis hom. 3.* quæ iurauerit pronuncians. *Et respondet vulgatæ & hebræo.* θ Ante oculos.] *Alius liber,* ἀπ' ὀφθαλμῶν, ab oculis. *Ab alijs libris, & S. August. & interprete Origenis vtrumque abest.* ι Et confitebitur peccatum, pro quibus.] καὶ ἐξαγορεύσει τὴν ἁμαρτίαν, περὶ ὧν. *Compl.* καὶ ἐξαγορεύσῃ τὴν ἁμαρτίαν, περὶ ἧς. *S. August.* Et confessus fuerit peccatum, quod peccauit. *Int. Origenis,* pronuntiet peccatum quod peccauit. *Illud quidem* περὶ ἧς, *est in plerisque codicibus.* κ Aduersus ipsum.] κατ' αὐτῆς. *Hoc non refertur ab Int. Origenis. S. Aug.* Quod autem addit aduersus ipsum; quid intelligitur, nisi aduersus ipsum peccatum confessus fuerit, idest confitendo peccatum accusauerit? λ Obliuio.] ἢ ἂν λάθῃ αὐτὸν λήθη. *Apud Theodoretum quæst. 2. & in Compl. est,* ἐὰν λάθῃ αὐτὴν λήθη, si latuerit eam obliuione. *S. Aug. quæst.* 5. Anima, si latuerit, cum obliuio est ei, idest si obliuione factum fuerit, vt lateat eum, vel eam. *quæst. autem* 20. si latuerit eum obliuione. *Int. Origenis,* si qua latuerit. *Schol.* Alius, ἀδικήσει ἀδικίαν, iniuste faciet iniustitiam. Vel ἐὰν παραβῇ παράβασιν, præuaricatus fuerit præuaricationem. μ Non sponte.] *Int. Origenis,* non volens. *S. Aug.* nolens, *qui addit,* hoc esse a sanctis obliuione peccare, aliquid per obliuionem vsurpare, quod debetur sanctis, siue sacerdotibus, siue oblationibus, *&c. De hac re etiam Origenes & Theodoretus.* ν Siclorum siclo sanctorum.] *Schol.* σταθμὸν ἐν σταθμῷ ἁγίων, pondus in pondere sanctorum. *Alij codices,* σίκλῳ τῷ ἁγίῳ, siclo sancto. ξ Peccatum.] *Hic etiam in aliquot codicibus additur,* αὐτοῦ. *S. Aug. quæst. 2. deprauate vt videtur,* & non cognouerit peccatum suum: *nam quæst. 20. habet.* & acceperit peccatum suum. ο In delictum.] *Schol.* εἰς λύτρωσιν, in redemptionem. π Deliquit enim delicto.] *S. Aug. ibidem,* deliquit enim delictum ante Deum. *Isychius ex lxx.* deliquit enim delictum ante Dominum. *In alijs codicibus est,* ἐπλημμέλησε γὰρ πλημμελείᾳ πλημμέλησιν: *& apud S. Aug. ibidem paulo inferius, & quæst.* 20. deliquit enim delicto delictum ante Dominum. *Compl. cetera eodem modo: sed pro* πλημμελείᾳ, *habet,* πλημμέλειαν.

D E

CAP.

A

CAP. VI.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Anima quæcumque peccaue rit, & deſpiciens deſpexerit mandata Domini, & mentitus fuerit, [α] quæ ſunt ad proximum, [β] in depoſito aut de [γ] ſocietate, aut de [δ] rapina, aut [ε] iniuriam fecerit aliquam proximo, aut inuenit [ζ] perditionem, & mentitus fuerit de ea, & iurauerit iniuſte de vno ab omnibus, quæcumque fecerit homo, ita vt peccet in his, & erit cum peccauerit, & deliquerit; & [η] reddat rapinam, quam rapuit, aut nocumentum, quod nocuit, aut depoſitum, quod depoſitum

B eſt apud eum, aut perditionem, quam inuenit, ab omni re, pro qua iurauit de ea iniuſte: & reſtituet ipſum caput; & quintas adijciet ſuper illud: cuius eſt, ipſi red det, qua die cõuictus [θ] fuerit. Et delicti ſui offeret Domino arietẽ de ouibus ſine macula precio, in quod deliquit. Et exorabit pro eo ſacerdos ante Dominũ: & re mittetur illi de vno ab omnibus, quæ fecit, & deliquit in eo. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem dicens: Præcipe Aaron, & filijs eius, dicens: Iſta lex holocau ſti. Iſta holocauſtoſis ſuper incenſionem eius, ſuper altare totam noctem vſque in mane: & ignis altaris ardebit ſuper illud: non extinguetur. Et induet ſacerdos tunicam lineam: & feminale lineum induet circa corpus ſuũ. Et auferet [κ] cata-

C carpoſim, quam conſumpſerit ignis, illam [λ] holocauſtoſim ab altari: & appo- net illud iuxta altare. Et exuet ſtolam ſuam: & induet ſtolam aliam: & abijciet catacarpoſim extra caſtra in locum mundum. Et ignis ſuper altare ardebit [μ] ab eo, & non extinguetur. Et exuret ſuper illud ſacerdos ligna [ν] mane mane: & ſti- pabit ſuper illud holocauſtoſim: & ſuperponet ſuper illud adipem ſalutaris: & ignis ſemper ardebit ſuper altare: nõ extinguetur. Iſta lex ſacrificij: quod addu- cent illud filij Iſrael ante Dominum coram altari. Et ab eo auferet pugillo de ſimila ſacrificij cum oleo eius, & cum omni thure eius, quæ ſunt ſuper ſacrifi- cium: & offeret ſuper altare hoſtiam, odorem ſuauitatis, memoriale eius Domi

D no. Reſiduum autem eius manducabit Aaron, & filij eius: azyma comedetur in loco ſancto: in atrio tabernaculi teſtimonij manducabunt eam: non coquetur fermentata. Partem hanc dedi eis ab hoſtijs Domini. Sancta ſanctorum ſunt, ſi- cut quod peccati, & ſicut quod delicti. Omne maſculinum ſacerdotum come- dent eam. Legitimum æternum in progenies veſtras ab hoſtijs Domini. Omnis qui tetigerit eas, ſanctificabitur. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: I- ſtud donum Aaron, & filiorum eius, quod offerent Domino, in die, quacumque vnxeris eum, decimam partem œphi ſimilaginis in ſacrificium ſemper: dimi- dium eius mane, & dimidium eius veſperi. Super ſartaginem in oleo fiet: con-

E ſperſam afferet eam, [ξ] circũuoluta, ſacrificium de fragmẽtis, ſacrificium in odo- rem ſuauitatis Domino. Sacerdos vnctus, qui pro eo ex filijs eius, faciet eam. Lex æterna: omne conſummabitur. Et omne ſacrificium ſacerdotis [ο] holocau- ſtum erit: & non edetur. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Loquere ad Aaron, & filios eius, dicens: Hæc lex peccati. In loco, vbi iugulant holocau- ſtoma, iugulabunt, quæ pro peccato ante Dominum. Sancta ſanctorum ſunt. Sacerdos qui offert illud; manducabit illud: in loco ſancto comedetur, in atrio tabernaculi teſtimonij. Omnis tangens carnes eius, ſanctificabitur. Et cuicum- que aſperſum fuerit de ſanguine eius ſuper veſtimentum, [π] quicumque aſper-

ſus fuerit ſuper illud; lauabitur in loco ſancto. Et vas teſtaceum, in quocumque fuerit coctum in eo; conteretur. Si autem in vaſe æreo coctum fuerit; defricabit illud, & diluet aqua. Omnis maſculus in ſacerdotibus comedet ea. Sancta ſanctorum ſunt Domino. Et omnia, quæ pro peccato ſunt; quorumcumq. illatum fuerit a ſanguine eorum in tabernaculum teſtimonij exorari in ſancto; non edetur: in igni cremabitur. Et iſta eſt lex arietis, qui pro delicto. Sancta ſanctorum ſunt. In loco, in quo iugulant holocauſtum, iugulabunt arietem delicti ante Dominum. Et ſanguinem effundet ad baſim altaris in circuitu. Et omnem adipẽ eius offeret ex eo, & lumbum, & omnem adipem operientem inteſtina, & omnem adipem, qui ſuper inteſtina, & duos renes, & adipem qui ſuper eos, qui ſuper femora, & pennam, quæ ſuper iecur, cum renibus auferet ea. Et offeret ea ſacerdos ſuper altare, hoſtiam Domino. Pro delicto eſt. Omnis maſculus ex ſacerdotibus comedet ea: in loco ſancto comedent ea. Sancta ſanctorum ſunt. Quomodo quod pro peccato; ita &, quod delicti: Lex vna eſt eorum. Sacerdos quicumque exorabit in eo; ipſi erit. Et ſacerdos adducens holocauſtoma hominis, pellis holocauſti, quod ipſe offert, ipſi erit. Et omne ſacrificium quodcumque fiet in clibano, & omne quodcumque fiet ſuper craticulam, vel ſuper ſartaginem ſacerdotis offerentis illud; ipſi erit. Et omne ſacrificium refectum in oleo, & non refectum omnibus filijs Aaron erit cuique æquale.

α Quæ ſunt ad proximum.] *Ita S. Aug. quæſt. 20. quod Græce eſt,* τὰ περὶ τὸν πλήσιον. *ab aliquot codicibus abeſt illud* τά. *& Interpres Origenis hom.* 4. & mentietur proximo. β In depoſito.] ἐν παραθήκῃ. *Int. Orig.* ſuper depoſito. *S. Aug.* de commendatione. γ Societate.] *Schol.* ἐν πτώσει χειρός, in eo, quod creditum eſt manui. δ De rapina.] *Schol.* ἐν ἀναγκασμῷ, in violentia. ε Aut iniuriam fecerit aliquam proximo.] *Sic S. Aug. ibidem. Int. Origenis,* aut nocuit aliquid proximo. *Schol.* ἐσυκοφάντησεν. *& paulo poſt pro* ἀδίκημα συκοφαντίαν. *Iſychius.* Ceteri interpretes, Aquila, & Theodotio, & Symmachus, vbi dixerunt lxx. ſi nocuit aliquid proximum ſuum, iſti, ſi calumniatus eſt aliquid. ζ Perditionem.] *Ita S. Aug. & Int. Orig. quod Græce eſt,* ἀπώλειαν. *& eſt hebraiſmus, ſignificatque rem ipſam amiſſam.* η Et reddat.] *Int. Orig.* & reddet. *S. Aug.* reddet. *Iſychius totum hunc locum ſic refert.* Erit cum peccauerit, & pænituerit, & reddiderit rapinam, quam rapuit, vel iniuſtitiam, quam iniuſte egit, aut depoſitum, quod depoſitum eſt ei, ſiue perditum, quod inuenit. θ Fuerit.] *Ita interpungit Int. Origenis: & S. Aug. quæſt. 9. eodem modo videtur interpungere. Idem vero quæſt. 20. ſic habet,* Et qua die conuictus fuerit delicti ſui; offeret Domino, *&c.* ι Iſta holocauſtoſis.] *Ita S. Auguſt. quæſt. 10. & putat, quod ſequitur* & ignis, *redundare illud,* &. *Sed Int. Orig.* Hoc holocauſtum in crematione ſua erit ſuper altare, *&c.* κ Catacarpoſim.] *S. Aug. in ſuo codice latino habebat,* & auferet holocarpoma, quod conſumpſerit ignis: *ſed addit quæſt. 9.* Niſi forte illud eſt verũ, quod in quodam græco inuenimus. Non enim ait, auferet holocarpoſim, ſed, auferet catacarpoſim, hoc eſt reliquias holocauſti, quod ignis conſumpſit. Has autem reliquias, veluti eſt cinis & carbo, appellauit [illam holocauſtoſim] eius rei nomine, quæ conſumpta eſt, reliquias ipſius conſumptionis appellans. *Notat autem idem eſſe holocarpoma, quod holocauſtoſis: cur autem dicatur holocarpoma, rationem reddit ipſe Origenes hom. 5.* λ Holocauſtoſim.] *Sic S. Aug. vt diximus. Int. Orig.* & holocauſtum. *In Compl. eſt,* holocarpoſim. μ Ab eo.] *S. Aug. quæſt. 12.* Et ignis altaris ſemper ardebit ab eo. *In alijs libris eſt non* ἀπ᾽ αὐτοῦ, *ſed,* ἐπ᾽ αὐτοῦ. *Et Int. Orig.* & ignis altaris ardebit ſuper illud. ν Mane, mane.] *S. Aug. & Int. Orig. ſemel tantum habent.* ξ Circumuoluta.] ἑλικτά. *Ita libri vetuſtiores. In alijs eſt,* ἐρεικτά. *& fortaſſe legendum,* ἐρικτά, *vt ſupra cap. 2. Iſychius.* Quod lxx. ſic ediderunt, coſperſam offeret eam, buccellas, ſacrificium boni odoris Domino, odorem ..... conſperſam eamdem dicentes buccellas. Et buccellas quidem dixiſſe intelliguntur, vtpote multipliciter procedentem propter paſſiones per partes prouenientes: cõſperſam autem, vtpote in vnum collectam: vnde pro buccellis Symmachus dilatatam edidit. Quædam autem antigrapha, electa (*videtur legendum,* ἑλικτὰ) habent, ideſt complexa; quia inuicem ſibi cohærent paſſiones Domini. *Ex quibus verbis, vt cumque ſe habeant, in mentem nobis interdum veniebat ſuſpicari,* ἑλικτὰ, *&* ἐκ κλασμάτων, *duas apud Iſychium eſſe eiuſdem rei interpretationes. S. Aug. q. 15. in codice græco, quo vſus eſt, habuit,* ἑλικτὰ, *ſed in latina interpretatione,* in ſartagine in oleo fiet conſperſa, offeret eam, freſa. *quod videtur magis conuenire vocabulo* ἐρικτά. *Int. Orig.* In ſartagine ex oleo fiet conſperſa: offeret eam teneram. ο Holocauſtum erit.] *Refert Iſychius Aquilam edidiſſe,* integrũ erit. ideſt non diuidetur dentibus, non mãdetur. π Quicumque aſperſus.] *In alijs codicibus, partim eſt,* ὃ ῥαντισθῇ ἐπ᾽ αὐτό. quod aſperſum fuerit ſuper illud, *(& fortaſſe eſt hebraiſmus, vt intelligatur,* illud ſuper quod aſperſus eſt*) partim,* ᾧ ἂν ῥαντισθῇ ἐπ᾽ αὐτῷ, cuicumque reſperſus fuerit ſuper illud.

CAP.

A

CAP. VII.

HÆc est lex sacrificij ª salutaris, quod offerent Domino. Siquidem ᵝ pro laudatione offerat illud; & offeret super sacrificium laudationis ᵞ panes ex simila factos in oleo, & lagana azyma vncta in oleo, & similam ᵟ conspersam in oleo: super panes fermentatos offeret munera sua ᵋ super sacrificio laudationis salutaris: & offeret vnum de omnibus muneribus suis, ζ demptionem Domino: sacerdoti, qui effundit sanguinem salutaris, ipsi erit: & carnes sacrificij laudationis salutaris ipsi erunt: & in qua die donum offertur, manducabitur: non derelinquent ex eo vsque in mane. Quod si votum fuerit, aut voluntarium sacrificauerit munus suum; quacumque die obtulerit sacrificium suum, edetur, & crastina die: & quod superfuerit de carnibus sacrificij vsque in diem tertium; in igne cremabitur. Si autem manducans manducauerit ex carnibus die tertia; ᵑ non erit acceptum ei, qui offert illud: ᶿ non reputabitur ei: inquinatio est. Anima autem, si qua manducauerit ex eo; peccatum accipiet. Et carnes, ᶥ quæcumque tetigerint omne immundum; non manducabuntur: in igni cremabuntur. Omnis mundus manducabit carnes. Anima autem, quæcunque manducauerit de carnibus sacrificij salutaris, quod est ᵏ Domini, & immunditia eius super ipsum; peribit anima illa de populo suo. Et anima, quæcumque tetigerit omnem rem immundam, vel ab immunditia hominis, vel quadrupedum immundorum, vel omnis abominationis immundæ, & manducauerit ex carnibus sacrificij salutaris, quod est Domini; peribit anima illa de populo suo. Et loquutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel, dicēs: Omnem adipem boum, & ouium, & caprarum non edetis. Et adeps morticinorũ, & a fera captorum ᶺ fiet in omne opus: & in esca non edetur: Omnis, qui adipem edit, adipem ex pecoribus, ex quibus ᵘ offeret de eis hostiã Domino; peribit anima illa de populo suo. Omnem sanguinem non edetis in omni habitatione vestra, & a pecoribus, & a volatilibus. Omnis anima, quæcumque manducauerit sanguinem, peribit anima illa de populo suo. Et loquutus est Dominus ad Moysem, dicens: Et filijs Israel loqueris, dicens: Qui offert ᵛ sacrificium salutaris; afferet munus suum Domino & de sacrificio salutaris: manus eius offerent hostiam Domino, adipem, qui super pectusculum, & pennam iecoris offeret ea, ita vt imponatur donum ante Dominum. Et offeret sacerdos ξ adipem super altare: & erit pectusculum Aaron, & filijs eius. Et brachium dextrum dabitis demptionē sacerdoti de sacrificijs ᵒ salutaris vestri. Qui offert sanguinem salutaris, & adipem ex filijs Aaron; ipsi erit brachium dextrũ in parte. Pectusculum enim impositionis, & brachium demptionis accepi a filijs Israel de sacrificijs salutaris vestri; & dedi ea Aaron sacerdoti, & filijs eius, legitimum æternum a filijs Israel. Hæc vnctio Aaron, & vnctio filiorum eius ab hostijs Domini; in qua die applicuit eos sacerdotio fungi Domino: sicut præcepit Dominus dare illis, qua die vnxit illos, a filijs Israel, legitimum æternũ in progenies eorum. Hæc lex est holocaustorum, & sacrificij, & pro peccato, & delicto, & consummatione, & sacrificio salutaris; sicut mandauit Dominus Moysi in monte Sina; qua die præcepit filijs Israel offerre munera sua ante Dominum in deserto Sina.

B C D E (margin letters)

α Salutaris.] σωτηρίου. *sic vetustiores codices, & Int. Orig. In aliquibus alijs est,* εἰρηνικῶν: *quæ varietas & in hoc, & in alijs capitibus sæpe notari potest. Isychius quidem lib. 2. non longe ab initio admonet, quem alij adipem pacificorum dixerant, lxx. edidisse salutare.* β Pro laudatione.] *Schol.* περὶ εὐχαριστίας, pro gratiarum actione, *quod habet vulgata.* γ Panes ex simila.] *Alij libri habent,* ἄρτους ἀζύμους ἐκ σεμιδάλεως, panes azymos ex simila. *Int. Orig.* & offerent ad sacrificium panes laudationis ex simila: *sed videtur mendum, ac legendum esse,* ad sacrificium laudationis panes ex simila. *Schol.* Alius inquit collyridas: *quod habet etiam vulgata, sed paulo post.* δ Conspersam.] *Schol.* Alius inquit, ζεστὴν, coctam, feruescentem. ε Super sacrificio laudationis salutaris.] ἐπὶ θυσίᾳ αἰνέσεως σωτηρίου. *Int. Orig.* Quia sacrificium laudationis salutaris eius est. *Quare primum videtur legisse,* ἐπεὶ θυσία, *quod in nullo codice est inuentum; deinde habuisse,* σωτηρίου αὐτοῦ, *quod est in multis codicibus: & videtur agnosci a S. Aug. quæst. 22. vbi etiã dubitat, an aliud sit* salutaris, *aliud* salutaris sui. ζ Demptionem.] *Sic enim solet S. Aug. vertere,* ἀφαίρεμα. *Int. Orig.* separationem. *Schol.* idem est ἀφαίρεμα, καὶ ἀφόρισμα, καὶ ἐπίθεμα, καὶ καρπώματα, demptio, & separatio, & impositio, & hostiæ, quæ de sacrificijs segregantur Deo: quæ quidem fiunt partes sacerdotis. *Vnde quidem dictum sit pectusculum impositionis, docet S. Aug. quæst. 23.* η Non erit acceptum ei.] *Ita Int. Orig. quod Græce est,* οὐ δεχθήσεται αὐτῷ, *significat autem,* non erit, *idest,* non proderit ei tanquam acceptum. θ Non reputabitur ei.] *Theodotio,* φέγγους δέεται, eget lumine. ι Quæcumque tetigerint omne immundum.] *Int. Orig.* quæcumq. tactæ fuerint ab omni immundo. κ Domini.] *In alijs libris est,* κυρίῳ, *& Int. Orig.* Domino. λ Fiet in omne opus.] *Ita collati codices, & S. Aug. quæst. 21. Int. Orig.* non erit ad omne opus. μ Offeret.] *Ita libri vetustiores. In alijs est,* προσάξετε. *& Int. Orig.* ex quibus offertis ab eis. *Apud S. Aug. quæst. 21. in aliqua editione est,* ex quibus Domino offeretur, *in aliqua,* offeretis. ν Sacrificium salutaris.] *In ceteris libris partim est,* θυσίαν τῶν εἰρηνικῶν αὐτοῦ, sacrificium pacificorum suorum, *partim,* θυσίαν σωτηρίου αὐτοῦ, *& Int. Orig.* sacrificiũ salutaris sui. *Sic etiam haberi apud S. August. quæst. 22. paulo ante admonuimus.* ξ Adipem super altare.] *Alij,* τὸ στέαρ τὸ ἐπὶ τοῦ στηθυνίου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον. *& Int Orig.* adipem, qui est super pectusculum, super altare. ο Salutaris vestri.] *Ita collati codices. In editionibus vulgatis est,* τῶν σωτηρίων. *& Int. Orig.* à sacrificijs salutaribus vestris.

CAP. VIII.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Sume Aaron, & filios eius, & stolas α eius, & oleum vnctionis, & vitulum, qui pro peccato, & duos arietes, & canistrum azymorum: & omnem synagogam conuoca ad ostium tabernaculi testimonij. Et fecit Moyses, sicut præcepit ei Dominus. Et euocauit synagogam ad ostium tabernaculi testimonij. Et dixit Moyses synagogæ: Hoc est verbum, quod mandauit Dominus facere. Et applicuit Moyses Aaron, & filios eius, & lauit eos aqua: & vestiuit eum tunica, & cinxit eum zona, & induit eum subuculam, & imposuit super eum superhumerale, & præcinxit illum secundum facturam superhumeralis: & constrinxit eum in ipso: & imposuit super eum rationale: & imposuit super rationale β manifestationem, & veritatem: & imposuit mitram super caput eius: & imposuit super mitram secundum faciem eius laminam auream illam sanctificatam sanctam; sicut præceperat Dominus Moysi. Et sumpsit Moyses de oleo vnctionis: & aspersit de eo super altare septies. Et vnxit altare, & sanctificauit illud, & omnia eius, & labrum, & basim eius: & sanctificauit ea. Et vnxit tabernaculũ, & omnia vasa eius: & sanctificauit illud. Et effudit Moyses de oleo vnctionis super caput Aaron, & vnxit eum, & sanctificauit eum. Et applicuit Moyses filios Aaron, & induit eos γ tunicas, & cinxit eos zonis, & circumposuit eis cidaras; sicut præcepit Dominus Moysi. Et adduxit Moyses vitulum, qui pro peccato. Et imposuit Aaron, & filij eius manum super caput vituli, qui pro peccato. Et iugulauit eum. Et sumpsit Moyses de sanguine, & imposuit super cornua altaris in circuitu digito, δ & mundauit altare: & sanguinem effudit ad basim altaris, & sanctificauit illud ad exorandum super illud. Et sumpsit Moyses omnem adipem, qui super intestina, & pennam, quæ super iecur, & vtrosque renes, & adipem, qui super eos: & obtulit Moyses super altare. Et vitulum, & pellem eius, & carnes eius, & fimum

eius

A eius combuſſit ea igni extra caſtra; quemadmodum præcepit Dominus Moyſi. Et adduxit Moyſes arietem, qui in holocauſtum. Et impoſuit Aaron, & filij eius manus ſuas ſuper caput arietis. Et iugulauit Moyſes arietem. Et effudit Moyſes ſanguinem ſuper altare in circuitu: & arietem in fruſta concidit membratim. Et obtulit Moyſes caput, & membra, & adipem: & ventrem, & pedes lauit aqua. Et obtulit Moyſes totum arietem ſuper altare. Holocauſtoma eſt in odorem ſuauitatis: hoſtia eſt Domino; ſicut præcepit Dominus Moyſi. Et adduxit Moyſes arietem, arietẽ illum ſecundum conſummationis. Et impoſuit Aaron, & filij eius, manus ſuas ſuper caput arietis. Et iugulauit eũ. Et ſumpſit Moyſes de ſanguine eius: & impoſuit ſuper pennam auris dextræ Aaron, & ſuper ſummitatẽ manus dexteræ, & ſuper ſummitatem pedis dexteri. Et applicuit Moyſes filios Aaron: & impoſuit Moyſes de ſanguine ſuper pennas aurium dexterarum, & ſuper ſummitatem manuum eorum dexterarum, & ſuper ſummitates pedum eorum dexterorum. Et effudit Moyſes ſanguinem ſuper altare in circuitu. Et ſumpſit adipem, & lumbum, & adipem qui ſuper ventrem, & pennam iecoris, & ambos renes, & adipem qui ſuper eos, & brachium dextrum. Et de caniſtro conſummationis, quod eſt ante Dominum, ſumpſit panem vnum azymum, & panem ex oleo vnum, & laganum vnum, & impoſuit ſuper adipem, & brachium dextrum. C Et impoſuit omnia ſuper manus Aaron, & ſuper manus filiorum eius: & obtulit ea demptionem ante Dominum. Et ſumpſit Moyſes ex manibus eorum: & obtulit ea Moyſes ſuper altare, ſuper holocauſtoma conſummationis: quod eſt odor ſuauitatis: hoſtia eſt Domino. Et ſumens Moyſes pectuſculum, abſtulit illud impoſitionem ante Dominum de ariete conſummationis. Et factum eſt Moyſi in parte, ſicut præceperat Dominus Moyſi. Et ſumpſit Moyſes de oleo vnctionis, & de ſanguine qui ſuper altare: & aſperſit ſuper Aarõ, & ſtolas eius, & filios eius, & ſtolas filiorum eius cum eo. Et ſanctificauit Aaron, & ſtolas eius, & filios eius, & ſtolas filiorum eius cum eo. Et dixit Moyſes ad Aaron, & filios eius: Coquite D carnes in ζ atrio tabernaculi teſtimonij in loco ſancto: & ibi comedetis eas, & panes qui in caniſtro conſummationis: quemadmodum præceptum eſt mihi, dicens: Aaron, & filij eius comedent ea. Et reſiduum carnium, & panum in igni comburite. Et ex oſtio tabernaculi teſtimonij non egrediemini ſeptẽ dies; η donec dies impleatur, dies conſummationis veſtræ. Septẽ enim diebus conſummabit manus veſtras: ſicut fecit in die hac, qua præcepit Dominus ad faciẽdum ad depropiciandum pro vobis. Et ad oſtium tabernaculi teſtimonij ſedebitis ſeptem dies, die, ac nocte: cuſtodietis cuſtodias Domini, vt non moriamini. Ita enim mandauit mihi Dominus Deus. Et fecit Aaron, & filij eius, omnia verba, E quæ præcepit Dominus Moyſi.

α Eius.] *Abeſt a Compl. & Int. Origenis.* β Manifeſtationem & veritatem.] *Aquila, & Theodotio,* τοῖς φωτισμοῖς, καὶ τελειώσεις, illuminationes, & conſummationes, *ſiue* conſecrationes. γ Tunicas.] *Aquila, & Theodotio.* ἐπενδύτας, ſubuculas. δ Mundauit.] *Schol.* Samariticus habet, καὶ ἱλάτευσεν & propitiauit. Alia autem editio, ἐξεμαρτησεν, expiauit, *& quaſi vndique aptum reddidit ad peccatum delendum.* ε Et panem ex oleo vnum.] *Schol.* Alius, collyram. *In Compl. totus hic locus ſic habet,* ἔλαβε κολλύραν ἄζυμον μίαν, καὶ κολλύραν ἄρτου ἐξ ἐλαίου μίαν, ſumpſit collyrã azymam vnam, & collyram panis ex oleo vnam. ζ In atrio.] *Compl.* παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς. apud oſtium tabernaculi. η Donec dies impleatur.] *Alij codices.* ἕως ἡμέρας πληρώσεως ἡμερῶν τελειώσεως ὑμῶν, vſque ad diem plenitudinis dierum conſummationis veſtræ.

CAP.

CAP. IX.

A

ET factum est die octauo, vocauit Moyses Aaron, & filios eius, & [α] seniores Israel. Et dixit Moyses ad Aaron: Sume tibi vitulum ex bobus pro peccato, & arietem in holocaustum, sine macula & offer ea ante Dominum. Et senioribus Israel loquere, dicens: Accipite hircum ex capris vnum pro peccato, [β] & vitulum, & agnum anniculum in holocarposim, sine macula, & vitulum, & arietem in sacrificium salutaris, ante Dominum, & similam conspersam in oleo: quoniam hodie Dominus videbitur in vobis. Et sumpserunt, sicut mandauit Dominus, ante tabernaculum testimonij. Et accessit omnis synagoga: & B steterunt ante Dominum. Et dixit Moyses: Hoc est verbum, quod dixit Dominus. Facite, & videbitur in vobis gloria Domini. Et dixit Moyses ad Aaron: Accede ad altare: & fac, quod pro peccato tuo, & holocaustum tuum: & exora pro te, & pro domo tua. Et fac munera populi, & exora pro eis; sicut mandauit Dominus Moysi. Et accessit Aaron ad altare, & iugulauit vitulum illum pro peccato suo. Et attulerunt filij Aaron sanguinem ad eum: & tinxit digitum in sanguine: & imposuit super cornua altaris: & sanguinem effudit ad basim altaris: & adipem, & renes, & pennam iecoris, eius, qui pro peccato, obtulit super altare, quemadmodum mandauit Dominus Moysi. Et carnes, & pellem combus- C sit ea igni extra castra. Et iugulauit holocaustoma: & attulerunt filij Aaron sanguinem ad eum: & effudit super altare in circuitu. Et holocaustoma obtulerunt [γ] illud secundum membra: ea, & caput imposuit super altare. Et lauit ventrem, & pedes aqua: & imposuit super holocaustoma super altare. Et obtulit munus populi: & sumpsit hircum pro peccato populi: & iugulauit eum: & mundauit eũ sicut & primum. Et obtulit holocaustoma, & fecit illud, sicut decet. Et obtulit sacrificium: & impleuit manus de eo: & imposuit super altare absque holocausto matutino. Et iugulauit vitulum, & arietem sacrificij salutaris, eius, qui populi. Et attulerunt filij Aaron sanguinem ad eum. Et effudit ad altare in circuitu. D Et adipem, qui de vitulo, & ariete, lumbum, & adipem qui operit super ventrẽ & ambos renes, & adipem qui super eos, & pennã quæ super iecur: & imposuit adipes super pectuscula. Et obtulit adipes super altare. Et pectusculũ, & brachium dextrum abstulit Aaron demptionem ante Dominum; quemadmodum præcepit Dominus Moysi. Et extollens Aaron manus super populum, benedixit eos: & descendit, cum fecisset illud pro peccato, & ipsum holocaustoma, & illa salutaris. Et intrauit Moyses, & Aaron in tabernaculum testimonij. Et exeuntes benedixerunt omnem populum. Et apparuit gloria Domini omni populo. Et exijt ignis a Domino, & deuorauit, quæ super altare, & holocaustomata, & E adipes. Et vidit omnis populus & [δ] mente excesiit: & ceciderunt in faciem.

α Seniores.] *Sic vertit S. Aug. quæst. 25. quod græce est,* γερουσίαν, *libet alij partim dixerint senatum, partim ordinem seniorum.* β Et vitulum.] *Sic etiam vulgata. & hebræus. Aliqui codices habent,* καὶ κριὸν, καὶ μοσχάριον *Et S Aug. quæst. 26.* & arietem, & vitulum. γ Illud secundum membra ea, & caput.] *In alijs codicibus partim Abest illud,* ea; *partim vero legitur,* αὐτῷ καὶ τὰ μέλη αὐτὰ, καὶ τὴν κεφαλὴν, ei & membra ipsa, & caput. δ Mente excessit.] *Sic videtur subindicare. S. Aug. quæst. 29. vertendum esse illud,* ἐξέστη, *quod ipse habuit, &* amens factus est, *& alios inquit vertisse,* expauit.

CAP.

A

CAP. X.

ET sumentes duo filij Aaron, Nadab, & Abiud, vnusquisq. thuribulũ suum imposuerunt super illud ignem, & iniecerunt super illud incensum: & obtulerunt ante Dominum ignem alienum, quem non præceperat Dominus eis. Et exijt ignis a Domino, & deuorauit eos: & mortui sunt ante Dominum. Et dixit Moyses ad Aaron: Hoc est quod dixit Dominus, dicens: In ijs, qui mihi appropinquant, sanctificabor: & in omni synagoga glorificabor. Et compunctus est Aaron. Et vocauit Moyses Misadae, & Elisaphan, filios Oziel, [α] filios fratris patris Aaron, & dixit eis: Accedite, & tollite fratres vestros a facie

B

sanctorum extra castra. Et accesserunt, & sustulerunt eos in tunicis suis extra castra; quemadmodum dixit Moyses. Et dixit Moyses ad Aaron, & Eleazar, & Ithamar, filios eius reliquos: Caput vestrum cidara non denudabitis, & vestimenta vestra non discindetis; vt non moriamini: & super omnem synagogam erit indignatio. Fratres autem vestri, omnis domus Israel, plorabunt incendium, quo incensi sunt a Domino. Et ab ostio tabernaculi testimonij non egrediemini; vt non moriamini. Oleum enim vnctionis, quod est a Domino, super vos est. Et fecerunt iuxta verbum Moysi. Et locutus est Dominus ad Aaron, di-

C

cens: Vinum, & siceram non bibetis, tu, & filij tui tecum, cum intrabitis in tabernaculum testimonij, aut cum accedetis ad altare: & non moriemini. [β] Legitimum æternum in progenies vestras: Distinguere inter medium sanctorum, & contaminatorum, & inter medium immundorum, & mundorum, & [γ] instruere filios Israel omnia legitima, quæ locutus est Dominus ad eos, per manum Moysi. Et dixit Moyses ad Aaron, & ad Eleazar & Ithamar filios Aaron reliquos. Sumite sacrificium residuum ab hostijs Domini: & comedetis azyma iuxta altare. Sancta sanctorum sunt. Et comedetis illud in loco sancto. Legitimum enim tibi est, & legitimũ filijs tuis hoc ab hostijs Domini. Sic enim mandatum est mihi.

D

Et pectusculũ segregationis, & brachium demptionis manducabitis in loco sancto, tu, & filij tui, & domus tua tecum. Legitimum enim tibi, & legitimum filijs tuis de sacrificijs [δ] salutaris filiorum Israel. Brachium demptionis, & pectusculum segregationis super hostias adipum offerent ad segregandum segregationem ante Dominum. Et erit tibi, & filijs tuis, & filiabus tuis tecum legitimum æternum, quemadmodum præcepit Dominus Moysi. Et caprum, qui pro peccato, querens quæsiuit Moyses. Ille vero incensus fuerat. Et indignatus est Moyses in Eleazar, & Ithamar, filios Aaron, dicẽs: Quare non comedistis illud, quod fuit pro peccato, in loco sancto? Quoniam enim sancta sanctorũ sunt; hoc dedit

E

vobis edere; vt auferatis peccatum synagogæ, & exoretis pro eis ante Dominũ. Non enim illatum est de sanguine eius ante faciem intus. Edetis illud in loco sancto; quomodo mihi constituit Dominus. Et locutus est Aaron ad Moysem, dicens: Si hodie obtulerunt, quæ pro peccato illorum sunt, & holocausta sua ante Dominum, & contigerunt mihi talia, & comedam quæ pro peccato hodie; nunquid placitum erit Deo? Et audiuit Moyses, & placuit ei.

[α] Filios.] *Abest dictio ista a Compl. vt etiam a vulgata.* [β] Legitimum æternum in progenies vestras.] S. *Aug. quæst* 33. Ambiguum est, vtrum superiori sensui connectatur, idest ad vinum non bibendum pertineat, an inferiori, vbi sequitur. Distinguere, *&c. Int. quidem Orig. hom. 7. cum inferiore coniungit.* [γ] Instruere.]

ſtruc:c.] *Schol* Alius, φωτίζειν, illuminare. δ Salutaris.] *In alijs libris eſt,* σωτηρίων. *Int Orig.* ſacrificijs ſalutaribus. S.*Aug.quæſt.*35. ſacrificijs ſalutarium; *quamuis dubitet, an ſit vertendum potius,* ſalutatum, ***multaque excogitet, quamobrem hoc loco*** σωτηρίων ***idem valeat, ac*** σωτηρία.

CAP. XI.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſem, et Aaron, dicens: Loquimini filijs Iſrael, dicentes: Hæc ſunt pecora, quæ comedetis de omnibus pecoribus, quæ ſuper terram. Omne pecus, quod vngulam diuidit, et α fiſſuras findit duarum vngularum, et reducit ruminationem in pecoribus; hæc manducabitis. Tantum ab his non manducabitis, ab ijs, quæ reducunt ruminationem, et ab ijs, β quæ diuidunt vngulas, et findunt fiſſuras vnguium, camelum, quoniam reducit ruminationem hic, vngulam autem non diuidit: immundũ hoc vobis: & γ leporem, δ quia reducit ruminationem hoc, & vngulá non diuidit: immundum hoc vobis: & Chirogryllum, quoniam non reducit ruminationem hoc, & vngulam non diuidit: immundum hoc vobis: & ſuem, quoniam hoc diuidit vngulam, & findit fiſſuras vngulæ, & hoc non reducit ruminationem: immundum hoc vobis. De carnibus eorum non comedetis: & morticina eorum non tangetis. Immunda hæc vobis. Et hæc ſunt, quæ comedetis ex omnibus, quæ in aqua. Omnia, quibuſcumque ſunt eis alæ, & ſquamæ in aquis, & in maribus, & in torrentibus, hæc comedetis. Et omnia, quibuſcumque non ſunt eis alæ, neque ſquamæ in aqua, vel in maribus, & in torrentibus, de omnibus, quæ eructant aquæ, & de omni anima viuente in aqua, abominatio eſt, & abominationes erunt vobis. De carnibus eorum nõ comedetis: & morticina eorum abominabimini: & omnia, quibuſcumque non ſunt eis alæ, neque ſquamæ ex ijs, quæ in aqua; hoc abominatio eſt vobis. Et hæc ſunt, quæ abominabimini de volatilibus, & non comedentur: abominatio eſt: aquilam, & gryphum, & halietũ, & vulturem, & miluum, & ſimilia ei, & ſtruthionem, & noctuam, & larũ, & ſimilia ei, & omnem coruum, & ſimilia ei, & accipitrem, & ſimilia ei, & nycticoracem, & mergulum, et ibin, et porphyrionem, et pelecanem, et cycnum, et herodionem, et charadrion, et ſimilia ei, et vpupam, et veſpertilionem, et omnia reptilia volatilium, quæ gradiuntur ſuper quatuor: abominationes erunt vobis. Sed iſta comedetis de reptilibus volatilium, quæ gradiuntur ſuper quatuor, quæ habent crura deſuper pedes ſuos, ad ſaltandum in ipſis ſuper terram: et hæc comedetis de eis. Bruchum, et ſimilia ei, et attacũ, et ſimilia ei, & ophimacũ, & ſimilia ei, et locuſtã, et ſimilia ei: omne reptile de volatilibus, quibus ſunt quatuor pedes, abominationes ſunt vobis, et in his polluemini. Omnis qui tangit morticina eorum; immundus erit vſque ad veſperam: & omnis qui tollit morticina eorum; lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad veſperam. Et in omnibus pecoribus, quod eſt diuidens vngulam, et findit fiſſuras vngularum, et non ruminat ruminationem; immunda erũt vobis. Omnis, qui tangit morticina eorum; immundus erit vſque ad veſperam. Et omnis gradiens ſuper manus in omnibus beſtijs, quæ gradiuntur ſuper manus; immunda ſunt vobis. Omnis, qui tangit morticina eorum, immundus erit vſque ad veſperam. Et qui tollit morticina eorum, lauabit veſtimenta ſua, et immundus erit vſque ad veſperam. Immunda hæc ſunt vobis. Et hæc vobis immunda

ex re-

A ex reptilibus, quæ ſuper terrã, muſtela, & mus, & crocodilus terreſtris, mygale, & chamæleon, & ε chalabotes, & lacerta, & talpa. Hæc immũda vobis ex omnibus reptilibus, quæ ſuper terram: omnis tangens ea mortua immundus erit vſq. ad veſperam. Et omne in quod inciderit de eis ſuper illud, de mortuis ipſis, immundũ erit, de omni vaſe ligneo, vel veſte, vel pelle, vel ſacco Omne vas in quo factũ fuerit opus in eo, in aqua mergetur, & immundum erit vſque ad veſperã: & mundum erit. Et omne vas teſtaceũ, in quod ceciderit ex eis intus, quæcunque fuerint intus, immũda erunt: & illud conteretur. Et omnis cibus, qui manducatur, in quemcumque venerit ſuper illũ aqua, immundus erit: & omne potabile, B quod bibitur in omni vaſe, immundũ erit. Et omne in quod inciderit de morticinis eorũ in illud, immundum erit: clibani & chytropodes deſtruetur. Immunda hæc ſunt, & immunda hæc vobis erunt. Tantũ de fontibus aquarũ, & lacu, & cõgregatione aquarũ erit mundum. Qui autẽ tangit morticina eorũ; mundus erit. Si autẽ inciderit de morticinis eorum ſuper omne ſemen ſeminabile; quod ſeminabitur mundum eſt. Si autem effuſa fuerit aqua ſuper omne ſemen, & inciderit de morticinis eorum ſuper illud; immundum eſt vobis. Si autẽ mortuum fuerit de pecoribus, quod eſt vobis comedere iſtud; qui tangit morticina eorũ, im- C mundus erit vſque ad veſperam: & qui manducat de morticinis eorũ; lauabit veſtes, & immundus erit vſq. ad veſperã: & qui tollit de morticinis eorum; lauabit veſtes, & lauabitur aqua, & immũdus erit vſq. ad veſperã. Et omne reptile quod repit ſuper terram, abominatio erit hoc vobis: non mãducabitur. Et omnis gradiens ſuper ventrem, & omnis gradiens ſuper quatuor ſemper, quod multiplicat pedibus, in omnibus reptilibus repentibus ſuper terram; non comedetis illud, quoniã abominatio vobis eſt. Et non faciatis abominabiles animas veſtras in omnibus reptilibus repentibus ſuper terram: & non polluemini in his, & non immundi eritis in eis: quoniam ego ſum Dominus Deus veſter. Et ſanctificabimini, & ſancti eritis; quoniã ſanctus ſum ego Dominus Deus veſter. Et non polluetis animas veſtras in omnibus reptilibus, quæ mouetur ſuper terram: quoniã ego ſum Dominus, qui eduxi vos de terra Ægypto, vt eſſem Deus veſter. Et eritis ſancti; quia ſanctus ego Dominus. Hæc eſt lex de pecoribus, & volatilibus, & omni anima, quæ mouetur in aqua, & omni anima repente ſuper terrã, ad diſtinguendum inter immunda, & munda, ζ & inter viuificantia quæ manducantur, & inter viuificantia qnæ non manducantur.

α Et fiſſuras findit duarum vngularum.] *Sic viſum eſt ſatis apte, & congruenter etiam hebræo poſſe reddi, quod græce eſt,* καὶ ὀνυχιστῆρας ὀνυχίζον δύο χηλῶν. *Int. Orig.* & vngulas habet. β Quæ diuidũt vngulas.] *Apud eumdẽ totus hic locus ſic habet:* Præterea ab his non manducabitis, quæ reducunt ruminationẽ, & non di- E uidunt vngulas, & habent vngulas, Camelus, *&c. & ita fere vulgata In aliqua Græca editione eſt,* πλὴν ἀπὸ τούτων οὐ φάγεσθε, ἀπὸ τῶν μὴ ἀναγόντων μηρυκισμὸν, καὶ ἀπὸ τῶν μὴ διχηλούντων τὰς ὁπλὰς, καὶ ὀνυχιζόντων ὀνυχιστῆρας. Tantũ ab his non comedetis, a non reducentibus ruminationem, & à non diuidentibus vngulas, & habentibus vngulas. *Sed collati codices manuſcripti græci omnes eodẽ modo, ac noſter: & reſpondent hebræo & chaldæo Intelligendũ enim ita eſt, ab ijs, quæ ruminant, & diuidunt vngulã, excipi camelum & cetera, quæ alterutra iſtarũ conditionũ carent.* γ Et leporem.] *Hunc ordinẽ ſeruant collati codices, & Int Orig. In Compl quemadmodum & in vulgata, prius memoratur Chirogryllus (quẽ Int. Orig. erinaciũ vocat) quàm lepus. Eadem varietas eſt paulo poſt in commemoratione aliorũ animaliũ.* δ Reducit.] *In quoſdã libros græcos per errorẽ irrepſit* οὐκ *Nam abeſt ab exemplari vaticano, vt etiã a Compl. tam in lepore, quã in Chirogryllo: itemq. ab Orig. Et Theodoretus in codicib. manuſcriptis (nã verſio eſt deprauata) q 11. inquit Camelũ, & leporem ruminare quidem, ſed vngulam non diuidere.* ε Chalabotes.] χαλαβώτης. *Alij,* ἀσκαλαβώτης, ſtellio. ζ Et inter viuificantia.] *In aliquot codicib. legitur,* καὶ συμβιβάζειν τοὺς υἱοὺς ἰσραὴλ ἀναμέσον τῶν ζωογονούντων, *&c. S. Aug q.* 38. Inſtrue (*fortaſſe legendũ* inſtruere) filios Iſrael inter viuificantia, *&c. Quod autem pertinet ad illud* viuificantia, *S. Aug. putat græco verbo ſignificari, non quæ viuere faciunt, ſed quæ viuos fœtus gignunt. Nobis tamen non conſtat, præſertim ſi hebræum conſulamus, an idem ſignificet, quod viuentia.*

CAP. XII.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos. Mulier, quæcumque conceperit semen, & pepererit masculum; & immunda erit septem dies, secundum dies secessionis [α] purgationis eius immunda erit. Et in die octauo circuncidet carnem preputij eius: & triginta tres dies sedebit in sanguine suo [β] immundo. Omne quod sanctum est, non continget, & in sanctuarium non intrabit, donec impleti fuerint dies purificationis eius. Si autem fœminam pepererit; & immunda erit bis septem dies secundum purgationẽ eius: & sexaginta dies, & sex sedebit in sanguine suo immũdo. Et cũ impleti fuerint dies purificationis [γ] eius pro filio, aut pro filia; offeret agnum anniculũ sine macula in holocaustũ, & pullum columbæ, [δ] aut turturẽ pro peccato ad ostiũ tabernaculi testimonij ad sacerdotẽ: & offeret eũ ante Dominum. Et exorabit pro ea sacerdos: & purificabit eã a fonte sanguinis eius. Hæc est lex parientis masculũ, vel fœminã. Si autem non inuenerit manus eius quod satis est in agnũ; & accipiet duos turtures, aut duos pullos columbarũ, vnũ in holocaustũ, & vnũ pro peccato. Et exorabit pro ea sacerdos: & mundabitur.

[α] Purgationis.] *Ita S. Aug. q. 40. quod Græce est,* τῆς ἀφέδρου, *& ab aliis solet verti,* menstrui: *posset etiã* puerperij. *Notat Isychius Symm. dixisse,* secundum dies separationis afflictionis, *Aquilam,* separationis miseriæ, *Theodotionẽ,* separationis, doloris eius. [β] Immundo.] ἀκαθάρτῳ. *Sic vetustiores codices. In alijs est,* καθαρῷ *Orig.* quia in sanguine immundo fecit septem dies, in sanguine autem mundo triginta, & tres dies. *S. Aug vtramq. lectionẽ agnoscit. Compl.* καθαρισμοῦ αὐτῆς· purificationis suæ, *quod habet vulgata. Isychius harum duarum lectionum mentionem facit,* in sanguine mundo, siue purificationis. [γ] Pro filio, aut pro filia.] *Sic placet S. Aug. reddi illud,* ἐφ' υἱῷ ἢ ἐπὶ θυγατρί, *potius, quam* super filio aut super filia, *quod nonnulli codices haberent.* [δ] Aut turturem.] *Idem habet,* & turturem, *quamuis fateatur nonnullos codices habere,* aut turturem: *ac de ista varietate disputat.*

CAP. XIII.

ET locutus est Dominus ad Moysem, & Aaron, dicens: Homini si cui facta fuerit in cute corporis eius cicatrix signi [α] lucida & factus fuerit in [β] cute carnis eius [γ] tactus lepræ; ducetur ad Aaron sacerdotẽ vel vnum filiorũ eius sacerdotũ: & videbit sacerdos tactum in cute carnis eius, & pilus in tactu mutatus fuerit albus, & aspectus ipsius tactus, [δ] humilis a cute carnis; tactus lepræ est: & videbit sacerdos, & [ε] inquinabit eum. Si autẽ & lucidus albus erit in cute carnis eius, & humilis non fuerit aspectus eius a cute, & pilus eius [ζ] nõ mutauit pilum albũ, ipse autẽ est obscurus; & segregabit sacerdos tactum septẽ diebus. Et videbit sacerdos tactum die septimo, & ecce tactus manet corã ipso, [η] nõ est cõmutatus tactus in cute; & segregabit illũ sacerdos septẽ diebus secundo, & videbit illũ sacerdos die septimo secũdo: & ecce obscurus tactus, nõ est conuersus; & purgabit eũ sacerdos: [θ] significatio enim est. Et lauãs vestimẽta sua mũdus erit. Si autẽ [ι] conuersa, mutata fuerit significatio in cute, postea quã vidit illum sacerdos, vt purgaret eum; & videbitur denuo a sacerdote, & videbit eum sacerdos; & ecce [κ] cõmutata est significatio in cute; & inquinabit eũ sacerdos: lepra est. Et tactus lepræ si factus fuerit in homine; & ueniet ad sacerdotem: & uidebit sacerdos: & ecce cicatrix alba in cute: & hæc mutauit pilũ albũ, & a sano carnis uiuæ in cicatrice; lepra ueterascẽs est in cute carnis eius: & inquinabit eũ sacerdos, & [λ] segregabit eũ, quia immundus est. Si autẽ florescẽs effloruerit lepra in cute, & operuerit lepra omnẽ cutẽ tactus a capite vsq. ad pedes, secundũ totũ aspectum

pectum

A pectum ſacerdotis; & videbit ſacerdos, & ecce operuit lepra omnem cutem carnis: & mundabit eum ſacerdos ^μ^ in tactu: quoniam omne mutauit album, mundum eſt. Et quacumque die viſa fuerit in eo caro viua, inquinabitur. Et videbit ſacerdos, carnem ſanam: & inquinabit eum caro ſana; quoniam immundus eſt: lepra eſt. Si autem reſtituta fuerit caro ſana, ^ξ^ & conuerſus fuerit albus; & veniet ad ſacerdotem: & videbit ſacerdos: & ecce cōuerſus eſt tactus in album: & purgabit ſacerdos tactum; mundus eſt. Et caro, ſi facta fuerit in cute eius vlcus, & ſanatū fuerit, & facta fuerit in loco vlceris cicatrix alba, vel lucida albeſcens, vel rubeſcēs; & videbitur a ſacerdote: & videbit ſacerdos: & ecce aſpe

B ctus humilior cute, & pilus eius cōuerſus eſt in album: & inquinabit eū ſacerdos; quoniā lepra eſt: in vlcere effloruit. Si autem viderit ſacerdos, & ecce non eſt in eo pilus albus, & humilis nō fuerit a cute carnis, & ipſe fuerit obſcurus; & ſegregabit eum ſacerdos ſeptē dies. Si autem diffuſione diffundatur in cute; & inquinabit eū ſacerdos: tactus lepræ eſt: in vlcere effloruit. Si autem in loco māſerit lucidìtas, & nō diffundatur; cicatrix vlceris eſt: & mundabit eū ſacerdos. Et caro, ſi facta fuerit in cute eius combuſtio ignis, & factum fuerit in cute eius, quod ſanatū eſt ex combuſtione, clarum, lucidum, album, ſubrubeſcens, vel exalbidū; & videbit eum ſacerdos: & ecce conuerſus eſt pilus albus in ſplendidum, & aſpe

C ctus eius humilis a cute: lepra eſt, in cōbuſtione effloruit. Et inquinabit eum ſacerdos: tactus lepræ eſt. Si autem viderit ſacerdos, & ecce non eſt in ſplendido pilus albus, & humile non fuerit a cute, ipſum autē obſcurum; & ſegregabit eū ſacerdos ſeptē dies: & videbit eum ſacerdos die ſeptimo. Si autē diffuſione diffundatur in cute; & inquinabit eū ſacerdos: tactus lepræ eſt: in vlcere effloruit. Si autē in loco manſerit ſplendidum, neq. fuerit diffuſum in cute, ipſe autem obſcurus fuerit; cicatrix cōbuſtionis eſt: & mūdabit eum ſacerdos: character enim combuſtionis eſt. Et viro, & mulieri ſi factus fuerit in eis tactus lepræ in capite vel in barba; & videbit ſacerdos tactum: & ecce aſpectus eius depreſsior cute, in

D ipſo autē pilus flaueſcens ſubtilis: & inquinabit eū ſacerdos; vulnus eſt: lepra capitis, vel lepra barbæ eſt. Et ſi viderit ſacerdos tactum vulneris, & ecce non eſt aſpectus depreſsior cute, & pilus flaueſcens non eſt in eo, & ſegregabit ſacerdos tactū vulneris ſeptem dies. Et videbit ſacerdos tactum die ſeptimo: & ecce non eſt diffuſum ° vulnus, & pilus flaueſcēs non eſt in eo, & aſpectus vulneris non eſt depreſſus a cute: & radetur cutis: vulnus autem non radetur. Et ſegregabit ſacerdos vulnus ſeptē dies ſecundo: & videbit ſacerdos vulnus die ſeptimo: & ecce non eſt diffuſum vulnus, poſtquā ille raſus eſt, & aſpectus vulneris non eſt depreſſus a cute: & mundabit eum ſacerdos. Et lauās veſtes mundus erit. Si autem

E diffuſione diffuſum fuerit vulnus in cute, poſtquā ille mundatus fuit; & videbit ſacerdos: et ecce diffuſum eſt vulnus in cute; non cōſiderabit ſacerdos de pilo flauo: quoniā immundus eſt. Si autē coram manſerit in loco vulnus, et pilus niger repullulet in eo, ſanatum eſt vulnus: mundus eſt; et mundabit eū ſacerdos. Et viro, vel mulieri ſi facti fuerint in cute carnis eius ſplendores ſplendentes albeſcētes; et videbit ſacerdos: et ecce in cute carnis eius ſplēdores ſplendētes albeſcentes; impetigo eſt: effloreſcit in cute carnis eius: mundus eſt. Si autē alicui effluxerint pili e capite; caluus eſt. Si autem ſecundū faciem glabrū fuerit caput eius; recaluus eſt: mūdus eſt. Si autē factus fuerit in caluitie eius vel in recaluitie eius tactus albus, vel rubeſcens; ^π^ lepra eſt in caluitie eius, vel in recaluitie eius. Et

videbit eũ ſacerdos: & ecce aſpectus eius factus eſt albus, vel rubeſcẽs in caluitie eius, vel in recaluitie eius, ſicut ſpecies lepræ in cute carnis eius; homo leproſus eſt: inquinatione inquinabit eũ ſacerdos: in capite eius tactus eius. Et leproſus, in quo eſt tactus, veſtimenta eius diſſuta ſint, & caput eius reuelatũ, & circa os eius contegatur: & immũdus vocabitur omnibus diebus, quibuſcumq. fuerit ſuper eum tactus: ᵖ immundus cum ſit, immundus erit. ſeparatus ſedebit: extra caſtra erit cõuerſatio eius. Et veſtimento ſi factus fuerit tactus in eo lepræ, aut in veſtimento laneo, aut in veſtimento ſtupeo, aut in ſtamine, aut in ſubtegmine, aut in lineis, aut in laneis, vel in pelle, vel in omni operaria pelle, & factus fuerit tactus vireſcens, vel rubeſcẽs in pelle, vel in veſtimẽto, vel in ſtamine, vel in ſubtegmine, vel in omni vaſe operario pellis; tactus lepræ eſt: & oſtẽdet ſacerdoti. Et videbit ſacerdos tactũ: & ſegregabit ſacerdos tactum ſeptem dies: & videbit ſacerdos tactum in die ſeptimo: ſi autẽ diffuſus fuerit tactus in veſtimẽto, vel in ſtamine, vel in ſubtegmine, vel in pelle, ſecundũ omnia, quæcumque factæ fuerint pelles in operatione; lepra ᵠ permanens eſt ipſe tactus; immũdus eſt: cõburet veſtimẽta, vel ſtamen, vel ſubtegmen in laneis, vel in lineis, aut in omni vaſe pelliceo, in quocumq. fuerit in eo tactus: quoniam lepra permanens eſt: in igni comburetur. Si autem viderit ſacerdos, & nõ diffundatur tactus in veſtimento, vel in ſtamine, vel in ſubtegmine, vel in omni vaſe pelliceo; & præcipiet ſacerdos, & lauabit, in quocumque fuerit in eo tactus: & ſegregabit ſacerdos tactum ſeptem dies ſecundo. Et aſpiciet ſacerdos, poſtquam lotũ fuerit ipſum in tactu, & ecce non commutauit tactus aſpectum, & tactus non diffunditur; immundũ eſt: in igni comburetur. ᵣ fixit ſe in veſtimento, vel in ſtamine, vel in ſubtegmine. Et ſi viderit ſacerdos, & fuerit obſcurus tactus, poſtquam ipſum lotum fuerit; diſrumpet illud a veſtimento, vel a ſtamine, vel a ſubtegmine, vel a pelle. Si autem apparuerit adhuc in veſtimento, vel in ſtamine, vel in ſubtegmine, vel in omni vaſe pelliceo; lepra eſfloreſcens eſt: in igni comburetur id, in quo eſt tactus. Et veſtimentum, vel ſtamen, vel ſubtegmen, vel omne vas pelliceũ, quod lauabitur, & abſcedet ab eo tactus; & lauabitur ſecundo: & erit mundum. Hæc eſt lex tactus lepræ veſtimenti lanei, vel ſtuppei, vel ſtaminis, vel ſubtegminis, vel omnis vaſis pellicei, vt illud mundetur, vel illud inquinetur.

α Lucida] τηλαυγὴς. *Ita libri veteres, & S. Aug. q. 41. & Iſychius lib. 4. qui etiam interpretatur, quid ſit* τηλαυγὴς. *Alij habent,* ἢ τηλαυγὴς, vel lucida: *quam lectionem agnoſcit S. Greg. Nazianz. in oratione de amore pauperum.* β Carnis.] χρωτὸς. *S. Aug. & Int. Orig. habẽt,* coloris. *Alij vertunt,* corporis. *Sed viſum eſt omnia melius reſpondere, ſi dicatur,* carnis. γ Tactus.] *S. Aug. ibid. & in locut.* 1. iam maculã tactum vocat: vnde nonnulli noſtri non tactum, ſed maculam interpretati ſunt, *&c. Poſſemus etiam ſatis apte plagã dicere.* δ Humilis.] ταπεινή. *Sch.* Aquila, & Symm. κοίλη, βαθυτέρα, cauus, profundior. *Dictio quidem* κοίλη, *habetur etiã in noſtro, & in alijs libris hoc eodẽ capite; ſicut etiam* ἐγκοιλοτέρα, *aut,* κοιλοτέρα. ε Inquinabit.] *S. Aug. q. 42.* ideſt inquinatum pronunciabit. ζ Non mutauit pilum album.] *Eſt phraſis qua ſignificatur,* non mutaſſe pilum in album. *Paulo quidẽ poſt ita dicitur,* μετέβαλεν ἡ ἁφὴ εἰς τὸ λευκόν. η Non eſt commutatus.] *Sic ſolet eſſe apud S. Aug. quod græce eſt,* οὐ μετέπεσεν. *& videtur ſignificare,* non efluxit, *ideſt, vt alij vertunt,* non creuit. θ Significatio.] σημασία. *Aquila,* ἐξανάδοσις, excreſcẽtia, puſtula. *Th.* ἐκβεβρασμα, eruptio, ſcabies. *S. Aug. interpretatur q. 44.* non eſt lepra, ſed ſignum. ι Conuerſa mutata fuerit.] *Aquila, & Symm.* ἐπιδόσει ἐπιδῷ τὸ ἐμφύσημα, procedendo proceſſerit tumor. κ Commutata.] *Ita S. Aug. q. 46. quod rurſus eſt* μετέπεσεν, *& interpretatur,* ideſt nõ ſtetit in illa ſanitate, in qua eum viderat, *&c. Aquila* ἐπέδωκεν, proceſſit. *Sym.* ὑπερέβη, ſupergreſſa eſt. *Th.* διακέχυται diffuſa eſt. *Sch* Samariticus, ἐπλατύνθη, dilatata eſt. λ Et ſegregabit.] *Compl.* οὐκ ἀφοριεῖ, *& S. Aug. q. 47.* non ſegregabit eũ *quod illi difficultatem fecit: ac tamen reſpondet vulgatæ & hebræo.* μ In tactu.] αὐτὸν ὁ ἱερεὺς τὴν ἁφὴν, *ideſt,* ſecundũ tactum, *Et ſimili locutione infra habetur* μετὰ τὸ πλυθῆναι αὐτὸ τὴν ἁφὴν, *quod vertimus,* poſtquam lotum fuerit ipſum in tactu. *Alij codices, hic partim pro,* αὐτὸν, *habent,* αὐτῆ, eius tactum, *partim neutrum habent, & ibi* αὐτῷ poſtquam lotus fuerit ei tactus. ν Carnem ſanam.] τὸν χρῶτα τὸν ὑγιῆ, *Scholion.* τὴν σάρκα τὴν ζῶσαν, carnem viuam ξ Et conuerſus fuerit.] *Sæpe in huiuſmodi locutionibus ſubintelligendum eſt,* tactus. ο Vulnus.] *Sic videtu*

tranſ-

A *transferre Int.Orig.quod est* θραῦσμα. *Schol.*Alius, διάστασις, scissura.*S.Aug.q.48.inquit.cum Moyses de lepra capitis loqueretur,eam etiam quassationem appellasse.* α Lepra.] *In quibusdam codicib. additur,* ἐξανθοῦσα, efflorescēs. ρ Immundus cū sit.] *Sic S.Aug.in locut.quamuis fateatur non potuisse exprimi in latino,quod in græco est,* ἀκάθαρτος ὢν ἀκάθαρτος ἔσται. *Int.Orig.habet tantum,*immundus erit. σ Permanens.] *Sch.*Samariticus, φιλόνεικος, obstinata.Superius autem παλαιουμένην, veterascentem ipsam dixit pro eo,quod est consenescentem corpori,& insanabilem. τ Fixit se.] *Nimirum tactus, vel lepra. Schol.*Alius, ἀραιοῦσαν, *quasi corrosione rarefacientem.*

CAP. XIV.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Hæc est lex leprosi. Quacúque die mundatus fuerit; & adducetur ad sacerdotem: & exibit sacerdos extra castra: & aspiciet sacerdos: & ecce sanatur tactus lepræ a leproso. Et præcipiet sacerdos: & sument ei, qui mundatus est, α duas auiculas viuentes mundas, & lignum cedrinum, &coccum tortum, & hyssopum. Et præcipiet sacerdos: & iugulabunt auiculam vnam in vase testaceo super aquam viuentem: & auiculā viuentem sumet illam, & lignum cedrinum, & coccum tortum, & hyssopum: & tinget ea, & auiculam viuentē in sanguine auiculæ iugulatæ super aquā viuentem: & asperget super mundatum a lepra septies: Et mundus erit. Et emittet auiculam viuentem in campum: & lauabit mundatus vestimenta sua, & radetur omnē pilum suum, & lauabitur in aqua: & mundus erit. Et posthæc ingredietur in castra, & manebit extra domū suam septem dies. Et erit die septimo, radetur omnem pilum suum, caput suum, & barbam, & supercilia, & omnem pilum suum radetur: & lauabit vestimenta: & lauabitur corpus eius aqua: & mundus erit. Et die octauo sumet duos agnos sine macula anniculos, & ouē sine macula anniculam, & tres decimas similæ in sacrificium cōspersæ in oleo, & β cotylam olei vnam. Et sistet sacerdos mundans, hominem qui mundatur, & hæc ante Dominum ad ostium tabernaculi testimonij. Et sumet sacerdos agnum vnum: & offeret eum qui delicti, & cotylā olei: & separabit ea separationem ante Dominum. Et iugulabunt agnum in loco, in quo iugulant holocaustomata, & ea, quæ pro peccato, in loco sancto. Est enim illud pro peccato, sicut illud delicti: est sacerdoti. Sancta sanctorum sunt. Et sumet sacerdos de sanguine eius, qui delicti: & imponet sacerdos super pennā auris dexteræ eius, qui mundatur, & super summitatem manus dextræ, & super summitatem pedis dextri: Et sumens sacerdos de cotyla olei, effundet super manum sacerdotis sinistram: et tinget digitum dextrum de oleo, quod est super manum suā sinistram. Et sparget digito septies ante Dominum. Residuum autem oleū, quod est in manu, imponet sacerdos super pennā auris dextræ eius, qui mundatur, & super summitatem manus dextræ, et super summitatē pedis dextri, et super locū sanguinis eius, qui delicti. Residuum autem oleū, quod in manu sacerdotis, imponet sacerdos super caput eius; qui mundatus est: et exorabit pro eo sacerdos ante Dominū. Et faciet sacerdos illud quod pro peccato, et exorabit sacerdos pro eo, qui mundatur a peccato eius. Et post hoc iugulabit sacerdos holocaustū, et offeret sacerdos holocaustum: et sacrificiū super altare ante Dominū: et exorabit pro eo sacerdos; et mundabitur. Si autē paupertate laboret, et manus eius non inueniat; sumet agnum vnum, in quod deliquit in demptionem, vt exoret pro eo, et decimā similæ conspersæ in oleo in sacrificiū, et cotylam olei vnā, et duas turtures, vel duos pullos columbarum, quæcumque inuenit manus eius

& erit vnum pro peccato,& vnũ in holocaustum:& afferet ea die octauo, vt ipse A
mundetur, ad sacerdotẽ, ad ostium tabernaculi testimonij ante Dominum. Et
sumens sacerdos agnum delicti,& cotylam olei, imponet ea impositionem ante
Dominũ: & iugulabit agnum, qui delicti: & sumet sacerdos de sanguine, qui
delicti: & imponet super pennam auris dextræ eius, qui mundatur, & super summitatem
manus dextræ,& super summitatem pedis dextri: & de oleo effundet
sacerdos in manum sacerdotis sinistram: & asperget sacerdos digito dextro de
oleo, qui in manu eius, sinistra, septies ante Dominum: & imponet sacerdos de
oleo, qui in manu eius super pennam auris dextræ eius, qui mundatur, & super
summitatem manus eius dextræ,& super summitatem pedis eius dextri, in locũ B
sanguinis, eius qui delicti. Residuum autem de oleo, quod est in manu sacerdotis,
imponet super caput mundati: & exorabit pro eo sacerdos ante Dominum.
& faciet vnam de turturibus, vel de pullis columbarum, sicut inuenit eius manus,
vnum pro peccato, & vnum in holocaustum simul cum sacrificio: & exorabit
sacerdos pro eo, qui mundatur ante Dominum. Hæc lex eius, in quo est tactus
lepræ, & non inuenit manu ad mundationem suam. Et locutus est Dominus
ad Moysem, & Aaron, dicens: cum ingressi fueritis in terram Chananæorum,
quam ego do vobis in possessione, & dabo tactum lepræ in domibus terræ
possessæ vobis; & veniet cuius est ipsius domus, & adnunciabit sacerdoti, di- C
cens, quasi tactus visus est mihi in domo; & præcipiet sacerdos vasis vacuare domum,
priusquam ingressus sacerdos videat tactum, & non fiant immunda, quæcumque
fuerint in domo: & post hæc ingredietur sacerdos ad cognoscendam
domum & aspiciet tactum: & ecce tactus in parietibus domus, cauitates viridantes,
vel rubescentes, & aspectus eorum humilior parietibus. Et egressus sacerdos
è domo ad ostium domus, & segregabit sacerdos domum septem dies:
& redibit sacerdos die septimo, & aspiciet domum: & ecce diffusus est tactus in
parietibus domus: & præcipiet sacerdos, & eruent lapides, in quibus est tactus,
& eijcient eos extra ciuitatem in locum immundum: & domum radent ab intus D
in circuitu, & effundẽt puluerem rasum extra ciuitatem in locum immundum:
& sument alios lapides rasos, & ponent pro lapidibus, & puluerẽ alium sument,
& liniẽt domum. Si autẽ redierit rursum tactus, & repullularit in domo, postquam
eruti fuerunt lapides, & postquam domus fuerit rasa, & postquam linita;
& ingredietur sacerdos, & aspiciet. Si diffusus est tactus in domo; lepra permanens
est in domo: immunda est: & destruent domum, & ligna eius, & lapides
eius, & omnem puluerem efferent extra ciuitatem in locum immundum. Et
qui ingreditur in domum omnibus diebus, quibus segregata est, immundus erit
vsque ad vesperam. Et qui dormit in domo, lauabit vestimenta sua, & immun- E
dus erit vsque ad vesperam: & qui manducat in domo; lauabit vestimenta sua,
& immundus erit vsque ad vesperam. Si autem accedens intrauerit sacerdos,
& viderit, & ecce diffusione diffusus nõ est tactus in domo, postquam linita fuit
domus; & mundabit sacerdos domum, quia sanatus est tactus: & sumet ad purificandam
domum, duas auiculas viuentes mundas, & lignum cedrinum, & coccum
tortum, & hyssopum: & iugulabit auiculam vnam in vase testaceo super aquam
viuentem; & sumet lignum cedrinum, & coccum tortum, & hyssopum, &
auiculam viuentem: & tinget ea in sanguine auiculæ iugulatæ super: & asperget

in eis

A in eis ſuper domum ſepties, & purificabit domum in ſanguine auiculæ, & in aqua viuente, & in auicula viuente, & in ligno cedrino, & in hyſſopo, et in cocco torto. Et emittet auiculam viuentem extra ciuitatem in campum: et exorabit pro domo: et munda erit. Hæc eſt lex ſecundum omnem tactum lepræ, et vlceris, et lepræ veſtimenti, et domus, et cicatricis, et ſignificationis, et [δ] ſplẽdentis, et declarandi qua die immundum, et qua die mundabitur. Hæc eſt lex lepræ.

[α] Duas auiculas.] *Int. Orig. interpretatur duas gallinas. græce eſt,* δύο ὀρνίθια. [β] Cotylam.] *S. Aug. in locut. habet,* heminam. *Alij vertunt,* ſextarium. [γ] Poſſeſsione.] *Alij codd. habent,* ἐν κλήρῳ, in ſorte.
B [δ] Splendentis] αὐγάζοντος. *Compl.* αὐγάσματος, ſplẽdoris.

CAP. XV.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſem & Aaron, dicens: Loquere filijs Iſrael et dices eis: Viro, viro, cuicumque fuerit fluor ex corpore eius; fluor eius immundus eſt; et hæc eſt lex immunditiæ eius. Fluens genituram e corpore ſuo ex fluore, quo conſtitit corpus eius; per fluorem hæc immunditia eius in eo: [α] omnes dies fluxionis corporis eius, qua conſtitit corpus eius, per fluxio
C nem, immunditia eius eſt. Omnis lectus, ſuper quem dormierit ſuper eũ, qui fluorem ſeminis patitur, immundus eſt, & omne vas, ſuper quod ſederit ſuper illud, qui fluorem ſeminis patitur, immundum erit: & homo quicumque tetigerit lectum eius, lauabit veſtimenta ſua, et lauabitur aqua, et immundus erit vſque ad veſperam. Et qui ſedet ſuper vas, ſuper quod ſederit, qui fluorem ſeminis patitur; lauabit veſtimenta ſua, et lauabitur aqua, et immundus erit vſque ad veſperam: et qui tangit carnem eius, qui fluorem ſeminis patitur, lauabit veſtimenta, et lauabitur aqua, et immundus erit vſque ad veſperam. Si autem ſpuerit is, qui fluorem ſeminis patitur, ſuper mundum; lauabit veſtimenta ſua, et la-
D uabitur aqua, et immundus erit vſque ad veſperam. Et omne [β] ſtramen aſini, in quodcumque aſcenderit ſuper illud, qui fluorem ſeminis patitur, immũdum erit vſque in veſperam: et omnis tangens, quæcumque fuerint ſub eo, immundus erit vſque in veſperam: et qui tollit ea; lauabit veſtimenta ſua, et lauabitur aqua, et immundus erit vſque in veſperã: et quæcumq. tetigerit, qui fluorem ſeminis patitur, et manus non lauit aqua; lauabit veſtimenta, et lauabit corpus aqua, et immundus erit vſque in veſperam: et vas teſtaceum, quodcumque tetigerit, qui fluorem ſeminis patitur, conteretur: et vas ligneum lauabitur aqua, et mundum erit. Si autem mundatus fuerit is, qui fluorem ſeminis patitur, a flu-
E xu ſuo; et enumerabit ſibi ſeptem dies ad purificationem ſuam, et lauabit veſtimenta ſua, & [γ] lauabit corpus aqua, & mundus erit. Et die octauo ſumet ſibi duos turtures, vel duos pullos columbarum, & feret ea ante Dominum ad ianuas tabernaculi teſtimonij, & dabit ea ſacerdoti. Et faciet ea ſacerdos, vnum pro peccato, & vnum in holocauſtum: & exorabit pro eo ſacerdos ante Dominum a fluxu eius. Et homo, cuicumque exierit ex eo concubitus ſeminis; & lauabit aqua omne corpus ſuum, & immundus erit vſque in veſperam: & omnis veſtis, & omnis pellis, ſuper quam fuerit ſuper eam concubitus ſeminis; et lauabitur aqua, et immunda erit vſque in veſperam. Et mulier, ſi cubuerit vir cum

ea con-

ea concubitum ſeminis; & lauabuntur aqua, & immundi erunt vſque in veſperã. A
Et mulier quæcumque fuerit fluens ſanguine, & erit fluxus eius in corpore eius; ſeptem dies erit in purgatione ſua. Omnis tangens eam erit immundus vſque in veſperam: & omne, ſuper quodcumque cubuerit ſuper illud in purgatione ſua, immundũ erit: & omne, ſuper quodcumque ſederit ſuper illud, immundum erit. Et omnis quicumque tetigerit lectum eius; lauabit veſtimenta ſua, & lauabit corpus ſuum aqua, & immundus erit vſque in veſperam. Et omnis tangens omne vas, in quo ſederit ſuper illud, lauabit veſtimenta ſua, & lauabitur aqua, & immundus erit vſque in veſperam. Si autem dum ea in lecto eſt vel in vaſe, in quo ſederit ſuper illud tangente eo illam; immundus erit vſque in veſperam. B
Si autem cubitu cubuerit quis cum ea, & facta fuerit immunditia eius ſuper ipſum; immũdus erit ſeptem dies. Et mulier, ſi fluat fluxu ſanguinis plures dies, non in tempore purgationis ſuæ, ſi etiam fluat poſt purgationem ſuam; omnes dies fluoris immunditiæ eius, ſicut dies purgationis eius, erit immũda. Et omnis lectus, ſuper quem cubuerit ſuper illum omnes dies fluoris, ſecundum lectum purgationis erit ei. Et omne vas, ſuper quod ſederit ſuper illud, immundum erit ſecundum immunditiam purgationis. Omnis tangens eam immundus erit, & lauabit veſtimenta, & lauabit corpus aqua, & immundus erit vſque in veſperam. Si autem mundata fuerit a fluore; & enumerabit ſibi ſeptem dies C
& poſt hæc mũdabitur. Et die octauo ſumet hæc duos turtures, vel duos pullos columbarum, & feret ea ad ſacerdotem ad oſtium tabernaculi teſtimonij. Et faciet ſacerdos vnum pro peccato, & vnum in holocauſtum: & exorabit pro ea ſacerdos ante Dominum a fluore immunditiæ eius. Et abſtinentes facietis filios Iſrael ab immunditijs ſuis: & non morientur propter immunditiam ſuam, in eo, quod ipſi inquinent tabernaculum meum, quod in eis. Hæc eſt lex eius, qui patitur fluorem ſeminis; & ſi cui exeat ex eo concubitus ſeminis, vt inquinetur in eo, & ei quæ patitur fluorem ſanguinis in purgatione ſua, δ & qui patitur fluxum ſeminis, in fluxu ſuo, maſculo, vel fœmina, & viro, quicumque dormierit cum meſtruata. D

α Omnes dies] *Hæc vſque ad,* omnis lectus, *abſunt a Compl. vt a vulgata. Ac ſane apparet in his verbis coaceruatio quædam. S Aug. in locut. hæc tantum refert.* Viro, viro, cuicumque fuerit fluor, & homo, cuicumque exierit ex eo concubitus ſeminis, & omne, ſuper quodcumque dormit ſuper illud, & omne, ſuper quod ſederit ſuper illud, immundum erit. *Legendus accurate Iſychius.* β Stramen aſini.] ἐπίσαγμα ὄνου. *Ita libri veteres. A quibuſdam abeſt vox* ὄνου, *quam tamen eſſe lxx. interpretũ teſtatur* Iſychius. γ Et lauabit corpus aqua.] *Alij codices habent,* τὸ σῶμα αὐτοῦ ὕδατι ζῶντι, corpus ſuũ aqua viua. δ Et qui patitur fluxum ſeminis in fluxu ſuo.] καὶ ὁ γονοῤῥυὴς ἐν τῇ ῥύσει αὐτοῦ. *In aliqua editione eſt*, ἐγονοῤῥύησεν, & ei, qui effudit ſemen. E

CAP. XVI.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſem, poſtquam defuncti erãt duo filij Aaron, dum ipſi offerrent ignem alienum ante Dominum, & defuncti ſunt. Et dixit Dominus ad Moyſem: Loquere ad Aaron fratrem tuum: & non intret omni hora in ſanctum interius velamine ad faciem propitiatorij, quod eſt ſuper arcam teſtimonij, & non morietur. In nube enim videbor ſuper propitiatorium. Sic intrabit Aaron in ſanctum, in vitulo ex bobus pro peccato &

arietem

A * arietem in holocaustum; & tunicam lineam sanctificatam induet: & femorale [β] lineum erit super corpus eius, & zona linea cingetur, & cidarim lineam circumponet: vestimenta sancta sunt: & lauabit aqua omne corpus suum, & induet ea. Et a synagoga filiorum Israel accipiet duos hircos ex capris pro peccato, & arietem vnum in holocaustum. Et offeret Aaron vitulum, qui pro peccato suo, & exorabit pro se & domo sua. Et sumet duos illos hircos, & statuet eos ante Dominum apud ostium tabernaculi testimonij, & imponet Aaron super duos hircos sortes, sortem vnam Domino, & sortem vnam [γ] emissario. Et adducet Aaron hircum, super quem superuenit super eum sors Domino, & offeret pro B peccato: & hircum super quem superuenit super eum sors emissarij, statuet eum viuentem ante Dominum, ad exorandum super eum, vt emittat eum in emissionē & dimittet eum in desertum. Et adducet Aaron vitulū qui pro peccato suo, & exorabit pro seipso, & domo: & iugulabit vitulum pro peccato suo: & sumet thuribulum plenum carbonum ignis de altari, quod est coram Domino: & implebit manus incenso compositionis subtilis, & inferet intra velum: & imponet incensum super ignem ante Dominum: & operiet vapor incensi propitiatorium, quod est super testimonia: & non morietur. Et sumet de sanguine vituli, & asperget digito super propitiatorium ad orientem: ad faciem propitiatorij C asperget septies de sanguine digito: & iugulabit hircum, qui pro peccato, cum qui pro populo, ante Dominum, & inferet de sanguine eius intra velum, & faciet sanguinem eius, quemadmodum fecit sanguinem vituli: & asperget sanguinem eius super propitiatorium, secundū faciem propitiatorij: & exorabit [δ] sanctum ab immunditijs filiorum Israel, & ab iniustitijs eorum pro omnibus peccatis eorum. Et sic faciet tabernaculo testimonij, quod creatum est in eis in medio immunditiæ eorum. Et omnis homo non erit in tabernaculo testimonij, ingrediente eo ad exorandum in sancto, donec exierit. Et exorabit pro seipso, & domo sua, & pro omni synagoga filiorum Israel. Et egredietur ad altare, quod D est ante Dominum, & exorabit super illud, & sumet de sanguine vituli, & de sanguine hirci, & imponet super cornua altaris in circuitu. Et asperget super illud de sanguine septies digito, & mūdabit illud, & sanctificabit illud ab immūditijs filiorum Israel. Et perficiet exorans sanctum, & tabernaculum testimonij & altare: & pro sacerdotibus mundabit. Et adducet hircum illum viuentem; & imponet Aaron manus suas super caput hirci viuentis & confitebitur super eo omnes iniquitates filiorum Israel, & omnes iniustitias eorum: & imponet eas super caput hirci viuentis: & emittet in manu hominis parati in eremum. Et tollet hircus super seipsum iniustitias eorum in terram inuiam. Et emittet hircum in E eremum. Et egredietur Aaron in tabernaculum testimonij, & exuet stolam lineam quam induerat, ingrediente eo in sanctum: & deponet eam ibi: & lauabit corpus suum aqua in loco sancto, & induet stolam suam: & exiens faciet holocaustum suum, & holocarpoma populi: & exorabit pro se, & pro domo sua, & pro populo, sicut pro sacerdotibus: & adipem qui pro peccatis, offeret super altare. Et qui emittit hircum segregatum in dimissionem; lauabit vestimenta, & lauabit corpus suum aqua, & post hæc ingredietur in castra. Et vitulum qui pro peccato, & hircum qui pro peccato, quorum sanguis illatus est ad exorandum in sancto, efferent ea extra castra, & comburent ea in igni, & pelles

eorum

eorum, & carnes eorum, & fimum eorum. Qui autē combusserit ea; lauabit ve- A
stimenta, & lauabit corpus suum aqua; & post hæc ingredietur in castra. Et erit hoc vobis legitimum sempiternum in mense septimo, in decima mensis. Humiliabitis animas vestras, & omne opus non facietis indigena, & proselytus, qui appositus est in vobis. In hac enim die exorabit pro vobis ad mundandum vos ab omnibus peccatis vestris ante Dominum, & mundabimini. Sabbata sabbatorum, ε requies hæc erit vobis; & humiliabitis animas vestras legitimum sempiternum. Exorabit sacerdos, quem vnxerint eum, & quem consummauerint manus eius ad fungendum sacerdotio post patrem eius: & induet stolam lineam, stolam sanctam: et exorabit sanctum sancti, et tabernaculum testimonij, et alta- B
re exorabit, et pro sacerdotibus, et pro omni synagoga exorabit. Et erit hoc vobis legitimum sempiternum ad exorandum pro filijs Israel ab omnibus pecatis eorum: semel in anno fiet, sicut præcepit Dominus Moysi.

α Et arietem] καὶ κριόν, *vt subintelligatur*, adducens. *Alij codices habent*, κριῷ, ariete. β Lineum.] *Sch.* τὸ λινοῦν, καὶ λινῆν ζώνην ἄλλος φησὶ διπλοῦν, καὶ διπλῆν. lineum, & lineam stolam alius inquit duplex, & duplicem. γ Emissario.] *Sic B. August. Int. Orig. retinuit vocabulum græcum Apopompæi.* Aquila, κλῆρος εἷς, κεκρατημένος καὶ εἷς ἀπερχόμενος. sors vna, retentus, vna, abscendens. *Isychius autem in hunc locum hæc habet*, cuius autem rei gratia non immolatur, qui ad confirmatū deputatus est, sicut Aquila edidit? Quis autem sit confirmatus, siue fortis, *&c. vt* κεκρατημένον *videatur accepisse, hircum, qui viuus relinquitur. Theodoretus q. 22. citans illa verba inferius posita*, & tollet hircus super seipsum, *&c. addit, Symm. ipsum apopompæum interpretatum esse*, εἰς τράγον ἀπερχόμενον ὥστε ἀποπέμπειν αὐτὸν εἰς τὴν ἀποπομπήν, in hircum abscedentem, ad emittendum eum in emissionem: *Aquilam vero*, εἰς τράγον ἀπολυόμενον εἰς τὴν ἔρημον, in hircum qui soluitur in deserto. *In Scholio etiam Apollinaris refertur ex Symm.* τράγον ἀπερχόμενον. δ Et exorabit sanctum.] *B. Aug. q. 53. habet*, & exorabit pro sanctis, *testatur tamen in codice Græco, qui emendatior videbatur, se legisse*, τὸ ἅγιον. *quomodo autem exoretur, ac propicietur sanctum, disputat in ea, ac duab. sequentib. quæstionibus ac quæst. quidē 55. inquit*, An potius, exorabit, dictum est, exorando purgabit. ε Requies] *Abest hæc dictio a Compl. & videtur esse ex alia interpretatione: habet tamen fortasse Theodoretus. Isychius in cap. 19.* Sicut vno existēte speciali sabbato, septima videlicet die, omne aliud legitimum ocium sabbatum appellatur, sic cum generalis, *&c.* C

CAP. XVII.

D

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicēs: Loquere ad Aaron, et ad filios eius, et ad omnes filios Israel, et dices ad eos. Hoc est verbum, quod mandauit Dominus dicens. Homo, homo filiorum Israel, α vel proselytorum, qui appositi sunt in vobis, quicumque iugulauerit vitulum, aut ouem, aut capram in castris, et quicumque iugulauerit extra castra, et ad ostium tabernaculi testimonij non attulerit, vt faciat illud in holocaustū vel salutare Domino, acceptum in odorem suauitatis, Et quicumque iugulauerit extra, et ad ostium tabernaculi testimonij nō attulerit illud, vt offerat munus Domino ante tabernaculum Domini; et imputabitur homini illi sanguis: sanguinem effudit, dispergetur anima illa ex populo suo. Vt offerāt filij Israel sacrificia sua, quæcumq. ip- E
si iugulauerint in campis: et ferent Domino ad ostia tabernaculi testimonij ad sacerdotē, et sacrificabunt sacrificium salutaris Domino ea; et effundet sacerdos sanguinem super altare in circuitu ante Dominū apud ianuas tabernaculi testimonij, et offeret adipem in odorē suauitatis Domino. Et non sacrificabunt amplius sacrificia sua vanis, quibus exfornicātur post eos. Legitimum sempiternum erit vobis in progenies vestras. Et dices ad eos: Homo, homo filiorum Israel, vel de filijs proselytorum, qui appositi sunt in vobis, quicumque fecerit ho-

locaustum

A locaustum vel sacrificium, et ad ostium tabernaculi testimonij non attulerit, vt faciat illud Domino; disperdetur homo ille de populo suo. Et homo, homo filiorum Israel, aut de proselytis, qui appositi sunt in vobis, quicumq. ederit omnem sanguinẽ; et statuam faciem meam super animã, quæ manducat sanguinẽ, et perdam illam de populo suo: anima enim omnis carnis, sanguis eius est. Et ego dedi illud vobis ad altare ad exorãdum pro animabus vestris: sanguis enim eius pro anima exorabit. Propterea dixi filijs Israel: omnis anima ex vobis non edet sanguinem: et proselytus qui appositus est in vobis, non edet sanguinem. Et homo homo filiorum Israel, vel proselytorum, qui appositi sunt in vobis, qui-B cumque venatus fuerit venationem, bestiam vel volatile, quod comedet; et effundet sanguinem, et operiet eum terra. Anima enim omnis carnis sanguis eius est. Et dixi filijs Israel. Sanguinẽ omnis carnis non manducabitis; quoniam anima omnis carnis sanguis eius est: omnis qui comedit illum, exterminabitur. Et omnis anima quæcumque comedet morticinum, vel a fera captum in indigenis vel in proselytis; lauabit vestimenta sua, et lauabitur aqua, & immundus erit vsque in vesperam, et mundus erit. Si autem non absterserit vestimenta, et corpus non lauerit aqua; et accipiet iniquitatem suam.

C ᵃ Vel proselytorum, qui appositi sunt in nobis.] *Hæc verba absunt ab aliquot exemplaribus.*

CAP. XVIII.

ET ait Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos. Ego Dominus Deus uester. Secundum instituta Ægypti, in qua ᵃ habitastis in ea, non facietis: & secundum instituta terræ Chanaan, in quam ego induco uos illuc, non facietis, & in legitimis eorũ non ambulabitis. Iudicia mea facietis, & præcepta mea custodietis, & ambulabitis in eis. Ego Do-D minus Deus vester. Et custodietis omnia præcepta mea, & omnia iudicia mea, & facietis ea: ᵇ quæ si fecerit ea homo, viuet in eis. Ego Dominus Deus vester. Homo, homo ad omnia domestica carnis suæ non ingredietur ad reuelandã turpitudinem. Ego Dominus. Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non reuelabis: ᵞ mater enim tua est: non reuelabis turpitudinem eius. Turpitudinẽ vxoris patris tui non reuelabis: turpitudo patris tui est. Turpitudinẽ sororis tuæ ex patre tuo, aut ex matre tua, quæ domi nata est, vel quæ foris nata est, nõ reuelabis turpitudinẽ earum. Turpitudinem filiæ filij tui, vel filiæ filiæ tuæ non reuelabis turpitudinem earum; quoniã turpitudo tua est. Turpitudi-E nem filiæ vxoris patris tui non reuelabis: ex eodem patre soror tua est: non reuelabis turpitudinem eius. Turpitudinem sororis patris tui non reuelabis: domestica enim patris tui est. Turpitudinem fratris patris tui non reuelabis: & ad vxorem eius non introibis: cognata enim tua est. Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis: vxor enim filij tui est: non reuelabis turpitudinem eius. Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis: turpitudo fratris tui est: turpitudinem uxoris, & filiæ eius non reuelabis: filiam filii eius, & filiam filiæ eius non accipies ad reuelandũ turpitudinem earum: domesticæ enim tuæ sunt, impium factum est, ᵟ uxorem super sororem eius non accipies pellicem ad reuelandam turpitudinem

nem

nem eius ſuper eã, adhuc uiuente ea. Et ad mulierem in ſegregatione immundiciæ eius non accedes reuelare turpitudinẽ eius. Et ad uxorem proximi tui non dabis concubitum ſeminis tui, inquinari ad eam. Et a ſemine tuo non dabis ſeruire ᵋ principi:& non prophanabis nomen ſanctum. Ego Dominus: Et cum maſculo non cubabis concubitum muliebrẽ: ζ abominatio enim eſt:& ad omne quadrupes non dabis concubitum tuum in ſeminationem, vt inquineris ad illud:& mulier non ſtabit ad omne quadrupes, vt inſcendatur. Sceleſtum enim eſt. Ne inquinemini in omnibus his. In omnibus enim his inquinatæ ſunt gentes, quas ego emitto a facie veſtra:& inquinata eſt terra: & retribui iniuſtitiam ipſis propter eam:& exhorruit terra eos, qui inſident ſuper eam. Et cuſtodietis omnia legitima mea, & omnia præcepta mea, & non facietis de omnibus abominationibus his, indigena, & additus proſelytus in vobis. Omnes enim abominationes has fecerunt homines terræ, qui erant ante vos: & inquinata eſt terra:& vt non exhorreſcat vos terra, dum vos illam inquinatis, quemadmodum exhorruit gentes, quæ ante vos; quoniam omnis, quicumque fecerit de omnibus abominationibus his, exterminabuntur animæ, quæ faciunt, de populo ſuo. Et cuſtodietis præcepta mea, vt non faciatis de omnibus legitimis abominatis, quæ facta ſunt ante vos:& non inquinabimini in eis; quoniam ego Dominus Deus veſter.

α Habitaſtis.] κατῳκήσατε. *Ita LL.VV.& Clemẽs Alex.l.2.ſtromatum.in aliquot codd.eſt,* παρῳκήσατε, incoluiſtis. β Quæ ſi fecerit.] ἃ ποιήσας αὐτά. *Clemens Alex. habet,* ὁ ποιήσας αὐτά, qui fecerit ea. *Et ſic legitur in quibuſdam codd.* γ Mater enim tua eſt.] *S.Aug.q.58.videtur legiſse,* turpitudo enim eorum eſt. *& notat in matre eſſe utriuſq. turpitudinem, in nouercá tantum patris.* δ Vxorem ſuper ſororem.] γυναῖκα ἐπ' ἀδελφῇ αὐτῆς οὐ λήψῃ ἀντίζηλον. *D. Aug. q. 63. ſic habet,* ſuper vxorem ſororem eius non accipies in zelum. ε Principi.] ἄρχοντι, *Theodoretus q.25.* hebraicum habet Moloch, & ceteri interpretes ſic poſuerunt. *B. etiam Aug.q.66. interpretatur,* principi, qui pro Deo colitur. ζ Abominatio.] *Teſtatur Iſychius Symmacum uertiſse,* ineffabile, *Aquilam,* infectum. η Exhorruit.] *Sic S.Aug.in locut.Queſt.autem 57.*exhorrebit. *Græce eſt,* προσώχθισε. *Theodotio,* ἀπέβαλεν, abiecit. *Aquila,* ἐξῆρε. *ſuſtulit Symm* ἐξήμεσεν, euomuit.

CAP. XIX.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Loquere ſynagogæ filiorũ Iſrael, & dices ad eos: Eſtote ſancti; quia ſanctus ego Dominus Deus veſter. Vnuſquiſque patrem ſuum, & matrem ſuam timeat. Et ſabbata mea cuſtodietis: Ego Dominus Deus veſter. Non ſequimini Idola, & Deos fuſiles non facietis vobis: Ego Dominus Deus veſter. Et, ſi ſacrificetis ſacrificium ſalutaris Domino; ᵃ acceptum veſtrum ſacrificabitis. Qua vtique die ſacrificabitis; comedetur, & craſtina. Et ſi reſiduum fuerit vſque in diem tertiam; in igni cõburetur. Si autem manducatione manducatum fuerit die tertia; in ſacrificabile eſt: non acceptabitur. Qui autem manducat illud; peccatum accipiet: quoniam ſancta Domini prophanauit: & diſperdentur animæ, quæ comederint, de populo ſuo. Et permetentibus vobis meſſem terræ veſtræ, non perficietis meſſem veſtram agri tui per metere: & quæ de meſsione tua deciderint, non colliges:& vineam tuam non reuindemiabis: neque grana vineæ tuæ colliges: mendico, & proſelyto derelinques ea: Ego ſum Dominus Deus veſter. Non furtum facietis: non mentiemini: neque calumniam faciet vnuſquiſque pro-

A proximo suo. Non iurabitis nomine meo super iniusto: & non prophanabitis nomen sanctum Dei vestri: Ego sum Dominus Deus vester. Non nocebis proximo, & non rapies. Non dormiet merces mercenarij tui vsque mane. Non maledices surdum: & ante cæcum non appones scandalum. Et timebis Dominum Deum tuum: Ego sum Dominus Deus vester. Non facietis iniustum in iudicio: non sumes faciem mendici: γ neque admiraberis faciem potentis. In iustitia iudicabis proximum tuum: non ambulabis dolo in gente tua: non δ instabis in sanguinem proximi tui: ego sum Dominus Deus vester. Non odio B habebis fratrem tuum animo tuo: arguendo argues proximum tuum: & non accipies propter istum, peccatum. Et non ε vindicabitur manus tua: & non irasceris filijs populi tui. Et diliges proximum sicut teipsum. Ego sum Dominus: legem meam custodietis. Pecora tua non dabis in admissuram animali diuersi generis. Et vineam tuã non seminabis ζ differentem. Et vestimentũ ex duobus textum adulteratum non inijcies tibi ipsi. Et si quis cubuerit cũ muliere cubitum seminis, & hæc fuerit famula reseruata homini, & hæc redemptionibus redempta non est, libertas ei data non est; animaduersio erit eis: non morientur: quia in libertatem vindicata non est. Et adducet delicti sui Domino C apud ostium tabernaculi testimonij arietem delicti. Et exorabit pro eo sacerdos in ariete delicti ante Dominum pro peccato, quod peccauit: & remittetur ei peccatum, quod peccauit. Quando autem ingressi fueritis in terram, quam Dominus Deus vester dat vobis, & plantaueritis omne lignum η manducabile; & θ circummundabitis immunditiam eius. Fructus eius tres annos erit vobis immundus: non comedetur. Et anno quarto erit omnis fructus eius sanctus laudabilis Domino. In anno autem quinto comedetis fructum: adiectio est vobis genimina eius. Ego sum Dominus Deus vester. ι Non edetis super mõtes, & non augurabimini, neque auspicabimini. Non facietis κ sisoem ex coma D capitis vestri: neque corrumpetis λ aspectum barbæ vestræ. Et incisiones non facietis super μ animam in corpore vestro: Et ν litteras impressas non facietis in vobis. Ego sum Dominus Deus vester. Non prophanabis filiã tuam prostituẽdo eam, & non fornicabitur terra, & terra implebitur ξ iniquitate. Sabbata mea custodietis: & a sanctis meis timebitis. Ego sum Dominus. Non sequimini ο ventriloquos, & incantatoribus non adhærebitis, vt inquinemini in eis. Ego sum Dominus Deus vester. A facie cani exurges: & honorabis faciem senioris. Et timebis Deum tuum: Ego sum Dominus Deus vester. Si quis autem aduenerit vobis aduena in terra vestra; non affligetis eum: tanquam indigena erit in E vobis proselytus accedens ad vos: & diliges eum sicut teipsum: quoniam proselyti fuistis in terra Ægypto. Ego sum Dominus Deus vester. Non facietis iniustum in iudicio, in mensuris, & in ponderibus, & in stateris. Stateræ iustæ & pondera iusta, & congius iustus erit in vobis. Ego sum Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti: & custodietis omnem legem meam, & omnia præcepta mea, & facietis ea. Ego sum Dominus Deus vester.

α Acceptum veſtrum.] δεκτὰ ὑμῶν. *Iſychius lib.6.ex lxx.* accepta veſtra. *& videtur ſignificare,* quod vobis placet, quod voluntas veſtra fert, *aut, vt putat Iſychius,* illud in quo veſtra conſcientia vos non reprehendit. β Inſacrificabile.] ἄθυτον. *Aquila,* ἀπόβλητον, abijciendum. γ Neq. admiraberis.] *Schol.* Alius inquit, οὐ δοξάσεις πρόσωπον μεγάλου, non glorificabis faciem magni. δ Inſtabis.] ἐπιστήσῃ, *& reſpondet hebræo In alijs codicibus eſt,* ἐπισυστήσῃ, coniurabis. ε Vindicabitur.] *De hoc loco diſputat S. Aug. q. 70.* ζ Differentem.] διάφορον, diuerſam, ac variam. *In aliqua editione eſt,* δίφορον, biferam. η Manducabile.] βρώσιμον. *Philo in libro de plantatione habet,* βρώσεως, cibi, *quod reſpondet hebræo.* θ Circumnundabitis.] περικαθαριεῖτε. *Schol. ceteri inquiunt,* ἀκροβυστεῖτε, *(fortaſſe legendum,* ἀκροβυστιεῖτε*) quod in vulgata eſt,* auferetis præputia. ι Super montes.] *Iſychius,* Comedere enim ſuper montes, quod lxx. in initio præſentis legis poſuerunt pro eo, quod noſtra editio habet, non comedetis cum ſanguine, propter eos, qui idolorum feſtiuitatibus cõſueti ſunt, prohibuit, *&c. Sch.* Alius, οὐ φάγεσθε ἐπὶ τοῦ δώματος, non comedetis ſuper tecto. *ſed fortaſſe legendum,* ἐπὶ τοῦ αἵματος, ſuper ſanguinem. κ Siſoem.] *Theodotio.* οὐ κυκλώσετε τὸ φαὰθ τῆς κεφαλῆς, non circumdabitis *(aut,* rotundabitis) Phaath. *(hoc verbum hebræum alij vertunt angulum, alij comam)* capitis. Aquila, οὐ περικυκλώσεις τὸ κλίμα τῆς κεφαλῆς σου, non rotundabis regionem capitis tui. Alius Interpres, οὐ περιξυρήσετε κύκλῳ τὴν πρόσοψιν τῆς κεφαλῆς ὑμῶν. *Hunc vero eſſe Symmachum oſtendit Iſychius his verbis.* Inſuper nec comam in rotundum tondere, ideſt non radere in rotundum aſpectum capitis, ſicut & Symmachus edidit: quemadmodum etiam hi facere conſueuerunt, qui barbaricas ſtudent comas. Propter quod, hoc lxx. σισόην forſitan propter magnitudinem cõcurſorum capillorum appellauerunt. *Idem paulo poſt.* Sed nec cincinnos nutrire in honorem dæmonum capillis alijs fortiores, & hoc vouere: ſtudent enim hoc pagani, caput puerorum offerre dæmonibus. *S. Cyprianus lib.3. ad Quirinum,* non facietis cirrum ex coma capitis veſtri. *Theodoretus quæſt.28. (quamuis multa in latino impreſſo deſint:) de hac ipſa dictione* σισόη. Alij autem dixerunt, demptionem capillorum in circuitu capitis: alij autem ex eius capillis plexum, quem græci κρώβυλον vocant, Saturnium hoc anathema, & deuocamentum ſtudioſe curantes: Quidam σισόην interpretati ſunt capillos de induſtria criſpos factos. Ego vero aliud puto lege prohiberi. Conſueuerunt græci non attondere puerorum comas, *(al.* extremitates) ſed ſinere promitti capillos, & hos poſt tempus offerre anathema dæmonibus. *Simile quiddam habetur in Scholio.* σισόη ἐστὶν ὁ κρώβυλος· πλέγμα δέ ἐστι τοῦτο, ὅπερ ἕλληνες ἐπλέκοντο ὡς κρονικὸν ἀνάθεμα, καὶ μᾶλλον σαρακηνοὶ μέχρι νῦν τοῦτο ποιοῦσι. Siſoe eſt cincinnus: plexus autem eſt hic, quem græci complicabant, tanquem Saturnium anathema: & præcipue Saraceni hucuſque hoc faciunt. λ Aſpectum.] ὄψιν. *S. Cyprianus in lib. de lapſis. & lib.3. ad Quirinum,* Non corrumpetis effigiem barbæ veſtræ. *Iſychius lib.6.* Non oportet, ſicut prædiximus, barbam radere, vel ſecundum lxx. corrumpere faciem barbæ. μ Super animam.] *S. Aug. quæſt.71.* Super animam dixit, ſuper funus mortui. *Iſychius,* nec inciſuras in corpore ſibi facere eos, qui flent ſupra mortuos: etiam hoc enim pagani facere conſueuerunt, *&c. Qua de re Theodoretus etiam ibidem.* ν Litteras impreſſas.] γράμματα στικτά. *Iſychius,* Prohibet etiam ſtigmata fieri in corpore, *&c. Theodoretus de hac græcorum funebri conſuetudine,* & aliquas vero corporis partes acubus pungebant. ξ Iniquitate.] *Iſychius,* vel ſicut lxx. adulterio. ο Ventriloquos.] *Sic etiam S. Auguſtinus quæſt. 77. quod græce eſt,* ἐγγαστριμύθοις. *Scholion.* Alius inquit. μὴ ἐπικλίνητε πρὸς τοὺς θελητάς, καὶ τοὺς γνώστας, ne declinetis ad Theletas, & Gnoſtas. *de quibus alio loco dicetur. Theodoretus* Quidam a dæmonibus quibuſdam agitati multos ex dementibus decipiebant, perinde ac prædicerẽt, quos ἐντερομάντεις, græci appellant, quippe quod ab intus videatur dæmon loqui. *Iſychius ex lxx.* Non ſequimini ventriloquos, & veneficis non adiungamini.

CAP. XX.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſem dicens: Et filijs Iſrael loqueris. Si quis de filijs Iſrael, vel de ijs qui facti ſunt proſelyti, quicumque dederit de ſemine ſuo * principi; morte moriatur: gens quæ ſuper terram, lapidabunt eum in lapidibus. Et ego ſtatuam faciem meam ſuper hominem illum: & perdam eum de populo eius: quia de ſemine ſuo dedit principi, vt inquinaret ſancta mea, & prophanaret nomen ſanctificatorum mihi. Si autem β deſpectione deſpexerint indigenæ terræ oculis ſuis ab homine illo, dum ille daret de ſemine ſuo principi, vt non occidant ipſum; & ſtatuam faciem meam ſuper hominem illum, & cognationem eius: & perdam eum, & omnes conſentientes ei, vt fornicaretur γ ipſe in principes, de populo ſuo. Et anima quæcumque ſecuta fuerit ventriloquos, aut incantatores, vt fornicetur poſt eos; ſtatuam faciem meam ſuper animam illam: & perdam eam de populo eius.

A eius.[ι] Et eritis sancti, quia sanctus ego Dominus Deus vester. Et custo dietis præcepta mea, & facietis ea. Ego Dominus qui sanctifico vos. Homo, homo, quicumque [δ] maledixerit patrem suum, vel matrem suam, morte moriatur: patrem suum, vel matrem suam maledixit? reus erit. Homo quicumque adulterauerit vxorem viri, aut quicumque adulterauerit vxorem proximi; morte moriatur quæ adulterat, & qui adulteratur. Et si quis dormierit cum vxore patris sui; turpitudinem patris sui reuelauit: morte moriantur: vtrique rei sunt. Et si quis dormierit cum nuru sua, morte moriantur vtrique: im-

B pie enim egerunt: rei sunt. Et quicumque cubuerit cum masculo cubitum mulieris; abominationem fecerunt vtrique: morte moriantur: rei sunt. Quicumque acceperit mulierem, & matrem eius; iniquitas est: in igni comburent eum & eas: & non erit iniquitas in vobis. Et quicumque dederit concubitum suum in quadrupede; morte moriatur: & quadrupedem occidetis. Et mulier quæcumque accesserit ad omne pecus, ascendi ab eo; interficietis mulierem, & pecus: morte moriantur: rei sunt. Quicumque acceperit sororem suam ex patre suo, aut ex matre sua, & viderit turpitudinem eius, & ipsa viderit turpitudinem illius; improperium est: exterminabuntur in conspectu filiorum [ε] generis eo-

C rum: turpitudinem sororis suæ reuelauit: [ζ] peccatum accipient. Et vir quicũque dormierit cum muliere menstruata, & reuelauerit turpitudinem eius; fontẽ eius reuelauit, & ipsa reuelauit fluxum sanguinis sui: exterminabũtur vtrique de progenie ipsorum. Et turpitudinem sororis patris tui, & sororis matris tuæ non reuelabis: consanguinitatem enim reuelauit: peccatum reportabunt. Quicumque dormierit cum [η] cognata sua; turpitudinem cognationis suæ reuelauit; sine filijs morientur. Quicumque acceperit vxorem fratris sui; immunditia est: turpitudinem fratris sui reuelauit: sine filijs [θ] morientur. Et custodite omnia præcepta mea, & iudicia mea: & facietis ea: [ι] & non exhorrescet vos

D terra; in quam ego introduco vos illuc ad habitandum super eam. Et non ambulate legitimis gentium, quos expello a vobis: quoniam hæc omnia fecerunt, & abominatus sum eos. Et dixi vobis: vos hæreditabitis terram eorum: & ego dabo vobis eã in possessione, terram fluentẽ lac & mel. Ego Dominus Deus vester, qui distinxi vos ab omnibus gentibus. Et segregabitis vosmetipsos inter mediũ pecorum mundorũ, & inter medium pecorum immundorũ, & inter mediũ volucrum mundarũ & immundarũ. Et non execrabiles facietis animas vestras in pecoribus & in volucribus & in omnibus reptilibus terræ, quæ ego segregaui vobis in immunditiam. Et eritis mihi sancti: quia ego sanctus sum Domi

E nus Deus vester: qui segregaui vos ex omnibus gentibus, vt sitis mihi. Et vir aut mulier, quicumque eorum fuerit ventriloquus, aut incantator; morte moriantur ambo: lapidibus lapidabitis eos: rei sunt.

α Principi.] *Isychius*, Olim ergo prohibens de semine suo Moloch, siue secundum lxx. principi dari. Erat autem hoc idoli cuiusdam, vel dæmonis nomen, secundũ quod Stephanus Amos introduxit dicentẽ, & recepistis tabernaculum Moloch, *&c.* β Despectione.] *Schol.* Alius, ἐὰν κρύψει κρύψωσιν ὁ λαὸς τῆς γῆς. si occultatione occultauerint populus terræ. γ Ipse.] *Alij libri*, ὥστε ἐκπορνεύειν αὐτούς, vt ipsi fornicarentur. *Nostra conuenit cum vulgata*, vt fornicaretur cum Moloch. δ *Aug. q.* 72. ita vt fornicentur principes, (*videtur legendum*, in principes) de populo suo: *& addit*, Non de populo suo principes, sed de populo suo fornicẽtur. Eos quippe principes vult hic intelligi, qui pro dijs colebantur: sicut Apostolus dicit, *&c. Ista*

tamen de populo ſuo, *videntur referenda ad verbum illud præcedens*, & perdam. δ Maledixerit.] κακῶς εἴπῃ. *Scholion*, Alius inquit, καταρᾶσηται, execratus fuerit. ε Filiorum.] *Sic teſtatur Iſychius dixiſſe lxx. S. Aug. q. 75.* in conſpectu generis ſui. ζ Peccatum.] *In aliquot codicibus eſt*, ἁμαρτίαν αὐτοῦ λήψεται, peccatum ſuum accipiet. *S. Aug. ibidem*, peccatum ſuum accipient: *quod conuenit cum vulgata.* η Cognatæ.] *Vulgata*, cum vxore patrui, vel auunculi ſui. *Legendus S. Aug. quæſt. 76.* θ Morientur.] *Scholion, pro eo, quod eſt*, non reputabitur ſemen eius in filios. *quod etiam eſt S. Aug. ibidem. Teſtatur Iſychius Symmachū, & Theodotionem edidiſſe*, ſine filijs erunt. ι Exhorreſcet.] *Iſychius*, Hoc eſt enim euomere, quod & Symmachus, ſimiliter & Theodotion abijcere edidit.

CAP. XXI.

ET dixit Dominus ad Moyſem, dicens: Dic ſacerdotibus filijs Aaron, & dices ad eos. In animabus non inquinabuntur in gente eorum, niſi in propinquo; qui proximus eſt eis: ſuper patrē, & matrē, & filios, & filias, ſuper fratrē & ſuper ſororem virginem, quæ propinqua eſt ei, quæ tradita non eſt viro. Super his inquinabitur. Non α inquinabitur ſubito in populo ſuo ad prophanationem ſuam. Et caluitium non rademini β caput ſuper mortuum: & aſpectum barbæ non radent: & ſuper carnes ſuas non ſecabunt ſectiones. Sancti erunt Deo ſuo: & non prophanabunt nomen Dei ſui. Sacrificia enim Domini munera Dei ſui, ipſi offerunt, & erunt ſancti. Mulierem meretricem, & prophanam non accipient, & mulierem eiectam a viro ſuo; quoniam ſanctus eſt Domino Deo ſuo. Et ſanctificabis eum: munera Domini Dei veſtri iſte offert: ſanctus erit: quoniam ſanctus ego Dominus, qui ſanctifico eos. Et filia hominis ſacerdotis ſi prophanata fuerit ad fornicandum; nomen patris ſui iſta prophanat: ſuper ignē comburetur. Et ſacerdos γ magnus ex fratribus ſuis, cui fuſum eſt ſuper caput ex oleo δ Chriſto, & qui ε conſummatus eſt ad induenda veſtimenta, caput ζ non nudabit cidari, & veſtimenta non ſcindet, & ad omnē animā mortuam non introibit: ſuper patrē ſuum, & ſuper matrem ſuam non inquinabitur: & de ſanctis non exibit: & non prophanabit ſanctificatum Dei ſui: quoniam ſanctum oleum Chriſtum Dei ſuper ipſum. Ego Dominus. Hic vxorem virginem de genere ſuo accipiet: viduam autem, & eiectam, & prophanatam, & meretricem, has non accipiet: ſed virginem ex populo ſuo, accipiet vxorem: & non prophanabit ſemen ſuum in populo ſuo. Ego Dominus, qui ſanctifico eum. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem dicens: Dic ad Aaron: Homo de genere tuo in progenies veſtras, cuicumque fuerit in eo macula, non ingredietur ad offerendum munera Dei ſui. Omnis homo, cui eſt in eo macula non ingredietur: homo cæcus vel claudus, vel naſo mutilato, vel auribus ſectis vel homo, cuicumque fuerit in eo confractio manus, vel confractio pedis, vel gibboſus, vel η ephelus, vel θ maculoſus oculos, vel homo, cui fuerit in eo ſcabies agreſtis, vel impetigo, vel vnicus teſticulus, omnis homo, cui eſt in eo macula ex ſemine Aaron ſacerdotis, non appropinquabit ad offerendum ſacrificia Deo ſuo, quoniam macula eſt in eo: munera Dei non ingredietur offerre, munera Dei, ſancta ſanctorum, & de ſanctis comedet. Tantummodo ad velamen non ingredietur, & ad altare non appropinquabit: quoniam maculam habet. Et non prophanabit ſanctum Dei ſui: quoniam ego ſum Dominus, qui ſanctifico eos. Et locutus eſt Moyſes ad Aaron, & filios eius, & ad omnes filios Iſrael.

α Non in-

A α Non inquinabitur subito.] *Hæc agnoscuntur ab Isychio esse ex lxx. pro quibus in vulgata est,* sed nec in principe populi sui contaminabitur. *A Compl. abest illud proxime præcedẽs* μιανθήσεται, *& ita in ea legitur,* ἐπὶ τούτοις οὐ μιανθήσεται ἐξάπινα ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ, super his non contaminabitur subito in populo suo, *&c.* β Caput.] *Non habet istam dictionem S. Aug. in locut. sed est hebraismus.* γ Ex fratribus suis.] *Sic Int. Orig. hom.* 12. *& Isychius ex lxx.* maximus de fratribus eius. *S. Aug. q.* 29. magnus corã fratribus suis. δ Christo.] τοῦ χριστοῦ. *Ita S. Aug. q. eadem, & addit,* ipsum oleum appellat scriptura Christum. *In Compl. est,* τοῦ χρίσματος, *& Int. Orig.* cui infusum est super caput eius oleum chrismatis. *Paulo post tamẽ vbi idem Interpres habet,* oleum chrismatis, *etiam Compl. habet,* ἔλαιον τὸ χριστόν. ε Cõsummatus.] *Alij codices addunt* τὰς χεῖρας, *& S. Aug. q.* 80. consummatus manus induere vestimenta. *Et Isychius*, & consecratas suite manus, siue vt lxx. consummatas. *Compl. addit præterea* αὐτοῦ, *& Int. Orig.* & perfectas habet manus suas. ζ Non nudabit.] *vel vt S. Aug.* non reteget. *Schol.* Alius inquit, οὐκ ἀποκιδαρώσει, non nudabit mitra. η Ephelus.] ἔφηλος, *In Compl. additur* ἔφηλος τοὺς ὀφθαλμοὺς, *& vertitur*, lippus oculos. *Vulgata etiam habet,* lippus. *&*

B *ita videtur interpretari Isychius; inquit autem Aquilam pro hoc edidisse suffusionem. Schol.* Ephelus, morbus est, qui nouit denigrare faciem in summa cute, in ipsa se ostendens fronte & supercilijs. θ Maculosus oculos.] *Schol.* πτίλλος autem τοὺς ὀφθαλμοὺς est ille, qui parum quidem abest, quin cernat, sed id sane, atque integre facere non potest: cuiusmodi quidem sunt hæreticorum filij. *Isychius vt vulgata*, habens albuginem, *& non affert varietatem ex lxx.*

CAP. XXII.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Dic Aaron, & filijs eius: &

C attendant a sanctis filiorum Israel: & non prophanabunt nomen sanctum meum; quæcumque ipsi sanctificant mihi. Ego Dominus. Dices illis. In progenies vestras omnis homo, quicumque accesserit ab omni semine vestro ad sancta, quæcumque sanctificauerint filij Israel Domino, & fuerit immunditia eius in illo; exterminabitur anima illa a me. Ego Dominus Deus vester. Et homo ex semine Aaron sacerdotis, & hic laborat lepra, vel patitur fluorem seminis; de sanctis non comedet; donec mundatus fuerit. Et quicumque tetigerit omnem immunditiam animæ, vel homo cuicumque exierit ex eo cubitus seminis, vel quicumque tetigerit omne reptile immundum, quod inqui-

D nabit eum, vel super hominem, in quo inquinabit ipsum secundum omnem immunditiam eius; anima quæcumque tetigerit ea, immunda erit vsque ad vesperam: non edet de sanctis; nisi lauerit corpus suum aqua, & occiderit sol: & mundus erit: & tunc edet de sanctis, quoniam panis eius est. Morticinum, & a fera captum non comedet ad inquinandum se in ijs. Ego Dominus. Et custodient custodias meas; vt non accipiant propter eas peccatum, & moriantur propter eas; si prophanauerint eas. Ego Dominus Deus, qui sanctifico eos. Et omnis alienigena non comedet sancta. Inquilinus sacerdotis, vel mercenarius non comedet sancta. Si autem sacerdos possederit animam

E emptam argento; hic edet de panibus eius. Et vernaculi eius, & hi edent de panibus eius. Et filia hominis sacerdotis, si fuerit viro alienigenæ; hæc de primitijs sancti non edet. Et filia sacerdotis si facta fuerit vidua, vel eiecta, semen autem non fuerit ei; redibit in domum paternam secundum iuuentutẽ suam: de panibus patris sui comedet. Et omnis alienigena non comedet de eis. Et homo, quicumque comederit sancta per ignorationem; & addijciet quintas illius super illud: & dabit sacerdoti sanctum. Et non prophanabunt sancta filiorum Israel, quæ ipsi segregant Domino, & inducent super seipsos iniquitatẽ delicti, dum ipsi comedunt sancta eorum: quia ego Dominus, qui sanctifico eos. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens. Loquere ad Aaron, & filijs eius, &

omni ſynagogæ Iſrael: & dices ad eos: Homo, homo de filijs Iſrael, vel de proſelytis, qui adiecti ſunt ad eos in Iſrael, quicumque obtulerit munera ſua ſecundum confeſsionem ſuam, vel ſecundum omnem electionem ipſorum, quæcumque obtulerint Domino in holocauſtoma; accepta vobis ſine macula, maſculina, ex armentis boum, vel ex ouibus, vel ex capris. Omnia, quæcumque habuerint maculam in ſe, non adducent Domino: propterea quod non acceptum erit vobis. Et homo, quicumque obtulerit ſacrificium ſalutaris diſtinguens votum, vel ſecundum electionem, vel in feſtiuitatibus veſtris ex armentis boum, vel ex ouibus; ſine macula erit ad placitum: Omnis macula non erit in eo. Cæcum, vel confractum, vel ſectum lingua, vel formiculoſa, vel ſcabioſa, vel habentia impetigines, non adducent hæc Domino: & in hoſtiam nō dabitis de eis ſuper altare Domino. Et vitulū, aut ouem ſectam auribus, vel mutilatam cauda, iugulata facies ea tibi ipſi: in votum autem tuum non accipietur. Cui ſunt teſticuli contriti, & cui contuſi, & execti, & auulſi, non offeres ea Domino. Et ſuper terram veſtram non facietis: & de manu alienigenæ non offeretis munera Dei veſtri ex omnibus his: quoniam vitia ſunt in eis, macula in eis: non accipientur hæc vobis. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Vitulum, aut ouem, aut capram, cum natum fuerit; & erit ſeptem diebus ſub * matre: die autem octauo, & vltra, accipietur in munera, hoſtiam Domino. Et vitulum, & ouē ipſam, & filios eius non iugulabis in die vno. Si autē ſacrificaueris ſacrificiū votū gratiarum actionis Domino; ad placitum vobis ſacrificabitis illud: illo ipſo die comedetur: non relinquetis de carnibus in mane. Ego ſum Dominus. Et cuſtodietis mandata mea, & facietis ea. Et non prophanabitis nomen ſancti: & ſanctificabor in medio filiorum Iſrael. Ego Dominus, qui ſanctifico vos, qui eduxi vos de terra Ægypti, vt ſim veſter Deus. Ego Dominus.

* Matre.] *In quibuſdam codicibus additur,* αὐτῆς *& S. Aug. in locut.* ſub matre ſua.

CAP. XXIII.

Et dixit Dominus ad Moyſem, dicēs. Loquere ad filios Iſrael: & dices ad eos Solemnia Domini, quæ vocabitis ea vocata ſancta, iſta ſunt ſolemnia mea. Sex diebus facies opera: ſeptimo autem die ſabbata, requies vocata ſancta Domino. Omne opus nō facies. Sabbata ſunt Domino in omni habitatione veſtra. Hæ ſunt ſolemnitates Domino vocatæ ſanctæ; quas vocabitis eas in tēporibus earū. In primo menſe in quartadecima die menſis inter medium veſperarū, Paſcha Domino. Et in quintadecima die mēſis huius ſolemnitas azymorū Domino. Septē diebus azyma comedetis: & dies prima vocata ſancta erit vobis. Omne opus ſeruile non facietis. Et adducetis holocauſtomata Domino ſeptem dies. Et dies ſeptima vocata ſancta erit vobis: omne opus ſeruile non facietis. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Dic filijs Iſrael: & dices ad eos: Cum intraueritis in terram, quam ego do vobis, & meſſueritis meſſem eius; & feretis manipulum primitiam meſsis veſtræ ad ſacerdotem. Et offeret manipulum coram Domino, acceptum vobis: craſtina die a prima offeret illum ſacerdos.

Et ſa-

A Et facietis in die, in quacumque attuleritis manipulum, ouem ſine macula anniculam in holocauſtoma Domino: & ſacrificium ipſius, duas decimas ſimilæ refectæ in oleo: ſacrificium Domino, odor ſuauitatis Domino: & libamen eius, quartã partem In vini. Et panem, & [a] fricta chidra noua non comedetis vſq. in hunc ipſum diem, quoaduſque obtuleritis vos munera Deo veſtro. Legitimum ſempiternum in progenies veſtras in omni habitatione veſtra. Et numerabitis vobis a die craſtino [b] ſabbatorum, a die, quo obtuleritis [y] manipulum ſuperpoſitionis, ſeptem ſeptimanas [d] integras: vſque ad craſtinum vltimæ ſeptimanæ numerabitis quinquaginta dies: & offeretis ſacrificium nouum Domi-

B no. De habitatione veſtra offeretis panes, ſuper poſitionem, duos panes: ex duabus decimis ſimilæ erunt: fermentati coquentur de primis frugibus Domino. Et adducetis cum panibus ſeptem agnos ſine macula anniculos, & vitulum vnum ex armento boum, & arietes duos ſine macula: & erunt holocauſtoma Domino: & ſacrificia eorum, & libamina eorum, ſacrificium odor ſuauitatis Domino. Et facient hircum ex capris vnum pro peccato, & duos agnos anniculos in ſacrificium ſalutaris cum panibus primæ frugis. Et [e] imponet ea ſacerdos cum panibus primæ frugis ſuperpoſitionem ante Dominum cum duobus agnis. Sancta erunt Domino: ſacerdoti offerenti illa, ei erunt. Et voca-

C bitis hanc diem [z] vocatam: ſancta erit vobis. Omne opus ſeruile non facietis in ea. Legitimum ſempiternum in progenies veſtras in omni habitatione veſtra. Et cum meſſueritis meſſem terræ veſtræ; non conſummabitis reſiduum meſsis agri tui, dum tu metis: & quæ decidunt de meſſe tua, non colliges. Mendico, & proſelyto relinques ea. Ego Dominus Deus veſter. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Loquere filijs Iſrael, dicens: Menſis ſeptimi vna menſis erit vobis requies, memoriale [n] tubarum: vocata ſancta erit vobis. Omne opus [th] ſeruile non facietis: & adducetis holocauſtoma Domino. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Et decima menſis ſepti-

D mi huius, dies propitiationis: vocata ſancta erit vobis. Et humiliabitis animas veſtras, & adducetis holocauſtoma Domino. Omne opus non facietis in hac ipſa die. Eſt enim dies propitiationis hæc vobis, ad propitiandum pro vobis, ante Dominum Deum veſtrum. Omnis anima, quæcumque non humiliabitur in hac ipſa die, exterminabitur de populo ſuo. Et omnis anima, quæcumq. faciet opus in hac ipſa die, peribit anima illa de populo ſuo. Omne opus non facietis. Legitimum ſempiternũ in progenies veſtras in omnibus habitationibus veſtris. Sabbata ſabbatorum erunt vobis: & humiliabitis animas veſtras. A nona menſis a veſpera vſque ad veſperam ſabbatizabitis ſabbata veſtra. Et

E locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Loquere filijs Iſrael, dicens: Quinta decima menſis ſeptimi huius, ſolennitas tabernaculorum ſeptem dies Domino. Et dies prima vocata ſancta. Omne opus ſeruile non facietis. Septem diebus adducetis holocauſtomata Domino. Et dies octaua vocata ſancta erit vobis. Et adducetis holocauſtomata Domino. [i] Exodium eſt. Omne opus ſeruile nõ facietis. Hæ ſolennitates Domino: quas vocabitis vocatas ſanctas, ad offerendum hoſtias Domino, holocauſtomata, & ſacrificia eorum, & libamina eorum, quod ſecũdum diem, in diem, præter ſabbata Domini, & præter munera veſtra, & præter omnia vota veſtra, & præter ſpontanea veſtra, quæcumque dederitis

Domi-

Domino. Et in quintadecima die mensis septimi huius, cum consummaueritis genimina terræ, festum celebrabitis Domino septem dies. Die primo requies, & die octauo requies. Et sumetis die primo, fructum ligni ^κ speciosum, & spatulas ^λ palmarum, & ramos ligni densos, & salices, & agni ramos de torrente ad ^μ lætandum ante Dominum Deum vestrum ^ν septem diebus anni. Legitimum sempiternum in progenies vestras. In mense septimo solennitatem istam celebrabitis: in tabernaculis habitabitis septe dies. Omnis indigena in Israel, habitabit in tabernaculis: vt sciant progenies vestræ, quod in tabernaculis habitare feci filios Israel, cũ educerem eos de terra Ægypti. Ego Dominus Deus vester. Et locutus est Moyses solennitates Domini filijs Israel.

α Fricta chidra.] *Isychius loquẽs de Christo,* Et cibũ nobis nouæ polentæ, & pultium, siue vt lxx. cytrorũ præstitit. Non enim noua solum, sed & citra Christi præcepta sunt, siue vt mollia, sic enim citra alij Interpretes ediderunt. *Vbi quamuis corrupte, apparet tamen esse,* χίδρα, *de quibus superius diximus. Paulo ante apud eumdem legitur,* siue secundum *lxx.* & fricta cedrinea. *Alij vertunt,* tosta farra. β Sabbatorum.] *S. Aug in locut.* sabbati: *vt intelligatur idem nonnunquam esse sabbata, ac sabbatum.* γ Manipulum superpositionis.] *S. Aug. ibidem,* gremium (*fortasse legendum* cremium) superpositionis. *Schol.* Alius inquit, ἀφορίσματα, separationes. δ Integras.] *Alij codices addunt,* ἀριθμήσεις, *& S. Aug. ibidem,* integras numerabis. ε Et imponet.] *Isychius,* secundum lxx. autem sic. Et separabit ea sacerdos separatione cum panibus primitiarum ante Dominum, *&c.* ζ Vocatam: sancta.] *Alij codices,* κλητὴ ἁγία, vocata sancta, *quomodo sæpe in hoc ipso capite dicitur. Apud Isychiũ paulo inferius ex lxx. dicitur dies vocatis sanctus. Videtur enim significare diẽ conuocationis & celebrationis.* η Tubarum.] *Sch.* vel scenopegiæ. θ Seruile.] λατρευτόν. *Sch.* Alius inquit, δουλευτόν, quod est expressius. ι Exodiũ.] *Vulgata,* cœtus, atq; collectæ. *Isychius,* Vel secundũ lxx. Egressus est: quia hinc exitus, illic habitatio est. *Theodoretus q. 32.* Exodiũ indicat finem solẽnitatum. κ Speciosum.] ὡραῖον. *Schol.* Alij, ἔνδοξον, nobilem. λ Spatulas.] κάλλυνθρα. *Schol.* Alius inquit, βαΐα, ramos, *& proprie palmarum.* μ Ad lætandum.] *Alii codices,* καὶ εὐφρανθήσεσθε, & lætabimini, *vt vulgata.* ν Septem diebus anni.] *Alii libri,* ἑπτὰ ἡμέρας: ἑορτάσατε αὐτὴν ἑορτὴν τῷ κυρίῳ ἑπτὰ ἡμέρας τοῦ ἐνιαυτοῦ. septem diebus: celebrate ipsam celebritatem Domino septem diebus anni.

C A P. XXIV.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Præcipe filijs Israel: & sumant tibi oleum de oliuis mundum expressum ad lumen: vt ardeat lucerna semper extra velum in tabernaculo testimonij: & accendent ^α illud filij Aarõ, & filij eius a vespera vsque in mane coram Domino indesinenter. Legitimum sempiternum in progenies vestras. Super candelabrum mundum accendetis lucernas ante Dominum vsque in mane. Et sumetis similaginem, & facietis eã duodecim panes: de duabus decimis erit vnus panis: & imponetis eos duas positiones: sex panes vnam positionem super mensam mundam ante Dominum: & imponetis super positionem thus mundum, ^β & sal: & erunt in ^γ panes ad rememorationem proposita Domino. Die sabbatorum apponentur ante Dominum semper ^δ coram filijs Israel, ^ε testamentum sempiternum. Et erunt Aaron, & filijs eius: & edent ea in loco sancto. Sunt enim sancta sanctorum. Hoc erit ^ζ eorum, de ijs, quæ offeruntur Domino, legitimum sempiternum. Et exijt filius mulieris Israelitidis: & hic erat filius Ægyptij inter filios Israel. Et rixati sunt in castris is, qui erat ex israelitide, & homo israelita. Et cum nominasset filius mulieris israelitidis, ^η nomen, maledixit: & adduxerunt eum ad Moysem. Et nomen matris erat Salomith filia Dabri de tribu Dan. Et deposuerũt eum in custodiam, vt iudicaretur de illo per præceptum Domini. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Eijce illum, qui maledixit, extra castra: & imponent

A ponent omnes qui audierunt, manus suas super caput eius: & lapidabunt eum omnis synagoga. Et filijs Israel loquere: & dices ad eos. θ Homo, quicumq. maledixerit Deum, peccatum accipiet: nominans autem nomen Domini, morte moriatur: lapidibus lapidet eũ omnis synagoga Israel: siue proselytus, siue indigena, cũ ipse nominat nomen Domini, moriatur. Et homo quicumq. percusserit animã hominis, & mortuus fuerit; morte moriatur. Et quicumq. percusserit pecus, & mortuũ fuerit; reddat animam pro anima. Et si quis dederit maculã proximo; sicut fecit ei, ita vicissim fiet ipsi: contritionem pro contritione, oculum pro oculo, dentem pro dente: quemadmodum vtique dederit maculam B homini; ita dabitur ei. Quicumque percusserit hominem, & mortuus fuerit; morte moriatur. ι Iustificatio vna erit proselyto, & indigenæ: quoniam ego sum Dominus Deus vester. Et locutus est Moyses filijs Israel. Et eduxerunt eum, qui maledixit, extra castra: & lapidauerunt illum in lapidibus. Et filij Israel fecerunt, sicut præceperat Dominus Moysi.

α Illud.] αὐτό. *id est lumen. Compl,* αὐτόν. *vt referatur ad* λύχνον, lucernam: *&* *Int. Orig.* & accendent illam. β Et sal.] *Hoc abest ab hebræo, & vulgata, sed notat Isychius positum esse a lxx.* γ In panes.] *Est hebraismus. Alii codices, & Cyrillus lib. 9. de adorat.* καὶ ἔσονται οἱ ἄρτοι εἰς ἀνάμνησιν προκείμενοι τῷ κυρίῳ. *Et Int. Orig hom.* 13. Et erunt panes in commemoratione appositi Domino. δ Coram filijs Israel.] *In aliis codicibus, &* C *apud Cyrillum eodem lib. 9. & 10. est,* ἔναντι τῶν υἱῶν. *&* *Int. Orig.* a filijs Israel. ε Testamentum sempiternum.] διαθήκην αἰώνιον. *& subintelligitur præpositio, quam supplet* *Int. Orig.* in testamentum. *Alii libri pro illo,* προσθήσεται. apponentur, *quod paulo ante præcedit, habent,* προθήσετε, proponetis. *aut,* προσθήσετε, apponetis. *Compl. hoc loco habet,* διαθήκη αἰώνιος. ζ Eorum.] αὐτῶν. *Int. Orig.* illis. *Alii libri,* αὐτῷ, ei. *& respondet hebræo.* η Nomen.] *S. Aug. in locut.* Manifestum est nomen Dei esse intelligendum, cui maledixit. θ Homo.] *Sic etiam Int. Orig. & Philo 2. de vita Moysis, & Theodoretus q. 33. Alii codices habent,* ἄνθρωπος, ἄνθρωπος, ἐὰν καταράσηται θεὸν αὐτοῦ. *& S. Aug. in locut.* Homo, homo si maledixerit Deum suum. *q. tamen 87. semel tantum habet,* homo. *Isychius ex lxx.* Homo, homo quicunque maledixerit Deo, peccatum accipiet. *Paulo inferius ex Symmacho,* homo, qui detraxerit Deo suo. *Et rursus ex Aquila,* Vir, quando blasphemauerit Deum suum, & acceperit iniquitatem sibi, & denominans nomen Domini, morte moriatur: *docetq. cur dixerit,* denominans. *Legenda sunt, quæ & ipse, & S. Aug. & Theodoretus in hunc locum afferunt, itemque Origenes.* ι Iustificatio.] δικαίωσις. *Notat Orig. hom. 11. hoc modo appellari, quando iudicatur, qua pœna quis sit afficiendus.*

D

CAP. XXV.

ET locutus est Dominus ad Moysem in monte Sina, dicens: Loquere filijs Israel: & dices ad eos. Cum introieritis in terram, quam ego do vobis; & α requiescet terra, quam ego do vobis. Sabbata Domino. Sex annis seminabis agrum tuum: & sex annis putabis vineam tuam: & congregabis fructum eius. Anno autem septimo sabbata: requies erit terræ. Sabbata Domino. Agrum tuum non seminabis, & vineam tuam non putabis: & quæ ab se surgunt de E agro tuo, non metes: & vuam β sanctificationis tuæ non vindemiabis. Annus requietis erit terræ. Et erunt sabbata terræ γ escæ tibi, & puero tuo, & ancillæ tuæ, & mercenario tuo, & inquilino, qui applicatus est ad te: & pecoribus tuis, & bestijs, quæ sunt in terra tua, erit omnis fructus eius in escam. Et enumerabis tibipsi septem requietes annorum, septem annos septies. Et erunt tibi septem septimanæ annorum, nouem, & quadraginta anni. Annunciabitis tubæ voce in omni terra vestra in mẽse septimo, decima mensis. Die propitiationis annunciabitis tuba in omni terra vestra. Et sanctificabitis annum, quinquagesimum annum: & acclamabitis remissionem super terram omnibus inhabitantibus eam

bus eam. Annus remissionis, significatio hæc erit vobis. Et redibit vnusquisque in possessionem suam: & vnusquisque in ᵉ familiam suam redibitis. Remissionis significatio hæc, annus quinquagesimus, annus erit vobis. Non seminabitis neque metetis, quæ ab se surgunt ex ea: neque vindemiabitis sanctificata eius: quoniam remissionis significatio est. Sanctum erit vobis. De campis comedetis fructus eius. In anno remissionis significationis ipsius redibit ᶠ rursus in possessionem suam. Si autem ᵍ vendideris venditionem proximo tuo, si autem & emeris a proximo tuo; non affligat homo proximum: secundum numerum annorum post significationem emes a proximo: secundum numerum annorum fructuum vendet tibi. Secundum quod plus annorum; multiplicabit emptionem: & secũdum quod minus annorum; minuet emptionem suam: quoniam numerum fructuum suorum, sic vendet tibi. Non affliget homo proximum. Et timebis Dominũ Deum tuum. Ego sum Dominus Deus vester. Et facietis omnes iustificationes meas, & omnia iudicia mea: & custodietis & facietis ea. Et habitabitis super terrã fidentes. Et dabit terra prouentus suos: & comedetis ad saturitatem: & habitabitis fidentes super eam. Si autem dicatis, quid comedemus in anno isto septimo, nisi seminauerimus, neq. collegerimus fructus nostros? Et mitto benedictionẽ meam vobis in anno sexto: & faciet fructus suos in tres annos. Et seminabitis anno octauo: & comedetis de fructibus veteres vsque ad annum nonũ; quoadusque venerit fructus eius; comedetis veteres veterum. Et terra non venundabitur in ᵗ confirmationem: mea est enim terra: propter quod proselyti, & incolæ vos estis ante me. Et per omnem terram possessionis vestræ, ᵏ redemptionem dabitis terræ. Si autem ˡ inopia laboret frater tuus, qui tecum, & vendiderit de possessione sua, & venerit ᵘ propinquus, qui prope est ei; & redimet venditionem fratris sui. Si cui autem non fuerit propinquus, & abundauerit manu, & inuentum ipsi fuerit, quod satis sit, redemptio eius; & computabit annos venditionis eius, & reddet, quod superest, homini, cui venditum erat illud ei: & redibit in possessionem suam. Si autem non abundauerit eius manus, quod satis est, vt reddat ei; & erit venditio ei, qui emit ea, vsque ad sextum annum remissionis: & egredietur in remissione, & redibit in possessionem suam. Si quis autem vendiderit domum habitabilem in ciuitate murata; & erit ᵛ redemptio eius, donec compleatur annus dierũ, erit redemptio eius. Si autem non fuerit redempta, dum impletus fuerit eius annus totus; confirmabitur domus, quæ est in ciuitate habente murum, stabiliter ei, qui emit eam, in progenies eius: & non egredietur in remissione. Domus autem quæ in vicis, in quibus nõ est in eis murus in circuitu; ad agrum terræ cõputabuntur: redemptibiles semper erũt: & in remissione egredientur. Et ciuitates Leuitarum, domus ciuitatum possessionis eorum, redemptibiles semper erunt Leuitis. Et quicumq. redemerit a Leuitis; & egredietur venditio ᵍ ipsarum domorum ciuitatis possessionis eorum in remissione: quoniam domus ciuitatum Leuitarum, possessio eorum in medio filiorum Israel. Et agri segregati ciuitatibus eorum non vendentur: quoniam possessio æterna hoc eorum est. Si autem ᵒ paupertate laboret frater tuus, qui tecum est, & non valeat manibus apud te; suscipe eum tanquam proselytum, & incolam: & viuet frater tuus tecũ. Non accipies ab eo vsuram, neque super multiplicationem; & timebis Deum

tuum.

A tuum. Ego Dominus. Argentum tuum non dabis ei pro vſura: & pro excreſcentia non dabis ei eſcas tuas. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Ægypto ad dandum vobis terram Chanaan, vt ſim Deus veſter. Si autẽ humiliatus fuerit frater tuus apud te, & venditus fuerit tibi; non ſeruiet tibi ſeruitutem famuli: tanquam mercenarius, vel incola erit tibi: vſque ad annum remiſsionis operabitur apud te: & egredietur ϖ remiſsione, & filij eius cum eo: & redibit ad progeniem ſuam: ad poſſeſſionem paternam recurret: propterea quod famuli mei ſunt iſti, quos eduxi de terra Ægypto. Non vendetur in venditione famuli: non diſtendes eum in labore: & timebis Dominum Deum tuũ.

B Et puer, & ancilla quicumque fuerint tibi ex gentibus, quicumque in circuitu tuo ſunt; ex eis emetis ſeruum, & ſeruam, & ex filijs incolarum, qui ſunt in vobis: & ex cognatis eorum, quicumque facti fuerint in terra veſtra, ſint vobis in poſſeſsionẽ: & diſtribuetis eos filijs veſtris poſt vos: & erunt vobis ρ poſſeſsi in æternum. Ex fratribus autem veſtris filijs Iſrael, vnuſquiſque fratrem ſuum, non σ diſtendet eum in laboribus. Si autem inuenerit manus proſelyti vel incolæ, qui apud te, & ad inopiã redactus frater tuus venditus fuerit proſelyto, vel incolæ, qui apud te, vel ex ſtirpe proſelyto; poſtquam venditus ei fuerit; redẽptio erit eius. Vnus fratrum eius redimet eum: frater patris eius, vel filius fra-

C tris patris redimet eum: vel ex propinquis carnium eius de tribu eius redimet eum. Si autem abundans factus manibus redimat ſeipſum; & τ cõputabit cum eo qui emit eum, ab anno quo vendidit ſeipſum ei, vſque ad annum remiſſionis. Et erit argentum venditionis eius, tãquam υ mercenarij: annum ex anno erit cũ eo. Si cui autem plus annorum fuerit; ad hæc reddet redemptionem ſuam de argento venditionis ſuæ. Si autem parum reſtet de annis ad annum remiſſionis; & computabit ei ſecundum annos eius, & reddet redemptionem ſuam, tãquam mercenarius. Si autem non redimatur per hæc; egredietur in anno remiſſionis ipſe & filij eius cum eo: quia mihi filij Iſrael famuli ſunt: pueri mei hi ſunt, quos

D eduxi de terra Ægypti.

α Et requieſcet.] *S. Aug. q. 89. habuit,* & requieuerit: idque ei magnam exhibuit moleſtiam. β Sanctificationis tuæ.] *S. Aug.* vincam ſanctificationis tuæ. *Schol.* Alius inquit, τῆς ναζιραίας, ſeparationis, (*flexit enim dictionem hebræam ad græcam declinationem*) *Samariticus,* τῶν χέρσων, ſolitudinum: *videtur autem idem ſignificare, ideſt, quam ſepoſuiſti Deo eique ſoli dicaſti. Iſychius,* vuas primitiarum, ſiue, *vt lxx.* vuam ſanctificationis. γ Eſcæ.] *Apud S. Aug. legitur,* ſancta. *ſed ex ea, quam affert, explanatione apparet erratum eſſe librarij. In editione Plantiniana ad marginem eſt,* eſca. δ Requietes.] *Iſychius,* Sabbata autem pro requie, reliqui interpretum ediderunt. ε Familiam.] εἰς τὴν πατριὰν αὐτοῦ, *Sic vetuſti codices, & Cyrillus. Alij libri habent,* εἰς τὴν πατρίδα, in patriam. *Iſychius,* vel ſicut, *lxx.* ad patriam ſuam. ζ Redibit rurſus.] ἐπανελεύσεται, *In alijs additur,* ἕκαστος, vnuſquiſque. *In aliquo eſt,* ἐπανελεύσεσθε ἕκαστος, redibitis vnuſquiſque. η Si autẽ vendideris.] ἐὰν δὲ ἀποδῷ, *& valet idem atque* ἀποδῷς, *quod in Compl.* θ Sic vendet.] οὕτως ἀποδώσεταί, *vt quod proxime antecedit,* numerum fructuum ſuorum, *videatur valere,* iuxta numerum. *In alijs libris eſt,* ὧδε, hic, *in alijs,* αὐτός, ipſe. ι In confirmationem.] εἰς βεβαίωσιν, *S. Aug. q. 90. hanc etiam lectionem agnoſcit; ſed ipſe illam primo attulit* in prophanationem, *quaſi græce legeretur* βεβήλωσιν. *& vtranque lectionẽ explanat.* κ Redemptionem.] *Idem q. 91. & 92. hanc lectionem teſtatur itẽ in alijs codd. haberi; licet in ſuo fuerit,* mercedem. λ Inopia laboret.] *Iſychius,* Aquila, ſi exciderit, Symmachus, ſi humiliatus fuerit, ediderunt. μ Propinquus.] ὁ ἀγχιστεύων, *Schol.* Samariticus, λυτρωτής, redemptor. ν Redemptio eius.] *Iſychius videtur legiſſe ex lxx.* Diurna erit redemptio eius. ξ Ipſarum.] *vel* ipſorum, αὐτῶν. *quod tamen abeſt ab aliis libris. Teſtatur autem Iſychius, quod lxx. dixerunt,* & quicumque rediment a Leuitis, *Symmachum, & Aquilam dicere,* quicumque affinis eſt de Leuitis. ο Paupertate.] *Iſychius ex Aquila,* Si exciderit frater tuus, & culpauerit manus eius tecum. π Remiſſione.] *Alii,* ἐν τῇ ἀφέσει, in remiſſione. *in hebræo, & vulgata neutrum eſt.* ρ Poſſeſſi.] κατόχιμοι, *S. Aug. in locut.* in poſſeſſione. σ Diſtendet.] *Schol.* Alius inquit, οὐ παιδεύσει ἐν αὐτῷ ἐμπαιγμῷ, non adhibebit diſciplinam in eum ludibrio. τ Computabit.] *Iſychius ex Aquila,* ſupputabit cum eo, qui poſſedit eum. *ex Teodotione,* tractabit cum eo, qui acquiſiuit

E

eum

cũm. [υ] Mercenarij.] *Schol. Alius inquit*, καθάπερ μισθὸς τοῦ μισθωτοῦ, ſicut merces mercenarij. *Verum in aliis libris eſt*, ὡς ἡμέρα μισθίου, *ſeu*, μισθωτοῦ, ſicut dies mercenarij. *Et Iſychius*, ſiue ſecundum lxx. erit pecunia venditionis eius, anno ſicut dies mercenarij exit cũ eo. A

CAP. XXVI.

EGo Dominus Deus veſter. Non facietis vobiſipſis manufacta neque ſculptilia: neq. titulum erigetis vobis: neque lapidem ſignum ponetis in terra veſtra ad adorandum illum. Ego ſum Dominus Deus veſter. Sabbata mea cuſtodietis: & a ſanctis meis timebitis. Ego ſum Dominus. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea cuſtodieritis, & feceritis ea; & dabo pluuiam vobis in tempore ſuo: & terra dabit genimina ſua: & ligna camporum reddent fructum ſuum: & comprehendet vobis trituratio vindemia: & vindemia comprehendet ſationem: & manducabitis panem veſtrum ad ſaturitatem: & habitabitis cum ſecuritate ſuper terram veſtram: [α] & bellũ non pertranſibit per terram veſtram: & dabo pacem in terra veſtra: & dormietis; & non erit qui vos exterreat. Et exterminabo beſtias malas de terra veſtra. Et perſequemini inimicos veſtros: & cadent in conſpectu veſtro cæde. Et perſequentur ex vobis [β] quinque centum: & centum ex vobis perſequentur decem millia: & cadent inimici veſtri in conſpectu veſtro gladio. Et reſpiciam ſuper vos: & augebo vos: & multiplicabo vos. Et ſtatuam teſtamentum meum vobiſcum: & manducabitis vetera, & vetera veterum: & eijcietis vetera a conſpectu nouorum. [γ] Et ponam tabernaculũ meum in vobis: & non abominabitur anima mea vos: & inambulabo inter vos. Et ero Deus veſter: & vos eritis mihi populus. Ego ſum Dominus Deus veſter: qui eduxi vos de terra Ægypti, cum eſſetis ſerui: & contriui vinculum iugi veſtri: & duxi vos cum fiducia. Si autem non obedieritis mihi, neque feceritis præcepta mea hæc, ſed increduli fueritis illis, & iudicia mea exhorruerit anima veſtra, [δ] vt non faciatis omnia mandata mea, vt diſſipetis teſtamentum meum; & ego faciam ſic vobis: & obfirmabo ſuper [ε] vos egeſtatem, & ſcabiem, & morbum regium [ζ] conſumentem oculos veſtros, & animam veſtram liquefacientem. Et ſeminabitis fruſtra ſemina veſtra: & comedent aduerſarij veſtri. Et obfirmabo faciem meam in vos: & cadetis ante inimicos veſtros: [η] & perſequentur vos, qui oderunt vos: & fugietis nemine perſequente vos. Et ſi vſque adhuc non obedieritis mihi; & apponã caſtigare [θ] vos ſepties in peccatis veſtris: & conterã contumeliã ſuperbiæ veſtræ: & ponam cœlũ vobis ferreum, & terram veſtrã tanquam æneam: & erit fruſtra fortitudo veſtra. Et non dabit terra veſtra ſemen ſuum: & lignum agri veſtri non dabit fructum ſuum. Et ſi poſt hæc ambulaueritis obliqui, & nolueritis obedire mihi; adijciã vobis plagas ſeptem ſecundum peccata veſtra. Et [ι] mitto in vos beſtias agreſtes terræ: & comedent vos, & conſumẽt pecora veſtra. [κ] Et paucos faciam vos & deſertæ fient viæ veſtræ. Et in his ſi non eritis caſtigati, ſed ambulaueritis erga me obliqui; ambulabo & ego vobiſcum [λ] furore obliquo: & percutiam vos & ego ſepties pro peccatis veſtris: & inducam ſuper vos gladium vindicantem vindictam teſtamenti: & confugietis in ciuitates veſtras, & emittam mortem in vos: & trademini in manus inimicorum: in tribulando vos penuria panum & coquent decem mulieres panes veſtros in clibano vno: & reddẽt panes veſtros

B C D E

in pon-

A in pondere: & comedetis, & non saturabimini. Si autem in his non obedieritis mihi, & ambulaueritis erga me obliqui; & ipse ambulabo vobiscum in furore obliquo; & castigabo ego vos septies secūdum peccata vestra: & comedetis carnes filiorum vestrorum, & carnes filiarum vestrarum comedetis: & desolabo titulos vestros: & disperdam lignea manufacta vestra: & ponam cadauera vestra super cadauera idolorum vestrorum: & exhorrescet anima mea vos: & ponam vrbes vestras desertas: & desolabo sancta vestra: & non olfaciam odorem sacrificiorum vestrorum. Et desolabo ego terram vestram: & mirabuntur super eam inimici vestri, inhabitantes in ea. Et dispergam vos in gentes: & consumet vos

B perambulans gladius: & erit terra vestra deserta: & ciuitates vestræ erunt desertæ. Tunc μ bene sentiet terra sabbata sua omnes dies desolationis suæ: & vos eritis in terra inimicorum vestrorum. Tunc sabbatizabit terra: & bene sentiet terra sabbata sua: omnes dies desolationis suæ sabbatizabit, quæ non sabbatizauit in sabbatis vestris, quādo inhabitabatis eā. Et eis qui residui fuerint ex vobis superducam ν seruitutem in cor eorum in terra inimicorū suorū: & persequetur eos ξ vox folij volantis: & fugient, sicut fugiētes de bello: & cadent nemine persequente: & despiciet frater fratrem: sicut in bello nemine incurrente. & non poteritis resistere inimicis vestris: & peribitis inter gentes: & comedet vos terra ini

C micorum vestrorum. Et qui residui fuerint ex vobis; corrumpētur propter peccata sua, & propter peccata patrum suorum. In terra inimicorum suorum tabescent: & confitebuntur peccata sua, & peccata patrum suorum, quoniam præuaricati sunt, & despexerunt me: & quoniam ambulauerunt coram me obliqui; & ego ambulaui cum eis in furore obliquo: & perdam eos in terra inimicorum eorum. Tunc confundetur cor eorum ο incircuncisum: & tunc π bene sentient peccata sua. Et recordabor testamenti Iacob, & testamenti Isaac, & testamenti Abraham recordabor: & terræ recordabor: & terra derelinquetur ab eis. Tunc accipiet terra sabbata sua, cum ipsa desolata fuerit propter eos: & ipsi ρ accipient

D iniquitates suas pro eo quod iudicia mea despexerunt, & præcepta mea exhorruerunt animo suo. Veruntamen neque cum essent in terra inimicorum suorum; despexi eos: neque exhorrui eos, vt delerem illos dissipando testamentum meum quod erga illos. Ego enim sum Dominus Deus eorum. Et recordabor testamenti eorum prioris: cum eduxi eos de terra Ægypti, de domo seruitutis coram gentibus, vt sim eorum Deus. Ego sum Dominus. Hæc sunt iudicia mea & præcepta mea, & lex, quam dedit Dominus inter se, & inter filios Israel in monte Sina in manu Moysis.

E α Et bellum non pertransibit per terram vestram.] *Origenes, & Compl. hæc habent paulo inferius, nimirum post illa*; & exterminabo bestias malas de terra vestra, *quemadmodum & vulgata. Isychius apud lxx. eundem ordinem agnoscit, quem habet nostra editio.* β Quinque centum.] *Isychius*, siue vt lxx. quinquaginta, centum quinquaginta. γ Ponam tabernaculum.] *Sic Int. Orig. & S. Aug. Isychius autem*, Vel, sicut lxx. constituam testamentum meum vobiscum. δ Non faciatis.] *Isychius*, Planius Aquila, & Theodotio, & Symmac. edidisse inueniuntur. Nam ille quidem ait, si constituta mea reprobaueritis: illi autem, si subtilitates meas, id est agri viam, (*legendum est*, ἀκρίβειαν) renueritis. ε Super vos.] *In Comp. additur* ταχέως, velociter: *sicut habet vulgata.* ζ Consumentem.] *In Compl. est*, σφακελίζοντας. *& Isychius ex lxx.* Scabiem & morbum regium consumentes oculos vestros. *Sed idem paulo post*, & ardorem, siue ἴκτερον, conficientem oculos eorum, & animas consumentem eis dedit. *Schol. Alius inquit*, σωντελοῦντα, ἐκτυφλοῦντα, conficientem, obcæcantem. η Persequentur.] *Isychius ex Symm.* in seruitutem redigent vos. *ex Theodotione non sine mendo*, erudiunt à vobis. θ Castigare vos.] *Compl. addit*, plagis; *Sed non S. Aug. in locut.* ι Mitto.] ἀποστέλλω. *Alij* ἀποστελῶ, mittam. κ Faciam.] *Compl.* ποιήσει facient. λ Furore obliquo.] *Schol. Alius* ἐναντιώσει. ex aduerso. *Samariticus* ἐμφιλονείκως, dure, & pertinaciter. μ Bene

P sentiet.]

ſentiet,] *Ita S. Aug. q. 94. quod græce eſt* εὐδοκήσει, *id eſt*, chara habebit; *multa enim intelliget carendo, quæ fruendo non intelligebat.* ν Seruitutem.] δουλίαν. *Alij codices* δειλίαν, *& S. Auguſt. ibidem* formidinem. ξ Vox,] S. *Aug.* ſonus. ο Incircunciſum.] *Schol. Samariticus*, ἡ ἀκρόβυστος, præputiatum. π Beneſentient,] *Iſychius, ſiue, vt lxx.* & peccata ſua placita habebunt, ideſt pœnas, quas patiuntur pro peccatis. ρ Accipient.] *Schol.* Samariticus, ἱλάσονται, expiabunt.

CAP. XXVII.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Loquere filijs Iſrael, & dices eis: Quicumque vouerit votum α tanquam pretium animæ ſuæ Domino; erit pretium maſculi, a viginti annis vſque ad ſexaginta annos, erit eius pretiū quinquaginta didrachma argenti pondere ipſo ſancto: fœminæ autē erit æſtimatio triginta didrachma. Si autem a quinq. annis vſque ad viginti annos; erit pretiū maſculi viginti didrachma, fœminæ autem decem didrachma. Ab vno autem menſe vſque ad quinque annos; erit pretium maſculi quinque didrachma; fœminæ autem tria didrachma argenti. Si autē a ſexaginta annis, & ſupra; ſiquidem maſculus fuerit; erit pretium eius quindecim didrachma argenti: ſi autem fœmina; decem didrachma. Si autem humilis fuerit pretio; ſtabit ante ſacerdotem: & æſtimabit eum ſacerdos: Sicut valet manus eius, qui vouit; æſtimabit eum ſacerdos. Si autem de pecoribus, quæ offeruntur de eis munus Domino; quicumque dederit de eis Domino; erit ſanctū: non permutabit illud bonum malo, neque malum bono. Si autem permutans permutauerit illud; ipſum, & permutatio erunt ſancta. Si autem omne pecus immundum, de quibus non offertur de eis munus Domino; ſtatuet pecus ante ſacerdotem, & æſtimabit illud ſacerdos inter bonum, & inter malum: & prout æſtimauerit illud ſacerdos; ſic ſtatuetur. Si autem redimens redemerit illud; adijciet quintas ad pretium eius. Et homo, quicumque ſanctificauerit domum ſuam ſanctam Domino; & æſtimabit eam ſacerdos β inter bonam, & malam: quomodocumque æſtimauerit eam ſacerdos, ſic conſtabit. Si autē qui γ ſanctificauit eam, redimat domū ſuam; adijciet ſuper illud quintas argenti pretij: & erit ei. Si autem de agro poſſeſſionis ſuæ ſanctificauerit homo Domino; & erit pretium ſecundum ſementē eius: pro coro hordei quinquaginta didrachma argenti. Si autē ab δ anno remiſſionis ſanctificauerit agrum ſuum, ſecundum pretium eius ſtatuetur. Si autē vltimo poſt remiſsionem ſanctificauerit agrum ſuum; computabit ei ſacerdos argentum ad annos, qui reſtant vſque ad annum remiſſionis: & ſubducetur ab æſtimatione illius. Si autem redimat agrū is qui ſanctificauit eum; adijciet quintas argenti ad pretium eius: & erit ipſi. Si autem non redimat agrum, & vendat agrū homini alteri; non vltra redimet eum: ſed erit ager poſtquam exierit remiſſio, ſanctus Domino, tanquā terra, quæ ſegregata eſt ſacerdoti erit, poſſeſſio eius. Si autem de agro quem acquiſiuit, qui non eſt de agro poſſeſſionis ſuæ, ſanctificauerit Domino; ſupputabit erga eum ſacerdos finem pretij ex anno remiſſionis: & reddet pretium in die illa ſanctum Domino: & in anno remiſſionis reddetur ager homini, a quo acquiſiuit eum, cuius erat poſſeſſio terræ. Et omne pretiū erit pōderibus ſanctis. Viginti oboli erit didrachma. Et omne primogenitū, quodcumque natum fuerit in pecoribus tuis, erit Domino: & nemo ſanctificabit, illud ſiue vitulum, ſiue ouem; Domino erit. Si autem quadrupedum immundo-

A mundorum; permutabit iuxta pretium eius: & adijciet quintas ad illud: & erit ipsi. Si autem non redimat; vendetur secundum æstimationem eius. Omnis autem [ε] consecratio, quæcumque consecrauerit homo Domino de omnibus, quæ ipsi sunt, ab homine vsque ad pecus, & de agro possessionis suæ; non vendetur, neque redimetur. Omnis consecratio, sanctum sanctorum erit Domino. Et omnis consecratio, quæ consecrata fuerit ab hominibus; non redimetur: sed morte morietur. Omnis decima de semine terræ, & fructu ligneo, Domino est, sanctum Domino. Si autem redimat redemptione homo decimam suam; quintam adijciet ad illud: & erit ipsi. Et omnis decima boum, & ouium, & quodcumque B venerit in numerum sub virga; decimum quodque erit sanctum Domino: non permutabis bonum malo, neque malum bono. Si autem permutans permutaueris illud; & permutatio eius erit sancta: non redimetur. Hæc sunt mandata, quæ mandauit Dominus Moysi ad filios Israel in monte Sina.

α Tanquam pretium.] ὥστε τιμὴν. *Compl.* εἰς τιμὴν, in pretium. *Theodoretus q.* 38. ὥστε δοῦναι τιμὴν, ad dandum pretium. *Isychius, vel sicut lxx.* honorem animæ suæ Domino. *Testatur autem pro eo, quod dictum est,* votum fecerit, *Aquilam, & Theodotionem edidisse,* si superauerit. *Alij ex hebræo vertunt,* separauerit. β Inter bonam, & malam.] *Schol.* Samariticus, καὶ διατιμήσεται αὐτὴν ὁ ἱερεὺς, εἴτε καλὴ, εἴτε σαπρά. & æstimabit eam sacerdos, siue bona, siue putris. γ Sanctificauit eam.] *Isychius ex Aquila,* si sanctificans ad finem fecerit. δ Ab anno remissionis.] *Est notanda ista locutio, itemque ea, quæ paulo post sequitur,* vltimo post C remissionem: *nam hæc significat,* ab inchoatione anni remissionis, *sequens autem,* post remissionem: *vt illud* ἔσχατον *nihil faciat ad sensum, sed efficacius exprimat.* ε Consecratio.] *Alij retinent verbum græcum anathema. Docet autem Isychius differre anathema à sanctificatione. Nam, quæ sanctificata sunt; redimi possunt: quæ autem anathemati subiecta; non possunt. Sunt tamen, qui multum differre credant,* ἀνάθεμα, *&* ἀνάθημα. *Sed in codice Vaticano idem est* ἀνάθεμα, *atque* ἀνάθημα.

A

NVMERI

CAP. I.

ET locutus est Dominus ad Moysem in deserto Sina, in tabernaculo testimonij in vna mensis secundi, anno secundo, egressis ipsis de terra Ægypti, dicēs: Sumite ᵃ principium omnis synagogæ Israel secundum cognationes, secundum domos patriarum eorum, secundum numerum ex nomine eorum, secundum caput eorum. Omnis masculus a viginti annis, & supra, omnis egrediens in virtute Israel: recognoscite eos cum virtute eorum: tu, & Aarō recognoscite eos. Et vobiscum erunt vnusquisq. secundum tribum vniuscuiusq. principum: secundum domos patriarum erunt. Et hæc sunt nomina virorum, qui quidē assistent vobiscum. Ex ijs, qui Ruben, Elisur filius Sediur: Ex ijs, qui Symeō, Salamiel filius Surisadæ: ex ijs, qui Iuda, Naasson filius Aminadab: ex ijs, qui Issachar, Nathanael filius Sogar: ex ijs, qui Zabulon, Eliab filius Chælon: ex filijs Ioseph, qui Ephræm, Elisama filius Emiud: ex ijs, qui Manasse, Gamaliel filius Phadasur: ex ijs, qui Beniamin, Abidan filius Gadeoni. Ex ijs, qui Dan, Achiezer filius Amisadai: ex ijs, qui Aser, Phagaiel filius Echran: ex ijs, qui Gad, Elisaph filius Raguel: ex ijs, qui Nephthali, Achire filius Ænan. Hi ᵞ euocati synagogæ, principes tribuū secundum familias eorum, ᵟ chiliarchi Israel sunt. Et sumpsit Moyses, & Aaron viros hos euocatos ex nomine. Et omnem synagogā congregauerunt in vna mensis anni secundi: & ᵋ recensuerunt secundum progenies eorum, secundum familias eorum, secundum numerum nominum eorū a viginti annis, & supra, omne masculinum secundum caput eorum: quemadmodum præcepit Dominus Moysi. Et recogniti sunt in deserto ipsius Sina. Et fuerunt filij Ruben primogeniti Israel secundum propinquitates eorum, secundum populos eorū, secundum domos familiarum eorum, secundum numerum nominum eorū, secundum caput eorum, omnia masculina a viginti annis, & supra, omnis egrédiens in virtute, recognitio eorum de tribu Ruben, sex & quadraginta millia, & quingenti. ᶳ Filijs Symeon secundum propinquitates eorum, secundum populos eorum, secundum domos familiarum eorum, secundum numerum nominum eorum, secundum caput eorum, omnia masculina a viginti annis, & supra, omnis procedens in virtute recognitio eorum de tribu Symeon nouē, & quinquaginta millia & trecēti. ᶿ Filijs Iuda secundum propinquitates eorum, secundum populos eorum, secundum domos familiarum eorum, secundum numerum nominum eorum, secundum caput eorum, omnia masculina a viginti annis & supra, omnis procedens in virtute, recognitio eorum de tribu Iuda quatuor & septuaginta millia, & sexcenti. Filijs Issachar secundum propinquitates eorum, secundum populos eorum, secundum domos familiarum eorum, secundum numerum nominum eorū, secundum caput eorū, omnia masculina a viginti annis, & supra,

B C D E

omnis

A omnis procedens in virtute, recognitio eorũ de tribu Issachar quatuor, & quinquaginta millia, & quadringenti. Filijs Zabulon secundũ propinquitates eorũ, secundũ populos eorum, secundum domos familiarũ eorum secundum numerũ nominũ eorum, secũdum caput eorũ, omnia masculina a viginti annis, & supra, omnis procedens in virtute, recognitio eorũ de tribu Zabulon septẽ, & quinquaginta millia, & quadringenti. Filijs Ioseph, filijs Ephræm secundũ propinquitates eorum, secundũ populos eorum, secundum domos familiarũ eorum, secun-
B dum numerũ nominum eorum, secundum caput eorũ, omnia masculina a viginti annis, & supra, omnis procedẽs in virtute, recognitio eorum de tribu Ephræm quadraginta millia, & quingenti. Filijs Manasse secundũ propinquitates eorũ, secundum populos eorum, secundum domos familiarum eorum, secundum numerum nominũ eorum, secundũ caput eorum, omnia masculina a viginti annis, & supra, omnis procedẽs in virtute, recognitio eorum de tribu Manasse duo, & viginti millia, & ducenti. Filijs Beniamin secundum propinquitates eorum, secundum populos eorum, secundum domos familiarũ eorum, secundum numerum nominum eorum, secundum caput eorum, omnia masculina a viginti
C annis, & supra, omnis procedens in virtute, recognitio eorũ de tribu Beniamin, quinque & triginta millia, & quadringenti. Filijs Gad secundum propinquitates eorum, secundum populos eorum, secundum domos familiarum eorum, secundum numerum nominũ eorum, secundum caput eorum, omnia masculina a viginti annis, & supra, omnis procedẽs in virtute, recognitio eorũ, de tribu Gad, quinque, & quadraginta millia, & sexcenti, & quinquaginta. Filijs Dan secundũ propinquitates eorum, secundum populos eorum, secundum domos familiarũ eorum, secundum numerum nominum eorum, secundum caput eorum, omnia masculina a viginti annis, & supra, omnis procedens in virtute, recognitio eorũ
D de tribu Dan duo, & sexaginta millia, & septingenti. Filijs Aser secundum propinquitates eorum, secundũ populos eorum, secundum domos familiarum eorum, secundum numerum nominum eorum, secundum caput eorum, omnia masculina a viginti annis, & supra, omnis procedens in virtute, recognitio eorum, de tribu Aser vnum & quadraginta millia, & quingenti. Filijs Nephthali secundum propinquitates eorum, secundum populos eorum, secundum domos familiarum eorum, secundum numerum nominum eorum, secundum caput eorum, omnia masculina a viginti annis, & supra, omnis procedens in virtute, recognitio eorũ, de tribu Nephthali tria & quinquaginta millia, & quadringenti. Hæc est recognitio, quã recognouerunt Moyses, & Aaron, & principes Israel duodecim viri: vir vnus secundum tribum vnã: secundum tribum domorum ipsius familiæ fuerũt. Et fuit omnis recognitio filiorum Israel cum vir-
E tute eorum a viginti annis, & supra, omnis procedẽs ad stãdum in acie in Israel, sexcẽta millia, & ter mille, & quingẽti, & quinquaginta. Leuitæ autẽ de tribu familiæ eorũ nõ fuerunt recogniti in filijs Israel. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicẽs: Vide, tribum Leui ne simul recognoscas, & numerum eorum ne sumas in medio filiorum Israel. Et tu cõstitue Leuitas super tabernaculum testimonij, & super omnia vasa eius, & super omnia, quæcumque sunt in eo. Leuabunt ipsi tabernaculum, & omnia vasa eius: & ipsi ministrabunt in eo: & in circuitu tabernaculi castrametabutur. Et in promouẽdo tabernaculũ deponẽt ipsum,

Leuitæ, & in collocando tabernaculum, erigent. Et alienigena, qui accesserit moriatur. Et castrametabuntur filij Israel, vir in suo ipsius ordine, & vir secundum suum ipsius principatum cum virtute ipsorum. Leuitæ autem castrametentur aduersi in circuitu tabernaculi testimonij. Et non erit peccatum in filijs Israel. Et custodient Leuitæ ipsi custodiam tabernaculi testimonij. Et fecerunt filij Israel secundum omnia, quæ mandauit Dominus Moysi, & Aaron, ita fecerunt.

α Principium.] *ἀρχὴν· quo nomine significatur etiam summa: sicut apud hebræos eodem nomine significatur caput, & summa.* β Secundum caput eorum. Omnis masculus.] *In Compl. est,* πᾶν ἄρσεν κατὰ κεφαλὴν αὐτῶν, omne masculinum per caput ipsorum: *& respondet hebræo.* γ Euocati.] ἐπίκλητοι, *quod etiam significat electos, & nobiles: ac similis multiplicitas notionis est etiam in dictione hebræa.* δ Chiliarchi.] *Notat S. Aug. q. 1. hos ab alijs esse vocatos tribunos, non eosdem autem plane esse, atque eos, quorum mentio fit in Exodo. Nam illorum vnusquisque erat mille hominum princeps: istorum autem vnusquisque millium princeps.* ε Recensuerunt.] ἐπαξονοῦσι. ἄξονες, *olim dicebantur tabulæ publicæ: vnde factum videtur,* ἐπαξονοῦν, *atque idem valere, ac censere, & referre numerum, censumque in publicas tabulas. Dictum est autem* ἐπαξονοῦσιν *eodẽ modo, quo Gen 6.* ἐγίγνωσαν. *Alij codices partim habent* ἐπεσκέψαντο, recognouerunt, *partim,* ἐπεσκέπησαν, recogniti sunt. *Recognitionis nomine vtitur S. Aug. pro* ἐπισκέψει, *quæ solet etiã verti visitatio, & numeratio, vt apud Int. Orig.* ζ Filijs Symeon.] *De hac locut. S. Aug. in locut.* η Filijs Iuda.] *In Compl. ponuntur filij Gad ante filios Iuda, vt respondeat hebræo.*

CAP. II.

ET locutus est Dominus ad Moysem, & Aaron, dicens: Homo contiguus secundũ ordinem suũ, secundum signa, secundũ domos familiarum suarũ, castrametentur filij Israel ex aduerso: in circuitu tabernaculi testimonij castrametabuntur filij Israel. Et castrametantes primi ad orientem ordo castrorum Iuda cum virtute eorum: & princeps filiorum Iuda, Naasson filius Aminadab. Virtus eius, ij, qui recogniti, quatuor, & septuaginta millia & sexcenti. Et castrametantes iuxta de tribu Issachar, & princeps filiorum Issachar Nathanael filius Sogar: virtus eius, ij, qui recogniti, quatuor, & quinquaginta millia, & quadringenti. Et castrametantes iuxta de tribu Zabulon; & princeps filiorum Zabulon, Eliab filius Chelon: virtus eius, ij, qui recogniti, septẽ, quinquaginta millia, & quadringenti: omnes recogniti de castris Iuda, centum octuaginta millia, & sex mille, & quadringenti: Cum virtute sua primi promouebunt. α Ordines castrorum Rubem ad Africum virtus eorum: & princeps filiorum Rubem Elisur filius Seduir: virtus eorum, ij, qui recogniti, sex & quadraginta millia, & quingenti. Et castrametantes iuxta eum de tribu Symeon: & princeps filiorum Symeon, Salamiel filius Surisadæ: virtus eius, ij, qui recogniti, nouem & quinquaginta millia, & trecenti. Et castrametãtes iuxta eum tribus Gad: & princeps filiorum Gad, Helisaph filius Raguel: virtus eius, ij, qui recogniti, quinque & quadraginta millia, & sexcenti, & quinquaginta. Omnes recogniti de castris Ruben, centum quinquaginta vnum millia, & quadringenti, & quinquaginta: Cum virtute sua secundi promouebunt. Et leuabitur tabernaculum testimonij. Et castra Leuitarum medium castrorum. Et sicut castrametabuntur; ita & promouebunt vnusquisq. iuxta, secundũ principatus. Ordo castrorum Ephræm apud mare cum virtute eorum: & princeps filiorum Ephræm, Elisama filius Emiud: virtus eorum, ij, qui recogniti, quadraginta millia, &

A lia,& quingenti. Et castrametantes iuxta de tribu Manasse: & princeps filiorũ Manasse, Gamaliel filius Phadassur: virtus eius, ij, qui recogniti, duo & triginta millia, & ducẽti. Et castrametantes iuxta de tribu Beniamin: & princeps filiorũ Beniamin, Abidan filius Gadeoni: virtus eius, ij, qui recogniti, quinque & triginta millia, & quadringenti. Omnes qui recogniti de castris Ephræm, centum millia, & octo mille, & centũ: Cum virtute sua tertij promouebũt. Ordo castrorũ Dan ad Aquilonẽ cum virtute eorũ: & princeps filiorũ Dan, Achiezer filius Amisadæ: virtus eius, ij, qui recogniti, duo & sexaginta millia, & septingẽti. Et castrametãtes iuxta eũ tribus Aser: & princeps filiorũ Aser, Phageel filius Echrã: B virtus eius, ij, qui recogniti, vnum & quadraginta millia, & quingenti. Et castrametantes iuxta, de tribu Nephtali: & princeps filiorum Nephtali, Achire filius Ænan: virtus eius, ij, qui recogniti, tria & quinquaginta millia, & quadringenti. Omnes recogniti, de castris Dan, centum & quinquaginta septem millia, & sexcenti: Vltimi promouebunt secundum ordinem suum. Hæc est recognitio filiorum Israel secundum domos familiarum eorum. Omnis recognitio castrorũ cum virtutibus eorũ sexcenta millia, & ter mille quingenti quinquaginta. Leuitæ autẽ non fuerunt simul recogniti in eis; sicut mãdauit Dominus Moysi. Et fecerunt filij Israel omnia, quæcumque præcepit Dominus Moysi. Sic castrame C tati sunt secundum ordinem suum: & sic promouerunt vnusquisque iuxta, secundum populos suos, secundum domos familiarum suarum.

a Ordines.] *τάγματα. Compl. τάγμα,* ordo.

CAP. III.

ET hæ sunt generationes Aaron, & Moysi; in qua die locutus est Dominus Moysi in monte Sina. Et hæc sunt nomina filiorum Aaron. Primo- D genitus Nadab, & Abiud, Eleazar, & Ithamar. Hæc sunt nomina filiorum Aaron sacerdotes, qui vncti sunt, quorum consummauerunt manus eorum sacerdotio fungi. Et mortuus est Nadab, & Abiud, ante Dominum offerentibus ipsis ignem alienum ante Dominum in deserto Sina. Et filij non fuerunt eis. Et sacerdotio functus est Eleazar & Ithamar, cum Aaron patre suo. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Accipe tribum Leui: & constitues eos in conspectu Aaron sacerdotis: & ministrabunt ei: & custodiẽt a custodias eius, & custodias filiorum Israel ante tabernaculum testimonij ad operandum opera tabernaculi: & custodient omnia vasa tabernaculi testimonij, & custodias filio- E rum Israel secundum omnia opera tabernaculi. Et dabis Leuitas Aaron, & filijs eius sacerdotibus. Dati munus hi mihi sunt ex omnibus filijs Israel. Et Aaron, & filios eius constitues super tabernaculum testimonij. Et custodient sacerdotium suum, & omnia, quæ ad altare, & intra velum. Et b alienigena qui tetigerit, morietur. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Et ecce ego assumpsi Leuitas de medio filiorum Israel pro omni primogenito adaperiente vuluam a filijs Israel. Redemptiones eorum erunt: & erunt mihi Leuitæ. Mihi enim omne primogenitum. In qua die percussi omne primogenitum in terra Ægypti; sanctificaui mihi omne primogenitum in Israel: ab homine vsque ad

pecus

pecus mihi erunt. Ego Dominus. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem in deſer to Sina, dicẽs: Recognoſce filios Leui ſecundum domos familiarũ eorum, ſecundum populos eorum. Omne maſculinum ab vno menſe, & ſupra, recognoſcite eos. Et recognouerunt eos Moyſes, & Aaron per vocem Domini; quemadmodum præcepit eis Dominus. Et fuerunt hi filij Leui ex nominibus eorũ, Gedſon, Caath, & Merari. Et hæc ſunt nomina filiorum Gedſon ſecundum populos eorum, Lobeni, & Semei. Et filij Caath ſecundum populos eorum, Amram, & Iſſaar, Chebron, & Oziel. Et filij Merari ſecundum populos eorum, Mooli, & Muſi. Hi ſunt populi Leuitarum ſecundum domos familiarum eorum. Ipſi Gedſon populus ipſius Lobeni, & populus ipſius Semei. Hi populi Gedſon: recognitio eorum ſecundum numerum omnis maſculini ab vno menſe, & ſupra recognitio eorum ſeptem mille, & quingenti. Et filij Gedſon poſt tabernaculum caſtrametabuntur ad mare. Et princeps domus familiæ populi ipſius Gedſon, Heliſaph filius Dael. Et cuſtodia filiorum Gedſon in tabernaculo teſtimonij, ipſum tabernaculum & operimentum, & cooperimentum oſtij tabernaculi teſtimonij, & tentoria atrij, & velamen portæ atrij, quod eſt ſuper tabernaculum, & reliqua omnium operum eius. Ipſi Caath populus, qui Amram, vnus; & populus, qui Iſſaar, vnus; & populus qui Chebron, vnus; & populus, qui Oziel, vnus. Hi ſunt populi ipſius Caath, ſecundũ numerum. Omne maſculinum ab vno menſe, & ſupra, octo mille & ſexcenti cuſtodientes cuſtodias ſanctorum. Populi filiorum Caath caſtrametabuntur a latere tabernaculi ad Africum. Et princeps domus familiarum populorum ipſius Chaat, Heliſaphan filius Oziel. Et cuſtodia eorum, arca, & menſa, & candelabrum, & altaria, & vaſa ſancti, quibuſque miniſtrabunt in ipſis, & cooperimentum, & omnia opera eorum. Et princeps ſuper principes Leuitarum, Eleazar filius Aaron ſacerdotis, conſtitutus cuſtodire cuſtodias ſanctorum. Ipſi Merari populus, qui Mooli, & populus, qui Muſi. Hi ſunt populi ipſius Merari. Recognitio eorum ſecundum numerum, omne maſculinum ab vno menſe, & ſupra, ſex mille, & quinquaginta. Et princeps domus familiarum populi Merari Suriel filius Abichæl. A latere tabernaculi caſtrametabuntur ad Aquilonem. Recognitio cuſtodiæ filiorum Merari; capita tabernaculi, & vectes eius, & columnas eius & baſas eius, & omnia vaſa eorũ, & opera eorũ & columnas atrij in circuitu, & baſes earũ, & puxillos, & funes earũ. Caſtrametãtes ad faciẽ tabernaculi teſtimonij ab oriente, Moyſes, & Aaron, & filij eius, cuſtodientes cuſtodias ſancti ad cuſtodias filiorũ Iſrael. Et alienigena, qui tetigerit, morietur. Omnis recognitio Leuitarum, quos recognouit Moyſes, & Aaron per vocem Domini ſecundum populos eorum, omne maſculinum ab vno menſe, & ſupra, duo & viginti millia. Et dixit Dominus ad Moyſem, dicens: Recognoſce omne primogenitum maſculinum filiorum Iſrael ab vno menſe, & ſupra: et accipite numerum ex nomine. Et ſumes Leuitas mihi, Ego Dominus, pro omnibus primogenitis filiorum Iſrael, & pecora Leuitarum pro omnibus primogenitis in pecoribus filiorum Iſrael. Et recognouit Moyſes, quemadmodum mandauit Dominus omne primogenitum in filijs Iſrael. Et fuerunt omnia primogenita maſculina ſecundum numerum ex nomine ab vno menſe & ſupra, ex recognitione eorum, duo & viginti millia & tres, & ſeptuaginta, & ducenti. Et locutus eſt Dominus

A minus ad Moysem, dicens: Sume Leuitas pro omnibus primogenitis filiorum Israel, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum. Et erunt mihi Leitæ, Ego Dominus, Et redemptiones trium, & septuaginta, & ducentorum, qui superant ad Leuitas ex primogenitis filiorum Israel. Et accipies quinque siclos secundũ caput, iuxta didrachmum sanctum accipies, viginti obolos ipsius sicli. Et dabis argentum Aaron, & filijs eius; redemptiones superantium in eis. Et accepit Moyses argentum, redemptiones superantium ad redemptionem Leuitarum a primogenitis filiorum Israel accepit argentum mille trecentos sexaginta quinque siclos iuxta siclum sanctum. Et dedit Moyses redemptiones eorum qui su B perabant, Aaron, & filijs eius, per vocem Domini; quemadmodum præcepit Dominus Moysi.

α Custodias.] *Testatur S. Aug. q. 4. verbum græcum, φυλακάς. quosdam ita esse interpretatos, quosdam vero excubias: ipse putat recte verti vigilias: ibique de hac re disputat.* β Alienigena.] *Quis sit intelligendus, ἀλλογενής. S. Aug. q. 3. & 5.* γ Gedion.] *Alii codices, γεδεών, & Int. Orig.* Gerson, *vt vulgata.*

CAP. IV.

ET locutus est Dominus ad Moysem & Aaron, dicens: [α] Sume caput filiorũ C Chaat de medio filiorum Leui, secundũ populos eorum, secundũ domos familiarum eorum a [β] vinginti, & quinque annis, & supra vsque ad quinquaginta annos: omnis ingrediens ministrare, facere omnia opera in tabernaculo testimonij. Et hæc sunt opera filiorum [γ] Chaat in tabernaculo testimonij. Sanctum sanctorum. Et ingredietur Aaron, & filij eius, cum promouebunt castra: & deponent velum obumbrans, & cooperient in eo arcam testimonij: & super illud imponent cooperimentum, pellem hyacinthinam: & inijcient super eam vestimentum totum hyacinthinum desuper, & traijcient gestatoria. Et super mensam propositam inijcient super eam vestimentum totum purpureum D & patellas, & cochlearia, & cyathos, & libatoria, in quibus libat, & panes, qui semper super eã erunt. Et inijcient super eã vestimentum coccineum: & operiẽt eam operimento pelliceo hyacinthino; [δ] & traijciẽt per eã gestatoria. Et sument vestimentum hyacinthinum: & operient candelabrũ, quod lucet, & lucernas eius & forcipes eius, & receptacula eius, & omnia vasa olei, quibus ministrant in eis Et inijcient illud & omnia vasa eius in operimentum pelliceum hyacinthinum. & imponent illud super gestatatoria. Et super altare aureum [ε] adoperient vestimentum hyacinthinum: & operient illud operimento pelliceo hyacinthino: & traijcient gestatoria eius. Et sument omnia vasa ministratoria, quibus ministrãt in ipsis in sanctis: & inijcient in vestimentum hyacinthinum: & operient ea E operimento pelliceo hyacinthino: & imponent super gestatoria. Et [ζ] opertoriũ imponet super altare, & adoperient super illud, vestem totam purpuream. Et imponent super illud omnia vasa, quibus ministrant super illud in eis, & ignĩũ receptacula, & fuscinulas, & phialas, & opertoriũ, & omnia vasa altaris. Et inijcient super illud operimentum pelliceum hyacinthinum: & traijcient gestatoria eius. Et [η] sument vestimentum purpureum, & cooperient labrum, & basim eius: & inijcient illud in operimentum pelliceum hyacinthinum: & imponen super gestatoria. Et consummabunt Aaron, & filij eius operientes sancta, & omnia va-

nia va-

nia vasa sancta in promouendo castra. Et post hæc introibunt filij Caath, ad le uandũ: & non tangent sancta, vt non moriantur. Hæc leuabunt filij Chaath in tabernaculo testimonij. Visitator Eleazar filius Aaron sacerdotis; oleum luminis, & incensum compositionis, & sacrificium quotidianum, & oleum vnctionis, super intendentia totius tabernaculi, & quæcumque sunt in eo in sancto, in omnibus operibus. Et locutus est Dominus ad Moysem, & Aaron, dicens: Ne exterminetis de [g] tribu populum Caath, de medio Leuitarum. Hoc facite eis & viuent, & non morientur, [t] accedentibus ipsis ad sancta sanctorum, Aaron, & filij eius accedant: & collocabunt eos vnumquemq. secundum gestationẽ suam, & non ingrediantur videre confestim sancta: & morientur. Et locutus est Dominus ad Moysem dicens: Accipe principium filiorum Gedson, & hos secundum domos familiarum eorum, secundum populos eorum: a quinque & viginti annis & supra vsque ad quinquaginta annos recognosce eos: omnis ingrediens ministrare, facere opera eius in tabernaculo testimonij. Hoc est ministerium populi Gedson, ministrare, & leuare. Et leuabit pelles tabernaculi, & tabernaculum testimonij, & operimentum eius, & [x] cooperimentum hyacinthinum, quod est super ipsum desuper, & [λ] operimentum ostij tabernaculi testimonij, & tentoria atrij, quæcumque super tabernaculum testimonij; & quæ superant, & omnia vasa ministratoria, quæcumque ministrant in eis, facient. Iuxta os Aaron, & filiorum eius erit ministerium filiorum Gedson, secundum omnia ministeria eorum, & secundum omnia opera eorum. Et recognosces eos ex nomine, omnia, quæ leuanda sunt ab eis. Hoc est ministerium filiorum Gedson in tabernaculo testimonij. Et custodia eorum in manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Filij Merari secundum populos eorum, secundum domos familiarum eorum recognoscite eos: a quinque & viginti annis, & supra vsque ad quinquaginta annos recognoscite eos: omnis ingrediens ministrare opera tabernaculi testimonij. Et hæ sunt obseruationes eorum, quæ leuantur ab eis secundum omnia opera eorum in tabernaculo testimonij: [μ] capitella tabernaculi, & vectes & columnas eius, & bases eius: [ν] & cooperimentum & bases eorum, & columnæ eorum, & cooperimentum ostij tabernaculi, & columnas atrij in circuitu, & bases earum, & columnas veli portæ atrij, & bases earũ, & paxillos earum, & funes earum, & omnia vasa earũ, & omnia ministeria earum: ex nomine recognoscite eos, & omnia vasa custodiæ eorum, quæ leuantur ab eis. Hoc est ministerium populi filiorum Merari in omnibus operibus eorum in tabernaculo testimonij in manu Ithamar filij Aarõ sacerdotis. Et recognouit Moyses & Aaron, & principes Israel, filios Chaath secundũ populos eorum, secũdum domos familiarum eorũ a quinque & viginti annis, & supra vsque ad quinquaginta annos: omnis ingrediens ministrare, & facere in tabernaculo testimonij. Et fuit recognitio eorum secundum populos eorum bis mille septingenti quinquaginta. Hæc est recognitio populi Chaath: omnis qui ministrat in tabernaculo testimonij: sicut recognouit Moyses, & Aaron, per vocem Domini in manu Moysis. Et recogniti sunt filij Gedson secundum populos eorum secundum domos familiarum eorũ a quinque & viginti annis, & supra vsque ad quinquaginta annos, omnis ingrediens ministrare & facere opera in tabernaculo testimonij. Et fuit recognitio eorum secundum populos eorum, secundum domos familiarum eorum bis mille sexcenti tri-

A ti triginta. Hæc est recognitio populi filiorum Gedson: omnis ministrans in tabernaculo testimonij: quos recognouit Moyses, & Aaron, per vocem Domini in manu Moysis. Recogniti autem sunt & populus filiorum Merari secundum populos eorum, secundum domos familiarum eorum a quinque, & viginti annis, & supra, vsque ad quinquaginta annos, omnis ingrediens ministrare ad opera tabernaculi testimonij. Et fuit recognitio eorum secundum populos eorum, secundum domos familiarum eorum ter mille, & ducenti. Hæc est recognitio populi filiorum Merari: quos recognouit Moyses, & Aaron, per vocẽ Domini in manu Moysi. Omnes recogniti, quos recognouit Moyses, & Aaron,
B & principes Israel Leuitas secundum populos, & secundum domos familiarum eorum, a quinque, & viginti annis, & supra, vsque ad quinquaginta annos: omnis ingrediens ad opus operum, & opera quæ leuantur in tabernaculo testimonij. Et fuerunt qui recogniti sunt, octo mille quingenti octuaginta. Per vocem Domini recognouit eos in manu Moysi, virum ad virum super opera eorum, & super illa, quæ ipsi leuant. Et recogniti sunt; quemadmodum præcepit Dominus Moysi.

α Sume caput.] λάβε τὸ κεφάλαιον. *Int. Origenis hom.* 5. accipiat numerum. *Alij vertunt*, accipe summam. *Nam quod diximus de vocabulo* ἀρχὴ, *idem dicendum est de* κεφάλαιον. β A viginti, & quinque.] *Ita*
C *etiam Origenes. Vulgata vt hebræus, & chaldæus*, à trigesimo. γ Caath.] *Ita & alius liber vetus, & Cyrillus de ador. & Compl. & respondet hebræo. In alijs additur* ἐκ μέσου υἱῶν λευὶ κατὰ δήμους αὐτῶν κατ' οἴκους πατριῶν αὐτῶν. *Int. Orig.* Post hæc dicitur, quæ sint opera filiorum Caath in medio filiorum Leui secundum plebes suas in tabernaculo testimonij. δ Traijcient per eam.] *Ita alius liber vetus, & Cyrillus. In alijs est*, καὶ διεμβαλοῦσι τοὺς ἀναφορεῖς αὐτῆς. & traijcient gestatoria eius. ε Adoperient.] ἐπικαλύψουσιν. *Alij, & Compl.* ἐπιθήσουσιν. *Sed S. Aug. q* 8. *habet, vt nostra: eamque locutionem interpretatur.* ζ Opertorium.] *Etiam Compl. hoc loco habet*, τὸ καλυπτῆρα, *sed non post tres abhinc lineas. Vulgata hic habet*, & altare mundabunt cinere, *ibi autem*, vncinos, & batylla. η Et sument.] *Hæc vsque ad*, & consummabunt, *absunt à Compl. vt à vulgata. Sed Origenes*, septimo in loco operitur labrum, *&c.* θ De tribu.] *Int. Orig. eadem hom.* 5. *&* 6. nolite exterminare de tribu sua plebem Caath: *sed exterminare de tribu videtur idem significare, ac si diceretur, facere, vt non sit tribus, id est perdere ipsum: quo fere modo habet vulgata.* ι Accedentibus ipsis ad sancta sanctorum] *Hæc ab Int. Orig. videntur coniungi cum superioribus, quemadmodum & in vulgata.*
D *Alij præponunt punctum, & coniungunt cum sequentibus.* κ Cooperimentum.] *Schol.* καὶ δέρματα ὑακίνθινα, & pelles hyacinthinas. λ Operimentum.] *Schol.* Samariticus ἐπίσπαστρον, *quæ dictio in aliquot editiones vulgatas irrepsit, & valet* velum, *vel* tentorium: *in quibus etiam, vt in vulgata antecedit, quod in nostra sequitur*, καὶ τὰ ἱστία τῆς αὐλῆς & tentoria atrij. μ Capitella.] κεφαλίδας. *vbi vulgata* tabulas. ν Et cooperimentum, & bases earum, & columnæ earum & cooperimentũ ostij tabernaculi.] *Hæc, vt à vulgata, ita absunt à Compl. & certe apparet coaceruatio quædam.*

CAP. V.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Præcipe filijs Israel: & emittant e castris omnem leprosum, & omnem, qui patitur fluorem sanguinis, & omnem immundum super anima: a masculino vsque ad fœmininum,
E num, emittite extra castra: & nõ inquinabũt castra ipsorum; in quibus ego versor in eis. Et fecerunt sic filij Israel: & emiserunt eos extra castra: sicut locutus est Dominus Moysi; sic fecerunt filij Israel. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel, dicens: Vir, aut mulier, quicumque fecerit ab α omnibus peccatis humanis, & despiciens despexerit, & deliquerit β anima illa; annunciabit peccatum, quod fecit: & reddet delictum: caput, & quintas eius adijciet super illud: & reddet, cui deliquit ei. Si autem non fuerit homini γ proximus, ita vt reddat illi delictum ad ipsum; delictum, quod redditur Domino,

mino, ſacerdoti erit, excepto ariete propitiationis; per quem depropitiabit in illo pro eo. Et omnes primitiæ ſecundum omnia, quæ ſanctificantur in filijs Iſrael, quæcumque offerant Domino, ſacerdoti ipſi erunt: & cuiuſque ſanctificata ipſius erunt: & vir, qui dederit ſacerdoti, ei erit. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Loquere filijs Iſrael: & dices ad eos. Viri, viri ſi præuaricata fuerit vxor eius, & deſpiciens deſpexerit eum, & cubuerit quis cum ea concubitum ſeminis, & latuerit ab oculis viri ſui, & abſconderit, ipſa autem ſit inquinata, & teſtis non ſit cum ea, & ipſa non ſit deprehenſa, & ſuperuenerit ei ſpiritus zelandi, & zelet vxorem ſuam, ipſa autem inquinata eſt, vel ſuperuenerit ei ſpiritus zelandi, & zelet vxorem ſuam, ipſa autem non ſit inquinata; & adducet homo vxorem ſuam ad ſacerdotem: & offeret munus pro ea, decimã oephi farinam hordeaceam: non effundet ſuper ipſam oleum: neque imponet ſuper eam thus. Eſt enim ſacrificium zelotypiæ, ſacrificium memorialis, rememorans peccatum. Et adducet eam ſacerdos, & ſtatuet eam ante Dominum. Et ſumet ſacerdos aquam mundam viuentem in vaſe teſtaceo, & de terra quæ eſt ſuper pauimentum tabernaculi teſtimonij: & ſumens ſacerdos inijciet in aquam. Et ſtatuet ſacerdos mulierem ante Dominum: & reuelabit caput mulieris: & dabit ſuper manus eius ſacrificium memorialis, ſacrificium zelotypiæ: in manu autem ſacerdotis erit ᵃ aqua argutionis, quæ maledicitur, huius. Et adiurabit eam ſacerdos: & dicet mulieri: ſi non concubuit quis tecum, ſi non præuaricata es, vt inquinareris ſub viro tuo; innocens eſto ab aqua argutionis, quæ maledicitur, huius. Si autem præuaricata es, cum ſub viro ſis, vel inquinata es, & dedit quis concubitum ſuum in te præter virum tuum; & adiurabit ſacerdos mulierem in iuramentis maledictionis huius: & dicet ſacerdos mulieri· Det te Dominus in maledictum, & ᵇ execramentum in medio populi tui, in dando Dominus femur tuum collapſum, & ventrem tuum diruptum. Et ingredietur aqua quæ maledicitur hæc in ventrem tuum, ad dirumpendum vterum, & faciendum cadere femur tuum. Et dicet mulier: Fiat, fiat. Et ſcribet ſacerdos maledicta hæc in libro: & delebit in aqua argutionis, quæ maledicitur: & potabit mulierem de aqua argutionis, quæ maledicitur. Et intrabit in eam aqua, quæ maledicitur, argutionis. Et ſumet ſacerdos de manu mulieris ſacrificium zelotypiæ: & imponet ſacrificium ante Dominum: & offeret illud ad altare: & tollet pugillo ſacerdos de ſacrificio memoriale eius: & offeret illud ſuper altare: & poſt hæc potabit mulierem de aqua. Et erit, ſi fuerit inquinata, & latendo latuerit virum ſuum: & intrabit in eam aqua maledicta redargutionis: & ᶜ inflabitur ventrem, & decidet femur eius: & erit mulier in maledictum populo ſuo. Si autem non fuerit inquinata mulier, & munda fuerit; & innocens erit, & ſeminare faciet ſemen. Hæc eſt lex zelotypiæ, cuicumque præuaricata fuerit mulier, quæ ſub viro eſt, & inquinata fuerit, aut homo, cui ſuperuenerit ſuper eum ſpiritus zelandi, & zelauerit vxorem ſuam. Et ſtatuet vxorem ſuam ante Dominum: & faciet ei ſacerdos omnem legem hanc: & innocens erit homo a peccato: & mulier illa accipiet peccatum ſuum.

a Ab om-

A α Ab omnibus peccatis humanis.] *Ita S. Aug. in locut. & q. 10. vbi etiam explicat, quid sit peccatum humanum; quemadmodũ & Theodoretus q. 9.* β Anima illa.] *Optime possunt hæc coniungi cũ præcedentibus, & congruenter hebræo. S. Aug. tamen ibidem coniungit cum sequentibus.* γ Proximus.] *Ita S. Aug. q. 9. græce est* ὁ ἀγχιστεύων, *ac valet etiam redimens, & qui habet ius persequendi: quales sunt propinqui. Legendus Theodoretus q. eadem.* δ Aqua argutionis.] τὸ ὕδωρ τοῦ ἐλεγμοῦ τοῦ ἐπικαταρωμένου τούτου. *Ita & alius liber vetus, & Theodoretus q. 10. Alij codices,* τὸ ἐπικαταρώμενον τοῦτο. *Et S. Aug. in locut.* erit aqua argutionis, quæ maledicitur hæc: *& inquit ita potuisse vsitate dici,* erit aqua argutionis hæc, quæ maledicitur. *Verum in hoc eodem capite non semel in omnibus codicibus vterq. locutionis modus repetitur; vt dicatur & aqua maledicta, & argutio maledicta.* ε Execramentum.] *S. Aug. q. 11. in execramentum, & habet, vt etiam Theodoretus,* ἐνόρκιον, *eamque dictionem explanat. Compl.* ἐν ὅρκῳ. in iuramentum. ζ Inflabitur.] *Sic S. Aug. in locut. Posset autem verti etiam, vt paulo superius fecimus,* dirumpetur.

B

CAP. VI.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Vir aut mulier, quicumque * magne vouerit votum, purificandi puritatem Domino; a vino, & sicera temperabit: & acetum ex vino, & & acetum ex sicera non bibet: & quæcumque conficiuntur ex vua, non bibet: & vuam recentem & vuam passam non comedet omnibus diebus voti sui. Ab omnibus quæcumque fiunt ex vite, vinum a corticibus vuæ, vsque ad acinum nõ comedet omnibus diebus purificationis. Nouacula non superueniet super caput

C eius, donec impleantur dies, quoscumque vouit Domino. Sanctus erit nutriens comam capillum capitis omnibus diebus voti Domino. Super omnem animã mortuam non ingredietur: super patrem, & matrẽ, & super fratrem, & super sororem, non inquinabitur in eis; cum illi mortui fuerint: quoniam votũ Dei eius in eo super caput eius: omnibus diebus voti sui sanctus erit Domino. Si quis autẽ mortuus fuerit super eũ repente; statim inquinabitur caput voti eius; & radetur caput suum, qua die mundabitur: die septimo radetur: & die octauo feret duos turtures, vel duos pullos columbarum ad sacerdotem ad ianuas tabernaculi testimonij. Et faciet sacerdos vnum pro peccato: & vnum in holocaustum. Et de-

D propitiabit pro eo sacerdos, de quibus peccauit pro anima: & sanctificabit caput suum in die illa, qua sanctificatus est Domino, dies voti. Et adducet agnũ anniculum in delictum. Et priores dies innumerati erunt: quoniam inquinatũ fuit caput voti eius. Et hæc est lex eius qui vouit. Quacumq. die impleuerit dies voti sui; offeret ipse ad ianuas tabernaculi testimonij: & offeret munus suum Domino agnũ anniculũ sine vitio vnũ in holocaustoma, & agnã anniculã vnam sine vitio in peccatũ, & arietem vnũ sine vitio in salutare, & canistrum azymorũ similæ panes refectos in oleo, & lagana azyma vncta in oleo, & sacrificium eorum, & libamẽ eorum. Et offeret sacerdos ante Dominũ: & faciet quod pro peccato eius

E & holocaustum eius: & arietem faciet sacrificium salutaris Domino super canistro azymorum: & faciet sacerdos sacrificium eius, & libamen eius. Et radetur, qui vouit, ad ianuas tabernaculi testimonij caput voti sui, & imponet capillos super ignem, qui est sub sacrificio salutaris. Et sumet sacerdos brachium coctum de ariete, & panem vnum azymum de canistro, & laganum azymum vnũ: & imponet super manus eius, qui vouit; postquam ipse rasus fuerit β votum suũ. Et offeret ea sacerdos impositionem ante Dominum. Sanctum erit sacerdoti super pectusculum impositionis, & super brachium deptionis. Et post hæc bibet, qui vouit, vinum. Hæc est lex eius qui vouit, quicumque vouerit munus suum Do-

mino pro voto, abſque ijs, quæ inuenerit manus eius, ſecundum potentiam voti ſui, quod vtique vouerit iuxta legem puritatis. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem dicens. Loquere Aaron, & filijs eius, dicens. Sic benedicetis filios Iſrael, dicẽtes eis. Benedicat te Dominus, & cuſtodiat te: illuminet Dominus faciem tuam ſuper te, & miſereatur tui: eleuet Dominus faciem ſuam ſuper te & det tibi pace. Et imponent nomen meum ſuper filios Iſrael. Et ego Dominus benedicã eos.

α Magne vouerit.] *Sic S. Augu. in locut. Alij ex hebræo vertunt*, cum mirificauerit vouendo votum. ε Votum ſuum.] *Alij codices, & Compl.* τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, caput ſuum. *Sed noſtra retinuit hebraiſmum. Nã in hebræo eſt,* poſtquam raſus fuerit Nazareatus eius.

CAP. VII.

ET factum eſt qua die conſummauit Moyſes, vt erigeret tabernaculum; & vnxit illud, & ſanctificauit illud, & omnia vaſa eius, & altare, & omnia vaſa eius: & vnxit ea, & ſanctificauit ea. Et obtulerunt principes Iſrael, duodecim principes domorum familiarum ſuarum. Hi ſunt principes tribuum, hi aſſiſtentes ſuper α recognitione. Et tulerunt munus ſuum ante Dominum ſex vehicula β lampenica, & duodecim boues: vehiculum a duobus principibus, & vitulum ab vnoquoque. Et adduxerũt ante tabernaculũ. Et ait Dominus ad Moyſem, dicens: Accipe ab eis, & erunt ad opera miniſtratoria tabernaculi teſtimonij: & dabis ea Leuitis, vnicuique ſecundum miniſterium eius. Et ſumens Moyſes vehicula, & boues, dedit ea Leuitis. Et duo vehicula, & quatuor boues dedit filijs Gedſon ſecũdum miniſteria eorum: & quatuor vehicula, & octo boues dedit filijs Merari ſecundum miniſteria eorum, per Ithamar filium Aaron ſacerdotis. Et filijs Caath non dedit: quoniam miniſteria ipſius ſancti habent: ſuper humeros leuabunt. Et obtulerunt principes in dedicationẽ altaris in die qua vnxit illud: & obtulerunt principes munera ſua e regione altaris. Et dixit Dominus ad Moyſem: Princeps vnus γ quotidie, princeps quotidie offerent dona ſua in dedicationem altaris. Et fuit offerens in die prima donum ſuũ Naaſſon filius Aminadab, princeps tribus Iuda. Et obtulit donum ſuum patellam argenteam vnã, triginta & centum pondus eius, phialam vnam argenteam ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctum, vtraque plena ſimilæ refectæ in oleo ad ſacrificium, mortariolum vnum decem aureorum plenum incenſi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnum vnum anniculum in holocauſtum, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in ſacrificium ſalutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque. Hoc eſt donum Naaſſon filij Aminadab. Die ſecunda obtulit Nathanael filius Sogar, princeps tribus Iſſachar: & obtulit donum ſuum patellam argenteam vnam, triginta & centum pondus eius, phialam vnam argenteam ſeptuaginta ſiclorum iuxta ſiclum ſanctum, vtraque plena ſimilæ refectæ in oleo in ſacrificium, mortariolum vnum decẽ aureorum plenum incenſi, vitulum vnum ex bobus, arietem unum, agnum unum anniculum in holocauſtum, & hircum ex capris unum pro peccato, & in ſacrificiũ ſalutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque. Hoc eſt donũ Nathanael filij Sogar. Die tertia princeps filiorũ Zabulon, Heliab filius Chælon, donũ ſuum patellã argenteam unã, triginta & centũ põdus eius, phialã unã argẽteam ſeptuaginta ſiclorũ iuxta ſiclũ ſanctũ, utraq. plena ſimilæ refectæ

in oleo

A in oleo in sacrificium, mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnum vnum anniculum in holocaustũ, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificiũ salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque Hoc est donum Heliab filij Chælon. Die quarta princeps filiorum Ruben Helisur filius Sediur donũ suũ, patellam argenteam vnam, triginta & centum pondus eius, phialam vnam argẽteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum, vtraque plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium, mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnum vnum anniculum in holocaustũ, B & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificium salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque. Hoc est donũ Helisur filij Sediur. Die quinta princeps filiorum Symeon Salamiel filius Surisadæ donum suum, patellam argenteam vnam, triginta & centum pondus eius, phialam vnam argenteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum, vtraq. plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium, mortariolum vnum decẽ aureorum plenũ incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnum vnum anniculum in holocaustum, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificium salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque. Hoc est C donum Salamiel filij Surisadæ. Die sexta princeps filiorum Gad, Elisaph filius Raguel, donum suum, patellã argenteã vnam, triginta & centum pondus eius, phialam vnam argenteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctũ, vtraq. plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium, mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnum vnum anniculum in holocaustum, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificium salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque. Hoc est donum Elisaph filij Raguel. Die septima princeps filiorum Ephræm, Elisama filius Emiud donum suum patellam argenteam vnam, triginta & cen- D tum pondus eius, phialam vnam argenteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum, vtraque plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium, mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnũ, agnum vnum anniculum in holocaustum, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificium salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque. Hoc est donum Elisama filij Emiud. Die octaua princeps filiorum Manasse, Gamaliel filius Phadassur donum suum, patellam argenteam vnam, triginta & centum pondus eius, phialam vnam argenteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum, vtraque plena similæ refectæ in oleo ad E sacrificium, mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnum vnum anniculum in holocaustum, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificium salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque. Hoc est donum Gamaliel filij Phadassur. Die nono princeps filiorum Beniamin Abidan filius Gadeoni donum suum, patellam argenteam vnam, triginta & centum pondus eius, phialam vnam argenteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum, vtraq. plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnum vnum anniculum

culum in holocaustum, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificium salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinq;. Hoc est donum Abidan filij Gadeoni. Die decima princeps filiorũ Dan, Achiezer filius Amisadæ donum suum patellam argenteam vnã, triginta & centum põdus eius, phialam vnam argenteam, septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum vtraque plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium, mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnũ vnum anniculum in holocaustum, & hircum ex capris vnũ pro peccato, & in sacrificiũ salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinq;. Hoc est donum Achiezer filij Amisadæ. Die vndecima princeps filiorum Aser, Phageel filius Echran donum suum, patellam argenteam vnam, triginta, & centum pondus eius, phialam vnam argenteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum, vtraque plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium, mortariolum vnũ decem aureorum plenum incẽsi, vitulũ vnum ex bobus, arietem vnum, agnum anniculum vnum in holocaustum, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificiũ salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque; agnas anniculas quinque. Hoc est donũ Phageel filij Echran. Die duodecima princeps filiorũ Nephthali, Achire filius Ænan, munus suum, patellam argenteam vnam, triginta & centum pondus eius, phialam vnam argenteam septuaginta siclorum iuxta siclum sanctum, vtraque plena similæ refectæ in oleo ad sacrificium, mortariolum vnum decem aureorum plenum incensi, vitulum vnum ex bobus, arietem vnum, agnum anniculum vnum in holocaustum, & hircum ex capris vnum pro peccato, & in sacrificiũ salutaris vitulas duas, arietes quinque, hircos quinque, agnas anniculas quinque. Hoc est donũ Achire filij Ænan. Hæc est dedicatio altaris qua die vnxit illud, a principibus filiorũ Israel, patellæ argenteæ duodecim phialæ argẽteæ duodecim, mortariola aurea duodecim, triginta & centũ siclorũ patella vna, & septuaginta siclorum phiala vna, omne argentum vasorũ bis mille, & quadringenti sicli. Sicli in siclo sancto. Mortariola aurea duodecim plena incensi. Omne aurum mortariolorum, viginti & centũ aurei. Omnes boues quæ in holocaustõsim, vituli duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & sacrificia eorum, & libamina eorum & hirci ex capris duodecim pro peccato. Omnes boues in sacrificium salutaris, vitulæ viginti quatuor, arietes sexaginta, hirci sexaginta [δ] anniculi, agnæ sexaginta anniculæ immaculatæ. Hæc est dedicatio altaris, [ε] postquam impleuit manus suas, & postquam vnxit eum. In ingrediendo Moyses in tabernaculum testimonij ad loquendum ei, & audiebat vocẽ Domini loquentis ad se desuper propitiatorio, quod est super arcam testimonij inter duos Cherubim. Et loquebatur ad eum.

α Recognitione.] *De hac dictione iam notatum est. Schol.* Alius, ἀριθμήσεως τοῦ λαοῦ, numeratione populi. β Vehicula lanipenica.] ἁμάξας λαμπηνικὰς. *Schol.* Alius interpretatur, κατασκευασμένας ædificatas, & apparatas, Aquila σκεπαστὰς, tecta. Samariticus autem habet δυνάμεις, valida. Euseb. Emis. ἁμάξας λαμπηνικὰς dicit τὰ διαζύγια, quæ rotis ad discurrendum aguntur, quæ nonnulli vocant ζυγωτά. *S. Aug. in locut.* vehicula tecta. *Vulgata*, plaustra tecta. γ Princeps vnus quotidie, princeps quotidie.] *S. Aug. in locut.* pro eo, vt diceret, singulis diebus singuli principes. *Ac sane, quod græce est* καθ' ἡμέραν. *potest etiam verti* in diẽ, *aut* per diem. δ Anniculi.] *Abest hæc dictio a Compl. sed in hebræo est dictio, cui possit respondere: a quo hebræo potius abest illud, quod sequitur,* immaculatæ. ε Postquam impleuit manus suas, & postquam vnxit eum.] *In Compl. tantum est* μετὰ τὸ χρῖσαι αὐτὸ, postquam vnxit illud. *Sed potuit dici* αὐτὸν, *pro* αὐτό; *quoniam altare in hebræo est masculini generis, vt alibi notatum est.*

CAP.

A

CAP. VIII.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere ad Aaron, & dices ad eum: Cum imposueris lucernas; a parte secundum faciem candelabri lucebunt septem lucernæ. Et fecit sic Aaron. Ab vna parte secundum faciem candelabri accendit lucernas eius; sicut præcepit Dominus Moysi. Et hæc est structura candelabri: solidum aureum, stipes eius, & lilia eius, solidum totũ: secundum speciem, quam ostendit Dominus Moysi, sic fecit candelabrum. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Sume Leuitas de medio filiorũ Israel: & purificabis eos. Et sic facies eis purificationem eorum. Asperges eos aqua pu-

B rificationis: & superueniet nouacula super omne corpus eorum: & lauabunt vestimenta sua: & mundi erunt. Et sument vitulum vnum ex bobus, & huius sacrificium similam refectam in oleo. Et vitulum anniculum, ex bobus sume pro peccato. Et adduces Leuitas ante tabernaculum testimonij: & congregabis omnẽ synagogam filiorum Israel: & adduces Leuitas ante Dominum: & imponent filij Israel manus suas super Leuitas. Et segregabit Aaron Leuitas, munus ante Dominum a filijs Israel: & erunt, vt operentur opera Domini. Leuitæ autem imponent manus super capita vitulorum: & facies vnum pro peccato, & vnum in holocaustum Domino ad exorandum pro eis. Et statues Leuitas ante Dominum:

C & ante Aarõ, & ante filios eius: & donabis illos donũ ante Dominũ: & distingues Leuitas de medio filiorum Israel: & erunt mihi. Et post hæc ingredietur Leuitæ ad operandũ opera tabernaculi testimonij: & mundabis eos: & donabis eos ante Dominum: quoniam donum, donati hi mihi sunt de medio filiorum Israel: pro adaperientibus omnem vuluã primogenitis omnibus sumpsi eos mihi: quoniã mihi omne primogenitum in filijs Israel ab hominibus vsque ad pecus. Qua die percussi omne primogenitum in terra Ægypti; sanctificaui eos mihi: & sumpsi Leuitas pro omni primogenito in filijs Israel: & donaui Leuitas donum, donatos Aaron, & filijs eius de medio filiorum Israel ad operandum opera filiorum

D Israel in tabernaculo testimonij, & propitiandum pro filijs Israel. Et non erit in filijs Israel [a] accedens ad sancta. Et fecit Moyses, & Aaron, & omnis synagoga filiorum Israel Leuitis: secundum quæ præcepit Dominus Moysi de Leuitis, ita fecerunt eis filij Israel. Et purificati sunt Leuitæ: & lauerunt vestimenta: & donauit eos Aaron donum ante Dominum: & exorauit pro eis Aaron, ad purificãdos eos. Et post hæc intrarunt Leuitæ ad ministrandum ministerium suum in tabernaculo testimonij ante Aaron, & ante filios eius: sicut præcepit Dominus Moysi de Leuitis, sic fecerũt eis. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicẽs: Hoc [β] est, quod de Leuitis: a quinto, & vigesimo anno & supra introibunt [γ] operari in ta-

E bernaculo testimonij: & a quinquagenario recedet a ministratione, & non operabitur vltra: & ministrabit frater eius, in tabernaculo testimonij [δ] custodire custodias, opera autem non operabitur. Sic facies Leuitis in custodijs eorum.

[a] Accedens.] *Ita plerique libri veteres. In alijs quibusdam additur* τῶν υἱῶν ἰσραήλ. *Et S. Augu. in locut.* Et non erit in filijs Israel accedens filiorum Israel ad sancta. [β] Hoc est, quod de Leuitis.] *S. Aug. q.* 13. Hoc est de Leuitis, Hoc alij interpretes interpretati sunt, hæc est lex de Leuitis, *&c.* [γ] Operari.] *Alij codices, & Cyrillus lib. 5. de adoratione* λειτουργεῖν λειτουργίαν ἐν ἔργοις. *& S. Aug. q.* 14. ministrare in ministerium in operibus. [δ] Custodire.] *Ita S. Aug. ibidem: notatque hæc esse intelligenda de quinquagenario, illa autem proxime antecedentia*, & ministrabit frater eius, *per hyperbaton esse interiecta. Sed Compl. habet,* καὶ λειτουργήσει μετὰ ἀδελφῶν αὐτοῦ ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου φυλάσσειν τὰς φυλακὰς & ministrabit cum fratribus suis in tabernaculo testimonij custodiendo custodias: *quod respondet hebræo.*

CAP. IX.

A

ET locutus est Dominus ad Moysem in deserto Sina in anno secundo egressis ipsis de terra Ægypti in mense primo, dicens: Dic & faciant filij Israel Pascha iuxta tempus eius, quarta & decima die mensis primi ad vesperã. Facies illud secundum tempora: secundum legem eius, & secundum constitutionem eius facies illud. Et locutus est Moyses filijs Israel, vt facerent Pascha incipiẽte quarta & decima die mensis in deserto Sina: sicut præcepit Dominus Moysi, ita fecerunt filij Israel. Et affuerunt viri, qui erant immundi super animam hominis, & non potuerant facere Pascha in die illa. Et accesserunt ante Moysem, & Aaron in die illa: & dixerunt viri illi ad eum: Nos immundi super animam hominis. Nunquid igitur fraudandi erimus offerre donum Domino iuxta tempus suum in medio filiorum Israel? Et dixit ad eos Moyses: State istic, & audiam quid præcipiet Dominus de vobis. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel, dicens: Homo, homo, quicumque fuerit immundus super animam hominis, vel in via longe a vobis, vel in generationibus vestris, & faciet Pascha Domino in mense secundo in quarta & decima die: ad vesperam facient illud: super azyma, & picridas comedent illud: non relinquent de eo in mane, & os non confringent de eo: secundum legem ipsius Pascha facient illud. Et [a] homo quicumque mundus fuerit, & in via longe non est, & defuerit facere Pascha; exterminabitur anima illa de populo suo: quia donum Domino non obtulit iuxta tempus eius: peccatum suum accipiet homo ille. Si autem accesserit ad vos proselytus in terra vestra, & fecerit Pascha Domino; secundum legem ipsius Pascha, & secundum constitutionem eius faciet illud. Lex vna erit vobis, & proselyto, & indigenæ terræ. Et die qua statutum est tabernaculum, texit nubes tabernaculum, [β] domum testimonij: & vespere erat super tabernaculum velut species ignis vsque mane. Ita fiebat semper: nubes tegebat illud die, & species ignis nocte. Et cum ascendisset nubes a tabernaculo; & postea promouebant filij Israel: & in loco vbicumque steterat nubes; ibi castra collocabant filij Israel. Per præceptum Domini castra [γ] collocabunt filij Israel: & per præceptum Domini promouebunt. Omnes dies, in quibus obumbrat nubes super tabernaculum; in castris erunt filij Israel. Et quando [δ] protraxerit nubes super tabernaculum dies plures; & custodient filij Israel custodiam Dei, & non promouebunt. Et erit cum texerit nubes dies numero super tabernaculum; per vocem Domini in castris erunt: & per præceptũ Domini promouebunt. Et erit, cum fuerit nubes a vespera vsque ad mane, & ascenderit nubes mane; & promouebunt die, vel nocte: [ε] mense diei, abundante nube obumbrante super illud, in castris erunt filij Israel, non promouebunt: quoniam per præceptum Domini promouebunt. Custodiam Domini custodierunt, per præceptum Domini in manu Moysi.

B C D E

[a] Homo.] S. *Aug. in locut.* homo, homo. [β] Domum testimonij.] *Ita & alius liber vetus, & Cyrillus lib. 5. de adoratione, & S. Aug. q. 16. Nonnulli* καὶ τὸν οἶκον, & domum. [γ] Collocabunt.] *Notat S. Aug. ibidem hanc locutionem: in qua narrator rerum gestarum vtitur verbis temporis futuri.* [δ] Protraxerit.] *S. Aug.* protexerit. [ε] Mense diei.] *Sic plerique libri. In Compl. est* vel mense. *In nonnullis, & apud Cyrillum lib. 5. Sic legitur,* καὶ ἐὰν ἀναβῇ ἡ νεφέλη, ἀπὸ τῶν ἡμέρας, ἢ μηνός. *S. Aug.* & cum sic ascenderit nubes; promouebunt die, vel mense, *&c. Legenda diligenter sunt, quæ in hoc loco afferuntur à S. Augu. quamuis subesse possit mendum aliquod, quod ex collatione cum hebræo, & alia interpunctione tolli posset.*

CAP.

CAP. X.

A ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Fac tibi duas tubas argenteas: ductiles facies eas: & erunt tibi ad reuocandam synagogam, & promouenda castra. Et clanges in illis: & congregabitur omnis [a] synagoga ad ostium tabernaculi testimonij. Si autem in [b] vna clangent; accedent ad te omnes principes [y] Duces Israel. Et clangetis significationem: & promouebunt castra applicantia ad orientem. Et clangetis significationem secundam: & promouebunt castra applicantia ad Africum. Et clangetis significationem tertiam: & promouebunt castra applicantia iuxta mare. Et clangetis significationem quartam: & promouebunt castra applicantia ad Aquilonem. B Significatione clangent in promotione eorum. Et quando [d] congregabitis synagogam; clangetis, & non significatione. Et filij Aaron sacerdotes clangent tubis. Et erit vobis legitimum sempiternum in progenies vestras. Si autem exibitis in bellum in terra vestra erga aduersarios, qui steterunt contra vos; & significabitis tubis: & erit recordatio vestri coram Domino; & saluabimini de inimicis vestris. Et in diebus lætitiæ vestræ, & in solemnitatibus vestris, & in Neomenijs vestris clangetis tubis super holocaustomata, & super sacrificia salutarium vestrorum. Et erit vobis rememoratio coram Deo vestro. Ego Dominus Deus vester. C Et factum est in anno secundo, in mense secundo, vigesima mensis ascendit nubes a tabernaculo testimonij. Et promouerunt filij Israel cum vasis suis, in deserto Sina. Et stetit nubes in deserto Pharan. Et promouerunt primi per vocem Domini in manu Moysi. Et promouerunt ordo castrorum filiorum Iuda primi cum virtute sua: & super virtutem eorum Naasson filius Aminadab. Et super virtutem tribus filiorum Issachar, Nathanael filius Sogar. Et super virtutem tribus filiorum Zabulon, Eliab filius Chelon. Et deponent tabernaculum. Et promouebunt filij Gedson, & filij Merari, qui sunt leuantes tabernaculum. Et promouerunt ordo castrorũ Ruben cum virtute sua: & super virtutem eorum Elisur filius Sediur. D Et super virtutem tribus filiorum Symeon, Salamiel filius Surisadæ. Et super virtutẽ tribus filiorũ Gad, Helisaph filius Raguel. Et promouebunt filij Caath, leuantes sancta: & stare facient tabernaculũ, quoadusque accesserint. Et promouebunt ordo castrorum Ephræm cum virtute sua: & super virtutem eorum Elisama, filius Semiud. Et super virtutem tribus filiorum Manasse, Gamaliel filius Phadassur. Et super virtutem tribus filiorum Beniamin, Abidan filius Gadeoni. Et promouebunt ordo castrorum filiorum Dan, vltimi omnium castrorum cum virtute sua: & super virtutem eorum Achiezer filius Amisadai. Et super virtutem tribus filiorum Aser, Phageel filius Echran. Et super virtutem tribus filiorum Nephtali, Achire filius Ænan. E Hæ sunt acies filiorum Israel: & promouerunt cum virtute sua. Et dixit Moyses ipsi Obab filio Raguel Madianiti socero Moysi. Promouemus nos in locum, quem dixit Dominus: hunc dabo vobis. Veni nobiscum: & bene tibi faciemus, quoniam Dominus locutus est bona de Israel. Et dixit ad eum: Non ibo: sed ad terram meam & ad progeniem meam. Et dixit: Ne derelinquas nos, quoniam fuisti nobiscum in deserto: & eris in nobis presbyter. Et erit, si ieris nobiscum, & erunt bona illa, quæcumque benefaciet nobis Dominus; & bene tibi faciemus. Et promouerunt a monte Domini viam trium dierum: Et arca

testamen-

testamenti Domini præcedebat prior eis viam trium dierum ad explorandum eis requietem. Et factum est in promouendo arcam, & dixit Moyses: Exurge Domine, & dissipentur inimici tui: fugiant omnes qui odio habent te. Et in requiete dixit: Reuertere Domine, millia, decem millia in Israel. Et ζ nubes fuit obumbrans super eos die; dum promouerent ipsi e castris.

α Synagoga.] *Ita etiam alius liber vetus, & Cyrillus. In aliis additur,* πρὸς σὲ, ad te. β In vna.] *Ita & alius liber vetus, & Cyrillus in 5. de adoratione. Alii* μιᾷ σάλπιγγι σαλπίσωσι, vna tuba cecinerint. γ Duces.] ἀρχηγοί. *Ita & alius liber vetus, & Cyrillus. Alii* καὶ χιλίαρχοι, & chiliarchi. δ Congregabitis.] *Sic visum est satis aptam reddi sententiam; quamuis S. Aug. q. 17. habeat* Et cum congregaueritis synagogam; tuba canetis, & non in signo, *eaque verba ingeniose interpretetur. Omnino* σημασία, *videtur significare certam soni speciem, quam alii ex hebræo dixerunt ouitionem, alii vlulationem. Legendus Theodor. q. 15.* ε Obab.] *S. Aug. in locut.* Obeth filio Raguel Madianitæ genero Moysi. *Theodoretus q. 16. putat* Iobab *fuisse filium Raguelis, qui idem sit, ac Iothor.* ζ Et nubes.] *Hæc vsque in finem in Compl. habentur paulo superius, nimirum, vbi in vulgata.*

CAP. XI.

ET erat populus murmurans mala ante Dominum. Et audiuit Dominus, & indignatus est ira. Et accensus est in eis ignis a Domino: & deuorauit partem quandam castrorum. Et clamauit populus ad Moysem. Et orauit Moyses ad Dominum: & cessauit ignis. Et vocatum est nomen loci illius, incendium: quia accensus est in eis a Domino. Et promiscuus, qui erat in eis, concupiuit concupiscentiam: & sedentes flebant, & filij Israel, & dicebant: Quis nos cibabit carnibus? Recordati sumus pisciũ, quos edebamus in Ægypto gratis, & cucumerum, & peponum, & porrorum, & ceparum, & alliorum. Nunc autem anima nostra arida. Nihil præter in Manna, oculi nostri. Manna autẽ quasi semen α coriandri est: & species eius, species chrystalli. Et perambulabat populus, & colligebant, & molebant illud in mola, & conterebant in mortario, & coquebant illud in olla, & faciebant illud subcineritia: & erat suauitas eius, tanquam quod gustatur, laganum β ex oleo. Et quando descendebat ros super castra nocte; descendebat manna super ea. Et audiuit Moyses plorantes illos secundum populos suos, vnumquenque ad ostium suum: Et indignatus est ira Dominus valde. Et coram Moyse fuit malum. Et dixit Moyses ad Dominum. Vt quid afflixisti seruum tuum, & quare non inueni gratiam coram te, imponendo impetum populi huius super me? Nunquid ego in vtero concepi omnem populum hunc? aut ego peperi eos? quoniam dicis mihi, accipe illum in sinum tuum, quasi tollat nutrix lactentem, in terram quam iurasti patribus eorum? Vnde mihi carnes ad dandum omni populo huic? quoniam plorant super me, dicentes; da nobis carnes, vt edamus. Non potero ego solus ferre populũ hunc: quia γ grauius est mihi verbum hoc. Si autem sic tu facis mihi; occide me interemptione, si inueni misericordiam apud te, vt non videam afflictionem meã. Et dixit Dominus ad Moysem: Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu ipse nosti, quod hi sunt seniores populi, & scribæ eorum: & adduces eos ad tabernaculum testimonij: & stabunt illic tecum. Et descendam, & loquar ibi tecum: & auferam de spiritu, qui est in te, & superponam super eos: & sustinebunt tecum impetum populi: & non portabis eos tu solus. Et populo dices: Purificamini in crastinum: & comedetis carnes: quoniam plorastis ante Dominum,

A minum, dicentes, quis nos cibabit carnibus? quia bonum eſt nobis in Ægypto. Et dabit vobis Dominus carnes ad edendum: & edetis carnes: non diem vnum edetis, neque duos, neque quinque dies, neque decem dies, neque viginti dies: vſque ad menſem dierum edetis; donec exeat e naribus veſtris: & erit vobis in δ choleram; quoniam increduli fuiſtis Domino, qui eſt in vobis: & ploraſtis ante eum, dicentes: vtquid nobis exire de Ægypto? Et dixit Moyſes: Sexcenta millia peditũ populus, in quibus ſum in eis: & tu dixiſti, carnes dabo eis comedere: & comedent menſem dierum. Nunquid oues, & boues occidentur illis, & ſufficient illis? Aut omne ε edulium maris congregabitur eis, & ſufficiet eis? Et B dixit Dominus ad Moyſem: Nunquid manus Domini non ſufficiet? Iam cognoſces, ſi ζ ſuper comprehendet te verbum meum, an non. Et egreſſus eſt Moyſes, & locutus eſt ad populum verba Domini. Et congregauit ſeptuaginta viros de ſenioribus populi: & ſtatuit eos in circuitu tabernaculi. Et deſcendit Dominus in nube, & locutus eſt ad eũ: & abſtulit de ſpiritu, qui ſuper ipſum, & ſuperpoſuit ſuper ſeptuaginta viros ſeniores. Vt autem requieuit ſpiritus ſuper eos; prophetarunt, & non vltra η adiecerunt. Et remanſerunt duo viri in caſtris, nomẽ vni Heldad, & nomen ſecundo Modad: & requieuit ſuper eos ſpiritus: & hi erãt ex deſcriptis: & non venerant ad tabernaculum: & prophetarunt in caſtris. Et C accurrens adoleſcens annunciauit Moyſi: & dixit dicens: Heldad, & Modad prophetant in caſtris. Et reſpondens Ieſus Naue, qui aſtabat Moyſi θ electus ille dixit: ι Domine Moyſes prohibe eos. Et dixit Moyſes ei: Nunquid κ æmularis me? Et quis det omnem populum Domini prophetas; cum dederit Dominus ſpiritum ſuum ſuper eos? Et abijt Moyſes in caſtra, ipſe & ſeniores Iſrael. Et ſpiritus exijt a Domino: & λ tranſtulit coturnicem a mari: & iniecit ſuper caſtra, viam diei hinc, & viam diei hinc, in circuitu caſtrorum, quaſi bicubitum a terra. Et exurgens populus totam diem, & totam noctem, & totam diem craſtinam; & congregauit coturnicem: qui parum, congregauit decem coros: & reD frigerauerunt ſibi refrigeria in circuitu caſtrorum. Carnes adhuc erant in dentibus eorum, antequam deficerent: & Dominus indignatus eſt in populum: & percuſſit μ Dominus plagam magnam valde. Et vocatum eſt nomen loci illius, ſepulchra concupiſcentiæ: quia illic ſepelierunt populum concupitorem. A ſepulchris concupiſcentiæ promouit populus in Aſeroth.

α Coriandri] κορίου, *Schol.* Ceteri βδελλίου, Bdellij, *quamuis putem hanc varietatem potius pertinere ad illud ſequens*, chryſtalli. *Nam & eo loco habet vulgata, & ceteri, qui ex hebræo.* β Ex oleo.] *Schol.* Alius ἐκ μέλιτος, ex melle. *Aquila, & Symm.* μαστοῦ ἔλαιον, μαστοῦ εἰς λίπος, mammæ oleum (*id eſt recens, vt puto*) mammæ in pinguedine. γ Grauius eſt mihi.] *ideſt, graue eſt præ me, & facultate mea, quod habet hebræus. In alijs libris eſt* βαρύ μοι, graue mihi. δ In choleram.] *Theodoretus q.* 19. Vel, vt Symm. εἰς ἀπεψίαν, cruditatem. Nam edacitas morbum attulit, & multis mortem diuinitus illata plaga. ε Omne edulium.] πᾶν τὸ ὄψος, *aut* ὄψον, *vt alij, S. Aug. q.* 19. omnis piſcis. ζ Si ſupercomprehendet.] εἰ ἐπικαταλήψεται, *Ita & alius liber vetus, & Theodoretus: ac poſſet etiam reddi,* ſi ante vertet. *In alijs codicibus eſt,* ἐπεὶ καταλήψεταί σε, quoniam comprehendet te, quoniam continget tibi. η Adiecerunt.] *Ita fere vertit Sanctes ex hebræo: & de hac ſententia diſputat Theodoretus q.* 20. *Vulgata, & Chaldæus,* nec vltra ceſſauerunt. θ Electus ille.] ὁ ἐκλεκτός. *Ita etiam Theodoretus. Plerique codices habent,* ὁ ἐκλεκτὸς αὐτοῦ, electus eius. ι Domine Moyſes.] *Ita etiam Theodoretus. Alij* κύριέ μου, Domine mi. κ Nunquid æmularis me?] μὴ ζηλοῖς σὺ ἐμέ, *In alijs, & apud Theodoretum eſt* σύ μοι, *& ſine interrogatione:* ne æmuleris tu mihi, *ideſt,* pro me. λ Tranſtulit coturnicem.] ἐξεπέρασεν ὀρτυγομήτραν. *In nonnullis codicibus eſt,* ἐξεπέτασεν, euolare fecit. *De ortygometra autem alibi notatum eſt.* μ Dominus plagam.] *Sic S. Aug. in locut. In alijs libris partim eſt* κύριος ἐν τῷ λαῷ πληγήν, *partim* τὸν λαόν, Dominus in populo plagam, *aut* populum plaga.

CAP.

CAP. XII.

A

ET locuta est Maria, & Aaron contra Moysem propter vxorem Æthiopissam, quam sumpsit Moyses; quoniam vxorem Æthiopissam sumpsit. Et dixerunt: Nunquid soli Moysi locutus est Dominus? Nonne & nobis locutus est? Et audiuit Dominus. Et homo Moyses mansuetus valde præter omnes homines, qui essent super terram. Et dixit Dominus statim ad Moysem, & Aaron, & Mariam: Exite vos tres ad tabernaculum testimonij. Et exierunt ipsi tres ad tabernaculum testimonij. Et descendit Dominus in columna nubis: & stetit super ostium tabernaculi testimonij: & vocati sunt Aaron, & Maria: & exierunt ambo. Et dixit ad eos: Audite verba mea. Si fuerit propheta ex vobis Domino; in visione ei agnoscar, & in somno loquar ei. Non sic famulus meus Moyses: in tota domo mea fidelis est: os ad os loquar ei, in specie, & non per ænigmata: & gloriam Domini vidit. Et quare non timuistis detrahere seruo meo Moysi? Et ira [a] furoris Domini super eos: & abijt. Et nubes discessit a tabernaculo: & ecce Maria leprosa, sicut nix. Et respexit Aaron super Mariam: & ecce leprosa. Et ait Aaron ad Moysem: Precor Domine, ne imposueris Domine peccatum; quoniam ignorauimus, quoniam peccauimus. Ne fiat tanquam æquale morti, vt abortus eiectus de vulua matris: & comedit dimidium carniũ eius. Et clamauit Moyses ad Dominum, dicens: Deus precor te, sana eam. Et dixit Dominus ad Moysem. Si pater eius expuens expuisset in faciem eius; non confundetur septem dies? Segregetur septem diebus extra castra: & post hæc ingredietur. Et segregata est Maria extra castra septem diebus. Et populus non promouit; quoadusque mundata est Maria.

B

C

[a] Furoris.] *Sic Int. Origenis, quod græce est* θυμοῦ. *S. Aug. in locut.* animationis: *quæ dictio familiaris est etiam S. Cypriano. Quod autem sequitur,* & abijt, *longe melius est, quàm quod apud Int. Orig. & in Compl. & alijs,* κὶ ἀπῆλθον, & abierunt.

CAP. XIII.

D

ET post hæc promouit populus ex Aseroth: & castrametati sunt in deserto Pharan: Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Mitte tibi viros: & considerent terram Chananæorum, quam ego do filijs Israel in possessionem: virum vnum per tribum, secundum populos familiarum eorum mittes eos, omnem ducem ex eis. Et emisit eos Moyses e deserto Pharan per vocem Domini. Omnes viri duces filiorum Israel hi. Et hæc nomina eorum: de tribu Ruben, Samuel filius Zachur: de tribu Symeon, Saphat filius Suri: de tribu Iuda Chaleb filius Iephonne: de tribu Issachar, Ilaal filius Ioseph: de tribu Ephræm Ause filius Naue: de tribu Beniamin Phalti filius Raphu: de tribu Zabulon, Gudiel filius Sudi: de tribu Dan, Amiel filius Gamali: de tribu Aser, Sathur filius Michael: de tribu Nephthali, Nabi filius Sabi: de tribu Gad, Gudiel filius Macchi. Hæc nomina virorum, quos misit Moyses ad considerandam terram. Et cognominauit Moyses Ause filium Naue, Iesum. Et misit eos Moyses ad explorandam terram Chanaan: & dixit ad eos: Ascendite ista eremo: & ascendetis in montem: & uidebitis terram, quæ sit, & populum, qui insidet super eã, si fortis est, an infirmus, si pauci sunt, an multi: & quæ terra, in qua isti insident super

E

eam,

A eam, vtrum bona eſt, an mala: & quæ ciuitates, in quibus iſti habitant in eis; ſi in muratis, vel in non muratis: & quæ terra, vtrum pinguis, an macra; ſi ſunt in ea arbores, an non. Et conſtanter agentes, ſumetis de fructibus terræ. Et dies erant dies veris, præcurſores vuæ. Et aſcendentes conſiderauerunt terram a deſerto Sin vſque Roob, intrantibus Æmath. Et aſcenderunt ſecundum deſertum, & abierunt vſq. Chebron. Et ibi Achiman, & Seſſi, & Thelami, progenies Enach. Et Chebron ſeptem annis ædificata eſt ante Tani Ægypti. Et venerunt vſque ad vallem botri: & conſiderauerunt eam: & abſciderunt inde palmitem, & botrum vuæ vnum ſuper eum: & tulerunt illud ſuper geſtatoria: & de malis punicis, & de ficubus. Et locum illum cognominauerunt, vallis botri, propter botrum, quem abſciderunt inde filij Iſrael. B Et reuerterunt inde, cum conſideraſſent terram, poſt quadraginta dies. Et profecti venerũt ad Moyſem, & Aaron, & ad omnem ſynagogam filiorum Iſrael in deſertum Pharan Cades. Et reſponderunt eis verbum, & omni ſynagogæ: & oſtenderunt fructum terræ: & narrauerunt ei, & dixerunt: Venimus in terram, in quam miſiſti nos, terram fluentem lac, & mel: & hic fructus eius: niſi quod audax eſt gens, quæ habitat ſuper eam: & ciuitates munitæ muratæ, magnæ valde. Et progeniem Enach vidimus ibi. Et Amalec habitat in terra, quæ ad Auſtrũ. Et Chettæus, & Euæus, & Iebuſæus, & Amorræus habitat in mõtana. Et Chananæus habitat iuxta mare, & iuxta Ior- C danem flumen. Et tacere fecit Chaleb populum erga Moyſem: & dixit ei: Nequaquam: ſed aſcendentes [α] aſcendemus: & hæreditabimus eam: quoniam valentes valebimus erga eos. Et homines, qui ſimul aſcenderant cum eo, dixerunt: Non aſcendemus: quoniam non poterimus aſcendere ad gentem: quia fortior eſt nobis magis. Et protulerunt [β] pauorem terræ, quam explorauerunt eã, ad filios Iſrael, dicentes: Terram, quam tranſiuimus eam explorare terra comedens eos, qui habitant ſuper eos, eſt. Et omnis populus, quem vidimus in ea, viri prælongi. Et ibi vidimus gigantes: & eramus iu conſpectu [γ] eorum, ſicut locuſtæ: ſed & ſic eramus coram illis.

D

α Aſcendemus.] *ἀναβησόμεθα, καὶ κατακληρονομήσομεν. In alijs eſt, ἀναβησόμεθα καὶ κατακληρονομήσωμεν,* aſcendamus, & poſſideamus: *quod habet vulgata. A qua etiam, ſicut ab hebræo abeſt illud proxime præcedens*, nequaquam. β Pauorem.] *ἔκστασιν. S. Aug. q. 22.* Pauorem terræ dixit, non quod paueat eadem terra, ſed quem ex ea terra conceperant. *Schol.* Samariticus *ὄνειδος κατὰ τῆς γῆς.* infamiam contra terram. γ Eorum.] *Compl. αὐτῶν,* noſtro: *quod reſpondet hebræo, & Chaldæo.*

CAP. XIV.

E Et reſumens omnis ſynagoga edidit vocem: & fleuit populus totam noctẽ illam. Et murmurauerunt in Moyſem, & Aaron omnes filij Iſrael: & dixerunt ad eos omnis ſynagoga: Vtinam mortui eſſemus in terra Ægypto, vel in deſerto hoc: [α] ſi mortui eſſemus. Et vt quid Dominus introducit nos in terram hanc ad cadendum in bello? Vxores noſtræ, & paruuli erunt in direptionem. Nunc igitur melius eſt reuerti in Ægyptum. Et dixerunt alter alteri: Demus ducem: & reuertamur in Ægyptum. Et cecidit Moyſes, & Aaron in faciem ante omnem ſynagogam filiorum Iſrael. Ieſus autem filius Naue, & Chaleb filius Iephonne de ijs, qui explorauerant terram, diſciderunt veſtimenta ſua: & dixerunt ad omnem ſynagogam filiorum Iſrael, dicentes: Terra, quam explorauimus

rauimus eam, bona est ualde ualde. Si eligit nos Dominus; introducet nos in terram hanc, & dabit eam nobis: terra, quæ quidem est fluens lac, & mel. Sed a Domino nolite fieri apostatæ. Vos autē ne timueritis populum terræ: quoniam cibus nobis sunt. Abscessit enim tempus ab eis: Dominus autem in nobis: nolite timere eos. Et ait omnis synagoga lapidare eos in lapidibus. Et gloria Domini apparuit in nube super tabernaculum testimonij omnibus filijs Israel. Et dixit Dominus ad Moysem: Quousque irritat me populus iste? & quousque non credent mihi in omnibus signis, quæ feci in eis? Percutiam eos morte, & perdam eos: & faciam te, β & domum patris tui in gentem magnam, & multo magis quam hæc. Et dixit Moyses ad Dominum: Et audiet Ægyptus, quod eduxisti fortitudine tua populum hunc ex eis. Sed & omnes qui habitant super terram hanc, audierūt, quia tu es Dominus in populo hoc, qui quidem oculis ad oculos aspiciaris Domine, & nubes tua stat super eos, & in columna nubis tu incedis prior eis die, & in columna ignis nocte. Et conteres populum hunc, tanquā hominem vnum. Et dicent gentes, quæcumque audierunt nomen tuum, dicentes; eo, quod non posset Dominus introducere populum hunc in terram, quam iurauerat eis; prostrauit eos in deserto. Et nunc exaltetur fortitudo tua Domine, quemadmodum dixisti, dicens: Dominus longanimis, & multum misericors, & verax, auferens iniquitates, & iniustitias, & peccata: & mundatione non mundabit reum, reddens peccata patrum super filios vsque ad tertiam, & quartam progeniem. Dimitte peccatum populo huic secundum magnam misericordiam tuam; sicut propitius fuisti eis ab Ægypto vsque nunc. Et dixit Dominus ad Moysem: Propitius eis sum iuxta verbum tuum. Sed viuo ego: γ & viuens nomen meum: & implebit gloria Domini omnem terram; quia omnes viri videntes gloriam meam, & signa, quæ feci in Ægypto, & in deserto, & tentauerūt me iam decies, & non exaudierunt vocem meam; profecto non videbunt terram, quam iuraui patribus eorum: sed filij eorum, qui sunt mecum hic, quicumque non nouerunt bonum, neque malum, omnis iunior inexpertus; his dabo terram. Omnes autem irritantes me, non videbunt eam. Puer autem meus Chaleb, quoniam spiritus alius in eo, δ & obsecutus est mihi, inducam eum in terram, in quam intrauit illuc: & semen eius hæreditabit eam. Amalec autem, & Chananæus habitant in conualle. Cras reuertimini, & promouete vos in desertum, viam, ε mare rubrum. Et ait Dominus ad Moysem, & Aaron, dicens: Quousq. synagogam malam hanc? quæ ipsi murmurant contra me, murmurationem filiorum Israel, quam murmurauerunt de vobis, audiui. Dic eis: Viuo ego, dicit Dominus; si non, quemadmodum locuti estis in aures meas, sic faciam vobis. In eremo hac cadent cadauera vestra, & omnis recognitio vestra, & qui ex vobis enumerati sunt a vigesimo anno, & supra, quicumque murmurauerunt super me: si vos ingrediemini in terram, super quam extendi manum meam ad collocandum vos super eam. Sed Chaleb filius Iephonne, & Iesus filius Naue, & paruuli, quos dixistis in direptionem futuros, inducam eos in ipsam terram: & hæreditate possidebunt terram, ζ quam vos abscessistis ab ea. Et cadauera vestra cadent in deserto hoc. Filij autem vestri erunt vagi in deserto quadraginta annos: & η reportabunt fornicationem vestram; quoadusque consumpta fuerint cadauera vestra in deserto, iuxta numerum dierum, quibuscumque considerastis

A B C D E

A derastis terram quadraginta diebus: diem θ anno, accipietis peccata vestra quadraginta annos: & cognoscetis furorē iræ meæ. Ego Dominus locutus sum. Si non sic fecero synagogæ malæ huic, quæ consurrexit super me. In deserto hoc absumentur, & illic morientur. Et homines quos miserat Moyses ad explorandā terrā, & cū aduenissent, murmurauerūt contra eam ad synagogam, proferendo verba mala de terra; & mortui sunt homines, qui oblocuti sunt mala cōtra terrā in plaga ante Dominum. Et Iesus filius Naue, & Chaleb filius Iephonne vixerunt ex hominibus illis, qui iuerunt explorare terrā. Et locutus est Moyses omnia verba hæc ad omnes filios Israel. Et luxit populus valde. Et surgentes mane

B ascenderunt in cacumen montis, dicentes: Ecce iam nos ascendemus in locum, quem dixit Dominus: quoniam peccauimus. Et dixit Moyses: Vt quid vos transgredimini verbum Domini? Non prospera erunt vobis. Nolite ascendere: non enim est Dominus vobiscum: & cadetis ante faciem inimicorum vestrorum: quoniam Amalec, & Chananæus illic aduersus vos: & cadetis gladio, eo quod auersi estis, increduli Domino: & non erit Dominus in vobis. Et vim facientes ascenderunt super cacumen montis. Arca autem testamenti Domini, & Moyses non se mouerūt de castris. Et descendit Amalec, & Chananæus, qui insidebat in monte illo; & fugauerunt eos, & conciderunt eos vsque Herman. Et reuersi

C sunt in castra.

α Si mortui.] *A Compl. abest illud εἰ, quod tamen vt alibi, valet idem atque* vtinam; *quod etiam in vulgata repetitur.* β Et domum patris tui.] *Ita etiam Interp. Origenis hom.* 8. *Absunt autem à Complutensi, quemadmodum & a vulgata.* γ Et viuens nomen meum.] *Item ista. In aliquo autem libro est*, καὶ ἀεὶ ζῶν, & semper viuens. *Apud Theodoretum quæst. 27.* καὶ ζῇ, & viuit. *vbi etiam notat ceteros interpretes dixisse,* ὅτι ἐμπλήσει, quoniam implebit. δ Mare rubrum.] *Supplendum est, vt sæpe alibi*, iuxta, *aut huiusmodi quiddam. In Compl. est* θαλάσσης ἐρυθρᾶς, maris rubri. ε Et obsecutus est.] *S. August. in locut.* & assecutus est me, & inducam. *Et in aliquot quidem codicibus est,* καὶ εἰσάξω. ζ Quam vos.] *Notat istam locutionem S. Aug. in locut.* η Reportabunt.] ἀνοίσουσι. *Schol.* Alius βαστάζοντες, portantes. θ Diem anno.] *Subintelligitur* pro, *sicut etiā in hebræo. Int. Orig.* pro die per annum. ι Et reuersi sunt in castra.] *Ista etiam absunt à Compl. vt à vulgata.*

D

CAP. XV.

ET ait Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel: & dices ad eos: Cum ingressi fueritis in terram habitationis vestræ, quam ego do vobis; & α facies holocaustomata Domino oblationem, vel sacrificium ad magnificandum votum, aut secundum voluntatem, aut in solennitatibus vestris ad faciendum odorem suauitatis Domino, siue de bobus, siue de pecoribus; & offeret offerens munus suum Domino, sacrificium similæ decimam ipsius In,

E refectæ in oleo in quarta In; & vinum in libamen, quartam In facietis super holocaustosim, vel super sacrificium: agno vni β facies tantum, oblationem, odorem suauitatis Domino. Et arieti, cum feceritis eum in holocaustoma, vel in sacrificium, facies sacrificium, similæ duas decimas refectæ in oleo tertiam In: & vinum in libamen tertiam In offeretis in odorem suauitatis Domino. Si autem feceritis de bobus in holocaustosim, vel in sacrificium ad magnificandum votum, vel in salutare Domino; & offeret super vitulum, sacrificium, similæ tres decimas refectæ in oleo dimidium In, & vinum

in libamen, dimidium In, oblationem, odorem ſuauitatis Domino. Sic facies vitulo vni, aut arieti vni, aut agno vni ex ouibus, vel ex capris: iuxta numerũ eorum, quæ feceritis, ſic facietis vni iuxta numerum eorum. Omnis indigena faciet ſic iſta, offerendo oblationes in odorem ſuauitatis Domino. Si autem proſelytus in vobis aduenerit in terra veſtra, vel quicumque factus fuerit in vobis in generationibus veſtris; & faciet oblationem, odorem ſuauitatis Domino; quemadmodum facitis vos, ſic faciet. ᵞ Synagoga Domino. Lex vna erit vobis, & proſelytis, qui appoſiti ſunt in vobis: Lex æterna in progenies veſtras: ſicut vos; etiam proſelytus erit coram Domino. Lex vna erit, & iuſtificatio vna vobis, & proſelyto appoſito in vobis. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Loquere filijs Iſrael: & dices ad eos. In ingrediendo vos in terram, in quam ego induco vos illuc; & erit, quando comedetis vos de panibus terræ; demetis demptionem, ſegregationem Domino, primitias conſperſionis veſtræ: panem ſegregabitis, demptionem ipſum. Sicut demptionem ab area, ſic demite ipſum, primitias conſperſionis veſtræ: & dabitis Domino demptionem in progenies veſtras. Quando autem peccaueritis, & non feceritis omnia mandata hæc, quæ locutus eſt Dominus ad Moyſem, ſicut præcepit Dominus ad vos in manu Moyſi, a die, qua præcepit Dominus ad vos, & vltra in progenies veſtras; & erit, ſi ab oculis ſynagogæ factum fuerit aliquid non ſponte, & faciet omnis ſynagoga vitulum vnum ex bobus immaculatum in holocauſtoma in odorem ſuauitatis Domino, & ſacrificium huius, & libamen eius iuxta conſtitutionem: & hircum ex capris vnum pro peccato. Et exorabit ſacerdos pro omni ſynagoga filiorum Iſrael: & remittetur eis; quoniam non ſpontaneum eſt: & ipſi obtulerunt munus ſuum, oblationem Domino pro peccato ſuo ante Dominum pro non ſpõtaneis ſuis. Et dimittetur ᵟ per omnem ſynagogam filiorum Iſrael, & omni proſelyto appoſito ad vos: quoniam omni populo non ſpontaneum. Quod ſi anima vna peccauit non ſponte; offeret capram vnam anniculam pro peccato. Et exorabit ſacerdos pro anima, quæ non ſponte egit, & peccauit non ſponte ante Dominum, ᵋ exorare pro eo. Indigenæ in filijs Iſrael, & proſelyto appoſito in vobis, lex vna erit eis; quicumque fecerit non ſponte. Et anima, quæcumque fecerit in manu ᶻ ſuperbiæ de indigenis, vel de proſelytis; Deum hic ᵑ exacerbabit: exterminabitur anima illa de populo ſuo: quoniam verbum Domini contempſit, & mandata eius diſperdidit: extritione exteretur anima illa: peccatum eius in ea. Et erant filij Iſrael in deſerto: & inuenerunt hominem colligentem ligna die ᶿ Sabbatorum: & adduxerunt eum illi, qui inuenerunt colligentẽ ligna die Sabbatorum, ad Moyſem, & Aaron, & ad omnem ſynagogam filiorum Iſrael: & depoſuerunt eum in cuſtodia. Non enim decreuerant, quid facturi eſſent eum. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: Morte moriatur homo: lapidate eum lapidibus omnis ſynagoga. Et eduxerunt eum omnis ſynagoga extra caſtra: & lapidauit eum omnis ſynagoga extra caſtra; ſicut præcepit Dominus Moyſi. Et ait Dominus ad Moyſem, dicens: Loquere filijs Iſrael: & dices ad eos: Et faciant ſibi fimbrias ſuper alas veſtimentorum ſuorum in progenies ſuas: & imponetis ſuper fimbrias alarum vittam hyacinthinam. Et erit vobis in fimbrijs: & aſpicietis eas: & recordabimini omnium mandatorum Domini, & facietis ea: &

non

A non peruertemini post cogitationes vestras,& oculos in quibus vos fornicamini post eos: vt recordemini, & faciatis omnia mandata mea. Et eritis sancti Deo vestro. Ego Dominus Deus vester: qui eduxi vos de terra Ægypti; vt sim vester Deus. Ego Dominus Deus vester.

α Et facies holocaustomata.] *In alijs libris est,* καὶ ποιήσετε καρπώματα (*al.* κάρπωμα) κυρίῳ, ἢ ὁλοκαύτωμα ἢ θυσίαν, & facietis oblationes (*al.* oblationem) Domino, vel holocaustum, vel sacrificium. β Facies tantum.] *Hæc vsque ad* & arieti *absunt a Compl. vt a vulgata.* γ Synagoga Domino.] *Sic si interpungatur; visum est satis respondere hebræo.* δ Per omnem synagogam.] κατὰ πᾶσαν συναγωγήν. *In alijs est* πάσῃ συναγωγῇ, omni synagogæ. ε Exorare pro eo.] *Alii libri addunt,* καὶ ἀφεθήσεται αὐτῷ. *Apud S. Aug. totus hic locus sic refertur in locut.* Si autem anima vna peccauerit non sponte; offeres capram vnam anniculam pro B peccato: & exorabit sacerdos pro anima inuita, & quæ peccauerat nolenter ante Dominum, exorare pro eo, & remittetur ei, *vbi etiam diligenter eum explanat.* ζ Superbiæ.] *Ita etiam S. Aug. in locut. Theodoretus q. 30. habet* ὑπερηφανίαν, superbiam. *Itemque Basilius de iudicio Dei: sed ex explanatione quam affert, satis apparet eum legisse,* ὑπερηφανίας. η Exacerbabit.] παροξυνεῖ. *Alii* παροξυνεῖ, καὶ. *Et S. Aug. q. 25.* exacerbat, &. θ Sabbatorum.] *Alij* τῶν σαββάτων, Sabbati, *itemque paulo post.*

CAP. XVI.

ET locutus est Core filius Isaar filij Caath filij Leui, & Dathan, & Abiron, filij Heliab, & Ayn filius Phaleth filij Ruben. Et insurexerūt contra Moysem, & viri de filijs Israel quinquaginta & ducenti: Duces synagogæ, se- C natores consilij, & viri nominati. Coiuerūt super Moysem, & Aaron, & α dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis synagoga, omnes sancti, & in ipsis Dominus. Et quare consurgitis super synagogam Domini? Et audiens Moyses cecidit in faciem. Et locutus est ad Core, & ad omnem illius synagogam, dicens: Considerauit, & β nouit Deus eos, qui ipsius sunt, & sanctos: & adduxit ad se, & quos elegit sibi, adduxit ad se. Hoc facite. Sumite vobis ipsis thuribula, Core, & omnis synagoga eius, & imponite super ea ignem ante Dominum cras: & erit ille vir quem elegit Dominus, hic sanctus. γ Sufficiat vobis filij Leui. Et dixit Moy- D ses ad Core: Exaudite me filij Leui: Nunquid pusillum est hoc vobis, quod distinxit Deus Israel vos de synagoga Israel, & adduxit vos ad se ministrare ministeria tabernaculi Domini, & assistere ante δ tabernaculum ad ministrandum eis? Et adduxit te, & omnes fratres tuos filios Leui tecum: & quæritis etiam sacerdotio fungi? Sic tu, & omnis synagoga tua congregata erga Deum? Et Aaron quis est; quia obmurmuratis contra eum? Et misit Moyses vocare Dathan, & Abiron filios Heliab. Et dixerunt: Non ascendimus. Nunquid pusillum hoc, quoniam eduxisti nos in terram fluentem lac, & mel interficere nos in eremo, quoniam præes nobis? ε princeps es: & tu in terram fluentem lac, & mel indu- E xisti nos: & dedisti nobis sortem agri, & vineas: oculos hominum illorum ζ vtique abscidisti: Non ascendimus. Et grauiter tulit Moyses valde: & dixit ad Dominum: Ne attendas ad sacrificium eorum. Non desiderium vllius eorum sumpsi, neque afflixi quenquam eorum. Et dixit Moyses ad Core: Sanctifica synagogam tuam: & sitis parati ante Dominum tu, & Aaron, & ipsi cras: & sumite vnusquisque thuribulum suum: & imponetis super ea incensum: & adducetis vnusquisq. ante Dominum thuribulum suum, quinquaginta & ducenta thuribula, & tu, & Aaron, vnusquisque thuribulum suum. Et sumpsit vnusquisque thuribulū

suum; & imposuerunt super ea ignem; & iniecerunt in ea incensum. Et steterunt apud ianuas tabernaculi testimonij Moyses, & Aaron. Et coaceruauit aduersus eos Core vniuersam suam synagogam apud ostium tabernaculi testimonij. Et apparuit gloria Domini vniuersæ synagogæ. Et locutus est Dominus ad Moysem, & Aaron, dicẽs: Abscedite de medio synagogæ istius: & consumã eos [a] confestim. Et ceciderunt in faciem suam, & dixerunt: Deus, Deus spirituũ, & vniuersæ carnis: si homo vnus peccauit; super omnem synagogã ira Domini? Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere synagogæ, dicens: Secedite in circuitu a synagoga Core. Et surrexit Moyses, & iuit ad Dathan, & Abirõ: & iuerunt simul cum eo omnes seniores Israel. Et locutus est ad synagogã, dicens: Separamini a tabernaculis hominum durorum istorum, & nolite tangere ab omnibus quæ sunt eis: ne simul pereatis in omni peccato eorum. Et secesserunt a tabernaculo Core in circuitu. Et Dathan, & Abiron egressi sunt, & steterunt ad ianuas tabernaculorum suorum, & vxores eorum, & filij eorum, & apparatus eorũ. Et dixit Moyses: In hoc cognoscetis quia Dominus misit me facere omnia opera hæc; quia non a meipso. Si secundum mortem omnium hominum morientur hi, si & secundum visitationem omnium hominum, visitatio erit eorũ; non Dominus misit me. Sed in [b] visione ostendet Dominus: & aperiens terra os suũ absorbebit eos, & domos eorum, & tabernacula eorum, & omnia quæcumq. sunt eis: & descendent viuentes in infernum. Et cognoscetis, quia exacerbauerunt homines isti Dominum. Vt autem cessauit loquens omnia verba hæc; disrupta est terra de sub eis: & aperta est terra, & deglutiuit eos, & domos eorum, & omnes homines, qui erant cum Core, & pecora eorum: & descenderunt ipsi, & quæcumque sunt eorum, viuentia in infernum. Et operuit eos terra, & perierunt de medio synagogæ. Et omnis Israel qui in circuitu eorum, fugerunt a voce eorum: quia dicentes; ne forte absorbeat nos terra. Et ignis exijt a Domino & deuorauit quinquaginta illos, & ducentos viros, qui offerebant incensum. Et dixit Dominus ad Moysem, [*] & ad Eleazarum filium Aaron sacerdotem. Tollite thuribula ærea de medio exustorum: & ignem alienum hunc semina ibi; quia sanctificauerunt thuribula peccatorum istorum in [λ] animabus suis: & fac eas laminas ductiles circumpositionem altari: quoniam oblata sunt ante Dominum, & sanctificata sunt: & facta sunt in signum filijs Israel. Et sumpsit Eleazar filius Aaron sacerdotis thuribula ærea, quæcumque obtulerant ij, qui sunt exusti: & addiderunt ea circumpositionem altari, memoriale filijs Israel; vt non accedat vllus alienigena, qui non est de semine Aaron, imponere incensum ante Dominum: & [μ] non erit, sicut Core, & conspiratio eius; sicut locutus est Dominus in manu Moysi. Et murmurauerunt filij Israel postridie contra Moysem, & Aaron, dicentes: Vos occidistis populum Domini. Et factũ est, cum irrueret synagoga super Moysem, & Aaron; & cum impetu iuerunt ad tabernaculum testimonij. Illud vero obtexit nubes: & apparuit gloria Domini. Et intrauit Moyses, & Aaron ad faciẽ tabernaculi testimonij. Et locutus est Dominus ad Moysem, & Aaron, dicẽs: Discedite de medio synagogæ istius: & consumã eos confestim. Et ceciderunt in faciem suam. Et ait Moyses ad Aarõ: Sume thuribulũ: & impone super illud ignẽ ab altari: & inijce super illud, incẽsũ: &

effer

A effer velociter in castra: & exora pro eis. Exijt enim ira a facie Domini: cœpit vulnerare populum. Et sumpsit Aaron, sicut locutus est ei Moyses: & cucurrit ad synagogam. Etiam inceperat ν vulneratio in populo. Et iniecit incensum, & exorauit pro populo: & stetit inter medium mortuorum, & viuorum: & cessauit plaga. Et fuerunt mortui in plaga quatuor, & decem millia, & septingenti præter eos, qui mortui erant propter Core. Et reuersus est Aaron ad Moysem ad ostium tabernaculi testimonij, & cessauit plaga.

α Et dixerunt. Sufficiat.] *In aliis est*, καὶ εἶπον πρὸς αὐτοὺς. ἐχέτω. & dixerunt ad eos. Sufficiat. *Aquila, & Theodotio pro* ἐχέτω *dixerunt* πολύ. multum, *idest satis, superque vobis sit.* β Nouit.] ἔγνω. *Sic & alius liber vetus, & S. Paulus 2 Tim 2. In aliis est*, ἐπέγνω, recognouit. *Vulgata ex hebræo habet*, mane notum faciet. γ Sufficiat] ἱκανούσθω. *Schol.* ἀρκείτω, *eodem sensu.* δ Ante tabernaculum.] *In alijs libris est* ἔναντι τῆς συναγωγῆς coram synagoga: *quod respondet vulgatæ.* ε Princeps es.] *S. Aug. q. 26.* quoniam praes nobis princeps: & tu in terram, &c. ζ Vtique abscidisti] ἂν ἐξέκοψας. *à Complut. abest illud* ἄν. *S. Aug. ibid.* Oculos hominum illorum abscidisses, *& disputat quorum hominum.* η Confestim.] ἐσάπαξ. *Int. Orig.* Semel. *Sed significat subito, & funditus.* θ In visione.] *S. Aug q. 28.* Quidam interpretati sunt, in hiatu ostendet Dominus, credo putantes dictum χάσματι, quod græce positum est φάσματι, quod pro eo dictũ est, ac si diceretur, in manifestatione, quod apertis oculis apparebit. *Illud* χάσματι *inuentum est in vno antiquo codice, & est in multis vulgatis editionibus.* ι Quia dicentes.] ὅτι λέγοντες. *In alijs codicibus partim abest illud* ὅτι. *partim est*, ὅτι εἶπον λέγοντες, quoniam dixerunt dicentes. κ Et ad Eleazarum.] *Ita S. Aug. q. 30. In Compl. est*, λάλησον πρὸς ἐλεάζαρ, loquere ad Eleazarum, *quod respondet vulgatæ.* λ Animabus suis.] *S. Aug. ibidem*, manibus suis, *itemque in locut. (vbi tamen ad marginem est*, animabus) *& explanatur locus iste. Posset tamen fortasse verti*, Sanctificauerunt se in animabus eorum. *Int. Orig. habet*, quia sanctificata sunt. μ Et non erit.] *Int. Orig.* ne fiat. S. *Cyprianus epist. 76.* vt non fit, sicut Core. ν Vulneratio.] θραῦσις. *Int. Orig.* vastatio, vel certe, vt verius habet se scripturæ sermo, confractio: *paulo post etiam huius exemplarium varietatis mentionem facit. ps. 106.* θραῦσις *vertitur* quassatio.

CAP. XVII.

Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel: & accipe ab eis virgam, virgam secundum domos familiarum, ab omnibus principibus eorum, secundum domos familiarum eorum duodecim virgas. Et vniuscuiusque nomen eius scribe in virga: & nomen Aaron scribe in virga Leui. D Est enim virga vna: secundum tribum domus familiarum suarum dabunt. Et pones eas in tabernaculo testimonij, e regione testimonij: in quibus agnoscar tibi illic. Et erit, homo, quem elegero eum, virga eius germinabit. Et α auferam a me murmurationem filiorum Israel; quæ ipsi murmurant super vos. Et locutus est Moyses filijs Israel. Et dederunt ei omnes principes eorum virgam, principi vni virgam secundum principem, secundum domos familiarum eorum duodecim virgas. Et virga Aaron inter virgas eorum. Et deposuit Moyses virgas ante Dominum in tabernaculo testimonij. Et factum est postridie: & intrauit Moyses, & Aaron in tabernaculũ testimonij. Et ecce germinauit virga Aaron, in β do-E mũ Leui, & protulit germẽ, & effloruit flores, & germinauit γ nuces. Et protulit Moyses omnes virgas a facie Domini ad omnes filios Israel. Et viderunt & sumpserunt vnusquisque virgam suam. Et dixit Dominus ad Moysem: Depone virgam Aaron in conspectu testimoniorum in conseruationẽ, signum filijs inobedientium. Et cesset murmuratio eorum a me, & non moriantur. Et fecit Moyses, & Aaron: sicut præcepit Dominus Moysi, ita fecerunt. Et dixerunt filij Israel ad Moysem, dicentes: Ecce absumpti sumus, perijmus, consumpti sumus. Omnis tangens tabernaculum Domini moritur. Vsque in finem moriemur?

α A me.] *Ita etiam vulgata. In aliis codicibus est* ἀπὸ σοῦ. *& Int. Orig.* & auferam à te. β In domum.] A *Sic S. Aug. in locut. Int. Orig.* in domo. γ Nuces.] *Schol.* Ceteri amygdala.

CAP. XVIII.

ET ait Dominus ad Aaron, dicens: Tu, & filij tui, & domus patris α tui accipietis peccata sanctorum: & tu, & filij tui acipietis peccata sacerdotij vestri. Et fratres tuos tribum Leui domum patris tui assume ad te: & adiungantur tibi, & ministrent tibi: & tu, & filij tui tecum coram tabernaculo testimonij: & β custodient custodias tuas, & custodias tabernaculi. Tantummodo ad vasa sancta, & ad altare non accedent: & non morientur & hi, & vos. B Et addentur ad te: & custodient custodias tabernaculi testimonij secundum omnia ministeria tabernaculi. Et alienigena non accedet ad te: & custodietis custodias sanctorum, & custodias altaris. Et nō γ erit furor in filios Israel. Et ego accepi fratres vestros Leuitas de medio filiorum Israel, δ dationem datam Domino, ad ministranda ministeria tabernaculi testimonij. Et tu, & filij tui tecum conseruabitis sacerdotium vestrum ad omnem modum altaris, & quod est intra velum: & ministrabitis ministeria, ε dationem sacerdotij vestri: & alienigena accedens morietur. Et locutus est Dominus ad Aaron: Et ecce ego dedi vobis conseruationem primitiarum, de omnibus quæ sanctificata sunt mihi a filijs Israel: tibi dedi ea in ζ honorem, & filijs tuis post te, legitimum sempiternū. C Et hoc sit vobis de sanctificatis sanctis oblationibus, de omnibus muneribus eorum, & de omnibus sacrificijs eorum, & de omni delicto eorum, & de omnibus peccatis eorum: quæcumq. reddunt mihi de omnibus sanctis; tibi erunt, & filijs tuis. In sancto sanctorū comedetis ea: omne masculinū comedet ea, tu, & filij tui. Sancta erunt tibi: & hoc erit vobis de primitijs dationū eorum, de omnibus impositionibus filiorum Israel: tibi dedi ea, & filijs tuis, & filiabus tuis tecū, legitimum sempiternum. Omnis mundus in domo tua edet ea. Omnis primitia olei & omnis primitia vini, η tritici, primitia eorum, quæcumque dederint Domino; tibi dedi ea. θ Primogenita omnia, quæcumque in terra eorum, quæcumque D attulerint Domino; tibi erunt. Omnis mundus in domo tua edet ea. Omne consecratum in filijs Israel tibi erit. Et omne adaperiēs vuluam de omni carne, quæcumq. offerunt Domino ab homine vsq. ad pecus, tibi erit. Sed redemptionibus redimentur primogenita hominum: & primogenita pecorum immundorum redimes. Et redemptio eius, ab vno mense æstimatio quinque siclorum: iuxta siclum sanctum viginti oboli sunt. Verumtamen primogenita vitulorum & primogenita ouium, & primogenita caprarum non redimes. Sancta sunt. Et sanguinem eorum effundes ad altare: & adipem offeres oblationem in odorem E suauitatis Domino: & carnes erunt tibi: sicut etiam pectusculum impositionis, & ad brachium dextrum, tibi erit. Omnis demptio sanctorum, quæcumque dempserint filij Israel Domino; dedi tibi, & filiis tuis, & filiabus tuis tecum, legitimum sempiternum. Testamentum ι salis sempiterni est ante Dominum, tibi & semini tuo post te. Et locutus est Dominus ad Aaron: In terra eorum non hæreditabis: & pars non erit tibi in eis: quoniam ego pars tua: & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Et filiis Leui ecce dedi omnem decimam in Israel in forte pro ministeriis eorum, quæcumq. ipsi ministrant, ministerium in tabernaculo

testimo-

A testimonii. Et nō accedēt vltra filii Israel in tabernaculū testimonii ad accipiendum peccatum mortiferum. Et ministrabit Leuita ipse ministerium tabernaculi testimonii, & ipsi accipient peccata eorum, legitimum sempiternum in progenies eorum. Et in medio filiorum Israel non hæreditabunt hæreditatem: quoniam decimas filiorum Israel, quæcumque segregauerint Domino, demptionem dedi Leuitis in sorte. Propterea dixi eis: In medio filiorum Israel non hæreditabunt sortem. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Et Leuitis loqueris: & dices ad eos: Si acceperitis a filiis Israel decimam, quam dedi vobis ab eis in sorte, & demetis vos de ea demptionem Domino, decimam de de-

B cima: & computabuntur vobis demptiones vestræ: sicut triticum de area, & dēptio a torculari; sic demetis * eos & vos ab omnibus demptionibus Domini ab omnibus decimis vestris, quascumque acceperitis a filiis Israel. Et dabitis de eis demptionem Domino Aaron sacerdoti. Ab omnibus datis vestris demetis demptionem Domino, vel de omnibus primitiis quod λ sanctificatū est, de eo. Et dices ad eos: Cum dempseritis primitiā de eo; & computabitur Leuitis tanquam genimen ab area, & tanquam genimen a torculari. Et comedetis illud in omni loco, vos, & domus vestræ: quoniam merces hæc vobis est pro ministeriis vestris in tabernaculo testimonii. Et propter hoc non accipietis peccatum;

C eo quod dempseritis primitiam ab eo. Et sancta filiorum Israel non prophanabitis; vt non moriamini.

α Patris tui.] *In aliis codd. sequitur μετ' σοῦ tecū, & ita Int. Orig. & S. Aug. q. 31.* β Et custodient custodias tuas.] *Apud Origenem videtur abesse illud καὶ, ac pro σοῦ habuisse αὐτῶν. Ita enim habet interpres hom.* 10. Et tu, & filij tui tecum in conspectu tabernaculi testimonij obseruabunt custodias suas. γ Et non erit.] *In aliis,* καὶ οὐκ ἔσονται ἔτι, & non erit vltra. δ Dationem.] *Sic S. Aug. in locut. vbi de hoc loco diligenter disputat.* ε Dationem sacerdotij.] *Schol.* Samariticus sic habet, καὶ δόματι δώσω τὰς ἱερατείας ὑμῶν, & datione dabo sacerdotia vestra. ζ Honorem.] *Sic Int. Orig. hom. 11. quod græce est* γέρας, *Est autem quasi munus quoddam honorarium.* η Tritici.] *Alij* καὶ σίτου, *& S. Aug. in locut.* & tritici. θ Primogenita.] *S. Aug. q. 32. sic habet, quod græce est,* πρωτογεννήματα, *& interpretatur,* primi fructus de terra sumpti vel de arbore, vel de vite: *vbi etiam declarat; quid sint proprie* πρωτότοκα, *&* ἀπαρχαί. *Nam vbi paulo post sequitur,*

D primogenita hominum, *ibi est,* πρωτότοκα. ι Salis.] *Theodoretus q. 35.* Testamentum salis vocat communicationem, *&c.* κ Eos.] *Ab aliis codicibus abest illud* αὐτοῖς. *quod videtur sententiam obscurare.* λ Quod sanctificatum est.] *Propius ad hebræum, quàm quod in Compl. legitur,* τῶν ἡγιασμένων, sanctificatis.

CAP. XIX.

ET locutus est Dominus ad Moysem, & Aaron, dicens: Hæc est distinctio legis, quæcumque constituit Dominus, dicens: Loquere filijs Israel, & α accipiant ad te iuuencam ruffam sine vitio, quæ non habet in se vitium, & cui non est superpositum super eam iugum. Et dabis eam ad Eleazarum sacer-

E dotem; & eijcient eam extra castra in locum mundum: & occident eam in conspectu eius. Et accipiet Eleazar de sanguine eius: & asperget contra faciem tabernaculi testimonij de β sanguine eius septies: & cremabunt eam in conspectu eius: & pellis & carnes eius, & sanguis eius cum stercore eius comburetur. Et accipiet sacerdos lignum cedrinum, & hyssopum, & coccinum, & γ immittent in medium conbustionis iuuencæ. Et lauabit vestimenta sua sacerdos, & lauabit corpus suum aqua, & postea introibit in castra: & immundus erit sacerdos vsque ad vesperam. Et qui comburit eam; lauabit vestimenta sua, & lauabit corpus δ suum: & immundus erit vsque ad vesperam. Et congregabit homo

mundus

mundus cinerem iuuencæ, & reponet extra castra in locum mundum. Et erit synagogæ filiorum Israel in conseruationem. A qua aspersionis purificatio est. Et qui congregat cinerem iuuencæ; lauabit vestimenta sua: & immundus erit vsque ad vesperam. Et erit filiis Israel, & proselytis, qui ε apponuntur, legitimũ æternum. Qui tetigerit mortuum de ζ omni anima hominis; immundus erit septem diebus. Hic purificabitur die tertio, & die septimo: & mundus erit. Si autem non fuerit purificatus die tertio, & die septimo; non erit mundus. Omnis qui tetigerit mortuum ab omni anima hominis; si mortuus fuerit, & non fuerit purificatus; tabernaculum Domini polluit: exterminabitur anima illa ex Israel: quoniam aqua aspersionis non circumaspersa est super eum; immundus est: adhuc immunditia eius in eo est. Et hæc est lex. Homo si mortuus fuerit in domo; omnis ingrediens in domum, & quæcumque sunt in domo; immunda erunt septem diebus. Et omne vas apertum quæcumque non habent alligaturam alligatã super eo; immunda sunt. Et omnis qui tetigerit super faciem campi η vulneratum, aut mortuum, aut os hominis, aut monumentum; septem diebus immundus erit. Et sument θ immundo de cinere ι eius, quæ combusta est purificationis: & effundent super eam aquam viuentem in vase. Et sumet hyssopum, & tinget in aqua vir mundus: & circumasperget super domum, & super vasa, & super animas, quæcumque fuerint ibi, & super eum qui tetigit os hominis, aut cæsum, aut mortuum, aut monumentum. Et circumasperget mundus super immũdum in die tertio, & in die septimo. Et purificabitur die septimo, & lauabit vestimẽta sua, & lauabit aqua: & immundus erit vsque ad vesperam. Et homo, quicumque inquinatus fuerit, & non fuerit purificatus; exterminabitur anima illa de medio synagogæ: quoniam sancta Domini inquinauit: quoniam aqua aspersionis non circumaspersa est super eum; immundus est. Et erit vobis legitimum sempiternum. Et qui circumaspergit aquam aspersionis; lauabit vestimenta sua. Et qui tetigerit aquam aspersionis; immundus erit vsque ad vesperam. Et omne quodcumque tetigerit illud immundus, immundum erit: κ & anima quæ tetigerit, immunda erit vsque ad vesperam.

α Accipiant ad te.] *S. Aug. in locut. interpretatur* accipiant, & adducant ad te. β De sanguine.] *S. Aug. q. 33.* in sanguine; *vbi vulgata*, tingens digitum in sanguine. γ Immittent.] *S. Aug. ibidem*, immittet, *quod respondet vulgatæ.* δ Suum.] *In aliis libris additur* ὕδατι, aqua: *& ita S. Aug.* ε Apponuntur.] *Ita etiam S. Aug. in Compl. additur*, ἐν μέσῳ ὑμῶν, in medio vestri. ζ De omni anima.] *S. Aug.* Omnis anima hominis immunda erit. η Vulneratum.] *S. Aug. q. 34.* & vulneratum mortuum intelligamus, id est, vulnere peremptum. *Ac certe* τραυματίας *solet scriptura appellare, quos latini dicunt cæsos. Quare nos ea dictione plerumque vtimur.* θ Immundo.] *Est hebraismus, vt supra notatum est; atque intelligitur*, pro immundo. ι Eius, quæ combusta est, purificationis.] τῆς κατακεκαυμένης τοῦ ἁγνισμοῦ. *videtur referendum ad iuuencam, non ad cinerem, quemadmodum alii faciunt.* κ Et anima, quæ tetigerit, immunda erit.] *Hæc absunt à Compl. sed non à S. Aug. q. 33. neque ab hebræo.*

CAP. XX.

ET venerunt filii Israel, omnis synagoga in desertum Sin in mense primo: & permansit populus in Cades. Et mortua est ibi Maria: & sepulta est ibi. Et non erat aqua ipsi synagogæ. Et congregati sunt super Moysem & Aaron: & maledixit populus erga Moysem, dicentes: Vtinam mortui essemus in perditione fratrum nostrorum ante Dominum. Et vt quid eduxistis synagogã

Domini

A Domini in desertum hoc, ad occidendos nos, & pecora nostra? Et quare hoc? Eduxistis nos de Ægypto, vt adueniremus in locum malum hunc: locus, vbi nõ seminatur: neq. ficus, neq. vites, neq. mala punica, neq. aqua est ad bibendum. Et venit Moyses, & Aaron a facie synagogæ super ostium tabernaculi testimonij: & ceciderunt in faciẽ. Et apparuit gloria Domini ad eos. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Sume virgã tuã: & conuoca synagogã, tu, & Aaron frater tuus: & loquimini ad petram coram eis: & dabit aquas suas: & proferetis vobis aquam de petra: & potabitis synagogam & pecora eorum. Et sumpsit Moyses virgam quæ ante Dominum, sicut præcepit Dominus. Et euocauit Moyses, &
B Aaron synagogam ante petram: & dixit ad eos: Audite me increduli: Nunquid ex petra hac educemus vobis aquam? Et extollens Moyses manum suam percussit petram virga bis. Et exijt aqua multa: & bibit synagoga, & pecora eorum. Et dixit Dominus ad Moysem, & Aaron. Quia non credidistis sanctificare me in conspectu filiorum Israel, propterea nõ inducetis vos synagogã hãc in terram, quam dedi eis. Hæc aqua contradictionis: quia maledixerũt filii Israel ante Dominũ: & sanctificatus est in ipsis. Et misit Moyses nuncios e Cades ad regẽ Edom, dicens: Hæc ait frater tuus Israel. Tu nosti omnem laborẽ, qui inuenit nos. Et descenderunt patres nostri in Ægyptum: & incolæ fuimus in Ægypto dies plures:
C & afflixerunt nos Ægyptii, & patres nostros. Et exclamauimus ad Dominum: & exaudiuit Dominus vocem nostram: & mittens angelũ eduxit nos de Ægypto. Et nunc sumus in Cades ciuitate a parte finium tuorum. Transibimus per terram tuam: non pertransibimus per agros, neque per vineas: neq. bibemus aquam de lacu tuo. Via regia ibimus. Non declinabimus in dextera neque in sinistra; quoadusq. prætererimus fines tuos. Et dixit ad eũ Edom. Non pertransibis per me. Si autem non; in bello egrediar in occursum tibi. Et dicunt ei filii Israel. Iuxta montem transibimus. Si autem de aqua tua biberimus & ego, & pecora mea; dabo pretium tibi. Sed res nulla est: iuxta montem transibimus. At ille dixit: Non pertransibis per me. Et exiit Edom obuiam ei in turba graui, & in
D manu forti. Et non voluit Edom dare ipsi Israel transire per fines suos. Et declinauit Israel ab eo. Et promouerunt e Cades. Et aduenerunt filii Israel, omnis synagoga in Or montẽ. Et dixit Dominus ad Moysem, & Aaron in Or monte super fines terræ Edom, dicens: Apponatur Aaron ad populum suum. Et non introibitis in terram, quam dedi filijs [a] Israel: quoniam exacerbastis me super aquã maledictionis. Sume Aaron, & Eleazarum filium eius: & fac eos ascendere in Or montem coram omni synagoga. Et exue Aaron stola eius, & indue Eleazarum, filium eius. Et Aaron appositus moriatur ibi. Et fecit Moyses, sicut constituit Do-
E minus ei. Et ascendere eum fecit in Or montem coram omni synagoga. Et exuit Aaron vestimentis eius: & induit ea Eleazarum filium eius. Et mortuus est Aaron super cacumen montis. Et descendit Moyses, & Eleazar de monte: & vidit omnis synagoga; quia [b] dimissus est Aaron. Et fleuerũt Aaron triginta dies, omnis domus Israel.

[a] Israel.] *In aliquo libro additur* ἐν κατασχέσει *&* S. *Aug. quæst.* 39. in possessionem, [b] Dimissus est.] ἀπελύθη. *Notat S. Aug. in locut. hoc verbum magis sonare resolutionem, quàm dimissionem. Idem verbum est Gen.* 15. *& alibi.*

CAP.

CAP. XXI.

ET audiuit Chananæus rex Arad, qui habitabat ad desertum; quia venit Israel viam Atharin: & bellauit aduersus Israel: & prædatus est ex eis captiuitatem. Et vouit Israel votum Domino, & dixit: Si mihi tradideris populum istum subiectum; [a] anathemabo illum, & ciuitates eius. Et exaudiuit Dominus vocem Israel: & tradidit Chananæum subiectum eius. Et anathemauit eum, & ciuitates eius: & vocatum est nomen loci illius, anathema. Et promouentes ex Or monte viam ad mare rubrum, circumierunt terram Edom. Et animum abiecit populus in via: & detrahebat populus ad Deum, & aduersus Moysem, dicentes. Vt quid hoc? Eduxisti nos de Ægypto, ad occidendum in deserto: quoniam non est panis, neque aqua. Anima autem nostra [β] exhorruit in pane inani hoc. Et misit Dominus in populum serpentes mortẽ afferentes. Et mordebant populum: & mortuus est populus multus de filijs Israel. Et aduenientes populus ad Moysem, dicebant: Quia peccauimus, quia male locuti sumus contra Dominum, & contra te. Ora ergo ad Deum: & auferat a nobis serpentem. Et orauit Moyses ad Dominum pro populo. Et dixit Dominus ad Moysem. Fac tibi serpentem: & pone eum [γ] super signum. Et erit, si momorderit serpens hominem; omnis qui morsus fuerit, aspiciens eum viuet. Et fecit Moyses serpentem æneum: & statuit eum super signum. Et factum est, quando momordit serpens hominem, & aspexit in serpentem æneum; & viuebat. Et promouerunt filii Israel: & castrametati sunt in Oboth. Et eleuantes ex Oboth, [δ] & castra collocauerunt in Achalgai trans in eremo, quæ est ad faciem Moab ad ortum solis. Et inde promouerunt: & castrametati sunt in conualle Zared. Et inde promouentes castrametati sunt trans Arnon in [ε] eremo, quod extat a limitibus Amorræorum. Est enim Arnon limes [ζ] Moab inter Moab, & inter Amorræum. Propterea dicitur in libro, [η] Bellum Domini ipsam Zoob inflammauit, & torrentes Arnon, & torrentes constituit inhabitare Er. Et adiacet finibus Moab. Et inde puteus Hic est puteus, quem dixit Dominus ad Moysem: Congrega populũ, & dabo eis aquam bibere. Tunc cecinit Israel canticum hoc super puteum: [θ] præcinite illi puteum: foderunt illum principes: excuderunt illum reges gentium in regno ipsorum, dum dominarentur eis. Et a puteo in Manthanain. Et a Manthanain in Naaliel. Et a Naaliel in Bamoth. Et a Bamoth in [ι] Ianen, quæ est in campo Moab a vertice excisi, quod spectat ad faciem deserti. Et misit Moyses legatos ad Seon regem Amorræorum verbis pacificis, dicens: Transibimus per terram tuam, via incedemus: non declinabimus neque in agrum, neque in vineam. Non bibemus aquam de puteo tuo: via regia incedemus: quoadusque transierimus fines tuos. Et non dedit Seon ipsi Israel transire per fines suos. Et congregauit Seon omnem populum suum: & exiit congredi cum Israel in desertum. Et venit in Iassa, & congressus est cũ Israel. Et percussit eum Israel nece gladii: & dominati sunt terræ eius ab Arnon vsq. Iaboc, vsque ad filios Amman: quoniã Iazer termini filiorũ Ammon sunt. Et cepit Israel omnes ciuitates has. Et habitauit Israel in omnibus ciuitatibus Amorræorum, in Esebon, & in omnibus pertinentibus ad eam. Est enim Esebon ciuitas Seon regis Amorræorum est. Et hic debellauerat regem Moab antea: & [κ] ceperant omnem terram eius ab Aroer vsque Arnon. Propterea dicent [λ] ænigmatistæ: Venite in Esebon, vt

ædificetur

A ædificetur, & construatur ciuitas Seon: quoniam ignis processit de Esebon, flamma de ciuitate Seon: & deuorauit vsque Moab: & absorbuit columnas Arnon: Veh tibi Moab: perijsti popule Chamos. Venditi sunt filij eorum, vt seruarentur: & filiæ eorum captiuæ regi Amorræorum Seon: & semen eorum peribit Esebon vsque Dæbon. Et mulieres adhuc succēderunt ignem in Moab. Habitauit autem Israel in omnibus ciuitatibus Amorræorum. Et misit Moyses ad considerandam Iazer: & ceperunt eam, & vicos eius: & eiecerunt Amorræum habitantem ibi. Et reuertentes, ascenderunt viam quæ in Basan. Et exijt Og rex Basan in occursum eis, & omnis populus eius in prælium in Edrain. Et dixit B Dominus ad Moysem: Ne timueris eum: quoniam in manus tuas tradidi eum, & omnem populum eius, & omnem terram eius: & facies ei, sicut fecisti Seon regi Amorræorum, qui habitabat in Esebon. Et percussit eum, & filios eius, & omnem populum eius eousque, vt non relinqueretur de eo viuens. Et hæreditauerunt terram eius.

α Anathemabo.] *Sic S. Aug. q. 40. quod inquit vulgo solitum dici* deuotare, *sicut etiam anathema, denotationem: ac de etymologia istius dictionis accurate disputat.* β Exhorruit.] *Sic solet S. Aug. reddere illud* προσώχθιστ. *Aquila,* συκάνει fastidit, *Symm.* ἐνεχάκησεν, male affecta est. γ Super signum.] ἐπὶ σημείου. *quod alij verterunt,* pro signo, *vt responderet vulgatæ: sicque etiam habet Chaldæus. Sed hebræus videtur significare, super vexillum, & perticam.* δ Et castra.] *S. Aug. in locut.* Castra collocauerunt in Colgaitrans in eremo hoc est, in vlteriore eremo. *Et in aliquo codice pro* ἐν τῷ πέραν, *est* ἐν τῷ πέραν. *Compl.* παρενέβαλον ἐν ἀχελγαὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ, *quod respondet vulgatæ,* fixere tentoria in Ieabarim in solitudine. ε Eremo.] *S. Aug. q. 42. habet,* Hermon: *sed videtur librarij erratum.* ζ Moab.] *Ita etiam hebræus: neque aliter vulgata. A S. Aug. abest ista dictio. Compl.* ἔστι γὰρ ἀρνὼν ὅρια μωὰβ ἀναμέσον τοῦ ἀμοῤῥαίου, est enim Arnon limes Moab inter Amorræum. η Bellum Domini ipsam Zoob.] *S. Aug.* bellum Domini Moab inflammauit & torrentes Arnon, & torrentes constituit inhabitare.] *In aliquo libro est,* κατοικίαν ἤρ, habitationem Er: *In vulgata ex hebræo est,* in libro bellorū Domini: *& cetera etiam non eundē omnino sensum præ se ferunt.* θ Præcinite illi puteum.] *vertimus illud* ἐξάρχετε, *quomodo idem verbum redditur Exodi 32. & in ps. 146* Præcinite Domino in confessione, *& alibi. int. Orig.* Initiate illi puteū, *& addit.* Hic est sensus, Initium ait, omniū puteū ponite. ι Manthanain.] *Aliquot codices* μανθαναὶμ, *& Int. Orig. Mathanain.* ι Ianen.] *Alij libri* νάπην, *& Int Orig.* in nemus quod est in campo Moab à vertice montis excelsi, qui respicit ad faciem deserti. κ Ceperant.] *In alijs,* ἔλαβε, cepit. λ Ænigmatistæ.] *De his Orig. hom, 15. & S. Aug. q. 45.*

C

D

CAP. XXII.

ET promouentes filij Israel castrametati sunt α ad occidentem Moab iuxta Iordanem contra Iericho. Et, vt vidit Balac filius Sephor omnia, quæcumque fecerat Israel Amorræo; & Moab timuit populum illum valde, quoniam multi erant: & exorruit Moab a facie filiorum Israel. Et dixit Moab senioribus Madiam: Nunc ablinget synagoga hæc omnes, qui in circuitu nostro, sicut ablingeret vitulus virentia de campo. Et Balac filius Sephor rex Moab erat in tempore illo. Et misit legatos ad Balaam filium Beor in Fhatura, quod est E super flumen terræ filiorum populi illius ad vocandum eum, dicens: Ecce populus exiuit de Ægypto: & ecce cooperuit aspectum terræ: & hic sedet iuxta me. Et nunc veni: maledic mihi populum; quoniam β præualet hic, quam nos. Si possimus percutere de eis; & eijciam eos de terra: quia scio, quoscumque benedixeris tu; benedicti sunt: & quoscumque maledixeris tu; maledicti sunt. Et iuerunt seniores Moab, & seniores Madiam: & γ diuinationes in manibus eorum. Et venerunt ad Balaam: & dixerunt ei verba Balac. Et dixit ad eos. Quiescite hic nocte: & respondebo vobis res, quascumque locutus fuerit Dominus ad me.

ad me. Et manserunt principes Moab apud Balaam. Et venit Deus ad Balaam, & dixit ei: Quid homines isti, qui penes te? Et dixit Balaam ad Deum: Balac filius Sephor rex Moab misit eos ad me, dicens: Ecce populus exijt de Ægypto: & cooperuit faciē terræ: & hic sedet iuxta me: Et nunc veni: & maledic mihi eū: Si forte potero percutere eū: & eijciam eū de terra. Et dixit Deus ad Balaam: Non eas cum illis: neq. maledicas populum: est enim benedictus. Et exurgēs Balaā mane dixit principibus Balac: Reuertite ad [s] dominū vestrū: nō sinit me Deus ire vobiscum. Et exurgentes principes Moab venerunt ad Balac, & dixerunt: non vult Balaam ire nobiscum. Et adiecit adhuc Balac mittere principes plures, & honoratiores istis. Et venerūt ad Balaam: & dicunt ei: Hæc dicit Balac filius Sephor: Oro te, ne cuncteris venire ad me. Honorate enim honorabo te: & quæcumque dixeris, faciam tibi: & veni: maledic mihi populum hunc. Et respondit Balaam, & dixit principibus Balac: Si dederit mihi Balac plenam domum suam argento & auro; non potero præuaricare verbum Domini, faciendo illud pusillum vel magnū in mente mea. Et nunc sustinete hic & vos nocte hac, & sciam quid adijciet Deus loqui ad me. Et venit Deus ad Balaam nocte, & ait illi: Si vocare te venerunt homines hi; exurgens sequere eos: sed verbum, quodcumque locutus fuero ad te, hoc facies. Et exurgens Balaam mane strauit asinam suam: & abijt cum principibus Moab. Et iratus est animatione Deus, quia ibat ipse. Et insurrexit angelus Dei [ς] differre eū. Et ipse inscenderat super asinam suam: & duo pueri eius cum eo. Et cum vidisset asina angelum Dei resistentem in via, & gladium euaginatum in manu eius; & declinauit asina de via, & ibat in campum. Et percussit asinam in virga [ʒ] sua, vt corrigeret eam in via. Et stetit angelus Dei in sulcis vinearum: maceria hinc, & maceria hinc. Et cum vidisset asina angelum Dei; compressit se ad parietem: & compressit pedem Balaam ad parietem. Et adiecit adhuc cædere eam. Et apposuit angelus Dei: & abiens substitit in loco angusto: in quo non fuit declinare in dexteram neque sinistram. Et cum vidisset asina angelum Dei; concidit sub Balaā. Et iratus est Balaam: & percutiebat asinam virga. Et aperuit Deus os asinæ: & ait ad Balaam: Quid feci tibi, quia percussisti me tertio hoc? Et ait Balaam asinæ. Quia illusisti mihi: & si habuissem gladiū in [θ] manu: iā transfixissem te. Et ait asina ad Balaam: Nonne ego sum asina tua; super quam inscēdisti a iuuentute tua vsque ad hodiernam diē? Nunquid despectione despiciens feci sic tibi? At ille dixit: Non. Reuelauit autem Deus oculos Balaam: & videt angelum Domini resistentem in via, & gladium euaginatū in manu eius: & procumbens adorauit [ι] facie sua. Et dixit ei angelus Dei: Cur percussisti asinam tuam tertio hoc? Et ecce ego exij in dilationem tuam: quia non est [κ] vrbana via tua ante me. Et cum vidisset me asina; declinauit a me tertio hoc: & nisi declinasset, nunc sane te quidem interfecissem; illam vero incolumem conseruassem. Et dixit Balaam angelo Domini: Peccaui: non enim sciebam, quia tu mihi resistebas in via in occursum. Et nunc si tibi [λ] non satisfaciet, reuertar. Et dixit angelus Dei ad Balaam: Vade simul cum hominibus: tantummodo verbum, quodcumque dixero ad te, hoc obseruabis loqui. Et iuit Balaam cum principibus Balac. Et audiens Balac quia venit Balaam, exijt in occursum ei in ciuitatem Moab quæ est super fines Arnon, quæ est a parte finium. Et dixit Balac ad Balaam: Nōne misi ad te vocare te? Quare non veniebas ad me? Vere non potero honorare

te. Et

A B C D E

A te? Et ait Balaam ad Balac: Ecce venio ad te nunc. Potens ero loqui quippiam? Verbum, quodcumq. iniecerit Deus in os meum; μ hoc loquar. Et profectus est Balaam cum Balac: & venerunt in ciuitates ν platearum. Et sacrificauit Balac oues, & vitulos: & misit ad Balaam, & ad principes, qui cum eo. Et factum est mane: & assumens Balac ipsum Balaam, ascendere cum fecit ad ξ statuam Baal: & inde ostendit ei partem quandam populi.

α Ad occidentem.] *Sic alij verterunt, quod græce est,* ἐπὶ δυσμῶν. *Int. Orig. hom.* 13. ab occidente. *Nos tamen suspicamur ex hebræo, hoc valere,* super loca demissa, & campestria. β Præualet hic, quàm nos, si poterimus.] *est hebraismus vsitatus. In alijs libris est,* ὅτι ἰσχυρότερός μου ἐστὶν, εἰ ἄρα δυνησόμεθα. *Int. Orig.* quia fortior est hic, quàm nos: si forte possimus. γ Diuinationes.] *Int. Orig. diuinaculo: græce est* τὰ μαντεῖα. *Vt pœna peccati dicitur peccatum; ita præmium diuinationis videtur appellata esse diuinatio. Multa de hac re Origenes, & S. Aug. q.* 47. δ Ad dominum vestrum.] *Alij* εἰς τὴν γῆν ὑμῶν, in terram vestram, *vt Vulgata.* ε Faciendo.] *S. Aug.* nec facere. ζ Differre.] διαβαλεῖν. *Alij* ἐνδιαβάλλειν. *S. Au. q.* 40 διαβάλλειν, *& habet,* differre in via: *disputatque, quomodo satis apte potuerit verti* differre, *& paulo post* διαβολὴν, dilationem. η Sua.] *abest à multis codicibus, & à S. Aug. q.* 50. θ Manu.] *S. Aug.* manu mea. *& in aliquot codicibus additur* μου. ι Facie sua.] *Respondet hebræo. Compl. non habet* αὐτοῦ. κ Vrbana.] ἀστεία. *Alij vertunt,* regalis. *Vulgata,* quia peruersa est via tua. λ Satis facit.] ἀρέσει. *In alijs est* ἀρέσκει, placet. μ Hoc loquar.] *Respondet hebræo. In Compl. est,* τοῦτο φυλάξω λαλῆσαι hoc obseruabo loqui. ν Platearum.] *Ita multi reddunt dictionem hebræam: nec videtur abesse à notione dictionis græce* ἐπαύλεων. *Alij vertunt,* diuersoriolum.] *Vulgata,* vrbem, quæ in extremis regni eius finibus erat. ξ Statuam.] τὴν στήλην. *Alij* columnam. *Vulgata,* excelsa. *Tertullianus vocat* staticulum.

CAP. XXIII.

ET dixit Balaam ad Balac: Ædifica mihi hic septem aras: & para mihi hic septem vitulos, & septem arietes. Et fecit Balac, quemadmodum dixit ei Balaam: & obtulit vitulum, & arietem super aram. Et dixit Balaam ad Balac? Assiste super sacrificium tuum: & ibo, si apparebit mihi Deus in occursu: & verbum quodcumque mihi ostenderit, annunciabo tibi. Et α astitit Balac super sacrificium suum. Et Balaam iuit interrogare Deum: & iuit recta. Et apparuit Deus ipsi Balaam. Et dixit ad eum Balaam: Septem aras paraui: & ascendere feci vitulum, & arietem super aram. Et immisit Deus verbum in os Balaam; & dixit: Reuersus ad Balac, sic loqueris. Et reuersus est ad eum. Et ecce ille stabat super holocaustomata sua, & omnes principes Moab cum eo. Et factus est spiritus Domini super illum. Et assumens parabolam suam dixit: Ex Mesopotamia accersiuit me Balac rex Moab, ex montibus ab oriente, dicens: veni, maledic mihi Iacob: & veni, super maledic mihi Israel. Quid maledicam, quem non maledicit Dominus? vel quid supermaledicam, quem non supermaledicit Deus? Quoniam de vertice montium intuebor eum: & a collibus intelligam eum. Ecce populus solus habitabit, & in gentibus non reputabitur. Quis inuestigabit semen Iacob? & quis dinumerabit populos Israel? Moriatur anima mea inter animas iustorum: & fiat semen meum, vt semen β istorum. Et dixit Balac ad Balaam: Quid fecisti mihi? Ad maledictionē inimicorum meorū vocaui te, & ecce benedixisti benedictionē? Et dixit Balaam ad Balac: Nōne quæcumq. miserit Deus in os meū, hoc obseruabo loqui? Et dixit ad eum Balac: Veni adhuc mecum in locum alium: de quo non videbis eum inde: sed partem quandam eius, omnes autem non videbis: & maledic mihi cum

S

hi eum inde. Et assumpsit eum in agri speculam in verticem excisi. Et ædificauit ibi septem aras: & imposuit vitulum & arietem super aram. Et dixit Balaam ad Balac: Assiste super sacrificium tuum: ego autem ibo interrogare Deum. Et occurrit Deus ipsi Balaam & immisit verbum in os eius, & dixit: Reuertere ad Balac: & hæc loqueris. Et reuersus est ad eum. Et ecce ille stabat super holocaustosim suam, & omnes principes Moab cum eo. Et dixit ei Balac: Quid locutus est Dominus? Et assumens parabolam suam dixit: Exurge Balac, & audi: auribus percipe testis filius Sephor. Non quasi homo, γ Deus suspenditur: neque quasi filius hominis, minas patitur. Ipse cum dixerit, nonne faciet? Loquetur, & non permanebit? Ecce ad benedicendum assumptus sum: benedicam, & non auertam. Non erit labor in Israel: neque videbitur dolor in Israel. Dominus Deus eius cum eo: præclara principum δ in eo. Deus, qui eduxit eum de Ægypto, sicut gloria vnicornis ei. Non est enim auguratio in Iacob: neque diuinatio in Israel. In tempore dicetur ipsi Iacob, & Israel, quid perficiet Deus. Ecce populus sicut catulus leonis, exurget, & sicut leo, exultabit: non dormiet, donec comedat prædam, & sanguinem cæsorum bibat. Et dixit Balac ad Balaam: Neque maledictionibus maledicas mihi eum: neque benedicens benedicas eum. Et respondens Balaam dixit ad Balac: Nonne locutus sum tibi, dicens, verbum quodcumque locutus fuerit Dominus, hoc faciam? Et ait Balac ad Balaam: Veni: assumam te in locum alium. Si placebit Deo; & maledic mihi eum inde. Et assumpsit Balac ipsum Balaam in verticem Phogor, quod extenditur in desertum. Et ait Balaam ad Balac: Ædifica mihi hic septem aras: & para mihi hic septem vitulos, & septem arietes. Et fecit Balac; sicut dixit ei Balaam. Et obtulit vitulum, & arietem super aram.

α Et astitit Balac super sacrificium suum: & Balaam iuit interrogare Deum.] *Hæc absunt à Compl. vt à vulgata.* β Istorum.] τούτων. *Compl.* τοῦτο, hoc. *Int. Origenis sæpe repetit* iustorum. γ Deus suspenditur.] *Ita S. Cyprianus lib. 2. aduersus Iudæos. Schol.* διαρτηθῆναι, hoc est commoueri, & fluctuare. Nam quæ suspenduntur, commouentur; & fluctuant. *Hanc eandem lectionem habet Theodoretus q. 43. quamuis interpres suo modo transtulerit. Considerandum tamen est, an istud etiam significari possit non esse Deum tanquam hominem, qui suspendatur, id est cohibeatur, ac retardetur, quominus consilia sua ad exitum perducat. In Comp. est,* διαψεύσεται. *Philo lib. 1. de vita Moysis* οὐχ ὡς ἄνθρωπος διαψευσθῆναι δύναται οὐδ' ὡς υἱὸς ἀνθρώπου μετανοεῖ, Non sicut homo mentiri aut falli potest; neque sicut filium hominis, cum pœnitet. *Int. Origen. homil. 16.* Non sicut homo Deus frustratur, neque, sicut filius hominis, terretur ipse. *& paulo post,* Non ergo Deus, sicut homo, qui frustra loquatur: neque, sicut filius hominis, terretur: vel (sicut in alijs exemplaribus legimus) neque, sicut filius hominis terret. *& vtrumque explanat. Iudith. 8.* ὅτι οὐχ ὡς ἄνθρωπος, ὁ θεὸς, ἀπειληθῆναι, οὐδ' ὡς υἱὸς ἀνθρώπου, διαιτηθῆναι. quoniam, non sicut homo, Deus vt minis terreat (*aut*, terreatur) neque, sicut filius hominis, vt iudicetur. γ Auertam.] *Int. Orig.* auertam eam, *id est benedictionem.* δ In eo.] *Idem,* præclara principum cum ipso sunt.

CAP. XXIV.

ET videns Balaam, quia bonum est in conspectu Domini benedicere Israel; non iuit sicut α consuetum ei erat, in occursum auspicijs: & conuertit faciem suam in desertum. Et eleuans Balaam oculos suos videt Israel castra metatum per tribus. Et factus est super eum spiritus Dei: & assumens parabolam suam, dixit: Dicit Balaam filius Beor, dicit homo vere videns, dicit audiens eloquia ipsius fortis, qui quidem visionem Dei vidit in somno: reuelati ocu-

A lati oculi eius. Quam bonæ domus tuæ Iacob, tabernacula tua Iſrael. Sicut nemora vmbrantia, & ſicut paradiſi ſuper flumen, & ſicut tabernacula, quæ fixit Dominus, & ſicut cedri iuxta aquas. Exibit homo de ſemine eius: & dominabitur gentibus multis. Et β exaltabitur Gog regnum: & creſcet regnum eius. Deus deduxit eum ex Ægypto, ſicut gloria vnicornis ei: comedet gentes inimicorum ſuorum: & craſſitudines eorum emedullabit: & iaculis ſuis ſagittabit inimicum. Recumbens requieuit vt leo; & vt catulus leonis: quis excitabit eum? Qui benedicunt te; benedicti ſunt: & qui maledicunt te; maledicti ſunt. Et iratus eſt Balac ſuper Balaam; & plauſum dedit manibus ſuis. Et dixit Balac ad Balaam. B Maledicere inimicum meum vocaui te: & ecce benedicens benedixiſti iam tertio. Nunc ergo fuge in locum tuum. Dixi, honorabo te: & nunc fraudauit te Dominus honore. Et dixit Balaam ad Balac: Nonne & nuncijs tuis, quos miſiſti ad me, locutus ſum, dicens, Si mihi dederit Balac plenam domum ſuam argento, & auro; non potero tranſgredi verbum Domini, facere illud bonum, aut malum apud meipſum, quæcumque dixerit Deus, hæc dicam? Et ecce nunc recurro in locum meum. Veni: conſilium dabo tibi; quid faciet populus hic populum tuum in nouiſſimo dierum. Et aſſumens parabolam ſuam, dixit: Dicit Balaam filius Beor, dicit homo vere videns, audiens eloquia Dei, C ſciens ſcientiam γ ab altiſſimo, & viſionem Dei videns in ſomno. Reuelati oculi eius: δ oſtendam ei & non modo: ε beatifico, & non appropinquat. Orietur ſtella ex Iacob: exurget ζ homo ex Iſrael: & η percutiet duces Moab: & θ prædabitur omnes filios Seth. Et ι erit Edom hæreditas: & erit hæreditas Eſau inimicus eius. Et Iſrael fecit in fortitudine: & exurget ex Iacob: & perdet eum, qui ſaluatur de ciuitate. Et videns Amalec, & aſſumens parabolam ſuam dixit: Initium gentium Amalec: & ſemen eorum peribit. Et videns Cenæum, & aſſumens parabolam ſuam, dixit: Fortis habitatio tua: & ſi poſueris in petra nidum tuum, & ſi fuerit κ ipſi Beor nidus aſtutiæ; D Aſſyrij captiuum te ducent. Et videns Og, & aſſumens parabolam ſuam dixit. Heu Heu, quis viuet; cum poſuerit hæc Deus? Et exibunt de manu Citiæorum, & affligent Aſſur, & affligent hebræos: & ipſi λ pariter peribunt. Et exurgens Balaam abijt reuerſus in locum ſuum. Et Balac abijt ad ſeipſum.

α Sicut conſuetum ei erat.] κατὰ τὸ εἰωθὸς αὐτῷ. *A Compl. abeſt illud* αὐτῷ. *Inter. Orig. hom.* 17. ex more. β Gog regnum.] ἡ γὼγ βασιλεία. *Ita Euſebius* 9. *demonſt. cap.* 3. *In aliquo codice eſt* ἢ γώγ. *& in manuſſ. S. Cypr.* 2. *teſtim.* quàm Gog. *Apud Origenem latine legitur*, exaltabitur Gog regnum eius: *atque exponitur* Gog, ideſt ſuper tecta, *apud Theodoretum q.* 43. ὢγ βασιλεία αὐτοῦ, Og regnum eius. *Compl.* ἢ ψώχ βασιλεία. Pſoch regnum. *Diodorus.* Samariticus, καὶ ὑψωθήσεται ὑπὲρ γὼγ βασιλεὺς αὐτοῦ & exaltabitur ſuper Gog rex eius. *Idem videtur referre Theodoretus q.* 43. *ex* Symmacho: *ſed habet* ὑπὲρ ὤγ, ſuper Og. E γ Ab altiſſimo.] ἐπιστήμην παρὰ ὑψίστου. *Ab aliquo libro abeſt illud* παρά. *& Int. Orig.* ſcientiam excelſi. *quod reſpondet vulgatæ.* δ Oſtendam ei.] *Int Orig.* In alijs quidē exemplaribus legimus, videbo eum, ſed nō modo. ε Beatifico.] *Compl.* μακαρίσω, *& Int. Orig.* beatificabo. ζ Homo.] *Symm.* σκῆπτρον, ſceptrum. η Percutiet.] *Int Orig.* vaſtabit. *Symm.* παίσει τὸ κλίμα μωὰβ, cædet clima Moab. θ Prædabitur.] *Symm* ἐρευνήσει, excutiet. ι Et erit Edom.] *Int. Orig. habet*, Et erit Edom hæreditas eius, Eſau inimicus eius. κ Ipſi Beor.] τῷ βεώρ. *Int. Orig.* tibi Beor. λ Pariter.] ὁμοθυμαδὸν. *Int. Orig.* Pariter, ergo græcus ſermo pro, ſtatim, ponit.

CAP. XXV.

ET manſit Iſrael in Sattin: & pollutus eſt populus, vt fornicaretur in filias Moab. Et vocauerunt eos ad ſacrificia idolorū ſuorū. Et manducauit po-

pulus de sacrificijs eorum: & adorauit idola eorum, & consecratus est Israel ipsi A
Beelphegor. Et iratus est furore Dominus in Israel. Et dixit Dominus Moysi: Accipe omnes principes populi, & ᵅ ostenta eos Domino contra Solem: & auertetur ira furoris Domini ab Israel. Et dixit Moyses tribubus Israel: Occidite vnusquisque proximum suum, qui consecratus est ipsi Beelphegor. Et ecce homo de filijs Israel veniens adduxit fratrem suum ad Madianitidem in conspectu Moysi, & in conspectu omnis synagogæ filiorū Israel. Ipsi autem flebant ad ostiū tabernaculi testimonij. Et videns I hinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, exurrexit de medio synagogæ: & capiēs ᵝ syromasten in manu, ingressus est post hominē Israelitā ᵞ in caminum, & transfodit vtrosque, hominem Israelitā & mulierem per vuluā eius. Et cessauit plaga a filijs Israel. Et fuerunt mortui in plaga, B
quatuor & viginti millia. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Phinees filius Eleazari sacerdotis sedauit furorem meum a filijs Israel; dum ego zelarē zelum in eos: & non consumpsi filios Israel in zelo meo. Sic dicito: Ecce ego do ei testamentum pacis: & erit ei & semini eius post eum testamentum sacerdotij sempiternum pro eo, quod zelauit Deo suo, & depropitiauit pro filijs Israel. Nomen autem hominis Israelitæ illius percussi, qui percussus est cum Madianitide, Zambri filius Salmon, princeps domus familiæ filiorum Symeon. Et nomen mulieri Madianitidi illi percussæ, Chasbi filia Sur principis gentis ᵟ Ommoth C
ᵋ domus familiæ est Madian. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel, dicens: Hostes sitis Madianitis, & percutite eos: quoniam hostes ipsi sunt vobis in dolo, quæcumque decipiunt vos per Phogor, & per Chasbi filiam principis Madiam sororem eorum, quæ percussa est in die plagæ propter Phogor.

ᵅ Ostenta eos. [*Sic Inter. Origen. homil. 20. & S. August. in locutionibus, & quæst. 52. quod græce est,* παραδειγμάτισον. *& apud latinos de insigni supplicio dicitur, exemplum ede. Aquila,* ἀνάπηξον. confige: *vel,* sursum fige. *Symmac.* κρέμασον. suspende. *Sic enim vertit vtrumque S. August. in quæst. illa. Sunt tamen, qui interpretentur,* fac, vt ipsi principes exempla edant, & occidant. ᵝ Siromasten.] *Aquila,* κόντον. contum. *Symmacus,* δόρυ. lanceam. *De hoc alibi etiam dicetur.* ᵞ Caminum.] κάμινον. *Aquila,* τὸ τέγος, conclaue. *Symmachus,* τὸ πορνεῖον. *quod videtur idem valere ac caminus: & fortasse balneum fuit. Inter. Origen. habet,* prostibulum. *vulgata* lupanar: *quod etiam dictionibus illis græcis significatur.* ᵟ Gentis Ommoth.] *Videntur esse duæ interpretationes. Nam Vmmoth valet gentium.* ᵋ Domus familiæ.] *S. August. in locut. videtur accepisse illud* domus *pro recto: græce tamen est* οἴκου. D

CAP .XXVI,

ET factum est post plagam, & locutus est Dominus ad Moysem, & Eleazarum sacerdotem, dicens: Accipe ᵅ principium totius synagogæ filiorum Israel a viginti annis, & supra secundum domos familiarum eorum: omnis qui procedit ad standum in acie in Israel. Et locutus est Moyses & Eleazar ᵝ sacerdos in Araboth Moab super Iordanem contra Hierico, dicens: A viginti annis & supra: quemadmodum constituit Dominus Moysi. Et filij Israel, qui exierūt ex Ægypto. Ruben primogenitus Israel. Filij autē Ruben, Enoch, & populus ipsius Enoch. Ipsi ᵞ Phallu, populus Phallui. Ipsi Afrō, populus Afroni. Ipsi Charmi, populus Charmi. Hi sunt populi Ruben. Et fuit recognitio eorum, E

tria &

A tria, & quadraginta millia, & septingenti, & triginta. Et filij Phallu, Heliab: & filij Heliab, Namuel, & Dathan, & Abiron: hi nominati synagogæ: hi sunt, qui coniurarũt super Moysem, & Aaron in synagoga Core in cõiuratione Domini: & aperiẽs terra os suũ, deglutiuit eos: & Core in morte synagogæ eius; quando deuorauit ignis quinquaginta & ducentos. Et facti sunt in signum. Filij autem Core non sunt mortui. Et filij Symeon, populus filiorũ Symeon. Ipsi Namuel, populus qui Namueli. Ipsi Iamin, populus qui Iamini. Ipsi Iachin, populus Iachini. Ipsi Zare, populus qui Zarai. Ipsi Saul populus qui Sauli. Hi sunt populi Symeõ ex recognitione eorum duo, & viginti millia, & ducenti. Filij autem Iuda, Er, B & Aynan. Et mortui sunt Er, & Aynan, in terra Chanaan. Et fuerunt filij Iuda secundum populos eorũ. Ipsi Selom populus qui Seloni. Ipsi Phares, populus, qui Pharesi. Ipsi Zara, populus qui Zarai. Et fuerũt filij Phares. Ipsi Asron, populus, qui Asroni. Ipsi Iamun, populus qui Iamuni. Hi sunt populi Iuda, secundum recognitionẽ eorum, sex & septuaginta millia, & quingenti. Et filij Issachar secundũ populos eorũ. Ipsi Thola, populus, qui Tholai. Ipsi Phua, populus qui Phuai. Ipsi Iasub populus qui Iasubi. Ipsi Samram populus qui Samrami. Hi populi Issachar ex recognitione eorum, quatuor, & sexaginta millia, & quadringenti. Filij Zabulon secundum populos eorum. Ipsi Sared, populus qui Saredi. Ipsi Allon, C populus qui Alloni. Ipsi Allel, populus qui Alleli. Hi populi Zabulon ex recognitione eorum sexaginta millia, & quingenti. Filij Gad secundum populos eorum. Ipsi Saphon populus qui Saphoni. Ipsi Angi populus qui Angì. Ipsi Suni populus qui Sunì. Ipsi Azeni populus qui Azeni. Ipsi Addi: populus qui Addì. Ipsi Aroadi, populus qui Aroadì. Ipsi Ariel, populus qui Arieli. Hi populi filiorum Gad ex recognitione eorum quatuor, & quadraginta millia, & quingenti. Filij Aser secundum populos eorum. Ipsi Iamin, populus, qui Iamini. Ipsi Iesu, populus qui Iesui. Ipsi Baria, populus, qui Bariai. Ipsi Chober, populus, qui Choberi. Ipsi Melchiel, populus, qui Melchieli. D Et nomen filiæ Aser, Sara. Hi populi Aser, ex recognitione eorum tria & quadraginta millia, & quadringenti. Filij Ioseph secundum populos eorum: Manasse, & Ephræm. Filij Manasse. Ipsi Machir, populus, qui Machiri. Et Machir genuit Galaad. Ipsi Galaad, populus, qui Galaadi. Et hi filij Galaad. Ipsi Achiezer; populus, qui Achiezeri. Ipsi Cheleg, populus, qui Chelegi. Ipsi Esriel, populus, qui Esrieli. Ipsi Sychem, populus, qui Sychemi. Ipsi Symaer, populus, qui Symaeri. Et ipsi Opher, populus, qui Opheri. Et ipsi Salpaad filio Opher non fuerunt ei filii, sed filiæ. Et hæc nomina filiarum Salpaad, Maala, & Nua, & Egla, & Melcha, & Thersa. Hi populi Ma-E nasse, ex recognitione eorum duo, & quinquaginta millia, & septingenti. Et hi filij Ephræm. Ipsi Suthala, populus, qui Suthalan. Ipsi Tanach, populus, qui Tanachi. Hi filij Suthala. Ipsi Eden, populus, qui Edeni. Hi filij Ephræm, ex recognitione eorum, duo & triginta millia, & quingenti. Hi populi filiorum Ioseph secundum populos eorum. Filij Beniamin secundum populos eorum. Ipsi Bale, populus, qui Bali. Ipsi Asyber, populus, qui Asyberi. Ipsi Iachiran, populus, qui Iachirani. Ipsi Sophan, populus, qui Sophani. Et fuerunt filij Bale, Adar, & Noeman. Ipsi Adar, populus, qui Adari. Et ipsi Noeman, populus, qui Noemani. Hi filij Beniamin secundum populos eorum ex recognitione

tione eorum quinque & triginta millia, & quingenti. Et filij Dan ſecundum po- A
pulos eorum. Ipſi Same, populus, qui Samei. Hi populi Dan ſecundum populos eorum. Omnes populi Samei ſecundum recognitionem eorum, quatuor, & ſexaginta millia, & quadringenti. Filij Nephthali ſecundum populos eorum. Ipſi Aſiel, populus, qui Aſieli. Ipſi Gayni, populus, qui Gayni. Ipſi Ieſer, populus, qui Ieſeri. Ipſi Sellem, populus, qui Sellemi. Hi populi Nephthali, ex recognitione eorum, quadraginta millia, & trecenti. Hæc eſt recognitio filiorum Iſrael: ſexcenta millia, & mille, & ſeptingenti, & triginta. Et locutus eſt Dominus ad Moyſem, dicens: His diuidetur terra ad hæreditandum ex numero nominum, ijs, qui plures ſunt, multiplicabis hæreditatem, & ijs, qui pauciores, minues hæreditatem eorum. Vnicuique, ſicut recogniti ſunt, dabitur hæreditas eorum. Per ſortes diſtribuetur terra nominibus: ſecundum tribus familiarum ſuarum hæreditabunt. Ex ſorte diſtribues hæreditatem eorũ inter multos, & paucos. Et filij Leui ſecundum populos eorum. Ipſi Gedſon, populus, qui Gedſoni. Ipſi Caath, populus, qui Caathi. Ipſi Merari, populus, qui Merari. Hi populi filiorum Leui: populus, qui Lobeni, populus, qui ζ Chebroni, populus, qui Core, & populus, qui Muſi. Et Caath genuit Amram. Nomen autem vxoris eius, Iochabed filia Leui: quæ genuit iſtos ipſi Leui in Ægypto: & genuit ipſi Amram Aaron, & Moyſem, & Mariam ſororem eorum. Et nati ſunt ipſi Aarõ, Nadab, & Abiud, & Eleazar, & Ithamar. Et mortuus eſt Nadab, & Abiud in offerendo eos ignem alienum ante Dominum in deſerto Sina. Et fuerunt ex recognitione eorum tria, & viginti millia, omne maſculinum ab vno menſe, & ſupra. Non enim recogniti ſunt in medio filiorum Iſrael: quia non datur eis ſors in medio filiorum Iſrael. Et hæc eſt recognitio Moyſi, & Eleazari ſacerdotis: qui recognouerunt filios Iſrael in Araboth Moab ſuper Iordanem contra Iericho. Et in his non fuit homo ex ijs, qui recogniti fuerant ſub Moyſe, & Aaron, quos recognouerunt filios Iſrael in deſerto Sina: quoniam dixit Dominus eis: morte morientur in deſerto, Et non remanſit ex eis vllus, niſi Chaleb filius Iephonne, & Ieſus filius Naue.

α Principium.] *S. Aug. in locut.* robur ſcilicet ætatis in populo. *Sed videtur valere* ſummam; *vt iam dictum eſt.* β Sacerdos.] *In alijs libris ſequitur* μετ' αὐτῶν cum eis. γ Ipſi Phallu.] τῷ φαλλὺ. *Notandus modus dicendi; vt hic intelligatur filius proxime memorati, & ex eo prodijſſe familia Phalluitarum: & ſic deinceps.* δ Ducenti.] *Hic in Compl. quemadmodum & in vulgata ſequitur de filijs Gad: & etiam in ſequentibus licet animaduertere aliquam ordinis varietatem.* ε Suthalan.] *Sequitur in vno codice, ſicut etiam in Compl.* τῷ βέχερ, δῆμος ὁ βεχερὶ ipſi Becher, populus, qui Becheri: *nec multo aliter in alio,* βάχαρ, δῆμος ὁ βαχαρὶ. ζ Chebroni.] *In alijs ſequitur,* καὶ δῆμος ὁ μοολὶ, & populus, qui Mooli.

CAP. XXVII.

ET accedentes filiæ Salpaad filij Opher, filij Galaad, filij Machir, populi Manaſſe de filijs Ioſeph: & hæc nomina eorum, Maala, & Nua, & Egla, & Melcha, & Therſa: & ſtantes ante Moyſem, & ante Eleazarum ſacerdotem, & ante principes, & ante omnem ſynagogam ad oſtium tabernaculi teſtimonij, dicunt: Pater noſter mortuus eſt in deſerto: & ipſe non fuit in medio ſynagogæ coniurantis contra Dominum in ſynagoga Core: quoniam propter peccatum ſuum mortuus eſt: & filij non fuerunt ei. Ne deleatur nomen patris noſtri de medio populi ſui; quoniam non eſt ei filius. Date nobis poſſeſſionem

in medio

A in medio fratrum patris nostri. Et retulit Moyses iudicium earum ante Dominum. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Recte filiæ Salpaad locutæ sunt. Datum dabis eis possessionem hæreditatis in medio fratrum patris earum: & appones sortem patris earum eis. Et filijs Israel loqueris, dicens: Homo si mortuus fuerit, & filius non fuerit ei; apponetis hæreditatem eius filiæ eius. Si autem non fuerit ei filia; dabitis hæreditatem fratri eius. Si autem nõ fuerint ei fratres; dabitis hæreditatem fratri patris eius. Si autem non fuerint fratres patris eius; dabitis hæreditatem domestico, qui propinquior sit ei de tribu eius, ad hæreditandum ea, quæ illius. Et erit hoc filijs Israel iustificatio iudi-
B cij: sicut constituit Dominus Moysi. Et dixit Dominus ad Moysem. Ascende in [α] montem istum, qui trans Iordanem, hic est mons Naban; & vide terram Chanaan: quam ego do filijs Israel in possessionem. Et videbis eam: & apponeris ad populum tuum & tu: sicut appositus est Aaron frater tuus in Or monte; propterea quod trãsgressi estis verbum meum in deserto Sin: cum resisteret [β] synagoga sanctificare me; non sanctificastis me super aqua ante eos. Hæc est aqua contradictionis in Cades in deserto Sin. Et dixit Moyses ad Dominum: Prouideat Dominus Deus spirituum, & omnis carnis, hominem super synagogam hanc: qui egrediatur ante faciem eorum: & qui ingrediatur ante fa-
C ciem eorum: & qui educat eos, & qui inducat eos: & non erit synagoga Domini sicut oues, quibus non est pastor. Et locutus est Dominus ad Moysem dicens: Accipe ad teipsum Iesum filium Naue, hominem qui habet [γ] spiritum in seipso: & impones manus tuas super eum, & statues eum in conspectu Eleazari sacerdotis & mandabis ei in conspectu omnis synagogæ: [δ] & mandabis de eo coram eis: & dabis de [ε] gloria tua super eum: vt exaudiant cũ filij Israel: & in conspectu Eleazari sacerdotis statuetur: & interrogabunt eum iudicium [ζ] manifestorum ante Dominum. In ore eius exibunt, & in ore eius introibunt, ipse, & filij Israel pariter & omnis synagoga. Et fecit Moyses sicut præcepit ei Dominus. Et assumens
D Iesum statuit eum in conspectu Eleazari sacerdotis, & in conspectu omnis synagogæ: & imposuit manus suas super eum: & [η] commendauit eum; sicut præcepit Dominus Moysi.

[α] In montem istum, qui trans Iordanem, hic est mons Naban.] *Vulgata pro istis hæc tantum habet* in montem istum Abarim. *Abarim autem significat* transituum. *Quare illud* ἐν τῷ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, *valet fortasse non* trans Iordanem, *sed*, in transitu Iordanis. [β] Synagoga.] ἐν τῷ ἀντιπίπτειν τὴν συναγωγήν. *In Compl. est* τῇ συναγωγῇ, cum resisteretis synagogæ: *quod obest sententiæ.* [γ] Spiritum.] *Ita libri veteres, & S. Aug. quæst.* 54. *Interpres Orig. hom.* 22. spiritum Dei in semetipso. *& Theodoretus q.* 48. πνεῦμα θεοῦ. [δ] Et mandabis de eo coram eis.] *Hæc non referuntur à Theodoreto, & absunt à Compl. sicut a vulgata. Referuntur tamen apud Origenem eadem hom.* 22. [ε] De gloria tua.] *Ita S. Aug. q.* 55. *quod græce est* τῆς δόξης σου. *& ita libri veteres, & Procopius Gazeus, & Theodoretus q.* 48. *quamuis interpres suo modo reddat. In aliquot vulgatis editionibus legitur,* τὴν δόξαν σου. Et *S. Aug. ibidem testatur apud nonnullos interpretes latinos fuisse*, gloriam tuam. *Interp. Orig.* claritatem tuam. [ζ] Manifestorum.] *Schol.* Istud τῶν δήλων. *alij interpretes ediderunt* φωτισμοὺς, illuminationes. *Theodoretus hunc locum paraphrasi explanans dicebat*, & per rationale iudicij, quod illius (*idest sacerdotis*) pectori adiacet, quid agendum sit, discetis. [η] Commendauit eum.] *Sic S. Aug. in locut. quod græce est,* συνέστησεν αὐτόν. *ac posset etiam verti*, constituit eum.

E

CAP. XXVIII.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Præcipe filijs Israel: & dices ad eos, dicens: Munera mea, data mea, oblationes meas in odorem suauitatis obseruabitis offerre mihi in solennitatibus meis. Et dices ad eos:

Hæ sunt

Hæ ſunt oblationes, quas adducetis Domino, agnos anniculos ſine macula duos die in holocauſtoſim iugiter. Agnũ vnũ facies mane: & agnũ ſecundum facies ad veſperam. Et facies decimã Oephi ſimilaginem in ſacrificium refectam in oleo in quarta In. Holocauſtoma continuationis: facta in monte Sina in odorem ſuauitatis Domino. Et libamen eius, quartam In agno vni. In ſancto libabis libamẽ ſicera Domino. Et agnum ſecundum facies ad veſperam: iuxta ſacrificium eius, & iuxta libamen eius facietis in odorem ſuauitatis Domino. Et die ſabbatorum offeretis duos agnos anniculos ſine macula, & duas decimas ſimilaginis refectæ in oleo in ſacrificium, & libamen: holocauſtoma ſabbatorum in ſabbatis ſuper holocauſtoſim iugem, & libamen eius. Et in Neomenijs offeretis holocauſtoma Domino vitulos ex bobus duos, & arietem vnum, agnos anniculos ſeptem ſine macula: tres decimas ſimilaginis refectæ in oleo vitulo vni, & duas decimas ſimilaginis refectæ in oleo arieti vni: decimam, decimam ſimilaginis conſperſæ in oleo agno vni ſacrificium, odorem ſuauitatis, oblationem Domino. Libamen eorum dimidium In erit vitulo vni: & tertia In erit arieti vni: & quarta In erit agno vni vini. Hoc eſt holocauſtoma menſem ex menſe in menſes anni. Et hircum e capris vnum pro peccato Domino: ſuper holocauſtoſim iugem fiet, & libamen eius. Et in menſe primo quarta & decima die menſis Paſcha Domino. Et quinta, & decima die menſis huius ſolennitas. Septem diebus azyma edetis: & dies prima celebris ſancta erit vobis. Omne opus ſeruile non facietis. Et offeretis holocauſtomata, oblationem Domino, vitulos ex bobus duos, arietem vnum, agnos anniculos ſeptem: ſine macula erunt vobis. Et ſacrificium eorum ſimilago conſperſa in oleo: tres decimæ vitulo vni, & duæ decimæ arieti vni: decimam, decimã facies agno vni, ſeptem iſtis agnis. Et hircum ex capris vnũ pro peccato ad depropiciandũ pro vobis, præter holocauſtoſim iugem matutinam; quod eſt holocauſtoma cõtinuationis. Hæc ſecundũ hæc facietis die in ſeptẽ dies, munus, oblationẽ in odorẽ ſuauitatis Domino; ſuper holocauſtoma iuge: facies libamen eius: Et dies ſeptima vocata ſancta erit vobis. Omne opus ſeruile non facietis in ea. Et die nouorum, quando offeretis ſacrificium nouum Domino hebdomadum celebris ſancta erit vobis. Omne opus ſeruile non facietis. Et adducetis holocauſtomata in odorem ſuauitatis Domino, vitulos ex bobus duos, arietem vnum, agnos anniculos ſeptem ſine macula. Sacrificium eorum ſimilago refecta in oleo, tres decimas vitulo vni, & duas decimas arieti vni decimam, decimam agno vni, ſeptem iſtis agnis, & hircum ex capris vnum pro peccato ad depropitiandum pro vobis pærter holocauſtoma iuge: Et ſacrificium eorum facietis mihi, ſine macula erunt vobis, & libamina eorum.

CAP. XXIX.

ET menſe ſeptimo vna menſis, celebris ſancta erit vobis. Omne opus ſeruile non facietis: dies ⁂ ſignificationis erit vobis. Et facietis holocauſtomata in odorem ſuauitatis Domino, vitulum vnum ex bobus, arietem vnũ, agnos anniculos ſeptem ſine macula. Sacrificium eorum ſimilago refecta in oleo. Tres decimas vitulo vni: & duas decimas arieti vni, decimam, decimam agno vni, ſeptem iſtis agnis. Et hircum ex capris vnum pro peccato, ad depropitiandum

A tiandum pro vobis, præter holocaustomata Neomeniæ, & sacrificia eorum, & libamina eorum, & holocaustoma iuge. Et sacrificia eorum, & libamina eorũ iuxta ritum eorum in odorem suauitatis Domino. Et decima mensis huius, celebris sancta erit vobis. Et affligetis animas vestras: & omne opus non facietis. Et offeretis holocaustomata in odorem suauitatis Domino, oblationes Domino, vitulum ex bobus vnum, arietem vnum, agnos anniculos septem: sine macula erunt vobis. Sacrificium eorum similago conspersa in oleo. Tres decimas vitulo vni, & duas decimas arieti vni, decimam, decimam agno vni, in septem istos agnos. Et hircum ex capris vnum pro peccato ad depropitiandum pro vobis, præter illud, quod pro peccato depropitiationis, & holocaustosis iugis, sa- B crificium eius, & libamen eius iuxta ritum in odorem suauitatis, oblatio Domino. Et quinta decima die mensis septimi, celebris sancta erit vobis. Omne opus seruile non facietis. Et celebrate eam, solennitatem Domino septem diebus: & adducite holocaustomata, oblationẽ in odorem suauitatis Domino, die prima vitulos ex bobus tres, & decem, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim: sine macula erunt. Sacrificia eorum similago conspersa in oleo. Tres decimas vitulo vni, tredecim istis vitulis, & duas decimas arieti vni, in duos istos arietes, decimam, decimam agno vni in quatuordecim istos agnos. Et hircum ex capris vnum pro peccato, præter holocaustosim iugem, sacrificia eorum, & C libamina eorum. Et die secunda vitulos duodecim, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim sine macula. Sacrificium eorum, & libamen eorum vitulis, & arietibus, & agnis iuxta numerum eorum, iuxta ritum eorum. Et hircum ex capris vnum pro peccato, præter holocaustosim iugem, sacrificia eorum, & libamina eorũ. Die tertia vitulos vndecim, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim sine macula. Sacrificium eorum, & libamen eorum vitulis, & arietibus, & agnis iuxta numerum eorum, iuxta ritum eorum. Et hircum ex capris vnum pro peccato, præter holocaustosim iugẽ, sacrificia eorum, & libamina eorum. Die quarta vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim sine D macula. Sacrificia eorum, & libamina eorum vitulis, & arietibus, & agnis iuxta numerum eorum, iuxta ritum eorum Et hircum ex capris vnum pro peccato, præter holocaustosim iugem, sacrificia eorum, & libamina eorum. Die quinta vitulos nouem, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim sine macula. Sacrificia eorum, & libamina eorum vitulis, & arietibus, & agnis iuxta numerum eorum, iuxta ritum eorum. Et hircum ex capris vnum pro peccato præter holocaustosim iugem, sacrificia eorum, & libamina eorũ. Die sexta vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim sine macula. Sacrificia eorum, & libamina eorum vitulis, & arietibus, & agnis iuxta numerum eorum, iuxta ritũ E eorum. Et hircum ex capris vnum pro peccato, præter holocaustosim iugem, sacrificia eorum, & libamina eorum. Die septima vitulos septem, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim sine macula. Sacrificia eorum, & libamina eorum, vitulis, & arietibus, & agnis, iuxta numerum eorum, iuxta ritum eorum. Et hircum ex capris vnum pro peccato, præter holocaustosim iugem, sacrificia eorum, & libamina eorum. Et die octaua [g] Exodium erit vobis. Omne opus seruile non facietis in ea. Et adduceris holocaustomata in odorem suauitatis, oblationes Domino, vitulum vnum, arietem vnum, agnos anniculos septem sine macula.

macula. Sacrificia eorum, & libamina eorum, vitulo, & arieti, & agnis iuxta numerum eorum, iuxta ritum eorum. Et hircum ex capris vnũ, pro peccato, præter holocaustosim iugem, sacrificia eorum, & libamina eorum. Hæc facietis Domino in solennitatibus vestris, [γ] exceptis votis vestris, & spontanea vestra, & holocaustomata vestra, & sacrificia vestra, & libamina vestra, & salutaria vestra. A

[α] Significationis.] σημασίας. *De hac dictione supra dictum est. Schol* Samariticus ἡμέραν ἀκουστὴν. diem sonoram. *Int. Orig. hom. 23. vocat festiuitatem memoriæ tubarum.* [β] Exodium.] *De hac quoque iam dictum est. Cyrillus.* Samariticus pro eo, quod dictum est, ἐξόδιον, inquit, τελείωσις ἐπισχέσεως, consummatio retentionis, *quasi finis mansionis in tabernaculis.* [γ] Exceptis.] *De hac locutione S. Aug. in locut.*

CAP. XXX.

B

ET locutus est Moyses filijs Israel secundum omnia, quæcumque mandauit Dominus Moysi. Et locutus est Moyses ad principes tribuum filiorum Israel, dicens: Hoc est verbum, quod præcepit Dominus: Homo, homo, quicumque vouerit votum Domino, aut iurauerit iuramentum, aut definierit definitione de anima sua; non prophanabit verbum suum: omnia, quæcumque exierint de ore eius, faciet. Si autẽ vouerit mulier votum Domino, aut definierit definitionem in domo patris sui in iuuentute sua, & audierit pater eius vota eius, & definitiones eius, quas definiuit [α] aduersus animam suam, & tacuerit pater eius; & stabunt omnia vota eius; & omnes definitiones, quas definiuit aduersus animam suam, manebunt ei. Si autẽ abnuens abnuerit pater eius, quacumq. die audierit omnia vota eius, & definitiones quas definiuit aduersus animã suã; non stabunt: & Dominus emundabit eam; quia abnuit pater eius. Si autem [β] facta fuerit viro, & vota eius super eam, secundum distinctionem labiorum eius, [γ] quas definiuit aduersus animam suam, & audierit vir eius, & tacuerit ei, quacumque die audierit; & ita stabunt omnia vota eius: & definitiones eius, quas definiuit aduersus animam suam, stabunt. Si autem abnuens abnuerit vir eius, quacumque die audierit; omnia vota eius, & definitiones eius, quas definiuit aduersus animam suam, non manebunt: quoniam vir abnuit [δ] ab ea. Et Dominus mundabit eam. Et votum viduæ, expulsæque, quæcumq. vouerit aduersus animam suam, manebunt ei. Si autem in domo viri eius votum eius, aut definitio aduersus animam eius cum iure iurando, & audierit vir eius, & tacuerit ei, & non abnuerit ei; & stabũt omnia vota eius: & omnes definitiones eius, quas definiuit aduersus animam suam, stabunt aduersus eam. Si autem circumauferens circumauferat vir eius, quacumque die audierit; omnia quæcumque exierint ex labijs eius secundum vota, & secundum definitiones, quæ aduersus animam eius, non manebũt ei: vir eius circumabstulit, & Dominus mundabit eam. Omne votum, & omne iusiurandum vinculi [ε] affligere animam; vir eius statuet ei: & vir eius circumauferet. Si autem tacens tacuerit ei, diem ex die; & statuet ei omnia vota eius: & definitiones quæ super ipsam, statuet ei: quoniam tacuit ei, die qua audiuit. Si autem circumauferens circumauferat post diem quam audiuit; & accipiet peccatum suum. Hæ sunt iustificationes, quascumque mandauit Dominus Moysi inter virum & vxorem eius, & inter patrem & filiam in iuuentute in domo patris.

C

D

E

α Aduer-

A α Aduersus animam suam.] *S. Aug. in locut.* idest aduersus delectationes animæ suæ. β Facta fuerit.] *Sic S. Aug. q. 59. quod græce est,* γινομένη γένηται ἀνδρὶ, *quasi diceremus habens habuerit virum.* γ Quas definiuit.] οὓς ὡρίσατο. *& videtur subintelligi* οἱ ὁρισμοὶ, definitiones. *In alijs libris est,* ὅσα ὡρίσατο. *& S. Aug. ibidem,* quanta definiuit. δ Quoniam vir abnuit ab ea.] ἀπ' αὐτῆς, *Alij* ἐπ' αὐτῆς. *&* S. *Augu.* ad eam. *Ab hebræo absunt omnia ista verba.* ε Affligere animam.] *Sic S. Aug. ad verbum e græco,* κακῶσαι ψυχήν. *quod tamen poterat verti,* de affligenda anima.

CAP. XXXI.

ET locutus est Dominus ad Moysem dicens: Vlciscere vltionem filiorum Israel de Madianitis: & postremo apponeris ad populum tuũ. Et locutus est Moyses ad populum, dicens: Armate ex vobis viros: & militate coram Domino super Madian, ad reddendam vindictam a Domino ipsi Madian: mille ex tribu, mille ex tribu, ex omnibus tribubus filiorum Israel mittite ad militandum. Et enumerarunt ex millibus Israel, mille ex tribu, duodecim millia: armati ad militiam. Et misit eos Moyses mille ex tribu, mille ex tribu, cum virtute eorum, & Phinees filium Eleazari filij Aaron sacerdotis. Et vasa sancta, & tubæ significationum in manibus eorum. Et militauerunt super Madian; sicut præcepit Dominus Moysi: & occiderunt omne masculinum: & reges Madian interfecerunt simul cum cæsis eorum, & Euin, & Rhocon, & Sur, & Vr, & Raboc, quinque reges Madian. Et Balaam filium Beor interfecerunt in gladio cum cæsis eorum. Et prædati sunt mulieres Madian & supellectilem eorum, & pecora eorum, & omnia, quæ possederant. Et virtutem eorum deprædati sunt, & omnes ciuitates eorum, quæ in habitationibus eorum: & villas eorum succẽderunt in igni. Et tulerunt omnem prædam eorum, & omnia spolia eorum ab homine vsque ad pecus: & adduxerunt ad Moysem, & ad Eleazarum sacerdotem, & ad omnes filios Israel captiuitatem, & spolia, & prædam in castra in Araboth Moab, quæ est super Iordanem contra Hiericho. Et egressus est Moyses, & Eleazar, & omnes principes synagogæ in occursum eis extra castra. Et iratus est Moyses in visitatores virtutis, chiliarchos, & centuriones, qui veniebant ex acie belli. Et dixit eis Moyses: Vt quid viuificastis omne fœmininum? Hæ enim * fuerunt filijs Israel, secundum verbum Balaam, vt recedere facerent, & despicere verbum Domini β propter Phogor: & facta est plaga in synagoga Domini. Et nunc interficite omne masculinum in omni γ multitudine: omnem mulierem, quæ nouit concubitum masculi, interficite: & omnem multitudinẽ mulierum, quæ non nouit concubitum masculi, viuificate eas. Et vos castrametamini extra castra septem diebus. Omnis, qui interfecerit, & tetigerit vulneratum, purificabitur die tertia, & die septima, vos, & captiuitas vestra. Et omne indumentum, & omne vas pelliceum, & omnem facturam ex caprina, & omne vas ligneum purificabitis. Et dixit Eleazar sacerdos ad viros virtutis, qui veniebant ab acie belli: Hæc est legis iustificatio, quam præcepit Dominus Moysi. δ Præter aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & stagnum, omnis res, quæ pertransibit in ε igni; & mundabitur: sed & aqua purificationis purificabitur. Et omnia, quæcumque non transeunt per ignem; transibunt per aquam. Et lauabitis vestimenta die septima: & mundabimini: & post hæc ingrediemini in castra. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Accipe ζ caput spoliorũ captiuitatis ab homine vsq. ad pecus, tu, & Eleazar sacerdos, & principes

B C D E

pes familiarum synagogæ. Et diuidetis spolia inter bellatores, qui processerunt in aciem, & inter omnem synagogam. Et demetis tributum Domino ab hominibus bellatoribus, qui processerunt in aciem, vnam animam de quingentis ex hominibus, & ex pecoribus, & ex bobus, & ex ouibus, & ex asinis. Et de dimidio eorũ sumetis. Et dabis Eleazaro sacerdoti primitias Domini. Et de dimidio quod filiorum Israel, sumes vnum de quinquaginta, ex hominibus, & ex bobus, & ex ouibus, & ex asinis, & ex omnibus pecoribus. Et dabis ea Leuitis custodientibus custodias in tabernaculo Domini. Et fecit Moyses, & Eleazar sacerdos, sicut præcepit Dominus Moysi. Et fuit abundantia prædæ, quam prædati sunt viri bellatores, ex ouibus, sexcenta millia, & septuaginta, & quinque millia. Et boues, duo & septuaginta millia. Et asini, vnum & sexaginta millia. Et animæ hominum ex mulieribus, quæ non nouerunt concubitum viri, omnes animæ duo & triginta millia. Et fuit dimidium pars eorum, qui processerunt in prælium, ex numero ouium trecenta & triginta millia & septem millia, & quingentæ. Et fuit tributum Domino ex ouibus, sexcentæ septuaginta quinque. Et boues, sex & triginta millia. Et tributum Domino, duo & septuaginta. Et asini, triginta millia & quingenti. Et tributum Domino, vnus & sexaginta. Et animæ hominum sex & decem millia. Et tributum eorum Domino, duæ & triginta animæ. Et dedit Moyses tributum Domino, demptionem Dei, Eleazaro sacerdoti, sicut præcepit Dominus Moysi. De dimidio filiorum Israel, quos distinxit Moyses á viris bellatoribus. Et fuit dimidium a synagoga, ex ouibus trecenta & triginta millia, & septem millia & quingentæ. Et boues sex & triginta millia, asini triginta millia & quingenti. Et animæ hominum sex & decem millia. Et sumpsit Moyses ex dimidio, quod filiorum Israel vnum ex quinquaginta ex hominibus, & ex pecoribus: & dedit ea Leuitis custodientibus custodias tabernaculi Domini, quemadmodum præcepit Dominus Moysi. Et accesserunt ad Moysem omnes qui constituti erant super millia virtutis, chiliarchi & centuriones: & dixerunt ad Moysem. Pueri tui acceperunt caput virorum bellatorum qui apud nos: & non dissonuit ex eis vllus. Et obtulimus munus Domino, vir, quod inuenit vas aureum, & torquem, & viriolam, & annulum, & dextrale, & catenulam ad depropitiandum pro nobis ante Dominum. Et accepit Moyses, & Eleazar sacerdos aurum ab eis, omne vas factum. Et fuit omne aurum demptio quam dempserunt Domino, sexdecim millia & septingenti & quinquaginta sicli a chiliarchis, & centurionibus. Et viri bellatores ⁿ prædati sunt, vnusquisque sibi. Et accepit Moyses, & Eleazar aurum a chiliarchis, & a centurionibus: & intulit ea in tabernaculum testimonij, memoriale filiorum Israel coram Domino.

α Hæ enim fuerunt.] *In editionibus. S. Aug. corrupte videtur legi q. 63.* hæc enim fecerunt filij Israel. *Græci quidem codices consentiunt, & Theodoretus quæst. 45. Int. Orig. hom. 25.* Ipsæ enim sunt, quæ filios Israel secundum verbum Balaam apostatas fecerunt. β Propter Phogor.] *Anesperus* Samariticus manifestius inquit, διὰ λόγου φογὼρ, per verbum Phogor. *Theodoretus ibidem.* Phogor, est nomen Idoli. γ Multitudine.] *Sic redditur ista dictio, ἀπαρτία apud S. Aug. locut. 99. Dictio hebræa significat pubem, idest paruulos, quemadmodum habet vulgata. Idem etiam alibi dictum est de dictione illa* ἀποσκευή. δ Præter aurum.] *Est notanda locutio. Intelligendum enim est hæc excipi a proxime præcedente lege, non autem à sequente.* ε In igni.] *In aliquot codicibus sequitur,* διάξετε ἐν πυρί. *Et Int. Orig. hom. 25.* traducite per ignem. ζ Caput.] κεφάλαιον. *quo nomine, vt etiam apud hebræos, diximus significari summam. Schol.* Samariticus habet, λάβε τὸ τέλος, accipe summam. η Prædati sunt.] *Schol.* pro eo, ac si diceret. ἐκτήσατο, οὐκ ἐκοινοποίησεν, sibi acquisiuit non in commune contulit,

CAP. XXXII.

A ET pecora ᵅmultitudo erat filijs Ruben,& filijs Gad, multitudo valde. Et viderunt regionem Iazer & regionem Galaad: & erat locus ille locus pecoribus. Et accedentes filij Ruben,& filij Gad dixerunt ad Moysem & ad Eleazarum sacerdotẽ,& ad principes Synagogæ, dicentes: Atharoth & Dæbon, & Iazer, & Namra, & Esebon, & Eleale,& Sebama,& Nabay,& Bæan, terram quam tradidit Dominus in conspectu filiorum Israel, terra pecorum nutrix est: & pueris tuis sunt pecora. Et dicebant: Si inuenimus gratiam in conspectu tuo; detur terra ista famulis tuis in possessionem: & ne traducas nos Iordanem. Et dixit Moyses filijs Gad,& filijs Ruben: Fratres vestri eunt in bellum: & vos B sedebitis hic? Et vt quid peruertitis mentes filiorum Israel, vt non transeant in terram, quam Dominus dat eis? Nonne sic fecerunt patres vestri, quando misi eos e Cades Barne ad considerandam terram: & ascenderunt vallem Botri, & considerauerunt terram, & auerterunt cor filiorum Israel, vt non introirent in terram quam dedit Dominus eis? Et iratus est furore Dominus in die illa,& iurauit dicens, Si videbunt homines hi qui ascenderunt ex Ægypto, a viginti annis & supra, qui cognoscunt bonum & malum, terram quam iuraui ipsi Abraham,& Isaac,& Iacob: non enim secuti sunt post me, præter Chaleb filius Iephône, ille ᵝ segregatus,& Iesus filius Naue: quoniam simul secuti sunt post me. Et C iratus est furore Dominus aduersus Israel: & ᵞ circũagitauit eos in deserto quadraginta annos; donec consumpta est omnis generatio, facientes maligna in conspectu Domini. Ecce surrexistis pro patribus vestris, ᵟ contritio hominum peccatorum, ad adijciendum adhuc ad furorem iræ Domini super Israel: quoniam auertetis vos ab eo, adijciendo adhuc derelinquere eum in deserto: & inique facietis in totam synagogam hanc. Et accesserunt ei,& dixerunt: Caulas ouium ædificabimus hic pecoribus nostris, & ciuitates ᵋ impedimentis nostris: & nos armati in ᶻ prima acie priores filijs Israel; quoadusque adduxerimus eos in suum ipsorum locum. Et habitabunt impedimenta nostra in ciuitatibus mura D tis propter eos, qui inhabitant terram. Non reuertemur ad domos nostras; quoadusque distributi fuerint filij Israel, vnusquisque in hæreditatem suam. Et non vltra hæreditabimus in eis a regione trans Iordanem, & supra: quia obtinemus sortes nostras in transitu Iordanis in oriente. Et dixit ad eos Moyses: Si feceritis iuxta verbum hoc, si arma sumpseritis ante Dominum in prælium & transibit ex vobis omnis armatus Iordanem ante Dominũ, quoadusq. contritus fuerit hostis eius a facie eius, & subiecta fuerit terra ante Dominũ; & post hæc reuertimini, & eritis innocentes ante Dominũ,& ab Israel,& erit terra hæc vobis in possessionem ante Dominum. Si autem nõ feceritis ita; peccabitis ante Dominũ,& co E gnoscetis peccatum vestrum, quando vos cõprehenderint mala. Et ædificabitis vobismetipsis ciuitates impedimentis vestris, & caulas pecoribus vestris. Et quod procedit ex ore vestro, facietis. Et dixerũt filij Ruben,& filij Gad ad Moysem, dicentes: Pueri tui facient, secundum quæ dominus noster mandat. Impedimenta nostra, & vxores nostræ,& omnia pecora nostra erunt in ciuitatibus Galaad. Pueri autẽ tui transibunt omnes armati, & ordinati ante Dominũ in prælium; quemadmodum Dominus ait. Et ᵅ cõmendauit eis Moyses Eleazarũ sacerdotẽ, & Iesum filium Naue & principes familiarum tribuũ Israel. Et dixit ad eos

Moyses : Si transierint filij Ruben, & filij Gad vobiscum Iordanem, omnis armatus in prælium ante Dominum, & subieceritis terram ante vos; & dabitis eis terram Galaad in possessionem. Si autem non transierint armati vobiscum in prælium ante Dominum; & traducetis impedimenta eorum, & vxores eorum, & pecora eorum priora vobis in terram Chanaan, & cohæreditabunt in vobis in terra Chanaan. Et responderunt filij Ruben, & filij Gad, dicentes; Quæcumque dominus dicit seruis; sic faciemus nos. Transibimus armati ante Dominum in terram Chanaan; & dabitis possessionem nobis θ trans Iordanem. Et dedit eis Moyses filijs Gad, & filijs Ruben, & ι dimidiæ tribui Manasse filiorum Ioseph, regnum Seon regis Amorræorum, & regnum Og regis Basan, & ciuitates cum finibus eius, & ciuitates terræ in circuitu. Et ædificauerunt filij Gad Dæbon, & Ataroth, & Aroer, & Sophar, & Iazer: & exaltauerunt eas, & Namram, & Bætharan ciuitates munitas, & caulas ouium. Et filij Ruben ædificauerunt Esebon, & Elealem, & Cariatham, & Beelmeon circundatas, & Sebama. Et cognominauerunt secundum nomina sua nomina ciuitatum quas ædificauerunt. Et iuit filius Machir filij Manasse Galaal, & cepit eam, & perdidit Amorræum habitantem in ea. Et dedit Moyses Galaad ipsi Machir filio Manasse: & habitauit ibi. Et Iair filius Manasse iuit, & cepit caulas eorum, & cognominauit ea, caulas Iair. Et Nabay iuit, & cepit Caath, & pagos eius: & cognominauit eos Naboth ex nomine suo.

α Multitudo] *Notat hanc locutionem S. Aug. in locut. Sed paulo post habet,* multitudo copiosa valde. *vbi etiam in alijs libris est,* πολὺ σφόδρα. β Ille segregatus.] *Schol.* Samariticus, ὁ κενεζαῖος, cenezæus, nimirum segregans se à consilio Israel dicentis, non ibimus in terram promissionis. γ Circumagitauit.] κατερρόμβευσεν, *aut, vt in alijs libris,* κατερρέμβευσεν. δ Contritio.] σύντριμμα, *quasi reliquiæ, aut multiplicati ex contritione. Nam dictio hebræa significat multiplicationem. Alij codices habent* σύστρεμμα, factio, *aut, vt alij vertunt,* alumni: *& ita vulgata.* ε Impedimentis nostris.] *Ita hoc loco S. Aug. in locut. ac videtur commodissime hoc modo reddi illud* ἀποσκευὴ. *& significari tenera ætas, quæ magno impedimento solet esse in castris.* ζ In prima acie.] προφυλακῇ. *Alij,* παρελευσόμεθα προφυλακῇ, præteribimus in prima acie. η Commendauit eis] *Sic S. Aug. in locut. ac videt tamen hunc esse sensum,* commendauit eos Eleazar sacerdoti. *Possent tamen verba illa,* συνέστησεν αὐτοῖς ἐλεάζαρ, *ita verti,* & constituit eis Eleazar *Hebræus habet,* & præcepit eis Elezaro, *idest,* pro eis. θ Trans Iordanem.] *Notandum est illud,* πέραν, *interdum significare,* vltra *interdum,* citra. ι Dimidiæ tribui.] *Schol.* Nunc mentionem fecit dimidiæ tribus Manasse, cum in ijs, quæ antea dicta sunt, non fecisset. In Samaritico autem fit.

CAP. XXXIII.

Et hæ sunt mansiones filijs Israel, ex quo exierunt de terra Ægypti cum virtute sua in manu Moysi, & Aaron. Et scripsit Moyses promotiones eorum & mansiones eorum per verbum Domini. Et hæ sunt mansiones itineris eorum. Promouerunt de Ramesse mense primo, quintadecima die mensis primi. Postridie ipsius Pascha exierunt filij Israel in manu excelsa coram omnibus Ægyptijs: & Ægyptij sepeliebant mortuos ex ipsis, omnes quos percusserat Dominus, omne primogenitum in terra Aegypto: & in Dijs eorum fecerat vltionem Dominus. Et promouentes filij Israel de Ramesse, castrametati sunt in Socchoth. Et promouentes de Socchoth castrametati sunt in Buthan: quæ est pars quædam deserti. Et promouerunt de Buthan & castrametati sunt ad os Iroth, quod est contra Beelsephon: & α castrametati sunt e regione Magdoli. Et promouerunt contra Iroth, & transierunt medium maris in desertum. Et iuerunt viam trium dierum

per de-

A per desertum ipsi & castrametati sunt in amaritudinibus. Et promouerunt de amaritudinibus: & venerunt in Ælim. Et in Ælim duodecim fontes aquarum & septuaginta arbores palmarum: & castrametati sunt ibi apud aquam. Et promouerunt de Ælim: & castrametati sunt super mare rubrum. Et promouerunt a mari rubro: & castrametati sunt in deserto Sin. Et promouerunt e deserto Sin: & castrametati sunt in Raphaca. Et promouerunt de Raphaca: & castrametati sunt in Ælus. Et promouerunt ex Ælus: & castrametati sunt in Raphidin: & non erat ibi aqua populo bibere. Et promouerunt de Raphidin: & castrametati sunt in deserto Sina. Et promouerunt e deserto Sina: & castrametati sunt in mo-
B numentis concupiscentiæ. Et promouerunt de monumentis concupiscentiæ: & castrametati sunt in Aseroth. Et promouerũt de Aseroth: & castrametati sunt in Rathama. Et promouerunt de Rathama: & castrametati sunt in Remmon Phares. Et promouerunt de Remmon Phares. & castrametati sunt in Lebona. Et promouerunt de Lebona: & castrametati sunt in Ressan. Et promouerunt de Ressan: & castrametati sunt in Macellath. Et promouerunt de Macellath & castrametati sunt in Saphar. Et promouerunt de Saphar: & castrametati sunt in Caradath. Et promouerunt de Caradath: & castrametati sunt in Maceloth. Et promouerunt de Maceloth: & castrametati sunt in Cathaath. Et
C promouerunt de Cataath: & castrametati sunt in Tarath. Et promouerunt de Tarath: & castrametati sunt in Mathecca. Et promouerunt de Mathecca: & castrametati sunt in Selmona. Et promouerunt de Selmona: & castrametati sunt in Masuruth. Et promouerunt de Masuruth: & castrametati sunt in Banæa. Et promouerunt de Banæa: & castrametati sunt in monte Gadgad. Et promouerunt de monte Gadgad: & castrametati sunt in Etebatha. Et promouerunt de Etebatha: & castrametati sunt in Ebrona. Et promouerunt de Ebrona: & castrametati sunt in Gesion Gaber. Et promouerunt de Gesion Gaber: & castrametati sunt in deserto Sin. Et promouerunt e deserto Sin: &
D castrametati sunt in deserto Pharan. Hæc est Cades. Et promouerunt e Cades: & castrametati sunt in Or monte prope terram Edom. Et ascendit Aaron sacerdos per præceptum Domini: & mortuus est ibi in quadragesimo anno exitus filiorum Israel de terra Ægypti mense quinto, vna mensis. Et Aaron erat trium & viginti & centum annorum, quando mortuus est in Or monte. Et audiens Chananæus rex Arad. Et hic habitabat in terra Chanaan; quando ingrediebantur filij Israel. Et promouerunt de Or monte: & castrametati sunt in Selmona. Et promouerunt de Selmona: & castrametati sunt in Phino. Et promouerunt e Phino: & castrametati sunt in Oboth. Et promouerunt
E de Oboth: & castrametati sunt in Gai in vlteriore super fines Moab. Et promouerunt de Gai: & castrametati sunt in Dæbon Gad. Et promouerunt e Dæbon Gad: & castrametati sunt in Gelmon Deblathæm. Et promouerunt e Gelmon Deblathæm: & castrametati sunt super montes Abarim contra Nabay. Et promouerũt e montibus Abarim: & castrametati sunt [β] ad occasum Moab super Iordanem contra Hierico. Et castrametati sunt apud Iordanem inter Æsimoth vsque [γ] Belsa, qua ad occasum Moab. Et locutus est Dominus ad Moysem super occasum Moab apud Iordanem contra Hiericho, dicens: Loquere filijs Israel,

& dices ad eos: Vos transitis Iordanem in terram Chanaan: & perdetis omnes habitantes in terra ante faciem vestram: & auferetis speculas eorum, & omnia idola, fusilia eorum perdetis ea: & omnes statuas eorum auferetis. Et perdetis omnes inhabitantes terram: & inhabitabitis in ea. Vobis enim dedi terram eorum in sortem. Et hæreditabitis terram eorum in sorte per tribus vestras: ijs, qui sunt plures, multiplicabitis possessionem eorum, & ijs, qui pauciores, minuetis possessionem eorum. Ad quodcumque exierit nomen eius, ibi illius erit: per tribus familiarum vestrarum hæreditabitis. Si autem non perdideritis habitantes super terram a facie vestra; & erunt, quoscumque reliqueritis ex eis, aculei in oculis vestris, & iacula in costis vestris: & aduersabuntur vobis super terram, in qua vos habitabitis. Et erit: sicut decreueram facere illos, faciam uos.

α Et castrametati sunt è regione Magdoli: & promouerunt contra Iroth.] *Schol.* Quædam exemplaria sic habent. Et promouerunt ab ore Iroth, & castrametati sunt e regione Magdoli. Et promouerunt è Magdolo, & transierunt, *&c.* β Ad occasum.] *Rursus illud* ἐπὶ δυσμῶν. *& hic, & in locis sequentibus in hoc capite videtur, significare*, in locis demissis, campestribus. γ Belsa, qua.] βελσὰ τό. *In alijs libris est*, βελσαθείμ. *& vulgata*, Belsathim. *In Compl.* ἀβελσατίμ. *quod non abhorret ab hebræo.*

CAP. XXXIV.

ET locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Præcipe filijs Israel: & dices ad eos: Vos ingredimini in terram Chanaan: hæc erit vobis in hæreditatem, terra Chanaan cum finibus eius. Et erit vobis latus, quod ad Africum, a deserto Sin vsque ad contiguum Edom. Et erunt vobis fines ad Africum a parte maris salsi ab Oriente. Et circundabunt vos fines ab Africo ad ascensum Acrabin, & pertransibunt Ennach: & erit transitus eius ad Africum Cades, ipsius Barne: & exibit in villam Arad, & transibit Asemona. Et circundabunt fines ab Asemona torrentem Ægypti: & erit exitus eius mare: & fines maris erunt vobis: mare magnũ terminabit. Hoc α erit vobis fines maris. Et hoc erit vobis fines ad Aquilonem, a mari magno dimetiemini vobis ipsis β apud montẽ, montem: & a monte montẽ dimetiemini vobis ipsis, ingredientibus in Emach. Et erit exitus eius fines Saradac: Et egredientur fines Dephrona: & erit exitus eius Arsenain. Hoc erit vobis fines ab Aquilone. Et dimetiemini vobis ipsis fines Orientis ab Arsenain Sephamar: & descendent fines a Sephamar Bela ab Oriente ad fontes: & descendent fines Bela super dorsum maris Chenereth ab Oriente: & descendent fines ad Iordanem: & erit exitus mare salsum. Hæc erit vobis terra; & fines eius in circuitu. Et mandauit Moyses filijs Israel, dicens: Hæc est terra, quam hæreditabitis eam cum sorte; quemadmodum præcepit Dominus dare eam nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse: quoniam accepit tribus filiorum Ruben, & tribus filiorum Gad secundum domos familiarum eorum: & dimidia tribus Manasse receperunt sortes suas: duæ tribus, & dimidium tribus acceperunt sortes suas trans Iordanem contra Hiericho ab Austro ad Orientem. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens. Hæc sunt nomina virorum; qui in hæreditatem sortientur vobis terram: Elea-

zar sacer-

A zar sacerdos, & Iesus filius Naue. Et principem vnum de tribu assumetis ad sortiendum vobis terram. Et hæc sunt nomina virorum. De tribu Iuda, Chaleb filius Iephonne: De tribu Symeon, Salamiel filius Semiud: De tribu Beniamin, Eldad filius Chaslon: De tribu Dan, princeps Bacchir filius Egli: De filijs Ioseph de tribu filiorum Manasse, princeps Aniel filius Suphi: De tribu filiorum Ephræm princeps Camuel filius Sabathan: De tribu Zabulon princeps Elisaphan filius Pharnach: De tribu filiorum Issachar princeps Phaltiel filius Oza: De tribu filiorum Aser princeps Achior filius Selemi: De tribu Nephthali, princeps Phadael filius Lamiud. His mandauit Dominus distribuere filijs Israel in B terra Chanaan.

α Hoc erit vobis.] S. *Aug. in locut.* Non dixit, hi erunt vobis. β Montem, montem.] *In alijs libris non geminatur. Sed geminatio ista videtur vestigium lectionis respondentis hebraicæ, quæ habet* apud or montem: *& in proxime sequentibus verbis,* ab or monte: *quo loco etiam in aliis libris est,* ἀπὸ τοῦ ὄρους, τὸ ὄρος. *Vulgata,* ad montem altissimum, à quo.

CAP. XXXV.

ET locutus est Dominus ad Moysem super occasum Moab apud Iordanẽ contra Hiericho, dicens: Præcipe filijs Israel: & dabunt Leuitis de sortibus possessionis ipsorum ciuitates habitare: & suburbia ciuitatum in circuitu C earum dabunt Leuitis. Et erunt ciuitates eis ad habitandũ: & α segregationes earum erunt pecoribus eorum, & omnibus quadrupedibus eorum. Et pertinentia ad ciuitates, quæ dabitis Leuitis, a muro ciuitatis, & extra bis mille cubitos in circuitu. Et metieris extra ciuitatem latus, quod est ad orientem, bis mille cubitos: & latus, quod est ad Africum, bis mille cubitos: & latus, quod est ad mare, bis mille cubitos: & latus, quod est ad Aquilonem, bis mille cubitos. Et ciuitas medium β huius erit vobis, & confinia ciuitatum. Et ciuitates dabitis Leuitis, sex ipsas ciuitates refugiorum; quas dabitis fugere illo homicidã, D & ad has, quadraginta & duas ciuitates: Omnes ciuitates γ dabitis Leuitis, quadraginta & octo ciuitates; has, & suburbia earum. Et ciuitates, quas dabitis de possessione filiorum Israel, ab ijs, qui multa, multa & a minoribus minora: vnusquisque secundũ hæreditatẽ suam, quam hæreditabunt, dabunt de ciuitatibus, ipsis Leuitis. Et locutus est Dominus ad Moysem, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Vos transitis Iordanem in terram Chanaan: & distinguetis vobis ipsis ciuitates. Refugia erunt vobis, fugere illo homicidam: omnis, qui percussit animam non sponte. Et erunt ciuitates vobis refugia a δ vindicante sanguinem: & non morietur is, qui occidit, quoadusque stet in conspectu synagogæ in E iudicium. Et ciuitates, quas dabitis, sex ipsas ciuitates, refugia erunt vobis. Tres ciuitates dabitis trans Iordanem: & tres ciuitates dabitis in terra Chanaan. Refugium erit filijs Israel, & proselyto, & incolæ, qui in vobis. Erunt ciuitates istæ in refugium ad fugiendum illuc omni percutienti animam non sponte. Si autem in vase ferri percusserit eum, & mortuus fuerit; homicida est: morte moriatur homicida: Si autem in lapide ex manu, in quo morietur in eo, percusserit eum, & mortuus fuerit; homicida est: morte moriatur homicida: Si autem in vase ligneo ex manu, ex quo morietur in eo, percusserit eum, & mortuus fuerit; homicida est: morte moriatur homicida. Qui vindicat sanguinem; ipse interficiet

ficiet homicidam: cum occurrerit ei; iste interficiet eum. Si autem propter inimicitiam impulerit, & proiecerit in eum quodcumque vas ex insidijs, & mortuus fuerit, vel propter odium percussit eum manu, & mortuus fuerit; morte moriatur is, qui percussit: homicida est: morte moriatur homicida. Qui vindicat sanguinẽ, interficiet homicidam, cum occurrerit ei. Si autem repente non propter inimicitiam impulerit eum, vel proiecerit in eum quodcumque vas non ex insidijs, vel omni lapide, in quo morietur in eo, non sciens, & inciderit super eum, & mortuus fuerit, ipse autem non inimicus eius erat, nec quærens malefacere ei; & iudicabit synagoga inter eum, qui percussit, & inter eum, qui vindicat sanguinem, secundum iudicia hæc. Et eximet synagoga homicidam a vindicãte sanguinem: & restituent eum synagoga in ciuitatem refugij eius, quo confugit. Et habitabit ibi, quoadusque mortuus fuerit sacerdos magnus; quẽ vnxerunt eum oleo sancto. Si autem exitu exeat homicida fines ciuitatis, in quã confugit illuc, & inuenerit eum is, qui vindicat sanguinem, extra fines ciuitatis refugij eius, & vindicans sanguinem occiderit homicidã; non erit reus. Nam in ciuitate refugij habitet; quoadusque mortuus fuerit sacerdos magnus. Et postquam mortuus fuerit sacerdos magnus; reuertetur homicida in terram possessionis suæ. Et erunt hæc vobis in iustificationem iudicij in progenies vestras in omnibus habitationibus vestris. Omnis, qui percusserit animam, per testes occides homicidam. Et testis vnus non testabitur in animam, vt moriatur. Et non accipietis redẽptiones pro anima ab homicida, qui reus est moriendi: morte enim morietur. Non accipietis redemptiones ad fugiendum in ciuitatem refugiorum; vt rursus inhabitet in terra, quoadusque mortuus fuerit sacerdos magnus: & non contaminetis terram, in qua vos habitatis. Sanguis enim hic contaminat terram: & non expiabitur terra a sanguine effuso super eam: & ε non polluetis terram, super quam habitatis super eam, super quam ego commoror in vobis. Ego enim sum Dominus commorans in medio filiorum Israel.

α Segregationes.] *In hebræo eadem dictio est, quæ paulo ante versa est* προάστεια, suburbana. *Nam idcirco fortasse suburbana dicuntur* ἀφορίσματα, *quoniam ea ciues quasi sibi seposita, & peculiaria habent: hæc eadem paulo post videntur vocari* ὅμορα confinia. β Huius.] *Complut.* τούτων. horum. *Ab hebræo abest hoc loco vtrumque: sed in proxime sequenti sententia dicitur,* hoc erit eis suburbana. γ Dabitis.] *In alijs* ἃς δώσετε, quas dabitis. δ Vindicante.] *Ita S. Aug. q. 64. & 65. quod græce est,* ἀπὸ τοῦ ἀγχιστεύοντος τὸ αἷμα, *& alij vertunt,* à redimente sanguinem, *aut,* ab eo, qui propinquus est sanguine. *Vulgata habet,* propinquus occisi, cognatus occisi. ε Non polluetis.] *Seuerus.* Quædam exemplaria non habent illud μὴ, non.

CAP. XXXVI.

ET accesserunt principes tribus filiorum Galaad filij Machir filij Manasse de tribu filiorum Ioseph: & locuti sunt coram Moyse, & coram Eleazaro sacerdote, & coram principibus domorum familiarum filiorum Israel: & dixerunt: domino nostro mandauit Dominus assignare terram hæreditatis in sorte filijs Israel: & domino præcepit Dominus dare hæreditatem Salpaad fratris nostri filiabus eius. Et erunt vni tribuum filiorum Israel vxores. Et auferetur sors earum de possessione patrum nostrorum, & addetur ad hæreditatem tribus, quibus factæ fuerint vxores: & de sorte hæreditatis nostræ auferetur. Si autem fuerit * remissio filiorum Israel; & addetur hæreditas earum super hæreditatem tribus, quibus

A quibus factæ fuerint vxores: & ab hæreditate tribus familiæ nostræ auferetur hæreditas earum. Et mandauit Moyses filijs Israel per præceptum Domini, dicens: Sic tribus filiorum Ioseph dicunt: Hoc est verbum quod constituit Dominus filiabus Salpaad, dicens; cuius placuerit coram eis, sint vxores: tantummodo e populo patris sui sint vxores. Et non circumuertetur hæreditas filijs Israel a tribu in tribum: quoniam vnusquisque in hæreditate tribus familiæ suæ coniungentur filij Israel. Et omnis filia vendicans hæreditatem ex tribubus filiorum Israel vni eorum, qui de populo patris sui, erunt vxores; vt vendicent filij Israel vnusquisq. hæreditatem paternam suam. Et non circumuertetur sors a tribu in tribum aliam B sed vnusquisque in hæreditate sua coniungentur filij Israel. Quemadmodum præcepit Dominus Moysi; sic fecerunt [β] filiabus Salpaad. Et fuerunt Thersa & Egla, & Melcha, & Nua, & Malaa filiæ Salpaad, consobrinis suis de populo Manasse filiorum Ioseph factæ fuerunt vxores. Et facta est hæreditas earum ad tribum populi patris earum. Hæc sunt mandata, & iustificationes, & iudicia, quæ mandauit Dominus in manu Moysi super occasum Moab super Iordanem contra Hierico.

[α] Remissio.] ἄφεσις: *& significat Iobelæum, vt supra. Alii libri, & Compl.* ἀφαίρεσις, ablatio. [β] Filiabus.] *Alii* θυγατέρες, filiæ: *quod respondet vulgatæ.*

DEVTERONOMIVM.

CAP. I.

HÆC sunt verba, quæ locutus est Moyses omni Israel trans Iordanem in deserto ᵃ ad occidentem prope rubrum mare, inter Pharan Tophol, & Lobon, & Aulon, & auri fodinas. Vndecim dierum ex Choreb via super montem Seir vsque Cades Barne: Et factum est in quadragesimo anno, in vndecimo mense vna mensis, Locutus est Moyses ad omnes filios Israel iuxta omnia quæcumq. mandauit Dominus ei ad eos; postquam percussit Seon regem Amorræorum habitantem in Esebon, & Og regem Basan habitantem in Astaroth, & in Edraim trans Iordanem in terra Moab: cœpit Moyses declarare legem hanc, dicens: Dominus Deus noster locutus est nobis e Choreb, dicens: ᵝ Sufficiat vobis habitare in monte hoc. Reuertimini, & promouete vos, & ingredimini in montem Amorræorum, & ad omnes accolas Araba in monte & campo, & ad Africum, & maritimam terram Chananæorum, & Antilibanum vsque ad flumẽ magnũ, flumen Euphratem. Videte: ᵞ tradidit in conspectu vestro terram: ingressi hæreditate terram, quam iuraui patribus vestris Abraham, Isaac, & Iacob, dare eis, & semini eorum post eos. Et dixi ad vos in tempore illo, dicens: non potero solus portare vos. Dominus Deus vester multiplicauit vos: & ecce estis hodie, velut sydera cæli multitudine. Dominus Deus patrum vestrorum adijciat vobis sicut estis, millies: & benedicat vos sicut locutus est vobis. Quomodo potero solus portare molestiam vestram, & pondus vestrum, & contradictiones vestras? Date ᵟ vobisipsis viros sapientes, & scientes & intelligentes in tribubus vestris: & constituam super vos duces vestros. Et respondistis mihi, & dixistis: bonum est verbum, quod locutus es facere. Et assumpsi ex vobis viros sapientes, & scientes, & intelligentes: & constitui eos præesse super vos, chiliarchos, & cẽturiones, & quinquagenarios, & decanos, & magistros ᵋ iudicibus vestris. Et mandaui iudicibus vestris in tempore illo dicens: Audite inter fratres vestros; & iudicate iuste inter virum, & inter fratrem, & inter proselytum eius. Non agnosces faciem in iudicio: iuxta eum, qui paruus, & iuxta eum qui magnus iudicabis: nõ vereberis faciem hominis, quoniam iudicium Dei est. Et verbum quod durum fuerit a vobis, afferetis illud ad me: & audiam illud. Et mandaui vobis in tempore illo omnia verba quæ facietis. Et promouentes e Choreb iuimus omne illud desertum magnum, & terribile, quod vidistis, viam montis Amorræi: sicut mandauit Dominus Deus noster nobis. Et venimus vsque Cades Barne. Et dixi ad vos: Venistis vsque ad montem Amorræi, quẽ Dominus Deus noster dat vobis. Videte: tradidit nobis Dominus Deus vester ante faciẽ vestrã ram: ascendentes hæreditate, quemadmodum dixit Dominus Deus patrum vestrorum

strorum

A ſtrorum vobis. Nolite terreri, neque conſternari. Et acceſſiſtis ad me omnes, & dixiſtis: Mittamus viros priores nobis: & explorent nobis terram, & renuncient nobis reſponſionem, viam, per quam aſcendemus in ea, & ciuitates, in quas ingrediemur in eas. Et placuit coram me verbum. Et ſumpſi ex vobis duodecim viros, virum vnum per tribum. Et conuerſi aſcenderunt in montem, & venerunt in vallē botri, & ſpeculati ſunt eam: & ſumpſerunt in manibus ſuis de fructu terræ: & attulerunt ad nos, & dicebant: Bona eſt terra, quam Dominus Deus noſter dat nobis. Et noluiſtis aſcendere: ſed increduli fuiſtis verbo Domini Dei noſtri, & obmurmuraſtis in tabernaculis veſtris, & dixiſtis: eo quod Dominus odit nos; B eduxit nos de terra Ægypti, ad tradendum nos in manus Amorræorum, ad exterminandos nos: quo nos aſcendimus? Fratres autem veſtri auerterunt cor veſtrum, dicentes: gens magna, & multa, & potentior nobis: & ciuitates magnæ, & muratæ vſque ad cælum: ſed & filios gigantum illic vidimus. Et dixi ad vos: Ne paueatis, neque timeatis ab eis. Dominus Deus veſter, qui præcedit ante faciem veſtram, ipſe ſimul debellabit eos vobiſcum, ſecundum omnia, quæcumque fecit vobis in terra Ægypto, & in deſerto hoc, quod vidiſtis ζ viā montis Amorræi: quoniam η geſtabit te; ſicuti ſi quis θ homo geſtet filium ſuum, per omnem viam, in qua iuiſtis, donec veniſtis ad locū hunc. Et in verbo hoc non credidiſtis C Domino Deo noſtro, qui procedit prior vobis in via ad eligendum vobis locum, deducens vos in igni nocte, oſtendens vobis viam, per quam ambulatis ſuper eā, & in nube die. Et audiuit Dominus vocem ſermonum veſtrorum: & exacerbatus iurauit, ſi videbit aliquis virorum iſtorum terram bonam hanc, quam iuraui patribus eorum, præter Chaleb filius Iephonne: hic videbit eam: & huic dabo terram, in quam aſcendit, & filijs eius; quoniam ipſe adhæſit ijs quæ ad Dominum. Et mihi iratus eſt Dominus propter vos, dicens: neque tu introibis illuc. Ieſus filius Naue, qui aſſiſtit tibi, hic introibit illuc: ipſum conforta; quoniam ipſe in hæreditatem ſortietur eam ipſi Iſrael. ι Et omnis paruulus iunior, quicumque non D nouit hodie bonum, vel malum; hi introibunt illuc: & his dabo eam: & ipſi hæreditabunt eam. Et vos conuerſi κ caſtra mouiſtis in deſertum viam, quæ ſuper rubrum mare. Et reſpondiſtis, & dixiſtis: Peccauimus ante Dominum Deum noſtrum. Nos aſcendentes bellabimus iuxta omnia, quæcumque mandauit Dominus Deus noſter nobis. Et ſumentes vnuſquiſque vaſa ſua bellica, & congregati aſcendiſtis in montem. Et dixit Dominus ad me: Dic eis: Non aſcendetis, neque bellabitis. Non enim ſum vobiſcum: & non conteramini in conſpectu inimicorum veſtrorum. Et locutus ſum vobis: & non exaudiſtis me: & tranſgreſſi eſtis verbum Domini. λ Et vim facientes aſcendiſtis in montem. Et exijt Amorræus habitans in monte illo in occurſum vobis: & perſecutus eſt vos, ſicut facerent a- E pes: & vulnerabant vos a Seir vſque Herma. Et ſedentes flebatis ante Dominum Deum noſtrum: & non exaudiuit Dominus vocem veſtram, neque attendit vobis. Et ſediſtis in Cades diebus multis, quot vtique diebus ſediſtis.

α Ad occidentem.] *De hoc loco iam indicauimus ſuſpicionem noſtram. Schol. Aq. & Symm.* ἐν τῇ ὁμαλῇ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, in planicie maris rubri. Sic vocantur campi, qui interiacent inter montes Arabiæ, & Iudææ. β Sufficiat vobis habitare.] *Notanda locutio. Hoc enim videtur ſignificare,* ſatis vobis ſit habitaſſe hucuſque, *vel,* ſatis diu habitaſtis. *Similis locutio eſt in c. ſequenti.* γ Tradidit.] *Alii* παραδέδωκα, tradidi. δ Vobis ipſis.] *eſt hebraiſmus, pro,* de vobis ipſis. ε Iudicibus.] *videtur dictum pro* de iudicibus: *hebræus habet,* tribubus. ζ. Viā montis Amorræi.] *Hæc abſunt ab aliis libris, quemadmodū & à vulgata.* η Quoniam geſtabit te.] *In aliis libris*

aliis libris est, ὡς ἐτροποφόρησέ σε, *aut,* ἐτροφοφόρησέ σε, quomodo gestauit te : *quod propius accedit ad vulgatam. Lucifer lib. I. pro S. Athanasio.* Quomodo fouit te Dominus Deus tuus, sicut quis foueat homo filium. θ Siquis homo gestet.] *Aquila,* ὡσεὶ ἄραι τροφὸς τὸν υἱόν. tanquam nutrix leuet filium. *Symm.* βαστάσαι, portet. ι Et omnis.] *In aliis libris,* καὶ τὰ παιδία ὑμῶν, ἃ εἴπατε ἐν τῇ ἁρπαγῇ ἔσεσθαι, καὶ πᾶν παιδίον, *&c.* & paruuli vestri, quos dixistis in direptionem fore, & omnis paruulus, *&c. quod respondet vulgatæ.* κ Castra mouistis.] *Sic etiam Compl. In aliis est,* στρατοπεδεύσατε, castra facite, *aut,* abite, *vt vulgata.* λ Et vim facientes.] *Compl.* καὶ ὑπερηφανεύσατε, καὶ παραβιασάμενοι, & superbe egistis, & vim facientes: *quæ fortasse duæ sunt interpretationes.*

CAP. II.

ET conuersi promouimus in desertum, viam mare rubrum; quemadmodum locutus est Dominus ad me. Et circuiuimus montē Seir diebus multis. Et dixit Dominus ad me: Sufficiat vobis circuire montem hunc. Conuertimini igitur ad Aquilonem. Et populo præcipe, dicens: Vos transitis per fines fratrum vestrorum filiorum Esau habitantium in Seir: & timebunt vos: & ᵅ verebuntur vos valde. Ne conseratis cum eis prælium: non enim dabo vobis de terra eorum neque vestigium pedis: quoniam in sorte dedi filijs Esau montem Seir. Argento escas emite ab eis, & comedetis: & aquam mensura accipietis ab eis, & bibetis. Dominus enim Deus noster benedixit te in omni opere manuum tuarum. Agnosce, quomodo transisti desertum illud magnum, & terribile. Ecce quadraginta annos Dominus Deus tecum: nō indiguisti verbo. Et præteriuimus fratres nostros filios Esau habitantes in Seir apud viam, quæ Araba ab Ælon, & a Gesion Gaber. Et conuersi pertransiuimus viam desertum Moab. Et dixit Dominus ad me: Non oppugnetis Moabitas, & non conseratis cum eis prælium. Non enim dabo de terra eorum vobis in sorte. Filijs enim Lot dedi Aroer ad hæreditandum. Omnes priores insederunt super eam, gens magna, & multa & fortes, sicut Enacim, Raphaim reputabuntur & hi, sicut & Enacim. Et Moabitæ cognominant eos Ommin. Et in Seir insidebat Chorræus antea: & filij Esau perdiderunt eos: & attriuerunt eos a facie sua: & inhabitarunt pro eis: quemadmodum fecit Israel terram hæreditatis suæ, quam dedit Dominus eis. Nunc igitur exurgite, & promouete vos: & transite vallem Zaret. Et dies, quibus pertransiuimus a Cades Barne, vsque quo transiuimus vallem Zaret, triginta & octo anni; quoadusque decidit omnis progenies virorum bellatorum morientes e castris: sicut iurauit Dominus Deus eis. Et manus Domini fuit super eos ad consumendos eos de medio castrorum; quoadusque deciderunt. Et factum est, postquam deciderunt omnes viri bellatores morientes de medio populi; & locutus est Dominus ad me, dicens: Tu trāsibis hodie fines Moab ipsam Aroer: & accedetis prope filios Amman: Nolite oppugnare eos: neque congrediamini cum eis in bellum. Non enim dabo tibi de terra filiorum Amman in sorte: quoniam filijs Lot dedi eam in sorte. Terra Raphain reputabitur. Nam & super eam habitabant Raphain antea: & Ammanitæ cognominant eos Zochommin. Gens magna, & multa: & potentior vobis; sicut & Enacim. Et perdidit eos Dominus ante faciem eorum: & ᵝ hæreditarunt, & habitarunt pro eis vsque in diem hanc: sicut ᵞ fecerunt filijs Esau habitantibus in Seir: quemadmodum attriuerunt Chorræum a facie sua: & hæreditarunt eos: & habitarunt pro eis vsque in diem hanc. Et Euæi, qui habitabant in Asedoth vsque Gazam. Et Cappadoces, qui exierunt e Cappadocia, attriuerunt eos, & habitarunt pro eis.

Nunc

A Nunc ergo ſurgite, & promouete, & tranſite vos vallem Arnon. Ecce tradidi in manus tuas Seon regem Eſebon Amorræum, & terram eius. Incipe hæreditare, confere cum eo prælium in die hac. Incipe dare tremorem tuum, & timorem tuum ſuper faciem omnium gentium, quæ ſub cælo: qui audientes nomen tuum turbabuntur, & dolores habebũt a facie tua. Et miſi legatos e deſerto Cedamoth ad Seon regem Eſebon verbis pacificis, dicens: tranſibo per terram tuam: in via ibo: non declinabo in dextram, neque in ſiniſtram: eſcas argento tribues mihi, & comedam: & aquam argento tribues mihi, & bibam. Tantum tranſibo pedibus; ſicut fecerunt mihi filij Eſau habitantes in Seir, & Moabitæ habitantes in Aroer

B quoadusque tranſiero Iordanem in terram quam Dominus Deus noſter dat nobis. Et noluit Seon rex Eſebon tranſire nos per ipſum: quoniam indurauerat Dominus Deus noſter ſpiritum eius: & confortauit cor eius: vt traderetur in manus tuas, ſicut in die hac. Et dixit Dominus ad me: Ecce cœpi tradere ante faciem tuam Seon regem Eſebon Amorræum, & terram eius: & incipe hæreditare terram eius. Et exijt Seon rex Eſebon in occurſum nobis, ipſe, & omnis populus eius in prælium in Iaſſa. Et tradidit eum Dominus Deus noſter δ ante faciem noſtram. Et percuſſimus eum, & filios eius, & omnem populum eius: & obtinuimus omnes ciuitates eius in tempore illo: & diſperdidimus omnem ciuitatem, deinde, & vxores eorum, & filios eorum, non reliquimus viuum.

C Tantum pecora prædati ſumus: & ſpolia ciuitatum cepimus ab Aroer, quæ eſt apud labium torrentis Arnon, & ciuitatem, quæ erat in valle, & vſque ad montem Galaad. Non fuit ciuitas, quæ effugeret nos. Omnes tradidit Dominus Deus noſter in manus noſtras. Tantum prope filios Amman non acceſſimus, omnia pertinentia ad torrentem Iaboc, & ciuitates quæ in montana; ſicut mandauit Dominus Deus noſter nobis.

α Et verebuntur vos valde.] *Pro his in hebræo eſt*, & cauete vos valde, *& vulgata*, videte ergo diligenter. β Hæreditarunt.] *In alijs libris additur* αὐτούς, eos, *vt paulo poſt etiam in noſtra.* γ Fecerunt] *Sic etiam Compl. In aliquo libro eſt*, ἐποίησεν, fecit, *& vulgata*, ſicut fecerat. δ Ante faciem noſtram.] *Hæc*

D *a nonnullis codicibus abſunt: in quibuſdam vero adduntur præterea hæc*, εἰς τὰς χεῖρας ἡμῶν, in manus noſtras.

CAP. III.

ET conuerſi aſcendimus viam, quæ in Baſan. Et exijt Og rex Baſan in occurſum nobis, ipſe, & omnis populus eius in prælium in Edraim. Et ait Dominus ad me: Ne timeas eum, quoniam in manus tuas tradidi eum, & omnem populum eius, & omnem terram eius. Et facies ei, ſicut feciſti Seon regi Amorræorum, qui habitabat in Eſebon. Et tradidit α eum Dominus Deus

E noſter in manus noſtras, & Og regem Baſan, & omnem populum eius. Et β percuſſimus eum, eouſque, vt non relinqueretur ipſius ſemen. Et obtinuimus omnes ciuitates eius in tempore illo: non fuit ciuitas, quam non cepérimus ab eis: ſexaginta ciuitates, omnia adiacentia Argob regis Og de Baſan: omnes ciuitates munitæ: mœnia excelſa, portæ, & vectes, præter ciuitates γ Pherezæas multas valde, δ exterminauimus; ſicut feceramus Seon regem Eſebon. Et exterminauimus omnem ciuitatem, deinde & vxores & paruulos, & omnia pecora. Et ſpolia ciuitatum prædati ſumus nobiſipſis. Et cepimus in tempore illo terram de

ram de

ram de manibus duorum regum Amorræorum, qui erant trans Iordanem a torrente Arnon: & vſque Aermon. Phœnices cognominant ipſum Aermon, Sauior: & Amorræus cognominauit illud, Sauir. Omnes ciuitates Miſor, & omnis Galaad: & omnis Baſan vſque Elcha, & Edraim, ciuitates regni Og in Baſan: quia tantum Og rex Baſan ε reliquus factus eſt a Raphain. Ecce lectus eius, lectus ferreus: ecce hic ζ eſt in arce filiorum Amman: nouem cubitorum longitudo eius: & quatuor cubitorum latitudo eius in cubito viri. Et terram illam hæreditauimus in tempore illo. Ab Aroer, quæ eſt iuxta labium torrentis Arnon, & dimidium montis Galaad, & ciuitates eius dedi Ruben, & Gad. Et reliquum Galaad, & omnem Baſan regnum Og dedi dimidiæ tribui Manaſſes & omnem η regionem Argob, omnem Baſan illam: terra Raphain reputabitur. Et Iair filius Manaſſe cepit omnem regionem Argob vſque ad fines Gargati, & Machati: cognominauit eas in nomine ſuo, ipſam Baſan, θ Thacuoth Iair vſque in diem hanc. Et Machir dedi Galaad: & Ruben, & Gad dedi ſub Galaad vſque ad torrentem Arnon, medium torrentis terminum, & vſque Iaboc: & torrens terminus filijs Amman. Et Araba, & Iordanis terminus ι Machanareth, & vſque ad mare Araba, mare ſalſum ſub κ Aſedoth Phaſga Orientis. Et mandaui vobis in tēpore illo, dicens: Dominus Deus veſter dedit vobis terram hanc in ſorte. Armati præcedite ante faciem fratrum veſtrorū filiorum Iſrael, omnis potens. Tantum vxores veſtræ, & filij veſtri, & pecora veſtra (noui, quia multa pecora vobis) habitent in ciuitatibus veſtris, quas dedi vobis; quoadusque quieſcere faciat Dominus Deus veſter fratres veſtros ſicut & vos, & hæreditauerint & hi terram, quam Dominus Deus noſter dat eis in vlteriore Iordanis. Et reuertimini vnuſquiſque in hæreditatem ſuam, quam dedi vobis. Et Ieſu mandaui in tempore illo, dicens: Oculi veſtri viderunt omnia, quæcumque fecit Dominus Deus noſter duobus regibus iſtis. Sic faciet Dominus Deus noſter omnia regna, in quæ tu tranſis illuc. Ne timueritis ab eis, quoniam Dominus Deus noſter ipſe pugnabit pro vobis. Et oraui Dominum in tempore illo dicens: Domine Deus tu cœpiſti oſtendere ſeruo tuo fortitudinem tuam, & virtutem tuam, & manum validam, & brachium excelſum. Quis enim eſt Deus in cælo, vel ſuper terram, qui faciet ſecundum quæ feciſti λ tu, & ſecundum fortitudinem tuam? Tranſiens igitur videbo terram bonam hanc, quæ eſt trans Iordanem, montem iſtum bonum, & Antilibanum. Et deſpexit Dominus me propter vos, & non exaudiuit me. Et dixit Dominus ad me: Sufficiat tibi. Non adijcias vltra loqui ſermonem iſtum. Aſcende in cacumen excìſi: & reſpiciens oculis tuis ad mare, & Aquilonem & Africum, & Orientem, & vide oculis tuis, quoniam non tranſibis Iordanem hunc. Et præcipe Ieſu, & conforta eum, & cohortare eum: quoniam hic tranſibit ante faciem populi huius & hic in hæreditatem ſortietur eis omnem terram quam vidiſti. Et ſedimus in valle prope domum Phogor.

α Eum.] *Iſta dictio redundat, & nihil facit ad ſententiam, vt ſæpe aliæ huiuſmodi.* β Percuſſimus.] *Aq.* ἀναθεματίσωμεν, anathemauimus. γ Pherezæas.] *Dictio hebræa, vnde hæc inflexa eſt, ſignificat* nō munita. *Quare in vulgata eſt*, abſque oppidis innumeris, quæ non habebant muros. δ Exterminauimus.] *In alijs additur* αὐτούς*: & vulgata*, & deleuimus eos. ε Reliquus factus eſt à Raphain.] *Ita putat S. Aug. quæſt. 3. apte reddi hunc locum, & ſignificari ipſum ſolum ex Raphain, ideſt ex gigantibus remanſiſſe.* ζ Hic eſt in arce.] *Ex græco liquet intelligendum eſſe de lecto. Illud autē* ἐν τῇ ἄκρᾳ, in arce, *in vulgata eſt* in Rabath.

η Regionem

A α Regionem] τὴν περίχωρον quasi, circumregionem: *& videntur lxx. isto nomine vsi, vt responderent vocabulo hebraico, quod significat funem.* ϑ Thanoth.] *Alij, αβώθ. & vulgata* Auoth Iair, idest villas Iair. ι Machanareth.] *In aliqua editione est* ἀπὸ μαχαινερέθ, à Machænereth. *In Compl.* ἀπὸ χενερέθ à Chenereth, *quod respondet hebræo. Sed illud, μα in nostra videtur positum ex hebræo pro* ἀπό. κ Sub Aredoth Phasga.] *Respondet fere hebræo, & significat* sub, effusionibus collis. *Alij* ἀπὸ σηδώθ *aut* ἀπὸ ἀσηδώθ, ab Aredoth. λ Fecisti tu.] *In Compl. additur,* κατὰ τὰ ἔργα σου, secundum opera tua, *quod respondet hebræo, & vulgatæ.*

CAP. IV.

ET nunc Israel audi iustificationes, & iudicia; quæcumque ego doceo vos hodie facere; vt viuatis, & multiplicemini, & ingressi hæreditetis terrã, B quam Dominus Deus patrum vestrorum dat vobis. Non adijcietis ad verbum, quod ego mãdo vobis: & nõ auferetis ab eo. Custodite mandata Domini Dei nostri, quæcumq. ego mando vobis hodie. Oculi vestri viderunt omnia, quæcumque fecit Dominus Deus noster ipsi Beelphegor: quoniam omnis homo, quicumque iuit post Beelphegor, extriuit eum Dominus Deus vester ex vobis. Vos autẽ, qui appositi estis Domino Deo vestro, viuitis omnes in die hodierna. Ecce ostendi vobis iustificationes, & iudicia; sicut mandauit mihi Dominus, ad faciendum sic in terra, in quam vos ingredimini illuc hæreditare eã. Et custodietis, & facietis: quoniam hæc est sapientia vestra, & intellectus coram C omnibus gentibus, quicumque audient omnes iustificationes meas. Et dicent: Ecce populus sapiens, & sciens, gens magna hæc: quoniam, quæ est gens magna, cui est ei Deus appropians illis; sicut Dominus Deus noster in omnibus, quibuscumque eum inuocauerimus? Et quæ est gens magna, cui sunt ei iustificationes, & iudicia iusta secundum omnem legem hanc, quam ego do coram vobis hodie? Attende tibi ipsi, & custodi animam tuam valde. Ne obliuiscaris omnium verborum, quæ viderunt oculi tui: & non recedant a corde tuo omnibus diebus vitæ tuæ: & condocebis filios tuos, & filios filiorum tuorum, diem, qua stetistis coram Domino Deo nostro in Choreb, die Ecclesiæ, quia dixit Do D minus ad me: conuoca ad me populum, & audiant verba mea; vt discant timere me omnibus diebus, quibus ipsi viuunt super terram: & filios suos docebunt. Et accessistis, & stetistis sub monte. Et mons flagrabat igni, vsque ad cælum: tenebræ, caligo, procella. Et locutus est Dominus ad vos de medio ignis vocem verborum, quam vos audistis. Et similitudinem non vidistis, sed vocem. Et annunciauit vobis testamentum suum, quod mandauit vobis facere decem verba. Et scripsit illa super duas tabulas petrinas. Et mihi mandauit Dominus in tempore illo docere vos iustificationes, & iudicia, ad faciendum vos ea super terram, in quam vos ingredimini illo, hæreditare eam. Et custodietis valde ani E mas vestras: quoniam non vidistis similitudinem in die, qua locutus est Dominus ad vos in Choreb, in monte de medio ignis. Ne feceritis iniquitatem, & nõ faciatis vobis ipsis α sculptilem similitudinem, omnem imaginem, similitudinem masculini, vel fœminini, similitudinem omnis pecoris eorum quæ sunt super terram, similitudinem omnis auis alatæ, quæ volat sub cælo, similitudinẽ omnis reptilis, quod repit super terram, similitudinem omnis piscis, quæcumque sunt in aquis sub terra. Et ne suspiciens in cælum, & videns solem, & lunam, & stellas, & omnem ornatum cæli, errans adores ea, & seruias illis, β quæ distribuit Dominus Deus tuus ea omnibus gentibus, quæ sunt sub cælo. Vos autem

lit in te; vt requiescat puer tuus, & ancilla tua, et subiugale tuum, quemadmodum & tu. Et memento, quia famulus fuisti in terra Ægypto: & eduxit te Dominus Deus tuus inde in manu valida, & brachio excelso. Propter hoc constituit tibi Dominus Deus tuus, vt obserues diem γ sabbatorum, & sanctifices eam. Honora patrem tuum, & matrem tuam; quemadmodum mandauit tibi Dominus Deus tuus, vt bene tibi sit, & vt longæuus sis super terram; quam Dominus Deus tuus dat tibi. Non occides. Non mœchaberis. Non furaberis. Non falso testaberis contra proximum tuum testimonium falsum. Non concupisces vxorem proximi tui. Non concupisces domum proximi tui, neque agrum eius, neque puerum eius, neque ancillam eius, neque bouem eius, neque subiugale eius, neque omne pecus eius, neque omnia, quæcumque proximo tuo sunt. Hæc verba locutus est Dominus ad omnem synagogam vestram in monte de medio ignis: tenebræ, caligo, procella, vox magna. Et non adiecit. Et scripsit ea super duas tabulas lapideas, & dedit mihi. Et factum est vt audistis vocẽ e medio ignis; & mons ardebat igni; & accessistis ad me omnes Duces tribuum vestrarum, & seniores vestri, & dixistis. Ecce ostendit nobis Dominus Deus noster gloriam suam: & vocem eius audiuimus e medio ignis. In die hac cognouimus, quia loquetur Deus ad hominem, & viuet. Et nunc ne moriamur. Nam consumet nos ignis hic magnus; si adiecerimus nos audire vocem Domini Dei nostri adhuc, & moriemur. Quæ enim caro, quæ audierit vocem Dei viuentis, loquentis e medio ignis, sicut nos; & viuet? Accede tu, & audi omnia; quæcumque dixerit Dominus Deus noster: & tu loqueris ad nos omnia, quæcumque loquetur Dominus Deus noster ad te. Et audiemus, & faciemus. Et audiuit Dominus vocem sermonum vestrorum, quos loquebamini ad me. Et ait Dominus ad me. Audiui vocem sermonum populi huius, quæcumque locuti sunt ad te. Recte omnia, quæcumque locuti sunt. Quis dabit esse sic cor eorum in eis, vt timeant me, & custodiant mandata mea omnibus diebus; vt bene sit eis, & filijs eorum per seculũ? vade, dic eis: Reuertimini vos in Domos vestras. Tu autem hic sta mecum & loquar ad te mãdata, & iustificationes, & iudicia, quæ docebis eos. Et faciant sic in terra, quam ego do eis in sorte. Et custodietis facere, quemadmodum mandauit tibi Dominus Deus tuus. Non declinabis in dextram, neque in sinistram secundum omnem viam, quam mandauit tibi Dominus Deus tuus ambulare in ea; vt requiescere faciat te; & bene tibi sit; & longæui sitis super terram, quam hæreditabitis.

α Dicens,] *S. August. quæst. 10. & in locut. interpretatur*, cum diceret. β Idolum.] *Alij codices*, γλυπτὸν, sculptile; *quemadmodum & vulgata.* γ Sabbatorum, & sanctifices.] *S. August. in locut*, sabbati, & sanctificare.

CAP. VI.

ET hæc sunt mãdata, & iustificationes, & iudicia, quæcumq. mãdauit Dominus Deus noster docere vos facere sic in terra, in quã vos ingredimini illuc hæreditare eã. Vt timeatis Dominũ Deũ vestrũ: custodietis omnes iustificationes eius, & mãdata ei⁹, quæ ego mãdo tibi hodie, tu, & filij tui, & filij filiorũ

tuorum

A tuorum omnibus diebus vitæ tuæ; vt longæui ſitis. Et audi Iſrael & obſerua facere; vt bene tibi ſit, & vt multiplicemini valde; ſicut locutus eſt Dominus Deus patrum tuorum dare tibi terram fluentem lac & mel. Et hæ ſunt iuſtificationes, & iudicia, quæcumq. mandauit Dominus filijs Iſrael in deſerto, egreſſis ipſis de terra Ægypti. Audi Iſrael Dominus Deus noſter, Dominus vnus eſt. Et diliges Dominũ Deũ tuum ex tota mẽte tua, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua. Et erunt vobis hæc, quæcumq. mando tibi hodie, in corde tuo, & in anima tua: & præſcribes ea filijs tuis: & loqueris in eis ſedens in domo, & ambulãs in via, & dormiens, & exurgens: & alligabis ea in ſignũ ſuper manũ tuam: & erit [a] immobi-
B le ante oculos tuos. Et ſcribetis ea ſuper limina domorum veſtrarum, & portarum veſtrarum. Et erit, cum induxerit te Dominus Deus tuus in terram, quam iurauit patribus tuis Abraham, & Iſaac, & Iacob, dare tibi ciuitates magnas, & bonas, quas nõ ædificaſti, domos plenas omnium bonorum, quas non impleuiſti, ciſternas effoſſas, quas non effodiſti, vineta, & olïueta, quæ non plantaſti, & cum manducaueris, & ſaturatus fueris; attende tibi: [b] ne obliuiſcaris Domini Dei tui: qui eduxit te de terra Ægypto, e domo ſeruitutis. Dominum Deum tuum timebis, & ei ſoli ſeruies: & ad illum adhærebis: & in nomine eius iurabis. Non ambulate poſt Deos alios ex Dijs gentium quæ circa vos: quoniam Deus zelo-
C tes, Dominus Deus tuus in te: ne iratus furore Dominus Deus tuus tibi, extermïnet te a facie terræ. Non tentabis Dominum Deum tuum; quemadmodum tentauiſtis in tentatione. Cuſtodiens cuſtodies mandata Domini Dei tui, teſtimonia, & [γ] iuſtificationes, quaſcumq. mandauit tibi. Et facies quod acceptũ, & bonũ eſt ante Dominũ Deum tuum: vt bene tibi ſit, & intres, & hæredites terram iſtam bonam, quã iurauit Dominus patribus veſtris, expellere omnes inimicos tuos a facie tua; ſicut locutus eſt Dominus. Et erit, cum interrogabit te filius tuus cras, dicens, quid ſunt teſtimonia, & iuſtificationes, & iudicia, quæcumque mandauit Dominus Deus noſter nobis? Et dices filio tuo: Famuli eramus Pharaoni
D in terra Ægypto: & eduxit nos Dominus inde in manu valida, & brachio excelſo. Et dedit Dominus ſigna & prodigia magna, & mala in Ægypto in Pharaone, & in domo eius coram nobis: & nos eduxit inde; vt daret nobis terram hanc; quam iurauit dare patribus noſtris. Et mandauit nobis Dominus facere omnes iuſtificationes has. Timete Dominum Deum noſtrum; vt bene vobis ſit omnibus diebus, vt viuamus, ſicut & hodie. Et miſericordia erit nobis; ſi obſeruauerimus facere omnia mandata hæc ante Dominum Deum noſtrum; ſicut mandauit nobis.

E [a] Immobile.] *In alijs libris* καὶ ἔσται ἀσάλευτα, & erunt immobilia. [b] Ne obliuiſcaris.] *Alij* μὴ πλατυνθῇ ἡ καρδία σου καὶ ἐπιλαθῇ. *Et ſic S. Auguſt. in locut.* ne dilatetur cor tuum, & obliuiſcaris. [γ] Iuſtificationes.] *Aquila* ἀκριβάσματα, præcepta, *quaſi exquiſitas rationes.*

CAP. VII.

SI autem induxerit te Dominus Deus tuus in terram, in quam ingrederis illuc hæreditare eam, & ſuſtulerit gentes magnas a facie tua, Chettæum, & Gergeſæum, & Amorræum, & Chananæum, & Pherezæum, & Euæum, & Iebuſæum, ſeptem gentes multas, & fortiores vobis. Et tradet eos Dominus

Deus tuus in manus tuas; & percuties eos: deletione delebis eos. Non diſpo- A
nes ad eos teſtamentum, neque miſerebimini eorum, neque contrahetis affinita
tem cum eis. Filiam tuam non dabis filio eius: & filiam eius non ſumes filio tuo.
Recedere enim faciet filium tuum a me: & ſeruiet Dijs alijs: & iraſcetur furore
Dominus in vos: & exterminabit te cito. Sed ſic facietis eis. Aras eorum de-
ſtruetis, & ſtatuas eorum cõteretis, & lucos eorum excidetis, & ſculptilia Deo-
rum eorum comburetis igni: quoniã populus ſanctus es Domino Deo tuo: & te
præelegit Dominus Deus tuus eſſe ſibi populum peculiarem præter omnes gen
tes, quæcumq. ſuper faciem terræ. Non quia multi eſtis præ omnibus gentibus;
præſumpſit Dominus vos: & elegit Dominus vos: vos enim eſtis pauciſſimi præ B
omnibus gẽtibus. Sed propterea quod diligit vos Deus, & ſeruans iuramentũ,
quod iurauit patribus veſtris, eduxit vos Dominus in manu potenti: & redemit
te Dominus e domo ſeruitutis, de manu Pharaonis regis Ægypti. Et noueris,
quia Dominus Deus tuus, hic Deus: Deus fidelis, ſeruans teſtamentum, & miſe
ricordiam ijs, qui diligũt eum, & ijs, qui cuſtodiunt mandata eius, in mille pro
genies, & reddens ijs, qui oderunt, ad faciem, ad exterminandum eos. Et non tar
dabit ijs, qui odio habent: ad faciem reddet eis. Et cuſtodies mandata, & iu-
ſtificationes, & iudicia hæc, quæcumque mando hodie tibi facere. Et erit
cum audieritis iuſtificationes has & cuſtodieritis, & feceritis ea; & conſeruabit C
Dominus Deus tibi teſtamentum, & miſericordiam, quam iurauit patribus ve
ſtris: & diliget te: & benedicet te & multiplicabit te: & benedicet fœtus ventris
tui, & fructum terræ tuæ, frumentum tuum, & vinum tuum, & oleum tuum, ar-
menta boum tuorum, & greges ouium tuarum ſuper terram, quam iurauit Do-
minus patribus tuis dare tibi. Benedictus eris præ omnibus gentibus: non erit
in vobis infœcundus, neque infœcunda & in pecoribus tuis. Et circumauferet
Dominus Deus tuus a te omnem languorem, & omnes morbos Ægypti mali-
gnos,[β] quos vidiſti, & quæcumque noſti, non imponet ſuper te, & imponet ea
ſuper omnes odio habentes te. Et comedes omnia ſpolia gentium: quas Domi D
nus Deus tuus dat tibi: Non parcet oculus tuus in eis: & non ſeruies Dijs eorum:
quoniam offendiculum hoc eſt tibi. Si autem dicas in mente tua: quia mul-
ta gens hæc, quam ego, quomodo potero exterminare eos? ne timueritis eos.
Recordatione recordare, quæcumque fecit Dominus tuus Pharaoni, & omni-
bus Ægyptijs: tentationes magnas, quas viderunt oculi tui: ſigna & prodigia
magna illa, manum validam, & brachium excelſum. Vt eduxit te Dominus
Deus tuus; ſic faciet Dominus Deus veſter omnibus gentibus, quos tu timue-
ris a facie eorum. Et crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos; quoaduſ-
que deleantur reſidui, & qui ſe abſconderunt a te. Non vulneraberis a facie eo- E
rum; quoniam Dominus Deus in te, Deus magnus & potens. Et conſumet Do
minus Deus tuus gentes has a facie tua paulatim paulatim. Non poteris con-
ſumere eos cito; vt non fiat terra deſerta, & multiplicentur ſuper te beſtiæ agre-
ſtes. Et tradet eos Dominus Deus tuus in manus tuas: & perdes eos perditio-
ne magna; quoaduſque exterminaueritis eos. Et tradet reges eorum in ma-
nus veſtras: & diſperdetis nomen eorum de loco illo. Non reſiſtet vllus ad fa-
ciem tuam, quoaduſque exterminaueris eos. Sculptilia Deorum eorum com-
buretis igni. Non concupiſces argentum: neque aurum ab eis ſumes tibi; ne ca-

das pro-

A das propter illud: quoniam abominatio eſt Domino Deo tuo. Et non inferes abominationem in domum tuam: et eris anathema, ſicut iſtud. Deteſtatione deteſtaberis, et abominatione abominaberis; quoniam anathema eſt.

α Et ſeruans.] *In alijs eſt* καὶ διατηρεῖν, & conſeruat. *A compl. abeſt* καὶ. β Quos vidiſti, & quæcumque noſti.] *In Compl. non eſt illud* quos vidiſti: *& habet,* ἃ ἔγνως, quas noſti. *Ac certe videntur duæ interpretationes.*

CAP. VIII.

B Omnia mandata, quæ ego mando vobis hodie, cuſtodietis facere, vt viuatis, et multiplicemini, et intretis, et hæreditetis terrã, quam iurauit Dominus Deus veſter patribus veſtris. Et recordaberis omnem viam, qua duxit te Dominus Deus α tuus in deſerto; vt affligeret te, & tentaret te, & cognita β fierent, quæ in corde tuo ſunt, ſi obſeruabis mandata eius, an non. Et afflixit te, & eſurire te fecit, & cibauit te Manna: quod non nouerant patres tui: vt indicaret tibi; quia nõ in pane ſolo viuit homo: ſed de omni verbo, quod procedit per os Dei, viuet homo. Veſtes tuæ γ non inueterauerunt a te: & ſoleæ tuæ nõ ſunt extritæ a te: pedes tui non occalluerũt: ecce quadraginta anni. Et cognoſces corde tuo; quia, ſicut ſi quis homo erudiat filium ſuum; ita Dominus C Deus tuus erudiet te. Et cuſtodies mandata Domini Dei tui, ambulare in vijs eius, & timere eum. Dominus enim Deus tuus inducet te in teram bonam, & multam: vbi torrentes aquarum, & fontes abyſſorum procedentes per campos, & per montes, terra tritici, & ordei, vites, ficus, malapunica: terra oliuæ olei, & mellis: terra, ſuper quam non cum inopia comedes panem tuum, & non egebis ſuper eam quoquam: terra, cuius lapides ferrum: & de montibus eius effodies æs. Et comedes, & ſaturaberis, & benedices Dominũ Deum tuum ſuper terram bonam, quam dedit tibi. Attende tibi, ne obliuiſcaris Domini Dei tui, ad non cuſtodiendum mandata eius, & iudicia, & iuſtificationes eius; quaſcunque ego D præcipio tibi hodie: Ne, cum commederis, & ſaturatus fueris, & domos bonas ædificaueris, & habitaueris in eis, & bobus tuis, & ouibus tuis multiplicatis tibi, argẽto, & auro multiplicato tibi, exalteris corde, & obliuiſcaris Domini Dei tui: qui eduxit te de terra Ægypti, e domo ſeruitutis: qui duxit te per deſertum illud magnum, & horribile: vbi ſerpens mordens, & ſcorpio, & dipſas: vbi non erat aqua: qui eduxit tibi de petra duriſsima fontem aquæ: qui cibauit te in deſerto Manna, quod non noueras, neque nouerant patres tui: vt affligeret te & tẽtaret te, & bene tibi faceret in nouiſſimis diebus tuis. Ne dixeris in corde tuo, E fortitudo mea, & robur manus meæ fecit mihi virtutem magnam hãc. Et recordaberis Domini Dei tui; quia ipſe tibi dat fortitudinem ad faciendam virtutẽ; δ & vt firmet teſtamentum ſuum; quod iurauit Dominus patribus tuis vſq. hodie. Et erit, ſi obliuione oblitus fueris Domini Dei tui, & ambulaueris poſt Deos alios, & ſeruieris eis, & adoraueris eos; teſtor vobis hodie cælum, & terrã quia perditione perdemini: ſicut & reliquæ gentes, quaſcunque Dominus Deus perdit ante faciem veſtram; ſic perdemini pro eo, quod non audiſtis vocem Domini Dei veſtri.

α Deus

α Deus tuus.] *Ita etiam S. Aug. q. 13. In Compl. additur,* τοῦτο τεσσαρακοστὸν ἔτος, quadragesimum hunc annum: *quod respondet vulgatæ.* β Fierent.] *S. Aug.* iaceret. *Apud S. Cyprianum de mortal. sic refertur hic locus,* Dominus Deus tuus vexabit te, & famem iniiciet tibi, & cognoscetur in corde tuo, si bene custodiens, *&c.* γ Non inueterauerunt à te, & soleæ tuæ.] *Hæc absunt ab aliis libris, & a Theodoreto quæst. 6 sicut etiam a vulgata. S. Chrys. ad Philipp. hom. 9. hunc locum fortasse significans ita de Israelitis dicebat,* ὧν τὰ ὑποδήματα οὐ κατετρίβετο, καὶ τὰ ἱμάτια. quorum soleæ non conterebantur, neque vestimenta, *quamquam potuit etiam hoc sumere ex cap. 29.* δ Et, vt firmet.] *Illud, &, abest a Compl. vt a vulgata.*

A

CAP. IX.

AVdi Israel. Tu transis hodie Iordanem, vt intres ad hæreditandum gentes magnas, & fortiores magis, quàm vos, ciuitates magnas, & muratas vsque in cælum, populum magnum, & multum, & procerum, α filios Enac, quos tu nosti, & tu audisti, Quis resistet contra faciem filiorum Enac? Et cognosces hodie, quia Dominus Deus tuus, hic præcedet ante faciem tuam. Ignis consumens est. Hic exterminabit eos: & hic auertet eos a facie tua: & perdet eos velociter, sicut dixit tibi Dominus. Ne dicas in corde tuo, cum consumpserit Dominus Deus tuus gentes istas ante faciem tuam, dicens: Propter β iustitiam meam induxit me Dominus hæreditare terram bonam istam: Non propter iustitiam tuam, neque propter sanctitatem cordis tui tu intrabis hæreditare terram eorum; sed propter impietatem gentium istarum Dominus exterminabit eos a facie tua, & vt firmet testamentũ, quod iurauit Dominus patribus nostris, Abrahã, & Isaac, & Iacob. Et scies hodie, quia non propter iustitias tuas Dominus Deus tuus dat tibi terram bonam istam hæreditare: quoniam populus dura ceruice es. Memor esto, ne obliuiscaris, quanta exacerbasti Dominum Deum tuũ; ex qua die existis de γ Ægypto, & venistis in locum hunc, increduli perseueratis, quæ ad Dominum. Et in Choreb exacerbastis Dominum. Et indignatus est Dominus in vos, ad exterminandum vos, ascendente me in montem accipere tabulas lapideas: tabulas testamenti, δ quas disposuit Dominus ad vos. Et perstiti in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: panem non manducaui, & aquam non bibi. Et dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas scriptas in digito Dei. Et in eis scripta erãt omnia verba, quæ locutus est Dominus ad vos in ε monte, die Ecclesiæ. Et factum est per quadraginta dies, & quadraginta noctes dedit Dominus mihi duas tabulas lapideas, tabulas testamenti. Et dixit Dominus ad me: Surge, descende velociter hinc; quia iniquitatem fecit populus tuus, quos eduxisti de terra Ægypti. Transgressi sunt cito de via, quam mandasti eis: & fecerũt sibi fusile. Et ait Dominus ad me, dicens: Locutus sum ad te semel, & bis, dicens: vidi populum hunc: & ecce populus dura ceruice est: & nunc dimitte me exterminare eos: & delebo nomen eorum de sub cælo, & faciam te in gentem magnam, & fortem, & multam magis quàm hanc. Et reuertens descendi de monte: & mons ardebat igni ζ vsque ad cælum: & duæ tabulæ testimoniorum in ambabus manibus meis. Et videns quia peccaueratis ante Dominum Deum vestrum, & feceratis vobisipsis η fusile, & transgressi eratis de via, quam mandauerat Dominus vobis facere; & sumens ambas tabulas proieci eas ex ambabus manibus meis, & contriui coram vobis. Et oraui ante Dominum secundo, sicut & antea: quadraginta diebus, & quadraginta noctibus; panem non manducaui, & aquam non bibi pro omnibus peccatis vestris, quæ pec-

B C D E

castis

A castis, faciendo malum ante Dominum Deum, ad exacerbandum eum. Et timidus sum propter furorem, & iram: quia exacerbatus erat Dominus in vos ad exterminandos vos. Et exaudiuit Dominus me etiam in tempore isto. Et super Aaron indignatus est ad exterminandum eum: & oraui & pro Aaron in tempore illo. Et peccatum vestrum, quod feceratis, vitulum cepi eum, & combussi eum in igni, & confregi eum molens valde; donec factum est minutum, & fuit sicut puluis: & proieci puluerem in torrentem descendentem de monte. Et in incendio, & in tentatione, & in monumentis concupiscentiæ exacerbantes fuistis Dominum. Et quando emisit vos Dominus de Cades Barne, dicens, Surgite, & hæreditate terram, quam do vobis; & increduli fuistis verbo Domini B Dei vestri: & non credidistis ei, & non exaudistis vocem eius: increduli fuistis, quæ ad Dominum, ex ea die, qua cognitus est vobis. Et oraui ante Dominum quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus oraui. Dixit enim Dominus exterminare vos. Et oraui ad Deum, & dixi: Domine rex Deorum, ne extermines populum tuum, & partem tuam, quam redemisti, quos eduxisti de terra Aegypti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida, & in brachio tuo excelso. Recordare Abraam, & Isaac, & Iacob seruorum tuorum, quibus iurasti per teipsum. Ne respicias super duriciem populi huius, & impietates, & super peccata eorum; ne dicant inhabitãtes terram, vnde eduxisti nos inde, dicen C tes: eo quod non potuerit Dominus inducere eos in terram, quam dixit eis, & quod odio haberet eos; eduxit eos in deserto interficere eos. Et hi populus tuus, & sors tua; quos eduxisti de terra Aegypti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida, & in brachio tuo excelso.

α Filios Enac.] *Theodretus quæst.* 7. Gigantum erant abnepotes. β Iustitiam meam.] *Alij, & Theodor. q.* 7 δικαιοσύνας μου. *Et S. Aug. in locut.* iustitias meas. γ De Ægypto.] *In alijs,* ἐκ γῆς αἰγύπτου, ἕως ἤλθετε. *S. Aug. quæst.* 14. de terra Ægypti, donec venisti in locum hunc, incredulus perseuerasti; quæ ad Dominum. δ Quas disposuit.] *Compl.* ἃς διέθετο, quod disposuit, *ac respondet vulgatæ.* ε Die Ecclesiæ.] *Hæc a nonnullis codicibus absunt. In Compl. autem est,* ἐκ μέσου τοῦ πυρὸς ἐν ἡμέρᾳ ἐκκλησίας, de medio ignis in die Ecclesiæ, *quod respondet vulgatæ.* ζ Vsque ad cælum.] *hæc absunt ab aliis exemplaribus.* η Fusile.] D *In aliis,* μόσχον χωνευτόν, vitulum conflatilem, *vt vulgata.*

CAP. X.

IN illo tempore dixit Dominus ad me: Excide tibi duas tabulas lapideas, quemadmodum priores, & ascende ad me in montem: & facies tibi arcam ligneam: α & scribes in tabulis verba, quæ erãt in tabulis prioribus, quas cõtriuisti: & immittes eas in arcam. Et feci arcam ex lignis imputribilibus: & excidi β tabulas lapideas, sicut priores: & ascendi in montẽ; & duæ tabulæ in manibus meis. Et scripsit in tabulis secundum scripturam priorem decem verba; E quæ locutus est Dominus ad vos in monte e medio ignis. Et dedit eas Dominus mihi. Et reuertens descendi de monte: & misi tabulas in arcam, quam feci: & fuerunt ibi; sicut mandauit mihi Dominus. Et filij Israel promouerunt e Beroth filiorum Iacim γ in Misadai. Ibi mortuus est Aaron: & sepultus est ibi. Et sacerdotio functus est Eleazar filius eius pro eo. Inde promouerunt in Gadgad, & de Gadgad in Etebata: δ terra, torrentes aquarum. In illo tempore distinxit Dominus tribum Leui portare arcam testamenti Domini, assistere coram Domino ministrare, & orare in nomine eius vsque in hanc diem: propter hoc non est Le-

uitis

uitis pars, & ſors in fratribus ſuis. Dominus ipſe pars eius eſt, ſicut dixit ei. Et ego ſteti in monte quadraginta dies & quadraginta noctes: & exaudiuit Dominus me etiam in tempore iſto: & noluit Dominus exterminare vos. Et dixit Dominus ad me: Vade, promoue ante populum hunc: & ingrediantur & hæreditent terram, quam iuraui patribus eorum dare eis. Et nunc Iſrael, quid Dominus Deus petit a te, niſi timere Dominum Deum tuum, & ambulare in omnibus vijs eius, & diligere eum, & ſeruire Domino Deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, cuſtodire mandata Domini Dei tui, & iuſtificationes eius, quaſcumque ego præcipio tibi hodie, vt bene tibi ſit? Ecce Domini Dei tui cælum, & cælum cæli, & terra, & omnia, quæcumque ſunt in ea. Tantummodo patres veſtros præelegit ad diligendos eos: & elegit ſemen eorum poſt eos, vos præ omnibus gentibus ſecundum diem hanc. Et circumcidemini duritiem cordis veſtri: & ceruicem veſtram non indurabitis. Dominus enim Deus veſter, hic Deus Deorum, & Dominus Dominorum, Deus magnus, & fortis, & terribilis, qui non admiratur perſonam, neque accipiet munus; faciens iudicium [ε] proſelyto, & pupillo, & viduæ: & diligit proſelytum, dando ei panem, & veſtimentum. Et diligetis proſelytum: proſelyti enim fuiſtis in terra Ægypto. Dominum Deum tuum timebis, & ei ſeruies, & ad eum adhærebis, & in nomine eius iurabis. Hic gloriatio tua, & hic Deus tuus, qui fecit in te magna, & glorioſa, iſta, quæ viderunt oculi tui. [ζ] In ſeptuaginta animabus, deſcenderunt patres tui in Ægyptũ: nunc autẽ fecit te Dominus Deus tuus, ſicut aſtra cæli multitudine.

α Scribas.] *Alij codices,* καὶ γράψω & ſcribam, *& ita S. Auguſt. q. 15. vbi de hac re diligenter diſputat.* β Tabulas.] *Alii,* τὰς δύο πλάκας, *& S. Auguſt. ibidem,* duas tabulas. γ Miſadai.] *Compl.* μοσερά, Moſera: *quod eſt in vulgata.* δ Terra, torrentes aquarum.] *Ita fere hebræus. In aliis,* γῆν (*aut* γῆ) χειμάρρων ὑδάτων, terram (*aut*, terra) torrentis aquarum. *In Compl.* γῆ, οὗ χείμαρροι ὑδάτων, terram, vbi torrentes aquarum. ε Proſelyto, &c.] *Sic etiam Compl. abeſt tamen à vulgata, & hebræo.* ζ Septuaginta.] *Ioſephus lib. 2. Antiquitatum de Iacob ſcribens eundem numerum poſuit. Et S. Hier. in quæſt. in Geneſim lxx. interpretes ita ſcripſiſſe teſtatur. Alii codices habent,* ἐν ἑβδομήκοντα, καὶ πέντε ψυχαῖς, in ſeptuaginta, & quinque animabus: *qui numerus habetur Act. 7.*

CAP. XI.

ET diliges Dominum Deum tuum: & cuſtodies cuſtodias eius, & iuſtificationes eius, & mandata eius, & iudicia eius omnibus diebus. Et cognoſcetis hodie, [α] quia non filij veſtri, qui non nouerunt, neque viderunt diſciplinam Domini Dei tui, & magnalia eius, & manum potentem, & brachium excelſum, & ſigna eius, & prodigia eius, quæcumque fecit in medio Ægypti Pharaoni regi Ægypti, & omni terræ eius, & quæ fecit virtutem Ægyptiorum, & currus eorum, & equitatum eorum, & [γ] virtutem eorum, quomodo inũdauit aqua maris rubri ſuper faciem eorum, perſequentibus ipſis a tergo nos: & perdidit eos Dominus vſque in hodiernum diem: & quæcumque fecit nobis in deſerto, donec venimus in locum hunc: & quæcumque fecit Dathan, & Abiron filijs Eliab filij Ruben, quos aperiens terra os ſuum deglutiuit eos, & domos eorum, & tabernacula eorum, & omnem eorum ſubſtantiam, quæ cum eis in medio totius Iſrael: quia oculi veſtri viderunt omnia opera Domini magna, quæcumque fecit in vobis hodie. Et cuſtodietis omnia mandata eius, quæcumque ego præcipio tibi hodie; vt viuatis, & multiplicemini, & ingreſſi hæreditetis

terram

A terram, in quam vos transitis Iordanem, illuc hæreditare eam: vt longæui sitis super terram, quam Dominus iurauit patribus vestris dare eis, & semini eorum post eos, terram fluentem lac & mel. Est enim terra, in quam ingredimini vos illuc hæreditare eam, nō sicut terra Aegypti est, vnde egredimini inde, quando seminabunt semen, & irrigabunt pedibus suis, tanquam hortum olerum. Terra autem, in quam ingrederis illuc hæreditare eam, terra montana, & campestris: ex pluuia cæli bibit aquā terra, quam Dominus Deus tuus visitat eam semper: oculi Domini Dei tui super eam a principio anni, & vsque ad consummationē anni. Si autem auditu audieritis omnia mandata, quæ ego mando tibi hodie, B diligere Dominum Deum tuum, & seruire ei ex toto corde tuo, & ex tota anima tua; & dabit pluuiam terræ tuæ, tempore suo matutinam & serotinam. Et inferes frumentum tuum, & vinum tuum, & oleum tuum: & dabit pabula in agris tuis pecoribus tuis. Et cum comederis & satiatus fueris; attende tibi ipsi, ne dilatetur cor tuum, & præuaricemini, & seruiatis Dijs alijs, & adoretis eos, & animatus ira Dominus in vos, & claudat cælum, & non erit pluuia, & terra nō dabit fructum suum: & peribitis velociter de terra bona, quam Dominus dedit vobis. Et mittetis verba hæc in cor vestrum, & in animam vestram: & alligabitis ea in signum super manum vestram· & erit immobile ante oculos vestros: & docebitis ea filios vestros, loqui in eis, sedente te in domo, & eunte te in via, & C dormiente te, & exurgente te. Et scribetis ea super limina domorum vestrarum, & portarum vestrarum; vt longæui sitis, & dies filiorum vestrorum super terram, quam iurauit Dominus patribus vestris dare eis, sicut dies cæli super terram. Et erit si auditu audieritis omnia mandata hæc, quæ ego mando tibi hodie facere, diligere Dominum Deum nostrum, & ambulare in omnibus vijs eius, et adhærere ei; et eijciet Dominus omnes gentes has a facie vestra: et hæreditabitis gentes magnas, et fortes magis quam vos. Omnem locum quemcumque calcauerit vestigium pedum vestrorum, vobis erit. A deserto, et Antilibano, et a flumine magno, flumine Euphrate, et vsque ad mare, quod ad oc D cidentem, erunt fines vestri. Non resistet vllus ad faciem vestram, et timorem vestrum, et tremorem vestrum imponet Dominus Deus vester super faciem vniuersæ terræ, super quam ascendetis super eam; quemadmodum locutus est ad vos. Ecce ego do coram vobis hodie benedictionem, et maledictionem, benedictionem, si audieritis mandata Domini Dei vestri, quæcumque ego mando vobis hodie, et maledictionem, si non audieritis mandata Domini Dei nostri, quæcumque ego mando vobis hodie, et erraueritis a via, quam mandaui vobis, euntes seruire Dijs alijs, quos non nouistis. Et erit, cum induxerit te E Dominus Deus tuus in terram, in quam transis illuc hæreditare eam; et dabis benedictionem super montem Garizin, et maledictionem super montem Gæbal. Nonne ecce hi trans Iordanē post viam occasus Solis in terra Chanaan, qui habitat super occasum iuxta Golgol prope quercum excelsam? Vos enim transitis Iordanem, intrantes hæreditare terram, quam Dominus Deus noster dat vobis in sorte omnibus diebus: et habitabitis in ea. Et obseruabitis facere omnia præcepta eius, et iudicia hæc, quæcumque ego do coram vobis hodie.

Quia

α Quia non filij vestri.] *idest, quia non ego filios vestros alloquor, non cum ijs nunc mihi res est: non enim ipsi hæc nouerunt.* β Et quæ fecit virtutem.] *S. Augu. in locut.* Intelligendum est, quid eam fecit; quoniam ad nihil eam redegit. *Testatur autem,* quosdam latinos vertisse, quæ fecit virtuti, vel exercitui. γ Et virtutem eorum.] *Absunt ista ab alijs libris.* δ Mandata.] *In alijs additur,* αὐτοῦ eius: *& ita S. Augu. in locut.* ε Matutinam, & serotinam.] πρώϊμον καὶ ὄψιμον. *Retinuimus dictiones S. Aug. in locut. quamuis ipse habeat,* matutinum, & serotinum. *Alij interpretantur,* temporaneam, & serotinam: *& sic vulgata.* ζ Timorem vestrum.] *S. Aug. ibidem,* Non timorem, & tremorem, quo ipsi timent, & tremunt: sed quo timentur, & alios tremere faciunt. *Posset tamen verti,* timorem, & tremorem vestri. η Occasum.] *Vulgata,* in campestribus. *Non enim eadem nunc dictio hebraica est, ac paulo ante, vbi dicitur,* occasus Solis. θ Et habitabitis.] *Alij libri,* καὶ κληρονομήσετε αὐτὴν, καὶ κατοικήσετε ἐν αὐτῇ, & hæreditabitis eam, & habitabitis in ea. *Sed,* ἐν κλήρῳ, *quod proxime præcessit &,* καὶ κληρονομήσετε *videntur duæ interpretationes.*

A

CAP. XII.

B

ET hæc sunt præcepta, & iudicia, quæ obseruabitis facere in terra, quam Dominus Deus patrum vestrorum dat vobis in sorte omnibus diebus, quibus vos viuetis super terram. Perditione perdetis omnia loca in quibus seruierunt α illic Dijs suis, β quæ vos hæreditabitis ea, super montes excelsos, & super colles, & sub arbore frondosa. Et destruetis aras eorum, & conteretis statuas eorum, & lucos eorum excidetis, & sculptilia Deorum eorum comburetis igni, & disperdetis nomen eorum de loco illo. Non facietis sic Domino Deo vestro. Sed in locum, quemcumque elegerit Dominus Deus tuus in vna γ ciuitatum vestrarum, vt adnominetur nomen eius ibi, & inuocetur, & exquiretis, & venietis illuc. Et feretis illuc holocaustomata vestra, & sacrificia δ vestra, & primitias vestras, & vota vestra, & spontanea vestra, & ε confessiones vestras, primogenita boum vestrorum, & ouium vestrarum. Et comedetis ibi ante Dominum Deum vestrum: & lætabimini, in omnibus quæcumque miseritis manum vos, & domus vestræ; sicut benedixit te Dominus Deus tuus. Non facietis omnia, quæ nos facimus hic hodie, vnusquisque quod placitum est in conspectu suo. Non enim venistis hucusque in requiē, & in hæreditatem, quam Dominus Deus noster dat nobis. Et transibitis Iordanem: & habitabitis super terram quā Dominus Deus noster distribuet vobis in hæreditatem: & quiescere vos faciet ab omnibus inimicis vestris in circuitu, & habitabitis cum securitate. Et erit locus quemcumque elegerit Dominus Deus tuus, vt inuocetur nomen eius ibi; illuc feretis omnia, quæcumque ego mando vobis, holocaustomata vestra, & sacrificia vestra, & decimas vestras, & primitias manuū ζ vestrarum, & omne electum munerum vestrorum, quæcumque voueritis Domino Deo vestro. Et lætabimini ante Dominū Deum vestrum vos & filij vestri, & filiæ vestræ, & pueri vestri, & ancillæ vestræ: & Leuita qui est super η portas vestras: quoniā non est ei pars, neque sors vobiscum. Attende tibi ipsi, ne offeras holocaustomata tua in omni loco, quocumque aspexeris: sed ad locum quemcumque elegerit Dominus Deus tuus, in vna θ tribuum tuarum: illuc offeretis holocaustomata vestra & ibi facies omnia, quæcumque ego mando tibi hodie. Sed in omni cupiditate tua mactabis, & comedes carnes secundum benedictionem Domini Dei tui, quam dedit tibi in omni ciuitate. Immundus in te, & mundus pariter comedet illud, sicut capream, aut ceruum. Tantummodo sanguinem non comedetis: in terram effundetis illum, sicut aquam. Nō ι poteris manducare in ciuitatibus tuis decimationem frumenti tui, & vini tui, & olei tui, primogenita boum tuorum,

C

D

E

&c ouium

A &ouium tuarum,& omnia vota, quæcunque voueritis, & confessiones vestras, & primitias manuum tuarum. Sed ante Dominum Deum tuum comedes illud in loco; quęcunq. elegerit Dominus Deus tuus illũ, tu,& filius tuus, & filia tua, puer tuus,& ancilla ĸ tua, & proselytus, qui in ciuitatib⁹ vestris. Et lætaberis ante Dominum Deum tuum in omnibus, quocunque miseris manum tuam. Attẽde tibi ipsi, ne derelinquas leuitam omni tempore, quocũque vixeris super terram. Si autem dilatauerit Domiuus Deus tuus fines tuos, sicut locutus est tibi; & dices, manducabo carnes, si concupierit anima tua ad manducandum carnes; in omni cupiditate animæ tuæ manducabis carnes. Si autem longe a te abfuerit locus, quemcunque elegerit Dominus Deus tuus, vt ibi inuocetur nomen eius B ibi; & mactabis de bobus tuis, & de ouibus tuis, quæcumque dederit Deus tibi; quemadmodum mandaui tibi. Et manducabis in ciuitatibus tuis secundum cupiditatem animæ tuæ: sicut comeditur caprea, & ceruus; sic comedes illud. Immundus in te, & mundus pariter comedet. Attende valde, ne comedas sanguinem: quia sanguis eius anima: non manducabitur anima cum carnibus: non comedetis: in terram effundetis illum, sicut aquam. Non comedes illum; vt bene tibi sit, & filiis tuis post te; si feceris quod bonum, et acceptum ante Dominum Deum tuum. Tantummodo sancta tua, si fuerint tibi, & vota tua sumens venies C in locum, quemcunque elegerit Dominus Deus tuus, vt inuocetur nomen suum ibi. Et facies holocaustomata tua: carnes offeres super altare Domini Dei tui: sãguinem autem sacrificiorum tuorum effundes ad basim altaris Domini Dei tui: carnes autem comedes. Obserua, & audi: & facies omnia verba, quæ ego mando tibi; vt bene tibi sit, & filiis tuis per seculum, si feceris, quod placitum, & bonum ante Dominum Deũ tuum. Si autem exterminauerit Dominus Deus tuus gentes, ad quos ingrederis illuc ad hæreditandum terram eorum, a facie tua, & hæreditaueris eam, & habitaueris in terra eorum; attende tibi ipsi, ne exquiras sequi eos, postquã ipsi exterminati fuerint λ a facie tua, dicens quomodo faciũt D gentes hæ Diis suis; faciam & ego. Nõ facies ita Deo tuo. Abominationes enim Domini, quas odio habuit, fecerunt in Diis suis: quoniã filios suos, & filias suas comburunt in igni Diis suis. Omne verbum, quod ego mando vobis hodie, hoc obseruabis facere. Non adiicies ad illud: neque auferes ab eo.

α Illic.] ἐκεῖ. *In alijs* ἐκεῖ τὰ ἔθνη, illic gentes. *Et quoniam heb. non habet*, illic, *fieri fortasse potuit ex* ἔθνη ἐκεῖ. β Quæ vos.] *Ita diximus, vt illud*, quæ, *referatur ad loca: sicut* οἷς *græce referri pōt ad*, τοῖς τόποις *Sed si retineatur dictio* ἔθνη, *vertendum erit*, quos. *Vsitatum enim est in scriptura*, gentes, quos. γ Ciuitatum.] *In alijs* τῶν φυλῶν, tribuum. *Compluten.* ἐν πασῶν τῶν φυλῶν ὑμῶν, de cunctis tribubus vestris: *quod habet vulgata.* δ Vestra.] *In compl. sequitur*, καὶ τὰς δεκάτας ὑμῶν. & decimas vestras: *quod respondet vulgatæ.* ε Et confessiones vestras.] *Non est in hebræo, neque in vulgata, quod his verbis respondeat: quare suspicari licet E hæc, & illa proxime pręcedentia*, spontanea vestra, *duas esse eiusdem sententiæ interpretationes. Nam paulo inferius, vbi repetitur*, & confessiones vestras, *hebræus habet idem vocabulum, ac nunc isto loco, quo nos habemus*, spontanea. ζ Vestrarum.] *In aliquot codicibus sequitur*, καὶ τὰ δόματα ὑμῶν, & data (*aut* dona) vestra. *Theodoretus alicubi in hoc capite videtur habuisse dictionem istam: atque ita inquit:* τὰ δόματα *ceteri interpretati sunt* τὰ ἑκούσια, spontanea. *Ita* ἑκούσιον, δόμα, ὁμολογία, *videntur esse diuersorum interpretum.* η Portas.] *Aliqui codices* πόλεων, ciuitates. θ Tribuum.] *Nonnulli* πόλεων, ciuitatum ι Non poteris.] *S. August. in locut.* pro eo quod est, non debebis. κ Ancilla tua.] *In aliis libris & in Compl. sequitur*, ὁ λευίτης σου, καὶ ὁ προσήλυτος, & Leuita tuus, & proselytus: *quod responderet magis vulgatæ & hebræo, si abessent ista*, & proselytus. λ A facie tua.] *In aliis codicibus sequitur*, οὐ μὴ ἐκζητήσεις τοὺς θεοὺς αὐτῶν; non exquires Deos eorum, *quod respondet hebræo.*

X CAP.

CAP. XIII.

A

SI autem surrexerit in te propheta, seu somnians somnium, & dederit tibi signum, vel prodigium, & venerit signum, siue prodigium, quod locutus est ad te, dicẽs: Eamus, & seruiamus Dijs alijs, quos nescistis; non audietis verba prophetæ illius, vel somniantis somnium illud: quoniam tentat Dominus α tuus vos, scire, an diligatis Deum vestrum ex toto corde vestro, & ex tota anima vestra. Post Dominum Deum vestrum ambulabitis: & hunc β timebitis: & vocẽ eius audietis: & γ ei apponemini. Et propheta ille, vel somniũ somnians ille moriatur. Locutus est enim, vt faceret te errare a Domino Deo tuo: qui edu- B xit te de terra Ægypti: qui redemit te de domo seruitutis: vt expelleret te de via, quam mandauit tibi Dominus Deus tuus ambulare in ea. Et delebis malum ex vobis ipsis. Si autẽ hortatus te fuerit frater tuus ex patre tuo, vel ex matre tua, vel filius tuus, vel filia, vel vxor tua, quæ in sinu tuo, vel amicus æqualis animæ tuæ, clanculum, dicens, Eamus, & seruiamus Dijs alijs, quos non nosti tu, & patres tui, ex Dijs gentium, quæ in circuitu vestro, quæ propinquæ sunt tibi, vel quæ procul absunt a te ab extremo terræ vsque ad extremum terræ; non consenties ei, neque exaudies eum: neque parcet oculus tuus super eum: non δ desiderabis super eum: neque teges eum. Annuncians annunciabis de eo: & manus tuæ C erunt super eum inprimis ad occidendum illum, & manus populi totius in postremo: & lapidabunt eum in lapidibus, & morietur: quoniam quæsiuit auertere te a Domino Deo suo, qui eduxit te de terra Ægypti, de terra seruitutis. Et omnis Israel audiens timebit: & non adijciet facere vltra iuxta verbum malum istud in vobis. Si autem audieris in vna ciuitatum tuarum, quas Dominus Deus tuus dat tibi habitare te illic, dicentes, exierunt viri iniqui ex vobis, & auerterunt omnes habitantes ε terram eorum dicentes, Eamus, & seruiamus Dijs aliis, quos non nostis; & examinabis, & interrogabis, & inuestigabis valde: & ecce verus manifesto sermo, ζ facta est abominatio hæc in vobis; interficiens interficies D omnes habitantes in η terra illa in cæde gladij: anathemate anathemabitis eã, & omnia, quæ θ in ea. Et omnia spolia eius congregabis in plateas eius: & incendes ciuitatem in igni, & omnia spolia eius penitus ante Dominum Deum tuum: & erit inhabitabilis in seculũ: non reædificabitur vltra. Et non adhærebit quicquam de anathemate in manu tua; vt auertatur Dominus a furore iræ suæ, & det tibi misericordiam, & misereatur tui, & multiplicet te; quemadmodum iurauit patribus tuis; si audieris vocem Domini Dei tui, custodiẽdo mandata eius quæcunque ego mando tibi hodie, faciendo quod bonum, & placitum ante Dominum Deum tuum.

E

α Tuus.] Alii ὑμῶν, vester, *& ita S. August. q. 19.* β Timebitis.] *In alijs adiungitur*, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ φυλάξεσθε, *&* mandata eius custodietis; *quod respondet vulgatæ.* γ Et ei apponemini.] *Alij* καὶ αὐτῷ δουλεύσετε, καὶ πρὸς αὐτὸν προστεθήσεσθε, *quod vulgata*: ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis. δ Non desiderabis.] οὐκ ἐπιποθήσεις, *Compl.* οὐκ ἐλεήσεις, non misereberis. ε *Terram.*] *Alij* τὴν πόλιν, ciuitatem. ζ Facta est.] γεγένηται. *& optime respondet hebræo. In nonnullis est* γένηται, *& cohæret cum antecedentibus hoc modo.* Et ecce verus manifestò sermo factus fuerit; abominatio hæc in vobis. η Terra.] *Alii* ἐν τῇ πόλει, in ciuitate θ Quæ in ea.] *In Compl. additur*, καὶ πάντα τὰ κτήνη αὐτῆς ἐν στόματι μαχαίρας. & omnia pecora eius in ore gladij: *quod respondet hebræo.*

CAP.

A

CAP. XIV.

Fllij estote Domini Dei* vestri. Non imponetis caluitium inter medium oculorum vestrorum super mortuum: quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo: & te elegit Dominus Deus tuus; vt sis populus ei peculiaris ex omnibus gentibus, quæ super faciem terræ. Non comedetis omnem abo minationem. Hæc sunt pecora, quæ comedetis: vitulum ex bobus, & agnum ex ouibus, & hædum ex capris: ceruum, & capream, & pygargum, orygem, camelopardum: omne pecus diffissam habens vngulam, & findens fissuram duarum vngularum, & reducens ruminationem in pecoribus, hæc comedetis. Et hæc nõ comedetis ex reducentibus ruminationem, & ex diffindẽtibus vngulam, & diuidentibus vngues: Camelũ, & leporem, & Chirogryllũ, quia reducũt ruminationem, & vngulam non diffindunt, immunda hæc vobis sunt: & suem, quoniam diffindit vngulam hoc, & diuidit vngues vngulæ, & ruminationem hoc non ruminat; immundum hoc vobis. De carnibus eorum non comedetis: morticina eorum non tangetis. Et hæc edetis de omnibus, quæ in aqua: omnia, quibus sunt in eis pennulæ, & squamæ, comedetis: & omnia, quibus non sunt eis pennulæ, & squamæ, non comedetis: immunda vobis sunt. Omnem auem mundam comedetis: & hæc non edetis ex eis: aquilam, & gryphem & haliæetũ, & vulturem, & miluum, & similia ei: & struthion, & noctuam, & larum, & herodium, & cycnum, & ibin, & mergulum, & accipitrem, & similia ei: & vpupam, & nycticoracem & pelecanem, & Charandrium, & similia ei: & porphyrionem, & noctuam: omnia reptilia volatilium immmunda sunt vobis: non comedetis de eis: omne volatile mundũ comedetis: omne morticinũ nõ comedetis: incolæ, qui in ciuitatibus tuis, dabitur, & comedet aut vendes alieno, quoniã populus sanctus es Domino Deo tuo. Non coques agnũ in lacte matris eius. Decimã decimabis geniminis seminis tui, genimen agri tui annũ per annũ. Et comedes illud in loco quẽcumq. elegerit Dominns Deus tuus, vt inuocetur nomẽ eius ibi: feretis decimationes frumẽti tui, & vini tui, & olei tui, primogenita boũ tuorũ, & ouiũ tuarum: vt discas timere Dominũ Deum tuũ omnibus diebus. Si autẽ lõge fuerit via a te, & non potueris offerre ea, quia longe a te locus, quẽcunque elegerit Dominus Deus tuus, vt inuocetur nomẽ eius ibi, quia benedicet te Dominus Deus tuus; & vendes ea argento: & sumes argentum in manibus tuis: & ibis ad locum, quẽcunque elegerit Dominus Deus tuus illum: & dabis argentũ in omni, quodcunque cõcupierit anima tua, in bobus, aut in ouibus, aut in vino, aut in sicera, aut in omni, quodcũq. concupierit anima tua: & comedes ibi ante Dominũ Deum tuũ: & lætaberis tu, & domus tua, & leuita, qui est in ciuitatib. tuis: quia non est ei pars neque sors tecum. Post tres annos produces omnem decimam fructuum tuorum: in anno illo pones illud in ciuitatibus tuis; & veniet leuita quia non est ei pars, nec sors tecum, & aduena, & pupillus, & vidua quæ in ciuitatibus tuis: & manducabunt, & saturabuntur: vt benedicat te Dominus Deus tuus in omnibus operibus, quæcunque feceris.

B C D E

α Vestri.] *In Compl sequitur,* οὐ κοψήσετε *non vos incidetis; quod est in vulg. In alijs vetustis, & ad marginem Vaticani,* οὐ φοιβήσετε, *Quod Cyrillus sic explicat.* Illud φοιβᾶσθαι. secundum consuetudinem græcam est purgare, & purgari super mortuo. Non enim decet inquinationem animæ putare mortem ipsam corpoream, *Theodoretus q. 13.* Per illud φοιβήσετε explosit τὰς μαντείας, vaticinia. Nam Pseudomantem illum Pythium vocabant Phœbum: *vbi etiam sequentia verba de caluitio explanat* β Capream.] *In alijs codicibus sequitur,* καὶ βούβαλον, καὶ τραγέλαφον, & bubalum, & tragelaphum. γ Et similia ei] *Hic in Compl. in alijs autē libris paulo post additur,* καὶ πάντα τὰ κόρακα. *(al. abest illud* τὰ, *& recte)* καὶ τὰ ὅμοια αὐτῷ, & omnē coruum, & similia ei. *Sunt etiam nonnullæ aliæ in his auium nominibus varietates non magni ponderis.* δ Feretis] *In aliis est,* ἐκεῖ οἴσετε. illuc feretis. *A vulgata. & ab hebræo vtrumque abest. Nam pendent sequentia ab illo* comedes, *quod proxime antecessit.* ε Fuerit via a te] *S. Aug. in locut.* ac si diceret, longa via erit; aduerbium posuit pro nomine. ζ benedicet.] *In alijs est* ηὐλόγησε, *aut* εὐλόγησε, benedixit. *Sed nostra magis respondet hebræo, & vulgatæ, quæ habet,* tibique benedixerit η Quæ in ciuitatibus tuis] *S. Aug. q. 20.* qui in ciuitatibus tuis erunt: *ibiq. comparat versionem ex lxx cū versione S. Hieronymi.* θ Operibus.] *In aliis & apud Theodoretum additur* σου, *& S. Augustinus ibidem,* operibus tuis. *Compl.* τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου, operibus mannuum tuarum, *vt vulgata.*

CAP. XV.

PEr[α] septē annos facies remissionē. Et sic constitutio remissionis. Remittes omne debitum proprium, quod debet tibi proximus: & a fratre tuo non repetes. β Inuocata enim est remissio Domino Deo tuo. Ab alieno repetes, quæcunque fuerint tibi ab eo. Fratri autem tuo remissionē facies debiti tui: quia nō erit in te egenus. γ quia benedicens benedicet te Dominus Deus tuus in terra, quam Dominus Deus tuus dat tibi in sorte, vt hæredites eam. Si autem auditu exaudieritis vocem Domini Dei vestri custodiendo, & faciendo omnia mandata hæc, quæcumque ego mando tibi hodie, quoniam Dominus Deus tuus benedixit te, quemadmodum locutus est tibi; δ & fœnerabis gentibus multis: tu autem mutuum non accipies: & principaberis gentium multarū: ε tui autem non principabuntur. Si autem fuerit in te egenus ex fratribus tuis in vna ciuitatum tuarum in terra, quam Dominus Deus tuus dat tibi; non ζ indurabis cor tuum: neque constringes manum tuā a fratre tuo egente. Aperiens aperies manus tuas ei: & fœnus fœnerabis ei, η quātum poscit, secundum quod egebit. Attende tibiipsi, ne fiat verbum ocultum in corde tuo iniquitas, dicens; appropiat annus septimus, annus remissionis; & malignetur oculus tuus in fratrem tuum egenum: & non dabis ei: & exclamabit aduersus te ad Dominum: & erit in te peccatum magnum. Dans dabis ei, & fœnus fœnerabis ei, quantum postulat, secundum quod egebit. Et non cōtristaberis corde tuo, dante te ei: quoniā propter verbū hoc benedicet te Dominus Deus tuus in omnibus operibus, & in omnibus, quocunque miseris manum tuam. Non enim deerit egenus a terra tua. Propter hoc ego tibi mando facere verbum hoc, dicens; aperiens aperies manus tuas fratri tuo pauperi, & postulanti, qui super terram tuam. Si autem venūdatus fuerit tibi frater tuus hebræus, aut hebræa; seruiet tibi sex annis: & septimo dimittes eum liberum a te. Quando autē dimittis eum liberum a te; non dimittes eum vacuum. Viaticum suppeditabis ei ex ouibus tuis, & ex frumēto tuo, & θ ex vino tuo: prout benedixit te Dominus Deus tuus, dabis ei. Et recordaberis, quia famulus fuisti in terra Aegypti: & redemit te Dominus Deus tuus inde. Propter hoc ego tibi mando facere verbum hoc. Si autem dicat ad te, non exibo a te quoniam dilexit te, & domum tuam, quoniam bene est ei apud te; & perforabis auriculam eius ad ianuam, & erit tibi famulus in seculum. Et ancillam

tuam

A tuam similiter facies. Non erit durum coram te; cum ipsi dimittuntur liberi a te: quoniam annuam mercedem mercenarij seruiuit tibi sex annos. Et benedicet te Dominus Deus tuus in omnibus, quæcumque feceris. Omne primogenitum, quod natum fuerit in bobus tuis, & ouibus tuis, ι masculina sanctificabis Domino Deo tuo. Non operaberis in primogenito vitulo tuo, neque tondebis primogenita ouium tuarũ. Ante Dominum comedes illud, annum ex anno in loco, quemcumque elegerit Dominus Deus tuus, tu, & domus tua. Si autem fuerit in eo vitium, claudum, aut cæcum, κ vitium malum; non sacrificabis illud Domino Deo tuo: in ciuitatibus tuis comedes illud. Qui immundus in te, B & mundus, similiter comedet, vt capream, vel ceruum. Tantummodo sanguinem non comedetis: in terram effundes eum, sicut aquam.

α Per septem.] *S. Aug.q. 4.habet*, post septem annos, *& putat ex hoc declarari illud, quod in proximo superiore capite positum est*, post tres annos. *Nam vt hoc significat, septimo quoque anno, ita illud tertio quoque anno.* β Inuocata enim est.] ἐπικέκληται γὰρ, *aut, vt aliquot codices, & Cyrillus lib. 7. de adorat.* ὅτι ἐπικέκληται, *& Tertullianus lib. 4. contra Marcionem*, quoniam remissio Domini Dei tui inuocata est. *In alijs exemplaribus est*, ὅτι ἐπικέκληται ἄφεσιν, quoniam inuocauit remissionem: *idque respondet hebræo, & chaldæo.* γ Quia benedicens.] *Ita etiam Cyrillus lib. 7. Tertullianus eodem lib. 4.* Non erit, inquit, in te indigens; vti benedicens benedicat te Dominus Deus tuus. *In alijs exemplaribus est* διὰ τὸ ῥῆμα τοῦτο εὐλογῶν, Propter verbum hoc benedicens, &c. δ Fœnerabis gentibus multis.] *Sic S. Ambr. lib. 2. de Iacob. cap. 3. S. Aug. in locut. habet*, gentes multas, *sed ipse etiam paulo post*, fœnus fœnerabis ei. ε Tui autem non prin C cipabuntur.] *S. Aug. in locut.* tanquam diceret, tibi non dominabuntur, hoc est gentes. ζ Indurabis.] *Sic visum est reddi posse illud*, ἀποστέρξεις: *quod magnam vim habet Significat enim quasi ex animo eijcere humanitatem, & amorem naturalem. In alijs libris est*, οὐκ ἀποστρέψεις. *S. Aug. in locut.* non auertes. η Quantum postulat.] ὅσον ἐπιδέεται, καθότι ἐνδεῆται. *In aliis*, ὅσων (*aut* ὅσον) ἂν ἐπιδέηται, καὶ καθότι ὑστερεῖται. *aut* ὑστερῆται *S. Aug. in locut.* quantumcumque postulat, & quantum eget. θ Ex vino.] ἀπὸ τοῦ οἴνου. *Alii*, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ, de torculari, *quod est in vulgata.* ι Masculina.] S. *Aug. quæst.* 23. masculinum. κ Vitium malum.] μῶμον πονηρόν. *In aliis libris*, ἢ πᾶν μῶμος πονηρὸς. *& S. Aug. in locut.* vel omne vitium malum: *vbi etiam de locutionibus totius huius loci disputat.*

CAP. XVI.

D Obserua mẽsem nouorũ: & facies pascha Domino Deo tuo: quoniã in mẽse nouorum existi de Ægypto nocte. Et immolabis Pascha Domino Deo tuo, oues, & boues, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus; vt inuocetur nomen eius ibi. Non comedes fermentum super illud: septem diebus comedes super illud azyma, panem afflictionis: quoniam in festinatione existis de Ægypto: vt recordemini diem exitus vestri de terra Ægypti omnibus diebus vitæ vestræ. Non apparebit tibi fermentum in omnibus finibus tuis septem dies. Et non dormiet de carnibus, de quibus α immolaueris vesperi die primo, vsque in mane. Non poteris immolare Pascha in vlla ciuitatum E tuarum, quas Dominus Deus tuus dat tibi: sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt inuocetur nomen eius ibi, immolabis Pascha vesperi ad occasum Solis, in tempore quo existi de Ægypto. Et β coques & assabis, & comedes in loco, quem elegerit Dominus tuus eum. Et conuertes te mane, & venies ad domos tuas. Sex diebus comedes azyma: & die septima exodium, solemnitas Domino Deo tuo. Non facies in ea omne opus præter ea, quæ fient animæ. Septem γ septimanas dinumerabis tibi ipsi: δ inchoante te falcem in messem, incipies numerare septem septimanas. Et facies diem festum septimanarum Domino Deo tuo; prout valet manus tua, quæcumq. dederit Dominus

Deus ε tuus. Et ζ epulaberis ante Dominũ Deum tuum, tu,& filius tuus,& filia tua,& puer tuus,& ancilla,& Leuita,& proſelytus,& pupillus,& vidua, quæ eſt in vobis,in loco,quem elegerit Dominus tuus eum, vt inuocetur nomen ipſius ibi. Et recordaberis,quia famulus fuiſti in terra Ægypto. Et cuſtodies, & facies mandata hæc. Solennitatem tabernaculorum facies tibi ſeptem diebus; cum tu collegeris ex area tua, & ex torculari tuo. Et lætaberis in ſolennitate tua, tu, & filius tuus, & filia tua, puer tuus, & ancilla tua, & Leuita, & proſelytus, & pupillus, & vidua, quæ in ciuitatibus tuis. Septem diebus feſtiuitatem celebrabis Domino Deo tuo in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus ſibi. Si autem benedixerit te Dominus Deus tuus in omnibus fructibus tuis,& in omni opere manuum tuarum, & eris lætans; tribus temporibus anni apparebit omne maſculinũ tuũ ante Dominum Deum tuũ in loco, quem elegerit eũ Dominus: in ſolennitate azymorum, & in ſolennitate ſeptimanarum,& in ſolennitate ſcenopegiæ. Non apparebis coram Domino Deo tuo vacuus, vnuſquiſque ſecundum facultatem manuum veſtrarum,ſecundum benedictionem Domini Dei tui, quam dedit tibi. Iudices, η & magiſtros facies tibi in ciuitatibus tuis, quas Dominus Deus tuus dat tibi, ſecundum tribus: & iudicabunt populum iudicium iuſtum: non declinabunt iudicium: neque agnoſcent perſonam: neque accipient donum. Dona enim excæcant oculos ſapientum: & auferunt verba iuſtorum. Iuſte quod iuſtum eſt, perſequaris; vt viuatis, & ingreſſi hæreditetis terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi. Non plantabis tibi ipſi lucum. Omne lignum apud altare Domini Dei tui non facies tibi. Non ſtatues tibi ſtatuam, quæ odit Dominus Deus tuus.

α Immolaueris.] *Alii,* θύσητε, immolaueritis: *& ita S. Auguſt. in locut. vbi iſtam ſententiam explanat* β Et coques,& aſſabis.] *Ex hebræo,& vulgata ſuſpicari licet alterutrum eſſe ex alia interpretatione.* γ Septimanas.] *Ita etiam vulgata, in aliis additur,* ὁλοκλήρους, integras: *& ita S. Aug. q. 25.* δ Inchoante te.] *S. Aug. ibidem,* inchoare te falcem mittere in meſſem. ε Tuus.] *In aliis eſt,* σοι, καθότι εὐλόγησέ σε κύριος ὁ θεός σου, tibi prout benedixit te Dominus Deus tuus. *Sed hæc etiam videri poteſt altera interpretatio præcedentis ſententiæ.* ζ Epulaberis.] *Ita nunc S. Aug quod græce eſt,* εὐφρανθήσῃ, *& ſolet etiam verti,* lætaberis. η Magiſtros.] γραμματοεισαγωγεῖς, *De hac dictione dictum eſt ſupra ex S. Auguſtino.*

CAP. XVII.

Non immolabis Domino Deo tuo vitulum, vel ouem, in quo eſt in ipſo vitium, omne verbũ malum: quoniam abominatio Domino Deo tuo eſt. Si autem inuentus fuerit in vna ciuitatum tuarum, quas Dominus Deus tuus dat tibi vir aut mulier, qui faciet malum ante Dominum Deum tuũ, tranſgrediendo teſtamentum eius,& euntes ſeruierint Dijs alijs,& adorauerint eos, Solem, & Lunam, vel quodcumque eorum, quæ ſunt ex ornatu cæli, quæ non α præcepit tibi,& annunciatum fuerit tibi,& exquiſieris valde,& ecce vere factum eſt verbum, facta eſt abominatio hæc in Iſrael; & educes hominem illũ, aut mulierem β illam,& lapidabitis eos in lapidibus:& morientur. In duobus teſtibus vel in tribus teſtibus morietur. Qui moritur; nõ morietur in vno teſte. Et manus teſtium erit ſuper eum in primis ad interficiendũ eũ, & manus populi in nouiſſimis. Et auferes γ malum ex vobis ipſis. Si autem impoſſibile fuerit a te δ verbum inter ſanguinem a ſanguine, & inter iudicium a iudicio, & inter tactum a

A ctum a tactu, & inter controuersiã, a controuersia, verba iudicij in ciuitatibus vestris; & surgens ascendes ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, ε illuc: & venies ad sacerdotes Leuitas, & ad iudicem, qui fuerit in diebus illis. Et exquirentes annũciabũt tibi iudiciũ: & facies secundum ζ rem, quamcumq. annunciauerint tibi de loco, quẽ elegerit Dominus Deus tuus. Et obseruabis facere omnia, quæcũq sancita fuerint tibi. Secũdum legẽ, & secundũ iudicium quodcumque dixerint tibi, facies. Non declinabis a verbo, quod annunciauerint tibi, ad dextram, neque ad sinistram. Et homo quicumque fecerit in superbia, vt non obediat sacerdoti assistenti ministrare in nomine Domini Dei tui, vel iudici, quicumque fuerit in diebus illis; & morietur homo ille: & B auferes malum ex Israel. Et omnis populus audiens timebit: & impie non aget vltra. Si autem intraueris in terram, quam Dominus Deus tuus dat η tibi, & hæreditaueris eam, & habitaueris in ea, & dixeris, constituam super me principem, sicut & ceteræ gentes, quæ circa me sunt; constituendo constitues super te principem, quem elegerit Dominus Deus tuus ipsum. Ex fratribus tuis constitues super te principem: non poteris constituere super te hominem alienum, quia nõ est frater tuus. θ Quare non multiplicabit sibi equum, neque reducet populum in Ægyptũ; vt ι non multiplicet sibi equum. Dominus autem dixit: Non adijcietis reuerti via hac vltra. Et nõ multiplicabit sibi vxores; vt non discedat cor C eius. Et argentum, & aurum non multiplicabit sibi valde. Et cum sederit super principatum suum; & scribet sibi Deuteronomion hoc in libro a Sacerdotibus Leuitis: & erit secum: & leget in eo omnibus diebus vitæ suæ: vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire omnia mãdata, & iustificationes has facere: vt non exaltetur cor eius a fratribus suis: vt non transgrediatur a mandatis in dextram, aut ad sinistram: vt longæuus sit super principatum suum, ipse, & filij eius in filijs Israel.

D α Non præcepit.] *In aliis est,* οὐ προσέταξα, non præcepi: *quod respondet, vulgatæ.* β Illam.] *In aliis codicibus sequitur,* οἵτινες ἐποίησαν τὸ πρᾶγμα τὸ πονηρὸν τοῦτο, ἐπὶ τὴν πύλην, qui fecerunt rem malam hanc ad portam: *quæ respondent vulgatæ: sed à Lucifero Caralitano non referuntur* γ malum] τὸν πονηρόν. *In alijs* τὸ πονηρὸν, *quod est vsitatius: atque hæc eadem varietas est paulo post, & sæpe: de qua S. Aug. quæst 39.* δ Verbũ.] *Apud Theodoretum quest. 17. sequitur* ἐν κρίσει ἀναμέσον κρίσεως, καὶ ἀναμέσον ἁφῆς, καὶ τὰ ἑξῆς. *quod suspicionem facit ipsum habuisse hoc loco insignẽ varietatẽ Et illa* ἀντιλογία ἀντιλογίας. *optime cohererent cũ sequentibus* ῥήματα κρίσεως ἐν ταῖς πόλεσί σου, *vt intelligeremus, repugnantes esse inter se iudicũ sententias in minoribus ciuitatibus.* ε Illuc.] *In alijs est* ἐπικληθῆναι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκεῖ. vt inuocetur nomen eius ibi. *quæ absunt à vulgata*, ζ rem.] *Alij* ῥῆμα verbum. η Tibi.] *In alijs sequitur* ἐν κλήρῳ, In sorte: *& ita S. Aug. q. 26. quod tamen abest à vulgata, & hæbreo.* θ Quare] διότι, *Alij* πλήν, veruntamen. *S. Aug. in locut.* Non multiplicabit sibi equum: pro equis, vel equitatu equum posuit: vnde nonnulli equitatum interpretati sunt. ι Non] *Abest istud* μὴ *a Compl. sicut ab hebræo, & Chaldæo.*

E

CAP. XVIII.

NOn erit sacerdotibus Leuitis toti tribui Leui pars neque sors cum Israel: Oblationes Domini sors eorum, comedent eas: sors autem non erit eis in fratribus ipsorum. Dominus ipse pars eius, sicut dixit ei. Et hoc est iudicium sacerdotum, quæ a populo, ab immolantibus immolationes, siue vitulum, siue ouem. Et dabis brachium sacerdoti, & maxillas, & ventriculum, & primitias frumenti tui, & vini tui, & olei tui: & primitiam lanarum ouium tuarum

rum

rum dabis ei: quoniam ipsum elegit Dominus ex omnibus tribubus tuis assistere ante Dominũ Deum tuũ, ministrare, & benedicere in nomine eius, ipse, & filij eius in filijs Israel. Si autẽ superuenerit Leuita ex vna α ciuitatum ex omnibus filijs Israel, vbi ipse incolit, secundum quod cupit anima eius, ad locum, quem β elegerit; ministrabit nomini Domini Dei sui; sicut omnes fratres eius Leuitæ, qui astant ibi coram Domino: partem partitã edet γ præter venditionem, quæ est secundum familiam. Si autem intraueris in terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi; non disces facere secundum abominationes gentium illarum: non inuenietur in te, qui lustret filium suum, vel filiam suam in igni, vaticinans vaticiniũ, vel diuinationes obseruans, & augurans, veneficus incantans incantationem, ventriloquus, & portentorum inspector, interrogans mortuos. Est enim abominatio Domino Deo tuo omnis qui facit hæc. Nam propter abominationes has Dominus exterminabit eos a facie tua. Perfectus eris coram Domino Deo tuo. Gentes enim hæ, quos tu hæreditas eos, hi diuinationes, & vaticinia audient: & tibi non sic dedit Dominus Deus tuus. Prophetam ex fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus. Ipsum audietis. Secundum omnia, quæ petijsti a Domino Deo tuo in Choreb in die conuocationis, dicentes: non adijciemus audire vocem Domini Dei tui, & ignem hunc magnum non aspiciemus vltra, neque moriamur. Et ait Dominus ad me: Recte omnia quæ locuti sunt ad te. Prophetam suscitabo eis ex fratribus eorum, sicut te: & dabo verba in ore eius: & loquetur eis, secundum quod mandabo ei. Et homo, qui non audierit quæcumque locutus fuerit propheta ille in nomine meo; ego vindictam sumam de eo. Veruntamen propheta qui impie egerit, loquendo in nomine meo verbum, quod non præcepi loqui, & qui locutus fuerit in nomine Deorum aliorum; morietur propheta ille. Si autẽ dixeris in corde tuo, quomodo cognoscemus verbum, quod non est locutus Dominus? quæcumque locutus fuerit propheta ille δ nomine Domini, & factum non fuerit, & non euenerit; hoc est verbum, quod locutus non est Dominus. In impietate locutus est propheta ille: non ζ timebitis ab eo.

α Ciuitatum.] *Alii addunt* ὑμῶν, vestrarum. *S. August quæst.* 28. tuarum, *vt vulgata.* β Elegerit.] *In aliis sequitur*, κύριος, Dominus: *& ita apud S. Aug. ibidem, & conuenit cum vulgata.* γ Præter venditionem.] *Legendus est S. Aug. in eadem quæst.* δ Nomine.] *Alii*, ἐπὶ τῷ ὀνόματι, in nomine. ε Fuerit.] *In aliis additur*, ῥῆμα, verbum *quod respondet hebræo.* ζ Non timebitis.] οὐκ ἀφέξετε *Non enim aliter vulgata, & hebræus, & chaldæus, nisi quod habent* timebis. *Verum dictio græca posset verti*, non abstinebitis ab eo, *idest non abstinebitis manus ab eo, quin illum interficiatis.*

CAP. XIX.

SI autẽ deleuerit Dominus Deus tuus gentes, quarũ Deus dat tibi terrã & possederitis eos, & habitaueritis in ciuitatibus eorum, & in domibus eorum; tres ciuitates secernes tibi in medio terræ tuæ, quam Dominus Deus tuus dat tibi. Coniecta tibi viam: & trifariam partieris fines terræ tuæ, quam distribuit tibi Dominus Deus tuus. Et erit ibi refugium omni homicidæ. Hæc autem erit constitutio homicidæ, qui fugerit illuc, & viuet. Quicumque percusserit proximum suum non sciens, & hic non odio habens eum ante hesternã, & nudiustertianam, & quicumq. intrauerit cum proximo in syluã ad colligenda ligna

A da ligna, & impulerit manus eius securim β cædētis lignum, & elapsum ferrum, de ligno incurrerit in proximum, & mortuus fuerit; hic confugiet in vnā ciuitatum harum, & viuet: ne persequens redemptor sanguinis post homicidam, quoniam incaluit corde, & assequatur eum, si longior sit via, & percutiet eius animam. Et huic non est iudicium mortis: quoniam non habebat eum odio ante hesternā, neque ante nudiustertianā. Propter hoc ego tibi mando verbum hoc, dicens: Tres ciuitates secernes tibi. Si autem dilatauerit Dominus Deus tuus fines tuos, quemadmodum iurauit patribus tuis, & dederit tibi Dominus omnem terram, quam dixit dare patribus tuis, si audieris facere omnia mandata B hæc, quæ ego mando tibi hodie, diligere Dominum Deum tuum, ambulare in omnibus vijs eius omnes dies; adijcies tibi adhuc tres ciuitates ad tres has. Et non effundetur sanguis innoxius in terra, quā Dominus Deus tuus dat tibi in sorte: & non erit in te sanguinis reus. Si autē fuerit in te homo odio habēs proximū, & insidiatus fuerit ei, & insurrexerit in eum, & percusserit eius animā, & mortuus fuerit, & fugerit in vnam ciuitatum harum, & mittent seniores ciuitatis eius, & tollent eum inde, & tradent eum in manus vindicantium sanguinem, & morietur. Non parcet oculus tuus super eum, & γ purgabis sanguinem innoxium ex Israel, & bene tibi erit. Non dimouebis fines proximi, quos statuerunt patres tui in hæ C reditate, quam hæreditaueris in terra, quam Dominus Deus tuus dat tibi in sorte. Non stabit testis vnus ad testificandum contra hominem secundum omnem iniustitiam: & secundum omne delictum, & secundum omne peccatum, quod peccauerit. Super os duorum testium, & super os trium testium stabit omne verbum. Si autem institerit testis iniustus contra hominem, accusans eius impietatem; & stabunt ambo homines, quibus est eis controuersia, ante Dominum, & ante sacerdotes, & ante iudices, quicumque fuerint in diebus illis: & iudices exquirent diligenter: & ecce testis iniustus testatus est iniusta, institit contra fratrē suum; & facietis ei quemadmodum malignatus est facere contra fratrem suum. D Et auferes malignum ex vobis ipsis: & reliqui audientes timebunt: & non adijcient vltra facere iuxta verbum hoc malignum in vobis. Non parcet oculus tuus super eum. Animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.

α Terram.] *In alijs additur,* αὐτῶν, *earum* β Cædentis lignum, *videtur dictum pro eo, ac si diceret, ad* cedendum lignum. *Alii interpretantur,* & percussa fuerit manus eius securæ scindentis lignum. γ Et purgabis sanguinem innoxium.] *Sic fere hebræus, & intelligendum est,* auferes effundentem sanguinem innocentem. *Quare vulgata ad sensum spectans habet,* & auferes noxium sanguinem de Israel. *Similis loquutio est etiam. cap.* 21.

E

CAP. XX.

SI autem exieris in bellum super hostes tuos, & videris equum, & ascensorem & populum maiorem te; ne timueris ab eis, quoniam Dominus Deus tuus tecum, qui ascendere te fecit de terra Ægypti. Et erit quando appropinquabis prælio; & accedens sacerdos loquetur populo, & dicet ad eos: Audi Israel. Vos itis hodie in prælium contra inimicos vestros. Non dissoluatur cor vestrum, neque timeatis, neque α frangamini, neque declinetis a facie eorum: quo

niam

niã Dominus Deus vester, est qui procedit [β] vobiscũ ad simul debellandos vobiscũ inimicos vestros, ad saluandos vos. Et loquentur scribæ ad populũ, dicentes: Quis est homo, qui ædificauit domũ nouam, & non dedicauit eã? Vadat, & reuertatur in domum suam: ne moriatur in bello, & homo alius dedicabit eam. Et quis est homo, qui plantauit vineam, & non est epulatus ex ea? Vadat, & reuertatur in domum suam: ne moriatur in bello, & homo alius epulabitur ex ea. Et quis est homo, qui sponsauit vxorem, & non accepit eam? Vadat, & reuertatur in domum suam: ne moriatur in bello, & homo alius accipiet eam. Et adijcient scribæ loqui ad populũ, & dicent: Quis est homo timẽs & meticulosus corde? Vadat, & reuertatur in domũ suam, ne pauere faciat cor fratris sui, sicut suũ. Et erit cũ cessauerint scribæ loquentes ad populũ; & constituent principes exercitus, duces populi. Si autem accesseris ad ciuitatem ad debellandum illos; & euocabis eos cum pace. Si quidem pacifica responderint tibi, & aperuerint tibi; erit, omnis populus qui inuenti fuerint in ea, erunt tibi tributarij, & obedientes tibi. Si autem non obedierint tibi, & fecerint aduersus te bellum; obsidebis eam; donec tradiderit tibi eam Dominus Deus tuus in manus tuas: & percuties omne masculinum eius in cæde gladij, absque mulieribus & apparatu: & pecora, & omnia quæcumque fuerint in ciuitate, & omnia impedimenta prædaberis tibiipsi, & comedes omnem prædam inimicorum tuorum; quos Dominus Deus tuus dat tibi. Sic facies omnes ciuitates, quæ longe absunt a te valde, [γ] non de ciuitatibus gentium harum, quas Dominus Deus tuus dat tibi hæreditare terrã eorum. Non viuificabitis omne spirans: sed anathemate anathemabitis eos, Chettæum, & Amorræum, & Chananæum, & Pherezæum, & Euæum, & Iebusæum, & Gergesæum, quemadmodum mandauit tibi Dominus Deus tuus; vt nõ doceant vos facere omnes abominationes suas, qualcumque fecerunt Dijs suis: & peccabitis ante Dominum Deum vestrum. Si autem obsederis circa ciuitatem vnam diebus pluribus oppugnando eam ad capiendam eam; non exterminabis arbores eius, mittendo in eas ferrum: sed de ea comedes, ipsam autem nõ excides. Nunquid lignum quod in agro, homo est; vt ingrediatur a facie tua in vallum? sed lignum quod nosti, quia non fert fructum esui aptum, hoc disperdes, & excides, & ædificabis vallum super ciuitatem, quæ facit aduersus te bellum, quoadusque tradita fuerit.

[α] Frangamini.] θραύεσθε. *Compl*. θροεῖσθε, turbemini. [β] Ad simul debellandos.] *Optime respondet phrasi hebraicæ. In aliis est* συνεκπολεμῆσαι ὑμῖν τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, καὶ διασῶσαι ὑμᾶς. *Et S. August. q. 30. ita hunc locum refert,* Quoniam Dominus Deus vester, qui præcedet (*in locut.* præcedit) vobiscum, simul debellabit vobiscum inimicos vestros: & saluos faciet vos. [γ] Non de ciuitatibus.] *Alii codices habent,* αἱ οὐχὶ ἀπὸ τῶν πόλεων τῶν ἐθνῶν τούτων. ἰδοὺ ἢ ἀπὸ τῶν πόλεων τῶν ἐθνῶν τούτων, quæ non sunt de ciuitatibus gentium harum. Ecce autem de ciuitatibus gentium harum *Hanc repetitionem habet etiam vulgata.*

CAP XXI.

SI autem inuentus fuerit occisus in terra, quam Dominus Deus tuus dat tibi ad hæreditandum, iacens in campo, & non nouerunt percussorem; exibunt seniores tui, & iudices tui: & dimetientur ad ciuitates, quæ in circuitu occisi: & erit ciuitas propinqua occiso: & sument seniores ciuitatis illius vitulam ex bobus, quæ operata non est, & quæ non traxit iugum: & descendere facient seniores

A niores ciuitatis illius vitulam in vallem asperam, quæ non est culta, neque seminatur: & cædent ceruicem vitulæ in valle. Et accedent sacerdotes Leuitæ, quoniam eos elegit Dominus Deus adstare ei, & benedicere in nomine ipsius: & super os eorum erit omnis controuersia, & omnis tactus. Et omnes seniores ciuitatis illius, qui proximi sunt occiso, lauabunt manus super caput vitulæ excerui catæ in valle: & respondentes, dicent: Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc: & oculi nostri non viderunt. Propitius sis populo tuo Israel, quos redemisti Domine; vt non sit sanguis innocens in populo tuo Israel. Et expiabitur eis sanguis. Tu autem auferes sanguinem innocentẽ ex vobis ipsis; si feceris quod B bonum, & placitum coram Domino Deo tuo. Si autem exieris in prælium super inimicos tuos, & tradiderit tibi Dominus Deus tuus, in manus tuas & prædatus fueris prædam eorum, & videris in præda mulierem pulchram specie, & concupiueris eam, & acceperis eam tibi vxorem, & induxeris eam intus in domum tuam; & rades caput eius, & circuncides vngues eius, & circumauferes vestimenta captiuitatis ab ea: & sedebit in domo tua, & lugebit patrem, & matrẽ mense diei. Et post hæc ingredieris ad eam, & cohabitabis ei: & erit vxor tua. Et erit: si nolueris eam; dimittes eam liberam: & venditione non vendetur argẽto: non contemnes eam; propterea quod humiliasti eam. Si autem fuerint homini C duæ vxores, vna earũ dilecta, & vna earũ odiosa, & pepererint ei dilecta, & odiosa, & fuerit filius primogenitus ipsius odiosæ, & erit, quacũq. die distribuat filiis suis substantiã suã; non poterit primatũ dare filio dilectæ, despiciens filium odiosæ primogenitum: sed primogenitũ ipsum filiũ odiosæ agnoscet, dando ei a dupla de omnibus, quæcunque inuenta fuerint ei: quoniam hic est initium filiorum eius: & huic conueniunt iura primogenituræ. Si cui autem fuerit filius incredulus, & proteruus, non obediens voci patris, & voci matris, & corripiant eum, & non exaudiat eos; & assumentes illum simul pater eius, & mater eius, & educent ad seniores ciuitatis suæ, & ad portam loci, & dicent viris ciuitatis suæ, D Filius noster hic contumaciter se gerit, & proteruit, non obedit voci nostræ, comessationibus vacans, vino inebriatur. Et lapidabunt eum viri ciuitatis eius in lapidibus: & morietur. Et auferes malum ex vobis ipsis; & reliqui audientes timebunt. Si autem fuerit in aliquo peccatum, iudicium mortis, & mortuus fuerit, & suspenderitis eum super lignum; non dormiet corpus eius super lignum: sed sepultura sepelietis illud in die illa: quoniam maledictus a Deo omnis, qui pendet in ligno. Et non inquinabitis terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi in sortem.

E a Dupla.] *Aut vt alij, duplicia S. Ambrosius lib. 1. de Cain cap.* 4. det illi dotem, &c. *vbi etiã* πρωτοτόκια *vertit* primitias.

CAP. XXII.

NE videns vitulum fratris tui, vel ouem eius errantia in via, despicias ea: reductione reduces ea fratri tuo, & reddes ei. Si autẽ nõ appropinquat frater tuus ad te, neque cognoscis eum; conduces a ipsum intus in domum tuam: & erit tecum, quoadusque quæsierit ea frater tuus: & reddes ei. Sic facies

facies asinum eius:& sic facies vestimentũ eius:& sic facies per omnẽ perditionẽ fratris tui, Quæcumq. amissa fuerint ab eo,& inueneris, non poteris despicere. Non videbis asinũ fratris tui, vel vitulũ eius iacẽtes in via,ne despexeris eos: sub leuans subleuabis cum eo. Non erunt vasa viri super mulierem : neque inducetur vir stolam muliebrem: quoniam abominatio Domino Deo tuo,& omnis faciens hæc. Si autem occurreris nido auium ante faciem tuam,in via, vel in omni arbore, vel super terram pullis, aut ouis,& mater incubet super pullos, vel super oua; non capies matrem cum filijs: dimittendo dimittes matrem: filios autẽ tolles tibi: vt bene tibi sit,& longæuus sis. Si ædificaueris domum nouam;& facies coronam solario tuo:& non facies homicidium in domo tua, [β] si cadat qui cecidit ab eo. Non seminabis vineam tuam variam; vt non sanctificetur genimẽ & semen, quodcumque seminaueris cum genimine vineæ tuæ. Non arabis in vitulo,& asino in idipsum. Non indueris adulteratum, lanas, & linum in eodem. Funiculos facies tibi super quatuor angulos indumentorum tuorum, quæcumque indutus fueris in eis. Si quis autem acceperit vxorem,& habitauerit cum ea, & oderit eam,& imponat ei occasionis verba,& detulerit ei nomen malignum, & dixerit, mulierem hanc accepi, & accedens ad eam non inueni eius virginalia; & accipiens pater puellæ, & mater, producent virginalia puellæ ad seniores ad portam:& dicet pater puellæ senioribus: Filiam meam hãc dedi homini huic vxorem:& odio habens eam nũc ipse imponit ei occasionis verba, dicens: non inueni filiæ tuæ virginalia:& ecce virginalia filiæ meæ. Et replicabũt palliũ corã senioribus [γ] ciuitatis. Et accipiẽt senes ciuitatis illius hominẽ illũ,& castigabunt eum,& damnificabunt eum centum siclis: & dabunt patri adolescentulæ; quia protulit nomen malum super virginem Israelitem: & ipsius erit vxor: non poterit dimittere eam omni tempore. Si auẽ in veritate factũ sit verbũ hoc, & non inueniantur virginalia puellæ;& producent adolescentulã ad ianuam domus patris sui:& lapidabunt [δ] eam in lapidibus:& morietur: quoniam fecit impudentiam in filiis Israel, prostituere domum patris sui. Et auferes malignum ex vobis ipsis. Si autem inuentus fuerit homo dormiens cum muliere habitante cum viro; occideris vtrosque, virum dormientem cum muliere,& mulierem. Et auferes malum ex Israel. Si autem fuerit puella virgo sponsata viro, & inueniens eam homo in ciuitate dormierit cum ea; educetis vtrosque ad portam ciuitatis eorum: & lapidabuntur in lapidibus:& morientur: adolescentulam, quia non clamauit in ciuitate:& hominem, quia humiliauit vxorem [ε] proximi. Et auferes malignum ex vobis ipsis. Si autem in campo inuenerit homo puellam sponsatam,& vim faciens dormierit cum ea; occidetis dormientẽ cum ea solum:& adolescentulæ non erit peccatum mortis. Sicut, si quis insurrexerit homo in proximũ,& occiderit eius animam; sic res hæc; quoniam in campo inuenit eam: clamauit adolescentula sponsata; & non fuit qui auxiliaretur ei. Si autem inuenerit aliquis puellam virginem, quæ sponsata non est,& vim [ζ] faciens dormierit cum ea,& inuentus fuerit; dabit homo, qui dormiuit cum ea, patri puellæ quinquaginta didrachmata argenti:& ipsius erit vxor, quia humiliauit eam: non poterit dimittere eam per omne tempus. Non accipiet homo vxorem patris sui:& non reuelabit operimentum patris sui.

[ε] Ipsum.]

A ᾳ Ipſum.] *Sic hebræus, & chaldæus. Alii codices græci habent* αὐτῇ, *ea.* β Si cadat.] *Miratur S. Augu. in locut. inuſitatam locutionem. Sed verba græca,* ἐὰν πέσῃ ὁ πεσὼν ἀπ' αὐτοῦ, *poterant hoc etiam modo verti,* Si ceciderit cadens ab eo. γ Ciuitati.] *Sic hebræus, & vulgata. In aliquot codicibus additur* ἐκείνης, illius: *& ita apud S. Aug. q. 33.* δ Eam.] *In aliis ſequitur* οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως αὐτῆς. *& S. Auguſt.* viri ciuitatis eius. ε Proximi.] *In aliis additur* αὐτοῦ, ſui. ζ Et vim faciens.] *Item hic additur* αὐτῷ, *& apud S. Auguſt.* & vim faciens ei.

CAP. XXIII.

NOn ingredietur ᾳ attritus, neque abſciſus in Eccleſiam Domini. Non ingredietur de ſcorto in Eccleſiam β Domini. Non intrabit Ammanites, & Moabites in Eccleſiam Domini: & γ vſque ad decimam generationem non intrabit in Eccleſiam Domini, & vſque in æternum; eo quod non occurrerint vobis cum panibus & aqua in via, cum exiretis de Aegypto: & quia conduxerunt aduerſum te Balaam filium Beor de Meſopotamia, vt malediceret te. Et tranſtulit Dominus Deus tuus maledictiones in benedictionem: quoniam dilexit te Dominus Deus tuus. Non alloqueris pacifica eis, & vtilia eis, omnes dies tuos in ſeculum. Nō abominaberis Idumæum, quoniam frater tuus eſt. Non abominaberis Aegyptium, quoniam incola fuiſti in terra illius. Filij ſi fuerint eis; progenie tertia intrabunt in Eccleſiam Domini. Si autem exieris caſtrametari ſuper inimicos tuos; & cauebis ab omni verbo malo. Si fuerit in te homo, qui non erit mundus a fluore ſuo nocte; & exibit extra caſtra: & non intrabit in caſtra. Et erit, ad veſperam lauabit corpus ſuũ aqua: & cũ occiderit Sol; intrabit in caſtra. Et locus erit tibi extra caſtra: & egredietur illuc foras. Et paxillus erit tibi ſuper zonam tuam: & erit, quãdo ſedebis foras, & fodies in eo: & obducens operies turpitudinem tuam: quoniam Dominus Deus tuus inambulat in caſtris tuis; vt eruat te, & tradat inimicum tuum ante faciem tuam. Et erũt caſtra tua ſancta: & non apparebit in te turpitudo rei: & recedet a te. Non trades puerum domino ſuo, qui δ appoſitus eſt tibi a domino ſuo. Tecum habitabit, in vobis habitabit, vbicumque placuerit ei: non tribulabis eum. Non erit meretrix a filiabus Iſrael: & non erit ε fornicans in filijs Iſrael. Non ζ erit ferens teletas de filiabus Iſrael: & nõ erit initiatus de filijs Iſrael. Nõ offeres mercedem meretricis, neque commutationem canis in domum Domini Dei tui ad omne votum: quoniam abominatio Domino Deo tuo eſt & vtrumque. Non fœnerabis fratri tuo vſuram argenti, & vſuram ciborum, & vſuram cuiuſlibet rei, quamcũque dederis mutuam. Alieno fœnerabis, fratri autem tuo non fœnerabis; vt benedicat te Dominus Deus tuus in omnibus operibus tuis ſuper terrã, in quam ingrederis illuc hæreditare eam. Si autem voueris votum Domino Deo tuo; nõ tardabis reddere illud: quoniam inquirens inquiret Dominus Deus tuus a te: & erit in te peccatum. Si autem nolueris; non eſt in te peccatum. Quæ egrediuntur per labia tua; obſeruabis & facies, quemadmodum vouiſti Domino Deo, donum, quod locutus es ore tuo.

B

C

D

E

ᾳ Attritus, neque abſciſus] θλαδίας, καὶ (al. ἢ) ἀποκεκομμένος: *quorum primum proprie intelligitur de attritione teſtium: ſecundum vero de abſciſione membri.* β Domini.] *In Compl. adiungitur* ἕως δεκάτης γενεᾶς, vſque ad decimam generationem: *quomodo habet vulgata: non tamen referuntur à Theodoreto quæſtione 25. vbi hunc locum recitans, pro* ἐκ πόρνης, de ſcorto, *ipſe habet,* ἐκ πορνείας, ex fornicatione γ Et vſque ad decimam.] *Sic etiam S. Auguſt. quæſt. 35. Schol. ex Theodoreto hæc ſcribit,* In alio exemplari

ſic repperi οὐκ εἰσελεύσεται μωαβίτης καὶ ἀμμανίτης εἰς ἐκκλησίαν καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἕως. δεκάτης γενεᾶς οὐκ εἰσελεύσεται. non ingredietur Moabites, & Ammanites in eccleſiam, & vſque in ſeculum, & vſque ad decimam generationem non ingredietur. *S. Amb. in Pſal. 48. ſcribit Moabitas vſque in tertium, & quartam generationē prohibitos eſſe intrare in Eccleſiam.* δ Appoſitus eſt.] προσέθετό σοι. *S. Aug. q. 36.* ideſt huic adiunctum, cum ab illo abſceſſiſſet. ε Fornicans.] *Ita S. Aug. q. 37. & accipit de eo, qui ad meretrices accedit. Vulgata* ſcortator. *Dictionem hebræam multi accipiunt de ſcorto maſculo.* ζ Non erit teletas ferens de filiabus Iſrael: & non erit initiatus de filiis Iſrael.] *In aliquot codicibus additur* πρὸς πᾶσαν εὐχὴν, ad omne votum: *quæ tamen neque a Cyrillo lib. 15. de adorat. neque à Theodoreto q. 28. afferuntur. A Comp. autem abſunt omnia iſta: nec referuntur a S. Aug. q. 37. & 38. ac fortaſſe ſunt altera interpretatio præcedentis ſententiæ. Nam in hebræo non eſt niſi alterutra. Diximus* teletas ferens, *quod græce eſt* τελεσφόρος. *quoniam S. Aug. lib. 10. de ciuit. cap. 9. hoc vocabulo teletarum vtitur, & inquit conſecrationes quaſdam Theurgicas vocari ſolitas teletas, quæ vere eſſent fallaces ritus dæmonum: atque in eam ſententiā venio fuiſſe ſacra impudica, quibus que ſe obſtringerēt fœminæ, myſteria quædam portarent, ſicut canephoræ apud Athenienſes, omninoque* τελεσφόρος *videtur dictum de fœmina. Adiungitur enim* de filiabus Iſrael. *Initiatum autem diximus, qui græce eſt* τελισκόμενος *Nam hoc videtur dictum de homine, ac fortaſſe impuberi, qui iiſdem impuris ſacris ſe addixiſſet, ūſque initiatus eſſet. Eſt omnino locus difficilis, & variæ de eo ſunt ſententiæ. Cyrillus loco indicato.* τελεσφόροι ſane fuerint, qui vectigalia pendunt tamquam ex neceſſitate alienis, & mercedes ex impudicitia emptoribus colligunt. *Theodoretus in quæſt. illa* 28. Quid eſt τελεσφόρος, & τελισκόμενος, & τελισκομένη? ſicut nos vocamus πιστούς, fideles, eos qui participes ſunt diuinorū myſteriorum; ita gentes vocabant τετελεσμένους eos, qui dæmonum quorundam docebantur myſteria. τελεσφόρον igitur uocat eum, qui myſteriis initiat, τελισκόμενον autem eum, qui initiatur. *Tertullianus in lib. de pudicitia c 9. ex hoc loco iſta videtur referre,* non erit ueſtigal pendens ex filiis Iſrael. *Operæprecium fuerit ea legere, quę a S. Hier. afferuntur in cap. 4. Oſee ad illud,* & cum initiatis immolabant: *vbi notat initiatas iſtas fuiſse ſacerdotes Priapo mancipatas: Eadem uero dictio hebraica eſt hic, ſed in numero ſingulari.* η Erit in te peccatum.] *S. Cyprianus 3. teſtim,* & erit in peccatum.

CAP. XXIV.

SI autem intraueris in ſegetem proximi tui; & colliges in manibus tuis ſpicas, et falcem non immittes in ſegetem proximi tui. Si autem intraueris in vineam proximi tui; comedes vuam, quantum anima tua ſaturetur; in vas autem non iniicies. Si quis autem acceperit vxorem, et habitauerit cum ea; et erit, ſi non inuenerit gratiam coram eo, quia iuuenit in ea rem turpem; et ſcribet ei libellum repudij, & dabit in manus eius, et dimittet eam e domo ſua, et abiens fuerit viro alteri, et oderit eam vir nouiſsimus, et ſcripſerit ei libellum repudij; α et dabit in manus eius, & dimittet eā e domo ſua, et mortuus fuerit vir nouiſsimus, qui accepit eam ſibi vxorem; non poterit vir prior, qui dimiſit eam reuerſus, accipere eam ſibi vxorem; poſtquam illa contaminata eſt: quoniam abominatio eſt ante Dominum Deum tuum. Et non inquinabitis terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi in ſorte. Si quis autem acceperit vxorem nuper; non exibit ad bellum: neque iniungetur ei res vlla: immunis erit in domo ſua: annum vnum lætificabit vxorem ſuam, quam accepit. Non pignorabis molam, neque ſuperiorem lapidem molæ: quia animam iſte pignorat. Si autem deprehendatur homo furans animam ex fratribus ſuis filijs Iſrael, & opprimens eū vendiderit; morietur fur ille. Et auferes malignum ex vobis ipſis. Attende tibi in tactu lepræ: Obſerua valde facere ſecundum omnem legem, quam β annunciauerint vobis ſacerdotes leuitæ. Quemadmodum mandaui vobis; obſeruate facere. Memento, quæcunque fecit Dominus Deus tuus Mariæ, egrediētibus vobis ex Ægypto. Si debitū fuerit in proximo tuo, debitū quodcunque; nō intrabis in domum eius pignorare pignus γ eius: foris ſtabis, & homo apud quem debitum tuum eſt in eo, proferet tibi pignus foras. Si autem homo

eget;

A eget; non dormies in pignore eius: redditione reddes ei [δ] pignus suum ad occasum solis. Et dormiet in vestimēto suo, & benedicet te: & tibi erit misericordia corā Domino Deo tuo. Nō [ε] fraudabis mercedē pauperis, & egeni ex fratribus tuis, vel ex aduenis, qui sunt in ciuitatibus tuis: eadē die reddes mercedē eius: non occidet sol super eam: quia pauper est, & in ea habet spem: & clamabit contra te ante Dominum: & erit in te peccatum. Non morientur patres pro filijs, & filij non morientur pro patribus: vnusquisque in peccato suo morietur. Non [ζ] declinabis iudiciū aduenæ, & orphani & viduæ: nō pignorabis vestē viduæ. Et memento, quia famulus fuisti in terra Ægypto; & redemit te Dominus Deus tuus inde. Propterea ego tibi mādo facere verbū hoc. Si autē messueris messem B in agro tuo, & oblitus fuerit manipulus in agro tuo; non redibis accipere illum. Aduenæ, & pupillo, & viduæ erit: vt benedicat te Dominus Deus tuus in omnibus operibus manuum tuarum. Si autem oliuas colligas; non redibis repetere quæ post te. Aduenæ, & pupillo, & viduæ erunt. Et memento, quia famulus fuisti in terra Ægypto. Propterea ego mando tibi facere verbum hoc. Si autem vindemies vineam tuam, [η] non reuindemiabis eam ab ijs, quæ post te. Aduenæ, & pupillo, et viduæ erunt. Et memento, quia famulus fuisti in terra Ægypto. Propter hoc ego tibi mando facere verbum hoc.

C [α] Et dabit, & dimittet.] *In Compl. est*, ἢ δώσῃ, ἢ ἐξαποστελῇ, & dederit, & dimiserit. *Sed nostra retinet hebraismum.* [β] Annunciauerint.] ἀναγγείλωσιν. *S. Aug. q.* 40. iurauerint. [γ] Eius.] *Ita hebraeus, & chaldaeus. Ab alijs codicibus abest illud* αὐτῷ. *& a S. Ambr. lib. de Thobia cap.* 20. *& à S. August. q.* 41. [δ] Pignus.] *Ita S. Amb. ibidem: & S. Ioannes Damascenus in collectaneis locorum communium,* τὸ ἐνέχυρον αὐτοῦ. *& respondet hebraeo: & in vulgata subintelligitur. In alijs codicibus est* τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, *& S. Aug. ibidem* vestimentum suum. [ε] Fraudabis.] ἀπαδικήσεις, *quod est significantius, quàm quod in alijs libris habetur,* ἀποστερήσεις. [ζ] Non declinabis.] *Ita S. Aug. q.* 43. *quod græce est* οὐκ ἐκκλινεῖς, *& valet* non peruertes. *Retinuimus etiam paulo post ex eodem in q.* 44. *illud* oblitus. [η] Non reuindemiabis.] *Aquila,* οὐκ ἐπιφυλλιεῖς, non racemabis.

CAP. XXV.

D SI autem fuerit altercatio inter homines, & accesserint ad iudicium, & iudicauerint, & iustificauerint iustum, & reprehenderint impium; & erit, si dignus fuerit plagis, qui impie agit; [α] constitues eum in conspectu iudicum: & flagellabunt eum ante se secundum impietatem eius: [β] & numero quadraginta flagellabunt eum: non apponent. Si autem apposuerint flagellare [γ] super has, plagas plures; deturpabitur frater tuus [δ] coram te. Non obturabis bouem triturantem. Si autem habitauerint fratres in vnum, & mortuus fuerit vnus ex eis, semen autem non fuerit ei; [ε] non erit vxor defuncti foras viro non appropianti. Frater viri eius intrabit ad eam: & accipiet eam sibi vxorem: & cohabitabit ei. E Et erit infans, quicunque natus fuerit, constituetur ex defuncti nomine: & non delebitur nomen eius ex Israel. Si autem noluerit homo accipere vxorē fratris sui; & ascendet mulier in porta ad senatū: & dicet: Non vult frater viri mei suscitare nomen fratris sui in Israel: noluit frater viri mei. Et vocabunt eum seniores ciuitatis eius: & dicent ei: & stans dixerit, nolo accipere eā; & accedens vxor fratris eius ante seniores, & soluet calceamentum eius vnū de pede eius: & spuet in faciem eius, & respondens dicet: Sic facient homini; qui non ædificauit domum fratris sui in Israel. Et vocabitur nomen eius in Israel, domus

discalceati calceamentum. Si autem rixati fuerint ζ homines pariter, homo cum fratre suo, & accesserit vxor vnius eorum ad eruendum virum suum de manu verberantis eum, & extendens manum apprehenderit testes eius; abscindes manum: non parcet oculus tuus super eam. Non erit in marsupio tuo pondus, & pondus, magnum, aut paruum. Non erit in domo tua mensura, & mensura, magna, vel parua. Pondus verax, & iustum erit tibi: & mensura verax & iusta erit tibi: vt longæuus sis super terram; quam Dominus Deus tuus dat tibi in sorte: quoniã abominatio Domino Deo tuo omnis facies hæc, omnis faciens iniustũ. Recordare quæcumque fecit tibi Amalec in via, exeunte te de terra Ægypti; quomodo restitit tibi in via, & percussit caudam agminis tui, defessos post te: tu autem esuriebas, & laborabas. Et non timuit Deum. Et erit, postquam quiescere fecerit te Dominus Deus tuus ab omnibus inimicis tuis, qui in circuitu tuo in terra quam Dominus Deus tuus dat tibi hæreditare; delebis nomen Amalec de sub cælo: & non obliuiscaris.

A B

α Constitues.] *Aut* sternes: *græce enim est* καθιεῖς. *S. Aug. q* 45. constituent: (*quod respondet vulgatæ* prosternent.) *itemque paulo post,* si autem apposuerint, *vbi etiam Compl.* ἐὰν ᾗ προσθῶσιν. β Et numero.] *S. Aug.* numero quadraginta flagellabunt eum: & non apponent, *quomodo etiam est in aliquo libro græco: Compl.* ἀριθμῷ μαστιγώσουσι αὐτὸν, τεσσαράκοντα οὐ προσθήσουσιν. numero flagellabunt eum: quadraginta non addent: *sed longius ab hebræo.* γ Super has plagas plures.] *Ita etiam. S. Aug. In alijs codicibus est* ὑπὲρ ταύτας τὰς πληγὰς, πληγὰς πλείους, super has plagas, plagas plures: *quæ geminatio neque in hebræo est.* δ Coram te.] *S. Aug. addit* valde. ε Non erit vxor.] *Ita fere hebræus. S. Aug. q. 46.* vxor defuncti fratris non alteri: nubet appropianti. ζ Homines.] *In alijs est,* δύο ἄνθρωποι. *& vulgata,* viri duo: *sed nostra respondet hebræo, & chaldæo.*

C

CAP. XXVI.

ET erit, α si intraueris in terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi hæreditare & hæreditaueris eam, & habitaueris in ea; & sumes de primitijs fructuum terræ tuæ, quam Dominus Deus tuus dat tibi, & mittes in cartallũ: & ibis in locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, vt inuocetur nomen suum ibi: & venies ad sacerdotem, qui erit in diebus illis: & dices ad eum: Annuncio hodie Domino Deo meo; quia intraui in terram, quam iurauit Dominus patribus nostris dare nobis. Et sumet sacerdos cartallum de manibus tuis, & ponet illum ante altare Domini Dei tui. Et respondens β dicet ante Dominũ Deũ tuũ: Syriam γ reiecit pater meus, & descendit in Ægyptum, & incoluit ibi in numero breui: & factus est ibi in gentẽ magnam, & multitudinẽ copiosam: & afflixerunt nos Ægyptij, & humiliauerũt nos, & imposuerũt nobis opera dura. Et exclamauimus ad Dominũ Deum nostrũ: & exaudiuit Dominus vocẽ nostrã, & vidit humiliationẽ nostrã, & laborẽ nostrum, & tribulationẽ nostrã. Et eduxit nos Dominus de Ægypto ipse in fortitudine sua magna, & in manu valida, & in brachio excelso, & in visionibus magnis, & in signis & in prodigijs, & induxit nos in locũ hunc: & dedit nobis terrã hanc, terrã fluẽtem lac & mel. Et nunc ecce attuli primitiã geniminũ terræ, quã dedisti mihi hodie terrã fluẽtẽ lac & mel. Et dimittes illud ante Dominũ Deum tuũ: & adorabis ante Dominũ Deum tuum, & lætaberis in omnib[9] bonis, quæ dedit tibi Dominus Deus tuus, & domus tua, & Leuita, & aduena, qui est in te. Si autẽ consummaueris decimare decimã geniminũ

D E

A tuorum in anno tertio; secundã decimam dabis Leuitæ, & aduenæ, & pupillo, & viduæ: & comedẽt in ciuitatibus tuis, & ᵟ lætabũtur. Et dices ante Dominum Deũ tuũ: Abstuli sancta e domo mea: & dedi ea Leuitæ, & aduenæ, & pupillo, & viduæ secundũ omnia mandata, quæ mãdasti mihi: nõ sum transgressus mãdatũ tuum, neque oblitus sum: & non comedi in luctu meo de eis: non obtuli de eis in immundum: non dedi ex eis mortuo: obediui voci Domini Dei nostri: feci, sicut mandasti mihi. Respice de domo sancta tua, de cælo: & benedic populum tuum Israel, & terram, quam dedisti eis, sicut iuraueras patribus nostris dare nobis terram fluentem lac & mel. In die hac Dominus Deus tuus mandauit tibi fa-

B cere omnes iustificationes, & iudicia. Et obseruabitis, & facietis omnia ex toto corde vestro, & ex tota anima vestra. Deum elegisti hodie esse Deum tuum, & ambulare in omnibus vijs eius, & obseruare iustificationes, & iudicia, & obedire voci eius. Et Dominus elegit te hodie esse te sibi populum peculiarem, sicut ᵋ dixit: vt custodias mandata eius, & sis tu super omnes gẽtes, sicut fecit te nominatum, & ᶎ gloriationẽ, & celebrem, vt sis tu populus sanctus Domino Deo tuo sicut locutus est.

ᵅ Si intraueris.] *In Compl. pro* ἐὰν *est* ὅταν, quando intraueris: *sed frequentissime apud lxx.* ἐὰν *valet idẽ, atque* ὅταν. ᵝ Dicet.] ἐρεῖ. *In alijs est* ἐρεῖς, dices: *quod respondet vulgatæ.* ᵞ Reiecit.] ἀπέβαλεν. *Aliqui codices, & Compl.* ἀπέλιπεν, reliquit. *Vulgata,* Syrus persequebatur patrem meum. ᵟ Lætabuntur.]

C *In alijs* ἐμπλησθήσονται, saturabuntur: *quod respondet vulgatæ. In capite sequenti ponitur simul vtrumque* ἐμπλησθῆναι, καὶ εὐφρανθῆναι, *vbi vna tantum est dictio hebræa.* ᵋ Dixit.] *In alijs additur* σοι, tibi. ᶎ Gloriationem.] *Est locutio notanda: significat enim,* ad gloriam, & honorem. *In vulgata autem hęc referuntur ad ipsas gentes: vt intelligamus Israel fore superiorẽ cunctis gentibus, quas Deus creauit in laudem suam: quamuis illud* suam, *absit ab hebræo, & chaldęo.*

CAP. XXVII.

ET præcepit Moyses, & seniores Israel, dicens: custodite omnia mandata hæc; quæcunque ego mando vobis hodie. Et erit quacunque die transieritis Iordanem in terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi; & statues ti

D bi lapides magnos: & leuigabis eos calce, & scribes super lapides hos omnia verba legis huius; postquam transieritis Iordanem, cum intraueritis in terram, quã Dominus Deus patrum tuorum dat tibi, terram fluentem lac & mel; quemadmodum dixit Dominus Deus patrum tuorum tibi. Et erit postquam transieritis Iordanem; statuetis lapides hos, quos ego mãdo tibi hodie in monte Gæbal, & leuigabis eos calce: & ædificabis ibi altare Domino Deo tuo, altare ex lapidibus. Non immittes ferrum in illud. lapides integros ædificabis altare Domino Deo tuo: & offeres super illud holocaustomata Domino Deo tuo, & sacrificabis ibi sacrificiũ salutaris: & comedes, & saturaberis, & lætaberis ante Domi-

E num Deum tuum. Et scribes super lapides omnem legem hanc manifeste valde. Et locutus est Moyses, & sacerdotes Leuitæ omni Israel, dicentes: Tace, & audi Israel. In die hac factus es in populũ Domino Deo tuo: & exaudies vocẽ Domini Dei tui, & facies omnia mãdata eius, & iustificationes eius, quascumq. ego mã do tibi hodie. Et mãdauit Moyses populo in die illa, dicẽs: Hi stabũt benedicere populũ in mõte Garizin, trãsgressi Iordanẽ, Symeõ, Leui, Iudas, Issachar, Ioseph & Beniamin. Et hi stabũt super maledictionẽ in mõte Gæbal, Rubẽ, Gad & Aser Zabulõ, Dã, & Nephtali. Et respõdentes dicẽt Leuitæ vniuerso Israel voce ma-

gna. Maledictus homo, quisquis faciet sculptile, & fusile, abominationē Domino opus manuum artificum, & ponet illud. Et respondens omnis populus dicēt: Fiat. Maledictus, qui spernit patrem suum, vel matrem suam. Et dicent omnis populus Fiat: Maledictus qui transfert terminos proximi. Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus qui errare facit cæcum in via. Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus quicumque peruerterit iudicium aduenæ, & pupilli, & viduæ. Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus qui dormit cum vxore patris sui: quoniam reuelauit cooperimentum patris sui. Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus qui dormit cum omni pecore. Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus qui dormit cum sorore ex patre, aut matre sua. Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus qui dormit cum ª nuru sua. Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus qui dormit cum sorore vxoris suæ. Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus, qui percutit proximum dolo. Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus quicumque acceperit munera ad percutiendam animam sanguinis innocentis. Et dicent omnis populus: Fiat. Maledictus homo, qui nō permanet in omnibus verbis legis huius ad faciendum ea. Et dicent omnis populus: Fiat.

ª Nuru.] *νύμφης. Alij, πενθερᾶς.* socru.

CAP XXVIII.

Et erit, si auditione audieris vocem Domini Dei tui ad custodiendum, & faciendum omnia mandata hæc, quæ ego mando tibi hodie, & dabit te Dominus Deus tuus supra omnes gentes terræ: & venient ad te omnes benedictiones istæ, & inuenient te. Si auditione audieris vocem Domini Dei tui; benedictus tu in ciuitate, & benedictus tu in agro: benedicti ª fœtus ventris tui & genimina terræ tuæ, & armenta boum tuorū, & greges ouiū tuarū: benedictæ apothecæ tuæ, & reliquiæ tuæ. Benedictus tu, cū ingrederis, & benedictus tu, cū egrederis. Tradat Dominus Deus tuus inimicos tuos, qui stāt cōtra te, contritos ante faciē tuā: via vna exibunt ad te: & in septē vijs fugient a facie tua. Mittat Dominus super te benedictionem in cellarijs tuis, & ad omnia, quocumque miseris manum tuam, super terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi. Suscitet te Dominus sibi populum sanctum; quemadmodum iurauit patribus tuis. Si audieris vocem Domini Dei tui, & ambulaueris in omnibus vijs eius; & videbunt te omnes gentes terræ, quia nomen Domini inuocatum est tibi, & timebunt te. Et multiplicabit te Dominus Deus tuus ad bona in fœtibus ventris tui, & in fœtibus pecorū tuorum, & in fructibus terræ tuæ, super terram tuam, quam iurauit Dominus patribus tuis dare tibi. Aperiat tibi Dominus thesaurum suum bonū, cælum ad dandam pluuiam terræ tuæ in tempore. Benedicat omnia opera manuum tuarum. Et fœnerabis gentibus multis: tu autem mutuum non accipies & principaberis tu gentium multarum: tui autē non principabuntur. Constituat te Dominus Deus tuus in caput, & non in caudam: & eris tunc supra, & non eris subter. Si audieris vocem Domini Dei tui, quæcunque ego mando tibi hodie custodire; non præteribis ab omnibus ᵇ mandatis, quæ ego mando tibi

hodie

A hodie, ire dextra, aut sinistra in post Deos alienos, seruire illis. Et erit, si nō exaudieris vocem Domini Dei tui, custodiendo omnia mandata eius, quæcunque ego mando tibi hodie; & venient in te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te. Maledictus tu in ciuitate; & maledictus tu in agro. Maledictæ apothecæ tuæ, & reliquiæ tuæ: maledicti fœtus ventris tui, & genimina terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum. Maledictus tu, cum ingrederis: & maledictus tu, cum egrederis. Mittat Dominus in te egestatem, & famem, & consumptionē super omnia, quocumque miseris manum tuam, quoadusque exterminauerit te, & quoadusque disperdiderit te velociter propter malignas adin-B uentiones tuas, eo quod dereliquisti me. Adiungat Dominus in te mortem, donec absūpserit te de terra, in quā ingrederis illuc hæreditare eā. Percutiat te Dominus in penuria, & febri, & rigore, & rosione, & aeris corruptiōe, & rubigine: & persequentur te, donec disperdiderint te. Et erit tibi cælū, quod super caput tuum, æneum, & terra, quæ sub te, ferrea. Det Dominus Deus tuus pluuiam terræ tuæ puluerem: & cinis de cælo descendet, quoadusq. attriuerit te, & quoadusque disperdiderit te velociter. Det te Dominus in occisionē coram inimicis: in via vna exibis ad eos: & in septem viis fugies a facie eorum. Et eris dispersio in omnibus regnis terræ. Et erunt mortui vestri esca volatilibus cæli, & bestiis C terræ, & non erit, qui exterreat. Percutiat te Dominus vlcere Ægyptio in sede & scabie agresti, & prurigine, ita vt non possis tu curari. Percutiat te Dominus amentia, & cæcitate, & excessu mentis. Et eris palpans meridie, veluti si palparet cæcus in tenebris, & non prosperabit vias tuas. Et eris tunc iniurijs affectus, & direptus omnibus diebus: & non erit qui auxilium ferat. Vxorem accipies: & vir alius habebit eam. Domum ædificabis: & non habitabis in ea. Vineam plātabis: & non vindemiabis eam. Vitulus tuus iugulatus ante te: & non comedes ex eo. Asinus tuus ereptus a te: & non reddetur tibi. Oues tuæ datæ inimicis tuis: & nō erit tibi qui auxilietur. Filij tui, & filiæ tuæ datæ genti alteri: & oculi tui aspiciēt D tabescentes ad ea: non valebit manus tua. Prouentus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedet gens, quam non nosti. Et eris iniurijs affectus, & quassatus omnibus diebus. Et eris stupidus propter visiones oculorum tuorum, quas cernes. Percutiat te Dominus in vlcere maligno super genua, & super suras, vt non possis tu curari a vestigio pedum tuorum vsque ad verticem tuum. Abducat Dominus te, & principes tuos, quos constitues super te, ad gentem, quam non nosti tu, & patres tui. Et seruies ibi Dijs aliis, lignis, & lapidibus. Et eris ibi in ænigma, & parabolam, & fabulam in omnibus gētibus, ad quas abduxerit te Deus illuc. Semen multum proferes in campum: & pauca inferes: quoniam locusta comedet ea. Vineā plantabis, & operaberis: & vinum non bibes, neque lætabe-E ris ex eo: quoniam comedet ea vermis. Oliuæ tibi erūt in omnibus finibus tuis: & oleo non vngeris; quoniam defluet oliua tua. Filios, & filias generabis: & nō erunt: abibunt enim in captiuitatē. Omnia lignea tua, & genimina terræ tuæ absumet rubigo. Aduena, qui est in te, ascendet sursum sursum: tu autem descēdes deorsum deorsum: hic fœnerabit tibi; tu autem huic non fœnerabis: hic erit caput: tu autem eris cauda. Et venient super te omnes maledictiones hæ: & persequentur te, & apprehendēt te; quoadusque exterminauerint te, & quoadusq. disperdiderint te: quoniam non exaudisti vocem Domini Dei tui, ad custodiēdum

dum mandata eius, iustificationes, quascunque mandauit tibi. Et erunt in te signa, & prodigia in semine tuo vsque in seculum, pro eo, quod non seruisti Domino Deo tuo in lætitia, & bona mente propter multitudinem omnium. Et seruies inimicis tuis, quos immittet Dominus super te, in fame, & in siti, & in nuditate, & in omnium inopia. Et imponet iugum ferreũ super ceruicem tuã: quoadusque exterminauerit te. Inducet super te Dominus gentem de longe ab extremo terræ, tanquam impetũ aquilæ, gentẽ, cuius * non audies vocẽ eius, gentẽ impudentem facie; qui non mirabitur faciem senis: & iuuenis non miserebitur. Et comedet fœtus pecorum tuorum, & genimina terræ tuæ; ita vt non relinquat tibi frumentum, vinum, oleum, armenta boum tuorum, & greges ouium tuarũ quoadusque perdiderit te, & attriuerit te in ciuitatibus tuis; quoadusque destructa fuerint mœnia excelsa, & munita, in quibus tu confidisti in eis, in omni terra tua. Et tribulabit te in λ ciuitatibus tuis, quas dedit tibi. Et comedes fœtus ventris tui, carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum, quas dedit tibi, in angustia tua & in tribulatione tua, qua tribulabit te inimicus tuus. Mollis, qui in te, & tener valde, fascinabit oculo suo fratrem suum, & vxorem, quæ est in sinu suo, & filios qui reliqui sunt, quicunque relicti fuerint illi, « vt det vni eorum de carnib. filiorum suorum, de quibuscunque edet, eo quod non derelictum sit ei quicquã in angustia tua, & tribulatione tua, qua tribulabunt te inimici tui in omnibus ciuitatibus tuis. Et mollis in vobis, & deliciosa, cuius non cœpit experiẽtiam pes eius ingredi super terram propter teneritudinem, & propter mollitiem, fascinabit oculo suo virum suum, qui in sinu suo, & filium, & filiam suam, ' & chorium suũ, quod exijt per fœmora sua, & filiũ suum, quẽ pepererit. Comedet enim ea propter egestatem omniũ clã in angustia tua, & tribulatione tua: qua tribulabit te inimicus tuus in ciuitatibus tuis; si nõ exaudieris facere omnia verba legis huius, quæ scripta sunt in libro hoc, timere nomen honoratũ, admirabile hoc, Dominũ Deũ tuũ. Et incredibiles faciet Dominus plagas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas, & admirabiles, & morbos malignos, & stabiles. Et redire ξ faciet omnem dolorem Ægypti malignum, quem timuisti, a facie eorũ: & adhærebunt in te: & omnem languorem, & omnem plagam, quæ non scripta, & omnem, quæ scripta est in libro legis huius, inducet Dominus super te; quoadusque exterminauerit te. Et derelinquemini in numero breui, pro eo, quod fuistis, sicut astra cæli, multitudine: quoniam non exaudisti vocem Domini Dei tui. Et erit, sicut lætatus est Dominus in vobis bene facere vobis, & multiplicare vos; sic lætabitur Dominus in vobis exterminare vos. Et auferemini velociter de terra, in quam ingrederis illuc hæreditare eã. Et disseminabit te Dominus Deus tuus in omnes gentes ab extremo terræ vsque ad extremum terræ: & seruies ibi Dijs alijs, lignis, & lapidibus, quos non noueras tu, & patres tui. Sed & in gentibus illis non dabit tibi quietem: neque erit requies vestigio pedis tui. Et dabit tibi Dominus ibi ° cor aliud incredulum, & deficientes oculos, & tabescentem animam. Et erit vita tua pendens ante oculos tuos: & timebis die, ac nocte: & non credes vitæ tuæ. Mane dices: quomodo fiat vespera? Et vesperi dices: quomodo fiat mane? præ timore cordis tui, quem timebis, & præ visionibus oculorum tuorum, quas videbis. Et redire te faciet Dominus in Ægyptum in nauigijs, in via, qua dixi, non adijcies vltra videre eam. Et vendemini illic inimicis vestris in pueros, & ancillas: & non erit, qui eruat.

* Fætus.]

A α Fœtus.] τὰ ἔκγονα. *quod etiam solet verti* fructus. *In quibusdam est.* τὰ ἔργα, opera β Mandatis] *Alii* λόγων. *&* *S. Aug.q.*48. verbis. γ Famem.] τὴν ἐνδείαν *Symm.* ἀχορτασίαν, insatiabilitatem. *Vulgata* esuriem. δ Rosione.] ἐρεθισμῷ, *quod alii vertunt* irritatione *aut* pruritu. *In alijs autem libris additur*, καὶ φόνῳ & cæde. ε Descendet.] *In aliis additur* ἐπὶ σὲ, super te. ζ Dispersio] *Alii* ἐν διασπορᾷ, in dispersionem. η Qui exterreat.] *In aliis* ἀποσοβῶν qui abigat. θ Ænigma.] *Aut vt alii, prouerbium Vocem hebræã nonnulli vertunt* desolationem, *nonnulli* stuporem: *quod non longe videtur abesse ab ænigmate. Stupemus enim in iis, quorum causas, rationesque ignoramus: vulgata*, & eris perditus. ι Lignea.] ξύλινα, *Alii* ξύλα, ligna. κ Non audies.] *S. Aug.in locut.* pro eo, quod est, cuius linguam non intelliges. λ In ciuitatibus. *Alii*, ἐν πάσαις ταῖς πόλεσί σου, αἷς ἔδωκέ σοι κύριος ὁ θεός σου. in omnibus ciuitatibus tuis, quas dedit tibi Dominus Deus tuus: *quæ varietas est etiam paulo post.* μ Vt det.] *Aut, vt S. Aug.in locut.* ita, vt det: *quod est* ὥστε δοῦναι, *&* *posset verti congruenter hebræo*, à dando, *nempe* fascinabit, *hoc* est inuidebit ita, vt non det. *Legendus est ibi S. August.* ν Chorium.] *Retinuimus dictionem græcam*, τὸ χόριον. *quæ solet significare secũdas, & nunc significat paruulum, qui illis inuolutus adhuc nascitur: vt distinguatur ab illo, qui iam natus est* B *Vulgata*, & illuuie secundinarum. ξ Faciet.] *Alii addunt*, ἐπὶ σέ, *in te.* ο Cor aliud incredulum.] *Siue diffidens: græce est* καρδίαν ἑτέραν ἀπειθοῦσαν. *Alii* καρδίαν ἀθυμοῦσαν, cor mærens.

CAP XXIX.

HÆc verba testamenti, α quæ mandauit Dominus Moysi statuere filijs Israel in terra Moab, præter testamentum; quod testatus est eis in Choreb. Et vocauit Moyses omnes filios Israel: & dixit ad eos: Vos vidistis omnia, quæcunque fecit β Dominus in terra Ægypto corã vobis Pharaoni, γ & C seruis eius, & omni terræ illius, tẽtationes magnas, quas viderũt oculi tui, signa, & prodigia illa δ magna. Et non dedit Dominus Deus vobis cor scire, & oculos videre, & aures audire vsque in diem istam. Et adduxit vos quadraginta annis in deserto: non inueterauerunt vestimenta vestra: & calceamenta vestra nõ sunt attrita a pedibus vestris: panem non manducastis: vinum, & siceram non bibistis: vt sciretis; quia Dominus Deus vester ε ego. Et venistis vsque ad locum hunc. Et exijt Seon rex Esebon, & Og rex Basan in occursum nobis in bellum. Et percussimus eos: & cepimus terram eorum: & dedi eam in sorte Ruben, & Gaddi, & dimidiæ tribui Manasse. Et custodietis facere omnia verba testamenti hu D ius; vt intelligatis omnia, quæcunque facietis. Vos stetistis omnes hodie ante Dominũ Deum vestrum, principes tribuum vestri, & seniores vestri, & iudices vestri, & magistri vestri, omnis vir Israel, vxores vestræ, & fœtus vestri, & aduena, qui in medio castrorum vestrorum, a cæsore lignorum vestrorum, & vsque ad portatorem aquæ vestrum, ad transeundum in testamentũ Domini Dei vestri, in imprecationes eius, quascunq. Dominus Deus tuus disposuit erga te hodie: vt statuat te sibi in populum: & ipse erit Deus tuus; quemadmodum dixit tibi; & quemadmodum iurauit patribus tuis, Abraham, & Isaac, & Iacob. Et non vobis solis ego testatus sum testamentum hoc, & imprecationem hanc; sed & ijs E qui hic sunt uobiscũ hodie ante Dominũ Deum vestrũ; sed & iis, qui non sunt vobiscũ hic hodie: Quoniã vos nouistis, quomodo habitauimus in terra Ægypto, quomodo trãsiuimus in medio gentiũ, quos transiuistis. Et vidistis abominationes earum, & idola eorum, lignum, & lapidem, argentum, & aurum, quæ sunt apud eas. ζ Nunquid est aliquis inter vos vir, aut mulier, vel familia, vel tribus; cuius mens declinauit a Domino Deo vestro, profecti seruire Dijs gentium illarum? Num quis est in vobis, radix sursum germinans in felle, & amaritudine? Et erit cũ audierit verba maledictionis huius; & benedixerit in corde suo dicẽs Sancta mihi fiant, quoniam in errore cordis mei incedam, vt non simul perdat

peccator

peccator eum qui ſine peccato eſt. Nolet Deus propiciari ei: ſed tunc incendetur ira Domini, & zelus eius in homine illo: & adhærebunt in eo omnia maledicta teſtamenti huius, quæ ſcripta ſunt in ᶿ libro hoc. Et delebit Dominus nomen eius de ſub cælo: & diuidet eũ Dominus in mala ab omnibus filijs Iſrael ſecundum omnia maledicta teſtamenti ſcripta in libro legis huius. Et dicent progenies altera, filij veſtri, qui exurgent poſt vos, & alienus, quicunque venerit de terra lõginqua: & videbunt plagas terræ illius, & morbos eius quos immiſit Dominus ſuper eã, ſulphur, & ſal ardẽs: omnis terra eius nõ ſeminabitur, neque germinabit, neque aſcendet ſuper eam omne viride: ſicut euerſa eſt Sodoma, & Gomorra, Adama, & Seboim, quas euertit Dominus in furore, & ira. Et dicent omnes gẽtes: Propter quid fecit Dominus ſic terræ huic? Quis furor iræ magnus hic? Et dicent. Quoniam dereliquerunt teſtamentum Domini Dei patrum ſuorum, quæ teſtatus eſt patribus eorum, quãdo eduxit eos de terra Ægypti: & euntes, ſeruierunt Dijs ᶿ alijs, quos non nouerunt: ᶥ neque diſtribuit eis: & iratus eſt furore Dominus in terram illam, ad inducendum in eam ſecundum omnia maledicta ſcripta in libro legis huius. Et abſtulit eos Dominus de terra eorum in furore, & ira, & exacerbatione magna valde: & eiecit eos in terram alienam, ſicut nunc. Occulta, Domino Deo noſtro: manifeſta autem, nobis, & filijs noſtris in ſeculum, ad faciendum omnia verba legis huius.

α Quæ.] οὐ. *S. Aug. q.* 49. quod mandauit, *vt videatur legiſſe* ὅς. *atque ita in vulgata. Theodoretus q.* 35 ὅσα ἐνετείλατο quæcunque mandauit: *licet interpres alio fortaſſe exemplari vſus habeat,* quod mandauit. β Dominus.] *Sic hebræus In alijs additur* ὁ θεὸς ὑμῶν, *& S. Aug. q.* 50. Dominus Deus ueſter. γ Et ſeruis eius.] *Alii,* πᾶσι τοῖς θεράπουσιν αὐτοῦ *& S. Aug. ibidem* Et omnibus ſeruis eius. δ Magna.] *Ita libri veteres: & reſpondet vulgatæ, & hebræo. Apud S. Aug. additur,* & manum ualidam. *In quibuſdam vero codicibus græcis ac Compl. & ſunt iſta* τὴν χεῖρα τὴν κραταιὰν, *ac præterea,* καὶ τὸν βραχίονα τὸν ὑψηλόν, & brachium excelſum. ε Ego.] *Reſpondet hebræo, & chaldæo In aliis codicibus eſt,* ὅτι οὗτος κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν. *& S. Aug. q.* 51. quia iſte Dominus Deus ueſter: *quomodo fere vulgata.* ζ Numquid eſt aliquis.] *S. Auguſt. q.* 52. Ita dictum eſt, numquid eſt in uobis, ut tamquam requirentem intelligamus, ne forte ſit. *& quod græce eſt,* μή τίς ἐστιν. *poſſet etiam ita verti,* ne forte ſit. η Profecti.] *In aliis eſt* πορευθέντες *& ita S. Aug. apud quem, quoniam multæ ſunt varietates, libuit totum locum adſcribere, cuius etiam aliquas partes explanat.* Numquid eſt aliquis inter uos, uir, aut mulier, uel famulus, uel tribus, cuius mens declinauit à Domino Deo ueſtro ire ſeruire Diis gentiũ illarũ? Nequam eſt in eo radix rurſum germinans in felle, & amaritudine. Et erit, cum audierit uerba maledictionis huius; & opinabitur in corde ſuo dicens, ſancta mihi fiant, quoniam in errore cordis mei incedo. Vt non ſimul perdat peccatorem, & eum, qui ſine peccato eſt, & c *quorum poſtremorum verborum loco in vulgata eſt,* & abſumat ebria ſitientem. θ Libro hoc.] *In aliis* ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου τούτου *& apud S. Aug.* in lib. legis huius. ι Aliis.] *In multis codd. additur,* καὶ προσεκύνησαν αὐτοῖς. Et adorauerunt eos. κ Neque diſtribuit eis.] *Reſpondet omnino hebræo: & videtur poſſe ſubintelligi,* adorauerunt Deũ qui nullum illis beneficium eſt impartitus. *Symm.* καὶ προσῆκον αὐτοῖς. Neque pertinebant ad eos, neq. utiles erant eis, *vulgata,* & quibus non fuerant attributi.

CAP. XXX.

ET erit, poſtquam venerint ſuper te omnia verba hæc, benedictio, & maledictio, quam dedi ante faciem tuam, & admiſeris in cor tuum, in omnib. gentibus, quocunque diſperſerit te Dominus illuc, & conuerſus fueris ad Dominum Deum tuum, & exaudieris vocem eius ſecundum omnia, quæcunq. ego mãdo tibi ᵅ hodie, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua; ᵝ & ſanabit Dominus peccata tua, & miſerebitur tui: & rurſus congregabit te ex omnibus gentibus, in quos diſperſit te Dominus illuc. Si fuerit diſperſio tua a ſummo cæli uſque ad ſummum cæli; inde congregabit te Dominus Deus tuus: & inde aſſumet te Do-

A te Dominus Deus tuus. Et inducet te Deus tuus inde in terram, quam hæreditauerant patres tui: & hæreditabis eam α. Et bene tibi faciet, & abundantem te faciet super patres tuos. Et γ circumpurgabit Dominus cor tuum, & cor seminis tui diligere Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua; vt viuas tu. Et dabit Dominus Deus tuus maledictiones has super inimicos tuos, & super eos, qui oderunt te, qui persequuti sunt te. Et tu conuerteris, & exaudies vocem Domini Dei tui, & facies mãdata eius, quæcunque ego mando tibi hodie. Et δ benedicet te Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum, in fœtibus ventris tui, & in fœtibus pecorum tuorũ, & in fructibus terræ tuæ: quoniam reuertetur Dominus Deus tuus lætari super te in bonis; sicut lætatus est B super patres tuos: si exaudieris vocem Domini Dei tui, custodiendo mãdata eius & iustificationes eius, & iudicia eius scripta in libro legis huius. Si conuersus fueris ad Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Quoniã mandatum hoc, quod ego mando tibi hodie, non est ε supra modum, neque lõge abs te est. Non in cælo ζ sursum est, η dicens: quis ascendet nobis in cælum, & accipiet nobis illud, & audientes illud faciemus? Neque trans mare est dicens: Quis transfretabit nobis trans mare, & accipiet nobis illud, & auditum θ nobis faciet illud, & faciemus? Prope te est verbum valde, in ore tuo, & in corde tuo, ι & in manibus tuis facere illud. Ecce dedi ante faciem tuam hodie vitam, & C mortem, bonum, & malum. Si exaudieris mandata Domini Dei tui, quæ ego mando tibi hodie, diligere Dominum Deum tuum, ambulare in omnibus vijs eius, & obseruare iustificationes eius, et iudicia eius; et viuetis, et multi eritis: et benedicet te Dominus Deus tuus in omni terra, in quam ingrederis illuc hæreditare eam. Et si translatum fuerit cor tuum, et non exaudieris, et errans adoraueris Deos alios, et seruieris eis; annuncio tibi hodie, quia perditione perdemini; et non eritis longæui super terram, in quam vos transitis Iordanem illuc hæreditare eam. Contestor vobis hodie cælum, et terram: Vitam, et mortem dedi ante faciem vestram, benedictionem, et maledictionem. Elige vitam κ tu, D vt viuas tu, et semen tuum, diligere Dominum Deum tuũ, exaudire vocẽ eius, et adhærere ei: quoniã hoc vita tua, et longitudo dierũ tuorũ ad habitandũ super terrã, quam iurauit Dominus patribus tuis Abraham, et Isaac, et Iacob dare eis.

α Hodie.] *In hebræo additur*, tu, & filii tui. β Et sanabit Dominus peccata tua.] *Pro his in hebræo nunc est, vt in vulgata*, reducet te Dominus Deus tuus de captiuitate tua. γ Et circumpurgabit.] *Ita S. Aug. q. 53. S. Cyprianus lib. 1. testim.* In nouissimis diebus circuncidet Deus cor tuum, *&c.* δ Benedicet.] *Alii codices* πολυωρήσει, *& vulgata*, abundare te faciet. ε Supra modum.] *Ita S. Aug. q. 54. quod græce est* ὑπέρογκος. *& posset etiam verti* graue, intolerabile. ζ sursum.] *Abest ista dictio ab aliquot codicibus, & Theodoreto q. 38. & a S. August. ibidem, & in locut.* η Dicens.] *S. Aug locis indicatis*, pro eo posuit quod est ut dicas. θ Et auditum nobis faciet.] *Ita etiam Theodoretus, Alii, & Compl.* καὶ ἀκούσαντες αὐτὸ E *& S. Aug.* & audientes illud. *Sed nostra propius ad hebræum.* ι Et in manibus tuis.] *Sic etiam Theodoretus. Notat S. Aug. eadem q. hæc in versione ex hebræo non haberi, nec tamen frustra a lxx. esse addita.* κ Tu, vt viuas.] *S. Cyprianus 3. testim.* tibi vt viuas.

CAP XXXI.

ET cõsummauit Moyses loquẽs omnia verba hæc ad omnes filios Israel: & dixit ad eos: Centum, & viginti annorum ego sum hodie: non potero vltra ingredi, & egredi. Dominus autem dixit ad me: non transibis Iordanem

nem hunc. Dominus Deus tuus qui præcedit ante faciem tuam, hic exterminabit gentes has a facie tua, & possidebis eos, & Iesus, qui præcedit ante faciem tuã sicut locutus est Dominus. Et faciet Dominus Deus tuus eis; sicut fecit Seon, & Og duobus regibus Amorræorum, qui erant trans Iordanem, & terræ eorum, secundũ quod exterminauit eos. Et * tradidit eos Dominus vobis: & facietis eis sicut mandaui vobis. Viriliter age, & cõfortare: ne timeas, neq. paueas, neq. stupeas a facie eorũ: quoniã Dominus Deus tuus, qui præcedit vobiscum in vobis, non te dimittet, neque te derelinquet. Et vocauit Moyses Iesum: & dixit ei coram omni Israel. Viriliter age, & confortare: tu enim ingredieris ante faciẽ populi huius in terram, quam iurauit Dominus patribus vestris dare eis: & tu in hæreditatẽ distribues eis. Et Dominus, qui [b] simul procedit tecum, non dimittet te, neque te derelinquet. Ne timeas, neque paueas. Et scripsit Moyses verba legis huius in libro: & dedit sacerdotibus filijs Leui, qui leuant arcam testamenti Domini, & senioribus filiorum Israel. Et mandauit Moyses eis in die illa dicens. Post septem annos in tempore anni remissionis in solennitate scenopegiæ, cũ simul procedit omnis Israel ad apparẽdũ in cõspectu Domini Dei vestri in loco, quẽ elegerit [y] Dominus, legetis legẽ hanc corã omni Israel in aures eorum, conuocans populum, viros, & mulieres, & fœtus, & aduenam, qui in ciuitatibus vestris; vt audiant, atque vt discant timere Dominum Deum vestrum. Et audient facere omnia verba legis huius: & filii eorum, qui non nouerunt, audient, & discent timere Dominum Deum tuum omnibus diebus, quibus ipsi vixerint super terram, in quam vos transitis Iordanem illuc hæreditare eam. Et dixit Dominus ad Moysem. Ecce appropinquarunt dies mortis tuæ. Voca Iesum: & state ad ianuas tabernaculi testimonij; & mandabo ei. Et iuit Moyses, & Iesus ad tabernaculum testimonij, & steterunt apud ianuas tabernaculi testimonij. Et descendit Dominus in nube, & stetit apud ianuas tabernaculi testimonij. Et stetit columna nubis apud ianuas tabernaculi testimonij. Et dixit Dominus ad Moysem: Ecce tu dormies cum patribus tuis, & exurgens hic populus exfornicabitur post Deos alienos terræ, in quam hic ingreditur: & derelinquent me: & dissipabunt testamentũ meũ, quod testatus sum eis. Et irascar furore in eos in die illa: & derelinquam eos: & auertam faciem meam ab eis: & erit [d] esca. Et inuenient eũ mala multa, & tribulationes, & dicet in die illa: quoniam non est Dominus meus in me, inuenerunt me mala hæc. Ego autem auertendo auertam faciem meam ab eis in die illa propter omnia mala quæ fecerunt: quoniam abierunt ad Deos alienos. Et nunc scribite verba cantici huius: & docete illud filios Israel, & immittetis illud in os eorum; vt fiat mihi canticum hoc contra faciem testificans in filios Israel. Inducam enim eos in terram bonã, quam iuraui patribus eorum dare eis terram fluentem lac & mel: & comedẽt: & saturati fastidiẽt: & conuertentur ad Deos alienos, & seruient eis: et exacerbabunt me, et dissipabunt testamentum [e] meum. Et respondebit canticum hoc in faciem testificans Non enim tradetur obliuioni ab ore eorum, & ab ore seminis eorum. Ego enim noui malignitatem eorum, quæ faciunt hic hodie, antequam inducam eos in terram istam bonam, quam iuraui patribus eorum. Et scripsit Moyses canticum hoc in illa die: & docuit illud filios Israel. Et mandauit Iesu, & dixit: Viriliter age, & confortare. Tu enim induces filios Israel in terram: quam iurauit eis Dominus:

A nus: & ipse erit tecũ. Postquam autem consummauit Moyses scribẽs omnia verba legis huius in libro vsque in finem; & mandauit Leuitis, portantibus arcam testamenti Domini, dicens: Sumentes librum legis huius, ponite illum e latere arcæ testamenti Domini Dei vestri. Et erit ibi in te in testimonium: quia ego noui contentionem tuam, & ceruicem tuam duram. Adhuc enim viuente me vobiscum hodie, ζ amaricantes eratis, quæ ad Deum: quomodo non etiam post mortem meam? Conuocate ad me vestros principes tribuũ, & seniores vestros, & iudices vestros, & magistros vestros, vt loquar in aures eorum omnia verba hæc. Et η contestor eis cælum, & terram. Scio enim quia post obitum meum, B iniquitate iniquitatem facietis, & declinabitis de via, quam mandaui vobis. Et occurrent vobis mala θ nouissimum dierum, quoniam facietis mala ante Dominum, exacerbando eum in operibus manuum vestrarum.

α Tradidit.] *Hebræus habet,* tradet: *Sed vsitata est in scriptura horum temporum mutatio.* β Qui simul procedit tecum.] S. *Aug. in locut. videtur hoc loco habuisse, &* Dominus, qui comitabitur tibi, tecum: *neque longe abest ab hebræo.* γ Dominus.] *Abest dictio ista ab hebræo: sed suppletur etiam a vulgata. In Compl autem additur* ὁ θεός σου, Deus tuus. δ Esca.] *κατάβρωμα, idest,* vt deuoretur. *Vulgata* erit in deuorationem. ε Meum.] *In Compl. sequitur,* καὶ ἔσται ὅταν εὕρωσιν αὐτὸν κακὰ πολλά, καὶ θλίψεις, καὶ ἀντικαταστήσεται, Et erit, cum inuenerint eum mala multa, & tribulationes; & respondebit, *&c. quæ respondẽt hebræo.* ζ Amaricantes eratis, quæ ad Deum.] S. *Aug. in locut.* idest amaricabatis ea, quæ Dei sunt. η Contestor.] *διαμαρτύρομαι, Compl. διαμαρτύρωμαι,* testificer. θ Nouissimum dierum.] S. *Aug. in locut.* pro, in nouissimis diebus, aut in nouissimo dierum.

C
CAP. XXXII.

ET locutus est Moyses in aures vniuersæ α Ecclesiæ verba cantici huius vsque in finem. Attende cælum, & loquar: & audiat terra verba ex ore meo Expectetur, vt pluuia, eloquium meum: & descendant sicut ros, verba mea: tanquam imber super herbam, & tanquam β stilla super gramen: Quoniã nomen Domini vocaui. Date magnificentiam Deo nostro: Deus, veracia opera eius, & omnes viæ eius, iudicia. Deus fidelis: & non est γ iniustitia. Iustus, & sanctus Dominus. Peccauerunt δ non ei filii vituperabiles. Generatio praua, & D peruersa, hæc Domino redditis? ε sic populus stultus, & non sapiens? Nonne hic ipse pater tuus possedit te, & fecit te, & ζ creauit te? Mementote dierum sæculi: intelligite annos ζ generationum generationibus; interroga patrem tuũ, & annunciabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. Quando diuidebat altissimus gentes, quando disseminauit filios Adam; constituit terminos gentium secundum numerum η angelorũ Dei. Et factus est pars Domini, populus eius, Iacob; funiculus hæreditatis eius Israel. θ Necessaria tribuit ei in deserto, in ι siti æstus, in terra inaquosa: circunduxit eum, & erudiuit eũ, & custodiuit eũ, sicut pupillã oculi: sicut aquila tegat nidum suũ: & super pullos suos κ desiderauit, expandẽs E alas suas suscepit eos, & assumpsit eos super scapulas suas. Dominus solus duxit eos, non erat cũ eis Deus alienus. Ascendere fecit eos super λ fortitudinẽ terræ, cibauit eos fructibus agrorũ. Suxerũt mel de petra, & oleũ ex dura petra: butyrũ boũ, & lac ouiũ, cũ adipe agnorum, & arietum, filiorum μ taurorũ, & hircorũ cum adipe renum tritici: & sanguinem vuæ bibit vinum. Et comedit Iacob, & saturatus est, et recalcitrauit dilectus. Impinguatus est, incrassatus est, dilatatus est: et dereliquit Deum, qui fecit eum: et recessit a Deo salutare suo. Irritauerunt me in alienis: in abominationibus eorum exacerbauerunt me. Sacrificauerũt Dæmoniis, et nõ Deo, Diis quos nõ nouerãt. Noui, et recẽtes venerũt, quos

nõ nouerũt patres eorũ Deum, qui te genuit, dereliquisti: et oblitus es Dei nu- A
trientis te. Et vidit Deus, & zelauit: & exacerbatus est propter iram filiorũ suo-
rum, & filiarum; & dixit: Auertã faciem meam ab eis: & ostendam, quid erit eis
in nouissimis diebus: quoniam generatio peruersa est: filii quibus non est fides
in eis. Ipsi ad zelum prouocauerunt me in non Deo, exacerbauerunt me in ido-
lis suis: & ego prouocabo eos ad zelum in non gente: in gente stulta irritabo il-
los. Quoniam ignis accensus est ex furore meo: ardebit vsque ad infernũ deor
sum. Deuorabit terram, & genimina eius, comburet fundamenta montium.
Congregabo in eos mala: & sagittas meas compugnabo in eos. Liquescentes
fame, & comestione auium: & opisthothonus insanabilis. Dentes bestiarum B
immittam in eos, cum furore trahentium super terram. De foris sine liberis fa-
ciet eos gladius: & ex penetralibus pauor: Adolescens cum virgine, lactens cum
sene constante. Dixi, dispergam eos: & cessare faciã ex hominibus memoriale
eorum: Nisi propter iram inimicorum; vt non permaneant, vt non simul insur-
gant aduersarij. Ne dicant, manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc om
nia. Gens perdita consilium est: & non est in eis scientia. Non sapuerunt intel-
ligere: hæc suscipiant in sequens tempus. Quomodo persequetur vnus mille, &
duo fugabunt decem millia? Nisi, quod Deus vendidit eos, & Dominus tradi-
dit eos? Quoniam non sunt, sicut Deus noster, Dij eorum. Inimici autem no- C
stri amentes. Etenim ex vite Sodomorum vitis eorum, & palmes eorum ex
Gomorra. Vua eorum, vua fellis, botrus amaritudinis eis. Furor draconum vi-
nũ eorum, & furor aspidũ insanabilis. Nonne ecce hæc condita sunt apud me,
& signata sunt in thesauris meis? In die vltionis retribuam; cum labetur pes eo-
rũ. Quoniam prope est dies perditionis eis, & adsunt parata vobis. Quoniam
iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis consolabitur. Vidit enim
dissolutos eos, & deficientes in obductione, & remissos. Et dixit Do-
minus: Vbi sunt Dij eorum, in quibus fidebant in eis, quorum adipẽ sacrificio-
rum eorum comedebatis, & bibebatis vinum libaminum eorum? Exurgant, & D
auxilientur vobis: & fiant vobis protectores. Videte, videte, quia ego sum: &
non est Deus preter me. Ego occido, & viuere faciam: percutiã, & ego sanabo.
Et nõ est, qui eruat de manibus meis. Quoniam leuabo in cælum manuũ meam
& iurabo dexteram meam, & dicam: Viuo ego in seculum; quia exacuam, vt
fulgur, gladium meum, & arripiet iudicium manus mea: & reddam vindictam
inimicis, & ijs qui oderunt me, retribuam. Inebriabo sagittas meas a sanguine:
& gladius meus comedet carnes de sanguine occisorum, & captiuitate a capite
principum inimicorum. Lætamini cæli simul cum eo: & adorent eum omnes
angeli Dei. Lætamini gentes cum populo eius: & confortentur in eo omnes E
filii Dei. Quoniam sanguinem filiorum suorum vindicabit: & vlciscetur, & re
tribuet vltionem inimicis; & iis, qui oderunt, retribuet. Et expurgabit Domi-
nus terram populi sui. Et scripsit Moyses canticum hoc in die illa: & docuit il-
lud filios Israel. Et ingressus est Moyses: & locutus est omnia verba legis huius in
aures populi, ipse, & Iesus filius Naue. Et finẽ fecit Moyses loquẽs omni Israel.
Et dixit ad eos: Attendite corde ad omnia verba hæc, quæ ego testificor vobis
hodie: quæ mãdabitis filiis vestris custodire, & facere omnia verba legis huius.
Quoniã non verbũ uanum hoc vobis: quoniã hæc vita vestra: & propter verbũ
hoc

A hoc lõgæui eritis ſuper terrã, in quã vos trãſitis Iordanẽ illuc ad hæreditandũ. Et locutus eſt Dominus ad Moyſẽ in die iſta dicens: Aſcẽde in montẽ iſtũ Abarim montẽ iſtũ Habay, qui eſt in terra Moab cõtra faciẽ Hiericho: & vide terrã Chanaam, quam ego do filijs Iſrael: & morere in monte, in quem aſcendis illuc: & apponere ad populum tuum, quemadmodum mortuus eſt Aaron frater tuus in Or monte, & appoſitus eſt ad populum ſuum: quoniam increduli fuiſtis verbo meo in filijs Iſrael ſuper aquam contradictionis Cades in deſerto Sin: eo quod nõ ſanctificaſtis me in filiis Iſrael. E regione videbis terram: & illuc non ingredieris.

B

α Eccleſiæ.] *In alijs additur* ἰσραὴλ, Iſrael: *quod eſt in hebræo, & vulgata.* β Stilla.] *Sic ſolet verti hoc loco* νιφετός. *Sed ſolet ſignificare niuem confertim decidentem: & hoc modo accipitur in catena in hoc canticum verſa ab optimo Cardinali Caraffa.* γ Iniuſtitia.] *In alijs, & in catena illa ſequitur* ἐν αὐτῷ, in eo. δ Non ei filij vituperabiles.] *Ita S. Aug. q. 55. cui locutio hæc magnam attulit difficultatem. videtur autem poſſe ſic accipi, vt minime dicantur hi non peccare Deo, ſed non eſſe filij Deo, id eſt ipſius Dei. Aquila,* διέφθειραν αὐτῷ οὐχ υἱοὶ *(al.* οἱ υἱοὶ*)* αὐτοῦ. Corruperunt ſe ei non filij eius. *Symm.* διέφθειραν πρὸς αὐτὸν οὐχ υἱοὶ τὸ σύνολον, corruperunt ſe erga eum non filii omnino. ε Sic populus ſtultus.] *Accipiendũ eſt in caſu vocandi, ac ſi diceretur,* Siccine popule ſtulte? *ac reſpondet hebræo. In alijs libris & in catena eſt,* οὗτος λαός, iſte populus. ζ Creauit te] *Ita S. Aug. in locut. quod græce eſt* ἔπλασε *& ſolet verti,* plaſmauit, finxit, formauit. ζ Annos generationum generationibus.] ἔτη γενεῶν γενεαῖς. *Alij* ἔτη γενεὰς γενεῶν, annos, generationes generationum. *Catena* ἔτι γενεὰς γενεῶν, adhuc generationes generationum. *Compl.* ἔτη γενεᾶς γενεῶν, annos generationis generationum *Hebræus habet,* annos generationis, & generationis. η Angelorum Dei] *Ita Nouatianus in libro de Trinitate, qui ſub nomine Tertulliani circumferebatur, & Rufinus in expoſitione ſymboli, & S. Gregorius Papa in hom. 34. & S. Hieron. lib. 2. in Michæam. Huc etiam ſpectaſſe videtur. S. Chryſ. in epiſt. ad Coloſſ. hom.* 3. Hæc ſcribens. Principio ſecundum numerum gentium erant angeli; nunc autem non ſecundum numerum gentium, ſed ſecundum numerum fidelium. *Et de hac re afferũtur multa in catena ex epiſtola Seueri ad Ioannem Tribunum. Aquila, & Symmachus* κατὰ ἀριθμὸν υἱῶν ἰσραὴλ, ſecundum numerum filiorum Iſrael. *Catena etiam illa teſtatur ſic ceteros interpretes edidiſſe. Huius varietatis facit etiam mentionem Origenes hom. 28 in Numeros.* θ Neceſſaria tribuit ei.] αὐτάρκησεν αὐτόν. *Ita etiam Chaldæus. Aquila, & Theodotio* εὗρεν αὐτόν, inuenit eum, *quod habet vulgata.* ι Siti æſtus.] *Quaſi dicat,* ſiti æſtuoſa. *Aquila,* ἐν ἀτάκτῳ ἀοικήτῳ ἠφανισμένῃ, in inculta, inhabitabili horroris plena. κ Deſiderauit.] ἐπεπόθησε. *Ita etiam in catena: & ita habet ex lxx. ſanctus Hieronymus in cap. 23.* Euang. *ſancti Matthæi. Compl.* ἐπεπότασε, volauit, *& quod ſequitur,* διεὶς *ad marginem catenæ eſt* ἐκπετάσας, *quod eſt expreſsius.* λ Fortitudinem] *Aquila.* ἐπὶ τὸ ὕψωμα τῆς γῆς, Super celſitudinem terræ. μ Taurorum.] *vulgata, vt hebræus, habet Baſan.* ν Deorſum.] *In aliis codicibus, & in catena eſt* κατωτάτου, infimum. ξ Compugnabo.] συμπολεμήσω, *quaſi dicat,* confertim iaculabor. *Catena* συνταράξω, conturbabo. *In ceteris libris* συντελέσω, conſumam, *aut* complebo: *quomodo habet vulgata.* ο Comeſtione.] βρώσει, *quod ſcilicet comedantur ab auibus.* π Opiſthotonus.] *ſolet ſignificare rigidam contractionem ceruicis ad ſcapulas: quæ interpretatio affertur etiã in catena: ſed hic a quibuſdam vertitur* morſus. *Dictio hebræa ſignificat etiam excidium.* ρ Scientia.] *Aquila,* οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς φρόνησις. ὄφελον ἐσοφίσθησαν ἐπίστασθαι αὐτήν· συνετίσθησαν εἰς ἐσχάτην αὐτῶν. non eſt in eis prudentia. Vtinam meditarentur ſcire eã, intelligerẽt in nouiſſimo ſuo. *Schol.* εἰς ἐσχάτην, id eſt in nouiſsimis diebus ſuis: *quare nonnulli illud* εἰς τὸν ἐπιόντα χρόνον. *ſolent interpretari* in nouiſsimum tempus. σ Amentes.] *Vbi vulgata* iudices. τ Eis.] *Sic hebræus. In aliis eſt* αὐτῶν, eorum. υ Hæc.] *in multis libris additur* πάντα, omnia: *quod abeſt ab hebræo. Catena,* Symm. manifeſtius interpretatus edidit, μὴ οὐχὶ τοῦτο ἀπόκειται παρ' ἐμοί; nonne hoc repoſitum eſt apud me? φ vobis.] *Ita Collati codices. In hebræo eſt* eis. χ Conſolabitur.] *Sic S. Aug. in locut. & affert duas explanationes. Græce eſt* παρακληθήσεται, *& poſſet etiam verti,* reuocabit ſe: *quod conuenit cum hebræo: nec abhorret a vulgata, quæ habet* miſerebitur. *De hoc vocabulo dictum eſt etiam in Gen.* ψ Obductione.] *Catena* ἐπαγωγὴ eſt tempus vltionis. *Alii interpretantur captiuitatem. De hac dictione alibi dicetur.* ω Dexteram.] *S. Aug. in locut.* id eſt per dexteram meam. αα Angeli Dei.] *Ita S. Paulus ad heb. cap. 1. Iuſtinus Martyr in dialogo aduerſus Tryphonem, S. Hilarius in pſal. 67. S. Epiphanius archiepiſcopus Cypri in libro contra Ariomanitas, & catena. In aliis hoc loco eſt* υἱοὶ θεοῦ, filii Dei. *& paulo poſt, vbi noſtra* υἱοὶ θεοῦ, *ipſi,* ἄγγελοι θεοῦ, angeli Dei. *quæ varietas indicatur etiam in Scholiis & apud S. Aug. in locut. Ab hebræo, & a vulgata abeſt tota hæc pars: ſicut viciſsim a nonnullis græcis codicibus ea quæ ſequitur,* Lætamini gentes cum populo eius, & inualeſcant ei omnes filij Dei. *Et in hebræo quidem tantum eſt, vt in vulgata,* laudate gentes populum eius. *Quare in ſcholio ſcribitur pro* εὐφράνθητε *Aquilam dixiſſe* αἰνοποιήσατε, *licet in catena ſit* ἑνοποιήσατε vnum facite.

CAP XXXIII.

A

ET α hæc benedictio, qua benedixit Moyses homo Dei filios Israel, priusquam defungeretur. Et dixit: Dominus ex Sina venit: & alluxit ex Seir nobis; & festinauit ex monte Pharan cum β decem millibus Cades: a dextris eius angeli cũ eo, & pepercit populo suo: & omnes sanctificati sub manus tuas: & hi sub te sunt, Et accepit de verbis ipsius legem, quam mandauit nobis Moyses, hæreditatem γ congregationibus Iacob. Et erit in dilecto princeps, congregatis principibus populorum simul cum tribubus Israel. Viuat Ruben, & nõ moriatur; & δ sit multus in numero, Et hæc ipsi Iuda: Exaudi Domine vocẽ Iuda: & ad populum eius ε venias vtique. Manus ipsius dijudicabunt ei: & auxiliator B ex ζ inimicis eris. Et ipsi Leui dixit; Date Leui η manifestationes eius, & veritatẽ eius viro sancto: quem tentauerunt eum in tentatione: θ iurgati sunt in eũ super aquã cõtradictionis: qui dicit patri, & matri, non vidi te: & fratres suos non agnouit. & filios suos ι reprobauit: custodiuit eloquia tua: & testamentũ tuũ conseruauit: manifestabunt iustificationes tuas ipsi Iacob, & legem tuam Israel: imponent incensum in κ ira tua semper super altare tuum. Benedic Domine fortitudinem eius; & opera manuum eius suscipe. λ Frange lumbos inimicorum insurgentium in eum; & qui oderunt eum, non resurgant. Et ad Beniamin dixit: Dilectus a Domino habitabit fidens, Et Deus obumbrat super eũ omnibus diebus: C & inter humeros eius requieuit. Et ad Ioseph dixit: A benedictione Domini terra eius; μ a fructibus cæli, & rore, & ab abyssis fontium deorsum: & a fructibus ν secundum horam solis conuersionum, & a ξ conuenientibus mensibus a vertice montium ο principij, & a vertice collium æternorum, & ad horã terræ plenitudine, Et π accepta ei, qui visus est in rubo, veniant super caput Ioseph, & super verticem glorificatus in fratribus. Primogenitus tauri pulchritudo eius; cornua vnicornis cornua eius: in ipsis gentes ventilabit simul vsque ad extremum terræ. Hæ myriades Ephræm: & hæ Chiliades Manasse. Et ad Zabulon dixit: Lætare Zabulon in egressu tuo: & Issachar in tabernaculis ρ suis: gẽ D tes exterminabunt: & inuocabitis illic, & sacrificabitis ibi sacrificium iustitiæ: quoniam σ diuitiæ maris lactabunt te, & emporia maritimam habitantium. Et ad Gad dixit. Benedictus dilatans Gad, sicut Leo, requieuit, confringẽs brachium, & principẽ. Et vidit τ primitiam suam, quia ibi diuisa est terra principum collectorum simul cum ducibus populorum. Iustitiam Dominus fecit; & iudicium suum cum Israel. Et ad Dan dixit: Dan catulus Leonis: & prosiliet e Basan Et ad Nephthali dixit. Nephthali, υ satietas acceptabiliũ: & saturetur benedictione a Domino: mare, & Africum hæreditabit. Et ad Aser dixit: Benedictus a filijs Aser: & erit acceptus fratribus suis, Intinget in oleo pedem E suum. ferrum, & æs calceamentum eius erit: sicut dies tui, fortitudo tua. Non est, φ sicut Deus dilecti: qui ascendit super cælum, adiutor tuus, & magnificus firmamenti, Et χ teget te Dei principatus, & sub fortitudine brachiorum æternorum: & eijciet a facie tua inimicum, dicẽs, pereas. Et habitabit Israel fidens, solus ψ super terram Iacob, in frumento, & vino. Et cælum tibi ω caligans rore Beatus tu Israel. Quis similis tibi populus, qui saluaris a Domino? Scuto proteget adiutor tuus: & gladius, gloriatio tua. Et mentientur tibi inimici tui: & tu super ceruicem eorum conscendes.

A ᵃ Et hæc.] *Ita etiam S. Aug. q. 56. & conuenit cum hebræo. A complutensi abest illud,* Et, *sicut a vulgata.* ᵇ Cum decem millibus Cades.] σὺν μυριάσι κάδης. S. *Aug.* cum multis millibus Cades: *qui etiam notat dictionem hebræam cades significare sanctitudinem. Quare Aquila vertit* ἀπὸ μυριάδων ἁγιασμοῦ, ἀπὸ δεξιᾶς αὐτοῦ, à decem millibus sanctitatis, à dextera eius: *quę quidem phrasis hebręa significat*, cum multis millibus sanctorum. *& Theod. q. 44.* Cades, idest, Sanctis. Cades autē hic nō desertū dicit, sed nominis notionē: Cades enim hebraica uoce sanctū significat. ᵞ Congregationibus.] συναγωγαῖς. *Et hebræo conuenit dandi casus. In aliis codicibus est*, συναγωγῆς: *& apud S. Aug.* congregationis Iacob. ᵟ Et sit multus.] *In aliquot codicibus minus vetustis & in Compl. est*, καὶ συμεὼν ἔστω πολὺς ἐν ἀριθμῷ, Et Symeon sit multus in numero. *Apollinaris*, Accurata exemplaria non habent mentionem ipsius Symeon. *Ita neq. S. Ambr. in benedictionibus Patriarcharū c. 3 neq. Procopius Gazęus in cōm. in hūc librū habent. Theodoretus vero cū q. 44. multa attulisset, cur statim post Ruben benediceretur Iudas, & hunc locum eodem modo recitasset, atque habet in nostra, ac docuisset licuisse Moysi tamquam legislatori mutare maledictionem à patre datam in benedictionem (quod etiam est Diodori Tharsensis in hūc librum) in extremo quæstione proposita, cur Moyses non benedixerit Symeon; ita respondet*: Ruben habuit amorem erga fratrem occasionem benedictionis. Nam ob illum redemptus est à

B maledictione. Et Leui propter Moysem illū magnum assequutus est benedictionem. Nam quæ tribus soluebat aliis maledictiones; multo magis soluit suā. Symeon autem nullam habuit causam, cur benedictionē adipisceretur, &c. *vulgata habet &* sit paruus in numero. *hebræus*, & sint viri eius numerus: *quod chaldæus interpretatur*: & accipiant filii sui hæreditatem suam iuxta numerum eorum. ᵋ Venias vtique.] ἔλθοις ἄν. *Alius codex habet* εἰσέλθοις ἄν, ingrediaris vtique: *vt facile in alios potuerit irrepere* ἐλθεῖν, veniant, *aut*, εἰσελθεῖν, ingrediantur. *Theodoretus q. 44. habet* ἔλθοι, veniat. ᶻ Inimicis.] *In aliis, & apud Theodoretum est* ἐχθρῶν αὐτοῦ, inimicis eius.] ᶯ Manifestationes eius.] δήλους αὐτοῦ. *Theodoretus*. Pectori enim Sacerdotis erat impositum rationale: hoc autem habebat manifestationem, & veritatem, *& c. verum de ista dictione alibi. S. Ambr. in lib. de benedictionibus cap. 3.* Date Leui sortem suffragii eius, *vt videatur legisse* κλήρους. ᶿ Iurgati sunt in eum.] ἐλοιδόρησαν αὐτόν: *fieri autem potest, vt verbum sit accipiendum transitiue, quemadmodum inquiunt, pro* fecerunt eum iurgari, *nimirum cum Deo.* ᶥ Reprobauit.] ἀπέγνω. *alij* οὐκ ἔγνω non cognouit. ᵏ In ira tua.] *Sic vetusti codices, & Theodoretus: & respondet vulgatæ*, in furore tuo. *Compl. habet* ἐνώπιόν σου coram te. ᵝ Frange.] *aut*, prosterne, *græce enim in collatis codicibus, & apud Theo*

C *doretum est* κάταξον, *Compl.* πάταξον, percute, *vt vulgata: hebræam dictionem alij vertunt*, transfige. ᵘ Fructibus.] ἀπὸ ὡρῶν. *Dictio hebræa significat delicias & delicatos fructus. Vulgata* de pomis cæli. *S. Amb. eodem lib. cap. 11*: à finibus cæli: *ut uideatur legisse* ὅρων: *& in nonnullis quidem codicibus est* ὀρῶν. ᵛ Secundum horam.] *S. Ambr. fortasse non sine mendo*, & secundum horam factam solis cursus *græce est.* καθ' ὥραν γεννημάτων, *quod uidetur significare*, à fructibus tempestiuis, & delicatis, *quemadmodū & paulo post, quod ex S. Ambrosio diximus* ad horam *Theodoretus habet* γεννήματα, fructus. ᵡ Conuenientibus mensibus.] *Sic S. Ambrosius, quod græce est* καὶ ἀπὸ συνόδων, *(aut quemadmodum habet Theodoretus*, συνόδου) μηνῶν. *Sed propius accederet ad hebræum, & vulgatam, si interpretaremur*, a coitionibus lunarum. ᵒ Principij.] *Vulgata* antiquorum. *Sed vox hebręa significat etiam* orientis *S. Ambr.* ab initio. ᵖ Et accepta.] *S. Ambr.* Et ab eo, qui visus est in rubo, veniat super caput Ioseph benedictio, & super verticem ipsius: honorificus sit inter fratres. ᵨ Suis.] *Compl.* σου, tuis: *quod habet vulgata.* ᵟ Diuitiæ maris.] *Ita aliquot vetusti codices in quibus deinde pro*, ἐμπόρια, *est* ἐμπορία, negociatio. *Theodoretus*, καὶ πλοῦτον θαλάσσης θηλάσουσι καὶ ἐμπορίαν παραλίαν οἰκούντων, & diuitias maris sugent, & mercaturam habitantium iuxta mare. *Compl.* θηλάσεται καὶ ἐν εὐπορίᾳ, su-

D getis, & in abundantia, *& c.* ᵗ Primitiam suam.] ἀπαρχὴν αὐτοῦ, *quod posset etiam uerti* principium, *aut* principatum. *S. Ambr. cap. 8.* & vidit ab initio suo. ᵘ Satietas acceptabilium.] *S. Amb. cap. 10.* satietas accipientium: replebitur benedictione a Domino. *Theodoretus*. Symm. πλησμονὴ δεκτῶν, interpretatus est, πλησμονὴ εὐδοκίας, plenitudo beneplaciti. Quod eandem habet sententiam. Accepta enim sunt quæ bene placent. ᵠ Sicut Deus dilecti.] *S. Ambr. cap. 9.* Non quisquam, sicut est Deus tuus in cælo, adiutor tuus, & magnus Dominus firmamenti. ᵡ Et teget te.] *Schol*, alia exemplaria habent καὶ σκέπασις θεοῦ ἀρχῆς. Et tegmen Dei principij. *S. Ambr.* Et protegens Deus initij. ᵠ Super terram Iacob.] *Ita etiam S. Ambr. Aliqui codices, & Compl.* πηγὴ ἰακὼβ, fons Iacob. *Vulgata*, oculus Iacob in terra frumenti, *& c.* ᵚ Caligans rore.] *Sic vulgata. S. Ambr.* cum nebula roris erit.

CAP XXXIV.

E

ET ascendit Moyses ab Araboth Moab super montem Nabay in verticem Phasga, qui est super faciem Hierico. Et ostendit ei Dominus omnem terram Galaad vsque Dan, & omnem terram Nephthali, & omnem terram Ephræm, & Manasse, & omnem terram Iuda vsque ad mare vltimum, & desertum, & adiacētia Hierico, ciuitatem palmarum vsque Segor. Et dixit Dominus ad Moysem: Hæc est terra, quam iuraui ipsi Abraam, & Isaac, & Iacob, dicens: Semini vestro dabo eam. Et ostendi oculis tuis: & illuc non ingredieris. Et defun

ctus est Moyses famulus Domini in terra Moab per verbum Domini. Et sepelierunt eum * in Gai prope domum Phogor. Et non nouit quisquam sepulchrum eius vsque in diem hanc. Moyses autem erat centum & viginti annorum, cum defunctus est: non caligauerunt oculi eius, neque corrupta sunt labia eius. Et fleuerunt filij Israel Moysem in Araboth Moab super Iordanem contra Hiericho triginta diebus. Et consúmati sunt dies luctus fletus Moysi. Et Iesus filius Naue impletus est spiritu intellectus. Imposuit enim manus suas super eum. Et exaudierunt eum filij Israel: & fecerunt, sicut mandauerat Dominus Moysi. Et non surrexit vltra propheta in Israel, sicut Moyses, quem nouit Dominus eum, faciẽ ad faciem, in omnibus signis, & prodigijs: quem misit eum Dominus facere ea in terra Ægypto Pharaoni, & seruis eius, & vniuersæ terræ eius mirabilia magna, & manum validam, quæ fecit Moyses coram omni Israel.

A

B

a In Gai.] ἐν γαῖ, *quod significat* in valle. *In alijs libris est,* ἐν γῇ μωάβ, in terra Moab. *In hebræo est vtrumque,* in valle in terra Moab.

A

IESVS NAVE

CAP. I.

B

Et factum est post mortem ª Moysi, dixit Dominus Iesu filio Naue, ministro Moysis, dicens: Moyses seruus meus mortuus est. Nunc igitur exurgens transi Iordanem tu, & omnis populus iste in terram, quam ego do eis. Omnis locus, super quem ᵇ ascenderitis vestigio pedum vestrorum, vobis dabo eum; quemadmodum dixi Moysi. Desertum & Antilibanum vsque ad flumen magnum, flumen Euphratem, & vsque ad mare vltimum ab occasu solis erunt fines vestri. Non resistet homo ante faciem vestram omnibus diebus vitæ tuæ. Et sicut eram cum Moyse; ita ero & tecum: & non derelinquam te: neque despiciam te. Confortare,

C

& viriliter age. Tu enim distribues populo huic terram, quam iuraui patribus vestris dare eis. Confortare igitur, & viriliter age ad custodiendum, & faciendum, sicut mandauit tibi Moyses puer meus: & non declinabis ab eis in dextram, neque in sinistram; vt intelligas in omnibus, quæcunque feceris. Et non recedet liber legis huius ex ore tuo: & meditaberis in eo, die, ac nocte; vt ᵞ scias facere omnia, quæ scripta sunt. Tunc ᵈ prosperaberis: & ᵉ prosperabis vias tuas: & tunc intelliges. Ecce mandaui tibi. Cōfortare, & viriliter age: ne paueas, neque timeas: quoniam tecum Dominus Deus tuus ad omnia, quocunque ieris. Et mandauit Iesus scribis populi, dicens: Introite per medium castrorū populi:

D

& mandate populo, dicentes: Præparate cibaria: quoniam adhuc tres dies, & vos transitis Iordanem hunc, intrantes possidere terram, quā Dominus Deus patrum vestrorum dat vobis. Et ad Ruben, & Gad, & dimidium tribus Manasse, dixit Iesus: Mementote verbi, quod mandauit vobis Moyses puer Domini, dicens: Dominus Deus vester quiescere vos fecit: & dedit vobis terram hāc. Vxores vestræ, & paruuli vestri, & pecora vestra habitēt in terra, quam dedit vobis. Vos autem transibitis ᶠ bene accincti priores fratribus vestris, omnis fortis, & commilitabitis eis; quoadusque quiescere faciat Deus noster fratres vestros, sicut & vos: & hæreditēt etiam hi terram, quam Dominus Deus noster dat eis. Et

E

abibitis vnusquisque in hæreditatem suam, quam dedit vobis Moyses trans Iordanem ad ortum Solis. Et respondentes Iesu dixerunt: omnia, quæcumque mādaueris nobis, faciemus: & in omnem locum, quocunque miseris nos, ibimus. Iuxta omnia, in quibus audiuimus Moysem, audiemus te: tantummodo sit Dominus Deus noster tecum; quemadmodum fuit cum Moyse. Homo autē, quicunque incredulus fuerit tibi, & quicunque non audierit verba tua, secundum quod mandaueris ei; moriatur. Sed confortare, & viriliter age.

ª Moysi.]

α Moysi] *In aliis codicibus, & apud Theodoretum q. 1. sequitur* δούλου κυρίου, serui Domini: *quod etiam habet vulgata.* β Ascenderitis vestigio.] ἐπιβῆτε τῷ ἴχνει. *Ita etiam Theodoretus q. 2 & respondet hebræo Int. Orig. hom.* 2. ascenderitis vestigijs. *Compl.* ἐπιβῇ τὰ ἴχνη, ascenderint vestigia. γ Vt scias facere omnia, quæ scripta sunt.] *Ita etiam Comp. nisi quod addit* ἐν αὐτῷ, in eo. *Alij codices partim habent,* ἵνα συνῇς ἐν πᾶσι, οἷς ἐὰν πράξῃς, vt intelligas in omnibus, quæcunque feceris, *partim.* ἵνα συνῇς ἐν πᾶσιν, οἷς ἐὰν ποιῇς, ὅπως φυλάσσῃς ποιεῖν πάντα *S. Cyprianus epist. 74. ad Pompeium,* Sed meditaberis in eo die, ac nocte; vt obserues facere omnia, quæ scripta sunt in eo. *Lucifer Calar. lib. 1. pro S. Athanasio,* vt custodias facere. δ Prosperaberis &.] εὐοδωθήσῃ καὶ, *Absunt ista à Compl. vt a vulgata.* ε Prosperabis.] *Respondet hebræo. Aliqui codd. habent* εὐοδώσω. *& Lucifer ibidem,* tum dirigam vias tuas. ζ Bene accincti priores. εὔζωνοι πρότεροι, *S. Aug. in locut.* expeditiores fratribus vestris.

CAP. II.

ET misit Iesus filius Naue de Sattin duos [α] iuuenes ad explorandum, dicẽs: Ascendite, & videte terram, & Hierico. Et profecti [β] duo iuuenes intrauerunt in Hierico: & intrarunt in domum mulieris meretricis, cui nomẽ Raab: & quieuerunt ibi. Et annunciatum est regi Hierico, dicẽtes: Ingressi sunt huc viri de filijs Israel ad explorandam terram. Et misit rex Hierico, & dixit ad Raab dicens: Educ viros, qui ingressi sunt in domum tuam [γ] nocte: nam ad explorandam terram venerunt. Et sumens mulier ambos viros, occultauit eos. Et dixit illis; dicens: ingressi sunt ad me [δ] viri. Sed cum porta clauderetur in tenebris; & viri egressi sunt: nescio quo iuerint. Persequimini post eos [ε] si comprehendetis eos. Ipsa autem ascendere fecit eos in solarium: & occultauit eos in lini stipula constipata sibi super solarium. Et viri persequuti sunt post eos viam, quæ super Iordanem ad transitus: & porta clausa est: Et factum est, postquã exierunt persequentes post eos, & ipsi vero, priusquam ipsi dormirent; & ipsa vero ascendit ad eos in solariũ: & dixit ad eos: Scio, quia dedit vobis Dominus terrã. Incidit enim timor vestri super [ζ] nos. Audiuimus enim, quia exiccauit Dominus Deus rubrũ mare a facie vestra; quando egrediebamini de terra Ægypti: & quæcunque fecit duobus regibus Amorræorum, qui erant trans Iordanẽ, Seon, & Og: quos exterminastis eos. Et audientes nos, obstupuimus corde nostro: & non stetit vltra spiritus in vllo [η] nostrum a facie vestra. Quoniã Dominus Deus vester, Deus in cælo sursum, & super terram deorsum. Et nunc iurate mihi Dominum Deum; quoniam facio vobis misericordiam, & [θ] facite etiam vos misericordiam in domo patris mei; & viuificate domum patris mei, matrem meã & fratres meos, & vniuersam domum meam, & omnia, quæcunque sunt eis, & eximetis animam meam de morte. Et dixerunt ei viri: anima nostra pro vobis in mortẽ. Et ipsa dixit: Postquã tradiderit Dominus vobis ciuitatẽ; facietis in me misericordiam, & veritatem. Et demisit eos per [ι] fenestram: & dixit eis: In montanam abite: ne occurant vobis persequentes: & latitabitis ibi tres dies; quoadusque reuerterint, qui persequuntur post vos: & postea abibitis in viã vestram. Et dixerunt ad eam viri. Innoxij sumus a iuramẽto tuo hoc. Ecce nos intramus in partem ciuitatis: & pones signum, funiculum coccineum hunc ligabis ad fenestrã, per quã demisisti nos per eã. Patrem vero tuum, & matrem tuã, & fratres tuos, & omnẽ domum patris tui cõgregabis ad teipsam in domũ tuã. Et erit, omnis, quicunque exierit portam domus tuæ foras; reus sibi ipsi erit: nos autem innoxij a iuramento tuo hoc. Et quicumque fuerint tecum in domo tua; nos rei [κ] erimus. Si quis autem nobis nocuerit, vel etiam reuelauerit verba

A ba nostra hæc, erimus innoxij a iuramento tuo hoc. Et dixit eis: Iuxta vestrum verbum sit. Et emisit eos: & λ iuerunt: & venerũt in montanam: & permanserũt ibi tres dies. Et exquisierunt ij, qui persequebantur, omnes vias: & non inuenerunt. Et reuerterunt ambo iuuenes: & descenderunt de monte: & transierunt ad Iesum filium Naue: & narrauerunt ei omnia, quæ sibi acciderant. Et dixerunt ad Iesum, quia tradidit Dominus omnem terram in manu nostra: & consternatus est omnis habitans terram illam a nobis.

α Iuuenes.] *Compl.* ἄνδρας, viros, *quemadmodum vulgata.* β Duo iuuenes.] *Et hæc absunt à Compl. vt a vulgata.* γ Nocte.] *abest hoc a vulgata, vt ab hebræo.* δ Viri.] *In Compl. additur*, καὶ οὐκ οἶδα, πόθεν ἦσαν, *quod vulgata*, sed nesciebam, vnde essent. ε Si.] *In Compl.* καὶ, &. ζ Super nos.] *In Compl. sequitur*, καὶ κατέπτηχασιν πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν ἀφ' ὑμῶν: & elanguerunt omnes inhabitantes terram a vobis: *quod respondet hebræo.* η Nostrum.] *abest ab aliis, & a Theodoreti manuscriptis codicibus istud* ἡμῶν. θ Facite.] καὶ ποιήσατε. *Compl.* καὶ ποιήσετε, & facietis. ι Fenestram,] *In Compl. sequitur*, ὅτι ὁ οἶκος αὐτῆς ἐν τῷ τείχει, καὶ ἐν τῷ τείχει αὐτὴ κατῴκει: *quod in vulgata est*, quoniam domus illius in muro, & in muro ipsa habitabat. κ Erimus] *In Compl. sequitur*, ἐὰν χεὶρ ἅψηται αὐτοῦ, si manus tetigerit illum, *quod respondet hebræo.* λ Et iuerunt.] *In ceteris fere omnibus codicibus hæc sequuntur*, καὶ ἔδησε τὸ σημεῖον τὸ κόκκινον ἐν τῇ θυρίδι καὶ ἐπορεύθησαν: & ligauit signum coccineum in fenestra. Et iuerunt.

B

CAP. III.

C ET diluculo surrexit Iesus mane, & promouit de Sattin. Et venerunt vsque ad Iordanem: & diuerterunt ibi, priusquam transirent. Et factũ est, post tres dies transierunt scribæ per castra: et mandauerunt populo, dicentes: Cum videritis arcam testamenti Domini Dei α nostri, & sacerdotes vestros, & leuitas tollentes eam; proficiscemini de locis vestris, & ibitis post eam; sed longum interuallum sit inter vos, & illam; quantum duo millia cubitorum, stabitis, ne propinquetis ei; vt sciatis viam, quam β ibitis eam. Non enim iuistis viã ab hesterna, & nudiustertiana die. Et dixit Iesus populo: Purificamini in crastinum: quoniam cras faciet Dominus in vobis mirabilia. Et dixit Iesus sacerdotibus. Tollite arcam testamenti Domini: & præcedite populum. Et leuauerunt

D sacerdotes arcam testamenti Domini, & ibant ante populum. Et dixit Dominus ad Iesum: In die hac incipio exaltare te in conspectu omnium filiorũ Israel vt cognoscant, quia sicut erã cum Moyse; ita ero & tecum. Et nunc manda sacerdotibus, qui leuant arcam testamenti, dicens: Cum intraueritis super partẽ aquæ Iordanis; & in Iordane stabitis. Et dixit Iesus filijs Israel: Accedite huc, & audite verbũ Domini Dei nostri. In hoc cognoscetis, quia Deus viuẽs in vobis, & exterminans exterminabit a facie nostra Chananæũ, & Chettæũ, & Pherezæũ, & Euæum, & Amorræum, & Gergesæum, & Iebusæum. Ecce arca testamẽti Domini vniuersæ terræ transit Iordanem. Assumite vobis duodecim viros ex filijs

E Israel, vnum ex vnaquaque tribu. Et erit, cum quieuerint pedes sacerdotum leuantium arcam testamenti Domini vniuersæ terræ in aqua Iordanis; aqua Iordanis deficiet: aqua autem descendens γ stabit. Et promouit populus e tabernaculis suis, ad transeundum Iordanem. Sacerdotes autem leuauerunt arcã testamenti Domini priores populo. Dum autem ingrediebantur sacerdotes leuantes arcam testamenti in Iordanem; & pedes sacerdotum leuantium arcam testamenti Domini tincti sunt in parte aquæ Iordanis: Iordanes autem plenus erat per totam crepidinem suam, sicut δ dies messis tritici. Et steterunt aquæ descendentes desuper: stetit ε cõcretio vna recedẽs longe valde ζ vehementer

vsque

vsque ad partem cariathiarim. Quæ autem descendebat; descendit in mare Araba, mare salis; donec in finem defecit. Et populus stetit contra Hiericho. Et steterunt sacerdotes leuantes arcam testamenti Domini super aridã in medio Iordanis. Et omnes filij Israel transibãt per aridam, donec consummauit omnis populus transiens Iordanem. A

α Nostri.] *In aliquot codicibus, & apud S. Aug. q. 3. est* ὑμῶν, vestri. *quæ varietas & in hoc ipso capite, & alibi sæpe notari potest.* β Quam ibitis eam.] *Ita S. Aug. in locut. quamuis q. 3. habeat* in eam. *In Com. est,* ἐν ᾗ πορεύεσθε ἐν αὐτῇ, qua itis in ea. γ Stabit.] *In Compl. sequitur* ἄνωθεν ὡς σωρός· καὶ ἐγένετο ὡς ἀπῆρεν, desuper tanquam cumulus. Et factum est, vt promouit. *Atque ista quidem,* καὶ ἐγένετο ὡς, *sunt etiam in alijs codicibus.* δ Sicut dies] *Compl.* ὡς ἐν ἡμέραις, *& S. Aug. q. 3.* sicut in diebus. ε Concretio.] *Theodoretus* Istud quidem πῆγμα. Symm. interpretatus est ἄσκωμα, tumorem in modum vtris inflati. Cohibitus enim aquarum fluxus, instar vtris tumescebat, & in fastigium attollebatur. ζ Valde vehementer.] *In aliis est,* σφόδρα σφόδρα ἀπὸ ἀδαμί. *In Compl. autem* σφόδρα σφοδρῶς ἀπὸ ἀδαμὶ τῆς πόλεως, valde vehementer ab Adami vrbe: *quod respondet hebræo.* B

CAP. IV.

ET postquam consũmauit omnis populus transiens Iordanem & dixit Dominus Iesu, dicens: Assumẽs viros de populo, vnum ex vnaquaque tribu, præcipe α eis: Et tollite de medio β Iordanis paratos duodecim lapides & hos transferentes simul γ vobiscum ipsis, ponite eos in castris vestris, vbicũque castrametati fueritis ibi nocte. Et reuocans Iesus duodecim viros de honoratis ex filijs Israel, vnum ex vnaquaque tribu, dixit eis: Accedite δ coram me ante faciem Domini in medium Iordanis. Et auferens inde vnusquisque lapidem, tollat super humeros suos secundum numerum duodecim tribuum Israel: vt sint vobis hi in signum ε positum semper. Vt quando interrogauerit te filius tuus cras dicens. Quid sunt lapides hi nobis? Et tu manifestabis filio tuo dicens: quoniam defecit Iordanis fluuius a facie arcæ testamenti Domini vniuersæ terræ; dum transibat eũ. Et erunt vobis lapides isti memoriale filijs Israel vsque in æternum. Et fecerunt filij Israel, secundum quod mandauit Dominus Iesu. Et assumentes duodecim lapides de medio Iordanis, sicut præcepit Dominus Iesu in consũmatione transitus filiorum Israel; & portauerunt vna secum in castra: & deposuerunt ibi. Statuit autem Iesus & alios duodecim lapides in ipso Iordane in loco, qui fuit sub pedibus sacerdotum leuantium arcam testamenti Domini. Et sunt ibi vsque in hodiernam diẽ. Steterunt autem sacerdotes, qui leuabant arcam testamẽti in Iordane: quoadusq. cõsũmauit Iesus ζ omnia; quæ mãdauit Dominus annunciare populo. Et festinauit populus & transierunt. Et factum est, postquam consũmauit omnis populus transire; & transiuit arca testamenti Domini; & lapides ante eos. Et transierunt filij Ruben, & filij Gad, & dimidij de tribu Manasse parati ante filios Israel; sicut mandauerat eis Moyses: quadraginta mille bene accincti in pugnam transierunt coram Domino in bellũ ad Hierico ciuitatẽ. In illa die auxit Dominus Iesum coram vniuerso genere Israel: & timebant eum, sicut Moysem, quanto tempore vixit. Et dixit Dominus ad Iesum dicens: Manda sacerdotibus portantibus arcam η testamenti testimonij Domini ascendere e Iordane. Et mandauit Iesus sacerdotibus, dicens: Ascendite e Iordane. Et factum est, postquam ascenderunt sacerdotes leuantes arcam testamenti Domini e Iordane, & posuerunt pedes super terram; & fluxit C D E

aqua

aqua Iordanis ad regionem: & ibat, ſicut heri, & nudius tertius per totam crepidinem. Et populus aſcendit e Iordane decima menſis primi. Et caſtrametati sũt filii Iſrael in Galgalis ad partem, quæ eſt ad ortum ſolis a Hiericho. Et duodecim lapides iſtos, quos ſumpſit ex Iordane, ſtatuit Ieſus in Galgalis, dicẽs: Quãdo interrogãt vos filii veſtri dicẽtes, quid ſunt lapides hi? annũciate filiis Iſrael, quia ſuper aridam tranſiit Iſrael Iordanem hunc, exiccante Domino Deo noſtro aquam Iordanis ante eos, quoaduſque tranſierũt: ſicut fecit Dominus Deus noſter rubrum mare: quod exiccauit Dominus Deus noſter ante nos; quoaduſq. præteriuimus: Vt cognoſcant omnes gentes terræ; quia virtus Domini fortis eſt; & vt vos reuereamini Dominum Deum noſtrum in omni θ opere.

α Eis.] *In aliis additur*, λέγων, dicens, *vt in hebræo.* β Iordanis.] *In Compl. ſequitur* ἀπὸ στάσεως ποδῶν τῶν ἱερέων, è ſtatione pedum Sacerdotum, *quæ reſpondẽt hebræo, & vulgatæ.* γ vobiſcum ipſis.] ὑμῖν αὐτοῖς *ſic legendum, non* καὶ αὐτοῖς, *quemadmodum habet* Compl. δ Coram me.] ἔμπροσθέν μου. *Abſunt hæc a Com. vulgata habet*, Ite ante arcam Domini Dei veſtri. ε Poſitum.] *In Compl. eſt* κείμενοι, poſiti. ζ Omnia.] *In Com. additur* τὰ ῥήματα verba, *quod reſpondet hebræo.* η Teſtamenti teſtimonij] *Sic etiam Com. & notat iſtam locutionem S. Aug. q. 5. Sed hebræus habet tantum* teſtimonij. *vulgata* fœderis. θ Opere.] ἔργῳ. *Sic etiam habet alius liber. In ceteris eſt* χρόνῳ, tempore, *ut uulgata.*

CAP. V.

ET factum eſt, vt audierunt reges Amorræorum, qui erant trans Iordanem & α reges Phœniciæ, qui iuxta mare, quia exiccauit Dominus Deus Iordanem fluuium ante filios Iſrael, dum ipſi tranſirent; & liquefactæ ſunt eorum mentes, & conſternati ſunt: & non erat in eis prudentia vlla a facie filiorum Iſrael. Sub hoc autem tẽpus dixit Dominus Ieſu: Fac tibi ipſi cultros β petrinos de petra acuta: & ſedens circuncide filios Iſrael ſecundo. Et fecit γ Ieſus cultros petrinos acutos: & circumcidit filios Iſrael in loco, qui vocatur collis præputiorum. δ Hoc autẽ modo circumpurgauit Ieſus filios Iſrael. Quicunq. aliquando nati fuerant in via, & quicunque aliquando incircuncíſi erant eorum, qui exierant ex Ægypto: omnes iſtos circuncidit Ieſus. Quadraginta enim ε & duobus annis conuerſatus eſt Iſrael in deſerto ζ Mabdaritide. Ideo η incircuncíſi erãt illorum plurimi, pugnatorum, qui exierunt de terra Aegypti, qui inobediẽtes fuerant mandatis Dei: quibus & θ definierat, ne viderent illi terram, quam iurauerat Dominus patribus eorum ι dare terram fluentem lac, & mel. Pro his autem ſubſtituit filios eorũ; quos circumcidit κ Ieſus, eo quod nati fuiſſent in itinere, incircuncíſi. Circuncíſi autem quietem habuerunt illic ſedentes in caſtris donec ſanati ſunt. Et dixit Dominus ad Ieſum filium Naue: In hodierna die abſtuli opprobrium Ægypti a vobis. Et vocauit nomen loci illius λ Galgala. Et fecerunt filii Iſrael paſcha quartadecima die menſis a veſpera ſuper μ occaſum Hierico ν trans Iordanem in campo. Et comederunt de frumento terræ azyma, & noua. In hac die defecit Manna; poſtquam ipſi manducauerunt de frumẽto terræ: & non vltra affuit filiis Iſrael Manna. Et comederunt de fructu regionis Phænicum ξ in anno illo. Et factum eſt, cum eſſet Ieſus in ο Hiericho, & reſpiciens oculis vidit hominem ſtantem contra ſe, & gladius euaginatus in manu eius. Et accedẽs Ieſus dixit ei: Noſter es, an aduerſariorum? At ille dixit ei: Ego ſum princeps militiæ virtutis Domini: nunc adueni. Et Ieſus cecidit in faciem ſuper

ſuper α terrã,& dixit ei: Domine, quid præcipis tuo famulo? Et ait princeps mi litiæ Domini ad Ieſum: Solue calceamentũ de pedibus tuis: locus enim in quo nunc ſtas ſuper eum, ρ ſanctus eſt. A

α Reges.] *Compl.* πάντες οἱ βασιλεῖς, cuncti reges, *vt vulgata.* β Petrinos de petra acuta.] *Ita etiam codices Theodoreti manuſcripti. Nam in impreſsis multa deſunt.* A *Compl. abeſt illud* ἐκ πέτρας ἀκροτόμου. *S. Aug. q.6.* Fac tibi ipſi cultros de petra acutos, vel, ſicut habet græcus, de petra acuta. *S. Cypr. l.1. teſt.* Fac tibi cultellos petrinos nimis acutos: & aſſidẽs circumcide ſecundo filios Iſrael. *Illud autem* ἐκ δευτέρου, *Theodoretus in manuſcriptis exemplaribus interpretatur* pro eo, ac ſi diceret ex ſecunda hac legis latione. *In hebræo eadem dictio ſignificare poteſt petram & acutum.* γ Et fecit.] *In alijs additur* ἑαυτῷ, *& S. Aug.* ſibi ipſe. δ Hoc autem modo.] *Ita fere S. Aug. ibidem: Compl. autem longe aliter: Et in græcis commentarijs inſertum eſt hoc Scholion ex Theodoreto.* In alia editione vſque ad illud, Quadraginta enim & duobus annis non hoc modo propoſitus locus habet, ſed potius iſto. καὶ ὃν ὁ λαὸς (*Compl.* λόγος,) ὃν περιέτεμεν ἰησοῦς. πᾶς ὁ λαὸς ὁ πορευόμενος (*Compl.* οἱ ἐκπορευόμενοι) ἐξ αἰγύπτου. τὸ ἀρσενικὸν πάντες ἄνδρες πολέμου, οἱ ἀπέθανον ἐν τῇ ὁδῷ (*Compl.* ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν τῇ ὁδῷ) ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ γῆς αἰγύπτου, ὅτι περιτετμημένοι ἦσαν (*additur in Compl.* πᾶς ὁ λαὸς ὁ ἐξελθὼν) καὶ πᾶς ὁ λαὸς οἱ γεννηθέντες ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν τῇ ὁδῷ ἐξελθόντων αὐτῶν ἐκ γῆς αἰγύπτου οὐ περιετμήθησαν. Et hic populus quem (*Compl.* & hoc verbum, quo) circuncidit Ieſus. Omnis populus pergens (*Compl.* egredientes) ex Aegyto maſculinũ, omnes viri belli, qui mortui sũt in via (*Com.* in deſerto, in via) egreſsis ipſis è terra Ægypti, quoniã circũciſi erãt (*additur in Com.* omnis populus egreſſus.) Et omnis populus, qui nati fuerãt in deſerto in via, egreſsis ipſis e terra Aegypti, non erant circunciſi. Deinde τεσσαράκοντα ἔτη, quadraginta annis, & quæ ſequuntur. *Quæ quidem & præſertim Complutenſia valde reſpondent hebræo.* ε Et duobus.] *Hoc abeſt a Compl. vt a vulgata. Sed non a S. Aug. Exodi etiam 16. ponuntur anni.* 40. ζ In deſerto Mabdaritide.] *Alii codices* μαδμαρείτιδι, *aut* μαγδαρίτιδι, Madmaritide, *aut* Magdaritide. *S. Aug.* Mabdarich. *Abeſt autem a Compl. & fieri poteſt, vt ſint duæ eiuſdem vocis interpretationes, & vna retinuerit nomen ipſum hebræum, quod ſignificat deſertũ, inflexũ ad formã græcã.* η Ideo incircunciſi erant.] *Explicat hunc locum S. Aug.* Et *Int. Orig. ad initium homiliæ ſextæ,* qui non obedientes fuerunt mandatis Domini; incircunciſi dicuntur. *Vulgata habet,* donec conſumerentur, qui non audierunt vocem Domini. θ Definient.] *In aliis ſequitur* κύριος αὐτοῖς, *& S. Aug.* Dominus eis. ι Dare.] *In aliis additur* ὑμῖν vobis, *aut* ἡμῖν, nobis, *quod habet hebræus S. Aug.* dare illis. κ Ieſus.] *In aliis ſequitur,* ὅτι ἀπερίτμητοι ἦσαν, quoniã præputiati erant. *Sed non apud S. Aug.* λ Galgala.] *Theodoretus q.3.* quod nomen libertatem ſignificat. *Ceterum in aliis libris, adiungitur* ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. καὶ παρενέβαλον οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ ἐν γαλγάλοις, vſque in diem hanc. Et caſtrametati ſunt filii Iſrael in Galgalis. μ Occaſum.] *Rurſus eſt dictio illa, quæ, vt diximus, poteſt ſignificare loca demiſſa, & campeſtria.* ν Trans Iordanem.] *Abeſt hoc ab aliis. Ab hebræo autem* & *hoc, & quod ſequitur,* in cãpo. ξ Phoenicum.] *Interpres Orig.* palmarum. ο In Hiericho.] S. *Aug. in locut.* In Hiericho dictum eſt, in terra, quæ pertineret ad Hiericho. π Terram.] *In aliis libris hæc ſequuntur* καὶ προσεκύνησεν, *& in quibuſdam additur* αὐτῷ, & adorauit eum: *quæ tamen neque a* Iuſtino *Martyre in dialogo adu. Tryphonem, neque a S. Cypriano lib. 2. teſt. hunc locum afferentibus referuntur. S. Aug. etiam q.7. hæc tantum habet,* & proſtratus in terram dixit. *Interpres vero Orig.* Et cum hoc audiſſet Ieſus, adorauit, & dixit. ρ Sanctus eſt.] *Ita etiam vulgata. Theodoretus q.5.* τόπος ἅγιός ἐστι, locus ſanctus eſt. I*uſtinus.* γῆ ἁγία ἐστι, *& S. Cyprianus ibidem,* terra ſancta eſt, *itemque Int. Origenis.* B C D

CAP. VI.

ET Hierico clauſa, ac α munita: & nemo prodibat ex illa, neque introibat. Et dixit Dominus ad Ieſum. Ecce ego trado tibi ſubiugatam Hierico, & regem eius, qui eſt in ea, potentes, β qui ſunt in fortitudine: Tu γ autem admoue ei bellatores in circuitu. Et erit, poſtquam cecineritis tuba; conclamet omnis populus ſimul. Et conclamantibus eis cadent ſponte mœnia ciuitatis, & introibit omnis populus impetum faciens vnuſquiſque ſecundum faciẽ in ciuitatem. Et intrauit Ieſus filius Naue ad ſacerdotes: & dixit illis, dicens: Annunciate populo circuire, & circundare ciuitatem: & bellatores prætergrediãtur armati ante Dominum. Et ſeptem ſacerdotes habentes ſeptem tubas ſacras prætergrediãtur ſimiliter ante Dominũ: & ſignificent δ conſonanter. Et arca teſtamenti Domini inſequatur. Bellatores autem prætergrediantur in anteriori parte. Et ſacerdotes claudentes agmen poſt arcam teſtamenti Domini clangentes. Populo autem mandauit Ieſus dicens: Ne clametis, neque audiat vllus vocẽ veſtram; quoadvſque diem annunciet ipſe acclamãdi: & tunc acclamabitis. E

Et

A Et circumiens arca testamenti Dei, statim abiit in castra: & dormiuit ibi. Et die secunda surrexit Iesus mane: & leuauerunt sacerdotes arcam testamenti Domini: & septem sacerdotes portantes septem tubas præcedebant ante Dominum: & post hæc ingrediebantur bellatores, & reliqua turba post arcam testamenti Domini. Et sacerdotes clanxerunt tubis: & reliqua turba omnis circuiuit ciuitatem sexies de propinquo. Et abiit rursus in castra. Sic faciebat per sex dies. Et die septima surrexerunt diluculo: & circumierunt ciuitatem in die illa septies Et factum est, circuitu septimo clanxerunt sacerdotes. Et dixit Iesus filiis Israel: Vociferamini: Tradidit enim vobis Dominus ciuitatem. Et erit ciuitas anathe-

B ma, ipsa, & omnia, quæcunque sunt in ea, Domino Sabaoth. Tantum Raab meretricem incolumē seruate eam, & omnia quæcunque sunt in domo eius. Sed vos obseruate valde ab anathemate, ne forte in animum inducentes vos ipsis sumatis de anathemate, & faciatis castra filiorum Israel anathema, & exteratis nos Et omne argentum, vel aurum, ε vel æs vel ferrum, sanctum erit Domino: in thesaurum Domini inferetur. Et clanxerunt tubis sacerdotes. Vt vero audiuit populus tubas; ζ iubilauit vniuersus populus simul iubilatione magna, & forti. Et cecidit vniuersus murus in circuitu. Et ascendit vniuersus populus in ciuitatem. Et anathemauit eā Iesus, & quæcunq. erant in ciuitate ab homine & vsq.

C ad mulierem, a iuuene, & vsq. ad senem, & vsque ad vitulum, & subiugale in ore gladii. Et ambobus iuuenibus, qui explorauerant, dixit Iesus: Introite in domū mulieris: & educite eam inde, & quæcunque sunt ei. Et intrauerunt ambo iuuenes, qui explorauerant ciuitatem, in domum mulieris & eduxerunt Raab meretricē, & patrē eius, & matrē eius, & fratres eius, & cognationem eius, & omnia quæcunque erant ei: & collocarunt eam extra castra Israel. Et ciuitas incensa est in incēdio cum omnibus, quæ in ea. Tantummodo argentum, & aurum, & æs, & ferrum dederunt in Thesaurum Domini inferri. Et Raab meretricē, & vniuersam domum eius paternam viuificauit Iesus. Et habitauit in Israel vsque in

D hodiernam diem: eo quod occultauit exploratores, quos miserat Iesus ad explorandam Hiericho. Et iurauit Iesus in die illa ante Dominum, dicens: Maledictus homo, qui η ædificabit ciuitatem hāc. In primogenito suo fundabit eam, & in minimo suo collocabit portas eius. θ Et ita fecit Hozan, qui ex Bæthel. In Abiron primogenito fundauit eā: & in saluato nouissimo imposuit portas eius. Et fuit Dominus cum Iesu: & fuit nomen eius per omnem terram.

α Munita.] *In Compl. additur* ἀπὸ τοῦ προσώπου υἱῶν ἰσραήλ, à facie filiorum Israel *: quod respondet hebræo.* β Qui sunt in fortitudine.] ὄντας ἐν ἰσχύϊ. *Ab aliis abest illud*, ὄντας, *à Compl. vero etiam illud* ἐν. *Et S. Aug. in locut.* potentes fortitudine. γ Tu autem admoue.] *In hoc capite tot, ac tam insignes varietates, cum in verbis, tum in verborum ordine, & numero sunt, vt præstet ipsos adire codices, præsertim Complutensem, atque*

E *inter se conferre.* δ Consonanter.] εὐτόνως, *hoc sensu videtur accipi ab Origene, & posset etiam verti,* vehementi, & contenta voce. *Alii interpretantur* assidue; *quasi scriptum sit* ἐκτενῶς. ε Vel æs.] *Ita etiam Cyrillus. Alii libri,* καὶ πᾶς χαλκὸς, & omne æs. ζ Iubilauit.] *Sic interpreti Origenis magis placet verti,* ἠλάλαξε, *& sic etiam solet in psalmis: vt ibi dicetur.* η Qui ædificabit.] *Ita etiam* Theodoretus *q.* 8. *S. Aug. q.* 19. qui resuscitabit, & ædificabit: *atque alii codices,* ὃς ἀναστήσει, καὶ (*Compl.* ἢ) οἰκοδομήσει. *quod respondet hebræo.* θ Et ita fecit.] *Hæc vsque ad illud*, Et fuit, *absunt a* Compl. *vt à vulgata. Theodoretus etiam non videtur illa agnoscere. Nam cum hanc maledictionem explicasset, addit eius in historia regnorum mentionem fieri, (nimirum 3. reg. 16.) quasi hic ista non commemorentur. Habet tamen* S. *Aug. q.* 19. *& putat à lxx. esse interposita, qui factum esse nouerant.*

A

CAP. VII.

ET deliquerunt filij Israel delictum * magnum: & vsurpauerunt de anathemate. Et sumpsit Achar filius Charmi filii Zambri filii Zara ex tribu Iuda de anathemate. Et indignatus est Dominus ira filiis Israel. Et misit Iesus viros in Gai, quæ est β contra Bethel, dicens: Explorate Gai. Et ascenderunt viri, & explorauerunt Gai: & reuerterunt ad Iesum, & dixerunt ad eũ. Non ascẽdat omnis populus: sed quasi bis mille, aut ter mille viri ascendant, & expugnẽt ciuitatẽ. Ne adduxeris illuc populũ vniuersum. Pauci enim sunt. Et ascẽderũt circiter ter mille viri: & fugerunt a facie virorũ Gai. Et interfecerunt de eis viri Gai ad triginta sex viros: & persequuti sunt eos a porta, γ & contriuerũt eos a decliui. Et expauit cor populi: & factum est, vt aqua. Et discidit Iesus vestimenta sua. Et cecidit Iesus super terram in faciem δ ante Dominum vsque ad vesperam, ipse, & seniores Israel: & iniecerunt puluerem super capita sua. Et ait Iesus: Precor ε Domine: vt quid ς transierit puer tuus populum hunc Iordanẽ ad tradendum eum Amorræo, ad perdendum nos? Et * vtinam mansissemus; atque habitassemus apud θ Iordanem. Et quid dicam, quia uertit Israel ceruicem coram inimico suo? Et audiens Chananæus, & omnes inhabitantes terram vndique circundabunt nos, & exterent nos de terra. Et quid facies nomen tuum magnum? Et dixit Dominus ad Iesum: Surge: Vt quid hoc tu cecidisti in faciem tuam? Peccauit populus, & transgressus est testamentum, quod disposui ad eos: ι furati de anathemate iniecerunt in vasa sua: & non poterũt filii Israel subsistere ad faciem inimicorum suorum: ceruicem vertent coram inimicis suis, quia facti sunt anathema. Non adiiciam vltra esse vobiscum; nisi abstuleritis anathema ex vobis ipsis. Surgens sanctifica populum: & dic, vt sanctificentur in crastinum: * Hæc dicit Dominus Deus Israel. Anathema est in vobis. Non poteritis resistere coram inimicis vestris; quoadusque abstuleritis anathema ex vobis. Et congregabimini omnes mane per λ tribus: & erit tribus, quã ostenderit Dominus. Applicabitis per populos: & populum, quem ostenderit Dominus, applicabitis per domum: & domum, quam ostenderit Dominus, applicabitis per virum. Et quicunque deprehensus fuerit; comburetur in igni: & omnia, quæcũque sunt ei: quoniam transgressus est testamentum Domini, & fecit iniquitatem in Israel. Et diluculo surrexit Iesus: & applicuit populum per tribus: & deprehensa est tribus Iuda. Et applicata est per populos: & deprehensa est populus Zarai. Et μ applicatus est per virũ: & deprehẽsus est Achar filius Zãbri filii Zara. Et dixit Iesus ad ν Achar: Da gloriã hodie Domino Deo Israel, & da confessionem: & annuncia mihi, quid fecisti: & ne abscondas a me. Et respõdit Achar Iesu, & dixit: Vere peccaui coram Domino Deo Israel. Sic, & sic feci. Vidi in præda ξ vestem variam, & ducentas didrachmas argẽti, & linguam vnã auream quinquaginta didrachmarum: & ο animo commotus illa cepi. Et ecce ipsa ascõdita sunt in tabernaculo meo: & argentũ occultatũ est sub eis. Et misit Iesus nũcios: & cucurrerũt ad tabernaculũ in castra: & hæc erãt abscõdita in tabernaculo eius, & argentũ sub eis. Et exportauerũt ea de tabernaculo: & attulerunt ad Iesũ & seniores Israel. Et posuerũt ea ante Dominũ. Et cepit Iesus Achar filiũ

Zara.

B C D E

A Zara ^π^ & duxit eum in vallem Achor, & filios eius, & filias eius, & vitulos eius, & subiugalia eius, & omnes oues eius, & tabernacula eius, & omnia, quæ erant eius. Et omnis ^ρ^ populus cum eo, & adduxit eos in ^σ^ Emec Achor. Et ait Iesus ad Achar. Quid turbasti nos? Exturbet te Deus, secundum quæ & hodie. Et lapidauerunt eum lapidibus omnis ^τ^ Israel: & superposuerunt ei aceruum lapidum ^υ^ magnū. Et cessauit Dominus ab indignatione ^φ^ iræ. Propter hoc cognominauit illud Emec Achor vsque in diem hanc.

α Magnum.] *Abest hoc à Compl. vt ab hebræo. Lucifer in lib. de non parcendo in Deum delinquentibus.* Et neglexerunt filii Israel negligentia: & fraudauerunt fraude de anathemate. β Contra Bæthel.] *Ita fere* B *Lucifer. In aliis* κατὰ βηθαυὲν κατὰ ἀνατολὰς βαιθὴλ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς λέγων. ἀναβάντες κατασκέψασθε, ad Bethauen, ad orientem Bæthel. Et dixit eis dicens: Ascendentes explorate. γ Et contriuerunt.] *Lucifer* & contribulauerunt illos in procliui. *Alii* ἕως συνέτριψαν αὐτοὺς (*Compl. addit,* καὶ ἐπάταξαν αὐτοὺς) ἐπὶ τοῦ καταφεροῦς, quoadusque cotriuerunt eos (*Compl.* & percusserunt eos) in decliui. *In hebræo est* vsque ad tractiones (*aut* vsq. ad Sabarim) & percusserunt eos in descensu. δ Ante Dominum.] *Compl.* ἔναντι κιβωτοῦ κυρίου, Coram arca Domini: *atq. hæc varietas sæpe occurrit.* ε Domine.] *Alii* κύριε κύριε. *Vulgata* Domine Deus. ζ Transierit.] *Sic Lucifer. Compl.* διαβιβάζων διεβίβασεν, traducens traduxit. η Et vtinam mansissemus.] *Lucifer ad verbum è græco,* si mansimus: *quomodo & nos vertimus Num. 14. Sed hoc loco nimis obscurum visum est.* θ Iordanem.] *In Compl. sequitur* ἐν ἐμοὶ κύριε, in me Domine. ι Furati de anathemate.] *Ita fere Lucifer. Comp.* καί γε ἔλαβον ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος, καὶ κλέψαντες ἐψεύσαντο καὶ ἔβαλον, & quidē sumpserūt de anathemate, & furati sunt mentiti, & iniecerunt, *&c.* κ Hæc dicit.] *In aliis.* ὅτι τάδε λέγει: quoniam hæc dicit. λ Tribus.] *In* *Compl. additur* ὑμῶν, vestras, *itemque paulo post.* μ Et applicatus est.] *Ita libri veteres. In aliis est,* καὶ προσήχθη δῆμος ὁ ζαραῒ κατ' οἴκους, καὶ ἀνεδείχθη οἶκος ὁ ζαμβρὶ. καὶ προσήχθη ὁ οἶκος κατ' ἄνδρα, & applicatus est populus Za- C raï per domos, & deprehensa est domus Zambri: & applicata est domus per uirum. *Lucifer,* & obtulit plebem Zare per domus, & ostensa est domus Iambri: & oblata est domus per viros: & ostensus est Achar filius Charmi filii Zambri, *Et quod ad hæc postrema verba pertinet, additur in aliis* υἱοῦ ζαρὰ, filii Zara, *& in Compl.* τῆς φυλῆς ἰούδα, de tribu Iuda. ν Achar.] *In Compl. sequitur* υἱέ μου σήμερον δὸς δὴ δόξαν, fili mi hodie da quæso gloriam. ξ Vestem variam.] ψιλὴν ποικίλην. *Theodoretus q. 9.* Verum τὴν ψιλὴν Aquila interpretatus est στολὴν *stolam, Iosippus autem* χλανίδα, penulam, τὴν γλῶσσαν *autem (idest* linguam) μάζαν χρυσῆν massam auream. *Cyrillus,* ψιλὴν ποικίλην putant esse militarem stolam, & symbolum rapacitatis. Insitu enim est semper quodammodo militari generi quam libentissime rapere. *Quod autem in nonnullis codicibus, & Compl. post* ψιλὴν ποικίλην, *sequitur* καλὴν, *vel* μίαν καλὴν, vnam bonam, *id neque apud Cyrillum est. Lucifer tamen habet,* vestem variam optimam. *Int. Orig hom. 7.* Furatus sum linguam auream, & dextralia pura: *multaque ibi in hunc locum afferuntur.* ο Animo commotus.] ἐνθυμηθείς. *videtur enim hic maius quiddam significare quàm cogitans. In Compl. est.* καὶ ἐπεθύμησα αὐτῶν, καὶ ἔλαβον. *Lucifer;* & concupiui eam (*videtur legendum, ea*) & sustuli. π Et duxit eum in vallem Achor.] *Lucifer,* & perduxerūt in valle Achor. *Quæ absunt* D *a Cōpl. vt a vulgata.* ρ Populus.] *Alii* ἰσραὴλ, Israel *& sic etiam Lucifer.* σ Emec Achor.] Etiam *Lucifer retinuit dictionem hebræam, quæ significat* vallem Achor, *aut* vallem turbationis. τ Israel.] *Neque Lucifer plura habet. In Compl. sequitur,* καὶ κατέκαυσαν ἐν πυρὶ, & combusserunt ea in igni. υ Magnum.] *Ita & Lucifer. Compl. addit* ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, vsque in diem hanc: *quod respondet vulgatæ.* φ Iræ.] *Alii* ὀργῆς αὐτοῦ, *& Lucifer* iræ suæ.

CAP. VIII.

ET dixit Dominus ad Iesū. Ne timeas, neq. formides. Sume tecum oēs viros bellatores: & surgens ascende in Gai. Ecce dedi in manus tuas regē ^α^ Gai, E & terram eius. Et facies Gai, quemadmodum fecisti Hiericho, & ^β^ regē eius: & prædam pecorum prædaberis tibi. Ccolloca autē tibi insidias ciuitati ^γ^ retrorsum. Et surrexit Iesus, & omnis populus bellator ad ascendēdum in Gai. Elegit autem Iesus triginta millia virorum potentes in fortitudine: & misit eos nocte: & mandauit eis, dicens: ^δ^ Vos insidiabimini post ciuitatē: & non longe eritis a ciuitate: & eritis omnes parati. Et ego, & omnes, qui mecum, accedemus ad ciuitatem. Et erit, cum exierint qui commorantur in Gai, in obuiam nobis, sicut & antea; & fugiemus a facie eorum: & cum exierint post nos; abdu-

cemus illos a ciuitate: & dicent: fugiunt hi a facie nostra, sicut & ε antea. Vos autem exurgetis de insidiis: & ibitis in ζ ciuitatem. Secundum verbum istum facietis. Ecce præcepi vobis. Et misit eos Iesus, & iuerunt ad insidias: & insederunt inter Bæthel, & Gai a mari ipsius η Gai. Et surgens Iesus mane recognouit populum. Et ascenderunt ipse, & seniores ad faciem populi super Gai. Et omnis populus bellator cum eo ascenderunt. Et pergentes venerunt ex aduerso ciuitatis ab oriente. & insidiæ θ ciuitatis a mari. Et factum est, vt vidit rex Gai; festinauit, ι & exiit in occursum eis recta in prælium, ipse, & omnis populus, qui cum eo: & ipse nō sciebat, quia insidiæ sibi sunt post ciuitatem. Et vidit, & recessit Iesus, & Israel a facie κ eorum. Et persequuti sunt post filios Israel: & ipsi abscesserunt a ciuitate. Non remansit quisquam in λ Gai; qui non persequeretur post Israel. Et reliquerunt ciuitatem apertam: & persequuti sunt post Israel. Et dixit Dominus ad Iesum: extende manum tuam in μ Gæso, quod in manu tua, contra ciuitatem: in manus enim tuas tradidi eam: & insidiæ exurgent velociter de loco suo. Et extendit Iesus manum suam, Gæsum in ciuitatem: & insidiæ surrexerunt velociter de loco suo & exierunt, quando extendit manum: & intrauerunt in ciuitatem, & ceperunt eam. Et festinantes incenderunt ciuitatem in igni. Et circunspicientes habitatores Gai in posteriora sua, & spectabant fumum ascendentem de ciuitate in cælum: & non vltra habebant, quo fugerent huc, ν vel huc. Et Iesus, & omnis Israel viderunt, quia ceperant insidiæ ciuitatē: & quia ascenderat fumus ciuitatis in cælum. Et conuersi percusserūt viros Gai Et hi exierunt de ciuitate in occursum. Et facti sunt inter medium ξ castrorum hi hinc, & hi hinc. Et percusserunt eos, quoadusque nemo remansit saluus, & qui euaserit. Et regem Gai ceperunt viuum, & adduxerunt eum ad Iesum. Et postquam cessauerunt filii Israel interficientes omnes, qui in Gai, & qui in campis, & in monte super descensum, quo persequuti sunt eos ο ab ea in finem; & reuertit Iesus in Gai, & percussit eam in ore gladii. Et fuerunt, qui ceciderunt in die illa a viro, & vsque ad mulierem, duodecim millia, π omnes inhabitantes Gai: ρ præter spolia, quæ in ciuitate, omnia, quæ prædati sunt sibi filii Israel iuxta præceptum Domini, quemadmodum constituit Dominus Iesu. Et incendit Iesus ciuitatem in igni: tumulum inhabitabilem in seculum posuit eam vsque in diem hanc. Et regem Gai suspendit super lignum geminū: & fuit super lignū vsque ad vesperam. Et occidente sole præcepit Iesus; & deposuerunt corpus illius de ligno: & proiecerunt illud in σ foueam: & superposuerunt ei aceruum lapidum τ vsque in diem hanc.

α Gai.] *Ita S. Aug. in locut. In aliis additur,* καὶ τὸν λαὸν αὐτῆς, καὶ τὴν πόλιν αὐτῆς, & populū eius, & ciuitatē eius. β Regem.] *In aliis* τῷ βασιλεῖ, regi: *& sic S. Aug. vtraque locutio in scriptura est vsitata, facere aliquem, & facere alicui.* γ Retrorsum.] εἰς τὰ ὀπίσω, *& sic videtur habuisse S. Aug q. 10. Compl. addit* αὐτῆς, à tergo eius. δ Vos insidiabimini.] *Ita S. Aug. eadem q. In Compl est,* ἴδετε, ὅτι ὑμεῖς ἐνεδρεύετε τὴν πόλιν ὀπίσω τῆς πόλεως σφόδρα. Videte, quia vos insidiamini ciuitatem à tergo ciuitatis valde. *Atque illud* videte *respondet quidem hebræo: sed cetera sunt deprauata.* ε Antea.] *Sic etiam S. Aug. In Compl. additur,* καὶ φευξόμεθα ἀπ᾽ αὐτῶν, & fugiemus ab eis. ζ Ciuitatem.] *Eodem modo apud S. Aug. In liquot libris sequitur,* καὶ ἐμπρήσετε αὐτὴν πυρί, & incenderis eam igni. *In Compl. vero,* καὶ ἐκτρίψατε τὴν πόλιν, καὶ δώσει αὐτὴν κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν ἐν χερσὶν ἡμῶν. καὶ ἔσται ὡς ἂν συλλάβητε τὴν πόλιν, ἐμπρήσατε αὐτὴν ἐν πυρί: & vastate ciuitatem: & dabit eam Dominus Deus noster in manibus nostris. Et erit, cum ceperitis ciuitatem; incendite eam in igni. η Gai. *In Compl. additur,* καὶ ηὐλίσθη ἰησοῦς τὴν νύκτα ἐκείνην ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ, & mansit Iesus nocte illa in medio populi. θ Ciuitatis à mari.] *S. Aug. in locut.* ciuitati à mari: *vbi & hunc locum explicat. In aliis autem codicibus sequitur:* καὶ παρενέβαλον ἀπὸ βορρᾶ τῆς γαὶ (*Complutensis addit,* καὶ ἡ κοιλὰς ἀναμέσον αὐτοῦ καὶ τῆς γαὶ) καὶ ἔλαβον ὡς πέντε χιλιάδας ἀνδρῶν καὶ ἔθετο

A ἔθετο αὐτοῖς ἔνεδρον ἀναμέσον τῆς βαιθὴλ καὶ τῆς γαί. (Cōpl. addit θάλασσαν τῆς γαί) καὶ ἔθηκεν (al. ἔταξεν) ὁ λαὸς πᾶσαν τὴν παρεμβολὴν ἣ ἦν ἀπὸ βοῤῥᾶ τῇ πόλει, καὶ τὰ ἔσχατα αὐτῆς θάλασσαν τῆς πόλεως καὶ ἐπορεύθη ἰησοῦς τὴν νύκτα ἐκείνην ἐν μέσῳ τῆς κοιλάδος. Et castrametati sunt ab Aquilone ipsius Gai (*Compl.* & vallis inter eum, & Gai.) Et sumpsit ad quinque millia virorum: & posuit eos in insidijs inter Bæthan, & Gai. (*Compl.* ad mare ipsius Gai:) & posuit (*al.* ordinauit) populus vniuersa castra, quæ erant ab Aquilone ciuitati, & nouissima sua mare ciuitatis. Et iuit Iesus nocte illa in medio vallis. *Hæc sunt in hebræo, à quo tamen absunt illa, quæ proxime præcedunt*, ab oriẽte, & insidiæ ciuitatis à mari. ι Et exiit.] *Alii*, καὶ ὤρθρισεν, καὶ ἐξῆλθον οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως εἰς συνάντησιν αὐτοῖς ἐπ' εὐθείας εἰς τὸν πόλεμον, αὐτὸς καὶ πᾶς ὁ λαὸς αὐτοῦ εἰς τὸν καιρὸν κατὰ πρόσωπον ἀραβά. Et surrexit mane: & exierunt viri ciuitatis in occursum eis recta in prælium, ipse, & omnis populus eius in tempore ad faciem Araba, *id est*, planiciei, *vel* deserti. κ Eorum.] *In aliis additur*, καὶ ἔφυγον ὁδὸν τῆς ἐρήμου καὶ ἐνίσχυσε πᾶς ὁ λαὸς διῶξαι ὀπίσω αὐτῶν. Et fugit per viam deserti: & inualuit omnis populus persequi post eos. λ Gai.] *In aliis sequitur*, καὶ ἐν βαιθὴλ, & in Bæthel. μ Gæso.] *Theodoretus q.* 10. Gæsum sane, quo latẽtes in insidiis excitabat Iesus, ἀσπίδα, Scutum interpretatus est Iosephus, similiter autem, & Symm. *Eusebius Emess.* Hastile ipsum dicit, in quo regem Gai suspendit super lignum geminum. Diogenianus autem lexigraphus ait esse ἐμβόλιον, iaculum totum ferreum. Alii autem κόντον, contum. *Eadem fere notatur a Procopio Gazæo. Multa etiam. S. Aug. in*

B *locut.* ν Vel huc.] *In aliis sequitur*, καὶ ὁ λαὸς ὁ φεύγων εἰς τὴν ἔρημον ἐστράφησαν ἐπὶ τοὺς διώκοντας, & populus, qui fugiebat in desertum, verterunt se in persequentes. ξ Castrorum.] *Notat S. Aug. in locut. castra dici etiam productas acies. Hebræus tamen habet*, & fuerunt Israeli in medio. ο Ab ea in finem.] Alii, καὶ ἔπεσον πάντες ἐν στόματι ῥομφαίας ἀπ' αὐτῆς εἰς τέλος, & ceciderunt omnes in ore gladii ab ea in finem. π Omnes inhabitãtes.] πάντας τούς. *In aliis fere omnibus est*, πάντες οἱ κατοικοῦντες γαί. καὶ ἰησοῦς οὐκ ἐπέστρεψε χεῖρα (*al.* χεῖρα αὐτοῦ) ἣν ἐξέτεινεν ἐν τῷ γαισῷ, ἕως οὗ ἀνεθεμάτισε πάντας (*al.* συμπάντας) τούς κατοικοῦντας γαί, omnes, qui inhabitabant Gai. Et Iesus non reduxit manum (*al.* manum suam) quam extenderat in Gæso, donec anathemauit omnes inhabitantes Gai. ρ Præter spolia.] *Alii libri* πλὴν τῶν κτηνῶν (*aliqui addunt* αὐτῶν) καὶ τῶν σκύλων τῶν ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ ἐπρονόμευσαν (*al.* πάντα ἐπρονόμευσαν) *S. Aug. in locut.* Exceptis pecoribus & spoliis, quæ erant in ciuitate, prædati sunt: *& addit*. Excepta ideo dicta sunt; quia hæc illo prælio sola consumpta non sunt. *Sed potuisset etiam ita verti congruenter hebræo*, tantum pecora, & spolia, quæ erant in ciuitate illa, prædati sunt;

C *quam locutionem alibi notauimus.* σ Foueam.] *In aliis additur* πρὸς τὴν πύλην τῆς πόλεως, ad portam ciuitatis. τ Lapidum.] *In aliis sequitur* μέγαν, magnum.

CAP. IX.

POstquam autem audierunt reges Amorræorum, qui trans Iordanẽ, qui in montana, & qui in campestri, & qui in vniuersa [α] maritima maris magni, & qui ad Antilibanum, & Chættei, & Chananæi, & Phærezæi, & Euæi, & Amorræi, & Gergesæi, & Iebusæi; conuenerunt in idipsum ad expugnandum Iesum, & Israel, simul omnes. [β] Tunc ædificauit Iesus altare Domino Deo Israel

D in monte Gebal, secundum quod mandauit Moyses seruus Domini filiis Israel secundum quæ scriptum est in lege Moysi: altare lapidum [γ] integrorum, super quos non est missum ferrum. Et ascẽdere illuc fecit holocaustomata Domino, & sacrificium salutaris. Et scripsit Iesus super lapides Deuteronomium, legem [δ] Moysi coram filiis Israel. Et omnis Israel, & seniores eorum, & iudices, & scribæ eorum iuxta ibant hinc, & hinc arcæ in cõspectu: & sacerdotes, & Leuitæ tulerunt arcam testamenti Domini. Et aduena, & indigena, qui [ε] erant; dimidium iuxta montem Garizin: & qui erant; dimidium iuxta montẽ Gebal; sicut mãdauit Moyses seruus Domini ad benedicendum populum in primis. Et post

E hæc sic recitauit Iesus omnia verba legis huius: benedictiones & maledictiones secundum omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi. Non fuit verbum ex omnibus quæ mandauit Moyses Iesu, quod non legerit Iesus in aures vniuersæ Ecclesiæ filiorum Israel, viris, & mulieribus, & paruulis, & proselytis, qui accedebant ad Israel. Et qui inhabitabant Gabaon, audierunt omnia, quæcunq. fecit Dominus Hierico, & Gai. Et fecerunt etiam ipsi cum astutia: & euntes [ζ] parauerunt cibaria, & appararunt se: & sumentes saccos veteres super [η] humeros suos, & vtres vini veteres, & disruptos alligatos, & caua calceamentorum suorum, & sanda-

 lia

lia sua vetera, & pitaciis consuta, & vestimenta sua inueterata super se, & ε panis eorum viatici aridus, & cariem passus, & corrosus. Et venerunt ad Iesum in castra Israel in Galgala: & dixerunt ad Iesum, et Israel: De terra longinqua venimus: & nunc disponite nobis testamentum. Et dixerũt filij Israel ad ζ Chorræũ: Vide, * ne in me habites. Et quomodo disponam tibi testamentum? Et dixerũt ad Iesum: Famuli tui sumus. Et dixit ad eos Iesus: Vnde estis, & vnde aduenistis? Et dixerunt: De terra lõginqua valde venerũt pueri tui in nomine Domini Dei tui: Audiuimus enim nomen eius, & quæcunque fecit in Ægypto, & quæcũque fecit regibus Amorræorum, qui erant trans Iordanem, Seon regi λ Amorræorum, & Og regi Basan, qui habitabat in Astaroth, & in Edrain. Et μ audientes dixerunt ad nos seniores nostri, & omnes inhabitantes terram nostram, dicentes Sumite vobis ipsis cibaria in viam, & ite in occursum eorũ, & dicetis ad eos: Famuli tui sumus: & nũc disponite nobis testamentum. Hi sunt panes: calidos in viaticum accepimus eos in die, qua exiuimus aduenire ad vos: nũc autem exaruerũt, & facti sunt corrosi. Et hi vtres vini, quos impleuimus nouos: & hi rupti sunt. Et vestimenta nostra, & calceamenta nostra inueterauerunt ex multa via valde. Et sumpserunt principes de cibariis eorum: & Dominum non interrogauerunt. Et fecit Iesus erga eos pacem: & disposuerunt ad eos testamentum saluandi eos. Et iurauerunt eis principes Synagogæ. Et factum est post tres dies postquam disposuerant ad eos testamentum, audierunt, quia prope se sunt, & quia inter se habitant. Et promouerunt filii Israel, & venerunt ad ciuitates ν eorũ: ciuitates autẽ eorũ Gabaon, & Cephira, & Berot, & ciuitates Iarim. Et nõ pugnauerunt cũ eis filii Israel; quoniam iurauerãt eis omnes principes Dominum Deũ Israel. Et murmurauerũt omnis Synagoga super principes. Et dixerũt principes omni Synagogæ: Nos iurauimus eis Dominum Deum Israel: & nunc nõ poterimus tangere eos. Hoc faciemus, viuificando eos: & reseruabimus eos. Et nõ erit cõtra nos ira propter iuramentum, quod iurauimus ξ eis. Viuẽt, & erunt cædentes ligna, & portantes aquã omni Synagogæ; sicut dixerunt eis principes. Et cõuocauit eos Iesus, & dixit eis: Cur decepistis me dicẽtes: procul a te sumus valde? Vos autem de regione estis habitantium in nobis. Et nũc maledicti estis. Non deficiet ex vobis seruus, neque cædens ligna, neque aquam portans mihi, & Deo meo. Et responderunt Iesu dicentes: ο Annunciata sunt nobis, quæcunq. præcepit Dominus tuus Moysi puero suo, ad dandum vobis terram hanc, & exterminandum nos, & omnes inhabitãtes super eam a facie vestra. Et timuimus valde de animabus nostris a facie vestra: & fecimus rem hanc. Et nunc ecce nos subiugati vobis: prout placet vobis, & prout videtur vobis; facite nobis. Et fecerunt eis ita. Et eripuit eos Iesus in die illa de manibus filiorũ Israel: & non occiderunt eos. Et constituit eos Iesus in die illa cæsores lignorum, & portatores aquæ omni Synagogæ, & altari Dei. ρ Propter hoc facti sũt habitatores Gabaon cæsores lignorum, & portatores aquæ altaris vsque in hodiernam diẽ, & ad locum, quem elegerit σ Dominus.

α Vniuersa maritima.] *Int. Orig. Hom. 9.* super ora maris magni. *Dictionem hebræam alij vertunt littus, alii portum.* β Tunc ædificauit.] *Hæc vsque ad illud,* Et qui inhabitabant Gabaon, *in aliis libris ponuntur in extremo præcedentis capitis, quemadmodum et in vulgata: eodemque loco videtur habuisse Origenes hom. 9.* Integrorum.] *Sic etiam Origenes: & omnia huic lectioni respondent. Compl. habet* ὁλόκληρον, integrum.
δ Moysi.]

A δ Moysi.] *In aliis sequitur* ὃν ἔγραψεν, quam scripsit. ε Qui erant, dimidium.] *Compl.* ἦσαν οἱ ἡμίσεις αὐτῶν ἐπὶ πλησίον ὄρους Γαριζὶν, καὶ ἡμίσεις αὐτῶν ἐπὶ πλησίον ὄρους Γαιβάλ. *Int. Orig.* Et erunt (*fortasse* erant) dimidii iuxta mõtem Garizin, & dimidii iuxta montem Gebal. ζ Parauerunt cibaria.] ἐπεσιτίσαντο: *quod videtur respondere vulgatæ, & chaldæo. Nam alii interpretantur dictionem hebræam,* legatos se finxerunt. *In aliis libris græcis, & Compl. est* ἐπεσκευάσαντο, instituerunt se. η Humeros.] ὤμων. *Ita libri veteres: & ita videtur habuisse S. Chrysost. in psal. 14. vbi de Gabaonitis hæc scribit,* ἀσκοὺς σεσηπότας καὶ παλαιοὺς ἀσκοὺς βαστάζοντες, baiulantes vtres putridos, & vtres veteres: *itemquem Iosephus Antiqu. l. 5. Alij codices* ἐπὶ τῶν ὄνων, super asinos. *Quam lectionem S. Aug q. 12. magis probat, licet & alteram agnoscat.* θ Panis.] *Sic hebræus. Alij* οἱ ἄρτοι, panes *a Compl. autem abest illud* ἀρωπῶν, *siue* ἀρωπῶντες, cariosi, *quod est in aliis.* ι Chorræum.] *Compl.* πρὸς τὸν Εὐαῖον, ad Euæum, *quod respondet hebræo. Vulgata* ad eos. κ Ne in me.] *S. Aug. in locut.* quod est apud me, id est in terra quam eis promiserat Deus. *Quod autem in nostra est,* κατοικεῖς, *simplicitatem antiquam videtur habere. In alijs libris est* κατοικῆς. λ Amorræorum.] *Alii* ἐσεβών, Esebon. μ Audientes.] *Abest a Compl. vt a vulgata.* ν Eorum.] *In aliis sequitur* τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, die tertio: *quod habet vulgata.*

B ξ Eis.] *Alii addunt,* καὶ εἶπαν αὐτοῖς οἱ ἄρχοντες, & dixerunt eis principes. π Annunciata.] *In aliis* ἀπαγγελίᾳ ἀπηγγέλη. *In Compl.* ὅτι ἀγγελία ἀπηγγέλη, nuncium nunciatum est. ρ Propter hoc facti sunt habitatores Gabaon cæsores lignorũ, & portatores aquæ altaris.] *Hæc absunt a Compl. vt a vulgata.* σ Dominus.] *Abest hæc dictio a Compl. vt ab hebræo; quam tamen supplet vulgata.*

C A P. X.

Postquam autem audiuit [a] Adonibezec rex Hierusalem, quia cepit Iesus Gai, & exterminauit eam, quemadmodum fecerat Hierico, & regẽ eius sic fecerunt & Gai, & regem eius, & quia transfugerunt habitatores Gabaon ad Iesum, & ad [β] Israel; & timuerunt ab eis valde. Sciebat enim, quia ciui-
C tas magna Gabaõ, quasi vna ex ijs, quæ sũt [δ] Metropoles: et omnes viri eius fortes. Et misit Adonibezec rex Hierusalẽ ad Elã regẽ Chebron, et ad Phidon regẽ Hierimuth, et ad Iephta regem Lachis, et ad Dabin regem [ε] Odollam, dicens: Venite, ascendite ad me, et auxiliamini mihi: et expugnabimus Gabaon: transfugerunt enim ad Iesum, et ad filios Israel. Et ascenderunt quinque reges [ζ] Iebusæorum, rex Hierusalem, et rex Chebron, & rex Hierimuth, & res Lachis, et rex Odollam, ipsi, et populus eorum: et obsederunt Gabaon: et oppugnabãt eam. Et miserunt habitatores Gabaon ad Iesum in castra Israel in Galgala, dicentes:
D Ne relaxes manus tuas a pueris tuis. Ascende ad nos velociter, et auxiliare nobis, et eripe nos: quoniam congregati sunt super nos omnes reges Amorræorum, qui habitant montanam. Et ascendit Iesus de Galgalis ipse, et omnis populus bellator cum eo, omnis potens in fortitudine. Et dixit Dominus ad Iesũ: Ne timeas illos. In manus enim tuas tradidi eos: non [η] remanebit ex illis quisquam coram vobis: Et [θ] quoniam adueniebat Iesus super eos repente; totã noctem perrexit de Galgalis. Et exturbauit eos Dominus a facie filiorum Israel: et contriuit eos Dominus contritione magna in Gabaon. Et persequuti sunt eos viam ascensionis Oronim: et conciderunt eos vsque Azeca, et vsque Maceda.
E Dum autem illi fugerent a facie filiorũ Israel super descensum Oronim; et Dominus proiecit in eos lapides grandinis de cælo vsque Azeca. Et fuerũt plures qui mortui sunt propter lapides grãdinis, quam quos occiderunt filii Israel gladio in prælio. Tunc locutus est Iesus ad Dominum, qua die tradidit Deus Amorræum subiugatum Israel; [κ] quando contriuit eos in Gabaon: et contriti sunt a facie filiorum Israel. Et dixit Iesus: Stet sol super Gabaon, et luna super vallem [λ] Ælom. Et stetit sol, et luna in statione; donec vltus est Dominus inimicos [μ] eorum. Et stetit sol ad medium cæli: non procedebat ad occasum in finem diei vnius. Et non fuit dies talis, neque antea, neque postremo; vt obediret Deus homini:

mini: quoniam Dominus simul expugnabat cum Israel. Et fugerunt quinque reges hi: et absconderunt se in speluncam, quæ in Maceda. Et nunciatum est Iesu, dicentes: Inuenti sunt quinque reges absconditi in spelunca, quæ in Maceda. Et dixit Iesus. Voluite lapides ad os speluncæ: et constituite viros ad custodiendum super eos. Vos autem ne stetis, persequentes post inimicos vestros: et apprehendite caudam eorum: et ne sinatis ingredi in ciuitates suas. Tradidit enim eos Dominus Deus noster in manus nostras. Et factum est, postquã cessauit Iesus, et omnis filius Israel cædentes eos cæde magna valde vsque in finem, et superstites euaserunt in ciuitates munitas; et reuersus est omnis populus ad Iesum in Maceda sani: et non mutiuit quisquam de filiis Israel lingua sua. Et dixit Iesus: Aperite speluncam, et educite quinque istos reges e spelunca. Et eduxerunt quinque reges e spelunca, regem Hierusalem, et regem Chebron, et regem Ierimuth, et regem Lachis, et regem Odollam. Et postquam eduxerunt eos ad Iesum; et conuocauit Iesus omnem Israel, et principes prælii, qui simul processerant cum ipso, dicens eis: Procedite et imponite pedes vestros super ceruices eorum. Et accedentes imposuerunt pedes suos super ceruices eorũ. Et dixit Iesus ad eos: Ne timeatis eos, neq. formidetis: viriliter agite, et cõfortamini: quia sic faciet Dominus omnibus inimicis vestris; quos vos debellabitis eos. Et occidit eos Iesus: et suspendit eos super quinq. ligna. Et fuerũt pendẽtes super ligna vsque ad vesperam. Et factum est circiter solis occasum; mandauit Iesus: & deposuerũt eos de lignis: & proiecerunt eos in speluncam, in quam confugerant illuc: & aduoluerunt lapides ad speluncam vsque in hodiernam diem. Et ipsam Maceda ceperunt in die illa: & occiderunt eam in ore gladij: & exterminauerunt omne spirans, quod erat in ea: & non remansit vllus in ea superstes, & qui euaserit Et fecerunt regi Maceda; quemadmodum fecerant regi Hierico. Et abiit Iesus, & omnis Israel cum eo de Maceda in Lebna: & oppugnabat Lebna. Et tradidit eam Dominus in manus Israel. Et ceperũt eam, & regem eius, & occiderunt eam in ore gladii, & omne spirans in ea: & non remansit in ea superstes, & qui euaserit. Et fecerunt regi eius; quemadmodum fecerant regi Hiericho. Et abiit Iesus, & omnis Israel cum eo de Lebna in Lachis. Et obsedit eam, & oppugnabat eam. Et tradidit Dominus ipsam Lachis in manũ Israel Et cepit eam in die secunda: & occiderunt eam in ore gladii: & exterminarunt eam, quemadmodum fecerant Lebna. Tunc ascendit Elam rex Gazer auxiliũ laturus ipsi Lachis. Et percussit eum Iesus in ore gladii; quoadusque non remansit de eis superstes, & qui euaserit. Et abiit Iesus, & omnis Israel cũ eo de Lachis in Odollã: & obsedit eam, & oppugnauit eam. Et tradidit eam Dominus in manu Israel. Et cepit eam in die illa, & occidit eam in ore gladii: & omne spirãs in ea occiderunt; quemadmodum fecerãt Lachis. Et abijt Iesus, & omnis Israel cum eo in Chebron. Et obsedit eam, & percussit eam in ore gladii, & omne spirans, quæcunque erant in ea. Non fuit superstes. Quemadmodum fecerãt Odollam; exterminarunt eam, & quæcunque erant in ea. Et reuertit Iesus, & omnis Israel in Dabir. Et obsidentes eam, ceperunt eam; & regem eius & oppida eius. Et percussit eam in ore gladii: & exterminauerunt eam, & omne spirãs in ea: & non reliquerunt ei quenquam superstitem: Quemadmodum fecerant Chebron, & regi eius; sic fecerunt Dabir, & regi eius. Et percussit Iesus omnẽ terram

A terram montanæ, & ipsam Nageb, & campestrem, & Asedoth, & reges eius. Nõ reliquerũt ex eis superstitem: & omne spirãs vitæ exterminauit: quemadmodũ mandauit Dominus Deus Israel. [ω] A Cades Barne vsque Gazam, omnem Gosom vsque Gabaon, & omnes reges eorum, & terram eorum percussit Iesus vno tempore: quoniam Dominus Deus Israel simul pugnabat cum [αα] Israel.

α Adonibexec.] *Int. Orig. hom.* 11. *A*donibeie. *S. Aug. q.* 15. Adonizedech. *Vulgata* Adonisedec: *& Complu.* ἀδωνισεδὲκ. β Israel.] *In Compl. sequitur,* καὶ ἐγένοντο ἐν μέσῳ αὐτῶν, & facti erant in medio eorum. γ Ab eis.] ἀπ' αὐτῶν. *Alii* ἑαυτοῖς, sibi ipsis. *Compl.* ἐν αὐτοῖς, in ipsis. *In vulgata, & hebræo nihil horum est.* δ Metropoles.] *In Compl. sequitur,* τῶν βασιλέων, ὅτι αὐτὴ μεγάλη ὑπὲρ τὴν γαί, regum, quia ipsa magna super Gai.

B ε Odollam.] *Ita & Compl. Vulgata* Eglon, *Sed multæ semper in his nominibus sunt varietates.* ζ Iebusæorum.] *Notat S. Aug* 5. *q.* 15. *secundum* 70. *hos nunc dici reges Iebusæorum, qui paulo post dicantur reges Amorræorum, in ea autem interpretatione, quæ est ex hebræo, vtrobique dici Amorræorum. Ita etiam* Comp. *vtrobique* τῶν ἀμοῤῥαίων. η Remanebit.] ὑπολειφθήσεται. *In aliis,* ὑποστήσεται, *&* S. *Aug. q.* 14. subsistet. θ Quoniam adueniebat.] ὡς παρεγένετο. *Videtur dictum pro,* vt adueniret. ι Oronim.] *In aliis* βαιθωρὼν *& vulgata* Bethoron: *quæ varietas est etiam paulo post.* κ Quando contriuit eos in Gabaon, & contriti sunt à facie filiorum Israel.] *Hæc absunt a Compl. vt à vulgata.* λ Aelom.] *Int. Orig. hom.* 11. Elom, donec expugnem populum istũ. Et stetit sol, & luna in loco suo. μ Eorum.] *In aliis sequitur,* οὐχὶ τοῦτο γεγραμμένον ἐπὶ βιβλίῳ τοῦ εὐθοῦς; nonne hoc scriptum est super librum recti? *Et Theodoretus q.* 13. *de hoc loco disputans cetera habet eodem modo, præter istud* τοῦτο γεγραμμένον, *quod apud ipsum est* αὐτὸ γέγραπται, *eodem sensu.* ν Israel.] *In aliis sequitur,* καὶ ἐπέστρεψεν ἰησοῦς καὶ πᾶς ἰσραὴλ μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν παρεμβολὴν εἰς γάλγαλα, & reuertit Iesus & omnis Israel cũ eo in castra in Galgala, *quæ etiã sunt adscripta margini codicis Vaticani.* ξ Lapides.] *Alii addũt* μεγάλους, magnos *quæ etiã varietas est infra in hoc eodẽ capite.* ο Omnis filius.] *Compl.* οἱ υἱοὶ. filii. *Alii* πᾶς ἰσραὴλ, omnis Israel.

C π In Maceda.] *In aliis additur* εἰς παρεμβολὴν, in castra. ρ Educite.] *Compl.* ἐξαγάγετε πρός με, adducite ad me, *& paulo post* ἐξήγαγον πρὸς αὐτὸν, adduxerunt ad eum. σ Odollam.] *Hic & paulo post in aliquot libris est* αἰγλὼν aut ἐγλών. τ Israel.] *In Compl. additur* λέγων αὐτοῖς, dicens eis. υ Gazer.] *Alii libri veteres partim habent* γάζε, *partim* γάζης, *partim* γαζήρ. φ In Chebron.] *Compl.* ἀπὸ ἐγλὼν εἰς χεβρὼν, Ab Eglon in Chebron. χ Gladii.] *In Compl. sequitur,* καὶ τὸν βασιλέα αὐτῆς καὶ πάσας τὰς κώμας αὐτῆς καὶ πάντα τὰ ἐμπνέοντα, & regẽ eius, & omnia oppida eius, & omnia spirantia, *&c.* ψ Eius.] *In aliis additur* καθάπερ ἐποίησαν τῇ λεβνὰ (al. λεμνὰ,) καὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῆς, sicut fecerant Lebna, & regi eius. ω A Cades.] *In omnibus fere alijs,* καὶ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς ἰησοῦς ἀπὸ κάδης, & occidit eos Iesus à Cades. αα Israel.] *In Compl. additur,* καὶ ἀνέστρεψεν ἰησοῦς εἰς γάλγαλα, & reuertit Iesus in Galgala.

CAP. XI.

D VT autem audiuit Iabin rex Asor; misit ad Iobab regem [α] Maron, & ad regem [β] Symoon, & ad regem Aziph, et ad reges, qui ad Sidonem magnam in montana, et in Araba e regione Cenoroth, et in campum et in Phenaeddor, et ad maritimos Chananæos ab oriẽte, et ad maritimos Amorræos, et Chettæos, et Pherezæos, et Iebusæos, qui in monte, et Euæos, [γ] et qui sub Aermon in terra Massyma. Et exierunt ipsi, et reges eorum cum ipsis, [δ] sicut arena [ε] maris multitudine; et equi, et currus multi valde. Et conuenerunt omnes reges [ζ] ipsi, et coiuerunt in idipsum: et castrametati sunt super aquam Maron ad debellandum Israel. Et dixit Dominus ad Iesum: Ne timeas a facie eorũ,

E quia cras hac ipsa hora ego trado [η] fugatos eos ante Israel. Equos eorum subneruabis: et currus eorũ combures in igni. Et venit Iesus, et omnis populus bellator super eos ad aquam [θ] Maron repente: et irruerunt super eos in montana. Et tradidit eos Dominus subiugatos Israel. Et cædentes eos persequuti [ι] sũt vsq. Sidonem magnam, et vsque [κ] Materon, et vsque ad campos Massoch ad orientẽ, et trucidauerunt eos; donec non remansit ex eis superstes. Et fecit eis Iesus; quẽadmodum mandauit ei Dominus. Equos eorum subneruauit: et currus eorum incendit igni. Et reuersus est Iesus in tempore illo: et cepit Asor, et regem eius.

Erat

Erat autem Asor antea princeps omnium regnorum horum. Et occidit omne spirans in ea in gladio: et exterminarunt omnes: et nō remansit in ea spirans. Et ipsam Asor incenderunt in igni. Et omnes ciuitates λ regnorum, et reges eorū cepit Iesus: et interfecit eos in ore gladii. Et exterminarunt eos; quemadmodum præceperat Moyses puer Domini. Sed omnes ciuitates exaggeratas non incendit Israel. Tantum Asor solam incendit Israel. Et omnia spolia μ eius prædati sunt sibi filii Israel. Ipsos autem omnes exterminarunt in ore gladii; quoadusque disperdidit eos: non ν reliquerunt ex eis quicquam spirans. Quemadmodum præcepit Dominus Moysi puero suo, et Moyses similiter mandauit Iesu; et sic fecit Iesus: non est transgressus quicquam ab omnibus, ξ quæ præcepit ei Moyses. Et cepit Iesus omnem terram montanam, et omnem terram Nageb, et omnem terram Gosom: et campestrem, et eam quæ versus occasum, et montem Israel, et humilia, quæ ad montem a monte Chelcha, et qui ascendit in Seir, et vsque Balagad: et campos libani sub monte Aermon. Et omnes reges eorum cepit, et sustulit, et occidit. Et dies plures fecit Iesus aduersus reges istos bellum. Et non fuit ciuitas, ο quam non ceperit Israel: omnia π ceperunt in bello: quia per Dominum factum est confortari cor eorū, vt obuiam irent ad bellum ad Israel; vt exterminarentur: ρ ita vt non daretur eis misericordia; sed vt exterminarentur; quemadmodum dixit Dominus ad Moysem. Et venit Iesus in tempore illo: et exterminauit ipsos Enacim de montana, de Chebron, et de Dabir, et de Anaboth, et de omni σ genere Israel, et de omni monte Iuda, cū ciuitatibus eorum. Et exterminauit eos Iesus: non remansit de ipsis Enacim a filiis Israel, sed tantum, in Gaza, & in Geth, & in Aseldo remāsit. Et cepit Iesus omnem terram. Secundum quod mandauit Dominus Moysi. Et dedit eos Iesus in hæreditatem Israel in partitione secundum tribus eorum. Et terra quieuit a præliis.

α Maron.] *Int. Orig. hom.* 14. regem Amorræorum. *In aliis libris* μαδὼν, *quod respondet hebræo. Vulgata* Madan. β Symoon.] *Int. Orig.* Symeon: *& multa dicuntur in ea homilia: cur idem potuerit esse nomen huius regis, ac patriarchæ. In aliis libris est, partim* σεμερὼν, Semerō, *& sic uulgata, partim* συμεὼν, *ut Cōp. Multæ aliæ uarietates obseruari possunt in his nominibus, quæ sequuntur, tum ex codicibus, tum ex Int. Orig. & aliis.* γ Et qui.] καὶ τοῖς, *A Compl. abest, illud* καὶ: *plura autem ab Int. Orig. Habet enim.* Et Euæos, qui erant sub deserto Masecma. δ Sicut arena.] *Ita fere Int. orig. Compl.* λαὸς πολὺς ὥσπερ ἡ ἄμμος, populus multus sicut arena. ε Maris.] *Eodem modo Int. Orig. In aliis libris est* ἡ περὶ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, quæ circa labium maris. ζ Ipsi.] αὐτοί. *Alii* οὗτοι, isti. η Fugatos.] πεφοβημένους. *Ita libri ueteres: uulgatæ editiones* τετρωμένους, *& Int. Orig.* fauciatos. θ Maron.] *Sic Int. Orig. Alii* μερρὰμ, *aut* μερρών. *Vulgata* Meron. ι Sunt.] *Sic idem Int. Alii addunt* αὐτοὺς, eos. κ Maseron.] *Int. Orig.* Masefoth. *Alii libri* μασρεφὼθ μαείμ. *quod chaldæus interpretatur* Salinas aquarū. *Vulgata* aquas Masserephot. *S. Hier. in locis hebr.* Masrephoth. λ Regnorum.] *Compl. addit* τούτων, istorum. μ Eius.] *In aliis sequitur*, καὶ τὰ κτήνη, & pecora. ν Reliquerunt.] *S. Aug. q.* 16. non dimisit in ea Iesus. ξ Quæ præcepit ei.] *Ita etiam Compl. In aliis est*, ὧν συνέταξε κύριος τῷ μωυσῇ. *& S. Aug. ibidem*, quibus constituit Dominus Moysi: *& respondet uulgatæ.* ο Quam non ceperit Israel.] *Alii* ἣν οὐ παρέδωκεν τοῖς υἱοῖς ἰσραήλ, quam non tradiderit filiis Israel. *S. Aug. q.* 17. & non erat ciuitas, quæ nō erat tradita filiis Israel. π Omnia ceperunt.] *Alii*, πάντας ἔλαβον. *S. Aug. in locut. & q.* 17. Et omnes cepit in bello. *Compl.* πλὴν ὁ εὐαῖος ὁ κατοικῶν ἐν γαβαών, πάντας ἔλαβον, præter Euæum, qui habitabat in Gabaon, omnes cepit. ρ Ita vt non daretur.] *Ita etiā. S. Aug. q.* 18. *Theodoretus q.* 14. καὶ ὅπως μὴ δοθῇ αὐτοῖς ἔλεος, τοῦ ἀφανισθῆναι αὐτούς, & vt non daretur ei misericordia, ad delendos eos. σ Genere.] *Ceteri*, ὄρους, monte. *In Compl. prius dicitur de monte Iuda, deinde de monte* Israel, *ut uulgata.*

CAP. XII.

ET hi reges terræ, quos sustulerunt filii Israel, & possederunt terram eorū trans Iordanem ab ortu solis a valle Arnon vsque ad montē Aermon, & omnem terram Araba ab oriente: Seon regem Amorræorum, qui habitabat

A bat in Esebon, dominans ab [α] Arnon, quæ est in valle ad partem vallis, & dimidium Galaad vsque [β] Iaboc, fines filiorum Ammon: & Araba vsque ad mare Chenereth, ad orientẽ, & vsque ad mare Araba, mare salis ab oriente per viã, quæ ad [γ] Asimoth, & a Thæman, quæ sub Asedoth Phasga. Et [δ] Og rex Basan remansit ex gigantibus, qui habitabat in Astaroth, & in Adrain, princeps a mõte Aermon, & a Secchæ: & omnem terram Basan vsque ad fines Gergæsi, & ipsam Machi & dimidium Galaad [ε] de finibus Seon regis Esebon. Moyses puer Domini, & filii Israel percusserunt eos. Et dedit eam [ζ] Moyses in hæreditatem Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manasse: Et hi reges Amorræorũ, quos sustulit Iesus, & filii Israel trans Iordanem iuxta mare Balagad in campo Libani, & vs B que ad montẽ [η] Chelca ascendentibus in Seir. Et dedit eam Iesus tribubus Israel hæreditare secundum sortem eorum in monte, & in campo, & in Araba, & in Asedoth, & in deserto, et Nageb, Chettæum, et Amorræum, et Chananæum, et Pherezæum, et Euæum, et Iebusæum regem [θ] Hiericho, et regem Gai, quæ est prope Bæthel: regem Hierusalem, regem Chebron, regem Hierimuth, regem Lachis, regem [ι] Ælã, regem Gazer, regem Dabir, regem Gader, regem Hermath, regem Ader, regem Lebna, regem Odollam, regem Elath, regem Taphut, regem Opher, regẽ Ophec ipsius Aroc, regem Asom, regem Symoon, C regem Mambroth, regem Aziph, regem Cades, regem Zachac, regem Maredoth, regem Iecom ipsius Chermel, regem Odollam ipsius Phennealdor, regẽ [κ] Gei Galilææ, regem Thersa. Omnes hi reges viginti nouem.

α Arnon.] *In alijs libris est* ἀροὴρ, Aroer: *& in Compl. sequitur:* ἥ ἐστιν ἐπὶ τοῦ χείλους ἐν τῇ φάραγγι ἀρνὼν κατὰ μέσον τῆς φάραγγος quæ est super labium in valle Arnon, ad medium vallis. *videatur sequens caput, vbi hæc eadem ciuitas describitur.* β Iaboc.] *Compl. addit* τοῦ χειμάρρου, torrentem. γ Asimoth.] *Alii* βηθσιμώθ, *& vulgata* Bethsimoth: *quod significat domum solitudinum.* δ Et Og regem Basan remansit.] *Compl.* καὶ ὅρια ὢγ βασιλέως βασὰν, ὃς ὑπελείφθη, & fines Og regis Basan, qui remanserat. ε De finibus.] ὁρίων *Compl.* ἕως ὁρίων, vsque ad fines. ζ Moyses.] *In aliis additur* ὁ παῖς κυρίου. puer Domini: *quod est in hebræo, sed non in vulgata.* η Chelcha.] *In aliis est* ἀλέκ. *vtraque uestigium est dictionis hebraicę: pro qua in vulgata est,* cuius pars *in chaldæo,* diuisionis, *in aliis,* leuem. θ Hiericho.] *Compl. addit* ἕνα, vnum: *& sic deinceps in omnibus regi-* D *bus qui enumerantur.* ι Ælam.] *In aliis est* ἐγλώμ, Eglom: *& multæ aliæ sunt in his nominibus uarietates; neque idem est numerus. Nam ubi in nostra habetur in extremo,* omnes hi reges viginti nouem; *in aliis est* τριάκοντα καὶ εἷς, triginta, & vnus. κ Gei Galilææ.] *Alii* γωεὶμ τῆς γελγέλ, *quod uulgata* gentium Galgal.

C A P. X I I I.

ET Iesus erat senior prouectus dierum. Et dixit Dominus ad Iesum: Tu prouectus es in diebus: & terra relicta est [α] multa in hæreditatem. Et hæc est terra, quæ remãsit: fines Phylistijm, ipse Gesiri, & Chananæus ab inhabitata, quæ ad faciẽ Ægypti vsq. ad fines Accaron a sinistris Chananæorũ com- E putatur quinque satrapijs Phylistiim, Gazeo, & Azotio, & Ascalonite, & Getthæo, & Accaronitæ, & Euæo: De Theman, & omni terra Chanaam contra Gazam & Sidonij vsque Aphec vsque ad fines Amorræorum & omnem terrã Galiath Phylistiim, & omnem Libanum ab ortu solis a [β] Galgal sub monte Ærmõ vsque ad ingressum Emath, omnis habitans montanam a Libano vsque [γ] Masereth Memphomaim: omnes Sidonios, ego eos exterminabo a facie Israel. Sed distribue illam in sortẽ ipsi Israel; quemadmodum tibi mandaui. Et nunc diuide terram hanc in hæreditatem nouem tribubus, [δ] & dimidiæ tribui Manasse.

A Ior

A Iordane vsq. ad mare magnũ ad occasum solis dabis eam. Mare magnũ termi nabit. Duabus tribubus, & ε dimidiæ tribui Manasse, ipsi Ruben, & ipsi Gad, ζ dedit Moyses trans Iordanem. Ad ortum solis dedit ei Moyses puer Domini, ab Aroer, quæ est super labium torrentis Arnon: & ciuitatem, quæ in medio vallis & vniuersam Misor a η Mædaban: omnes ciuitates Seon regis Amorræorum, qui regnauit in Esebon, vsq. ad fines filiorum Ammon: & Galaaditidem, & fines Gesiri, & ipsos Machati, vniuersũ montẽ Ærmon: & vniuersã Basanitidẽ vsq. Acha omne regnum Og in Basanitide, qui regnauit in Astaroth, & in Hedrain. Hic remanserat ex gigantibus. Et percussit eum Moyses, & exterminauit. Et non exterminarunt filii Israel ipsum Gesiri, & ipsum Machati, & Chananæum. Et habitabat rex Gesiri, & Machati in filiis Israel vsque in hodiernum diem. Tantum tribui Leui non est data hereditas. Dominus Deus Israel, hic hæreditas eorum, secundum quæ dixit eis Dominus. θ Et hæc est diuisio, quam diuisit Moyses filiis Israel in Araboth Moab trans Iordanem contra Hierico. Et dedit Moyses tribui Ruben secundum populos eorum. Et fuerunt eorum fines ab Aroer, quæ est ad faciem vallis Arnon, & ciuitas, quæ in valle Arnon, & vniuersam ι Misor vsque Esebon, & omnes ciuitates, quæ erãt in Misor, & Dæbon, & Bæmon Baal & κ domus Meelboth, & Basan, & Bacedmoth, & Mæphaad, & Cariathæm, & Sebama, & Serada, & λ Sion in monte Enab, & Bæthphogor, et Asidoth Phasga, & Betthasinoth, & omnes ciuitates ipsius Misor: & omne regnum Seon regis Amorræorum, quem percussit Moyses eum, et duces Madiam: et ipsum Eui, et ipsum Roboc, et ipsum Sur, et ipsum Vr, et ipsum Robe μ principẽ, spolia Sion et habitantes Sion. Et Balaam filium Beor ariolum occiderunt in ν impetu. Fuerunt autẽ fines Rubẽ, Iordanes terminus. Hæc hæreditas filiorũ Ruben secundũ populos eorum, ciuitates eorũ, & pagi eorũ. Dedit autẽ Moyses filiis Gad secũdũ populos eorũ. Et fuerunt fines eorũ Iazer: omnes ciuitates Galaad, et dimidiũ terræ filiorũ Ammon vsq. ad ξ Araba, quæ est ad faciem Arad: et ab Esebon vsq. Araboth ad Massepha, et Botanim, et Maan vsq. ad fines Dæbon, et Anadõ. & Othargai, et Benthanabra, et Socchotha, et Saphã, et reliquum regnum Seon regis Esebon: Et Iordanis terminabit vsq. ad partẽ maris Chenereth trans Iordanem ab oriente. Hæc est hæreditas filiorum Gad secundum populos eorum, et secundum ciuitates eorum ο ⸿Secundũ populos suos ceruicem vertent corã inimicis suis: quoniam fuerunt secundum populos eorum ciuitates eorum⸾ et pagi eorum. Et dedit Moyses dimidiæ tribui Manasse secundum populos eorũ. Et fuerunt fines eorum a Maan; et omne regnum Basan, et omne regnum Og regis Basan, et omnes pagos Iair, qui sunt in Basanitide, sexaginta ciuitates, et dimidium Galaad: et in Astaroth, et in Hedrain ciuitates regni Og in Basanitide filiis Machir, π filiis Manasse, et dimidiis filiorum Manasse, filiis Manasse secũdum populos eorum. Hi sunt, quibus possessionem dedit Moyses trans Iordanẽ in Araboht Moab trans Iordanem contra Hiericho ab oriente.

α Multa.] *Compl. addit* σφόδρα, *& Int. Orig. hom.* 16. multa valde. β Galgal.] *Compl.* βαελγάδ, *& vulgata* Baalgad. γ Masereth Mempho Maim.] *Alii* μασρεφωθμαίμ, *aut* μασρεφωθμαίμ, *quæ propius accedunt ab hebræam vocem, quæ significat combustiones aquarum. vulgata* aquas Masserephot. δ Et dimidiæ.] *Hæc vsque ab alterum,* Et dimidiæ, *absunt a Compl. vt a vulgata.* ε Et dimidiæ tribui Manasse ipsi Ruben.]

A ben.] *Alii* καὶ τῷ ἡμίσει φυλῆς μανασσῆ. τοῖς μετ' αὐτοῦ τῷ ῥεβὶμ, & dimidio tribus Manasse. Iis qui cum eo, ipsi Ruben, *&c. Vt illud* iis, qui cum eo, *videatur significare* alteri dimidio eiusdem tribus. ζ Dedit.] *Sic videtur satis bene fluere oratio. In aliis est,* ἣν ἔδωκεν, quam dedit. *In Compl. autem,* τοῖς μετ' αὐτοῦ τῷ ῥουβὶμ, καὶ τῷ γὰδ ἔλαβοσαν κληρονομίαν αὐτῶν, ἣν ἔδωκεν, ijs, qui cum eo, ipsi Ruben, & ipsi Gad acceperunt hæreditatẽ suam, quam dedit. *Quæ responderent hebræo, & vulgatæ, si diceretur in recto,* ii, qui cũ eo, ipse Ruben, & ipse Gad. η Mædaban.] *In Compl.* ἀπὸ μεδαβὰ ἕως δηβών, à Medaba vsque Dibon. *A vulgata abest illud,* à, *sicut etiam ab hebræo, & chaldæo. Nam* Misor Medaba *valet* Campestria Medaba. θ Et hæc est.] *Hæc vsque ad illud,* Et dedit Moyses. *absunt à Compl. vt a vulgata.* ι Misor vsque Esebon.] *In Compl. est,* μισὼρ, καὶ μεδαβὰ ἕως σεβών. *Si esset locus coniecturæ, sic ex vtraq. concinnari posset lectio congruens hebræo,* τὴν μισὼρ ἕως μεδαβὰ, ἑσεβὼν, καὶ πάσας. Planitiẽ vsq. Medaba, Esebon, & omnes, &c. κ Domus.] οἴκου. *Alii* οἴκοις, domos. *In his nominibus propriis multæ semper varietates: quarum nonnullæ tantum indicabuntur.* λ Sion.] *Alii* σιὼρ. *Vulgata hanc cum præcedenti coniungens* Sarathasar. μ Principem, spolia.] ἄρχοντα, ἔναρα. ἔναρα *autem sunt spolia, arma, & huiusmodi. Quidam libri habent* ἄρχοντας παρὰ σιὼν, principes apud Sion. *Alius,* ἄρχοντα σιὼν, principem Sion. *Alii* ἄρχοντας σηὼν τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν, *quod est in vulgata,* Duces Seon habitatores ter-

B ræ. ν Impetu.] ῥοπῇ. *Alii codices,* ἐν ῥομφαίᾳ ἐν τῇ τροπῇ, in gladio, in fuga. *Nonnulli* ἐν τῇ προνομῇ, in direptione. *Vulgata,* gladio cum ceteris interfectis. ξ Araba.] *Alii* ἀροὴρ, Aroer. ο Secundum populos.] *Hæc usque ad illud,* & pagi eorum, *sunt etiam in nonnullis aliis vetustis. Absunt tamen a multis.* π Filiis.] *Alii* υἱοὶ, filii, *itemque paulo post.*

CAP. XIIII.

ET hi sunt qui possederunt, de filijs Israel in terra Chanaam: quibus distribuerunt hæreditatem eis Eleazar sacerdos, & Iesus filius Naue, & principes familiarum tribuum filiorum Israel. Secundũ sortes hæreditarũt,

C quemadmodum mandauit Dominus in manu α Iesu nouem tribubus, & dimidiæ β tribui ex eo, quod trans Iordanem. Et Leuitis non dedit sortem in eis. Quoniam fuerunt filii Ioseph duæ tribus, Manasse & Ephræm. Et non fuit data portio in terra Leuitis, sed ciuitates ad habitandum, & γ segregata earum pecorib. & pecora eorum. Quemadmodum mandauerat Dominus Moysi, sic fecerunt filij Israel: & partiti sunt terram. Et accesserunt filij Iuda ad Iesum in Galgal. Et dixit ad eum Chaleb filius Iephone Cenezæus: Tu nosti verbũ, quod locutus est Dominus ad Moysem hominem Dei de me, & te in Cades Barne. Quadra-

D ginta enim annorum eram, quando misit me Moyses puer Dei de Cades Barne explorare terram. Et δ respondi ei verbum secundum mentem eius. Fratres mei qui ascenderãt mecum, transtulerunt cor populi. Ego autem appositus fui obsequi Domino Deo meo. Et iurauit Moyses in illa die, dicens: Terra, super quã ascendisti, tibi erit in sorte, & filiis tuis in seculum; quoniam apposuisti obsequi post Dominum Deum nostrum. Et nunc enutriuit me Dominus, quemadmodum dixit. Hic est quadragesimus, & quintus annus, ex quo locutus est Dominus verbum hoc ad Moysem. Et iuit Israel in deserto: & nunc ecce ego hodie octuaginta, & quinque annorum. Adhuc sum hodie valens; sicut quando misit me Moyses: similiter valeo nunc egredi, & ingredi in prælium. Et nunc peto a te

E montem hunc, secundum quæ dixit Dominus die illa; quoniam tu audisti verbum hoc in die illa. Nunc autem ipsi Enacim ibi sunt, ciuitates munitæ, & magnæ. Si igitur Dominus mecum fuerit; exterminabo eos; quemadmodum dixit mihi Dominus. Et benedixit eum Iesus, & dedit Chebron ipsi Chaleb filio Iephone Cenezæi in sortem vsque in diem hanc; eo quod ipse obsecutus fuit præcepto Domini Dei Israel. Nomen autem ipsius Chebron erat antea ciuitas ε Argob: metropolis ipsorum Enacim hæc. Et terra quieuit a bello.

α Iesu.] *Compl.* μωυσῆ, Moysi, *vt vulgata.* β Tribui.] *In aliis hæc sequuntur,* ἔδωκε γὰρ μωυσῆς κληρονομίαν ταῖς δύο φυλαῖς, καὶ τῷ ἡμίσει φυλῆς ἀπὸ τοῦ πέραν τοῦ ἰορδάνου, dedit enim Moyses hæreditatem duabus tribubus, & dimidiæ tribui ex eo, quod trans Iordanem. γ Segregata earum.] *Compl.* τὰ προάστεια αὐτῶν, suburbana earum: *quod habet vulgata.* δ Respondi.] *In Compl. & aliis quibusdam est* ἀπεκρίθησαν, responderunt: *sed est manifestum erratum, præcipue in Compl. in qua sequitur, vt in nostra* κατὰ τὸν νοῦν αὐτοῦ. οἱ δὲ ἀδελφοί μου, *&c. Nam tolerabilius in aliis,* κατὰ τὸν νοῦν αὐτῶν οἱ ἀδελφοί μου οἱ συναναβάντες μετ' ἐμοῦ, καὶ μετέστησαν, secundum mentem suam fratres mei, qui simul ascenderant mecum, & peruerterunt, *&c. Hebræo, & vulgatæ omnino responderet, si pro* αὐτοῦ, *esset* μου, *idest,* respondi ei verbum secundum mentem meã. ε Argob.] *Alii.* ἀρβὴ, Arbe.

A

CAP. XV.

B

ET facti sunt fines tribus α Iuda secundum populos eorum a finibus Idumeæ a deserto Sin vsque Cades ad β Africum. Et fuerunt fines eorum ab Africo vsque ad partem maris salsi a summitate, quæ fert ad Africum. Et egrediuntur contra ascensum Acrabin, & pertranseunt Sena. Et ascendũt ab Africo in Cades Barne. Et egrediuntur Asoron, & ascendunt in Sarada: & obeũt eam, quæ ad occidentem Cades: & egrediuntur in Selmonan, & transeunt vsque ad γ vallẽ Ægypti. Et erit eius finium exitus ad mare. Hic est eorum terminus ab Africo. Et fines ab oriente vniuersum mare salsum vsque δ ad Iordanem. Et fines eorum ab Aquilone, & a summitate maris & a parte Iordanis ascendunt fines ad Bæthaglaam: & transeunt ab Aquilone in Bætharaba: & ascendunt fines ad lapidem Bæon filii Ruben. Et ascendunt ad ε quartã vallis Achor: & descendunt ad Galgal, quæ est e regione ascensionis Adammim, quæ est ad Africum ipsi valli: & pertranseunt ad aquam fontis solis. Et erit eius exitus fons Rogel. Et ascendunt fines ad vallem Ennom super dorsum Iebus ab Africo. Hæc est Hierusalem. Et traijciunt fines ad cacumen montis: quod est ad faciẽ vallis Ennom ad mare, quod est a parte terræ Raphaim ad Aquilonem. Et pertransit terminus a cacumine montis ad fontem aquæ Naphto: & transit ad montem Ephron: & ducet terminum ad Baal: hæc est ciuitas Iarim. Et circuibit terminus a Baal ad mare, & præteribit ad montem ζ Assar super dorsum ciuitatem Iarim ab Aquilone: hæc est Chasson. Et descendet ad ciuitatem Solis, & præteribit ad Africum. Et transit terminus contra dorsum Accaron ad Aquilonem: & peruenient termini ad η Socchoth. Et præteribunt fines ad Africum: & peruenient ad Lebna. Et erit exitus finium ad mare. Et fines eorum a mari mare magnũ terminabit. Hi sunt fines filiorum Iuda in circuitu secundum populos eorũ. Et Chaleb filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iuda per præceptum Dei. Et dedit ei Iesus ciuitatem Arboc metropolim Enac. Hæc est Chebron. Et exterminauit inde Chaleb filius Iephone tres ipsos filios Enac, Susi, & Tholami, & Achima. Et ascendit inde Chaleb super habitantes Dabir. Nomen autem Dabir erat antea ciuitas litterarum. Et dixit Chaleb: Qui ceperit, & exciderit ciuitatem litterarũ, & dominatus fuerit eius; dabo ei Aschan filiam meam in vxorẽ. Et cepit eam Gothoniel filius Cenez θ fratris Chaleb. Et dedit ei Aschan filiã suam, vxorem. Et factum est, dum ea egrederetur, & habuit consilium cum eo dicens: petam patrem meum agrum. Et exclamauit de asino. Et dixit ei Chaleb: Quid est tibi? Et dixit ei: Da mihi benedictionem; quoniam in terram Nageb ι dedisti me. Da mihi ipsam κ Botthanis. Et dedit ei λ Gonathlan

C

D

E

A thlan superiorem, et Gonæthlan inferiorem. Hæc est hæreditas tribus filiorum Iuda. Fuerũt autem ciuitates eorum, [μ] ciuitates ad tribum filiorum Iuda super fines Edom super desertum, et [ν] Bæseleel, et Ara, et Asor, et Icam et Regma, et Aruel, et Cades, et Asorionain, et Mænam, et Balmænan, [ξ] et oppida earum. Et ciuitates, Aseron (hæc est Asor) & Sen, et Salmaa, et Molada, et Seri, et Bæphalath, et Cholaseola, et Bersabee, [ο] et oppida earum, et villæ earum. Bala et Bacoc, et Asom, et Elboydad, et Bæthel et Herma, et Secelac, et Macharim, et Sethennac, et Labos, et Sale, et Eromoth; ciuitates viginti nouem, et oppida earum. In campestri Astaol, et Raa, et Assa, et Ramen, et Tano, et Iluthoth, et

B Mæani, et Iermuth, et Odollam, et Membra, et Saocho, et Iazeca, et Saearim, et Gadera, et villæ eius ciuitates quatuordecim, [π] et oppida earum. Senna, et Adasam, et Magadalgad, et Dalad, et Maspha, et Iachareel, et Basedoth, et Ideadalea, et Chabra, et Maches, et Maachos, et Geddor, et Bagadiel, et Noman, et Machedan, ciuitates sexdecim, et oppida earum. Lebna, et Ithae, et Anoch, et Iana, et Nasib, et Ceilã, et Aciezi, et Cozib, et Bachesar, et Ælom, ciuitates [ρ] decem, et oppida earum. Accaron, et oppida eius, et villæ [σ] eorum. Ab Accaron Gemna, et omnes, quæcunque sunt prope Asedoth, et oppida earum: Asiedoth, et oppida eius, et villæ eius: Gaza, et oppida eius, et villæ eius

C vsque ad torrentem Ægypti. Et mare magnum disterminat. Et in montana Samir, et Iether et Socha, et Renna, & ciuitas litterarum (Hæc est Dabir) & Anon, & Es, & Man, et Æsam, & Gosom, & Calu, et Channa, et Gelom, ciuitates vndecim, & oppida earum. Ærem, et Remna, & Soma, et Iemain, et Bæthachui, et Phacua, et Eurna, et ciuitas Arboc (hæc est Chebron) et Soreth, ciuitates nouem, et villæ earum. Maor, et Chermel, et Ozib, et Itan, et Iariel, et Aricam, et Zacanaim, et Gabaa, et Thamnatha, ciuitates [τ] nouẽ, et oppida earũ. Ælua, et Bethsur, et Geddon, et Magaroth, et Bæthanam, et Thecum, ciuitates sex, et oppida earum: [υ] Theco, et Ephratha (hæc est Bæthleẽ) et Phagor, et

D Ætan, et Gulon, et Catam, et Thobes, et Tarem, et Calem, et Thether, et Manocho, ciuitates vndecim, et oppida earum Cariath Baal (hæc est ciuitas Iarim) et Sotheba, ciuitates duæ, et villæ earum. Et [υ] Baddargis, et Tharabaam, et Aenon, et Aeochioza, et Naphtazon, et ciuitates Sadon, et Ancades, ciuitates [φ] septem, et oppida earũ. Et Iebusæus habitabat in Hierusalem, et nõ potuerunt filii Iuda disperdere eos. Et habitarunt Iebusæi in Hierusalem vsq; in diem hanc.

α Iuda.] *Compl.* υἱῶν ἰούδα, *&* *Int. Orig. hom.* 19. filiorum Iuda: *quæ varietas sæpe occurrit.* β Africum.] *Int. Orig.* occidentem. *Inquit autem in occidentis partibus, & Africum, & Aegyptũ nominari, & occasum.* γ *V*allem.] *Compl.* χειμάῤῥου, torrentem, *vt vulgata.* δ Ad Iordanem.] *Compl.* μέρους τοῦ ἰορδάνου,

E partem Iordanis. *Vulgata*, ad extrema Iordanis. ε Quartam.] ἐπὶ τὸ τέταρτον. *Alii* ἐπὶ δαιβηρὰ, *Compl.* ἐπὶ τῇ δαβείρ. *Vulgata* Debera. ζ Assar.] *Alii* σηείρ. *& vulgata* Seir. η Socchot.] *Alii* σαχχαρωνὰ, καὶ παρελεύσεται ὄρος γῆς βααλὰ (*al.* βααλών) καὶ διεκβαλεῖ ἐπὶ ἰαβνὴλ καὶ ἔσται ἡ διέξοδος, & præteribunt montem terræ Baala (*al.* Baalon) & peruenient in Iabnel: & erit exitus, *&c.* θ Fratris Chabel.] *Ita hebræus, & chaldæus. Alii, & Compl.* ἀδελφὸς (*al.* ὁ ἀδελφὸς) χαλὲβ ὁ νεώτερος, *& vulgata* frater Caleb iunior. *Itemque apud* Origenem *hom.* 20. ι Nageb.] *In aliquo libro est* νότου, Austri, *vt etiam habet Int. Orig. Nam Nageb significat meridiem.* κ Botthanis.] *Alii* γωλαθμαΐμ, *quod significat* fontes aquarum. λ Gonæthlam.] *Ita fere Interpres Origenis. In aliis est* τὴν γωλαθμαΐμ τὴν ἄνω, καὶ τὴν γωλὰθ τὴν κάτω: *quod vulgata*, irriguum superius, & inferius. μ Ciuitates ad tribum.] πόλεις πρὸς τῇ φυλῇ. *In aliquo codice est* πόλις πρώτη φυλῆς, ciuitas prima tribus filiorum, *&c. Vulgata* ab extremis partibus filiorum. ν Et Beteleel.] *Ab omnibus fere abest illud, Et: atque in multis est* καβσεήλ, Cabseel, *vt in vulgata.* Magnæ au-

tem sunt semper, vt præmonuimus, in his nominibus propriis varietates, *neque omnes sunt indicandæ*. ξ Et oppida earum.] *Hæc a multis absunt. In Compl. horum loco videtur esse* αἰασὼρ τὴν καινήν, Æasor nouam. ο Et oppida earum, & villæ earum.] *Hæc item a Compl. absunt; sed horum loco ponuntur alia ciuitatum nomina.* π Decem.] *In aliis* ἐννέα, nouem, *vt vulgata.* ρ Eorum.] *Alii* αὐτῆς, eius. σ nouem.] *Alii* δέκα, decem. τ Theco.] *Hinc vsque ad*, Cariath Baal, *abest a Compl. vt a vulgata.* υ Et Baddargis.] *In Compl. nec multo aliter in aliis quibusdam* ἐν τῇ ἐρήμῳ βηθαραβά, In deserto Betharaba, *vt vulgata.* φ Septē.] *In aliis* ἕξ, sex, *ut in uulgata.*

CAP. XVI.

ET facti sunt fines filiorum Ioseph a Iordane, qui cōtra Hiericho ab α orięte. Et ascendent a Hierico in montanam, β desertum, in Bæthel γ Luza. Et egredientur in Bæthel, et præteribūt ad fines Acatarothi: et transibunt ad mare super fines Aptalim vsque ad fines Bæthoron, quæ δ infra. Et erit exitus eorum ad mare. Et hæreditauerunt filii Ioseph Ephræm, et Manasse. Et fuerunt fines filiorum Ephræm secundum populos eorum. Et fuerunt fines hæreditatis eorum ab oriente Ataroth, et Eroc vsque ad Bæthoron superiorem, & Gazara. Et venient fines ad mare in ε Icasmon ab Aquilone ζ Therma: circuibunt ad orientem in Thenasa, & Selles: et præteribunt ab oriente in Ianoca, η et in Macho, et Ataroth, et pagi earum. Et venient ad Hiericho, et transibunt ad Iordanē. Et a Taphu ibunt fines ad mare in Chelcana. Et erit exitus eorum ad mare. Hæc est hæreditas tribus Ephræm secundum populos eorum, et ciuitates segregatæ filiis Ephræm inter medium hæreditatis filiorum Manasse, omnes ciuitates, & pagi earum. Et non disperdidit Ephræm Chananæum habitantem in Gazer. Et habitabat Chananæus in Ephræm vsque in diem θ istum; ι donec ascendit Pharao rex Ægypti, et cepit κ eam: et incendit eam in igni: et Chananæos, et Phærezæos, et habitantes in Gazer λ transpunxerunt: et dedit eam Pharao in dotem filiæ suæ.

α Oriente.] *In aliis additur* τὴν ἔρημον, *quasi* desertum versus. *Vulgata*, solitudo. β Desertum.] *Abest hoc loco à Compl. ut a uulgata.* γ Luza.] *Alii*, καὶ ἐξελεύσεται ἀπὸ βαιθὴλ εἰς λουζά, καὶ παρελεύσεται ἐπὶ τὰ ὅρια τοῦ ἀρχαταρώθ. Et egredientur à Bæthel in Luza, & præteribunt ad fines Archiataroth: *nec multo aliter uulgata.* δ Infra.] *Compl. addit*, καὶ ἕως γαζὲρ, & vsque Gazer: *quod respondet uulgatæ.* ε Icasmon.] *Libri ueteres partim habent* ὀκλεμὼν, Oclomon, *partim* μοσχὼθ, Moschoth. *In aliis & μαχθὼθ.* Machthoth. *Vulgata.* Machmetath. ζ Therma Circuibunt.] *In aliis*, καὶ παρελεύσεται. Et præteribunt. η Et in Macho, & Ataroth.] *Alii* εἰς ἀταρὼθ, καὶ νααραθά, in Ataroth, & Naaratha, *quomodo fere uulgata. Compl. autē* εἰς ἀταρὼθ, καὶ αἱ κῶμαι αὐτῆς, καὶ εἰς ἀναραθά, In Anataroth, & pagi earum, & in Anaratha. θ Istum.] *Sic etiam S. Aug. q. 19. In Compl. additur*, καὶ ἐγένοντο ὑπόφοροι δοῦλοι. *Int. Orig. hom.* 22. & factus est sub tributo seruus. ι Donec ascendit.] *Hæc usque in finem absunt à Compl. ut a uulgata, sunt tamen apud Origenem, & S. Aug. qui etiam de isto loco disputat.* κ Eam.] *Alii* τὴν πόλιν, ciuitatem, *& sic S. Aug. & Int. Orig.* λ Transpunxerunt.] *Alii* ἐξεκέντησε, *& S. Aug.* trans punxit. *Int. Orig.* trucidauit.

CAP. XVII.

ET facti sūt fines tribus filiorū Manasse, quoniā hic primogenitus Ioseph ipsi Machir primogenito Manasse, patri Galaad (vir. n. bellator erat) in Galaaditide, & Basanitide. Et facti sunt filiis Manasse reliquis secundū populos eorum,

A eorũ filijs Iezi, & filiis Celez', & filijs Ieziel, & filijs Sychẽ, & filijs Symarim, & filijs Opher. Hi masculi secundũ populos eorũ. Et Salpaad filio Opher non fuerant ei filii, sed filiæ. Et haec sunt nomina filiarum Salpaad, Maala, et Noa, et Egla, et Melcha, et Thersa. Et steterunt coram Eleazaro sacerdote, et coram Iesu, & coram principibus, dicentes: Deus mandauit per manum Moysi dari nobis hæreditatem in medio fratrum nostrorum. Et data est eis per præceptum Domini sors in fratribus patris earum. Et cecidit funiculus earum [a] ab Anassa, et campus Labec de terra Galaad, quæ est trans Iordanem: quoniam filiæ filiorum Manasse hæreditarunt sortem in medio fratrum suorum. B Terra autem Galaad fuit filiis Manasse reliquis. Et facti sunt fines filiorum Manasse, [b] Delanath, quæ est ad faciem filiorum Anath; et vadunt ad fines in Iamin, et Iassib ad fontẽ Thaphthoth. [c] Ipsi Manasse erit. Et Thaphet super fines Manasse, filiis Ephræm. Et descendent fines ad vallem [d] Carana ad Africum secundum vallem [e] Iariel terebinthus ipsi Ehpræm inter medium ciuitatis Manasse. Et fines Manasse ad Aquilonẽ in torrentẽ. Et erit eius exitus, mare ab Africo ipsi Ephræm, et ad Aquilonem Manasse. Et erit mare terminus eis: et in [f] Aseb contigui erunt ad Aquilonem, et ipsi Issachar ab oriẽte. Et erit Manasse in Issachar, et in Aser Bæthsan, et pagi [g] earũ, et habitantes Dor, C et pagos eius, et habitantes Mageddo, et pagos eius, et tertiam partem ipsius [h] Mapheta, [i] et pagos eius. Et non potuerunt filij Manasse exterminare ciuitates has: et cœpit Chananæus habitare in terra hac. Et factum est, [k] et postquã inualuerunt filij Israel; et fecerunt Chananæos subiectos: [l] exterminando autẽ non eos exterminarunt. Contradixerunt autem filij Ioseph Iesu, dicentes: Cur hæreditare fecisti nos sortem vnam, et funiculum vnum? Ego autem populus multus sum: et Deus benedixit me. Et dixit eis Iesus: Si populus multus es; ascẽde in syluam, et [m] succide tibi ipsi. Si coarctat te mons Ephrem. Et dixerunt: Non [n] satis facit nobis mons Ephræm: et equus electus, et ferrum Chananæo D [o] habitanti in eo in Bæthsan, et in pagis eius, in conualle Iezrael. Et dixit Iesus filijs Israel: Si populus multus, et fortitudinem magnam habes; nõ erit tibi sors vna: Sylua enim erit tibi; quoniam sylua est: et emundabis eam: et erit tibi, [p] et quando exterminaueris Chananæum, [q] quoniam equus electus ei est. Tu enim præualebis ei.

[a] Ab Anassa, & campus Labec.] *In aliquo libro est* μαvασσῆ πεδίον λαβὰδ. Manasse cãpus Labad *Itemque in Compl. nisi quod habet* Labed. *Et post illa*, de terra Galaad *in ijsdem sequitur* καὶ τῆ βασὰν, & Basan. *Vulgata* Et ceciderunt funiculi Manasse decem, absque terra Galaad, & Basan. *In hebræo* est *dictio Lebad, quæ significat* absque, *aut*, præterquam. [b] Belanath, quæ est ad faciem filiorum Anath.] *In aliquo libro est* ἀπὸ ἀσὴρ τῆ μαχθὼθ ἡ δαναθ, ἥ ἐστιν κατὰ πρόσωπον συχὲμ, ab Aser ipsius Machthoth, quæ Danath, quæ est ad faciem Sychem. *Ita etiam in Compl. nisi, quod non habet* ἡ δαναθ. *Nec multo aliter uulgata*, ab Aser Machmata, quæ respicit Sychem. [c] Ipsi Manasse erit, & Tapheth.] *Hæc absunt à Compl. quæ tamen habent aliquid in hebræo, quod illis respondeat, in quo ter repetitur Thaphuabh, atque hoc significatur terram istam fuisse ipsi* Manasse, *eandẽ vero super terminos Manasse fuisse etiam filiis* Ephræm. [d] *Carana.*] *Abest à Compl. In aliquo libro est* κανὲ, *quod est verbum hebræum significans arundinẽ. Quare in vulgata est*, vallis arundineti. [e] Iariel terebinthus.] *In aliis est non* Iariel, *sed* ἰασὶρ, *aut* ἰαὶρ: *quæ propius accedit ad hebræam dictionem, quæ significat* ciuitates. *Nam in hebræo hic est sensus*. Ciuitates istæ fuerunt ipsi Ephræm in medio ciuitatum Manasse. *Quare melius est* τῷ ἐφραὶμ, *quam* τὼ ἐφραὶμ, *quod in Compl.* [f] *Aseb.*] ἀσὴβ. *In aliis* ἀσὴρ, *& vulgata* in tribu Aser. [g] Earum.] *Ita omnes collati codices, & Compl. quãuis vulgata habeat* eius. *In Compl autem sequitur*. καὶ ἰαβλαὰμ, καὶ αἱ θυγατέρες αὐτῆς: καὶ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας δὼρ, καὶ τὰς κώμας αὐτῆς, καὶ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐνδὼρ, καὶ τὰς κώμας αὐτῆς

E

ἀυτῆς, καὶ ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας θαναὰχ, καὶ τὰς κώμας ἀυτῆς, καὶ τοὺς κατοικοῦντας μαγγεδῶ, *&c.* Et Iablaam & filiæ eius, & super habitantes Dor, & pagos eius, & super habitantes Endor, & pagos eius, & super habitantes Thanach, *&* pagos eius, & habitantes Maggedo, *&c. Quæ respondent vulgatæ: eorumque nonnulla, quæ absunt a nostra, habentur etiam in aliis libris.* θ Mapheta.] *In aliis* ναφεθὰ, *in Compl.* νοφὲθ, *& vulgata Nopheth: quæ dictio hebræa potest etiam significare climata, & regiones: vt significetur vrbes memoratas cum suis pagis fuisse tres regiones.* ι Et pagos eius.] *Ita etiam Compl. A vulgata, & hebræo absunt,* ι Et postquam.] *Illud, &, abest a multis, & ab Int. Origenis.* λ Exterminando.] ἐξολοθρεῦσαι. *Valde respondet hebręo. In aliis codicibus est* ἐξολοθρεύσει, *& Int. Orig.* exterminatione: *quæ etiam locutio scripturæ familiaris est.* μ Succide tibiipsi.] ἐκκάθαρον, *Alii* ἐκκαθάρισον: *Int. Orig.* munda tibiipsi, & para locum in terra: expurga Pherezæos, & Raphaim. *Compl. non multo aliter* ἐκκάθαρον σεαυτῷ ἐκεῖ ἐν τῇ γῇ τοῦ φερεζαίου καὶ τοῦ ῥαφαίμ. ν Satisfacit.] ἀφέσκει. *Ita enim in aliquo alio libro. Ad marginem libri Vaticani adscriptum est, quasi emendandi causa,* ἀρκέσει, sufficiet. *Et ita est in alio vetusto. In nonnullis est* ἀρκεῖ, sufficit. *Et ita S. Aug. in locut.* & *Int. Orig.* ξ Habitant in eo in Bethsan.] *S. Aug.* qui habitat in Basan, *Int. Orig.* qui habitat in meridie. *Alii libri habent* κατοικοῦντι ἐν ἐμοὶ ἐν βαιθσὰν, habitanti in me in Bæthsan. *Compl.* ἐν τῇ γῇ ἐμὶκ ἐν βαιθσὰν, in terra Emic in Bæthsan. *Illud* Emic *est vox hebræa, quæ significat vallem. Quare vulgata habet,* terra campestri. ο Et quãdo.] *A multis abest illud* & *Int. Orig.* si emundaueris syluã, erit tibi cum exterminaueris *Compl.* καὶ ἔσται σοι ἡ ἔξοδια ἀυτοῦ, ὅταν ἐξολοθρεύσης, & erit tibi exitus eius, cum exterminaueris. π Quoniam.] *Vox hebræa, quæ significat* quoniam, *valet etiam* quamquam: *& ita nunc videtur valere græcum,* ὅτι.

CAP. XVIII.

ET conuocata est omnis Synagoga filiorum Israel in Selo: & fixerunt ibi tabernaculum testimonii: & terra subacta est ab eis. Et remanserant filii Israel, qui non hæreditauerãt, septẽ tribus. Et dixit Iesus filiis Israel: Quoadusque remissi eritis hæreditare terram, quam dedit Dominus Deus noster? Date ex vobis viros tres de tribu. Et surgentes peragrent terram, & describant eam coram me; sicut oportebit diuidere eam. Et [α] peruenerunt ad eum. Et diuisit eis septem partes. [β] Iudas statuet sibi terminũ ab Africo. Et filii Ioseph statuent sibi ab aquilone. Vos autem diuidite terram, septem partes. Et afferte huc ad me: & educam vobis sortem ante Dominum Deum nostrum. Nõ est enim pars filiis Leui in vobis. Sacerdotium enim Domini, pars eius. Et Gad, & Ruben, & dimidium tribus Manasse acceperunt hæreditatẽ suam trans Iordanem ad oriẽtem; quam dedit eis Moyses puer Domini. Et surgentes viri iuerunt. Et mandauit Iesus viris euntibus describere terram dicens: [γ] Ite, & describite terram: & aduenite ad me: & hic educam vobis sortem in Selo. Et iuerunt, & descripserunt terram: & viderunt eam, & scripserunt eam secundum ciuitates, septem partes in libro, & attulerunt ad [δ] Iesum. Et misit eis Iesus sortem in Selo ante [ε] Dominum. Et exiit sors tribus Beniamin prima secundum populos eorum. Et exierunt fines sortis eorum inter medium filiorum Iuda, & filiorum Ioseph. Et facti sunt eorum fines ab Aquilone, a Iordane ascendent fines per dorsum Hierico ab Aquilone, & ascendent super montem ad mare. Et erit eius exitus Mabdaritis Bæthon. Et trãsibũt inde fines Luza [ζ] super dorsum Luza ab Africo eius. Hæc est Bæthel. Et descendent fines [η] Maatarob Orech ad montanã, quæ est ad Africum Bæthoron, quæ infra. Et transibunt fines & præteribũt ad partem, quæ spectat ad mare ab Africo, a monte ad faciẽ Bæthoron Africũ. Et erit eius exitus ad Cariath Baal. Hæc est Cariathiarim, ciuitas filiorũ Iuda. Hæc est pars, quæ ad mare. Et pars, quæ ad Africum; a parte Chariath Baal. Et transibunt fines in Gasin ad fontem aque Naphto. Et descendent fines in [θ] parte, hic est secundum faciem nemoris Sonnam, qui est a parte Emec Raphaim ab Aquilone. Et descendẽt [ι] Gæenna super dorsum Iebusæ ab Africo: descendent ad fontem

Rogel

A Rogel, & transibunt ad fontem [κ] Bethsamys: & præteribũt in Galiloth, quæ est e regione ad ascensum Æthamim. Et descendent ad lapidem Bæon filiorum Ruben. Et transibunt super dorsum Betharaba ab Aquilone: & descendent [λ] ad fines ad dorsum [μ] mare ab Aquilone. Et erit exitus finium ad extremitatẽ maris salis ad Aquilonem in partem Iordanis ab Africo. Hi fines sunt ab Africo. Et Iordanis terminabit a parte orientis. Hæc est hæreditas filiorum Beniamin, fines eius in circuitu secundum populos. Et factæ sunt ciuitates filiorum Beniamin secundum populos eorum, Hiericho, & Bethegæo, & Amecasis, & Bethabara, & Sara, & Besana, et Æin, et Phara, et Ephrata, et Carapha, et Cephira, et Moni, et Gabaa, ciuitates [ν] duodecim, et pagi earũ: Gabaon, B et Rama, et Beerotha, et Massema, et Miron, et Amoce, et Phira, et Caphan, et Nacan et Selecan, et Tharecla, et Iebus (Hæc est Hierusalẽ) et Gabaoth, Iarim, ciuitates tredecim, er pagi earum. Hæc est hæreditas filiorum Beniamin secundum populos eorum.

α Peruenerunt.] διῆλθοσαν. *Alii* ἦλθον, venerunt. *In vulgata autem hæc omnia dicuntur à Iosue*, veniant diuidite. β Iudas statuet.] *Compl.* ἰούδας σήσεται ὅριον ἀπὸ λιβὸς αὐτοῖς, καὶ οἱ υἱοὶ ἰωσὴφ σήσονται ἐπὶ τὸ ὅριον αὐτῶν ἀπὸ βορρᾶ. Iudæ stabit terminus ab Africo eis: & filii Ioseph stabunt super terminum suum ab Aquilone. γ Ite.] *Compl.* διέλθετε, καὶ πορεύθητε τὴν γῆν, transite, & ambulate terram. δ Iesum.] *Alii addunt* εἰς σηλὼ, in Selo. *Compl. præterea.* εἰς τὴν παρεμβολὴν ἐν σηλὼ. *Et vulgata*, in castra Silo. ε Dominum.] *In Compl, sequitur.* καὶ ἐμέρισεν ἐκεῖ ἰησοῦς τὴν γῆν τοῖς υἱοῖς ἰσραὴλ κατὰ μερισμοὺς αὐτῶν, & partitus est ibi Iesus terrã filiis Israel secundum partitiones eorum. C ζ Super dorsum Luza.] *hæc absunt a Compl. sed non ab hebræo.* η Maatarob Orech.] *Alii* ἀπὸ ἀταρὼθ ἐδδὰρ, ab Ataroth Eddar. A *Compl. abest illud* ἀπὸ, *sicut etiam ab hebræo. Vulgata supplet præpositionem.* in Astaroth Addar. θ In parte.] *In ceteris legitur* ἐπὶ μέρους τοῦ ὄρους, ὅ ἐστι, in parte montis, qui est. ι Gæenna.] *Alii* γαιεννὸμ, *& vulgata* Gehennon, idest vallis Ennom. κ Bethsamys.] *Alii* σαμὲ, *aut* σαμὲς, *vulgata* En semes, idest fontem Solis. λ Ad fines.] *Hoc abest ab aliquo libro*, μ Mare.] *In aliis* βηθαγλὰ, Bethagla, *vt vulgata.* ν Duodecim.] *Tot modis variant hæc locorum nomina, & ex vno fiunt duo, ac vicissim ex duobus vnum; ut mirandum non sit; si numerus non constet.*

CAP. XIX.

D ET exiit secunda sors [α] filiorum Symeon. Et facta est hæreditas eorum inter sortes filiorum Iuda. Et facta est sors eorum Bersabee, & Samaa, & Cadadam, & Arsola, & Bola, & Iason, & Erthula, & Bula, & Herma, & Sicelac, & Bæthmachereb, & Sarsusin, & Batharoth, & agri earum, ciuitates tredecim, & pagi earum. Eremmon, & Thalcha, & Iether & Asan, ciuitates quatuor, & pagi earum [β] in circuitu ciuitatum earum vsque Balec euntibus Bameth ad Africum. Hæc est hæreditas tribus filiorum Symeon secundum populos eorum. De sorte Iuda hæreditas tribus filiorum Symeon: quoniam fuit pars filiorum Iuda maior ea, quæ ipsorum: & hæreditauerunt filii Symeon in medio sortis eorum. E Et exiit sors tertia ipsi Zabulon secundum populos eorum. [γ] Esedec Gola, fines eorum mare, & Magelda, & contingent ad Betharaba in valle, quæ est ad faciem Iemman. Et reuerterunt a Sadduc ex aduerso ab oriente Bethsamys ad fines Chaselothæth, & transibunt in Dabiroth, & ascendent in Phãgæ. Et inde circuibunt ex aduerso ad Orientem in Gebere ad ciuitatem Catasem: & pertransibunt in Remmonaa Macharaoza. Et circuibunt fines ad Aquilonem ad Amoth. Et erit exitus eorum ad Gæphael, et Catanath, et Nabaal, et Symoon, et [δ] Hiericho, et Bæthman. Hæc est hæreditas tribus filiorum Zabulon secundum populos eorum, ciuitates, et pagi earum. Et ipsi Issachar exiit sors quarta. Et

Et facti sunt fines eorum Iazel, et Chasaloth, et Sunam, et Agim, et Siona, et Reeroth, & Anachereth, & Dabiron, & Cison, & Rebes, & Remmas, & Ieon, & Tomman, & Æmarec, & Bersaphes. Et contigent fines ad Gæth Bor, et ad Salim ad mare, & Bæthsamys. Et erit eius exitus finium ε Iordanis. Hæc est hæreditas tribus filiorum Issachar secundum populos eorum, ciuitates, & pagi earum. Et exiit sors quinta Aser secundum populos eorum. Et facti sunt fines eorũ Exeleceth, & Aleph, & Bæthoc, & Ceaph, & Elimelech, & Amiel, & Maasa. Et cõtingent Carmelum ad mare, & Siõ, & Labanath. Et reuertent ab ortu solis, & Bæthegeneth: & cõtingent Zabulon & Eugai, & Phthael ad Aquilonẽ: & ingredientur fines Saphthæ Bæthme, & Inael: & transibunt in Choba Masomel, & El bon, & Raab, & Ememaon, & Canthan vsque Sidonem magnam. Et reuertent fines in Rama, & vsque ad fontem Masphasat, & Tyrios. Et reuertent fines ad Iasiph. Et erit exitus eius mare, & Apoleb, & Echozob, et Archob: et Aphec, et ζ Raay. Hæc est hæreditas tribus filiorũ Aser secundum populos eorum, ciuitates et pagi earum. Et Nephtali exiit sors sexta. Et facti sunt fines eorũ Moolam et Mola, et Besemiin, et Arme, et Naboc, et Iephtame vsque Dodam. Et facti sunt exitus eius Iordanes. Et reuertent fines ad mare in Atthabor, et transibunt inde Iacana, et contingent Zabulon ab Austro: et Aser contingent ad mare: et Iordanes ab ortu solis: et ciuitates muratæ Tyriorũ, η Cyrus, et Omothadaceth: et Cenereth, & Armeth et Arael, et Asor, et Cades, et Assari, et fons Asor, et Ceroe, et Megalaarim, et Betthame, et θ Thessamys. Hæc est hæreditas tribus filiorum Nephtali. Et Dan exijt sors septima. Et facti sunt fines eorum Sarath, et Asa, et ciuitates Sammays, et Salamin, et Ammon, et Silatha, et Alõ, et Thamnatha, et Accaron, et Alcatha, et Begethon, et Gebeclã, et Azor, et Banæ bacat, et Geth Remmõ. Et a mari Hierachon terminus prope Ioppen. ι Hæc hæreditas tribus filiorum Dan secundum populos eorũ, ciuitates eorũ, & pagi earum. Et non extriuerunt filii Dan Amorræũ vexantẽ eos in monte. Et non sinebant eos Amorræi descendere in conuallem. Et vexauerunt a se terminum portionis eorum. Et iuerunt filii Dan, & oppugnauerunt κ Lachis, & ceperunt eam, & percusserunt eam in ore gladii. Et habitauerunt eam: & vocauerunt nomen eius λ Lasendan. μ Et Amorræus permansit habitare in Elom, et in Salamin. Et grauata est manus Ephræm super eos; et facti sũt illis tributarii. Et ν iuerunt adire terram secundum terminum ipsorum. Et dederunt filii Israel sortem Iesu filio Naue inter ipsos per præceptum Dei: et dederunt ei ciuitatem, quam petiit, Thamnasarach, quæ est in monte Ephræm. Et ædificauit ciuitatem: et habitabat in ea. Hæ sunt diuisiones, quas in hæreditatem dedit Eleazar sacerdos et Iesus Naue, et principes familiarum in tribubus Israel secundum sortes in Selo ante Dominum apud ianuas tabernaculi testimonii. Et iuerunt adire terram.

α Filiorum.] *Compl.* τῷ συμεὼν, τῇ φυλῇ υἱῶν συμεὼν, ipsi Symeon, tribui filiorum Symeon. β In circuitu.] *Est aliqua varietas & in aliis libris.* Compl. καὶ πᾶσαι αἱ ἐπαύλεις περικύκλῳ τῶν πόλεων τούτων, & omnes viculi per circuitum vrbium istarum, *quemadmodum vulgata.* γ Esedec Gola, fines.] *In aliis,* καὶ ἔσται τὰ ὅρια τῆς κληρονομίας αὐτῶν ἕως σαρίδ. τὰ ὅρια. Et erunt fines hæreditatis eorum vsque Sarid. Fines, *&c. nec multo aliter Complut. De varietate, quæ tantum in nominibus propriis, nihil dicimus.* δ Et Hiericho, & Bæthman.] *Compl.* καὶ ἰεδαλά καὶ βηθλεέμ *(quomodo etiam habent alii libri)* πόλεις δώδεκα, καὶ αἱ κῶμαι αὐτῶν, & Ledala, & Bethleem, ciuitates duodecim, & pagi earum. ε Iordanes.] *In Compl. additur* πόλεις ἑκκαίδεκα καὶ αἱ κῶμαι αὐτῶν, ciuitates

sedecim

A sedecim, *& pagi earum.* ζ Raay. *In aliis est* ῥοὰβ πόλεις εἰκοσιδύο Roob, ciuitates vigintiduæ. *Et Compl. addit,* καὶ αἱ κῶμαι αὐτῶν, & pagi earum. η Tyrus.] *Alii* ἀσηνδεὶμ τύρος, καὶ ἀμμάθ. *A Compl. abest* ἀσηνδεὶμ, *quod tamen respondet vulgatæ.* θ Thessamys.] *Compl. & ex parte etiam alii,* βηθσαμὶς πόλεις δέκα, καὶ ἐννέα, καὶ αἱ ἐπαύλεις αὐτῶν, Bethsamis, ciuitates decem, & nouem, & villæ earum. ι Hæc est hæreditas.] *Hæc in Compl. habētur paulopost: hic autē* καὶ ἐξῆλθεν τὸ ὅριον υἱῶν δὰν, & exiit terminus filiorū Dan. *Cetera autē vsq. ad illud* Et iuerunt, *absunt a Compl. vt a vulgata. Quæ tamen agnoscuntur a S. Aug. q. 22. Eadē fere habentur c. 1. Iud.* κ Lachis.] *Ceteri* λεσὲμ; *& vulgata* Lesem λ Lasendan] *In Compl. additur,* κατὰ τὸ ὄνομα δὰν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, secundum nomen Dan patris sui μ Et Amorræus] *Hæc vsque ad illud,* Et iuerunt, *absunt a Comp. vt a vulgata: quæ tamen agnoscuntur a S. Aug. q. 20. & Ab Origene hom. 24.* ν Et iuerunt adire terram, secūdum terminum ipsorum.] *Pro his in Compl.* καὶ συνετέλεσαν τοῦ κληροδοτῆσαι τὴν γῆν εἰς τὰ ὅρια αὐτῆς. Et consūmauerunt sorte diuidere terram in terminos eius.

CAP. XX.

B ET locutus est Dominus Iesu, dicēs: Loquere filiis Israel, dicens: Date ciuitates refugiorum, quas dixi ad vos per Moysem: refugium homicidæ, qui percussit animā nō sponte. Et erunt vobis ciuitates refugiū: & nō morietur homicida a persequente sanguinem; * quoadusque constiterit corā Synagoga in iudiciū. Et distinxit Cades in Galilæa in monte ipsi Nephtali, & Sychē in monte ipsi Ephræm, & ciuitatē Arboc (hæc est Chebron) in monte ipsi Iuda. Et trans Iordanem β dedit Bosor in deserto in campo de tribu Ruben, & Aremoth in Galaad de tribu Gad, & Gaylon in Basanitide de tribu Manasse. Hæ C sunt ciuitates celebres filiis Israel, & proselyto apposito in eis, ad confugiendū illuc, omni percutienti animam non sponte: vt non moriatur in manu persequētis sanguinem; donec constiterit coram Synagoga in iudicium.

* Quoadusque constiterit coram Synagoga in iudicium.] *Hæc absunt a Compl. in qua, quemadmodum & in aliis libris, sequuntur ista,* καὶ φεύξεται εἰς μίαν τῶν πόλεων τούτων, καὶ στήσεται ἐπὶ τὴν θύραν τῆς πύλης τῆς πόλεως, καὶ λαλήσει ἐν τοῖς ὠσὶ τῶν πρεσβυτέρων τῆς πόλεως ἐκείνης τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ ἐπιστρέψουσιν αὐτὸν ἡ συναγωγὴ πρὸς αὐτούς, καὶ δώσουσιν αὐτῷ τόπον, καὶ κατοικήσει μετ' αὐτῶν. καὶ ὅτι διώξῃ ὁ ἀγχιστεύων τὸ αἷμα ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ οὐ συγκλείσουσι τὸν φονεύσαντα ἐν χειρὶ αὐτοῦ, ὅτι οὐκ εἰδὼς ἐπάταξε τὸν πλησίον αὐτοῦ. καὶ οὐ μισῶν αὐτὸς αὐτὸν ἀπ' ἐχθὲς, καὶ τρίτης. καὶ κατοικήσει ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ, ἕως στῇ κατὰ πρόσωπον τῆς συναγωγῆς εἰς κρίσιν, ἕως ἀποθάνῃ ὁ ἱερεὺς ὁ μέγας, ὃς ἔσται ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις. τότε ἐπιστρέψει ὁ φονεύσας, καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὴν πόλιν αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ πρὸς πόλιν, ὅθεν ἔφυγεν ἐκεῖθεν. Et fugiet in vnam ciuitatum harum: & stabit ad ostium portæ ciuitatis: & loquetur in auribus seniorum D ciuitatis illius verba sua. Et colligent eum synagoga ad se: & dabunt ei locum: & habitabit cum eis. Et quando redimens sanguinem persequutus fuerit post eum; & non concludent homicidam in manu eius; quoniam non sciēs percussit proximum suum, & non odio habens ipse eum ab hesterna, & nudiustertiana. Et habitabit in ciuitate illa; donec steterit ad faciē synagogæ in iudicio, donec moriatur sacerdos magnus, qui erit in diebus illis. Tunc reuertet homicida, & ingredietur in ciuitatem suam, & ad domum suam, & ad ciuitatem, unde fugerat inde. *De his verbis sic in commentariis græcis notatum est.* ταῦτα ἐν τοῖς ἑβδομήκοντα ἀπόλυται, hæc in lxx. sunt omissa. β Dedit Bosor.] *Alii* ἱεριχὼ ἀπὸ ἀνατολῶν ἔδωκαν (al. ἔδωκεν) τὴν βοσὸρ Hiericho ab oriente, dederunt (*al.* dedit) Bosor.

CAP. XXI.

E ET accesserunt principes familiarum filiorum Leui ad Eleazarum sacerdotem, & ad Iesum filium Naue, & ad principes tribuum familiarum ex tribubus Israel. Et dixerunt ad eos in Selo in terra Chanaan, dicentes: Mandauit Dominus in manu Moysi dare nobis ad habitandum, & suburbana pecoribus nostris. Et dederunt filii Israel Leuitis in adeūda hæreditate per præceptum Domini ciuitates, & suburbana earum. Et exiit sors populo Caath. Et factæ sunt filiis Aaron sacerdotibus Leuitis de tribu Iuda, & de tribu Symeon, & de tribu Beniamin per sortem ciuitates tredecim. Et filiis Caath reliquis, de tribu

tribu Ephræm, & de tribu Dan, & de dimidio tribus Manasse per sortem ciuitates decē. Et filijs Gedsō, de tribu Issachar, & de tribu Aser, & de tribu Nephthali, & de dimidio tribus Manasse in * Basan ciuitates tredecim. Et filiis Merari secundum populos eorum, de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabulon per sortem ciuitates duodecim. Et dederunt filii Israel Leuitis ciuitates, & suburbana earum, quemadmodum mandauerat Dominus Moysi, per sortem Et dedit tribus filiorum Iuda, & tribus filiorum Symeon β et de tribu filiorum Beniamin ciuitates has: γ & vocatæ sunt filiis Aaron de populo Caath filiorum Leui, quoniam his fuit δ sors. Et dedit eis Cariath Arboc metropolim Enac (hæc est Chebron) in monte Iuda. ε Suburbana autem in circuitu, & agros ciuitatis, & pagos eius dedit Iesus filiis Caleb filii Iephone in possessionem. Et filiis Aaron dedit ciuitatem, refugium homicidæ, ipsam Chebron, & segregata, quæ cum ea: & Lemna, & segregata, quæ ad eam: Ælom, & segregata ei: & Tema, & segregata ei: & Gella, & segregata ei; & Dabir, & segregata ei: & Asa, & segregata ei: & Tany, & segregata ei: & Bethsamys, & segregata ei: ciuitates nouem a duabus tribubus his. Et a tribu Beniamin Gabaon, & segregata ei: & Gadeth, & segregata ei: & Anathoth, & segregata ei: & Gamala, & segregata ei: ciuitates quatuor. Omnes ciuitates filiorū Aaron sacerdotum, ζ tredecim. Et populis η filiis Caath Leuitis reliquis de filiis Caath, & facta est ciuitas θ sacerdotum eorum, de tribu Ephræm. Et dederunt eis ciuitatem refugii homicidæ, Sichem, & segregata ι ei: & Gazara, * & quæ ad eam; & segregata ei: λ & Bæthoron, & segregata ei: ciuitates quatuor. Et de tribu Dan Helcothæm, & segregata ei: & Gethoda, & segregata ei; & Ælon, & segregata ei; & Getheremmon, & segregata ei: ciuitates quatuor. Et de dimidio tribus Manasse Tanach, & segregata ei: & Iebatha, & segregata ei, ciuitates duas. Omnes ciuitates, decem, & segregata ipsi, quæ ad eas, populis filiorum Caath reliquis. Et filijs Gedson κ Leuitis de dimidio tribus Manasse ciuitates segregatas homicidis, Gaulon in Basanitide, & segregata: & Bosoran, & segregata ei: ciuitates duas Et de tribu Issachar Cison, & segregata ei: & Debba, & segregata ei: & Rhēmach, & segregata ei: Fontē litterarum, & segregata ei: ciuitates quatuor. Et de tribu Aser Basellam, & segregata ei: & Dabbon, & segregata ei: & Chelcat, & segregata ei: & Raab, & segregata ei: ciuitates quatuor. Et de tribu Nephthali ciuitatē segregatam homicidæ, Cades in Galilæa, & segregata ei: & Nemmath, & segregata ei: & Themon, & segregata ei: ciuitates tres: Omnes ciuitates ipsius Gedson, secundum populos eorum, ciuitates * tredecim. Et populo filiorum Merari Leuitis reliquis, de tribu ξ Zabulon Maan, & suburbana eius: & Cades, et suburbana eius: et Sella, et suburbana eius: ciuitates tres: Et, trans Iordanem qua contra Hiericho, de tribu Ruben ciuitatem, refugiū homicidæ, Bosor * in deserto: Miso, & suburbana eius: & Iazer, et suburbana eius: & Beemon, & suburbana eius: & Mapha, & suburbana eius: ciuitates quatuor. Et de tribu Gad ciuitatem, refugium homicidæ, & Rhamoth in Galaad, & suburbana eius: Camin, & suburbana eius; & Esbon, & suburbana eius: & Iazer, & suburbana eius: omnes ciuitates quatuor. Omnes ciuitates filiis Merari secundum populos eorum residuorum de tribu Leui. Et factæ sunt ρ fines ciuitates duodecim omnes ciuitates Leuitarum in medio possessionis filiorum Israel, quadraginta

A gintaocto ciuitates, & suburbana earum in circuitu ciuitatum istarum: σ ciuitas & suburbana in circuitu ciuitatis omnibus ciuitatibus istis. Et cōsūmauit Iesus diuidens terram in finibus eorum. Et dederunt filii Israel portionem Iesu per constitutionem Domini: dederunt ei ciuitatem, quam petiit: Thamnasachar dederunt ei in mōte Ephræm. Et ædificauit Iesus ciuitatem, & habitauit in ea. Et accepit Iesus cultros petrinos, in quibus circunciderat filios Israel, qui nati fuerant in via in deserto: & posuit eos in Thānasachar. Et dedit Dominus ipsi Israel omnem terram, quam iurauerat dare patribus eorum, & hæreditauerunt eā, & habitauerunt in ea. Et requiem dedit illis Dominus in circuitu, sicut iurauerat patribus eorū. Non restitit quisquam ante faciem eorum ab omnibus inimi-

B cis eorum: omnes inimicos eorum tradidit υ Dominus in manus eorum. Non decidit ex omnibus verbis bonis, quæ locutus est Dominus filiis Israel: omnia aduenerunt.

α Basan.] *Alii addunt* κλήρῳ, per sortem. β Et de tribu filiorum Beniamin.] *Hæc absunt à Compl. vt à vulgata.* γ Et vocatæ sunt filiis Aaron.] *Cōpl.* καὶ ἀπεκλήθησαν ἐν ὀνόματι, καὶ ἐγένοντο υἱοῖς, Et vocatæ sunt in nominine. Et fuerunt filiis, *&c.* δ Sors.] *Compl. addit* πρῶτος, prima. ε Suburbana autem.] *Ita etiā Compl. Vulgata autem coniungit hæc cum antecedentibus, vt intelligatur filiis Aaron donatam esse Chebron cum suburbanis, sicut etiam paulo post repetitur, ipsi autem Caleb iam antea donatum fuisse agrum, & villas.* ζ Tredecim.] *Alii* πόλεις δεκατρεῖς καὶ περισπόρια αὐτῶν, ciuitates tredecim, & suburbana earum η Filiis.] *In*

C *aliis,* υἱῶν, filiorum, *quæ locutio est vsitatior.* θ Sacerdotum.] *Alii,* ὁρίων, finium. ι Ei.] *Compl.* τὰ πρὸς αὐτῇ ἐν τῷ ὄρει ἐφραίμ, quæ ad eam in monte Ephraim. κ Et quæ ad eam, & segregata ei.] *videntur esse duæ interpretationes. in aliis est* καὶ τὰ ἀφωρισμένα τὰ πρὸς αὐτῇ, & segregata, quæ ad eam. *Videntur autem suburbana ideo vocari posse segregata, quoniam seposita sunt ei, cui & ciuitas ipsa.* λ Et Bæthoron, & segregata ei.] *In aliis,* καὶ τὴν καβσαεὶμ (*al.* καβσεὶν) καὶ τὰ ἀφωρισμένα τὰ πρὸς αὐτῇ, καὶ βαιθωρὼν (*al.* καὶ τὴν ἄνω βαιθωρὼν) καὶ τὰ ἀφωρισμένα τὰ πρὸς αὐτῇ, Et Cabsaim (*al.* Cabsem) & segregata, quæ ad eam, & Bæthoron (*al.* & superiorem Bæthorō) & segregata, quæ ad eam. μ Leuitis.] *Compl.* τοῖς συγγενέσι τοῖς λευίταις, cognatis Leuitis. ν Tredecim.] *In Compl. additur,* καὶ τὰ ἀφωρισμένα τὰ πρὸς αὐταῖς, & segregata, quæ ad eas. ξ Zabulon.] *Alii* υἱῶν ζαβουλὼν, τὴν ἰεκναὰμ καὶ τὰ περισπόρια αὐτῆς, καὶ τὴν καρθὰ, καὶ τὰ περισπόρια αὐτῆς, καὶ τὴν δαμνὰ, καὶ τὰ περισπόρια αὐτῆς, καὶ τὴν δαλὼλ, καὶ τὰ περισπόρια αὐτῆς, πόλεις τέσσαρες, filiorum Zabulon, Iecnaam, & suburbana eius, & Cartha, & suburbana eius, & Damna, & suburbana eius, & Dalol, & suburbana eius: ciuitates quatuor. *Nec multo aliter* Compl. *& vulgata, quamuis hæc compendio vtatur.* ο Et trans Iordanem, quà contra Hiericho.] *A nonnullis abest illud,* τοῦ, *quod vertimus* quà. *Et leguntur ista verba in aliquot editionibus vulgatæ, licet non*

D *sint in hebræo. In Compl. autem est nihilo melius,* καὶ πόλεις τοῦ ἰορδάνου τὴν ἰεριχὼ, & ciuitates Iordanis ipsam Iericho. *Notandum etiam est in vulgata* prius *commemorari ciuitates Gad, quam Ruben; licet græco cum hebræo, & chaldæo conueniat. Sed alibi de varietatibus vulgatæ.* π In deserto Miso.] *Hæc absunt a Compl. vt ab hebræo. In aliquo libro est* ἐν τῇ ἐρήμῳ τῇ μισώρ. *& vulgata* in solitudine Misor. ρ Fines.] *In aliis additur* αὐτῶν, eorum. σ ciuitas.] *Compl.* πόλεις καὶ πόλεις, καὶ τὰ περισπόρια αὐτῶν κύκλῳ τῶν πόλεων. οὕτως πάσαις ταῖς πόλεσι ταύταις: ciuitates, & ciuitates, & suburbana earum in circuitu ciuitatum: sic omnibus ciuitatibus istis. τ Et dederunt.] *Hæc vsque ad illud,* Et dedit Dominus, *absunt a Compl. vt a vulgata: quæ tamen manifesto agnoscuntur ab Origene hom. 26. & a S. Aug. in* locutionibus, *ubi de cultris petrinis.* υ Dominus in manus.] *Apud* S. *Aug. q. 21.* Dominus eis: & manus eorum non decidit. Ex omnibus uerbis bonis, *&c.*

CAP. XXII.

E TVnc conuocauit Iesus filios Ruben, & filios Gad, & dimidiū tribus Manasse: & dixit eis: Vos audistis omnia, quæcunque mandauit vobis Moyses puer Domini: & obedistis voci meæ secundum omnia, quæcumque α mandauit vobis: Non dereliquistis fratres vestros his diebus pluribus. Vsque ad hodiernam diem seruastis mandatum Domini Dei vestri. Nunc autem requiem dedit Dominus Deus noster fratribus nostris; quemadmodum dixerat eis. Nunc igitur reuertentes redite ad domos vestros, & ad terram possessionis vestræ; quam dedit vobis Moyses trans Iordanem. Sed custodite valde facere mandata,

mandata,& legem, quam mandauit nobis facere Moyses puer Domini: diligere Dominum Deum nostrum, ambulare ^β omnibus viis eius, seruare mandata eius, & adhærere ei, & seruire ei ex tota mente vestra, & ex tota anima vestra. Et benedixit eos Iesus, & dimisit eos. Et iuerunt ad domos suas. Et dimidiæ tribui Manasse dedit Moyses in Basanitide, & dimidiæ dedit Iesus cum fratribus eius trans Iordanem iuxta mare. Et vbi dimisit eos Iesus in domos suas, & benedixit ^γ eis: & in diuitiis multis abierunt in domos suas, & pecora multa valde, & argentum, & aurum, & ferrum, & vestem multam diuiserunt, prædã ^δ inimicorũ cum fratribus suis. Et iuerunt filii Ruben, & filii Gad, & dimidiũ tribus Manasse a filiis Israel in Selo in terra Chanaan ad abeundum in terram Galaad, in terram possessionis eorum, quam hæreditauerunt eã per constitutionem Domini in manu Moysi. Et venerunt in ^ε Galaad Iordanis, quæ est in terra Chanaan. Et ædificauerunt filii Ruben, & filii Gad, & dimidia tribus Manasse illic aram super Iordanem, aram magnã ^ζ videre. Et audierunt filii Israel ^η dicentium, ecce ædificauerunt filii Ruben, & filii Gad, & dimidia tribus Manasse aram super fines terræ Chanaam super Galaad Iordanis in trãsitu filiorũ Israel. Et congregati sunt omnes filii Israel in Selo, vt ascendentes debellarent eos. Et miserunt filii Israel ad filios Ruben, & ad filios Gad, & ad filios dimidiæ tribus Manasse in terram Galaad Phinees filium Eleazari filii Aaron principis sacerdotũ, & decẽ ex principibus cum eo: princeps vnus de domo familiæ ex omnibus tribubus Israel: principes domorum familiarum sunt Chiliarchi Israel. Et aduenerunt ad filios Ruben, & ad filios Gad, & ad dimidios tribus Manasse in terram Galaad Et locuti sunt ad eos, dicentes: Hæc dicit vniuersa Synagoga Domini: Quod est delictum hoc, quod deliquistis ante Deũ Israel, auerti hodie ^θ a Domino, ædificantes vobis ipsis aram, apostatas vos fieri a Domino? Nunquid paruum vobis peccatum Phogor? quod non sumus mundati ab eo vsque in diem hanc: & facta est plaga in Synagoga Domini. Et vos auersi estis hodie a Domino. Et erit si recesseritis hodie a Domino, & cras; super omnem Israel erit ira. Et nũc si parua terra vestra possessionis vestræ; transite ad terram possessionis Domini; vbi habitat illic tabernaculum Domini: & possidebitis in nobis: & nolite a Deo fieri apostatæ & vos: & nolite recedere a Domino, eo quod ædificetis vos arã extra altare Domini Dei nostri. Nonne ecce Achar filius Zara delicto deliquit ab Anathemate: & super vniuersam Synagogam Israel facta est ira? Et vnus hic ipse mortuus est in suo ipsius peccato? Et responderunt filij Ruben, & filii Gad, & dimidium tribus Manasse: & locuti sunt Chiliarchis Israel, dicentes: Deus Deus Dominus est: & Deus Deus ipse nouit: & Israel ipse cognoscet. Si in apostasia deliquimus ante Dominum; non eximat nos in die hac: & si ædificauimus nobis ipsis aram, vt recedamus a Domino Deo nostro, vt ascendere faciamus super eam sacrificium holocaustomatum, vt faciamus super eam salutarium; Dominus exquiret. Sed propter cautelam verbi fecimus hoc, dicentes: vt non dicant cras filij vestri filijs nostris: Quid vobis, & Domino Deo Israel? Et fines posuit Dominus inter nos, & vos Iordanẽ, & non est vobis pars Domini: & abalienabunt filii vestri filios nostros; vt non venerentur Dominum. Et diximus facere sic, ædificare aram hanc non propter oblationes neque propter sacrificia; sed vt sit hoc testimonium inter nos, & vos, & inter progenies no-

stras

A ſtras poſt nos, ſeruire ſeruitutem Domini coram eo in oblationibus noſtris, & in ſacrificijs noſtris, & in ſacrificijs ſalutarium noſtrorum. Et non dicent filii veſtri filiis noſtris cras; Non eſt vobis pars Domini. Et diximus: Si quando factum fuerit, & locuti fuerint ad nos, vel generationibus noſtris cras; & dicent: Videte ſimulachrum altaris Domini, quod fecerunt patres noſtri, non propter oblationes, neque propter ſacrificia: ſed teſtimonium eſt inter vos, & inter nos, & inter filios noſtros. Abſit igitur nos auerti à Domino in hodierna die, recedere à Domino, ædificando nos altare oblationibus, & ſacrificijs ^κ Salamin, & ſacrificio ſalutaris, præter altare Domini, quod eſt ante tabernaculum eius. ^λ Et audiens B Phinees ſacerdos, & omnes principes Synagogæ Iſrael, qui erant cum eo, verba quæ locuti ſunt filii Ruben, & filii Gad, & dimidium tribus Manaſſe; & placuit eis. Et dixit Phinees ſacerdos filiis Ruben, & filiis Gad, & dimidiæ tribui Manaſſe: Hodie cognouimus, quia nobiſcum Dominus, eo quod non deliquiſtis ante Dominum delictum, & quia eruiſtis filios Iſrael de manu Domini. Et reuertit Phinees ſacerdos, & principes à filiis Ruben, & à filijs Gad, & à dimidia tribu Manaſſe de Galaad in terram Chanaan ad filios Iſrael. Et reſponderunt eis verba: & placuit ^μ filiis Iſrael. Et locuti ſunt ad filios Iſrael; & benedixerunt Deum filiorum Iſrael. Et dixerunt non vltra aſcendere ad eos in bellum ad exterminandam terram filiorum Ruben, & filiorum Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe. Et ha- C bitauerunt ſuper eam. Et cognominauit Ieſus aram ipſorum Ruben, & ipſorum Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe; & dixit: Quoniam teſtimonium eſt inter eos; quia Dominus Deus eorum eſt.

α Mandauit.] *In aliis eſt* ἐνετειλάμην, mandaui. β omnibus.] *Alii* ἐν πᾶσι, in omnibus. γ Eis.] *Alii addunt* λέγων, dicens. Et S. Aug. *in locut. notat hanc locutionem; quomodo, cum his verbis intentos feciſſet audire, quid benedicendo dixit* Ieſus; *ea tamen ſubiecerit ſcriptura, quæ magis eſſe narrantis, quàm benedicentis apparet. In vulgata tamẽ vt in hebræo, quæ ſequuntur, dicuntur ex perſona Ioſue vſque ad illud* Et iuerunt. δ Inimicorum.] *In aliis additur* αὐτῶν, *&* S. Aug. inimicorum ſuorum. ε Galaad.] *Alii* γαλιλώθ, Galiloth, *quod ſignificat confinia, vel tumulos, vt habet vulgata.* ζ *Videre.*] *S. Aug. in locut.* Iſta locutio etiam in ſermone latino nota eſt. P*oſſet tamen etiam verti*, ad videndum, *uel*, viſu. η Dicentium.] *Ita idem S.* D *Aug. & ſignificat*, eos qui dicerent. θ A Domino.] *Compl.* ἀπὸ ὄπισθεν κυρίου, ab eundo poſt Dominum: *quod ſapit hebraiſmum.* ι Et vnus hic ipſe.] *Alii* καὶ οὗτος εἷς μόνος ἦν (*iſtud* ἦν, *abeſt à Compl.*) μὴ μόνος οὗτος ἀπέθανεν ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἁμαρτίᾳ. Et hic vnus ſolus erat: non ſolus hic mortuus eſt in ſuo ipſius peccato. κ Salamin.] *Abeſt a Compl.* λ Audiens.] *Alii* ἀκούσαντες, *& S. Aug. in locut.* Audientes. μ Placuit.] *hic in aliis additur* ὁ λόγος, verbum. *A Compl. autem abeſt quod ſequitur*, καὶ ἐλάλησαν πρὸς τοὺς υἱοὺς Ἰσραήλ.

CAP. XXIII.

ET factum eſt poſt dies plures, poſtquam Dominus quieſcere fecit Iſrael ab omnibus inimicis eius in circuitu; & Ieſus ſenior, prouectus diebus. Et cõuocauit Ieſus omnes filios Iſrael, & ſeniores eorum, & principes eorum, & iudices eorũ, & ſcribas eorũ; & dixit ad eos. Ego ſenui, & prouectus ſũ diebus. Vos autẽ vidiſtis, quæcunq. fecit Dominus Deus noſter omnibus gentibus his E à facie veſtra: quoniã Dominus Deus veſter, qui debellauit ^α vobis. Videtis, quia feci cadere vobis gẽtes reſiduas vobis has in ſortibus in tribus veſtras: à Iordane omnes gẽtes ^β & exterminaui, & à mari magno terminabit ad occaſũ ſolis. Dominus autẽ Deus noſter hic exterminabit eos à facie noſtra, ^γ donec pereant. Et mittet eis beſtias agreſtes; quoadusq. exterminauerit eos, & reges eorum à facie veſtra: & hæreditabitis terrã eorum; ſicut locutus eſt Dominus Deus noſter vobis. Confortamini igitur valde ad cuſtodiendum, & faciendum omnia, quæ ſcripta ſunt in libro legis Moyſi, vt non declinetis in dextra, vel ſiniſtra, vt non in-

treris in gentes residu as istas. Et nomina Deorum eorum non nominabuntur in vobis; neque seruietis, neque adorabitis eos. Sed Domino Deo nostro adhærebitis; sicut fecistis vsque in diem hanc. Et exterminabit eos Dominus à facie vestra, gentes magnas, & fortes. Et nemo restitit coram nobis vsque in diem hanc. Vnus è vobis persequutus est mille: quoniã Dominus Deus noster, hic debellabat vobis, sicut dixit nobis. Et obseruate valde diligere Dominum Deum nostrum. Si enim auersi fueritis, & appositi fueritis residuis gentibus istis, quæ vobiscum, & connubia feceritis ad eos, & commisti fueritis eis, & ipsi vobis; δ noscite, quia non adiiciet Dominus exterminare gentes istas à facie vestra. Et erũt vobis in laqueos, & in scandala, & in clauos in ε calcaneis vestris, & in iacula in oculis vestris; donec disperdamini de terra bona hac, quam dedit vobis Dominus Deus vester. Ego autem ζ recurro viam, sicut & omnes, qui sunt super terram. Et cognoscetis corde vestro, & anima vestra, quoniam non cecidit vnũ verbum de omnibus η verbis, quæ dixit Dominus Deus noster θ ad omnia pertinentia nobis: non dissonuit ex eis. Et erit, quemadmodum veniunt ad ι nos omnia verba bona, quæ locutus est Dominus super vos; ita inducet Dominus Deus super vos omnia verba mala; quoadusq. exterminauerit vos de terra bona hac, quam dedit Dominus vobis, in transgrediendo vos testamentum Domini Dei nostri, quod mandauit nobis, & ambulantes κ seruieritis Diis alijs, & adoraueritis λ eos.

α Vobis.] *Est hebraismus, & accipiendum, ac si diceretur*, pro uobis. β Et exterminaui.] *Illud*, Et, *abest ab aliis: hebræus loco istius coniunctionis habet*, quas. γ Donec pereant.] *Pro his vsque ad illud*, & hæreditabitis, *in Cõpl. sunt tantũ ista*, καὶ ἐξολοθρεύσει αὐτοὺς ἀπὸ προσώπου σου, & exterminabit eos a facie tua. δ Noscite.] *Ita etiã Theodoretus q. 18. Alii* γνώσει γινώσκετε, cognitione cognoscite. ε Calcaneis.] πτέρναις. *Theodoretus* πλευραῖς ὑμῶν, καὶ σκόλοπες ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, in costis vestris, & aculei in oculis vestris. ζ Reccuro.] *Disputat de ista locut. S. Aug. q. 24.* η Verbis.] *In Compl. & apud Theodoretum additur* τῶν ἀγαθῶν, bonis. θ Ad omnia pertinentia nobis.] πρὸς πάντα τὰ ἀνήκοντα ὑμῖν. *Compl. habet* πρὸς ἡμᾶς πάντα τὰ ἀνήκοντα ἡμῖν. *Etiã Theodoretus habet*, πρὸς ἡμᾶς, *sed non cetera. In aliquo libro est* κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν πρὸς ὑμᾶς. πάντα ἥκει ὑμῖν. ἓν οὐ διαπεφώνηκεν ἐξ αὐτῶν, Dominus Deus vester ad vos, omnia veniunt vobis: vnum non dissonuit ex eis. ι Ad nos.] *Alii* ἐφ' ὑμᾶς, super nos, *itemque Theodoretus*. κ Seruieritis.] λατρεύσητε. *Melius, quam quod in Compl.* λατρεύσετε, seruietis. *Est enim hebraismus, vt intelligatur in hoc eos violasse mandatum, si iuerint, et seruierint Diis alienis.* λ Eos.] *In aliis sequitur*, καὶ ὀργισθήσεται θυμῷ κύριος ἐν ὑμῖν, καὶ ἀποστρέψει σε (*Compl.* καὶ ἀπολεῖσθε) τὸ τάχος ἀπὸ τῆς γῆς τῆς ἀγαθῆς, ἧς ἔδωκε κύριος ὑμῖν. Et irascetur furore Dominus in vos: & expellet te (*C.* & peribitis) cito de terra ista bona, quam dedit Dominus vobis.

CAP. XXIIII.

ET congregauit Iesus omnes tribus Israel in α Selo, & conuocauit seniores eorum β & scribas eorum, & iudices eorum: & statuit eos ante Deum. Et dixit Iesus ad omnem populum: Hæc dicit Dominus Deus Israel. Trans flumen inhabitarunt patres vestri ab initio, Thara pater Abraam, & pater Nachor: & seruierunt Diis alienis. Et assumpsi patrem vestrum Abraam de transflumine, & deduxi eum in omnem γ terram: & multiplicaui eius semen: & dedi ei Isaac: & ipsi Isaac Iacob, & Esau. Et dedi Esau montem Seir ad hæreditandum ei. Et Iacob, & filii eius descenderunt in Aegyptum: & δ facti sunt ibi in gentem magnam, & multam, & validam. Et afflixerunt eos Aegyptij. Et percussi Aegyptum in signis, quæ feci in eis. Et post hæc eduxit patres nostros de Aegypto, & intrastis in mare rubrum. Et persecuti sunt Ægyptij post patres nostros in curribus, & in equis in mare rubrum. Et exclamauimus ad Dominum, & dedit nubem, & caliginem inter nos, & inter

Aegy-

A Ægyptios: & induxit super eos mare, & operuit * illos. Et viderunt oculi vestri, quæcunque fecit Dominus in terra Aegypto: & fuistis in deserto dies plures. Et duxit nos in terram Amorræorum habitantium trans Iordanem: & tradidit eos Dominus in manus nostras: & hæreditastis terram eorum: & exterminastis eos à facie vestra. Et surrexit Balac filius Sephor rex Moab, & instruxit exercitum cõtra Israel: & mittẽs vocauit Balaam ad maledicendum vos. Et noluit Dominus Deus tuus perdere te. Et benedictionibus benedixit nos: & eripuit vos de manibus eorũ: ς & tradidit eos. Et trãsistis Iordanem, & aduenistis in Hiericho. Et bellauerũt aduersus nos, qui habitabãt Hiericho, Amorræus & Chananæus, & Pherezæus & Euæus, & Iebusæus, & Chettæus, & Gergesæus. Et tradidit eos Dominus in manus nostras. Et misit ante vos * vespas: & emisit eos à facie nostra; * duodecim reges Amorræorũ, non in gladio tuo, neque in arcu tuo. Et dedit vobis terram, super quam non laborastis super eam: & ciuitates, quas non ædificastis; & habitastis in eis: & vineas: & olíueta, quæ nõ plantastis, vos comeditis. Et nunc timete Dominum, & seruite ei in rectitudine, & in iustitia, & circumauferte Deos alienos, quibus seruierunt patres nostri trans flumen, & in Ægypto: & seruite Domino. Si autem non placet vobis seruire Domino; eligite vobis ipsis hodie, cui seruiatis, siue Dijs patrum vestrorum, ijs, qui in transfluuiali, C siue Dijs Amorræorum, in quibus vos habitatis super terram eorum. Ego autem, & domus mea seruiemus Domino, * quia sanctus est. Et respondens populus dixit: Absit a nobis derelinquere Dominum; vt seruiamus dijs alijs. Dominus Deus noster, ipse Deus est. Ipse eduxit nos, & patres nostros de ^ Aegypto: & custodiuit nos in omni via, qua iuimus in ea, & in omnibus gẽtibus, quas transiuimus per eas: & eiecit Dominus Amorræũ, & omnes gentes inhabitantes terram, a facie nostra. Sed & nos seruiemus Domino. Hic enim Deus noster est. Et dixit Iesus ad populum: Non poteritis seruire Domino; quoniam Deus sanctus est, & zelans ipse: non dimittet peccata vestra, & iniquitates vestras; quãdocunque dereliqueritis Dominum, & seruieritis Dijs aliis. Et inuadens affliget vos, & delebit vos pro ijs, quæ benefecit vobis. Et dixit populus ad Iesum: Nequaquam: sed Domino seruiemus. Et dixit Iesus ad populum: Testes vos cõtra vos, quia vos elegistis * Domino seruire ei. Et nunc circumauferte Deos alienos, qui in vobis, & dirigite cor vestrum ad Dominum Deum Israel. Et dixit populus ad Iesum: Domino seruiemus, & vocem eius audiemus. Et disposuit Iesus testamentum ad populum in illa die: & dedit illi legem, & iudicium in Selo coram tabernaculo Dei Israel. Et scripsit verba hæc in libro * legum Dei: & accepit lapidem magnũ; & statuit illũ Iesus sub terebintho ante Dominũ. Et dixit Iesus ad populum: Ecce lapis iste erit ξ in vobis in testimonium; quia hic audiuit omnia, quæ dicta sunt * ei a Domino, * quicquid locutus est ad vos hodie: & hic erit in vobis in testimoniũ in nouissimis diebus; cum mentii fueritis Domino Deo * meo. Et misit Iesus populum: * & iuerunt vnusquisque ad locum suũ. Et seruiuit Israel Domino omnes dies Iesu, & omnes dies seniorũ; quicunq. traduxerãt tempus cũ Iesu, & quicunq. viderãt omnia opera Domini, quæ fecerat ipsi Israel. Et factũ est post illa, & mortuus est Iesus filius Naue seruus Domini, * centũ decẽ annorũ. Et sepelierũt eũ ad fines sortis eius in * Thãnasachar in mõte, qui Ephrẽ ab Aquilone mõtis, qui Galaad. Ibi posuerũt cũ eo in monumento,

in quo ſepelierunt eum, ibi cultros petrinos, in quibus circũcidit filios Iſrael in Galgalis; cum eduxit eos de Ægypto: ſicut conſtituit eis Dominus. Et ibi ſunt vſque in hodiernam diem. Et oſſa Ioſeph extulerũt filij Iſrael de Ægypto: & defoderunt in Sicimis, in parte agri, quem acquiſiuit Iacob ab Amorræis habitantibus in Sicimis, agnabus centum, & dedit eam Ioſeph in parte. Et factũ eſt poſt hæc, & Eleazar filius Aaron princeps ſacerdotum defunctus eſt: & ſepultus eſt in Gabaar Phinees filii ſui, quã dedit ei in monte, qui Ephræm. χ In illa die ſumentes filii Iſrael arcam Dei circuntulerunt in ſeipſis. Et Phinees functus eſt ſacerdotio pro Eleazaro patre ſuo: quoadusq. mortuus eſt, & defoſsus eſt in Gabaar, quæ ipſius. Filii autem Iſrael abierunt vnuſquiſque ad locum ſuum, & ad ſuam ciuitatem. Et coluerunt filii Iſrael Aſtarten, & Aſtaroth, & Deos gentium, quæ in circuitu ipſorum. Et tradidit eos Dominus in manus Eglom regi Moab. Et dominatos eſt eorum annos decem octo.

A

B

α In Selo.] *Alii codices habent* εἰς συχὲμ, in Sychem, *quomodo in vulgata, atque eadem varietas eſt paulo poſt, vbi ſcribitur Ieſum dediſſe populo legem, & iudicium in Selo. Nam & ibi alii habent* συχέμ. *S. Aug. q.* 30. Sylo, β Et Scribas eorum.] *In aliis eſt*, καὶ τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν, καὶ τοὺς δικαστὰς αὐτῶν, καὶ τοὺς γραμματεῖς αὐτῶν, καὶ ἔστησαν. Et principes eorum, & iudices eorum, & ſcribas eorum, & ſteterunt. γ Terram.] *Alii libri addunt* χαναάν, Chanaan. *Sed S. Aug. q.* 25. Interpretatio, quæ eſt in hebræo, habet, & induxi eum in terram Chanaan. Mirum eſt ergo, ſi lxx, pro terra Chanaan omnem terram ponere voluerunt, niſi intuentes, &c. δ Et facti ſunt.] Pro *his vſque ad illud*, & intraſtis, *habentur iſta in Compl.* καὶ ἀπέστειλα μωυσῆν, καὶ ἀαρὼν, καὶ ἐπάταξεν τὴν αἴγυπτον, ἐν οἷς ἐποίησεν ἐν αὐτοῖς, καὶ μετὰ ταῦτα ἐξήγαγεν ὑμᾶς, καὶ ἐξήγαγεν τοὺς πατέρας ὑμῶν ἐξ αἰγύπτου. Miſique Moyſem, & Aaron; & percuſsit Aegyptum in ijs, quæ fecit in eis: & poſt hæc eduxit vos: & eduxit patres veſtros de Ægypto. ε Illos.] *S. Aug. in locut. videtur legiſſe* ſuper illos. ζ Et tradidit eos.] *Hæc non ſunt in Compl. quemadmodum neque in vulgata.* η Veſpas.] *Sic* S. *Aug. q.* 27. *quod græce* σφηκίαν, *quaſi examen veſparum.* θ Emiſit.] *In aliquot libris eſt* ἐξέβαλεν, *& S. Aug. ibid.* eiecit. ι Duodecim.] *In aliis* δύο, duos, *& ſic vulgata.* κ Quia ſanctus eſt.] *Abſunt hæc a Compl. vt à vulgata: Codices, & Theodoretus q.* 18. *habent.* λ Ægypto.] *In Compl. additur*, ἐξ οἴκου δουλείας, καὶ ὅσα ἐποίησεν ἡμῖν, τὰ σημεῖα τὰ μεγάλα ταῦτα, è domo ſeruitutis, & quæcunque fecit nobis, ſigna magna hæc. μ Domino.] *In aliis codicibus & apud Theodoretum, eſt* τὸν κύριον, Dominum. ν Legum.] *Alii* νόμου, *& S. Aug. q.* 30. legis. ξ In vobis.] Alii *non habent* ἐν, *& S. Cyp. lib.* 2. *teſtim. & S.* Aug. *ibid.* vobis, *eadem varietas eſt paulo poſt.* ο Ei.] Abeſt *iſtud* αὐτῷ *ab aliis, et à Theodoreto q.* 19. *& a S.* Aug. *& S.* Cyp. *ibidẽ.* π Quodcumque.] ὅ, π. *In aliis eſt* ὅσα, *& S. Cyp.* quanta. *S.* Aug. quæcumque. *Theodoretus* ἃ, quæ. ρ Meo.] Alii ὑμῶν, *& S. Aug.* veſtro. σ Et iuerunt vnuſquiſque.] *In aliis eſt tantũ* ἕκαστον, vnumquẽque. *Et in Comp. ſtatim ſequũtur, quæ de morte Ieſu.* Et factũ eſt poſt illa, *&c. Et quæ hic interiiciuntur, in* Compl. *ponuntur paulo poſt, eo nimirũ loco, vbi habet vulgata. Sed Origenes hom.* 1. *in* Iud. *hoc eodem loco, quo noſtra, videtur habere.* τ Centum.] *Compl.* υἱὸς ἑκατὸν, filius centum. υ Thamnaſachar.] *In aliis codicibus eſt* ἐν θαμνασαχὰρ (*al.* θαμναθσαχάρ) ἐν τῷ ὄρει ἐφραὶμ ἀπὸ τοῦ βορρᾶ τοῦ ὄρους γαάς. In Thãnaſachar (*al.* Thamnathſachar) in monte Ephræm ab Aquilone montis Gaas. *In libro quidem Iudicum c.* 2. *legitur* θαμναθαρὲς, *&* τοῦ ὄρους γαάς. φ Ibi poſuerunt.] Hinc *vſque ad illud*, Et oſſa, *abſunt à* Compl. *Quod quidẽ de cultellis petrinis dicitur: hoc etiam loco uidetur agnoſci a S.* Aug. *q.* 30. χ In die illa.] *Hinc vſque in finem abſunt a Compl. vt a vulgata. Agnoſcuntur tamen magnam partẽ a Theodoreto ibidem, et a S. Aug. in præfatione quæſtionum in librum Iudicum.*

C

D

IVDICES.

A

IVDICES

CAP. I.

ET factum est, postquam defunctus est Iesus; & interrogabāt filii Israel [a] per Dominum, dicentes: Quis ascendet nobis ad [β] Chananæos dux ad bellā- dum aduersus eos? Et dixit Dominus: Iudas ascendet. Ecce dedi terrā in manu eius. Et dixit Iudas ad Symeon fratrem suum: Ascende mecum in sortem meam: & [γ] instruamus exercitum aduersus Chananæos; & ibo etiam ego tecum in sortem tuam. Et iuit cum eo Symeon. Et ascendit Iudas. Et tradidit Dominus Chananæum, et Pherezæum in manus [δ] eorum. Et conciderunt eos in Besec, ad decem millia virorum. Et [ε] assecuti sunt Adonibezec in Besec, et struxerunt aciem aduersus eum: et conciderunt Chananæum, et Pherezæum. Et fugit Adonibezec. Et cucurrerunt post eum, et ceperunt eum: et præciderūt summitates manuum eius, et summitates pedum eius. Et dixit Adonibezec: Septuaginta reges summitates manuum suarum, et summitates pedum suorū abscisi, erant colligentes, quæ sub mensa mea. Sicut igitur feci; sic retribuit mihi Deus. Et ducunt eum in Hierusalem, et mortuus est ibi. Et oppugnabāt filii Iuda [ζ] Hierusalem: et ceperunt eam, et percusserunt eam in ore gladij: et ciuitatem incenderunt in igni. Et post hæc descenderunt filii Iuda bellare in Chananæum inhabitantem montanam, et austrum, et campestrem. Et iuit Iudas ad Chananæum habitantem in Chebron. Et exiit Chebron ex aduerso. Et nomen erat Chebron, antea Cariath arboc [η] sepher. et percusserunt Sessi, et Achiman et Tholmi, genimina ipsius Enac. Et ascenderunt inde ad habitātes Dabir. Nomen autem Dabir erat antea Cariathsepher, [θ] ciuitas litterarū. Et dixit Chaleb: Quicunque percusserit ciuitatem litterarum, et præoccupauerit eam; dabo ei [ι] Ascha filiam meam in vxorem. Et præoccupauit eam Gothoniel filius Cenez [κ] fratris Chaleb, qui iunior. Et dedit ei Chaleb Ascha filiam suam in vxorem. Et factum est in [λ] ingressu eius, et [μ] incitauit eam Gothoniel ad petendum a patre suo agrum. Et [ν] murmurauit, et clamauit de subiugali: In terrā Austri tradidisti me. Et dixit ei Chaleb: Quid est tibi? Et dixit ei Ascha: Da nunc mihi benedictionem, quoniam in terrā Austri tradidisti me: et dabis mihi [ξ] redēptionem aquæ. Et dedit ei Chaleb secundum cor eius redemptionē excelsorum, et redemptionem humilium. Et filii Iothor [ο] affinis Moysi ascenderunt de ciuitate palmarum cum filiis Iuda in desertum, [π] quod est in Austro Iuda, quod est super descensum Arad. [ρ] Et habitauerūt cum populo. Et iuit Iudas cum Symeon fratre suo, & concidit Chananæum habitantē Sephet, & [σ] exterminauerunt eos. Et vocauit nomen ciuitatis, anathema. Et [τ] non hæreditauit Iudas Gazā, neq. fines eius, neque Ascalonem, neque fines eius, & Accaron, neq. fines eius, Azotum, neque adiacentia eius. Et erat Dominus cum Iuda. Et hæreditauit montem: quoniam non potuerunt [υ] exterminare inhabitantes in valle:

quoniam ^ο^ Rechab obstitit eis. Et dederunt ipsi Chaleb Chebron; sicut locutus est Moyses. Et hæreditauit inde tres ciuitates filiorum ^χ^ Enac. Et Iebusæũ habitantem in Hierusalẽ non ^ψ^ hæreditauerũt filii Beniamin. Et habitauit Iebusæus cum filiis Beniamin in Hierusalem vsque in diem hanc. Et ascenderunt filii Ioseph, & vtiq. ipsi in Bæthel. Et Dominus fuit cum eis. Et castrametati sũt ^ω^ et explorauerunt Bæthel. Nomen autem ciuitatis erat antea Luza. Et viderũt, qui obseruabant; ^αα^ & ecce vir egrediebatur e ciuitate, & ceperunt eum: & dixerunt ei: ostende nobis ciuitatis ingressum: & faciemus tecum misericordiam. Et ostendit eis ingressum ciuitatis. Et percusserunt ciuitatem in ore gladij: virum autem, & cognationem eius dimiserunt. Et iuit vir in terram Chettin: & ædificauit ibi ciuitatem: & vocauit nomen eius Luza. Hoc est nomen eius vsque in diem hanc. Et ^ββ^ non abstulit Manasses Bæthsan, quæ est Scytharum ciuitas, neque filias eius, neque adiacentia eius, neque Thanac, neque filias eius, neque habitantes Dor, neq. filias eius, neque habitantem Balac, neque adiacẽtia eius, neque filias eius, neque habitantes Magedo, neque adiacẽtia eius, & filias eius, neque habitantes Ieblaã, neque adiacentia eius, neque filias eius. Et cepit Chananæus habitare in terra hac. Et factum est, quando præualuit Israel; & ^γγ^ fecit Chananæum in tributum: & auferens non abstulit eum. Et Ephræm non abstulit Chananæum habitantem in Gazer. Et habitauit Chananæus in medio eius in Gazer; & ^δδ^ factus est in tributũ. Et Zabulon non abstulit habitantes Cedron, neque habitantes Domana. Et habitauit Chananæus in medio eorum: & factus est ei in tributũ. Et Aser nõ abstulit habitãtes Ancho ^εε^ & factus est ei in tributũ, & habitantes Dor, & habitantes Sidona, & habitãtes Dalaph, Aschazi, & Chebda, & Nai, & Ereo. Et habitauit Aser in medio Chananæi habitantis terrã: quoniam nõ potuit auferre eum. Et Nephthali non abstulit habitantes Bæthsamys & habitantes Bæthanac. Et habitauit ^ζζ^ Nephthali in medio Chananæi habitantis terram. Habitantes autem Bæthsamys, & ^ηη^ Bætheneth facti sunt eis in tributum. Et contribulauit Amorræus filios Dan in monte; quoniam ^θθ^ non permiserunt eum descendere in vallem. Et cepit Amorræus habitare in monte ^ιι^ testaceo (^κκ^ in quo vrsi, & in quo vulpes) in Myrsinoni, & in Thalabin. Et grauata est manus domus Ioseph super Amorræũ: & factus est ^λλ^ eis in tributum. Et terminus Amorræi ab ascensu Acrabin a petra, & supra.

α Per Dominum.] *Alii* ἐν κυρίῳ, *& S. Aug. in locut.* in Domino, *quamuis q. 2. habeat* Dominum. β Chananæos.] *Alii* τὸν χαναναῖον ἀφηγούμενος τοῦ πολεμῆσαι ἐν αὐτοῖς. *Compl. autem* ἐν αὐτῷ. *S. Aug. ibid.* Quis ascendet nobiscum ad Chananæum dux ad bellandum eum? γ Instruamus exercitum.] παραταξώμεθα πρὸς τοὺς χαναναίους. *In aliis est* πολεμήσωμεν, (*Compl.* πολεμήσομεν) ἐν τῷ χαναναίῳ. *Et S. Aug. in locut.* Et bellemus in Chananæo: *quamuis q. 2. habeat* in Chananæos. δ Eorum.] Ita etiam vulgata, *& hæbræus. Alii, & Compl.* αὐτοῦ, eius. ε Assecuti sunt.] κατέλαβον. *Alii* εὗρον, inuenerunt. ζ Hierusalem.] *Comp.* ἐπολέμησαν υἱοὶ ἰούδα ἐν ἱερουσαλήμ, pugauerunt filii Iuda contra Hierusalem. η Sepher.] *Hæc dictio abest a Compl. quemadmodũ etiam nulla fit ipsius mentio Ios. 15. aut aliis locis, vbi ista ciuitas commemoratur. Est tamen in plerisque codicibus: & videri potest ex loco, qui paulo post sequitur, huc irrepsisse S. Aug. q. 3.* Cariatharbe, vel Sepher. θ Ciuitas litterarum.] *Est interpretatio proxime præcedentis dictionis. Quare vulgata* Cariat Sepher, id est, ciuitas litterarum. *Apud S. Aug. ibid. est tantum,* Nomen autem Dabir, quod erat ante ciuitas litterarũ. ι Ascha.] *Compl.* ἀχσάν. *S. Aug. ibid.* Axam *vt vulgata. Sed multæ semper in his nominibus varietates etiam eiusdem libri.* κ Fratris.] *Respondet hebræo, sicut dictum est* Ios. 15. *Compl. habet* ἀδελφός, frater. λ In ingressu.] ἐν τῇ εἰσόδῳ αὐτῆς. *Alij* ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι αὐτήν, *eodem sensu, idest,* dum illa ingrederetur iter. S. Aug. *q. 4. habuit,* cum ingrederetur ipse: *& confert hunc locum cum loco Ios. 15. vbi legit,* cum ingrederetur ipsa, *licet ibi quidem sit* ἐκπορεύεσθαι. μ Incitauit.] ἐπέσεισεν. *Propius ad hebræum, quam* ἔπεισεν. *quod habet Complut. & S. Aug.* monuit, *ut uulgata.* ν Et murmurauit.] *Alii.* καὶ ἐγόγγυσεν ἐπάνω τοῦ ὑποζυγίου, καὶ ἔκραξεν ἀπὸ τοῦ ὑποζυ-

A ἀπολύτρωσιν. *Compl. hanc secundam partem totã omittit S. Aug. hæc tantum refert*, clamans de subiugali. ξ Redemptionem aquæ.] *Theodoretus*, Symm. *est interpretatus* ἀρδείαν ὕδατος, irrigationem aquæ. *Et pro* ταπεινῶν, humiliũ, *ipse dixit* πεδινῶν, campestriũ. ο Affinis.] γαμβροῦ: *& sic infra c.4. Compl. hic* πενθεροῦ, soceri. *Alij libri & Theodoretus q.3.* καὶ υἱοὶ ἰωβὰβ τοῦ κιναίου (*al.* ἰωβὰθ) πενθεροῦ μωυσῆ, & filii Iobab Cinæi soceri Moysi. *Atq. addit Theodoretus*. Et iam dixi Iobab fuisse filium Iothor. Eum autem vocauit πενθερον, tamquam vxoris fratrem. Nã & multi nunc eos, qui tales sunt, vocant πενθερίδας. *Vulgata* Cinæi cognati Moysi. π Quod est in Austro Iuda.] *Compl.* εἰς τὴν ἔρημον ἰούδα τὴν οὖσαν ἐν τῷ νότῳ ἐπὶ καταβάσεως ἀράδ, in desertum Iuda, quod est in Austro super descensum *Arad*. *Et sic hebræus; nisi quod non habet* super descensum. ρ Et habitauerunt.] *Alii* καὶ ἐπορεύθησαν, καὶ κατῴκησαν, & iuerunt, & habitauerunt. σ Et exterminauerunt eos.] *In aliis est* καὶ ἀνεθεμάτισαν αὐτὴν καὶ ἐξωλόθρευσαν αὐτήν. Et anathemarunt eam, & exterminarunt eam: *ac uidentur duæ interpretationes. Quare in uerbis proxime sequentibus, ubi nostra habet*, anathema, *alii habent* ἐξολόθρευσις, exterminatio. τ Et non hæreditauit.] *Alii* καὶ ἐκληρονόμησεν ἰούδας τὴν γάζαν καὶ τὸ ὅριον αὐτῆς, & hæreditauit Iudas Gazam, & terminum eius: *& sic deinceps. Sed S. Aug. q.5.* Et non hæreditauit Iudas Gazam, & finem eius, & Ascalonem, & finem eius, & Accaron, & finem eius, *&c.* υ exterminare.] *Alii* κληρονομῆσαι. *Et Theodoretus*

B q.5. (*nec multo aliter Compl.*) οὐκ ἠδυνάσθη κληρονομῆσαι: *& S. Aug. ibid.* non potuit hæreditare. φ Rechab obstitit eis.] *Ita S. Aug. quod græce est* διεστείλατο. *Theodoretus putat Rhecab uirum pium distincte, & aperte cõminatum esse eis, ut uallem fugerent. In aliis libris additur*, καὶ ἅρματα σιδηρᾶ αὐτοῖς. *Et S. Aug. paulo aliter*, & currus erant ei ferrei. *Ac uidentur duæ interpretationes. Nam dictio hebræa, unde ducitur* ῥηχάβ, *significat currus.* χ Enac.] *In aliis, sed non in Compl. sequitur*, καὶ ἐξῆρεν ἐκεῖθεν τοὺς τρεῖς υἱοὺς ἐνάκ: *& apud S. Aug. q.6.* & abstulit inde tres filios Enac. ψ hæreditauerunt.] *Ita etiam S. Aug. q.7. Alii* ἐξῆραν, abstulerunt. ω Et explorauerunt.] *Pro his in aliis est* οἶκος ἰσραήλ, domus Israel. αα Et ecce vir egrediebatur] *Alii* ἄνδρα ἐκπορευόμενον, virum egredientem. ββ Abstulit.] *Ita hebræus. In aliis* ἐκληρονόμησεν μανασσῆς, *& apud S. Aug. q.8.* Et non hæreditauit Manasses: *ubi etiam disputat, quid sit quod sequitur*, quæ est Scytharum ciuitas: *quod abest à Compl. ut a uulgata.* γγ Fecit.] *alii* ἔθετο, *& S. Aug. q. 10.* posuit. δδ Et factus est ei in tributum.] *Hæc absunt a Compl. ut a uulgata.* εε Et factus est ei in tributum, & habitantes Dor.] *Hæc in Complut. non sunt, neque in uulgata.* ζζ Nephthali.] *In Compl. est* ἰσραήλ, Israel. *Ab hebræo abest utrumque.*

C ηη Bætheneth.] *Ita fere etiam Compl. in aliquo libro est* βεθενάχ: *& in hebræo est eadem dictio, quę paulo ante uersa est* Bæthanac. θθ Non permiserunt eum.] *Compl.* οὐκ ἀφῆκεν αὐτόν, *alii propius hebræo* αὐτοὺς, *& S. Aug. q.11.* non permisit eos. ιι Testaceo.] *Alii* τῷ μυρσινῶνος. *Compl.* τοῦ ἄρες. *Vulgata*, In monte Ares, quod interpretatur testatio. κκ In quo vrsi, & in quo vulpes.] *Sunt hæc in Compl. sed non, quæ sequuntur*, in Myrsinoni, & in Thalabin. *In uulgata est*, in Haylon, & Salabin. λλ eis.] *Alii* αὐτῷ. *In Compl. & hebręo neutrum est.*

CAP. II.

D ET ascendit Angelus Domini super ᵃ Clauthmona, & super Bæthel, & super domum Israel, & dixit ad eos: Hæc dicit Dominus: Ascendere vos feci de Ægypto: & induxi vos in terram, quam iuraui patribus vestris. Et dixi: Non dissipabo testamentum meum, quod vobiscum, in seculum. Et vos non disponetis testamentum iis, qui insident in terra hac, neque Deos eorũ adorabitis: sed sculptilia eorũ cõteretis: altaria eorum destruetis. Et non exaudistis vocem meam. Quoniam hæc fecistis; & ego dixi. ᵞ Non auferam eos a facie vestra: & erunt vobis in angustias: & Dii eorum erunt vobis in scandalum. Et factum est, postquam locutus est angelus Domini verba hæc ad omnes filios Israel; & eleuauerunt populus vocem suam, & plorauerunt. Et cognominauerunt nomen loci illius ᵟ Clauthmones, id est, plorationes Et sacrificaue

E runt ibi Domino. Et dimisit Iesus populum: & ᵋ venit vir ad hæreditatem suam hæreditare terrã. Et seruiuit populus Domino omnes dies Iesu, & omnes dies seniorum, qui prolongauerunt dies ᶻ cum Iesu, quicumque cognouerunt omne opus Domini magnum, ᵑ quæcunque fecit in Israel. Et mortuus est Iesus filius Naue seruus Domini, filius centum decem annorum. Et sepelierunt eum in termino hæreditatis eius in Thamnathares in monte Ephræm ab Aquilone montis Gaas. Et omnis generatio illa appositi sunt ad patres suos... Et surrexit generatio altera post eos, qui non scierunt Dominum, & opus, quod fecerat in Israel

Israel. Et fecerunt filii Israel malignum coram Domino: & seruierunt Baalim. Et dereliquerũt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos de terra Ægypti: & ambulauerũt post Deos alios de Dijs gentium, quæ in circuitu eorum, & adorauerunt eos. Et exacerbarunt Dominum: & dereliquerũt eum: & seruierunt Baal, & [θ] Astartibus. Et iratus est furore Dominus in Israel. Et tradidit eos in [ι] manus prædantium: & deprædati sunt eos. Et vendidit eos in manibus inimicorum suorum in circuitu: & non potuerunt vltra resistere ad faciem inimicorum suorum in omnibus, in quibus [κ] ibant. Et manus Domini erat super eos in mala: sicut locutus est Dominus, & sicut iurauit Dominus eis. Et contribulauit eos valde. Et suscitauit Dominus Iudices: & saluauit eos Dominus de manu deprædantium eos. Ac ne iudicibus quidem obedierunt, quoniam exfornicati sunt post Deos alios, & adorauerunt eos. Et declinauerunt cito de via, qua ambulauerunt patres eorum ad exaudiendum verba Domini: non fecerunt ita. Et [λ] quia suscitabat Dominus eis Iudices; & fuit Dominus cum iudice, & saluauit eos de manu inimicorum eorum omnes dies iudicis: quoniam flectebatur Dominus a gemitu eorum a facie obsidentium eos, & contribulantium eos. Et factum est, postquam mortuus est iudex; & [μ] reuerterunt, & iterũ corruperunt super patres suos eundo post Deos alios, ad seruiendum illis, & adorandum illos. Non abiecerunt studia sua, & vias suas duras. Et iratus est furore Dominus in Israel, & dixit: [ν] Pro iis, quanta dereliquerunt gens hæc testamentum meũ, quod mandaui patribus eorum, & non obedierunt voci meæ; & ego non apponam auferre virum a facie ipsorum de gentibus, quos reliquit Iesus filius Naue: & [ξ] dimisit ad tentandum in eis Israel, si obseruarent viã Domini ire in ea, quemadmodum custodierunt patres eorum, an nõ. Et [ο] dimittet Dominus gentes has; vt non auferat illas celeriter. Et non tradidit eas in manu Iesu.

[α] Clauthmona.] *Retinuimus nomen græcum, imitati S.* Aug. *q.* 12. *qui tamen addit* montem: *nec refert ea, quæ sequuntur,* & super Bæthel, & super domum Israel. *quæ etiam absunt à Compl. & a vulgata: habentur tamen apud Theodoretum q.6. in codicibus manuscriptis.* [β] Quoniam hæc fecistis.] ὅτι ταῦτα ἐποιήσατε. *Sic habet etiam Theodoretus, & ita videtur interpungere. Propius tamen accederet ad hebræum, & vulgatam si ita verteretur,* Cur hæc fecistis? *In aliquo libro pro* ὅτι *est* ὅτε, quando, *in Compl.* οὔτε, neque. [γ] Non auferam.] *Ita hebræus. In aliis codicibus, & apud Theodoretũ, et in Compl. est* οὐ προσθήσω μετοικίσαι τὸν λαὸν, ὃν εἶπα τοῦ ἐξῶσαι. *Et in nonnullis quidem sequitur,* οὐ μὴ ἐξαρῶ αὐτοὺς ἐκ προσώπου ὑμῶν, *& apud S. Aug. q.* 13. non adiiciã transmigrare populum, quem dixi eiicere: non auferam eos à facie vestra. *Theodoretus autem, & Compl. habent tantum* ἐξῶσαι αὐτὸν (*aut* αὐτοὺς) ἀπὸ (*aut* ἐκ) προσώπου ὑμῶν. [δ] Clauthmones.] *Theodoretus videtur habuisse, vt Compl.* κλαυθμῶν. *Vox hebræa significat* flentium. [ε] Et venit vir.] *Alii libri, & Theodoretus,* καὶ ἀπῆλθον οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ ἕκαστος εἰς τὸν τόπον (*al.* οἶκον) αὐτοῦ, καὶ ἕκαστος εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, & abierunt filii Israel, vnusquisque in locum (*al.* domum) suum, & vnusquisque in hæreditatem suam. *S. Aug. q.* 14. Et abierunt filii Israel vnusquisque in domum suam. *In hebræo est,* & abierunt filii Israel, vir ad hæreditatem suam. *Ex quo colligi potest, quid sit ex alia interpretatione admistum.* [ζ] Cum Iesu.] *Ita apparet legisse S. Aug. ex q.* 17. *Alii libri, & Theodoretus,* μετὰ ἰησοῦ, post Iesum. *Apud Origenem hom.* 1. *videtur agnosci vtraque lectio: ita enim inquit* Interpres. Seniores, qui vel cum Iesu, vel post Iesum fuerunt. [η] quæcumque fecit in Israel.] *Alii, & Theodoretus,* ὃ ἐποίησε τῷ ἰσραὴλ, quod fecit Israeli: *quod etiam repetitur paulo post.* [θ] Astartibus.] *Ita S.* Aug. *q.* 16. *vbi hunc locum diligenter tractat.* [ι] Manus.] *alii* χειρὶ, manu: *& sic* S. Aug. *in locut.* [κ] Ibant.] ἐπορεύοντο, *Compl.* ἐπόρνευον, fornicabantur. *Sed illud* ἐπορεύοντο respondet hebræo. [λ] Et quia suscitabat.] καὶ ὅτι ἤγειρε. *Plerique codices ac Theodoretus habent* ὅτε, *&* S. *Aug. in locut.* Et cum suscitauit. [μ] Reuerterunt] καὶ ἀπέστρεψαν καὶ πάλιν διέφθειραν. Alii, *& Theodoretus,* καὶ ἀπέστρεφον, καὶ πάλιν διέφθειρον, *al.* διέφθειραν S. Aug. *in locut.* Et factum est, cum moreretur iudex; & reuertebãtur, & iterum corrumpebant. [ν] Pro ijs, quanta] ἀνθ᾽ ὧν ὅσα. *S.* Aug. *in locut. et q.* 17. Propter quod tanta, [ξ] Et dimisit ad tentandum] *Sic S. Aug. q.* 17. *licet Compl. alio modo interpungant, & interpretentur.* [ο] Dimittet] ἀφήσει. *Alij* ἀφῆκε, *&* S. Aug. Et dimisit Dominus.

CAP.

A

CAP. III.

ET hæ gentes, quas reliquit ᵃ Dominus eas, vt ᵝ tentaret in eis Israel, omnes qui nescierunt ᵞ bella Chanaan: ᵟ tantum propter generationes filiorū Israel, vt doceret illos bellum: verum, qui ante illos, nescierunt ᵉ illas: Quinque satrapias alienigenarum, & omnem Chananæum, & Sidoniū, & Euæū inhabitantem Libanum à monte Ærmon vsque ᶻ Laboemath. Et factum est, vt tentaret in ipsis Israel, ad sciendum, si audient mandata Domini, quæ mandauit patribus eorum in manu Moysi. Et filiis Israel habitauerunt in medio Chananæi & Chettæi, & Amorræi, & Pherezæi, & Euæi, & Iebusæi. Et acceperunt filias eorum sibi ipsis in vxores: & filias suas dederunt filijs eorū: & seruierūt dijs eorum. Et fecerunt filij Israel malum ante Dominū, & obliti sunt Domini Dei sui, & seruierunt Baalim, & ᶯ Lucis. Et iratus est furore Dominus in Israel: & vēdidit eos in manu Cusarsathæm regis Syriæ ᶿ fluminum. Et seruierūt filij Israel Cusarsathæm annos octo. Et clamauerunt filii Israel ad Dominum. Et excitauit Dominus saluatorem Israel, & saluauit eos; Gothoniel filium Cenez ᶥ fratris Chaleb minorem super ipsum. Et factus est super eum spiritus Domini: & iudicauit Israel. Et exijt ad bellū ᵏ aduersus Chusarsathæm. Et tradidit Dominus in manu eius Cusarsathæm, regem Syriæ fluminum. Et præualuit manus eius super Cusarsathæm: & quieuit terra annos quadraginta. Et mortuus est Gothoniel filius Cenez. Et adiecerunt filii Israel facere malum in conspectu Domini. Et confortauit Dominus Eglom regem Moab super Israel, eo quod ipsi fecerant malum ante Dominum. Et congregauit λ ad se omnes filios Ammon, & Amalec, & iuit, & percussit Israel: & hæreditauit ciuitatem palmarum. Et seruierunt filii Israel Eglom regi Moab annos decem octo. Et clamauerunt filii Israel ad Dominum. Et suscitauit eis saluatorem Aod filium Gera ᵘ filium Iemeni virum ambidexterum. Et miserunt filii Israel munera in manu eius Eglom regi Moab. Et fecit sibi Aod gladium ᵛ habentem duo ora: palmi longitudo eius. Et accinctus est eo sub sago super fæmur suum dextrum. Et iuit: & attulit munera Eglom regi Moab. Et Eglom vir ξ vrbanus valde. Et factum est, postquam consūmauit Aod offerens munera; & dimisit ferentes munera, & ipse reuersus est à sculptilibus, quæ ᵒ cum Galgal. Et dixit Aod: Verbū occultū mihi est ad te rex. Et dixit Eglom ad eum. Tace: & dimisit a se omnes, qui astabant super eum. Et Aod intrauit ad eum. Et ipse sedebat in cænaculo æstiuo suo prorsus solus. Et dixit Aod: Verbum Dei mihi ad te rex. Et exurrexit Eglom de throno prope eum. Et factum est simul, dum ille surgeret; & extēdit Aod manum sinistram suam: & sumpsit gladium desuper femore suo dextro: & infixit illum in ventre eius: & superimmisit etiam capulum post ᵖ flammam: & conclusit ᵖ adeps super flammam; quoniam non extraxit gladium e ventre eius. Et exiit Aod ᵖ vestibulum: & transijt obseruantes: & clausit ianuas cænaculi super se, & coarctauit. Et ipse exiit. Et pueri eius superuenerunt: & ecce ianuæ cænaculi coarctatæ. Et dixerunt: Nunquid forte ᵞ euacuat pedes suos in conclaui æstiuo? Et sustinuerunt, quoadusque erubuerunt. Et ecce non est, qui aperiat ianuas cænaculi. Et sumpserunt clauim, & aperuerunt. Et ecce Dominus eorum prolapsus in terram mortuus. Et Aod saluus euasit; dum turbabantur, & non erat, qui atten-

attenderet ei. Et ipſe trãſijt ſculptilia: & euaſit ſaluus in Setirotha. Et factum eſt, poſtquam venit Aod in terram Iſrael; & cecinit in cornea in monte Ephræm: & deſcenderũt cum eo filij Iſrael de monte: & ipſe ante eos. Et dixit ad eos: deſcendite poſt me: quia tradidit Dominus Deus inimicos noſtros, ipſã Moab in manu noſtra. Et deſcenderunt poſt eum: & præoccuparunt tranſitus Iordanis ipſius Moab: & non ᵘ permiſit virum tranſire. Et percuſſerunt ipſam Moab die illa, circiter decem millia virorum, ᵠ omnem pinguem, & omnem virum virtutis: & non euaſit ſaluus vir. Et χ confuſa eſt Moab in die illa ſub manu Iſrael. Et quieuit terra octuaginta annos. Et iudicauit eos Aod; quoadusque mortuus eſt. Et poſt eum ſurrexit Samegar filius Dinach, & percuſſit alienigenas in ſexcentos viros in ψ vomere boum: & ſaluauit & ipſe Iſrael.

α Dominus.] *Sic omnes præter Theodoretum q.7. & Compl. qui habet* ἰησοῦ, Ieſus. β Vt tentaret.] *Theodoretus.* Illud quidem πειρᾶσαι, Symm. interpretatus eſt ἀσκῆσαι, exercere. γ Bella.] *Sic etiam Theodoretus. Alii* πάντας τοὺς πολέμους, & *S. Aug.* omnia bella. δ Tantum.] *Abeſt iſta dictio a S. Aug.* ε Illas.] αὐτά. *Putat. n. S. Aug. intelligi* τὰ ἔθνη, gentes, *Alii tamen vertunt*, qui ante ipſos non cognouerunt ea. ζ Laboemath.] *Et ſignificat* ad introitum Emath, *vt habet vulgata. S. Aug.* aut montem Hermon vſque ad Cabemath. η Lucis.] τοῖς ἄλσεσι. *vbi vulgata Aſteroth.* θ Fluminũ.] *Reſpondet hebræo. Alii, & Compl.* μεσοποταμίας, Meſopotamiæ, *vt vulgata.* ι Fratris Chaleb.] *Ita collati codices; quamuis poſtea habeant* τὸν νεώτερον αὐτοῦ, *& Compl.* ὁ νεώτερος αὐτοῦ, *Theodoretus q.8. habuit* ἀδελφὸν, fratrem: *& de hac re diſputat. Et S. Aug. q.18.* fratrem Chaleb minorem ipſius. *Adiungit autem iſta,* & exaudiuit eos: *quæ etiam ſunt in aliquo libro græco,* καὶ εἰσήκουσεν αὐτῶν. κ Aduerſus Cuſarſathæm.] *Hæc abſunt a Compl. vt a vulgata: ſicut etiam paulo poſt illud,* fluminum: *quod abeſt etiam ab aliis libris.* λ Ad ſe.] *Ita etiã hebræus. Compl.* πρὸς αὐτοὺς contra eos. *alii* πρὸς αὐτὸν, ad eum. *vulgata,* & copulauit ei. μ Filium.] υἱὸν. *Compl.* υἱοῦ, filii, *quæ varietas ſæpe obſeruari poteſt.* ν Habentem duo ora.] δίστομον, *& reſpondet hebræo. Alii uertunt* ancipitem, *vt vulgata.* ξ Vrbanus.] ἀστεῖος. *ac fortaſſe ſignificat* pinguem, *vt dictio hebraica. Tales enim fere eſſe ſolent vrbanis deliciis innutriti. Attamen S. Aug. & q. 21. & in locut. habuit,* exilis: *& vtrobique rem conſiderat.* ο Quæ cum Galgal.] *Eſt hebraiſmus, pro* in Galgal. *Et multi putant ſignificari lapidicinas, quæ eſſent in Galgal. Sed Theodoretus q.8. habet,* καὶ Ἐγλὼμ ἀπέστρεψεν ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἐν Γαλγάλοις, Et Æglom reuerſus eſt ab Idolis in Galgalis. π Flammam.] *Theodoretus.* φλόγα autem nominauit ferrum ipſius gladij. ρ Et concluſit adeps ſuper flammam.] *S. Aug. q.21. & in locut. uidetur habuiſſe,* & concluſerunt adipes vulnus. *Theodoretus autẽ,* καὶ ἐπέκλινε τὸ στέαρ τῇ παραξιφίδι, & defluxit adeps ſuper capulum. *Idem enim notat* παραξιφίδα valere idem, quod τὴν λαβὴν. σ Veſtibulum.] *Alii* εἰς τὴν προστάδα, ad veſtibulũ *S. Aug. q. 22.* exiit ad fores, *vbi etiam pro* ὑπερῴου, *habet* domus ſuperioris: *licet nos more aliorum dixerimus cœnaculum.* τ Euacuat pedes ſuos in conclaui æſtiuo.] *Satis prope ad hebræum. In aliis eſt* μήποτε πρὸς δίφροις κάθηται ἐν τῇ ἀποχωρήσει τοῦ κοιτῶνος; numquid forte in ſedibus ſedet in ſeceſſu cubilis? υ Permiſit.] *Alii* ἀφῆκαν, permiſerunt. φ Omnem pinguem.] *Ita hebræus. alii* πάντας τοὺς μαχητὰς, omnes bellatores. χ Confuſa eſt.] ἐνετράπη. *Sic etiam Compl. In aliquibus eſt* ἐταπεινώθη, humiliata eſt. ψ Vomere.] ἐν τῷ ἀροτρόποδι τῶν βοῶν. *Int. Orig. hom.4.* in ſtiua vel pede aratri. *In aliis* ἐν τῷ ἀρότρῳ τῶν βοῶν ἐκτὸς μόσχων, in aratro boum. præter vitulos. *S. Aug. q.25.* præter vitulos boum. *Et hæc notat,* Non autem habet interpretatio ex hebræo, præter vitulos boum, ſicut iſta, quæ ſecundum lxx. eſt, ſicut habet illa ex hebræo, vomere occiſos ſexcentos viros, quod iſta non habet. *Chaldæus habet* ſtimulo boum.

CAP. IV.

ET adiecerunt filii Iſrael facere malum in conſpectu Domini. Et Aod mortuus eſt. Et vendidit filios Iſrael Dominus in manu Iabin regis Chanaan, qui regnauit in Aſor. Et princeps virtutis eius Siſara: & ipſe habitabat in Aſiroth gentium. Et clamauerunt filii Iſrael ad Dominum; quoniam nõgenti currus ferrei erãt ei. Et ipſe vexauit Iſrael imperioſe viginti annos. Et Debbora mulier prophetiſſa vxor Laphidoth, ipſa iudicabat Iſrael in tẽpore illo. Et ipſa ſedebat ſub palma Debbora inter Rhama, & inter Bæthel in mõte Ephræm. Et aſcendebant ad eam filij Iſrael ᵃ ad iudicium. Et miſit Debbora, & vocauit Barac

A rae filium Abineem è Cades Nephthali: & dixit ad eum: Nonne præcepit Dominus Deus Israel tibi, & perges ad montē Thabor? Et accipies tecū β decē millia virorum ex filijs Nephthali, & ex filijs Zabulon: & inducā ad te ad torrentē Cison γ super Sisarā principem virtutis Iabin, & currus eius, & multitudinem eius: & tradam eum in manus tuas. Et dixit ad eam Barac: Si ieris mecū, ibo. & si non ieris, non ibo; δ quoniam nescio diem, in qua prosperat Dominus angelum mecum. Et dixit: Pergens pergam tecum. Verum cognosce, quia non erit ε primatus tuus super viam, quam tu ambulas: quoniam in manu mulieris vendet Dominus Sisaram. Et surrexit Debbora: & iuit cum Barac è Cades. Et Barac ζ conclamauit Zabulon, & Nephthali è Cades, & ascenderunt iuxta pedes eius B decem millia virorum. Et ascendit Debbora cum eo. Et η Chaber Cinæus secesserat à Cainà de filijs Iobab affinis Moysi: & fixerat tabernaculū suum vsque ad quercum θ rapacium, quæ est iuxta Cedes. Et nunciatū est Sisaræ, quia ascendit Barac filius Abineem in montem Thabor. Et vocauit Sisara omnes currus suos, nongentos currus ferreos, & omnem populum, qui secum ab Arisoth gentium ad torrentem Cison. Et dixit Debbora ad Barac: Surge, quoniam hæc est dies, in qua tradidit Dominus Sisaram in manu tua: ι quoniam Dominus egredietur ante te. Et descendit Barac de monte Thabor, et decem millia virorum C post eum. Et pauefecit Dominus Sisaram et omnes currus eius, & omnia castra eius in ore gladii in conspectu Barac. Et descendit Sisara desuper curru suo, et fugit pedibus suis. Et Barac persequens post currus, et post castra vsq; κ Arisoth gentiū. Et ceciderunt omnia castra Sisaræ in ore gladii: non remansit vsque ad vnū. Et Sisara fugit pedibus suis ad tabernaculum Iael vxoris Chaber λ sodalis Cinæi: quoniā pax erat inter Iabin regem Asor, et inter domū Chaber Cinæi. Et exiit Iael in occursū Sisaræ, et dixit ei: Declina domine mi, declina ad me, ne timeas. Et declinauit ad eam in tabernaculum. μ Et circunuoluit eum indumento: Et dixit Sisara ad eam: Pota me nunc pusilla aqua, quoniam sitiui. Et D aperuit vtrem lactis, et potauit eum: et operuit eum. Et dixit ad eam Sisara: Sta nunc ad portā tabernaculi: et erit, si vir venerit ad te, & interogauerit te, et dixerit, si est hic vir? et dices, ν non est. Et sumpsit Iael vxor Chaber paxillum tabernaculi: & posuit malleum in manu sua: & intrauit ad eum ξ in occulto: & fixit paxillum in tempore eius, & prolapsus est in terrā: & ipse soporatus obtenebratus est, & periit. Et ecce Barac persequens Sisaram. Et exiit Iael in occursum ei: & dixit ei: Veni, & ostendam tibi virum, quem tu quæris. Et intrauit ad eam. Et ecce Sisara proiectus mortuus, & paxillus in tempore eius. Et ο fugauit Deus Iabin regem Chanaan in die illa ante filios Israel. Et pergebat manus filiorū Israel pergens, & indurata super Iabin regem Chanaan, quoadusque exterminauerūt E Iabin regem Chanaan.

α *Ad iudicium.*] εἰς κρίσιν *sic hebraus. Alii,* τοῦ κρίνεσθαι, *&* Int. Orig. *hom.* 5. vt iudicarentur. β Decem millia.] *Int. Orig.* duodecim millia. *Sed est perspicuum erratum.* γ Super Sisara.] ἐπὶ τὸν σισάρα. *A Compl. abest illud* ἐπὶ, *quemadmodum & a uulgata.* δ Quoniam nescio diem, in qua prosperat Dominus angelum mecum.] *Ita S. Aug. q 26. & in locut. ubi addit.* vtrum prosperat actus angeli eius, qui mecum est, an prospera mihi facit per angelum? *Int. Orig.* quia nescio diem, in qua mittet Dominus angelum suum mecū. *S. Amb. in lib. de Viduis,* quia non noui diem, in qua dirigit Dominus angelum suum mecum. *Quæ tamen absunt a Compl. ut a uulgata.* ε Primatus.] *Sic Int. Orig quod græce* τὸ τίμημα, *& alii interpretantur uictoriā*

ζ Con-

ζ Conclamauit.] *Sic hebræus, quasi* clamando conuocauit. *In aliis libris est*, καὶ παρήγγειλε βαρὰκ τῷ ζαβουλὼν καὶ τῷ νεφθαλὶ εἰς κεδές, & annunciauit Barac ipsi Zabulon, & ipsi Nephthali in cedes. η Chaber.] *Melius & propius etiam uulgatæ, quàm quod in aliis legitur*, καὶ οἱ πλησίον τοῦ κιναίου ἐχωρίσθησαν, & propinqui ipsius Cinæi secesserant. θ Rapacium.] πλεονεκτούντων. *Alii* ἀναπαυομένων, quiescentium. *Vulgata* Sennim. *Chaldæus*, lacuum. ι Quoniam Dominus.] *Compl.* οὐκ ἰδοὺ κύριος, nonne ecce Dominus. κ Arisoth.] *Alii* δρυμοῦ, Syluam. λ Sodalis.] ἑταῖρος. *Hæc dictio non est in aliis exempp. neque apud Ioannem Damascenum, in collectaneis locorum communium.* μ Et circunuoluit eum indumento.] *In aliis est*, καὶ συνεκάλυψεν αὐτὸν ἐν τῇ δέρρει αὐτῆς. *Et S. Aug. in locut.* Et cooperuit eum in pelle sua. *Vulgata*, pallio. ν Non est.] *Ita etiam Compl. & respondet uulgatæ: nec plura refert S. Damascenus in collectaneis hunc locum citans. in aliis sequitur* καὶ συνεκάλυψεν αὐτὸν ἐπὶ τῇ δέρρει αὐτῆς, & cooperuit eum in pelle sua. ξ In occulto.] *Alii* ἡσυχῇ, καὶ ἐνέκρουσε τὸν πάσσαλον ἐν τῇ γνάθῳ αὐτοῦ, καὶ διήλασεν ἐν τῇ γῇ, tacite: & adegit paxillum in mala eius: & impulit in terram. *Int. Origenis hanc rem narrans*, post hæc palum malleo adactum per eius malas, vel maxillas defixit. *Nostra tamen magna ex parte propior hebræo: quemadmodum etiam in sequentibus*; & ipse soporatus obtenebratus est, & periit. *Nam alii*, καὶ αὐτὸς ἀπεσκάρισεν (*Compl. addit* ἀναμέσον τῶν ποδῶν αὐτῆς) καὶ ἐξέψυξεν, καὶ ἀπέθανε, & ipse palpitauit (inter pedes eius) & expirauit, & periit. ο Fugauit.] ἐτρόπωσεν. *In aliis* ἐταπείνωσε, humiliauit.

CAP. V.

ET α cecinerunt Debbora, & Barac filius Abineem in die illa, dicentes: β Reuelata est reuelatio in Israel, dum sponte se offerret populus, benedicite Dominũ. Audite reges: & auribus percipite Satrapæ. γ Canam ego quidẽ Domino, ego quidẽ psallam Domino Deo Israel. Domine in exitu tuo δ in Seir, dũ promoueres tu ex agro Edõ, terra cõmota est: & ε cælum stillauit rores, & nubes stillarũt aquã. Mõtes cõmoti sũt à facie Domini ζ Heloi: iste Sina a facie Domini Dei Israel. In diebus Samegar filii Anath in diebus Iael reliquerunt vias: & ambulauerunt η diuerticula, ambulauerunt vias distortas. Defecerunt θ potentes in Israel, defecerunt: quoadusque surrexit Debbora, ι quoadusque surrexit mater in Israel. κ elegerunt Deos nouos: tunc expugnauerunt ciuitates principum. λ Clypeus si apparuerit, & lancea in quadraginta millibus in Israel; cor meum ad ea, quæ disposita sunt huic Israel. μ Qui sponte agitis in populo, benedicite Dominum: Qui ascendistis super ν asinam fæmellam meridie sedentes super ξ tribunal, & ambulantes ο super vias consessorum super viam π narrate, a voce agitantium in medio haurientium aquam. Ibi dabunt ρ iustitias. Domine iustitias auge in Israel. Tunc descendit ad ciuitates populus Domini. Expergiscere, expergiscere Debbora: expergiscere, σ expergiscere: loquere canticũ. Exurge Barac, & captiua captiuitatem tuam filius Abineem. τ Tunc descendit residuum fortibus: populus Domini descendit ei in potentibus ex me. υ Ephræm eradicauit eos in Amalec, post te Beniamin in populis tuis. In φ me Machir descenderunt perscrutantes. Et de Zabulon χ trahentes in virga narrationis scribæ. Et principes in Issachar cum Debbora, ψ & Barac, sic Barac in vallibus misit in pedibus suis, In ω portionibus Ruben, magni, penetrantes corde. Ad quid sederunt inter medium αα digomiæ, ad audiendum sibilum ββ gregum? In γγ diuisionibus Ruben magnæ perscrutationes cordis. Galaad trans Iordanem, δδ vbi habitauit. Et Dan ad quid incolit nauibus? Aser sedit εε ad litus marium & super exitus eius habitabit. Zabulon populus improperauit animam suam in mortem. Et Nephthali venerunt ad ζζ altitudines agri sui. Reges pugnauerunt: tunc pugnauerunt reges Chanaan in Thanac super aquam Mageddo: ηη munus argenti non acceperunt. De cælo θθ pugnauerunt stellæ: è ιι semitis suis pugnauerunt cum Sisara. Torrens Cison κκ deuoluit eos, torrens λλ antiquitatum, torrens

A torrens Ciſon. Conculcabit eum anima mea potens. μμ Quando impediti ſunt calcanei equi; νν feſtinatione feſtinauerunt fortes eius. Maledicite Meroz, dixit angelus Domini, ξξ maledicite. Maledictus omnis inhabitans eam: quoniã non venerunt in auxilium οο Domini, in auxilium in potentibus. Benedicatur in ππ mulieribus Iael vxor Chaber Cinæi, à mulieribus in tabernaculis benedicatur. A quã petijt: Lac dedit in phiala: præſtantium attulit butyrum. Manum ſuam ſiniſtram ad paxillum extẽdit, & dextram ſuam in malleum laborantiũ: & malleo terebrauit Siſaram, perforauit caput eius, & percuſſit, perforauit tẽpus eius: inter pedes ipſius deuolutus eſt: cecidit, & dormiuit inter pedes eius.

B Procumbens cecidit: ſicut procubuit, ibi cecidit expirans. Per feneſtram reſpexit mater Siſaræ, extra ρρ feneſtellã. Cur erubuit σσ currus eius? Cur tardauerunt pedes curruũ eius? Sapientes principes eius reſponderunt ad eam: & ipſa conuertit ſermones ſuos ſibi. Nonne inuenient eum diuidentẽ ſpolia? ττ Miſericors miſerebitur; in caput viri. Spolia tincturarum ipſi Siſaræ, ſpolia tincturarum varietatis, ſpolia variatorum ipſa, capiti eius ſpolia. Sic pereant omnes inimici tui Domine. Et qui diligunt eum, ſicut υυ exitus ſolis in φφ virtute ſua. Et quieuit terra quadraginta annis.

α Cecinerunt.] *Alii* ᾖσε, cecinit, *& paulo poſt pro* λέγοντες, dicentes, *habent*, καὶ εἶπεν, & dixit. β Reuelata.] *Alii*, ἐν τῷ ἄρξασθαι ἀρχηγοὺς ἐν ἰσραὴλ ἐν προαιρέσει λαοῦ εὐλογεῖτε κύριον: *& Int. Orig. hom. 6.* In incipiendo

C principes in Iſrael in voluntatibus populi, benedicite Dominum. *Sanctes ad verbum ex hebræo*, In vlciſcendo vltiones Iſrael, in offerendo ſe ſpontaneum populus, benedicite Domino. γ Canam ego quidem Domino, ego quidem.] *Illud* εἰμι, *quod nos vertimus* quidem, *abeſt ab aliis: nec repetitur* ἐγὼ: *quæ tamen repetitio eſt in hebræo.* δ In Seir, dum promoueres tu.] ἐν σηεὶρ ἐν τῷ ἀπαίρειν. *Alii* ἐκ σηεὶρ ἐν τῷ ἐπαίρειν σε, è Seir, in eleuando te. ε Et cælum ſtillauit rores.] *Alii*, καὶ ὁ (*Compl.* καί γε) οὐρανὸς ἐταράχθη, & ipſum cælum turbatum eſt, *hebræus*, Etiam cæli deſtillauerunt. ζ Heloi.] *Abeſt à Compl. vt à vulgata.* η Diuerticula.] ἀτραποὺς. *Compl.* τρίβους, ſemitas. θ Potentes.] δυνατοί. *Theodoretus q. 11.* οἱ κρατοῦντες, *quod idem valet.* Alii οἱ κατοικοῦντες, habitantes *& ita S. Aug. q. 29. Vulgata*, ceſſarunt fortes. ι Quoadu que.] *Melius, quàm quod in Compl.* ὅτι, quoniam. κ Elegerunt.] *Alii, & Theodoretus*, ᾑρέτισαν θεοὺς κενοὺς, elegerunt Deos vanos. *Compl. tamen habet* καινοὺς, nouos. *Apud eoſdem, (non autem in Compl.) ſequitur*, ὡς ἄρτον κρίθινον. Et *S. Aug. q. 30.* elegerunt, vt panem ordeaceum, Deos nouos. λ Clypeus ſi apparuerit.] *In aliis legitur*, σκέπη νεανίδων σειρομαστῶν ἐὰν ὀφθῇ καὶ σειρομάστης ἐν τεσσαράκοντα, tegmen nouellarum ſiromaſtarum ſi conſpectum fuerit, & ſiromaſtes in quadraginta, *&c. Deterius etiã* Compl. *pro* ἐὰν ὀφθῇ, *habet* ἀνώφθη, apparuit

D *& pro* σειρομάστης ἐν, σειρομάστισεν, ſiromaſtis pugnauit. *Huiuſmodi tamen dictionem videtur habuiſſe Theodoretus. Ita enim inquit*, ἐὰν ἴδω, φησὶ, σειρομαστῶν μυριάδας, ἡ καρδία μου ἐπὶ τὰ διατεταγμένα τῷ ἰσραήλ: ſi videre Syromaſtarum quadraginta millia; Cor meum eſt ad ea, quæ diſpoſita & parata ſunt Iſraeli: *hoc autem interpretatur auxilium diuinum.* μ Qui ſponte agitis.] οἱ ἑκουσιαζόμενοι. *Reſpondet magis hebræo quam quod in aliis & apud Theodoretum* οἱ δυνάσται, & Int. Origenis, potentes populi. ν Super aſinam fæmellam meridie.] ἐπὶ ὄνου θηλείας μεσημβρίας, *& poſſet etiam fortaſſe uerti*, ſuper aſinam teneram meridiei *id eſt meridianam, ac nitentem. In aliquo manuſcripto ſequitur*, καὶ λαμπουσῶν, & nitentia. *In aliis* ἐπὶ ὑποζυγίων μεσημβρίας καὶ λαμπηνῶν, ſuper ſubiugalia meridiei, & lecticas. *Compl. pro* καὶ λαμπηνῶν *habet* ἐπιλαμπηνῶν: *& fortaſſe ſunt duæ dictiones* ἐπὶ λαμπηνῶν. *Int. Origenis*, Qui aſcenditis ſuper iumẽta, ſuper vehicula ſedentes, & ſuper aſinas refulgentes, *vbi apparet quædam variarum interpretatationum admiſtio: Theodoretus refert tantum hæc*, ἐπιβεβηκότες ἐπὶ ὑποζυγίων. ξ Super tribunal] ἐπὶ κριτηρίου. ο Super vias conſeſſorum] ἐπὶ ὁδοὺς συνέδρων. *Hæc abſunt a Compl. & fortaſſe admiſta ſunt ex alia interpretatione.* π Narrate à voce agitantium] διηγεῖσθε ἀπὸ φωνῆς ἀνακρουομένων. *Et uidetur ſignificari*, à ſtrepitu agitantium, & iaculantium ſagittas. *Nam ita multi reddunt ex*

E *hebræo. In aliis tamen, & apud Theodoretum eſt*, φθέγξασθε φωνὴν ἀνακρουομένων ἀναμέσον εὐφραινομένων, loquimini vocem agitantium in medio lætantium: *Int. Orig. hunc locum ſignificans*, & in medio lætantium laudate Deum. ρ Iuſtitias. Domine iuſtitias auge in Iſrael.] *Alij* δικαιοσύνην κυρίῳ (*& hucuſque etiam Theodoretus*) δικαιοσύνας ἐνίσχυσον ἐν τῷ ἰσραήλ. Iuſtitiam Domino: iuſtitias conforta in Iſrael. *Compl. pro* δικαιοσύνας ἐνίσχυσον, *habet*, δίκαιοι ἐνίσχυσαν. Et *Int. Orig.* Ibi dabunt iuſtitias Domino: iuſti confortati ſunt in Iſrael. σ Expergiſcere.] *hoc loco Int. Orig. uidetur habuiſſe*, & ſuſcita dena millia populi. τ Tunc deſcendit reſiduum fortibus: populus Domini deſcendit ei in potentibus ex me.] *Pro his, quorum multa ueſtigia ſunt in hebræo, & uulgata (& Chaldæus habet*, tunc deſcendit vnus ex exercitu Iſrael, *&c.) in aliis legitur* τότε ἐμεγαλύνθη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ. κύριε ταπείνωσόν μοι τοὺς ἰσχυροτέρους μου. Tũc magnificata eſt fortitudo eius Domine humilia mihi fortiores me: *quæ poſterior pars habetur etiã apud Int. Orig.* υ Ephræm eradicauit eos in Amalec, poſt te Beniamin.] *Pro his, quæ ſatis reſpondẽt hebræo, & vulgatæ, in aliis eſt*, λαὸς ἐφραὶμ ἐτιμωρήσαντο αὐτοὺς ἐν κοιλάδι ἀδελφός σου βενιαμὶν, populus Ephraim vlti ſunt eos in valle, frater tuus Beniamin.

min. φ In me Machir.] ἐν ἐμοὶ μαχὶρ, *Alij* de me Machir. *Vulgata*, de Machir. χ Trahentes in virga narrationis ſcribæ.] *Alii* ἐξ ἐμοῦ μαχὶρ ἐνισχύοντες ἐν σκήπτρῳ διηγήσεως γραμματέως, potentes in ſceptro narrationis ſcribæ. *A Compl. abeſt illud* διηγήσεως. *Quod autem in noſtra eſt* ἕλκοντες, trahentes, *valde reſpondet hebræo.* ψ Et Barac, ſic Barac.] in vallibus miſit in pedibus ſuis.] *Complutenſis & magna ex parte alii*, καὶ ἰσσάχαρ, οὕτω βαράκ ἐν τῇ κοιλάδι ἐξαπέστειλεν πεζοὺς αὐτοῦ. *Et Iſſachar, ſic (& valet, vt etiam in hebræo,* ſicut) Barac in vallem miſit pedites ſuos. *Hebræus tamen habet, in* pedibus ſuis, *vt intelligatur Barac pedibus ſuis, id eſt ſponte, ac fidenter miſiſſe ſe in vallem: quod ſignificat vulgata.* ω In portionibus Ruben magni penetrantes corde.] εἰς τὰς μερίδας ῥουβὶμ μεγάλοι ἐξικνούμενοι καρδίαν. *Sic fere hebræus. Compl.* ἐν διαιρέσεσιν ῥουβὶμ μεγάλοι ἀκριβασμοὶ καρδίας in diuiſionibus Ruben magnæ perſcrutationes cordis: *quæ verba habentur etiam in aliis libris, ſed valde perturbate.* αα Digomiæ.] *videtur dictum, quaſi in medio duorum ponderum, quod latino prouerbio dicitur, ſedētes in duabus ſellis. Alii,* ἵνα τί μοι κάθησαι (*Compl.* κάθησθε) ἀναμέσον τῶν μοσφαιθαίμ, vt quid mihi ſedes (*al* ſedetis) inter ordines (*aut* terminos, *vt vulgata*) duos. *Theodoretus & ipſe videtur habuiſſe dictionem hebræam. Nam ita inquit.* μοσφαὶ autem exponuntur ἀγροὶ, agri. ββ Gregum.] ἀγγέλων *viſum eſt (nam librarius Vaticanus ſolet ſæpe geminare conſonantes) hoc loco idem valere, atque* ἀγέλων. *Et ita etiā vulgata, & hebræus. Theodoretus hoc fortaſſe loco habuit dictionem hebræam, quæ apud ipſum eſt* ἀμαδαρὼθ *& redditur* ἀβλεψία, cæcitas, *quamuis & paulo inferius eſt,* μαδαρὼθ *In aliis eſt,* ἐξεγειρόντων, excitantium. γγ In diuiſionibus Ruben magnæ perſcrutationes cordis.] *Eſt repetitio ſententiæ ſuperioris, quemadmodū in hebræo, & uulgata. Alii* τοῦ ἐλθεῖν (*al.* ἐξελθεῖν) εἰς τὰ τοῦ ῥουβὶμ μεγάλοι. ad veniendum (*al* tranſeundum) in ea quæ ipſius Ruben. Magnæ, *&c.* δδ Vbi habitauit.] ὃ ἐσκήνωσε. *Alii* κατεσκήνωσεν, inhabitauit *ſine* ὃ. εε Ad littus marium: & ſuper exitus ſuos habitauit.] *Alii* παρ' αἰγιαλὸν θαλασσῶν, καὶ ἐπὶ τὰς διακοπὰς αὐτοῦ κατεσκήνωσεν, ad littus marium, & ſuper confractiones eius inhabitauit. ζζ Altitudines.] ὕψη. *& idem ſignificat ac* Merome, *quod eſt in vulgata. Compl. corrupte,* ὕλη. ſylua. ηη Munus.] *Alii* πλεονεξίαν, abundantiam. θθ Pugnauerunt.] παρετάξαντο. *melius, quàm quod in Compl.* ἐπολεμήθησαν, oppugnati ſunt. ιι E ſemitis ſuis.] ἐκ τρίβων αὐτῶν. *Alii* ἐκ τῆς τάξεως αὐτῶν, è gradu ſuo. κκ Deuoluit.] ἐξέσυρεν. *optime ad hebræū. Alii* ἐξέβαλεν, eiecit. λλ Antiquitatum.] ἀρχαίων. *Alii habent dictionem hebræam hoc ſignificantē,* καδημίμ, *& uulgata* Cademim. μμ Quando impediti ſunt.] ὅτε ἐνεποδίσθησαν. *Alii* τότε ἐνευροκοπήθησαν, tunc ſubneruati ſunt. *Compl.* ἀνεκόπησαν, ſucciſi ſunt. νν Feſtinatione feſtinauerunt fortes eius.] *Alii* μαδαρὼθ δυνατῶν αὐτοῦ, à calcitrationibus potentum eius: *& eſt idem ſenſus. Theodoretus, ſi minus in loco ſuperiore, certe ex hoc uidetur accepiſſe illud ſuum,* ἀμαδαρὼθ. ξξ Maledicite. Maledictus.] *Alii* καταράσασθε καταράσασθε τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτήν, *aut, ut Compl.* τοὺς ἐνοίκους αὐτῆς, maledictione maledicite habitatores eius. οο Domini, in auxilium in potentibus.] *Ita fere hebræus. Alii* κυρίου, βοηθὸς κύριος ἐν μαχηταῖς, Domini, auxiliator Dominus in pugnatoribus. *Compl.* κύριος βοηθὸς ἡμῶν, κύριος ἐν μαχηταῖς δυνατός, Dominus adiutor noſter, Dominus in pugnatoribus potens. ππ In mulieribus.] ἐν γυναιξὶν, *id eſt* inter mulieres, *ut uulgata. alii* ἐκ γυναικῶν, præ mulieribus. *Sunt etiam in ſequentibus aliæ uarietates, ſed non magni ponderis.* ρρ Feneſtellam.] ἐκ τοῦ τοξικοῦ. *Alii* διὰ τῆς δικτυωτῆς, per cancellum. σσ Erubuit.] *Ita hebræus. Alii* ἠσχάτισεν, cunctatus eſt. ττ Miſericors miſerebitur.] *Alii* φιλιάζοντα φίλοις, amice agentem cum amicis. *Compl.* φιλιάζων φίλοις. υυ Exitus.] ἔξοδος *Sic hebræus. Alii* ἀνατολὴ, ortus. *& ſic S. Aug. in locut.* φφ Virtute.] δυνάμει, *Alii.* δυναστείᾳ, potentatu. *S. Aug.* potentia.

CAP. VI.

ET fecerunt filii Iſrael malum in conſpectu Domini: & tradidit eos Dominus in manu Madiam ſeptem annos: & inualuit manus Madiam ſuper Iſrael. Et fecerunt ſibi filij Iſrael à facie Madiam antra, quæ in montibus, & ſpeluncas, & ᵃ penſilia. Et factum eſt, ᵝ ſi ſeminauerunt filii Iſrael; & aſcendebant Madiam, & Amalec: & filii orientis ſimul ᵞ aſcendebant cum eis. Et caſtrametabantur aduerſus eos: & corrumpebant ᵟ fructus eorum, donec venias in Gaza. Et non relinquebāt ſubſtantiam vitæ in terra Iſrael, ᵉ neq. in gregibus, taurum, & aſinum. Quoniam ipſi, & ᶻ poſſeſſiones eorum aſcendebant, & tabernacula eorum ᵑ adueniebant, tanquam locuſta in multitudine: & eis, & camelis eorum non erat numerus. Et veniebant in terram Iſrael, & corrumpebant eam. Et mendicauit Iſrael valde à facie Madiam. Et clamauerunt filij Iſrael ad Dominum à facie Madiam. ᶿ Et miſit Dominus virum prophetam ad filios Iſrael. Et dixit eis: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Ego ſum, qui eduxi vos de terra Ægypti: & eduxi vos de domo ſeruitutis ᶦ veſtræ: & liberaui vos de manu Ægypti, & de manu omnium tribulantium vos: & eieci eos à facie veſtra: & dedi vobis terram eorum. Et dixi vobis: Ego Dominus Deus veſter: Non timebitis Deos Amorræi, in

A in quibus ſedetis in terra eorum. Et non exaudiſtis vocem meam. Et venit angelus Domini, et ſedit ſub [a] terebintho, quæ in [b] Ephratha in terra Ioas patris Eſdri. Et Gedeon filius eius excutiens frumentum in torculari ad effugiendum à facie ipſius Madiam. Et apparuit ei angelus Domini, et dixit ad eum: Dominus tecum, [c] fortis uirtutum. Et dixit ad eum Gedeon: In [d] me Domine mi. Et, ſi eſt Dominus nobiscũ; ad quid inuenerũt nos mala hæc? Et ubi ſunt omnia mirabilia eius, quæ narrauerunt nobis patres noſtri, dicentes, Nonne ex Ægypto eduxit nos Dominus? Et nunc proiecit nos; & dedit nos in manu Madiam. Et reſpexit ad eum [e] angelus Domini, et dixit: Vade in fortitudine tua hac: et ſaluabis Iſrael de manu Madiam. [f] Ecce miſi te. Et dixit ad eum Gedeon: In me Do-
B mine mi, in quo ſaluabo Iſrael? Ecce chilias mea [g] infirmata eſt in Manaſſe, et ego ſum minor in domo patris mei. Et dixit ad eum [h] angelus Domini: Dominus erit tecum; et percuties ipſam Madiam tanquam uirum vnũ. Et dixit ad eũ Gedeon: Si nunc inueni miſericordiã in oculis tuis, et facies mihi [i] hodie omne, quicquid locutus es mecum; ne ſecedas hinc, quoadusque ego ueniam ad te: et [k] proferam ſacrificium et ſacrificabo coram te. Et dixit: Ego quidem ſedebo, donec tu reuerteris. Et Gedeon intrauit, & fecit hœdum caprarum, & œphi farinæ, azyma: & carnes impoſuit [l] in cophino: & ius iniecit in ollam: & protulit ea ad eum ſub terebintho, & [m] appropinquauit. Et dixit ad eum angelus Dei: Acci-
C pe carnes, & azyma, & pone ad petram illam: & ius [n] iuxta effunde. Et fecit ſic. Et extendit angelus Domini ſummum virgæ, quæ in manu ſua: & tetigit carnes, & azymos. Et [o] aſcendit ignis de petra: & comedit carnes, & azymos. Et angelus Domini iuit ab oculis eius. Et vidit Gedeon, quoniam angelus Domini hic eſt. Et dixit Gedeon: [p] Ah, ah Domine mi Domine: quia vidi angelum Domini, faciem ad faciem. Et dixit ei Dominus: Pax tibi: ne timeas: non morieris. Et ædificauit ibi Gedeon altare Domino: & vocauit [q] ei, pax Domini vſque in diem hanc, adhuc [r] illo exiſtente in Ephratha patris Eſdri. Et factum eſt in nocte illa, & dixit ei Dominus: Accipe vitulum, [s] taurũ, qui eſt patri tuo, & vitu-
D lum ſecundum ſeptem annorum. Et deſtrues altare ipſius Baal, quod eſt patri tuo: & lucum, qui eſt ſuper illud, exterminabis. Et ædificabis altare Domino Deo tuo ſuper cacumen [t] Maozi huius in ordine. Et ſumes [u] vitulum ſecundum: & offeres holocauſtomata in lignis lucus, quem exterminaſti. Et ſumpſit Gedeon decem viros ex ſeruis ſuis: & fecit, quemadmodum locutus eſt ad eum Dominus. Et factum eſt, [x] ſicut timuit domum patris ſui, & viros ciuitatis faciendo in die; & fecit nocte. Et diluculo ſurrexerunt viri ciuitatis mane: & ecce deſtructum erat altare ipſius Baal, & lucus, qui ſuper illud, erat exterminatus. Et viderunt vitulum ſecundum, quem obtulerat ſuper altare ædificatum. Et
E dixit vir ad proximum ſuum: Quis fecit verbum hoc? Et inquiſierunt, & inueſtigarunt, & cognouerunt, quia Gedeon filius Ioas fecit verbum hoc. Et dixerunt viri ciuitatis ad Ioas: Profer filiũ tuũ: & moriatur: quoniã deſtruxit altare Baal, & quoniã exterminauit lucum, qui ſuper illud. Et dixit [y] Gedeõ filius Ioas viris omnibus, qui inſurrexerant ei: Nunquid vos nũc iudiciũ facitis pro Baal? Aut vos ſaluatis eũ? Quicunq. iudiciũ fecerit ei; morti detur vſq. mane. Si Deus eſt; iudicium faciat ſibi: quoniã dextruxit altare eius. Et vocauit eũ in die illa Ierobaal, dicens: Iudicet in eum Baal; quia diruit altare eius. Et vniuerſa Madiam,

 & Ama-

& Amalec, & filii orientis congregati sunt in idipsum: & castrametati sunt in valle Iezrael. Et spiritus Domini [θθ] induit Gedeon. Et cecinit in cornea. Et [ιι] clamauit Abiezer post se. Et nuncios misit in omnem Manasse, & in Aser, & in Zabulon, & in Nephthali. Et ascendit in occursum eorum. Et dixit Gedeō ad Deū: Si tu saluas in manu mea Israel, sicut locutus es; ecce ego pono vellus lanæ in area. Si ros factus fuerit super vellus solū, & super vniuersam terrā siccitas; cognoscam, quia saluabis in manu mea Israel, sicut locutus es. Et factum est sic. Et surrexit diluculo die crastina: & expressit vellus: & stillauit ros de vellere, plena lagæna aquæ. Et dixit Gedeon ad Deum: Ne irascatur nunc furor tuus in me: & loquar adhuc semel: tentabo nūc & quidē adhuc semel in vellere: & fiat siccitas super vellus solum: & super vniuersam terram fiat ros. Et fecit Deus sic in nocte illa. Et facta est siccitas super vellus solum: & super vniuersam terram factus est ros.

α Pensilia.] τὰ κρεμαστὰ: *& videtur significare aggeres, & munitiones aut altas, aut non valde firmas, sed quasi suspensas. Alii* μάνδρας ἐν τοῖς ὄρεσι, καὶ τοῖς σπηλαίοις, καὶ τοῖς ὀχυρώμασιν, antra in montibus & speluncis, & munitionibus: *& sic videtur habuisse* Int. Orig. *hom. 7. Sed nostra respondet hebræo ad verbum.* β Si seminauerūt.] *In aliis*, ὅτε ἔσπειρεν ἀνὴρ ἰσραήλ. *Et S. Aug. in locut.* quando seminauit vir Israel. *Int. Orig.* cum seminasset vir Israel. *In hebræo est*, si seminabat Israel. γ Simul ascendebant cum eis.] συνανέβαινον αὐτοῖς. *Alii*, καὶ ἀνέβαινον ἐπ' αὐτὸν, & ascendebant super eum. *& sic S. Aug. in locut. Int.* Origenis, super eos. δ Fructus.] *Alij* εὐφόρια, prouentus. *In Compl. videtur corrupte legi* ἐφόρια. ε Neque in gregibus, taurū.] *In aliis*, καὶ ποίμνιον, καὶ μόσχον, καὶ ὄνον, & gregem, & vitulum, & asinum. ζ Possessiones.] *Sic hebræus: ac tamen intelliguntur pecora: quod est in aliis* κτηνῶν. η Aduenicbant.] *hebræus*, & adueniebant, *cetera, vt nostra. In aliis est*, καὶ τὰς σκηνὰς αὐτῶν παρέφερον, καὶ παρεγίνοντο, & tabernacula sua afferebant, & adueniebant. θ Et misit.] Alii, καὶ ἐγένετο ὅτε (*Compl.* ἐπεὶ) ἀνέκραξαν οἱ υἱοὶ ἰσραὴλ πρὸς κύριον διὰ μαδιάμ, καὶ (*abest* καὶ *a Compl.*) ἐξαπέστειλε. *Et S. Aug. q. 31.* Et factum est, quando clamauerunt filii Israel ad Dominum propter Madiam: & misit. ι Vestræ.] *Abest ab aliis.* κ Terebintho.] *Alii* δρυΐ, *& S. Aug. ibidem*, sub quercu. *eadem varietas est paulo inferius, et alibi.* λ Ephratha in terra.] ἐν ἐφραθὰ ἐν γῇ ἰωάς. *Alii* ἐν ἐφραθὰ τῇ τοῦ ἰωάς in Ephra, quæ ipsius Ioas. *Etiam* S. Aug. *ibid. habet Ephra & eadē uarietas est c. 8.* μ Fortis virtutū.] ἰσχυρὸς τῶν δυνάμεων. *Alii* δυνατὸς τῇ ἰσχύϊ, *et S. Aug. q. 32.* potens in fortitudine: *ac putat esse referendū ad Deum. Sed vulgata*, virorū fortissime. ν In me Domine mi.] *S. Aug. in locut.* subintelligitur, intende. *Apud hebræos illud*, in me, *valet*, obsecro. ξ Angelus Domini.] *Sic etiam Chaldæus. vulgata ex hebræo*, Dominus. ο Ecce.] *S. Aug. q. 33.* nonne ecce misi te? *quod respondet hebræo.* π Infirmata est.] ἠσθένησεν. *Alii & Theodoretus* ταπεινοτέρα, *& S. Aug. q. 34.* ecce mille mei humiliores. *Et addit*, intelligitur præpositus fuisse mille hominum. ρ Angelus Domini, Dominus erit tecum.] *Ita etiam Theodoretus q. 12. Alii* κύριος, ὅτι ἔσομαι μετὰ σοῦ, Dominus, quia ero tecum. σ Hodie omne, quicquid locutus es mecum.] *Compl.* σημεῖον, ὅτι σὺ λαλεῖς μετ' ἐμοῦ, signum, quia tu loqueris mecum. τ Sacrificium.] *Alii* καὶ οἴσω τὴν θυσίαν μου, καὶ θήσω ἐνώπιόν σου. *Et S. Aug. q. 35.* offeram sacrificium meum, & ponam in conspectu tuo. Compl. *tamen & ipsa habet* θύσω. υ Cophino.] *Alii* ἐπὶ τὸ κανοῦν, in canistro, *vt vulgata.* φ Appropinquauit.] προσήγγισεν, *melius, quàm quod in aliis*, καὶ προσεκύνησεν, & adorauit. *Vulgata*, & obtulit ei. χ Iuxta.] ἐχόμενα. *abest ab aliis, & a S. Aug. ibidem.* ψ Ascendit.] *Sic hebræus.* Alii καὶ ἀνήφθη, *& S. Aug. ibidem*, accensus est. ω Ah, ah Domine.] *Alii* οἴμοι κύριε, κύριε, ὅτι εἶδον, heu mihi Domine, Domine, quia vidi. *& Compl.* ὅτι ἐπὶ τοῦτο εἶδον: quoniam ad hoc vidi. αα Ei.] *est phrasis hebræa Alii* αὐτὸ, illud. ββ Illo existente.] *Ita vertimus, vt seruetur ambiguitas, quæ est in hebræo, an de altari, an de Gedeone; sicut videtur accipi in vulgata.* γγ Vitulum, taurum.] *hebræus* vitulum bouis. *Alii* τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, vitulum saginatum. δδ Maozi huius.] *quod valet* fortitudinis, *siue* petræ, *vt vulgata*, siue arcis huius. *Alii addunt* τοῦ ὄρους, montis: *quod non est in hebræo.* εε Vitulum secundum.] *Melius, quàm quod in Compl.* σὺν τῷ μόσχῳ τῷ δευτέρῳ, Cum vitulo secundo. ζζ Sicut.] *Idest*, quoniam: *nam ita etiam est interpretanda dictio hebræa.* ηη Gedeon filius Ioas.] *In aliis est tantum* ἰωάς: *vt pater ipse fuerit, qui protulerit uerba sequentia.* θθ Induit.] *Sic hebræus. Alii* ἐνεδυνάμωσε. *Et Int. Orig.* Confortauit. *Itemq. S. Aug. q. 49* ιι Clamauit.] *Supra etiam dictum est ita interdū dici pro* clamando vocare. *Quare Int. Orig. habet* vocauit. *Posset tamen etiam uerti*, & clamauit Abiezer post eum.

CAP. VII.

ET diluculo surrexit Ierobaal (ipse est Gedeon) et omnis populus cum eo, et castrametati sunt super fontem Arad: & castra Madiā erant ei ab Aquilone à [α] Gabaathmoræ in conualle. Et dixit Dominus ad Gedeon. Multus est

A est populus, qui tecum; ita[β] vt non ego traditurus sim Madiam in manu eorũ, ne quando glorietur Israel super me, dicens: manus mea saluauit me. Et nunc loquere vtique in auribus populi, dicens: Quis est timẽs, & formidolosus? reuertatur,[γ] & recedat a monte Galaad. Et reuerterunt de populo viginti, & duo millia: & remanserunt decem millia. Et dixit Dominus ad Gedeon: Adhuc populus multus est. Fac eos descendere ad aquam: &[δ] emundabo tibi eum illic: & erit quemcumque dixero ad te, hic ibit tecum; ipse ibit tecum: & omnis, quemcumque dixero ad te, hic non ibit tecum; ipse non ibit tecum: Et descendere fecit populum ad aquam. Et dixit Dominus ad Gedeon: Omnis, quicunque lambuerit lingua sua de aqua, tamquam si lamberet canis; statues eum seorsum: & omnis,

B quicunque inclinauerit super genua sua ad * bibendum. Et factus est numerus eorum, qui lambuerunt in[ζ] manu sua ad os suum, trecenti viri. Et omne residuũ populi procubuerunt super genua sua ad bibendam aquam. Et dixit Dominus ad Gedeon: In trecentis viris lambentibus saluabo vos: & dabo Madiam in manu tua: & omnis populus ibunt, vir ad locum suum. Et sumpserunt cibaria populi in manu sua, & corneas suas. Et omnem virum Israel dimisit, virum in tabernaculum eius. Et trecentos viros * confortauit. Et castra Madiam erant de subter eius in conualle. Et factum est in nocte illa, & dixit ad eum Dominus: Exurge: descende in castra: quoniam tradidi ea in manu tua. Et, si times tu descendere;

C descende tu, & Phara puer tuus in castra: & audies, quid loquentur: Et post hoc inualescent manus tuæ: & descendes in castra. Et descendit ipse, & Phara puer eius ad[θ] principium ipsorum quinquaginta, qui erant in castris. Et Madiam, & Amalec, & omnes filii orientis iacentes in valle, sicut locusta in multitudine: & camelis eorum non erat numerus: sed erant velut arena, quæ est ad labium maris, in multitudine. Et venit Gedeon: & ecce vir narrãs proximo suo somnium, & dixit: Ecce somniaui somnium: & ecce[ι] mensa panis ordeacei voluens se in castra Madiam: & venit vsque ad tabernaculum; & percussit illud: * & cecidit. Et subuertit illud desuper: & cecidit tabernaculum. Et respondit proximus eius,

D & dixit: Non est hæc, nisi gladius Gedeon filij Ioas, viri Israel. Tradidit Deus in manu eius Madiam, & vniuersa castra. Et factum est: postquã audiuit Gedeõ narrationem somnii, & interpretationem eius; & adorauit Dominum: & reuertit in castra Israel, & dixit: Surgite: quoniam tradidit Dominus in manu nostra castra Madiam. Et diuisit trecentos viros in tria principia: & dedit corneas in manu omnium, & hydrias vacuas, & lampadas in hydrijs: & dixit ad eos: Ex me videbitis: & sic facietis. Et ecce ego ingredior in principiũ castrorum: & erit, sicut vtique fecero; sic facietis. Et canam in cornea ego: & omnes mecum canetis in corneis in circuitu omnium castrorum: & dicetis,[λ] Domino, & ipsi Gedeon.

E Et intrauit Gedeon, & cẽtum viri, qui cum eo in principium castrorum, in principio custodiæ mediæ. Et excitantes excitarunt custodes: & cecinerunt in corneis, & excusserunt hydrias, quæ in manibus eorum: & cecinerunt tria principia in corneis: & contriuerunt hydrias: & tenuerunt in manibus sinistris suis lampadas, & in manibus dextris suis corneas ad clangendum. Et exclamauerũt, Gladius Domino, & ipsi Gedeon. Et stetit vir super se in circuitu castrorum: & cucurrerunt vniuersa castra, &[μ] significauerunt, & fugerunt. Et cecinerunt in trecẽtis corneis. Et posuit Dominus gladium viri in proximum eius in vniuersis ca-

ſtris. Et fugerunt caſtra vſque Bethſeed ν Tagaragatha Abelmeula ſuper Thabath. Et clamauerunt vir Iſrael ex Nephthali, & ex Aſer, & ex omni Manaſſe: & perſecuti ſunt poſt Madiã. Et nũcios miſit Gedeon in omnem montẽ Ephræm, dicens: Deſcendite in occurſum Madiam: & occupate ξ eis aquam vſque Bæthæra, & Iordanem. Et clamauit omnis vir Ephræm: & præoccuparunt aquam vſque Bæthæra, & Iordanem. Et comprehenderunt principes Madiam, & Oreb & Zeb: & interfecerunt Oreb in Sur Oreb: & Zeb interfecerunt in ο Hiacephzeph. Et perſequuti ſunt Madiam: & caput Oreb, & Zeb attulerunt ad Gedeon de trans Iordanem.

α Gabaathamoræ.] *Sunt duæ dictiones hebreę, ſignificantes collem Hamorech. In Compl. eſt* βουνοῦ τοῦ ἀβὼρ *colle Abor.* β Ita vt non ego traditurus ſim.] ὥστε μὴ παραδοῦναί με, *Theodoretus q.* 15. ὥστε παραδοῦναί με, quàm vt tradã ego. γ Reuertatur & ſecedat.] *Propius ad phraſim hebræã, quàm quod in aliis,* καὶ ἐξώρμησαν, & receſſerunt: *quod tamen habet vulgata. Int. Orig. hom. 9. habet tantũ,* reuertatur. Et reuerſi ſunt de monte Galaad de populo, *&c.* δ Et emundabo tibi eum ibi.] *Numerum ſingularem habet etiam hebræus. Alii* καὶ δοκιμῶ αὐτοὺς ἐκεῖ, *& Int. Orig.* & ibi eos probabo tibi. ε Ad bibendum.] *Sic etiam hebræus; & ſubintelligitur ex membro ſuperiore,* ſtatues eum ſeorſum. *In aliis additur* μεταστήσεις αὐτὸν καθ' αὑτὸν transferes eum per ſe. *Etiam Int. Orig. habet,* transferens eum. ζ Manu ſua.] *Sic hebræus, & etiam Theodoretus. Compl.* ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτῶν, *in lingua ſua. In aliquo libro vtrumq. coniũgitur,* ἐν τῇ χειρὶ αὐτῶν, ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτῶν. *Et S. Aug. q.* 37. manu ſua, lingua ſua: & *ita teſtatur habuiſſe grecum, quamuis plerique latini codices haberent duntaxat* lingua ſua. *Int. Orig.* qui lamberunt in manu aquam, vel lingua. η Confortauit.] κατίσχυσεν, *niſi fortaſſe ducatur a verbo* κατέχω, *quod ſignificat retinere. Nam in aliis eſt,* τῶν δὲ τριακοσίων ἀνδρῶν ἐκράτησεν, trecentos autem viros retinuit. θ Principium.] *Alii* εἰς μέρος, *& S. Aug. q* 38. in partem, *& hæc addit:* quod latini quidam codices habent, in eam partem, in qua erant quinquaginta cuſtodes in caſtris: alij vero, partem quinquageſimam in caſtra: *& alia de hac re. Idem vero in locut. ad locum qui inferius ſequitur in hoc capite,* in tria principia, *notat principia eſſe poſita pro partibus.* ι Menſa.] *Ita S. Aug. q. 39. quod græce eſt* μαγίς, *& poteſt etiam ſignificare genus offæ, aut tortam. Vulgata,* quaſi ſubcinericius panis. κ Et cecidit.] *Abeſt hoc ab aliis, itemque, quod paulo poſt ſequitur,* deſuper, *quæ tamen ſunt in hebræo.* λ Domino, & ipſi Gedeon.] *Sic etiam Compl. & hebræus, & vulgata. In aliis eſt* ῥομφαία τῷ κυρίῳ καὶ τῷ γεδεών. *Et S. Aug. q.* 40. Gladius Domino, & Gedeon. *Videri poteſt illud* ῥομφαία, *huc irrepſiſſe ex loco, qui paulo poſt ſequitur.* μ Significauerunt.] ἐσήμαναν. *Alibi etiam notatum eſt* σημασίαν *indicare vehementem quendam ſonum: quare hoc etiam loco ſignificatur vociferatio.* ν Tagaragatha Abelmeula ſuper Tabath.] *Pro his in vulgata eſt,* & crepidinem Abelmeula in Tebbath. *In aliis,* καὶ συνήγαγεν (*Compl.* καὶ ἦν συνηγμένη) ἕως χείλους ἀβελμεουλὰ, καὶ ἐπὶ ταβάθ, & congregauit ſe vſque ad labium Habelmeula, *&* ſuper Tabath. ξ Eis.] *Ita habet hebræus: neque eſt inuſitatum* ἑαυτοῖς *idem valere quod* αὐτοῖς. *Alii vertunt* vobis. ο Hiacephzeph.] *Alii* ἐν ἰακὲβ ζὴβ in Iaceb (*ideſt in torculari*) *Zeb.*

CAP. VIII.

ET dixerunt ad Gedeon vir Ephræm: Quid, verbum hoc feciſti nobis, vt nõ vocares nos, quando iuiſti pugnare in Madiam? Et α iurgabant aduerſus eum fortiter. Et dixit ad eos: Quid feci nunc, ſicut vos? Nõne melior racemus Ephræm, quàm vindemia Abiezer? In manu veſtra tradidit Dominus principes Madiã, Oreb, & Zeb. Et quid potui facere, ſicut vos? Tunc remiſit ſe ſpiritus eorum ab eo, dum ille loqueretur ſermonem hunc. Et venit Gedeon ad Iordanem; et tranſijt ipſe, et trecenti viri, qui cum eo, β eſurientes, & perſequẽtes. Et dixit viris Socchot: Date nunc panes in alimentum populo huic, γ qui in pedibus meis: quoniam deficiunt: & ecce ego ſum perſequens poſt Zebee, et Salmana reges Madiam. Et dixerunt principes Socchoth: Nunquid manus Zebee, et Salmana nunc in manu tua; quia δ dabimus virtuti tuæ panes? Et dixit Gedeon: ε Propter hoc in dando Dominus Zebee, et Salmana in manu mea, et ego ζ triturabo carnes veſtras in ſpinis deſerti, et in η Barcenim. Et aſcendit inde in Phanuel: et locutus eſt ad eos ſimiliter. Et reſponderunt ei viri Phanuel; quẽadmodum reſponderant viri Socchoth. Et dixit Gedeon ad viros Phanuel:

In

A In reditu meo cum pace demoliar turrim hanc. Et Zebee, & Salmana in Carcar, et castra eorum cum eis circiter quindecim millia: omnes, qui residui fuerant de vniuersis castris alienigenarum. Et qui ceciderant, centum viginti millia virorum educentium gladium. Et ascendit Gedeon viam habitantium in tabernaculis ab Oriente, ipsius Nabæ, et Iegebal. Et percussit castra: et castra erant confidentia. Et fugerunt Zebee, et Salmana. Et persequutus est post eos: et tenuit ambos reges Madiam Zebee, et Salmana: et vniuersa castra paueſecit. Et reuertit Gedeon filius Ioas a prælio desuper acie Ares. Et cepit puerum de viris Socchoth, et interrogauit eum: et scripsit apud se nomina principum Socchoth, et seniorum eorum septuaginta, et septem viros. Et aduenit Gedeon ad
B principes Socchoth, et dixit: Ecce Zebee, et Salmana, in quibus exprobrastis me dicentes, nunquid manus Zebee, & Salmana nunc in manu tua, quia dabimus viris tuis deficientibus panes? Et apprehendit seniores ciuitatis in spinis deserti, & Barcenim: & triturauit in eis viros ciuitatis. Et turrim Phanuel euertit: & interfecit viros ciuitatis. Et dixit ad Zebee, & Salmana: Vbi viri, quos interfecistis in Thabor? Et dixerunt: sicut tu, sicut ipsi in simulachrum filij regis. Et dixit Gedeon: Fratres mei, & filij matris meæ erant. Viuit Dominus, si viuificassetis eos, non interfecissem vos. Et dixit ad Iether primogenitum suum: in-
C terfice eos. Et non eduxit puer gladium suum, quia timuit: quoniam adhuc iunior erat. Et dixit Zebee, & Salmana: Surge tu, & occurre nobis; quoniam tanquam viri est virtus tua. Et surrexit Gedeon, & interfecit Zebee, & Salmana. Et sumpsit lunulas, & quæ in ceruicibus camelorum eorum. Et dixerunt vir Israel ad Gedeon: Domine principare nostri, et tu, & filius tuus & filius filij tui; quoniã tu saluasti nos de manu Madiã. Et dixit ad eos Gedeon: Non principabor ego, & nõ principabitur filius meus in vobis: Dominus principabitur vestri. Et dixit ad eos Gedeon: Petam à vobis petitionem: & date mihi vir inaurẽ de spolijs suis. Quoniam inaures aureæ illis: quia erãt Ismaelitæ. Et dixerunt: Dãtes dabimus.
D Et expandit vestimentum suum: & misit eò vir inaurem spoliorũ suorum. Et factum est pondus inaurium inaurearum, quas petiit, mille & septingenti auræi præter lunulas, & monilia, & vestimenta, & purpurea, quæ super reges Madiam, & præter torques, quæ erant in ceruicibus camelorum ipsorum. Et fecit illud Gedeon in Ephod: et statuit illud in ciuitate sua in Ephratha. Et fornicatus est omnis Israel post illud. Et factum est Gedeon, et domui eius in scandalum. Et compressus est Madiam coram filiis Israel: et non adiecerunt leuare caput suum. Et quieuit terra quadraginta annos in diebus Gedeon. Et iuit Ierobaal filius Ioas: & sedit in domo sua. Et ipsi Gedeon fuerunt filij septuaginta exeuntes è femorib. eius: quoniam vxores multæ fuerunt ei. Et concubina ip-
E sius fuit in Sychem: & peperit ei etiam ipsa filium: & posuit nomẽ Abimelech. Et mortuus est Gedeon filius Ioas in ciuitate sua: & sepultus est in sepulchro Ioas patris sui in Ephratha Abi Esdri. Et factum est, postquam mortuus est Gedeon; & reuerterunt filij Israel: & fornicati sunt post Baalim: & posuerũt sibi, ipsi Baal testamentum, vt esset eis ipse in Deum. Et non sunt recordati filij Israel Domini Dei, qui eruerat eos de manu omnium tribulantium eos in circuitu. Et non fecerũt misericordiam cum domo Ierobaal (ipse est Gedeon) secundum omnia bona, quæ fecerat cum Israel.

Et

α Et iurgabant aduersum eum fortiter.] καὶ διελέξαντο πρὸς αὐτὸν ἰσχυρῶς. *Alii eodem fere sensu*, καὶ ἐκρίνοντο μετ' αὐτοῦ κραταιῶς. β Esurientes, & persequentes.] Alii ὀλιγοψυχοῦντες καὶ πεινῶντες, animo deficientes, & esurientes. *Hebraeus*, lassi, & persequentes. γ Qui in pedibus meis, quoniam deficiunt.] *Multo propius hebraeo, quam quod est in aliis*, τῷ μετ' ἐμοῦ, ὅτι πεινῶσιν, qui mecum, quoniam esuriunt. δ Quia dabimus virtuti tuae.] δυνάμει. *In aliis* ὅτι δώσομεν τῇ στρατιᾷ σου, quod demus exercitui tuo. ε Propter hoc.] *Sic hebraeus. Alii* οὐχ οὕτως, non sic. ζ Triturabo.] ἀλοήσω. *Optime ad hebraeum. Alii* καταξανῶ, lacerabo. η Barcenim.] *Compl.* ἐν ταῖς τριβόλοις, in tribulis: *quod est illius interpretatio.* θ Alienigenarum.] *Alii* υἱῶν ἀνατολῶν, filiorum orientis: *quod respondet vulgatae.* ι Et Iegebal.] *Respondet hebraeo, & vulgatae. Alii* καὶ ἐξ ἐναντίας Ναβὲ, & e regione Nabe. κ Pauefecit.] ἐξέστησεν. *Propius hebraeo, quam quod in Compl.* ἐξέστρεψεν, euertit. λ A praelio desuper acies Ares.] ἀπὸ τῆς παρατάξεως ἀπὸ ἐπάνωθεν τῆς παρατάξεως ἀρές. *Suspicari licet* ἀπὸ τῆς παρατάξεως *per errorem esse repetitum, ac legendum esse,* ἀπὸ τῆς παρατάξεως ἐπάνωθεν ἀρὲς, a praelio, desuper sole. *Ita enim ad verbum hebraeus: ac quidam hoc significari putant, reuersum esse a praelio, cum adhuc sol esset super terram. quidam ante ortum solis, vt vulgata. Alii* ἐκ τοῦ πολέμου ἀπὸ ἀναβάσεως ἀρὲς, *aut*, ἄρες, *vt Compl.* a bello, ab ascensione solis. μ Apud se.] πρὸς αὐτόν, *& posset etiam verti* ad eum, *vt puer fuerit, qui scripserit, aut descripserit. Nam alii* ἀπεγράψατο. ν In spinis.] *Compl. addit* καὶ κατεδίωξεν αὐτοὺς ἐν ταῖς ἀκάνθαις. Et persecutus est eos in spinis: *sed redundat.* ξ In simulachrum.] εἰς ὁμοίωμα. *Si esset* εἷς, vnus; *valde responderet hebraeo. In aliis est,* ὡς σὺ, ὡς αὐτοὶ, ὅμοιός σοι, ὅμοιος αὐτοῖς, ὡς εἶδος υἱῶν βασιλέων, sicut tu, sic ipsi, similis tibi, similis ipsis, sicut species filiorum regis. *& sunt commistae duae interpretationes.* ο Tamquam uiri, est virtus tua.] Alii ὅτι ὡς ἀνὴρ καὶ ἡ δύναμις αὐτοῦ. *quod in vulgata sic exponitur*, quia iuxta aetatem robur est hominis. π Inaurem.] *Compl. addit* χρυσοῦν, auream, *quod non est in hebraeo, neque in vulgata.* ρ Mille.] *Sic hebraeus. Alii* σίκλοι χίλιοι, Sicli mille, *Apud S. Aug. q. 41.* mille septingenti auri sicli, *nam & in aliquo est* χρυσοῦ. σ Et purpurea.] *Ab hebraeo abest illud*, Et: *caetera respondent. In aliis verba sunt perturbata. In Compl.* πλὴν τῶν στρώσεων τῶν ὁρμίσκων, καὶ τῶν περιβολαίων τῶν πορφυρῶν, absque ornamentis monilium, & indumentorum purpureorum. *S. Aug.* praeter brachialia, & torques, & operimenta purpurea. τ Torques.] τῶν περιθεμάτων, *quasi* circumpositiones. *Alii* τῶν κλοιῶν, *quod hoc loco idem valet. Etiam S. Aug. habet* torques. υ Ephod.] Alii, *& Theodoretus q. 16.* ἐφούδ. *S. Aug. q. eadem 41.* Quod enim apud lxx. scriptum est Ephud: hoc in hebraeo perhibetur dici Ephod. *Theodoretus addit,* Aquila autem id vocauit ἐπένδυμα, superindumentum. φ Nomen.] *Alii* τὸ ὄνομα αὐτοῦ, nomen eius. χ Ciuitate sua.] πόλει αὐτοῦ. *Alii* ἐν πολιᾷ ἀγαθῇ in canicie bona. ψ Abi.] *Alii* πατρὸς, patris, *quod est illius interpretatio, & non raro significat familiam.* ω Reuerterunt.] ἐπέστρεψαν. *Respondet hebraeo. Alii* ἀπεστράφησαν, *& S. Aug. q. 43.* & auersi sunt. αα Baal testamentum.] *Alii* τῷ Βααλβερὶθ διαθήκην, *& Compl.* τὸ Βααλβερὶθ εἰς διαθήκην. *S. Aug. ibidem,* & posuerunt ipsi sibi Baalberith testamentum: *atque addit.* Et Baalim, & Baalberith idola intelligenda sunt. *Sed dictio* διαθήκην testamentum *videri potest interpretatio dictionis hebraicae.* Berith. *Quare vulgata.* Percusseruntque cum Baal foedus. *Aut si Berith aliud significet, redundat illud* διαθήκην.

CAP. IX.

Et iuit Abimelech filius Ierobaal in Sychem ad fratres matris suae: & locutus est ad eos, & ad vniuersam cognationem domus α patris matris suae, dicens: Loquimini nunc in auribus omnium virorum Sychem: Quid bonum vobis, dominari vobis septuaginta viros omnes filios Ierobaal, an dominari vobis virum vnum? Et recordamini, quia os vestrum, & caro vestra sum. Et locuti sunt de eo fratres matris eius in auribus omnium virorum Sychem omnia verba haec. Et inclinauit cor eorum post Abimelech: quia dixerunt, frater noster est, Et dederunt ei β septuaginta argenti de domo γ Baalberith. Et conduxit sibi Abimelech viros inanes, et δ miseros: et iuerunt post eum. Et intrauit in domum patris sui in Ephratha: et interfecit fratres suos filios Ierobaal, septuaginta viros super lapidem vnum. Et remansit Ioatham filius Ierobaal iunior, quoniam abscondit se. Et congregati sunt omnes viri Sicimorum, et vniuersa ε domus Bethmaalo: et iuerunt, et fecerunt regem Abimelech ζ iuxta quercum inuentam stationis, quae in Sicimis. Et nunciatum est ipsi Ioatham. Et iuit, et stetit super cacumen montis Garizin: et eleuauit vocem suam, et η plorauit, et dixit eis: Audite me viri Sicimorum: et θ audiet uos Deus. Euntia iuerunt ligna ad ungendum super se regem: et dixerunt ipsi oliuae: Regna super nos. Et dixit eis oliua: Nunquid derelinquens pinguedinem meam, in ι qua glorificabunt Deum uiri,

ibo

A ibo ut * promouear super ligna? Et dixerũt ligna ficui: Veni, regna super nos. Et dixit eis ficus: Nunquid derelinquens ego dulcedinẽ meam, et genimina mea bona, ibo, vt promouear super ligna? Et dixerunt ligna ad uitem: Veni, regna super nos. Et dixit eis vitis: Nunquid de relinquens vinũ meum, quod lætificat Deum & homines, ibo promoueri super ligna? Et dixerunt omnia ligna rhamno: Veni tu, regna super nos. Et dixit rhamnus ad ligna: Si in veritate vngitis me vos regnare super vos; venite, λ subsistite in vmbra mea. Et si non; exeat ignis μ a me, & comedat cedros Libani. Et nunc si in veritate, & perfectione fecistis, & regem constituistis Abimelech, & si bonitatem fecistis cum Ierobaal, & cum domo eius, &, si, prout retributio manus eius, fecistis ei, sicut præliatus est pater

B meus pro vobis, & proiecit animam suam ex aduerso, & eruit vos de manu Madiam. Et vos insurrexistis super domum patris mei hodie: & interfecistis filios eius septuaginta viros super lapidem vnum: & fecistis regem Abimelech filium ancillæ eius super viros Sicimorum, quoniam frater vester est. Et, si in veritate, & perfectione fecistis cum Ierobaal, & cum domo eius in die hac; lætamini in Abimelech: & lætetur etiam ipse in vobis. Si autem non; exeat ignis ab Abimelech: & comedat viros Sicimorum, & domum Bethmaalo: & exeat ignis a viris Sicimorum, & de domo Bethmaalo: & comedat ipsum Abimelech. Et fugit Ioathã, & secessit, & iuit vsque Bæer: & habitauit ibi à facie Abimelech fratris

C sui. Et dominatus est Abimelech super Israel tres annos. Et emisit Deus spiritũ malignum inter Abimelech, & inter viros Sicimorum. Et spreuerunt viri Sicimorum ν in domo Abimelech, ad inducendam iniustitiam septuaginta filiorũ Ierobaal, & sanguines eorum ad ponendum super Abimelech fratrem eorum, qui interfecit eos, & super viros Sicimorum, quoniam confortauerunt manus ξ eius ad interficiendos fratres suos. Et posuerunt ei viri Sicimorum, ο insidiãtes super capita montium: & diripiebant omnem, qui præteribat super eos in via. Et nunciatum est regi Abimelech. Et venit Gaal filius Iobel, & fratres eius: & transierunt in Sicima. Et sperauerunt in eo viri Sicimorum. Et egressi sunt in

D agrum, & vindemiauerunt vineas suas, & calcauerũt, & fecerũt ϖ Ellulim. Et intulerunt in domum Dei sui, & comederunt, & biberunt, & maledixerunt Abimelech. Et dixit Gaal filius Iobel: Quis est Abimelech? Et quis est filius Sychẽ, quia seruiemus ei? Nonne filius Ierobaal? Et Zebul visitator eius, seruus eius cũ viris Emmor patris Sychem? Et quid, quod seruiemus ei nos? Et quis det populum hunc in manu mea? & amouebo Abimelech, & dicam ad eum: Multiplica virtutem tuam, & egredere. Et audiuit Zebul princeps ciuitatis verba Gaal filii Iobel: & iratus est furore ipse. Et misit nuncios ad Abimelech ς clam, dicens: Ecce Gaal filius Iobel, & fratres eius adueniunt in Sychem: & ecce ipsi obsidẽt

E ciuitatem super te. Et nunc surge nocte, σ & populus, qui tecum: & insidiare in agro. Et erit, mane simul vt oritur Sol, τ surges diluculo, & tendes super ciuitatem. Et ecce ipse, & populus, qui cum eo, egrediuntur ad te: & facies ei; quæcũque inuenerit manus tua. Et surrexit Abimelech, & omnis populus cum eo nocte: & insidiati sunt super Sychem υ quatuor principiis. φ Et egressus est Gaal filius Iobel: & stetit ad ostium portæ ciuitatis. Et surrexit Abimelech, & populus qui cum eo, ex insidijs. Et vidit Gaal filius Iobel populum: & dixit ad Zebul: Ecce populus descendit de capitibus montium. Et dixit ad eum Zebul: Vmbram

montium

montium tu vides, tanquam viros. Et adiecit adhuc Gaal loqui, & dixit: Ecce populus descendens ϰ iuxta mare de contiguo vmbilico terræ: & principium aliud venit per viam ↓ Helon Maonenim. Et dixit ad eum Zebul: Et vbi est os tuum, sicut locutus es, quis est Abimelech, quia seruiemus ei? Nonne hic est populus, quem ˢspreuisti. Exi vtique nunc, & congredere cum eo. Et exiuit Gaal in conspectu virorum Sychem: & cōgressus est cū Abimelech. Et persecutus est eū Abimelech. Et fugit à facie eius: & ceciderunt cœsi multi vsque ad ostium portæ. Et intrauit Abimelech in Arema. Et Zebul eiecit Gaal, & fratres eius; vt non habitarent in Sichē. Et factum est in crastina, & exijt populus in agrum: & αα annunciauit ipsi Abimelech. Et accepit populum; & diuisit eos in tria principia: & insidiatus est in agro. Et vidit, & ecce populus exiuit è ciuitate: & surrexit super eos, & percussit eos. Et Abimelech, & ββ principes, qui cū eo, extenderunt, & steterunt apud ostium portæ ciuitatis. Et duo principia γγ tetenderunt super omnes, qui in agro, & percusserunt eos. Et Abimelech pugnauit in vrbē tota die illa: & cepit ciuitatem, & populum, qui in ea, interfecit: & ciuitatem destruxit: & seminauit eam sale. Et audierunt omnes viri turris Sychem: & venerunt in δδ conuentum Bæthel Berith. Et nunciatum est Abimelech, quia congregati sunt omnes viri turris Sychem. Et ascēdit Abimelech in montem Selmon, & omnis populus, qui cū eo. Et sumpsit Abimelech secures in manu sua: & succidit εε ramum ligni, & tulit, & posuit super humeros suos. Et dixit populo, qui secum: Quod vidistis me facientem; cito facite, sicut ego. Et succiderunt etiam vir ramum, omnis vir: & iuerunt post Abimelech: & imposuerunt super conuentum: & incenderunt super eos conuentum in igni. Et mortui sunt etiam omnes viri turris Sicimorum, circiter mille viri, et mulieres. Et iuit Abimelech ζζ de Bæthel Berith: et castrametatus est in Thebes: et cepit eam. Et turris fortis erat in medio ciuitatis: et fugerunt illuc omnes viri, et mulieres ηη ciuitatis: et clauserunt θθ deforis se: et ascenderunt super tectum turris. Et venit Abimelech vsque ad turrim: et pugnauerunt cum eo. Et appropinquauit Abimelech vsque ad ostium turris ad incendendam eam in igni. Et proiecit mulier una fragmentum ιι supermolare super caput Abimelech: et fregit cranium eius. Et clamauit cito ad puerum, qui ferebat uasa eius: et dixit ei: Educ gladium κκ meum, et interfice me; nequando dicant, mulier occidit eum. Et transfodit eum puer eius: et mortuus est. Et uidit uir Israel; quia mortuus est Abimelech. Et iuerunt, uir ad locum suum. Et retulit Deus malignitatem Abimelech, quam fecerat patri suo, interficiēdo septuaginta fratres suos. Et omnem malignitatem uirorum Sychē retulit Deus in caput eorum. Et superuenit super eos maledictio Ioatham filii Ierobaal.

α Patris matris suæ.] *Ita etiam hebræus. uulgata*, patris, matrisque. *Compl. habet tantum* τῆς μητρὸς αὐτοῦ, matris suæ. β Septuaginta.] *S. Aug. in locut.* Subauditur, pondo, vel tale aliquid. Interpretatio ex hebræo septuaginta pondo habet. γ Baalberith.] *Rursus in aliis, & in Compl. additur*, διαθήκης, testamenti: *cū hoc sit interpretatio Berith.* δ Miseros.] *Hoc visum est hoc loco ualere* δειλούς. *Alii* θαμβουμένους. *S. Aug. in locut.* perturbatos. ε Domus Bethmaalo.] *Ab aliis abest illud Beth: nam ualet idem, ac* domus. *Eadem uarietas est inferius in hoc eodem capite.* ζ Iuxta quercum.] πρὸς τῇ βαλάνῳ τῇ ἀρετῇ τῆς στάσεως τῆς ἐν σικίμοις. *A ceteris abest illud* τῇ ἀρετῇ. *Et uulgata*, iuxta quercum, quæ stabat in Sychem. *Et in aliquo est*, πρὸς τῇ βαλανῳ τῆς στάσεως. ad querceam stationem. *hebræas dictiones quidam interpretantur*, ad quercū statuæ, quæ in Sychem. *alii* ad quercum sitam, *alii*, ad planiciem sitam in Sychem: *quare in nostra uideri possunt admistæ duæ interpretationes.* η Plorauit.] ἔκλαυσεν. *In aliis est* ἐκάλεσε, vocauit. θ Audiet.] *Compl.* ἀκούσαι audiat.

ι In qua

ι In qua glorificabunt Deum uiri.] *Alii, ἣν ἐν ἐμοὶ ἐδόξασεν ὁ θεὸς καὶ οἱ ἄνθρωποι,* quam in me glorificauit Deus,& homines. κ Promoueat.] *Ita etiam vulgata. Alii ἄρχειν τῶν ξύλων,* principari lignorum. λ Subsistite.] *ὑπόστητε ἐν τῇ σκιᾷ μου. & vulgata,* sub umbra mea requiescite. *Alii πεποίθατε ἐν τῇ σκέπῃ μου. & S. Aug. q.44.* confidite in protectione mea. μ A me.] *In aliis ἐκ τῆς ῥάμνου, & S. Aug. de* rhamno. ν In domo.] *Notat locutionem S. Aug. in locut.* ξ Eius.] *Melius quàm quod in Compl. αὐτῶν,* eorum. ο Insidiantes.] *Alii ἔνεδρα,* insidias. π Ellulim] *Alii χορούς,* Choreas: *quod est interpretatio illius.* ρ Clam.] *Ita etiam vulgata. alii μετὰ δώρων,* cum donis. σ Et populus.] *Compl. σὺ καὶ ὁ λαός, & S. Aug. q.46.* tu,& populus. τ Surges diluculo.] *Ita putat S. Aug apte verti ὀρθριεῖς, quod alii verterint,* maturabis, *aut* manicabis. υ Quatuor principijs.] *In aliis τέσσαρες ἀρχαὶ, & S. Aug. in locut.* quatuor principia. φ Et egressus.] *Ita etiam vulgata. Alii, καὶ ἐγένετο πρωΐ, καὶ ἐξῆλθεν.* Et factum est mane,& exijt. χ Iuxta mare.] *Hoc est etiam in Compl. vt ceteris libris collatis, quod tamen abest a vulgata, & hebræo. Quod autem sequitur,* de contiguo vmbilico terræ, *ἀπὸ τοῦ ἐχόμενα ὀμφαλοῦ τῆς γῆς, est imitatio hebraismi, qui habet* de cum vmbilico terræ, *atque idem valet, ac si diceretur,* de vmbilico terræ. ψ Helon Maonenim.] *Alii, δρυὸς ἀποβλεπόντων,* quercus aspicientium. *Vulgata,* quæ respicit quercum. *licet alii hebræas uoces aliter etiam interpretētur.* ω Spreuisti.] *Compl. addit ἐν αὐτῷ,* in eo. αα Annunciauit.] *hebræus,* annunciauerunt. *In aliis est ἀπηγγέλη,* nunciatum est. ββ Principes qui.] *Compl. ἀρχαὶ αἱ,* principia, quæ. γγ Tetenderunt. *In aliis ἐξεχύθησαν,* effuderunt se, *In hebræo est eadem dictio, quæ paulo ante etiam in Compl. uersa est ἐξέτειναν.* δδ Conuentum.] *εἰς συνέλευσιν. Alii, εἰς τὸ ὀχύρωμα οἴκου τοῦ Βαιθὴλ βερίθ. in munitionem domus Bethel Berith. Sed οἴκου est interpretatio βὴθ.* εε Ramum.] *Sic etiam uulgata. Alii, φορτίον.* onus: *itemque paulo post.* ζζ De Bæthel Bæerith] *Cõpl. εἰς θήβης,* in Thebes. ηη Ciuitatis.] *καὶ πάντες οἱ ἡγούμενοι τῆς πόλεως,* & omnes duces ciuitatis. θθ Deforis se.] *ἔξωθεν αὐτῶν. Alii ἐφ' ἑαυτοῖς, aut ἐφ' ἑαυτούς,* superseipsos. ιι Supermolare.] *ἐπιμύλιον. Alii μύλη,* molæ. *Chaldæus,* cùrrus molæ. κκ meum.] *Alii σου,* tuum, *ut uulgata.*

CAP. X.

ET surrexit post Abimelech, qui saluum faceret Israel, Thola filius Phua [a] patrui eius, vir de [b] Issachar. Et ipse habitabat in Samir in monte Ephræm: & iudicauit Israel viginti tres annos. Et mortuus est, & sepultus est in Samir. Et surrexit post eũ Iair, qui de Galaad: & iudicauit Israel viginti duos annos. Et erant ei [c] triginta, & duo filij inscendentes super triginta duos pullos: & triginta duæ ciuitates eis. Et vocabant eas oppida Iair vsque in diem hãc in terra Galaad. Et mortuus est Iair, & sepultus est in [d] Rhamnon. Et addiderunt filij Israel facere malum in conspectu Domini: & seruierunt ipsis Baalim, & [e] Astaroth, & Diis [f] Aram, & Diis Sidonis, & Diis Moab, & Dijs filiorũ Ammon, & Dijs [g] Phylistiim. Et dereliquerunt Dominum, et nõ seruierunt ei. Et iratus est furore Dominus in Israel: et vendidit eos in manu Phylistiim, et in manu filiorum Ammon. Et tribulauerunt, et fregerunt filios Israel in tempore illo, octo et decem annis omnes filios Israel, qui trans Iordanem, in terra ipsius Amorrhi, qui in Galaad. Et transierunt filii Ammon Iordanem ad pugnandum aduersus Iudam, et Beniamin, et aduersus Ephræm. Et vexati sunt filij Israel valde. Et clamauerunt filii Israel ad Dominum, dicentes: Peccauimus tibi: quia dereliquimus Deum: et seruiuimus [h] ipsi Baalim. Et dixit Dominus ad filios Israel: Nonne [i] ab Ægypto, et ab Amorræo, et à filiis Ammon, et à Phylistijm, et Sidonijs, et Amalec, et Madiam, ij qui tribulauerunt vos? Et clamastis ad me, et saluaui vos de manu eorum? Et vos dereliquistis me: et seruiuistis Dijs alijs. Propter hoc nõ apponam saluare vos. Ite, et clamate ad Deos, quos elegistis vobis ipsis: & ipsi saluent vos in tempore tribulationis vestræ. Et dixerunt filij Israel ad Dominum: Peccauimus: fac tu nobis iuxta [k] omne, quod bonum in oculis tuis. Veruntamen erue nos in die hac. Et remouerunt Deos alienos de medio sui; & seruierunt Domino soli: et [l] diminuta est anima eius in labore Israel. Et ascenderunt filij Ammon: et castrametati sunt in Galaad. Et congregati sunt filij Israel, et castrametati sunt in [m] specula. Et dixerunt populus, ipsi principes

Galaad

Galaad, vir ad proximum suum: Quis est vir, qui incipiet pugnare aduersus filios Ammon, & erit in ν principem omnibus inhabitantibus Galaad? A

α Patrui eius] *S. Aug. q. 47. habuit*, patris fratris eius: *quod ei nonnihil molestiæ exhibuit, ac vidit tamen valere*, patrui. β De Issachar] *Ita S. Aug. quamuis græce sit tantum* ἀνὴρ ἰσσάχαρ, vir Issachar, *sicut etiam in hebræo: & in utroque subintelligitur præpositio.* γ Triginta & duo.] *Compl. vt vulgata habet tantum triginta: itemque de pullis asinarum, & ciuitatibus.* δ Rhamnon] *Alii* καμὼν, Camon, *vt vulgata.* ε Astharoth.] *est nomē hebræum, quod ad nostram formam inflexum supra ex S. Aug. dictum est*, Astartibus. ζ Aram.] *Alii* συρίας, Syriæ: *& est interpretatio illius.* η Phylistijm] *Alii & Theodoretus* τῶν ἀλλοφύλων, alienigenarum. *Et alibi notatum est proprie Phylistiim dici alienigenas.* θ Ipsi Baalim] ταῖς βααλὶμ. *In aliis* τοῖς βααλὶμ ipsis Baalim. ι Ab Ægypto] *Respondet phrasi hebraicæ. In aliis est* οὐχ οἱ αἰγύπτιοι, *&c.* ἐξέθλιψαν ὑμᾶς, Nonne Ægyptij, *&c.* tribulauerunt vos. κ Omne.] *Sic hebræus. Alii* κατὰ πάντα, ὅσα ἂν ἀρέσκῃ, secundū omnia, quæcunque placuerint. λ Diminuta est anima.] ὠλιγώθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, *respondet hebræo, qui habet*, abbreuiata, *vel* angustata est anima eius. *Alii* ὀλιγοψύχησεν. *Et vtraque phrasi videtur significari, remissio iræ, & animositatis.* μ Specula.] ἐν τῇ σκοπιᾷ, *Alii habent dictionem hebraam*, ἐν τῇ μασσηφά. in Massepha: *vt etiam nostra in sequentibus.* ν Principem. ἄρχοντα, *Alii* κεφαλὴν, caput: *quæ varietas & in sequenti capite, & alibi sæpe notari potest.* B

CAP. XI.

ET Iephthæ Galaaditides α eleuatus virtute, & ipse filius mulieris meretricis, quæ genuit ipsi Galaad ipsū Iephtæ. Et peperit vxor Galaad ei filios. Et creuerūt filii vxoris: & eiecerūt Iephthæ: & dixerūt ei: Nō hæreditabis in domo patris nostri: quoniā filius mulieris β fornicariæ es. Et fugit Iephthæ a facie fratrū suorū, & habitauit in terra Tob. γ Et conglobati sunt ad Iephthæ viri δ inanes: & egressi sunt cum eo. ε Et factum est, quando pugnarunt filii Ammon cū Israel; & iuerunt seniores Galaad assumere Iephthæ de terra Tob: & dixerunt Iephthæ: Veni, & eris nobis in principē: & pugnabimus aduersus filios Ammon. Et dixit Iephthæ senioribus Galaad: Nōne vos odio habuistis me, & eiecistis me de domo patris mei, & emisistis me à vobis? Et propter quid venistis ad me nūc quādo egetis? Et dixerūt seniores Galaad ad Iephthæ: η Propter hoc nūc reuertimus ad te: & ibis nobiscum: & pugnabis aduersus filios Ammon: & eris nobis in θ principem omnibus inhabitantibus Galaad. Et dixit Iephthæ ad seniores Galaad: Si reducitis me vos ad pugnandum in filios Ammon, & tradiderit eos Dominus corā me; & ego vobis ero in principem. Et dixerunt seniores Galaad ad Iephthæ: Dominus sit audiens inter nos, si non iuxta verbum tuum sic faciemus. Et iuit Iephthæ cum senioribus Galaad: & posuerunt eum populus super se in caput, & in principem. Et locutus est Iephthæ omnia verba sua coram Domino in Massepha. Et misit Iephthæ nuncios ad regem filiorum Ammon, dicens: Quid mihi, & tibi, quia venisti ad me ad pugnandum in terra mea? Et dixit rex filiorum Ammon, ad nuncios Iephthæ: Quoniam cepit Israel terram meam, dum ipse ascenderet ex Ægypto ab Arnon vsque Iaboc, & vsque ad Iordanem. Et nunc restitue eas in pace: ι & ibo. Et apposuit adhuc Iephthæ: & misit nuncios ad regem filiorū Ammon: & κ dixit ei: Sic dicit Iephthæ: Non cepit Israel terram Moab, & terram filiorum Ammon: quoniam cum ascenderent ipsi ex Ægypto, iuit Israel in deserto vsque ad mare λ Siph: & venit in Cades. Et misit Israel nuncios ad regem Edom dicens: præteribo nunc in terra tua. Et non audiuit rex Edom. Atque etiam ad regē Moab misit: & nō bene sensit. Et sedit Israel in Cades: & iuit in deserto: & circuiuit terram Edom, & terram Moab. Et venit C D E

ab

A ab ortu solis terræ Moab:& castrametatus est trans Arnon: & non intrauit in fines Moab: quoniam Arnon est terminus Moab. Et misit Israel nuncios ad Seon regem ipsius Amorræi, regem Esebon:& dixit ei Israel: Prætereamus nunc in terra tua vsque ad locum nostrum . Et Seon non [a] credidit Israeli transire in termino suo. Et congregauit Seon omnem populum suum: & castrametati sunt in Iasa:& pugnauit aduersus Israel. Et tradidit Dominus Deus Israel Seon, & vniuersum populum eius in manu Israel. Et percussit eum:& hæreditauit Israel omnē terram Amorræi inhabitantis terram illam ab Arnon, & usque Iaboc, & à deserto vsque ad Iordanem. Et nunc Dominus Deus Israel abstulit Amorræum à facie populi sui Israel: Et tu hæreditabis eum? Nonne quæcumque [b] hæreditabit

B te Chamos Deus tuus; hæc hæreditabis? Et [c] omnes, quos abstulit Dominus Deus noster à facie vestra, eos hæreditabimus? Et nunc nunquid in [d] bono melior tu super Balac filium Sephor regis Moab? Nūquid pugnans pugnauit cum Israel, aut bellans bello aggressus est eū; cum habitaret in Esebon, & in [e] finibus eius, & in terra Aroer, & in finibus eius, & in omnibus ciuitatibus, quæ apud Iordanem, trecentos annos? Et cur non [f] eruisti eos in tempore illo? Et nunc ego quidem non peccaui tibi:& tu facis mecum malignitatem, pugnando in me. Iudicet Dominus, qui iudicat, hodie inter filios Israel, & inter filios Ammon . Et

C nō audiuit rex filiorū Ammon verba Iephthæ, quæ misit ad eum. Et factus est super Iephthæ spiritus Domini:& præteriit Galaad & Manasse, & [g] præteriit speculā Galaad trans filios Ammon . Et vouit Iephtæ votum Domino, & dixit: Si [h] dans dederis mihi filios Ammon in manu mea; & erit, exiens, quicūq. exierit de ianua domus meæ in obuiā mihi, in reuertēdo me in pace à filiis Ammon, & erit Domino: [i] offeram eum holacaustoma . Et transijt Iephthæ ad filios Ammon, pugnare aduersus eos. Et tradidit eos Dominus in manu eius. Et percussit eos ab Aroer, donec venias [k] vsque Arnon, in numero uiginti ciuitates, & vsq. Ebel [x] Charmin, plagam magnam valde. Et [+] humiliati sunt filij Ammon à fa

D cie filiorum Israel. Et venit Iephthæ in Massepha in domum suam . Et ecce filia eius egrediebatur in occursum in tympanis, & choris: & hæc erat [*] vnigenita ei: non erat ei alius [aa] filius, vel filia. Et factum est, vt vidit eam ipse; discidit vestimenta sua, & dixit: Ah, ah filia mea, [bb] perturbatione perturbasti me:& tu fuisti in turbamentum meum:& ego ipse aperui contra te os meum ad Dominū: & nō potero reuocare. Illa vero dixit ad eum: Pater aperuisti os tuum ad Dominum? Fac mihi, quemadmodum exiit ex ore tuo, [γγ] dum faceret tibi Dominus vindictam inimicorum tuorum de filijs Ammon . Atque ipsa dixit ad patrem suum: Faciat nunc pater meus verbum hoc: permitte me duos mēses: & ibo, & descendam [ff] super montes:& plorabo super virginalibus meis, ego ipsa, & so

E dales meæ. Et dixit, vade. Et dimisit eam duos menses . Et iuit ipsa, & sodales eius:& plorauit super virginalibus suis super montes. Et factum est in fine duorum mensium, & reuertit ad patrem suum. Et fecit in ea votum suum, quod vouerat. Et ipsa non cognouerat virum. Et factum est in præceptum in Israel : ex diebus in dies [ii] ibant filiæ Israel lamentari filiam Iephthæ Galaaditidis ad quatuor dies in anno.

α Eleuatus virtute.] ἐπηρμένος δυνάμει. *Alii* ἦν δυνατὸς ἐν ἰσχύϊ, fuit potens in fortitudine. β Fornicariæ.] *Ita S. Aug. q. 49. quod græce est* ἑταίρας *Suspicari tamen licet, hoc loco idem valere, ac si diceretur* ἑτέρας, alterius. *Nam & vulgata sic habet,* de altera matre natus es. γ Conglobati sunt.] συνεστράφησαν. *Alii* συνελέγοντο *Et S. Aug. ibidem,* colligebantur. δ Inanes.] *Sic hebræus. In aliis* ἄνδρες λιτοὶ, καὶ συνεξεπορεύοντο μετ' αὐτοῦ. *quod apud S. Aug. videtur esse,* viri latrones, qui ambulabant cum ipso. *quamquam* λιτοὶ *soleat significare tenues, & inopes. vulgata* inopes, & latrocinantes. ε Et factum est, quando pugnarunt.] *In aliis,* καὶ ἐγένετο μεθ' ἡμέρας καὶ ἐπολέμησαν οἱ υἱοὶ ἀμμὼν μετὰ ἰσραήλ. καὶ ἐγενήθη, ἡνίκα ἐπολέμησαν. Et factum est post dies, & bellarunt filii Ammon cum Israel. Et factum est, quando bellarunt, *&c.* ζ Et propter quid.] καὶ τί, ὅτι ἤλθετε πρός με νῦν, ἡνίκα ἐθλίβητε; & quid est, quod venistis ad me nunc, quando tribulati estis? *Et sic S. Aug. nisi, quod non habet,* ad me nunc. η Propter hoc.] *Respondet, hebræo, & vulgatæ. Alii* οὐχ οὕτως νῦν ἤλθομεν, (*Complut.* συνήλθομεν) πρὸς σέ. *Et S. Aug.* Non sic modo venimus ad te. θ In principem.] *Alii* εἰς κεφαλὴν, *& S. Aug. in locut.* In caput. ι Et ibo.] *Abest hoc a Compl. ut a vulgata.* κ Dixit.] *Sic etiam hebreus. Alii* εἶπαν, dixerunt. λ Siph.] *Alii* ἐρυθρᾶς, rubrum. μ Non credidit.] *Ita hebræus. Alii* οὐκ ἠθέλησεν, non voluit. ν Hæreditabit te.] *Id est,* hæreditare te faciet: *& respondet hebræo. Alii* κατεκληρονόμησέν σοι, hæreditauit tibi *S. Aug.* hæreditabit tibi. ξ Et omnes, quos abstulit.] *Compl.* καὶ πάντα ὅσα κατεκληρονόμησεν, & omnia, quæcunque hæreditauit. *Et ita S. Aug. nisi quod habet,* hæreditabit. *In aliquo libro est vtrumque,* καὶ πάντας οὓς ἐξῆρε, καὶ πάντα, ὅσα κατεκληρονόμησεν. ο In bono melior.] *imitatur geminationem, quæ est in hebræo. Alii tantum* κρείσσων. melior. π Finibus,] *Alii* θυγατράσιν, filiabus: *itemque paulo post.* ρ Eruisti.] *Alii* ἐρρύσαντο, eruerūt. *Vulg.* nihil super hoc repetitione tentastis. σ Et præterijt speculā Galaad trans filios Ammon.] *Alii,* καὶ διέβη τὴν σκοπιὰν γαλαάδ, καὶ ἀπὸ σκοπιᾶς γαλαάδ εἰς τὸ πέραν υἱῶν ἀμμών. *Et S. Aug.* & trāsijt speculam Galaad: & de specula Galaad transijt ad filios Ammon. τ Dans dederis.] *Ita fere hebræus. Alii* παραδιδοὺς παραδῷς, *& S. Aug.* traditione tradideris. υ Offerā.] *In aliis est* καὶ ἀνοίσω, & offerā *S. Aug. vtroque modo.* φ Vsque Arnon.] *Alii* ἕως τοῦ ἐλθεῖν σε μεννὶθ, *& vulgata,* vsque dū venias in Mennith. A *Compl. abest* σε. χ Charmim.] *Alij* ἀμπελώνων, vinearū: *quod est interpretatio illius.* ψ Humiliati] συνεστάλησαν. *propius hebræo, quàm quod in aliis,* ἐνετράπησαν, confusi sunt. ω Vnigenita.] μονογενής. *Schol.* In alia editione est ποθητὴ, optata. Ex quadam autem consuetudine, aut idiomate, eam, quæ optata est, sic vocat. *In aliquo libro est* μονογενὴς αὐτῷ ἀγαπητὴ, *quam lectionem videtur fere S. Aug. in q. 49. habuisse, cū ita inquit,* ab vnicæ, & charissimæ nece: *licet in locut. habeat tantum,* vnica. αα alius filius, vel filia.] *Alii* πλὴν αὐτῆς υἱὸς ἢ θυγάτηρ. *Et S. Aug. in locut.* præter ipsam filius, aut filia. ββ Perturbatione perturbasti me: & tu fuisti in turbamentum meum.] *Alii* ἐμποδοστατοῦσά με, εἰς σκῶλον ἐγένου ἐν ὀφθαλμοῖς μου. *Et S. Aug.* Heu me filia mea impedisti me: in offendiculum facta es in oculis meis. *In aliquot libris vtraque lectio ponitur, hæc primo loco, nostra secundo. Schol.* Sic habet in alia editione, ἐμποδοστατοῦσά με, perinde, ac si diceret, facta es mihi impedimentum, & præcisio eius, quæ mihi ex te orta erat, lætitiæ. γγ Dum faceret.] ἐν τῷ ποιῆσαί σοι. *Alij & Theodoretus q. 19.* ἀνθ' ὧν ἐποίησέν σοι, pro eo, quod fecit tibi. δδ Descendam.] *Ita etiam hebræus. Videtur enim significare quandam non tam corporis, quàm animi demissionem: sicut ascendere interdum significat non tam gressum ad superiora, quàm animi elationem, & alacritatem.* εε Ibant filiæ Israel lamentari filiam Iephthæ Galaaditæ ad quatuor.] *Alij pro* ἐπορεύοντο, *habent:* συνεπορεύοντο, *& pro* ἐπὶ τέσσαρας, *tantum* τέσσαρας. *Et S. Aug.* conueniebant lamentari filiam Iephthæ Galaaditæ quatuor dies in anno.

CAP. XII.

ET clamauit vir Ephræm: & transierunt ad α Aquilonem: & dixerunt ad Iephthæ: Propter quid transisti pugnare in filios Ammon, & nos non vocasti ire tecum? Domum tuam incendemus super te in igni. Et dixit ad eos Iephthæ: Vir pugnator eram ego, & populus meus: & filii Ammon β valde. Et clamaui vos: & non saluastis me de manu eorum. Et vidi, quia non γ es saluator: & posui animam meam in manu mea: & transii ad filios Ammon: & dedit eos Dominus in manu mea. Et ad quid ascendistis super me in die hac, ad pugnandum in me? Et conglobauit Iephthæ omnes viros Galaad, & conflixit cum Ephræm. Et percusserunt viri Galaad ipsum Ephræm, quia dixerunt; δ euasores ipsius Ephræm vos Galaad, in medio ipsius Ephræm, & in medio ipsius Manasse. Et præoccupauit Galaad transitus Iordanis ipsius Ephræm. Et ε dicebant eis ij, qui euaserant de Ephræm: Transeamus. Et dixerunt eis viri Galaad: Nunquid Ephratites es? Et dixit: Non. Et dixerunt ei: Dic nunc ζ spica. Et non dirigebat loqui sic. Et apprehendebant eum: & η immolabant eum ad trāsitus Iordanis. Et ceciderunt in tempore illo de Ephræm duo

A duo & quadraginta millia. Et iudicauit Iephthæ Israel sex annis. Et mortuus est Iephthæ Galaadites: & sepultus est in ciuitate sua Galaad. Et post eum iudicauit Israel Abæssam de Bethleem. Et erant ei triginta filii, & triginta filiæ: quas emisit foras: & triginta filias introduxit filiis suis deforis. Et iudicauit Israel septem annis. Et mortuus est Abæssan: & sepultus est in Bethleem. Et iudicauit post eum Israel Ælom Zabulonites decem annis. Et mortuus est Ælom Zabulonites: & sepultus est in Ælom [θ] in terra Zabulon. Et iudicauit post eũ Israel Abdon filius Ellel Pharathonites. Et erant ei quadraginta filij, & triginta filiorum filij inscendentes super septuaginta pullos. Et iudicauit Israel octo annis. B Et mortuus est Abdon filius Ellel Pharathonites: & sepultus est in Pharathon in terra Ephræm in monte ipsius [ι] Amalec.

α Aquilonem.] *Alii,* σεφωνά, Sephena: *quod est verbum hebræum significans Aquilonem.* β Valde] *Ita hebræus,* Alii ἐταπείνου με σφόδρα, humiliabãt me valde. γ Non es saluator.] *Respondet hebræo. Alii,* οὐκ ἦν ὁ σώζων, non erat, qui saluaret. δ Euasores.] διασεσωσμένοι, *quasi qui fugiendo euasistis, fugitiui Ephræm vt explanat vulgata.* ε Et dicebant eis.] Alii, καὶ ἐγενήθη, ὅτι (*al* ὅτε) εἶπαν. Et factum est, quia (*al* quando) dixerunt. ζ Spica.] στάχυς. *Alii libri, & Theodoretus q.* 18. εἴπατε δὴ συνθημα, dicite nunc tesseram. *In Comp. coniungitur utrumque* στάχυς συνθημα. *Schol.* In alia editione, μὴ ἐκ τοῦ ἐφραὶμ ὑμεῖς; καὶ εἶπον, οὐκ ἐσμέν. καὶ εἶπον αὐτοῖς, εἴπατε δὴ συνθημα, καὶ εἶπαν στάχυς, καὶ οὐ κατεύθυνον τοῦ λαλῆσαι οὕτως. εἶτα καὶ ἐπελάβοντο αὐτῶν. Nunquid de Ephræm vos? Et dicebant, non sumus. Et dicebant eis, dicite nunc tesseram; & dicebant spica: & non assequebantur loqui sic. Deinde & apprehendebant eos. *Res longe clarior in hebræo, & in vulgata.* Nam *dictio hebraica* C *significans spicam non eodem modo ab Ephratæis, atque a* Galaaditis *pronunciabatur.* Et *idcirco ea Galaaditæ tamquam tessera vtebantur ad dignoscendos* Ephratæos *ab aliis Israelitis.* η Immolabant.] ἔθυσαν, *Alii* ἔσφαζον, iugulabant. θ Ælom.] *Alii* αἰλώμ, Ælim. ι Amalec.] *ita etiam vulgata, & hebræus. Compl. autem* λανάκ, Lanac.

CAP. XIII.

ET addiderunt adhuc filii Israel facere malũ in conspectu Domini. Et tradidit eos Dominus in manu Phylistiim quadraginta annos. Et erat vir vnus de Saraa, de populo cognationis Dani: & nomen ei Manoe: & vxor D eius sterilis, & non pariebat. Et apparuit angelus Domini ad vxorem: & dixit ad eam: Ecce tu sterilis, & nõ peperisti: & [α] concipies filium. Et nunc obserua [β] nũc: & non bibas vinum, & [γ] inebriamentum: & non manduces omne immundum: quoniam ecce tu in vtero habes, & paries filium. Et ferrum super caput eius nõ ascendet: quoniam [δ] Nazir Dei erit puerulus à ventre: & ipse incipiet saluare Israel de manu Phylistiim. Et intrauit mulier, & dixit viro suo, dicens: Homo Dei venit ad me: & species eius, sicut species angeli Dei, [ε] terribilis valde. Et [ζ] non interrogaui eum, vnde est: & nomen suũ non annunciauit mihi. Et dixit mihi: Ecce tu in vtero habes, & paries filiũ. Et nũc ne bibas vinum, & inebriamentũ, & non manduces omne immundũ: quoniã Dei [η] sanctus erit puer à ventre vs- E que ad diem mortis suæ. Et deprecatus est Manoe ad Dominum, & dixit: in me Domine [θ] Adonaie: hominem Dei quem misisti, veniat nunc adhuc ad nos: & instruat nos, quid facturi sumus puero nascenti. Et exaudiuit Deus vocem Manoe: & venit angelus Dei adhuc ad mulierem: & ipsa sedebat in agro: & Manoe vir eius non erat cum ea. Et festinauit mulier & cucurrit, & annũciauit viro suo, & dixit ad eum: Ecce apparuit ad me vir, qui venit in die ad me. Et surrexit, & iuit Manoe post vxorem suam: & venit ad virum, & dixit ei: Si tu es vir, qui locutus es ad mulierem? Et dixit angelus: Ego. Et ait Manoe: [ι] Nũc

veniet verbum: quod erit iudicium pueri, & opera eius? Et dixit angelus Domini ad Manoe: Ab omnibus, quæ dixi ad mulierem, custodietur: ab omni, quod egreditur de vite vini, non comedet: & vinum, & inebriamentum non bibat, & omne immundum non manducet: omnia quæcunque mandaui ei, obseruabit. Et dixit Manoe ad angelum Domini: * Retineamus nunc te: & faciamus in cōspectu tuo hœdum caprarum. Et dixit angelus Domini ad Manoe: Si retinueris; non manducabo de panibus tuis: &, si feceris holocaustum; Domino offeres illud: Quoniam ignorauit Manoe; quia angelus Dei ipse. Et dixit Manoe ad angelū Domini: Quod nomen tibi? quoniā veniat verbum tuū: & glorificabimus te. Et dixit ei angelus Domini: Ad quid hoc interrogas nomen meum? λ & ipsum est admirabile. Et sumpsit Manoe hœdū caprarū, & μ sacrificiū, & obtulit super petrā Domino. Et ν discessit ad faciendū: & Manoe, & vxor eius aspicientes. Et factum est, dum ascenderet flamma desuper altari vsque ad cælum; & ascendit angelus Domini in flamma. Et Manoe, & vxor eius aspicientes: & ceciderunt super faciem suam super terram. Et non apposuit vltra angelus Domini apparere ad Manoe, & ad vxorem eius. Tunc cognouit Manoe, quoniam angelus Domini hic. Et dixit Manoe ad vxorem suam: Morte moriemur; quoniam Deum vidimus. Et dixit ei vxor eius: Si vellet Dominus mortificare nos; non accepisset de manu nostra holocaustoma, et sacrificiū: et ξ non ostendisset nobis hæc omnia, et sicut tēpus, nō audire fecisset nos hæc. Et peperit mulier filiū: et vocauit nomen eius Sampson. Et creuit puer: et benedixit eū Dominus: et cepit spiritus Domini simul egredi cū eo in castra Dan, et inter Saraa, et inter Esthaol.

α Et concipies filium.] *Alii*, καὶ ἐν γαστρὶ ἕξεις καὶ τέξῃ υἱόν. & in vtero habebis, & paries filium. β Nunc.] δή. *Ita enim solet sæpe verti etiam dictio hebræa, cui hæc respondet: ac significat, vt alibi notatum est, quendam precantis affectum, ac si diceremus quæso, obsecro. Abest autem hoc loco ab aliis codicibus, & à S. Aug. q. 50.* γ Inebriamentum.] μέθυσμα: *& est interpretatio dictionis*, σίκερα, Sicera, *quæ est in aliis, & apud S. Aug. itemque in sequentibus.* δ Nazir.] *In aliis ista dictio hebraica est inflexa ad formā græcam*, ναζιραῖον, *aut* ναζιραῖον Nazeræus. ε Terribilis.] *Sic etiā vulgata. Alii*; καὶ ἡ ὅρασις αὐτοῦ, ὡς ὅρασις ἀγγέλου τοῦ θεοῦ, ἐπιφανὴς σφόδρα, & aspectus eius, sicut aspectus angeli Dei: splendens valde. ζ Et non interrogaui.] *Sic hebræus, & chaldæus. Alii codices*, καὶ ἠρώτων, *& S. Aug. q.* 51. & interrogabam. η Sanctus.] ἅγιον. *Est interpretatio dictionis hebraicæ, quæ est in aliis*, ναζιραῖον. *&* S. *Aug. q.* 5. Nazaræus Dei. θ Domine Adonaie.] *Videntur duæ interpretationes. Alii habēt* ἐν ἐμοὶ κύριε, ἄνθρωπος. *Et S. Aug in locut.* In me Domine, homo, *&c.* ι Nūc veniet verbum.] *Alii* νῦν δὴ ἐλθόντος τοῦ ῥήματός σου, nunc vtique si venerit verbum tuū. κ Retineamus.] κατάσχωμεν. *Et respondet hebræo. Alii* βιασώμεθα δὴ σέ, *& paulo post*, ἐὰν βιάσῃ με *quomodo etiam habet Theodoretus. Et* S. Aug. q. 53. Vim faciamus tibi nunc, *&*, si vim feceris mihi. λ Et ipsum.] καὶ αὐτό. *S. Dionysius in libro de diuinis nominibus*, καὶ τοῦτ' ἔστι θαυμαστόν, & hoc est admirabile. μ Et sacrificium, & obtulit.] *Ita collati codices, & hebræus. Nam* θυσία *proprie significat oblationes ex farina, quæ fiebant super victimas. S. Aug. q.* 54. *habuit*, & sacrificium obtulit Domino. ν Discessit ad faciendum.] διεχώρισε ποιῆσαι. *uidetur hoc valere, discessit ab vsitato rerum ordine in faciendo. Nam hebræus, & chaldæus habent*, & mirificauit ad faciendum. *In aliis libris est* τῷ θαυμαστὰ ποιοῦντι. *& S. Aug. q.* 54. mirabilia facienti. ξ Et non ostendisset.] *Sic etiam vulgata.* Alii καὶ οὐκ ἂν ἐφώτισεν ἡμᾶς, *& S. Aug.* nec illuminasset nos.

CAP. XIIII.

ET descendit Sampson in Thamnatha, et vidit mulierē in Thamnatha de filiabus alienigenarum. * Et ascēdit, et nunciauit patri suo, et matri suæ: et dixit: Mulierē vidi in Tahmnatha de filiabus Phylistijm: et nūc accipite eā mihi in vxorē. Et dixit ei pater eius, et mater eius: Nōne sunt α filiæ fratrū tuorū, et de omni populo meo mulier; quia tu vadis accipere vxorem de alienigenis incir-

A incircumcisis? Et dixit Sampson ad patrem suum: Hanc accipe mihi; quoniam hæc γ recta in oculis meis. Et pater eius, & mater eius ignorabant, quia à Domino est; quoniam vindictam ipse quærit de alienigenis. Et in tempore illo alienigenæ δ dominantes in Israel. Et descendit Sampson, & pater eius, & mater eius in Thamnatha. Et ε venit vsque ad vineam Thamnatha: & ecce catulus leonis rugiens in occursum eius. Et insiliit in eum spiritus Domini: & contriuit eum; sicut contereret hœdum caprarum: & nihil erat in manibus eius. Et non annũciauit patri suo, & matri suæ, quod fecerat. Et descenderunt, & locuti sunt mulieri: & ζ direxit in oculis Sampson. Et reuertit post dies accipere eam: & declinauit ad videndũ cadauer leonis: & ecce congregatio apũ in ore leonis, & mel. Et abstulit illud in manus suas: & perrexit pergens, & comedẽs. Et iuit ad patrem suũ B & ad matrem suã: & dedit eis: & comederũt: & nõ annunciauit eis, quia de η ore leonis abstulit mel. Et descendit pater eius ad mulierem: & fecit ibi Sampson conuiuium dies septem: quia sic faciunt iuuenes. Et factum est, quando θ viderunt eum; & acceperunt triginta vocatos: & fuerunt cum eo. Et dixit eis Sampson: Problema vobis propono: & si indicantes indicaueritis mihi illud in septem his diebus conuiuii, & inueneritis; dabo vobis triginta sindones, & triginta stolas vestimentorum. Et, si non potueritis indicare mihi; dabitis vos mihi triginta ι lintea, & triginta κ mutatorias stolas vestimentorum. Et dixerunt ei: C Propone problema tuum: & audiemus illud. Et dixit eis: λ Manducabile quid exijt de manducante, & de forti dulce. Et non potuerunt indicare problema per tres dies. Et factum est in die μ quarta, & dixerunt vxori Sampson: Decipe nunc virum tuum: & annunciet tibi problema; ne forte incendamus te, & domũ patris tui in igni. Numquid ad ν extorquendum nos vocastis? Et plorauit vxor Sampson ad eum, & dixit: Veruntamen odio habuisti me, & non dilexisti me; quoniam problema, quod proposuisti filiis populi mei, non indicasti mihi illud. Et dixit ei Sampson: Si patri meo, & matri meæ non indicaui; & tibi indicabo? Et plorauit ad eum per septem dies, quos fuit eis conuiuium. Et factum D est in die septima, & indicauit ei; quoniam perturbauerat eum. Et ipsa indicauit filiis populi sui. Et dixerunt ei viri ciuitatis in die septima, antequam ξ oriretur sol. Quid dulcius melle? & quid fortius leone? Et dixit eis Sampson: Si non arassetis in vitula mea; non intellexissetis problema meum. Et insiliit in eum spiritus Domini: & descendit in Ascalonem: & percussit ex eis triginta viros: & cepit vestimenta eorum, & dedit stolas ijs, qui indicauerant problema. Et iratus est indignatione Sampson: & ascendit in domum patris sui. Et ο facta est vxor Sampson vni amicorum eius, quos dilexit.

E α Et ascendit.] *Sic etiam hebræus In aliis est*, καὶ ἤρεσεν ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ἀνέβη, & placuit coram eo, & ascendit. β Filiæ.] *Alii* ἀπὸ τῶν θυγατέρων, de filiabus. γ Recta.] *respondet hebræo. Alii* ἤρεσεν, *placuit*. δ Dominantes.] *Item hoc: vbi alii* ἐκυρίευον, dominabantur. ε Venit.] *In aliis* ἐξέκλινεν, declinauit; aut ἐξέκλιναν, declinauerunt. ζ Direxit.] ηὐθύνθη. *est eadem phrasis cũ superiore, id est recta stetit, quod in aliis* ἤρεσεν. η De ore.] *Alii* ἐκ τῆς ἕξεως, de corpore. θ Quando viderunt eum.] *Respondet etiam vulgatæ Alii* ἐν τῷ φοβεῖσθαι αὐτοὺς αὐτόν, cum ipsi timerent eum. ι Lintea.] ὀθόνια. *Alii* σινδόνας, sindones. κ Mutatorias.] *Abest ab aliis. Hebræus utrobique habet*, triginta mutatorias vestes. λ Manducabile quid.] τί βρωτόν. *Alii* ἐκ τοῦ ἔσθοντος ἐξῆλθεν βρῶσις, de comedente exiuit cibus. μ Quarta.] *Compl.* τῇ ἑβδόμῃ, septima. ν Ad extorquendum.] ἐκβιάσαι, *quasi ad opprimendum nos, & quasi per extorsionem possidendos: quod respondet hebræo.* Alii πτωχεῦσαι, ad inopes faciendos. ξ Oriretur.] *Alii* πρὶν ἢ δῦναι, *& S. Amb. epist. 70.* ante occasum solis. ο Et facta est vxor.] *In aliis* καὶ συνῴκησεν ἡ γυνὴ Σαμψὼν τῷ νυμφαγωγῷ αὐτοῦ, ὃς ἦν ἑταῖρος αὐτοῦ. Et cohabitauit vxor Sampson cum pronubo eius, qui erat sodalis eius.

A

CAP. XV.

ET factum est post dies in diebus messis tritici, & uisitauit Sampson vxorẽ suam in [a] hœdo caprarum: & dixit: Intrabo ad uxorem meam, & in [b] cubiculum. Et non dedit eum pater eius intrare. Et dixit pater eius, dicẽs: Dixi, quia odio habens odisti eam: & dedi eam vni ex amicis tuis. Nonne soror eius iunior melior super eam? Sit nunc tibi pro ea. Et dixit eis Sampson: Innocens factus sum [c] etiam semel ab alienigenis; quia facio ego cum eis malum. Et iuit Sampson, & comprehendit triginta vulpes, & cepit lampadas, & [d] conuertit caudam ad caudam: & posuit lampadem vnam inter duas caudas, [e] & ligauit: & accendit ignem in lampadibus: & emisit in spicas alienigenarum. Et [f] arserunt ab area, & vsq. ad spicas rectas, & vsque ad uineam, & oliuetum, & dixerũt alienigenæ: Quis fecit hæc? Et dixerunt: Sampson [g] gener ipsius Thamni: quoniam tulit vxorem eius, & dedit eam [h] vni ex amicis eius. Et ascenderũt alienigenæ, & combusserunt eam, & domũ patris eius in igni. Et dixit eis Sampson: [i] Si feceritis sic hanc; quinimmo vlciscar in vobis: & tandem quiescam. Et percussit eos [k] tibiam super femur plagam magnam. Et descendit, et sedit in spelunca pætræ Etam. Et ascẽderunt alienigenæ, & castrametati sunt in Iuda, & dispersi sunt in Lechi. Et dixerunt [λ] vir Iuda: Ad quid ascendistis super nos? Et dixerunt alienigenæ: Ligare Sampson ascendimus, & facere ei, quemadmodum fecit nobis. Et descenderunt ter mille viri de Iuda in speluncam petræ Etam: & dixerunt ad Sampson: Nonne nosti, quia alienigenæ dominãtur nostri? Et quid hoc fecisti nobis? Et dixit eis Sampson: Quemadmodũ fecerunt mihi, sic feci eis. Et dixerunt ei: Ligare te descendimus; vt demus te in manu alienigenarum. Et dixit eis Sampson. Iurate mihi, ne forte [μ] occurratis in me vos. Et dixerunt ei dicentes. Non: quia tantum vinculo vinciemus te, & trademus te in manu eorum: & morte non mortificabimus te. Et ligauerunt eum in duobus funibus nouis, & eduxerunt eum de petra illa: & [ν] venerunt vsque ad maxillam. Et alienigenæ vociferati sunt: & cucurrerunt in occursum eius. Et [ξ] insiliit in eũ spiritus Domini, & facti sunt funes, qui super brachiis eius, tanquã stuppa, quæ [ο] succẽsa est in igni: & resoluta sunt vincula eius de manibus eius. Et inuenit maxillam asini proiectam: & extendit manum suam, & accepit eam: & percussit in ea mille viros. Et dixit Sampson: In maxilla asini delens deleui eos: quia in maxilla asini percussi mille viros. Et factum est, vt cessauit loquens; & proiecit maxillam de manu sua. Et vocauit locum illum, eleuatio maxillæ. Et sitiuit valde, [π] & plorauit ad Dominum, & dixit: [ρ] Tu benedixisti in manu serui tui salutem magnam hanc: & nunc moriar siti, & incidam in manum incircunciforum. [σ] Et rupit Deus lacum, qui in maxilla: & exiit ex eo aqua, & bibit. Et reuertit spiritus eius, & vixit. Propter hoc vocatum est nomen eius, fons inuocantis, [τ] qui est in maxilla vsque in diem hanc. Et iudicauit Israel in diebus alienigenarum viginti annos.

B C D E

α In hœdo.]

α In hœdo.] *Sic hebraus. Alii* φέρων ἔριφον, afferens hœdum. β Et in cubiculum.] καὶ εἰς τὸ ταμιεῖον. *Alii* καὶ εἰς τὸν κοιτῶνα, *& à Compl. abest illud* καὶ. γ Etiam semel.] καὶ τὸ ἅπαξ. *Ab aliis abest etiã hoc loco illud* καὶ. δ Conuertit.] ἐπέστρεψε: *& respondet hebræo.* Alii συνέδησε, colligauit. ε Et ligauit.] *Abest à Compl. In aliquo est*, καὶ ὡδήγησε, & deduxit. ζ Atteruнt.] ἐξέκαυσεν. *Alii* ἐνεπύρισε, combussit, *Et in Compl. sequitur* τοὺς στάχυας καὶ τὰ προτεθερισμένα ἀπὸ στοιβῆς, καὶ ἕως ἑστῶτος, spicas, & ante messa à staba, & vsque ad stantem. η Gener ipsius Thamni.] νυμφίος τοῦ Θαμνί. *Alii* ὁ γαμβρὸς τοῦ Θαμναθαίου, gener Thamnathæi. θ Vni ex amicis eius.] *Alii* τῷ συνεταίρῳ αὐτοῦ, Sodali eius: *quæ varietas etiam initio huius capitis notari potest.* ι Si feceritis.] *Aptissime ad hebræum. & habent verba ironiam minarum, & terroris plenam. Alii longe laxiore structura*, ἐὰν ποιήσητε οὕτως, οὐκ εὐδοκήσω, ἀλλὰ τὴν ἐκδίκησίν μου ἐξ ἑνὸς ἑκάστου ὑμῶν ποιήσομαι, si feceritis sic, non bene sentiã: sed vltionem meam ex vnoquoque vestrum faciam. κ Tibiam super femur.] *S. Aug. in locut.* hoc est, percussit eos ad admirationem, ad stuporem. *Quod q. 55. copiose explicat: & hanc sententiam præfefert vulgata: Chaldæus interpretatur*, equites super pedites. λ Vir Iuda.] *Ita etiã S. Aug. in locut. & respondet hebræo. Alii* πᾶς ἀνὴρ Ἰούδα, omnis vir Iuda. μ Occurratis.] *S. Aug. in locut.* pro eo, quod est, occidatis me: *itemq. vlt. q. quo quidem loco hæc referũtur*, Iurate mihi, ne interficiatis me vos: & tradite me eis, ne forte occurratis in me vos. *Et ita in aliquo lib.* ὀμόσατέ μοι, καὶ μὴ ἀποκτείνητέ με ὑμεῖς, καὶ παράδοτέ με ὑμεῖς, μήποτε ἀπαντήσητε ἐν ἐμοὶ ὑμεῖς, *nec multo aliter Compl. sed facile apparet mistura pluriũ interpretationũ.* ν Venerũt.] Alii, καὶ αὐτὸς ἦλθεν, & ipse venit, *quomodo videtur habuisse S. Aug. in locut. vbi etiam exponit, quid sit illud, quod sequitur*, vsque ad maxillã: *significatur enim locus, qui ab hac re postea nominatus fuit* Lechi, *idest, maxilla.* ξ Insiliit.] ἥλατο. *Alii* κατεύθυνεν, direxit, prosperauit. *S. Io. Chrys. in lib. decem homiliarum Romæ impresso hom. 2. interdum habet* κατηύθυνεν, *interdum* ἐπῆλθεν, κατῆλθεν, ἦλθεν. ο Succensa est.] *respondet hebræo. Alii, & Chrys. ibidem* ἡνίκα ἂν ὀσφρανθῇ πυρός. *Et S. Aug. in locut.* cum olfecerit ignem, *quæ locutio est in sequenti capite.* π Et plorauit.] καὶ ἔκλαυσεν. *Alii* καὶ ἐβόησεν, & clamauit. ρ Tu benedixisti.] σὺ εὐδόκησας. *Videtur dictum, quemadmodum in psalmo 84.* Benedixisti Domine terram tuam: *nam & ibi idem græcum verbum. Alii autem hic*, σὺ ἔδωκας, tu dedisti, *aut* σὺ εὐόδωσας, tu prosperasti. σ Et rupit Deus lacum.] *Schol.* In alia editione καὶ ἔρρηξεν ὁ θεὸς τὸ τραῦμα τὸ ἐν σιαγόνι, & aperuit Deus vulnus, quod in maxilla: *quomodo fere habent ceteri impressi, & multi manuscripti: Chaldæus*, rupit Deus rupem: *alii ex hebræo*, & rupit Deus mortarium: *quo nomine putant significari molarem dentem: quod est in vulgata.* τ Qui est in maxilla.] *id est*, qui fons: *quod constat ex græco* ἥ ἐστιν. *refertur enim ad* πηγή. *Et videtur intelligi hunc fontem remansisse in loco illo, qui, vt diximus, ab euentu isto fuit vocatus* Lechi, *idest maxilla. Vulgata tamen habet* de maxilla.

CAP. XVI.

ET iuit Sampson in Gazam: & vidit ibi mulierem meretricem: & intrauit ad eam. Et nunciatum est Gazæis, dicentes: Venit Sampson huc. Et circũdederunt, et insidiati sunt in eum tota nocte, in porta ciuitatis. Et mutuerunt tota nocte, dicentes: Donec illuxerit α mane; & interficiemus eum. Et dormiuit Sampson vsque ad mediam noctem: & surrexit in β dimidio noctis: & apprehendit ianuas portæ ciuitatis cum ambabus postibus: & sustulit eas cum vecte, & posuit super humeros suos. Et ascendit in cacumen montis, qui est super faciem Chebron: et posuit ea ibi. Et factum est post hoc, et amauit mulierem in γ Alsorech: et nomen ei Dalida. Et ascenderunt ad eã principes alienigenarum, & dixerunt ei: Decipe eum: et vide, in quo fortitudo eius magna, et in quo δ præualebimus ei, et ligabimus eum ad humiliandum eum. Et nos dabimus tibi vir mille et centum argenti. Et ait Dalida ad Sampson: Annuncia nunc mihi, in quo fortitudo tua magna, & in quo ligaberis ad humiliandum te. Et dixit ad eam Sampson: Si ligauerint me in septem neruis humidis ε nondũ siccatis; et infirmabor, et ero sicut vnus hominũ. Et attulerunt ad eam principes alienigenarum septem neruos humidos nondum siccatos: et ligauit eũ in illis. Et insidiæ ζ ei sedebant in cubiculo. Et dixit ad eum: Alienigenæ super te Sampson. Et disrupit neruos, ac si quis rumperet globum stuppæ, dum ea olfecerit ignẽ: et non est cognita fortitudo eius. Et dixit Dalida ad Sampson: Ecce decepisti me, et locutus es ad me falsa. Nunc igitur annuncia mihi, in quo ligaberis. Et dixit ad eam: Si ligantes ligauerint me in funiculis nouis, quibus non est

est factum in eis opus; & infirmabor, & ero, sicut vnus hominum. Et sumpsit Dalida funiculos nouos: & ligauit eum in illis. * Et insidiæ exierunt de cubiculo. Et dixit: Alienigenæ super te Sampson. Et disrupit eas à brachijs suis tanquam filum. Et dixit Dalida ad Sampson: Ecce decepisti me, & locutus es ad me falsa. Annuncia nunc mihi, in quo ligaberis. Et dixit ad eam: Si intexueris septem cincinnos capitis mei cum licio, & infixeris paxillo in parietem; & ero, tanquam vnus hominum, infirmus. * Et factum est, cum ille dormiret; & sumpsit Dalida septem cincinnos capitis eius, & intexuit in licio, & infixit paxillo in parietem. Et dixit: Alienigenæ super te Sampson. Et expergefactus est è somno suo: & abstulit paxillum texturæ de pariete. Et dixit ad eum Dalida: Quomodo dicis, amaui te; & cor tuũ non est mecum? ' Hoc tertiũ fefellisti me: & non annũciasti mihi; in quo fortitudo tua magna. Et factum est, quando vexauit eum in verbis suis omnes dies, & angustiauit eum; & defecit animo vsque ad moriendum. Et annunciauit ei omne cor suum: & dixit ad eam: Ferrum non ascendit super caput meum: quoniam sanctus Dei ego sum à ventre matris meæ. Si igitur rasus fuero; discedet à me fortitudo mea, & infirmabor, & ero sicut omnes homines. Et intellexit Dalida, quia annunciauerat ei omne cor suum. Et misit, & vocauit principes alienigenarum, dicens: Ascẽdite adhuc vice hac; quoniã annunciauit mihi omne cor suum. Et ascenderunt ad eam principes alienigenarũ: & attulerunt argentum in manibus suis. Et dormire fecit Dalida Sampson super genua sua: & vocauit * virum: & rasit septẽ cincinnos capitis eius: & cepit humiliare eum. Et discessit fortitudo eius ab eo. Et dixit Dalida: Alienigenæ super te Sampson. Et expergefactus est è somno suo: & dixit: Exibo, λ vt semel, & semel: & excutiã me. Et ipse non intellexerat, quia Dominus recesserat desuper eo. Et tenuerunt eũ alienigenæ: & exciderũt oculos eius: & deposuerunt eum in Gazam: & ligauerunt eum in compedibus æneis: & erat molens in domo carceris. Et cepit capillus capitis eius germinare; sicut rasus fuerat. Et principes alienigenarum congregati sunt ad sacrificãdum sacrificium magnum Dagon Deo suo, & lætandum. Et dixerunt: Dedit Deus in manu nostra Sampson inimicum nostrum. Et viderunt eum populus: & hymnis celebrarunt Deum suum: * quia tradidit Deus noster inimicum nostrum in manu nostra, qui vastabat terram nostram, & qui multiplicabat cæsos nostros. Et quando * bonum fuit cor corũ; & dixerunt: Vocate Sampson è domo custodiæ: & ludat coram nobis. Et vocauerunt Sampson è domo carceris: & ξ ludebat coram eis: & alapis percutiebant eum: & statuerunt eum * inter columnas. Et dixit Sampson ad puerum, qui tenebat manum eius: Dimitte me: et palpabo columnas, super quas * domus super eas: & innitar super eas. Et domus plena virorum, et mulierũ: et ibi omnes principes alienigenarũ: et in solario circiter termille viri, et mulieres spectãtes ad ludos Sampson. Et plorauit Sãpson ad Dominũ, et dixit: Adonaie Domine memẽto nũc mei: et conforta me * adhuc vice hac Dee: et retribuã retributionẽ vnam alienigenis pro duob. oculis meis. Et apprehendit Sampson ambas colũnas domus, super quas domus stabat: et innixus est super illas: et tenuit vnã dextra sua, et vnã sinistra sua. Et dixit Sampson: Moriatur anima mea cũ alienigenis. Et sustulit in fortitudine: et cecidit domus super principes, et super omnẽ populũ, qui in ea. Et fuerunt mortui, quos mortificauit Sampson in morte sua, plures,

plures quam quos mortificauit in uita sua. Et descenderũt fratres eius, & domus patris eius, & tulerunt eum. Et ascẽderunt, & sepelierunt eum inter Saraa, & inter Esthaol in sepulchro Manoe patris eius. Et ipse iudicauit Israel viginti annis.

α Mane, & interficiemus.] *Sic fere hebræus.* Alii, ἕως ὄρθρου μείνωμεν καὶ ἀποκτείνωμεν, mane expectemus, & interficiamus illum. *Compl autem,* ἕως φωτὸς πρωῒ μείνωμεν, vsque ad lucem matutinam expectemus, *&c.* β In dimidio noctis.] *Sic hebræus.* Compl. περὶ τὸ μεσονύκτιον, circa mediam noctem. γ Alsorech.] *Alii* ἐκ τοῦ, *aut* ἐπὶ τοῦ χειμάῤῥου σωρήχ, in torrente Sorech. *Illud* Al, *quod est in nostra, est vestigium dictionis hebraicæ, quæ significat torrentem, aut vallem.* δ Præualebimus ei.] δυνησόμεθα αὐτῷ. *& repræsentat phrasim hebræam.* Alii πρὸς αὐτὸν, aduersus eum. ε Nondum siccatis.] *Ita S. Aug. in locut. quod græce est* μὴ διεφθαρμέναις. *nam corruptio, & putredo oritur ex siccitate.* ζ Ei sedebant.] *Sic etiam S. August. in locut. quod græce est,* αὐτῇ ἐκάθητο, *id est, sedebant, & manebant apud eam. In aliis est* αὐτῆς, eius. *Compl.* αὐτοῦ, illic. η Et insidiæ exierunt de cubiculo. Et dixit; Alienigenæ super te Sampson.] *In aliis* καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν, οἱ ἀλλόφυλοι ἐπὶ σὲ σαμψών. καὶ τὸ ἔνεδρον ἐκάθητο ἐν τῷ ταμιείῳ. Et dixit ad eum: alienigenæ super te Sampson. Et insidiæ sedebant in cubiculo. θ Et factum est.] *In his vsque ad illud,* Et dixit, *sunt nonnullæ varietates. Sed ab hebræo absunt omnia ista: ac tantum habetur,* Et dixit ad eum. *Nam cogitatione supplendum est illa fecisse Dalidam.* ι Hoc tertium.] *S. Aug. in locut.* Tertium posuit pro tertio, siue ter. κ *V*irum.] *Ita hebræus.* Alii, τὸν κουρέα, tonsorem. λ Vt semel, & semel.] *Respondet hebræo: Alii & Theodoretus* καὶ ποιήσω, καθὼς ἀεί, & faciam, sicut semper. μ Quia tradidit.] *Alii* ὅτι εἶπαν, παρέδωκεν, quia dixerunt, tradidit. ν Bonum fuit.] ἠγαθύνθη *Sic hebræus, & valet,* exhilaratum est. ξ Et ludebat coram eis.] *Alii,* καὶ ἔπαιζον *(aut* ἐνέπαιζον, *ut Compl.)* αὐτῷ, & illudebant ei. *Quæ autem in nostra sequuntur,* & alapis percutiebant eum, *absunt a ceteris.* ο Inter columnas.] *Sic hebræus.* Alii ἀνὰ μέσον τῶν δύο στύλων, inter duas columnas. π Domus super eas.] *Alii* ὁ οἶκος ἐπεστήρικτο ἐπ' αὐτῶν. *Et S. Aug. in locut.* domus confirmata est super eas. *Comp. sic habet verba Sampsonis,* ἐπανάπαυσόν με δή, καὶ ποίησον ψηλαφῆσαί με τοὺς στύλους, ἐφ' ὧν ὁ οἶκος ἐπεστήρικτο ἐπ' αὐτῶν, καὶ ἐπιστήρισόν με ἐπ' αὐτούς. *Et sic ea vertit,* Dimitte me iam: & fac tangere me columnas, in quibus domus firmata est super illis: & reclina me super eas. ρ Adhuc.] ἔτι. *Alii* δὴ πλὴν, nunc tantum. *Compl. autem longius ab hebræo.* διπλοῦν, in duplo.

CAP. XVII.

ET fuit vir de monte Ephræm: & nomen ei α Michæas. Et dixit matri suæ: Mille, & centum, β quos accepisti argenti tibi ipsi, & γ me maledictis adiurasti, & etiam dixisti in auribus meis; ecce argentum apud me: ego accepi illud. Et dixit mater eius: Benedictus filius meus Domino. Et reddidit mille, & centum argenti matri suæ. Et dixit mater eius: δ Sanctificans sanctificaui argentum Domino de manu mea ε filio meo ad faciendum sculptile, & fusile. Et nunc reddam illud tibi. Et reddidit argentum matri suæ. Et sumpsit mater eius ducentos argenti: & dedit illud ζ argentario: & fecit ipsum sculptile, & fusile. Et fuit in domo Micheæ. Et domus Micheæ, ipsi domus Dei. Et fecit Ephod & Theraphim. Et impleuit manum η vnius de filiis suis: & factus est ei in sacerdotem. In diebus autem illis non erat rex in Israel: θ vir, quod rectum in oculis suis, faciebat. Et fuit adolescens de Bethleẽ de populo Iuda, & ipse Leuita: & hic incolebat ibi. Et iuit vir de Bethleem ciuitate Iuda ad incolendum, in quocunque inuenisset loco: & venit vsque ad montem Ephræm, & vsque ad domum Micheæ ad faciendũ iter suum. Et dixit ei Michæas: Vnde venis? Et dixit ad eũ: Leuita sum de Bethleem Iuda: & ego vado ad incolendum, in quocunque loco inuenero. Et dixit ei Michæas: Sede mecũ: & sis mecũ in patrem, & in sacerdotẽ: & ego dabo tibi decem argenti in diem, & stolam vestimentorum, & ea, quæ ad vitam tuam. Et iuit Leuita, & cepit incolere apud virum. Et factus est adolescens ei, sicut vnus de filiis eius. Et impleuit Michæas manum Leuitæ: & factus est ei in sacerdotem: & fuit in domo Micheæ. Et dixit Michæas: Nunc cognoui, quia benefaciet mihi Dominus; quoniam factus est mihi Leuita in sacerdotem.

α Michæas.]

α Michæas.] *Alii,* μιχά, Micha. β Quos accepisti argenti tibi ipsi.] *Alii* ἀργυρίους *(aut* ἀργυρίου*)* τοὺς συλληφθέντας σοι, Argenteos*(aut* argenti*)* sublatos tibi. *Vulgata tamen habet,* quos separaueras. γ Et me maledictis adiurasti, & etiam dixisti.] καί με ἀρῶσαι, καί προσεῖπας. *Alii* καὶ ἐξώρκισας, καὶ εἶπας, & adiurasti, & dixisti. δ Sanctificans.] *Propius hebræo, quàm quod in aliis,* ἁγιασμῷ, sanctificatione, *aut* ἁγιασμὸν, sanctificationē. ε Filio meo.] *Ad verbum ex hebręo. In aliis est,* κατὰ μόνας, seorsum. ζ Argentario.] *Sic etiam vulgata. quod grȩce est.* ἀργυροκόπῳ, sculptori argenti. Alii τῷ χωνευτῇ, fusori, & conflatori. η Vnius de filiis suis.] *Nam* ἀπὸ ἑνὸς τῶν υἱῶν αὐτοῦ, *videtur dictum pro* ἑνὸς ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, *Abest tamen illud* ἀπὸ, *ab aliis libris. & à Theodoreto.* θ Vir, quod rectū.] *Theodoretus* ἀνὴρ ἕκαστος τὸ ἀρεστὸν, vir vnusquisque, quod placebat. *Sed* ἀνὴρ, *&* ἕκαστος, *sunt duę interpretationes: & prior respondet hebręo: cui etiam magis respondet* τὸ ἀρεστὸν, *quàm* τὸ ἀρεστὸν.

CAP. XVIII.

IN diebus illis non erat rex in Israel. Et in diebus illis tribus Dan querebat sibi hæreditatem ad habitandum: quia non ceciderat ei vsque in diem illam in medio tribuum filiorum Israel hæreditas. Et miserunt filij Dan de populis suis quinque viros filios virtutis, de Saraa, & de Esthaol ad considerandam terram, & inuestigandam eam. Et dixerunt ad eos: Ite, & inuestigate terram. Et venerunt vsque ad montem Ephræm; vsque ad domum Micheæ. α Et manserunt ipsi illic in domo Micheæ: & ipsi agnouerunt vocem adolescentis Leuitæ & declinauerunt illuc: & dixerunt ei? Quis attulit te huc? Et tu quid facis in loco hoc? Et quid tibi hic? Et dixit ad eos: Sic, & sic fecit mihi Micheas: & mercede conduxit me: et factus sum ei in sacerdotem. Et dixerunt ei: Interroga nunc in Deo: et cognoscemus, si prosperabitur via nostra, in qua nos imus in ea. Et dixit eis sacerdos: Ite in pace. Coram Domino via vestra, in qua pergitis in ea. Et perrexerunt quinque viri, et venerunt in Laisa: et viderunt populum, qui in medio eius, sedentem in spe, sicut est iudicium Sidoniorum. β Quiescens, et non est deterrrens, vel confundens verbum in terra, possessor exprimens thesauros: et procul sunt a Sidoniis: et nō habent verbū ad hominem. Et venerūt quinque viri ad suos in Saraa, et Esthaol: et dixerunt fratribus suis: Quid vos sedetis? Et dixerunt: Surgite, et ascendamus super eos: quoniam vidimus terram: et ecce bona valde: et vos quiescitis. Ne torpeatis ire, et intrare ad hæreditandam terram. Et quandocūque venieris; intrabitis ad populum in spe: et terra lata: quoniam dedit eam Deus in manu vestra locus, vbi non est ibi inopia omnis verbi eorum, quæ in terra. Et promouerunt inde de populis Dan à Saraa, et ab Esthaol sexcenti viri accincti vasis belli. Et ascenderunt, et castrametati sunt in Cariathiarim in Iuda. Propter hoc vocatum est in loco illo, castra Dan vsque in diem hanc: ecce post Cariathiarim. Et præterierunt inde montem Ephræm: et venerunt vsque ad domum Micheæ. Et responderunt quinque viri euntes considerare terrram Laisa: et dixerunt ad fratres: Nostis, quia est in domo hac Ephod, & Theraphim, et sculptile, et fusile? Et nunc intelligite, quid facietis. Et declinauerunt inde, et intrauerunt in domum adolescentis Leuitæ, in domum Micheæ: et interrogauerunt eum in pace. Et sexcenti viri, qui erant accincti uasis belli suis, stantes apud ianuas portæ: qui erant de filijs Dan. Et ascenderunt quinque uiri, qui iuerant considerare terrā et intrauerunt illuc in domum Micheæ. Et sacerdos stans. Et sumpserunt sculptile, et Ephod, et Theraphin, et fusile. Et dixit ad eos sacerdos. Quid uos facitis? et dixerunt ei: Tace: impone manum tuam super os tuum: et ueni nobiscum; et esto

A estò nobis in patrem, et in sacerdotem. Nunquid est bonum esse te sacerdotem domus uiri unius, an fieri te sacerdotem tribus, et domus in populo Israel? Et factum est bonũ cor sacerdotis, et sumpsit Ephod, et Theraphin, & sculptile, et fusile: et uenit in medio populi. Et reuerterunt, et abierunt, et posuerunt filios, et possessionẽ, et γ quod preciosum, ante se. Ipsi elongauerãt à domo Micheæ: et ecce Michæas, & viri, qui in domibus, quæ cum domo Micheæ, clamauerunt, & assequuti sunt filios Dan. Et conuerterunt filij Dan faciem suam: & dixerunt Micheæ: Quid est tibi, quia clamasti? Et dixit Micheas: Quoniam sculptile meũ quod feci, tulistis, & sacerdotem: & iuistis. Et quid mihi vltra? Et quid hoc dicitis ad me, Quid clamas? Et dixerunt ad eum filii Dan: Non B audiatur nunc vox tua nobiscum: ne forte occurrant vobis viri amari animo: & δ aponent animam tuam, & animam domus tuæ. Et iuerunt filii Dan in viam suam. Et vidit Michæas, quia potentiores sunt super ipsum: & reuertit in domũ suam. Et filij Dan tulerunt, quod fecerat Michæas, & sacerdotem, qui erat ei: & venerunt super Laisa, super populum quiescentem, & confidentẽ in spe. Et percusserunt eos in ore gladii: & ciuitatem incenderunt in igni: & non fuit, qui erueret: quoniam longe est à Sidonijs: & verbum non est eis cum homine: & ipsa in valle domus ε Rhaab. Et ædificauerunt ciuitatem, & habitarunt in ea, & vocauerunt nomen ciuitatis Dan, in nomine Dan patris eorum, qui natus est ipsi C Israel. Et erat Vlamais nomen ciuitatis antea. Et statuerunt sibi filii Dan sculptile. Et Ionathan filius Gerson ζ filius Manasse, ipse, & filii eius erant sacerdotes tribui Dan vsque in diem transmigrationis terræ. Et posuerunt sibi sculptile, quod fecerat Michæas, omnibus diebus, quibus fuit domus Dei in Selom. Et factum est in diebus illis, non erat rex in Israel.

α Et manserunt.] *Alii*, καὶ κατέπαυσαν ἐκεῖ. αὐτῶν ὄντων ἐν τῷ οἴκῳ μιχά, καὶ αὐτοὶ ἐπέγνωσαν τὴν φωνὴν, & quieuerunt ibi. Cum ipsi essent in domo Micha, & ipsi agnouerunt vocem. β Quiescens.] ἡσυχάζουσαν. *Vix videtur referri posse ad id, quod proxime antecedit*, κρίσις σιδωνίων, *nisi intelligamus iudicium, id est morem Sidoniorum fuisse quietum, ac tranquillum, similemque in hac ciuitate fuisse. Sed potest facile referri ad ciuitatem, aut terrã. Cetera bene hebræo respondet. In aliis est*, ἡσυχάζοντα (al. ἡσυχάζοντας) ἐν ἐλπίδι καὶ μὴ δυναμένους λαλῆσαι ῥῆμα ἐν τῇ γῇ, κληρονόμος θησαυροῦ, ὅτι μακράν εἰσιν ἀπὸ σιδῶνος, καὶ λόγος οὐκ ἦν αὐτοῖς μετὰ συρίας quiescentem (*al.* quiescentes) in spe, & non potentes loqui verbum in terra, possessor thesauri, quoniam longe sunt à Sidone: & verbum non erat eis cum Syria: *quæ non cohærent.* γ Quod preciosum.] *Hoc enim videtur significare* τὸ βάρος, *quod magni ponderis, ac precii esset. atque apte respondet hebræo. Alii* τὴν κτῆσιν αὐτῶν τὴν ἔνδοξον, possessionem suam honoratam. δ Apponent.] *Alii* προσθήσεις, appones: *& videtur subintelligi* ad patres tuos, *aut*, ad populum tuum. *Valet enim* perdes. *Vide primo reg. cap. 27.* ε Rahaab.] *Schol. 70.* τοῦ οἴκου ῥεώβ. domus Rheob. *Theodoretus* ῥιχάβ, Rhichab. ζ Filius Manasse.] *Alii* υἱοῦ filii, *qua in re sæpe discrepat Vaticanus a ceteris. Apud Theodoretum autem est* ἰωνάθαν υἱὸς μανασσῆ υἱοῦ γηρσὰμ υἱοῦ μωυσῆ. Ionathan filius Manasse filii Gersani filii Moysi. *Vulgata* Ionathan filium Gersan filii Moysi. *Sed nostra, & ceteris græcis conuenit cum hebræo, & chaldæo.*

CAP. XIX.

E ET fuit vir Leuita incolens in femoribus montis Ephræm: & accepit sibi vxorem concubinam de Bethleem Iuda. Et α iuit ab eo concubina eius, & abiit ab eo in domũ patris sui in Bethleem Iuda: & fuit ibi dieb. mensiũ quatuor. Et surrexit vir eius: & iuit post eam ad loquendum ad cor eius, ad reuocandam eam sibi: & puer eius cum eo, et par asinorum. Illa vero introduxit eum in domum patris sui. Et vidit eum pater adolescentulæ: & lætatus est in occursum eius. Et retinuit eum socer eius, pater adolescentulæ: & sedit cum

cum eo ad tres menses:& comederunt, & biberunt, & β manserunt ibi. Et factũ est die quarta:& surrexerunt mane:& surrexit ad eundum. Et dixit pater adolescentulæ ad generum suum: Firma cor tuum bucella panis: & post hoc ibitis. Et sederunt,& comederunt ambo in idipsum,& biberunt. Et dixit pater adolescentulæ ad uirum: Age nunc, maneas; & bonum fiet cor tuum. Et surrexit vir ad eundum. Et coegit eum socer eius:& sedit,& mansit ibi. Et surrexit mane die quinta ad eundum. Et dixit pater adolescentulæ: Firma nunc cor tuum, & γ instrue; donec inclinet dies. Et comederunt ambo,& surrexit vir ad eundum, ipse, & concubina eius, & puer eius. Et dixit ei socer eius pater adolescentulæ: Ecce iam infirmata est dies in vesperam: maneto hic:& bonum fiet cor tuum:& diluculo surgetis cras ad viam vestram:& ibis ad tabernaculum tuum. Et non probauit vir manere:& surrexit:& abijt,& venit usque contra Iebus (hæc est Hierusalem) & cum eo par asinorum superstratorum:& concubina eius cum eo. Et δ uenerunt usque Iebus: & dies processerat ualde. Et dixit puer ad dominum suum: Veni nunc,& declinemus ad ciuitatẽ Iebusi hanc:& maneamus in ea. Et dixit ad eum dominus eius: Non declinabimus ad ciuitatem alienam, in qua non est de filiis Israel istic:& transibimus usque Gabaa. Et dixit puero suo: Veni,& appropinquemus uni locorum:& manebimus in Gabaa, vel in Rhama. Et præterierunt,& iuerunt:& occidit eis Sol iuxta Gabaa, quæ est in Beniamin. Et declinarunt illuc, ut intrarent ad manendum in Gabaa. Et intrarunt, & sederunt in platea ciuitatis: et non erat uir conducens eos in domum ad manendũ. Et ecce vir senex veniebat ab operibus suis ex agro ad vesperã:& uir erat de mõte Ephræm: et ipse incolebat in Gabaa: et viri loci, filii Beniamin. Et leuauit oculos suos, et uidit uirum iter facientem in platea ciuitatis. Et dixit uir senex: Quò uadis? Et unde uenis? Et dixit ad eum: Transimus nos à Bethleem Iuda usq. ad femora montis Ephræm. Inde ego sum: et iui usque Bethleem Iuda: et ad domum meã ego uado: et non est vir conducens me in domum: & quidem paleæ et pabula sunt asinis nostris; et panis, et uinum est mihi, et ancillæ, et adolescẽti, ε cum pueris tuis non est defectus ullius rei. Et dixit uir senex: Pax tibi: Tãtum omnis defectus tuus super me: tantum in platea non manebis. Et introduxit eum in domum suam: et locum fecit asinis: et ipsi lauerunt pedes suos: et comederunt, et biberunt. ς Ipsi autem bonum reddentes cor suum. Et ecce uiri ciuitatis filij iniquorum circuierũt domum, pulsantes ad ostium. Et dixerunt ad uirum dominum domus senem, dicentes: Produc uirum, qui intrauit in domũ tuam; ut cognoscamus eum. Et exiit ad eos uir dominus domus, et dixit: Non fratres, nõ malefaciatis nunc; postquam intrauit hic uir in domum meam: nõ faciatis imprudentiam hanc. Ecce filia mea uirgo, et concubina eius. Educam eas: et humiliate eas, et facite eis, quod bonum in oculis uestris: et uiro huic ne faciatis uerbum imprudentiæ huius. Et non probauerunt uiri audire eũ. Et apprehendit uir concubinam eius: et eduxit eam ad eos foras. Et cognouerũt eã, et illuserunt in ea totam noctem usq. mane, et dimiserũt eam, ut ascendit ipsum mane. Et uenit mulier diluculum uersus: et cecidit ad ostium domus; ubi erat ibi suus uir, quoadusque illuxit. Et surrexit uir eius mane: et aperuit ianuas domus, et exijt ad eundum uiã suã. Et ecce mulier eius concubina iacens apud ianuas domus: et manus eius super limẽ. Et dixit ad eam: Surge, et abeamus. Et

non

A non respondit; quoniam erat mortua: et tulit eam super asinum, et iuit ad locum suum. Et sumpsit gladium, et tenuit concubinam suam: et ^η partitus est eam in duodecim membra & misit ea in omnem terminum Israel. Et factum est omnis aspiciens dicebat: Non fuit, neque ^θ uisa est à die ascensionis filiorum Israel de terra Ægypti usque in diem hanc; sicut hæc. Ponite uobis ipsis consilium super eam, et loquimini.

α Et iuit ab eo.] *Non multo aliter vulgata. In aliis est,* καὶ ὠργίσθη αὐτῷ, *& S. Hieronymus in Michæam c.5* & irata est ei concubina sua. β Manserunt.] ηὐλίσθησαν. *Alii* ὕπνωσαν, dormierunt, pernoctarunt. γ Instrue.] στήρισον, *aut vt alii,* στηρίσθητι. *In quibusdam vero est,* καὶ διεπλάνα αὐτόν, & fallebat ac lactabat eum: *quod non longe abest ab hebræo.* δ Et venerunt vsque Iebus.] *Alii,* αὐτοὶ κατὰ Ἰεβοῦς, ipsi iuxta Iebus. ε Cum pueris tuis.] *Sic fere hebræus. In aliis est* τοῖς δούλοις σου, seruis tuis. ζ Ipsi autem.] αὐτῶν δὲ ἀγαθυνθέντων, τῇ καρδίᾳ αὐτῶν. Cum ipsi exhilarati essent corde suo. η Et partitus est eam in duodecim membra.] *In aliis,* καὶ ἐμέλισεν αὐτὴν κατὰ τὰ ὀστᾶ αὐτῆς εἰς δώδεκα μερίδας, & diuisit eam secundum ossa eius in duodecim partes. θ Neque visa est.] *Est hebraismus vsitatus etiam apud lxx. vt fœmininum pro neutro ponatur.*

CAP. XX.

C ET exierunt omnes filij Israel: et euocata est Synagoga, tanquam uir unus à Dan, et usque Bersabee, et terram Galaad ad Dominum in Massepha. Et steterunt ad faciem Domini omnes tribus Israel in Ecclesia populi Dei, quadringenta millia uirorum peditum trahentium gladium. Et audierunt filij Beniamin, quia ascenderant filii Israel in Massepha. Et uenientes dixerunt filii Israel: Loquimini, ubi facta est malignitas hæc? Et respondit uir Leuita, uir mulieris occisæ, & dixit: In Gabaa Beniamin veni ego, & concubina mea ad manendum. Et surrexerunt super me viri Gabaa: & circundederunt super me domum nocte: me voluerunt occidere: & concubinam meam ^α humiliauerunt: & mortua est. Et tenui concubinam meam, D & diuisi eam membratim: & emisi in omnem terminum hæreditatis filiorum Israel: quia fecerunt ^β feruorem, & ruinam in Israel. Ecce omnes vos filii Israel, date vobis verbum, & consilium illic. Et surrexit omnis populus, tanquam vir vnus, dicentes: Non abibimus vir ad tabernaculum suum: & non reuertemus vir in domum suam. Et nunc hoc est verbum, quod fiet ipsi Gabaa. Ascendemus super eam in sorte. Tantum sumemus decem viros è centum in omnibus tribubus Israel, et centum è mille, & mille è decem millibus ad accipienda cibaria, ad faciendum uenire eos in Gabaa Beniamin, ad faciendum ei secundum omnem ruinam, quam fecit E in Israel. Et congregatus est omnis uir Israel in ciuitatem, tanquam vir vnus. Et miserunt tribus Israel viros in omnem tribum Beniamin, dicentes: Quæ est malignitas hæc, quæ facta est in vobis? Et nunc date viros filios iniquorum, qui in Gabaa: & morti trademus eos, & expurgabimus malignitatem ab Israel. Et non probauerunt filii Beniamin audire vocem fratrum suorum filiorum Israel. Et congregati sunt filij Beniamin de ciuitatibus suis in Gabaa ad exeundum in bellum aduersus filios Israel. Et recensiti sunt filij Beniamin in die illa de ciuitatibus ^γ viginti tria millia

vir trahens gladium, præter habitantes Gabaa: qui recensiti sunt septingenti viri electi de omni populo ambidexteri. Omnis hi Funditores in lapidibus ad capillum, & non aberrantes. Et vir Israel recensiti sunt præter Beniamin quadringēta millia virorum trahentium gladium. Omnes hi viri belli. Et surrexerunt, & ascenderunt in Bæthel, & interrogauerunt in Deo. Et dixerūt filii Israel: Quis ascendet nobis in principio ad bellum aduersus filios Beniamin? Et dixit Dominus: Iudas in principio ascendet dux. Et surrexerunt filii Israel mane, & castrametati sunt super Gabaa: & exierunt omnis vir Israel ad bellum aduersus Beniamin: & congressi sunt eis super Gabaa. Et exierunt filii Beniamin de Gabaa, & corruperunt in Israel in die illa duo & viginti millia virorum super terram. Et confortauerunt se vir Israel, & adiecerunt conserere prælium in loco, vbi conseruerant in die prima. Et ascēderunt filii Israel: & plorauerunt coram Domino vsque ad vesperam: & interrogauerunt in Domino, dicentes: Si adiiciamus appropinquare in prælium aduersus filios Beniamin fratres nostros? Et dixit Dominus: Ascendite aduersus eos. Et accesserunt filii Israel aduersus filios Beniamin in die secūda. Et exierūt filii Beniamin in occursum eis de Gabaa in die secunda: & corruperūt de filiis Israel adhuc octo & decem millia virorum super terram. Omnes hi trahentes gladium. Et ascenderunt omnes filii Israel, & omnis populus: & venerunt in Bæthel: & plorauerunt, & sederunt ibi coram Domino: & ieiunarunt in die illa vsque ad vesperam: & obtulerunt holocaustoses, & consummatas in conspectu Domini: quoniam illic arca testamēti Domini Dei in diebus illis: & Phinees filius Eleazari filii Aaron assistens coram ea in diebus illis. Et interrogauerunt filii Israel in Domino, dicentes: Si adiiciamus vltra exire in prælium aduersus filios Beniamin fratres* nostros. Et dixit Dominus: Ascendite: cras dabo eos in manus vestras. Et posuerunt filii Israel insidias Gabaa in circuitu. Et ascenderunt filii Israel ad filios Beniamin in die tertia, & congressi sunt ad Gabaa, sicut semel, & semel. Et exierunt filii Beniamin in occursum populi: & euacuati sunt de ciuitate, & ceperunt percutere de populo cæsos, sicut semel, & semel, in viis, quæ est vna ascendens in Bæthel, & vna in Gabaa in agro, circiter triginta viros in Israel. Et dixerunt filii Beniamin: Cadunt coram nobis, vt antea. Et filii israel dixerunt: Fugiamus, & euacuemus eos de ciuitate in vias. Et fecerunt sic. Et omnis vir surrexit de loco suo: & congressi sunt in Baal Thamar. Et insidiæ Israel adueniebant de loco suo, à Maraagabe. Et venerunt ex aduerso Gabaa decem millia virorum electorum ex omni Israel. Et prælium erat graue. Et ipsi non nouerant, quia aduenit super ipsos malum. Et percussit Dominus Beniamin coram filiis Israel. Et corruperunt filii Israel de Beniamin in die illa uiginti & quinque millia, & centum viros. Omnes hi trahebant gladium. Et viderunt filij Beniamin, quia percussi sunt. Et dedit uir Israel ipsi Beniamin locum; quoniam sperauerūt ad insidias, quas posuerant super Gabaa. Et dum ipsi secederent; & insidiæ mouerunt se. Et extenderūt super Gabaa, & effuderunt se insidiæ, et percusserunt ciuitatem in ore gladii. Et signū erat filiis Israel cū insidiis* pugnæ, vt extollerēt significationē fumi à ciuitate. Et viderunt filii Israel, quia præoccupauerant insidiæ Gabaa: & steterunt in prælio. Et Beniamin cœpit percutere vulneratos in viris Israel circiter triginta uiros: quoniam dixerunt: Rursus casu cadunt coram nobis; sicut prælium primū.

Et

Et significatio ascendit in plus super ciuitatem, tanquam columna fumi. Et respexit Beniamin post se: & ecce ascendit consummatio ciuitatis vsque ad cælum. Et vir Israel reuertit. Et festinauerunt viri Beniamin; quoniam viderunt, quia occurrit super eos malum: & respexerunt coram filijs Israel ad viam deserti. Et fugerunt: & acies aduenit super eos: & de ciuitatibus corruperũt eos in medio sui. Et conciderunt Beniamin: & persequuti sunt eum à λ Nua iuxta pedem eius vsque contra Gabaa ad ortum Solis. Et ceciderunt è Beniamin octo & decẽ millia virorum. Omnes isti viri virtutis. Et respexerunt reliqui: & fugerunt in desertum ad petram ipsius Rhemmon. Et racemarunt ex eis filii Israel quinquies mille viros. Et descenderunt post eos filij Israel vsque Gedan: & percusserunt ex eis bis mille viros. Et fuerunt omnes, qui ceciderunt de Beniamin, viginti quinque millia virorum trahentium gladium in die illa. Omnes hi viri virtutis. Et respexerunt reliqui: & fugerunt in desertum ad petram Rhemmon sexcẽti viri: & sederunt in petra Rhemmon quatuor menses. Et filij Israel reuerterunt ad filios Beniamin: & percusserunt eos in ore gladii à ciuitate μ Methla, & vsque ad pecus, et usque ad omne inuentum in omnibus ciuitatibus: & ciuitates inuentas incenderunt in igni.

α Humiliauerunt.] *In alijs* ἐταπείνωσαν, καὶ ἐνέπαιξαν αὐτῇ, humiliauerunt, & illuserunt in eam: *quæ duæ videntur eiusdem dictionis hebraicæ interpretationes.* β Feruorem, & ruinam] ζέμα, καὶ ἀπόπτωμα. *Et videntur significare inusitatum quendam excessum libidinis, & furoris. In hebræo etiam sunt duæ dictiones significantes scelus, & fœditatem. In aliis autem græcis codicibus tantum est,* ἐποίησαν ἀφροσύνην, fecerunt imprudentiam, *aut* impudentiam. γ Viginti tria millia] *In alijs,* εἴκοσι καὶ πέντε viginti, & quinque. & *sic vulgata, sed in hebræo* viginti & sex. δ Vir trahens gladium] *Ita fere hebræus. In aliis est* ἀνδρῶν σπωμένων ῥομφαίαν, virorum educentium gladiũ. ε Si adijciamus.] *In alijs est in numero singulari,* εἰ προσθῶ, & ἀδελφοῦ μου, *& multæ aliæ vocum varietates, quas omnes non est visum necessariũ indicare.* ζ Holocaustoses, & consummatas, ὁλοκαυτώσεις καὶ τελείας. *Ita etiam cap. sequenti. Alij* ὁλοκαύτωμα σωτηρίου, holocaustoma salutaris. *Vulgata.* holocausta, atq. pacificas victimas. η *Fratres nostros.*] *Alii* τοῦ ἀδελφοῦ μου ἢ κοπάσω: fratris mei. an quiescam? θ Euacuemus.] ἐκκενώσωμεν. *Alii* ἐκσπάσωμεν auellamus, extrahamus. ι Maraagabe.] *sunt duæ dictiones hebrææ coagmentatæ, quæ significant* à gramineto Gabaa, *aut* ab occidente Gabaa (*quod respondet vuulgatæ*) aut a planicie. *Et in multis grecis libris est,* ἀπὸ δυσμῶν τῆς γαβαά, *quod & a planicie, & ab occidẽte potest significare.* κ Pugnæ] τῆς μάχης. *Videtur rectius, quàm quod in aliis* μάχαιρα. *Non enim signum constitutum erat gladius, sed fumus.* λ A Nua.] *Abest hæc dictio à Compl. est tamen in hebræo: & significat aut certum locum, aut requietem: quare in vulgata est,* nec erat vlla requies morientium. μ Methla.] *In alijs* ἑξῆς, consequenter. *Sed in nostra est vestigium dictionis hebraicæ, quæ significat perfectionẽ: & à multis accipitur de virili ætate. Quare vulgata,* à viris vsque ad iumenta.

CAP. XXI.

ET filii Israel iurauerunt in Massepha dicentes: Vir è nobis nõ dabit filiam suam ipsi Beniamin in vxorem. Et venit populus in Bæthel, & sederunt ibi vsque ad vesperam coram Deo. Et eleuauerunt vocem suam, & plorauerunt plorationem magnam: & dixerunt: Ad quid Domine Dee Israel α facta est hæc; vt β requireretur hodie de Israel tribus vna? Et factum est crastina; & diluculo surrexit populus, & ædificauerũt ibi altare, & obtulerunt holocaustoses & consummatas. Et dixerunt filii Israel: γ Quis non ascendit in Ecclesiã de omnibus tribubus Israel ad Dominum? Quoniam iuramentum magnum erat ijs, qui non ascendissent ad Dominum in Massepha, dicentes: Morte mortificetur. Et pænituit filios Israel erga Beniamin fratrem suum: & dixerunt: Excisa est hodie tribus vna de Israel. Quid faciemus δ superstitibus ijs, qui

residui sunt,ad vxores? Et nos iurauimus in Domino non dare eis de filiabus nostris in vxores. Et dixerunt: ε Quis vnus de tribubus Israel,qui non ascendit ad Dominum in Massepha? Et ecce non venerat vir in castra de Iabis Galaad ad Ecclesiam. Et recognitus est populus: & non fuit ibi vir de habitantibus Iabis Galaad. Et misit illuc Synagoga duodecim millia virorum de filijs virtutis. Et mandauerunt eis,dicentes: Ite,& percutite habitantes Iabis Galaad in ore ζ gladij:& hoc facietis: Omne masculinum,& omnem mulierem, quæ nouit cubile masculi,anathemabitis: virgines autē conseruabitis. Et fecerunt sic. Et inuenerunt de habitantibus Iabis Galaad quadringentas adolescentulas virgines: quæ non nouerant virum in cubili masculi. Et attulerunt eas in castra in Sylo,quæ in terra Chanaan. Et misit vniuersa Synagoga:& locuti sunt ad filios Beniamin in petra Rhemmon: & vocauerunt eos in pace. Et reuertit Beniamin ad filios Israel in tempore illo. Et dederunt eis filijs Israel mulieres, quas viuificauerant de filiabus Iabis Galaad. Et placuit eis sic. Et pænituit populum super Beniamin: quoniam fecerat Dominus scissuram in tribubus Israel. Et dixerunt seniores Synagogæ: Quid faciemus residuis in vxoribus? quoniam deleta est de Beniamin mulier? Et dixerunt: η Hæreditas superstitum de Beniamin: & non delebitur tribus de Israel: quoniam nos non poterimus dare eis vxores de filiabus nostris: quoniam iurauimus in filiis Israel, dicentes: Maledictus qui dederit vxorem ipsi Beniamin. Et dixerunt: Ecce nunc solemnitas Domini in Selo ex diebus in dies, quæ est ab Aquilone ipsius Bæthel, ab ortu Solis super viam ascendentem à Bæthel in Sychem,& ab θ austro ipsius Lebona. Et mandauerunt filiis Beniamin, dicentes: Ite,& insidiamini in vineis:& aspicietis:& ecce, si exierint filiæ habitantium Selo ducere choræas in choris;& exitote è vineis,& rapite vobis ipsis, vir mulierem de filiabus Selo:& ite in terram Beniamin. Et erit, quando venerint patres earum, vel fratres earum cōtendere in iudicio ad nos; & dicemus eis: ι Misericordiam facite nobis eas: quoniam nō cepimus vir vxorem suam in bello: quia non vos dedistis eis; κ sicut sors, deliquistis. Et fecerūt sic filii Beniamin:& ceperunt mulieres ad numerum suū de choræas agentibus, quas rapuerunt. Et iuerunt,& reuerterunt ad hæreditatem suam: & ædificauerunt ciuitates,& sederunt in eis. Et obambulauerunt inde filii Israel in tempore illo, vir ad tribum suam,& ad cognationem suam:& exierunt inde vir ad hæreditatem suam. In diebus autem illis non erat rex in Israel: vir, quod rectum coram se, faciebat.

α Facta est hæc.] *Est hebraismus,vt alibi dictum est. Compl.* ἐγενήθη τοῦτο, factum est hoc. β Requireretur.] *Hoc visum significare hoc loco illud* τοῦ ἐπισκεπῆναι, *quasi in recognitione,& numeratione deesse.* γ Quis non ascendit.] τίς οὐκ ἀνέβη. *In alijs* τίς ὁ μὴ ἀναβὰς, Quis est, qui non ascendit. δ Superstitibus, ijs, qui residui sunt.] τοῖς περιοῦσι, τοῖς ὑπολειφθεῖσι. *Videntur duæ interpretationes. Nam illud* τοῖς περιοῦσι *abest a cæteris. Quod autem sequitur* εἰς γυναῖκας, *valet*, ad hoc, vt possint habere vxores. ε Quis vnus.] *Longe propius ad hebræum quam, quod est in aliis.* τίς μία τῶν φυλῶν, quæ vna tribuum. ζ Gladij.] *In alijs additur:* καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὸν λαὸν, & mulieres, & populum. η Et dixerunt, hæreditas superstitum.] *Aptissime ad hebræum: idest* hæreditas sit eorum, qui euaserunt. *Alii*, καὶ πῶς ἔσται κληρονομία διασωζομένη, & quomodo erit hæreditas incolumis. *Compl.* καὶ εἶπον, κληρονομία διασωζομένη, & dixit, hæreditas incolumis. θ Austro.] *In Compl. additur* τοῦ λιβανου, *quod neque vulgatæ, neque hebræo respondet* ι Misericordiam facite nobis eas: quoniam non cepimus.] *Sic fere hebræus.* Alii ἐλεήσατε αὐτούς, ὅτι οὐκ ἔλαβεν, miseremini eorum: quoniam non cepit. κ Sicut sors, deliquistis.] ὡς κλῆρος, ἐπλημμελήσατε. *Vulgata*, à vestra parte peccatum est, *Alii* ὅτι οὐκ ἐπλημμελήσατε, quoniam non deliquistis; *idest, quoniam timuistis, ne contra iusiurandi religionem delinqueretis. Compl.* κατὰ τὸν καιρὸν ὃν ἐπλημμελήσατε, secundum tempus, quo deliquistis, *non longe ab hebræo. Et alibi autem notatum est, quod in alijs exemplaribus est* καιρὸς, *in vaticano esse* κλῆρος.

RVTH.

A

RVTH.

CAP. I.

ET factum est, cum iudices iudicarent; & facta est fames in terra. Et iuit vir de Bethleem Iuda ad incolendum in agro Moab, ipse, & uxor eius, & duo filii eius. Et nomen uiro Eli B melech: & nomen uxori eius Noemin: & nomen duobus filiis eius Maalon, & Chelæon: Ephrathæi de Bethleem Iuda. Et uenerunt in agrum Moab: & fuerunt ibi. Et mortuus est Elimelech uir ipsius Noemin: & remansit ipsa, & duo filii eius. Et sumpserunt sibi uxores Moabitidas: nomen uni Orpha: & nomen secundæ Ruth. Et habitauerunt ibi circiter decem annos. Et mortui quidem sunt utrique, Maalon, & Chelæon: & relicta est mulier à uiro suo, & à duobus filiis suis. Et surrexit ipsa, & duæ nurus eius: & reuerterũt ex agro Moab: quoniam au C diuit in agro Moab, quia uisitauit Dominus populum suum, dando eis panes. Et exiit è loco, ubi fuerat ibi: & duæ nurus eius cum eo. Et ibant in uia ad reuertendum in terram Iuda. Et dixit Noemin duabus nuribus suis: Ite nunc, reuertimi unaquæque in domum matris suæ. Faciat Dominus uobiscum misericordiam; sicut fecistis cum mortuis, & mecum. Det Dominus uobis: & inueniatis requiem unaquæque in domo uiri sui. Et osculata est eas. Et eleuauerunt uocẽ suam, & plorauerunt, & dixerunt ei: Tecum reuertimur ad populum tuum. Et dixit Noemin: Reuertimini nunc filiæ meæ. Et vt quid itis mecum? Nunquid vltra mihi filii in vtero meo; & erunt vobis in viros? Reuertimini nunc filiæ D meæ: quoniam senui, vt non sim viro: quia dixi, * quia est mihi substantia, vt ego fiam viro, & pariam liberos: nunquid ipsos expectabitis, donec adoleuerint? aut ipsis detinebimini; vt non sitis viro? Nequaquam nunc filiæ meæ: nam amaritudo est mihi super vos: quoniam exiit in me manus Domini. Et eleuauerunt vocem suam, & plorauerunt adhuc. Et osculata est Orpha socrum suam: & reuertit ad populum suum. Ruth autem sequuta est eam. Et dixit Noemin ad Ruth: Ecce rediit cognata tua ad populũ suum, & ad Deos suos. Reuertere nunc & tu post cognatam tuam. Dixit autem Ruth: Ne * occurrat mihi, vt derelinquã te, aut auertar à post te: quoniã quocũque tu ieris; ibo: & vbicumque manse- E ris; manebo. Populus tuus, populus meus: Et Deus tuus, Deus meus. Et vbicunque morieris; moriar, & ibi sepeliar. Hæc vero faciat mihi Dominus, & hæc adiiciat: quia mors diuidet inter me, & te. Videns autem Noemin, quia illa perdurat ad eundum secum; cessauit loqui ad eã vltra. Iuerũt autem ambæ; quoadusque ipsæ aduenirent in Bethleem. Et factum est, dum ipsæ venirent in Bethleẽ & sonuit vniuersa ciuitas super eas: & dixerunt: Si hæc est Noemin? Et dixit ad eas: Nequaquã nunc vocate me Noemin: vocate me amarã: quoniã inamaruit in me omnipotens valde. Ego plena iui: & inanem reduxit me Dominus. Et vt quid

quid vocatis me Noemin? & Dominus humiliauit me, & omnipotẽs afflixit me? Et rediit Noemin, & Ruth Moabites nurus eius, redeuntes ex agro Moab. Hæ vero aduenerunt in Bæthleem in principio messis ordeorum.

α Quia est mihi substantia.] *Nomen* ὑποστάσεως *sumi interdum pro spe alibi notabitur. Sunt autem hæc dicta quasi per quandam doloris plenam ironiam: vult enim significare nullam superesse spem. Apud* Theodoretũ *legitur:* οὐκ ἔτι μοι ὑπόστασις, non vltra mihi spes. β Ne occurrat mihi.] *Vulgata,* ne aduerseris mihi *Theodoretus* μή μοι γένοιτο. Absit a me.

CAP. II.

ET ipsi Noemin erat vir notus viro eius: Vir autem potens fortitudine ex cognatione Elimelech: & nomẽ ei Booz. Et dixit Ruth Moabites ad Noemin: Vadam nunc in agrum: & colligam in spicis à tergo, cuiuscunque inuenero gratiam in oculis eius. Dixit autem ei: Vade filia. Et iuit: & veniens collegit in agro à tergo metentium. Et euenit euentu ad partem agri Booz, qui ex cognatione Elimelech. Et ecce Booz venit de Bethleem: & dixit messoribus: Dominus vobiscum. Et dixerunt ei: Benedicat te Dominus. Et dixit Booz puero suo, qui assistebat super messores. Cuius est adolescentula hæc? Et respondit puer assistẽs super messores, & dixit: Puella Moabites est, quæ reuertit cũ Noemin ex agro Moab: & dixit: colligã nũc, & cõgregabo in manipulis post messores: & venit, & stetit à mane, & vsque ad vesperam non cessauit in agro pusillũ. Et dixit Booz ad Ruth: Nõne audisti filia? Ne iueris colligere in agro altero: & tu ne eas hinc: hic adhære cum puellis meis. Oculi tui ad agrũ, quemcunq. messuerint: & ibis post eas. Ecce mandaui pueris, ne tangant te. Et quando sities; & ibis ad uasa, et bibes vndecunque hauserint pueri. Et cecidit super faciem suam & adorauit super terram, & dixit ad eum: Quid, quod inueni gratiam in oculis tuis, vt agnosceres me, & ego sum peregrina? Et respondit Booz, & dixit ei: Renunciatione renunciata sunt mihi, quæcumque fecisti cum socru tua, postquam mortuus est vir tuus: & quomodo reliquisti patrem tuum, & matrem tuam, & terram generationis tuæ: & iuisti ad populum, quem nõ noueras heri, & nudiustertius. α Rependat Dominus operationem tuam. Fiat merces tua plena à Domino Deo Israel: ad quem venisti ad confidendum sub alis eius. Illa vero dixit: Inueniam gratiam in oculis tuis Domine: quia consolatus es me: & quia locutus es ad cor seruæ tuæ. Et ecce β ego ero tanquam vna ancillarum tuarum. Et dixit ei Booz. Iam hora comedendi. Accede huc, & comedes panes, & tinges buccellam tuam in aceto. Et sedit Ruth à latere messorum: & porrexit ei Booz polentam: & comedit, & saturata est, & γ reliquit: & surrexit ad colligendũ. Et mandauit Booz pueris suis, dicens: Et quidem inter manipulos colligat: & ne confundatis eã: & δ portãtes portate ei & quidẽ proijcientes proiicite ei ex congestis: & comedet, & colliget: & non increpabitis eam. Et collegit in agro vsq. ad vesperam: & virga excussit, quæ collegerat: & fuit circiter Oephi ordeorum. Et tulit, & intrauit in ciuitatem. Et vidit socrus eius, quæ collegerat: & proferens Ruth dedit ei, quæ reliquerat ex iis, quibus saturata fuerat. Et dixit ei socrus eius: Vbi collegisti hodie, & vbi fecisti? Sit, qui agnouit te, benedictus. Et nunciauit Ruth socrui suæ, vbi fecisset; & dixit: Nomen viri, cum quo feci hodie, Booz Dixit autem Noemin nurui suæ: Benedictus est Domino: quoniam

non

A nō dereliquit miſericordiam ſuam cum viuentibus,& cum mortuis. Et dixit ei Noemin: Propinquus eſt nobis vir: de redemptoribus eſt nobis. Et dixit Ruth ad ſocrum ſuam: Et quidem, quia dixit ad me: cum puellis meis adhære, quoadusque conſummauerint totā meſſem, quæ eſt mihi. Et dixit Noemin ad Ruth nurum ſuam: Bonum filia, quia exiſti cum puellis eius: & non occurrent tibi in agro alio. Et adhæſit Ruth puellis Booz colligendo; quoaduſque conſummaretur meſſis ordeorum, & ε triticorum.

α Rependat.] *Sic etiam hebræus. Theodoretus autem,* ἀποτίσαι σοι rependat tibi. β Ego ero.] *Compl.* ἐγὼ οὐκ ἔσομαι. ego non ero. *Vulgata,* quæ non ſum ſimilis vnius puellarum tuarum. γ Reliquit.] κατέλιπε. *Valet autem,* fecit ſupereſſe reliquias; *quemadmodū etiam paulo poſt* dedit ei, quæ reliquerat, *ideſt* dedit ei B reliquias, quas ſeruarat. δ Et portantes portate ei.] *Hæc abſunt a Compl. vt etiam a vulgata.* ε Et triticorum.] *Compl.* καὶ τὸν θερισμὸν τῶν πυρῶν, & meſſem triticorum.

C A P. III.

ET ſedit cum ſocru ſua. Dixit autem ei Noemin ſocrus eius: Filia nōne quæram tibi requiem: vt bene ſit tibi? Et nunc nonne Booz notus noſter, cuius fuiſti cum puellis eius? Ecce ipſe ventilat aream ordeorum hac nocte. Tu autem lauaberis, & vngeris, & circumpones veſtimentum tuum ſuper te, & C aſcendes ad aream. Ne innoteſcas viro, quoaduſque ipſe conſummauerit edere & bibere. Et erit, cum ipſe dormierit; & noſces locū, vbi dormit illic: & venies, & diſcooperies, quæ ad pedes eius, & dormies: & ipſe indicabit tibi, quæ facies. Dixit autem Ruth ad eam: Omnia, quæcunque dixeris, faciam. Et deſcendit ad aream, & fecit iuxta omnia, quæcunque mandauit ei ſocrus eius. Et comedit Booz, et bibit, & bonū factum eſt cor eius: et venit ad dormiēdum in parte aceruí. Illa autem venit in occulto, et diſcooperuit, quæ ad pedes α eius. Factum eſt autem in media nocte; et expauit vir, et turbatus eſt: et ecce mulier dormit ad pedes eius. Dixit autem: Quis es tu? At illa dixit: Ego ſum Ruth ſerua tua: et circumpones alas tuas ſuper ſeruam tuam; quoniā redemptor es tu. Et dixit Booz: D Benedicta tu Domino Deo filia: quoniam bonam feciſti miſericordiam tuam poſtremam ſuper primam, non eundo poſt iuuenes, ſiue inops, ſiue diues. Et nunc filia ne timeas. Omnia, quæcunque dixeris, faciam tibi. Nouit enim vniuerſa tribus populi mei, quia mulier uirtutis tu es. Et nunc uere redēptor ego ſum. Et quidem eſt redemptor propinquus ſuper me. Maneto nocte: & erit mane: Si redemerit te; bonum: redimat. Si autem noluerit redimere te; redimam te ego. Viuit Dominus. Dormi vſque mane. Et dormiuit ad pedes eius vſque mane. Illa vero ſurrexit; antequam agnoſceret vir proximum ſuum. Et dixit Booz: Ne innoteſcat, quia uenit mulier ad areā. Et dixit ei: Da palliū, quod E ſuper te. Et tenuit illud, & menſus eſt ſex ordeorū: & impoſuit ſuper eam: & intrauit in ciuitatem. Et Ruth intrauit ad ſocrum ſuam. At illa dixit ei: Filia. Et dixit ei omnia, quæcumque fecerat ei vir. Et dixit ei: Sex ordeorum hæc dedit mihi; quoniam dixit ad me: ne intres vacua ad ſocrum tuam. At illa dixit: Sede filia; quoaduſque tu cognoſcas, quomodo non cadet verbum. Non enim quieſcet vir; quoaduſque conſummauerit uerbum hodie.

α Pedes eius.] *In alijs additur,* καὶ ἐκοιμήθη, *aut, vt in Compl.* καὶ ἐκάθευδεν, & dormiuit.

C A P.

CAP. IV.

ET Booz aſcendit ad portam,& ſedit ibi: & ecce redemptor prætergrediebatur, quem [a] locutus eſt Booz. Et dixit ad eum Booz: Declinans ſede hic abſcōdite. Et declinauit, & ſedit. Et ſumpſit Booz decem viros de ſenioribus ciuitatis,& dixit: Sedete hic. Et ſederunt. Et dixit Booz redemptori: Partem agri, quæ eſt fratris noſtri Elimelech, [β] quæ data eſt ipſi Noemin reuerſæ ex agro Moab:& ego dixi: diſcooperiam aurem tuam, dicens: acquire coram ſedentibus,& coram ſenioribus populi mei. Si redimis; redime: ſi autem nō redimis; annuncia mihi,& cognoſcam: quia non eſt præter te ad redimendum: & ego ſum poſt te. At ille dixit: Ego ſum: redimam. Et dixit Booz: In die acquirendi te agrū de manu Noemin, & à Ruth Moabitide vxore defuncti, & ipſam te acquirere oportet; vt ſuſcites nomen mortui ſuper hæreditatem eius. Et dixit redemptor: Non potero redimere mihi; ne forte corrumpam hæreditatem meam. Redime tibi redemptionem meam: quoniam non potero redimere. Et hæc iuſtificatio erat antea in Iſrael ſuper redemptione, & ſuper permutatione ad firmādum omne uerbum:& ſoluebat vir calceamentum ſuum:& dabat proximo ſuo redimenti redemptionem ſuam. Et hoc erat teſtimonium in Iſrael. Et dixit redemptor ad Booz: Acquire tibi redemptionem meam. Et ſoluit calceamentum ſuum,& dedit ei. Et dixit Booz ſenioribus,& vniuerſo populo: Teſtes vos hodie, quia acquiſiui omnia, quæ ipſius Elimelech,& omnia, quæcunque ſunt ipſi Chelæon,& ipſi Maalon, de manu Noemin. Et etiam Ruth Moabitidem vxorem Maalon acquiſiui mihi in vxorem, ad ſuſcitandum nomen mortui ſuper hæreditatem eius,& non exterminabitur nomen mortui de fratribus ſuis,& de tribu populi ſui. Teſtes vos hodie. Et dixerunt vniuerſus populus, qui in porta: Teſtes. Et ſeniores dixerunt: Det Dominus uxorem tuam intrantem in domum tuam, ſicut Rhachel,& ſicut Liam: quæ ædificauerunt vtræque domum Iſrael: & [γ] fecerunt virtutem in Ephratha: & erit nomen in Bethleem. [δ] Et fiat domus tua, ſicut domus Phares, quem peperit Thamar ipſi Iuda ex ſemine, [ε] quod dabit Dominus tibi ex ancilla hac. Et accepit Booz Ruth:& facta eſt ei in vxorē: & intrauit ad eam. Et dedit ei Dominus conceptionem:& peperit filium. Et dixerunt mulieres ad Noemin: Benedictus Dominus, qui non fecit deeſſe tibi hodie redemptorem:& vocet nomen tuum in Iſrael. Et erit tibi in reuocantem animam,& ad nutriendum caniciem tuam: quoniam nurus, quæ dilexit te, peperit eum: quæ eſt bona tibi ſuper ſeptē filias. Et ſumpſit Noemin puerum,& poſuit in ſinu ſuo:& facta eſt ei in nutricē. Et vocauerunt eius vicinæ nomen eius Obed. Hic pater Ieſſe patris Dauid. Et hæ generationes Phares. Phares genuit Eſrom. Eſrom genuit Aram. Et Aram genuit Aminadab. Et Aminadab genuit Naaſſon. Et Naaſſon genuit Salmon. Et Salmon genuit Booz. Et Booz genuit Obed. Et Obed genuit Ieſſe. Et Ieſſe genuit Dauid.

[α] Locutus eſt.] *Compl.* εἶπεν, dixerat. [β] Quæ data eſt ipſi Noemon reuerſæ.] *Videtur eſſe formula certa verborum, qua vtebantur redemptores, id eſt, qui ob propinquitatem ius habebant vendicandi, & acquirēdi ſibi aliquid. In aliis eſt* ὃ ἀπέδοτο (*Compl.* ὃν ἀπέδοτο) νωεμμὶν ἡ ἐπιστρέψασα, cui (*Compl.* quē) vendidit Noemin, quæ reuerſa eſt. *Et reſpondet hebræo, ſi abſit illud* cui, & quem: *vt cohæreat hoc modo cum antecedentibus* partē agri vendidit Noemin. [γ] Et fecerūt.] *Compl. & Theodoretus,* καὶ ποιῆσαι, & faciat. [δ] Bethleē.] *Apud Theodoretum ſequitur* παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀοίδιμον, apud omnes homines celebre: *quę tamen abſunt ab hebræo.* [ε] Quod dabit.] *Ita etiam hebræus. Compl. autem & Theodoretus,* ἐκ τοῦ σπέρματός σου δῴη, ex ſemine tuo det.

A

REGNORVM LIB. I.

CAP. I.

B

HOMO[α] fuit de Armathæm Sipha, de mõte Ephræm: & nomen ei Elcana filius Ieremeel filij Eliu filij Thoce[β] in Nasib Ephræm. Et huic duæ vxores: nomen vni Anna: & nomẽ secundæ Phennana. Et erant Phennanæ filij: & Annæ non erat filius. Et ascendebat homo ex diebus in dies de ciuitate sua de Armathæm adorare, & sacrificare Domino Deo Sabaoth in Selom. Et ibi Heli, & duo filii eius Ophni, & Phinees sacerdotes Domini. Et facta est dies, & sacrificauit Elcana: & dedit Phennanæ vxori suæ, & filijs[γ] eius partes: & Annæ dedit partem[δ] vnam; quia non erat ei filius: veruntamen Annam diligebat Elcana super hanc. Et Dominus concluserat, quæ circa vuluam eius:[ε] quia non dederat ei Dominus filiũ,

C

secundum tribulationem eius, & secundum tristitiam tribulationis eius. Et tristabatur propter hoc; quoniam concluserat Dominus, quæ circa vuluam eius, non dando ei filium. Sic faciebat annum per annum in ascendendo ipsam in domum Domini: & tristabatur, & plorabat, & non comedebat. Et dixit ei Elcana vir eius: Anna. Et[ζ] dixit ei: Ecce ego domine. Et dixit ad eam: Quid est tibi, quia ploras? & vt quid non comedis? et vt quid verberat te cor tuum? nonne bonus ego tibi super decem filios? Et surrexit Anna, postquam ipsi comederant in Selom: &[η] stetit coram Domino. Et Heli[θ] sacerdos super sellam super limina tẽpli Domini. Et ipsa mæsta animo, & orauit ad Dominum, & plorans plorauit:

D

& vouit votum Domino, dicens.[ι] Adonai, Domine Eloe Sabaoth, si respiciẽs respexeris super humiliationem seruæ tuæ, & recordatus fueris[κ] mei, & dederis seruæ tuæ semen[λ] virorum; & dabo eum coram te datum vsque ad diem mortis eius:[μ] & vinum, & inebriamentum non bibet: & ferrum non ascendet super caput eius. Et factum est, quando multiplicabat orans coram Domino; & Heli sacerdos obseruabat os eius. Et ipsa loquebatur in corde suo; & labia eius mouebantur, & vox eius non audiebatur. Et reputauit eam Heli in ebriam. Et dixit ei[ν] puer Heli: Quousque eris ebria? Aufer vinum[ξ] tuum, & vade à facie Domini. Et respondit Anna, & dixit: Nequaquam Domine. Mulier[ο] dura dies ego

E

sum: & vinum, & inebriamentum non bibi: & effundo animã meam coram Domino. Ne dederis seruam[π] tuam in[ρ] filiam pestilentem quoniã; ex multitudine meditationis[σ] meæ[τ] extendi vsque nunc. Et respondit Heli; & dixit ei: Vade in pace. Deus Israel det tibi omnem petitionem tuam, quã petiisti ab eo. Et dixit;[υ] Inuenit serua tua gratiam in oculis tuis. Et iuit mulier in viam suam: & intrauit in diuersoriũ suum, & comedit cũ uiro suo, & bibit, & facies eius nõ concidit vltra. Et surgunt mane, & adorant Dominum, & vadunt viam suam. Et intrauit Elcana in domum suam Armathæm, & cognouit Annam vxorem suam: &

recordatus est eius Dominus: & concepit. Et factum est tempore dierum, & peperit filium: & vocauit nomen eius Samuel, & dixit: Quoniam à Domino φ Deo Sabaoth petij eum. Et ascendit homo Elcana, & vniuersa domus eius sacrificare in Selom sacrificium dierum, & vota sua, & omnes decimas terræ suæ. Et Anna nō ascendit cū eo: quoniam dixit viro χ suo: donec ascendat puer. Si ablactauero eum; & apparebit faciei Domini, & sedebit vsque in seculum ibi. Et dixit ei Elcana vir eius: Fac, quod bonū in oculis tuis: sede, quoadusque ablactaueris eum: sed firmet Dominus, ψ quod exiit ex ore tuo. Et sedit mulier, & lactauit filium suum, donec ablactasset eum. Et ascendit cum eo in Selom in vitulo ω trienni, & panibus, & Oephi similaginis, & Nebel vini. Et intrauit in domum Domini in Selom: & puer cum eis. Et αα adduxerunt coram Domino: & mactauit pater eius sacrificium, quod faciebat à diebus in dies Domino. Et adduxit Anna mater pueri ad Heli, & dixit: In me Domine viuit anima tua. Ego illa mulier, quæ steti coram te ββ tecum: cum orarem ad Dominum: pro puero hoc oraui; & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam petij ab eo. Et ego commodo eū Domino omnes dies, quos ipse viuit, cōmodationē Domino. γγ Et dixit.

α Homo fuit.] *In alijs est*, καὶ ἐγένετο ἄνθρωπος εἷς & fuit homo vnus. *Int. Origenis habet duas lectiones*, erat vir vnus, *&*, erat vir quidam: *ac priorem consentientibus etiā hebræis magis probat.* β In Nasib Ephræm.] *In alijs*, ἐν νασίβ. *Compl.* υἱοῦ σωφ ἐξ ὄρους ἐφραίμ, filij *Soph* de monte Ephraim, *quod in vulgata*, filij Suph Ephratæus. *Multæ autem semper in his proprijs nominibus varietates: quæ omnes indicari nullo modo possunt.* γ Et filijs eius.] *In alijs additur*, καὶ ταῖς θυγατράσιν αὐτῆς, & filiabus eius. δ Vnam.] *In Compl. additur* κατὰ πρόσωπον, *quod in vulgata est* tristis: *quasi diceret*, demissa facie. *Dictionem tamen hebræam* facierum *alij interpretantur electam, & honoratam. Quæ autem sequuntur*, quia non erat ei filius, *sunt etiam in* Compl. *sed absunt à vulgata, & hebræo.* ε Quia non dederat ei Dominus filium, secundum tribulationem eius, & secundū tristitiam tribulationis eius: & tristabatur propter hoc.] *Int. Orig. in hom. vnica ex hoc loco hæc tantum refert.* Tum deinde refert scriptura, quia contristata est Anna; quod cum acceperit Fenenna plurimas portiones cum filijs; ipsa vnam solam acceperit partem; & quia hoc dolore percussa templum Domini ingressa defleuerit, *&c. In Compl. autem hoc loco ista leguntur*, καὶ παρώργησεν αὐτὴν ἡ ἀντίζηλος αὐτῆς καί γε παροργισμῷ διὰ τὸ ἐξουθενεῖν αὐτήν, & irritabat eam æmula eius etiam irritatione, eo quod sperneret eam: *quæ in collatis vetustis codicibus non sunt inuenta: sed respondent hebræo, & eodem fere modo leguntur apud S. Ioannem Chry. in hom. de fide Annæ*, καὶ παρώργισεν αὐτὴν ἡ ἀντίζηλος αὐτῆς παροργισμῷ ἐξουθενοῦσα αὐτήν, *& similia quædam videntur indicari à Theodoreto in cāticum ad ea verba*, dilatatū est os meum super inimicos meos. *itemque à Diodoro Tharsensi.* ζ Et dixit ei: Ecce ego domine. Et dixit ad eam.] *Hæc absunt à Compl. vt a vulgata.* η Et stetit coram Domino.] *Pro his in Compl. est*, καὶ μετὰ τὸ πιεῖν, & postquam biberant. θ Sacerdos.] *In aliis additur* ἐκάθητο sedebat ι Adonai Domine Eloe Sabaoth.] *Ita etiam in aliis, nisi quod habent* ἐλωί. *Sed Compl. habet tantum* κύριε σαβαώθ, *& vulgata*, Domine exercituum. κ Mei.] *In Compl. additur*, καὶ μὴ ἐπιλάθῃ τῆς δούλης σου, *quod vulgata*, nec oblitus ancillæ tuæ. λ Virorum] *Sic hebræus. Alij* ἀνδρὸς viri. μ Et vinum, & inebriamentum non bibet.] *Hæc videntur agnosci etiam a Theodoreto q. 5. Absunt tamen a Compl. vt a vulgata.* ν Puer] *Dictio*, τὸ παιδάριον *in vno vetusto codice, & in Compl. non est, quemadmodum neque in vulgata: habetur tamen in ceteris vetustis, & apud* Philonem *de ebrietate, & apud S. Chrisost. in homilia de fide Annæ, & hom. 15. in acta Apost.* ξ Tuum] *In Compl.* ἐπὶ σοί. *a te.* ο Dura dies.] *Ita & alius liber vetus, & Philo ibidē. In aliis libris, & apud S. Chrysost. est* ἐν σκληρᾷ ἡμέρᾳ. in dura die. π Tuam.] *Compl. addit* εἰς πρόσωπον, in faciem: *neque abhorret ab hebræo.* ρ In filiam pestilentem.] *Theodotio* ὡς μίαν τῶν ἀπαιδεύτων: tanquam vnam indisciplinatarum. σ Meæ.] *In alijs additur* καὶ ἐκ πλήθους ἀθυμίας μου, & ex multitudine mæroris mei: *quod non abhorret ab hebræo.* τ Extendi.] ἐκτέταχα, *propius ad hebreum, quàm quod in aliis:* ἐκτέτηκα, extabui υ Inuenit.] *Compl.* εὕροι, inueniat. φ Deo Sabaoth.] *Compl.* παντοκράτορος, omnipotente. *A uulgata, & hebræo vtrumque abest.* χ Suo] *In Compl. sequitur* οὐκ ἀναβήσομαι, non ascendam: *quæ tamen absunt ab hebræo. sunt enim supplenda cogitatione.* ψ Quod exijt ex ore tuo.] *Ita etiam* Compl. *sed uulgata ex hebræo*, verbum suum. ω Trienni] τριετίζοντι. *Theodoretus q. 5.* obtulit eum Deo, & cum eo vitulum eiusdem ætatis. *Vulgata ex hebræo* in vitulis tribus. αα Et adduxerunt coram Domino, & mactauit pater eius sacrificium, quod faciebat à diebus in dies Domino.] *Pro his in Compl. est* καὶ προσήγαγον τὸ παιδάριον, καὶ ἔσφαξαν τὸν μόσχον, & adduxerunt puerum, & iugularunt uitulum. *In aliis libris coniunguntur utræque lectiones; sed in hac secunda pro* προσήγαγον, *&* ἔσφαξαν *est*, προσήγαγε, *&* ἔσφαξε, adduxit, *&* iugulauit: *ut appareat coagmētatio quadā. Vulgata ex hebræo.* Et immolauerunt vitulū, & obtulerunt puerum Heli. Et ait. ββ Tecum cum orarem.] *Compluten.* ἐν τούτῳ προσεύξασθαι, in hoc ut orarem. γγ Et dixit.] *Alii* καὶ ηὔξατο, (*Compl.* καὶ προσηύξατο) ἄννα, καὶ εἶπεν, *quod uulgata*, & orauit *Anna* & ait. *Itemque Int. Orig.*

CAP. II.

A Confirmatum est cor meum in Domino: exaltatum est cornu meum in Deo meo. Dilatatum est super inimicos meos os meum: lætata sum in salute tua. Quoniam non est sanctus, sicut Dominus: et non est iustus, sicut Deus noster: non est sanctus præter te. Nolite gloriari, et nolite loqui excelsa: non procedat magniloquentia de ore uestro. Quoniam Deus scientiarum Dominus: et Deus præparans adinuentiones suas. Arcus potentium infirmatus est: et infirmi accincti sunt uirtute. Pleni panibus minorati sunt, trāsierunt terram. Quoniam sterilis peperit septem: et multa in filiis infirmata est. Dominus mortificat, et uiuificat: deducit ad inferos, et reducit. B Dominus pauperem facit, et ditat: humiliat, et exaltat. Suscitat à terra pauperem: et de stercore erigit inopem: ut sedere faciat cum potentibus populi, et sedem gloriæ hæreditatem dans eis. Dans uotum uouenti: & benedixit annos iusti. Quoniam non in uirtute potens est uir: Dominus infirmum faciet aduersarium suum, Dominus sanctus. Et non glorietur prudens in prudentia sua: et non glorietur potens in potentia sua: et non glorietur diues in diuitijs suis. Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere, et scire Dominum, et facere iudiciū, et iustitiam in medio terræ. Dominus ascendit in cælos, et tonuit: ipse iudicabit extrema terræ. Et dat uirtutē regibus nostris: et exaltabit cornu Christi sui. C Et reliquit eū ibi ante Dominū: et abiit in Armathæm. Et puer erat ministrās faciei Domini coram Heli sacerdote. Et filij Heli sacerdotis, filij pestilentes, non scientes Dominum. Et iustificatio sacerdotis ab uniuerso populo sacrificāte. Et ueniebat puer sacerdotis, dum coqueretur caro: et fuscinula tridens in manu eius: et percutiebat in lebetem magnum, uel in caldariā, uel in ollam, et omne, quodcunque ascenderat in fuscinula, sumebat sibi sacerdos. Iuxta hæc faciebant uniuerso Israel, uenientibus sacrificare Domino in Selom. Et antequam adoleretur adeps; ueniebat puer sacerdotis, et dicebat uiro sacrificanti: D Da carnem ad assandum sacerdoti: et non accipiam à te carnem coctam de lebete. Et dicebat uir sacrificans: Adoleatur primum, sicut decet, adeps: et sume tibi de omnibus, quæ concupiscit anima tua. Et dicebat: Nequaquam; quia nūc dabis: et si non; sumam uiolente. Et erat peccatum, coram Domino, puerorum, magnum valde, quoniam contemnebant sacrificium Domini. Et Samuel erat ministrans coram Domino, puer accinctus Ephod Bad. Et diploidem paruam fecit ei mater eius: et afferebat ei ex diebus in dies, in ascendendo ipsam cum uiro suo ad sacrificandum sacrificium dierum. Et benedixit Heli Elcana, et uxorem eius, dicens: Retribuat tibi Dominus semen ex muliere hac pro commodato, quod commodasti Domino. Et abiit homo ad locum suum. Et E uisitauit Dominus Annam: et peperit adhuc tres filios, et duas filias. Et magnificatus est puer Samuel coram Domino. Et Heli senex ualde. Et audiuit, quæ faciebant filij sui filijs Israel: et dixit eis: Vt quid facitis iuxta uerbum hoc, quod ego audio ex ore uniuersi populi Domini? Non filii: quoniam non bona auditio, quam ego audio: nolite facere ita; quoniam non bonæ auditiones, quas ego audio; ut faciatis non seruire populum Deo. Si peccans peccauerit uir in uirum; et orabunt pro eo ad Dominum. Et, si Domino peccauerit; quis orabit pro eo? Et non audiebant uocem patris sui; quoniam uolens uolebat Domi-

nus disperdere illos. Et puer Samuel ° ibat: et erat bonus cum Domino, et cũ hominibus. Et uenit homo Dei ad Heli, et dixit: Hæc dicit Dominus: ** Reuelans reuelatus sum ad domum patris tui, cum essent in terra Ægypto serui in domo Pharaonis: et elegi domum patris tui ex omnibus sceptris Israel, mihi sacerdotio fungi: ut ascenderẽt ad altare meum, et incenderent incensum, et portarent Ephod. Et dedi domui patris tui omnia, quæ sunt ββ ignis filiorum Israel in escam. Et ut quid respexisti in incẽsum meum, et in sacrificium meum impudenti oculo? Et glorificasti filios tuos super me, γγ benedicere de primordio omnis sacrificij Israel in conspectu meo. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus Israel: Dixi; domus tua, et domus patris tui transibunt coram me vsque in æternum: Et nunc dicit Dominus: Nequaquam mihi: δδ quoniam tantum glorificantes me glorificabo. Et εε qui spernit me, honore priuabitur. Ecce dies ueniunt, & exterminabo semen tuum, & semen domus ςς patris tui: & non erit tibi senex in domo mea omnibus diebus: & virum ** non exterminabo tibi ab altari meo; vt deficiant oculi eius, & defluat anima eius: & omnis, qui supererit domus tuæ, decident in gladio virorum. Et hoc tibi signum, quod veniet super duos filios tuos, Ophi, & Phinees: vna die morientur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem; qui omnia, quæ in corde meo, & quæ in anima mea, faciet & ædificabo ei domum fidelem: & transibit coram θθ Christo meo " omnibus diebus. Et erit, qui supererit in domo tua, ** veniet adorare eum obolo argenti, dicens: Iacta me ad λλ vnam sacerdotiorum tuorum, manducare panem.

α Confirmatum est] *Ita etiam S. Aug. 17. de ciuitat. cap. 4. vbi totum hoc canticum recitat, & magna ex parte explanat. Int. Orig.* Exultauit cor meum. β Lætata sum.] *Ita idem S. Aug. & alij multi. In quibusdã est,* ὅτι εὐφράνθην, *& Int. Orig.* quia lætata sum. γ Salute.] *Sic etiam liber vetus manuscriptus, in quo cum multiplici psalterio est etiam hoc canticum, & græcum latinis characteribus scriptum, & præterea versum ex græco. In alijs est, & apud Theodoretum in hoc canticum.* ἐν σωτηρίῳ σου, *& S. Aug. & Int. Origenis,* in salutari tuo. δ Excelsa.] *Ita S. Aug. & S. Cyprianus ad Nouatianum, licet 3. testim. habeat,* neque loquamini elata. *Nec plura refert Int. Orig. In alijs codicibus additur* ὑψηλά: *& ita habet Eusebius ad Marinum, itemque* Diodorus *Tharsensis explanans hunc locum & Theodoretus in hoc canticum, itemq. liber manuscriptus, de quo diximus: in quo in latina versione est,* excelsa eminentia. ε Non procedat.] *Alij* μὴ δὲ ἐξελθέτω. *Et S Cyp. lib. 3 test.* & non procedat magni loquentia: *ad Nouatianum,* & ne exeat. S. *Aug.* neque procedat magni loquium. *Int. Orig. interdum,* nolite multiplicare mala, neque exeat maliloquacitas de ore vestro, *quamuis paulo post pro,* mala, *habeat* excelsa, *& pro* maliloquacitas, magniloquiũ. ζ Scientiarum.] *Ita fere omnes. Liber ille manuscriptus habet gnoseos, & latine* scientiæ. *Int. Orig. interdum,* quia fortis in scientia Dominus, *interdum vero,* quia fortis scientiarum Dominus. *Et potuit illud,* fortis, *esse ex Aquilæ interpretatione.* η Et Deus præparans adinuentiones suas.] *Symm.* καὶ οὐκ εἰσὶ παρ' αὐτῷ προφάσεις. & non sunt apud eum prætextus, & excusationes. *Int. Orig.* & non emẽdauerũt excusantes. θ Arcus potentiũ infirmatus est.] τόξον δυνατῶν ἠσθένησε, *S. Aug. habuit initio,* arcũ potentium fecit infirmum: *sed paulo post habet vt nos, & explanat: itemque Int. Origenis: &* S. *Cyprianus* lib. 3. *test.* inualidus factus est arcus. ι Pleni.] Symm. *& Theodotio,* κεχορτασμένοι, saturati. κ Minorati sunt.] ἠλαττώθησαν, *& probat istam versionem quamuis minus latinam, S. Aug. Schol.* ἀντὶ τοῦ ἐμισθώσαντο, locauerunt se, *Aquila* συνετρίβησαν, contriuerunt se. λ Transierunt terram.] *Sic S.* Aug. *& liber ille manuscriptus, quod græce est* παρῆκαν γῆν. *Symm.* ἀνεπαύσαντο, abundantes facti sunt *Int. Orig. hæc refert ex hoc loco.* saturati panibus deducti sunt ad seruitutem: esurientes dereliquerunt, vsq. quo sterilis peperit septem. μ Vt sedere faciat.] *Ita fere hebræus. In quibusdam codicibus & apud Theodoretum est* τοῦ καθίσαι αὐτόν. *S. Cyp. lib. 3. testim.* Et sedere eum facit cum potentibus populi. *S. Aug.* vt collocet eum cum potentibus populi sui. *Liber ille manuscriptus,* vt sedere eos faceret cum potentibus seculi. ν Suum.] *disputat* S. *Aug. quomodo illud* αὐτοῦ *possit significare* suum, *&* eius. ξ Prudens.] *Ita S.* Aug. *quod græce* ὁ φρόνιμος ἐν τῇ φρονήσει αὐτοῦ. *Theodoretus* ὁ σοφὸς ἐν τῇ σοφίᾳ αὐτοῦ, *& Lucifer pro S. Athanasio,* sapiẽs in sapiẽtia sua, *itẽq. liber ille manuscriptus. A Cõpl. absunt hæc omnia vsque ad illud,* Dominus ascendit in cælos, *sicut etiam à vulgata.* ο Terræ.] Sic *Eusebius lib. 4. de Euang. demonstr. & hebræus. In alijs codicibus & apud Theodoretum hic, q. 5. in manuscriptis, & in explanatione huius cantici additur* δίκαιος ὤν. *Et S.* Aug. quia iustus est, *itemque liber ille manuscriptus.* π Et dat] *Ita etiam S. Aug. Alij & Theodoretus,* καὶ δώσει, & dabit. ρ Et reliquit.] *In alijs,* καὶ κατέλιπον, & reliquerunt. *absunt autem ab hæbræo, vsque ad illud,* & abijt. *In Complut. autem sunt & illa præterea,* καὶ προσεκύνησαν τῷ κυρίῳ & adorauerunt Dominum. σ Faciei Domini coram Heli.] *Compl.* τῷ κυρίῳ πρὸ προσώπου ἠλί, Domino ante faciem Heli. τ Percutiebat.] *propius ad hebræum, quàm quod est in alijs,* καθίει, *aut* καθίεσαν, mittebat. υ Et sume.] *Sic hebræus Alij* καὶ τότε λάβε, & tunc sume, *vel* καὶ τότε λήψῃ. *& tunc sumes.* φ Ephod Bad.]

A Bad.] *Abest dictio* Bad *à Compl.quæ tamen est in hebręo,& de ea S.Hieronym.ad Fabiolã. Theodoretus q.7.ex Aquila* ἐπένδυμα ἐξαίρετον, superindumentum insigne,selectum.*Schol.ex Symm.* ἐφὼδ λινοῦ καὶ ἐφεστρίδα μικράν, Ephud lineum,& palliolum paruum. χ Filiis Israel.] *In Schol.hæc adduntur,* καὶ ὡς ἐκοιμῶντο μετὰ τῶν γυναικῶν τῶν παρεστηκυιῶν παρὰ τὴν θύραν τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου,& quomodo dormiebant cum mulieribus assistentibus ad ianuam tabernaculi testimonii:*nec multo aliter in Compl.videturque hic locus agnosci a Theodoreto q.16.* ψ Non filii.] *Alii repetunt* μή,non filii,non: *quæ repetitio abest ab hebræo.* ☩ Nolite facere ita:quoniam non bonæ auditiones,quas ego audio.] *Hæc absunt à Compl.& videntur esse altera interpretatio eiusdem sententiæ.* ω Ibat.] Alii, ἐπορεύετο,καὶ ἐμεγαλύνετο, ibat, & fiebat magnus. αα Reuelans reuelatus sum.] *Sic S.Aug.q.17.de ciuit.c.5.quod græce est,*ἀποκαλυφθεὶς ἀπεκαλύφθην,*idest,* reuelans reuelaui me.*Lucifer pro S.Athanasio,*manifeste ostendi me·*Nos autem libentius sequimur S.Aug.cuius versio valde tenax verborum est.* ββ Ignis.] τοῦ πυρὸς,*id est,ex sacrificiis:atque ita habet S.Aug.Lucifer vero* omnia frumenta filiorum Israel,*vt videatur legisse* πυρῶν. γγ Benedicere de primordio.] ἐνευλογεῖσθαι ἀπ' ἀρχῆς. *Et sic hebræus:nec multo aliter Lucifer,* vt benediceres eos a primordio. Alii *& Theodoretus habẽt* ἀπαρχῶν

B *& S.Aug.* benedicere primitias.*Schol.* τοῦ πιμελεῦσαι ὑμᾶς. vt impinguaretis vos. δδ Quoniam tantum.] ὅτι ἀλλ' ἤ,*& sic sæpe librarius vaticanus,præsertim in his regnorum libris.*Compl.*habet tantum* ὅτι, *& Lucifer* quoniã,qui honorificãt me.*S.Aug.habet tantũ,*sed,*& Theodoretus* ἀλλ' ἤ. εε Et qui spernit me;honore priuabitur.] καὶ ὁ ἐξουθενῶν με ἀτιμωθήσεται.*S.Ambr.de paradiso cap.xv.*& contẽptor mei honore priuabitur.*Lucifer,*& qui spernit me,ad nihilum redigetur.*Compl.& Theodoretus* καὶ οἱ ἐξουθενοῦντές με ἐξουθενωθήσονται.*S.August.*& qui spernit me:spernetur;*itemque S. Cyprianus de oratione Dom.& de Zelo,* ζζ Patris tui.] *Ita S.Aug.& Lucifer.Theodoretus autem addit* καὶ ἐπιβλέψεις (*al.*ἐπιβλέψει,*& ita Compl.*) τὸ κραταίωμα ὢν ἐν πᾶσιν οἷς ἀγαθυνεῖ τὸν Ἰσραήλ.Et aspicies firmamentum ὢν in omnibus,quibus benefaciet Israel.*Et multa affert, cur* ὢν *intelligi debeat is,qui uere est* Deus;κραταίωμα *autem sacerdotium, quod secundum ordinem Melchisedec. In Scholio inserto ad finem huius capitis in codice Silertio primum ista ponũtur,* καὶ ἐπιβλέψει κραταίωμα ὤν, *&c. deinde adiungitur,* ὁ γὰρ μετὰ πάσης, φησὶ, πάντοτε ἰσχύος ὢν δοκιμάσει τίνι ἐπιπρεπέστερον κατὰ τὸ δέον ἄγεσθαι τὸν λαόν. Ἀκύλα καὶ ἐπιβλέψει ἀντίζηλον κατοικητηρίου ἑβδομήκοντα καὶ Θεοδοτίωνος καὶ ἐπιβλέψει κραταίωμα ὤν. *&c.* Nam qui,inquit,cum omni semper virtute est,iudicabit,quo modo decebat iuxta id,quod cõueniens est, deduci populum.Aquilæ

C & aspicies æmulum habitaculi,lxx. & Theodotionis,& aspicies firmamentum ὤν, *&c.In alio scholio affertur ex Symmacho,* καὶ ὄψει θλῖψιν κατοικήσεως ἐν παντὶ ᾧ ἀγαθυνθήσεται Ἰσραήλ.& aspicies tribulationem habitationis in omni, in quo bene fiet Israel. *Fieri potest, vt* ὢν *sit vestigium dictionis hebræę,quæ significat habitaculum,&* κραταίωμα *hoc loco significet quasi violentam occupationem,sicut paulo ante in hoc capite* κραταιῶς *significauit violente:atque ita idem valebit hæc interpretatio,atque illa Aquilæ,& Symmachi.*In Compl.*est,*καὶ ἐπιβλέψει κραταίωμα ναῶν,*atque ita uertunt,* & aspiciet firmamentũ templorum.*Sed fortasse istud* ναῶν *est similiter uestigium eiusdem dictionis hebraicæ.* ηη Non exterminabo] *Abest illud,*non,*à S.Aug.& a Lucifero quemadmodum & a nonuullis græcis codicibus* οὐκ.*In* Compl.*est,*καὶ ἄνδρα ὃν οὐκ ἐξολοθρεύσω σοι ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου μου ποιήσω ἐκλείπειν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ.& virum,quem non exterminabo tibi ab altari meo,faciam deficere oculos eius.*Cuius lectionis sunt etiam expressa uestigia in aliis libris.* *Nostra satis respondet hebręo; nisi quod hebręus* pro oculi eius,*&* anima eius, *habet,*oculi tui,anima tua. θθ Christo meo.] *Ita etiam S.Aug. & conuenit cum vulgata,& hebræo.In aliis est* τῶν χριστῶν μου,Christis meis.*Et S.Cyprianus lib.1.testim.* in conspectu Christorum meorum.*Ita etiam habet Theodoretus q.10.in codicibus manuscriptis: & multa in hunc*

D *locum affert, quorum nonnulla referuntur in commentariis ex* Diodoro *Tharsensi.* ιι Omnibus diebus.] *Theodoretus ibid.*Istud,πάσας τὰς ἡμέρας, non conuenit hominibus mortalibus breue tempus viuentibus. *Libuit hunc locum afferre,quoniam in versione latina valde est corruptus.* κκ Veniet adorare ei obolo argenti.] *Sic S.Aug.Compl.habet* ἐν ὀβολῷ ἀργυρίου καὶ ἐν ἄρτῳ ἑνί.*Et S.Cyprianus lib.1.test.*in obolo pecuniæ, & in pane vno. *In codice Theodoreti Sirletio est hoc loco insertum huiusmodi Scholion Theodori.* Ad quem,inquit, tantum erit eorum,qui ex genere tuo,discrimen,vt qui ex ijs remanserint,multa cum reuerentia ad eum sint accessuri,& ei tanquam sacerdoti,oblationes allaturi.Hoc enim est προσκυνῆσαι αὐτῷ ἐν ὀβολῷ ἀργυρίου,καὶ ἐν ἄρτῳ ἑνί. λλ Ad vnam sacerdotiorum tuorum.] ἐπὶ μίαν τῶν ἱερατειῶν σου, *id est,* ad vnam partium sacerdotaliũ tuarum.*S. Aug.*in vnam partem sacerdotii tui:*& testatur nonnullos esse interpretatos,*sacrificii tui.

CAP. III.

E ET puer Samuel erat ministrans Domino coram Heli sacerdote. Et verbũ Domini erat preciosum in diebus illis;non erat visio distinguens. Et factum est in die illa,& Heli dormiebat in loco suo:& oculi eius cœperant grauari:& nõ poterãt videre. Et lucerna Dei [a] antequã [b] esset instructa;& Samuel dormiebat in templo, vbi arca Dei. Et vocauit Dominus: Samuel, Samuel. Et dixit:Ecce ego. Et cucurrit ad Heli,& dixit:Ecce ego:quoniam vocasti me. Et dixit: Nõ vocaui te:reuerte, dormi. Et adiecit Dominus,& vocauit:Samuel, Samuel. Et iuit ad Heli secundo,& dixit:Ecce ego,quoniã vocasti me. Et dixit:

non vocaui te: reuerte, dormi. Et Samuel, antequam cognosceret Deum, & reuelaretur ei verbum Domini. Et adiecit Dominus vocare Samuel in tertio. Et surrexit: & iuit ad Heli, & dixit: Ecce ego, quoniam vocasti me. Et intellexit Heli, quia Dominus uocauit puerum, & dixit: Reuerte, dormi fili. Et erit, si vocauerit te, & dices: Loquere, quoniã audit seruus tuus. Et iuit Samuel, & dormiuit in loco suo. Et venit Dominus, & stetit, & vocauit eũ, sicut semel, & semel. Et dixit Samuel: Loquere, quoniam audit seruus tuus. Et dixit Dominus ad Samuel: Ecce ego facio verba mea in Israel: omnis audientis ea tinnient ambæ aures eius. In die illa suscitabo super Heli omnia, quæcunq. locutus sum in domũ eius: incipiã, & consummabo. Et annũciaui eis, quia vlciscar ego domũ eius vsq. in æternum in iniustitiis filiorum γ eius: quoniam maledicentes Deum filij eius: & non monebat eos. δ Et neque sic: iuraui domui Heli; si propitiabitur iniustitia domus Heli in incenso, & in sacrificijs vsque in æternum. Et dormit Samuel vsq. mane: & surrexit mane, & aperuit ianuas domus Domini. Et Samuel timebat annunciare visionem. Et dixit Heli ad Samuel: Samuel fili. Et dixit: Ecce ego. Et dixit: Quod est verbum, quod dictum est ad te? Noli nunc occultare à me. Hæc faciat tibi Deus, & hæc adiiciat; si occultaueris à me verbum ex omnibus sermonibus, qui dicti sunt tibi in auribus tuis. Et annunciauit Samuel omnia verba, & non occultauit ab eo. Et dixit Heli: Dominus ipse: quod bonũ in conspectu suo, faciet. Et magnificatus est Samuel: & erat Dominus cum eo: & non cecidit de omnibus verbis eius super terrã. Et cognouerunt omnis Israel à Dan, & vsque Bersabee; quia fidelis Samuel in prophetã Domino. Et adiecit Dominus manifestari in Selom: quoniã reuelatus est Dominus ad Samuel. Et ε creditus est Samuel propheta esse Domino in omnẽ Israel ab extremis terræ, & vsque ad extrema. Et Heli senex valde: & filii eius euntes ibant: & maligna via eorum in conspectu Domini.

α Antequam.] *In hebræo dictio, quæ significat,* antequam, *valet etiam,* nondum: *quare hoc etiam modo posset accipi hic, consentiente etiam Theodoreto, pro* nondum instructa erat, *vt paulo post.* Et Samuel antequam cognosceret, *pro,* Samuel nondum cognoscebat. β Esset instructa.] ἐπισκευασθῆναι. *Theodoretus q. 11.* κατασκευασθῆναι, *eodem sensu: putatque significari ante mediam noctem: nam media nocte apparabatur lucerna iniecto oleo. Compl. habet,* πρὶν ἢ κατασβεσθῆναι, antequam extingueretur. *Scholium insertum codici Theodoreti Sirletio.* Nunquid forte recte dicunt ij, qui spectant ad editionem Aquilæ, & Symmachi, dicentiũ πρὶν σβεσθῆναι? *Aquila,* καὶ λύχνος τοῦ θεοῦ πρὶν σβεσθῆναι, & lucerna Dei antequam extingueretur. Symmachus, οὔπω ἐσβέσθη, nondum extincta erat. γ Filiorum eius.] *In aliis libris sequitur* ἃς ἔγνω, quas nouit. *Lucifer pro S. Athanasio habet,* propter iniquitatem filiorum eius, quam ego scio. δ Et neque sic.] καὶ οὐδ' οὕτως *Compl.* καὶ οὐχ οὕτως, & non sic, *& fortasse subintelligendum,* & non sic erit, sicut illi putant. Iuraui enim, *&c. Lucifer.* Et nunc sic iuraui domui Heli. ε Et creditus est.] *Pro his vsque in finem, in Compl. sunt tantum hæc* ἐν Σηλῶ κατὰ ῥῆμα κυρίου, In Sylo iuxta verbum Domini. *Ac certe ista,* Et creditus est Samuel propheta (*aut, vt alii libri,* εἰς προφήτην, in phophetam) esse Domini in omnem Israel, ab extremis terræ & vsque ad extrema, *videri possunt alia interpretatio præcedentis sententiæ,* & cognouerunt omnis Israel, *&c. Sed postrema,* Et Heli senex valde, *&c. referuntur etiam à Lucifero ibidem.*

CAP IV.

Et factum est α in diebus illis: & congregantur alienigenæ aduersus Israel ad bellum. Et exiit Israel in occursum eis in bellum: & castrametantur super Abenezer. Et alienigenæ castrametantur in Aphec: & aciem instruũt alienigenæ in prælium super Israel. Et inclinauit prælium: & cecidit vir Israel coram alienigenis: & percussi sunt in acie in agro quatuor millia virorum. Et venit

A nit populus in castra: & dixerunt seniores Israel: Ad quid [β] deficere nos fecit Dominus hodie coram alienigenis? Sumamus arcam Dei nostri de Selom: & egrediatur [γ] è medio nostri: & saluabit nos de manu inimicorum nostrorum. Et misit populus in Selom: & tollunt inde arcam Domini [δ] insidentis Cherubim. Et ambo filij Heli cum arca, Ophi, & Phinees. Et factum est, vt venit arca Domini in castra; & exclamauit vniuersus Israel voce magna: & sonuit terra. Et audiuerũt alienigenæ clamorem: & dixerunt alienigenæ: [ε] Quis clamor magnus hic in castris hebræorum? Et cognouerunt, quia arca Domini venit in castra. Et timuerunt alienigenæ, & dixerunt: Hi Dij venerunt ad eos in castra. Veh nobis. Erue nos Domine hodie: quoniam non est facta [ζ] talis heri, & nudiustertius. Veh nobis. B Quis eruet nos de manu Deorum [η] firmorum horum. Hi sunt Dij, qui percusserunt Ægyptum in omni plaga, & in deserto. Inualescite, & estote in viros alienigenæ; vt non seruiatis hebræis, sicut seruierunt nobis: & estote in viros, & impugnate eos. Et impugnarunt eos. Et cadit vir Israel, & fugit vnusquisq. ad tabernaculum suum. Et facta est plaga magna valde. Et ceciderunt de Israel triginta millia [θ] ordinum. Et arca Dei capta est: & vtrique filii Heli mortui sunt, Ophni, & Phinees. Et cucurrit vir Ieminæus è prælio: & venit in Selom in die illa: & [ι] vestimenta ipsius discissa: & terra super caput eius. Et venit. Et ecce Heli super sellam apud ostium speculans viam: quoniam erat cor eius pauens pro C arca Dei. Et homo intrauit in ciuitatem ad annunciandum. Et exclamauit ciuitas; & audiuit Heli vocem clamoris, & dixit: Quæ vox clamoris huius? Et homo festinans intrauit, & annunciauit Heli. Et Heli erat filius [κ] nonaginta annorum: & oculi eius [λ] steterant; & non perspiciebat: Et dixit Heli viris assistentibus sibi: Quæ vox soni huius? Et vir festinãs accessit ad Heli, & dixit ei: Ego sum qui veni è castris: & ego fugi è prælio hodie. Et dixit Heli: Quodnam verbum, quod factum est, fili? Et respondit puer, & dixit: Fugit vir Israel à facie alienigenarum, & facta est plaga magna in populo: & ambo filii tui mortui sunt, & arca Dei capta est. Et factum est, vt meminit arcæ Dei; & cecidit de sella retror- D sum iuxta portam: & contribulatũ est dorsum eius, & mortuus est: quoniam senex erat homo, & grauis: & ipse iudicabat Israel [μ] viginti annos. Et nurus eius vxor Phinees cum concepisset ad pariendum; & audiuit nuncium, quia capta est arca Dei, & quia mortuus est socer suus, & vir suus: & [ν] plorauit, & peperit: quoniam irruerant in eam dolores sui. [ξ] Et in tempore suo moritur, & dicebant ei mulieres assistentes ei: Ne timeas, quoniam filium peperisti. Et nõ respondit, & non cogitauit cor eius. Et vocauit puerum [ο] Væbarchaboth pro arca Dei, & pro socero suo, & pro viro suo. Et [π] dixerunt: Transmigrauit gloria Israel, [ρ] in eo, quod capta est arca Domini.

E

[α] In diebus illis.] *Ita etiam Lucifer pro S. Athanasio. Complut.* καὶ ἐγένετο ῥῆμα σαμουὴλ πρὸς πάντα ἰσραὴλ, *quod in vulgata est in extremo prȩcedentis capitis*. Et euenit sermo Samuelis vniuerso Israeli. [β] Deficere nos fecit.] *Sic Lucifer. Videtur enim illud* ἔπταισεν, *sumptum esse transitiue more hebraico. Compl.* διατί ἄρα ἔθραυσεν, Quare igitur quassauit. [γ] E medio.] *Compl.* ἐν μέσῳ, in medio: *& sic Lucifer. vulgata*, & veniat in medium nostri. [δ] Insidentis Cherubim.] καθημένου χερουβίμ. *Lucifer*, vbi sedebat Cherubim. *Compl.* κυρίου τῶν δυνάμεων, οὗ ἐπεκάθητο τὰ χερουβὶν, Domini virtutum vbi insidebant Cherubim. [ε] Quis clmor magnus hic.] *Compl.* τίς ἡ φωνὴ τοῦ ἀλαλάγματος τούτου ἡ μεγάλη αὕτη. Quæ est vox magna hæc iubilationis huius. [ζ] Talis.] *Est hebraismus, & valet*, non est factum simile quid. *Compl.* ὅτι οὐ γέγονεν οὕτως, quia non fuit sic. [η] Firmorum.] στερεῶν. *Compl.* στερεωτέρων, firmiorum. *Theodoretus q.13. habet in numero singulari* τοῦ θεοῦ στερεοῦ τούτου, οὗτος ὁ θεὸς ὁ πατάξας, Dei firmi huius; hic est Deus, qui percussit. [θ] Ordinum.] *Id est peditum descriptorum.*

ptorum Lucifer uirorum. ι Vestimenta ipsius discissa.] *Refert Theodoretus q.43. Aquilã dixisse* μανδύλιν διεῤῥηγμένην, mantellum laceratum. κ Nonaginta.] *Compl. addit* καὶ ὀκτώ, & octo, *vt vulgata.* λ Steterant.] ἐπανέστησαν: *obriguerant, aut quasi se extruerant extra locum suum, aut suo amplius officio non fungebantur. hebræus habet,* stetit. *Compl.* ἐβαρύνθησαν, grauati erant. μ Viginti.] *Ita vetusti codices: & sic Eusebius in Chronicis affirmat scripsisse lxx. & ita Lucifer. Sed in impressis græcis est* τεσσαράκοντα, quadraginta, *quemadmodum etiam in vulgata.* ν Plorauit.] *Compl.* καὶ ἐστένωσεν, & angustiata est: *vulgata,* incuruauit se. ξ Et in tempore suo moritur, & dicebant.] *Est locutio, quæ hoc significat,* dum ipsa moreretur, in ipso tempore mortis eius dicebant ei mulieres. ο Væbarchaboth.] *Compl.* ἐχαβώθ, *quod propius accedit ad uulgatam* Icabod. *Vide infra cap. 14. Nonnulla autem sunt hic in hebræo, & uulgata, quæ absunt etiam a Compl.* π Dixerunt.] *Compl.* εἶπεν, dixit. ρ In eo, quod capta est.] ἐν τῷ ληφθῆναι. *Compl.* διότι ἐλήφθη ἡ κιβωτὸς τοῦ θεοῦ, quoniam capta est arca Dei.

CAP. V.

ET alienigenæ ceperunt arcam Dei: & intulerunt illam ex Abenezer in Azotum. Et ceperunt alienigenæ arcam Domini: & intulerunt eam in domum Dagon: & collocauerunt illam iuxta Dagon. Et mane vigilauerunt Azotii, & intrauerunt in domum α Dagon: & viderunt: & ecce Dagon cecidit in faciem β suam ante arcam Dei. Et erexerunt Dagon, & statuerunt in locum suum. γ Et grauata est manus Domini super Azotios: & cruciauit illos, & percussit illos in δ sedibus eorum, Azotum, & regiones eius. Et factum est, cum mane vigilassent; & ecce Dagon ceciderat in faciem suam ante arcam testamenti Domini: & caput Dagon, & ε ambo vestigia manuum eius super anteriora Amapheth singuli, & ambo articuli manuum eius ceciderant in limen. Tantummodo truncus Dagon remanserat. Propter hoc non incedunt sacerdotes Dagon, & omnis intrans in domum Dagon, super limen domus Dagon in Azoto vsque in diem hanc: quoniam trascendentes transcendunt. Et ζ grauata est manus Domini super Azotum: & induxit eis, & efferbuit eis in nauibus, & medium regionis eius expullularunt mures. Et facta est confusio mortis magna in ciuitate. Et viderunt viri Azotij, η quoniam sic: & dicunt: quoniam non sedebit arca Dei Israel nobiscum: quoniam dura est manus illius super nos, & super Dagon Deum nostrum. Et mittunt, & congregant θ satrapas alienigenarum ad se, & dicunt: Quid faciemus arcæ Dei Israel? Et dicunt Gethæi: Transeat arca Dei ad nos. Et transiijt arca Dei Israel in Geth. Et factum est, postquam ipsa transiit; & fit manus Domini ι ciuitati, turbatio magna valde: & percussit viros ciuitatis à paruo vsque ad magnum, & percussit eos in sedibus eorum. Et fecerunt sibi Gethæi κ sedes: et emittunt arcam Dei in Ascalonem. Et factum est, vt intrauit arca Dei in λ Ascalonem; et clamauerunt Ascalonitæ, dicentes: Quid conuertistis arcam Dei Israel ad nos, ad mortificandum nos, et populum nostrum? Et mittunt, et congregant satrapas alienigenarum, et dixerunt: Emittite arcam Dei Israel, et μ resideat in loco suo: et non morti dabit nos, et populum nostrum: quia facta est confusio in ciuitate tota, grauis valde, vt intrauit arca Dei Israel ν illuc. Et qui viuebant, et non sunt mortui; ξ percussi sunt in sedibus. Et ascendit clamor ciuitatis ad cælum.

α Dagon.] *Sic & Lucifer. In aliis sequitur* τῇ ἐπαύριον, *quod in uulgata est* altera die. β Suam.] *Ita etiã Lucifer. In Compl. additur* ἐπὶ τὴν γῆν, *quod in vulgata est,* in terra. γ Et grauata est.] *Hæc usque ad,* Et factum est, *hoc eodem loco habentur apud* Luciferum: *sed in Compl. paulo post, ubi in uulgata.* δ Sedibus eorum.] εἰς τὰς ἕδρας αὐτῶν, *nec multo aliter Aquila,* καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς ἐν ταῖς ἕδραις, *Symm.* καὶ ἐπλήξεν αὐτοὺς κατὰ τῶν κρυπτῶν. *quod uulgata,* & percussit in secretiori parte natium. *Alii ex hebræo uertunt,* in locis altis, *aut* in mariscis, *aut* in constrictionibus. *Lucifer autem hic habet,* in domibus eorum: *licet paulo post eadem dictio græca apud*

A *ea apud ipsum quoque vertatur,* sedibus. ε Et ambo vestigia manuum eius super anteriora Amapheth singuli.] *Hęc & quæ sequuntur,* & ambo articuli manuum eius ceciderant in limen, *sunt duæ interpretationes eiusdem sententiæ: quod facile ex hebræo, & vulgata constare potest. Illud autem* Amapheth, *aut, vt in aliis,* Aphethem, *est vestigium dictionis hebraicæ, quę significat* limen: *& in aliquo libro vtrumque coniungitur* τῶν σαφφὼθ ἀφεθέμ. *In* Compl. *autem est tantum* τῶν σαφφώθ. *Illud* singuli, ἕκαστοι, *in aliis est,* ἕκαστον, vnumquodque. *Lucifer videtur habuisse* ἕκατον, *cum aliqua alia varietate. Ita enim inquit,* & ambo vestigia manus eius ablata erant per partes centum. *Qui non animaduerterunt coniunctas esse duas interpretationes, verisimile est putasse priore loco legendum esse* ἴχνη τῶν ποδῶν, vestigia pedum: *quod est in Compl. & aliis libris. Theodoretus q. 13. ita hoc factum narrat,* Inuenerunt eum postridie contritum, & extremis partibus priuatum. ζ Et grauata est.] *Pro his usque ad illud,* Et viderunt, *in Compl. habentur ea, quæ paulo superius indicauimus. Lucifer hoc loco hæc tantum refert,* Et grauata est manus Domini super Azotum, & induxit illis mures: & facta est confusio mortis magna in ciuitate. *Theodoretus eadem q. 13. uidetur indicare non ante expullulasse mures, quàm arca fuit relicta in agro: quod dicitur in sequenti capite.* η Quoniam sic.] *Ita hebræus, & subintelligendum est,* percussi sunt. *Lucifer,* quoniam sic est. *Compl.* ὅτι οὕτως γέγονεν αὐτοῖς, quoniam sic euenit eis. θ Satrapas.] *Lucifer habet,* reliquos: *sed ex loco inferiore apparet hic etiam apud eum esse legendum,*

B regulos. ι Ciuitati.] *Alii* ἐν τῇ πόλει *& Lucifer* in ciuitate. κ Sedes.] Hæc *sententia abest à Compl. vt à vulgata. Lucifer habet:* & ebulliuit illis mures in sedibus: & fecerunt sibi Getthæi sedes pelliceas. *Theodoretus habet* ἕδρας χρυσᾶς, sedes aureas: *pro quo inquit cæteros esse interpretatos,* καὶ διελύθησαν αὐτῶν αἱ ἕδραι, & vndique resolutæ sunt eorum sedes: *quod vulgata,* & computrescebant partes extales eorum. λ Ascalonem.] *Ita etiam* Theodoretus, *& Lucifer. Compl.* Ἀκκάρωνα, *& vulgata* Accharon. μ Resideat.] καθισάτω. *Alii* ἀποκαταστασάτω, *aut* ἀποκαταστησάτω: *& Lucifer,* reducatur. ν Illic.] *Abest dictio ista à Lucifero, & Compl. sed non ab hebræo: a quo vicissim illa absunt,* vt intrauit arca Dei Israel. ξ Percussi sunt in sedibus.] *Theodoretus eadem q. 13. agnoscit hoc esse ex lxx. addit autem Aquilam dixisse,* τὸ τῆς φαγεδαίνης ἔσχον ἕλκος, laborarunt vlcere exedente quod vocant Phagedænam, *Iosephum autem docuisse, in dysenteria illos incurrisse morbum: atque ista, quomodo non discrepent inter se, accurate disputat.*

CAP. VI.

C ET fuit arca in agro alienigenarum septem menses: & efferbuit terra eorũ mures. Et alienigenæ vocant sacerdotes, & vates, & incantatores suos, dicentes: Quid faciemus arcæ Domini? Notum facite nobis, in quo mittemus eam ad locum suum. Et dixerunt: Si dimititte vos arcam testamenti Domini Dei Israel; ne dimittatis eam inanem: sed reddentes reddite ei α pro cruciatu: & tunc curabimini: & depropitiabitur vobis. Nũquid nõ recedet β manus eius à vobis? Et dicunt: Quid est, quod pro cruciatu reddemus ei? Et dixerunt: Iuxta numerum γ satraparum alienigenarum quinque sedes aureas: quo-

D niam delictum in vobis, & principibus vestris, & populo: & δ mures aureos similitudinem murium vestrorum corrumpentium terram. Et dabitis Domino gloriam; vt alleuet manum suam à vobis, & à Dijs uestris, & à terra vestra. Et vtquid aggrauatis corda vestra, sicut aggrauauit Ægyptus, & Pharao cor suũ? Nõne quando illusit eis; dimiserũt eos, & abierũt? Et nũc sumite, & facite plaustrũ nouũ, & duas vaccas primo enixas ε sine filiis: & iungite vaccas in plaustro: & abducite filios à post eas in domum. Et sumetis arcam: & ponetis eam super plaustrũ: & vasa aurea reddetis ei pro cruciatu: & ponetis in ζ capsula Bersechthan, η à parte eius. Et dimittetis eam: θ & expelletis eã, & abibitis: & videbitis. Si viã

E finiũ suorũ ibit ι post Bethsamys; ipse fecit nobis malum magnũ hoc. Et si non; & cognoscemus, quia nõ manus eius tetigit nos: sed accidens hoc euenit nobis. Et fecerunt alienigenæ sic: & sumpserunt duas vaccas primo enixas: & iunxerunt eas in plaustro: & filios earum abstraxerunt in domũ: & posuerunt arcam Domini super plaustrũ, & κ capsulam Ergab & mures λ aureos. Et direxerũt vaccæ in via ad viam Bethsamys: in semita vna ibant, & laborabant: & non declinauerunt à dextera, neque à sinistra. Et satrapæ alienigenarum ibant post eam vsque ad fines Bethsamys. Et qui in Bethsamys, metebant messem frumentorum in

in valle. Et eleuauerunt oculos suos, & viderũt arcam Domini: & lætati sunt in occursum eius. Et plaustrum intrauit in agrum Osee, qui in Bethsamys. μ Et statuerunt ibi apud eã lapidẽ magnũ. Et scindunt ligna plaustri, & vaccas attulerũt in holocaustosim Domino. Et Leuitæ attulerũt arcam Domini, & capsulam Ergab cum ea, & quæ super eam vasa aurea: & posuerunt super lapidem magnum. Et viri Bethsamys attulerunt holocaustoses, & sacrificia in die illa Domino. Et quinque satrapæ alienigenarum videbant: & reuerterunt in Ascalonem die illa. Et hæ sunt sedes aureæ, quas reddiderũt alienigenæ pro cruciatu Domino: Azoti vnam: Gazæ vnam, Ascalonis vnam: Geth vnam: Acaron vnam. Et mures aurei iuxta numerum omnium ciuitatum alienigenarum quinque satraparum à ciuitate ν confirmata, & vsque ad pagum Pherezæi, & vsque ad lapidem magnum: in quo imposuerunt super eum arcam testamenti ξ Domini, quæ erat in agro Osee Bethsamytæ. ο Et non sunt delectati filii Iechoniæ in viris Bethsamys; quia viderant arcam Domini. Et percussit in eis septuaginta viros, & quinquaginta millia π virorum. Et luxit populus, quia percusserat Dominus in populo plagam magnam valde. Et dixerunt viri, qui de Bethsamys: Quis poterit ρ transire coram Domino Deo sancto isto? Et ad quem ascendet arca Domini à nobis? Et mittunt nuncios ad inhabitantes Cariathiarim, dicentes: σ Redire fecerunt alienigenæ arcam Domini. Descendite, & adducite eam ad vos ipsos.

α Pro cruciatu.] *In nostra est tantum* τῆς βασάνου, *Sed vsitatum est huiusmodi locis subintelligi* ὑπὲρ *(vt hic habet Compl.) aut simile quiddam. In aliquo libro est* τὸ τῆς βασάνου. *Vsi autem sumus dictione cruciatus, imitati Luciferum qui* βασανίζειν *solet interpretari* cruciare. *Vulgata habet* pro peccato. *Alij ex hebræo vertunt,* culpatorium, *idest hostiam pro peccato, & culpa.* β Manus eius à vobis?] Sic *chaldæus: & videtur satis apta sententia. Vulgata autem,* & tunc curabimini; & scietis, quare non recedat manus eius à vobis. γ Satraparum.] *Ita hebræus Alij* τῶν σατραπειῶν, prouinciarum. δ Et mures aureos.] *In Compl.* καὶ πέντε μύας χρυσοῦς, *&* quinque mures aureos. *Et in aliquo libro sequitur* ὁμοίωμα τῶν ἑδρῶν ὑμῶν, καὶ ὁμοίωμα τῶν μυῶν, similitudinem sedium vestrarum & similitudinem murium, *&c. quod respondet vulgatæ;* ε Sine filijs.] *In Compl. additur.* ἐφ' ἃς οὐκ ἐπετέθη ζυγὸς super quas non est impositum iugum. *In hebræo hoc est: istud autem* sine filijs, *minime.* ζ Capsula Bersechtan.] ἐν θέματι βερσεχθάν, *Compl. habet tantum* ἐν θέματι. *Theodoretus q. 13.* Ea autem posuerunt in quodã vase quod lxx. quidem dixerunt Boergaz. *(& est ipsa dictio hebræa cum præpositione significans,* in capsa) Iosephus autem γλωσσόκομον, loculum, marsupium. *Symm.* θέτε ἐν τῷ λαρνακιδίῳ παρὰ πλευρὰν αὐτῆς, ponite in scrinio à latere eius. *Aquila* ἐν ὕφει κουρεῶς, in texto comæ. *Addit Scholiastes citans Theodoretum.* Illud βοεργάζ, nonnulli quidem dixerunt testilem quasi cophinum; nonnulli autem ex capillis compositum: qualia sunt ea, quæ dicuntur σικκία. Quodcunque autem denique sit illud, quod olim sic vocaretur, perspicuum est illos dixisse in re aliqua noua omnino, & apta alicubi ferenda esse huiusmodi anathemata. η A parte.] *In Compl. sunt iunctæ duæ interpretationes,* ἐκ πλαγίων μέρους. θ Et expelletis eam, & abibitis.] *In alijs tantum est* καὶ ἀπελεύσεται, & abibit. ι Post Bethsamys.] μετὰ βεθσαμύς. *Alij* κατὰ βαιθσαμύς, *& vulgata,* contra Bethsames. *In hebræo nulla est præpositio.* κ Capsulam Ergab] τὸ θέμα ἐργάβ, *In aliis* Ergaz, *& est eádem dictio hebræa, quæ superius, sed hic sine præpositione. ac rursus in Compl. est tantum* τὸ θέμα, *quod est interpretatio dictionis* Ergaz. λ Aureos.] *In aliis additur,* καὶ τὰς εἰκόνας τῶν ἑδρῶν αὐτῶν, & imagines sedium suarum. μ Et statuerunt.] *Compl.* καὶ ἔστη ἐκεῖ παρὰ λίθον μέγαν, & stetit ibi iuxta lapidem magnum. ν Confirmata.] ἐστερεωμένης. *Schol.* Aquila inquit ἰσχυρᾶς, forti, Symm. autem τετειχισμένης ἕως κώμης ἀτειχίστου, καὶ ἕως ἀβελ τῆς μεγάλης, δι' ἧς ἀφῆκαν τὴν κιβωτὸν κυρίου, murata vsque ad villam, quæ erat sine muro, & vsque ad Abel magnam, per quam dimiserunt arcam Domini. *Illud quidem* τοῦ φερεζαίου, *quod est etiam in Compl. factũ est ex dictione hebræa, quæ significat* absq. muro. ξ Domini.] *In alijs sequitur* ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. *quod in vulgata coniungitur cum sequentibus,* quæ erat vsque in illa die in agro, *&c.* ο Et non sunt delectati filii Iechoniæ, in uiris Bethsamys, quia viderãt arcam Domini.] *Sic etiam Theodoretus q. 14. Sed Compl.* καὶ ἐπάταξεν ἄνδρας βαιθσαμύς, ὅτι εἶδον τὴν κιβωτὸν κυρίου, Et percussit viros Bethsames, quia viderant arcam Domini. π Virorum] *In Compl. & apud Theodoretum additur* ἐκ τοῦ λαοῦ, de populo: *quod tamen in hebræo nõ est hic, sed in superiore mẽbro pro eo, quod græce est* ἐν αὐτοῖς in eis. ρ Transire] διελθεῖν *Compl. & Theodoretus* παραστῆναι ἐνώπιον κυρίου τοῦ ἁγίου τούτου, stare coram Domino sancto hoc? σ Redire fecerunt,] ἀπεστρόφασι. *Alij* ἀπέστρεψαν, *aut* ἀπεστράφασιν, *aut* ἀποστρέφουσιν *eodem sensu.*

CAP. VII.

ET veniunt viri Cariathiarim: & reducunt arcam testamenti Domini. Et introducunt eam in domum Aminadab, quæ in colle. Et Eleazarum filiũ

A eius ſanctificauerunt ad cuſtodiendam arcam teſtamenti Domini. Et factum eſt, ex qua die fuit arca in Cariathiarim, multiplicati ſunt dies: & fuerūt viginti anni. Et [α] reſpexit omnis domus Iſrael poſt Dominum. Et dixit Samuel ad vniuerſam domum Iſrael, dicens: Si in toto corde veſtro vos reuertitis ad Dominum, circumauferte Deos alienos de medio veſtri, & [β] lucos: & præparate corda veſtra erga Dominū: & ſeruite illi ſoli: & eruet vos de manu alienigenarum. Et circumabſtulerunt filii Iſrael Baalim, & lucos Aſtharoth: & ſeruierunt Domino ſoli. Et dixit Samuel: Congregate vniuerſum Iſrael in Maſſephat: & orabo pro vobis ad Dominū. Et conuenerunt in Maſſephat: & hauriūt aquā & effundebāt coram Domino ſuper terram: & ieiunarūt in die illa: & dixerunt:

B Peccauimus coram Domino. Et [γ] iudicabat Samuel vniuerſum Iſrael in Maſſephat. Et audierunt alienigenæ, quia congregati ſunt omnes filii Iſrael in Maſſephat. Et aſcenderunt ſatrapæ alienigenarum ſuper Iſrael. Et audiūt filii Iſrael, & timuerunt à facie alienigenarum. Et dixerunt filij Iſrael ad Samuel: Ne taceas à nobis, vt [δ] non clames ad Dominum Deum tuum: & ſaluabit nos de manu alienigenarum. Et ſumpſit Samuel agnum lactentem vnum: & attulit eum holocauſtoſim cum vniuerſo populo Domino. Et clamauit Samuel ad Dominum pro Iſrael: & exaudiuit eum Dominus. Et erat Samuel offerens holocauſtoſim: & alienigenæ acceſſerunt in prælium ſuper Iſrael. Et tonuit Dominus in voce

C magna in die illa ſuper alienigenas: & confuſi ſunt, & ceciderunt coram Iſrael. Et exierunt viri Iſrael è Maſſephat: & perſecuti ſunt alienigenas: & percuſſerūt eos vſque ſub Bethchor. Et ſumpſit Samuel lapidem vnum: & ſtatuit illum inter Maſſephat, & inter veterem. Et vocauit nomen eius Abenezer, [ε] lapis adiutoris. Et dixit: Vſque huc adiuuit nos Dominus. Et humiliauit Dominus alienigenas: & non adiecerunt vltra accedere ad terminum Iſrael. Et facta eſt manus Domini ſuper alienigenas omnibus diebus Samuel. Et redditæ ſunt ciuitates, quas ceperant alienigenæ de filijs Iſrael: & [ζ] reddiderunt ſe ipſi Iſrael ab [η] Aſcalone vſque Azob, & terminum Iſrael abſtulerunt de manu alienigenarum. Et

D fuit pax inter Iſrael, & inter Amorræum. Et iudicabat Samuel Iſrael omnibus diebus vitæ ſuæ: & ibat per annum annum, & circuibat Bæthel, & Galgala, & Maſſephat: & iudicabat Iſrael in omnibus [θ] ſanctificatis his. Reuerſio autem eius erat in Armathæm: quoniam ibi erat domus eius: & iudicabat ibi Iſrael: & ædificauit ibi altare Domino.

α Reſpexit.] ἐπέβλεψεν. *Alij* ἐπέβλεψαν, reſpexerunt. *Compl.* ἐπέστρεψε, reuertit. *Vulgata*, requieuit: *& ſic Chaldæus*. *Alij dictionem hebræam interpretantur* lamentati ſunt. β Lucos.] *Theodoretus in extremo q.* 14. ἄλση autem Aquila interpretatus eſt ἀστάρωθ, ideſt ſimulacra Aſtartes. Aſtartem autem vocāt Venerem ex aſtro cognomen facientes. Hanc enim eſſe Luciferum fabulantur. *Hinc colligi poteſt, vbi paulo poſt habetur etiā in Cōpl.* Lucos Aſtaroth, *eſſe iunctas duas interpretationes nimirū lxx. & Aquilæ.* γ Iudicabat.]

E ἐδίκαζε *Compl.* ἐδίκασε iudicauit. δ Vt non clames.] τοῦ μὴ βοᾶν, *& in aliquot libris additur* σαμουὴλ, Samuel. *Sed Compl.* τοῦ βοᾶν, clamando. ε Lapis.] *Alij*, ὃ σημαίνει λίθος, quod ſignificat lapis. *S. Aug.* 17 *de ciuit. ca.* 7. *ita refert hūc* locum, & ſtatuit illum inter Maſpha nouam, & veterem & vocauit nomen eius Abenezer, quod eſt latine, lapis adiutorij. *S. Cyp.* 2. *teſt.* Abennezer, ideſt, lapis auxiliator. ζ Et reddiderunt ſe ipſi Iſrael.] *Abſunt hæc à Compl.* Et *fieri quidem poteſt, vt illud* καὶ ἀπέδωκαν αὐτάς *ſit admiſtum ex alia interpretatione, illud quidem* ipſi Iſrael τῷ ἰσραὴλ, *eſt etiam in hebræo, & vulgata.* η Ab Aſcalone vſque Azob.] *Alii* ἀπὸ ἀκκαρὼν ἕως γέθ, ab Accaron vſque Geth, *vt vulgata. Verba autē quæ ſequūtur, varie conſtrui poſſunt: Propius enim vulgatę eſſet, ſi diceremus* ab Accaron vſq. Geth, & terminū (*ſcilicet*, carū,) Iſrael abſtulerunt de manu alienigenarum. *Et ita hebræus, niſi quod addit illud*, earum, *& pro*, abſtulerunt *habet*, liberauit. θ Sanctificatis.] ἡγιασμένοις. *Lucifer pro S. Athanaſio* ſanctificationibus. *Compl.* τόποις, locis.

CAP. VIII.

ET factum est, vt senuit Samuel, & constituit filios suos iudices ipsi Israel. Et hæc nomina filiorum eius. Primogenitus Iohel: & nomen secundi Abia: Iudices in Bersabee. Et non ambulauerunt filii eius in via eius: & declinauerunt post ᵃ consummationem: & accipiebāt dona, & peruertebant iustificationes. Et congregantur viri Israel, & veniunt in Armathæm ad Samuel: & dixerunt ei: Ecce tu senuisti: & filii tui non ambulant in via tua. Et nunc constitue super nos regem ad iudicandum nos, sicut & cæteræ gentes. Et malum fuit verbum in oculis Samuel, quia dixerunt: da nobis regem ad iudicandum nos. Et orauit Samuel ad Dominum. Et dixit Dominus ad Samuel: Audi vocem populi iuxta quæcunque loquantur tibi: quoniam non te spreuerunt: sed me spreuerunt, vt non regnem super eos, secundum omnia facta, quæ fecerunt mihi, ex qua die eduxi eos ex Ægypto vsque in diem hanc: & dereliquerunt me, & seruiebant Dijs aliis. Sic ipsi faciunt & tibi. Et nunc audi vocē eorum. Tantummodo contestans contestaberis eis: & annunciabis eis iustificationem regis, qui regnabit super eos. Et dixit Samuel omne verbum Domini ad populum petentes ab eo regem. Et dixit: Hæc erit iustificatio regis, qui regnabit super vos. Filios vestros capiet, & ponet eos in curribus suis, & in equitibus suis, et præcursores curruum suorum: et ᵇ ad ponendum eos sibi centuriones, et Chiliarchos, et ad metendum messem ipsius, et vindemiandam vindemiam ipsius, et ad faciendum vasa bellica ipsius, et vasa currum suorum. Et filias vestras capiet in vnguentarias, et in coquinarias, et in panificas. Et agros uestros, et vineas vestras, et oliueta vestra bona capiet, et dabit seruis suis: et semina uestra, et vineas vestras decimabit, et dabit eunuchis suis, et seruis suis. Et seruos vestros, et seruas uestras, et armenta, boum uestra bona, et asinos uestros capiet, et decimabit ad opera sua: et greges uestros decimabit: et uos eritis ei serui. Et clamabitis in die illa a facie regis uestri, quem elegeritis uobis: et non exaudiet Dominus uos in diebus illis: quoniam uos elegistis uobis ipsis regem. Et noluit populus audire Samuel: et dixerunt ei. Nequaquam: sed rex erit super nos: et erimus etiam nos, sicut omnes gentes: et iudicabit nos rex noster: et egredietur ante nos: et bellabit bellum nostrum. Et audiuit Samuel omnia uerba populi: et locutus est eos in aures Domini. Et dixit Dominus ad Samuel: Audi uocē eorum: et regnare fac eis regem. Et dixit Samuel ad uiros Israel: Recurrat unusquisque ad ciuitatem suam.

ᵃ Consummationē] τῆς συντελείας *& ualet hoc loco* utilitatem propriam: *quę est pestis reip. Symm.* ἀλλὰ μετέκλινον ἀκολουθοῦντες πλεονεξίᾳ, sed declinauerunt sequentes auaritiam *Aquila, & Theodotio.* καὶ ἐξέκλιναν ὀπίσω τῆς πλεονεξίας, & declinauerunt post auaritiam. ᵇ Ad ponendum] *Sic hebraeus Compl.* θήσει ponet.

CAP. IX.

ET vir de filiis Beniamin: & nomen ei Cis, filius Abiel filij Iared, filij Bachir, filij Aphec, filij viri Ieminæi, vir potens. Et huic filius: & nomen ei Saul, procerus vir bonus: & non erat in filijs Israel bonus super eum: ab humero, & supra excelsus super omnē ᵃ terram. Et perierunt asinæ Cis patris Saul. Et dixit Cis ad Saul filium suum: Sume tecum vnum puerorum: & surgite, & ite,

A ite,& quærite asinas. Et transierunt per montem Ephræm, & transierunt per terram Selcha, & non inuenerunt: & transierunt per terram Segalim, & non erāt: & transierunt per terram Iamin, & non inuenerunt. Ipsis autem venientibus in Siph, & Saul dixit puero suo, qui secum: Veni, & reuertamus, ne omittens pater meus asinas, solicitus sit quæ de nobis. Et dixit ei puer: Ecce nunc homo Dei in ciuitate hac, & homo honoratus: omne quodcunque locutus fuerit, eueniens aderit. Et nunc eamus, vt annunciet nobis viam nostram, super quam ibimus super eam. Et dixit Saul puero suo, qui secum: Et ecce ibimus: & quid feremus homini Dei? quoniam panes defecerunt de vasis nostris: & plus non est

B nobiscum ad afferendum homini Dei. Quod est nobis? Et adiecit puer respondere Sauli, & dixit: Ecce inuenta est in manu mea quarta pars sicli argenti: & dabis homini Dei: & annunciabit nobis viam nostram. Et antea in Israel hæc dicebat vnusquisque in eundo ad interrogandum Deum: Veni, & eamus ad videntem: quoniam prophetam vocabat populus antea, Videns. Et dixit Saul ad puerum suum: Bonum est verbum. Veni, & eamus. Et ierunt in ciuitatem, vbi erat ibi homo Dei. Ipsis ascendentibus ascensionem ciuitatis, & ipsi inueniunt puellas exeuntes ad hauriendam aquam: & dicunt eis: Si est hic videns? Et responderunt puellæ eis, & dicunt eis: Est: ecce ad faciem vestram.

C Nunc per diem venit in ciuitatem, quoniam sacrificium hodie populo in Bama. Cum ingressi fueritis in ciuitatem, sic inuenietis eum in ciuitate, priusquā ipse ascendat in Bama ad manducandum: quoniam non manducabit populus, quoadusque ipse ingrediatur: quoniam hic benedicit sacrificium: & post hæc comedunt hospites. Et nunc ascendite, quia per diem inuenietis eum. Et ascendunt ciuitatem. Ipsis ingredientibus in mediū ciuitatis, & ecce Samuel exiit in occursum eorum ad ascendendum in Bama. Et Dominus reuelauerat aurem Samuel die vna, antequam veniret ad eum Saul, dicens: Sicut tempus, cras mittā ad te virum de terra Beniamin: & vnges eum in principem super populum

D meū Israel: & saluabit populū meum de manu alienigenarum: quoniā respexi super humiliationem populi mei: quia venit clamor eorum ad me. Et Samuel vidit Saul: & Dominus respondit ei: Ecce homo, quem dixi tibi. Hic principabitur in populo meo. Et accessit Saul ad Samuel in medium ciuitatis, & dixit: Annuncia nunc, qualis est domus videntis. Et respondit Samuel Sauli, & dixit: Ego sum ipse. Ascende ante me in Bama: & manduca mecū hodie: & dimittam te mane, & omnia, quæ in corde tuo, annunciabo tibi. Et de asinab. tuis, quæ perierunt, hodie tres dies, ne ponas cor tuum eis: quoniam inuentæ sunt. Et cui speciosa Israel? Nonne tibi, & domui patris tui? Et respondit Saul, & dixit: Nōne viri filius Ieminæi ego sum pusilli sceptri tribus Israel, & tribus minimæ

E ex toto sceptro Beniamin? Et vt quid locutus es ad me iuxta verbum hoc? Et sumpsit Samuel Saulem, & puerum eius: & introduxit eos in diuersorium: & posuit eis ibi locum in primis vocatorum circiter septuaginta virorū. Et dixit Samuel coquo: Da mihi partem, quam dedi tibi, quam dixi tibi vt poneres eam apud te. Et coxerat coquus armum: & apposuit illud corā Saul. Et dixit Samuel Sauli: Ecce quod remansit. Appone illud coram te, & manduca: quoniam in testimonium est positum tibi præter alios. Carpe. Et

Hh co

comedit Saul cum Samuel in die illa. Et descendit de Bama in ciuitatem. Et strauerunt Sauli super solarium: & dormiuit. Et factum est, vt ascendit diluculum; & vocauit Samuel Saulem in solario, dicens: Surge, & dimittam te. Et surrexit Saul, & exijt ipse, & Samuel vsque foras. Ipsis descendentibus ad partem ciuitatis, & Samuel dixit Sauli: Dic puero, & transeat ante nos: & tu sta, vt hodie, & σ audi verbum Dei.

α Terram.] *Ita & alius liber vetus, &* Theodoretus *q.* 18. *Et Compl.* *In alijs est* τὸν λαὸν populum, *vt vulgata.* β Asinas.] *In aliquo libro est* τὰ περὶ τὰς ὄνους, ea, quæ ad asinas. *Cōpl.* τὰς περὶ τὰς ὄνους φροντίδας φροντίζει περὶ ἡμῶν curas, quæ circa asinas, solicitus sit de nobis. γ Eamus.] *In aliis additur* ἐκεῖ, illuc, *quod est in hebræo. Compl. autem præterea addit,* πρὸς αὐτὸν, ad eum, *quod in hebræo non est.* δ Quod est nobis.] *Ita fere hebræus. Compl. autem* ἢ τοῦτο τὸ ὑπάρχον ἡμῖν. Nunquid hoc, quod est nobis? ε Quoniam prophetam vocabat antea populus, videns.] *Symm.* τὸν γὰρ προφήτην τότε ἐκάλουν κατὰ τὸ ἀρχαῖον τὸν ὁρῶντα, Nam eum, qui isto tempore propheta, vocabant antiquitus videntem. *Diodorus in hunc locum.* Ex his ostenditur, quæ prophetarum vnusquisque suo cuiusque tempore gesta scripserant, hæc qui postea collegerunt, addidisse illud, a veteribus prophetam vocatum esse videntem. ζ Vestram.] *In aliis sequitur,* ταχύνατε, *& in Compl.* ταχύνατε, ὅτι νῦν, festinate, quia nunc. η Per diem.] διὰ τὴν ἡμέραν, *Et videtur valere,* hodie, *vt habet vulgata; sed cum quadam energia: quasi dicant,* hoc ipso die ad hanc rem constituto. *Ita etiam paulo post.* θ Bama.] *Theodoretus q.* 19. βαμὰ quidem Aquila est interpretatus ὑψηλὸν, excelsum, γαβαὰ autem τὸν βουνὸν, collem: *quod quidem videtur pertinere ad caput sequens.* ι Hospites.] *Theodoretus ibidem.* ξένους Aquila vocauit τοὺς κεκλημένους, vocatos, inuitatos. κ *Sicut tempus.*] *Sic fere hebræus, & subintelligitur, quod exprimitur in alijs codicibus,* ὡς ὁ καιρὸς οὗτος, sicut tempus hoc, *id est, hac hora.* λ Eis.] *Compl.* ἐν αὐταῖς, in eis. *Sed etiā ab hebræo abest præpositio.* μ Pusilli sceptri tribus Israel, & tribus minimæ ex toto sceptro Beniamin.] *Theodoretus q.* 22. *& Compl.* τοῦ σμικροτέρου σκήπτρου ἐκ τῶν φυλῶν τοῦ ἰσραὴλ, καὶ ἡ πατριά μου ὀλιγοστὴ παρὰ πάσας τὰς πατριὰς τοῦ βενιαμίν, minoris sceptri ex tribubus Israel, & familia mea minimæ præter omnes familias Beniamin? *In Scholiis reliqua referuntur eodem modo; sed partim habent,* τοῦ μικροτέρου σκήπτρου τῶν υἱῶν ἰσραὴλ, minoris sceptri filiorum Israel, *partim,* ἐκ τῆς ἐλαχίστης φυλῆς ἰσραὴλ, ex minima tribu Israel ν Coxerat.] ἥψησεν, *ita duo libri veteres. Alii* ἦρεν leuauit; *quod habet vulgata.* ξ Armum.] *Theodoretus ibid.* τὴν κωλέαν *Aquila dixit* κνήμην, tibiam, *siue* crus ο Quod remansit.] τὸ ὑπόλειμμα. *Aliqui codices* τὸ καταλειφθὲν, *eodem sensu. Aquila,* ἰδοὺ τὸ ὑπολελειμμένον. θὲς ἐνώπιόν σου, φάγε, ὅτι εἰς καιρὸν πεφυλαγμένον σοι, λέγων, τὸν λαὸν κέκληκα, Ecce residuum: pone ante te, comede: quoniam ad hoc tempus est seruatum tibi, dicens, populum vocaui. π In testimonium.] *Scholion insertum quæstionibus* Theodoreti, hoc est, in signum honoris (vt qui sis aliis præpositus) & iudicium regni. *Verum de hac locutione alibi dicetur. Aquila, vt in proxima notatione diximus,* εἰς καιρόν. *Dictio hebræa vtrumque potest significare, quemadmodum dicetur etiam cap.* 13. ρ Præter alios.] παρὰ τοὺς ἄλλους, *Ita libri duo veteres. Alii, & Theodoretus q.* 19. παρὰ τοῦ λαοῦ, à populo: *quamuis hoc etiam videatur valere* seorsum a populo, *Pauloante allata* Aquilæ *interpretatio satis respondet hebræo.* σ Audi.] ἄκουσον. *Alii* ἀκουστόν σοι, auditum tibi, *vt subintelligatur* ποιήσω, faciam.

CAP. X.

ET sumpsit Samuel lenticulam olei: & infudit super caput eius, & osculatus est eum, & dixit ei: Nonne α vnxit te Dominus in principem super populum suum, super Israel? Et tu principaberis in populo Domini: & tu saluabis eum de manu inimicorum eius. Et hoc tibi signum, quia vnxit te Dominus super hæreditatem suam in principem. Postquam abieris hodie à me; & inuenies duos viros ad sepulchra Rachel in β monte Beniamin, salientes granditer: & dicent tibi: inuentæ sunt asinæ, quas ibatis quærere: & ecce pater tuus dimisit γ verbum asinarum; & δ profundebat propter vos dicens: Quid faciam pro filio meo? Et abibis inde, & vlterius venies vsque ad quercum Thabor: & inuenies ibi tres viros ascendentes ad Deū in Bæthel, vnum portantē tres hœdos, & vnum portantem tria vasa panum, & vnū portantem vtrem vini: & interrogabunt te, quæ ad pacem: & dabunt tibi duas primitias panum: & sumes de

A de manu eorũ. Et post hæc ingredieris in collẽ Dei; vbi est ibi statio alienigenarum: ibi Nasib alienigena. Et erit, postquam intraueritis illuc in ciuitatem; & occurres choro prophetarum descendentium de Bama: & ante eos Nabla, & tympanum, & tibia, & Cithara: & ipsi prophetantes. Et insiliet super te spiritus Domini: & prophetabis cum eis: & verteris in virum alium. Et erit, quando venient signa hæc super te; fac omnia, quæcũque inuenerit manus tua: quoniam Deus tecũ. Et descendes ante Galgal; & ecce descendo ad te ad offerẽdum holocaustum, & sacrificia pacifica. Septem diebus differes, donec ego veniam ad te, & ostendã tibi, quæ facies. Et factum est, vt cõuertit se humero suo

B ad abeundum à Samuel, mutauit ei Deus cor aliud: & venerunt omnia signa in die illa. Et pergit inde in collem: & ecce chorus prophetarũ ex aduerso ipsius. Et insilijt in eum spiritus Dei, & prophetauit in medio eorum. Et fuerunt omnes, qui nouerunt eum heri, & nudiustertius, & viderunt: & ecce ipse in medio prophetarũ. Et dixit populus vnusquisque ad proximum suum: Quid est hoc, quod euenit filio Cis? Nunquid & Saul in prophetis? Et respondit quispiam eorum, & dixit: Et quis pater eius? Et propter hoc factum est in parabolam: Nunquid & Saul in prophetis? Et consũmauit prophetãs, & venit in collem. Et dixit propinquus eius ad eũ, & ad puerũ eius: Quo iuistis? Et dixerunt: Ad quærendas asinas; & vidimus, quia non sunt: & intrauimus ad Samuel. Et dixit pro-

C pinquus ad Saul: Annuncia nunc mihi, quid dixit tibi Samuel. Et dixit Saul ad propinquũ suum: Annuncians annunciauit mihi, quia inuẽtæ sunt asinæ. Verbũ autẽ regni non annunciauit ei. Et condixit Samuel vniuerso populo ad Dominum in Massephat. Et dixit ad filios Israel: hæc dixit Dominus Deus Israel, dicens: Ego eduxi filios Israel ex Ægypto: & erui vos de manu Pharaonis regis Ægypti, et ex omnibus regnis tribulãtibus vos. Et vos hodie spreuistis Deum, qui ipse est saluator vester ex omnib. malis vestris, & tribulationibus vestris. Et dixistis: Nequaquam: sed quia regem constitues super nos. Et nunc state coram Domino secundum sceptra vestra, et secundum tribus vestras. Et ap-

D plicuit Samuel omnia sceptra Israel: et sorte capitur sceptrum Beniamin. Et applicat sceptrum Beniamin in tribus: et sorte capitur tribus Mattarì. Et applicant tribũ Mattarì in viros: et sorte capitur Saul filius Cis. Et quærebat eum, et non inueniebatur. Et interrogauit Samuel adhuc in Domino, si venit vir huc. Et dixit Dominus: Ecce ipse absconditus est in vasis. Et cucurrit, & sumit eum inde, & constituit in medio populi: & exaltatus est super omnem populũ ab humero, & supra. Et dixt Samuel ad vniuersum populum: Si vidistis, quem elegit sibi Dominus? quia non est similis ei omnibus vobis? Et cognouerũt vniuersus populus, & dixerunt: Viuat rex. Et dixit Samuel ad populum iustifica-

E tionem regis; & scripsit in libro; & posuit coram Domino. Et dimisit Samuel vniuersum populũ, & abijt vnusquisq. ad locum suum. Et Saul abiit in domum suam in Gabaa. Et iuerunt filii virtutum, quorum tetigit Dominus corda eorũ cum Saul. Et filij pestilentes dixerunt: Quis, saluabit nos iste? Et contempserunt eum: & non attulerunt ei munera.

Vnxit.]

α Vnxit.] *Hinc usque ad illud,* quia vnxit te Dominus, *absunt a Compl. sicut etiam ab hebræo.* β In mõte Beniamin salientes granditer.] ἐν τῷ ὄρει βενιαμὶν ἁλλομένους μεγάλα. *Alij libri addũt post,* βενιαμίν, *hæc,* ἐν σηλὼ ἐν βακαλάθ, in Selo, in Bacalath. *Compl.* ἐν τοῖς ὁρίοις βενιαμὶν μεσημβρίας ἁλλομένους μεγάλα, in finibus Beniamin, in meridie salientes granditer. *Et ita vulgata; nisi quòd non habet hęc postrema,* salientes granditer. *Dictionem hebræam, quam vulgata vertit* in meridie, *alii vertunt,* in Selsach. γ Verbum.] *hebræus habet,* verba. *Compl.* τὴν φροντίδα, curam. δ Profundebat.] ἐδαψιλεύσατο. *Videtur hoc significare,* pro nihilo habebat asinas, & cetera omnia bona præ solicitudine, quæ nunc illum angit propter vos. *In vno codice inuentum est* φροντίζει, solicitus est. *Compl.* μεριμνᾷ περὶ ὑμῶν, solicitus, & anxius est de vobis. ε Ibi Nasib alienigena.] *Hæc absunt a Compl. & videatur alia interpretatio proxime præcedentis sententiæ. Nam Nasib significat stationẽ.* ζ Ante Galgal.] ἔμπροσθεν τοῦ γαλγάλ. *Compl.* ἔμπροσθέν μου εἰς γάλγαλα, *quod vulgata,* ante me in Galgala. η Et sacrificia.] *Alij,* καὶ θῦσαι θυσίας, & sacrificandum sacrificia. θ Prophetarum.] *In aliis additur,* προφητευόντων, prophetans. ι Nunquid & Saul in prophetis.] *Eodem fere modo Symm.* μὴ ἔτι καὶ σαοὺλ ἐν προφήταις; κ Propinquus.] οἰκεῖος. *Aquila* πατράδελφος, patruus: *& ita Compl.* λ Ei.] *In alijs additur* ὃ εἶπε σαμουήλ, quod dixerat Samuel. μ Condixit.] *Hoc visum est ualere.* παρήγγειλε. *Compl. autem,* καὶ συνήγαγε σαμουὴλ πάντα τὸν λαόν, & congregauit Samuel vniuersum populum. ν Sed quia.] ἀλλ᾽ ἢ ὅτι. *Compl. habet tantum* ἀλλ᾽ ἤ. *hebræo autem magis respondet* ὅτι. ξ Sceptra vestra, & secundum tribus vestras.] *Compl.* κατὰ φυλὰς ὑμῶν καὶ κατὰ χιλιάδας ὑμῶν, per tribus vestras, & per millia vestra: *quod habet hebræus: itemque in sequentibus, vbi in nostra est* σκῆπτρον, *in Compl. est* φυλή. ο In tribus.] *Compl.* κατὰ πατριὰν καὶ κατακληροῦται πατριὰ ἀματταρί. εἰς ἄνδρας, καὶ κατακληροῦται σαούλ. per familiam, & forte capitur familia Amattari: in viros, & forte capitur Saul. *Theodoretus q. 25. hunc locum tractans hæc scribit.* εἶτα τῆς βενιαμίτιδος κατακληρωθείσης φυλῆς, καὶ πάλιν εἰς πατριὰς καὶ οἴκους, καὶ ἄνδρας διαιρεθείσης τοῦ σαοὺλ ψῆφος ἀπεκληρώθη. Deinde, cum tribus Beniamiticæ sors obtigisset, & rursus in familias, & domos, & viros diuisa esset; Sauli calculus sortitò obtigit. π Quis.] *Videtur hebraismus; vt valeat Quid?* ρ Munera.] *In Compl additur* καὶ ἐγενήθη ὡς κωφεύων: *quod vulgata,* dissimulabat se audire. *Pro quibus in nostra & aliis græcis legũtur ad initium sequentis capitis,* καὶ ἐγενήθη ὡς μετὰ μῆνα, & factum est quasi post mensem: *quę vicissim absunt à Compl.*

CAP. XI.

ET factum est quasi post mensem: & ascendit Naas Ammanites: & castrametatur super Iabis Galaad. Et dixerunt omnes viri Iabis ad Naas Ammanitem: Dispone nobis testamentum: & seruiemus tibi. Et dixit ad eos Naas Ammanites: In α hac disponam testamentum vobis, in effodiendo vobis omnem oculum dextrum: & ponam opprobrium super Israel. Et dicunt ei viri Iabis: Permitte nobis septem dies: & mittemus nuncios in omnem terminum Israel. Si non fuerit, qui saluet nos; exibimus ad vos. Et veniunt nuncij in β Gabaa ad Saul: & loquuntur verba in aures populi. Et eleuauerunt vniuersus populus vocem suam, & plorauerunt. Et ecce, Saul veniebat γ post mane ex agro. Et dixit Saul: Quid est, quia plorat populus? Et narrant ei verba virorum Iabis. Et insiliit spiritus Domini super Saul; vt audiuit verba hæc: & indignatus est super eos ira sua valde. Et sumpsit duas vaccas, & membratim diuisit eas, & misit in omnem terminum Israel in manu nunciorum, dicens: Qui non est egrediens post Saul, & post Samuel; secundum hæc facient bobus eius. Et superuenit ecstasis Domini super populum Israel: & clamauerunt tanquam vir vnus. Et recenset eos in Bezec in δ Bama, omnem virum Israel ε sexcenta millia, & viros Iuda septuaginta millia. Et dixit nuncijs, qui venerant: Hæc dicetis viris Iabis. Cras uobis salus; cum incaluerit Sol. Et venerunt nuncii in ciuitatem: & nunciant viris Iabis: & lætati sunt. Et dixerunt viri Iabis ad Naas Ammanitem: Cras egrediemur ad vos: & facietis nobis, quod bonum in conspectu vestro. Et factum est post cras; & posuit Saul populum in tria principia: & ingrediuntur medium castrorum in custodia matutina; & percutiebant filios Ammon; quoad-

A quoadusque incaluit dies. Et factum est, & residui dispersi sunt: & non remanserunt in eis duo secundum idipsum. Et dixit populus ad Samuel: Quis est, qui dixit, quia Saul non regnabit super nos? Trade viros & mortificabimus eos. Et dixit Saul: Non morietur ullus in die hac: quoniam hodie fecit Dominus salutem in Israel. Et dixit Samuel ad populum, dicens: Eamus in Galgala; & innouemus ibi regnum. Et iuit omnis populus in Galgala. Et vnxit Samuel ibi Saul in regẽ coram Domino in Galgalis Et sacrificauit ibi [ζ] sacrificia, & pacificas corã Domino. Et lætatus est [η] Samuel, & vniuersus Israel [θ] quamplurimum.

B [α] Hæc.] *Rursus hebraismus: pro quo in Compl.* ἐν τούτῳ in hoc. [β] Gabaa] *Compl.* βουνὸν collem: *quod, vt diximus cap. 9 ex Theodoreto, est Aquilæ.* [γ] Post mane.] *Compl.* κατόπισθεν τῶν βοῶν, *quod vulgata*, sequens boues: *dictiones hebrææ, quę significant*, mane, & boues, *iisdem constant litteris.* [δ] In Bama.] *Hæc absunt a Compl. ut a uulgata.* [ε] Sexcenta.] *Compl.* τριακοσίας, trecenta, *vt vulgata: & paulo post* τριάκοντα, triginta, *vbi nostra, & cęteri codices gręci* ἑβδομήκοντα, septuaginta. [ζ] Sacrificia, & pacificas.] *Compl* θυσίας εἰρηνικάς, sacrificia pacifica. [η] Samuel.] *Ita libri veteres, qui collati sunt, Compl.* σαοὺλ, Saul. *ut uulgata.* [θ] Quam plurimum.] ὥστε λίαν. *hebræus*, usque ualde. *Compl.* σφόδρα, ualde.

CAP. XII.

ET dixit Samuel ad vniuersum Israel: Ecce audiui vocem vestram in omnibus, quæcunque dixistis mihi: & feci regnare super vos regem: & nunc ecce rex graditur ante vos. Et ego senui, [α] & sedebo: & filii mei ecce in C vobis. Et ego ecce [β] ambulaui coram vobis à iuuentute, & vsque ad diem hanc Ecce ego: respondete contra me coram Domino, & coram Christo eius: bouẽ cuius cepi, aut asinum cuius cepi, aut quem oppressi vestrum, aut quẽ expressi, aut de manu cuius cepi propitiationem, vel calceamentum. Respondete contra me, & reddam vobis. Et dixerũt ad Samuel: Non fecisti iniuriam nobis, neq. oppressisti nos, neque contriuisti nos: & non cepisti de manu cuiusquam quicquam. Et dixit Samuel ad populum: Testis Dominus in vos: & testis Christus eius [γ] hodie in hac die, quia non inuenistis in manu mea quicquã. Et dixerunt: Testis. Et dixit Samuel ad populum, dicens: Testis Dominus, qui D fecit Moysem, & Aaron, qui eduxit patres nostros ex Ægypto. [δ] Et nunc state: & iudicabo vos coram Domino, & annunciabo vobis omnem iustitiam Domini: quæ fecit in vobis, & in patribus vestris. Postquã intrauit Iacob, & filij eius in Ægyptum; et humiliauit eos Ægyptus: & clamauerunt patres nostri ad Dominum. Et misit Dominus Moysem, & Aaron: & [ε] eduxerunt patres vestros ex Aegypto: & habitare fecit eos in loco hoc. Et obliti sunt Domini Dei sui. Et vẽdidit eos in manus Sisaræ magistro militiæ Iabis regis Asor, & in manus alienigenarum, & in manus regis Moab: & pugnauit in eos. Et clamauerunt ad Dominum, & dicebant: Peccauimus, quoniam dereliquimus Dominum: & seruiuimus Baalim, & Lucis. Et nunc erue nos de manu inimicorum nostrorum: & E seruiemus tibi. Et misit Ierobaal, & Barac, & Iephtæ, & Samuel: & eripuit [ζ] nos de manu inimicorum nostrorum, qui in circuitu & habitastis confidentes. Et vidistis, quia Naas rex filiorum Ammon venit super vos, & dixistis: Nequaquam: [θ] sed quia rex regnabit super nos. Et dominus Deus noster, rex noster. Et nunc ecce rex, quem [ι] elegistis. Et ecce dedit Dominus super vos regem. [κ] Si timueritis Dominum, & seruieritis ei, & audieritis vocem eius, & non repugnaueritis ori Domini; & eritis & vos, & rex regnans super

vos poſt Dominum ambulantes. Si autem non audieritis vocẽ Domini, & repugnaueritis ori Domini; & erit manus Domini ſuper vos, & ſuper regem veſtrum. Et nunc ſtate, & videte verbum magnum hoc, quod Dominus faciet in oculis veſtris. Nonne meſſis frumentorum hodie? Inuocabo Dominum: & dabit voces, & pluuiam. Et cognoſcite, & videte, quia maleficium veſtrum eſt magnum, quod feciſtis in conſpectu Domini, petentes vobiſipſis regem. Et inuocauit Samuel Dominum: & dedit Dominus voces, & pluuiam in die illa. Et timuerunt omnis populus Dominum valde, & Samuel. Et dixerunt omnis populus ad Samuel: Ora pro ſeruis tuis ad Dominum Deum tuum; & non moriamur quoniam addidimus ad omnia peccata noſtra [λ] maleficium, petentes nobiſipſis regem. Et dixit Samuel ad populum: Ne timeatis. Vos feciſtis omne maleficium hoc. Veruntamen ne declinetis à poſt Dominum, & ſeruite Domino in toto corde veſtro. Et non tranſgrediamini poſt eos, qui nihil ſunt, qui non perficient quicquam, & qui non eruent, quia nihil ſunt. Quoniam non abijciet Dominus populum ſuum propter nomen ſuum magnum: quoniam [μ] admodum Dominus ſuſcepit vos ſibi in populum. [ν] Et mihi nequaquam, vt peccem Domino, ommittendo orare pro vobis. Et ſeruiam Domino: & oſtendam vobis viam bonam & rectam. Tantummodo timete Dominum: & ſeruite ei in veritate, & in toto corde veſtro: quoniam videtis, quæ magnificauit vobiſcum. Et, ſi maleficio malefeceritis; & vos, & rex veſter [ξ] apponemini.

[α] Et ſedebo.] *Quaſi dicat, ceſſabo à functione muneris mei: Compl.* καὶ πεπολίωμαι, & incanui. [β] Ambulaui.] διελήλυθα. *Sic hebræus. Compl.* ἀνέστραμμαι conuerſatus ſum. [γ] Hodie.] *Abeſt iſtud* σήμερον, *à Complut. vt a vulgata.* [δ] Et nunc ſtate.] *Symm.* καὶ νῦν στῆτε, ἵνα διακριθῶ πρὸς ὑμᾶς ἔμπροσθεν κυρίου περὶ πασῶν ἐλεημοσυνῶν κυρίου, ἃν ἐποίησε. *quæ in vulgata.* Nunc ergo ſtate, vt iudicio contendam aduerſus vos corã Domino de omnibus miſericordiis Domini, quas fecit. [ε] Eduxerunt.] *Sic etiã hebræus, & chaldæus. Compl.* ἐξήγαγε, eduxit, *vt vulgata.* [ζ] Pugnauit.] *Alii* ἐπολέμησαν, pugnauerunt, *vt vulgata.* [η] Nos de manu inimicorum noſtrorum.] *Compl.* vos, *&*, veſtrorum. [θ] Sed quia.] *Rurſus a Compl. abeſt* ἀλλ' ἢ, *ab aliis* ὅτι, *ſicut a vulgata.* [ι] Elegiſtis.] *In aliis additur,* καὶ ὃν ᾐτήσασθε, & quem petiiſtis. [κ] Si timueritis.] *Ita etiam hebræus, & chaldæus, & vulgata. Compl.* ὅπως ἂν φοβῆσθε, vt timeatis *& poſt illa,* poſt Dominum ambulantes *addit,* καὶ ἐξελεῖται ὑμᾶς, & eruet vos. *Pro quibus eſt in aliis,* οὐκ ἔσται χεὶρ κυρίου ἐφ' ὑμᾶς, non erit manus Domini ſuper vos. [λ] Maleficium.] *Aut* malum, *vt vulgata. Græce eſt* κακίαν, *& melius, quàm quod in Compl.* καὶ κακίας. [μ] Admodum.] ἐπιεικῶς *quod Compl. non habet, ſed vicifsim addit* ὑμᾶς ποιῆσαι, vos facere. [ν] Et mihi nequaquam, vt peccem.] καὶ ἐμοὶ μηδαμῶς τοῦ ἁμαρτεῖν. *Compl.* ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο ἁμαρτεῖν, mihi autem abſit peccare. [ξ] Apponemini.] προστεθήσεσθε. *videtur ſubintelligi poſſe,* ad patres veſtros: *id eſt, eandẽ viã inſiſtetis, quam patres ueſtri, & eaſdem pœnas ſubibitis, aut potius, innoluemini eadem ruina. Sic cap. 15. Saul ad Cinæum,* προσθῶ σε, *vbi uulgata,* inuoluam te, *& alii ex hebræo,* delcam te. *Sic etiam cap. 26.* καὶ προστεθῇ, *pro* & pereat. *Compl.* ἀπολεῖσθε, peribitis, *ut uulgata.*

CAP. XIII.

ET [α] elegit ſibi Saul tria millia virorum ex viris Iſrael. Et fuerant cum Saul bis mille, qui in Machmas, in monte Bæthel: & mille fuerunt cũ Ionathan in Gabaa Beniamin. Et reſiduum populi dimiſit, vnumquenque in tabernaculum eius. Et percuſſit Ionathan [β] Naſib alienigenam, qui in colle. Et audiunt alienigenæ. Et Saul tuba clangit in omnem terram, dicens: [γ] Spreuerunt ſerui. Et omnis Iſrael audiuit dicentes: percuſſit Saul Naſib alienigenam: & [δ] puduit Iſrael in alienigenas. Et [ε] aſcenderunt filij Iſrael poſt Saul in Galgala. Et alienigenæ congregantur in prælium ſuper Iſrael. Et aſcendunt ſuper Iſrael triginta millia curruum, & ſex millia equitum, & populus tanquã arena, [ζ] quæ iuxta mare, multitudine. Et aſcendunt, & caſtrametantur in Machmas

A mas[a] ex aduerso Bæthoron contra austrum. Et vir Israel vidit, [θ] quia anguste sibi, ne ipse accedat: & occultauit se populus in speluncis, & in abditis, & in petris, & in foueis, & in cisternis. Et [ι] transitores transierunt Iordanem in terram Gad, & Galaad. Et Saul adhuc erat in Galgalis: & vniuersus populus expauit post eum. Et [κ] distulit septem dies testimonio, sicut dixerat Samuel: & non adueniebat Samuel in [λ] Galgala: & dispersus est populus eius ab eo. Et dixit Saul: Adducite vt faciam holocaustosim, & pacifica. Et obtulit holcoaustosim. Et factum est, vt consummauit offerens holocaustosim; & Samuel aduenit. Et exijt Saul in occursum ei ad benedicendũ eũ. Et dixit Samuel: Quid fecisti? Et dixit Saul: Quoniam vidi, quia dispersus erat populus à me, & tu non adueniebas,

B sicut constitueras in testimonio dierum, & alienigenæ congregati erant in Machmas; & dixi: nunc descendent alienigenæ ad me in Galgala, & faciem Domini non sum deprecatus. Et vim feci: & obtuli holocaustosim. Et dixit Samuel ad Saul: Stulte actum est tibi: quoniam non custodisti mandatum meum, quod mandauit tibi Dominus: [μ] quia nunc præparauerat Dominus regnum tuum super Israel vsque in seculum. Et nunc regnum tuum non stabit tibi: & quæret sibi Dominus hominem secundum cor suum: & mandabit Dominus in principem super populum suum: quoniam non custodisti, quæcunq. mandauit tibi Dominus. Et surrexit Samuel, & abijt de [ν] Galgalis. Et residuum

C populi ascendit post Saul in occursum post populum bellatorem. Ipsis aduenientibus è Galgalis in Gabaa Beniamin, & recensuit Saul populum, qui inuentus erat cum eo circiter sexcentos viros. Et Saul, & Ionathan filius eius, & populus, qui inuenti sunt cum eis, sederunt in Gabaa Beinamin: [ξ] & plorabant. Et alienigenæ castrametati erant in Machmas. Et egressus est vastator ex agro alienigenarum tribus principijs: principium vnum spectans viam Gophera ad terram Sogal: & principium vnum spectans viam Bæthoron: & principium vnum spectans [ο] viam Gabae vergentem ad Gæ Sabim. Et faber ferri non inueniebatur in vniuersa terra Israel: quoniam dixerunt alienigenæ: ne faciãt Hebræi gla-

D dium, & lanceam. Et descendebant vniuersus Israel ad terram alienigenarum, fabricari vnusquisque [π] messorium suum, & vas suum, & vnusquisque securim suam, & marram suam. Et erat [ρ] vindemia parata ad metendum. [ς] Vasa autem erant, tres sicli in dentem: & securi, & falci substantia erat eadem. Et factũ est in diebus prælii [τ] Machmas: & non est inuentus gladius, & lancea in manu vniuersi populi, qui cum Saul, & cum Ionathan. Et inuentus est Sauli, & Ionathan filio eius. Et exijt [υ] de statione alienigenarum trans Machmas.

α Et eligit, *Ante hęc in Scholio (quod uidetur sumptum ex Theodoreto q. 28.) hæc leguntur,* υἱὸς ἐνιαυτοῦ ἦν σαοὺλ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν. filius anni erat Saul, cum ipse regnauit. *Symm.* υἱὸς ὤν, *(abest istud* ὤν, *a codicibus*

E *Theodoreti)* ἐνιαυσιαῖος σαοὺλ, filius vnius anni Saul, *& addit Theod. etiam ex Symm. illa* ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν. *Aliud Schol.* υἱὸς τριάκοντα ἐτῶν σαοὺλ ἐν τῷ βασιλεύειν αὐτόν. καὶ δύο ἔτη ἐβασίλευσεν ἐν ἰσραήλ, filius triginta annorum Saul, cũ ipse regnauit: & duos annos regnauit in Israel: *quæ postrema uerba manifesto agnoscuntur a Theodoreto. Compl. habet, ut in priore Scholio, sed additis etiã his, quæ in posteriore adduntur.* β Nasib alienigenam.] *Schol. ex Aquila* τὸ ὑπόστημα. *Theodoretus q. 29. habet* τὸ ὑπόστημα τῶν ἀλλοφύλων, *& addit.* Alienigenæ, cum vicissent Hebræos, in munitioribus locis collocarunt præsidia. ὑπόστημα, igitur vocauit præsidium huiusmodi. *Similis uarietas notata est cap. 10. Vulgata habet* stationem. *Chaldæus tamen, & alii ex hebręo interpretantur* præsidem, *&* ducem. γ Spreuerunt serui.] *Theodoretus.* Illud ἠθετήκασιν οἱ δοῦλοι, Aquila explanauit ἀκουσάτωσαν οἱ ἑβραῖοι, audiant Hebræi, *quod est in uulgata: & dictiones hebræa, quæ hoc significant parum differunt ab ijs, quæ illud. Vide Cap. sequenti. Capite autem 17. in uerbis* Goliath, hebræi Saulis, *uidetur dictum pro* serui Saulis. *Schol. ex Symm.* ἀκουσάτωσαν οἱ ἐν τῷ πέραν, audiant, qui trans fluuium. *Notatum est enim in Gen. hebræũ dici transitorẽ, & trãs fluuialem. Chaldęus tamen habet,* Iudæi. δ Et puduit.] καὶ ᾐσχύνθησαν

Dictionem hebræam quidam uertunt, fœtuit, *quidam* abominatus est. *Chaldæus* cōcitatus est. *Vulgata* erexit se. *Alii codices græci*, καὶ ἐξουδένωσαν (al. ἐξουδένωσεν) Ἰσραὴλ τοὺς ἀλλοφύλους, & contempserunt (al. contempsit) Israel alienigenas. ι Et ascenderunt filii Israel. *Compl.* καὶ ἀνέβη ὁ λαός, & ascendit populus. *Alii libri*, καὶ ἀνεβόησεν ὁ λαός, & clamauit populus, *quod est in uulgata.* ς Quæ iuxta mare] *Alii*, ἡ παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης quæ ad labiū maris. η Ex aduerso Bæthoron cōtra austrū.] *Compl.* ἐξ ἐναντίας κατὰ νότου Βαιθαβὲν, Ex aduerso per dorsum Bæthaben. *Vulgata habet tantū* ad orientē Bethauen. θ Quia angustie sibi, ne ipse accedat; & occultauit se.] *Idest, ita sibi rē in arcto esse, atq. ita se laborare, vt minime possit congredi cū aduersarijs: & idcirco occultauit se. Compl. planius, sed longius ab hebræo* ὅτι ἐθλίβοντο, καὶ ἀνεχώρησεν ὁ λαός, καὶ ἐκρύβη, quia premuntur, & recessit populus, & occultauit se. ι Transitores.] οἱ διαβαίνοντες. *Articulus ostendit non esse iterationē verbi propter ornatū, sed significari illos, quos ab Aquila paulo ante notauimus vocatos esse hebræos, a Symm. transfluuiales.* κ Et distulit septem dies testimonio, sicut dixerat Samuel.] *Aquila*, καὶ περιέμεινε ἑπτὰ ἡμέρας εἰς συνταγὴν τοῦ Σαμουήλ, & expectauit septem dies ad constitutionem Samuel. *Symm.* ἀνέμεινε δὲ ἑπτὰ, expectauit autem septē, *&c. vt Aquila. Ac nomine testimonii significari statutum tempus, & constitutionem quandam innuimus etiam cap. 9. & in hoc paulo post dicitur* in testimonio dierum. λ Galgala.] *In Compl. additur*, καὶ εἶπε Σαοὺλ οὐκ ἦλθεν Σαμουὴλ εἰς Γάλγαλα, & dixit Saul, non venit Samuel in Galgala: *quæ manifesto redundant, & perturbant sententiam.* μ Quia nunc præparauerat.] ὡς νῦν ἡτοίμασε: *& optime respondet hebræo. Compl.* ὡς ἡτοίμασεν ἄν, vt præparasset. ν Galgalis.] *In aliis additur*, εἰς ὁδὸν αὐτοῦ, in viā suam: *in Compl. continuo sequitur*, εἰς βουνὸν Βενιαμὶν in collem Beniamin: *quod fortasse est Aquilæ, qui* γαβαὰ *solet vocare* βουνόν. *Nam nostra (interiectis tamen istis*, Et residuum populi ascendit post Saul in occursum post populum bellatorem: ipsis aduenientibus e Galgalis, *quæ absunt a Compl. vt a vulgata) habet* εἰς γαβαὰ Βενιαμὶν *quod vulgata*, in Gabaa Beniamin. ξ Et plorabant.] *Hæc absunt a Compl. vt a vulgata.* ο Viam Gabae vergentem ad Ge Sabim.] *In aliis additur* τὴν ἔρημον, desertum. *Symm.* κατὰ τὴν ὁδὸν τοῦ ὁρίου τοῦ ἐπικειμένου κατὰ τῆς φάραγγος τῆς σεβωὶμ εἰς τὴν ἔρημον ad iter termini imminentis valli Seboim contra desertum (*Sic enim vulgata*) *Theodotio* ὁδὸν τοῦ ὁρίου τοῦ ἐπιβλέποντος ἐν τῇ κοιλάδι τῶν δορκάδων, viam termini prospicientis in vallem caprearum. *Alius interpres* καὶ ἡ κεφαλὴ ἡ μία ἐνέκλινεν ὁδὸν τοῦ ἐκκύπτοντος ἐπὶ φάραγγα τῶν ὑαινῶν, & caput vnū declinabat in viā prospicientis in conuallē Hyænarū. *Theodoretus q. 29. scribit Aquilā pro* γαβαὰ τὴν ἐν σεβαὶν, *dixisse*, γῆν τὴν ἐν τῇ κοιλάδι τῶν δορκάδων, terram, quæ in valle caprearum. π Messorium.] θέριστρον, *quod alij*, θεριστήριον, *& interpretantur falcem. Quid aliis locis sit Theristrum, dictum est in Genesi.* ρ Vindemia.] *Sic etiam Compl.* τρυγητής. *Sed fortasse hoc loco significat instrumentum aliquod cæteris instrumentis agricolarum acuendis idoneum. Schol.* ἐγχωρεῖ δὲ ἡ πρὸς βόλωσις στόματι τοῖς ἀρότροις καὶ τοῖς ῥεῦσι καὶ τοῖς τριοκέλλοισιν καὶ τοῖς ἀξίναις, καὶ τῷ στερεώσαντος *ex hebræo coniici potest legendum* στερεῶσαι τὸ) βούκεντρον. Et erat lima, ora (*supplendum*, habens, *vt etiam in hebræo*) aratris, & ligonibus, & tridentibus, & securibus, & ad firmandum stimulum. *Quę valde respondent hebræo, & chaldæo.* σ Vasa autem erant tres sicli in dentem.] *Compl* εἰς δὲ τὰ σκεύη ἦσαν τρεῖς σίκλοι εἰς τὸν ὀδόντα καὶ τῇ ἀξίνῃ, καὶ τῷ δρεπάνῳ, καὶ τοῦ κατορθῶσαι τὸ βούκεντρον ὑπόστασις ἦν ἡ αὐτή. In vasa autem erant tres sicli in dentem, & securi, & falci, & ad corrigendum stimulum eadem facultas erat. *Theodoretus (quantum refert Scholiastes: nam apud ipsum q. 30. etiam in codicibus manuscriptis aliqua desunt.)* ὀδόντα Symm. quidem interpretatus est τὴν ὕνιν, vomerem. Aquila autem τὸ ἄροτρον, aratrum. Siclum autem uocarunt στατῆρα, staterem. Siclus autem, qui accipitur in pondere, trahebat semipondus, in argento autem viginti obolos τ Machmas] *Abest à Compl. ut à vulgata.* υ De statione.] *Ita etiam Compl. & videtur sub intelligi e loco superiore* διαφθείρων, uastator. *Vulgata*, statio.

CAP. XIV.

ET fit dies: & dixit Ionathan filius Saul puero portanti vasa ipsius: Veni, & transeamus ad α Messab alienigenarum, quæ trans locum illum. Et patri suo non annunciauit. Et Saul sedebat super summitatem collis, sub malo granato, quod in Magdon: & erant cum eo quasi sexcenti viri. Et Achia filius Achitob fratris β Iochabed filij Phinees, filii Heli sacerdos Dei in Selom, portans Ephud. Et populus non sciebat, quia iuit Ionathan. Et inter transitum, vbi quærebat Ionathan transire ad stationem alienenigenarum, & γ dens petræ hinc, & dens petræ hinc. Nomen vni Bases: & nomen alteri Senna. Via vna ab Aquilone venienti Machmas: & via altera ab Austro venienti Gabae. Et dixit Ionathan ad puerum portantem uasa ipsius: Veni, transeamus ad Messab incircuncisorum horum; δ siquid faciat Dominus nobis: quoniam non est Domino restrictum saluare in multis, vel in paucis. Et dixit ei ille, qui portabat vasa eius: Fac omne, quodcunque cor tuum inclinauerit: ecce ego tecum: sicut cor tuum, cor meum. Et dixit Ionathan: Ecce nos transimus ad viros,

&

A & deuoluemur ad eos. Si hæc dixerint ad nos, recedite illuc, donec annunciemus vobis; & stabimus super nos ipsos, & nō ascendemus ad eos. Si autem dixerint ad nos, ascendite ad nos; & ascendemus: quoniam tradidit eos Dominus in manus nostras. Hoc nobis signum. Et intrarunt vtrique in Messab alienigenarū. Et dicunt alienigenæ. Ecce hebræi egrediuntur è cauernis suis, vbi absconditi erant illic. Et responderunt viri Messab ad Ionathan, & ad eum, qui portabat vasa eius, & dicunt: Ascendite ad nos: & notum faciemus vobis verbum. Et dixit Ionathan ad portantē vasa ipsius: Ascēde post me: quoniā tradidit eos Dominus in manus Israel. Et ascendit Ionathan super manus suas, & super pedes suos, & portans vasa eius cum eo. Et inspexerunt ad faciem Ionathan: & percussit eos: & portans vasa eius procedebat post eum. Et fuit plaga prima, quam percussit Ionathan, & portans vasa eius, circiter viginti uiri, in iaculis, & lapidum iactu, & silicibus cāpi. Et factus est pauor in castris, & in agro: & vniuersus populus, qui in Messab: & qui vastabant, obstupuerunt, & ipsi nolebant facere. Et obstupuit terra: & factus est pauor à Domino. Et viderunt speculatores Saulis in Gabaa Beniamin: & ecce castra perturbata hinc, & hinc. Et dixit Saul populo, qui cum ipso: Recognoscite nunc, et videte, quis iuit ex uobis. Et recognouerunt: et ecce non inueniebatur Ionathan, et portans vasa eius. Et dixit Saul ad Achia: Applica Ephud: quoniam ipse tulit Ephud in die illa coram Israel.

C Et factum est, vt loquitur Saul ad sacerdotem; et sonus in castris alienigenarum pergebat pergens, et multiplicabatur. Et dixit Saul ad sacerdotem: Collige manus tuas. Et ascendit Saul, et omnis populus, qui cum eo: et veniunt usque in prælium. Et ecce factus est gladius uiri super proximum suum, confusio magna ualde. Et serui, qui erant heri, et nudiustertius cum alienigenis, qui ascenderant in castra, reuerterunt et ipsi esse cum Israel ijs, qui cum Saul, et Ionathan. Et omnis Israel, qui se absconderant in monte Ephræm, et audierunt, quia fugerunt alienigenæ; et adhærent etiam ipsi post eos in prælium. Et saluauit Dominus in die illa Israel. Et prælium transijt ipsam Bamoth. Et omnis populus erat cum Saul, circiter decem millia uirorum. Et erat prælium dispersum in totam ciuitatem in monte Ephræm. Et Saul ignorauit ignoratiam magnam in die illa: et maledicto obstringit populum, dicens: Maledictus homo, qui comedet panem vsque ad uesperam: et vlciscar inimicum meum. Et non gustauit omnis populus panem: et uniuersa terra prandebat. Et Iaal Sylua erat apiarij ad faciem agri. Et intrauit populus in apiarium: et ecce ibat dicens: et ecce non fuit conuertens manum suam ad os suum: quoniam timuit populus iuramentum domini. Et Ionathan non audierat; cum adiuraret pater eius populum: et extendit summitatem sceptri

E sui, quod in manu sua, et tinxit illam in fauo mellis: et conuertit manum suam ad os suum: et suspexerūt oculi eius. Et respondit unus de populo, et dixit: Adiurans adiurauit populum pater tuus, dicens: Maledictus homo, qui comedet panem hodie. Et defecit populus. Et cognouit Ionathan, et dixit: Perturbauit pater meus terram. Vide, quia uiderunt oculi mei; quoniam gustaui breue quid de melle hoc. Vtinam comedisset comedens hodie populus de spoliis inimicorum suorum, quæ inuenit; quoniam nunc maior fuisset plaga in alienigenis. Et percussit in die illa de alienigenis in Machmas. Et laborauit populus ualde.

dc.ᵞ Et diuertit populus ad spolia: et cepit populus greges, et armenta boum, et filios boum: et iugulauit super terram: et comedit populus cum sanguine. Et annunciatum est Sauli; dicentes: Peccauit populus Domino, comedens cum sanguine. Et dixit Saul: ᵛ De Getthæm, uoluite mihi lapidem huc magnum. Et dixit Saul: Dispergimini in populum, et dicite eis, ut adducat huc unusquisq. uitulum suum, et unisquisque ouem suam: et iugulet super hunc: et non peccetis Domino, comedēdo cum sanguine. Et adduxit populus, unusquisque, quod in manu ᵠ sua et iugularunt ibi. Et ædificauit ibi Saul altare Domino. Istud cepit Saul ædificare altare Domino. Et dixit Saul: Descendemus post alienigenas nocte, et depredemur in eis, donec illucescat dies: et non relinquamus in eis uiuum. Et dixerunt: Omne, quod bonum coram te, fac. Et dixit sacerdos: Accedamus huc ad Deum: Et interrogauit Saul Deum; si descendero post alienigenas, si trades eos in manus Israel? Et non respondit ei in die illa. Et dixit Saul: Adducite huc omnes angulos Israel, et cognoscite, et uidete, in quo factum est peccatum hoc hodie: Quoniam uiuit Dominus, qui saluauit Israel; quia si respōderit contra Ionathan filium meum; morte morietur. Et non erat respondens de omni populo. Et dixit omni viro Israel: Vos eritis in ᵡ seruitutem: & ego, & Ionathan filius meus erimus in seruitutē. Et dixit populus ad Saul: Quod bonum coram te, fac. Et dixit Saul: Domine Deus Israel, ᵠ Quid, quod non respondisti seruo tuo hodie? Si in me, vel in Ionathan filio meo iniustitia; Domine Deus Israel da manifestationes. Et si hæc dixerit, da nunc populo tuo Israel; da nunc sanctitatem. Et sorte capitur Ionathan, & Saul: & populus egressus est. Et dixit Saul: ω Iacite inter me, & inter Ionathan filium meum. αα quemcumq. sorte ceperit Dominus; moriatur. Et dixit populus ad Saul: Non est verbum hoc. Et præualuit Saul populo: & iaciunt inter eū & inter Ionathan filiū eius: & sorte capitur Ionathan. Et dixit Saul ad Ionathan: Annuncia mihi, quid fecisti. Et annunciauit ei Ionathan: & dixit: Gustans gustaui in summo sceptro, quod in manu mea, breue mel: & ecce ego morior. Et dixit ei Saul: Hæc faciat mihi Deus, & hæc adijciat; quia morte morietur hodie. Et dixit populus ad Saul: Si hodie morti tradetur, qui fecit salutem magnam hanc in Israel? ββ Viuit Dominus, si cadet capillus de capite eius super terram: quoniam γγ populus Dei fecit diem hāc. Et orauit populus pro Ionathan in die illa: & non est mortuus. Et ascendit Saul à post alienigenas. Et alienigenæ abierunt ad locū suū. Et δδ Saul sorte cepit regnare, sorte capit opus super Israel. Et oppugnabat in circuitu omnes inimicos suos in Moab, & in filios Ammon, & in filios Edom, & in Betheor, & in regem Suba, & in alienigenas: quocumque se vertebat, saluabatur. Et fecit virtutem: & percussit Amalec. Et eruit Israel de manu conculcantium eum. Et fuerunt filii Saulis Ionathan, & Iessiu, & Melchisa. Et nomina duarum filiarum eius: nomen primogenitæ Merob: & nomen secundæ Melchol. Et nomen vxori eius Achinoom filia Achimaas. Et nomen principi militiæ eius Abenner filius εε Ner, filii propinqui Saul. Et Cis pater Saul, & Ner pater Abenner ςς filius Iamin filii Abiel. Et fuit bellum validum super alienigenas omnibus diebus Saul. Et videns Saul omnem virum potentem, & omnem virum filium virtutis, & colligebat eos ad se.

α Messab.]

A α Messab.] *Compl.* εἰς τὴν ὑπόστασιν, ad stationem, *quod habet vulgata, & est interpretatio illius dictionis hebraicæ. Eadem varietas est paulo post, vbi etiam Theodoretus habet* ὑπόστασιν. β Iochabed.] *Hoc nomen aliter habet supra cap.* 4. γ Dens.] *Ita hebræus, & chaldæus. Compl.* ἀκρωτήριον, eminentia, cacumen. *Item Schol. cum haberet* ἀκρωτήριον καὶ ἀκρωτήριον, *hæc addit*, Quinimo hæc in hexaplo sunt notata asterisco, quippe quæ ex Theodotione sint apposita. δ Siquid faciat.] ἐάν τι ποιήσῃ. *Compl. & Theodoretus*, εἴπως ποιήσει τι, si forte faciet quid. ε Inclinauerit.] ὃ ἐὰν ἡ καρδία σου ἐκκλίνῃ. *Compl.* ὃ ἂν ἡ καρδία σου θελήσῃ, ἔγκλινον σεαυτόν, quodcunque cor tuum voluerit; inclina te ipsum. ζ Recedite illuc.] ἀπόστητε ἐκεῖ *Ita etiam Theodoretus. Compl.* στῆτε ἐκεῖ, state ibi. *Vulgata* manete. η Donec annunciemus vobis.] *Compl.* ἕως ἂν ἐγγίσωμεν ὑμῖν. donec appropinquemus vobis. θ In iaculis.] *Ita etiam Theodoretus: licet vulgata ex hebræo habeat*, in media parte iugeris, *&c.* ι Obstupuerunt, & ipsi nolebant facere.] *Compl. habet tantum*, obstupuerunt & ipsi: *quod respondet hebræo. Alij codices* ἐξέστησαν καὶ αὐτοὶ (*in quo ipsis conuenit cum Compl.*) καὶ οὐκ ἤθελον πονεῖν, *aut* πολεμεῖν, obstupuerunt & ipsi: & nolebant laborem subire, *aut* pugnare. κ Ephud: quoniam ipse tulit Ephud.] *Theodoretus etiam ibidem solius vestis sacerdotalis mentionem facit. In aliis codicibus est*, τὸ ἐφούδ, ὅτι ἦν ἡ κιβωτὸς τοῦ θεοῦ, Ephud: quoniam erat arca Dei. *vulgata etiam priore loco habet*, arcam Dei, *sine mentione*

B *Ephod.* λ Serui.] *Rursus hic in vulgata est* hebræi: *de qua varietate dictum est cap superiore.* μ Omnis Israel.] *Alii* πᾶς ἀνὴρ ἰσραήλ, omnis vir Israel. ν Et audierunt.] *illud* καὶ, *abest ab aliis.* ξ Bamoth.] *Compl.* βαιθαυὼν, *vulgata* Bethauen. ο Et vniuersa terra prandebat.] *Hæc absunt à Compl. vt a vulgata.* π Et Iaal sylua erat.] *Alii* καὶ ἰδοὺ δρυμὸς ἦν, Et ecce sylua erat. *Compl.* καὶ πᾶσα ἡ γῆ ἦλθεν εἰς δρυμόν, καὶ ὁ δρυμὸς ἦν, Et omnis terra venit in saltum: & saltus erat. ρ Et ecce ibat dicens) *Compl.* καὶ ἰδοὺ διεπορεύετο μέλι, & ecce fluebat mel. σ In Machmas.] *Alij* πλείους, ἢ ἐν μαχμάς, plures, quam in Machmas. *Vulg. a* Machmis vsque in Hailon. τ Diuertit.] *Non abhorret ab hebræo. Alij* ὥρμησεν, irruit. υ De Getthæm.] *Dictio hebræa accepta est pro loci nomine, quæ potest etiam significare* ἡμάρτετε, peccastis, *quod habet* Compl. φ Sua.] *In alijs additur* τὴν νύκτα, noctu. χ Seruitutem.] *Aliquis liber habet* δούλους, seruos. *Compl. habet* εἰς ἓν μέρος in partem vnam, *quod habet vulgata: itemque paulo post. Dictiones hebraicæ, quæ significant seruitutem, & partem, siue transitum, valde similes sunt.* ψ Quid, quod.] *Ex his, quę sequuntur vsque ad illud*, Et sorte capitur Ionathan, & Saul, *in Compl. sunt tantum ista*, Da manifestationes, *vt etiam in uulgata: ac certe in codicibus græcis apparet coagmentatio quædam uariarum interpretationum. Pro eo autem, quod in nostra est*

C τάδε εἴπῃ, hæc dixerit, *in aliis est* τάδε εἴπῃς, hæc dixeris. ω Iacite.] *Sic hebręus: alii addunt* κλῆρον, sortem, αα Quemcumque.] *Scholion*, Hæc vsque ad illud, (& sorte capitur) in sola editione Theodotionis sunt posita; quamobrem sunt ea asterisco notata, tamquam posita in una, aut secunda coniugatione ipsorum lxx. non tamen in hebræo. *Ex quibus Scholiastis uerbis, & aliis huiusmodi, quæ alibi afferentur, colligi potest plures fuisse editiones, quæ nomen lxx. retinerent, & interdum quidem in eodem codice positas, & quasi coniugatas, unam tamen altera puriorem. In Complut. aliqua ex his habentur, aliqua absunt.* ββ Viuit.] *Alii* ἵλεως, ζῇ. Propitius. Viuit. γγ Populus Dei fecit diẽ hanc.] *Alii* ἔλεος τοῦ θεοῦ ἐποίησεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, misericordia (*aut* misericordiam) Dei fecit in die hac. δδ Et Saul.] καὶ σαοὺλ ἔλαχε τοῦ βασιλεύειν, κατακληροῦται ἔργον ἐπὶ ἰσραήλ. *Alii*, καὶ σαοὺλ ἔλαχε τοῦ βασιλεύειν ἐπὶ ἰσραήλ, Et Saul sorte cepit regnare super Israel. *Compl.* καὶ σαοὺλ κατακληροῦται βασιλεύειν ἐπὶ ἰσραήλ. Et Saul sorte cepit regnare super Israel. *Quare apparet in nostra duas esse admistas interpretationes. Et quod una inquit*, regnare, *altera*, opus, *non ualde discrepant. Et in hebræo dictiones ista significantes sunt ualde similes. & S. Paulus.* 1. *Tim.* 3. *episcopatum opus appellat.* εε Ner filij propinqui Saul.] *A Compl. abest illud* υἱοῦ, filii. *Vulgata* Nèr patruelis

D Saul. *Et alij pro* patruelis, *uertunt* patrui. ζζ Filius Iamin filii Abiel.] *Compl. habet tantum* υἱοῦ ἀβιήλ, filij Abiel, *Vulgata* filius Abiel.

CAP. XV.

ET dixit Samuel ad Saul: Me misit Dominus vngere te in regem super Israel. Et nunc audi vocem Domini. Hæc dixit Dominus Sabaoth: Nunc vlciscar, quæ fecit Amalec Israeli, vt occurrit ei in via ascendente eo ex Ægypto. Et nunc vade: & percuties Amalec, & α Hierim, & omnia, quæ eius: & non reseruabis ex eo, & exterminabis eum, & anathemabis, & omnia, quæ eius:

E & non parces β ab eo: & interficies à viro, & vsque ad mulierem, & ab infante γ vsque ad lactentem, & à vitulo vsque ad ouem, & à camelo vsque ad asinum. Et condixit Saul populo, & recenset eos in Galgalis δ quadringenta millia ordinum, & Iudam triginta millia ordinum. Et venit Saul vsque ad ciuitates Amalec, & tetendit insidias in torrente. Et dixit Saul ad Cinæum: Abi, & declina de medio Amalecitæ; ne addam te cum eo. Et tu fecisti misericordiam cum filijs Israel in ascendendo ipsos ex Ægypto. Et declinauit Cinæus de medio Amalec. Et percussit Saul Amalec ab Euilat vsque Sur super faciem Ægypti.

Et

Et cepit Agag regem Amalec viuum. Et omnem populum, [s] & Hierim interfe cit in ore gladij: & reseruauit Saul, & omnis populus ipsum Agag viuum: & optima gregum, & armentorum, & ferculorum, & vinearum, & omnium bonorũ: & noluerunt exterminare ea: & omne opus vile, & contemptum exterminarũt. Et factum est verbum Domini ad Samuel dicens: Reuocaui me, quia regnare feci Saul in regem, quoniam auertit se à post me: & verba mea non seruauit. Et tristatus est Samuel: & clamauit ad Dominum totam noctem. Et diluculo surrexit Samuel, & iuit in occursum Israel mane. Et annunciatum est ipsi Saul dicentes: Venit Samuel in Carmelum: & constituit sibi manum. Et conuertit currum, & descendit in Galgala ad Saul: & ecce ipse offerebat holocaustosim Domino, prima spoliorum, quæ tulit ex Amalec. Et aduenit Samuel ad Saul. Et dixit ei Saul: Benedictus tu Domino: firmaui omnia, quæcunque locutus est Dominus. Et dixit Samuel: Et quæ est vox gregis huius in auribus meis, & vox boum, quam ego audio? Et dixit Saul: Ex Amalec tuli ea; quæ reseruauit populus optima gregis, & boum; vt sacrificentur Domino Deo tuo: & reliqua exterminaui. Et dixit Samuel ad Saul: Permitte: et annunciabo tibi, quæ locutus est Dominus ad me noctu. Et dixit ei: Loquere. Et dixit Samuel ad Saul: Nōne paruus es tu corā te ipso dux sceptri tribus Israel? Et vnxit te Dominus in regem super Israel. Et misit te in viam: & dixit tibi: Vade, & extermina: destrues peccantes in me, ipsũ Amalec; et oppugnabis eos, donec consũmaueris eos. Et vt quid non audisti vocem Domini, sed irruisti ad ponendum super spolia, et fecisti malum coram Domino? Et dixit Saul ad Samuel: Propterea quod ego audiui vocem populi: et iui via, qua misit me Dominus, et adduxi Agag regem Amalec: et ipsum Amalec exterminaui. Et sumpsit populus de spoliis greges, et armenta prima exterminationis, ad sacrificādum coram Domino Deo nostro in Galgalis. Et dixit Samuel: Si volitum Domino holocaustomata, et sacrificia; sicut audire vocem Domini? Ecce auditio super sacrificium bonum: et obedientia super adipem arietum: quoniā peccatum augurium est: dolorem, et labores Theraphin inducunt. Quia spreuisti verbum Domini; et spernet te Dominus, ne sis rex super Israel. Et dixit Saul ad Samuel: Peccaui; quoniam trangressus sum verbum Domini, et verbum tuũ: quoniam timui populum: et audiui vocem eorum. Et nunc tolle, quæso, peccatum meum, et reuerte mecum, et adorabo Dominum Deum tuum. Et dixit Samuel ad Saul: Non reuertor tecum, qui spreuisti uerbum Domini: et spernet te Dominus, ne sis rex super Israel. Et conuertit Samuel faciem suam, vt abiret: et tenuit Saul pinnulā diploidis eius, et dirupit eam. Et dixit ad eum Samuel: Dirupit Dominus regnum tuum ab Israel de manu tua hodie: et dabit illud proximo tuo bono super te. Et diuidetur Israel in duo: et non auertet, neque pænitebit eum: quoniam non est, sicut homo, vt pæniteat eum. Et dixit Saul: Peccaui: sed glorifica me nunc coram senioribus Israel, et coram populo meo: et reuerte mecum: et adorabo Dominum Deum tuum. Et reuertit Samuel post Saul: et adorauit Dominum. Et dixit Samuel: Adducite mihi Agag regem Amalec. Et aduenit ad eum Agag tremens. Et dixit Agag: si sic amara mors. Et dixit Samuel ad Agag: Sicut liberis orbauit mulieres gladius tuus; sic filiis orbabitur ex mulieribus mater tua. Et iugulauit Samuel Agag coram Domi-

A Domino in Galgal. Et abijt Samuel in Armathæm. Et Saul aſcendit in domum ſuam in Gabaa. Et non adiecit vltra Samuel videre Saul vſque ad diem mortis eius: quoniam lugebat Samuel ſuper Saul: & Dominum pænituerat; quia fecerat regem Saul ſuper Iſrael.

α Et Hierim.] *Siue* Hiarim, *ut alij hic, & paulo poſt,. Eſt autem ueſtigium dictionis hebreæ, quæ ſignificat perdere, & demoliri. Quare uulgata,* demolire vniuerſa eius. *Complutenſis autem,* καὶ ἐξολοθρεύσεις αὐτὸν, καὶ πάντα τὰ αὐτοῦ, καὶ ἀναθεματιεῖς *&c.* & diſperdes eum, & omnia, quæ eius, & anathemabis, *&c. Reliqua quæ in noſtra, & alijs græcis codicibus ſunt interiecta, abſunt ab ea. A uulgata autem abſunt præterea iſta,* & anathemabis eum, & omnia, quæ eius. β Ab eo.] ἀπ' αὐτοῦ. *hebræus* ſuper eo. *Complutenſis,* αὐτοῦ, ei. γ Vſque.] *Complutenſis,* καὶ ἕως. & vſque: *& ſic deinceps.* δ In Galgalis quadringenta millia ordinum, & Iudam triginta millia ordinum.] *Complutenſis,* ἐν γαλγάλοις διακοσίας χιλιάδας ταγμάτων, καὶ δέκα χιλιάδας τῶν ἀνδρῶν τοῦ ἰούδα. In Galgalis ducenta millia ordinum, & decem millia virorum Iuda. *Quæ reſpondent hebræo, niſi quod hebræus pro* in Galgalis, *habet,* in Thelaim: *quod uulgata interpretatur,* quaſi agnos, *Chaldeus,* in agnis paſchalibus. ε Et Hierim interfecit.] *Rurſus in Complutenſi tantum eſt* αὐτοῦ ἐξωλόθρευσεν, eius exterminauit. *In aliquo autem libro & hæc ſunt, & præterea adduntur illa,* καὶ ἰερὶμ ἀπέκτεινεν; *ut appareat miſtio interpretationum. Ab hebræo abeſt etiam illud,* αὐτοῦ. *Quare uulgata,* omne autem vulgus interfecit. ζ Reuocaui me.] παρακέκλημαι. *In alijs eſt partim,* μεταμέλομαι, pænitet, *partim* μεταμεμέλημαι ὅτι ἔχρισα, pænituit me, quia vnxi: *& ſic Theodoretus q. 33 de loco iſto diſputans.* η Ipſi Saul, dicentes; venit Samuel.] *Plerique libri habent,* ipſi Samuel, dicentes: venit Saul. θ Ad Saul.] *In aliquo libro eſt,* καὶ ἦλθε σαμουὴλ πρὸς σαοὺλ, Et venit Samuel ad Saul. *A Complutenſi autem abſunt iſta, & quæ ſequuntur vſque ad,* Et aduenit, *ſicut etiam à vulgata.* ι Coram te ipſo.] *id viſum eſt hoc loco ſignificare,* ἐνώπιον αὐτοῦ, *quod in Complutenſi, & apud Theodoretum eſt,* σεαυτοῦ. κ Tribus.] *Complutenſis,* φυλῶν, tribuum. *Apud Theodoretum quæſt. 34. totus hic locus ſic habet.* οὐχὶ μικρὸς σὺ ἐνώπιον σεαυτοῦ εἰς ἡγούμενον, ἐκ σκήπτρου βενιαμὶν, ἐλαχιστοτέρας φυλῆς τοῦ ἰσραὴλ, nonne paruus tu coram te, vt eſſes in ducem, ex ſceptro Beniamin, minore tribu Iſrael? *Putat autem exprobrari Sauli a Samuele verba, quæ ipſemet Saul dixerat.* λ Ad ponendum.] τοῦ θέσθαι, *quod abeſt a Complutenſi.* μ Prima exterminationis.] *Complutenſis,* τὰς ἀπαρχὰς τοῦ ἀναθέματος, primitias anathematis. ν Si volitum Domino.] εἰ θελητὸν τῷ κυρίῳ. *Theodoretus,* ἰδοὺ οὐ θέλει κύριος, ecce non vult Dominus. ξ Bonum.] θυσίαν ἀγαθήν. *Alij codices* ἀγαθή. *Complutenſis, & Theodoretus,* ἰδοὺ γὰρ ἀκοὴ ἀγαθὴ ὑπὲρ θυσίαν, καὶ ἀκρόασις ὑπὲρ στέαρ κριῶν. Ecce enim auditio bona ſuper ſacrificium, & auſcultatio ſuper adipem arietum.

ο Peccatum augurium eſt.] *Symmachus,* ἁμαρτία τῆς μαντείας τὸ προσερίζειν, ἡ δὲ ἀνομία τῶν εἰδώλων τὸ ἀπειθεῖν: *quod vulgata,* Quoniam quaſi peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere. *Aquila,* ἁμαρτία μαντείας παραπικρασμὸς, peccatum diuinationis, exacerbatio. π Theraphim.] *Theodoretus,* Illud autem, θεραφὶν, Aquila eſt interpretatus, θεραπεία καὶ ἀνθυφαίρεσις, cultus & ſubductio. *Explanat autem hanc Aquilę ſententiam ita, vt putet ſignificari cultum, in quo quis ſe ſubducat a mãdatorum obſeruatione. Lucifer de reg. Apoſt.* Ecce dicto audientia melior eſt, quàm ſacrificium, & obediẽtia quam adipes arietum; quoniam peccatũ abominatio eſt: dolores, & gemitus ad te adduxiſti.

ρ Tuum ab Iſrael.] *S. Aug. 17 de ciuit. cap. 7. teſtatur ita ſe inueniſſe in græcis,* regnum ab Iſrael de manu tua, *licet in plerisque codicibus latinis legeretur,* regnum Iſrael de manu tua. *quod tamen propius accedit ad hebræum.* σ Non auertet.] οὐκ ἀποστρέψει, *ideſt, non mutabit ſe. Compl.* οὐκ ἐπιστρέψει, *& S. Auguſtinus ibidem,* non conuertetur. *Scholiaſtes videtur legiſſe* οὐκ ἐπιδείξει, *ideſt, non oſtentabit tantum, ſed faciet. Verba Scholiaſtis hęc ſunt,* Docens indiſſolubilem eſſe Dei enunciationem propheta ſubiunxit, οὐκ ἐπιδείξει, οὐδὲ μετανοήσει ὁ ἅγιος τοῦ ἰσραήλ. ὅτι οὐχ ὡς ἄνθρωπός ἐστι τοῦ μετανοῆσαι. Hinc etiam conſiderandum illud μεταμεμέλημαι. τ Pænitebit eum.] *Ita etiam S. Aug. Apud Scholiaſtem, vt ex verbis proxime allatis conſtat, & in Compl. additur* ὁ ἅγιος τοῦ ἰσραὴλ, Sanctus ipſius Iſrael: *pro quo in vulgata,* triumphator in Iſrael. υ Pæniteat eum.] *In quibuſdam codicibus ſequitur* ἀπειλήσει, καὶ οὐκ ἐμμενεῖ. *Et S. Aug. ibidem:* ipſe minatur, & non permanet. *Refert autem non ad Deum, ſed ad hominem. Videantur quę notata ſunt 23. Num.*

CAP. XVI.

E T dixit Dominus ad Samuel: Vſque quo tu luges ſuper Saul; & ego ſpreui eum: ne regnet ſuper Iſrael? Imple cornu tuum oleo: & veni: mittam te ad Ieſſæ vſque Bethleem: quia vidi in filijs eius mihi regem. Et dixit Samuel. Quomodo ibo? Et audiet Saul, & interficiet me. Et dixit Dominus: Vitulam boum cape in manu tua, & dices: ad ſacrificandum Domino venio. Et vocabis Ieſſæ ad ſacrificium: & nota faciam tibi, quæ facies: & vnges, quemcumque dixero ad te. Et fecit Samuel omnia, quæ

locutus est Dominus ei. Et venit in Bethleem: & expauerunt seniores ciuitatis occursu eius, & dixerunt: Si pax introitus tuus [α] o videns? Et dixit: Pax. Ad sacrificandum Domino venio. Sanctificamini, & [β] lætamini mecum hodie. Et sanctificauit ipsum Iessæ, & filios eius: & vocauit eos ad sacrificium. Et factum est, cum illi ingrederentur, & vidit Eliab, & dixit. At enim coram Domino Christus eius. Et dixit Dominus ad Samuel: Ne respexeris in aspectum eius, neque in habitum magnitudinis eius: quoniam spreui eum: quoniam non, sicut inspiciet homo, aspiciet Deus: quoniam homo aspiciet in faciem: Deus autem aspiciet ad cor. Et Iessæ vocauit Aminadab: & transijt ad faciem: Samuel. Et dixit: Neque hunc elegit Deus. Et Iessæ adduxit Sama. Et dixit: Et in hoc non elegit Dominus. Et adduxit Iessæ septem filios suos coram Samuel. Et dixit Samuel: Non elegit Dominus in his. Et dixit Samuel ad Iessæ: Defecerunt filij? Et dixit: Adhuc paruus ecce pascit in gregem. Et dixit Samuel ad Iessæ: Mitte, & sume eum; quoniam non discumbemus; quoadusque ille venerit. Et misit, & introduxit eum. Et ipse ruffus cum pulchritudine oculorum, & bonus aspectu Domino. Et dixit Dominus ad Samuel: Surge, & vnge Dauid: quoniam hic est bonus. Et sumpsit Samuel cornu olei: & vnxit eum in medio fratrum eius. Et insilijt spiritus Domini super Dauid a die illa, & [γ] supra. Et surrexit Samuel, & abijt in Armathæm. Et spiritus Domini discessit a Saul: & suffocabat eum spiritus malignus a Domino. Et dixerunt pueri Saul ad eum. Ecce nunc spiritus Domini malignus suffocat te. Dicant nunc serui tui coram te, & quærant domino nostro virum sciētem psallere in cithara. Et erit in existendo spiritum [δ] malignum super te, & psallet in cithara sua; & bonum tibi erit: [ε] & requiescere te faciet. Et dixit Saul ad pueros suos: Videte nunc mihi virum recte psallentem: & introducite eum ad me. Et respondit vnus puerorum eius, & dixit: Ecce vidi filium Iessæ Bethleemitem, [ζ] & ipsum scientem psalmum: & vir intelligens, & bellator, & sapiens sermone, & vir bonus specie: & Dominus cum eo. Et misit Saul nuncios ad Iessæ, dicens: Mitte ad me filium tuum Dauid, qui in grege tuo. Et sumpsit Iessæ [η] Gomor panum & vtrem vini, & hœdum caprarum vnum: & misit in manu Dauid filij sui ad Saul. Et intrauit Dauid ad Saul: & assistebat coram eo. Et dilexit [θ] eum valde: & factus est ei portans vasa eius. Et misit Saul ad Iessæ, dicens: Assistat nunc Dauid coram me: quoniam inuenit gratiam in oculis meis. Et factum est, cum esset spiritus malignus super Saul; & sumebat Dauid citharam: & psallebat in manu sua: & refrigerabat Saul: & bonum ei: & discedebat ab eo spiritus malignus.

α O videns.] *Abest à Complutensi, vt à vulgata.* β Lætamini.] *Complutensis,* ἀνακλίθητε, discumbite. γ Supra.] ἐπάνω. *Sic hebræus. Complutensis,* ἐπέκεινα, deinceps, *vt uulgata.* δ Malignum.] *Complutensis addit,* παρὰ θεοῦ, à Deo. *Vulgata, ut hebræus,* Dei. ε Et requiescere te faciet.] *Absunt a Complutensi, & ab hebræo.* ζ Et ipsum scientem.] *Complutensis habet tantum,* ἐπιστάμενον, scientem. η Gomor.] *Complutensis,* ὄνον, καὶ ἐπέθηκεν αὐτῷ γόμορ, asinum, & imposuit ei Gomor. *Hebræus habet tantum,* Asinum panis. θ Eum.] *In Complutensi additur,* Saul, *sed non in hebræo.*

CAP.

A

CAP. XVII.

ET congregant alienigenæ castra sua in bellum: & congregantur in Socchoth ᵃ Iudææ: & castrametātur inter Socchoth, & inter Azeca ᵝ Ephermen. Et Saul, et viri Israel congregantur, et castrametantur in valle ᵞ ipsi: et instruuntur in prælium ex aduerso alienigenarum. Et alienigenæ stant super montem hinc: et Israel stat super montem hinc: et vallis inter eos. Et exijt vir potēs, ex acie alienigenarū: Goliath nomen ei ē Geth: altitudo eius ᵟ quatuor cubitorum, et palmi: et ᵉ cassis super caput eius: et thoracem hamatum ipse indutus: et pondus thoracis eius, quinque millia siclorum æris, et ferri, et ocreæ æneæ super crura eius: & clypeus æneus inter humeros eius: et hastile hastæ eius, sicut ᶻ liciatorium texentium: et lancea eius sexcentorum siclorum ferri. Et portans arma eius antecedebat eum. Et stetit, et exclamauit in aciem Israel, et dixit eis. Quid egredimini congredi prælio aduersum nos? Nonne ego sum alienigna, et vos ᵑ hebræi ipsius Saul? Eligite vobis ipsis virum: et descendat ad me. Et, si potuerit pugnare aduersus me, et si percusserit me; et erimus vobis in seruos. Si autem ego ᶿ potuero, et percussero eum; eritis nobis in seruos, et seruietis nobis. Et dixit alienigena: Ecce ego exprobraui aciem Israel ᶥ hodie in die hac: Date mihi virum: et singulariter pugnabimus vtrique. Et audiuit Saul, et vniuersus Israel verba alienigenæ hæc: et expauerunt, et timuerunt ᵏ valde. Et dixit Dauid ad Saul: Non concidat nunc cor domini mei super eum. Seruus tuus ibit, et pugnabit cum alienigena hoc. Et dixit Saul ad Dauid: Non poteris ire aduersus alienigenam, ad pugnandum cum eo: quoniam puer es tu: et ipse vir bellator a iuuentute sua. Et dixit Dauid ad Saul. Pascens erat seruus tuus patri suo in grege: et quando veniebat leo, vel vrsa, et capiebat ouem de grege; et egrediebar post eum, et percutiebam eum, et extrahebam ex ore eius. Et si insurgebat in me; et tenui guttur eius, et percussi, et morti tradidi eum. Et leonem, et vrsam percutiebat seruus tuus. Et erit alienigena incircuncisus, tamquam vnum eorum. ᶺ Nonne ibo, et percutiam eum, et auferam hodie opprobrium ex Israel? Quoniam quis incircuncisus iste, qui exprobrauit aciem Dei viuentis? Dominus, qui eruit me de manu leonis, et de manu vrsæ, ipse eruet me de manu alienigenæ incircuncisi huius. Et dixit Saul ad Dauid: Vade, et erit Dominus tecum. Et induit Saul Dauid ᵘ vestimentum, et cassidem æneam circa caput eius, et cinxit Dauid ᵛ gladio suo super ᶓ vestimentum suum: et laborauit; cum ambulasset ᵒ semel, et bis. Et dixit Dauid ad Saul: Non potero ire in his; quia vsum non habeo. Et ᵖ auferunt ea ab eo. Et sumpsit baculum suum in manu sua: et elegit sibi quinque lapides lēues de torrente, et posuit eos in ᵖ pera pastorali, quæ erat sibi ad collectionem: et funda eius in manu eius. Et accessit ad virum alienigenam. ᵟ Et vidit Goliath Dauid, & contempsit eum: quoniam ipse erat puer, et ipse ruffus cum pulchritudine oculorum. Et dixit alienigena ad Dauid: Tanquam canis ego sum; quia tu venis super me in virga, et lapidibus? Et dixit Dauid. Nequaquam, sed peior cane. Et maledixit alienigenam Dauid in dijs suis. Et dixit alienigena erga Dauid: Veni ad me:

et dabo carnes tuas volatilibus cæli, et pecoribus terræ. Et dixit Dauid ad alienigenam: Tu venis ad me in gladio, et in hasta, et in clypeo: et ego venio ad te in nomine ν Domini Dei Sabaoth aciei Israel, quam exprobrasti hodie. Et intercludet te Dominus hodie in manum meam: et interficiam te, & auferam caput tuum à te, & dabo cadauera tua, & cadauera castrorum alienigenarum in hac die volatilibus cæli, & bestijs terræ. Et cognoscet vniuersa terra, quia est Deus in Israel: & cognoscet vniuersa ecclesia hæc, quia non in gladio, & hasta saluat Dominus: quoniam Domini est bellum: & tradet Dominus vos in manus nostras. Et surrexit alienigena, & iuit in occursum υ Dauid. Et extendit Dauid manum suam in peram, & sumpsit inde lapidem vnum, & funda iecit, & percussit alienigenam ad frontem eius: & infixus est lapis per cassidem in frontē eius: & cecidit in faciem suam super φ terram. Et cucurrit Dauid, & ascendit super eum, & sumpsit gladium eius, & morti tradidit eum, & abstulit caput eius. Et viderunt alienigenæ, quia mortuus est potens ipsorum, & fugerunt. Et exurgunt viri Israel, & Iuda, & vociferati sunt, & persequuti sunt post eos vsque ad introitū Geth, & vsque ad portā χ Ascalonis. χ Et ceciderunt vulnerati alienigenarum in via portarum, & vsque Geth, & vsque Accaron. Et reuerterunt viri Israel declinantes post alienigenas, & ψ conculcarunt castra eorum. Et cepit Dauid caput alienigenæ, & tulit illud in Hierusalem: & vasa eius posuit in tabernaculo ω suo.

α Iudææ.] τῆς ἰουδαίας, *pro eo, quod in vulgata est* Iudæ. β Ephermen.] *Alij,* ἐν ἀφεσδομμίν. *quod in vulgata,* in finibus Dommim. γ Ipsi.] *Alij* τῆς τερεβίνθου (*Complutensis,* τῆς δρυὸς) οὗτοι, ἐ οὗτοι, Terebinthi (*Complutensis,* quercus) hi, & hi. *S. Augustinus serm. 197. de tempore habet,* Terebinthi: *quemadmodum etiam vulgata.* δ Quatuor.] *Ita etiam Complutensis. Alij* ἓξ πήχεων, sex cubitorum, *vt vulgata.* ε Cassis.] *Complutensis addit* χαλκῆ, ænea. *vt vulgata.* ζ Liciatorium.] μέσακλον. *Alii* μέσαυλον, *aut* μέσαχνον, *eodem sensu.* η Hebræi.] *Ita & Complutensis: quod vulgata* serui: *ac de ista nominum in hebræo similitudine notatum est capit.* 13. θ Potuero.] δυνηθῶ. *Ita hebræus, nisi quod addit,* in eum. *Complutensis,* καταδυναστεύσω αὐτοῦ oppressero eum. ι Hodie.] *Abest à Complutensi. In vulgata est,* hodie, *sed non,* in die hac. κ Valde.] *Ita in libris, qui solent esse emendatissimi. In alijs hęc sequuntur, quæ videntur agnosci à S. Augustino serm.* 197. *& in lib.* 50. *homiliarum homil.* 31. *& à S. Io. Chrysostomo homil.* 1. *de Dauid & Saul.* Et erat Dauid filius hominis Ephrathæi: hic ex Bethleem Iuda: & nomen ei Iessæ: & ei octo filii: & uir in diebus Saul senior, veniens inter homines (*Complutensis,* ἐν ἔτεσιν, in annos: *sed illud propius hebræo.*) Et fuerunt tres filij Iessæ maiores post Saul ad bellum, Heliab primogenitus eius, & secundus Aminadab, & tertius Sama. Dauid autem ipse, minor. Et tres ipsi maiores fuerunt post Saul. Et Dauid abijt, & reuertit à Saul, pascens oues patris sui in Bethleem. Et adueniebat alienigena surgens mane, & vespere: & stetit coram Israel quadraginta dies. Et dixit Iessæ ad Dauid filium suum: Sume nunc fratribus tuis Oephi farinæ, & decem panes hos, & percurre in castra, & da fratribus tuis: & decem formellas lactis huius (*Complutensis,* ταύτας has) afferes Chiliarcho: & fratres tuos visita in pace: & omnia, quibuscumque opus habuerint, cognosces: & sabbatum facies mecum (*Hæc postrema particula abest a Complutensi.*) Saul autem ipse (*Complutensis,* καὶ αὐτοὶ & ipsi) & vniuersus populus in valle quercus bellantes cum alienigenis. Et diluculo surrexit Dauid mane, & dimisit oues custodi: & sumpsit, & abijt, sicut mandauerat ei Iessæ. Et venit ad rotunditatem (*idest vallum*) & virtutem exeuntem in aciem: & vociferati sunt in prælio. Et instruxerunt Israel, & alienigenæ aciem ex aduerso aciei. Deponens autem Dauid vasa sua à se super manum custodis, cucurrit ad aciem: & venit, & interrogauit fratres suos in pace. Et ipso loquente cum eis, ecce vir Amessæus (*Complutensis,* ὁ μεσαῖος, *quasi medius stans inter acies. Vulgata habet,* spurius) ascendebat, Goliath Philistæus nomen ei è Geth ex aciebus alienigenarum: & locutus est secundum verba ista. Et audiuit Dauid. Et omnis vir Israel, dum ipsi viderent virum, & fugerunt a facie eius, & timuerunt valde. Et dixit vir Israel: Si vidistis virum ascendentem hunc, quia ad exprobrandum Israel ascendit? Et erit, vir quicumque percusserit eum, ditabit eum rex diuitijs magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet liberam in Israel. Et dixit Dauid ad uiros, qui stabant simul cum eo, dicens: Quid fiet uiro, qui percusserit alienigenam illum, & abstulerit opprobrium ab Israel? Quoniam quis est alienigena incircuncisus iste; quia exprobrauit aciem Dei viuentis?

Et dixit

A

Et dixit ei populus iuxta verbum hoc, dicens: Sic fiet viro, qui percusserit eum. Et audiuit Heliab frater eius maior, cum ipse loqueretur ad viros: & iratus est indignatione Heliab in Dauid, & dixit: Vt quid hoc ascendisti? & super quem dimisisti pusillas oues illas in deserto? Ego noui superbiam tuam, & improbitatem cordis tui; quoniam causa videndi prælium descendisti. Et dixit Dauid: Quid feci? (*alii addunt* νῦν, nunc) Nonne verbum est? Et auertit se ab eo ad contra alterum: (*Ita hebræus, Compl.* εἰς μέρος ἕτερον, *ad partem aliam*:) & dixit iuxta verbum istud. Et respondit ei populus iuxta verbum primi. Et audita sunt verba, quæ locutus est Dauid, & annunciata sunt coram Saul. Et assumpserunt eum, & introduxerunt eum ad Saul. λ Nonne ibo.] *Ita etiam Theodoretus quæst.* 40. *A Complutensi absunt ista vsque ad illud*, qui exprobrauit: *sicut etiam à vulgata*. μ Vestimentum.] *Complutensis addit* αὐτοῦ, suum. ν Gladio suo.] *Alii*, θώρακα, καὶ περιεζώσατο δαβὶδ τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ, thorace, & accinctus est Dauid gladio eius: *nec multo aliter Complutensis.* ξ Vestimentum.] *Ita etiam vulgata. Complut.* ἐπάνω τοῦ θώρακος αὐτοῦ. super thoracem eius. ο Semel, & bis.] *In aliis additur*, ὅτι ἄπειρος ἦν, quoniam non habebat vsum. *Et Compl. pro* semel, & bis, *habet*, ἐν τῷ βαδίζειν ἐν αὐτοῖς, in ambulando in eis,

B.

π Auferunt.] *Complutensis*, καὶ περιείλετο αὐτὰ ἀπ' αὐτοῦ, & circumabstulit ea à se. ρ Pera pastorali.] *Sic vulgata. S. Augustinus lib.* 50. *homiliarum homil.* 3. in vase pastoris, quo lac mulgeri solet. *Apud chaldæum, & alios ex hebræo fit mentio & vasis pastorum, & peræ.* σ Et vidit Goliath Dauid.] *Ita emendatissimi quique libri. Alii autem*, Et perrexit alienigena pergens, & appropinquans aduersus Dauid: & vir portans scutum ante eum. Et inspexit Goliath alienigena, & vidit Dauid. *Vicissim autem absunt à Complutensi, quæ hic paulo post sequuntur.* Et dixit Dauid, nequaquam, sed peior cane. τ Domini Dei Sabaoth aciei Israel.] *Complutensis, & Theodoretus* κυρίου σαβαὼθ θεοῦ παρατάξεως ἰσραήλ, *& uulgata*, Domini exercituum, Dei agminum Israel. υ Dauid.] *In aliquot libris sequitur*, καὶ ἐτάχυνε δαυὶδ, καὶ ἔδραμεν (*Complutensis*, καὶ ἐξῆλθε καὶ αὐτὸς) εἰς παράταξιν εἰς συνάντησιν τοῦ ἀλλοφύλου, Et festinauit Dauid, & cucurrit (*Compluten.* & exijt etiam ipse) in aciem in occursum alienigenæ. φ Terram.] *In aliis sequitur*, καὶ ἐκραταίωσε (*Complut.* ἐκραταιώθη) δαυὶδ ἐπὶ τὸν ἀλλόφυλον ἐν τῇ σφενδόνῃ, καὶ ἐν τῷ λίθῳ, καὶ ἐπάταξε τὸν ἀλλόφυλον, καὶ ἐθανάτωσεν αὐτόν. καὶ ῥομφαία οὐκ ἦν ἐν χειρὶ δαυίδ. Et inualuit Dauid super alienigenam in funda, & in lapide: & percussit alienigenam, & morti tradidit eum: & non erat gla-

C

dius in manu eius. χ Ascalonis.] *Complutensis* Accaron, *vt uulgata.* ψ Conculcarunt.] *Complutensis* προενόμευσαν, prædati sunt. ω Tabernaculo suo.] *In aliquot libris sequuntur hæc, quæ respondent uulgatæ, & agnoscuntur etiam a Theodoreto quæst.* 42. *& sequentibus.* Et vt vidit Saul Dauid egredientem in occursum alienigenæ; dixit ad Abenner principem virtutis: Filius cuius adolescens iste, Abenner? Et dixit Abenner: Viuit anima tua rex, si noui (*Sic hebræus: Complutensis paulo aliter.*) Et dixit rex: Interroga tu, filius cuius adolescens iste. Et, vt reuertit Dauid à percutiendo alienigenam (*rursus propius ad hebræum* τοῦ πατάξαι, *quam* πατάξας, *quod in Complutensi*;) & assumpsit eum Abenner, & introduxit eum coram Saul. Et caput alienigenæ in manu eius. Et dixit ad eum Saul: Filius cuius est puer? Et dixit Dauid: Filius serui tui Iessæ Bethleemitæ. Et factum est (*hoc est initium capitis* 18.) vt consummauit loquens ad Saul; & anima Ionathan conglutinata est animæ Dauid: & dilexit eum Ionathan iuxta animam suam. Et assumpsit eum Saul in die illa: & non dedit eum reuerti in domum patris sui. Et disposuit Ionathan, & Dauid testamentum in diligendo illum iuxta animam suam. Et exuit Ionathan pallium, quod super se, & dedit illud Dauid, & mantellum suum, & vsque ad

D

gladium suum, & usque ad arcum suum, & usque ad balteum suum. Et egrediebatur Dauid in omnibus, ad quæ mittebat eum Saul, intelligens. Et constituit eum Saul super uiros belli. Et placuit in oculis uniuersi populi, & etiam in oculis seruorum Saul. Et factum est in ingrediendo eos, in reuertendo Dauid a percutiendo alienigenam. *Theodoretus, cum disputasset, quomodo Saul ignorare potuerit Dauid, quem cithara psallentem audire solitus erat, itemque quod uestimenti genus sit* μανδύας, *quod nos mantellum diximus, notat deinde quæst.* 44. *quod lxx. dixerint, Ionathan dilexisse Dauid* ψυχὴν ἀγαπῶντος αὐτόν, animo amantis seipsum, *Aquilam dixisse*, κατὰ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, iuxta animam suam: *quod tamen hoc loco est in omnibus collatis codicibus, qui habent ista uerba, sicut illud legitur infra cap.* 20.

C A P. XVIII.

E

ET egressæ sunt choros ducentos α in occursum Dauid ex omnibus ciuitatibus Israel in tympanis, & in lætitia, & in cymbalis. Et exibant β mulieres, & dicebant. Percussit Saul in millibus suis, & Dauid in decem millibus suis. Et γ malum visum est verbum in oculis Saul de sermone isto, & dixit: Dauidi dederunt decẽ millia: & mihi dederunt δ millia. Et timuit Saul a facie ε Dauid: & remouit eum a se: & constituit eum sibi Chiliarchũ. Et egrediebatur, & ingrediebatur ante populũ: & erat Dauid in omnibus vijs suis

 intel-

intelligens: & Dominus erat cum eo. Et vidit Saul, quia ipse intelligit valde: & cauebat a facie eius. Et vniuersus Israel, & Iudas diligebat Dauid: quoniam ipse ingrediebatur, & egrediebatur ante faciẽ [ζ] populi. Et dilexit Melchol filia Saul Dauid. Et annunciatũ est Sauli: & rectum fuit in oculis eius. Et dixit Saul: Dabo eam ei: & erit illi in scandalum. [η] Et fuit super Saul manus alienigenarum. Et mandauit Saul pueris suis, dicens: Loquimini vos clanculum ipsi Dauid, dicentes: Ecce vult in te rex: & omnes pueri eius diligunt te: & tu esto gener regi. Et locuti sunt pueri Saul in aures Dauid verba ista. Et dixit Dauid: Si leue in oculis vestris fieri generum regi? Et ego vir humilis, & non honoratus. Et annunciauerunt pueri Saul ei iuxta verba ista, quæ locutus est Dauid. Et dixit Saul: Hæc dicetis ipsi Dauid: Non vult rex in [θ] dono, sed in centum præputijs alienigenarum, ad vlciscendum inimicos regis. Et Saul cogitabat inijcere eum in manus alienigenarum. Et annunciant pueri Saul ipsi Dauid verba hæc: & rectum fuit verbum in oculis Dauid, generũ fieri [ι] regi. Et surrexit Dauid, & iuit ipse, & viri eius, & percussit in alienigenis [κ] centũ viros. Et attulit præputia [λ] eorum; & fit gener regi: & dat ei Melchol filiam suam ei in vxorẽ. Et vidit Saul, quia Dominus cum Dauid, & vniuersus Israel diligebat eum: & adiecit cauere a Dauid [μ] amplius.

α In occursum Dauid.] *In Compl. est,* καὶ ᾄδουσαι εἰς ἀπάντησιν Σαοὺλ τοῦ βασιλέως, & canentes in occursum Saul regis. *In aliquo libro ambæ istæ lectiones sunt admistæ.* β Mulieres.] *In alijs additur,* αἱ παίζουσαι ludentes. γ Et malum.] *Complutens.* καὶ ὠργίσθη Σαοὺλ, καὶ ἐφάνη πονηρὸν, & iratus est Saul: & visum est malum. δ Millia.] *Ita in ijs, qui solent esse emendantissimi. In alijs hæc sequuntur.* Et quid ei, nisi regnum? Et fuit Saul inuidens Dauid à die illa, & deinceps. Et factum est à crastina, & cecidit spiritus Dei malus super Saul: & prophetauit in medio domus suæ. Et Dauid psallebat manu sua, sicut per vnamquamque diem. Et hasta in manu Saul. Et eleuauit Saul hastam, & dixit: Percutiã in Dauid, & in parietẽ. Et declinauit Dauid à facie eius bis. *Agnoscit nonnulla ex his Theodoretus quæst.* 45. ε Dauid.] *In ijsdem additur,* ὅτι ἦν κύριος μετ' αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ Σαοὺλ ἀπέστη, quoniam erat Dominus cum eo, & à Saul discesserat. ζ Populi.] *In ijsdẽ sequitur,* Et dixit Saul ad Dauid: Ecce filia mea maior Merob: eam tibi dabo in vxorem. Tantummodo esto mihi in filium virtutis: & præliare prælia Domini. Et Saul dixit: Non sit manus mea super eum: & erit (*Compl.* ἀλλ' ἔστω, sed sit. *Theodoretus q.* 46. ἀλλ' ἔσται, sed erit) super eum manus alienigenarum. Et dixit Dauid ad Saul: Quis ego sum, & vita (*Compl.* & quæ vita) cognationis patris mei in Israel; quia ero gener regis? Et factũ est in tẽpore dandi Merob filiã Saul ipsi Dauid, & hæc data est ipsi Edriel Molathitæ in vxorem. η Et fuit super Saul manus alienigenarum.] *Compl. & Theodoretus ibidem,* καὶ ἔσται ἐπ' αὐτῷ (*Theodoretus,* ἐπ' αὐτὸν) ἡ χεὶρ τῶν ἀλλοφύλων, & erit super eum manus alienigenarum. *Post hæc autem in alijs codicibus sequuntur ista.* Et dixit Saul ad Dauid: In duabus fies gener mihi hodie. Et mandauit, *&c.* θ In dono.] ἐν δόματι, *quod multi vertunt ex hebræo* in dote, *& Chaldæus* in dotibus. *Compl.* ἕδνα, *quod vulgata* sponsalia. ι Regi.] *In aliis additur,* καὶ οὐκ ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι, & non sunt completi dies. κ Centum.] *Compl.* διακοσίους, ducentos, *vt vulgata,* λ Eorum.] *In aliis additur,* καὶ ἐπλήρωσαν αὐτὰς τῷ βασιλεῖ, *quod vulgata,* & numerauit ea regi. μ Amplius.] *In aliis hæc sequuntur,* Et fuit Saul inimicitias exercens in Dauid omnibus diebus. Et exiuerũt principes alienigenarum. Et factum est in opportunitate egressionis eorum, & intelligens erat Dauid (*Compl.* & Dauid intellexit) præter omnes seruos Saul: & honoratum fuit nomen eius valde.

CAP. XIX.

ET locutus est Saul ad Ionathan filium suum, & ad omnes pueros suos ad interficiendum Dauid. Et Ionathan filius Saul diligebat Dauid valde. Et annũciauit Ionathan ipsi Dauid, dicens: Saul quærit morti tradere te. Obserua igitur cras mane, & abscondere, & sede in occulto: & ego egrediar, & stabo adhærens patri meo in agro, vbi fueris illic: & ego loquar pro te ad patrem meum: & videbo quicquid fuerit, & annunciabo tibi. Et locutus est Ionathan de

A de Dauid bona ad Saul patrem ſuum: & dixit ad eum: Non peccet rex in ſeruum ſuum Dauid: quoniam non peccauit in te, & opera eius bona valde, & poſuit animam ſuam in manu ſua: & percuſſit alienigenam: & fecit Dominus ſalutem magnam: & vniuerſus Iſrael viderunt, & gauiſi ſunt. Et vt quid peccas in ſanguinem innoxium, interficiendo Dauid gratis? Et audiuit Saul vocem Ionathan: & iurauit Saul dicens: Viuit Dominus, ſi morietur. Et vocauit Ionathan Dauid, & annũciauit ei omnia verba hæc. Et introduxit Ionathã Dauid ad Saul: & erat in conſpectu eius, ſicut heri, & nudiuſtertius. Et proceſſit bellũ fieri [α] aduerſus Saul: & inualuit Dauid, & impugnauit alienigenas, & percuſſit in eis plagam magnã valde, & fugerunt a facie eius. Et factus eſt ſpiritus Dei malus ſuper
B Saul: & ipſe in domo ſedens, & haſta in manu eius, & Dauid pſallebat manibus ſuis. Et quærebat Saul percutere haſtã in Dauid. Et receſſit Dauid a facie Saul. Et percuſſit haſtã in parietẽ: & Dauid ſeceſſit, & ſaluatus eſt. Et factũ eſt in nocte illa, & miſit Saul nũcios in domũ Dauid, ad cuſtodiendũ eũ, & interficiendũ eum mane. Et annunciauit ipſi Dauid Melchol vxor eius, dicens: Si tu non ſaluaueris animam tuam nocte hac; cras interficieris. Et deſcendere facit Melchol Dauid per feneſtram: & abijt, & fugit, & ſaluatur. Et ſumpſit Melchol [β] cenotaphia, & poſuit ſuper lectum: & iecur caprarum poſuit ad caput eius: & operuit
C ea veſtimento. Et miſit Saul nuncios ad capiendum Dauid. Et dicunt ægrotare eum. Et miſit ſuper Dauid, dicẽs: Adducite eum ſuper lectum ad me ad interficiendum eum. Et veniunt nuncij: & ecce cenotaphia ſuper lectum: & iecur caprarũ ad caput eius. Et dixit Saul ad Melchol: Vt quid ſic decepiſti me: & emiſiſti inimicum meum, & ſaluatus eſt? Et dixit Melchol ad Saul: Ipſe dixit, emitte me: ſi autem non; interficiam te. Et Dauid fugit, & ſaluatus eſt: & aduenit ad Samuel in Armathæm: & annunciat ei omnia, quæcumque fecit ſibi Saul. Et iuit Samuel & Dauid: & ſederunt in Nauath in Rhama. Et annunciatum eſt Saul, dicentes: Ecce Dauid in Nauath in Rhama. Et miſit Saul nuncios ad capiendum
D Dauid: & viderunt Eccleſiam [γ] prophetarum, & Samuel ſtabat aſſiſtens ſuper eos. Et factus eſt ſuper nuncios Saul ſpiritus Dei, & prophetant. Et annunciatum eſt Saul: & miſit nuncios alios: & prophetauerunt etiam ipſi. Et adiecit Saul mittere nuncios tertios: & prophetauerunt etiam ipſi. Et indignatus eſt ira Saul: & iuit etiam ipſe in Armathæm: & venit vſque ad puteum areæ, quæ in Sephi: & interrogauit & dixit: Vbi Samuel & Dauid? Et dixerunt: Ecce in Nauath in Rhama. Et iuit inde in Nauath in Rhama. Et factus eſt etiam ſuper eum ſpiritus Dei: [δ] & ibat prophetans, quoadusque ipſe veniret in Nauath in Rhama. Et exuit veſtimenta ſua, & prophetauit coram [ε] eis. Et cecidit nudus totam diẽ illam, & totam noctem. Propter hoc dicebant: Si & Saul in prophetis?
E

[α] Aduerſus Saul.] *Abeſt hoc à Compl. vt à vulgata.* [β] Cenotaphia.] *Theodoretus qu.* 48. κενοτάφια Aquila interpretatus eſt *μορφώματα*, formas, & effigies, iecur autem caprarum, *ἱματίων πλῆθος, καὶ στρογγύλωμα τριχῶν*, veſtium multitudinem, & ſtragulum capillorum: *quod poſtremum habet etiam Compl. In Scholio inſerto quæſtionibus Theodoreti ſcribitur Cenotaphia ſignificare veſtes imitantes hominem decumbentem.* [γ] Prophetarum.] *In aliis additur, τῶν προφητευόντων, quod vulgata,* vaticinantium. [δ] Et ibat prophetans.] *Alii, καὶ ἐπορεύετο πορευόμενος προφητεύων, (Compl. καὶ προφητεύων)* & ambulabat ambulans, prophetás, *aut*, & prophetauit. [ε] Eis.] *Compl. αὐτῶν. & vulgata,* coram Samuel.

CAP. XX.

A

ET fugit Dauid de Nauath [α] in Rhama: & venit coram Ionathan, & dixit: Quid feci, & quæ iniuſtitia mea, & quid peccaui coram patre tuo: quia inquirit animam meam? Et dixit ei Ionathan: nequaquam tibi: non morieris. Ecce non faciet pater meus verbum magnum, aut paruum, & [β] non reuelabit auriculam meam. Et quid, quia abſcondet pater meus a me verbum hoc? Non eſt iſtud. Et reſpondit Dauid ipſi Ionathan, & dixit: Cognoſcens nouit pater tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis, & dixit: Non [γ] cognoſcat hoc Ionathan, [δ] ne minime velit. Sed viuit Dominus, & viuit anima tua, quia ſicut dixi impletũ eſt inter me, & mortem. Et dixit Ionathan ad Dauid. Quid concupiſcit anima tua; & [ς] quid faciam tibi? Et dixit Dauid ad Ionathan. Ecce nunc Neomenia cras: & ego [η] ſedens non ſedebo manducare: & dimittes me; & abſcondar in campo vſque ad [θ] veſperam. Et ſi recenſens recenſuerit me pater tuus; & dices. Deprecans deprecatus eſt a me Dauid currere vſque in Bethleem ciuitatem ſuam; quoniam ſacrificium dierũ ibi vniuerſæ tribui? Si hæc dixerit, bene; pax ſeruo tuo. Et ſi dure reſponderit tibi; ſcito quia conſummata eſt malitia ab eo. Et facies miſericordiam cum ſeruo tuo; quoniam induxiſti in teſtamentum Domini ſeruum tuum cum te ipſo. Et, ſi eſt iniuſtitia in ſeruo tuo; interfice me tu: & vſque ad patrem tuum vt quid ita introducis me? Et dixit Ionathan: Nequaquã tibi: quoniam ſi cognoſcens cognouero, quia conſummata eſt malitia a patre meo ad veniendum ſuper te; [κ] etſi non fuerit in ciuitatibus tuis, ego annunciabo tibi. Et dixit Dauid ad Ionathan: Quis annunciabit mihi; ſi reſponderit pater tuus dure. Et dixit Ionathan ad Dauid: Vade, & [λ] maneto in campo. Et egrediuntur vtrique in campum. Et dixit Ionathan ad Dauid: Dominus Deus Iſrael nouit, [μ] quia interrogauero patrem meum, prout tempus, ter, & ecce bonum fuerit de Dauid, & non miſero ad te in campum; hæc faciat Deus ipſi Ionathan, & hæc adijciat: [ν] quoniam deferam mala ſuper te; & reuelabo auriculam tuã, & dimittam te, & abibis in pace: & erit Dominus tecum, ſicut fuit cum patre meo. Et ſiquidem adhuc me viuente; & facies miſericordiam mecum. Et ſi morte mortuus fuero; non auferes miſericordiam tuam a domo mea vſque in ſeculum. [ξ] Et, ſi non, in auferendo Dominum inimicos Dauid, vnumquemque a facie terræ; inueniatur nomen Ionathan a domo Dauid, & requirat Dominus inimicos Dauid. Et adiecit adhuc Ionathan iurare ipſi Dauid: quoniam amauit [ο] animo amãtis ſe. Et dixit Ionathan: Cras Neomenia: & viſitaberis; quia [π] viſitabitur ſedes tua. Et [ρ] tertiabis, & ſpeculaberis, & venies ad locũ tuũ, vbi abſcondes te in die [σ] operaria: & ſedebis apud [τ] Ergab illud. Et ego [υ] tertiabo ſagittis iaculans, emittens in [φ] Amattarì. Et ecce mitto puerum, dicens: Veni, reperias mihi ſagittam: Si dixero dicens puero, hic ſagitta a te, [χ] & hic, cape eã; accede, quoniã pax tibi, & non eſt [ψ] verbum, viuit Dominus. Si autem hæc dixero adoleſcenti, hic ſagitta a te, & vltra; vade quoniam dimiſit te Dominus. Et verbum, quod locuti ſumus ego, & tu, ecce Dominus teſtis inter me & te vſque in ſeculum. Et abſcondit ſe Dauid in agro, & aduenit [ω] menſis: & venit rex ad menſam ad comedendum: & ſedit ſuper cathedram ſuam; ſicut ſemel, & ſemel, ſuper cathedram apud parietẽ. [αα] Et præuenit ipſum Ionathan: Et ſedit Abenner a latere Saul

B C D E

A re Saul; & visitatus est locus Dauid. Et non locutus est Saul in die illa; quoniam dixit: ββ Accidens videtur, vt non sit purus, quoniam mundatus non est. Et factum est crastina mensis die secunda, & visitatus est locus Dauid. Et dixit Saul ad Ionathan filium suum: Quid, quod non aduenit filius Iessæ & heri, & hodie ad mensam? Et respondit Ionathan ad Saul: & dixit ei: Deprecatus est a me Dauid vsque in Bethleem ciuitatem suam ire, & dixit: Dimitte nūc me: quoniam sacrificium ipsius tribus, nobis in ciuitate: & mandauerunt ad me fratres mei: & nunc, si inueni gratiam in oculis tuis, transibo iam, & videbo fratres meos. Propter hoc non aduenit ad mensam regis. Et indignatus est ira Saul super Ionathan valde, & dixit ei: Fili puellarum vltro uenientium. Non enim noui, quia B particeps es tu filio Iessæ in confusionem tuam, & in confusionem reuelationis matris tuæ? Quoniam omnibus diebus, quibus filius Iessæ vixerit super terram; γγ non parabitur regnū tuum. Nunc igitur mittens cape adolescentem, quia filius mortis iste. Et respondit Ionathan ad Saul: Vt quid moritur? Quid fecit? Et eleuauit Saul hastam super Ionathan ad interficiendum eum. Et cognouit Ionathan, quia consummata est malitia hæc a patre suo, interficiendi Dauid. Et resilijt Ionathan a mensa in indignatione iræ; & non comedit in secunda mensis panem: quoniam δδ sauciatus est super Dauid: quoniam εε consummauerat super eum pater suus. Et factum est mane, & exijt Ionathan in campum, sicut consti- C tuerat in testimoniū Dauid, & puer paruulus cum eo, & dixit puero: Curre inuenito mihi sagittas, in quibus ego iaculor: Et puer cucurrit, & ipse iaculatus est sagitta: & ζζ trāsire fecit eam. Et venit puer vsque ad locū sagittæ, quo iaculatus fuerat Ionathan. Et exclamauit Ionathan post puerum, & dixit: Illic sagitta a te, & vltra. Et exclamauit Ionathan post puerum suum, dicens: Festinans propera, & non stes. Et collegit puer Ionathan sagittas: & attulit sagittas ad dominum suum. Et puer non cognouit quicquam: ηη tantum Ionathan, & Dauid. Et Ionathan dedit vasa sua super puerum suum, & dixit puero suo: Vade, intra in ciuitatem. Et vt intrauit puer; & Dauid surrexit ab ιι Argab, & cecidit super D faciem suam, & adorauit eum ter, & deosculatus est vnusquisque proximum suum, & plorauit vnusquisque proximum suum, θθ vsque ad consummationem magnam. Et dixit Ionathan ipsi Dauid: Vade in pace; et sicut iurauimus nos vtrique in nomine Domini, dicentes: Dominus erit testis inter me & te, et inter semen meum, et inter semen tuum vsque in seculum. Et surrexit Dauid, et abijt. Et Ionathan ingressus est in ciuitatem.

α In Rhama.] *Ita etiam hebræus: nam est subintelligendum,* quæ est in Rhama: *& ita vulgata, nisi quod habet* Ramatha, *vt Chaldæus. Compl. longius ab hebræo* ἐκ ῥαμὰ, de Rhama. β Et non reuelabit auri- 2 E culam meam.] *Respondet hebræo. Compl. planius,* ὃ οὐκ ἀποκαλύψει, quod non reuelet. *Symm.* ἐὰν μὴ δηλώσῃ εἰς ἀκοήν μου, nisi indicarit in auditu meo. γ Non cognoscat hoc.] *Visum est hoc loco idem valere,* μὴ γνῶναι, *quod in alijs est* μὴ γνῷ, *aut* μὴ γνώτω, *vt Compl.* δ Ne minime uelit.] *Propius ad vulgatam, quę habet,* ne tristetur, *quam quod est in Complutensi,* ὅπως μὴ ἀναγγείλῃ τῷ δαυὶδ, vt non annunciet ipsi Dauid. ε Impletum est.] ἐμπέπλησται. *Compl.* πεπλήρωται, *eodem sensu. Aquila, & Symm.* ὅσον βῆμα, ἀνὰ μεταξὺ ἐμοῦ καὶ θανάτου, quantum gradus, (*aut passus,*) inter me, & mortem. ζ Et quid faciam.] *Compl.* καὶ ποιήσω, & 3 faciam. η Sedens non sedebo manducare.] *Ita vetustiores libri. In alijs post* sedebo *additur* μετὰ τοῦ βασιλέως, cum rege. *Compl.* καὶ ἐγὼ καθίσας καθήσομαι μετὰ τοῦ βασιλέως φαγεῖν, & ego sedēs sedebo cum rege manducare. *quod vulgata interpretatur,* ex more sedere soleo iuxta regē ad uescēdum. θ Vesperam.] *Vulgata ex hebræo addit,* diei tertiæ. ι Si hæc dixerit.] *Ita fere hebręus. Compl. autem,* καὶ ἐὰν εἴπῃ ὁ πατήρ σου, & si dixerit pater tuus. λ Et si nō fuerit.] καὶ ἐὰν μὴ ᾖ, εἰς τὰς πόλεις σου ἐγὼ ἀπαγγελῶ σοι. *Ab aliquibus abest illud* ᾖ, fuerit. *Compl. habet tantum,* καὶ μὴ ἀπαγγελῶ σοι; & non annunciabo tibi. *In hebręo, vt in vulgata est sine inter-*

interrogatione. Pendet enim ab illo, Nequaquam tibi, *ideſt abſit a te, vt ſi ego cognouero, non annunciem.* A
λ Maneto. μένε. *Compl.* ἐξέλθωμεν, exeamus. μ Quia.] ὅτι ἀνακρινῶ. *Videtur hebraiſmus, vt* quia *ſit dictum pro* ſi, *aut* cum. *Compl.* ὅτι ἐὰν, quoniam ſi, *& concludit per interrogationem,* & non mittam ad te in campum? *ſed in hebræo additur,* & reuelauero aurem tuam, *& periodus concluditur in verbis ſequentibus,* hæc faciat Deus ipſi Ionathan, & hæc adijciat. ν Quoniam deferam mala ſuper te.] *In Compl. quoniam proxime allata verba,* hæc faciat Deus ipſi Ionathan, & hæc adijciat, *ſunt initium periodi, idcirco nunc legitur,* ἐὰν μὴ ἀνοίσω τὰ κακὰ ἐπὶ σὲ, ſi non detulero mala ſuper te. *ſed rurſus in noſtra poteſt illud,* quoniam, *accipi pro* ſi; *vt ita dicamus. Si detulero, ideſt reſciero mala ſuper te, reuelabo, &c. Et non eſt diſſimilis ſententia ab ea, quam habet vulgata.* ξ Et ſi non.] *Complut. & ex parte etiam aliquot manuſcripti codices.* καὶ μὴ, ἐν τῷ ἐξαίρειν κύριον τοὺς ἐχθροὺς δαυὶδ, ἕκαστον ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς, ἐξαρθήσεται (*al.* ἐξαρθῶσαι) τῷ ἰωνάθαν ἀπὸ τοῦ οἴκου δαυίδ, Et non, in auferendo Dominum inimicos Dauid, auferetur (*ex ſuperiore ſupplendum,* miſericordia) ipſi Ionathan à domo Dauid. *Hebraica aliam ſententiam præ ſe ferunt.* ο Animo amantis ſe.] *Aquila,* κατὰ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, iuxta animam ſuam. De *hoc dictum eſt ad cap. xvij.* π Viſitabitur.] *Sic hebræus, Symm.* ζητηθήσεται, requiretur. *Hoc enim ſignificatur, fore, vt in recenſendo eos, qui ſedent, appareat deeſſe Dauid. Compl. longius ab hebræo.* καὶ ἐπισκοπῇ ἐπισκεφθήσεται, & viſitatione viſitabitur. ρ Tertiabis.] *Theodoretus quæſt.* 49. Illud autem τρισσεύσεις pro τρεῖς ἡμέρας ἀναμενεῖς, tres dies expectabis. σ Operaria.] τῇ ἐργασίμῃ. *Compl.* τῆς ἐργασίας, operationis. τ Ergab.] *Schol.* Illud ἐργάβ Aquila interpretatus eſt ἐχόμενα τοῦ νότου, iuxta Auſtralem plagam: cæteri autem ediderunt λίθον, lapidem: *quod habet Compl. & vulgata, ſed hæc addit,* cui nomen *eſt* Ezel. *Theodoretus pro* ἐργάβ *habet,* ἀργόβ. *& poſt quam ipſe etiam attulit interpretationem Aquilæ, adiungit putare ſe fuiſſe locum aliquem concauum eo nomine appellatum, & propterea paulo poſt hiſtoriam dicere, Dauid ſurrexiſſe* ἀπὸ τοῦ ἐργόμ, *quaſi idem ſit hic, atque ille locus. Et interpres quidē Theodoreti vtrobique habet* Agaf. υ Tertiabo ſagittis.] *Theodoretus,* Illud autem τρισσεύσω pro, tres emittam ſagittas. σχίζας autem Aquila interpretatus eſt βέλη, iacula. φ Amattari.] *Compl.* Amattarà. *Theodoretus* ἀματταρί. *atque addit inueniſſe ſe in hebraicorum nominum interpretatione, idem valere, ac* τάφρον *apud græcos, Foſſatum apud Romanos, apud Syros autem Scopum, ad quem qui ſe exercent, iacula emittere conſueuerunt. Scholiaſtes hoc, quod Theodoretus attribuit Syris, videtur attribuere Symmacho, & fortaſſe etiam Aquilæ. Ita enim ſcribit.* Aquila autem εἰς τὸν σκοπὸν, vel φυλακὴν, cuſtodiam (duplex enim ſcriptura.) C
Symmachus εἰς τὸ τεταγμένον σκοπὸν. ad conſtitutum ſignum, ad quod, qui ſe exercent, iacula mittere conſueuerunt. χ Et hic.] *pro eo quod in hebræo,* & infra. ψ Verbum.] *Sic hebræus, & ſubintelligitur illud, quod exprimitur in Compl.* πονηρὸς, verbum malū. *ita etiam cap.* 22. ω Menſis.] *Sic hebræus. Compl.* νεομηνία Neomenia, Kalendæ. αα Et præuenit ipſum Ionathan.] καὶ προσέφθασε τὸν ἰωνάθαν, *vt intelligatur poſt Saul ſequutum eſſe Ionathan. In Compl. eſt,* καὶ προέφθασεν αὐτὸν ἰωνάθαν, & præuenit eum Ionathan. ββ Accidens.] *Schol.* συνάντησις. *Symm.* συγκύρημα, incurſus & euentus. γγ Non parabitur.] *Compl.* οὐχ ἑτοιμασθήσῃ σὺ οὐδὲ ἡ βασιλεία σου: *quod in vulgata,* non ſtabilieris tu, neque regnum tuum. δδ Sauciatus eſt.] *Aquila,* ἐπονέθη. *Sym.* ὠδυνήθη. *Theodotio,* ἐλυπήθη, doluit, contriſtatus eſt, ægre tulit. εε Quoniam conſummauerat.] *Compl.* ὅτι ἐβεβούλευτο ὁ πατὴρ αὐτοῦ συντελέσαι αὐτόν. quoniam deliberauerat pater ipſius cōſummare eum. ζζ Tranſire fecit.] *Theodotio,* ὑπερέβη *eodem ſenſu.* ηη Tantum Ionathan, & Dauid.] *In alijs ſequitur,* ἔγνωσαν (*Compl.* ᾔδεισαν) τὸ ῥῆμα, cognouerunt verbum. εε Argab.] *Diximus paulo ante ad illud* Ergab *de hoc loco ex Theodoreto. Cōpl. hic habet* ἀπὸ τοῦ νεγέβ, de Negeb. *quæ dictio hic eſt in hebræo, & ſignificat auſtrum, & meridiem.* θθ Vſque ad conſummationem magnam.] *In Compl. additur,* δαυὶδ ὑπερέβαλεν, Dauid ſuperauit. *Hebræus habet,* adeo vt Dauid adaugeret. D

CAP. XXI.

ET venit Dauid in Nomba ad Abimelech ſacerdotem. Et obſtupuit Abimelech occurſu eius, & dixit ei: Quid, quia tu ſolus, & nemo tecum? Et dixit Dauid ſacerdoti: Rex mandauit mihi verbum hodie, & dixit mihi: Nemo ſciat verbum, de quo ego mitto te, & pro quo ego mandaui tibi. Et pueris condixi ᵅ in loco dicto, Dei fides, Phelani, Maemoni. Et nunc, ſi ſunt ſub manu tua quinque panes; da in manum meam, ᵝ quod inuentum fuerit. Et E reſpondit ſacerdos ipſi Dauid, & dixit: Non ſunt panes ᵞ prophani ſub manum meam: quia niſi panes ſancti ſunt. Si cuſtodierunt ſe pueri tantum a muliere; & comedent. Et reſpondit Dauid ſacerdoti, & dixit ei: Sed a muliere abſtinuimus heri, & nudiuſtertius. In exeundo me in viam, omnes pueri fuerunt purificati: ᵟ & hæc via prophana: quoniā ſanctificabitur hodie per vaſa mea. Et dedit ei Abimelech ſacerdos panes propoſitionis: quoniam ibi non erāt panes niſi panes faciei, qui ablati fuerant a facie Domini, ad apponendum panem calidum

A lidum, qua die cepit eos. Et ibi erat vnus puerorum Saul in die illa, ζ detentus Nees Saran coram Domino: & nomen ei Doec η Syrus pascens mulas Saul. Et dixit Dauid ad Abimelech: Vide, si est hic sub manum tuam hasta, vel gladius: quoniam gladium meum, & vasa non sumpsi in manu mea: quoniam fuit verbum regis secundum festinationem. Et dixit sacerdos: Ecce gladius Goliath alienigenæ, quem percussisti in valle Elà: & hic inuolutus fuit in θ vestimento. Si hunc sumpseris, tibi sume: quoniam non est alius præter hunc hic. Et dixit Dauid: Ecce non est, sicut hic: da mihi illum. Et dedit illum ei. Et surrexit Dauid, & fugit in die illa a facie Saul. Et venit Dauid ad Anchus regem Geth. Et di-
B xerũt pueri Anchus ad eum: Nonne hic Dauid rex terræ? Nonne huic præcinebant ea, quæ choros ducebant, dicentes: Percussit Saul in millibus suis, & Dauid in decem millibus suis? Et posuit Dauid verba in corde suo, & timuit valde a facie Anchus regis Geth, & mutauit faciem suam coram eo, & affectabat in die illa, & tympanizabat ad ostia ciuitatis, & κ collabebatur in manibus suis, & cadebat ad portas ciuitatis: & saliuæ eius defluebant in barbam eius. Et dixit Anchus ad pueros suos. Ecce vidistis virum arreptitium correptum: Vt quid introduxistis eum ad me? Num indigens furentibus ego? quoniam introduxistis eũ furere ad me? λ hic non ingredietur in domum.

C

α In loco dicto, Dei fides, Phelani Maemoni.] *In aliquo libro tantum est,* ἐν τῷ τόπῳ τῷ λεγομένῳ ἐμμωνεῖν, in loco dicto Emmonin. *Compl.* ἐν τόπῳ λεγομένῳ φελανὶ ἀλμωνὶ, in loco dicto Phelanni almoni. *hebræus habet* in locum Pheloni, almoni: *quod vulgata interpretatur* in illum, & illum locum: *Chaldæus* ad locum absconditum, & custoditum. De *his dictionibus dicetur etiam alibi.* β Quod inuentum.] *Compl.* ἢ ὃ ἂν εὕρῃς, *& vulgata,* aut quicquid inueneris. γ Prophani.] *Theodoretus q. 52.* Aquila non dixit βέβηλον sed λαϊκὸν, laicum: *quomodo etiam vulgata.* ε Et hæc via prophana: quoniam sanctificabitur.] *Ita fere hebræus. Theodoretus,* εἰ βέβηλος ἡ ὁδὸς αὕτη, σήμερον ἁγιασθήσεται, si prophana via hæc; hodie sanctificabitur. ζ Detentus Neessaran.] *Compl. habet tantum* συνεχόμενος, detentus. *Theodoretus q. 53.* συνεχόμενος νεεσσὰρ: *Hæc autem dictio hebræa significat idem, ac* συνεχόμενος. *Theodoretus tamen inquit inuenisse se in dictionum hebraicarum interpretatione, valere coarctationem, & pressuram tentationis & minarum. Quare putat* Doec *fuisse ab aliquo dæmone vexatum, aut aliquo correptum morbo, idcircoque assedisse diuino tabernaculo.*

D η Syrus.] *Compl.* ὁ Ἰδουμαῖος, *& uulgata,* Idumæus. θ In vestimento.] *Compl. addit* ὀπίσω τῆς ἐπωμίδος, post superhumerale, *& vulgata,* post Ephod. ι Et affectabat in die illa, & tympanizabat super portas ciuitatis.] *Retinuimus uerbum græcum* τυμπανίζειν, *ut liberam interpretationem lectori relinqueremus. & ita etiam S. Aug. in ps 33. Absunt autem ista à Compl. & uidentur admistæ diuersæ interpretationes.* κ Collabebatur.] καταφέρετο. *S. Aug. ibidem.* ferebatur, *& accommodat sanctissimæ* Eucharistiæ, *in qua* Dominus *seipsum suis manibus tulit.* λ Hic non.] *Alij per interrogationem,* εἰ οὗτος, nunquid iste, *&c.*

CAP. XXII.

ET abijt inde Dauid, & saluatus est: & venit in speluncam Odollam. Et audiunt fratres eius, & domus patris eius: & descendunt ad eum illuc. Et
E conuenerunt ad eum omnis α in necessitate, & omnis debitor, & omnis tristis animo. Et fuit super eos Dux: & fuerunt cũ eo circiter quadringenti viri. Et abijt Dauid inde in Massephat ipsius Moab: & dixit ad regẽ Moab: Sint nunc pater meus, & mater mea apud te; quoadusque cognouero, quid faciet mihi Deus. Et deprecatus est faciem regis Moab: & habitauerunt cũ eo omnes dies, dum esset Dauid in præsidio. Et dixit Gad propheta ad Dauid: Ne sedeas in præsidio. Vade, & venias ad terram Iuda. Et iuit Dauid, & venit, & sedit in ciuitate β Saric. Et audiuit Saul, quia cognitus est Dauid, & viri, qui cum eo. Et Saul sedebat in colle γ sub arboreto, quod in Rhama: & hasta in manu eius: & omnes pueri

pueri eius assistebant ei. Et dixit Saul ad pueros suos, qui assistebant ei: Audite nunc filij Beniamin; si vere omnibus vobis dabit filius Iessæ agros, & vineas; & omnes vos statuet centuriones, & Chiliarchos; quia compositi estis omnes vos super me, & non est, qui reuelet auriculam meam, cum disposuerit filius meus testamentum cum filio Iessæ: & non est qui laboret pro me ex vobis, & reuelans auriculam meam: quoniam suscitauit filius meus seruum meum super me in inimicum, sicut dies hæc. Et respondet Doec Syrus, qui præsidebat super mulas Saul, & dixit: Vidi filium Iessæ aduenientem in Nomba ad [δ] Abimelech filium Achitob sacerdotem. Et interrogauit ei per Deum, & cibaria dedit ei: & gladium Goliath alienigenæ dedit ei. Et misit rex vocare Abimelec filiũ Achitob, & omnes filios patris eius, sacerdotes, qui in Nomba. Et aduenerunt omnes ad regem. Et dixit Saul: Audi nunc fili Achitob. Et dixit: Ecce ego: Loquere domine. Et dixit ei Saul: Vt quid compositus es contra me tu, & filius Iessæ, ad dandum te ei panem, & gladium; & interrogandum ei per Deum, ad ponendum eum super me in inimicum, sicut dies hæc? Et respondit regi, & dixit: Et quis in omnibus seruis tuis, sicut Dauid, fidelis, & gener regis, & [ε] princeps omnis præcepti tui, & honoratus in domo tua? Nunquid hodie cepi interrogare ei per Deum? Nequaquam. Ne det rex contra seruum suum verbum, & super totam domum patris mei: quoniam ignorauit seruus tuus in omnibus his verbum paruum, vel magnum. Et dixit rex Saul: Morte morieris Abimelech tu, & vniuersa domus patris tui. Et dixit rex emissarijs, qui assistebant apud eum: Adducite, & interficite sacerdotes Domini: quoniam manus eorum cum Dauid: & quoniam cognouerunt, quia fugit ipse, & non reuelauerunt auriculam meam. Et non voluerunt pueri regis inferre manus suas ad occurrendum in sacerdotes Domini. Et dixit rex ipsi Doec: Conuertere tu, & occurre in sacerdotes. Et conuertit se Doec Syrus: & interfecit Sacerdotes Domini in die illa, [ζ] trecentos, & quinque viros, omnes portantes Ephod. Et ipsam Nomba ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij a viro vsque ad mulierem, ab infante vsque ad lactentem, & vitulum, & asinum, & ouem: & saluatur filius vnus ipsi Abimelech filio Achitob: & nomen ei Abiathar: & fugit post Dauid. Et annunciauit Abiathar ipsi Dauid, quia interfecit Saul omnes sacerdotes Domini. Et dixit Dauid ad Abiathar: Noui, [η] quia in die illa, quia Doec Syrus, quia annuncians annunciabit ipsi Saul. Ego fui caussa animarum [θ] domus patris tui. Sede mecum: ne timeas, quoniam, vbicumque quæsiero animæ meæ locum, quæram & animæ tuæ: quoniam custoditus es tu apud me.

A B C D E

α In necessitate.] *Compl. addit* ὢν, qui in necessitate, & angustia esset. β Saric.] *Alij* σαρήχ, Sarech *Compl.* χαρὴθ, Chareth. *vulgata in saltum* Areth. γ Sub arboreto.] ὑπὸ τὴν ἄρουραν: *dictio illa* ὑπὸ *satis indicat dictione* ἄρουραν *locum arboribus consitum significari. hebræus & Chaldæus*, sub arbore: *vulgata*, in nemore. δ Abimelech.] *Ita collati codices & Theodoretus, Sed Compl.* Achimelech: *vt vulgata, & etiam nostra cap. sequenti.* ε Princeps omnis præcepti tui.] ἄρχων παντὸς παραγγέλματός σου, *& potest intelligi, aut quod sit princeps omnium, qui obediunt præcepto regis, vt videtur interpretare chaldæus, aut quod primus ipse sit in obediendo præceptis regis. Vulgata,* pergẽs ad imperium tuum. ζ Trecentos & quinque.] *Ita etiam Lucifer pro S. Athanasio. Theodoretus* quinquaginta, & trecentos. *Compl.* ὀγδοηκονταπέντε, octuaginta quinque, *vt vulgata.* η Noui quia in die illa, quia.] *Alij* ᾔδειν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ὅτι ἐκεῖ ἦν Δωήκ. Noui in die illa quia ibi erat Doec. *Nec multo aliter Compl.* ᾔδειν ὅτι ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐκεῖ ἦν. θ Domus.] *Compl.* ὅλου τοῦ οἴκου, totius domus.

CAP.

A

CAP. XXIII.

ET nunciatũ est ipsi Dauid, dicẽtes: Ecce alienigenæ pugnant in Ceila: & ipsi diripiunt, * cõculcant areas. Et interrogauit Dauid per Dominũ dicẽs: Si ibo, & percutiã alienigenas hos? Et dixit Dominus: Vade, & percuties in alienigenis his, & saluabis Ceila. Et dixerunt viri Dauid ad eũ: Ecce nos hic in Iudæa timemus: & quomodo, erit si iuerimus in Ceila, in ß spolia alienigenarũ ingrediemur? Et adiecit adhuc Dauid interrogare per Dominũ. Et respondit ei Dominus, & dixit ei: Surge, & descende in Ceila: quoniã ego trado alienigenas in manus tuas. Et iuit Dauid, & viri, qui cũ eo, in Ceila, & bellũ fecit alienigenis

B

Et fugerũt à facie eius. Et abduxit pecora eorũ, & percussit in eis plagã magnã. Et saluauit Dauid habitantes Ceila. Et factũ est in fugiẽdo Abiathar filiũ Achimelech ad Dauid, & ipse cum Dauid in Ceila descendit habens Ephud in manu sua. Et nunciatũ est ipsi Saul, quia venit Dauid in Ceila. Et dixit Saul: Vendidit eũ Deus in manus meas: quoniã conclusus est, ingressus in ciuitatẽ portarũ, & serarum. Et præcepit Saul vniuerso populo descendere in bellũ in Ceila ad comprehendendũ Dauid, et viros eius. Et cognouit Dauid, quia γ nõ tacet Saul de eo malitiã. Et dixit Dauid ad Abiathar sacerdotẽ: Applica Ephud Domini. Et dixit Dauid: Domine Deus Israel, audiens audiuit seruus tuus, quia quærit Saul venire super Ceila ad corrumpendam ciuitatẽ propter me. Nunquid cõcludetur?

C

Et nũc, nũquid descẽdet Saul, sicut audiuit seruus tuus? Domine Deus Israel annũcia seruo tuo. Et dixit Dominus: δ Cõcludetur. Et surrexit Dauid, & viri qui cũ eo, circiter quadringenti: et exierunt è Ceila: et ε ibant quo ibãt. Et annunciatũ est Saul, quia euasit Dauid è Ceila: & omisit exire. Et sedit ζ in Maserẽ in deserto in angustis, & sedit η in deserto in mõte Ziph, in terra æstuosa. Et quærebat eũ Saul omnib. diebus: et nõ tradidit eũ Dominus in manus eius. Et vidit Dauid, quia egreditur Saul ad quærendũ Dauid: & Dauid erat θ in mõte æstuoso in Cæne Ziph. Et surrexit Ionathan filius Saul: & iuit ad Dauid in Cæne: & cõfirmauit manus eius in Domino. Et dixit ad eũ: Ne timeas, quoniã non inueniet

D

te manus Saul patris mei: & tu regnabis super Israel: & ego ero tibi in secundũ. Et Saul pater meus nouit ita. Et disposuerunt vtriq. testamentũ corã Domino. Et sedit Dauid in Cæne, et Ionathan abijt in domũ suã. Et ascenderunt Ziphæi de æstuosa ad Saul in ι collem, dicentes: Nonne ecce Dauid abscõditus est apud nos in κ Messerà in angustis, in Cæne, in colle ipsius Echela, qui à dextris Iessemù? Et λ nunc omne quod est ad animã regis; in descensum descendat ad nos: μ cõcluserunt eũ in manus regis. Et dixit ei Saul: Benedicti vos Domino, quia laborastis pro me. Ite nunc, & parate adhuc, et noscite locum eius, vbi erit pes eius cito ibi, vbi dixistis: ν ne forte versute agat. Et videte & ξ noscite: & ibo vo-

E

biscũ. Et erit, si est super terrã, & inuestigabo eũ in omnibus millibus Iuda. Et surrexerũt Ziphæi, & iuerũt ante Saul. Et Dauid, & viri eius in deserto Maon, ο ad occidentẽ à dextris Iessemù. Et iuit Saul, & viri eius, ad quærendũ eũ. Et annunciauerũt ipsi Dauid, et descẽdit ad petrã, quæ in deserto Maon. Et audiuit Saul, & persequutus est post Dauid in desertũ Maon. Et eunt Saul, & viri eius a parte montis ab hac: et erat Dauid, et viri eius a parte montis π ab hac. Et fuit Dauid tegẽs se in eũdo a facie Saul. Et Saul, & viri eius ρ castrametati sunt super Dauid, & viros eius, ad comprehendendũ eos. Et ad Saul venit nũcius, dicẽs: Festina, &

veni: quoniã alienigenæ ° incursionẽ fecerũt super terrã. Et reuersus est Saul nõ A
persequendo post Dauid, et iuit in occursum alienigenarum. Propter hoc cognominatus est locus ille, petra diuisa.

α Conculcant.] *Alij*, καὶ καταπατῶσι, & conculcãt. *Abest autem à Compl. quemadmodũ à vulg. Et hæc dictio, & præcedens* διαρπάζουσι, *videntur duæ interpretationes eiusdẽ verbi hebraici.* β In spolia alienigenarum ingrediemur.] εἰς τὰ σκῦλα τῶν ἀλλοφύλων εἰσπορευσόμεθα. *Istud* εἰσπορευσόμεθα *abest à Compl. vt à vulg. Quod autẽ pertinet ad illud* εἰς τὰ σκῦλα, *in alijs libris est*, εἰς τὰς κοιλάδας, in cauitates. *In aliquo impresso*, εἰς τὰς κοιλίας: *quæ lectio confirmatur hoc Scholio*, εἰς τὰς κοιλίας, εἰς τὰ στρατόπεδα, aduersus agmina (*quod habet vulg.*). Hebræi εἰς τὰ σκῦλα. γ Quia nõ tacet Saul.] *Compl.* ὅτι σαοὺλ παρεσιώπα, quia Saul tacebat, *idest, in corde suo tacitus versabat, quod vulgata* quia prepararet ei Saul clam malum. δ Concludetur.] *Idest, ipse Dauid. Compl. pro ista dictione* ἀποκλεισθήσεται, *habet hæc*, καταβήσεται. καὶ εἶπε δαυίδ, εἰ παραδώσουσιν οἱ ἀπὸ τῆς κεϊλὰ, ἐμὲ, καὶ τοὺς ἄνδρας μου εἰς χεῖρας σαούλ; καὶ εἶπε κύριος, παραδώσουσιν. Descendet. Et dixit Dauid. Numquid tradent ij, qui de Ceila, me, & viros meos in manus Saul? Et dixit Dominus: tradent. *Quæ videntur agnosci à Theodor. q. 54. & respondent vulg. Quod etiam sequitur in nostra, & cæteris fere libris collatis*, quadringẽti, *in Compl. & vulg. est*, sexcẽti. *Quod respondet ijs, quæ narrantur c. 25.* ε Ibant, quo ibant.] *Theodor. Illud autẽ* ἐπορεύοντο errationem demonstat. Interdum enim in Iudæa, interdum in solitudine degebat. ζ In Maserem in deserto in angustijs.] *paulo post dicitur*, Messara. *Compl. habet tantũ*, ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν τοῖς στενοῖς. *Theod.* ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐν μασερὲμ, in deserto in Meserom: *quæ vox propius accedit ad hebræam significantem loca munita. Quare videri potest illud*, ἐν τοῖς στενοῖς, *esse huius interpretationem. Theodor. quidẽ testatur pro* ἐν μασερὲμ, *cæteros interpretes edidisse*, ἐν τοῖς σπηλαίοις τοῖς ὀχυροῖς in speluncis munitis. η In deserto in mõte Ziph in terra æstuosa.] *Compl. habet tantũ*, ἐν τῷ ὄρει ἐν τῇ ἐρήμῳ ζίφ, in monte in solitudine Ziph: *quod respondet vulg.* θ In monte æstuoso in Cæne Ziph.] *Rursus Compl.* ἐν τῇ ἐρήμῳ ζὶφ ἐν τῇ καινῇ, in solitudine Ziph in Cænè. *Quod autem pertinet ad istud*, ἐν τῇ καινῇ, *& nonnulli interpretantur*, in noua; *aliqui libri, & Theodoretus habẽt* καινὶ: *& addit Theodor. Aquilã dixisse* δρυμὸν, syluã: *quod habet vulg. c. autẽ 27 etiã in vulg. fit mẽtio* Ceni, *tamquã loci cuiusdam. Dictio hebraica, quæ hoc loco est, valde similis est ei, quę significat*, nouam. ι Collem.] *Videntur hoc loco vt etiam alibi, lxx. habuisse* γαβαὰ. (*al.* γαβαὰθ) *Nam pro hoc testatur Theodor. Aquilam dixisse* βουνὸν, collem. κ In Messara.] *Rursus hoc abest a Compl.* λ Et nunc omne quod est.] *Hæc locutio videtur hoc significare*, quãdo rex quod cupiebat est assequutus; descendendo descendat ad nos. μ Concluserunt eũ.] *Alii*, ἀποκεκλεισμένοι (*Compl. addit*, γὰρ) εἰσὶν εἰς τὰς χεῖρας (*Compl.* ἐν ταῖς χερσὶν) τοῦ βασιλέως. Conclusi sunt in manus regis. ν Ne forte versute agat] *Compl.* ὅτι εἶπεν ὁ σαοὺλ, μήποτε πανουργευόμενος οὗτος πανουργεύσηται, quoniam dixit Saul: ne forte hic callens callide agat: *quæ verbi geminatio est etiam in alijs libris, sed non cætera.* ξ Nosci te.] *In Compl. additur*, ἐκ πάντων τῶν τόπων, ὅπου αὐτὸς κρύπτεται ἐκεῖ, καὶ ἐπιστρέψατε πρός με εἰς ἕτοιμον, ex omnibus locis, vbi ipse se abscondit illic. & reuertimini ad me ad paratum. ο Ad occidentem.] καθ' ἑσπέραν *Theodoretus videtur habuisse*, ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπικόῳ, in deserto subiecto, & plano: *pro quo inquit Aquilam dixisse*, ἐν τοῖς ὁμαλέσιν, in planis, & campestribus: *quod habet vulg. Dictio hebræa & desertũ, & campestria significat.* π Ab hac.] *propius ad hebræũ, quàm quod in Compl.* τῆς ἑτέρας. altera. ρ Castrametati.] *Compl.* περιεπλαγίαζον a latere cingebãt. σ Incursionem fecerunt.] *Compl.* ἐξέχυσαν, effuderunt se.

CAP. XXIV.

D

ET surrexit Dauid inde, & sedit in angustis Engaddi. Et factum est, vt reuertit Saul a post alienigenas, & annunciatũ est ei, dicentibus; quoniam Dauid in deserto Engaddi. Et sumpsit secũ tria millia virorũ electorũ ex omni Israel: & iuit quærere Dauid, & viros eius super faciẽ ° Saddæem. Et venit ad greges pecorũ, quæ super viã. Et erat ibi spelunca. Et Saul intrauit ad β prouocandũ. Et Dauid, & viri eius in inferioribus spelũcæ sedebãt. Et dixerũt viri Dauid ad eũ: Ecce dies hæc, quã dixit Dominus ad te, γ tradere inimicũ tuũ in manus tuas: & facies ei, sicut δ bonũ in oculis tuis. Et exurrexit Dauid, & dẽpsit pinnã E
diploidis Saul occulte. Et factũ est post hæc, & percussit cor eũ, quia dempserat pinnã diploidis eius. Et dixit Dauid ad viros suos: Nequaquã mihi a Domino; si faciã verbũ hoc domino meo Christo Domini; vt inferã manũ meã super eũ: quoniã Christus Domini est hic. Et suasit Dauid viros suos in verbis, & nõ dedit eis, vt surgẽtes ε immolarẽt Saul. Et surrexit Saul, & descẽdit ζ viã. Et surrexit Dauid post eũ de spelũca. Et clamauit Dauid post Saul, dicẽs: Domine rex. Et respexit Saul post se. Et inclinauit se Dauid in faciẽ suã super terrã: & adorauit eũ. Et dixit Dauid ad Saul: Quare audis verba populi dicentiũ. Ecce Dauid quærit animam

A mam [ι] tuam? Ecce in die hac viderunt oculi tui, quia tradidit te Dominus hodie in manus meas in ſpelũca: et nolui te occidere, & peperci tibi, & dixi: Non inijciã manũ meã in dominũ meũ; quoniam Chriſtus Domini hic [θ] eſt. Et ecce pinna diploidis tuæ in manu mea: ego abſtuli, pinnã, & non occidi te. Et cognoſce, & vide hodie, quoniã non eſt malitia in manu mea, [κ] neque impietas & contemptus, & non peccaui in te: & tu [λ] ligas animã meã ad capiẽdum eã. Iudicet Dominus inter me & te, & [μ] vindicet tibi de te: & manus mea nõ erit in te: ſicut dicitur parabola antiqua: Ex iniquis exibit delictũ: & manus mea non erit in te. Et nunc poſt quem tu egrederis rex Iſrael? poſt quem perſequeris tu? poſt canẽ mortuũ, & poſt pulicẽ vnũ? Fiat Dominus in iudicẽ, & vindicẽ inter me & B inter te: videat Dominus, & iudicet iudicium meũ, & vindicet me de manu tua. Et factũ eſt, cũ conſummaſſet Dauid verba hæc loquens ad Saul; & dixit Saul: Vox tua hæc, fili Dauid? Et eleuauit Saul vocẽ ſuã, & plorauit. Et dixit Saul ad Dauid: Iuſtus tu ſuper me: quoniam tu reddidiſti mihi bona: ego autẽ retribui tibi mala. Et tu renunciaſti mihi hodie, quæ feciſti mihi bona: ſicut cõcluſit me Dominus in manibus tuis hodie, & nõ occidiſti me, [ν] & ſicut ſi inueniat quis inimicũ ſuũ in tribulatione, & emittat eũ in viã bonã, & Dominus reddet ei bona; ſicut feciſti hodie. Et nunc ecce ego cognoſco, quoniã regnans regnabis, & conſtituetur in manu tua regnum Iſrael. Et nunc iura mihi in Domino, quia non exterminabis ſemen meũ poſt me: [ξ] non delebis nomen meũ de domo patris mei. C Et iurauit Dauid ipſi Saul. Et abijt Saul ad locum ſuum. Et Dauid, & viri eius aſcenderunt in Meſſera anguſtam.

α Saddæem.] *Eſt veſtigiũ dictionũ hebraicarũ, quas chaldæus interpretatur*, foraminũ rupium, *alii*, petrarũ hircorum ſilueſtriũ, *vulg.* ſuper abruptiſsimas petras, quæ ſolis ibicibus perulæ ſunt. *Cõpl.* κατὰ πρόσωπον τῆς θήρας τῶν ἐλάφων, *& Lucifer*, ante faciẽ venationis ceruorum. β Ad prouocandum.] *id eſt, ciendũ ventrẽ. Lucifer*, ad ſellã. *Theodor. q. 55. non habet* παρασκευάσασθαι, *ſed*, ἀποσκευάσασθαι, ad deponẽdum: *& hæc ſcribit*, Honeſte lxx. ſunt interpretati: Aquila autẽ id manifeſtius dixit: inquit. n. εἰσῆλθεν ἀποκενῶσαι, introiuit ad exinaniendũ. Ioſephus autẽ, τὰς φυσικὰς ἐκκρίσεις ποιήσασθαι, ad faciendũ naturales excretiones. γ Tradere.] *Compl.* ἰδοὺ ἐγὼ δίδωμι. ecce ego do. *Lucifer*, tibi dabo. δ Bonũ.] *Ita hebræus, Compl.* τὸ ἀρεστόν, *& Lucif.* quæ placita D ſunt. ε Immolarẽt.] θῦσαι. *Ita lib. vetuſt. In aliis, & Compl. eſt*, θανατῶσαι, *& Lucifer*, occiderent. *quod tamẽ valere etiã* θῦσαι *patet ex verbis Nabal ſeq. cap. & alijs locis. Vulg. ex hebræo habet tantum*, & non permiſit eos, vt conſurgerẽt in Saul. ζ Viã.] *Alii*, εἰς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, ad viã ſuam. *Comp.* καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὴν ὁδὸν ἐκ τοῦ σπηλαίου, & exijt in viã de ſpelunca. *Lucifer habet tantũ*, deſcendit in viã. *Similis quædam varietas eſt in verbis proxime ſequentibus.* η Tuam.] *Theodor. addit*, εἰς κακά, in mala. θ Hic eſt.] *Apud Theodor. & in Compl. ſequitur*, καὶ πατήρ μου, & pater meus: *quæ ſunt in hebræo: ſed vidẽtur coniungi cũ ſequentib. vt in vulg.* ι Pinnã.] *In aliis ſequitur*, τῆς διπλοΐδος σου. *& Lucifer*, laciniam chlamydis tuæ. κ Neq. impietas, & contẽptus.] *Lucifer habet tantũ*, neq. iniuſtitia, *et reſpondet hebræo.* λ Ligas.] δεσμεύεις, cingis inſidijs, *Lucifer*, quæris animã meã accipere. μ Vindicet tibi.] ἐκδικήσαι σοι, *ideſt vindictã ſumat de te ex teipſo. Alii habẽt*, μοι, *quem modũ etiam noſtra paulo poſt. Lucifer*, iudicabit me de te. ν Et ſicut, ſi inueniat.] *Sunt in codd. quædam varietates non magni ponderis. Lucifer ſic habet*, & ſicut inueniat quis amicũ ſuũ, & præmittat eũ in viã bonã, & Dominus retribuat tibi bona, pro quib. feciſti mihi hodie. *Et quod quidem pertinet ad iſtud*, retribuat tibi, *magis reſpondet hebræo, & vulgatæ, quàm quod eſt in collatis græcis codd.* ἀνταποδώσει αὐτῷ, retribuet ei. E ξ Non delebis.] ἐκ ἀφανιεῖς. *Compl. & Theodor. q. 56*, καὶ μὴ ἀφανίσῃς, & non delebis. *Lucifer valde congruenter hebræo.* & nunc iura tu mihi in Domino, ſi non eradicabis ſemen meum poſt me, & ſi non exterminabis nomen de domo patris mei.

CAP. XXV.

ET mortuus eſt Samuel: & congregantur vniuerſus Iſrael: & plangunt eum, & ſepeliunt eũ in domo ſua in Armathæm. Et ſurrexit Dauid, & deſcendit in deſertũ [α] Maon. Et erat homo in [β] Maon: & [γ] greges eius in Carmelo:

 & homo

& homo magnus valde:& huic ᵈ greges ter mille,& capræ mille. Et factum est in ᵉ tondendo gregem suũ in Carmelo,& nomen homini Nabal,& nomẽ vxori eius ᶠ Abigæa,& vxor eius bona intellectu,& ᵍ bona specie valde, & homo durus,& malignus in studijs,& homo caninus. Et audiuit Dauid in deserto, quia tondet Naban Carmelus gregẽ suum:& misit Dauid decẽ pueros,& dixit pueris: Ascendite in Carmelum,& ʰ abite ad Nabal, & interrogate eum in nomine meo in pacem,& dicetis hæc: ⁱ In horas & tu saluus,& domus tua,& omnia tua salua. Et nunc ecce audiui, quia tondent tibi nunc pastores tui, qui erant nobiscũ in deserto:& non prohibuimus eos,& non imperauimus eis quicquã omnibus diebus, cũ ipsi essent in Carmelo. Interroga pueros tuos:& annunciabunt tibi. Et inuenient pueri tui gratiam in oculis tuis: quoniã super diem bonam venimus. Da nunc, quodcumq. inuenerit manus tua, ᵏ filio tuo Dauid. Et veniũt ˡ pueri, et locquũtur sermones hos ad Nabal iuxta omnia verba hæc in nomine Dauid. Et resilijt, et respondit Nabal pueris Dauid, et dixit: Quis est Dauid, et quis filius Iessæ? Hodie multiplicati sunt serui ᵐ recedentes vnusquisq. a facie domini sui. Et capiã panes meos, et vinum meũ, et victimas meas, quas immolaui, tondentibus pecora mea, et dabo ea viris, quos non noui, vnde sunt? Et reuersi sunt pueri Dauid ad viã suam, et reuerterunt, et venerunt, et annunciauerunt Dauid, secundũ verba hæc. Et dixit Dauid viris suis: Cingimini vnusquisq. gladiũ ⁿ suũ. Et ascenderũt post Dauid circiter quadringenti viri, et ducenti sederunt cũ vasis. Et Abigææ vxori Nabal nunciauit vnus puerorum, dicẽs: Ecce Dauid misit nuncios è deserto ad benedicendũ dominũ nostrum: et declinauit ab eis. Et viri boni nobis valde: et non prohibuerunt nos, neque imperarunt nobis quicquam omnibus diebus, quibus fuimus apud eos: ᶻ et dũ essemus nos in agro, tamquã murus erant circa nos et nocte et die, omnibus diebus, quibus fuimus apud eos pascentes gregẽ. Et nũc cognosce, et vide tu, quid facies: quoniã ᵒ consummata est malitia in dominũ nostrum, et in domũ eius. Et hic est filius pestilentis: et non est loqui ad eũ. Et festinauit Abigæa,& sumpsit ducẽtos panes & duo vasa vini,& quinq. oues factas, & quinque ᵖ oephi farinæ, et gomor vnũ vuæ passæ, et ducentas ᑫ palathas: et posuit super asinos: et dixit pueris suis: Præcedite ante me: et ecce ego post vos aduenio. Et viro suo non annunciauit. Et factum est, cũ ipsa inscendisset super asinũ, et descenderet in tegmine montis; et ecce Dauid, et viri eius descendebant in occursum eius. Et obuiã iuit eis. Et Dauid dixit. ʳ Vtique immerito custodiui omnia eius in deserto, et ᵗ nõ imperauimus capere ex omnibus eius quicquam: et retribuit mihi mala pro bonis. Hæc faciat Deus ᵘ ipsi Dauid, et hæc adijciat; si relinquam ex omnibus, qui sunt ipsius Nabal vsq. mane, mingentẽ ad parietẽ. Et vidit Abigæa Dauid,& festinauit, et descẽdit ab asino, et cecidit corã Dauid in faciẽ suã,& adorauit eũ super terrã ᵠ ad pedes eius,& dixit: In me domine mi iniustitia ᵡ mea. Loquatur nũc serua tua in aures tuas, et audi sermones seruæ tuæ. Ne nunc ponat dominus meus cor suũ super hominẽ pestilentẽ ᵩ hunc: quia iuxta nomen suũ ʷ hic est. Nabal nomẽ ei: ᵃᵃ & insipientia cũ eo. Et ego serua tua non vidi pueros domini mei, quos misisti. Et nunc domine mi viuit Dominus,& viuit anima tua, sicut prohibuit te Dominus, ne venires in sanguinem innoxium,& ᵝᵝ seruares manum tuam tibi. Et nunc fiant tanquam Nabal, inimici tui,& qui quærunt domino meo mala. Et

A λa. Et nunc accipe benedictionem hanc, quam attulit serua tua domino meo: & dabis pueris, qui assistunt domino meo. Tolle nūc iniquitatem ancillæ tuæ: quia faciens faciet Dominus domino meo domum fidelem: quia prælium domini mei Dominus præliatur, & malitia non inuenietur in te vnquam. Et surget homo persequens te, & quærens animam tuam: & erit anima domini mei illigata in vinculo vitæ apud Dominum Deum: & animam inimicorum tuorum rotabis in medio fundæ. Et erit, cum fecerit Dominus domino meo omnia, quæcumque locutus est bona super te, & mandabit tibi in ducem super Israel; & non erit tibi hoc νν abominatio, & ξξ scandalum domino meo, effundere sanguinem innoxium gratis, & seruare manum domino meo sibi. Et benefaciat Dominus domino meo, et recorderis ancillæ tuæ ad benefaciendum ei. Et dixit Dauid Abigææ: ◦◦ Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit te hodie in hac in occursum mihi: & benedictus modus tuus: & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie in ςς hac, ne venirem ad sanguines, ◦◦ & seruando manum meam mihi: Verumtamen viuit Dominus Deus Israel, qui prohibuit me hodie malefacere tibi; quia nisi festinabas, atq. adueniebas in occursum mihi; tunc dixeram, si remanebit ipsi Nabal vsque ad lucem matutinam mingens ad parietem. Et accepit Dauid de manu eius omnia, quæ ferebat ei: & dixit ad C eam. Ascende in pace in domum tuam: vide, audiui vocem tuam, & ϑϑ suscepi faciem tuam. Et aduenit Abigæa ad Nabal. Et ecce ei conuiuium in domo sua, sicut conuiuiū regis. Et cor Nabal bonum in eo: & ipse ebrius vsque valde: Et non annunciauit ei verbum paruum, vel magnum vsque ad lucem matutinam. Et factum est mane, vt resipuit a vino Nabal, annunciauit vxor eius verba hæc. Et immortuum est cor eius in eo; et ipse fit tamquam lapis. Et facti sunt circiter decem dies, & percussit Dominus Nabal, & mortuus est. Et audiuit ιι Dauid, & dixit: Benedictus Dominus, qui iudicauit iudicium opprobrij mei de manu Nabal, et seruum suum reseruauit de manu malorum: et D malitiam Nabal conuertit Dominus in caput eius. Et misit Dauid, & locutus est de Abigæa, ad accipiendum eam sibi in vxorē. Et venerunt pueri Dauid ad Abigæam in Carmelū, & locuti sunt ei, dicentes: Dauid misit nos ad te ad accipiendum te sibi in vxorem. Et surrexit, et adorauit super terram in faciem, & dixit: Ecce serua tua in ancillam ad lauandū pedes κκ puerorum tuorū. Et surrexit Abigæa, et inscendit super asinum: et quinque puellæ sequutæ sunt eā: et iuit post pueros Dauid: & fit ei in vxorem. Et Achinaam λλ sumpsit Dauid de Iezrael: et vtræque fuerunt ei vxores. Et Saul dedit Melchol filiam suam, quæ erat vxor Dauid, Phalti filio μμ Amis, qui de Rhommà.

E α Maon.] *Alij*, μααν· Maan. *Cōpl.* φαράν, Pharan, *vt vulg.* β Maon.] *Ita etiā hebræus hoc loco, & Chaldæus. Compl.* ἐν τῇ ἐρήμῳ. *Vulg. vtrumq. coniungit*, in solitudine Maon. γ Greges.] ποίμνια. *Compl.* ἡ ἐργασία, cultura, possessio, *vt vulgata. Dictio hebræa proprie significat culturam: sed transfertur etiam ad significandas pecudes, quoniam in pecudibus, tamquam in præcipua possessione insumebātur operæ veterū.* δ Greges.] *rursus* ποίμνια, *quod in alijs.* πρόβατα, oues, ε In tondendo gregem suum.] *Ad verbum ex hebræo. Compl. autē*, ἐν τῷ κείρειν αὐτοὺς τὰ ποίμνια αὐτοῦ, dum illi tonderent greges eius. ζ Abigæa.] *Ita etiā Theodoretus. Compl.* ἀβιγαίλ, Abygail. η Bona.] ἀγαθή. *Alii*, καλή, pulchra. θ Abite ad Nabal, & interrogate.] *Compl.* ἥκατε πρὸς τὸν ναβάλ, καὶ ἀσπάσασθε. venite ad Nabal, & salutate. ι In horas.] εἰς ὥρας. *Et fortasse significat*, omni tempore, *quemadmodum interdum apud alios auctores: aut*, ad vigorem, ad prosperitatem, *vt sit modus quidam salutādi. Nam hebræus habet, vt multi interpretantur (nā aliter vulgata, & non inepte)* ad vitam, *Chaldæus*, per vitam tuam. κ Filio tuo Dauid.] *Theodor. q.57.* τοῖς παισὶ τοῦ υἱοῦ σου Δαυίδ, pueris filij tui Dauid. *Compluten.* τοῖς παισί σου, καὶ τῷ υἱῷ σου Δαυίδ, *& vulgata*, seruis tuis, & filio tuo Dauid. λ Pueri.] *In aliis additur*, Δαυίδ, Dauidis. μ Recedentes.] ἀναχωροῦντες, *Complutensis, &*

Theodoretus ἀποδιδράσκοντες, fugientes. ν Suum.] *In Complutensi sequitur*, καὶ περιεζώσαντο τὰς μαχαίρας αὐτῶν, καὶ δαυὶδ καὶ αὐτὸς ἐζώσατο τὴν μάχαιραν αὐτοῦ, καὶ ἀνέβησαν: *quod in vulgata*, Et accincti sunt singuli gladijs suis, accinctusque est & Dauid ense suo. Et ascenderunt, *&c.* ξ Et dum essemus.] *Illud*, καὶ, *est etiam apud Theodoretum: abest autem à Complutensi, & ab hebræo.* ο Consummata est malitia.] *Significare videtur hæc locutio certum malum, ac perniciem impendere ipsi Nabal. Sic supra cap.* 20. consummata est malitia hæc à patre suo, *idest, deliberatum, & certum* est patri suo malum hoc inferre Dauidi. π Oephi farinæ, est gomor.] *Theodoretus q.* 58. *scribit Aquilā pro* οἰφὶ *dixisse* σῖτον, satum: *Gomor autem esse æqualis mensuræ cum Oephi, idque ex prophetia Ezechielis disci.* ϱ Palathas.] *Alij dicunt*, massas caricarum, *vt vulgata.* σ Vtique immerito.] *Sic visum est hoc loco esse vertendum, postulante sententia, & non repugnantibus verbis, illud* ἴσως εἰς ἄδικον, *& respondet vulgatæ*, vere frustra. *Alij vertunt*, forte ad malum. τ Et non imperauimus.] *Alij*, καὶ οὐκ ἐνετειλάμην, & non imperaui. *Compl.* καὶ οὐκ ᾐτησάμην λαβεῖν, & non petij capere. *Vulgata ex hebræo*, & non perijt quicquam. υ Ipsi Dauid.] *Compl.* τοῖς ἐχθροῖς δαυίδ, inimicis Dauid, *vt vulgata.* φ Ad pedes eius.] *Compl.* καὶ ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔπεσε, & cecidit ad pedes eius, *ut uulgata.* χ Mea.] *Istud* μου, *abest ab alijs, & ab hebræo.* Vulgata, iniquitas hæc. *hoc enim significat, adscribatur mihi culpa, quam admisit Nabal.* ψ Hunc.] *Compl. addit:* ἐπὶ ναβάλ, super Nabal. ω Hic est.] *Alij*, οὕτως ἐστί, *Compl.* οὕτως ἐστὶν αὐτός, sic est ipse. αα Insipientia.] ἀφροσύνη. *Theodoretus*, Nomen Nabal in græcam vocē translatum significat τὴν ἀφροσύνην. Hoc enim Abigæa ostendit, & liber nominum Hebraicorum. Aquila autem sic dixit, ναβὰλ ὄνομα αὐτῷ, καὶ ἀποῤῥέων μετ᾽ αὐτοῦ. Nabal nomen ei, & defluxus cum eo. Diffluente enim & extincta ratione, exoritur morbus insipientiæ. ββ Seruares manum tuam tibi.] *Theodoretus* Pro eo quod est, ne odio repleatis ex cæde. γγ Abominatio.] *Theodoretus*, Aquila dixit, νιγμός, suffocatio. (*sed hoc ita scriptum est in codice, qui solus nunc erat ad manum, ut facile appareat subesse mendū, ac fortasse legendum* πνιγμός, *aut* λυγμός. *Interpres quidem habet*, compunctio) Significat autem conscientiæ aculeos. *Scholiastes hæc referens, habet*, λυγμός, conuulsio ex erosione, singultus, *vt vulgata.* δδ Scandalum.] *Ita libri vetustiores. In aliis additur*, καρδίας, *& vulgata*, scrupulum cordis. εε Benedictus.] *Theodoretus videtur hoc loco agnoscere ex lxx. vocem hebræam Baruc, pro qua Aquila dixerit*, εὐλογητός, benedictus. ζζ In hac.] *Theodoretus addit*, ἡμέρα, in hac die: *& hoc est in hebræo, sed non illud*, hodie. ηη Et seruando.] *Sic hebræus, & significat, ita probibuisti, vt ego seruarem manum meam puram a sanguine. Sed Theodoreto visa est absurda locutio. Ita enim scribit.* Istud καὶ σῶσαι τὴν χεῖρά μου ἐμοί, peccatum scriptoris esse suspicor. Cæteri enim interpretes dixerunt, μὴ μυσάσαι, pro eo, quod est, μὴ μύσους μεταλαχεῖν, ne abominationis, & sceleris fiam particeps. θθ Suscepi.] ᾑρέτισα: *& respondet hebræo. Symm.* ἐνετράπην, reueritus sum, *vt Compl. nec multo aliter vulgata*, honoraui. ιι Dauid.] *In Compl. additur*, ὅτι ἀπέθανε ναβάλ, quia mortuus est Nabal. κκ Puerorum tuorum. Et surrexit.] *Compl.* τῶν παίδων τοῦ κυρίου μου, καὶ ἐτάχυνε καὶ ἀνέστη: *quod in vulgata*, seruorum domini mei. Et festinauit, & surrexit. λλ Sumpsit] *Compl. addit* ἑαυτῷ, sibi: *quod tamen abest ab hebræo.* μμ Famis, qui de Rhomma.] *Complut.* λαΐς, τῷ ἐκ γαλλίμ, *& uulgata*, Lais, qui erat de Gallim.

CAP. XXVI.

Et veniunt Ziphæi α ab æstuosa ad Saul in collem, dicentes: Ecce Dauid tegitur nobiscum in colle Echelà ad faciē Iessemù. Et surrexit Saul, & descendit in desertum β Ziph: & cum eo tria millia virorum, electi ex Israel, ad querendum Dauid in deserto Ziph. Et castrametatus est Saul in colle Echelà, qui super faciem Iessemù super viam. Et Dauid sedit in deserto. Et vidit Dauid, quia venit Saul post se in desertum: & misit Dauid exploratores, & cognouit, quia venit Saul γ paratus de Ceila. Et surrexit Dauid clam: & ingreditur in locum, vbi dormiebat illic Saul: & ibi Abenner filius Ner princeps militiæ eius. Et Saul dormiebat in δ lampene: & populus castrametatus circa eum. Et respondit Dauid, & dixit ad Abimelech Chettæum, & ad Abessà filium Saruiæ, fratrem Ioab, dicēs: Quis introibit mecum ad Saul in castra? Et dixit Abessà: Ego introibo tecum. Et intrat Dauid, & Abessà ad populum nocte: & ecce Saul ε dormiens somno in lampene: & lancea eius fixa in terram ad caput eius: & Abenner, & populus eius dormiebat circa eum. Et dixit Abessà ad Dauid: Conclusit Dominus hodie inimicum tuum in manus tuas: & nunc percutiam eum lancea in terram semel, & non ζ repetam ei. Et dixit Dauid ad Abessa: Ne η humilies illū: quoniam quis injciet manū suam in Christum Domini;

A mini;& ϑ purus erit?Et dixit Dauid: Viuit Dominus,nisi Dominus percusserit illum,aut hora illius venerit,& moriatur, vel in pugnam descenderit,& apponatur; ι nequaquam mihi a Domino inijcere manum meam in Christum Domini.Et nunc accipe,quæso,lanceam κ a ceruicali eius,& lentem aquæ: & abeamus nos per λ nos ipsi.Et accepit Dauid lāceam, & lentem aquæ a ceruicali eius,& abierunt per se ipsi.Et non erat,qui videret,& non erat qui cognosceret,& non erat qui vigilaret:omnes somno sopiti: quoniam μ stupor Domini irruerat super illos.Et ν transiuit Dauid vltra:& stetit in cacumine mōtis longe:& multa via inter eos. Et aduocauit Dauid populum, & ad Abenner B locutus est,dicens: Non respondebis Abenner?Et respondit Abenner,& dixit: Quis es tu,qui ξ vocas?Et dixit Dauid ad Abenner: Nonne vir tu?& quis,sicut tu,in Israel? & quare non custodis dominum tuum regem? quoniam intrauit vnus de populo disperdere dominum tuum regem. Et non est bonum verbum hoc, quod fecisti. Viuit Dominus,quoniam filij ο mortificationis vos estis, qui non custoditis regem dominum vestrum Christum Domini. Et nunc vide, quæso,lanceam regis,& lenticula aquæ vbi est, quæ ad caput eius. Et cognouit Saul vocem Dauid, & dixit: Vox tua hæc fili Dauid? Et dixit π Dauid. Seruus tuus domine rex. Et dixit: Vt quid hoc persequitur dominus post seruum C suum? quoniam quid peccaui? & quæ inuenta est in me ρ iniustitia? Et nunc audiat dominus meus rex verbum serui sui. Si Deus incutit te in me; olfiat sacrificium tuum: quod si filij hominum, maledicti hi in conspectu Domini: quoniam eiecerunt me hodie σ non confirmatum esse in hæreditate Domini,dicentes:Vade,serui dijs alienis. Et nunc non cadat sanguis meus in terram ante conspectum Domini: quoniam exijt rex Israel quærere animā meam;sicut persequitur nycticorax in montibus. Et dixit Saul: Peccaui: reuerte fili Dauid:quoniam non malefaciam tibi, ideo quoniam preciosa anima mea in oculis tuis υ & in hodierna. Stulte egi & ignoraui multa valde. Et respondit D Dauid, & dixit: Ecce lācea regis:transeat vnus ex pueris,& accipiat eam,& Dominus restituet vnicuique φ secundum iustitias eius,& secundum fidem eius; sicut tradidit te Dominus hodie in manus meas, & nolui inijcere manum meā in Christum Domini. Et ecce, sicut magnificata est anima tua hodie in hac in oculis meis;sic magnificetur anima mea in conspectu Domini, χ & tegat me, & eruat me ex omni tribulatione. Et dixit Saul ad Dauid: Benedictus tu fili:& faciens facies, & potens poteris. Et abijt Dauid ad viam suam:& Saul reuertit ad locum suum.

α Ab æstuosa.[*Abest a Compl.ut a uulgata.* β Ziph.] *Lucifer pro S. Athanasio*, opacum. E γ Paratus de Ceila.] *Lucifer habet tantum*, in Siccelet. *Alii*, ἑτοίμως ἐκεῖ, vere illuc, *quod non abhorret a uulgata*, certissime. *Compl.* ἕτοιμος ἐκεῖ, paratus illuc. δ Lampene.] *Theodoretus quæst.* 59. λαμπήνη quidem est genus currus, *sicut etiam* ἀπήνη. Aquila dixit ἐν στρογγυλώσει, in cauitate,& rotunditate. Ratio autem indicat in medio exercitus cubuisse regem, *&c.* *Lucifer*, in stragulis præclaris, *& paulo post*,in stragulis pretiosis, *uulgata*, in tentorio. *Chaldæus*, in vallo. ε Dormiens somno.] *A quibusdam codd. & Lucifero abest illud*, somno. *In Compl. est*, καθεύδων ὕπνωσεν, dormiens somnum capiebat. ζ Repetam ei.] *Idest,non opus erit iterare ictum in eum.* *Lucifer*, & non repetam illam. η Ne humilies.] *Alii,& Theodoretus*, μὴ διαφθείρῃς, ne corrumpas,ne disperdas. *Lucifer*, non continges. θ Purus erit.] *Sic Lucifer,quod græce est*, ἀθωωθήσεται, *& posset etiam uerti*, innocens erit, *ut in uulgata.* ι Nequaquā mihi à Domino.] *Satis apte respondet hebræo. Compl.autem quasi ex alio initio*, ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο παρὰ κυρίου, *& Lucifer*, Mihi autem non sit à Domino. κ A ceruicali.] ἀπὸ προσκεφαλῆς αὐτοῦ, *Compl.* τὸ πρὸς κεφαλῆς, *Lucifer*, quæ est ad caput illius. *Et paulo post*, & lentem aquæ a capite eius. *Libuit autem hoc loco istud* *lentis*

lentis nomen ab antiquo patre usurpatum retinere; licet hoc uasis genus usitatius lẽticula dicatur: Vulgata hic habet, scyphum. λ Per nos ipsi.] καθ' ἑαυτούς. *itemque paulo post,* ἀπῆλθον καθ' ἑαυτούς, *uidetur esse imitatio hebraismi, qui habet,* eamus nobis, *&* abierunt sibi. *Utroque tamen loco abest a Compl. & a Lucifero.* μ Stupor.] θάμβος. *Lucifer,* timor. *Aquila,* καταφορά, *Symm.* κάρος, *Theodotio* ἔκστασις, *quæ omnia, ut in Gen. dictum est, grauem quemdam soporem, ac stuporem significant.* ν Transiuit Dauid vltra.] διέβη Δαυὶδ εἰς τὸ πέραν. *hebræus, & chaldæus,* transiuit Dauid transitum: *quod uulgata reddidit,* ex aduerso, *& Lucifer,* cõtra. ξ Qui vocas.] *Compl.* καλῶν με, (*quod* με, *est etiam in aliis*) τίς εἶ σύ, qui vocas me? quis es tu? *Lucifer,* qui vocas me? Quid est? *Hebræus,* qui clamas ad regem: *quod vulgata,* qui clamas, & inquietas regem? ο Mortificationis.] *Ita etiam Lucifer, quod græce est,* θανατώσεως. *Alij, & Theodoretus q.60.* θανάτου, mortis. π Dauid.] *In Complut. sequitur,* φωνή μου κύριέ μου, δοῦλος σὸς κύριε βασιλεῦ, vox mea domine mi, seruus tuus domine rex. *Theodoretus habet tantum,* φωνή μου κύριέ μου βασιλεῦ, vox mea domine mi rex, *quemadmodum vulgata, Lucifer habet, vt nostra,* seruus tuus domine rex. ρ Iniustitia.] ἀδίκημα, *Alii, & Theodoretus,* κακία. *Lucifer,* quæ est a me malitia? σ Non confirmatũ esse.] μὴ ἐστηρίχθαι, *quod in Comp. est,* μὴ στηριχθῆναι. *Et in hac quidem parte retinuimus versionem Luciferi (non autẽ in verbis proxime sequentibus. Ipse enim habet,* confirmatum esse in testamentum Domini.) *vt intelligatur, quam veteres curarint verbum verbo reddere. Poterat tamen ita verti,* a non inhærendo firmiter, *idest, vt non commorarer, ac stabilẽ sedem haberẽ in hæreditate Domini.* τ Animam meam.] ψυχήν μου, *Compl.* ψύλλον ἕνα, *& Lucifer,* pulicem vnum. υ Et in hodierna.] *Aliqui adduut,* ἡμέρᾳ, die, *Lucifer,* in diem hunc, *Compl.* ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, in die hac. φ Secundum iustitias.] *Compl. non habet illud,* κατά. *& Lucifer,* restituat vnicuique iustitias, & fidem suam. χ Et tegat me.] σκεπάσαι με. *Compl.* καὶ ἐκσπάσαι με, *Et Lucifer,* & abripiat me. *Verum hoc, & quod sequitur,* & eruat me, *duæ videntur interpretationes.*

CAP. XXVII.

ET dixit Dauid in corde suo, dicens: Nunc ᵃ apponar in die vna in manus Saul: & non est mihi bonum; nisi saluatus fuero in terram alienigenarum: & ᵝ cesset a me Saul, a quærendo me in omnem terminum Israel: & saluabor de manu eius. Et surrexit ᵞ Dauid, & sexcenti viri, qui cum eo: & iuit ad Anchus filium Ammach, regem Geth. Et sedit Dauid cum Anchus, ipse, & viri eius, vnusquisque, & domus eius, & Dauid, & ambæ vxores eius, Achinaam Iezraelites, & Abigæa vxor Nabal Carmelij. Et annunciatum est ipsi Saul, quia fugit Dauid in Geth: & non adiecit vltra quærere eum. Et dixit Dauid ad Anchus: Si nunc inuenit seruus tuus gratiam in oculis tuis; dent nunc mihi locum in vna ciuitatum, quæ per agrum: & sedebo illic. Et vt quid sedet seruus tuus in ciuitate regia tecum? Et dedit ei in die illa ipsam Sicelac. Propter hoc facta est Sicelac regi Iudææ vsque in diem hanc. Et factus est numerus dierum, quibus sedit Dauid in agro alienigenarum, ᵟ quatuor menses. Et ascendit Dauid, & viri eius; & incursiones faciebant in omnem ᵋ Gesiri, & in Amalecitem. Et ecce terra habitabatur ab ᶎ aduenientibus, quæ a Gelampsur murata, & vsque ad terram Ægypti. Et percutiebat terram, & non viuificabat virum, vel mulierem. Et capiebant greges, & armenta boum, & asinos, & camelos, & vestem: & reuertebant, & veniebãt ad Anchus. Et dixit Anchus ad Dauid: Super quem irruistis hodie? Et dixit Dauid ad Anchus: Ad austrum Iudææ, & ad austrum Iesmega, & ad austrum Genezi. Et virum, & mulierem non ᶯ viuificaui ad adducendum in Geth, dicens: Ne annuncient in Geth contra nos, dicentes: Hæc Dauid facit. Et hæc autem fuit ᶿ iustificatio eius, omnibus diebus, quibus sedit Dauid in agro alienigenarum. Et fidem sibi conciliauit Dauid in Anchus valde, dicens: Abominans abominatus est in populo suo, in Israel: & erit mihi seruus in seculum.

ᵃ Appo-

A α Apponar.] προστεθήσομαι. *Alibi de iſta locutione dictum eſt. Significat enim ita incidere, vt pereat. Nã & apud hebræos eadem dictio ſignificat tradi, incidere, conſumi. Symm.* παραπεσοῦμαι ποτέ, *quod vulgata*, aliquando incidam. β Ceſſet.] ἀνῇ: *& ſic etiam Chaldæus. Aquila,* ἀπογνώσεται, deſperabit. *Symm.* ἀπόσχηται, recedat, abſtineat. *Vulgata duo illa prima coniunxit,* vt deſperet, ceſſetque. γ Dauid.] *in Compl. additur,* καὶ διέβη αὐτὸς, & tranſijt ipſe. δ Quatuor menſes.] *Ita etiam vulgata: licet hebræus, & Chaldæus habeant,* dies & quatuor menſes: *& multi interpretentur, annus, & quatuor menſes.* ζ Geſiri.] *In vno vetuſto additur,* τὸν ζεχρὶ, Zegri: *pro quo in Compl. eſt,* καὶ τὸν ἰεζραῖον, & Iezræum. ζ Ab aduenientibus, quæ à Gelampſur muratorum.] ἀπὸ ἀνηκόντων ἢ ἀπὸ γελαμψοὺρ τετειχισμένων. *Ab eodem libro abeſt illud,* ἀπὸ γελαμψοὺρ, *ab alijs illa* ἀπὸ ἀνηκόντων *&* τετειχισμένων. *Si illud* γελαμψοὺρ, *diuidatur in duas dictiones,* γελὰμ, *videtur dictio hebræa (quamuis paululum immutata) quæ ſignificat ſeculum, &* ψοὺρ, *nomen loci proprij. Quamobrẽ ſi legeretur,* ἢ ἀπὸ γελὰμ ἀπὸ ἀνηκόντων ψοὺρ, *reſponderet hebræo, qui habet,* quæ à ſeculo, adueniente te Sur. *& vulgata,* antiquitus, euntibus Sur. *Quod tamen hic eſt,* Sur; *in hebræo ita ponitur, vt ſignificare etiam poſsit,* murata, *vnde fieri potuit illud,* τετειχισμένων. *Ita apparet quædam variarum interpretationum coagmentatio. In Compl. hic locus ſic habet,* ὅτι κατῳκεῖτο ἡ γῆ ἡ ἀπὸ γεσσοὺρ, quoniam habitabatur terra, quæ à Geſſur.

B η Non viuificaui.] οὐκ ἐζωογόνησα. *Sententia tamen poſtulat, ut legatur,* ἐζωογόνησε, *aut* ἐζωογόνει δαυίδ. *Nã & vulgata,* Non viuificabat Dauid. θ Iuſtificatio.] *Ita hebræus. Sed quemadmodum apud illum, ita etiam apud lxx. interdum ſignificat ritum, conſuetudinem, modum, vt etiam cap. 30. idque alibi notatum eſt.* ι Et fidẽ ſibi conciliauit Dauid in Anchus.] καὶ ἐπιστεύθη δαυὶδ ἐν τῷ ἀγχοῦς. *ſimilis locutio eſt bis in pſ. 77. Compl.* καὶ ἐπιστεύθη ἀγχὶς ἐν δαυίδ, *quod vulgata,* credidit ergo Anchus Dauid.

CAP. XXVIII.

ET factum eſt in diebus illis, & congregantur alienigenæ in caſtris ſuis, ad exeundum pugnare cum Iſrael. Et dixit Anchus ad Dauid. Cognoſcens cognoſces, quia mecum exibis in bellum, tu, & viri tui. Et dixit Dauid ad Anchus: Ita nunc cognoſces, quæ faciet ſeruus tuus. Et dixit Anchus ad Dauid: Sic principem cuſtodiæ corporis ponam te omnibus diebus. Et Samuel mortuus eſt: & planxerunt eum vniuerſus Iſrael; & ſepeliunt eum in Armathæm, in ciuitate eius. Et Saul circumabſtulit ventriloquos, & Gnoſtas de terra. Et congregantur alienigenæ, & veniunt, & caſtrametantur in Sonam. Et congregat Saul omnem virum Iſrael: & caſtrametantur in Gelbue. Et vidit Saul caſtra alienigenarum, & timuit, & expauit cor eius valde. Et interrogauit Saul per Dominum. Et non reſpondit ei Dominus in ſomnijs, & in manifeſtationibus, & in prophetis. Et dixit Saul pueris ſuis: Quærite mihi mulierem ventriloquam: & ibo ad eam, & quæram in ea. Et dixerunt pueri eius ad eum: Ecce mulier ventriloqua in Aendor. Et [illegible] cooperuit ſe Saul, & induit veſtimenta alia, & vadit ipſe, & duo viri cum eo: & veniunt ad mulierem nocte: & dixit ad eam: Vaticinare nunc mihi in ventriloquo, & reduc mihi quemcũque dixero. Et dixit ei mulier: Ecce nunc tu noſti, quæcumque fecit Saul: quomodo exterminauit ventriloquos, & Gnoſtas a terra. Et vt quid tu illaqueas animam meam ad mortificandam eam? Et iurauit ei Saul, dicens: Viuit Dominus, ſi occurret tibi iniuſtitia in verbo hoc. Et dixit mulier: Quem reducam tibi? Et dixit: Ipſum Samuel reduc mihi. Et β vidit mulier ipſum Samuel: & exclamauit voce magna. Et dixit mulier ad Saul: Vt quid decepiſti me, & tu es Saul? Et dixit ei rex. Ne timeas: dicito quem vidiſti. Et dixit ei mulier: Deos vidi aſcendentes è terra: Et dixit ad eam: Quid cognouiſti? Et dixit ei: Virum γ erectũ aſcendentem è terra: & hic diploidem indutus. Et nouit Saul, quia hic Samuel, & procubuit in faciem ſuã ſuper terram, & adorauit eum. Et dixit Samuel: Vt quid perturbaſti me, faciendo me aſcendere? Et dixit Saul: Tribulor valde: & alienigenæ bellant in me: & Deus diſceſſit a me: & non exaudiuit me vltra δ etiam in manu prophetarum, & in

& in somnijs. Et nunc vocaui te ad notificandum mihi, quid faciam. Et dixit Samuel: Vt quid interrogas me, & Dominus discessit a te, & factus est cum proximo tuo? Et fecit Dominus ε tibi, sicut locutus est Dominus in manu mea. Et abscindet Dominus regnum tuum de manu tua: & dabit illud proximo tuo ipsi Dauid: propterea quod non audisti vocem Domini: & non ζ fecisti indignationem iræ suæ in Amalec. Propter hoc verbum fecit Dominus tibi in die hac. Et tradet Dominus ipsum Israel tecum in manus alienigenarum: & cras tu & filij tui η tecum cadent, & castra Israel dabit Dominus in manus alienigenarũ. Et θ festinauit Saul, & cecidit ι porrectus super terram, & timuit valde a sermonibus Samuel: & in eo non fuit fortitudo vltra: nõ enim comederat panem tota die & tota nocte illa. Et intrauit mulier ad Saul: & vidit quia festinabat valde. Et dixit ad eum: Ecce nunc audiuit serua tua vocẽ tuam: & posui animã meã in manu mea: & audiui verba, quæ locutus es mihi. Et nunc audi, quæso, vocem ancillæ tuæ, & apponam coram te bucellam panis: & comede: & erit tibi fortitudo: quoniam vadis in via. κ Et noluit comedere. Et coegerunt eum pueri eius, & mulier: & audiuit vocem eorum: & surrexit de terra: & sedit super sellam. Et mulieri erat λ vitula pascualis in domo: & festinauit, & immolauit eam: & sumpsit farinas, & conspersit, & coxit azyma, & attulit coram Saul, & coram pueris eius. Et comederunt, & surrexerunt, & abierunt nocte illa.

α Cooperuit se.] *Symmachus,* μετεσχημάτισεν ἑαυτόν, *transfigurauit seipsum. Complutensis,* ἠλλοιώθη, mutauit se. β Et vidit.] *Sic etiam hebræus, & chaldæus. Complutensis autem,* καὶ εἶπεν ἡ γυνή, τὸν Σαμουήλ; & dixit mulier: ipsum Samuel. γ Virum erectum.] ὄρθιον. *atque ita etiam Theodoretus q.62. Complutensis,* γέροντα, senem, *quod respondet vulgatæ.* δ Etiam in manu.] *Sic etiam hebræus, & chaldæus. Complut. autem,* οὔτε ἐν χερσὶ προφητῶν, οὔτε ἐν τοῖς ἐνυπνίοις, neque in manu prophetarum, neque in somnijs. ε Tibi.] *Ita & vulgata. Compl. autem,* αὐτῷ, ei: *quomodo alii vertunt ex hebræo.* ζ Fecisti] *Ita etiam vulgata. Alii,* ἔπλησας impleſti. η Tecum.] *Neque Theodoretus aliter. Complut. vero,* μετ' ἐμοῦ, mecum, *vt vulgata.* θ Festinauit.] ἔσπευσε. *Hoc verbum respondet hebræo, quod significat festinare, & vulgata illud ita exprimit,* statimque: *verum significat etiam trepidationem, & turbationem, vt ex loco proxime sequenti, & multis aliis constare potest.* ι Porrectus.] *Ita vulgata, quod græce est,* ἑστηκώς, *atque hebraice dicitur,* & cecidit plenitudo staturæ eius. *Compl. autem,* ἀπὸ στάσεως αὐτοῦ de statione sua. κ Et noluit.] *Compl.* καὶ ἀπείθησε, καὶ οὐκ ἐβούλετο, & renuit, & noluit. λ Vitula pascualis.] *Vulgata,* habebat vitulum pascualem: *Compluten.* μοσχάριον γαλαθηνόν, vitulus lactans.

CAP. XXIX.

ET congregant alienigenæ omnia castra sua in Aphec. Et Israel castrametatus est in α Aendor, quæ in Iezrael. Et Satrapæ alienigenarum transibant ad centurias, & ad millia. Et Dauid, & viri eius transibant in nouissimis cum Anchus. Et dixerunt alienigenæ: Quinam isti β pertranseuntes? Et dixit Anchus ad Duces alienigenarum: Nonne hic Dauid seruus Saul regis Israel? γ Fuit nobiscum dies, hunc secũdum annum: et non inueni in eo quicquam, ex qua die δ incidit ad me, & vsque in diem hanc. Et ε contristati sunt super eum Duces alienigenarum: & dicunt ei: Fac reuerti virum, & reuertatur ad locum suum, vbi collocasti eum illic, & non veniat nobiscum ad bellum, & non fiat insidiator castrorũ. Et in quo conciliabitur hic domino suo? Nõne in capitibus virorum istorum? Nonne iste Dauid cui præcinebant in choris, dicentes: Percussit Saul in millibus suis, & Dauid in decem millibus suis? Et vocauit Anchus

A chus Dauid, & dixit ei: Viuit Dominus, quia rectus tu, & bonus in oculis meis, & exitus tuus, & introitus tuus mecum in castris: & quia non inueni de te malũ ex qua die venis ad me vsque in hodiernam diem. Et in oculis satraparum non bonus tu. Et nunc reuerte, & vade in pace: & non facies malum in oculis satrapa rum alienigenarum. Et dixit Dauid ad Anchus: Quid feci tibi? & quid inuenisti in seruo tuo, ex qua die fui corã te, & vsque ad diem hãc; vt non veniam impugnans inimicos domini mei regis? Et respondit Anchus ad Dauid: Noui, quia bonus tu in oculis ζ meis. Sed Satrapæ alienigenarum dicunt: Non veniet nobiscum ad bellum. Et nunc diluculo surge mane, tu, & pueri domini tui, qui ve B niunt tecum: & ite ad locum, vbi collocaui vos illic. Et verbum pestilens ne po sueris in corde tuo: quoniam bonus tu coram me. Et diluculo surgite in viam; & illucescat vobis: & ite. Et diluculo surrexit Dauid, ipse, & viri eius ad η abeũdum, & custodiendum terram alienigenarum. Et alienigenæ ascenderunt ad bellandum in Iezrael.

α Aendor, quæ.] *Complutensis, ἐν ναὶν, τῇ, aliquanto propius ad hebræam dictionẽ, quæ significat, fontem, quod habet vulgata.* β Pertranseuntes.] *οἱ διαπορευόμενοι, in Compl. οἱ παραπορευόμενοι. Vulgata,* Hebræi: *& optime potest conuenire cum illo, οἱ διαπορευόμενοι, vt supra dictum est.* γ Fuit nobiscum dies, hunc secundum annum.] *Compl.* ὃς γέγονε μετ᾽ ἐμοῦ ἤδη δεύτερον ἔτος σήμερον, qui fuit mecum iam secundum annum C hodie: *hebræus,* qui fuit mecum iam diebus, vel iam annis: *quod optime redditur in vulgata,* multis diebus; & annis. δ Incidit ad me.] *ἐνέπεσε, & respondet dictioni hebraicæ. Symm.* προσέφυγέ μοι, confugit ad me, *aut,* transfugit, *vt vulgata.* ε Contristati.] *Aquila,* παρωξύνθησαν, irritati sunt. *Sym.* ὠργίσθησαν, irati sunt, *vt vulgata, Theodotio,* ἐθυμώθησαν, indignati sunt. *quam Theodotionis dictionem habet Compl.* ζ Meis.] *In Complutensi additur,* καθὼς ἄγγελος θεοῦ, *quod vulgata,* sicut angelus Dei. η Abeundum.] *Compl. addit,* τὸ πρωῒ *& vulgata,* vt proficiscerentur mane.

CAP. XXX.

D ET factum est, intrãte Dauid, & viris eius in Secelac die tertia; & Amalec in cursionem fecit ad Austrum, & ad Secelac: & percussit ipsam Secelac, & incenderunt eam in igni: & mulieres, & α omnia, quæ in ea, a paruo vsque ad magnum non mortificauerunt virum, & mulierem: sed captiuarunt, & abierunt ad viam suam. Et venit Dauid, & viri eius in ciuitatem: & ecce incensa est in igni: vxores autem ipsorum, & filij ipsorum, & filiæ ipsorum captiuatæ. Et eleuauit Dauid, & viri eius vocem suam: & plorauerunt, quoadusq. non fuit in eis vltra fortitudo ad plorandũ. Et ambæ vxores Dauid captiuatæ fuerãt, Achinaã Iezraelites, & Abigæa vxor Nabal Carmeli. Et tribulatus est Dauid valde; quoniam dixit populus lapidare eum: quoniam amara anima vniuersi populi, E cuiusque super filios suos, & super filias suas. Et confortatus est Dauid in Domino Deo suo. Et dixit Dauid ad Abiathar sacerdotem filium Achimelech: Applica Ephud. β Et interrogauit Dauid per Dominum dicẽs: Si persequar post γ Geddur istud, si assequar eos? Et dixit ei: Persequere, quoniam assequens assequeris eos, & eruens erues. Et iuit Dauid, & sexcenti viri cum eo: & veniunt vsque ad torrentem Bosor: δ & residui substiterunt, & persequutus est in quadringentis viris. Substiterunt autem ducenti viri, qui quidem sederant trans torrentem Bosor. Et inueniunt virum Ægyptium in agro: & capiunt eum, & ad ducunt eum ad Dauid. Et dant ei panem & manducauit: & potauerunt eũ aqua:

& dant

&dant ei fragmentum [a] palathæ,&manducauit: & restitutus est spiritus eius in eo: quoniam non comederat panem, & non biberat aquam tribus diebus, & tribus noctibus. Et dixit ei Dauid: Cuius tu es, & vnde es? Et dixit puer Ægyptius: Ego sum seruus viri Amalecitæ: et dereliquit me dominus meus; quia [ζ] turbatus sum ego hodie tertianus. Et nos incursionem fecimus ad Austrum ipsius Cheleti, et super partes Iudææ, et ad Austrum Chelub; et ipsam Sicelac incendimus in ign. Et dixit ei Dauid: Si deduces me ad Geddur istud? Et dixit: Iura nunc mihi per Deum non morti tradere me, neq. tradere me in manus domini mei: et deducam te ad Geddur [η] hoc. Et deduxit eum illuc: et ecce isti profusi super faciem vniuersæ terræ, comedentes, et bibentes, et festum celebrãtes in omnibus spolijs illis magnis, quæ ceperant de terra alienigenarum, et de terra Iuda. Et venit super eos Dauid: et percussit eos a [θ] Lucifero vsque ad vesperam, [ι] et in crastina. Et non euasit saluus ex eis vir: quia tantum quadringenti viri, qui inscenderunt super camelos, et fugerunt. Et eripuit Dauid omnia quæ ceperant Amalecitæ, et vtrasque vxores suas eripuit: et non [κ] dissonuit eis a paruo vsque ad magnum, et de spolijs, et vsque ad filios, et filias, et vsque ad omnia, quæ ceperant ipsorum: et omnia redire fecit Dauid. Et cepit omnes greges, et armenta boum, et abduxit ante spolia. Et spolijs illis dicebatur: Hæc spolia Dauid. Et aduenit Dauid ad ducentos viros, qui remanserant ab eundo post Dauid, & residere fecerat eos in torrente ipsius Bosor. Et exierunt in occursum Dauid, & in occursum populi, qui cum eo. Et accessit Dauid vsque ad populum. Et [λ] interrogauerunt eum, quæ ad pacem. Et respondit omnis vir pestilens, & malignus de viris bellatoribus, qui iuerant cum Dauid, & dixerunt: Quoniam non sunt persequuti nobiscum; non dabimus eis de spolijs, quæ eripuimus: quia tantum vnusquisque vxorem suam, & filios suos abducant, & reuertantur. Et dixit Dauid: Non facietis [μ] sic, [ν] postquam tradidit Dominus nobis, & custodiuit nos, & tradidit Dominus Geddur, qui irruerat super nos, in manus nostras. Et quis exaudiet vestros sermones istos? Quoniam non [ξ] minoris nobis sunt: quia secundum portionem descendentis in prælium, sic erit portio sedentis super vasa: iuxta idem diuidentur. Et factum est a die illa, & vltra, & factum est in constitutionem, & in iustificationem ipsi Israel vsque in hodiernam. Et venit Dauid in Secelac: & misit senioribus Iuda de spolijs, & proximis suis, dicẽs: Ecce de spoliis inimicorũ Domini, qui in [ο] Bæthsur, & qui in Rhama Austri, & quæ in Gethor, & qui in Aroer, et qui in Ammadì, et qui in Saphi, et qui in Estie, et qui in Geth, et qui in Cimath, et qui in Saphec, et qui in Themath, et qui in Carmelo, et qui in ciuitatibus ipsius Hieremeel, et qui in ciuitatibus ipsius Cenezì, et qui in Hierimuth, et qui in Bersabee, et qui in Nombe, et qui in Chebron, [π] et omnia loca, quo transierat Dauid illuc, ipse, et viri eius.

[α] Et omnia quæ in ea.] *Alij*, καὶ πάντας τοὺς ἐν αὐτῇ, & omnes qui in ea. *Hebræus habet tantum*, quæ in ea, *a quo abest etiã illud quod sequitur paulo post*, & mulierem. [ϛ] Et interrogauit.] *Complut.* καὶ προσήγαγεν ἀβιάθαρ τὸ ἐφὼδ πρὸς δαυὶδ καὶ ἐπηρώτησε, *quod vulg.* Et applicauit Abiathar Ephod ad Dauid. Et consuluit.
[γ] Geddur.] *Complut.* ὀπίσω τοῦ στρατεύματος τούτου, post exercitum hunc, post agmen hoc, *itemque paulo inferius, sed tertio loco, vbi idem in nostra repetitur, Compl. habet* σύστρεμμα, globum. *Theodoretus quæst.* 65. Ipsum aut σύστρεμμα hebræus vocat γεδοὺρ, quod alibi exponitur πειρατήριον. Vocatur autem sic globus & agmen latronum. *Legantur notationes cap. 3. in lib. 2.* [δ] Et residui substiterunt.] *Sic etiam hebræus Compl. autem,*

A *autem*, καὶ κατέλιπεν ἐκεῖ διακοσίους ἄνδρας, & relinquit ibi ducentos viros. *Theodoretus videtur habuisse* διακόνους ἄνδρας, ministros viros, *quos exhaustos labore ex cursu inquit Aquilam dixisse* μεμενηκέναι, mansisse. ε Palathæ.] *aut* massæ caricarum, *vt vulgata. Addit* Compl. καὶ δύο σταφίδας, *quod eadem vulgata*, & duas ligaturas vuæ passæ. ζ Turbatus sum.] *Aquila*, ἠῤῥώστησα, ægrotaui. *quod autem sequitur*, hodie tertianus, σήμερον τριταῖος, *valet*, hodie sunt tres dies. η Hoc.] *In Compl. additur*, καὶ ὤμοσεν αὐτῷ: & iurauit ei. θ A Lucifero.] *idest à crepusculo matutino, aut verspertino. Aquila*, σκοτομήνης, obscura luna. *Symmachus*, ἀφ᾽ οὗ συνεσκότασεν, ex quo cæpit obtenebrescere. ι Et in crastina.] καὶ τῇ ἐπαύριον *Compl.* καὶ τῆς, etiam crastinæ, *eadem sententia: sed prius magis quodammodo respondet hebræo.* κ Dissonuit.] διεφώνησεν, *idest*, desideratus est. *De hoc verbo dictũ est etiã Exo. 24.* λ Et interrogauerunt eum.] *Compl.* καὶ ἠρώτησεν αὐτούς, *quod vulg.* salutauit eos. μ Sic.] *In Cõpl.* ἀδελφοί μου οὕτως, fratres mei sic: *& respondet vulg.* ν Postquam tradidit Dominus nobis.] *hebræus*, quæ tradidit Dominus nobis, *& subintelligitur*, de his, *quod exprimit vulgata. Compl. addit*, τοὺς ὑπεναντίους, postquam tradidit Dominus nobis aduersarios. ξ Nõ minoris,] οὐχ ἥττον. *Compl.* οὐχ ἥττους, non minores. *tota hæc particula abest ab hebræo.* ο Ecce de spolijs.]

B *Ita libri duo veteres. In alijs est*, ἰδοὺ εὐλογία ὑμῖν ἀπὸ τῶν σκύλων. Ecce benedictio vobis de spolijs. π Bæthsur.] *Compl.* Βαιθήλ, Bæthel: *multaque alia, vt semper, sunt in huiusmodi nominibus proprijs varietates, quas prudens lector, per se expendet.* ρ Et omnia loca.] *Alii*, καὶ εἰς πάντας τοὺς τόπους, ad omnia loca.

CAP. XXXI.

ET alienigenæ pugnabãt in Israel. Et fugerunt viri Israel a facie alienigenarum: & cadunt vulnerati in monte Gelbue. Et congrediuntur alienigenæ cum Saul, & filijs eius: & percutiunt alienigenæ Ionathan, & Aminadab, & Melchisa filium Saul. Et aggrauatur prælium super Saul: & inueniunt eum iaculatores viri sagittarij: & vulneratus est α in hypochondria. Et dixit Saul ad eum, qui portabat vasa ipsius: Educ gladium tuum, & confige me in eo: ne veniant incircuncisi isti, & configant me, & illudant mihi. Et noluit, qui portabat vasa eius: quoniam timuit valde. Et sumpsit Saul gladium, & incubuit super eum. Et vidit portans vasa eius, quia mortuus est Saul: & incubuit etiam ipse super gladium suum: & mortuus est cum eo. Et mortuus est Saul, & tres filij eius, & portans vasa β eius in die illa in idipsum. Et viderunt viri Israel, qui trans vallem, & qui trans Iordanem, quia fugerunt viri Israel, & quia mortuus est Saul, & filij eius: & derelinquunt ciuitates suas, & fugiunt. Et veniunt alienigenæ, & habitant in eis. Et factum est, crastina veniunt alienigenæ ad spoliandos mortuos: & inueniũt Saul, & tres filios eius iacentes in γ montibus Gelbue: & δ conuertunt eum: & spoliauerunt vasa eius: & mittunt ea ad terram alienigenarum in circuitu euangelizantes idolis suis, & populo. Et reposuerunt vasa eius in ε Astartio: & corpus eius defixerũt in muro Bæthsam. ζ Et audiunt inhabitãtes Iabis Galaditidis, quæ fecerant alienigenæ ipsi Saul. Et surrexerunt omnis vir virtutis, & ierunt totam noctem: & sumpserunt corpus Saul, & corpus Ionathan filij eius de muro Bæthsam, & ferũt eos in Iabis, & comburunt eos illic. Et sumunt ossa eorum, & sepeliunt sub arboreto, quod in Iabis: & ieiunant septem η dies.

α In hypochondria.] *Theodotio*, μέρος τὸ ἐγγὺς τοῦ ἥπατος, partem, quæ prope iecur. β Eius.] *In Complut. additur*, καὶ πάντες οἱ ἄνδρες αὐτοῦ, *quod vulgata*, & vniuersi viri eius. γ In montibus.] *Compl.* ἐν τῷ ὄρει, in monte. δ Conuertunt.] ἀποστρέφουσιν, *quasi resupinãt. Compl.* ἀποκεφαλίζουσιν, decapitant. *Alij habent*, καὶ ἀποστρέφουσιν αὐτὸν, καὶ ἐξέδυσαν τὰ σκεύη αὐτοῦ, καὶ ἀποκόπτουσι τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. & conuertunt eum, & spoliauerunt vasa eius, & præcidunt caput eius. *Quod autem pertinet ad illud*, & spoliauerunt vasa eius, *optime respondet hebræo Compl. autem*, καὶ ἐκδιδύσκουσιν αὐτὸν τὰ σκεύη αὐτοῦ, & exeunt cum vasis eius. ε Astartio.] *Schol.* εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀστάρτης, in templo Astartes. Dicunt autem hanc esse Venerem. ζ Audiunt.] *Compl. addit*, περὶ αὐτοῦ de eo. η Dies.] *Theodoritus*. Sciendum quidem est, quod Aquila secutus hebræum non diuisit primam à secunda regnorum historia, sed ex duabus vnam fecit.

A

REGNORVM LIBER II.

B

CAP. I.

C

ET factum est, postquam mortuus est Saul, & Dauid reuertit percutiens Amalec. Et sedit Dauid in Secelac dies duos. Et factum est die tertia, & ecce vir venit è castris, ᵃ de populo Saul: & vestes eius discissæ; & terra super caput eius. Et factum est in intrando ipsum ad Dauid, & cecidit super terram, & adorauit eum. Et dixit ei Dauid: Vnde tu aduenis? Et dixit ad eum: De castris Israel ego saluus euasi. Et dixit ei Dauid: Quod verbum hoc? annuncia mihi. Et dixit, quia fugit populus ex prælio, & ceciderunt multi de populo, & mortui sunt, & Saul, & Ionathan filius eius mortuus est. Et dixit Dauid puero, qui annunciabat ei: Quomodo nosti, quia mortuus est Saul, & Ionathan filius eius? Et dixit puer qui annunciabat ei: Euentu adueni in montem Gelbue: & ecce Saul innixus erat super lanceam suam: & ecce currus, & præfecti equitum ᵇ attingebant eum. Et respexit in posteriora sua, & vidit me, & vocauit me. Et dixi: Ecce ego. Et dixit mihi: Quis es tu? Et dixi: Amalecites ego sum. Et dixit ad me: Sta nunc super me: & interfice me: quoniam occupauerunt me tenebræ graues: quia ᵞ omnis anima mea in me. Et insurrexi super eum, & interfeci eum: quia sciebam quod non viuet, postquam ipse ceciderat. Et sumpsi ᵟ regale quod super caput eius, & ᵉ armillam, quæ super brachium eius: & attuli ea domino meo huc. Et apprehendit Dauid vestimenta sua, & discidit ea. Et omnes viri, qui cum eo, disciderunt vestimenta sua: & planxerunt, & plorauerunt, & ieiunarunt vsque ad vesperam super Saul, & super Ionathan filium eius, & super populum Iuda, & super domum Israel: quoniam percussi fuerant in gladio. Et dixit Dauid puero, qui annunciarat ei: Vnde es tu? Et dixit: Filius hominis incolæ Amalecitæ ego sum. Et dixit ei Dauid: Quomodo nō timuisti iniicere ma-

D

E

re manum tuam ad disperdendum Christum Domini? Et vocauit Dauid vnum ex pueris suis, & dixit: Accedens occurre ei. Et percussit eum, & mortuus est. Et dixit ad eum Dauid: Sanguis tuus super caput tuum: quoniam os tuum respondit contra te, dicens, quia ego interfeci Christum Domini. Et lamentatus est Dauid lamentationem hanc super Saul, & super Ionathan filium eius: & dixit ad docendum filios Iuda. Ecce scriptum est ζ in libro recti. η Sta Israel super mortuos θ in excelsis tuis vulneratos: quomodo ceciderunt potentes. Ne annūcietis in Geth: & non euangelizetis in exitibus Ascalonis: ne forte lætentur filiæ alienigenarum: ne quando ι exultent filiæ incircuncisorum. Montes qui in Gelbue, non descendat ros, & non pluuia super vos: κ & agri primitiarum: quoniam ibi λ proiectus est clypeus potentium: clypeus Saul non est vnctus in oleo, a sanguine vulneratorum, & ab adipe potentiū. Arcus Ionathan non est reuersus vacuus in posteriora: & gladius Saul non se reflexit vacuus. Saul, & Ionathan dilecti, & speciosi, nō separati, μ decori in vita sua: & in morte sua non sunt separati. Leues super aquilas, & super leones valuerunt. Filiæ Israel super Saul plorate, qui induebat vos coccino cum ornatu vestro, qui afferebat ornatum aureum super indumenta vestra. Quomodo ceciderunt potentes in medio belli, Ionathan in excelsis tuis, ν occisi? Doleo super te frater mi Ionathan: Speciosus fuisti mihi valde: ξ mirificata est dilectio tua mihi super dilectionem mulierum. Quomodo ceciderunt potentes, & perierunt vasa bellica?

α De populo Saul.] ἐκ τοῦ λαοῦ σαοὺλ. *Ab aliis abest illud* ἐκ, populi Saul. *Compl.* τοῦ λαοῦ τοῦ μετὰ σαοὺλ, populi, qui cum Saul. β Attingebant.] συνῆψαν. *Aquila,* κατέλαβον, assequebantur. γ Omnis.] *Abest à Compl. quod tamen est in hebræo, & vulgata.* δ Regale] *Compl.* τὸ διάδημα, diadema, *vt vulgata.* ε Armillam.] χλιδῶνα. *Theodoretus q 2. refert Aquilam dixisse* βραχιάλιον, brachiale. ζ In libro recti.] *Ita fere solet, &, vt putamus, debet verti illud* ἐπὶ βιβλίου τοῦ εὐθοῦς. *Theodoretus tamen quæst. 4. habet,* τὸ βιβλίον τὸ εὐθὲς, liber rectus. η Sta.] στήλωσον, *quasi fixe incumbe in hanc considerationem. Scholion ex Aquila* ἀκρίβασον, *Theodoretus quæst. 5. & Complutensis habent,* ἀκρίβασαι. diligenter considera. θ In excelsis.] *Abest a Complut. & a Theodoreto, non autem ab hebræo, & uulgata,* ι Exultent.] ἀγαλλιάσωνται. *Complutensis, & Theodoretus,* γαυριάσωσι, *eodem sensu.* κ Et agri primitiarum.] *ac subintelligēdum est, ut etiam in hebræo, quod uulgata expressit,* neque sint agri primitiarum. *Aquila pro* ἀπαρχῶν, *dixit,* ἀφαιρεμάτων, demptionum: *de quo vocabulo alibi dictum est.* λ Proiectus est.] προσωχθίσθη. *Aquila,* ἀπεβλήθη, *eodē sensu.* μ Decori.] *Abest a Compl. & a S. Chrys. in Maximum, & Iuuentium. Ac uidetur alia interpretatio pro illo, quod proxime dictum est,* speciosi, ὡραῖοι διαπρεπεῖς. ν Occisi.] *Complut.* ἐτραυματίσθης, Occisus es. *Responderet prorsus hebræo, & vulgata, si abesset* σ. *Ita enim valeret,* occisus est. ξ Mirificata est dilectio tua mihi super dilectionem mulierum.] *Respondet optime hebræo. Theodoretus q. 7. habet* ἔπεσεν ἡ ἀγάπη σου ἐπ' ἐμὲ, ὡς ἡ ἀγάπησις τῶν γυναικῶν, incidit amor tuus in me, sicut dilectio mulierum: *atque eodem modo. S. Chrys. lib. 3. de prouidentia Dei.*

CAP. II.

ET factum est post hæc & interrogauit Dauid in Domino, dicens: Si ascendam in vnam ciuitatum Iuda? Et dixit Dominus ad eum: Ascende. Et dixit Dauid: Quo ascendam? Et dixit: In Chebron. Et ascendit illuc Dauid in Chebron, & ambæ vxores eius, Achinaam Iezraelites, & Abigæa vxor Nabal Carmelij, & viri, qui cum eo, vnusquisque,

& domus eius : & habitabant in ciuitatibus Chebron. Et veniunt viri Iudææ, & vngunt Dauid ibi ad regnandum super domum Iuda. Et annunciauerunt Dauid, dicentes : quia viri Iabis Galaaditidis sepelierunt Saul. Et misit Dauid nuncios ad Duces Iabis Galaaditidis : & dixit ad eos Dauid : Benedicti vos Domino : quoniam fecistis misericordiam hanc super dominum vestrum, super Saul Christum Domini : & sepelistis eum, & Ionathan filium eius. Et nunc faciat Dominus vobiscum misericordiam, & veritatem. Et quidem ego faciam vobiscum bonum hoc: quoniam fecistis verbum istud. Et nunc confortentur manus vestræ: & estote in filios potentes : quoniam mortuus est dominus vester Saul: & quidem me vnxit domus Iuda super se in regem. Et Abenner filius Ner princeps militiæ Saul sumpsit Ieboste filium Saul: & ascendere fecit eum è * castris in Manaem: & fecit eum regnare in Galaaditide, & in Thasiri, & in Iezrael, & in Ephræm, & in Beniamin, & super omnem Israel. Quadraginta annorum erat Ibosthe filius Saul, quando regnauit super Israel: & duos annos regnauit, præter domum Iuda, qui erant post Dauid. Et facti sunt dies, quibus Dauid regnauit in Chebron super domum Iuda, septem anni, & menses sex. Et exiuit Abenner filius Ner, & pueri Iebosthe filij Saul de β Manaem in Gabaon. Et Ioab filius Saruia, & pueri Dauid exierunt de Chebron : & occurrunt γ eis super fontem Gabaon in idipsum. Et sederunt hi super fontem hinc, & hi super fontem hinc. Et dixit Abenner ad Ioab: Surgant nunc pueri, & ludāt coram nobis. Et dixit Ioab: Surgant. Et surrexerunt, & transierunt in numero de pueris Beniamin duodecim ex ijs, qui erant Iebosthe filij Saul; & duodecim de pueris Dauid. Et apprehenderunt vnusquisque manu caput proximi sui : & gladius eius in costam proximi sui, & cadunt pariter. Et vocatum est nomen loci illius, portio δ irruentium, quæ est in Gabaon. Et factum est prælium durum, vt cum maxime, in die illa. Et cecidit Abenner, & viri Israel coram pueris Dauid. Et fuerunt ibi tres filij Saruia, Ioab, & Abessa, & Asael. Et Asael leuis pedibus suis, tanquam vna capræa in campo. Et persequutus est Asael post Abenner; & non declinauit eundo in dextra neque in sinistra post Abenner. Et inspexit Abenner in posteriora sua, & dixit : Si tu es ipse Asael? Et dixit : Ego sum. Et dixit ei Abenner : Declina tu in dextra, aut in sinistra, & apprehende tibi vnum puerorum, & sume tibi armaturam eius. Et noluit Asael declinare à post ipsum. Et adiecit adhuc Abenner dicens ipsi Asael : Recede à me, vt non percutiam te in terram; & quomodo leuabo faciem meam erga Ioab? • & vbi sunt hæc? reuerte ad Ioab fratrem tuum. Et noluit recedere. Et percutit eum Abenner in posteriore parte lanceæ in inguinem : & transijt lancea ex posterioribus eius, & cadit ibi, & moritur ς sub se. Et factum est, omnis, qui veniebat ad locum, vbi ceciderat ibi Asael, & mortuus erat; & subsistebat. Et persequutus est Ioab & Abessa post Abenner: & Sol occidebat. Et ipsi intrauerunt vsque ad collē Amman, qui est super faciē Gai, viam desertū Gabaon. Et congregantur filij Beniamin, qui post Abenner, & facti sunt in * cōcursum vnū, & steterūt super caput collis vnius. Et vocauit Abenner Ioab, & dixit: Nunquid ad θ victoriā comedet gladius? Nōne scis quia amara ι erūt in nouissimis? Et vsquequo nō dices populo reuerti à post fratres κ nostros? Et dixit Ioab : Viuit Dominus, quia, nisi locutus

A cutus esses, quia tunc a mane ascendisset populus, vnusquisque post fratrem suum. Et clanxit Ioab tuba: & recesserunt omnis populus, & nõ sunt persequuti post Israel: & non adiecerunt vltra pugnare. Et Abenner & viri eius abierunt in occidentem tota nocte illa, & transierunt Iordanem: & iuerunt totam λ porrectam: & veniunt in castra. Et Ioab reuertit a sequendo post Abenner, & congregauit vniuersum populũ. Et μ visitati sunt de pueris Dauid nouem & decem viri, & Asael. Et pueri Dauid percusserũt de filijs Beniamin de viris Abenner trecentos sexaginta viros ν ab eo. Et tollunt Asael, & sepeliunt eum in sepulchro patris sui in Bethleem. Et iuit Ioab, & viri, qui cum eo, totam B noctem: & illuxit eis in Chebron.

α E castris in Manaem.] ἐκ τῆς παρεμβολῆς εἰς μαναέμ. *Compl. habet tantum,* ἐκ τῆς παρεμβολῆς. *Sed lxx. potius videntur habuisse tantum,* εἰς μαναέμ, in castra; *quod vulgata dixit,* & circumduxit eum per castra: *illud autem* ἐκ τῆς παρεμβολῆς, *ex alia esse interpretatione. Nam & paulo post, vbi in nostra, & alijs græcis est* ἐκ μαναέμ, *notat scholiastes Theodotionem dixisse,* παρεμβολῶν, castris: *quo etiam loco Compl. habet* ἐκ παρεμβολῆς. *Non tamen absurda sententia est, si dicamus Abenner deduxisse Ieboste e castris in castra, idest per vniuersum exercitum. Quod autem pertinet ad nomen filii Saul, quem Abner fecit regem, Compl. habet* ἰσβοσθ, Isboseth, *vt vulgata, S. Chrysost. serm. 5. in epist. ad Philipp. & Theodoretus* μεμφιβοσθέ, *quem hic inquit alios interpretes nominasse* ἰεβάαλ, Iebaal. *In nostra, vt in aliis, hoc nomen tribuitur cap. 4. filio Ionathan.* β De Manaem in Gabaon.] *Hic, vt diximus, Theodotio habuit* παρεμβολῶν, *vulgata,* de castris in Gabaon. *Compl. non sine mendo,* ἐκ παρεμβολῆς βουνοῦ, de castris collis. γ Eis.] *Sic etiam habet vulgata. Compl.* ἀλλήλοις, sibi inuicem.
C δ Irruentium.] *Sententia postulare videtur, vt hoc nunc significet dictio græca* τῶν ἐπιβαλλόντων. ε Et vbi sunt hæc? reuerte ad Ioab.] *Hæc absunt a Compl. & a Theodoreto quæst. 9. quemadmodum etiam ab hebræo.* ζ Sub se.] ὑποκάτω αὐτοῦ. *Et est phrasis hebræa, quæ significat* in loco suo, in eodem loco, *vt habet vulgata.* η Concursum.] συνάντησιν, *Compl.* συναγωγὴν, congregationem, globum. θ Ad victoriam.] *Sic hebræus, & nonnulli putant significari,* in seculum. *Vulgata autem* vsque ad internecionem: *quæ etiam est Theodoreti explanatio.* ι Amara erũt in nouissimis.] πικρὰ ἔσται εἰς τὰ ἔσχατα. *Theodor.* πικρὰ τὰ ἔσχατα, amara vltima. κ Nostros.] *Compl. & Theodoretus* αὐτῶν, suos, *vt vulgata.* λ Porrectam.] *idest planiciem,* παρατείνουσαν. *Vulgata,* Lustrata omni Bethoron. μ Et visitati sunt de pueris Dauid.] *Complut. addit* οἱ πεπτωκότες, qui ceciderant. *Quod tamen abest ab hebræo. Nam dictio hebræa, quam vertimus* visitati, *significat, vt alibi sæpe,* desiderati sunt, defuerunt, *vt nunc vulgata.* ν Ab eo.] παρ' αὐτοῦ. *Abest a Complut. In hebræo est,* mortui sunt.

D

CAP. III.

ET fuit bellum α ad multum inter domum Saul, & inter domum Dauid. Et domus Dauid ibat, & conualescebat. Et domus Saul ibat, & infirmabatur. Et nati sunt ipsi Dauid filij in Chebron: & fuit primogenitus eius Ammon ipsius Achinoam Iezraelitidis: & secundus eius Daluia ipsius Abigææ Carmeliæ: & tertius Abessalom filius Maacha filiæ Tholmi regis Gessir: & quartus Ornia filius Angith: & quintus Saphatia ipsius Abital: & sextus Ietharaam filius Ægal vxoris Dauid. Hi nati sunt ipsi
E Dauid in Chebron. Et factum est, dum esset bellum inter domum Saul, & inter domum Dauid, & Abenner erat tenens domum Saul. Et ipsi Saul fuit concubina Rhespha filia β Iol. Et dixit Ieboste filius Saul ad Abenner. Quid, quod intrasti ad concubinam patris mei? Et indignatus est valde Abenner de verbo hoc ipsi Ieboste. Et dixit Abenner ad eum. Nunquid caput canis ego sum? γ Feci hodie misericordiã cũ domo Saul patris tui, & pro fratribus & pro δ notis: & nõ defeci ad domũ Dauid. Et inquiris super me tu pro iniuria mulieris hodie? Hæc faciat Deus ipsi Abẽner, & hæc adijciat ei, quia sicut iurauit Dominus

ipsi Dauid, quia sic faciã in die hac, auferendo regnũ a domo Saul, & erigendo thronum Dauid super Israel, & super Iudam a Dan vsque Bersabee. Et nõ potuit vltra Ieboste respondere ipsi Abenner verbum, a timendo eum. Et misit Abenner nuncios ad Dauid in Thælam, vbi erat, subito, dicens: Dispone testamentum tuum mecum: & ecce manus mea tecum ad conuertendum ad te vniuersam domum Israel. Et dixit Dauid: Recte ego disponam erga te testamentum. Tantummodo verbum vnum ego peto a te, dicens: non videbis faciem meam, si non adduxeris Melchol filiam Saul, adueniente te videre faciem meam. Et misit Dauid ad Ieboste filium Saul nuncios, dicens: Redde mihi vxorem meam Melchol: quam accepi in centum præputijs alienigenarum. Et misit Ieboste, & tulit eam a viro eius, a Phaltiel filio Selles. Et ibat vir eius cum ea plorans post eam vsque Baracim. Et dixit ad eum Abenner: Vade, reuerte. Et reuertit. Et dixit Abenner ad seniores Israel, dicens: Heri, & nu diustertius quærebatis Dauid regnare super vos: Et nunc facite: quoniam Dominus locutus est de Dauid, dicens: In manu serui mei Dauid saluabo Israel de manu alienigenarum, & de manu omnium inimicorum eorum. Et locutus est Abenner in auribus Beniamin. Et iuit Abenner ad loquendum in aures Dauid in Chebron omnia, quæcumque placebant in oculis Israel, & in oculis domus Beniamin. Et venit Abenner ad Dauid in Chebron, & cum eo viginti viri. Et fecit Dauid ipsi Abenner, & viris qui cum eo, conuiuiũ. Et dixit Abenner ad Dauid: Surgam nunc, & ibo, & congregabo ad dominum meum regem vniuersum Israel: & disponam cum eo testamentum: & regnabis in omnibus, quæ desiderat anima tua. Et misit Dauid Abenner. Et iuit in pace. Et ecce pueri Dauid, & Ioab adueniebant ab excursione, & spolia multa ferebant secum. Et Abenner non erat cum Dauid in Chebron: quoniam dimiserat eum: & abierat in pace. Et Ioab, & vniuersus exercitus eius venerunt: & nunciatum est ipsi Ioab, dicentes: Venit Abenner filius Ner ad Dauid: & dimisit eum: & abijt in pace. Et intrauit Ioab ad regem, & dixit: Quid hoc fecisti? Ecce venit Abenner ad te: & vt quid dimisisti eum, & abijt in pace? Nonne nosti malitiam Abenner filij Ner; quia ad decipiendum te aduenit, & cognoscendum exitum tuum, & introitum tuum, & cognoscendum omnia, quæcumque tu facis? Et reuertit Ioab a Dauid, & misit nuncios ad Abenner retro: & redire faciunt eum a fonte Seiran. Et Dauid nesciuit. Et redire fecit ipsum Abenner in Chebron: & diuertere eum fecit Ioab a latere portæ ad loquendum cum eo, insidians. Et percussit eum ibi in inguine. Et mortuus est in sanguine Asael fratris Ioab. Et audiuit Dauid post hæc, & dixit: Innocens sum ego, & regnum meum à Domino, & vsque in seculum, a sanguinibus Abenner filij Ner. Incurrant super caput Ioab, & super vniuersam domum patris eius: & non deficiat de domo Ioab seminifluus, & leprosus, & tenens scytalã, & cadens in gladio, & egens panibus. Ioab autẽ, & Abessa frater eius captabant Abenner, pro eo, quod interfecerat Asael fratrẽ suũ in Gabaon in prælio. Et dixit Dauid ad Ioab, & ad vniuersum populũ, qui secũ: Discindite vestimẽta vestra: & accingimini saccis, & plãgite corã Abenner. Et rex Dauid ibat post lectum. Et sepeliunt Abenner in Chebron. Et eleuauit rex vocẽ suã & plorauit super sepulchrũ eius: & plorauit vniuersus populus super Abenner. Et lamentatus est rex super Abenner, & dixit: Si iuxta mortem

A mortem Nabal morietur Abenner? Manus tuæ non erant ligatæ: pedes tui non in compedibus. ^τ Non accessit, vt Nabal: corã filijs iniustitiæ cecidisti. Et conuenit omnis populus ad plorandum eum. Et venit omnis populus ad cibandum Dauid panibus, cum adhuc esset dies. Et iurauit Dauid, dicens: Hæc faciat mihi Deus, & hæc adijciat, quia, nisi occiderit Sol, non gustabo panem, aut de quopiam vllo. Et cognouit omnis populus, & placuerunt coram eis omnia, quæcumque fecerat rex in conspectu populi. Et cognouit omnis populus, & omnis Israel in die illa; quia non fuit a rege interficere Abenner filium Ner. Et dixit rex ad pueros suos: Non nouistis, quia Dux magnus cecidit in die hac in Israel? Et quia ego sum propinquus hodie, & constitutus a ^υ rege? Viri autem hi

B filij Saruiæ duriores me sunt. Reddat Dominus facienti mala secundum malitiam eius.

α Ad multum.] ἐπὶ πολὺ, *idest*, ad multum tempus. β Filia Iol.] *In alijs sequitur*, καὶ εἰσῆλθε πρὸς αὐτὴν ἀβεννὴρ: & intrauit ad eam Abenner. *Non tamen in Compl. quemadmodum neque in vulgata*. γ Feci hodie misericordiam.] *Compl.* καὶ ἐποίησα ἔλεος, & feci misericordiam. *hebræus habet illud*, hodie, *hoc modo:* Nunquid caput canis ego sum, vt aduersus Iudam hodie faciam misericordiã cum domo Saul? δ Notis.] *Compl. addit*, αὐτοῦ, eius, *vt vulgata*. ε Quia sic.] *Alij non habent illud*, quia: *quod tamen est in hebræo: & vsitatæ sunt istæ repetitiones, licet non faciãt ad sententiã*. ζ In Thælã, vbi erat, subito.] *Pro his in Compl. tantum est*, εἰς χεβρὼν, in Chebron. *In vulgata autem*, pro se, dicentes, cuius est terra? η Vniuersam domum Israel.] *Compl.* πάντα τὸν ἰσραὴλ, omnem Israel. θ Selles.] *Compl.* λαὶς, Lais, *vt vulgata*.

C ι Et locutus est Abenner.] *In Compl.* καὶ λόγος ἀβεννὴρ ἐγένετο, Et verbum Abener fuit: *quod respondet hebræo*. κ Ab excursione.] ἐκ τῆς ἐξοδίας. *In hebræo est eadem dictio, quæ lib. 1. cap. 30. dicta est* Geddur. *Videantur, quæ ibi sunt notata. In vulgata nunc est*, cæsis latronibus. λ Venerunt.] *Sic etiam hebræus. Compl.* ἤκουσαν, audierunt. μ Ad Abenner retro.] πρὸς ἀβεννὴρ ὀπίσω. *In alijs additur*. αὐτοῦ, post eum. *In Compl. tantum est*, ὀπίσω ἀβεννὴρ, post Abener; *quod respondet hebræo*. ν Redire fecit ipsum Abenner.] *Compl.* καὶ ἐπέστρεψεν ἀβεννὴρ, *quod vulgata*, cumque redijsset Abener. ξ Insidians.] *Compl.* ἐν παραλογισμῷ, in dolo, *vt vulgata*. ο A Domino.] *In alijs quibusdam, & apud Theodoretum q. 12. sequitur*, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος, ex nunc, & vsque in seculum. *Sed hebræus habet tantum vt vulgata*, vsque in sempiternum. π Scytalam.] *Theodoretus*. Scytala vtuntur, qui mutilato sunt corpore. Quare Aquila hunc nominauit τυφλὸν, cæcum. ρ Captabant.] διαπαρετηροῦντο. *& videtur significantius, quàm quod in Compl.* διετηροῦντο. *Vulgata*, interfecerunt. σ Post lectum.] *Sic etiam hebræus: & vulgata*, sequebatur feretrum. *Compl. autem* ἔμπροσθεν τῆς κλίνης, ante lectum. τ Non accessit, vt Nabal.] *Compl.* οὐ προσήγαγες, non accessisti. *Hebræus habet*, admoti erant: *sed coniungit cum antecedentibus hoc modo*, pedes tui compedibus non erant ad-

D moti. *ac deinde sequitur, vt in vulgata*, sicut solent cadere coram filijs iniquitatis sic corruisti. *Theodoretus q. 13. habet tantum*, οὐδὲ οἱ πόδες ἐν πέδαις. ἐνώπιον υἱοῦ ἀδικίας ἔπεσες, neque pedes in compedibus: coram filio iniquitatis cecidisti. υ A rege.] ὑπὸ βασιλέως, *Compl.* εἰς βασιλέα, in regem. *Vulgata*, vnctus rex.

CAP. IV.

ET audiuit Ieboste filius Saul, quia mortuus est Abenner filius Ner in Chebron; & dissolutæ sunt manus eius: & omnes viri Israel ^α remiserunt se. Et duo viri duces agminum erant ipsi Ieboste filio Saul: nomen vni Baana, & nomen secundo Rechab, filij Rhemmõ Berothæi de filijs Beniamin, quo-

E niam Beroth cõputabatur filijs Beniamin. Et aufugerunt Berothæi in Gethæm: & fuerunt ibi incolentes vsque in diem hanc. Et ipsi Ionathan filio Saul erat filius percussus pedes, filius annorum quinque: & hic in ueniendo nunciũ Saul & Ionathan filij eius ex Iezrael, & tulit eum nutrix eius, & fugit. Et factum est in festinando ipsum, & secedendo, & cecidit, & claudus factus est: & nomen huic Memphiboste. Et iuerũt filij Rhemmon Berothæi, Rhechab, & Baana, & intrauerunt in æstu diei in domum Iebosthe; & ipse dormiebat in cubili meridiei: Et ecce ostiaria domus purgabat frumenta, & dormitabat, & dormiebat. Et Rhe-

Rhechab & Baana fratres delituerunt, & intrarunt in domũ. Et Iebosthe dormie- A
bat super lectum suum in cubiculo suo. Et percutiunt eum, & interficiunt eum,
& auferunt caput eius: & tulerunt caput eius, & abierunt viam, quæ ad Occiden
tem tota nocte. Et attulerunt caput Iebosthe ipsi Dauid in Chebron, & dixerunt
ad regẽ: Ecce caput Iebosthe filij Saul inimici tui, qui quærebat animã tuam: &
dedit Dominus domino regi vindictam inimicorũ eius, sicut dies hæc, de Saul
inimico tuo, & de semine eius. Et respondit Dauid ipsi Rhecab, & ipsi Baana
fratri eius, filijs Rhemmon Berothæi, & dixit eis: Viuit Dominus qui redemit
animam meam ex omni tribulatione; quia, qui nunciauit mihi, quod mortuus
erat Saul, & ipse fuit tamquam euangelizans coram me, & tenui eum, & interfe B
ci eum in Secelac, cui oportebat me dare β euangelia. Et nunc viri mali in-
terfecerunt hominem iustum in domo eius super cubile eius. Et nunc requiram
sanguinem eius de manu vestra, & exterminabo vos de terra. Et mandauit Da-
uid pueris suis: & interficiunt eos, & truncant manus eorum, & pedes eorum: &
suspenderunt eos super fontem in Chebron: & caput Iebosthe sepelierunt in se-
pulchro Abenner filij Ner.

α Remiserunt se.] παρέλυσαν. Compl. ἐπεξέχυσαν, turbati sunt; *quod respondet vulgatæ.* β Euangelia.] *Notum est hoc nomen interdum significare præmia, & mercedem pro bono nuncio, vt hic.*

C

CAP. V.

ET adueniunt omnes tribus Israel ad Dauid in Chebron, & dixerunt ei: Ec
ce ossa tua, & carnes tuæ nos. Et heri, & nudiustertius, cum esset Saul rex
super nos, tu eras educens, & introducens Israel. Et dixit Dominus ad te:
Tu pasces populum meum Israel, & tu eris in ducem super populum meum
Israel. Et veniunt omnes seniores Israel ad regem in Chebron. Et disposuit
eis rex Dauid testamentum in Chebron coram Domino. Et vngunt Dauid
in regem super omnem Israel. Filius triginta annorum erat Dauid, cum D
ipse regnauit: & quadraginta annos regnauit. Septem annos, & menses
sex regnauit in Chebron super Iudam: & triginta tres annos regnauit super
vniuersum Israel, & Iudam in Hierusalem. Et abijt Dauid, & viri eius in Hieru-
salem ad Iebusæum habitantem terram. Et dictum est ipsi Dauid: Non ingredie
ris huc, quia aduersati sunt cæci, & claudi, dicentes, quia non ingredietur Da-
uid huc. Et præoccupauit Dauid α munitionem Sion. Hæc est ciuitas Dauid. Et
dixit Dauid die illa: Omnis percutiens Iebusæum, tangat in β pugione, & clau
dos, & cæcos, & odio habentes animam Dauid. Propter hoc dicent: Cæci, &
claudi non ingredientur in ciuitatem Domini. Et sedit Dauid in munitione, & E
vocata est hæc ciuitas Dauid. Et ædificauit ipsam ciuitatem in circuitu a sum-
mo, & domum suam. Et γ transibat Dauid vadens, & magnificatus: & Domi-
nus omnipotens cum eo. Et misit Chiram rex Tyri nuncios ad Dauid, & ligna
cedrina, & fabros lignorum, & fabros lapidum, & ædificauerunt domum ipsi
Dauid. Et cognouit Dauid, quia parauit eum Dominus in regem super Israel, &
quia exaltatum est regnum suum propter populum eius Israel. Et accepit Da-
uid adhuc vxores, & concubinas ex Hierusalem, postquam ipse venit de Che-
bron

A bron. Et facti sunt ipsi Dauid adhuc filij, & filiæ. Et hæc nomina eorum, qui nati sunt ei in Hierusalem: ᵟ Sammus, & Sobab, & Nathan, & Salomon, & Ebear, & Elisuè, & Naphec, & Iephies, & Elisama, & Elidae, & Eliphalath, Samae, Iessibath, Nathan, Galamaan, Iebaar, Theesus, Eliphalath, Naged, Naphec, Ianathan, Leasamys, Baalimath, Eliphalath. Et audierunt alienigenæ, quia vnctus est Dauid rex super Israel: & ascenderunt omnes alienigenæ, ad quærendum Dauid. Et audiuit Dauid, & descendit in munitionem. Et alienigenæ adueniunt, & concurrerunt in vallem ᵋ Titanum. Et interrogauit Dauid per Dominum, dicens: Si descendero ad alienigenas; & trades eos in manus meas? Et dixit Domi-
B nus ad Dauid: Ascende, quoniam tradens tradam alienigenas in manus tuas. Et venit Dauid de superioribus rupturis, & concidit alienigenas ibi. Et dixit Dauid: Disrupit Dominus inimicos alienigenas coram me, sicut disrumpuntur aquæ. Propter hoc vocatum est nomen loci illius, desuper rupturis. Et derelinquũt ibi Deos suos: & ceperunt eos Dauid, & viri, qui cum eo. Et adiecerunt adhuc alienigenæ ascendere, & concurrerunt in vallem Titanum. Et interrogauit Dauid per Dominum. Et dixit Dominus: Non ascendes in occursum eorum: reuerte ab eis; & accedes ad eos prope plorationem. Et erit in audiendo te vocem ᶜ constrictionis a nemore plorationis; tunc descendes ad eos: quo-
C niam tunc egredietur Dominus ante te ad ᶯ cædendum in bello alienigenarum. Et fecit Dauid, sicut mandauit ei Dominus: & percussit alienigenas a Gabaon vsque ad terram Gazera.

α Munitionem.] *Theodoretus quæst.* 16. περιοχὴν *dicit*, τὴν ἀκρόπολιν, arcem ciuitatis. β In pugione.] *Theodoretus ibidem*, Quidam hebræus dixit, istud, πᾶς τύπτων Ιεβουσαῖον, ἁπτέσθω ἐν παραξιφίδι, Aquilam edidisse, ἁπτόμενος ἐν κρουνῷ, tangens in fistula, *aut*, aquæductu: *eamque versionem explanat Theodoretus. Verum idem q.* 17. (*nisi si est scholion ex alio auctore insertum*) *hunc locum sic refert*, πᾶς τύπτων Ιεβουσαῖον χωλὸν, τυφλὸν, ἁπτέσθω παραξιφίδι, omnis percutiens Iebusæum claudum vel cæcum, tangatur pugione. *Inquit enim*, Illud ἁπτέσθω παραξιφίδι, dictum est pro, ἀναιρείσθω ξίφει, interficiatur gladio: *multaque de hac sententia disputat*.
γ Transibat.] διεπορεύετο. *Compl. & Theodoretus*. πορεύετο, ibat. δ Sammus.] *Apparet coagmentatio,*
D *& repetitio in istis nominibus. In aliis libris est*, Sammus, & Sobab, & Nathan, & Salomon, & Iebaar, & Elisùs, & Elphalath, Nagab, & Iephie, & Elisamas, & Elidae, & Eliphalath: *atque idem numerus est in Compl.*
ε Titanum.] *Theodoretus q.* 17. Gigantes vocabant etiam τιτᾶνας: hebræus autem, ῥαφαΐμ., Raphaim ipsos vocauit. ζ Constrictionis.] τοῦ συγκλεισμοῦ. *Alij*, συσσεισμοῦ τοῦ ἄλσους, *aut* τῶν ἀλσῶν, concussionis nemoris, *aut*, nemorum. *Theodoretus q.* 18. *hunc locum explicans*, cum audieris nemora commota sponte sua sine vento. η Cædendum.] κόπτειν, *Theodoretus, & Compl.* τύπτειν, percutere.

CAP. VI.

ET congregauit adhuc Dauid omnem adolescentem ex Israel, ᵃ circiter septuaginta millia. Et surrexit, & iuit Dauid, & omnis populus, qui cum
E eo, & de principibus Iuda ᵝ in ascensione ad reducendum inde arcã Dei, super quam inuocatum est nomen Domini virtutum sedentis super Cherubim super eam. Et ascendere fecerunt arcam Domini super plaustrum nouum, & tulerunt eam de domo Aminadab, quæ in colle. Et Oza, & fratres eius, filij Aminadab ducebant plaustrum cum arca: ᵞ & fratres eius ibant ante arcam. Et Dauid, & filij Israel ludentes coram Domino in organis modulatis ᵟ in fortitudine, & in canticis, & in citharis, & in nablis, & in tympanis, & in cymbalis, & in tibijs. Et adueniunt vsque ad aream Nachor: & extendit Oza manum suam ad arcam Dei, ad retinendum eam: & tenuit eam, quoniam circumflectebat eã

vitu

vitulus. Et indignatus est ira Dominus ε ipsi Ozæ: & percussit eum ibi ζ Deus: & mortuus est ibi apud arcã Domini coram Deo. Et tristatus est Dauid, pro eo quod ruperat Dominus rupturam in Ozam. Et vocatus est locus ille, ruptura Ozæ vsque in diem hanc. Et timuit Dauid Dominum in die illa, dicens: Quomodo introibit ad me arca Domini? Et noluit Dauid diuertere ad se arcam testamenti Domini in ciuitatem Dauid. Et diuertere fecit eam Dauid in domum η Abeddara Getthæi menses tres. Et benedixit Dominus vniuersam domum Abeddara, & omnia eius. Et annunciatum est regi Dauid, dicentes: Benedixit Dominus domum Abeddara, & omnia eius propter arcam Dei. Et iuit Dauid, & adduxit arcam Domini de domo Abeddara in ciuitatem Dauid in lætitia. Et erant cum eo portantes arcam septem chori, & victima, θ vitulus, et agni. Et Dauid pulsabat in organis modulatis corã Domino: & Dauid indutus stolam eximiam. Et Dauid, & vniuersa domus Israel adduxerunt arcam Domini cum iubilo, et cum voce tubæ. Et factum est arca adueniente in ciuitatem Dauid, et Melchol filia Saul prospiciebat per fenestram, & vidit regem Dauid saltantem, et pulsantem corã Domino: & spreuit eum in corde suo. Et ferunt arcam Domini, et reposuerunt eam in locum suum, in medium tabernaculi, quod fixerat ei Dauid. Et obtulit Dauid holocaustomata coram Domino, κ pacificas. Et cõsummauit Dauid simul offerens holocaustoses, & pacificas. Et benedixit populum in nomine Domini virtutum. Et distribuit vniuerso populo in omnem virtutem Israel a Dan vsque Bersabee, & a viro vsque ad mulierem, vnicuique collyridam panis, & assaturam vnam, & laganum de sartagine. Et abijt vniuersus populus, vnusquisque in domum suam. Et reuertit Dauid ad benedicendum domum suam. Et exijt Melchol filia Saul in occursum Dauid: & benedixit eum, & dixit: Quàm glorificatus est hodie rex Israel; qui discooperuit se hodie in oculis ancillarum seruorum suorum; sicut discooperit se discoopertus vnus saltantium? Et dixit Dauid ad Melchol: Coram Domino saltabo. λ Benedictus Dominus, qui elegit me super patrem tuum, & super vniuersam domum eius, constituendo me in ducem super populum suum, super Israel. Et ludam, & saltabo coram Domino: & discooperiar vltra sic, & ero inutilis in oculis tuis, & cum ancillis, de quibus dixisti, me μ non esse glorificatum. Et ipsi Melchol filiæ Saul non fuit filius vsque ad diem, in quo mortua est ipsa.

α Circiter septuaginta.] *Compl.* τριάκοντα, triginta, *vt vulgata.* β In ascensione.] *Abest à Compl. & potest ex alia esse interpretatione.* γ Et fratres eius ibant ante arcam.] *Theodoretus q. 20. sic refert hunc locum,* καὶ ὀζὰν, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπορεύοντο ἐκ πλαγίων τῆς κιβωτοῦ, & Ozan, & fratres eius ibant à latere arcæ. δ In fortitudine.] *Abest a compl. Et videri potest collocandum in loco inferiore, vbi repetitur* in organis modulatis. *Nam ibi vulgata ex hebræo habet*, totis viribus: *Licet & ibi, & hic in ea nihil dicatur Dauid pulsasse in organis modulatis, sed hic,* in omnibus lignis fabrefactis, *ibi autem saltasse Dauid totis viribus.* ε Ipsi Ozæ.] *Compl.* ἐν τῷ ὀζᾷ, in Oza. ζ Deus.] *Alij addunt,* ἐπὶ τῇ προπετείᾳ, *& vulgata,* super temeritate. *Theodoretus proponens quæstionem, cur Oza sit a Deo percussus, ac narrans quosdam putasse eum dedisse pœnas* τῆς προπετείας, *videtur indicare hanc dictionẽ non se habuisse in scriptura.* η Abeddara.] *Ita etiam Theodoretus in manuscriptis. Compl.* ὀβὴδ ἐδὼμ, Obed Edom, *vt vulgata.* θ Vitulus, & agni.] μόσχος καὶ ἄρνες. *In aliis,* μόσχοι καὶ ἄρνες, *aut* ἀρνὸς, *vt Compl. & Theodoretus*, vituli, & agni. ι Eximiam] ἔξαλλον, *Theodoretus interpretatur,* ποικίλην, variam. κ Pacificas.] *Compl.* καὶ εἰρηνικὰς, & pacificas, *vt paulo post etiã nostra.* λ Benedictus Dominus.] *Abest a Compl. ut a uulgata.* μ Me non esse glorificatum.] *Nonnulli libri,* μὴ δοξασθῆναι, me glorificari. *hebræus autem habet*, ero humilis in oculis meis, & cum ancillis, quas dixixisti, gloriabor.

CAP.

A

CAP. VII.

ET factum est, quando sedit rex in domo sua, & Dominus ª hæreditare fecit eum ᵝ in circuitu ab omnibus inimicis eius, qui in circuitu: & dixit rex ad Nathan prophetam: Ecce nunc ego habito in domo cedrina: & arca Dei sedet in medio tabernaculi. Et dixit Nathan ad regem: Omnia, quæcumque in corde tuo, vade, & fac: quoniam Dominus tecum. Et factum est nocte illa, & factum est verbum Domini ad Nathan, dicens: Vade, & dic ad seruum meum Dauid: Hæc dicit Dominus: Non tu ædificabis mihi domum ad habitandum me: quoniam non habitaui in domo, ex qua die eduxi

B filios Israel de Ægypto vsque in diem hanc: & fui inambulans in tentorio, & in tabernaculo, in omnibus, per quæ transij in omni Israel. Nunquid loquens locutus sum ad vnam tribum Israel, cui mandaui pascere populum meum Israel, dicens, Vt quid non ædificastis mihi domum cedrinam? Et nunc hæc dices seruo meo Dauid: Hæc dicit Dominus omnipotens. Assumpsi te ex mandra ouium, vt esses tu in ducem super populum meum super Israel: & fui tecum in omnibus, in quibus ibas: & exterminaui omnes inimicos tuos a facie tua: & feci ᵞ te nominatum iuxta nomen magnorum, qui super terram. Et ponam locum populo meo Israel; & plantabo eum: et habitabit ᵟ per se: et non erit sol

C licitus vltra: et non adijciet filius iniustitiæ humiliare eum, sicut a principio, a ᵋ diebus quibus cõstitui iudices super populum meum Israel: et requiescere faciam te ab omnibus inimicis tuis. Et annunciabit tibi Dominus, quia domum ᶎ ædificabis ei. Et erit, si impleti fuerint dies tui, & dormieris cũ patribus tuis; & suscitabo semen tuum post te, qui erit ex ventre tuo: & parabo regnum eius. Ipse ædificabit mihi domum nomini meo: & erigam thronum eius vsque in seculum. Ego ero ei in patrem: & ipse erit mihi in filium. Et si venerit iniustitia eius; & arguam ᶯ eum in virga virorum, & in ᶿ tactibus filiorum hominum: misericordiam autem meam non remouebo ab eo; sicut remoui ᶥ ab ijs,

D quos remoui a facie mea. Et ᵏ fidelis erit domus eius, & regnum eius vsque in seculum coram me: & thronus eius erit erectus in seculum iuxta omnia verba hæc, & iuxta omnem visionem hanc. Sic locutus est Nathan ad Dauid. Et intrauit rex Dauid, & sedit coram Domino, & dixit: Quis sum ego Domine mi Domine, & quæ domus mea, quia dilexisti me vsque ᶺ ad hæc? Et ᵘ factus sum paruus parũ coram te Domine mi Domine: & locutus es pro domo serui tui in longinquũ. Hæc autẽ lex hominis Domine mi Domine. Et quid adijciet vltra Dauid loqui ad te? Et nunc nosti seruum tuum Domine mi Domine: ᵛ & propter seruum tuum fecisti: & secundum cor tuum fecisti omnem magnificen-

E tiam hanc ad notum faciẽdum seruo tuo; ideo vt magnificares te Domine mi: quoniam non est, sicut tu: & non est Deus præter te in omnibus, quæ audiuimus in auribus nostris. Et quis sicut populus tuus Israel, gens alia in terra? Quomodo ᶓ duxit se Deus ad redimendum sibi populum, ad ponendum te nomen, ad faciendum magnificentiam, & claritatem, ad eijciendum te a facie populi tui, quos redemisti tibi ex Ægypto, gentes, & tabernacula? Et parasti tibi populum tuum Israel in populum vsque in seculum: & tu Domine factus es eis in Deum. Et nunc Domine mi, verbum quod locutus es de seruo tuo, & domo

eius,

eius, * fidele fac vſque in ſeculum Domine omnipotens, Dee Iſrael. Et nunc, ſicut locutus es, magnificetur nomen tuum vſque in ſeculum. Domine omnipotens Deus Iſrael, reuelaſti auriculam ſerui tui, dicens: domum ædificabo tibi. Propter hoc inuenit ſeruus tuus cor ſuum, vt oraret ad te orationem hanc. Et nunc Domine mi Domine, tu es Deus: & verba tua erunt veracia: & locutus es de ſeruo tuo bona hæc. Et nunc incipe, & benedic domum ſerui tui, vt ſit in ſeculum coram te: quoniam tu Domine mi Domine locutus es: & a benedictione tua benedicetur domus ſerui tui, vt ſit in ſeculum.

α Hæreditare fecit.] *Compl.* κατέπαυσεν, requieſcere fecit: *quod reſpondet vulgatæ.* β In circuitu.] κύκλῳ, *Alii*, κυκλόθεν, vndique: *& à Compl. abeſt illud*, τῶν κύκλῳ, *quod paulo poſt ſequitur*, qui in circuitu. γ Te nominatum iuxta nomen.] *Compl. & Theodoretus*, σοι ὄνομα μέγα κατὰ τὸ ὄνομα, *quod vulgata*, tibi nomen grande iuxta nomen. δ Per ſe.] καθ' ἑαυτῷ. *Interpretatur Theodoretus*, diſtinctus ab alijs gentibus, *vtpote colens legem* Dei. *hebreus*, ſub ſe, *& interpretantur multi*, in loco ſuo. *Vulgata tamen*, ſub eo. ε A diebus.] *Ita etiam Theodoretus. Alii*, καὶ ἀπὸ τῶν ἡμερῶν, & a diebus. ζ Ædificabis ei.] *In vno exemplari, & apud Theodoretū eſt*, οἰκοδομήσει ἑαυτῷ, ædificabit ſibi. *Compl.* οἰκοδομήσει σοι, ædificabit tibi. *quod reſpondet vulgatę.* η Eum.] *Theodoretus*, αὐτούς, eos. θ Tactibus.] *ideſt, verberibus, & plagis. Theodoretus. Illud* ἐν ἁφαῖς υἱῶν ἀνθρώπων, *dictum eſt pro* τῆς διὰ τῶν ἀνθρώπων παιδείας, diſciplina, & caſtigatione, quæ per homines: quoniam per manus fit & tactus, & cædes humana. ι Ab ijs quos remoui.] *Ita etiam Theodoretus. In Compl autem eſt*, ἀπὸ σαοὺλ, ὃν ἀπέστησα, *& vulgata*, à Saul, quem amoui. κ Fidelis erit domus eius.] *Ideſt, ſtabilis, vt alibi notatum eſt: & ſic etiam habet Theodoretus. Complut. autem*, ὁ οἶκός σου domus tua, *vt vulgata.* λ Hæc.] *Theodoretus*, ἕως τούτου, vſque huc. μ Et factus ſum paruus parū.] *phraſis hæc ſignificat, valde paruus adhuc tibi viſus ſum, non ſatis tibi viſus ſum abſte ornatus. In vno exemplari, & apud Theodoretum in manuſcriptis codicibus*, κατεσμικρύνθη τὰ μικρὰ ταῦτα, parua facta ſunt parua hæc. *itemque in Compl. niſi quod habet*, κατεσμικρύνθη. ν Et propter ſeruum tuum.] *In eodem libro eſt*, κατὰ τὸν λόγον, iuxta verbum, *Compl.* διὰ τὸν λόγον σου καὶ διὰ τὸν δοῦλόν σου. propter verbum tuum, & propter ſeruum tuum, *& videntur duæ interpretationes. vulgata ex hebræo habet*, propter verbum tuū. ξ Duxit ſe Dominus.] ὡς ὡδήγησεν αὐτὸν ὁ θεός. *Poſſet etiam verti*, quomodo duxit eum Deus: *Sed illud videtur magis reſpondere hebræo, & vulgatæ*, propter quam iuit Deus, ο Fidele fac.] *Compl. & Theodoretus*, πιστωθήτω ἕως αἰῶνος. fidele fiat vſque in ſeculum. *Et in Compl. ſequitur*, καὶ καθὼς ἐλάλησας, ποίησον, καὶ νῦν μεγαλυνθείη τὸ ὄνομά σου ἕως αἰῶνος, λέγων, κύριος παντοκράτωρ ὁ θεὸς ἐπὶ τὸν ἰσραήλ, καὶ ὁ οἶκος τοῦ δούλου σου δαυὶδ ἔσται ἀνορθούμενος ἐνώπιόν σου, ὅτι σὺ κύριος παντοκράτωρ ὁ θεὸς τοῦ ἰσραὴλ ἀπεκάλυψας. & ſicut locutus es, fac. Et nūc magnificetur nomen tuū vſque in ſeculum, dicens: Dominus omnipotens, Deus ſuper Iſrael: & domus ſerui tui Dauid erit erecta coram te: quoniam tu Dominus omnipotens Deus Iſrael reuelaſti, *&c. Atque ab his alii codices non valde diſcrepant; ac nonnulla etiam habentur apud Theodoretum.*

CAP. VIII.

ET factum eſt poſt hæc, & percuſſit Dauid alienigenas, & fugauit eos. Et accepit Dauid * ſegregatam de manu alienigenarum. Et percuſſit Dauid Moab, & menſus eſt eos in funibus, ſternens eos ſuper terram. Et fuerunt duo funiculi ad occidendum, β & duos funiculos viuificauit. Et fuit Moab ipſi Dauid in ſeruos ferentes γ xenia. Et percuſſit Dauid Adraazar filium Raab regē Suba, eunte eo ad imponendā manū ſuam ſuper flumen Euphratem. Et cepit Dauid de rebus eius δ mille currus, & ſeptem millia equitum, & viginti millia virorum peditum. Et diſſoluit Dauid omnes currus: & reliquit ſibi ipſi centum currus. Et aduenit Syria Damaſci ad auxiliandum Adraazar regi Suba. Et percuſſit Dauid in Syro viginti duo millia virorum. Et poſuit Dauid præſidiū in Syria, quæ ad Damaſcum: & factus eſt Syrus ipſi Dauid in ſeruos ferentes xenia. Et ſaluauit Dominus Dauid in omnibus, ad quæ ibat. Et cepit Dauid ε armillas aureas, quæ erant ſuper pueros Adraazar, regis Suba: & attulit ea in Hieruſalem. ζ Et cepit ea Suſacim rex Ægypti, in aſcendendo ipſum in Hieruſalem in

A lem in diebus Roboam filij Salomonis. Et de Mesebac, & de electis ciuitatibus Adraazar cepit rex Dauid æs multum valde. [κ] In eo fecit Salomon mare æneū & columnas, & labra, & omnia vasa. Et audiuit Thou rex [θ] Hemath, quia percussit Dauid omnem virtutem Adraazar: & misit Thou Iedduram filium suum ad regem Dauid, interrogare eum quæ ad pacem, & benedicere eum pro eo, quod impugnauit Adraazar, & percussit eum: quoniam aduersarius erat ipsi Adraazar. Et in manibus eius erant vasa argentea, & vasa aurea, & vasa ænea. Et hæc sanctificauit rex Dauid Domino cum argento, & auro, quod sanctificauit de omnibus ciuitatibus, quas subegerat, ex Idumæa, & ex Moab, & ex filijs Am- B mon, & ex alienigenis, & ex Amalec, & de spolijs Adraazar filij Raab regis Suba. Et fecit Dauid nomen. Et cum ipse reflecteret, percussit Idumæam in [ι] Gebelem ad octo & decem millia. Et posuit in Idumæa præsidium, in omni [κ] Idumæa. Et facti sunt omnes Idumæi serui regi. Et saluauit Dominus Dauid in omnibus, ad quæ ibat. Et regnauit Dauid super omnem Israel. Et erat Dauid faciēs iudicium, & iustitiam super omnem populum suum. Et Ioab filius Saruiæ super exercitum: & Iosaphat filius Achilud super commentarios: & Sadoc filius Achitob, & [λ] Achimelch filius Abiathar sacerdotes: & Sasa scriba: & Banæas filius Iodae consiliarius. Et ipse [μ] Chelethi, & ipse Pheleti. Et filij Dauid erant C principes aulæ.

[α] Segregatam.] τὴν ἀφωρισμένην: *vulgata,* frænum tributi. *Alij putant in hebræo significari certum locū alij frænum aquæductus, Chaldæus,* commoditatem riui. [β] Et duos funiculos viuificauit.] *Compl.* καὶ τὸ πλήρωμα τοῦ τρίτου σχοινίσματος ἐζώγρησεν. & plenitudinem tertij funiculi viuificauit. *Cui lectioni conuenit cum Theodoreto q.23.* [γ] Xenia.] *Hoc alij interpretantur tributa, alii munera.* [δ] Mille currus,] *Ita etiā Compl. licet aliter habeat vulgata ex hebræo.* [ε] Armillas.] *Theodoretus ibidem,* χλιδῶνας *autem Syrorum Aquila interpretatus est* τοὺς χρυσοῦς κλοιούς, aureos torques. [ζ] Et cepit.] *Hæc vsque ad illud,* Et de Mesebac, *absunt a Complutensi, vt a vulgata.* [η] In eo.] *Hæc vsque ad illud* Et audiui, *absunt a Complutensi, & vulgata.* [θ] Hemath.] *Hoc Theodoretus ibidem testatur (quamuis in Latino sit mendum) Aquilam dixisse,* τὴν ἐπιφάνειαν τῆς συρίας, claritatem Syriæ. [ι] Gebelem.] *Compl.* γεμελέχ, Gemelech, *quam dictionem vulgata interpretatur,* vallem salinarum. [κ] Idumæa.] *Compl. & Theodoretus q.24. addunt;* ἔθηκεν ἐστηλωμένους, *& Theodoretus interpretatur, in vnaquaque ciuitate posuit custodes, & præsidiarios, quos inquit ab aliis vocari* ἐγκαθέτους. [λ] Et Achimelech filius.] *Theodoretus ibidem.* Hic arbitror erratum esse D librarij. Non enim Achimelech fuit filius Abiathar, sed Abiathar filius Achimelech. *Sed fieri potest, vt sit accipiendum illud* Achimelech, *in casu generandi, idest,* ipsius Achimelech filius ipse Abiathar. [μ] Chelethi, & ipse Pheleti.] *Theodoretus inquit istis dictionibus significari funditores, & sagittarios, quod habet Chaldæus, & interpretatur his præfuisse Banæam, vt etiam vulgata. Neque vllam mentionem faciunt, Banæam fuisse consiliarium.*

CAP. IX.

ET dixit Dauid: Si est [α] adhuc superstes in domo Saul? & faciam cum eo misericordiam propter Ionathan. Et de domo Saul erat puer: & nomen ei Siba. Et vocant eum ad Dauid. Et dixit ad eum rex: Tu es Siba? Et dixit: Ego seruus tuus. Et dixit rex: Si residuus est de domo Saul adhuc vir? & faciam E cum eo misericordiam Dei. Et dixit Siba ad regem: Adhuc est filius ipsi Ionathan percussus pedes. Et dixit rex: Vbi iste? Et dixit Siba ad regem: Ecce in domo Machir filij Amiel de ipsa Lodabar. Et misit rex Dauid: & sumpsit eum de domo Machir filij Amiel de Lodabar. Et aduenit Memphiboste filius Ionathan filij Saul ad regem Dauid, & cecidit in faciem suam, & adorauit eum. Et dixit ei Dauid: Memphiboste? Et dixit: Ecce seruus tuus. Et dixit ei Dauid: Ne timeas; quoniam faciens faciam tecum misericordiam propter Ionathan patrem tuum: & restituam tibi omnem agrum Saul patris patris tui: & tu manducabis panem super mensam meam semper. Et Memphiboste adorauit, & dixit: Quis

ſum ſeruus tuus; quia reſpexiſti ſuper canem mortuum ſimilem mihi? Et vocauit rex Siba puerum Saul, & dixit ad eum. Omnia, quæcumque ſunt ipſi Saul, & β vniuerſæ domui eius, dedi filio domini tui: & operare ei terram, tu, & filij tui, & ſerui tui: et introferes filio domini tui panes: et γ comedet panes: et Mēphiboſte filius domini tui manducabit perpetuo panem ſuper menſam meam. Et Siba erant quinque et decem filij, et viginti ſerui. Et dixit Siba ad regem. Iuxta omnia, quæcumque mandauit dominus meus rex ſeruo ſuo, ſic faciet ſeruus tuus. Et Memphiboſte comedebat ſuper menſam Dauid, ſicut vnus filiorū ipſius regis. Et ipſi Memphiboſte filius paruus erat: et nomen ei Micha: et omnis habitatio domus Siba, ſerui Memphiboſte. Et Memphiboſte habitabat in Hieruſalem: quoniam ſuper menſam regis ipſe ſemper comedebat: & ipſe erat claudus ambobus pedibus ſuis.

α Adhuc ſuperſtes in domo Saul.] *Compl. & Theodoretus*, εἰ ἔστι τις ἔτι ὑπολελειμμένος τῷ οἴκῳ σαούλ, nunquid eſt aliquis adhuc reſiduus Domui Saul? β Vniuerſæ domui eius] *Sic multi vertunt ex hebræo, & Chaldæus. Compl.* καὶ πάντα τὸν οἶκον αὐτοῦ, *ac vulgata*, & vniuerſam domum eius. γ Comedet] *reſpondet etiam vulgatę. Compl.* φάγονται, comedent.

CAP. X.

ET factum eſt poſt hæc, & mortuus eſt rex filiorum Ammon: & regnauit pro eo Annon filius eius. Et dixit Dauid: Faciam miſericordiam cum Annon filio Naas; quemadmodum fecit pater eius mecum miſericordiam. Et miſit Dauid ad conſolandum eum in manu ſeruorum ſuorum de patre eius. Et aduenìunt pueri Dauid in terram filiorum Ammon. Et dixerunt principes filiorum Ammon ad Annon dominum ſuum: α Nunquid eo quod Dauid glorificet patrem tuum coram te; β quia miſit tibi conſolatores? Sed γ nonne vt ſcrutentur ciuitatem, & ſpeculentur eam, & ad δ conſiderandam eam miſit Dauid pueros ſuos ad te? Et cepit Annon filios Dauid, & raſit barbas ε eorum, & præcidit mantella eorum ς in dimidio vſque ad nates eorū: & dimiſit eos. Et annunciauerunt Dauid de viris, & miſit in obuiam eorū, quoniā erant viri inhonorati valde. Et dixit rex: Sedete in Hierico, quoaduſq. pullulent barbæ veſtræ, & reuertemini. Et viderunt filij Ammon, quia ignominia affecti ſunt populus Dauid. Et miſerunt filij Ammon, & mercede conduxerunt ζ Syriam Bæthraam, & Syriam Suba, & Rhoob, viginti millia peditum, & regē η Amalec mille viros, & Iſtob duodecim millia virorū. Et audiuit Dauid & miſit Ioab, & omnem virtutem, θ ipſos potentes. Et exierunt filij Ammon & inſtruxerunt bellum apud ι oſtium portæ, κ Syria Suba, & Roob, & Iſtob, & λ Amalec ſoli in agro. Et vidit Ioab, quia erat ad ſe contraria facies prælij μ e loco ad faciē, ex aduerſo, & a tergo. Et elegit ex omnibus adoleſcentibus Iſrael & ſtruxerunt aciem ex aduerſo Syriæ. Et reſiduum populi dedit in manu Abeſſa fratris ſui. Et ſtruxerunt aciē ex aduerſo filiorū Ammon: & ν dixit: Si inualuerit Syria ſuper me; & eritis mihi in ſalutem: & ſi inualuerint filij Ammon ſuper te; & erimus ad ſaluandum te. Viriliter age: & inualeſcamus pro populo noſtro, & pro ciuitatibus Dei noſtri: & Dominus faciet, quod bonum in oculis ſuis. Et aduenit Ioab, & populus eius cum eo in prælium erga Syriam: & fu-

A &fugerunt a facie eius. Et filij Ammon viderunt quia fugit Syria: & fugerunt a facie Abessa, & intrarunt in ciuitatem. Et reuertit Ioab a filijs Ammon: & aduenit in Hierusalem. Et vidit Syria, quia cecidit ante Israel: & congregati sunt in idipsum. Et misit Adraazar, & congregauit Syriã, quæ de trans flumine ξ Chalamac: & adueniunt in ο Ælam. Et Sobac princeps virtutis Adraazar ante eos. Et nunciatum est Dauid, & congregauit vniuersum Israel, & transiuit Iordanem, & aduenit in Ælam. Et aciẽ struxit Syria ex aduerso Dauid: & pugnauerunt cũ eo. Et fugit Syria a facie Israel: & sustulit Dauid de Syria septingẽtos currus, & quadraginta millia equitũ: & Sobac principẽ virtutis eius percussit: & mortuus B est ibi. Et viderũt omnes reges serui Adraazar, quia ceciderũt ante Israel π & confugerũt ad Israel, & seruierũt eis. Et timuit Syria saluare vltra filios Ammõ.

α Nunquid eo, quod Dauid glorificet] *Compl.* ἐχὶ δοξάζων, nunquid honorans, *& est hebraismus pro* nunquid honorat. β Quia.] *abest istud* ὅτι *à Compl. sed respondet hebræo.* γ Sed nõne, vt.] ἀλλ' ὅπως ἐχὶ, *Compl. non habet* ἐχί. *Alii* ἐχὶ, ἀλλ' ὅπως. Nequaquam, sed vt. δ Et ad considerandum.] καὶ τοῦ κατασκέψασθαι. *Compl.* ὅτι κατασκέψασθαι, quoniam ad considerandum. *In vno libro manuscripto est* καταστρέψαι, ad euertendum: *quod respondet hebræo.* ε Eorum.] *Compluten. addit,* τὸ ἥμισυ, dimidium, per medium. ζ Syriam Bæthraam, & Syriam Saba, & Rhoob.] *Compl.* τὸ σύρον βαιθραὰβ, καὶ τὸ σύρον σουβὰ, Syrum Bæthraab, & Syrum Suba. *Bethroob respõderet hebræo. varietas* Syrus, *&* Syria *est in toto hoc capite.* η Amalec.] *Compl.* μααχὰ *& vulgata,* Maacha. *In aliquo libro vtrumque coniungitur.* θ Ipsos potentes.] *Complut.* δυνατῶν, potentum, *quod vulgata.* bellatorum. ι Apud ostium portæ.] *Sic hebræus, & vulgata*, ante C ipsum introitũ portæ. *Compl.* παρὰ τὸν πυλῶνα τῆς πόλεως, iuxta portam ciuitatis. κ Syria.] *Græce est,* σύριος. *sed videtur illud vltimum* σ *additum, eo quod sequatur alterũ initio sequentis dictionis* σουβὰ : *nam huiusmodi geminationes sunt familiares librario Vaticano. Alij quidem libri habent,* καὶ συρία, & Syria, *aut* καὶ ὁ σύρος, & Syrus. λ Et Amalec soli in agro.] *Compl.* καὶ μααχὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐν τῷ πεδίῳ, & Maacha seorsum erant in cãpo, *vt vulgata.* μ E loco ad faciem, ex aduerso.] *videntur duæ interpretationes. In Compl. hic locus sic habet.* καὶ εἶδεν ἰωὰβ, ὅτι γεγόνασιν ἀντιπρόσωποι τοῦ πολέμου πρὸς αὐτὸν ἐξ ἐναντίας καὶ ὄπισθεν, Et vidit Ioab, quia factæ sunt contrariæ facies belli ad se ex aduerso, & à tergo. ν Et dixit.] *Sic etiam hebræus. Compl. addit,* πρὸς ἀβεσσὰ, ad Abessa. ξ Chalamac.] *Abest a Compl. vt a vulgata. Theodoretus q.* 25. χαλὰκ, Chalac. *fieri potest, vt huc venerit e loco inferiore, quem notabimus.* ο Ælam.] *hic habet* Compl. χαλααμὰ, Chalaama. *sed videtur eadem dictio, quæ paulo ante etiam in Compl. est* ἐλάμ. *Vulgata ibi,* eorum exercitum, *hic* Helam. *Multi putant vtrobique eundem certum locum significari, multi vtrobique* exercitum eorum. π Et confugerunt.] *Compl.* καὶ διέθεντο διαθήκην μετὰ ἰσραὴλ, καὶ ἐδούλευον τῷ ἰσραὴλ, & disposuerunt testamentum cũ Israel, & seruierunt Israel. *Prior pars respondet magis hebræo in hac: posterior in nostra editione.*

D

CAP. XI.

ET factum est reuertente anno ad tempus egressionis regum, & misit Dauid Ioab, & pueros suos cum eo, & omnem Israel: & disperdiderũt filios Ammon, & obsederunt super Rhabbath. Et Dauid sedit in Hierusalem. Et factum est ad vesperam, & surrexit Dauid de cubili suo: & ambulabat super solarium domus regis. Et vidit mulierem lauantem se de solario: & mulier pulchra E specie valde. Et misit Dauid, & quæsiuit mulierem. Et α dixit: Nonne hæc Bersabee filia Eliab, vxor Vriæ Chettæi? Et misit Dauid nuncios, & sumpsit eam, & intrauit ad eam, & dormiuit cum ea. Et hæc sanctificata ab immunditia sua, & reuertit in domum suam. Et in β vtero cepit mulier. Et mittens annunciauit Dauid, & dixit: Ego quidem in ventre habeo. Et misit Dauid ad Ioab, dicens: Mitte ad me Vriam Chettæum. Et misit Ioab Vriam ad Dauid. Et aduenit Vrias, & intrauit ad eum. Et interrogauit Dauid γ ad pacẽ Ioab, & ad pacem populi, & ad pacem belli. Et dixit Dauid Vriæ. Descende in domum tuam, & laua pedes tuos. Et exiuit Vrias e domo regis: & exiuit post eũ δ demensum regis. Et

dormiuit Vrias apud ostiũ regis[ε] cũ seruis domini sui: & nõ descendit in domũ suã. Et annunciauerunt Dauid, dicentes: quia non descendit Vrias in domũ suã. Et dixit Dauid ad Vriam: Nonne ex itinere tu venis? Quid, quod non descendisti in domum tuam? Et dixit Vrias ad Dauid: Arca, & Israel, & Iudas habitant in tabernaculis: & dominus meus Ioab, & serui domini mei super faciem agri castrametantur: & ego intrabo in domum meam ad manducandum, & bibendũ, & dormiendum cum vxore mea? ζ Quomodo? Viuit anima tua, si faciam verbum hoc. Et dixit Dauid ad Vriam: Sede hic etiam hodie, & cras dimittam te. Et sedit Vrias in Hierusalẽ in die illa, & crastina. Et vocauit eum Dauid: & manducauit coram eo, & bibit; [η] & inebriauit eum. Et egressus est vespere ad dormiendum super cubile suum cum seruis domini sui: & in domum suam non descendit. Et factum est mane, & scripsit Dauid libellum ad Ioab, & misit in manu Vriæ. Et scripsit in libello, dicens: Induc Vriam ex aduerso prælij validi: & reuertemini a tergo eius: & percutietur, & morietur. Et factũ est in [θ] obseruando Ioab super ciuitatem, & posuit Vriam in locum, vbi sciebat, quia viri virtutis illic. Et exierunt viri ciuitatis, & pugnabant cum Ioab. Et ceciderunt de populo, de seruis Dauid: & mortuus est etiam Vrias Chettæus. Et misit Ioab, & annũciauit Dauid omnia verba prælij [ι] ad loquendũ ad regem. Et mandauit nuncio dicens: In consummando omnia verba prælij loqui ad regem, & erit si ascẽderit furor regis, & dixerit tibi, Quid, quod appropinquastis ad ciuitatem pugnare? Nonne sciebatis, quia sagittabunt desuper muro? Quis percussit Abimelech filium Ierobaal [κ] filij Ner? Nonne mulier proiecit fragmentum molæ super eum desuper muro, & mortuus est in [λ] Thamasi? Vt quid accessistis ad murum? Et dices: Etiam seruus tuus Vrias Chettæus mortuus est. Et iuit nuncius Ioab ad regem in Hierusalem, & aduenit, & annunciauit Dauid omnia, quæcũque annũciarat ei Ioab, [μ] omnia verba prælij. Et indignatus est Dauid in Ioab, & dixit ad nuncium: Vt quid accessistis ad ciuitatem præliando? Nonne sciebatis quia percutiemini e muro? Quis percussit Abimelech filium Ierobaal? Nonne mulier proiecit super eum fragmẽtum molæ e muro, & mortuus est in Tamasi? Vt quid accessistis ad murum? Et dixit nuncius ad Dauid: Quia inualuerunt super nos viri, & exierunt super nos in agrum, & fuimus super eos vsque ad ostium portæ. Et sagittauerunt sagittantes in seruos tuos desuper muro, & mortui sunt de pueris regis, & etiam seruus tuus Vrias Chettæus mortuus est. Et dixit Dauid ad nuncium: Hæc dices ad Ioab: Ne malum sit in oculis tuis verbum hoc: quoniam interdum quidem sic, & interdum sic comedet gladius. Fac inualescere prælium tuum in ciuitatem, & destrue eam, & [ν] cõforta eam. Et audiuit mulier Vriæ, quia mortuus est Vrias vir suus: & planxit virum suum. Et transijt luctus, & misit Dauid, & conduxit eam in domum suam. Et facta est ei in vxorem: & peperit ei filium. Et malum apparuit verbum in oculis Domini.

A B C D E

[α] Dixit.] *Ita etiam hebræus, & Chaldæus:* Subintelligendum enim est, quidam. *Compl.* εἶπεν, dixerunt. In vtero cepit.] ἐν γαστρὶ ἔλαβεν. *Complutensis,* συνέλαβεν, concepit. [γ] Ad pacem.] *Ad verbum ex hebræo: cui valde familiaris est huiusmodi locutio. Complutensis autem,* εἰ ὑγιαίνει Ἰωάβ, καὶ εἰ ὑγιαίνει ὁ λαός, καὶ εἰ ὑγιαίνει ὁ πόλεμος, Si valet Ioab, & si valet populus, &, si valet bellum. [δ] Demensum.] *Ita visum est non incepte verti posse illud* ἄρσις. *Significat enim cibum, & munera, quæ efferebantur è domo regis, & alicui pro suo demẽso assignabantur.* [ε] Cum seruis.] *Compl.* μετὰ πάντων τῶν παίδων, cum omnibus pueris: *quod vulgata*

A *gata dixit,* eum alijs seruis. ζ Quomodo?] *Ab alijs abest istud,* πῶς. *Complut. autem,* μὰ τὴν ζωήν σου, καὶ μὰ τὴν ζωὴν τῆς ψυχῆς σου, οὐ μὴ ποιήσω, per vitam tuam, & per vitam animæ tuæ non faciam. *quod in vulgata est,* per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ non faciam. η Inebriauit eum.] *Compl.* καὶ ἐμεθύσθη, & inebriatus est: *Sed illud magis respondet hebræo: ex quo etiam suspicari licet, quæ proxime antecedunt,* & mãducauit coram eo, & bibit, *ita esse interpretanda,* & manducare eum fecit coram se, & bibere. θ In obseruando.] *Sic hebræus. Complut.* ἐν τῷ φυλάσσειν, in obsidendo. ι Ad loquendum ad regem.] *Absunt à Complut. vt à vulgata.* κ Filij Ner.] *Alii libri partim non habẽt, sicut etiam vulgata, partim vero habẽt,* υἱοῦ ἰωὰς, filij Ioas. λ Thamasi.] *Complut.* θαβὴς, *Vulgata,* Thebes. μ Omnia verba prælij.] *Absunt à Complut. & vulgata hinc vsque ad illud,* Et dixit nuncius. ν Conforta eam.] κραταίωσον αὐτήν. *Quidam putant significari,* muni eam. *Hebræus, & Chaldæus habẽt,* & conforta eum, *id est, populum Israel: quod vulgata,* & exhortare eos.

CAP. XII.

B

Et misit Dominus Nathan prophetã ad Dauid: & intrauit ad eum: & dixit ei: α Duo erant viri in ciuitate vna, vnus diues, & vnus pauper. Et diuiti erãt greges, & armenta boũ multa valde. Et pauperi nihil, nisi agna vna parua, quã acquisiuerat, & reseruauerat, et educauerat eã, & β creuerat cũ eo, et cũ filijs eius in idipsum: de pane eius edebat: & de poculo eius bibebat, & in sinu eius dormiebat, & erat ei tanquam filia. Et venit γ viator viro diuiti: & pepercit sumere de gregibus suis, & de armentis suis ad faciendum δ hospiti viatori, qui venerat ad ipsum: & cepit agnam pauperis: & ε fecit eam viro, qui venerat ad se. Et indignatus est ira Dauid valde viro. Et dixit Dauid ad Nathan: Viuit Dominus, quia filius mortis vir, qui fecit hoc, & agnam reddet in ζ septuplum pro eo, quod fecit verbum istud, & pro eo, quod non pepercit. Et dixit Nathan ad Dauid: Tu es vir, qui fecisti hoc: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ego sum, qui vnxi te in regem super Israel: & ego quidem η erui te de manu Saul: & dedi tibi domum domini tui: & mulieres domini tui in sinu tuo: & dedi tibi domum Israel, & Iuda: & si θ parum est, adijciam tibi secundum hæc. Quid, quod ι vilipendisti verbum Domini, faciendo malum in oculis eius? Vriam Chettæum percussisti in gladio: & vxorem eius cepisti tibi in vxorem, & ipsum interfecisti in gladio filiorum Ammon. Et nunc non recedet gladius de domo tua vsque in seculum, pro eo, quod spreuisti me, & sumpsisti vxorem Vriæ Chettæi, vt sit tibi in vxorem. Hæc dicit Dominus: Ecce ego suscito super te mala e domo tua: & capiam vxores tuas ante oculos tuos, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis coram Sole hoc. Quoniam tu fecisti in occulto: & ego faciam verbum hoc coram vniuerso Israel; & coram Sole hoc. Et dixit Dauid ad Nathan: Peccaui Domino. Et dixit Nathan ad Dauid. Et Dominus κ transire fecit peccatum tuum: non morieris. Veruntamen, quia prouocans prouocasti ad iram λ inimicos Domini in verbo hoc; filius quidẽ tuus natus tibi morietur. Et abijt Nathã in domũ suã. Et percussit Dominus paruulũ, quem pepererat vxor Vriæ Chettæi ipsi Dauid: & ægrotauit. Et quæsiuit Dauid Deũ pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiuniũ, & intrauit, & μ mãsit super terrã. Et surrexerunt super eũ seniores domus eius ad suscitandũ eũ de terra: & noluit: & non manducauit cũ eis panẽ. Et factũ est in die septima, & mortuus est paruulus. Et timuerunt serui Dauid annunciare ei, quia mortuus est paruulus: quoniã dixerunt: Ecce, dum viueret adhuc paruulus, locuti sumus ad eum: & non exaudiuit vocem nostrã: & quomodo dicemus ad eum, quia mortuus est paruulus? &

C

D

E

faciet mala? Et intellexit Dauid, quia pueri sui mussitant: & cogitauit Dauid, quia mortuus est paruulus. Et dixit Dauid ad pueros suos: Si mortuus est paruulus? Et dixerunt: Mortuus est. Et surrexit Dauid de terra, & lauit se, & vnxit se, & mutauit vestimenta sua, & intrauit in domum Dei, & adorauit eum: & intrauit in domum suam, & petijt panem ad manducandum: & apposuerunt ei panem: & manducauit. Et dixerũt pueri eius ad eum: Quod est verbum hoc, quod ν fecisti propter paruulum? Cum adhuc viueret, ieiunabas, & plorabas, & vigilabas: & quando mortuus est paruulus, surrexisti, & manducasti panem, ξ & bibisti? Et dixit Dauid: Dum viueret adhuc paruulus, ieiunaui, & ploraui; quoniam dixi: Quis nouit, si miserebitur mei Dominus, & viuet paruulus? Et nunc mortuus est: vt quid hoc ego ieiuno? Nũquid potero facere ipsum reuerti vltra? Ego ibo ad eum: & ipse non reuertet ad me. Et consolatus est Dauid Bersabee vxorem suam: & intrauit ad eam, & dormiuit cum ea. Et concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Salomon. Et Dominus dilexit eum. Et misit in manu Nathan prophetæ, & vocauit nomen eius ο Ieddedì π propter Dominum. Et bellauit Ioab in Rabbath filiorum Ammon, & cepit ciuitatem regni. Et misit Ioab nuncios ad Dauid, & dixit: Bellaui in Rabbath: & cepi ciuitatem aquarum. Et nunc congrega residuum populi, & castrametare super ciuitatem: & cape eam: vt non capiam ego ciuitatem, & vocetur nomen meum super eam. Et congregauit Dauid vniuersum populum, & iuit in Rabbath & pugnauit in eam & cepit eam. Et cepit coronam ρ Molchom regis eorum de capite eius: & põdus eius talentum auri, & lapidis preciosi. Et fuit super caput Dauid. Et spolia ciuitatis exportauit multa valde: & populum, qui erat in ea, eduxit: & posuit in serra, & in tribolis ferreis, & in securibus ferreis: σ & transire fecit eos per fornacem. Et sic fecit omnibus ciuitatibus filiorum Ammon. Et reuersus est Dauid, & vniuersus populus in Hierusalem.

α Duo erant.] *Sic etiam hebræus, & vulgata. In alijs, & Compl. additur,* ἀνάγγειλον (al. ἀπάγγειλον) δή μοι τὴν κρίσιν ταύτην. δύο, annuncia quæso mihi iudicium hoc. Duo, *&c.* β Creuerat.] *Ita etiam vulgata ex hebræo. Compl. & Theodoretus,* συνετράφη, simul nutrita fuit. γ Viator.] πάροδος, *quasi prætergrediens per viam. Compl. & Theodoretus,* ὁδοιπόρος, eodem sensu. δ Hospiti viatori] τῷ ξένῳ ὁδοιπόρῳ. *In aliis est tantum* τῷ ξένῳ. *vt etiam in vulgata, quare in nostra videntur coniunctę duæ interpretationes.* ε Et fecit eam.] *Sic hebręus, & significat, vt alibi, parauit in cibum. Compl. addit,* καὶ ἔθυσεν αὐτὴν, καὶ ἐποίησεν, & mactauit eã, & fecit.] ζ Septuplum.] *Compl. & Theodoretus,* τετραπλάσιον, in quadruplum. *vt vulgata.* η Erui.] ἐρρυσάμην. *Theodoretus,* ἐξειλάμην, *eodem sensu. Alii libri,* ὁ ῥυσάμενός σε qui erui te. *Compl.* ἐξελεξάμην, elegi, *longius ab hebræo.* θ Si parum est.] εἰ μικρόν ἐστι. *Ita fere hebræus. Compl. & Theodoretus,* εἰ ὀλίγα σοί ἐστι, προσθήσω σοι καθὼς ταῦτα, si parua tibi sunt, adijciam tibi, sicut hæc. ι Vilipendisti.] ἐφαύλισας. *Iidem vero* ἐξουδένωσας. κ Transire fecit.] παρεβίβασε. *optime ad hebræum. & vulgata,* transtulit. *Complut. autem, & Theodoretus,* ἀφείλετο, abstulit. λ Inimicos Domini.] *Complut.* ἐν τοῖς ὑπεναντίοις τοῦ κυρίου, in aduersarijs Dominum. *Quam lectionem Theodoretus agnoscit ex lxx. & addit, Hoc autem Aquila manifestius est interpretatus,* παροξύνων παρώξυνας τοὺς ἐχθροὺς κυρίου, irritans irritasti inimicos Domini. *Quare nostra, videtur facta ex istis duabus.* μ Et mansit.] *In aliquot codicibus est,* ηὐλίσθη, καὶ ἐκοιμήθη ἐν σάκκῳ ἐπὶ τῆς γῆς, mansit, & cubuit in sacco super terram. *Illud,* in sacco, *abest ab hebræo.* ν Fecisti propter paruulum.] *Si ita interpungatur, fecisti?* propter paruulum, cum adhuc viueret, ieiunabas, *&c. optime respondebit hebræo, & vulgatæ. Compl. habet,* ὃ πεποίηκας; ἔτι γὰρ τοῦ παιδίου ζῶντος ἐνήστευες, καὶ ἔκλαιες, quod fecisti? adhuc enim paruulo viuente ieiunabas, & plorabas. *Non habet autem illud* καὶ ἠγρύπνεις. & vigilabas, *quod sequitur in nostra, & in aliis Græcis, sed non in vulgata.* ξ Et bibisti.] *Hoc abest ab hebræo, & vulgata. Compl. autem,* καὶ πέπωκας οἶνον; & bibisti vinum? ο Ieddedi.] *Ita etiam Theodoretus q. 27. licet interpres dicat,* Ieddidia, *vt Compl. Addit Theodoretus hoc Aquilam esse interpretatum,* ἐν κυρίῳ, in Domino, *Symmachum autem* εἰς βασιλείαν ἀφωρισμένον, selectum ad regnum. *Vulgata,* amabilis Domino. π Propter dominum.] *ad verbum ex hebræo. Compl. & alij,* ἐν λόγῳ κυρίου, in verbo Domini. ρ Molchom regis.] *Abest a Compl. illud,* Molchom: *ac videtur esse ipsa dictio hebraica, (licet paululum immutata) quæ significat,* regis. σ Et transire fecit

eos

A eos per fornacem.] καὶ διήγαγεν αὐτοὺς διὰ τοῦ πλινθίου. *atque optime respondet hebræo, nec discrepat à vulgata, quæ habet,* & traduxit in typo laterum. *Nam in fornace formantur lateres. Compl.* καὶ περιήγαγεν αὐτοὺς διὰ τοῦ πλινθίου. & circunduxit eos per aciem. *Chaldæus autem,* & lacerauit illos in plateis. *Theodoretus in cap. 21. huius libri docet etiam* πλινθίον *interdum nominari aciem quadratam, vt ibi dicetur.*

CAP. XIII.

ET factum est post hæc: & ipsi Abessalom filio Dauid soror pulchra specie valde: & nomen ei Themar. Et dilexit eam Amnon filius Dauid: & tribulabatur Amnon, ita [α] vt ægrotaret propter Themar vxorẽ suam: quoniã virgo erat hæc; [β] & difficile in oculis Amnon facere quicquam ei. Et erat ipsi Amnon amicus, & nomen ei Ionadab, filius Samaa fratris Dauid. Et Ionadab vir [γ] sapiens valde: & dixit ei: Quid tibi, quia tu sic infirmus fili regis [δ] mane, mane? nonne annuncias mihi? Et dixit ei Amnon: Themar sororẽ Abessalom fratris mei amo. Et dixit ei Ionadab: Cuba super cubile tuũ, & [ε] languesce: & ingredietur pater tuus ad videndum te: & dices ad eum: Veniat nunc Themar soror mea, & cibet me, & faciat ante oculos meos [ζ] cibum; vt videã & comedam de manu eius. Et cubuit Amnon, & ægrotauit: & intrauit videre eum. Et dixit Amnon ad regem: Veniat nunc Themar soror mea ad me, & collyrizet in oculis meis duas collyridas, & comedam de manu eius. Et misit Dauid ad Themar in domum, dicens: Vade nunc in domum fratris tui, & fac ei cibum. Et iuit Themar in domum Amnon fratris sui: & ipse cubans. Et sumpsit pastam, & conspersit, & fecit collyridas ante oculos eius: & coxit collyridas: & sumpsit [η] sartaginem, & effudit coram eo: & noluit comedere. Et dixit Amnon: Educite omnem virum desuper me. Et eduxerunt omnem virum desuper eo. Et dixit Amnon ad Themar: Infer cibum in cubiculum, & comedam de manu tua. Et sumpsit Themar collyridas, quas fecerat, & introtulit ad Amnon fratrem suum in cubiculum: & obtulit ei ad comedendum. Et prehendit eam, & dixit ei: Veni, cuba mecum soror mea. Et dixit ei: Nequaquam frater mi, nequaquam humilies me, quoniam nõ fiet sic in Israel. Ne facias stultitiam hanc. Et ego, quo auferam opprobrium meum? Et tu eris tanquam vnus insipientiũ in Israel. Et nunc loquere, quæso, ad regem, quoniam non prohibebit me à te. Et noluit Amnon audire vocem eius: & inualuit super eam: & humiliauit eam, & cubuit cum ea. Et odiuit eam Amnon odio magno valde: quoniam magnum fuit odium, quo odiuit eam, super amorem, quo amauerat eam: [θ] quoniã maius malum vltimum, quàm primũ. Et dixit ei Amnon. Surge, & vade. Et dixit ei Themar: Pro malo magno hoc super alterum quod fecisti mecum, emittendo me. Et noluit Amnon audire vocem eius: & vocauit puerum suum præfectum domus, & dixit ei: Emittite nunc istam a me foras, & claude ostium post eam. Et super eam erat tunica [ι] intexta fructibus: quia sic induebantur filiæ regis virgines super indumenta sua. Et eduxit eam minister eius foras, & clausit ostium post eam. Et sumpsit Themar cinerem: & imposuit super caput suum: & tunicam intextam fructibus, quæ super ipsam, discidit: & imposuit manus suas super caput suum: & perrexit pergens, & clamans. Et dixit ad eam Abessalom frater eius: Nunquid Amnon frater tuus fuit tecum? Et nunc soror mea obmutesce, quoniam frater tuus est. Ne posueris

cor

cor tuum ad loquendum verbum hoc. Et ſedit Themar viduata agens in domo Abeſſalom fratris ſui. Et audiuit rex Dauid omnia verba hæc: & indignatus eſt valde: ᵃ & non contriſtauit ſpiritum Amnon filij ſui; quoniam diligebat eũ; quoniam primogenitus ſuus erat. Et non eſt locutus Abeſſalom cum Amnon a malo vſque ad bonum: quoniam odio habebat Abeſſalom Amnon ſuper verbo, quod humiliauerat Themar ſororem ſuam. Et factum eſt in biennium dierum: & erant tondentes ipſi Abeſſalom in Belaſor contigua Ephræm. Et vocauit Abeſſalom omnes filios regis. Et venit Abeſſalom ad regem, & dixit: Ecce nunc tondent ſeruo tuo: Eat quæſo rex, & pueri eius cum ſeruo tuo. Et dixit rex ad Abeſſalom: Nequaquam nunc fili mi: non eamus omnes nos, & nõ ingraueſcamus ſuper te. Et coegit eum: & noluit ire, & benedixit eum. Et dixit Abeſſalom ad eũ. Et ſi non; eat quæſo nobiſcum Amnon frater meus. Et dixit ei rex: Vt quid eat tecum? Et coegit eum Abeſſalom. Et miſit cum eo Amnon, & omnes filios regis. ᵡ Et fecit Abeſſalom conuiuium iuxta conuiuium regis. Et mandauit Abeſſalom pueris ſuis, dicens: Videte, cum bonum factum fuerit cor Amnon in vino, & dixero ad vos; percutite Amnon, & interficite eum. Ne timeatis: quoniam nonne ego ſum, qui mando vobis? Viriliter agite, & ſitis in filios virtutis. Et fecerunt pueri Abeſſalom ipſi Amnon; ſicut mandauit eis Abeſſalom. Et ſurrexerunt omnes filij regis, & inſederunt, vir ſuper mulam ſuam: & fugerunt. Et factum eſt, dum ipſi eſſent in via; & fama venit ad Dauid, dicens: Percuſſit Abeſſalom omnes filios regis: & non remanſit de eis vllus. Et ſurrexit rex, & diſcidit veſtimẽta ſua, & cubuit ſuper terrã: & omnes pueri eius aſsiſtentes ei diſciderunt veſtimenta ſua. Et reſpondit Ionadab filius Samaa fratris Dauid, & dixit: Non dicat dominus meus rex, quia omnes paruulos filios regis interfecerit: quoniam Amnon prorſus ſolus mortuus eſt: quoniam ᵘ ſuper os Abeſſalom erat poſitus à die, qua humiliauit Themar ſororem eius. Et nunc non ponat dominus meus rex ſuper cor ſuum, verbum, dicens: Omnes filij regis mortui ſunt: quoniam tantum Amnon ſolus mortuus eſt. Et aufugit Abeſſalom. Et eleuauit puer ſpeculator oculos ſuos, & vidit: & ecce populus multus pergens in ᵛ via poſt eum à latere montis ᶓ in deſcenſu. Et aduenit ſpeculator, & annunciauit regi, et dixit: Viros vidi de via Oronim, è parte montis. Et dixit Ionadab ad regem: Ecce filij regis adſunt: iuxta verbum ſerui tui, ſic factum eſt. Et factum eſt, poſtquam conſummauit loquens; et ecce filij regis venerunt: et eleuauerunt vocem ſuam, et plorauerunt: et etiam rex, et omnes pueri eius plorauerunt plorationem magnam valde. Et Abeſſalom fugit, & iuit ad Tholmi filium Emiud regẽ Gedſur ᵒ in terram Chamaachad. Et luxit rex Dauid ſuper filium ſuum ᵖ omnibus diebus. Et Abeſſalom aufugit, et iuit in Gedſur: et fuit ibi annos tres. Et ᵖ ceſſauit rex Dauid exire ad Abeſſalom; quoniam conſolatus eſt ſe ſuper Amnon, quia mortuus erat.

ᵃ Ita vt ægrotaret.] ὥστε ἀῤῥωστεῖν, *propius ad hebræum, quam quod in Compl.* ἀῤῥωστία, ægritudine. ᵝ Difficile.] ὑπέρογκον· *Item iſtud. Nam Compl. habet,* καὶ ἠδυνάτει, & non poterat. ᵞ Sapiens.] σοφός. *Compl.* φρόνιμος, prudens. *itemque Theodoretus q. 29. qui de iſta falſa ſapientia, & prudentia diſputat accurate.* ᵟ Mane, mane.] *eſt locutio hebraica, quæ ſignificat, per ſingulos dies, vt habet vulgata, ſis infirmior, & tabeſcis magis.* ᵋ Langueſce.] μαλακίσθητι. *Compl.* παραποιοῦ ἐνοχλεῖσθαι, ſimula te ægrotare. *Sed idem ſenſus*

A *sensus est etiam in nostra, licet obscurius, atque ideo similius hebræo. Ac multæ aliæ sunt varietates eiusmodi.* ζ Cibum.] *Aliqui codices habent,* δύο κολλυρίδας, duas collyridas, *&* placentas. η Sartaginem.] *optime ad hebreum. Hoc enim sibi vult, attulisse sartaginē in conspectum ipsius Amnon, & coram eo effudisse placentam coctam in sartagine. Compl.* εἰς ὃ ἀπέχεεν, vas, in quod effundit. θ Quoniam maius malum vltimum quàm primum.] *Absunt ab aliis codicibus hoc loco: sed paulo post, vbi in nostra legitur,* pro malo magno hoc super alterum, quod fecisti mecum, *in aliis est,* μὴ ἀδελφέ, ὅτι μεγάλη ἡ κακία ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν πρώτην, ἣν πεποίηκας μετ' ἐμοῦ. Nequaquam frater: quoniam magnum est malum vltimum super primum, quod fecisti mecum. *Atque ita etiam Compl. nisi quod non habet,* μὴ ἀδελφέ, *Quare videri potest duas esse interpretationes, & vnam, quæ fortasse hebræo propior, in nostra suo mansisse loco, alteram vero in hunc locum, qui nunc præ manibus est, irrepsisse.* ι Intexta fructibus.] καρπωτός. *Compl.* ἀστραγαλωτός, talaris: *Quod ex antiquiore versione, nimirum lxx. videtur agnoscere Theodoretus, illud autem ex Aquila. Ita enim inquit.* Tunicā autem ἀστραγαλωτόν, Aquila quidem καρπωτόν nominauit, perinde ac si diceret habentem intextos fructus: hodie autem vocant πλουμαρικόν, plumatem: Iosephus autem, τὸν μέχρι ἀστραγάλων διήκοντα, pertingentem vsque ad talos. *Addit Scholiastes Symm. dixisse* χειριδωτόν, manicatam. κ Et non contristauit.] *Hæc vsque ad illud,* Et non est locutus, *videntur agnosci etiam a Theodoreto eadem q. 29. Sed absunt a Compl. vt a vulgata.* λ Et fecit Abessalom conuiuium iuxta conuiuium regis.] *Absunt hæc a Complut. & a vulgata.* μ Super os.] *Ita hebræus, & vulgata,* in ore, *Chaldæus,* in corde. *Compl. autem,* ἐν ὀργῇ ἦν αὐτῷ, in ira erat ei. ν In via post eum.] *In aliquo libro est,* ἐν τῇ ὁδῷ τῇ ὄρεων, *Verum illud* τῇ ὄρεων. *videtur vestigium dictionis hebraicæ, quæ a nonnullis vertitur* post eum, *ab aliis,* post montem. *vulgata,* iter deuium. ξ In descensu.] *Hinc vsque ad illud,* Et dixit Ionadab, *absunt a Compl. & a vulgata, In aliis autem quibusdam pro* τῷ ὠρωνῶν, *est* τὸ ὄρεων, *vt paulo superius.* ο In terrā Chamaachad.] *Neque in Compl. neque in vulgata hæc sunt.* π Omnibus.] *Sic hebræus, quod vulgata, & Chaldæus interpretātur,* multis. ρ Et cessauit rex Dauid.] *Respondet vulgatæ. In hebræo est,* & cessauit Dauid regis. *Et multi subintelligunt,* & cessauit ira *Quare in Compl. est* καὶ ἐκόπασε τὸ πνεῦμα, cessauit spiritus, & furor.

C

CAP. XIV.

ET intellexit Ioab filius Saruiæ, quia cor regis α super Abessalom. Et misit Ioab in Thecoe, & sumpsit inde mulierem sapientem, & dixit ad eam: Luge nunc, & indue vestimenta lugubria, & non vngaris oleo, & eris tanquam mulier lugens super mortuum β iam diebus multis. Et venies ad regem & loqueris ad eum iuxta verbum hoc. Et posuit Ioab verba in ore eius. Et intrauit mulier Thecoites ad regem, & cecidit super faciem suam in terram, & adorauit eum, & dixit: Salua rex, salua. Et dixit ad eam rex: Quid est tibi? At illa dixit: Et γ valde: vidua mulier ego sum, & mortuus est vir meus. Et etiam ancillæ tuæ erant duo filij: & pugnarunt vtrique in agro, & non fuit, qui eximeret inter eos. Et percussit vnus δ vnum fratrem suum, & interfecit eum. Et ecce insurrexit tota ε cognatio erga ancillam tuam, & dixerunt: Da eum qui percussit fratrem suum, & interficiemus eum pro anima fratris sui, quem occidit, & tollemus etiam hæredem ζ vestrum. Et η extinguent prunam meam residuā ita vt non ponatur viro meo residuū, & nomen super faciē terræ. Et dixit rex ad mulierem: Vadens vade in domum tuam, & ego mandabo pro te. Et dixit mulier Thecoites ad regem: Super me domine mi rex iniquitas, & super domum patris mei: & rex & thronus eius innocēs. Et dixit rex: Quisquis est qui loquitur ad te; & duces eū ad me: & non adijciet vltra tangere eum. Et dixit: Recordetur nunc rex Domini Dei sui, η multiplicando redemptorem sanguinis ad disperdēdum: & non tollant filium meum. Et dixit: Viuit Dominus, si cadet de capillo filij tui super terram. Et dixit mulier: Loquatur nunc ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Et dixit: Loquere. Et dixit mulier: Vt quid θ cogitasti tale super populum Dei? nunquid ex ore regis verbum hoc, tanquam delictum; vt non

vt non redire faciat rex eiectum suum? Quoniam ᵃ morte moriemur & tanquam aqua delabens super terram, quæ non colligetur. Et accipiet Deus animam, & cogitans expellere a se expulsum? Et nunc, quod veneram loqui ad regem dominum meum verbum hoc, quia aspiciet me populus, & dicet ᵇ ancilla tua; loquatur nunc ad dominum meum regem; si quomodo faciet rex verbum ancillæ suæ: quoniam audiet rex: ᶜ eruat ancillã suam de manu viri querentis tollere me, & filium meum ab hæreditare Dei. Et dixit mulier: Si ᵈ iam sermo domini mei regis in sacrificia: quoniam sicut angelus Dei, sic dominus meus rex ad audiendum bonum, & malum: & Dominus Deus tuus erit tecum. Et respondit rex, & dixit ad mulierem: Ne nunc occultaueris a me verbũ quod ego interrogo te. Et dixit mulier: Loquatur nũc dominus meus rex. Et dixit rex. Nunquid manus Ioab in omni hoc tecum? Et dixit mulier regi: Viuit anima tua domine mi rex, si est in dextera, vel in sinistra de omnibus, quæ locutus est dominus meus rex, quoniam seruus tuus Ioab ipse mandauit mihi, et ipse posuit in ore ancillæ tuæ omnia verba hæc: ᵉ vt verterem faciem verbi huius, ᶠ quod fecit seruus tuus Ioab verbum hoc: Et dominus meus sapiens, sicut sapientia angeli Dei ad cognoscendum omnia, quæ in terra. Et dixit rex ad Ioab: Ecce nunc feci tibi iuxta verbum tuum hoc. Vade, reduc puerum Abessalom. Et cecidit Ioab super faciem suam in terram, et adorauit, et benedixit regem. Et dixit Ioab: Hodie cognouit seruus tuus, quia inueni gratiam in oculis tuis domine mi rex: quoniam fecit dominus meus rex verbum serui sui. Et surrexit Ioab, et iuit in Gedsur: et duxit Abessalom in Hierusalem. Et dixit rex: Reuertatur in domum suam, & faciem meam non videat. Et reuertit Abessalom in domum suam: & faciem regis non vidit. Et, sicut Abessalom, non erat vir in omni Israel, laudabilis valde, a vestigio pedis eius, & vsque ad verticem eius non erat in eo macula. Et cum tonderetur ipse caput suum (& erat ᵍ a principio dierum in dies, quando tondebatur, quoniam aggrauabatur super eum) & tonsus põderauit capillũ capitis sui ducẽtos siclos in siclo regio. Et nati sunt ipsi Abessalom tres filij & filia vna, & nomẽ ei Themar. Hæc fuit mulier pulchra valde: ʰ & fit vxor Roboam filio Salomon: Et parit ei Abia. Et sedit Abessalom in Hierusalem duos annos dierum: & faciem regis non vidit. Et misit Abessalom ad Ioab ad mittẽdum eum ad regem, & noluit venire ad eum. Et misit secundo ad eum: & noluit aduenire. Et dixit Abessalom ad pueros suos: Videte: portio in agro ipsius Moab est contigua mihi; & ei illic ordea. Ite, & succendite eã in igni. Et incenderunt pueri Abessalom portionem. Et aduenjunt serui Ioab ad eũ, discissi vestimenta sua, & dixerunt: Incenderunt serui Abessalom portionẽ in igni. Et surrexit Ioab, & venit ad Abessalom in domum, & dixit ad eum: Vt quid incenderunt pueri tui portionem meam in igni? Et dixit Abessalom ad Ioab: Ecce misi ad te, dicens: Veni huc, & mittam te ad regem, dicens: ⁱ Vt quid veni de Gessur? Bonum mihi erat esse ibi: & nunc ecce faciem regis ᵏ non vidi. Si autem est in me iniustitia; & interfice me. Et intrauit Ioab ad regem, & annunciauit ei. Et vocauit Abessalom. Et intrauit ad regem, & adorauit eum, & cecidit super faciem suam in terram, & ad faciem regis. Et deosculatus est rex ipsum Abessalom.

ᵃ Super

A α Super Abessalom.] *Ita hebræus. Subintelligendum enim est, quod exprimit Compl.* παρεκλήθη, *& vulgata,* versum esset. β Iam.] τοῦτο. *est locutio respondens hebræo. Abest autem a Compl.* γ Et valde.] *Compl.* ὄντως, verè. δ Vnum.] *Sic hebræus; licet absit à Compl.* ε Cognatio.] πατριά. *Compl.* φυλή, tribus. ζ Vestrum.] *Abest à Compl. & a vulgata.* η Extinguent.] *Satis propè ad hebræum. Complut.* καὶ σβεσθήσεται ὁ σπινθὴρ ὁ ὑπολελειμμένος μοι τοῦ μὴ ὑπάρξαι τῷ ἀνδρί μου ὄνομα καὶ λεῖμμα ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς. Et extinguetur scintilla residua mihi; vt non subsistat viro meo nomen, & residuum super faciem terræ. *Dictionem quidem* σπινθὴρ *videtur etiam Theodoretus agnoscere.* η Multiplicando.] *Multa sunt obscura in hoc mulieris sermone: sed plerumque, quæ obscuriora sunt, propius accedunt ad hebræum, sicut hoc. Ita enim ferè habet hebræus; quod facilius videtur in Compl.* ὅτι ἐὰν πληθυνθῶσιν οἱ ἀγχιστεύοντες τὸ αἷμα τοῦ διαφθεῖραι, καὶ οὐκ ἐξάρωσι τὸν υἱόν μου, vt, si multiplicentur vindicantes sanguinem ad disperdendum, & non tollant filium meum. θ Vt quid cogitasti.] *Theodoretus,* ἱνατί ἐλογίσω οὕτως ἐπὶ λαὸν κυρίου, καὶ ἐκ τοῦ παρελθεῖν τὸν βασιλέα τὸν λόγον τοῦτον, τοῦ ἐγκρατεύσασθαι τοῦ μὴ ἐπιστρέψαι τὸν βασιλέα τὸν ἀπωσμένον ἀπ᾽ αὐτοῦ. Vtquid cogitatum est sic in populo Domini, & ex eo, quod rex transgrediatur verbum hoc, cum se obfirmauerit rex non reducere eiectum à se. *Compl. est mista ex vtraque.* ι Morte moriemur.] *Theodoretus.* ὅτι τέθνηκεν ὁ υἱός σου, καὶ ὥσπερ τὸ ὕδωρ τὸ ἐκχεόμενον ἐπὶ

B τὴν γῆν, οὐ συναχθήσεται, καὶ οὐκ ἐλπιεῖ ἐπ᾽ αὐτῷ ψυχή. Quoniam mortuus est filius tuus, & tanquam aqua, quæ effunditur super terram, non colligetur, & non sperabit in eo anima. *Compl. autem,* οὐ συναχθήσεται, καὶ οὐ λήψεται ὁ θεὸς ψυχήν, καὶ ἐλογίσατο λογισμὸν τοῦ μὴ ἀπώσασθαι ἀπ᾽ αὐτοῦ ἀπωσμένον. non colligetur: & non tollet Deus animam: & cogitauit cogitationem non eijciendi à se eiectum. κ Ancilla tua.] *hæc apud Theodoretum coniunguntur cum sequentibus,* Ancilla tua loquatur nunc: *quasi illud,* & dicat, *quod proxime præcessit, referendum sit ad populum.* λ Eruat.] *Compl. & Theodoretus,* καὶ ἐξελεῖται. & eruet. μ Si iam.] *Iidē* γενηθήτω δὴ ὁ λόγος τοῦ κυρίου μου τοῦ βασιλέως εἰς θυσίαν, fiat nunc sermo Domini mei regis in sacrificium. ν Vt verterem.] *Sic etiam vulgata. Theodoretus, & Compl.* ὅπως κυκλώσῃ, vt circunduceret. ξ Quod.] *Istud* ὃ *abest a Compl. sed non a Theodoreto in manuscriptis,* ο A principio.] *Compl. vt hebræus,* ἀπὸ τέλους, à fine, *Vtraque locutione idem significatur, nimirum semel in anno, vt habet vulgata.* π Et fit vxor Roboam, filio Salomon, & parit ei Abia.] *Hæc absunt a Compl. & vulgata.* ρ Dicens.] *Compl.* λέγοντα, dicentem. Non vidi.] *Compl.* καὶ νῦν ὄψομαι δὴ πρόσωπον τοῦ βασιλέως, & nunc aspiciam quæso faciem regis.

C

CAP. XV.

ET factum est post hæc, & fecit sibi Abessalom currus, & α equos, & quinquaginta viros ad currendũ ante se. Et diluculo surgebat Abessalom, & stabat super β manũ viæ portæ. Et factũ est, omnis vir, cui erat iudiciũ, veniebat ad regẽ in iudiciũ: & clamabat ad eũ Abessalom, & dicebat ei: Ex quali ciuitate tu es? Et dixit: Ex vna tribuũ Israel seruus tuus. Et dixit ad eũ Abessalom: Ecce verba tua bona, & γ facilia: & qui audiat, nõ est tibi a rege. Et dixit Abessalom: Quis me cõstituat iudicẽ in δ terra: & super me veniet omnis vir, cuicumq. D fuerit controuersia, & iudiciũ; & iustificabo eum? Et factum est, cũ appropinquaret vir ad adorandum eum; & extendebat manum suam, & apprehendebat eũ, & deosculabatur eum. Et fecit Abessalom iuxta verbum hoc omni Israel, ijs, qui adueniebant in iudicium ad regem: & Abessalom suum faciebat cor virorum Israel. Et factum est a ε fine quadraginta annorum, & dixit Abessalom ad patrem suum: Ibo nunc, & reddam vota mea, quæ voui Domino in Chebron: quoniam votum vouit seruus tuus, cum ego habitarem in Gedsur in Syria, dicens: Si reducens reduxerit me Dominus in Hierusalem; & seruiam Domino. Et dixit ei rex: Vade in pace. Et surgens iuit in Chebron. Et misit Abessalom E exploratores in omnes tribus Israel, dicens: In audiendo vos vocem corneæ, & & dicetis: Regnauit rex Abessalom in Chebron. Et post Abessalom iuerunt ducenti viri ex Hierusalem vocati, & euntes simplicitate sua, & non nouerunt omne verbum. ζ Et misit Abessalom ad Achitophel Theconi consiliarium Dauid de ciuitate eius, de Gola, dum ille sacrificaret. Et facta est coitio fortis & populus pergens, & multus cum Abessalom. Et aduenit adnuncians ad Dauid, dicens: Factum est cor virorum Israel post Abessalom. Et dixit Dauid omnibus pueris suis, qui secum, qui in Hierusalem: Surgite, & fugiamus: quoniam non est no-

est nobis salus a facie Abessalom. Festinate ad eundum: vt non festinet, & apprehendat nos, & proijciat super nos malum, & percutiat ciuitatem in ore gladij. Et dixerunt pueri regis ad regem: Iuxta omnia quæcumque elegit dominus noster rex, ecce pueri tui. Et egressus est rex, & vniuersa domus eius [a] pedibus suis. Et dimisit rex decem mulieres de concubinis suis ad custodiendam domũ. Et egressus est rex, & omnes pueri eius pedibus, & steterũt in domo, quæ longe. Et omnes pueri eius super manũ eius transibant, [b] & vniuersus Chelethi, & vniuersus Phelethi. Et steterũt super oleam in deserto. Et omnis populus prætergrediebatur iuxta eum, & omnes qui circa eum, & omnes robusti, & omnes bellatores sexcenti viri: & transierunt super manum eius. Et vniuersus Chelethi, & vniuersus Phelethi, & omnes Getthæi sexcenti viri, qui venerant pedibus suis e Geth, & euntes ad faciem regis. Et dixit rex ad Ethi Getthæum: Vt quid vadis & tu nobiscum? Reuerte, & habita cum rege: quoniã peregrinus es tu; & quoniam transmigrasti tu de loco tuo. Si heri aduenisti; [c] & hodie mouebo te nobiscum: & etiam mutabis rursus locum tuum. Heri exitus tuus: & hodie transmouebo te nobiscum ad eundum. Et ego ibo, quocumque iuero. Reuertere, & reduc fratres tuos tecum: & Dominus faciet tecum misericordiam, & veritatem. Et Ethi respondit regi, & dixit: Viuit Dominus, [a] & viuit dominus meus rex, quod in loco, vbicumq. fuerit dominus meus, etsi ad mortem, etsi ad vitã, quia ibi erit seruus tuus. Et dixit rex ad Ethi: Veni, & transcende mecum. Et transiuit Ethi Getthæus, & rex & omnes pueri eius, & omnis turba, quæ cũ eo. Et vniuersa terra plorabat vocẽ magna. [b] Et vniuersus populus præteribat in torrẽte Cedron. Et rex transcendit torrentẽ Cedron. Et vniuersus populus & rex præteribant ad [c] faciẽ viæ, quæ desertũ. Et ecce etiã Sadoc, & omnes Leuitæ cũ eo leuantes arcã testamenti Domini de Bæthar. Et statuerunt arcam Dei. Et ascendit Abiathar, quoadusque cessauit vniuersus populus transire de ciuitate. Et dixit rex ad Sadoc: Reduc arcam Dei in ciuitatem. Si inuenero gratiam in oculis Domini; & reducet me, & ostendet mihi eam, & decorem eius: et, si dixerit sic, Non volui in te; ecce ego sum: faciat mihi iuxta id, quod bonum in oculis suis. Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem: [d] Videte: tu reuertis in ciuitatem in pace, & Achimaas filius tuus, & Ionathan filius Abiathar, duo filij vestri vobiscum. Videte: ego quidem [e] castra facio in Araboth deserti; quoadusque veniat verbum a vobis ad annunciandum mihi. Et reduxit Sadoc, & Abiathar arcam Dei in Hierusalẽ: et [f] sedit ibi. Et Dauid ascendit in ascensione oliuarũ, ascendens, & plorans, & caput adopertus: & ipse ibat discalceatus. Et vniuersus populus, qui cũ eo, adoperuit vir caput suum. Et ascenderunt ascendentes, & plorantes. Et annunciatum est Dauid, dicentes. Et Achitophel in ijs, qui conglobantur cum Abessalom. Et dixit Dauid: [g] Dissipa nunc consiliũ Achitophel Domine Deus mi. Et fuit Dauid pergens vsque [h] Rhos, vbi adorauit illic Deũ. Et ecce in obuiam ei Chusi [i] princeps amicus Dauid discissus tunicam suam; & terra super caput eius. Et dixit ei Dauid: Siquidem transcenderis mecum; & eris super me in onus. Et si reuerteris in ciuitatẽ; & dices ad Abessalom, [k] Transierunt fratres tui, & rex de post me transijt pater tuus, Et nunc puer tuus sum o rex, permitte me viuere, puer patris tui eram tunc, & nuper, & nunc ego seruus tuus; & [l] dissipabis mihi cõsilium Achitophel. Et ecce ibi tecum Sadoc, & Abiathar sacerdotes.

A dotes. Et erit, omne verbum, quodcumque audieris e domo regis, & annuncia bis Sadoc, & Abiathar sacerdotibus. Ecce ibi cum eis duo filij eorum, Achimaas filius Sadoc, & Ionathan filius Abiathar. Et mittetis in manu eorum omne verbum, quodcumque audieritis. Et intrauit Chusì amicus Dauid in ciuitatem. Et Abessalom iam ingrediebatur in Hierusalem.

α Equos,] *Sic etiam hebræus. Alij,* ἱππεῖς, equites, *vt vulgata.* β Super manum uiæ portæ.] *Ad verbum ex hebræo. Compl.* ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῆς πύλης, super viam portæ. γ Facilia.] εὔκολοι. *Compl.* κατευθύνοντες, directi. δ In terra.] *Compl. addit,* ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, super Israel: *quæ absunt ab hebræo, & vulgata.* ε A fine quadraginta annorum.] *Sic etiam hebræus. Compl.* μετὰ τεσσαράκοντα ἔτη, post quadraginta annos. *Theodoretus hanc rem narrans, ita inquit,* τεσσάρων διεληλυθότων ἐτῶν, quatuor transactis annis. *& ita etiam Iosephus 7. de Antiq. cap. 9.* ζ Et misit Abessalom ad Achitophel.] *Sic etiam hebræus. Alij,* καὶ ἀπέστειλεν ἀβεσσαλὼμ, καὶ ἐκάλεσε τὸν ἀχιτόφελ τὸν γαλαμωναῖον, *aut* γελωναῖον, *ut Compl.* Et misit Abessalom, & vocauit Achitophel Galamonæum, *aut,* Gelonæum. η Pedibus suis.] *Compl. addit,* πεζοὶ, pedites: *& sunt duæ interpretationes: paulo etiam post, vbi in nostra est,* pedibus, πεζῇ, *in aliis est,* πεζοί. θ Et vniuersus.] *Hinc vsq. ad alterum,* Et vniuersus, *absunt ab aliis: & apparet repetitio, & coagmentatio aliarum interpretationum.*
ι Et hodie.] *Item & hæc vsque ad alterum,* & hodie. *Theodoretus quidem hunc locum sic refert.* τί πορεύῃ σὺ μεθ' ἡμῶν; ἀνάστρεφε, καὶ κάθισον μετὰ τοῦ βασιλέως, ὅτι ἀλλότριος σὺ, καὶ ὅτι μετῴκησας σὺ ἐκ τοῦ οἴκου σου. εἰ ἐχθὲς παραγέγονας σὺ, καὶ σήμερον κινήσω σε τοῦ πορεύεσθαι μεθ' ἡμῶν; ἐγὼ δὲ πορεύσομαι, οὗ ἐὰν πορεύσωμαι. Quid vadis tu nobiscum? redi, & sede cum rege: quoniam alienus es tu, & quia transmigrasti tu de loco tuo. Si heri aduenisti tu; & hodie mouebo te ad eundum mecum? Ego autem ibo, quo iturus sum. κ Et viuit dominus meus rex.] *Sic etiam vulgata. Compl. & Theodoretus,* καὶ ζῇ ἡ ψυχή σου, κύριέ μου βασιλεῦ, & viuit anima tua domine mi rex.
λ Et vniuersus populus præteribant in torrentem Cedron.] τῶν κέδρων. *Ab aliquo libro hæc absunt. Ab hebræo & vulgata absunt tantum illa,* in torrente Cedron. *In Compl. omnia ista sunt; sed habet,* τοῦ κεδρὼν, ipsius Cedron. μ Ad faciem viæ, quæ desertum.] *idest quæ spectat desertum: & respondet hebræo & vulgatæ. Compl.* ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ τὴν ἔρημον, ad faciem eius in desertum. ν De Bæthar.] *Alii,* ἀπὸ θαιβὰρ, de Thæbar. *A Compl. autem abest, ut a vulgata.* ξ Videte.] *Compl.* βλέπε, vide. ο Castra facio.] *Propius ad hebræum, quam quod in Compl.* προσδέχομαι ὑμᾶς, expecto vos. π Sedit.] *Compl.* ἐκάθισαν, sederunt. ρ Dissipa.] διασκέδασον. *Theodoretus habet* ματαίωσον *(quemadmodum etiam Compl.)* redde vanú. *atque addit Aquilam dixisse,* ἀφρόνισον, redde stultum. σ Rhos.] *Idem refert Aquilam dixisse,* τὴν ἄκραν. summitatem, *vt vulgata. Putat autem hanc ascensionem, idest, cliuum oliuarum fuisse montem illum olineti, ex quo Dominus ascendit in cælum.* τ Princeps amicus Dauid.] ἀρχεταῖρος δαυὶδ. *Fortasse sunt duæ voces,* ἀρχὶ ἑταῖρος, Archita, amicus, *vt habet Compl. Quinimo suspicari licet illa,* ἑταῖρος δαυὶδ, *huc irrepsisse ex fine capitis. Absunt enim hoc loco a vulgata, & hebræo.* υ Transierunt.] *Hinc vsque ad illud,* puer tuus sum, *absunt a Complut. vt a vulgata.* φ Dissipabis.] *Sic vulgata, & melius, quam quod in Compl.* διασκέδασον, dissipa. χ E domo regis.] *Item istud. Nam Compl. habet tantum,* παρὰ τοῦ βασιλέως, à rege.

CAP. XVI.

ET Dauid trāsijt breue quid à Rhos: & ecce Siba puer Memphibosthe in occursum eius; & par asinorum constratorum, & super eos ducenti panes, & centum botri α passi, & centum β palmæ, & Nebel vini. Et dixit rex ad Siba: Quid hæc tibi? Et dixit Siba: Subiugalia domui regis ad insidendum: & panes, & palmulæ in escam pueris, & vinum ad bibendum ijs, qui lassati sunt in deserto. Et dixit rex: Et vbi filius domini tui? Et dixit Siba ad regem: Ecce sedet in Hierusalem: quoniam dixit: hodie redire facient ad me domus Israel regnum patris mei. Et dixit rex ad Siba: Ecce tibi omnia, quæcumque sunt Memphibosthe. Et dixit Siba γ adorans: Inueniam gratiam in oculis tuis domine mi rex. Et venit rex Dauid vsque Baurim. Et ecce inde vir egrediebatur de cognatione domus Saul: & nomen ei Semei filius Gera egrediebatur egrediens, & maledicens, & lapidans in lapidibus Dauid, & omnes pueros regis Dauid. Et omnis populus erat, & omnes potētes a dextris, & a sinistris regis. Et sic dicebat Semei in maledicendo eum: Egredere, egredere vir sanguinum, & vir qui iniquus. Redire fecit super te Dominus omnes sanguines domus

Saul. Quoniam regnasti pro eo; & dedit Dominus regnum in manu Abessalom filij tui. Et ecce [δ] tu in malo tuo; quoniam vir sanguinum tu. Et dixit Abessa filius Saruiæ ad regem: Vt quid maledicit canis mortuus hic dominum meum regem? Transcendam nunc, & auferam caput eius. Et dixit rex: Quid mihi, & vobis filij Saruiæ? Et permittite eum, & sic maledicat: quoniam Dominus dixit ei maledicere Dauid. Et quis dicet, vt quid fecisti sic? Et dixit Dauid ad Abessa, & ad omnes pueros suos: Ecce filius meus, qui egressus est e ventre meo, quærit animam meam: & multo magis nunc filius Iemini. Permittite eum maledicere; quoniam dixit ei Dominus. Si forte inspiciat Dominus in humiliationem meā; & redire faciet mihi bona pro maledictione illius in die hac. Et iuit Dauid, & omnes viri eius in via. Et Semei ibat a latere montis iuxta eum vadens, & maledicens, & lapidans in lapidibus [ε] ex obliquo eius, & puluere aspergens. Et venit rex, & omnis populus cum eo lassati, & respirarunt ibi. Et Abessalom, & omnis vir Israel intrarunt in Hierusalē, & Achitophel cum eo. Et factum est quādo venit Chusì princeps amicus Dauid ad Abessalom; & dixit Chusì ad Abessalom: [ζ] Viuat rex. Et dixit Abessalom ad Chusì: Hæc est misericordia tua cum amico tuo? Vt quid nō abijsti cū amico tuo? Et dixit Chusì ad Abessalom: Nequaquā. Sed post eum, quē elegit Dominus, & populus hic, & omnis vir Israel, ei ero, & cū eo sedebo. Et [η] secundo, cui ego seruiā? nonne coram filio eius? Sicut seruiui corā patre tuo: sic ero corā te. Et dixit Abessalom ad Achitophel: [θ] Ferte vobis consiliū, quid facturi simus. Et dixit Achitophel ad Abessalom: Intra ad cōcubinas patris tui: quas reliquit custodire domum eius: & audiet omnis Israel, quia confudisti patrem tuum: & inualescent manus omnium, qui tecum. Et fixerunt tabernaculum ipsi Abessalom super solarium: & intrauit Abessalom ad concubinas patris sui ante oculos vniuersi Israel. Et erat consilium Achitophel, quod consulendo dabat in diebus primis; quemadmodum interroget quis in verbo Dei. Sic omne consilium ipsius Achitophel etiam ipsi Dauid: etiam ipsi Abessalom.

α Centum botri passi.] *Ita hebræus, & respondet vulgatę. Alii,* οἶφι σταφίδων, Oephi vuarum passarum. β Palmæ.] *Compl.* καὶ ἑκατὸν παλάθαι, & centum palathæ. *Alii,* καὶ οἶφι παλάθων, & Oephi palatharum. *Vulgata,* centum massis palatharum. γ Adorans.] *Compl.* προσκυνῶ, adoro. *Vulgata,* oro vt inueniam. δ Et ecce tu in malo tuo.] *Valde apposite ad hebræum. Compl. autem,* καὶ ἔδειξέ σοι τὴν κακίαν σου, & ostendit tibi malitiam tuam. ε Ex obliquo eius.] *Compl.* ἐπ' αὐτὸν, in eum. ζ Viuat rex.] *In Compl. iteratur, vt in hebræo.* η Secundo.] *Respondet hebræo. Latine diceremus,* præterea. θ Ferte vobis.] *Compl.* δότε ἑαυτοῖς date vobis. *Illud autem,* vobis, *redundat: sed est hebraismus.*

CAP. XVII.

ET dixit Achitophel ad Abessalom: Eligam nunc mihi duodecim millia virorum, & surgam, & persequar post Dauid nocte: & superueniam super eum: & ipse laborans, & resolutus manibus: & pauefaciam eum: & fugiet omnis populus, qui cum eo: & percutiā regem prorsus solum & reuerti faciā omnem populum ad te, quemadmodū [α] redit spōsa ad virū suum. Tantummodo animam viri vnius tu [β] quæris; & vniuerso populo erit pax. Et rectum fuit verbum in oculis Abessalom, & in oculis omnium seniorum Israel. Et dixit Abessalom: Vocate nunc etiam Chusì Arachi, & audiamus quid in ore eius, etiam ipsius. Et intrauit Chusì ad Abessalom. Et dixit Abessa-

A Abeſſalom ad eum dicens: Iuxta verbum hoc locutus eſt Achitophel. Faciemus iuxta verbum eius? Si autem non; tu loquere. Et dixit Chuſi ad Abeſſalom. Non bonum hoc conſilium, quod conſulendo dedit Achitophel [γ] vice hac. Et dixit Chuſi: Tu noſti patrem tuum, & viros eius, quia potentes ſunt valde, & amari animo ſuo, tanquã vrſa orbata filijs, [δ] & tanquam ſus aſpera in campo. Et pater tuus vir bellator, & non [ε] diſſoluet populum. Ecce enim ipſe nunc abſconditus eſt in vno [ζ] collium, vel in vno locorum. Et erit in [η] incidendo eis in principio, & audiet audiens, & dicet: Facta eſt percuſsio in populo, qui poſt Abeſſalom: & etiam ipſe filius virtutis, cuius cor, ſicut cor leonis, liqueB ſcens liqueſcet: [θ] quoniam nouit omnis Iſrael, quia potens pater tuus, & filij virtutis, qui cum eo. [ι] Quoniam ſic conſulens ego conſului; [κ] & congregatus congregabitur ad te vniuerſus Iſrael a Dan, & vſque Berſabee, tanquam arena, quæ ſuper mare, in multitudine: & facies tua pergens in medio eorum. Et veniemus ad eum in vnum locorum, vbicumque inuenerimus eum illic, & caſtrametabimur ſuper eum, ſicut cadit ros ſuper terram: & non relinquemus in eo, & viris eius, qui cum eo, etiam vnum. Et ſi in ciuitatem ſe collegerit; et ſumet omnis Iſrael erga ciuitatem illam funes, & pertrahemus eam vſque in torrentem; vt non relinquatur ibi neque lapis. Et dixit Abeſſa-
C lom, & omnis vir Iſrael: Bonum conſilium Chuſi Arachì ſuper conſilium Achitophel. Et Dominus mandauit diſsipare conſilium Achitophel bonum; vt induceret Dominus ſuper Abeſſalom mala omnia. Et dixit Chuſi, [λ] qui Arachì, ad Sadoc, & Abiathar ſacerdotes. Sic, & ſic conſilium dedit Achitophel ipſi Abeſſalom, & ſenioribus Iſrael: & ſic, & ſic conſilium dedi ego. Et nunc mittite cito, & annunciate Dauid, dicentes: Ne maneas nocte in [μ] Araboth deſerti: etiam tranſiens feſtina; ne forte [ν] abſorbeat regem, & omnem populum, qui cum eo. Et Ionathan, & Achimaas ſteterant in fonte Rhogel: & iuit ancilla, & nunciauit eis. Et ipſi vadunt, & annunciant regi Dauid: quia non
D poterant videri ingredi in ciuitatem. Et vidit eos puer, & annunciauit Abeſſalom. Et iuerunt ambo velociter, & intrarunt in domum viri in Baurim: & ei ciſterna in atrio. Et deſcenderunt illuc. Et ſumpſit mulier, & expandit velum ſuper [ξ] faciem ciſternæ, & ſiccauit ſuper illud [ο] Araphoth: & non eſt agnitum verbum. Et venerunt pueri Abeſſalom ad mulierem in domum, & dixerunt: Vbi Achimaas, & Ionathan? Et dixit eis mulier: [π] Preterierunt puſillum aquæ, & quæſierunt, & non inuenerunt, & reuerterunt in Hieruſalem. Factum eſt autem, poſtquam ipſi abierunt; & aſcenderunt e ciſterna, & iuerunt. Et annunciauerunt regi Dauid, & dixerunt ad Dauid. Surgite, & tranſite
E velociter aquam: quoniam ſic conſilium dedit de vobis Achitophel. Et ſurrexit Dauid, & omnis populus, qui cum eo: & tranſierunt Iordanem, vſque ad lucem matutinam, vſque ad vnum non latuit, qui non tranſierit Iordanem. Et Achitophel vidit, quia non eſt factum conſilium ſuum: & inſtrauit aſinum ſuũ, & ſurrexit, & abijt in ciuitatem ſuã: & mandauit domui ſuæ, & ſuffocauit ſe, & mortuus eſt; & ſepultus eſt in ſepulchro patris ſui. Et Dauid tranſijt in [ρ] Manaem. Et Abeſſalom tranſijt Iordanem ipſe, & omnis vir Iſrael cum eo. Et ipſum Ameſſai conſtituit Abeſſalom pro Ioab ſuper virtutem. Et Ameſſai filius viri; & nomen eius Iether Iezraelites. Hic intrauit ad Abigæam

filiam ° Naas, sororem Saruiæ matris Ioab. Et castrametatus est omnis Israel, & Abessalom in terra Galaad. Et factum est, quando venit Dauid in Manaim, & Vesbì filius Naas de Rhabbath filiorum Ammon, & Machir filius Amiel de Lodabar, & Berzelli Galaadites de Rhogellim attulerunt cubilia, tapetia, & lebetes τ decem, & vasa figuli, & frumenta, & ordea, & farinam, υ polẽtam, & fabam, & lentem, & mel, & butyrum, & oues, & φ saphoth boum. Et attulerunt Dauid, & populo, qui cum eo, ad comedendum, quoniam dixit: χ Populus esuriens, & lassatus, & sitiens in deserto.

α Redit.] *Compl.* ἐπιστρέψει, redibit. *Hæc autem comparatio non est in hebræo, neque in vulgata.* β Quæris.] *Ita etiam vulgata. Compl.* ἐκζητήσεις, exquites. γ Vice hac.] τὸ ἅπαξ τοῦτο. *& sic vulgata. Compl.* νυνὶ ταύτην, nunc istud. δ Et tanquam sus aspera.] *Abest hoc a Compl. vt a vulgata.* ε Non dissoluet populum.] οὐ μὴ καταλύσῃ, *Compl.* οὐ καταπαύσει, non finet quiescere. *Sed vulgata,* nec morabitur cum populo. ζ Collium.] *Compl.* αὐλώνων, vallium. *Vulgata,* in foueis. η In incidendo eis.] ἐν τῷ ἐπιπεσεῖν αὐτοῖς, *& videtur hoc significare, cum tui inciderint in ea loca occupata a* Dauid, *aut in ipsum* Dauid, *& eius milites. Ex Hebræo aliqui vertunt,* secundum cadere in eis, *quod potest idem valere, aut,* prout ex eis quispiam ceciderit: *quod respondet vulgatæ. Et Compl.* ἐν τῷ ἐπιπεσεῖν αὐτοῖς, in cadendo eos. θ Quoniam nouit.] *Totus hic locus propius accedit ad hebræum in nostra, & in alijs, quàm in Compl. licet in illa videatur oratio magis fluere, vt hic. Nam habet* ὅτι γνώσεται, quoniam cognoscet. ι Quoniam.] *Item hoc. significat autem, vt etiam in hebræo,* Sed hoc ego consilij dederim. *Alii non habent istud* Quoniam, *& Cõpl. habet tantũ* οὕτως συμβουλεύω ἐγώ, Sic consulo ego. κ Et congregatus.] *Istud,* &, *abest a Compl.* λ Qui Arachi.] ὁ τοῦ ἀραχί. *Abest a Compl. & a vulgata.* μ In Araboth.] *idest,* in campestribus, *vt vulgata. Compl.* κατὰ δυσμὰς in occidente, *aut,* in locis demissis. ν Absorbeat.] *καταπίῃ, aut καταπίῃ, vt in aliis, quod est vsitatius. Compl.* ὅπως μὴ καταποθῇ ὁ βασιλεὺς, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ὁ μετ' αὐτοῦ, vt non absorbeatur rex, & omnis populus, qui cum eo. ξ Faciem.] *Sic hebræus. Compl.* ἐπὶ τοῦ στόματος, super os, *vt vulgata.* ο Araphoth.] *Est ipsa dictio hebræa, quam Chaldæus vertit,* frumenta contusa. *Vulgata,* ptisanas. *Compl. habet,* palathas. π Præterierunt pusillum aquæ.] *Sic fere hebræus: & multi putant significari vadum aquæ. Complutensis,* παρῆλθον γευσάμενοι μικρὸν τοῦ ὕδατος, transierunt gustata paululum aqua, *vt vulgata.* ϛ Manaim.] *Theodotio.* παρεμβολαὶ, castra: *& sic Compl. Quæ uarietas superius etiam notata est. Sed non desunt, qui hic putent significari certum locum, quod videtur colligi ex cap. sequenti. Sed 3. reg. 3. ubi narrantur cædes Semei est,* εἰς παρεμβολάς. σ Naas.] *Ita hebræus & uulgata. Compl. autem* ἰεσσαὶ Iessæ. τ Decem.] *Abest a Compl. & hebræo.* υ Polentam.] *retinuimus uocabulum vulgatę, Græce est,* ἄλφιτον. *Compl. non habet hic, sed post fabam, & lentem habet,* ἄλφιτα. *Hebręus vtroque loco.* φ Saphoth.] *Hanc hebraicam dictionẽ multi uertunt,* coagulationes, *idest,* caseos, *vt Chaldæus. Compl.* γαλαθηνὰ μοσχάρια, lactentes vitulos, *& vulgata,* pingues vitulos. χ Quoniam dixit: Populus.] *Alii,* ὅτι ἦν ὁ λαὸς, quoniam erat populus. *Complut.* ὅτι ἔλεγον τὸν λαὸν πεινᾶν, quoniam dicebant populum esurire. *Illud,* dicebant, *satis conuenit. Cætera habent in hebræo, ut in nostra.*

CAP. XVIII.

ET recognouit Dauid populum, qui cum eo: & super eos constituit Chiliarchos, & centuriones. Et misit Dauid populum, tertiam partem in manu Ioab: & tertiam in manu Abessa filij Saruiæ, fratris Ioab: & tertiam in manu Ethi Getthæi. Et dixit Dauid ad populum: Exiens exibo etiam ego vobiscum. Et dixerũt: Non exibis. Quoniam si fuga fugerimus, non ponent super nos cor: & si mortui fuerimus dimidium nostri, non ponent super nos cor: α quia tu, sicut nos decẽ millia. Et nunc bonũ, quod sis nobis in ciuitate auxiliũ ad auxiliandũ. Et dixit ad eos rex: Quodcũq. placuerit in oculis vestris faciã. Et stetit rex ad β manũ portæ. Et omnis populus egrediebatur in centurijs & in millibus, & mandauit rex ipsi Ioab, & Abessa, & Ethi, dicens: Parcite, mihi, puero Abessalom. Et vniuersus populus audiuit mandantẽ regẽ omnibus prin-

A principibus pro Abessalom. Et exijt vniuersus populus in ν syluam ex aduerso Israel. Et factum est prælium in sylua Ephræm. Et cecidit ibi populus Israel coram pueris Dauid: & facta est plaga magna in die illa, ξ viginti millia virorum. Et factum est ibi prælium dispersum super faciem vniuersæ • terræ. Et multiplicauit sylua deuorare è populo, super eos, quos deuorauerat in populo gladius die illa. Et occurrit Abessalom coram pueris Dauid. Et Abessalom inscēderat super mulam suam. Et intrauit mula subter ζ densitatem quercus magnæ: & circumplicatum est caput eius in quercu: & pependit inter cælum, & inter terram: & mula subter eum præterijt. Et vidit vir vnus, & adnunciauit ipsi Ioab, & dixit: Ecce vidi Abessalom pendentem in quercu. Et dixit Ioab viro annuncianti sibi: Et ecce vidisti: Quid, quod non percusisti eum illic in terram; & ego dedissem tibi • decem argenti, & balthæum vnū? Dixit autem vir ad Ioab: Et θ ego quidem appendo in manibus meis mille siclos argenti, non inijciā manū meam super filiū regis: quoniā in auribus nostris mādauit rex tibi, & Abessa, & Ethi, dicens: Custodite mihi puerū Abessalom, ι non faciendo in animā eius iniuriā. Et omne verbum non latebit a rege, & tu stares ex aduerso. Et dixit Ioab: κ Hoc ego aggrediar: nō sic manebo coram te. Et sumpsit Ioab tria spicula in manu sua: & infixit ea in corde Abessalom, adhuc illo viuente in corde quercus. Et circumierunt decem pueri portantes vasa Ioab, & percusserunt Abessalom, & interfecerunt eū. Et cecinit Ioab in cornea: & reuertit populus non persequendo post Israel: quoniam pepercit Ioab populo. Et λ sumpsit Abessalom, & proiecit eum in hiatum magnum in sylua, μ in foueam magnam: & statuit super eum, aceruum lapidum magnum valde. Et omnis Israel fugit vir in tabernaculum suum. Et Abessalom adhuc viuens tulerat, & statuerat sibi titulum (in quo assumptus est, • & statuerat illum, capere titulum) qui in valle regis: quoniam dixit: Quia non est ξ ei filius, vt memoretur nomen eius. Et vocauit • titulum Manus Abessalom vsque in diem hanc. Et Achimaas filius Sadoc dixit: Curram nunc, & euangelizabo regi; quoniam iudicauit Dominus de manu inimicorum eius. Et dixit ei Ioab: Non vir euangelij tu in die hac: & euangelizabis in die alia: in die autem hac non euangelizabis; propterea quod filius regis mortuus est. Et dixit Ioab ad Chusi: Ambulans annuncia regi, quæcumque vidisti. Et adorauit Chusi Ioab, et exijt. Et adiecit adhuc Achimaas filius Sadoc, & dixit ad Ioab: Et ϖ esto, quia curram etiam ego post Chusi. Et dixit Ioab: Vt quid tu hoc curris fili mi? Veni: non est tibi euangelium, ad vtilitatem eunti. Et dixit: Quid enim, si cucurrero? Et dixit ei Ioab: Curre. Et cucurrit Achimaas, viam quæ Cechar, & prætergressus est Chusi. Et Dauid sedebat inter duas portas. Et iuit speculator in solarium portæ ad murum: & eleuauit oculos suos, & vidit: & ecce vir currens solus in conspectu eius. Et exclamauit speculator, & annunciauit regi. Et dixit rex: Si solus est; euangelia in ore eius. Et pergebat pergens, & appropinquans. Et vidit speculator virum alium currentem. Et exclamauit speculator ad portam, & dixit: Et ecce vir alius currens solus. Et dixit rex: Etiam iste euangelizans. Et dixit speculator: Ego video cursum primi, tanquam cursum Achimaas filij Sadoc. Et dixit rex: Vir bonus iste, etiam ad Euan-

gelium bonum veniet. Et clamauit Achimaas, & dixit ad regem: Pax. Et ado A rauit regem super faciem suam in terram, & dixit: Benedictus Dominus Deus tuus, qui conclusit viros, qui extulerant manum suam in dominum meum regem. Et dixit rex: Pax puero Abessalom? Et dixit Achimaas: Vidi multitudinem ρ magnam in mittendo seruum regis Ioab, & σ seruum tuum: & non noui, quid illic. Et dixit rex: τ Conuerte te: sta hic. Et conuertit se, & stetit. Et ecce Chusi aduenit, & dixit regi: Euangelizetur dominus meus rex; quoniam iudicauit tibi Dominus hodie de manu omnium insurgentium super te. Et dixit rex ad Chusi: Si pax puero Abessalom? Et dixit Chusi: Fiant, sicut puer inimici domini mei regis, & omnes quicumque insurrexerunt super eum in mala. B Et turbatus est rex: & ascendit in cænaculum portæ, & plorauit, & sic dixit, dum υ ipse iret. Fili mi Abessalom: fili mi, fili mi Abessalom, quis dederit φ mortem meam pro tua? Ego pro te Abessalom, fili mi, fili mi.

α Quia tu, sicut nos decem millia.] σὺ, ὡς ἡμεῖς δέκα χιλιάδες, *sic videtur legisse Int. Theodoreti q. 34. Sed in græcis eius codicibus sic proponitur quæstio. Quid est,* καὶ νῦν ἀφαιρεθήσεται ἐξ ἡμῶν ἡ γῆ δέκα χιλιάσι, & nunc auferetur è nobis terra decem millibus, *perinde ac dicat, non tantum calamitatis esset, si terra priuaretur decem millibus hominum, quales nos sumus; quantum si te vno. Putat enim Theodoretus idem istis verbis significari atque illis* Symmachi, καὶ σὺ ὡς ὑμεῖς δέκα χιλιάσι, & tu, sicut nos decem millibus. *tantumdem vales tu vnus, ac decem millia nostrum.* β Manum.] *Sic hebræus. Compl.* παρὰ τὸ κλίτος, iuxta latus. γ Syluam.] *Compl.* πεδίον, campum, *vt vulgata.* δ Viginti millia.] *Respondet hebræo. Compl.* καὶ πίπτουσιν εἴκοσι χιλιάδες, & cadunt viginti millia. ε Terræ.] *Sic vulgata ex hebræo. Compl.* τοῦ δρυμοῦ, syluæ. ζ Subter densitatem quercus magnæ.] *Ad verbum ex hebræo. Compl.* ὑπὸ φυτὸν δένδρου μέγα, sub plantam arboris magnā. C η Decem.] *Compl. addit,* σίκλους, siclos. *quemadmodum & vulgata.* θ Et ego quidem appendo.] καὶ ἐγώ εἰμι ἵστημι, *Alius liber,* ἐὰν ἐγώ εἰμι ἵστημι, si ego ipse appenderem: *& si coniungatur,* καὶ ἐάν. *videri potest respondere omnino hebræo, & Chaldæo. In alijs est,* καὶ ἐὰν σὺ παριστᾷς, *aut,* παρέστης σύ, & si tu exhiberes, *aut,* appēderes, *vt vulgata.* ι Non faciendo in animam eius iniuriam.] μὴ ποιῆσαι ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ ἄδικον. *Compl.* καὶ πῶς ποιήσω ἐν τῇ ψυχῇ μου ἄδικον. Et quomodo faciam in animam meam iniustum: *quod propius accedit ad vulgatam.* κ Hoc ego aggrediar: non sic manebo coram te.] *Complutens.* διὰ τοῦτο ἐγὼ ἄρξομαι ἐνώπιόν σου. Propter hoc ego aggredior coram te. *Ab hebræo potius abest illud,* hoc ego aggrediar. λ Et sumpsit Abessalom.] *Alii,* καὶ ἔλαβεν ἰωὰβ τὸν ἀβεσσαλώμ, & tulit Ioab Abessalom. *Sed vulgata ex hebræo,* Et tulerūt Abessalom. μ In foueam magnam.] *Absunt hæc ab aliquot libris, licet non à Compl. Et* εἰς μέγα χάσμα, *&* εἰς βόθυνον τὸν μέγαν *videri possunt duæ interpretationes.* ν Et statuerat illū capere titulum.] *Absunt ista ab aliquot libris. A Compl autem illud præterea, quod proxime antecedit,* in quo assumptus est. *Et certe nihil est in hebræo, aut vulgata, quod illis respondeat.* D ξ Ei filius, vt memoretur nomen eius.] *Compl.* μοι υἱὸς ἵνα ἀναμιμνήσκηται τὸ ὄνομά μου, mihi filius, vt memoretur nomen meum: *quod respondet vulgatæ.* ο Titulum.] *In alijs hęc sequuntur,* ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, καὶ ἐκάλεσεν (*Compl.* ἐπεκάλεσαν) αὐτήν, in nomine suo. Et vocauit (*Compl.* cognominauerunt) illum. π Et esto, quia.] *Propius ad hebræum, quam quod in Compl.* καὶ τί ἔσται, ἐὰν δράμω, & quid erit, si cucurrero. ρ Magnam.] *Compl. addit,* εὐφραινόμενον, lætantem: *quod tamen abest a vulgata, & hebræo.* σ Et seruum tuum.] *Complut.* καί με τὸν δοῦλόν σου, & me seruum tuum: *quod quidem,* me, *exprimit etiam vulgata: licet in hebræo non sit, sed cogitatione supplendum.* τ Cōuerte.] *non discrepat ab hebręo, & Chaldæo. Iubet enim rex, vt se erigat, conferatq. se ad certum locum. Compl.* πάρελθε, transi, *vt vulgata, & paulo post,* καὶ παρῆλθε, & transijt. υ Dum ipse iret.] *Sic etiam hebræus, & vulgata. Compl.* ἐν τῷ κλαίειν αὐτόν, dum ipse ploraret. φ Mortem meam pro tua? Ego pro te.] *Complut. habet tantū,* μοὶ θάνατον ἀντὶ σοῦ, mihi mortem pro te?

CAP. XIX.

E

ET annunciatum est Ioab, dicentes: Ecce rex plorat, & luget super Abessalom. Et facta est salus in die illa in luctum omni populo: quoniam audiuit populus in die illa, dicens, quia tristatur rex super filium suum. Et suffuratus est se populus in die illa ab intrando in ciuitatem; sicut suffuratur se populus, qui confunduntur in fugiendo ipsos in prælio. Et rex abscondit faciem suam. Et vociferatus est rex voce magna, dicens: Fili mi Abessalom, Abessalom fili α mi. Et intrauit Ioab ad regem in domum, & dixit: Confudisti hodie

A die facies omniũ seruorũ tuorũ, qui eripuerunt te hodie, & animã filiorum tuorum, & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & concubinarum tuarum diligendo eos, qui oderunt te, & odiendo eos, qui diligunt te. Et annunciasti hodie, quia β non sunt principes tui, neque pueri. Quoniam noui hodie, quia si Abessalom viueret, γ omnes nos hodie mortui; quia tunc rectum erat in oculis tuis. Et nunc surgens egredere, & loquere ad cor seruorum tuorum: quoniam in Domino δ iuraui, quia nisi egrediaris hodie, si manebit vir tecum nocte hac. Et scito tibi, • & malum tibi hoc super omne malum, quod superuenit tibi a iuuentute tua vsque nunc. Et surrexit rex, & sedit in porta. Et ζ vniuersus populus annunciauerunt, dicentes: Ecce rex sedet in porta. Et intrauit vniuersus populus ad faciem regis ad portam. Et Israel fugit, vir ad tabernacula B sua. Et erat omnis populus concertans in omnibus tribubus Israel, dicentes: Rex Dauid eripuit nos ab omnibus inimicis nostris, & ipse eripuit nos de manu alienigenarum. Et nunc fugit de terra, & η de regno suo, & ab Abessalom. Et Abessalom, quem vnxeramus super nos, mortuus est in prælio. Et nunc vt quid vos siletis ad reuocandum regem? Et verbum vniuersi Israel venit ad regem. Et rex Dauid misit ad Sadoc, & ad Abiathar sacerdotes, dicens: Loquimini ad seniores Iuda, dicentes: Vt quid estis vltimi ad reducendum regem in domum suam?

C Et verbum vniuersi Israel venit ad regem in domum eius. Fratres mei vos, ossa mea, & carnes meæ vos. Vt quid estis vltimi ad reducendum regem in domum suam? Et ad Amessai dicetis: Nonne os meum, & caro mea tu? Et nunc hæc faciat mihi Deus, & hæc adijciat; si non princeps virtutis fueris coram me omnibus diebus pro Ioab. Et inclinauit cor omnis viri Iuda, tanquam viri vnius. Et miserunt ad regem, dicentes: Reuertere tu, & omnes serui tui. Et reuertit rex, & venit vsque ad Iordanem. Et viri Iuda venerunt in Galgala ad eundum in occursum regis, ad traducendum regem Iordanem. Et festinauit Semei filius Gera filij Iemini de Baurim, & descendit cum viro Iuda in occursum regis Dauid:

D Et mille viri cum eo de Beniamin. Et Siba puer domus Saul, & quindecim filij eius cum eo, & viginti serui eius cum eo. Et θ direxerunt Iordanem ante regem: & ministrarunt ministerium ad traducendum regem. Et transijt ι transitus ad erigendam domũ regis, & ad faciendum, quod rectum in oculis eius. Et Semei filius Gera cecidit super faciem suam coram rege, transeunte illo Iordanem. Et dixit ad regem: Ne nunc imputet dominus meus iniquitatem, & ne recorderis, quæcumque iniuste fecit puer tuus in die, qua dominus meus egrediebatur e Hierusalem, ita vt ponat rex in corde suo. Quoniam κ cognouit seruus tuus, quia ego peccaui: & ecce ego veni hodie prior λ vniuerso Israel, e

E domo Ioseph, vt descenderem in occursum domini mei regis. Et respondit Abessae filius Saruiæ, & dixit: Nũquid pro hoc nõ interficietur Semei, quia maledixit Christũ Domini? Et dixit Dauid: Quid mihi, & vobis filij Saruiæ; quia estis mihi hodie in aduersariũ? Hodie nõ tradetur morti vllus vir de Israel, quoniã nonne noui, si hodie regno ego super Israel? Et dixit rex ad Semei: Non morieris. Et iurauit ei rex. Et Memphiboste filius filij Saul, descendit in occursum regis. Et non curauerat pedes suos: μ neque fecerat vngues, neque fecerat labrum suum: & vestimenta sua non lauerat a die, qua abijt rex, vsque ad diem, qua ipse aduenit in pace. Et factum est, quando intrauit in Hierusalem in occur

ſum regis,&dixit ei rex:Quid,quod non iuiſti mecum Memphiboſthe?Et dixit ad eum Memphiboſthe: Domine mi rex,ſeruus meus decepit me. Quoniã dixit puer tuus ei, inſterne mihi aſinam, & aſcendam ſuper eam,& ibo cum rege: quoniam claudus ſeruus tuus. Et ᵅ fallaciter egit in ſeruo tuo ad dominum meum regem. Et dominus meus rex,ſicut angelus Dei: ᵝ & fac,quod bonum in oculis tuis: quoniam non erat vniuerſa domus patris mei,niſi viri mortis domino meo regi.& poſuiſti ſeruum tuum in ijs,qui comedunt menſam tuam.Et quæ eſt mihi vltra iuſtificatio, & vt ego vociferer vltra ad regem? Et dixit ei rex: Vt quid loqueris vltra ſermones tuos?Dixi:tu,& Siba diuidite agrum. Et dixit Memphiboſthe ad regem: Etiã omnia accipiat;poſtquam aduenit dominus meus rex in pace in domum ſuam. Et Berzelli Galaadites deſcenderat de Rhogellim: & tranſierat cum rege Iordanem, ad tranſmittendum eum Iordanem. Et Berzelli vir ſenior valde, filius octoginta annorum;& ipſe aluerat regem,cum ille habitaret in Manaim:quoniam vir magnus erat valde. Et dixit rex ad Berzelli: Tu tranſibis mecum; & nutriam ſenectutem tuam mecum in Hieruſalem. Et dixit Berzelli ad regem: Quot dies annorum vitæ meæ; quia aſcendam cum rege in Hieruſalem? Filius octoginta annorum ego ſum hodie. Nunquid cognoſcam inter bonum & malum?Nunquid guſtabit ſeruus tuus vltra,quid comedam, aut bibam? Aut audiam vltra vocem cantorum,& cantatricum? Et vt quid erit vltra ſeruus tuus in onus ſuper dominum meum regem? Perparum tranſibit ſeruus tuus Iordanem cum rege: & vt quid retribuit mihi rex retributionem hanc? Sedeat nunc ſeruus tuus: & moriar in ciuitate mea apud ſepulchrum patris mei, & matris meæ.Et ecce ſeruus tuus ᵅ Chamaam tranſibit cum domino meo rege:& fac ei,quod bonum in oculis tuis. Et dixit rex: Mecum tranſeat Chamaam:& ego faciam ei quod bonum in oculis ᵞ meis: & omnia, quæcumque elegerit in me,faciam ei. Et tranſiuit vniuerſus populus Iordanem:& rex ᶠ tranſiuit: & deoſculatus eſt rex ipſum Berzelli,& benedixit eum:& reuertit in locum ſuum.Et tranſiuit rex in Galgala, & Chamaam tranſiuit cum eo. Et vniuerſus populus Iuda ᵅ tranſeuntes cum rege,atque etiam dimidium populi Iſrael. Et ecce omnis vir Iſrael aduenerunt ad regem. Et dixit ad regem: Quid,quod furati ſunt te fratres noſtri, vir Iuda,& tranſmiſerunt regem,& domum eius Iordanem,& omnes viri Dauid cum eo?Et reſpondit omnis vir Iuda ad virum Iſrael,& dixerunt:eo quod appropinquat ad me rex. Et vt quid ita indignatus es de verbo hoc? Nunquid comeſtione comedimus ex rege? Aut munus dedit? ᵞ Aut tributum ſuſtulit nobis? Et reſpondit vir Iſrael viro Iuda, & dixit: Decem manus mihi in rege: & ᵛ primogenitus ego, quàm tu: etiam in ipſo Dauid ſum ſuper te. Et vt quid hoc iniuriam intuliſti mihi,& non eſt reputatum verbum meum primum mihi a Iuda ad reducendum regem mihi? Et durum fuit verbum viri Iuda ſuper verbum viri Iſrael.

A B C D E

α Fili mi.] *In Compl.repetitur adhuc,vt in hebræo, ſed non in vulgata,* τέκνον ἐμὸν, fili mi. β Quia non ſunt principes tui.] ὅτι οὐκ εἰσὶν οἱ ἄρχοντές σου, *Atque idem putandum eſt ſignificare,quod eſt in alijs,* ὅτι οὐκ εἰσὶν σου οἱ ἄρχοντες,*aut* σοι ἄρχοντες, *ideſt,principes non eſſe tuos,non tibi eſſe curæ.* γ Omnes nos.] *In aliis,* καὶ πάντες ἡμεῖς σήμερον νεκροὶ, & omnes nos hodie mortui, *ad verbum ex hebræo.Compl.autem,* καὶ πάντες ἂν ἡμεῖς ἀπεθάνομεν, & omnes nos mortui eſſemus. δ Iuraui.] *Sic hebręus,& vulgata,*iuro.*Compl.autem,* ὀμωμόκασιν, iurarunt. ε Et malum.] *Ita etiam hebręus: ſed ab ipſo abſunt verba proxime præcedentia.* Et ſcito tibi:*quę tamen habentur in omnibus collatis codicibus:ſed in quibuſdam eſt,* ὅτι κακὸν, quia malum. *in qui-*

A *in quibusdam* ὅτι χεῖρόν σοι ἔσται τοῦτο ἐκ πάντων τῶν κακῶν τῶν ἐπεληλυθότων ἐπὶ σέ, quoniam peius erit tibi hoc ex omnibus malis, quæ ingruerunt super te. ζ Vniuersus populus.] *Compl* καὶ ἀπηγγέλη παντὶ τῷ λαῷ λεγόντων, & nunciatum est omni populo, dicentibus. η Et de regno suo, & ab Abessalom.] *Hoc totum abest a Compl. vulgata autem habet ex hebræo,* propter Absalom. θ Direxerunt Iordanem.] *est locutio respondens hebræo, & hoc sibi vult,* prospere traiecerunt Iordanem. *Compl. habet,* ἐπὶ τὸν ἰορδάνην, in Iordanẽ. ι Transitus.] ἡ διάβασις: *& fortasse hoc loco significat* scapha, *aut simile quiddam nauigium aptum ad trãsmittendum: quod respondet hebræo. Alij interpretantur,* & traiectum est vadum. κ Cognouit seruus tuus.] *Sic hebræus. Compl. autem,* ἔγνων ἐγὼ ὁ δοῦλός σου, cognoui ego seruus tuus. λ Vniuerso Israel, & domo Ioseph.] *Compl. habet tantum,* παντὸς τοῦ οἴκου ἰωσήφ, *& vulgata,* de omni domo Ioseph. μ Neque fecerat vngues.] οὐδὲ ὠνυχίσατο, *Abest a Compl. vt a vulgata. Vsi autem sumus verbo faciendi, vt responderet sequenti,* neque fecerat labiũ: *& significat aptare, & concinnare.* ν Fallaciter egit in seruo tuo.] μεθώδευσεν ἐν τῷ δούλῳ σου, *Compl.* κατηγόρηκε τοῦ δούλου σου, accusauit seruum tuum: *quod respondet vulgatæ.* ξ Et fac, quod bonum in oculis tuis.] *Optime ad hebræum. Compl. autem,* ἐποίησεν καλὸν ἐνώπιον θεοῦ, fecit B bonum in conspectu Dei. ο Chamaan.] *Compl. addit,* ὁ υἱός μου, filius meus: *quod tamen abest ab hebræo & vulgata.* π Meis.] *Locutiones ipsæ aptissime respondent hebræo. Sed in illo est,* oculis tuis, & omne, quod elegeris super me, faciam tibi. *Compl.* ἐνώπιόν σου, καὶ ὃ ἂν ἐπιτάξῃς μοι, ποιήσω σοι, coram te: & quodcumq. constitueris mihi, faciam tibi. ρ Transiuit.] *Et hoc ex hæbræo. Compl. autem* ἀνέστη, restitit. σ Transeũtes cum rege.] *Compl.* διεβίβασαν αὐτὸν, traduxerunt eũ. τ Aut tributũ sustulit nobis.] *Hæc absunt a Compl. & vulgata.* υ Et primogenitus ego, quàm tu.] *Absunt a Compl. & vulgata, Sed agnoscuntur a Theodoreto q. 38.* φ A Iuda.] *Non est in Compl. neque in vulgata.*

CAP. XX.

ET ibi α aduocatus, filius iniquus: & nomen ei Sabee filius Bochori, vir C Iemini. Et clanxit cornea, & dixit: Non est nobis pars in Dauid, neq. hæreditas nobis in filio Iessæ. β Vir ad tabernacula tua Israel. Et ascendit omnis vir Israel a post Dauid post Sabee filiũ Bochori. Et vir Iuda adhæsit regi suo, a Iordane & vsque Hierusalem. Et intrauit Dauid in domum suam in Hierusalem: & sumpsit rex decem illas mulieres concubinas, quas reliquerat custodire domum: & dedit eas in domo custodiæ, & nutriuit eas: & ad eas non intrauit. Et fuerunt detentæ vsque ad diem mortis suæ, viduæ viuentes. Et dixit rex ad Amessai: Clama mihi virum Iuda tribus diebus: tu autem hic sta. Et iuit Amessai ad clamandum Iudam: & tardauit a tempore, quo constituerat ei D Dauid. Et dixit Dauid ad Amessai: Nunc malefaciet nobis Sabee filius γ Bochori. Et nunc tu sume tecum pueros domini tui, & persequere post eum: ne forte inueniat sibi ciuitates munitas, & teget oculos nostros. Et exierunt post eum δ Abessai, & viri Ioab, & Cherethi, & Pheleti, & omnes potentes: & exierunt e Hierusalem ad persequendum post Sabee filium Bochori. Et ipse apud lapidem magnũ, qui in Gabaon. Et Amessai intrauit ante eos. Et Ioab indutus mantellum, vestimentum suum, & super illud accinctus gladio ε coniuncto super lumbum suum in vagina eius. Et gladius exiuit: & ζ ipse exiuit, & irruit. Et dixit Ioab ad Amessai: Si vales tu frater? Et tenuit manus dextera Ioab barbam Amessai ad osculandum illum. Et Amessai non obseruarat gladium, qui E in manu Ioab. Et percussit illum in ipso Ioab in inguinem: & effusus est venter eius in terram: & non iterauit ei; & mortuus est. Et Ioab, & Abessai frater eius persequutus est post Sabee filium Bechori. Et vir stetit super eum de pueris Ioab, & dixit: η Quis volens Ioab, & quis ipsius Dauid post Ioab? Et Amessai θ conspersus in sanguine in medio semitæ. Et vidit vir, quia subsistebat omnis populus, & transtulit Amessai e semita in agrum, & iniecit super eum vestem; secundum quod viderat omnem, qui veniebat super eum, subsistere. Postquam autem declinauit de via; præterijt omnis vir Israel post Ioab ad persequendum

post

post [ι] Sabee filium Bochori. Et transijt in omnibus tribubus Israel in Abel, & in Bethmaca, & [ι] omnes in Chairi. Et congregati sunt, & venerunt post eum. Et aduenerunt, & obsederunt super eum in Abel, & in [κ] Phermachà. Et effuderunt aggerem erga ciuitatem: Et stetit in antemurali. Et omnis populus, qui cum Ioab, cogitauerunt deijcere murum. Et clamauit mulier sapiens de muro, & dixit: Audite, audite. Dicite nunc ad Ioab: Appropinqua vsque huc: & loquar ad eum. Et appropinquauit ad eam. Et dixit mulier: Si tu es Ioab? At ille dixit: Ego. Dixit autem ad eum: Audi verba seruæ tuæ. Et dixit Ioab: Audio equidem. Et dixit dicens: Verbum locuti sunt in primis, dicentes: [λ] Interrogando interrogatus est in Abel, et in Dan, si defecerunt, quæ posuerunt fideles Israel. Interrogantes interrogabunt in Abel, & ita, si defecerunt. Ego sum pacifica de firmamentis Israel. Tu autem quæris mortificare ciuitatem, & Metropolim in Israel. Vt quid demergis hæreditatem Domini? Et respondit Ioab, & dixit: Propitius mihi, propitius mihi, si demergam, & si corrumpam. Non sic verbum: Quia vir de monte Ephræm, Sabee filius Bochori nomen eius, & eleuauit manū suā super regem Dauid. Date eum mihi solum: & abibo desuper ciuitate. Et dixit mulier ad Ioab: Ecce caput eius iacietur ad te per murum. Et intrauit mulier ad vniuersum populum, & locuta est ad vniuersam ciuitatē in sapientia sua. Et [μ] abstulit caput Sabee filij Bochori, & abstulit, & iecit ad Ioab. Et clanxit in cornea. Et dispersi sunt a ciuitate [ν] ab eo vir in tabernacula sua. Et Ioab reuertit in Hierusalem ad regem. Et Ioab [ξ] ad omnem virtutem Israel: Et Banæas filius Iodae [ο] super Cherethì, & super Phelethì: Et Adoniram super tributum. Et Iosaphat filius Achiluth [π] commonefaciēs: Et Susa scriba: Et Sadoc, & Abiathar sacerdotes. Et etiam [ρ] Iras, qui Iarin, erat sacerdos ipsi Dauid.

α Aduocatus.] *Compl.* ἀπαλώτα ἀνὴρ υἱὸς λοιμὸς, occurrit vir, filius pestilens. β Vir ad tabernacula tua Israel.] *Ita hebræus, nisi quod habet,* sua: *ac tamen uulgata*, reuertere in tabernacula tua Israel. *Compl. autem,* πορευσώμεθα ἕκαστος εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ ἰσραήλ, eamus vnusquisque in tabernacula sua Israel. γ Bocchori] *In aliis additur,* ὑπὲρ ἀβεσσαλὼμ, *quod in uulgata,* magis, quam Absalom. δ Abessai, &.] *Abest à Compl. & uulgata.* ε Coniuncto.] *Sic hebræus, & uulg.* dependente. *Compl.* ἀμφήκει, ancipiti. ζ Et ipse exiuit.] *Hæc absunt à multis, ab hebræo autem potius illud, quod antecessit,* Et gladius exiuit. *Videtur autem horum uerborum eadem esse sententia, atq. ea, quam præsefert uulgata, nimirum tantum fuisse gladij agilitatem, ut simul egrederetur, & feriret.* η Quis volens Ioab, & quis ipsius Dauid.] *Huius item loci sententiæ, quæ eadem fere modo exponitur in hebræo, in uulgata sic explanatur.* Ecce qui voluit esse pro Ioab comes Dauid. *Complutensis autem ita interpungit, ut aliam sententiam præ se ferat. Sed tamen, quod pro,* τοῦ δαυὶδ, *habet,* τῷ δαυὶδ, ipsi Dauid, respondet hebræo. θ Conspersus.] *Alii,* τεθνηκὼς πεφυρμένος, mortuus conspersus. *Sed illud,* mortuus, *non est in hebræo.* ι Et omnes in Charri, & congregati sunt.] καὶ πάντες ἐν χαῤῥί. *Alii,* καὶ πάντες. *Pro his in Compl. est,* καὶ πᾶσαι αἱ πόλεις ἐξεκκλησιάσθησαν, & omnes ciuitates congregatæ sunt. *Et in aliquo libro vtrumque coniungitur. Hebræus habet,* & omnia Berim: & congregati sunt. *Et multi supplent,* omnia loca Berim. *Vulgata autem,* omnesque viri electi congregati fuerant ad eum. κ Phermachà.] *Compl.* Bæthmaacà, *vt paulo superius etiam nostra.* λ Interrogādo interrogatus est.] *Pro his vsque ad illud,* Ego sum pacifica, *quæ certe vidētur ex pluribus interpretationibus coagmentata, neq. eodem prorsus modo in codicibus leguntur, Compl. habet hæc tantum,* ἐρωτῶντες ἐρωτήσουσι ἐν ἀβὲλ, καὶ οὕτως ἐξέλιπον. interrogantes interrogabunt in Abel, & sic deficient. *In codice Theodoreti vno proponitur quæstio his verbis,* Quomodo intelligendum, εἰ ἐξέλιπον, ἃ ἔθεντο οἱ πιστοὶ τοῦ ἰσραὴλ, si defecerunt, quæ disposuerunt fideles ipsi Israel, *idest, nunquid abrogatæ sunt leges à legislatoribus impositæ ipsi Israeli de iure pacis, & belli, de mittenda legatione ad res repetendas, antequam inferatur bellum? Ita enim explanat Theodoretus, ac statim subiungit, ita vt nihil videatur interiectum intermedium,* ἐγὼ δέ εἰμι εἰρηνικὴ, ego autem sum pacifica, *idest colo pacem, & sum vna ex præcipuis ciuitatibus. Quare nihil causæ est, cur mihi bellum inferas. In codice autem alio, sicut etiam apud Interpretem, sequitur alia quæstio, ad hæc verba,* καὶ ἐρωτώμενος ἠρωτήθη ἐν ἀβὲλ, καὶ ἐν δὰν, εἰ ἐξέλιπον ἃ ἔθεντο οἱ πιστοὶ τοῦ ἰσραὴλ. *atque eadem fere affertur explanatio: atque ibi etiam statim adiungitur,* ἐγὼ δέ εἰμι εἰρηνική. μ Et abstulit.] *Alii,* καὶ ἀφαιρεῖ τὴν κεφαλὴν σαβεαὶ υἱοῦ βοχορὶ, καὶ ἔῤῥιψεν, & au-

A & auferunt caput Sabeæ filij Bochori, & iaciunt. γ Ab eo.] *Istud*, ἀπ' αὐτοῦ, *abest à Complut.* ξ Ad omnem virtutem.] *Est hebraismus, & significat id, quod in Compl. exprimitur*, ἐπὶ πάσης τῆς στρατιᾶς, super omnẽ exercitum. ο Super Cherethi, & super Phelethi.] *Theodoretus q. 42. videtur habuisse*, ἐπὶ τοῦ πλινθίου, καὶ ἐπὶ τοῖς δυνατοῖς. *Et putat* πλινθίον *esse aciem quadratam, & Banæam fuisse præfectum militum prætorianorum. sicut apud Romanus magistrum & præfectum prætorio. Vide lib. 3. cap. 3.* π Commonefaciẽs.] *Sic hebræus, & significat*, à commentarijs, *vt vulgata.* ρ Iras, qui Iarini.] *quod in vulgata est*, Hyram Hyarites. *Theodoretus autem q. 43.* ἰωδαὲ ὁ ἰεθὴρ, Iodaè qui Iether.

CAP. IX.

ET facta est fames in diebus Dauid tres annos, & annus contiguus anno. Et quæsiuit Dauid faciem α Domini. Et dixit dominus: Super Saul, & super domum eius iniustitia in β morte sanguinũ eius, pro eo, quod morti
B tradidit Gabaonitas. Et vocauit rex Dauid Gabaonitas, & dixit ad eos. (Et Gabaonitæ non filij Israel sunt: quia tantũ ex γ reliquijs Amorræi: & filij Israel iurauerant eis: & quæsiuit Saul percutere eos, cum ipse zelaret filios Israel & Iuda.) Et dixit Dauid ad Gabaonitas: Quid faciã vobis, & in quo depropitiabor, & benedicetis hæreditatẽ Domini? Et dixerunt ei Gabaonitæ: Non est nobis argentum, vel aurũ cum Saul, & cũ domo eius: & non est δ nobis vir ad interficiendũ in Israel. Et dixit: Quid vos dicitis, & faciam vobis? Et dixerunt ad regem: Vir, qui ε consummauit super nos, & persequutus est nos, qui male cogitauit exterminare nos, deleamus eũ, vt ζ non stet ipse in omni termino Israel. η Det nobis
C septẽ viros de filijs eius, & Soli θ exponamus eos Domino in ι Gabaon Saul κ electos Domini. Et dixit rex: Ego dabo. Et pepercit rex super Memphibosthe filium Ionathan filij Saul propter iuramẽtum Domini, quod inter eos, & λ inter Dauid, & inter Ionathan filiũ Saul. Et cepit rex duos filios Resphæ filiæ Aia, quos peperit ipsi Saul, Hermoni, & Memphibosthe, & quinque filios Michol filiæ Saul, quos peperit ipsi Esdriel filio Berzelli Moulatitæ: & dedit eos in manu Gabaonitarum. Et Soli μ exposuerunt eos in monte ante Dominum. Et ceciderunt septem isti in idipsum. Et ipsi vero interfecti sunt in diebus messis, in primis, in principio messis ordeorum. Et sumpsit Rhespha filia Aia saccum: & ν defixit sibi ad petram, in principio messis ordeorum, quoadusque
D stillauit super eos aqua de cælo: & non dedit volatilia cæli requiescere super eos die, & bestias agri nocte. Et nunciatum est Dauid, quæcumque fecit Rhespha filia Aia concubina Saul. ξ Et resoluti sunt, & cepit eos Dan filius Ioa ex pronepotibus Gigantũ. Et iuit Dauid, & sumpsit ossa Saul: & ossa Ionathan filij eius a viris filijs Iabis Galaad, qui furati erant eos ο e platea Bæthsan: quia statuerant eos ibi alienigenæ in die, qua percusserunt alienigenæ Saul in Gelbue. Et asportauit inde ossa Saul, & ossa Ionathan filij eius, & ossa expositorum Soli.
E Et sepelierunt ossa Saul, & ossa Ionathan filij eius, & ossa Soli expositorum, in terra Beniamin π in latere, in sepulchro Cis patris eius. Et fecerunt omnia, quæcumque mandauit rex. Et exaudiuit Deus terram post hæc. Et fuit adhuc bellum alienigenis cum Israel. Et descendit Dauid & pueri eius cum eo: & pugnauerunt cum alienigenis. Et ρ iuit Dauid. Et σ Iesbi, qui erat in nepotibus ipsius τ Rapha, & pondus lanceæ eius, trecentorum siclorum pondere æris, & ipse accinctus υ claua, & studuit percutere Dauid. Et auxiliatus est ei Abessa filius Saruiæ, & percussit alienigenam, & interfecit eum. Tunc iurarunt

viri

viri Dauid, dicentes: Non egredieris vltra nobiscum ad bellum: & non extingues lucernam Israel. Et fuit post hæc adhuc prælium in Geth cum alienigenis. Tunc percussit Sebochà Astatothì φ ipsum Seph in nepotibus Rhapha. Et χ fuit prælium in Rhom cum alienigenis. Et percussit Eleanan ψ filius Ariorgim Bæthleemites ipsum Goliath Gethæum. Et lignum lanceæ eius, tanquam liciatorium texentium. Et factum est adhuc prælium in Geth. Et fuit vir ω Madon: & digiti manuum eius, & digiti pedum eius sex, & sex, viginti quatuor numero. Etiam ipse natus erat ipsi Rhapha. Et exprobrauit Israel. Et percussit eum Ionathan filius Semei fratris Dauid. Quatuor hi nati sunt pronepotes gigantum in Geth, αα ipsi Rapha domus: & ceciderunt in manu Dauid, & in manu seruorum eius.

α Domini.] *Melius, quam in Compl.* παρὰ κυρίου, a Domino. β Im morte sanguinum eius.] *Hæc absunt a Compl. Dictio tamen,* sanguinum, *est in hebræo, & vulgata, sed hoc modo,* Propter Saul & domum eius sanguinum, quia occidit Gabaonitas. *Et hoc significat,* sanguinariam, *aut,* ream mortis. γ Reliquiis.] ἐκ τοῦ ἐγκαλείμματος. *In aliquot codicibus est,* ἐκ τοῦ αἵματος, ex sanguine. *Apud Theodoretum q.* 44. (*quemadmodum etiam fere in Compl.*) ὅτι ἀπὸ τῶν καταλοίπων τῶν ἀμορραίων ἦσαν, quia de residuis Amorræorum erant. δ Et non est nobis vir ad interficiendum in Israel.] *Sapit locutio veterem illam horriditatem. Alii,* καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἀνὴρ θανατώσεως ἐκ παντὸς ἰσραήλ, & non est nobis vir mortificationis de omni Israel. *Compl.* καὶ οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἄνδρα θανατῶσαι ἐκ παντὸς ἰσραήλ, & non est nobis interficere virũ de omni Israel. ε Cõsummauit super nos.] *Alii, & Theodor.* συνετέλεσεν ἡμᾶς, consummauit, & consumpsit nos. ζ Vt non stet ipse.] τοῦ μὴ ἑστάναι αὐτόν. *Ita etiam in codice Theodoreti uno, & apte respondet hebræo. In alio autem, quemadmodum et in Compl.* τοῦ μὴ ἀντικαθίστασθαι, *quod vulg.* vt nec vnus quidẽ residuus sit de stirpe eius. η Det nobis septẽ viros.] δότω, *nec multo aliter codex Theodoreti unus,* δοθήτω ἡμῖν ἑπτὰ ἄνδρας. *Alij,* δότε ἡμῖν, date nobis. *Codex alius, & Compluten.* καὶ δοθήτωσαν ἡμῖν ἑπτὰ ἄνδρες, & dentur nobis septem viri. *Interpres tamen Theodoreti non habet illud, &, quemadmodum neque vulgata.* θ Soli exponamus.] ἐξηλιάσωμεν. *In codice Theodoreti vno, & in Complutensi est,* καὶ ἐξιλασόμεθα ἐν αὐτοῖς, & propitiabimur in eis. *Sed in alio, & ad marginem primi est, vt in nostra. De hac re notabitur paulo post.* ι Gabaon.] *Apud Theodoretum, & in Complut. est,* ἐν τῷ βουνῷ, in colle. *Atque addit Theodoretus,* Metropolis Gabaonitarum vocabatur Gabaon: sed hoc nomen translatum in Græcam linguam, nominatur βουνός. *Alibi idem notatum est de* Gabaa (*quomodo quidẽ habet hic vulg. ex hebræo*) *quæ erat sedes propria Saul.* κ Electos Domini.] *Theodoretus,* ἐκλεκτοὺς τῷ κυρίῳ, electos domino. *Compl.* ἐκλεκτοῦ τῷ κυρίῳ, *& vulg.* electi Domino. λ Et inter.] *Illud, &, abest à Compl. & ab hebræo.* μ Soli exposuerunt.] ἐξηλίασαν. *Rursus hoc loco Compl.* ἐξιλέωσαν, propitiationem fecerunt. *Sed scholion Diodori insertum codici vni Theodoreti sic habet,* Illud autem, ἐξηλίασαν αὐτοὺς οἱ γαβαωνῖται ἔναντίον κυρίου ἐν τῷ ὄρει, perinde est, ac si diceretur, occisos non sepelierunt, sed reliquerunt Soli expositos. *Theodoretus eamdem dictionem habet, putatq. idem significare, ac verbum ab Aquila positum,* ἀνέπηξαν, suffixerunt. ν Defixit sibi ad petrã.] ἔπηξεν. *Alii,* καὶ ἔστρωσεν (*aut* διέστρωσεν) αὐτὸν ἑαυτῇ ἐπὶ τὴν πέτραν, & substrauit illum sibi supra petram, *quomodo fere vulgata.* ξ Et resoluti sunt: & cepit eos Dan filius Ioa ex pronepotibus gigantum.] *Hæc absunt à Compl. & ab alijs quibusdam. Referuntur autem in eodem Diodori scholio cum hac explanatione.* Omnino hoc sibi vult, eos, qui Soli erant expositi, sublatos esse à gigante, cum iã sub radio solari resoluti, ac dilapsi essent. ο E platæa Bæthsan, quia statuerãt.] *Compl.* ἀπὸ τοῦ τείχους βαιθσὰν, κρεμασάντων αὐτοὺς ἐκεῖ τῶν ἀλλοφύλων, de muro Bethsan, cum suspendissent eos ibi alienigenæ. *Vulgata,* de platea Bethsan, in qua suspenderant. π In latere, in sepulchro.] *Sic etiã vulg. Compl.* ἐν τῇ πλευρᾷ τοῦ τάφου, in latere sepulchri. ρ Iuit.] *In aliis, & apud Theodor. q.* 45. ἐξέλυθη, dilapsus est, defecit: *quod respondet vulgatæ.* σ Iesbi.] *Compl. addit,* ἀπὸ νώβ, *& vulgata,* de Noba. τ Rhapha.] *Vulgata,* Arapha: *& multi putant idem valere, ac* gigantis. *Compl.* τῶν γιγάντων: *eodemque modo videtur habuisse Theodoretus & hic, & paulo inferius: admonetq. gigantes solitos olim appellari, qui maxima haberent corpora.* υ Claua.] κορύνην, *& fortasse significat ensem nouum, vt habet vulgata. Compl. autem,* περιζώνην, baltheo. φ Ipsum Seph.] *Vulgata, ex hebræo,* Saph, de stirpe Arapha. *Alii autem, et Compl.* τοὺς ἐπισυνηγμένους τῶν ἀπογόνων τῶν γιγάντων, collectos de stirpe gigantum. χ Fuit.] *Alii addunt,* ἔτι, adhuc. ψ Filius Ariorgim.] *Videtur ista dictio coagmentata ex duabus hebraicis, Iabare Oregim. Et aliqui vertunt,* filius Iohare, texentium, *et sic Compl.* υἱὸς ἰαρὲ τῶν ὑφαινόντων, *Vulgata autem,* filius Saltus, polymitarius: *in qua etiam pro,* Eleanan, *est illius interpretatio,* Adeodatus. ω Madon.] *Est vox hebræa, quæ significat* mensuræ, *et subintelligendum,* magnæ. *Quare vulg* excelsus. *Alii et Compl. tanquã de patria,* ἐκ μαδὼν, de Madon. αα Ipsi Rhapha domus.] *Absunt à Complut. ab aliis quibusdam solum abest illud,* domus. *Videri possunt alia interpretatio eius, quod præcessit,* pronepotes Gigantum. *Nam vulgata habet tantum,* Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth.

CAP.

CAP. XXII.

A

ET locutus est Dauid Domino verba cantici huius, in qua die eripuit eũ Dominus de manu omniũ inimicorũ eius, & de manu Saul. Et dixit. [a] CANTICVM. Domine petra mea, & munitio mea, & eruens me mihi, Deus meus, custos meus erit mihi: confidens ero in eo. Protector meus, & cornu salutis meæ, susceptor meus, & refugiũ meum salutis meæ, de iniquo saluabis me. Laudabilẽ inuocabo Dominũ: & de inimicis meis saluabor. Quia circundederũt me contritiones mortis: torrentes iniquitatis exterruerunt me. [β] Dolores mortis circundederunt me: præuenerunt me asperitates mortis. Dum ego tribulor inuocabo Dominum, & ad Deum meum clamabo: & exaudiet de templo suo vocem meam: & vociferatio mea in auribus eius. Et turbata est, & concussa est terra: & fundamenta cæli conturbata sunt, & [γ] quassata sunt: quoniã indignatus est Dominus eis. Ascendit fumus in ira eius: & ignis de ore eius vorabit: carbones succensi sunt ab eo. Et inclinauit cælos, & descendit: & caligo sub pedibus eius. Et insedit super Cherubim, & volauit, & conspectus est super pennas venti. Et posuit tenebras latibulum suum in circuitu suo tabernaculum suum, tenebras aquarũ condensauit in nubibus aeris. A fulgore in cõspectu eius succensi sunt carbones ignis. Intonuit e cælo Dominus: & altissimus dedit vocẽ suã. Et misit sagittas, & dissipauit eos: & coruscauit coruscationem, & exterruit eos. Et apparuerunt emissiones maris: & reuelata sunt fundamenta orbis in increpatione Domini, à spiratione spiritus furoris eius. Misit de excelso, & assumpsit me: traxit me de aquis multis. Eripuit me [δ] de inimicis meis fortitudinis, de ijs, qui oderunt me; quoniã confortati fuerãt super me. Præuenerũt me [ε] dies tribulationis meæ: & factus est Dominus firmamentũ meũ: & eduxit me in latitudinẽ, & eripuit me: quoniã [ζ] bene sensit in me. Et retribuit mihi Dominus secundum iustitiã meã: & secundũ puritatẽ manuũ mearũ retribuit mihi: Quoniã custodiui vias Domini: neque [η] impie egi a Deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, & iustificationes eius: non [θ] discessi ab eis. Et ero immaculatus ei, & præcauebo ab iniquitate mea. Et reddet mihi Dominus secundũ iustitiã meã: & secundũ puritatẽ manuũ mearũ in conspectu oculorũ eius. Cum sancto sanctificaberis: & cũ viro [ι] perfecto perfectus eris. Et cũ electo electus eris: & cũ peruerso peruerteris. Et populũ [κ] inopẽ saluabis: & [λ] oculos super excelsos, humiliabis. Quoniã tu [μ] lucerna mea Domine: & Dominus illuminabit mihi tenebras meas. Quoniã in te curram accinctus: & in Deo meo transgrediar murum. [ν] Fortis immaculata via eius. Verbum Domini [ξ] potens, igni examinatum: protector est omnibus confidentibus super eum. [ο] Quis fortis præter Dominum? & quis creator erit præter Deum nostrum? Fortis, confortans me virtute: & [π] explanauit immaculatam viam meam. Ponens pedes meos, tanquã ceruorũ, & super excelsa statuens me. Docens manus meas ad prælium, & confringẽs arcum æneũ in brachio meo. Et dedisti mihi protectionem salutis meæ: & [ρ] placabilitas tua multiplicauit me in [σ] latitudinẽ in gressibus meis subtus me: & non vacillarunt [τ] crura mea. Persequar inimicos meos, & delebo eos: & non reuertam; donec consummauero eos. Et confringam eos, & non resurgent: & cadent subtus pedes meos. Et confortabis me virtute ad prælium:

curuabis eos, qui insurgunt mihi, subtus me. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, eos, qui odio habent me: & morti tradidisti eos. Clamabunt, & non est adiutor: ad Dominum, & non exaudiuit eos. Et contriui eos, tanquam puluerem terræ: tanquam lutum viarum comminui eos. Et erues me de [υ] pugna populorum: custodies me in caput gentium. Populus, quem non [φ] nouit, seruierunt mihi: filij alieni mentiti sunt mihi: in auditu auris audierunt me. Filij alieni abijcientur, & contremiscent e clausuris suis. Viuit Dominus, & benedictus custos meus: & exaltabitur Deus meus custos salutis meæ. Fortis Dominus, dans vindictas mihi, castigans populos sub me. Et educens me ex inimicis meis, & de insurgentibus mihi exaltabis me: a [χ] viro iniquitatum eripies me. Propter hoc cõfitebor tibi Domine in gentibus: & in nomine tuo psallam. Magnificans salutes regis sui, & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius vsque in seculum.

α Canticum.] *Abest à multis, sicut etiam à vulgata: & videri potest appositum, tamquam rubrica quædã.* β Dolores mortis circundederunt me: præuenerũt me asperitates mortis.] *Compl.* χοινία ᾅδου ἐκύκλωσάν με, καὶ προέφθασάν με πέδαι θανάτου: *quod vulgata,* funes inferni circundederunt me: præuenerunt me laquei mortis. *Ac multæ huiusmodi varietates sunt in hoc cantico, quod inquit Theodoretus idem esse cum psal. 17. mutatis tantum quibusdam verbis. Quare nonnulla ad eum locũ notanda reseruabuntur.* γ Et quassata sunt.] *Abest à Compl. sed non à vulg. neque ab hebræo.* δ De inimicis meis fortitudinis.] *Idest,* fortibus: *est.n. hebraismus. Compl. autem* ἐξ ἰσχύος ἐχθρῶν μου, ex fortitudine inimicorum meorum. ε Dies tribulationis meæ.] *Alii* ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς μου, *aut* ἀπωλείας μου, in die afflictionis meæ (*quod habet vulgata*) *aut,* perditionis meæ. ζ Bene sensit in me.] *Sic solet dicere S. Aug. quod græcè est* ηὐδόκησεν ἐν ἐμοί, Complacuit in me: *& optime respondet hebræo. Compl.* ὅτι ἠθέλησέ με, quoniam voluit me. η Impie egi à Deo meo.] *Sic etiam vulg. & sic in ps. 17. & optimè respondet hebræo. Compl. autem* ἠνόμησα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ μου, inique egi corã Deo meo. θ Non discessi ab eis.] *Eadem constructio est in hebræo: & hoc eodem prorsus modo habet chaldæus. Alij autem,* οὐκ ἀπέστησαν ἀπ' ἐμοῦ, non discesserunt à me, *& sic ps. 17. Compl. autem,* καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ οὐκ ἀποστήσεται ἀπ' ἐμοῦ, & præcepta eius non discedant à me. ι Perfecto perfectus eris.] *Compl.* μετὰ ἀθῴου ἀθῷος ἔσῃ, cum innocente innocens eris, *vt ps. 17.* κ Inopem.] τὸν πτωχόν. *Et ps. 17.* ταπεινόν, humilem, afflictum *Comp.* τὸν πρᾷον, mansuetũ: *quod in ps. illo notabitur esse Symm.* λ Et oculos super excelsos, humiliabis.] *Ita ad verbum hebræus, nisi quòd habet,* oculos tuos. *Est autem supplendum,* & ponens oculos tuos super excelsos, humiliabis eos: *quod in vulgata dicitur,* oculisque tuis excelsos humiliabis. *Alij,* καὶ ὀφθαλμοὺς ὑπερηφάνων (*Compl.* ὑψηλῶν) ταπεινώσεις & oculos superborum (*Compl.* excelsorum) humiliabis. μ Lucerna mea.] *Sic hebræus, & vulgata. Alij* φωτιεῖς λύχνον μου, illuminabis lucernam meam, *vt psal. 17.* ν Fortis.] ὁ ἰσχυρός. *Compl.* ὁ θεός, *& vulgata* Deus. *ps. 17.* ὁ θεός μου, Deus meus. *Notauit autem S. Hierony. vt alibi dictum est, dictionem hebraicam, quæ hic ponitur, à lxx. solere verti* θεός, *ab Aquila* ἰσχυρός. ξ Potens.] *Abest ab alijs, & a vulgata.* ο Quis fortis.] *Alij,* ὅτι τίς ἰσχυρός, quoniam quis fortis. *Compl.* διότι τίς θεός, quoniam quis Deus, *vt etiam ps. 17. de qua varietate paulo ante dictum est: atque eadẽ potest notari in eo, quod sequitur,* fortis confortans me virtute. π Excussit.] ἐξετίναξεν. *Videtur dictum pro* mundauit, *aut excutiendo* complanauit, *vt habet vulgata, aut* soluit, *vt alij vertunt ex hebræo. In aliis codicibus, & ps. 17. est* ἔθετο, posuit. ρ Placabilitas.] *Hoc visum est hoc loco significare* ὑπακοή σου, *quasi facilitas ad exaudiendum, mansuetudo, vt vertunt ex hebræo: licet in codicib. vulgatæ sit varietas: nam alii habent* mansuetudo tua, *alii,* mea. σ In latitudinem in gressibus meis.] *Alii* πλατυνεῖς τὰ διαβήματά μου, dilatabis gressus meos, *vt vulg. Compl.* καὶ ἐπλάτυνας, & dilatasti, *& ps. 17. Sed sine &.* τ Crura mea.] *Longe propius ad hebræum, quàm quod in Comp.* καὶ οὐκ ἠσθένησα ἐν τοῖς τρίβοις μου & non defeci in uijs meis. *Item in iis, quæ sequuntur. Tãtummodo illud,* morti tradidisti, *magis responderet hebræo, si pro* ἐθανάτωσας, *esset* ἐθανάτωσα, morti tradidi. *Attamen etiam ps. 17. est* ἐξωλόθρευσας, exterminasti. υ Pugna.] μάχης. *Alii partim* μαχαίρας, gladio, *partim* ἐξ ἀντιλογιῶν λαοῦ μου, à contradictionibus populi mei, *vt vulgata* (*itemq. ps. 17. nisi* ꝙ *ibi non est,* mei) *partim* ἐξ ἀντιλογίας, ex contradictione. *Theodor. vero* ἐξείλω με ἐκ λαοῦ, ἔθου εἰς φῶς ἐθνῶν, eripuisti me à populo, posuisti me in lucem gentium. φ Non nouit.] *Codex etiam Theodoreti vnus habet* οὐκ ἔγνω. *Sed alii codices eiusdem, & Compl.* οὐκ ἔγνων, non noui, *atque ita ps. 17.* χ Viro iniquitatum.] *Apte ad hebræum, et vulgata,* viro iniquo. *Compl.* ἐξ ἀνδρῶν ἀσεβῶν, *a viris impiis.*

CAP. XXIII.

ET hæc verba Dauid vltima. Fidelis Dauid filius Iessæ, & fidelis vir, [α] quem suscitauit Dominus in Christum Dei Iacob: & decori psalmi Israel. Spiritus Domini locutus est in me: & verbum eius super linguã meam

A meam. Dicit Deus Israel. Mihi locutus est [β] custos ex Israel parabolam. Dixi in homine. Quomodo tenebitis timorem Christi? Et in luce Dei matutina, exoriatur Sol mane [γ], non Dominus transijt à splendore, & tanquam ex pluuia viroris a terra. Non enim sic domus mea cum forti. Testamentum enim æternũ posuit mihi paratum in omni tempore custoditum. Quoniam vniuersa salus mea, & omnis [δ] voluntas. Quoniam non germinabit iniquus: sicut spina eiecta, omnes hi: quoniã non manu sumẽtur; [ε] & vir nõ laborabit in eis. Et pleni ferro: & lignũ lanceæ: & in igni comburet, & comburẽtur confusionẽ eorũ. Hæc nomina potẽtiũ Dauid. [ζ] Iebosthe Chananæus princeps tertij est, Adinon Asonæus: hic eduxit gladiũ suũ super octingentos milites vice vna. Et cum eis Eleanan filius patrui eius, filius [η] Dudi, qui in tribus potentibus cũ Dauid: & cum ipse exprobraret in alienigenas; congregati sunt illuc in prælium: & ascendit vir Israel: ipse surrexit, & percussit in alienigenis; quoadusq. defatigata est manus eius, & adhæsit manus eius ad gladiũ. Et fecit Dominus salutẽ magnam in die illa: & populus sedit post eum tantum ad spoliandum. Et post eum Samaia filius Asa Aruchæus. Et congregati sunt alienigenæ in [θ] Theria. Et erat ibi pars agri plena lentis. Et populus fugit a facie alienigenarũ. Et stetit in medio partis: & eripuit eã, & percussit alienigenas. Et fecit Dominus salutem magnã. Et descenderunt tres è [λ] triginta, & descenderunt in [μ] Cason ad Dauid in speluncam Odollã. Et [ν] ordo alienigenarum, & castrametati sunt in valle Rhaphaim. Et Dauid tunc in præsidio: & statio alienigenarum tunc in Bethleem. Et concupiuit Dauid, & dixit: Quis potabit me aqua de cisterna, quæ in Bethleem, quæ in porta? [ξ] Statio autem alienigenarum tunc in Bethleem. Et irruperunt tres illi potentes in castra alienigenarum, & aquati sunt aquam de cisterna, quæ in Bethleem, quæ in porta. Et tulerunt, & venerunt ad Dauid. Et noluit bibere eam: & libauit eam Domino, & dixit: Propitius mihi Domine a faciẽdo hoc, si sanguinem virorũ, qui iuerunt in animabus suis, bibam? Et noluit bibere eam. Hæc fecerunt tres illi potentes. Et Abessa frater Ioab filius Saruiæ ipse princeps in tribus: & ipse suscitauit lanceã suam super trecentos cæsos, & ei nomen in ipsis tribus, ex tribus illis gloriosus: & factus est eis in principẽ: & vsque ad tres non venit. Et Banæas filius Iodae [ο] vir ipse multus operibus e Cabeseel; & ipse percussit duos filios Ariel ipsius Moab: & ipse descendit, & percussit leonẽ in medio cisternæ in die niuis: ipse percussit virum Ægyptium, virũ spectabilem: in manu autem Ægyptij lancea, [π] tanquam lignum scalæ nauticæ: & descendit ad eum in virga, & rapuit lanceam de manu Ægyptij, & occidit eum in lancea eius. Hæc fecit Banæas filius Iodae: & ei nomen in tribus potentibus, [ρ] ex tribus gloriosus: & ad tres non venit. Et constituit eũ Dauid ad [σ] auditiones suas. Et hæc nomina potentium Dauid regis: Asael frater Ioab, hic in triginta: Eleanam filius Dudi patrui eius in Bethleem: Sæma Rhudæus: Selles Celothi: Iras filius Isca Thecoites: Achiezer Anothites, ex filijs Anothitæ: Ellon Aoites: Noere Netophatites: Esthai filius Rhiba de Gabaeth filius Beniamin Ephrathæi: Asmoth Bardiamites: Emasu Salabonites: filij Asan, Ionathan, Samnan Arodites: Amnan filius Arai Saraurites: Aliphaleth filius Asbitæ, filius Machachi: Eliab filius Achitophel Gelonitæ: Asarai Carmelius ipsius Vræoerchi: Gaal filius Nathana: [τ] Polydynameus filius Galaaddi: Eliè Ammanites:

nites. Hadri de torrentibus: Gadabiel filius Arabothæi: Gelorè Bethoræus portās vasa Ioab filius Saruiæ: Iras Ethiræus: Gerab Ethenæus: Vrias Chettæus. omnes triginta, & septem.

α Quem suscitauit.] *Plurimæ, & insignes varietates in hoc capite. Quare operæ precium fuerit adire, & conferre codices. Quædam tamen à nobis notabuntur. Theodoretus hunc locum sic refert,* πιστὸς δαυὶδ υἱὸς ἰεσσαὶ πιστὸς ἀνὴρ, ὃν ἀνέστησεν ὁ θεὸς χριστὸν, ὁ θεὸς ἰακὼβ, καὶ ὡραῖος ὁ ψαλμὸς ἰσραήλ. πνεῦμα κυρίου ἐλάλησεν ἐν ἐμοὶ, καὶ λόγος αὐτοῦ ἐπὶ γλώσσης μου, εἶπεν ὁ θεὸς ἰακὼβ ἐν ἐμοὶ λαλῆσαι, Fidelis Dauid filius Iessæ, fidelis vir, quē suscitauit Deus Christum, Deus Iacob: & pulcher psalmus Israel. Spiritus Domini locutus est in me, & verbum eius super linguam meam. Dixit Deus Iacob in me loqui. *Et hoc* ἄλλος *interpretatur*, εὐδόκησε, bene sensit, complacuit Deo Iacob. β Custos ex Israel parabolam. Dixi in homine: Quomodo tenebitis timorē Christi?] *Compl.* πλάσης ἰσραὴλ, ἄρχων ἐν ἀνθρώποις, δίκαιος, ἀρχὸς φόβῳ θεοῦ, formator Israel, princeps in hominibus iustus, dominator timore Dei: *quæ satis respondent vulgatæ.* γ Non Dominus transijt.] *Alii*, οὐκ ἐσκότασεν, non obtenebrauit. *Alii*, οὐ σκοτάσει, *aut* καὶ οὐ σκοτάσει, & non obtenebrabit, *vt Compl. In qua deinde sequitur, quasi ab alio initio,* ἀπὸ φέγγους καὶ ἐξ ὑετοῦ ὡς βοτάνη ἐκ γῆς, à splendore, & ex pluuia, tanquam herba ex terra. δ Voluntas.] *In aliis, & in Compl. additur,* ἐν κυρίῳ, in Domino, *sed non in hebræo, aut vulgata.* ε Et vir non laborabit.] *Compl.* καὶ ἀνὴρ ὃς κοπιάσει ἐν αὐτοῖς, πλήρης σιδήρου, καὶ ξύλον δόρατος, καὶ ἐν πυρὶ καύσει καυθήσονται εἰς αἰσχύνην αὐτῶν. Et vir, qui laborabit in eis, plenus ferro, & lignis lanceæ: & in igni combustione comburentur ad confusionē suā. *Istud quidē* εἰς αἰσχύνην, *est etiam in alijs.* ζ Iebosthe Chananæus princeps tertij est.] *Compl.* ἰεσβαὰβ υἱὸς θεκεμανὶ, πρῶτος τῶν τριῶν ἐστί, Iesbaab filius Thecemani, princeps trium hic. *Et nomina quidem ista propius accedunt ad hebræa, quibus putant significari,* sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres: *vt vulgata: ita vt nomen proprium, quod subijcitur his attributis, sit quod sequitur,* Adinon Asonæus. *Sed & horum loco in vulgata est*, quasi tenerrimus ligni vermiculus: *& ipsius Iesbaan fit mentio 1. Paral. xi. Legendi sunt explanatores.* η Filius Dudi.] *Abest ab aliquo libro, & videri potest ex alia interpretatione. Nam Dodo valet,* patrui eius. *Nonnulli tamen putant istud esse nomen proprium, & sic habent,* Eleazar filius Dodo filij Achochi. θ Ascendit.] *Compl.* ἀνέβησαν ἄνδρες, ascenderunt viri, *quod respondet vulgatæ. Alii,* ἀνεβόησεν ἀνὴρ, exclamauit vir. ι Sedit.] *It aliis,* ἐπέστρεψεν, reuersus est, *vt vulgata.* κ In Theria.] εἰς θηρία. *quasi* ad bestias. *Compl.* ἐπὶ σιαγόνα, ad maxillam, *nimirum ad locum, quem ita nominatum esse ex facto Sampsonis narrat liber Iudicum. Dictionem hebræam vulgata interpretatur stationem, alii villā, alii certū locū.* λ Triginta.] *Alii addūt,* ἄρχοντες, principes, *aut* ἀρχόντων, principibus: *quod respondet vulg.* μ Cason.] *Abest a Cōpl. Sed est vestigiū dictionis hebraicæ, quæ significat messem. Quare vulg.* tempore messis. ν Ordo alienigenarum, & castrametati sunt.] *Abest ab aliis illud,* &, *atque etiam ab hebræo.* * Rhaphaim.] *Compl.* τιτάνων, Titanum: *& sic videtur habuisse S. Ambr. in Apolog. Dauid cap. 7. vbi etiam ita refert verba Dauid cum noluit bibere.* Non contingat mihi hoc facere, ne sanguinem virorum qui abierunt, ex animis illorum bibam. ξ Statio autem alienigenarum tunc in Bethleem.] *Absunt à Compl. & vulgata: ac videri possunt ex loco paulo superiore huc irrepsisse, & fortasse ex alia interpretatione: nam ibi est,* ὑπόστημα, *hic* σύστημα. ο Vir ipse multus operibus.] *Compl.* υἱὸς ἀνδρὸς δυνατοῦ, πολλὰ ἔργα ἦν αὐτῷ, filii viri potentis: multa opera fuerunt ei. *Locus anceps. Illud quidem,* multus operibus, *optime respondet hebræo.* π Tanquam lignum scalæ nauticæ.] *Absunt a Compl. & a vulgata.* ρ Ex tribus.] *Ita etiam Theodoretus q. 46. idque explicat. Compl.* ὑπὲρ τοὺς τριάκοντα, super triginta. *Vulgata,* inter triginta. σ Ad auditiones suas.] *Videtur idem valere, quod* a secretis. *Vulgata,* auricularium a secreto. *Theodoretus videtur habuisse,* ἐπὶ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ, super custodiā suā. τ Polydynameus.] πολυδυνάμεως. *Potest significare* multæ virtutis, *sed abest ab aliis, & in his nominibus propriis multæ semper varietates, et errata, vt alibi admonuimus.*

CAP. XXIII.

ET α addidit iram Dominus accendere in Israel. Et commouit ipsum Dauid in β eis, dicens: Vade, numera Israel, & Iudā. Et dixit rex ad Ioab principem virtutis, qui cum eo: Transi nunc omnes tribus Israel, & Iuda, a Dan, & vsque Bersabee: & recognosce populum: & sciam numerum populi. Et dixit Ioab ad regem: Et adijciat Dominus Deus ad populum, γ sicut eos, & sicut eos, centuplū: & oculi domini mei regis videntes. Et dominus meus rex vt quid vult in verbo hoc? Et præualuit verbum regis ad Ioab, & ad principes virtutis. Et egressus est Ioab, & principes virtutis δ in conspectu regis, ad recognoscendum populum Israel. Et transierunt Iordanem, & castrametati sunt in Aroer a dextris ciuitatis, quæ in medio conuallis Gad, & Eliezer. Et venerunt in Galaad, & ε in terram Thabason, quæ est Adasæ: & aduenerunt in Danidan, & Vdan, & circumierunt Sidona. Et venerunt in Mapsar Tyri, & in omnes ciuitates Euæi, & Chananæi, & venerūt ad Austrum in pe-

Iuda in Bersabee, & circumierunt in omni terra. Et aduenerunt a fine nouem mensium, & viginti dierum in Hierusalem. Et dedit Ioab numerum recognitionis populi ad regẽ. Et fuit Israel octingenta millia virorũ virtutis trahẽtium gladiũ. Et vir Iuda quingenta millia virorũ bellatorum. Et cor Dauid percussit ζ eũ, postquam numerauerat populũ: & dixit Dauid ad Dominũ: Peccaui valde, quod feci nunc Domine. Transfer nunc iniquitatem serui tui: quoniam desipui valde. Et surrexit Dauid mane. Et verbum Domini factum est ad Gad prophetam, α videntem, dicens: Vade, & loquere ad Dauid, dicens: Hæc dicit Dominus: Tria ego porto super te: & elige tibi vnum ex eis: & faciam tibi. Et intrauit Gad ad Dauid, & annũciauit, & dixit ei: β Elige tibi fieri: Si veniat tibi tres annos fames; vel tres menses fugere te ante inimicos tuos, & erunt persequentes te; vel fieri tribus diebus ι mortem in terra tua. Nunc igitur scito & vide, quod respondeam ei, qui misit me, κ verbum. Et dixit Dauid ad Gad: Angusta mihi vndique valde sunt. Incidam nunc in manus Domini, quoniam multæ miserationes eius valde: in manus autem hominis non incidam. Et elegit sibi Dauid mortem. Et λ erant dies messis frumentorum; & dedit Dominus mortem in Israel a mane vsque ad horam prandij. Et μ cœpit quassatio in populo. Et perierunt de populo a Dan, & vsque Bersabee septuaginta millia virorum. Et extendit angelus Dei manum suam in Hierusalem ad corrumpendam eam. Et ν reuocauit se Dominus super malo: & dixit angelo corrumpenti in populo: Multum nunc: remitte manum tuam. Et angelus Domini erat apud aream Orna Iebusæi. Et dixit Dauid ad Dominum, dum ipse videret angelum percutientem in populo: & dixit: Ecce ego ipse ξ iniuste egi, & hi oues quid fecerunt? Fiat nunc manus tua in me, & in domo patris mei. Et venit Gad ad Dauid in die illa, & dixit ei: Ascẽde, & statue Domino altare in area Orna Iebusæi. Et ascendit Dauid iuxta verbum Gad, quemadmodum mandauit ei Dominus. Et prospexit Orna, & vidit regem, & pueros eius accedentes desuper se. Et egressus est Orna, & adorauit regem super faciem suam in terrã. Et dixit Orna: Quid, quod venit dominus meus rex ad seruum suum? Et dixit Dauid: Acquirere a te areã, ad ædificandũ altare Domino, & cohibebitur quassatio desuper populo. Et dixit Orna ad Dauid: Accipiat & offerat dominus meus rex Domino; quod bonum in oculis ipsius. Ecce boues in holocaustoma: & rotæ, & vasa boum in ligna. Omnia dedit Orna regi. Et dixit Orna ad regem. Dominus Deus tuus benedicat te. Et dixit rex ad Orna: Nequaquam: quoniam tantum acquirens acquiram a te in permutatione: & non offerã Domino meo Deo holocaustoma gratis. Et aquisiuit Dauid aream, & boues in argento siclorum quinquaginta. Et ædificauit ibi Dauid altare Domino, & obtulit holocaustoses, & pacificas. Et ο addidit Salomon ad altare in nouissimo; quoniam paruum erat in primis: Et exaudiuit Dominus terram: & cohibita est quassatio desuper Israel.

α Et addidit iram.] *Theodor. nec multo aliter Compl.* καὶ προσετέθη ὀργὴ θεοῦ τοῦ θυμωθῆναι ἐν Ἰσραήλ, Et adiecit ira Dei indignari in Israel: *quod respondet vulg.* β In eis.] *Sic etiam vulgata. Valet tamen idem atq. illud quod est apud Theodoretum, & in Complutensi,* εἰς αὐτοὺς in eos. γ Sicut eos, & sicut eos.] *Ad verbum ex hebręo. Alii semel tantum habent.* δ In conspectu regis.] *Respondet hebræo. significat tamen,* ἐκ προσώπου τοῦ βασιλέως, a facie regis; *quod habet Complutensis, & vulgata.* ε Et in terram Thabasom, quæ est Adasæ: & aduenerunt in Dan Dan, & Vdan.] *Valde variãt hoc loco exemplaria. Compl.* καὶ εἰς γῆν χεττιειμ χάδης, καὶ παρεγένοντο ἕως Δάν, Et in terrã Chettim, Chades, & aduenerunt vsque Dan. *Verum*

neque ipsa respondet prorsus hebræo, & aliqua omittit, quorum vestigia sunt in nostra, & in alijs. ζ Eum postquam numerauerat.] *Theodoretus, nec multo aliter Compl.* αὐτὸν μετὰ ταῦτα, ὅτι ἠρίθμησε τὸν λαόν. καὶ εἶπε Δαυίδ· ἡμάρτηκα τῷ κυρίῳ τοῦ ποιῆσαι τὸ ῥῆμα τοῦτο. καὶ νῦν κύριε ἀφέλε τὴν ἀδικίαν τοῦ δούλου σου, ὅτι ἐματαιώθην σφόδρα. eum post hæc, quoniam numerauerat populum. Et dixit Dauid: Peccaui Domino, faciendo verbum hoc. Et nunc Domine circumaufer iniustitiam serui tui; quoniam stultè egi valde. *Sed nostra propius quodammodo ad phrasim hebræam. S. Ambr. hæc refert,* Peccaui Domino, quod fecerim verbum hoc. *Et in quibusdam exemplaribus est,* ἥμαρτον σφόδρα ποίησας τὸ ῥῆμα τοῦτο. η Videntem.] *Compl. addit,* Dauid. *vt vulg.* θ Elige tibi fieri, si veniat.] *Si demantur illa,* elige tibi fieri, *quæ absunt ab hebræo, reliqua constructio optime respondet hebræo. Compl.* ἔκλεξαι σεαυτῷ γενέσθαι ἢ τρία ἔτη λιμοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, elige tibi fieri, vel tres annos famis super terrã, &c. ι Mortẽ.] *Interpretãtur pestilentiã.* κ Verbum.] *Abest a Compl. sed non ab hebræo, neq. a Theodoreto.* λ Et erant dies messis frumentorum.] *Absunt a Complut. & vulgata.* μ Et cepit quassatio in populo.] *Etiam ista.* ν Reuocauit se.] παρεκλήθη. *Theodoretus videtur habuisse,* μετεμελήθη, pænituit. ξ Iniuste egi.] *In aliis sequitur,* καί γε ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ἐκακοποίησα, & ego ipse pastor male feci. *Theodoretus vero sic refert hunc locum,* ἰδοὺ ἐγὼ ἥμαρτον, καὶ ἐγὼ ὁ ποιμὴν ἐκακοποίησα, καὶ οὗτοι τὸ ποίμνιον τί ἐποίησαν. *Et S. Ambr. in Apol. Dauid cap. 7. & 2. off. c. 2.* Ecce sum ego, qui peccaui, & ego pastor malum feci: & iste grex quid fecit? *Dictio* pastor *abest ab hebræo: quam tamen agnoscunt etiam Cyrillus in collect. & S. Chrysost. in ps. 140. & hom. 20. ad Rom. qui etiam vtroque loco habet,* τὸ ποίμνιον, *non* τὰ πρόβατα. ο Et addidit Salomon ad altare in nouissimo, quoniam paruum erat in primis.] *Hæc absunt a Compl. & a vulgata. Referuntur tamen a Theodoreto, qui hinc colligit, ibi fuisse templum a Salomone ædificatum. Libet adscribere Scholion insertum vni codici Theodoreti manuscripto pertinens ad librorum distinctionem.* Post hæc historiographus ea, quæ ad Orniam, vel etiam Adoniam (duo enim habuit nomina) pertinent, conscripsit: quomodo quidem meditatus sit tyrannidem: quomodo autem splendidum conuiuium fecerit, primos conuiuas habens Ioab ducem exercitus, & Abiathar sacerdotem. Fecit autem conuiuium apud quemdam fontem, qui scaturiebat ante ciuitatem, apud quem hortus regius efflorebat. Ita enim & Iosephus dixit. Et Symm. vero ipsam Ain interpretatus est πηγήν, fontem: atque etiam Syrus ipsam vocat, ἀϊνά, Ainà. In exemplo; & accuratioribus exemplaribus secundus quidem liber Regnorum absoluitur in narratione plagæ populi, & in emptione areæ Orna. Tertius autem Regnorum incipit ab historia Abisag Sunamitidis, & ab ijs, quæ ad Adoniam, eiusque tyrannidem spectant. Diodorus autem secundo Regnorum coniungit & hæc vsque ad mortem Dauid.

REGNORVM LIBER III.

CAP. I.

ET rex Dauid erat ſenior, prouectus diebus: & operiebant eum veſtibus: & non caleſiebat. Et dixerunt pueri eius: Quærant regi virginem adoleſcentulam: & aſsiſtet regi: & erit eũ fouens, & cubabit cum eo: & caleſiet dominus meus rex. Et quæſierunt adoleſcentulam pulchram ex omni termino Iſrael. Et inuenerunt Abiſag Somanitem: & adduxerunt eam ad regem: & adoleſcentula pulchra vſque valde. Et erat [α] fouens regem, & miniſtrabat ei: & rex non cognouit eam. Et Adonias filius Aggith eleuabatur, dicens: Ego regnabo. Et fecit ſibi currus, & equites, & quinquaginta viros ad currẽdum ante ſe. Et non [β] prohibuit eum pater eius vmquam, dicens: propter quid tu feciſti? Et etiam ipſe ſpecioſus aſpectu valde: & eum [γ] pepererat poſt Abeſſalom. Et fuerunt verba eius cum Ioab filio Saruiæ, & cum Abiathar ſacerdote: & adiuuabant poſt Adoniam. Et Sadoc ſacerdos, & Banæas filius Iodae, & Nathan propheta, & Semei, & [δ] Rheſi, & filij potentes Dauid non erant poſt Adoniam. Et ſacrificauit Adonias oues, & vitulos, & agnos cum [ε] Æthè ipſius Zoelethì, [ζ] qui erat iuxta Rhogel. Et vocauit omnes fratres ſuos, [η] & omnes robuſtos Iuda pueros regis. Et Nathan prophetam, & Banæam, & potentes, & Salomon fratrem ſuum non vocauit. Et dixit Nathan ad Berſabee matrem Salomon, dicens: Nonne audiſti, quia regnauit Adonias filius Aggith, & dominus noſter Dauid non nouit? Et nunc veni, conſulam tibi quæſo conſilium: & erue animam tuam, & animam filij tui Salomon. Vade, ingredere ad regẽ Dauid: & dices ad eũ, dicens: Nonne tu domine mi rex iuraſti ancillæ tuæ, dicẽs, quia filius tuus Salomon regnabit poſt me, & ipſe ſedebit ſuper thronum meum? Et, quid, quod regnauit Adonias? Et ecce adhuc loquente te illic cum rege, & ego ingrediar poſt te, & complebo ſermones tuos. Et intrauit Berſabee ad regem in cubiculum: & rex ſenex valde, & Abiſag Somanites erat miniſtrans regi: & inclinauit ſe Berſabee, & adorauit regem. Et dixit rex: Quid eſt tibi? At illa dixit: Domine tu iuraſti in Domino Deo tuo ancillæ tuæ, dicens, quia filius tuus Salomon regnabit poſt me, & ſedebit ſuper thronum meum. Et nunc ecce Adonias regnauit: & tu domine mi rex non noſti. Et ſacrificauit vitulos, & agnos, & oues in multitudine: & vocauit omnes filios regis, & Abiathar ſacerdotem, & Ioab principem virtutis: Et Salomon

mon seruum tuum non vocauit. Et tu domine mi rex, oculi omnis Israel ad te. A
Annuncia eis, quis sedebit super thronum domini mei regis post eum. Et erit postquam dormierit dominus meus rex cum patribus suis; & ero ego & Salomon filius meus peccatores. Et ecce adhuc ea loquente cum rege, & Nathan propheta venit. Et annunciatum est regi, ecce Nathan propheta. Et intrauit ad faciem regis: & adorauit regem [θ] super faciem suam super terram. Et dixit Nathan: Domine mi rex, tu dixisti, Adonias regnabit post me, & ipse sedebit super thronũ meum? Quoniam descẽdit hodie, & sacrificauit vitulos, & agnos, & oues in multitudine: & vocauit omnes filios regis, & principes virtutis, & Abiathar sacerdotem. Et ecce sunt comedentes, & bibentes coram eo: & dixerunt: Viuat rex Adonias. Et meipsum seruum tuum, & Sadoc sacerdotem, & Banæam filium Iodae, & Salomon seruum tuum non vocauit. Si per dominum meum regem factum est verbum hoc; & non fecisti notum seruo tuo, quis sedebit super thronum domini mei regis post eum? Et respondit rex Dauid, & dixit: Vocate mihi Bersabee. Et intrauit coram rege, & stetit coram eo. Et iurauit rex, & dixit: Viuit Dominus, qui redemit animam meam ex omni tribulatione, quia sicut iuraui tibi in Domino Deo Israel, dicens, quia Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super thronum meum pro me; quia sic faciam die hac. Et inclinauit se Bersabee super faciem super terram, & adorauit regem, & dixit: Viuat dominus meus rex Dauid in seculum. Et dixit rex Dauid: Vocate mihi Sadoc sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banæam filium Iodae. Et intrarunt coram rege. Et dixit rex eis: Sumite seruos Domini vestri vobiscum: & facite ascendere filium meum Salomon super mulam meam: & deducite eum in ipsam [*] Gion: & vngat eum ibi Sadoc sacerdos, et Nathan propheta in regem super Israel: et clangite cornea, et dicetis: Viuat rex [λ] Salomon. Et sedebit super thronũ meum, et regnabit pro me: & ego mandaui esse in Ducem super Israel, et Iudam. Et respondit Banæas filius Iodae regi, et dixit: [μ] Fiat. Sic confirmet Dominus Deus domini mei regis. Sicut fuit Dominus cum domino meo rege; ita sit cum Salomon: et magnificet thronum eius super thronum domini mei regis Dauid. Et descendit Sadoc sacerdos, et Nathan propheta, et Banæas filius Iodae, et Cherethì, et Phelethì. Et insidere fecerunt Salomon super mulã regis Dauid, et adduxerũt eũ ad Gion. Et sumpsit Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, et vnxit Salomon, et clãxit cornea. Et dixit omnis populus: Viuat rex Salomon. Et ascendit omnis populus post eũ: et choræas ducebant in choris, et lætabantur lætitiam magnam: et scindebatur terra in voce eorum. Et audiuit Adonias, et omnes inuitati eius: et ipsi consummauerant manducare. Et audiuit Ioab vocem corneæ, et dixit: Quæ nam vox ciuitatis sonantis? Adhuc eo loquente, et ecce Ionathan filius Abiathar sacerdotis intrauit. Et dixit Adonias: Ingredere, quia vir virtutis es tu, et bona euangeliza. Et respõdit Ionathan, et dixit. Et quidẽ Dominus noster rex Dauid regẽ fecit Salomon, et misit rex cũ eo Sadoc, sacerdotẽ, et Nathan prophetã, et Banæam filiũ Iodae, et Cherethì, et Phelethì, et sedere eum fecerunt super mulam regis: et vnxerunt eum Sadoc sacerdos, et Nathan propheta in ipsa Gion: et ascenderunt inde lætantes: et sonuit ciuitas. Hæc est vox, quam audistis. Et sedit Salomon super thronum regni, et intrarunt serui regis ad benedicendum dominum nostrum

B C D E

A nostrum regem Dauid, dicentes: Bonum faciat Deus nomen Salomon super nomen tuum, & magnificet thronum eius super thronum tuum. Et adorauit rex super cubile: & etiam sic dixit rex: Benedictus Dominus Deus Israel, qui dedit hodie de semine meo sedentem super thronum meum: & oculi mei aspiciunt. Et exterriti sunt omnes inuitati Adoniæ, & iuerunt vir in viam suam. Et Adonias timuit a facie Salomon: & surrexit, & abijt, & apprehendit cornua altaris. Et nunciatum est Salomon, dicentes: Ecce Adonias timuit regem Salomon, & tenet cornua altaris, dicens: Iuret mihi hodie Salomon, si ν non interficiet seruum suum in gladio. Et dixit Salomon: Si fuerit in virum virtutis, si cadet de capillis eius super terram: &, si malum inuentum fuerit in eo; interficietur. Et B misit rex Salomon: & deduxerunt eum desuper altari. Et intrauit, & adorauit regem Salomon. Et dixit ei Salomon: Vade in domum tuam.

α Fouens regem.] *In commentarijs Græcis legitur*, καὶ ἦν τῷ βασιλεῖ σύγκοιτος, & erat cubans simul cum rege. β Prohibuit.] ἐπεκώλυσεν, *Compl.* ἐπετίμησεν, corripuit, *vt vulgata.* γ Pepererat.] *Complut.* ἐγέννησε, genuit: *Sed illud respondet hebræo: ac subintelligendum est*, Aggith, *Multæ aliæ sunt varietates huiusmodi, quas per se prudens lector expendet.* δ Rhesi, & filij potentes.] *Vulgata*, Rei, & omne robur exercitus: *ac videtur dictum*, filij potentes, *quemadmodum dicitur*, filij virtutis. *Compl. autem longius ab hebræo*, καὶ οἱ ἑταῖροι αὐτοῦ, οἱ ὄντες δυνατοί, & amici eius, ij, qui erant potentes. ε Cum Æthe.] μετ' αἰθῆ τοῦ ζωελεθί. *Sic etiam habet alius liber. Hebræus*, cum lapide Zoeleth, *licet valeat*, iuxta lapidem, *vt vulgata & sic alii græci*, παρὰ τὸν λίθον τὸν ζωελεθί. ζ Qui erat iuxta Rhogel.] *Alii*, ὃς ἦν ἐχόμενος, (*aut* τὸν ἐχόμενον, *vt Compl.*) τῆς πηγῆς ῥωγήλ, qui erat vicinus fonti Rhogel, *vt vulgata. In Comm. Græcis legitur*, ἐχόμενα ναὶν ῥωγήλ, *& ad hunc locum apponuntur ea, quæ attulimus ad finem præcedentis libri. In quibus cum ita dicatur, quod erat*, τῷ αἰν, *Symmachum interpretatum esse* πηγήν, fontem, *& Syrum* αἰνά, *satis apparet pro* ναὶν *legendum* αἰν, *& hanc esse lectionem lxx.* η Et omnes robustos.] *Sic vulgata quod græce est* ἁδρούς. *Compl.* τοὺς υἱοὺς τοῦ βασιλέως, καὶ πάντας τοὺς ἄνδρας, filios regis, & omnes viros. θ Super.] *Non est inusitatum hac notione sumi* κατά. *pro quo Compl.* ἐπί. ι Principes virtutis.] *Idest exercitus, & sic hebræus. Compl. autem* τὸν ἀρχιστράτηγον, principem militiæ. κ Gion.] *Theodoretus q. 2. inquit, hunc proprie esse Nilum: sed Siloem quoque sic solitam appellari, aut ironice, quod valde paruus esset, aut, quod ipse etiam ex occultis fontibus, vt Nilus, scaturiret.* λ Salomon: & sedebit.] *Sic plerique vetusti. In quibusdam tamen est*, καὶ ἀναβήσεσθε ὀπίσω αὐτοῦ, καὶ εἰσελεύσεται, καὶ καθήσεται, *quod vulgata.* Et ascendetis post eum: & veniet, & sedebit. μ Fiat. Sic.] *aptissime ad hebræum, & vulgatam. Compl. autem iungens, vt videtur, duas interpretationes*, γένοιτο οὕτως πιστώσαι ὁ θεὸς τοὺς λόγους τοῦ κυρίου μου τοῦ βασιλέως. οὕτως εἶπε κύριος ὁ θεός σου κύριέ μου βασιλεῦ. καὶ καθὼς ἦν. Fiat sic. Confirmet Deus verba domini mei regis. Sic dixit Dominus Deus tuus domine mi rex. Et sicut fuit, *etc.* ν Si non interficiet,] εἰ οὐ θανατώσει. *Compl.* τοῦ μὴ θανατῶσαι, *et vulgata*, quod nõ interficiat. *hebræus*, si interficiet. *Nam sæpe in illa particula, si, inclusa est vis negandi. Quare paulo post in nostra, et in plerisque codicibus græcis* εἰ πεσεῖται, si cadet: *quod in Compl. est*, οὐ μὴ πέσῃ non cadet.

CAP. II.

ET appropinquauerunt dies Dauid, vt ipse moreretur. Et α respondit Salomon filio suo, dicens: Ego quidem vado in via vniuersæ terræ. Et confortaberis, & eris in virum: & custodies custodiam Domini Dei tui, ad ambulandum in vijs eius, custodiendo mandata eius, & β iustificationes, & iudicia, quæ scripta sunt in lege Moysi: vt intelligas, quæ facies secundum omnia quæcumque mandauero tibi: vt stabiliat Dominus verbum suum, quod locutus γ est, dicens: Si custodierint filij tui viam suam ad ambulandum coram me in veritate, in toto corde δ suo, dicens, non exterminabitur tibi vir desuper throno Israel. Et etiam tu nosti, quæcumque fecit mihi Ioab filius Saruiæ, quæcũque fecit duobus principibus virtutum Israel, Abenner filio Ner, & Amessai filio Iether: & interfecit eos, & ε posuit sanguines belli in pace: & dedit sanguinem innocentem in zona sua, quæ in lumbo suo, & in calceamẽto suo, quod in pe-

in pede suo. Et facies secundum sapientiam tuam: & non deduces caniciem A
eius in pace ad infernum. Et filijs Berzelli Galaaditæ facies misericordiam: &
erunt in comedentibus mensam tuã: quoniam sic appropinquarunt mihi in fugiendo me a facie Abessalom fratris tui. Et ecce tecũ Semei filius Gera filius Iemeni e Baurim: & ipse maledixit me maledictionẽ acerbã die, qua ibã in castra.
Et ipse descẽdit in occursum meũ in Iordanem: & iuraui ei in Domino, dicẽs: si interficiam te in gladio. Et non iustificabis eũ: quoniã vir sapiens es tu, & cognosces, quæ facies ei: & deduces canitiem eius in sanguine ad infernum. Et dormiuit Dauid cum patribus suis: & sepultus est in ciuitate Dauid. Et dies, quibus regnauit Dauid super Israel, quadraginta anni: in Chebron regnauit septem annos: & in Hierusalem triginta tres annos. Et Salomon sedit super thronum Dauid patris sui: & paratum fuit regnum eius valde. Et intrauit Adonias filius Aggith ad Bersabee matrem Salomon, & adorauit eam. At illa dixit: Pax introitus tuus? Et dixit: Pax. Verbum mihi ad te. Et dixit ei: Loquere. Et dixit ad eam: Tu nosti, quia mihi erat regnum: & super me posuerat omnis Israel faciem suam in regem. Et versum fuit regnum: & factum est fratri meo: quoniam a Domino factum est ei. Et nunc petitionem vnam peto a te: ne auertas faciem tuam. Et dixit ei Bersabee: Loquere. Et dixit ad eam: Dic nunc ad Salomon regem; quia nõ auertet faciem tuam a te: & dabit mihi Abisag Somanitem in vxorem. Et dixit Bersabee: Recte. Ego loquar pro te regi. Et intrauit Bersabee ad regem Salomon ad loquendum ei pro Adonia. Et exurexit rex in obuiam ei, & osculatus est eã: & sedit super thronum: & positus est thronus matri regis, & sedit a dextris eius. Et dixit ei: Petitionem vnam paruam ego peto a te: ne auertas faciem meam. Et dixit ei rex: Pete mater mea: & non auertã te. Et dixit: Detur, quæso, Abisag Somanites Adoniæ fratri tuo in vxorem. Et respondit rex Salomon, & dixit matri suæ: Et vt quid tu petijsti Abisag Adoniæ? Et pete ei regnum: quoniã hic frater meus magnus super me: & ei Abiathar sacerdos, & ei Ioab filius Saruiæ princeps militiæ amicus. Et iurauit rex Salomon per dominum, dicens: Hæc vero faciat mihi Deus, & hæc adijciat: quoniam contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc. Et nunc viuit Dominus, qui parauit me, & posuit me super thronum Dauid patris mei, & ipse fecit mihi domum, sicut locutus est Dominus; quia hodie occidetur Adonias. Et misit rex Salomon in manu Banææ filij Iodae: & sustulit illum: & mortuus est Adonias in die illa. Et Abiathar sacerdoti dixit rex: Recurre in Anathoth in agrum tuum: quoniam vir mortis es tu in die hac: & non interficiam te; quia portasti arcam testamenti Domini coram patre meo: & quia afflictus fuisti in omnibus, in quibus afflictus est pater meus. Et eiecit Salomon Abiathar, ne esset sacerdos Domini, ad implendum verbum Domini, quod locutus est super domum Heli in Selom. Et rumor venit vsque ad Ioab filium Saruiæ: quoniam fuerat inclinãs post Adoniam: & ² post Salomon non inclinauerat. Et fugit Ioab in tabernaculum Domini, & tenuit cornua altaris. Et nunciatum est Salomon, dicentes; quia fugit Ioab in tabernaculũ Domini, & ecce tenet cornua altaris. Et misit Salomon rex ad Ioab, dicens: Quid factum est tibi, quia fugisti ad altare? Et dixit Ioab: Quoniam timui a facie tua; & fugi ad Dominum. Et misit Salomon ipsum * Banæu filium Iodae, dicens: Vade, & tolle eum, & sepeli eum. Et venit Banæas filius Iodae ad Ioab in tabernaculum

B, C, D, E (margin letters)

A naculum teſtimonij:& dixit ei:Hæc dicit rex: Egredere. Et dixit Ioab:Non egrediar; quoniam hic moriar. Et reuertit Banæas filius Iodae, & dixit regi, dicens:Hæc locutus eſt Ioab:& hæc reſpõdit mihi. Et dixit ei rex: Vade, & fac ei ſicut dixit:& tolle eum, & ſepelies eum : & amouebis hodie ſanguinem, quem gratis effudit, a me, & a domo patris mei. Et reuerti fecit Dominus ſanguinem iniuſtitiæ eius in caput eius; quia occurrit duobus hominibus iuſtis, & bonis ſuper eum, & interfecit eos in gladio, (& pater meus ignorauit [θ] ſanguinem eorum.) Abenner filium Ner ducem militiæ Iſrael, & Ameſsà filium Iether ducem militiæ Iuda. Et reuerſi ſunt ſanguines eorum in caput eius, & in caput ſe-B minis eius in ſeculum. Et Dauid, & ſemini eius, & domui eius & throno eius fiat pax vſque in ſeculum a Domino. Et aſcendit Banæas filius Iodae, & occurrit ei, & interfecit eum, & ſepeliuit eum in domo eius [ι] in deſerto. Et dedit rex ipſum Banæu filium Iodae pro eo ſuper exercitum. Et [κ] regnum dirigebatur in Hieruſalem. Et Sadoc ſacerdotem dedit eum rex in ſacerdotem primum pro Abiathar. Et [λ] Salomon filius Dauid regnauit ſuper Iſrael, & Iuda in Hieruſalem. Et dedit Dominus prudentiam ipſi Salomon, & ſapiẽtiam multam valde & latitudinem cordis, velut arena, quæ iuxta mare.

α Reſpondit.] *Alii* ἐνετείλατο, præcepit, *vt vulgata.* β Iuſtificationes.] δικαιώματα *videtur eſſe illud,* C *quod in vulgata dicitur* ceremonias. *Nam & alibi notatum eſt vocabulo iſto ritus, & ceremonias ſignificari. Pro iſto nunc Theodoretus q. 3. habet* ἀκριβάσματα, *apud quem totus hic locus ſic habet,* καὶ φυλάξεις τὴν φυλακὴν τοῦ θεοῦ ἰσραήλ, τοῦ πορεύεσθαι ἐνώπιον αὐτοῦ, φυλάσσειν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ, ἀκριβάσματα αὐτοῦ, καὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ, ἐντολὰς αὐτοῦ, καὶ τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, καθὼς γέγραπται ἐν τῷ νόμῳ μωυσῆ, ὅπως εὐοδωθῇ πάντα ἃ ποιήσεις, καὶ πανταχῆ οὗ ἐὰν ἐπιβλέψῃς ἐκεῖ. & cuſtodies cuſtodiam Dei Iſrael, ambulando coram eo, cuſtodiendo viam eius, & conſtitutiones eius, exquiſita præcepta eius, & iudicia eius, mandata eius, & teſtimonia eius, ſicuti ſcriptum eſt in lege Moyſi, vt bene procedant omnia, quæ facies, & quocunque inſpexeris illuc. γ Locutus eſt.] *In aliis additur* περὶ ἐμοῦ, de me, *vt vulgata.* δ Suo dicens.] *Alii* αὐτῶν, καὶ ἐν ὅλῃ ψυχῇ αὐτῶν, λέγων, ſuo, & in tota anima ſua, dicens. *Iſtud autem,* dicens, *eſt etiam in hebræo, & chaldæo: & nihil facit ad ſententiam, ſed addit tantum aſſeuerationem quandam: quare in vulgata omittitur.* ε Et poſuit ſanguines.] *Ad verbum ex hebræo, & valet, perinde ſe geſsit in pace, atque ita ſanguinem effudit, ac ſi eſset bellum. Compl. autem,* καὶ ἐξεδίκησεν αἷμα, & vltus eſt ſanguinem, *quod referri poſset ad vindictam ſumptam, dum erat pax, de Aſael, qui occiſus fuerat in bello.* ζ Salomon.] *In hebræo, & chaldæo eſt* Abſalom, *ſed in vulgata,* Salomonem. η Ba-D næu.] τὸ βαναίου, *ita etiam in extremo fere capite & in ſequenti* ἀζαρίου, & ὀρνίου, *ſeruata nimirum terminatione hebræa, quæ in omnibus caſibus eadem eſt. In aliis libris, & ſæpe etiam in ipſo Vaticano, legitur inflexum ad normam linguæ græcæ,* τὸν βαναίαν. θ Sanguinem eorum.] *Abſunt a Compl. & a vulgata.* ι In deſerto.] *Abeſt a Compl. ſed non a vulgata, & hebræo.* κ Et regnum dirigebatur in Hieruſalem.] *Item iſta a Compl. & vulgata, & uideri poſsunt reſpondere iis, quæ initio capitis 3. in vulgata,* confirmatum eſt igitur regnum in manu Salomonis. λ Et Salomon.] *Pro his uſque in finem in Compl. ut in uulgata, ſequitur narratio de cæde Semei, quæ in cæteris græcis codicibus habetur cap. ſequenti. Theodoretus autem quo loco habuerit, dubium eſſe poteſt. Et in his, quæ ſequuntur, multis modis ordo diſcrepat.*

CAP. III.

ET [α] multiplicata eſt prudentia Salomon valde ſuper prudentiam omnium filiorum antiquorum, & ſuper omnes prudentes Ægypti. Et acce-E pit filiam Pharaonis, & introduxit eam in ciuitatem Dauid, quoadusq. ipſe conſummaſſet ædificare domum ſuam, & domum domini in primis, & murum Hieruſalem in circuitu. In ſeptem annis fecit, & conſummauit.

[β] Et fuerunt Salomon ſeptuaginta mille portantes onus, & octuaginta millia lapicidarum in monte. Et fecit Salomon mare, & ſuſtentacula, & labra magna, et columnas, et fontem atrij, et mare æneum. Et ædificauit [γ] arcem propugnaculum ſuper eam, abſcidit ciuitatem Dauid. Sic filia Pharao aſcendit de ciuitate Dauid in domum ſuam, quam ædificauerat ei: tunc ædificauit arcem. Et Salo-

Salomon offerebat tres in anno holocaustoses, et pacificas super altare, quod A
ædificauerat Domino, et adolebat coram Domino. Et consummauit domum.
Et hi sunt principes, qui erant præpositi super opera ipsius Salomon, ter mille
et sexcenti præsides populi facientium opera. Et ædificauit Assur, et Magdo, et
Gazer, et Bæthoron superiorem, et Ballath. Verum, postquam ipse ædificarat
domum Domini, et murum Hierusalem in circuitu; post hæc ædificauit ciuitates
istas. Et dum adhuc Dauid viueret, mandauit Salomoni, dicens: Ecce tecũ
Semei filius Gera, filius seminis Iemeni de Chebron. Hic maledixit me maledictionem
acerbam, in qua die egrediebar in castra. Et ipse descendit in obuiam
mihi super Iordanem: et iuraui ei per Dominum, dicens: si occidetur in gladio.
Et nunc non iustificabis eum: quoniam vir prudens tu: et cognosces, B
quæ facies ei: et deduces canitiem eius in sanguine ad infernum. Et vocauit rex
Semei, et dixit ei: Ædifica tibi domum in Hierusalem, et sede ibi, et non
egredieris inde vsquam. Et erit, in die exitus tui, et transieris torrentem Cedron;
cognoscens cognosces, quia morte morieris: sanguis tuus erit super caput
tuũ. Et adiurauit eũ rex in die illa. Et dixit Semei ad regẽ: Bonũ est verbũ, quod
locutus es domine mi rex. Sic faciet seruus tuus. Et sedit Semei in Hierusalem
tres annos. Et factum est post tres annos, et aufugerunt duo serui Semei ad Anchus
filiũ Maacha regẽ Geth. Et annunciatum est Semei, dicentes: Ecce serui tui C
in Geth Et surrexit Semei, et instrauit asinum suum, et iuit in Geth ad Anchus
ad exquirendum seruos suos. Et iuit Semei, et duxit seruos suos è Geth. Et
nunciatum est Salomon, dicentes, quia iuit Semei de Hierusalem in Geth, & reduxit
seruos suos. Et misit rex, & vocauit Semei, & dixit ad eum: Nonne adiuraui
te per Dominum, & contestatus sum tibi, dicens, in quacumque die exieris
de Hierusalem, & ieris in dextra, vel in sinistra; cognoscens cognosces, quia
morte [d] morieris? Et quid, quod non custodisti iuramentum Domini, & mandatum,
quod mandaui contra te? Et dixit rex ad Semei: Tu nosti omne malum
tuum, quod nouit cor tuum, quæ fecisti Dauid patri meo: & retribuit Dominus D
malum tuum in caput tuum. Et rex Salomon benedictus: & thronus Dauid erit
paratus coram Domino in seculum. Et mandauit rex Salomon Banææ filio Iodae:
& egressus est, & sustulit illũ. Et fuit rex Salomon prudens valde, & sapiens
Et Iuda, & Israel multi valde, tanquam arena, quæ super mare, in multitudine,
comedentes, & bibentes, & [e] gaudentes. Et Salomon erat princeps in omnibus
[f] regnis. Et erant offerentes dona, & seruiebant Salomon omnes dies vitæ eius.
Et Salomon cepit aperire præfecturas Libani. Et ipse ædificauit Thermæ in deserto.
Et hoc [g] prandium Salomon: triginta cori similæ, & sexaginta cori farinæ
subactæ: decem vituli electi, & viginti boues pascuales, & centum oues, præter E
ceruos, et capreas, et aues electas pascuales: quoniam erat princeps in omni
trans flumen a Raphi vsque Gazam in omnibus regibus trans flumen. Et erat ei
pax ex omnibus partibus eius in circuitu. Et habitabat Iuda et Israel confidentes,
vnusquisque sub vite sua, et sub ficu sua, comedentes, et bibentes, et festiuitatem
celebrantes a Dan, et vsque Bersabee omnibus diebus Salomon. [h] Et hi
erant principes Salomon: Azariu filius Sadoc sacerdotis, et Orniu filius Nathan
princeps præfectorum (et cucurrit ad domum suam) et Suba scriba, et Basà
filius Achithalam cõmonefaciẽs, et Abì filius Ioab princeps militiæ, et Achire
filius

A filius Edrai ſuper onera, & Banæas filius Iodae ſuper aulæ præfecturam, & ſuper plinthium, & Cachur filius Nathan conſiliarius. Et erant Salomon quadraginta mille fœtæ equæ in currus, & duodecim millia equorum. Et fuit princeps in omnibus regibus a flumine, & vſque ad terram alienigenarum, & vſque ad fines Aegypti. Et Salomon filius Dauid regnauit ſuper Iſrael, & Iuda in Hieruſalem.

Verumtamen populus erant adolentes in excelſis: quoniam non erat ædificata domus Domino vſque nunc. Et dilexit Salomon Dominum, eundo in præceptis Dauid patris ſui. Tantummodo in excelſis ſacrificabat, & adolebat. Et ſurrexit, & iuit in Gabaon ad ſacrificandum ibi: quoniam B ipſum erat excelſiſsimum, & ' magnum. Millenariam holocauſtoſim obtulit Salomon ſuper altare in Gabaon. Et apparuit Dominus ipſi Salomon in ſomno nocte. Et dixit Dominus ad Salomon: Pete aliquam petitionem * tibi. Et dixit Salomon: Tu feciſti cum ſeruo tuo Dauid patre meo miſericordiam magnam; ſicut tranſiuit coram te in veritate, & in iuſtitia, & in rectitudine cordis tecum. Et cuſtodiſti ei miſericordiam magnam hanc, dare filium eius ſuper thronum eius, ſicut dies hæc. Et nunc Domine Deus meus tu λ dediſti ſeruum tuum pro Dauid patre meo: & ego ſum puer paruus: & non noui exitum meum, & introitum meum. Seruus autem tuus in medio C populi tui, quem elegiſti populum multum, qui non μ numerabitur. Et dabis ſeruo tuo cor ad audiendum, & diiudicandum populum tuum in iuſtitia, & ad intelligendum inter bonum, & malum. Quoniam quis poterit iudicare populum tuum grauem hunc? Et placuit coram Domino, quia petierat Salomon verbum hoc. Et dixit Dominus ad eum: Pro eo, quod petijſti a me verbum hoc, & non petijſti tibi dies multos, & non petijſti diuitias, neque petijſti animas inimicorum tuorum, ſed petijſti tibi intelligere ad exaudiendum iudicium; ecce feci iuxta verbum tuum. Ecce dedi tibi cor prudens, & ſapiens: ſicut tu, non fuit ante te: & poſt te non exurget ſimi-D lis tibi. Et quæ non petijſti, dedi tibi, & diuitias, & gloriam; ita vt non fuerit vir ſimilis tibi in regibus. Et, ſi ambulaueris in via mea cuſtodiendo mandata mea, & præcepta mea, ſicut ambulauit Dauid pater tuus; & ' multiplicabo dies tuos. Et expergefactus eſt Salomon: & ecce ſomnium. Et ſurrexit, & aduenit in Hieruſalem: & ſtetit ad faciem altaris: quod ad faciem arcæ teſtamenti Domini in Sion: & obtulit holocauſtoſes, & fecit pacificas: & fecit conuiuium ξ magnum ſibi, & omnibus pueris ſuis. Tunc apparuerunt duæ mulieres meretrices regi, & ſteterunt coram eo. Et dixit mulier vna: In me Domine. Ego, & mulier hæc habitabamus in domo vna: & ' pe-E perimus in domo. Et factum eſt in die tertia, cum ego perperiſſem, peperit & mulier hæc. Et nos ſimul: & non eſt vllus nobiſcum præter ambas nos in domo. Et mortuus eſt filius mulieris huius nocte, quia incubuit ſuper eum. Et ſurrexit media nocte, & ſumpſit filium meum ex vlnis * meis: & collocauit eum in ſinu ſuo: & filium ſuum mortuum collocauit in ſinu meo. Et ſurrexi mane ad lactandum filium meum: & ille erat mortuus. Et ecce conſideraui eum mane: & ecce non erat filius meus, quem peperi. Et dixit mulier altera: Nequaquam: ſed filius meus eſt, qui viuit: filius autem tuus, qui ' mortuus. Et

loquutæ ſunt coram rege. Et dixit rex eis: Tu dicis, hic filius meus, qui viuit, & filius huius eſt, qui mortuus. Et tu dicis: nequaquam, ſed filius meus eſt, qui viuit; & filius tuus, qui mortuus. Et dixit rex: Sumite gladium. Et attulerunt gladium coram rege. Et dixit rex: Diuidite puerum viuentem lactentem in duo: & date dimidium eius huic, & dimidium eius huic. Et reſpondit mulier, cuius erat filius viuens: & dixit ad regem: quoniam turbatus eſt vterus eius ſuper filio ſuo; & dixit: In me domine: Date ei puerum: & morte non mortificetis eum. Et hæc dixit: Neque mihi, neque tibi ſit: diuidite. Et reſpondit rex, & dixit: Date puerum ei, quæ dixit, date huic eum, & morte ne mortificetis eum: hæc mater eius. Et audierunt omnis Iſrael iudicium hoc, quod iudicauerat rex: & timuerunt à facie regis: quoniam viderunt, quia prudentia Dei in eo ad faciendum iuſtificationem.

α Et multiplicata eſt.] *Hæc agnoſcuntur hoc loco etiam à Theodoreto q. 10. In Compl. longe aliter habent, itemque multa alia in his capitibus: atque ita, vt reſpondeant hebræo. In cæteris etiam libris neque eadem prorſus verba, neque idem ſemper ordo. Sed infinitum eſſet omnes varietates indicare. Lector ſuam diligentiam præſtet neceſſe eſt. Principium quidem capitis in Compl. & vulgata habetur in extremo quarto capite.* β Et fuerunt Salomon.] *Hinc vſque ad illud,* verumtamen populus erant adolentes, *abſunt hoc loco, vt à vulgata, ita etiam a Compl. in qua etiam non eſt* πλὴν ὁ λαὸς, *ſed* καὶ ὁ λαὸς, Et populus. *Cæterum multa ex his partim in præcedente cap. apud illas habentur, partim in ſequentibus.* γ Arcem propugnaculum.] *In alijs,* τὴν ἄκραν, καὶ τὰς ἐπάλξεις αὐτῆς, καὶ διέκοψε τὴν πόλιν δαυίδ, arcem, & propugnacula eius, & abſcidit ciuitatem Dauid. δ Morieris.] *In aliis adduntur hæc, quæ ſunt etiam in Compl. & vulgata cap. ſecundo,* καὶ εἶπάς μοι, ἀγαθὸν τὸ ῥῆμα, ὃ ἤκουσα, & dixiſti mihi, bonum eſt verbum quod audiui. ε Gaudentes.] χαίροντες. *Et ſic etiam Compl. cap. 4. vbi hæc habet vnà cum vulgata. Nonnulli libri* ἑορτάζοντες, feſtiuitatem celebrantes, *vt paulo poſt in hoc eodem cap.* ζ Regnis.] *Sic etiam alius liber. In aliis ſequitur* ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ γῆς φυλιστιαίων, καὶ ἕως ὁρίου αἰγύπτου, *& ſic Compl. cap. 4. quod in vulgata eſt,* à flumine terræ Philiſtijm vſque ad terminum Ægypti. *Similia habentur paulo poſt etiam in noſtra.* η Prandium.] *In aliis additur,* καὶ ταῦτα τὰ δέοντα τῷ σολομῶντι ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ. Et hæc neceſſaria Salomoni in die vna. *Iſtud quidem,* in die vna, *eſt etiam in Compl. & vulgata cap. 4.* θ Et hi erant principes.] *Hæc vſque ad illud.* Et erant Salomon quadraginta mille, *abſunt a nonnullis: neque mendis carent, & de hac re agitur cap. 4. Omnino multis modis conſtat aliqua eſſe admiſta ex aliis interpretationibus, & nonnumquam ex margine in textum irrepſiſſe, & alieno etiam loco eſſe collocata. Hāc tamen narrationem de præfectis Salomonis Theodoretus q. 11. videtur hoc loco habuiſſe: ſed huius tātum partis mentionem facit,* ἀχικὰμ υἱὸς θαρεοῦ ἐπὶ τὰς ἄρσεις. Achicam filius Tharai ſuper onera: *ac docet fuiſſe præfectum eorum qui lapides, & ligna aſportabant, quos liber Paralipomenon vocauit* νωτοφόρους, *homines autem ſui temporis vocarent* ὠμοφόρους, *quaſi* humero portantes. ι Magnum. Millenariam holocauſtoſim obtulit Salomon.] *Melius, quàm quod apud Theodoretum q. 12.* καὶ μεγάλην χιλίαν ὁλοκαυτώσεων δεχομένην, καὶ ἀνήνεγκε σολομῶν, & magnum mille holocauſtorum capax. Et obtulit Salomon, &c. κ Tibi.] *Nec plura refert Theodoretus. In Compl. additur,* καὶ δώσω σοι, & dabo tibi. *Vulgata* poſtula, quod uis, vt dem tibi. λ Dediſti.] *Sic etiam Theodoretus. Compl. autem* ἐβασίλευσας, *quod vulgata,* regnare feciſti. μ Numerabitur.] *Apud Theodoretum, & in Compl. additur* ἀπὸ τοῦ πλήθους, καὶ οὐ διηγηθήσεται, præ multitudine, & non ſupputabitur. ν Multiplicabo.] *Iidem* μακρυνῶ, longos faciam, *vt vulgata.* ξ Magnum ſibi, &.] *Abſunt a Comp. & hebræo Vulgata tamen* grande conuiuium. ο Peperimus.] *Compl.* ἔτικον, peperi. π Meis.] *In eadem additur,* καὶ ἡ δούλη σου ἐκοιμᾶτο, & ancilla tua dormiebat. ρ Mortuus.] *Item hæc,* καὶ αὕτη εἶπεν, οὐχί, ὁ υἱός σου ὁ τεθνηκώς, καὶ ὁ υἱός μου ζῶν. Et illa dixit: naquaquam: filius tuus eſt, qui mortuus; & filius meus, qui viuit.

CAP. IV.

ET erat rex Salomon regnans ſuper Iſrael. Et hi principes, qui erant ei: Azarias filius α Sadoc, Eliaph, & Achia β filius Sebà ſcribæ: Et Ioſaphat filius Achilud commonefaciens: Et Banæas filius Iodae ſuper virtutem: Et Sadoc, & Abiathar ſacerdotes: Et γ Ornia filius Nathan ſuper aſsiſtentes: Et Zabuth filius Nathan amicus regis: Et Achiſar erat œconomus: & δ Eliac œconomus: & Eliab filius Saph ſuper familiam: Et Adoniram filius

A filius Aydon super tributa. Et Salomoni duodecim præfecti super omnem Israel ad præbendum regi, & domui eius: mēsem in anno erat super vnum præbere. Et hæc nomina eorum. ε Been filius Or in monte Ephræm, ζ vnus: Filius Dacar in Maies, & in Salabin, & Bæthsamys, & Elom vsque Bethanan, vnus: Filius Esdi in Araboth: ipsius Sochò, & vniuersa terra Opher: Filij Aminadab vniuersa Nephthador (Thephat filia Salomon erat ei in vxorem) vnus: Banà filius Achiluth ipsam Ithanaach, & Maggeddo: & vniuersa domus San, quæ apud Sesathan, sub Esrae: & de Bæthsan vsque Abelmaula, vsque Maeber Lucam, vnus: Filius Naber in Rhaboth η Galaad (huic funiculus Ergab in Ba B san sexaginta ciuitates magnæ muratæ, & vectes ænei) vnus: Achinadab filius Saddò Maanaim: Achimaas in Nephthalim: (& hic accepit Basemoth filiam Salomon in vxorem) vnus: Baana filius Chusì in Aser, & in Baaloth, θ vnus: Semei filius Elà in Beniamin: Gaber filius Adai in terra Gad Seon regis Esebon, & Og regis Basan: & ι Naseph vnus in terra Iuda: Iosaphat filius Phuasud in Issachar, κ Et præbebant præfecti sic regi Salomon: & omnia mandata ad mensam regis, vnusquisque mensem suum: non mutant verbum. Et ordea, & paleam equis, & currubus ferebant ad locum, vbicumque esset rex, vnusquisque iuxta ordinem suum. λ Et hæc erant necessaria Salomon in die vna, triginta C cori similæ, & sexaginta cori farinæ subactæ, & decē vituli electi, & viginti boues pascuales, & centum oues, præter ceruos, & capreas μ electas, saginata. Quoniam erat princeps trans flumen, & erat ei pax ex omnibus partibus in circuitu. Et dedit Dominus prudentiam ipsi Salomon, & sapientiam multam valde & latitudinem cordis, velut arena, quæ iuxta mare. Et ν abundauit Salomon valde super prudentiam omnium ξ antiquorum hominum, & super omnes prudentes Aegypti: & sapuit super omnes homines: & sapuit super ο Gæthan Zaritem, & Aenam, & Chalcad, & Darala filios Mal. Et locutus est Salomon ter mille parabolas: & fuerunt cantica eius quinque mille. Et locutus est de lignis D a cedro, quæ in Libano, & vsque ad hyssopum egredientem per parietem. Et locutus est de pecoribus, & de volatilibus, & de reptilibus, & de piscibus. Et adueniebant omnes populi audire sapientiam Salomon, π & ab omnibus regibus terræ, quicumque audiebant sapientiam eius. Et accepit Salomon filiam Pharao sibi in vxorem: & introduxit eam in ciuitatem Dauid; quoadusque ipse consummasset domum Domini, & domum suam, & murū Hierusalem. Tunc ascēdit Pharao rex Aegypti, & cepit Gazer, & incendit eam, & Chananitem habitantem in Mergab. Et dedit ρ eas Pharao missiones filiæ suæ vxori Salomon. Et Salomon ædificauit Gazer.

E

α Sadoc.] *Compl. & alii addunt* ὁ ἱερεὺς, Sacerdos. *Sed melius vulgata* Sacerdotis. β Filius Seba.] *In aliis* υἱοὶ σειρὰ filij Sisa: *quod respondet vulgatæ*. γ Ornia.] *Alii* Azarias, *vt vulgata*. δ Et Eliac œconomus.] *Absunt ista à multis: à Compl. autem etiam illa, quæ sequuntur*, & Eliab filius Saph super familiam, *quemadmodum & à vulgata*. ε Been filius Or.] *Compl. habet tantum* Benor: *vulgata tantum* Benhur. *Nam* Ben, & filius *idem videntur valere. Multa semper huiusmodi in his propriis nominibus eueniunt.* ζ Vnus.] εἷς. *In aliquibus* ἰς. *A Compl. abest & hic, & in sequentibus (quemadmodum etiam in vulgata) præterquam vno loco, qui indicabitur.* η Galaad.] *In Compl. sequitur* τούτῳ ἦσαν πόλεις ἰαὴρ υἱοῦ μανασσῆ ἐν γαλαάδ, τούτῳ σχοίνισμα ἀργὼβ, huius erant ciuitates Iair filij Manasse, huic funiculus Argob, &c. *quod fere respondet vulgatæ*. θ Vnus.] *Hic in aliis collocatur Iosaphat ante Semei*. ι Et Naseph vnus.] *Alij* νασὶβ, *vel* νασὶβ, *& significat præfectum: quare hic etiam in Compl. additur* εἷς. *Est enim sensus*: & præfectus in terra Iuda vnus. κ Et præbebant.] *Hic locus in Compl. multis interiectis, quæ in nostra habentur cap.*

 præce-

præcedenti, sic habet, καὶ ἐχορήγουν οἱ καθεστάμενοι οὗτοι τῷ βασιλεῖ σαλωμὼν κατὰ πάντα τὰ διηγγελμένα, & præbebant præfecti hi regi Solomoni iuxta omnia, quæ mandata erant. λ Et hæc erant necessaria.] *Hæc vsque ad illud*, Et dedit Dominus, *quæ habita sunt etiam capite superiore, hoc loco absunt ab aliis. Habentur tamen, sed cum aliqua varietate, in Compl. vt in vulgata.* μ Electas, saginata.] *Supra dictum est*, καὶ ὀρνίθων ἐκλεκτῶν νομάδων, et aues electas pascuales. *quomodo fere nunc Compl. Vulgata autem*, atque bubalorum, & auium altilium. ν Antiquorum.] *Vulgata* Orientalium. ξ Abundauit Salomon.] ἐπληθύνθη σαλωμών. *Alii addunt* σοφία σαλωμών, multiplicata est sapientia Salomon. ο Gæthan.] *Theodoretus q.16. mentionem facit* ἐχάμ, *&* αἰμάν, *quæ nomina eodem modo habentur in Compl.* π Et ab omnibus regibus.] *In aliis*, καὶ ἐλάμβανε δῶρα παρὰ πάντων (*abest* πάντων *à Compl.*) τῶν βασιλέων, & accipiebat dona ab omnibus regibus. ρ Eas Pharao, missiones.] *Sic etiam Theodoretus q.18. Compl. cap.9. habet* αὐτὴν, eam. *Theodoretus ita explicat*, quas cepit urbes, dotem ei dedit, cum Salomoni eam despondisset. *Verum de toto hoc Pharaonis loco sic scribitur in scholio.* Hoc in exēplo ponitur post vniuersam templi ædificationem, & post orationem Salomonis, & Dei ad ipsum apparitionem: quemadmodum & eo loco notatum inuenies.

CAP. V.

ET misit Chiram rex Tyri pueros suos ad α vngendum Salomon pro Dauid patre eius: quoniam Chiram fuerat diligens Dauid omnibus diebus. Et misit Salomon ad Chiram, dicens: Tu nosti patrem meum Dauid, quia non poterat ædificare domum Domini Dei mei à facie bellorum, quæ circundederūt eum; quoadusque Dominus daret eos sub vestigijs pedum eius. Et nunc requiem dedit Dominus Deus meus mihi in circuitu: & non est aduersarius: & non est β peccatum malum. Et ecce ego dico ædificare domum nomini Dei mei; sicut locutus est Dominus Deus ad Dauid patrem meum, dicēs: Filius tuus, quem dabo pro te super thronum tuum, hic ædificabit domum nomini meo. Et nunc manda: & cædant mihi ligna de Libano. Et ecce serui mei cum seruis tuis. Et mercedem γ seruitij tui dabo tibi secundum omnia, quæcumque dixeris: quoniam tu nosti, quia non est nobis sciens ligna cædere, sicut Sidonij. Et factum est, vt audiuit Chiram verba Salomon, gauisus est valde, & dixit: Benedictus Deus hodie, qui dedit ipsi Dauid filium prudentem super populum multum istum. Et misit ad Salomon, dicens: Audiui de omnibus, de quibus misisti ad me: ego faciam omnem voluntatem tuam. Ligna cedrina, & abiegna serui mei deducent ea de Libano ad mare: ego ponam ea δ rates vsque ad locum, quocumque miseris ad me: & excutiam ea ibi, & tu tolles. Et facies voluntatem meam, dando panes domui meæ. Et fuit Chiram dans Salomon cedros, & abietes, & omnem voluntatem eius. Et Salomon dedit Chiram viginti mille coros frumenti, & ζ Machir domui eius, & viginti millia η Bæth olei contusi. Iuxta hoc dabat Salomon ipsi Chiram per annum. Et Dominus dedit sapientiam Salomon, sicut locutus est ei. Et fuit pax inter Chiram, & inter Salomon; & disposuerunt testamentum inter se. Et retulit rex tributum ex omni Israel: & fuit tributum triginta millia virorum. Et misit eos in Libanum: decem mille in mense mutantes se: mensem erant in Libano, & duos menses in domo sua. Et Adoniram super tributū. Et erāt Salomon septuaginta mille portantes onus, & octuaginta millia lapicidarum in monte absque principibus, qui præsidebant super opera Salomon: ter mille, & sexcenti θ præfecti, facientes opera. Et parauerunt lapides, & ligna ι tribus annis.

α Ad vn-

A α Ad vngendum.] *Ita etiam Theodoretus* 19. *vbi hūc locum diligenter explicat. In scholio autem hæc notantur.* In quibusdam exemplaribus *habetur,* καὶ ἀπέστειλε Χειρὰμ βασιλεὺς Τύρου τοὺς παῖδας αὐτοῦ πρὸς Σαλωμών. (*al.* σαλωμῶντα) ἤκουσε γὰρ ὅτι αὐτὸν ἔχρισαν εἰς βασιλέα ἀντὶ Δαυὶδ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. φίλος γὰρ ἦν Χειρὰμ τῷ Δαυὶδ πάσας τὰς ἡμέρας. ἀπέστειλεν οὖν Σαλωμὼν πρὸς Χειρὰμ, καὶ τὰ ἑξῆς. *quæ in vulgata.* Misit quoque Hiram rex Tyri seruos suos ad Salomonem: audiuit enim quòd ipsum vnxissent regem pro patre eius: quia amicus fuerat Hiram Dauid omni tempore. Misit autem Salomon ad Hiram, &c. β Peccatum malum.] *In aliis est* ἀπάντημα πονηρόν, *quod in vulgata,* occursus malus. γ Seruitij tui.] *Compl.* τῶν δούλων σου, seruorum tuorum. δ Rates.] σχεδίας: *& subintelligitur ut etiam in hebræo,* εἰς, in ratibus: *quod exprimit Compl. sic Gen.* 6. nidos facies arcam *pro,* in arca. ζ Et Machir.] *Etiam Theodoretus q.* 20. *in codicibus collatis habet* μαχεὶρ, *sed sine copula,* &: *ac putat significare mensuram. Interpres habet* Maclet: *quod satis conuenit cum dictione hebræa: quam tamen nolunt significare non mensuram, sed cibum. In aliis autem codicibus est* μαχὴλ, *in Compl.* μαχάλ. η Bath.] *Theodoretus.* Istud autem בת alij interpretati sunt βάτον (al. βάδον.) Batus autem mensura est palestina continens septuaginta sextarios, & quatuor congios, sicut dixit Iosephus. θ Præfecti, facientes opera.] ἐπιστάται οἱ ποιοῦντες τὰ ἔργα, *ut uerbum* ποιεῖν *uideatur dictum de iis, qui opus faciendum curant. Compl.* ἐπιστάται τοῦ
B λαοῦ τῶν ποιούντων τὰ ἔργα, *quod vulgata,* præcipientium populo, & ijs, qui faciebant opus. *Atque ita etiam in nostra cap.* 3. *vbi hoc idem repetitur. Quod uero ad numerum pertinet, etiam ibi est* ter mille, & sexcenti. *Sed in Compl. & uulgata hic* ter mille, & trecenti. *In quibus etiam sequuntur nonnulla, quæ in nostra, & in aliis ponuntur non longe ab initio sequentis capitis: ubi etiam uidetur habuisse Theodoretus.* ι Tribus annis.] τρία ἔτη. *Theodoretus q.* 21. τρισὶν ἔτεσιν εἰς τὴν οἰκοδομὴν τοῦ οἴκου, tribus annis ad ædificationem domus. *Compl. habet tantum* τοῦ οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον ad ædificandam domum, *ut uulgata.*

CAP. VI.

ET factum est in α quadragesimo, & quadringentesimo anno exitus filiorum Israël de Ægypto, anno quarto in mense secundo regnante rege Sa-
C lomon super Israel; & mandauit rex, vt tollant lapides magnos preciosos in fundamentum domus, & lapides β non dolatos. Et dolauerunt filij Salomon, & filij Chiram, & iecerunt eos. In γ anno quarto fundauit domum Domini in mense Ziū, δ & secundo mense. In vndecimo anno in mense Baal (hic est mensis octauus) consummata est domus in ε omni ratione eius, & in omni constitutione eius. Et domus, quam ædificauit rex Domino, ζ quadraginta in cubito longitudo eius, & viginti in cubito latitudo eius, & quinq; & viginti in cubito altitudo eius. Et ipsum η Ælā secundū faciē tēpli: viginti in cubito longitudo eius, in latitudinē θ domus secundū faciē domus. Et ædificauit domū, &
D consummauit eā. Et fecit domui fenestras ι oblique prospiciētes occultas. Et dedit super parietem domus κ Melathra per circuitum templo, & ipsi λ Dabir. μ Latus quod subter, quinque cubitorum in cubito latitudo eius: & medium sex: & tertium septem in cubito latitudo eius. Quoniam interuallum dedit ν domui in circuitu ab extra ipsius domus: vt non hærerent muris domus. Et domus, cum ipsa ædificaretur, lapidibus ξ ex rupe excisis illaboratis ædificata est. Et malleus, & securis, & omne vas ferreum non est auditum in domo, dum ipsa ædificaretur. Et ostium lateris quod subtus, ο sub humero domus dextro, & cochlearis ascensus ad medium, & a medio ad tertia conclauia. Et ædificauit do-
E mum, & consummauit eam: & laquearibus texit eam cedris. Et ædificauit π ligamenta per totam domum: quinque cubitorum altitudo eius: ρ & conclusit colligaturam in lignis cedrinis. Et σ ædificauit parietes domus ab intus per ligna cedrina a pauimento domus, & vsque ad parietes, & vsque ad trabes: laquearibus texit coniuncte lignis ab intus: & circundedit internum domus in costis abiegnis. Et ædificauit viginti cubitos a τ summo muri latus vnum a pauimento vsque ad trabes. Et υ fecit è Dabir in sanctum sanctorum. (Et φ quadraginta cubitorum fuit templum ad faciem ipsius Dabir) in medio domus ab

intus ad dandam ibi arcam testamenti Domini: viginti cubiti longitudo: & viginti cubiti latitudo : & viginti cubiti altitudo eius: & circundedit illud auro concluso. Et fecit altare ad faciem Dabir, & circundedit illud auro. Et totam domum operuit auro vsque ad consummationem vniuersæ domus. Et fecit in Dabir duo κ Cherubim: decem cubitorum magnitudo mensurata; & quinque cubitorum ala Cherubim vnius: & quinque cubitorum ala eius secũda in cubito: decem a parte alæ eius ad partem alæ eius. Sic Cherubim secundo, in mensura vna consummatio vna vtrisque: & altitudo Cherubim vnius, decem in cubito: & sic Cherubim secundo. Et vtraque Cherubim in medio domus intimæ. Et expandit alas eorum, & tangebat ala vna parietem: & ala Cherubim secundi tangebat parietem secundum. Et alæ eorum in medio domus tangebant ala alam. Et operuit Cherubim auro. Omnes parietes domus in circuitu celatos scripsit scriptura Cherubim, & ϛ palmas interiore, & exteriore. Et pauimentum domus operuit auro, intimæ, & extimæ. Et ostio ipsius Dabir fecit ianuas * ex lignis iuniperinis, porticus quadrupliciter, in vtrisque ianuis ligna abiegna: duæ plicæ ianua vna, & cardines earum: & duæ plicæ ianua secunda : volubilia insculpta Cherubim, & palmæ, & expansæ laminæ, & operta auro deducto super sculpturam. Et ædificauit atrium intimum: tres ordines αα non dolatorum, & ordinem fabrefactæ cedri in circuitu. ββ Et ædificauit velamen atrij ipsius Ælam domus, quæ ad faciem templi.

α Quadragesimo.] Compl. ὀγδοηκοστῷ, octogesimo, vt vulgata. β Non dolatos.] ἀπελεκήτους, sic etiam Theodoretus q. 22. vbi hunc locum tractat. In Compl. in extremo superiore capite, vbi hæc habet, sic legitur, καὶ λίθους πελεκητούς, καὶ ἐπελέκησαν οἱ δοῦλοι σαλωμῶντος, καὶ οἱ δοῦλοι χειρὰμ καὶ οἱ γίβλιοι, καὶ ἡτοίμασαν, & lapides dolatos: & dolauerunt serui Solomonis, & serui Chiram, & Giblij, &c. γ In anno quarto.] Hæc vsque ad illud, & domus, in Compl. leguntur in extremo hoc capite, vt in vulgata. δ Et secundo mense.] Ab aliquo libro abest illud & καί. A Compl. autem totum istud, vt etiam à vulgata. ε In omni ratione eius, & in omni constitutione eius.] Compl. κατὰ πάντας τοὺς λόγους αὐτοῦ, καὶ κατὰ πάντα τὰ κρίματα αὐτοῦ, secundum omnia verba eius (idest res ad illam pertinentes: est enim hebraismus) & secundum omnia iudicia eius. ζ Quadraginta.] Sic etiam Theodoretus, & de hac re accurate disputat. Verum in Scholio hæc leguntur. In quibusdam quidem exemplaribus positum est τεσσαράκοντα, quadraginta: sed in exaplo, & accuratioribus ἑξήκοντα sexaginta. Altitudinis autem quædam quidem habent vigintiquinque cubitos, exaplum autem triginta. Compl. conuenit cum exaplo. η Ælam.] Theodoretus ἐλὰμ & inquit significare προπύλαιον, vestibulum. θ Domus.] In Compl. adduntur verba ista, quæ sunt in aliis etiam libris, & à Theodoreto agnoscuntur, & respondẽt vulgatæ. καὶ δέκα ἐν πήχει (al. πήχεις) τὸ πλάτος αὐτοῦ κατὰ πρόσωπον, & decem in cubito latitudo eius secundum faciem, &c. ι Oblique prospicientes.] Vulgata etiam obliquas. Alii ex hebræo prospectiuas. Theodoretus διακύπτους, Compl. διατεταμένας, reticulatas, cancellatas. Interpretatur Theodoretus, latas intrinsecus, extrinsecus angustas, perforatis lapidibus ornatas. Aliqui tamen ex hebræo vertunt, latas extrinsecus, intrinsecus angustas. κ Melathra.] Theodoretus docet sic esse appellatas domunculas ædificatas in circuitu templi. Alii interpretantur trabes: vulgata tabulata. Omnino est communius quiddam significans appendicẽ, quare in sequenti capite significat epistylium. λ Dabir.] Theodoretus interpretatur Sancta Sanctorũ. Alii oraculũ, vt vulgata. μ Latus, quod subter.] In alliis est, καὶ ἐποίησε πλευρὰς κυκλόθεν (aut κύκλῳ, vt Compl.) τῷ ναῷ καὶ τῷ δαβίρ, & fecit latera, ac tabulata in circuitu. Latus, quod subter, &c. De quo loco disputans Theodoretus hæc scribit, quæ visum est apponere, quando interpres mutilato codice vsus est. Admiretur autem nemo; si Epipeda quidem (idest domunculæ vnicam contignationem habentes) erant quinque cubitorum, quæ autem duas contignationes, sex cubitorum, quæ autem tres, septem cubitorum. Parietes enim inferne latiores erant, vt ferrent pondus ædificij. Dempta autem secundum partem parietibus latitudine, additus est ijs quidem, quę duas contignationes haberent, vnus cubitus, ijs autem, quæ tres, duo cubiti. ν Domui in circuitu.] Theodoretus τῷ τοίχῳ κυκλόθεν τοῦ οἴκου, parieti in circuitu domus. Hic autem locus varie vertitur ex hebræo.

ξ Ex rupe excisis, illaboratis.] ἀκροτόμοις ἀργοῖς, S. Hieronymus in cap. 3. Amos, ἀκρότομον interpretatur petram durissimam, quam nos latine dicere sibiicem possumus: & in ps. 113. rupem in fontes, vbi græce ἀκρότομον εἰς πηγὰς ὑδάτων. Et hic etiam repetit Theodoretus templum fuisse constructum ex lapidibus sponte natis: eos autem, qui secandi, & dolandi erant ad appendices templi construendos, in monte ipso aptatos fuisse. Quare nonnulli dictiones hebræas interpretantur, ex integris lapidibus, vt allati erant. Compl. habet λίθοις ὁλοκλήροις ἀκροτόμοις, & interpretatur, Lapidibus integris dolatis. ο Sub humero.] Compl. ἐπὶ τὴν ὠμίαν, ad humerum.

π Liga-

A π Ligamenta.] ἐνδέσμοις, *Theodoretus interpretatur* ἱμαντώσεις, contignationes. *vulgata hoc loco* tabulatū. ρ Conclusit colligaturam.] συνέχε τὸ σύνδεσμον. *Compl. retinet idem nomen quod supra*, τοὺς ἐνδέσμους, *sed pro* συνέχε *habet* συνέχειν, confundebat: *quod non conuenit.* σ Et ædificauit.] *In scholio inserto vni codici quæstionum Theodoreti hæc leguntur*. Sciendum est ante hæc verba legi in exaplo, & accuratis exemplaribus etiam hæc, καὶ ἐγένετο λόγος κυρίου πρὸς σολομὼν (*Compl.* σολομῶντα) λέγων. ὁ οἶκος οὗτος, ὃν σὺ οἰκοδομεῖς, ἐὰν ὁδεύσῃς τοῖς (*Compl.* ὁδεύσῃς ἐν τοῖς) προστάγμασί μου, καὶ τὰ κρίματά μου ποιῇς, καὶ φυλάσσῃς πάσας τὰς ἐντολάς μου, ἀναστρέφεσθαι ἐν αὐταῖς, στήσω τὸν λόγον μου σὺν σοὶ (*Compl.* μετὰ σοῦ. *ab aliis abest*) ὃν ἐλάλησα πρὸς δαυὶδ τὸν πατέρα σου, καὶ κατασκηνώσω ἐν μέσῳ υἱῶν ἰσραήλ, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψω (*Compl.* οὐ καταλείψω) τὸν λαόν μου ἰσραήλ, Et factum est verbum Domini ad Solomon, dicens: Domus hæc, quam tu ædificas, si ambulaueris in decretis meis, & iudicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea, conuersando in eis; firmabo verbum meum tecum, quod loquutus sum ad Dauid patrem tuum: & inhabitabo in medio filiorum Israel: & non derelinquam populum meum Israel] In quibusdam vero exemplaribus hæc non habentur: quæ quidam exemplaria secutum Theodoretum puto hæc non posuisse. *Habentur tamen in plerisque libris, & respondent vulgatæ.* τ A summo muri latus

B vnum.] *Ita etiam Theodoretus. Compl.* ἀπ' ἄκρου τοῦ οἴκου τῶν πλευρῶν τῶν κεδρίνων, ab extremo domus laterum cedrinorum. *Vulgata*, tabulata cedrina. υ Et fecit è Dabir in Sanctum Sanctorum.] *Hoc videtur significare, fecit, vt locus ille, constans viginti cubitis, qui vocatur Dabir, esset Sanctum Sanctorum. Compl.* καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἔσωθεν ἐκ τοῦ δαβὶρ εἰς τὸ ἅγιον τῶν ἁγίων, & fecit eum intrinsecus è Dabir in Sanctū Sanctorū. *Alii* καὶ ἐποίησεν αὐτῷ ἔσωθεν, Et fecit sibi intus: *quod valde respondet hebræo. Theodoretus*, καὶ ἐποίησεν ἕως τοῦ δαβεὶρ τὸν τοῖχον, εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, & fecit vsque ad Dabir parietem, ad Sancta Sanctorum. φ Et quadraginta cubitorum.] *Eodem fere modo habet hic locus apud Theodoretum. Sed in scholio inserto hæc adnotantur. lxx.* καὶ τεσσαράκοντα πηχῶν ἦν ὁ οἶκος, αὐτὸς ὁ ναὸς ὁ ἐσώτατος, καὶ διὰ κέδρου πρὸς τὸν οἶκον ἔσω πλοκῆς ἐπαναστάσεως καὶ πέταλα, καὶ ἀνάγλυφα πάντα κέδρινα, οὐκ ἐφαίνετο λίθος κατὰ πρόσωπον τοῦ δαβὶρ, ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου ἔσωθεν ἡτοίμασε δοῦναι ἐκεῖ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης κυρίου, καὶ εἰς πρόσωπον τοῦ δαβὶρ εἴκοσι πήχεις μῆκος, καὶ τὰ ἑξῆς. & quadraginta cubitorum erat domus (ipsa est templum intimum) & per cedrum ad domum intrinsecus textura insurgente, & laminæ, & cælaturæ prominentes, omnia cedrina, non apparebat lapis: ad faciem ipsius Dabir in medio domus intrinsecus parauit ad dandum ibi arcam testamenti domini: & ad faciem Dabir viginti cubiti longitudo, &c. Aquila, & Theo

C dotio, καὶ τεσσαράκοντα πηχῶν ἦν ὁ οἶκος, αὐτὸς ὁ ναὸς τῇ σχολῇ. καὶ κέδρου πρὸς τὸν οἶκον ἔνδον διατετορευμένα ξυσμωτὰ καὶ περίγλυφα ἐκπέτοντα, τὰ πάντα κέδρου, οὐκ ἦν λίθος βλεπόμενος. καὶ χρηματιστήριον ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου ἔσωθεν ἡτοίμασε τοῦ δοθῆναι ἐκεῖ γλωσσόκομον συνθήκης κυρίου. καὶ εἰς πρόσωπον τοῦ χρηματιστηρίου εἴκοσι πηχῶν μῆκος, καὶ εἴκοσι πηχῶν πλάτος καὶ εἴκοσι πηχῶν ἀνάστημα αὐτοῦ. καὶ περιέπλασεν αὐτὸ χρυσίῳ ἀποκλείσῳ. Et quadraginta cubitorum erat domus (ipsa est templum bonæ vacationi) & ex cedro ad domum intrinsecus sculpturæ torno factæ, & cælaturæ prominentes, omnia ex cedro: non cernebatur lapis. Et oraculum in medio domus intus parauit ad dandum ibi arcam fęderis Domini. Et ad faciem oraculi viginti cubitorum longitudo, & viginti cubitorum latitudo, & viginti cubitorum statura ipsius: & circumplasmauit illud auro concluso. *Quod autem pertinet ad lectionem lxx. in illis*, ipsa est templum intimum, *valde suspicamur de mendo: nisi intelligatur intimum præ atrio ipso. Compl. (in qua hæc habentur, licet non iisdem omnino verbis) hoc loco habet* καὶ τεσσαράκοντα πηχῶν ἦν αὐτὸς ὁ ναὸς κατὰ πρόσωπον τοῦ δαβὶρ, & quadraginta cubitorum erat ipsum templum ad faciem Dabir, *quod in vulgata est* præ foribus oraculi: *& ita fere chaldæus: hebræus autem*, ad facies meas, *& nonnulli interpretantur*, exterius, quod est ante oraculum. *Item illud*, ad faciem ipsius Dabir in medio domus, *videtur idem valere, ac si diceretur* faciem ipsius Dabir: *itemque illud, quod paulo post*, & ad faciem oraculi viginti cubitorū.

D *Compl. quidem hoc secundum non habet, quod tamen est in hebræo, illud vero prius*, καὶ τὸ δαβὶρ ἐν μέσῳ, & ipsum Dabir in medio, &c. χ Duo Cherubim.] *Alii codices addunt* ξύλων κυπαρισσίνων, ex lignis cupressinis. *Vulgata* oliuarum. ψ Palmas.] *In Compl. additur*, καὶ διαπεπετασμένα πέταλα, & expansas laminas. ω Ex lignis iuniperinis, porticus quadrupliciter.] *In aliis*, καὶ φλιὰς πενταπλᾶς, καὶ δύο θύρας ξύλων πευκίνων, καὶ γλυπτὰ ἐπ' αὐτῶν ἐκκεκολαμμένα χερουβὶμ, καὶ φοίνικας, καὶ πέταλα διαπεπετασμένα. καὶ περιέσχε χρυσίῳ, καὶ κατέβαινεν ἐπὶ τὰ χερουβὶμ, καὶ ἐπὶ τοὺς φοίνικας τὸ χρυσίον. καὶ οὕτως ἐποίησε τῷ πυλῶνι τοῦ ναοῦ. φλιαὶ ξύλων ἀρκευθίνων (*Cōpl.* ἐκ ξύλων ἀρκευθίνων) στοαὶ τετραπλῶς. Et limina quintuplicia, & duas portas ex lignis abiegnis, & sculpturas insculptas super eas, & palmas, & laminas expansas. Et circundedit auro: & descendebat super Cherubim et super palmas aurū. Et sic fecit vestibulo templi: limina de lignis iuniperi, porticus quadrupliciter. *Quæ satis respondent vulgatæ: sed ea habet* lignis oliuarum. αα Non dolatorum.] *Rursus Compl.* διὰ πελεκητῶν, *quod vulgata* politorum. ββ Et ædificauit velamen atrij ipsius Ælam domus, quæ ad faciem templi.] *Hæc in aliis codicibus legūtur cum aliqua varietate. Absunt autem à Compl. vt à vulgata: & pro his habentur ea, quæ ad annum ædificationis pertinent, & in nostra sunt ad initium huius capitis.*

E

CAP. VII.

ET * misit Salomon, & acciuit Chiram e Tyro filium mulieris viduæ: & hic de tribu Nephthalim: & pater eius vir Tyrius, faber æris, & plenus arte, & intelligentia, & scientia faciendi omne opus in ære. Et introductus est ad regem Salomon. Et fecit omnia opera. Et fudit duas columnas ipsi Ælam domus: octo & decem cubiti altitudo columnæ: & β perimetrum, quatuordecim

cim cubiti, circundabāt eam, crassitiem columnæ, quatuor digitorum cauitates. Et sic columna secunda. Et duo ν additamenta fecit, ad dandum super capita columnarum δ fusilia: quinque cubiti, altitudo additamenti vnius: & quinque cubiti altitudo additamenti secundi. Et fecit ε duo retia ad cooperiendum additamenta columnarum: & ζ rete additamento vni: & rete additamento secundo, & opus pensile. Duo ordines malogranatorū æneorum, reticulati, opus pensile, ordo super ordinem. Et sic fecit additamento secundo. Et statuit columnas ipsius Ælam templi. Et statuit columnam vnam, & vocauit nomen eius Iachum. Et statuit columnam secundam: & vocauit nomen eius Boloz. Et η super capita columnarum opus lilij secundum Ælam quatuor cubitorum. Et Melathrum super vtrasque columnas: & desuper latera θ additamentum, Melathrum crassitiei. Et fecit ι mare, decem in cubito a labio eius vsque ad labium eius; rotundum in circuitu ipsum: quinque in cubito altitudo eius: & κ resticula tres, & triginta in cubito. Et fulcimenta sub labio eius in circuitu circundabant illud, decem in cubito in circuitu. Et λ labium eius, tanquam opus labij calicis, μ germen lilij: & crassities eius, palmus. Et duodecim boues subter mare: tres spectantes Aquilonem: & tres spectantes mare: & tres spectantes Austrum: & tres spectantes orientem: & omnia posteriora ad ν domum. Et mare super eos desuper. Et fecit decem ξ Mechonoth æneas: quinque cubiti longitudo Mechonoth vnius, & quatuor cubiti latitudo eius, & sex in cubito altitudo eius. Et hoc opus ipsarum Mechonoth, conclusum eis, & conclusum inter iuncturas. Et super clausuras earum inter iuncturas leones, & boues, & Cherubim, & super iūcturas. Sic & desuper. Et subter leones, & boues, regiones, opus descensionis. Et quatuor rotæ æneæ Mechonoth vni, & excedētia ænea, & quatuor partes earū, humeruli subter ο luteres. Et manus in rotis in ipsa Mechonoth: & alitudo rotæ vnius, cubiti ac dimidij. Et opus rotarū, opus rotarū currus. Manus earū, & dorsa earū, & tractatio earū, omnia fusilia: quatuor humeruli super quatuor angulos Mechonoth vnius: ex ipsa Mechonoth humeri eius. Et super caput ipsius Mechonoth dimidiū cubiti magnitudo eius rotūda in circuitu super caput ipsius Mechonoth. Et principiū manuū eius, & clausuræ σ eius. Et aperiebatur super principia manuum suarum: & clausuræ eius Cherubim, & leones, & palmæ, stantia, cohærens vnumquodque ad faciem intus, & quæ in circuitu. Secundum hāc fecit omnes decem Mechonoth, ordinem vnū, & mensuram in omnibus. Et fecit decem τ Chytrocaulos æneos, quadraginta Choas capientem vnum Chytrocaulum mensura quatuor cubitorum. Chytrocaulus vnus super Mechonoth vnam, decem ipsis Mechonoth. Et posuit quinque Mechonoth ab humero domus a dextris, & quinque ab humero domus a sinistris. Et mare ab humero domus a dextris ad orientem a latere Austri. Et fecit Chiram lebetes, & υ calfactoria, & phialas. Et consummauit Chiram faciens omnia opera, quæ fecit regi Salomon in domo Domini: Columnas duas: & vertibilia φ columnarum super capita columnarum duo: & retia duo ad operiendum vtraque vertebilia sculpturarum existentia super columnas: Malogranata quadringenta vtrisque retibus: duo ordines malogranatorū reti vni: ad cooperiendum vtraque existentia vertibilia χ ipsius Mechanoth, super vtrasque columnas. Et Mechonoth decem, & chytrocaulos decem super Mechonoth.

A chonoth. Et mare vnum, & boues duodecim ſubtus mare, & lebetes, & calfactoria, & phialas, & omnia vaſa, quæ fecit Chiram regi Salomon, ⸸ domo domini. Et columnæ quadraginta, & octo domus regis, & domus Domini. Omnia opera regis, quæ fecit Chiram, ænea abundanter. Non erat pondus æris, quo fecit omnia opera hæc: præ multitudine valde, nõ erat terminus ponderũ æris. In vicinia Iordanis fudit ea in craſsitie terræ inter Socchoth, & inter Sirà. Et ᵃ accepit rex Salomon vaſa, quæ feceratin domo Domini, altare aureum, & menſam, ſuper quam panes oblationis, auream, & candelabra quinque a ſiniſtris, & quinque a dextris ſecundum faciem Dabir, aurea concluſa, & lampadas, & lucernas, & ᵃᵃ eparyſtres aureas. Et veſtibula, & claui & phialæ, patellæ,

B & mortariola aurea, concluſa. Et cardines oſtiorum domus intimæ ſancti ſanctorum, & oſtia templi aurea. Et completum eſt opus, quod fecit Salomon domus Domini. Et intulit Salomon ſancta Dauid patris ſui, & omnia ſancta Salomon, argentum, & aurum, & vaſa dedit in Theſauros domus Domini. Et domum ædificauit ſibi Salomon tribus & decem annis. Et ædificauit domum ᵝᵝ ſyluæ Libani: centum cubiti longitudo eius: & quinquaginta cubiti latitudo eius: & triginta cubitorum altitudo eius: & trium ordinum columnarum cedrinarum: & humeri cedrini columnis. Et ᵞᵞ texuit domum deſuper ſuper latera columnarum. Et numerus columnarum, quadraginta & quinque, ordo, &

C Melathra tria, & ᵟᵟ capacitas ſuper capacitatem tripliciter. Et omnia oſtia, & capacitates quadrangulæ melathris inſtructæ: & ab oſtio ad oſtium tripliciter. Et Aelam columnarum: quinquaginta longitudo, & ᵋᵋ quinquaginta in latitudine, iuncta Aelam ſuper faciem earum: & columnæ, & craſsities ſuper faciem ᶎᶎ eius ipſis Aelamin. Et Aelam ᵑᵑ thronorum, vbi iudicabit ibi: Aelam tribunalis. Et domus ᶿᶿ eorum, in qua ſedebitur illuc; atrium vnum circumuolutum his iuxta opus hoc. Et domum filiæ Pharaonis, quam accepit Salomon, iuxta hoc Aelam. Omnia hæc ex lapidibus precioſis, ſculpta ex interuallo ab ᶦᶦ intus, & a fundamento vſque ad ſummitates parietum, & ab exta ad atrium

D magnum fundatum in precioſis lapidibus magnis, lapidibus decem cubitorũ, & octo cubitorum, & deſuper, precioſis ſecundum menſuram ᵏᵏ non dolatorum, & cedris. Atrij magni in circuitu tres ordines non dolatorum, & ordo ſculptæ cedri. Et ᵡᵡ conſummauit Salomon totam domum ſuam.

α Et miſit.] *Ante hæc in Compl. & vulgata ponuntur, quæ ad ædificationem domus Salomonis, & vxoris pertinent. In noſtra autem & cæteris græcis habentur in extremo capite: quo etiam loco agnoſcuntur a Theodoreto.* β Et perimetrum quatuordecim cubiti circundabant eam, craſſitiem columnæ, quatuor digitorũ cauitates.] *In Compl. tantum eſt*, καὶ τὸ περίμετρον δύο, καὶ δέκα πηχῶν σπαρτίον ἐκύκλου αὐτόν, & perimetrum duodecim cubitorum filum ambiebat eam. *Et ſatis reſpondet vulgatæ, niſi quod* περίμετρον, *&* σπαρτίον *duæ videntur interpretationes, & alterutrum ſatis eſt. Theodoretus & ipſe habet circuitum quatuordecim cubitorum.*

E γ Additamenta.] ἐπιθέματα, *quæ in vulgata ſunt* capitella: *alii dicunt* coronamenta. δ Fuſilia.] *Compl. addit* χαλκᾶ, *& vulgata*, fuſilia ex ære. ε Duo.] *Abeſt a Compl. & vulgata.* ζ Et rete additamento vni, & rete additamento ſecundo, & opus penſile.] *Compl.* ἑπτὰ τῷ ἐπιθέματι τῷ ἑνί, καὶ ἑπτὰ τῷ ἐπιθέματι τῷ δευτέρῳ. ἔργον κρεμαστόν, ſeptem capitello vni, & ſeptem capitello ſecundo, opus penſile. η Et ſuper capita.] *In aliis*, καὶ ἐπιθέματα ἐπὶ τῶν κεφαλῶν, & capitella ſuper capita. *Verum hæc omnia in codicibus varie ſunt poſita, coagmentata, repetita, mutilata. In Compl. quidem ita ſunt aptata, vt ſatis reſpondeant vulgatæ.* θ Additamentum melathron craſſitiei.] *Theodoretus.* Melathron vocauit, quod nunc aliqui vocant epiſtylion. Hoc autem oſtendit etiam hiſtoria dicens, ἐπίθεμα τὸ μέλαθρον ἐπ' ἀμφοτέρων τῶν στύλων, additamentum Melathron ſuper vtraſque columnas: *& in vno codice additur* πάχει, craſſitiei. *Compl. autem pro his* Melathrum craſſitiei, *habet iſta*, καὶ τῶν ῥοῶν διακόσιοι στίχοι, ἐπὶ τ κεφαλίδος τῆς δευτέρας, et malogranatorum ducenti ordines ſuper capitellum ſecundum. ι Marc.] *Alii addunt* χυτόν, fuſile. κ Et reſticula tres, et triginta in cubiti.]

cubito.] καὶ συνηγμένη τρεῖς καὶ τριάκοντα ἐν πήχει. *Alii habent tantum* τριάκοντα, triginta, *& addunt* ἐκύκλουν αὐτήν: *quod vulgata*, triginta cubitorum cingebant illud per circuitum. *Ita etiam Compl. nisi quod habet* συνηγμένα. *Int. Theodoreti habuit & ipse* triginta. *Sed in codicibus emendatioribus legitur, vt in nostra: atque ita apud eũ esse legendum, explanatio ostendit.* Etenim habebat quidem (*inquit*) speciem hemisphærij, decem cubitos diametrum, tres autem et triginta cubitos habebat ambitus. Quoniam palmi mensuram habebat crassities, duobus autem palmis, eo inquam, qui hinc, et illo, qui inde, coniunctis cum diametri mensura, inueniuntur vndecim cubiti: hi autem triplicati faciunt triginta tres. λ Et labium eius.] *In aliis hæc habentur paulo post: hoc autem loco alia in aliis: in Compl. quidem, quod ex parte respondet hebræo*, δύο στίχοι ὑποστηριγμάτων χυτῶν ἐν τῷ χωνευτηρίῳ αὐτῶν, duo ordines fulcimentorum fusilium in fusorio eorum. μ Germen lilij.] *Compl.* βλαστὸν κρίνου, δύο χιλιάδας χοῦς ἐχώρει, germinans lilium, bis mille batos capiebat. ν Ad domum.] *Alij* εἰς τὸν τοῖχον ad murum, *Compl.* εἰς τὸ ἔνδον, ad intus: *quod respondet vulgatæ.* ξ Mechonoth.] *Theodoretus.* Ipsas Mechonoth Paralipomenon liber dixit λουτῆρας, luterem, & lauachrũ, Iosephus autem bases dixit esse Mechonoth, τοὺς δὲ προσαύλας, luteres impositos basibus. *Alius autem Theodoreti codex habet* χυτροκαύλους, *sicut & nonnulli codices. Interpres* Trochaulos. ο Mechonoth.] *Hic Compl.* μεχωνώ, *propius ad hebræum, qui hoc modo distinguit inter singularem, & multitudinis numerum. Quod etiam interdum seruatur in Cherub, & Cherubim, Aelam, & Aelamim. Sed id perpetuum non est.* π Luteres.] *In aliis additur*, καὶ ὦμοι αὐτῶν χυτοὶ ἀπὸ πέραν ἀνδρὸς προσκείμεναι τῇ πλευρᾷ ἑξῆς. & humeruli fusi a transitu viri, (*idest* ex latere vniuscuiusque, *quæ est phrasis notanda*) appositi. Et os eius ab intus capitelli, & supra in cubito; & os eius rotundum, factura sic cubiti, & dimidij cubiti: & super os eius tornaturæ, & interrasilia earum quadrangula, non rotunda. Et quatuor rotæ subter interrasilia. ρ Et tractatio.] καὶ ἡ πραγματεία. *Compl.* αἱ πραγματεῖαι. *Videtur esse id, quod vulgata vertit* canthi, & modioli, *alii autem* subiugalia, & ligamina. σ Eius.] *In Compl.* ἀπ᾽ αὐτῆς, *quod in vulgata*, ex semetipsa. τ Chytrocaulos.] *De varietate, quæ in hoc nomine, paulo ante dictum est. Vertunt autem* luteres, *aut* conchas. υ Calfactoria.] *Theodoretus.* Appellauit autem τοὺς θερμαστρεῖς ipsos θερμαντῆρας, in quibus aquam solemus calfacere. φ Columnarum.] *Compl.* τῶν γλυφῶν, sculpturarum, *vt paulo post etiam in nostra.* χ Ipsius Mechonoth.] *Abest a cæteris.* ψ Domo.] *Sic hebræus, nam subintelligendum est*, in, *quod in Compl. exprimitur*, ἐν τῷ οἴκῳ: *quæ autem sequuntur in nostra, & aliis græcis*, Et columnæ quadraginta & octo domus regis, & domus Domini. Omnia opera regis, quæ fecit Chiram, *absunt a Compl. & vulgata.* ω Accepit.] *Alii* ἔδωκεν, dedit. *Similis prope varietas & in ps. 67. Nam quod ibi legitur*, accepisti dona in hominibus, *B. Paulus* Eph. 4. dedit dona hominibus. *Vulgata* posuit. αα Eparystres.] ἐπαρυστρὶς *al.* τὰς ἐπαρυστρίδας, *interdum vertunt* hydrias, *interdum* forcipes, *interdum* emunctoria, *interdum* infusoria. ββ Syluæ Libani.] δρυμῷ. *In alijs est in generandi casu* δρυμοῦ, *itemque apud Theodoretum, apud quem, vt diximus, huius domus ædificatio hoc loco ponitur, non autem initio capitis, vt in Compl.* γγ Texuit.] *Compl. addit* κέδρῳ, cedro, *itemque paulo post, ad illud* ordo, *addit, vt etiam fere alii libri*, ὁ στίχος ὁ εἷς δέκα, καὶ πέντε. ordo vnus, decem & quinque. *Sed in scholio hæc leguntur.* In Hexaplo inquit domum habere quadraginta quinque columnas. *Scriptum est enim sic*, καὶ τριῶν στίχων ξύλων κεδρίνων, καὶ ὦμοι κέδρινοι τοῖς στύλοις. καὶ ἐφάτνωσε τὸν οἶκον ἄνωθεν ἐπὶ τῶν πλευρῶν τῶν στύλων. πέντε καὶ τεσσαράκοντα ὁ στίχος ὁ εἷς. Et trium ordinum lignorum cedrinorum: & humeri cedrini columnis. Et texuit domum desuper super costas columnarum: quinque, & quadraginta ordo vnus. *Ac sane Theodoretus q. 24. narrat (vt est in manuscriptis: nam mendose apud interpretem) domum habuisse centum triginta quinque columnas.* δδ Capacitas.] χώρας. *Solent vertere* regionem, *& fortasse non discrepat a vulgata, vt intelligatur ista sibi e regione respondisse. Sunt tamen, qui putent fenestram significari.* εε Et quinquaginta.] *In Compl. & apud Theodoretum est*, καὶ τριάκοντα πηχῶν, & triginta cubitorum, *vt vulgata.* ζζ Eius, ipsis Ælamin.] *Compl. habet tantum* αὐτοῖς eis. ηη Thronorum.] *Ita etiam Theodoretus: licet aliter interpres. Compl. autem* τοῦ θρόνου, throni. θθ Eorum.] *Ita apud eundem. Compl.* καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ, ἐν ᾧ καθήσεται ἐκεῖ, καὶ αὐλὴ μία, & domus eius, in qua sedebit illic; & atrium vnum. ιι Intus.] *In Compl. & in melioribus codicibus Theodoreti additur*, καὶ ἔξωθεν, & ab extra. κκ Non dolatorum.] *Compl.* καὶ ἐπάνωθεν λίθοις τιμίοις κατὰ τὸ αὐτὸ μέτρον πελεκητοῖς, et desuper lapidibus preciosis secundum eandem mensuram dolatis: *itemque paulo post* τρεῖς στίχοι πελεκητῶν, tres ordines dolatorum. *Ac certe ad huiusmodi ædificia vsum esse lapidibus sectis notat etiam Theodoretus.* λλ Et consummauit Salomon totam domum suam.] *Pro his in Compl. legitur*, καὶ τῇ αὐλῇ οἴκου κυρίου τὸ ἔσωθεν καὶ τῷ ἐλαμ τοῦ οἴκου, Et atrio domus Domini ab intra, et porticui domus.

CAP. VIII.

ET [a] factum est, postquam consummauit Salomon ædificare domum Domini, & domum suam post viginti annos, huc conuocauit rex Salomon omnes seniores Israel in Sion ad ferendum arcam testamenti Domini e ciuitate Dauid (hæc est Sion) in mense Athanin. Et tulerunt Sacerdotes arcam, & tabernaculum testimonij, & vasa sancta, quæ in tabernaculo testimonij. Et rex, & omnis Israel ante arcam, immolantes oues, boues sine numero. Et inferunt Sacerdotes arcam in locum eius, in Dabir domus, in sancta sanctorum

A ctorum sub alas Cherubim: quoniam Cherubim expansa alis super locum arcæ & cooperiebant Cherubim super arcam, & super [c] sancta eius desuper. Et eminere faciebant sanctificata: & inspiciebātur capita sanctificatorum e sanctis ad faciem Dabir: & non videbantur [γ] extra. Non erat in arca, nisi duæ tabulæ lapideæ, tabulæ testamenti, quas [δ] posuit Moyses in Choreb: quas disposuit Dominus cum filijs Israel in egrediendo eos e terra Ægypti. Et factum est, quando exierunt sacerdotes e sancto; & nubes impleuit domum: & non potuerunt sacerdotes stare ad ministrandum a facie nubis: quoniam impleuerat gloria Domini [ε] domum. Et conuertit rex faciem suam: & benedixit rex omnem Israel: & omnis Ecclesia Israel stabat. Et dixit: Benedictus Dominus Deus Israel hodie, qui locutus est in ore suo de Dauid patre meo, & in manibus suis impleuit, dicēs: Ex qua die eduxi populum meum Israel de Aegypto; non elegi in ciuitate in vno sceptro Israel ad ædificandam domum, vt esset nomen meum ibi. Et elegi in Hierusalem esse nomen meum ibi. Et elegi Dauid, vt esset super populum meum Israel. Et fuit super cor patris mei ædificare domum nomini Domini Dei Israel. Et dixit Dominus ad Dauid patrem meum: Pro eo quod venit in cor tuum, ædificare domum nomini meo; recte fecisti, quia factum est super cor tuum. Verumtamen tu non ædificabis domum: sed filius tuus egressus e lateribus tuis, hic ædificabit domum nomini meo. Et suscitauit Dominus verbum suum, quod locutus est. Et surrexi pro Dauid patre meo: & sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus: & ædificaui domum nomini Domini Dei Israel. Et posui ibi locum arcæ; in qua est ibi testamentum Domini, quod disposuit Dominus cum patribus nostris; cum ipse educeret eos de terra Aegypti. Et [ζ] surrexit Salomon ad faciem altaris Domini coram omni Ecclesia Israel. Et expandit manus suas ad cælum, & dixit: Domine Deus Israel, non est, sicut tu, Deus in cælo sursum, & super terram deorsum, custodiens testamentum, & misericordiam seruo tuo [η] ambulanti coram te in toto corde suo; quæ custodisti seruo tuo Dauid patri meo. Etenim locutus es in ore tuo, & in manibus tuis impleuisti, sicut dies hæc. Et nunc Domine Deus Israel custodi seruo tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei, dicens: Non [θ] auferetur a te vir a facie mea sedens super thronū Israel: dūmodo custodiant filij tui vias suas, ambulando corā me, sicut ambulasti corā me. Et nunc Domine Deus Israel, fidele sit, obsecro, verbum tuū Dauid patri meo. Quoniam si vere habitabit Deus cum hominibus super terram? Si cælum, & cælum cæli non sufficient tibi; [ι] tantum etiam domus hæc, quam ædificaui nomini tuo? Et respicies super orationem meam Domine Deus Israel, audiendo [κ] deprecationem, quam seruus tuus deprecatur coram te ad te hodie: vt sint oculi tui aperti in domum hanc die, & nocte, ad locum, quem dixisti, Erit nomen meum ibi; vt exaudias deprecationem, quam deprecatur seruus tuus, ad locum hunc die, & nocte. Et exaudies orationem serui tui, & populi tui Israel, quæcumque deprecati fuerint in loco hoc. Et tu exaudies in loco habitationis tuæ in cælo. Et facies, & propitius eris, quæcumque peccauerit vnusquisque proximo suo. Et si acceperit in eum maledictionem ad maledicendum eum, & venerit, & confessus fuerit ad faciem altaris tui in domo hac; & tu exaudies de cælo, & facies. Et iudicabis populum tuum Israel, iniquitatis condemnando

iniquum

iniquum,& dando viam eius in caput eius, & ad iustificandum iustum, dando ei secundum iustitiam eius. In cadendo populum tuum Israel coram inimicis, quoniam peccabunt tibi,& reuertent,& confitebuntur nomini tuo,& deprecabuntur,& orabunt in domo hac;& tu exaudies de cælo,& propitius eris peccatis populi tui Israel, & reduces eos in terram, quam dedisti patribus eorum. Cum cohibitum fuerit cælum, & non fuerit facta pluuia, quoniam peccabunt tibi,& deprecabuntur in loco hoc, & confitebuntur nomini tuo, & a peccatis suis auertent se, cum humiliaueris eos; & exaudies de cælo, & propitius eris peccatis serui tui, & populi tui Israel. Quoniam manifestabis eis viam bonam ad ambulandum in ea: & dabis pluuiam super terram, quam dedisti populo tuo in hæreditate. Fames si facta fuerit, mors si facta fuerit, ^ quia erit incendium, bruchus, ærugo si fuerit, & si tribulauerit eum inimicus eius in vna ciuitatum eius; omnem occursum, µ omnem laborem, omnem deprecationem, omnem orationem, si acciderit omni homini, postquam cognouerint vnusquisque tactum cordis sui, & expanderit manus suas in loco hoc;& tu exaudies de cælo, ex parato habitaculo tuo,& propitius eris, & facies,& dabis viro iuxta vias eius, sicut cognoueris vias eius: Quoniam tu prorsus solus nouisti cor omnium filiorum hominum: vt timeant te omnibus diebus, quibus vixerint super terram, quam dedisti patribus nostris. Etiam alieno, qui non est de populo tuo hic, ' & veniēt,& deprecabūtur in loco hoc;& tu exaudies de cælo de præparato habitaculo tuo,& facies iuxta omnia, quæcumque inuocauerit te alienus: vt cognoscant omnes populi nomen tuum, & timeant te; sicut populus tuus Israel; & cognoscant, quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc, quam ædificaui. Quia egredietur populus tuus in bellum super inimicos suos in via, qua conuertes eos, & deprecabuntur in nomine Domini ξ viam ciuitatis, quam elegisti in ea,& domus, quam ædificaui nomini tuo;& tu exaudies de cælo orationem eorum, & deprecationem eorum: & facies iustificationem eis. Quia peccabunt tibi (quoniam non est homo, qui non peccabit) & induces eos,& trades eos coram inimicis,& captiuantes captiuabunt in terrā longe, vel prope,& conuertēt corda sua in terra, quo trāslati fuerint illuc, & conuerterint se in terra transmigrationis suæ,& orauerint te, dicentes, Peccauimus, iniuste egimus, iniquitatem fecimus, & reuerterint ad te in toto corde suo,& in tota anima sua, in terra inimicorū suorum, quo transtuleris eos,& deprecabuntur ad te viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, & ciuitatis, quam elegisti, & domus, quam ædificaui nomini tuo; & exaudies de cælo, de præparato habitaculo • tuo: & propitius eris iniustitijs eorum, quibus peccauerint tibi, & iuxta omnes præuaricationes eorum, quas præuaricati fuerint tibi:& dabis eos in misericordias coram ijs, qui captiuauerunt eos,& miserebuntur in eos. Quoniam populus tuus, & hæreditas tua, quos eduxisti de terra Aegypti, e medio fornacis ferri. Et stent oculi tui,& aures tuæ apertæ ad orationem serui tui,& ad orationem populi tui Israel; ad exaudiendum eos in omnibus, quæcumque inuocauerint te. Quoniam tu distinxisti eos tibi in hæreditatem ex omnibus populis terræ: sicut locutus es in manu serui tui Moysi, in educendo te patres nostros e terra Aegypti: Domine, Domine. • Tunc locutus est Salomon pro domo, postquam consummauit ædificare eam. Solem fecit

A fecit notum in cælo: Dominus dixit habitare in caligine: Ædifica domum meam, domum decoram tibi ad inhabitandum super nouitatem. Nonne ecce ι hæc scripta est in libro cantici? Et factum est, postquã consummauit Salomon deprecans ad Dominum deprecationem, & orationem hanc; & surrexit a facie altaris Domini, cum curuasset se super genua sua, & manus eius expansæ ad cælum. Et stetit, & benedixit omnem Ecclesiam Israel voce magna, dicens: Benedictus Dominus hodie, qui dedit requiem populo suo Israel iuxta omnia, quæcumque locutus est. Non dissonuit verbum vnum in omnibus verbis eius bonis, quæ locutus est in manu serui sui Moysi. Sit Dominus Deus noster nobiscum; sicut fuit cum patribus nostris. Ne derelinquat nos, σ neque auertat nos,

B inclinando corda nostra ad ipsum, vt eamus in omnibus vijs eius, & custodiamus omnia mandata eius, & præcepta eius, quæ mandauit patribus nostris. Et sint verba hæc, sicut oraui coram Domino Deo nostro, appropinquantia ad Dominum Deum nostrum die, ac nocte, ad faciendum iustificationem serui tui, & iustificationem populi Israel, verbum diei in die τ anni: Vt cognoscant omnes populi terræ, quia Dominus Deus, ipse est Deus, & non est vltra. Et sint corda nostra perfecta erga Dominum Deum nostrum, et υ sancte ambulando in præceptis eius, et custodiendo mandata eius, sicut dies hæc. Et rex, et omnes filij Israel sacrificauerunt sacrificium coram Domino. Et sacrificauit rex Salomõ

C sacrificia pacificorum, quæ sacrificauit Domino, boum duo et viginti millia, ouium centum et viginti millia. Et dedicauit domum Domini rex, et omnes filij Israel. Die illa sanctificauit rex medium atrij, quod ad faciem domus Domini: quoniam fecit ibi holocaustosim, et sacrificia, et adipes pacificorum: quoniam altare æreum, quod coram Domino, paruum erat, ita vt non posset φ holocaustosim, et sacrificia pacificorum sufferre. Et fecit Salomon festiuitatem in die illa, et omnis Israel cum eo: Ecclesia magna ab introitu Hemath vsque ad flumen Ægypti coram Domino Deo nostro χ in domo, quam ædificauit, comedens, et bibens, et lætans coram Domino Deo nostro septem dies. Et

D in die octaua dimisit populum. Et benedixerunt regem: & abijt vnusquisque ad tabernacula sua lætantes. Et bonum fuit cor super bonis, quæ fecerat Dominus Dauid seruo suo, & Israel populo suo.

α Et factum est, postquam consummauit Salomon ædificare domum Domini, & domum suam post viginti annos.] *Hæc absunt à Compl. & vulgata.* β Sancta.] *Vulgata* vectes, *& dictiones hebraicæ, quarum vna significat* Sancta, *altera* vectes, *valde similes sunt.* γ Extra.] *In Compl. additur,* καὶ ἦσαν ἐκεῖ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, *quod in vulgata,* & fuerunt ibi vsque in præsentem diem. δ Posuit.] *Alij,* ἔθηκεν ἐκεῖ, posuit ibi. ε Domum.] *In Compl. hæc adduntur,* κυρίου. τότε εἶπε σολομών. κύριος εἶπεν τοῦ κατασκηνῶσαι ἐν γνόφῳ. καὶ ἐγὼ ᾠκοδόμησα οἶκον τῷ ὀνόματί σου ἅγιόν σοι, καὶ ἕτοιμον, καὶ τῇ καθέδρᾳ σου τοῦ κατασκηνῶσαί σε ἐν αὐτῷ εἰς τοὺς αἰῶνας. Domini. Tunc dixit Salomon: Dominus dixit habitare in caligine. Et ego ędificaui domum nomini tuo san-

E ctam tibi, & stabilem, & sedi tuæ, ad habitandum te in ea in secula. *quæ satis respondent vulgatæ. Sed eadem fere sententia apud lxx. inferius ponitur, vt ibi notabitur.* ζ Surrexit.] *Alii* ἔστη, stetit. η Ambulanti.] *Compl.* πεπορευμένῳ qui ambulauit. *Sed vulgata,* seruis tuis, qui ambulant. θ A te.] σου. *Et vulgata* de te. *Alii* σοι tibi. *vt etiam cap. sequenti in nostra.* ι Tantum etiam.] πλὴν καί: *satis prope ad phrasim hebræam, & valet* quanto magis, *vt vulgata. Compl. autem* πῶς, quomodo. κ Deprecationem.] *Alij* τῆς τέρψεως, καὶ τῆς προσευχῆς, voluptatem, & deprecationem. *Compl.* τῆς δεήσεως, καὶ τῆς προσευχῆς, orationem, & deprecationem. λ Quia.] ὅτι. *Compl.* ὅτε, quando. *Ab hebræo abest vtrumque. Vsitatum autem est istud* ὅτι *valere* si, *vt paulo post,* Quia egredietur, Quia peccabũt: *quo posteriore loco etiam Compl. habet* ὅτι, *licet in priore* ἐὰν δέ. μ Omnem laborem.] *In aliis est* πάντα πόνον, *quod in nostra est* πᾶν: *idque sæpe in codice Vaticano notari potest.* ν Et venient, & deprecabuntur in loco hoc.] *Pro his in* Compl. *est,* καὶ ἥξει ἐκ γῆς μακρόθεν διὰ τὸ ὄνομά σου, διότι ἀκούσονται τὸ ὄνομά σου τὸ μέγα, καὶ τὴν χεῖρά σου τὴν κραταιάν, καὶ τὸν βραχίονά σου τὸν ὑψηλόν, καὶ ἥξει, καὶ προσεύξεται εἰς τὸν τόπον τοῦτον: & veniet è terra longinqua propter nomen tuum (quoniam audient nomen tuum magnum,

magnum, & manum tuam validam, & brachium tuum excelsum) & veniet, & deprecabitur in loco hoc: *quæ respondent vulgatæ.* ξ Viam ciuitatis.] *Valet,* respiciens ad ciuitatem, & ad templum hoc. *Ita enim Theodoretus,* εἰς τὸν τοῦτον ναὸν ἐπιβλέπων. *Item quæ paulo infra,* iam terræ suæ. ο Tuo.] *Compl. addit* τῆς προσευχῆς αὐτῶν, καὶ δεήσεως αὐτῶν, καὶ ποιήσεις τὸ δικαίωμα αὐτῶν: *quod vulgata,* orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum. ϖ Tunc loquutus.] *In scholio notatur hæc vsque ad illud.* Et factum est, postquam consummauit, *in exaplo apud solos lxx. haberi. Diximus similem sententiam non longe ab initio huius capitis in Compl. & vulgata esse. A Theodoreto q. 27. videatur hoc eodem loco, quo in cæteris græcis, agnosci. Sed pro* ἐγνώρισεν, *habet* ἔστησεν, collocauit, *& in aliquo codice pro* οἰκοδόμησεν, *habet* οἰκοδόμησεν, ædificauit. ρ Hæc scripta est in libro.] *In scholio refertur ex lxx.* τοῦτο γέγραπται ἐν βιβλίῳ, hæc scripta sunt in libro. *Nostra lectio est etiam Theodoreti, & sapit hebraismum.* σ Neque auertat, inclinando.] *Est vis quædam affirmationis in hac phrasi, quæ imitatur hebræum, idest,* complectatur nos, inclinando, &c. *Compl.* μηδὲ ἀποστρέψαι ἡμᾶς, ἀλλ' ἐπικλῖναι, neque auertat nos, sed inclinet. τ Anni.] *Alii,* αὐτοῦ, eius, *idest* per singulos dies, *vt est in vulgata.* υ Et sancte.] *In aliis est* τοῦ ὁσίως, sancte. φ Holocaustosim.] *In aliis codicibus additur,* καὶ τὸ δῶρον, *quod vulgata,* & sacrificium. χ In domo, quam ædificauit, comedens, & bibens, & lætans coram Domino Deo nostro septem dies.] *Ita in plerisque. Compl. habet tantum* ἑπτὰ ἡμέρας, καὶ ἑπτὰ ἡμέρας, τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέρας, septem dies, & septem dies, quatuordecim dies: *quod respondet vulgatæ, & inuentum est etiam in vno libro manuscripto, sed post illa,* in domo, quam ædificauit comedens, & bibens, & lætans coram Domino Deo nostro, *quæ etiam manifesto agnoscuntur à Theodoreto q. 27.*

CAP. IX.

ET factum est, postquã consummauit Salomõ ædificare domũ Domini, & domũ regis, & omne opus Salomon, quæcumque voluit facere; & apparuit Dominus ipsi Salomon secundo, sicut [a] apparuerat in Gabaon. Et dixit ad eum Dominus: Audiui vocem deprecationis tuæ, & orationis tuæ, quam orasti coram me. Feci tibi secundum omnem deprecationem tuam. Sanctificaui domum hanc, quam ædificasti ad ponendum nomen meum ibi in seculum. Et erunt oculi mei illuc, & cor meum omnibus diebus. Et tu si ambulaueris coram me, sicut ambulauit Dauid pater tuus in sanctitate cordis, & rectitudine, & faciendo iuxta omnia, quæ mandaui ei, & præcepta mea, & mandata mea custodieris; & faciam surgere thronum regni tui in Israel in seculum, sicut locutus sum Dauid patri tuo, dicens: Non auferetur tibi vir Dux in Israel. Si autem auersi auertemini vos, & filij vestri a me, & non custodieritis mandata mea, & præcepta mea, [β] quæ dedit Moyses coram vobis, & ieritis, & seruieritis Dijs alijs, & adoraueritis eos; & tollam Israel de terra, quam dedi eis: & domũ hanc, quam sanctificaui nomini meo, abijciam a facie mea. Et erit Israel in perditionem, & in sermonẽ in omnibus populis: [γ] & domus ista erit excelsa: omnis transiens per eam stupebit, & sibilabit, & dicent: Propter quid fecit Dominus sic terræ huic, & domui huic? Et dicent: Pro eo, quod dereliquerunt Dominũ Deum suum, qui eduxit patres eorum ex Ægypto, e domo seruitutis, & susceperunt Deos alienos, & adorauerunt eos, & seruierunt eis, propter hoc induxit Dominus super eos [δ] malum hoc. [ε] Tunc adduxit Salomon filiam Pharaonis e ciuitate Dauid in domum suam, quam ædificauerat sibi in diebus illis. Viginti annis, in quibus ædificauit Salomon ambas domos, domum Domini, & domum regis, Chiram rex Tyri adiuuit Salomõ in lignis cedrinis, & in lignis abiegnis, & in auro, & in omni voluntate eius. Tunc dedit rex ipsi Chirã viginti ciuitates in terra Galilæa. Et exiuit Chiram e Tyro, & iuit in Galilæam ad videndum ciuitates, quas dederat ei Salomon: & non placuerunt ei; & dixit: Quid ciuitates hæ, quas dedisti mihi frater? Et vocauit eas terminũ vsque in diẽ hanc. Et attulit Chirã Salomoni centũ & viginti talenta auri. Et nauẽ [ζ] pro ea re fecit rex Salomon in Gasion Gaber, quæ est iuxta Ælath super labiũ vltimi maris in terra

terra Edom. Et misit Chiram in naui puerorum suorum viros nauticos impellere scientes mare cum pueris Salomon. Et venerunt in Sophirà: & sumpserunt inde auri [η] centum, & viginti talenta, & attulerunt regi Salomon.

[α] Apparuerat.] *Compl. addit* αὐτῷ ei. [β] Quæ dedit Moyses.] *Compl.* ἃ ἔδωκα, quæ dedi, *quod respondet vulgatæ. Sed Theodoretus q. 29. vt hic.* [γ] Et domus ista erit excelsa.] *Ad verbum ex hebræo: sed valet idem, ac si exprimeretur*, & domus ista, quæ est excelsa. *Ab alijs, & à Theodoreto abest illud*, erit ἔσται. *Compl. autem* καὶ ὁ οἶκος οὗτος ὁ ὑψηλὸς ἔσται εἰς παράδειγμα, & domus hæc excelsa erit in exemplum: *quomodo est in vulgata, nisi quod non habet*, excelsa. [δ] Malum.] *Compl.* πᾶσαν τὴν κακίαν ταύτην, omne malum hoc. [ε] Tunc adduxit.] *Hæc vsque ad illud* viginti, *absunt hoc loco à Compl. & vulgata: sed habentur paulo inferius. Hic autem Compl.* καὶ ἐγένετο μετὰ εἴκοσι, *& vulgata*, expletis autem annis viginti. [ζ] Pro ea re.] *Ita visum est posse reddi illud* ὑπὲρ ὃ: *nisi legendum sit* ὑπερῴου, tabulati, *aut alio simili modo. In hebræo nihil est, quod illi respondeat. A Compl. quidem abest, & à scholio, quod ita habet.* lxx. καὶ ναῦν ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Σαλωμὼν ἐν Γασιὼν Γαβὲρ, τὴν οὖσαν ἐχομένην Αἰλὼθ, ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς ἐσχάτης θαλάσσης ἐν γῇ Ἐδώμ, & quæ sequuntur. Ante hæc ponuntur in exaplo cum alijs quibusdam etiam ea, quæ ad Pharaonem regem Ægypti pertinent, quia cepit Gazer, & incendit eam, & Chananæum habitantem in ciuitate interfecit, & dedit eam missiones filiæ suæ vxori Salomon. Hæc autem apud Theodoretum, & aliqua exemplaria ponuntur ante ædificationem templi: quemadmodum & ibi notatum est. *Nimirum cap. 4. In Compl. sunt omnia, quæ in vulgata. Quare inde peti poterunt. In nostra quidem, & aliis græcis habentur fere omnia, sed variis locis, præcipue cap. sequenti.* [η] Centum viginti.] *In alijs est partim* τετρακόσια, quadraginta, *partim* τετρακόσια, καὶ εἴκοσι, quadraginta, & viginti, *quod respondet vulgatæ.*

CAP. X.

ET regina Saba audiuit nomen Salomon, & nomen Domini: & venit tentare eum in [α] ænigmatibus. Et venit in Hierusalem in virtute graui valde. Et cameli portantes [β] suauitates, & aurum multum valde, & lapidē preciosum. Et ingressa est ad Salomon: & locuta est ei omnia, quæcumque erāt in corde suo. Et indicauit ei Salomon omnia verba eius. Non [γ] fuit verbum despectum a rege, quod non indicauit ei. Et vidit regina Saba omnem prudentiam Salomon, & domum, quam ædificauerat, & cibos Salomon, & cathedram puerorum eius, & stationem ministrorum eius, & vestē eius, & pincernas eius, & holocaustosin eius, quam offerebat in domo Domini. Et extra se facta est: & dixit ad regem Salomon. Verus est sermo, quem audiui in terra mea de sermone tuo, & de prudentia tua: & non credidi ijs, qui dicebāt mihi; donec veni, & viderunt oculi mei; & ecce non sunt [δ] dimidium, sicut annunciarant mihi. Apposuisti [ε] bona ad ea, super omnē auditionem, quam audiui in terra mea. Beatæ mulieres tuæ, beati pueri tui, qui assistunt coram te semper, qui audiunt omnem prudentiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, qui voluit in te, ad dandum te super thronū Israel; eo quod Dominus diligat Israel ad [ζ] statuendum in seculum: & posuit te regem super eos ad faciendum iudicium in iustitia, & in iudicijs [η] eorum. Et dedit Salomoni centum viginti talenta auri, & suauitates multas valde, & lapidem preciosum. Non venit iuxta suauitates illas vltra in multitudine, quas dedit regina Sabà regi Salomon. Et nauis Chiram portans aurū de Suphir, attulit ligna [θ] dolata multa valde, & lapidē preciosum. Et fecit rex ligna dolata, fulcimēta domus Domini, & domus regis, & nablas, & citharas cantoribus. Non venerūt huiusmodi ligna nō dolata super terrā, neque visa sunt [ι] vsquā vsque in diē hāc. Et rex Salomon dedit reginæ Sabà omnia, quæcunque voluit, quæcunque petijt, præter ea, quæ dederat ei per [κ] manū regis Salomon. Et reuertit, & venit in terrā suā, ipsa, & omnes pueri eius. Et erat pondus auri, quod veniebat ad Salomon in anno vno, sexcenta, & sexaginta sex talenta auri, absque tributis subditorū, & mercatorū, & omniū regū regionis vlterioris,

& satraparũ terræ. Et fecit Salomon [μ] trecentas lanceas aureas ductiles (trecenti aurei inerant in lancea vna) & trecenta [ν] scuta aurea ductilia: & tres minæ inerant auri in scuto vno. Et dedit ea rex in domum syluæ Libani. Et fecit rex thronum elephantinum magnum: & circumaurauit illum auro probato: sex gradus throno: & prominentiæ vitulorum ipsi throno ex posterioribus eius: & manus hinc, & hinc super locum cathedræ: & duo leones stantes iuxta manus: & duodecim leones stantes ibi super sex gradus, hinc, & hinc. Non factũ est sic omni regno. Et omnia vasa, [ξ] quæ a Salomon facta, aurea, & luteres aurei, & omnia vasa domus syluæ Libani auro conclusa. Non fuit argentũ: quoniã non erat reputatũ in diebus Salomon: quia nauis Tharsis erat regi Salomõ in mari cũ [ο] nauibus Chirã: vna per tres annos veniebat regi nauis e Tharsis auri, & [π] argẽti, & lapidũ tornatorũ, & dolatorũ. Hæc [ρ] fuit summa distributionis, quã obtulit rex Salomõ ad ædificãdã domũ Domini, & domũ regis, & murũ Hierusalẽ, & arcẽ, ad circũsepiendũ sepẽ ciuitatis Dauid, & Assur, & Magdal, & Gazer, & Bæthoron superiorẽ, & Iethermath, & omnes ciuitates curruũ, & omnes ciuitates equitũ, & negociationẽ Salomon, quã negociatus est, ædificando in Hierusalẽ, & in omni terra. [σ] Vt nõ opprimeret eũ; omnẽ populũ residuũ de Chettæo, & Amorræo, & Pherezæo, & Chananæo, & Euæo, & Iebusæo, & Gergesæo, de ijs, qui non erãt ex filijs Israel, filios eorũ residuos cũ eo in terra, quos non potuerant filij Israel exterminare eos, & adduxit eos Salomon in tributũ vsque in diẽ hãc. Et de filijs Israel non dedit Salomon [υ] molestiã: quoniã ipsi erant viri bellatores, & pueri eius & principes, & [φ] tertiarij eius, & principes curruũ eius, & equites eius. Et magnificatus est Salomon super omnes reges terræ diuitijs, & prudentia. Et omnes reges terræ quærebãt faciẽ Salomon, ad audiendã prudentiã eius, quã dederat Dominus cordi eius. Et ipsi ferebãt vnusquisque dona, vasa [χ] aurea, & vestẽ, stactẽ, & suauitates, & equos, & mulos, [ψ] quod per annũ, anno. Et fuerũt Salomõ [ω] quatuor mille fœminæ equæ ad currus, & duodecim millia equitũ. Et posuit ea in ciuitatibus curruũ, & cũ rege in Hierusalẽ. Et fuit Dux omniũ regũ à flumine, & vsque ad terrã alienigenarũ, & vsque ad terminos Aegypti. Et dedit rex aurũ, & argentũ in Hierusalẽ, tãquã lapides: & cedros dedit, tanquã Sycomoros, quæ in campestri, in multitudine. Et exitus Salomon [αα] equitum & in Aegypto, & ex Thecue: mercatores regis & accipiebant è Thecue in permutatione: & ascẽdebat exitus ex Aegypto, currus pro [ββ] cẽtum argenti, et equus pro quinquaginta argẽti. Et sic omnibus regib. Chettijn, et regib. Syriæ [γγ] per mare egrediebãtur.

[α] Ænigmatibus.] *Ita etiam vulgata. S. Amb. 2. off. cap.* 10. quæstionibus. [β] Suauitates.] ἡδύσματα, *ut videtur & hic, & alibi sæpe significare idem, atque* ἀρώματα, *quod est in Compl.* [γ] Non fuit verbum despectum à rege.] *Idest non fuit res, quæ fugeret visum, atque intelligentiam regis. Apud S. Amb. ibidem totus hic locus sic refertur.* Et venit, & omnia loquuta est, quæ habebat in corde suo: & audiuit omnem sapientiam Salomonis: nec vllum verbum præteriuit eam. [δ] Dimidium, sicut annunciarant mihi.] *Idest, quæ annunciarant mihi, non sunt dimidium eorum, quæ vidi, & comperi. Compl.* κατὰ τὸ ἥμισυ. secundum medietatem, *eodem sensu. S. Amb.* & nunc non est nec dimidia quidem pars secundum ea, quæ annunciabantur mihi. [ε] Bona ad ea super.] *Compl.* σοφίαν καὶ ἀγαθὰ, sapientiam, & bona super. *S. Ambr.* Apposuisti bona super omnia, quæ audiui in terra mea. [ζ] Statuendum.] *Compl. & Theodoretus q.* 32. τοῦ στῆσαι αὐτὸν, ad statuendum eum. [η] Eorum.] *Iidem* αὐτοῦ, eius. *Vulgata ex hebræo,* vt faceres iudicium, & iustitiam. [θ] Dolata.] πελεκητά. *Ita etiam in alio exemplari, & in Complutensi. In cæteris* ἀπελέκητα, non dolata, *sicut etiam paulo post in nostra. Theodoretus quæstione* 34. *Quænam ligna vocat* ἀπελέκητα. Leuia opinor, καὶ ὄζων ἀπηλλαγμένα, & acuminibus libera. Iosephus autem ea dixit πεύκινα, pinea, minime pineis, quæ apud nos similia; ligno enim ficulneo (συκίνῳ quamuis interpres piceis) esse & albiora, & leuiora, & στιλπνότερα dixit.

Fortasse

A *Fortasse legendum* στρυφνότερα, densiora, *aut* acidiora. *Vulgata* thyina. *Alii ex hebreo & chaldæo vertunt* coralia. ι Vsquam.] *Ita etiam hebræus.* Compl. *addit* ἔτι, vltra. κ Per manum] *idest* vltro, *vt vulgata*, & pro munificentia regia. λ Et mercatorum.] *In vno libro sequitur* τῶν ῥωποπωλῶν, eorum, qui res minutas vendunt. μ Trecentas.] *Compl.* διακόσια δόρατα χρυσᾶ ἐλατά, ἑξακόσιοι χρυσοῖ, ducentas lanceas aureas ductiles, sexcenti aurei, *vulgata*, ducenta scuta. ν Scuta.] ὅπλα, *quod in Compl.* θυρεούς. *Vulgata habet* peltas. *alij ex hebræo* clypeos. ξ Quæ a Salomon.] τὰ ὑπὸ τοῦ σαλωμών. *Ita omnes collati codices: magis responderet hebræo, & vulgatæ, si esset* τὰ ποτοῦ, pertinentia ad potum Salomonis. ο Nauibus.] *Etiam vulgata* classibus. *Alii* υἱῶν, filijs, *aut* παίδων, pueris, *vt Compl. quæ etiam omisit illud quod sequitur* μία, vna: *cum tamen etiam in vulgata sit* semel. π Argenti.] *Sic vetusti codices, & Compl.* In *aliis impressis additur* καὶ ὀδόντων ἐλεφαντίνων, καὶ πιθήκων, & dentium elephantinorum & simiarum. *Vulgata addit præterea* pauos. ρ Hæc fuit summa.] Hinc *vsque ad*, Et magnificatus est, *absunt hoc loco à Compl. & vulgata: habuerant enim cap. nono, additis etiam nonnullis.* σ Vt non opprimeret eum.] τοῦ μὴ κατάρξαι αὐτῷ. *Hæc videtur elici posse sententia, vt non tyrannice ageret erga populum Israeliticum, non ab illo, sed ab alienigenis tributum exe*

B *git, ijsque pro seruis vsus est. In Compl. cap. 9. hic locus respondet vulgatæ,* οἰκοδομῆσαι ἐν ἱερουσαλήμ, καὶ ἐν τῷ λιβάνῳ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ τῆς δυναστείας αὐτοῦ. πάντα τὸν ὑπολελειμμένον λαόν, *quod in vulgata*, vt ædificaret in Hierusalem, & in Libano, & in omni terra potestatis suæ Vniuersum populum, qui remanserat, &c. τ Cum eo.] μετ' αὐτοῦ. *Compl.* μετ' αὐτοὺς post eos, *quod respondet hebræo.* υ Molestiam.] πρᾶγμα. *& aliqui* εἰς πρᾶγμα. *Compl.* εἰς δουλείαν, in seruitutem. φ Tertiarij.] τρισσοί. *Videtur idem ac* τριστάται, *de qua dictione dictum est Exo. 15. nam & dictio hebræa est eadem hic, atque illic.* χ Aurea.] *Sic plerique vetusti. Alii addunt*, καὶ ἀργυρᾶ, & argentea. ψ Quod per annum, anno.] *Optime respondet hebræo. Compl.* τὸ κατ' ἐνιαυτὸν εἰς ἐνιαυτόν, quod per annum, in annum: *atque idem valet, quod in vulgata*, per singulos annos. ω Quatuor.] *Alii* τεσσαράκοντα, quadraginta. *Compl.* καὶ συνήγαγε σαλωμὼν ἅρματα καὶ ἱππεῖς. καὶ ἦσαν αὐτῷ χίλια καὶ τετρακόσια ἅρματα. Et congregauit Salomon currus, & equites: & fuerunt ei mille & quadringenti currus: *quod respondet vulgatæ.* αα Equitum.] *Compl.* τῶν ἵππων σαλομῶντος ἐξ αἰγύπτου. καὶ ἐξ ἐκουέ. οἱ ἔμποροι τοῦ βασιλέως ἐλάμβανον ἐξ ἐκουέ, equorum Salomonis ex Ægypto, & ex Ecuè. mercatores regis accipiebant ex Ægypto, &c. ββ Pro centum.] *In eadem* ἀνθ' ἑξακοσίων ἀργυρίου, καὶ ἵππος ἀντὶ ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, *quod in vulgata* pro sexcentis siclis ar-

C genti, & equus centum quinquaginta. γγ Per marc.] *Eadem* διὰ χειρὸς αὐτῶν, per manum eorum, *vt hebræus.*

CAP. XI.

ET rex Salomon erat amator mulierum: α & fuerunt ei vxores principes septingentæ, & concubinæ trecentæ. Et accepit vxores alienas, & filiam Pharao, Moabitidas, Ammanitidas, Syras, & Idumæas, Chettæas, & Amorræas. Ex gentibus, quibus interdixit Dominus filijs Israel, Non intrabi-

D tis ad eos, & ipsi non intrabunt ad vos, ne inclinent corda vestra post idola sua; ad eos adhæsit Salomon, amando. Et factum est in tẽpore senectutis Salomon, & non fuit cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris β eius. Et declinare fecerunt mulieres alienæ cor eius post Deos suos. Tunc ædificauit Salomon excelsum ipsi Chamos idolo γ Moab, & δ regi eorum idolo filiorum Ammon, & Astarte abominationi Sidoniorum. Et sic fecit omnibus vxoribus suis alienis; ε quæ adolebant, & sacrificabant idolis suis. Et fecit Salomon malum in conspectu Domini: non ambulauit post Dominum, sicut Dauid pater eius. Et iratus est Dominus in Salomon; quoniam declinare fecit cor suum a Domino Deo Israel, qui apparuerat ei bis, & mandauerat ei super verbo

E hoc: omnino, vt non iret post Deos alios, ζ & custodiret facere, quæ mandauerat ei Dominus Deus: neque erat cor eius perfectum cum Domino, iuxta cor Dauid patris eius. Et dixit Dominus ad Salomon: Pro eo, quod facta sunt hæc tecum, & non custodisti mandata mea, & præcepta mea, quæ mandaui tibi; discindens discindam regnum tuum de manu tua: & dabo illud seruo tuo. Verumtamen in diebus tuis non faciam ea propter Dauid patrem tuum: de manu filij tui tollam illud. Verumtamen totum regnum non tollã: η sceptrum vnum dabo filio tuo propter Dauid seruum meum, & propter Hierusalem ci-

uitatem, quam elegi. Et suscitauit Dominus Satan Salomoni Ader Idumæum, & Esrom filium Eliadae, qui in Rhaemma Adadezer regem Suba dominum suum. Et congregati sunt super eum viri: & fuit princeps congregationis, & præoccupauit Damasce. Et fuerunt Satan Israeli omnibus diebus Salomon: & Ader Idumæus de semine regni in Idumæa. Et factum fuerat, cum exterminaret Dauid Edom, in eundo Ioab principem militiæ ad sepeliendum cæsos; & exciderunt omne masculinum in Idumæa: quoniam sex menses obsedit ibi Ioab, & vniuersus Israel in Idumæa: quoadusque exterminauit omne masculinum in Idumæa. Et aufugit Ader ipse, & omnes viri Idumæi de seruis patris eius cum eo: & intrarunt in Ægyptum: & Ader puerulus paruus. Et exurgunt viri de ciuitate Madia: & veniunt in Pharan, & assumunt viros secum, & veniunt ad Pharao regem Ægypti. Et intrauit Ader ad Pharao. Et dedit ei domum, & panes constituit ei. Et inuenit Ader gratiam in conspectu Pharaonis valde: & dedit ei vxorem, sororem vxoris suæ, sororem Theceminæ maiorem. Et peperit ei soror Theceminæ, ipsi Ader Ganebath filium suum. Et enutriuit eum Thecemina in medio filiorum Pharaonis. Et fuit Ganebath in medio filiorum Pharaonis. Et Ader audiuit in Aegypto, quia dormiuit Dauid cum patribus suis, & quia mortuus est Ioab princeps militiæ: & dixit Ader ad Pharao: Dimitte me, & reuertam in terram meam. Et dixit Pharao ad Ader: Qua re tu eges mecum? Et ecce tu quæris abire in terram tuam? Et dixit ei Ader: quia dimittens dimittes me. Et reuertit Ader in terram suam. Hoc est malum, quod fecit Ader & grauiter affecit Israel, & regnauit in terra Edom. Et Hieroboã filius Nabath Ephrathi è Sarirà, filius mulieris viduæ, seruus Salomonis. Et hæc res, quia eleuauit manum super regem Salomon. Et rex Salomon ædificauit arcem, conclusit sepem ciuitatis Dauid patris sui. Et homo Hieroboam fortis virtute. Et vidit Salomon paruulum, quia vir operum est; & constituit eum super onera domus Ioseph. Et factum est in tempore illo, & Hieroboam exiuit e Hierusalem: & inuenit eum Achia Selonites propheta in via, & remouit eum de via. Et Achia indutus vestimento nouo: & vtrique soli in campo. Et apprehendit Achiam vestimentum suum nouum, quod super se, & discidit illud duodecim scissuras, & dixit ad Hieroboam: Sume tibi decẽ scissuras: quoniam hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego scindo regnum de manu Salomonis: & dabo tibi decem sceptra: & duo sceptra erunt ei propter seruum meum Dauid, & propter Hierusalem, ciuitatem, quam elegi in ea ex omnibus tribubus Israel: pro eo, quod dereliquit me, & fecit Astaree abominationi Sidoniorũ, & Chamos, & idolis Moab, & regi eorum offendiculo filiorum Ammon, & non ambulauit in vijs meis, ad faciendum rectum coram me, sicut Dauid pater eius. Et non tollam regnum totũ de manu eius: sed propugnans propugnabo ei omnes dies vitæ eius, propter Dauid seruum meum, quem elegi eum. Et tollam regnum de manu filij eius: & dabo tibi decem sceptra: filio autem eius dabo duo sceptra, vt sit sedes seruo meo Dauid omnibus diebus coram me in Hierusalem ciuitate, quam elegi mihi ad ponendum nomen meum ibi. Et te assumam, & regnabis, in quibus concupiscit anima tua: & tu eris rex super Israel. Et erit, si custodieris omnia, quæcunque mandauero tibi, & ambulaueris in vijs meis, & feceris rectum coram me, custodiendo præcepta mea, & mandata mea,

A data mea, sicut fecit Dauid seruus meus, & ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelē, sicut ædificaui ipsi τ Dauid. Et quæsiuit Salomon interficere Hieroboam Et surrexit, & aufugit in Ægyptum ad Susacim regem Ægypti: & fuit in Ægypto, quoadusque mortuus est Salomon. Et reliqua verborum Salomon, & omnia, quæcunque fecit, & υ omnē prudentiam eius, nonne ecce hæc scripta sunt in libro verborum Salomonis? Et dies, quibus regnabat Salomon in Hierusalem super omnem Israel, φ quadraginta anni. Et dormiuit Salomon cum patribus suis: & sepelierunt eum in ciuitate Dauid patris eius. Et χ factum est, postquam audiuit Hieroboam filius Nabat, & cum adhuc ipse esset in Ægypto, vt fugerat à facie Salomonis, & sederat in Ægypto; dirigit se, & venit in ciuitatem B suam Sarirà, quæ in monte Ephræm. Et rex Salomon dormiuit cum patribus suis, & regnauit Roboam filius eius pro eo.

α Et fuerunt ei vxores principes septingentæ, & concubinæ trecentæ.] *Hæc non sunt hoc loco in Compl. & vulgata, sed paulo post, additis etiam istis*, καὶ ἔκλινον αἱ γυναῖκες αὐτοῦ τὴν καρδίαν αὐτοῦ, & declinare fecerunt mulieres eius cor eius. β Eius.] *In aliis sequitur*, καὶ ἐπορεύθη σολομὼν ὀπίσω τῆς ἀστάρτης βδελύγματος (*Theod. Compl.*) σιδωνίων, καὶ ὀπίσω τοῦ βασιλέως αὐτῶν εἰδώλου υἱῶν ἀμμών, *aut vt in Comp.* καὶ ὀπίσω μελχὼμ (*de qua varietate paulo post dicemus*) βδελύγματος ἀμμών. Et iuit Salomon post Astartem abominationem (*al.* Deum) Sidoniorum, & post regem earum idolum filiorum Ammon, *aut*, & post Melchom abominationem Ammon: *quæ respondent vulgatæ: a Theodoreto tamen non referuntur.* γ Moab.] *In Compl. additur* ἐν τῷ ὄρει τῷ κατὰ πρόσωπον ἱερουσαλήμ, *quod vulgata*, in monte, qui contra Hierusalem. δ Regi earum.] *Sæpe in hoc* C *capite & in nostra, & in alijs (pro* μελχὼμ, *quod habet Compl. aut* μελχὼλ, *vt Theodoretus, vulgata autem* Moloch) *legitur* βασιλέως αὐτῶν, *aut* βασιλεῖ αὐτῶν *quod est quasi interpretatio illius. Quod alibi etiam notabitur vsu venire, vt interpretatio nominis pro ipso nomine ponatur.* ε Quæ adolebant.] *A Compl. abest illud*, quæ, *ac tamen est in vulgata. Theodoretus videtur habuisse* ἐθυμία, adolebat. *pro quo cæteri interpretes dixerint* ἐθυμίων, καὶ ἔθυον. ζ Et custodiret facere.] καὶ φυλάξασθαι ποιῆσαι. *Alii, & Theodoretus*, καὶ ποιῆσαι & faceret. *Compl.* καὶ οὐκ ἐφύλαξεν, ἃ ἐνετείλατο αὐτῷ κύριος, *quod vulgata*, & non custodiuit, quæ mandauit ei Dominus. *Neque in ea, neque in aliis quibusdam libris, neque in vulgata sequuntur illa*, neque erat cor eius perfectū cum Domino, iuxta cor Dauid patris eius. *Ponuntur tamen hoc eodem loco apud Theodoretum.* η Et Esrom.] *Hæc vsque ad illud* de semine regni, *non sunt in Compl. & vulgata hoc loco, sed paulo inferius, vbi quasi ex alio principio dicitur*, καὶ ἤγειρε θεὸς σατὰν αὐτῷ τὸν ῥαζὼν υἱὸν ἐλιαδά, *quod in vulgata*, suscitauit quoque ei Deus aduersarium Rhazon filium Eliadam. θ Qui in Raemma.] *In aliis libris est* τὸν βωαμεθ, *quod vocabulum videtur factum ex duobus hebraicis, quorum interpretatio est, quod habetur in Compl.* ὃς ἔφυγεν ἀπὸ] D ἀδαρεζὲρ βασιλέως, qui fugerat ab] Adarezer rege. *Lucifer de regibus Apostaticis.* Et suscitauit Dominus Satã Salomoni Ader Idumæum, & Esron filium Anadeth in Remathad Adragas regem Saba. ι Fuerunt Satan.] *Lucifer*, erant Satanæ. *Alii* ἦν, fuit. *Theodoretus*. Quemnam dicit Satan? τὸν ἀποστάτην, τὸν ἀντιπίπτοντα, τὸν ἀντικείμενον, apostatam, repugnantem, aduersarium. κ De seruis patris eius.] *Sic etiam vulgata, & hebræus. Compl.* δοῦλοι τῶν παίδων τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, serui seruorum patris eius. λ Et exurgunt viri de ciuitate Madiam.] *In Compl. est* & exurgunt de Madiam. μ Constituit ei.] *In aliis additur*, καὶ γῆν ἔδωκεν αὐτῷ, *quod vulgata*, & terram delegauit. ν Quia dimittens.] *Compl.* μηδαμῶς, ὅτι ἐξαποστέλλων. Nequaquam, quia dimittens. ξ Et grauiter affecit Israel.] *Alii*, καὶ ἐβαρύνθη ἐπὶ ἰσραήλ, & aggrauatus est super Israel. ο Et hæc res.] καὶ τοῦτο τὸ πρᾶγμα. *Alii addunt*, ὃ ποίησε, *aut* ὃ ἐποίησε, quam fecit. *In hebræo est, vt in nostro. Valet autē*, & hæc est causa. *Sed in hebræo ante hæc habetur, vt in vulgata*, leuauit manum contra regem. π Fecit.] *Sic Lucifer, sed Compl. & Theodoretus*, ἐδούλευσε, seruiuit. ρ Chamos, & idolis Moab, & regi eorum.] *Compl. & Theodoretus* τῷ χαμὼς εἰδώλῳ μωάβ, καὶ τῷ μελχώμ, Chamos Idolo Moab, & Melchom. *Lucifer*, & fecit Astarte idolo immundo Sidoniorum, & Cama idolo Moab, & regi eorum, religioni filiorum Ammon. *Videantur, quæ paulo superius sunt notata.* σ Sedes.] θέσις. *Sic Lucifer: chaldæus*, vt infirmetur regnum, E *vulgata*, vt remaneat lucerna. *Sed Theodor. q. 37. habet* ὅπως ἡ θέλησις δαυὶδ τοῦ δούλου μου διαμένῃ πάσας, vt voluntas Dauid serui mei permaneat omnibus, &c. τ Dauid.] *In Compl. additur*, καὶ δώσω σοι τὸν ἰσραήλ, καὶ κακουχήσω τὸ σπέρμα δαυὶδ διὰ ταῦτα, πλὴν οὐ πάσας τὰς ἡμέρας. *quod in vulgata*, & tradā tibi Israel, & affligā semē Dauid super hoc, verumtamen non cunctis diebus, *quæ a Lucifero non referuntur.* υ Omnem prudentiam.] *Compl.* πᾶσα ἡ φρόνησις, omnis sapientia, *itemque Theodoretus.* φ Quadraginta.] *Notat Theodoretus Iosephum dixisse*, sexaginta quatuor, *ac docet, quæ huius varietatis potuerit esse causa.* χ Et factum.] *Hinc vsque ad illud*, & regnauit Roboam, *absunt hoc loco a Compl. ut a vulgata: reponuntur autem non longe ab initio sequentis capitis. Sed pro illis*, dirigit se, & venit in ciuitatem suam Sarirà, quæ in mone Ephræm. Et rex Salomon dormiuit cum patribus suis, *habet hæc*, καὶ ἀπέστειλαν, καὶ ἐκάλεσαν αὐτόν, καὶ ἦλθεν ἱεροβοάμ, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἰσραήλ, & miserunt, & vocauerunt eum. Et venit Hieroboam, & omnis populus Israel.

CAP.

CAP. XII.

ET vadit rex Roboam in Sicima: quoniam in Sicima veniebant omnis Israel ad faciendum regem eum. Et locutus est populus ad regem Roboam, dicentes: Pater tuus aggrauauit iugum nostrum: & tu nunc alleua de seruitute patris tui dura, & de iugo eius graui, quod dedit super nos: & seruiemus tibi. Et dixit ad eos: Abite vsque ad dies tres, & reuertite ad me. Et abierunt. Et annunciauit rex senioribus, qui fuerant assistentes coram Salomone patre eius adhuc viuente eo, dicens: Quomodo vos consilium datis, & respondebo populo huic verbum? Et locuti sunt ad eum, dicentes: Si in die haceris seruus populo tuo, & seruies eis, & loqueris ad eos verba bona; & erunt tibi serui omnibus diebus. Et dereliquit consilium seniorum, ᵃ ea, quæ consuluerãt ei & inijt consilium vnà cum pueris, qui enutriti fuerant cum eo, qui assistebant ante faciem eius. Et dixit eis; Quod vos consilium datis? & quid respondebo populo huic, ijs, qui dicunt ad me, dicendo: Alleua de iugo, quod dedit pater tuus super nos? Et locuti sunt ad eum pueri enutriti cum eo, qui assistebant ante faciem eius, dicentes: Hæc loqueris populo huic, ijs, qui locuti sunt ad te, dicentes: Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, & tu nunc alleua à nobis. Hæc loqueris ad eos: ᵝ Paruitas mea crassior lumbo patris mei. Et nunc pater meus strauit vos iugo graui: & ego adijciam super iugum vestrum. Pater meus castigauit vos in flagellis: ego autem castigabo vos in scorpionibus. Et aduenerunt omnis Israel ad regem Roboam in die tertia, sicut locutus erat eis rex, dicens, reuertimini ad me die tertia. Et respondit rex ad populum dura. Et dereliquit Roboam consilium seniorum, ea, quæ consuluerant ei: & locutus est ad eos iuxta consilium puerorum, dicens: Pater meus aggrauauit iugum vestrum: & ego addam super iugum vestrum: Pater meus castigauit vos in flagellis: & ego castigabo vos in scorpionibus. Et non audiuit rex populum: quoniam erat euersio a Domino: vt firmaret verbum suum, quod locutus erat in manu Achià Selonitæ de Hieroboam filio Nabat. Et viderunt omnis Israel, quia non audiuit rex eos. Et respondit populus regi, dicens: Quæ nobis pars in Dauid? & non est nobis hæreditas in filio Iessæ. Recurre Israel ad tabernacula tua. Nunc pasce domum tuam Dauid. Et abierunt Israel ad tabernacula ᵞ sua. Et misit rex Adoniram, qui super tributum: & lapidauerunt eum in ᵟ lapidibus: & mortuus est. Et rex Roboam anticipauit ᵋ ascendere, ad fugiendum in Hierusalem. Et rebellis fuit Israel in domum Dauid vsque in diem hanc. Et factum est postquã audiuit omnis Israel, quia reuertit Hieroboam ex Aegypto; & miserunt, & vocauerunt eum in synagogam: & regem fecerunt eum super Israel. Et non fuit post domum Dauid, nisi de sceptro Iuda, & Beniamin soli. Et Roboam intrauit in Hierusalem: & euoacauit synagogam Iuda, & sceptrum Beniamin, centum & viginti millia adolescentium facientium bellum, ad bellandum aduersus domum Israel, ad restituendum regnum Roboam filio Salomon. Et factum est verbum Domini ad Samæam hominem Dei, dicens: Dic Roboam filio Salomon regi Iuda, & ad vniuersam domũ Iuda, & Beniamin, & residuo populi, dicens: Hæc dicit Dominus: Non ascendetis, neque bellabitis cum fratribus vestris filiorum Israel. Reuertatur vnusquisque in domum suam: quoniam a me factum

A ctum est verbum hoc. Et audierunt verbum Domini: & quieuerunt ab eundo iuxta verbum Domini.

Et ζ rex Salomon dormit cum patribus suis: & sepelitur cum patribus suis in ciuitate Dauid. Et regnauit Roboam filius eius pro eo in Hierusalem: cum filius esset sex & decem annorũ, cum regnum ipse adiuit. Et η duodecim annos regnauit in Hierusalem. Et nomen matri eius Naanan filia Ana filij Naas regis filiorum Ammon. Et fecit malum in conspectu Domini, & non iuit in via Dauid patris sui. Et erat homo ex monte Ephræm seruus Salomoni: & nomen matris eius Sarirà, mulier θ fornicaria: & dedit eum Salomon in principem scytalæ super onera domus Ioseph. Et ædificauit Salomoni ipsam Sarirà, B quæ in monte Ephræm. Et fuerunt ei triginta currus equorum. Hic ædificauit arcem in oneribus domus Ephræm. Hic conclusit ciuitatem Dauid: & erat eleuans se super regnum. Et quærebat Salomon interficere eum. Et timuit, & fugit ipse ad Susacim regem Aegypti: & fuit cum eo, donec mortuus est Salomon. Et audiuit Hieroboam in Aegypto, quia mortuus est Salomon: & locutus est in aures Susacim regis Aegypti, dicens: Dimitte me, & abibo ego in terram meam. Et dixit ei Susacim: Pete aliquam petitionem, & dabo tibi. Et Susacim dedit ipsi Roboam Anò sororem Thecemina seniorem vxoris suæ ei in vxorem. Hæc fuit magna in medio filiorum regis: C & peperit ipsi Hieroboam Abia filium eius. Et dixit Hieroboam ad Susacim: Omnino dimitte me, & abibo. Et exijt Hieroboam de Ægypto, & venit in terram Sarirà, quæ in monte Ephræm. Et congregatur illuc omne sceptrum Ephræm. Et ædificauit ibi Hieroboam vallum. ι Et ægrotauit puer eius ægrotatione valida valde. Et iuit Hieroboam interrogare de puero: & dixit ad Anò vxorem suam: Surge, vade, interroga Deum de puero, si viuet de infirmitate hac. Et homo erat in Selom: & nomen ei Achia: & hic erat filius sexaginta annorum: & verbum Domini cum eo. Et dixit Hieroboam ad vxorem suam: Surge, & sume in manum tuam homini Dei panes, & collyridas filijs eius, & vuam, & D vasculum mellis. Et surrexit mulier, & sumpsit in manum suam panes, & duas collyridas, & vuam, & vasculum mellis ipsi Achia. Et homo senior: & oculi eius obtusi erant ad videndum. Et surrexit de Sarirà, & vadit. Et factum est veniente ea in ciuitatem ad Achia Selonitem, & dixit Achia ad puerum suum: Exi nunc in occursum Anò vxori Hieroboam, & dices ei: Intra, & noli stare: quoniam hæc dicit Dominus: Dura ego immitto super te. Et intrauit Anò ad hominem Dei. Et dixit ei Achia: Vt quid attulisti mihi panes, & vuam, & collyridas, & vasculum mellis? Hæc dicit Dominus: Ecce tu abibis a me: & erit, ingrediente te κ ciuitatem, in Sarirà, & puellæ tuæ egredientur tibi in occursum, E & dicent tibi: paruulus est mortuus. Quoniam hæc dicit Dominus: Ecce ego exterminabo de Hieroboam mingentem ad parietem: λ & erunt mortui Hieroboam, in ciuitate comedent canes: & mortuum in agro comedent volatilia cæli: & paruulus μ plangetur, veh Domine, quia inuentum est in eo verbum bonum de Domino. Et abijt mulier, postquam audiuit. Et factum est, vt intrauit in Sarirà; & paruulus mortuus est. Et exijt vocifecatio in occursum. Et iuit Hieroboam in Sicima, quæ in monte Ephræm, & congregauit illuc tribus Israel. Et ascendit illuc Roboam filius Salomon. Et ν verbum Domini factum

ctum est ad Samæam Enlamì, dicens: Sume tibi vestimentum nouum, quod non intrauit in aquam: & scinde illud duodecim scissuras: & dabis Hieroboam, & dices ei: Hæc dicit Dominus: Sume tibi decem scissuras ad induendum te. Et sumpsit Hieroboam. Et dixit Samæas: Hæc dicit Dominus [ξ] super decem tribus Israel. Et dixit populus ad Roboam filium Salomonis: Pater tuus aggrauauit iugum suum super nos: & aggrauauit escas mensæ suæ. Et nunc alleuabis super nos, & seruiemus tibi. Et dixit Roboam ad populum: Adhuc tribus diebus, & respõdebo vobis verbum. Et dixit Roboam: Introducite mihi seniores, & consultabo cum eis, quod respondeam verbum in die tertia. Et locutus est Roboam in aures eorum; sicut misit populus ad eum. Et dixerunt seniores populi: Sic locutus est ad te populus. Et dissipauit Roboam consilium eorũ, & non placuit corã eo. Et misit, & introduxit coalumnos suos, & locutus est eis: Hæc & hæc misit populus ad me, dicens: Et dixerunt coalumni eius: Sic loqueris ad populum, dicens: Paruitas mea crassior super lumbum patris mei. Pater meus castigabat vos flagellis: ego autem opprimam vos in scorpionibus. Et placuit verbum coram Roboam. Et respondit populo, sicut cõsilium dederant ei coalumni eius ipsi pueri. Et dixit omnis populus tanquam vir vnus, vnusquisque proximo suo: & vociferati sunt omnes, dicentes. Non pars nobis in Dauid, neque hæreditas in filio Iessæ. Vnusquisque ad tabernacula sua Israel: quoniam homo hic non in principem, neque in Ducem. Et dispersus est omnis populus è Sicimis: & abierunt vnusquisque ad tabernaculum tuum. Et vim fecit Roboam, & abijt, & ascendit super currum suum, & intrauit in Hierusalem. Et vadunt post eum omne sceptrum Iuda, & omne sceptrum Beniamin. Et factum est ineunte anno, & congregauit Roboam omnem virum Iuda, & Beniamin: & ascendit ad bellandum aduersus Hieroboam in Sicima. Et factum est verbum Domini ad Samæam hominem Dei, dicens: Dic ad Roboam regẽ Iuda, & ad omnem domum Iuda, & Beniamin, & ad residuum populi, dicens: Hæc dicit Dominus: Non ascendetis, neque bellabitis aduersus fratres vestros filios Israel. Reuertite vnusquisque in domum suam: quoniam a me factum est verbum hoc. Et audierunt verbum Domini: & sustinuerunt non ire, iuxta verbum Domini.

Et ædificauit Hieroboam Sicima, quæ in monte Ephræm: & habitabat in ea. Et egressus est inde, & ædificauit Phanuel. Et dixit Hieroboam in corde suo: Ecce nunc reuertetur regnum ad domum Dauid; si ascenderit populus hic sacrificium offerre in domo Domini in Hierusalẽ: & conuertetur cor populi [o] ad Dominum, & dominum suum ad Roboam regem Iuda: & occident me. Et cõsilium cepit rex, & iuit, & fecit duas vitulas aureas, & dixit ad populum: [π] Sufficiat vobis ascendere in Hierusalem. Ecce Dij tui Israel; qui reduxerunt te de terra Aegypti. Et posuit vnam in Bæthel: & vnam dedit in Dan. Et factum est verbum hoc in peccatum: & ibat populus ante faciem vnius vsque Dan. Et dimiserunt domum Domini. Et fecit domos super excelsa: & fecit sacerdotes partem quandam de populo, qui non erant ex filijs Leui. Et fecit Hieroboam festiuitatem in mense octauo in quintadecima die mensis secundum festiuitatem, quæ in terra Iuda. Et [ρ] ascendit super altare, quod fecit in Bæthel, vt sacrificaret vitulabus, quas fecit: & constituit in Bæthel sacerdotes excelsorum, [σ] quæ fecerat.

fecerat. Et ascendit super altare, quod fecit, quinta & decima die in mense octauo in festiuitate, quam finxit e corde suo: & fecit festiuitatem filijs Israel: & ascendit super altare ad sacrificandum.

α Ea, quæ.] *Compl.* ὃ, quod: *itemque paulo inferius.* β Paruitas mea.] *Schol.* Hoc Symmachus ita est interpretatus, τὸ σμικρότατόν μου μέλος, minimum membrum meum. *Theodoretus q.* 38. Liber Paralipom. manifestius hoc declarauit. Inquit enim ὁ βραχύτατός μου δάκτυλος παχύτερος τῆς ὀσφύος τοῦ πατρός μου, breuissimus digitus meus crassior est lumbo patris mei. Ita autem & Syrus interpretatus est, itemque Iosephus. γ Sua.] *In Compl. additur*, καὶ υἱοὶ ἰσραὴλ οἱ κατοικοῦντες ἐν ταῖς πόλεσιν ἰούδα, ἐβασίλευσαν ἐφ' ἑαυτοῖς τὸν ῥοβοάμ, & filij Israel habitantes in ciuitatibus Iuda fecerunt regem super se Roboam: *quæ respondent vulgatæ: & sententia agnoscitur a Theodoreto. q.* 38. δ Lapidibus.] *Alii addunt*, πᾶς ἰσραὴλ, omnis Israel. ε Ascendere.] *In aliis additur* ἐπὶ τὸ ἅρμα, in currum. ζ Et rex Salomon dormit.] *Hæc vsque ad illa non longe ab extremo capite*, Et ædificauit Hieroboam Sicima, *absunt ab aliquot exemplaribus, & Compl. vt a vulgata. In aliquo libro signis quibusdam sunt notata, quibus indicetur ea multis modis esse repetita, transposita, confusa, male cohærentia. Nonnulla tamen ex his & apud Luciferum de regibus Apostaticis, & apud Theodoretum agnoscuntur, vt quibusdam locis indicabitur.* η Duodecim.] *Lucifer*, viginti, *sed videatur, quod notatum est cap.* 14. θ Fornicaria.] *Ita etiam Lucifer: nam in superiore cap. dicitur mulieris viduæ filius.* ι Et ægrotauit.] *Theodoretus q* 40. *hanc pueri historiam videtur hoc loco habuisse: & conatur rationem reddere, cur ponatur sententia aduersus filium Hieroboam ante regnum illius.* κ Ciuitatem.] *Alii* εἰς πόλιν, in ciuitatem. *Lucifer* portam ciuitatis. λ Et erunt mortui *Hieroboam*, in ciuitate.] *Lucifer*, & erunt mortui eius Hieroboam in ciuitaté, & comedēt eos canes. *Alij* καὶ ἔσται, τὸ τεθνηκότα τοῦ ἱεροβοὰμ ἐν τῇ πόλει καταφάγονται οἱ κύνες. Et erit, mortuum de Hieroboam in ciuitate comed nt canes. μ Plangetur.] *Alij* τὸ παιδάριον κόψονται, puerum plangent. *Sed apud Theodoretum hæc referuntur tanquam proxime sequentia post sententiam latam de mortuis insepultis*, ὅτι οὐχ εὑρέθη ἐν αὐτῷ ῥῆμα κυρίῳ, quoniam non est inuentum in eo verbum Domini. *In Compl. tamen, & in vulgata cap.* 14. *habentur fere vt hic.* ν Et verbum Domini.] *Schol.* Sciendum est hæc, quæ de Samæa Elamita, in quibusdam quidem ex simplicibus exemplaribus pon in exaplo autem minime. *Theodoretus q.* 41. *videtur habuisse: ac disputat, quomodo id bis, & a diuersis prophetis factū sit.* ξ Super decem tribus.] *Hic in aliis aliqua interiiciuntur, vnde oratio melius cohæreat, ac nonnullis etiam aliis locis. Sed quoniam ea alibi habentur, necesse non fuit adscribere.* ο Ad Dominum, &c.] *Absunt a Compl. &* Lucifero. π Sufficiat.] *Sic Lucifer. Valet tamen hoc loco, vt alibi*, multum sit, *idest nimium vobis videatur, nimis graue, & molestum sit.* ρ Et ascendit super altare.] *Lucifer*, & ascendit in sacrario: *& vulgata*, & ascendens altare. *Sed est accipiendum transitiue, vt inquiunt, idest* fecit ascendere, obtulit: *sicut etiam paulo post.* σ Quæ fecerat.] *Ita etiam vulgata. Sed Lucifer*, quos fecit.

CAP. XIII.

ET ecce homo Dei de Iuda aduenit in verbo Domini in Bæthel, & Hieroboam stabat ad altare ad adolendum. Et inuocauit α aduersus altare, in verbo Domini, & dixit: Altare, altare, hæc dicit Dominus: Ecce filius nascitur domui Dauid, Iosias nomē eius: & sacrificabit super te sacerdotes excelsorum β adolentium super te: & ossa hominum comburet super te. Et γ dabit in die illa prodigium, dicens: Hoc verbū quod locutus est Dominus, dicēs: Ecce altare rūpitur, & effundetur pinguedo, quæ super ipsum. Et factū est, vt audiuit rex Hieroboā verba hominis Dei inuocātis super altare, quod in Bæthel; & extendit rex manū suā ab altari, dicens: comprehendite eum. Et ecce exaruit manus eius, quā extenderat in illū: & non potuit reducere illam ad se. Et altare ruptum est, & effusa est pinguedo de altari iuxta prodigium, quod dedit homo Dei in verbo Domini. Et dixit rex Hieroboā homini Dei: Ora faciē Domini Dei tui: & reuertatur manus mea ad me. Et orauit homo Dei faciē Domini Dei tui: & reduxit manū regis ad eum: & facta est, sicut antea. Et locutus est rex ad hominē Dei: Intra mecū in domū, & prāde: & dabo tibi donū. Et dixit homo Dei ad regem: Si dederis mihi dimidium domus tuæ, non intrabo tecum, neque manducabo panem, neque bibam aquam in loco hoc: quoniam sic mandauit mihi Dominus in verbo, dicens: Ne comedas panem, neque bibas aquā, neque

neque reuertaris in via, qua iuisti in ea. Et abijt in via alia: & non reuertit in via, qua venerat in ea in Bæthel. Et propheta vnus senex habitabat in Bæthel: & veniunt filij eius & narrauerunt ei omnia opera, quæ fecerat homo Dei in die illa in Bæthel, & verba, quæ locutus fuerat regi. [δ] Et auerterunt faciem patris sui. Et locutus est ad eos pater eorum, dicens: Quali via iuit? Et ostendunt ei filij eius viam, in qua abijt homo Dei, qui venerat ex Iuda. Et dixit filijs suis: Sternite mihi asinum. Et strauerunt ei asinum. Et inscendit super eum, & iuit post hominem Dei: & inuenit illum sedentem sub [ε] quercu, & dixit ei: Si tu es homo Dei, qui venisti e Iuda? Et dixit ei: Ego. Et dixit ei: Veni mecum, & manduca panem. Et dixit: Non potero reuerti tecum, neque manducabo panem, neque bibam aquam in loco hoc: quoniam sic mandauit mihi in verbo Dominus, dicens: Ne manducaueris panem ibi, neque biberis aquam, neque reuerteris [ζ] illic in via, qua iuisti in ea. Et dixit ad eum: Et ego propheta sum, sicut tu: & angelus locutus est ad me in verbo Domini, dicens: Reduc eum ad te in domum tuam: & manducet panem, & bibat aquam. Et mentitus est ei: & reduxit eum. Et manducauit panem, et bibit aquam in domo eius. Et factum est, sedentibus illis ad mensam; et factum est verbum Domini ad prophetam, qui reduxerat eum. Et dixit ad hominem Dei, qui venerat ex Iuda, dicens: Hæc dicit Dominus: Propterea quod exacerbasti verbum Domini, et non custodisti mãdatum, quod mandauerat tibi Dominus Deus tuus, et reuertisti, et mãducasti panem, et bibisti aquam in loco hoc, de quo locutus est ad te, dicens, Non manducabis panem, neque bibes aquam; non intrabit corpus tuum in sepulchrum patrum tuorum. Et factum est, postquã manducauit ipse panem, et bibit aquam; et strauit ei asinum: et reuertit, et abijt. Et inuenit eum leo in via, et occidit eum: et erat corpus eius proiectum in via: et asinus stabat apud ipsum: et leo stabat iuxta corpus. Et ecce viri prætereuntes, et viderũt morticinum proiectum in via, et leo stabat iuxta morticinum. Et ingressi sunt, et locuti sunt in ciuitate, vbi propheta senex habitabat in ea. Et audiuit qui reduxerat eum de via, et dixit: Homo Dei hic est, qui exacerbauit verbum [η] Domini. Et iuit, & inuenit corpus eius proiectum in via: & asinus, & leo stabant apud corpus: & non comedit leo corpus [θ] hominis Dei: & non contriuit asinum. Et leuauit propheta corpus hominis Dei, & imposuit illud super asinam. Et reduxit eum in ciuitatem propheta ad sepeliendum eum in sepulchro suo. Et planxerunt eum, veh frater. Et factum est, post quam planxerunt eum; & dixit filijs suis, dicens: Si mortuus fuero; sepelite me in sepulchro hoc, vbi homo Dei sepultus est in eo: apud ossa eius ponite me, vt saluentur ossa mea cum ossibus eius: quoniam euenturum erit verbum, quod locutus est in sermone Domini super altare in Bæthel, & super domos excelsas, quæ in Samaria. Et post verbum hoc non reuertit Hieroboam a malitia sua: & reuertit, & fecit de parte populi sacerdotes excelsorum. Qui volebat; [ι] implebat manum suam, & fiebat sacerdos in excelsis. Et factum est verbum hoc in peccatum domui Hieroboam, & in perditionem, & in exterminium a facie terræ.

α Aduersus.] πρὸς, *& vulgata* contra. *Alii* ἐπὶ super. β Adolentium.] τῶν ἐπιθυόντων. *Lucifer*, qui sacrificant. *Theodoretus* καὶ τοὺς θύοντας, *Compl.* καὶ τοὺς ἐπιθύοντας, & eos, qui sacrificant, & eos, qui adolẽt. γ Dabit.] *Sic etiam Lucifer, alii* ἔδωκεν dedit. δ Et auerterunt faciem patris sui.] *Sic etiam Lucifer in libro de non conueniendo cum hæreticis. A Compl. & vulgata absunt.* ε Quercu.] *Lucifer*, sub arbore ilicis.

A reilicis. *Vulgata* subtus terebinthum. ζ Illic.] *Illud* ἐκεῖ, *abest ab aliis. Lucifer*, & non reuerteris inde. η Domini.] *Sic aliquot codices, nec Lucifer, & Theodoretus plura referunt. In aliis additur*, καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ὁ κύριος τῷ λέοντι, καὶ συνέτριψεν αὐτὸν καὶ ἐθανάτωσεν αὐτὸν κατὰ τὸ ῥῆμα κυρίου, ὃ ἐλάλησεν αὐτῷ. καὶ ἐλάλησε πρὸς υἱοὺς αὐτοῦ, ἐπισάξατέ μοι τὸν ὄνον, καὶ ἐπίσαξαν: *quod vulgata*: & tradidit eum Dominus leoni: & confregit eum, & occidit iuxta verbũ Domini, quod loquutus est ei, Dixitque ad filios suos: Sternite mihi asinum. Qui cum strauissent. θ Hominis Dei.] *Compl.* ἢ τὸν ὄνον, vel asinum. *Vtrumque abest ab hebræo.* ι Implebat.] *Nota est loquutio pro* offerebat, consecrabat. *Lucifer de reg. Apost.* alleuabat.

CAP. XIV.

ET [α] Roboam filius Salomonis regnauit super Iudam. Filius [β] quadraginta, et vnius annorum Roboam, cum ipse inijt regnum: et septem et decem annos regnauit in Hierusalem, ciuitate, quam elegit Dominus ad ponendum nomen suum ibi ex omnibus tribubus Israel. Et nomen matris eius Naama Ammonites. Et fecit [γ] Roboam malum in conspectu Domini: et ad zelum prouocauit eum in omnibus, quæ fecerant patres sui, in peccatis suis, quæ peccauerunt. Et ædificarunt sibi excelsa, et titulos, et lucos super omnem collem excelsum, et subter omnem arborem vmbrosam. Et [δ] colligatio facta est in terra: et fecerunt de omnibus abominationibus gentium, quas abstulit Dominus a facie filiorum Israel. Et factum est in anno quinto regnante Roboam, ascendit Susacim rex Ægypti super Hierusalem: et cepit omnes thesauros domus Domini, et thesauros domus regis, et [ε] lanceas aureas, quas tulerat Dauid de manu puerorum Adrazaar regis Suba, et intulerat ea in Hierusalem, omnia, quæ tulerat; scuta aurea quæcumque fecerat Salomon: et abstulit ea in Ægyptum. Et fecit Roboam rex scuta ænea pro eis: et præpositi sunt super ea duces præcursorum, qui custodiebant ostium domus regis. Et factum est; quando ingrediebatur rex in domum Domini; et portabant ea præcursores, et statuebant ea in [ζ] Thee præcursorum. Et reliqua verborum Roboam, et omnia, quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum [η] regibus Iuda? Et bellum fuit inter Roboam, et inter Hieroboam omnibus diebus. Et dormiuit Roboam cum patribus suis: et sepelitur cum patribus suis in ciuitate Dauid. Et regnauit Abiu filius eius pro eo.

α Et Roboam.] *In scholio ad finem præcedentis capitis hæc scribuntur*. Post hoc in exaplo ponuntur ea, quæ ad morbum, & mortem Abia filij Hieroboam pertineat, cum asteriscis. *Ea vero in nonnullis codicibus, & in Compl. ponuntur ad initium huius capitis: & respondent vulgatæ. sunt autem hæc.*

In tempore illo ægrotauit Abia filius Hieroboam. Et vxori suæ dixit Hieroboam: Surge, & mutaberis, & non cognoscent, quia tu vxor Roboam: & ibis in Selo: ecce ibi Achia propheta: ipse loquutus est ad me de regnando super populum hunc. Et sume in manu tua [homini Dei] (*Complutensis pro* τῷ ἀνθρώπῳ τοῦ θεοῦ *habet* δέκα, decem, *vt vulgata*) panes, & collyria [filijs eius, & vuas] (*ista, quæ inclusimus virgulis, absunt à Complutensi & vulgata*) & vas mellis: & venies ad eum. Ipse annunciabit tibi, quid erit puero. Et fecit sic vxor Hieroboam: & surrexit, & iuit in Selo, & intrauit in domum Achia. Et homo senior ad videndum: & caligabant oculi eius præ senectute eius. Et dixit Dominus ad Achia: Ecce vxor Hieroboam ingreditur ad exquirendum verbum a te super filio suo, quoniam infirmus est. Iuxta hoc, & iuxta hoc loqueris ad eam. Et factum est in ingrediendo eam, & ipsa aliam se faciebat. Et factum est, vt audiuit Achia vocem pedum eius, ingrediente ea in ostium, & dixit: Ingredere vxor Hieroboam. Vtquid hoc tu te aliam facis? Et ego sum legatus ad te durus: Vadens dicito ad Hieroboam: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Pro eo, quantum exaltaui de medio populi, & dedi te Ducem super populum Israel, & scidi regnum a domo Dauid, & dedi illud tibi, & non fuisti, vt seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & qui ambulauit post me in omni corde suo, ad faciendum rectum in oculis meis, & malefecisti faciendo vltra omnes quicumque fuerunt ad faciem tuam, (*Complutensis habet* μου, meam,

sed non recte) & iniſti, & feciſti tibi Deos alios, & fuſilia, ad irritandum me: & me proieciſti poſt te. Propter hoc ecce ego adduco malum ad domum Hieroboam: & exterminabo Hieroboam *(eſt dandi caſus in hebræo, aut generandi)* mingentem ad parietem, detentum, & derelictum in Iſrael: & colligam ſuper domum Hieroboam, ſicut colligitur fimus: donec ipſe conſummatus fuerit. Mortuum ipſius Hieroboam in ciuitate comedent canes: & mortuum in agro comedent volatilia cæli: Quoniam Dominus loquutus eſt. Et tu ſurge, vade in domum tuam: in ingrediendo pedes tuos ciuitatem, morietur puer. Et plangent eum omnis Iſrael, & ſepelient eum: quoniam hic ſolus ingredietur ipſi Hieroboam in ſepulchrum: quoniam inuentum eſt in eo verbum bonum de Domino Deo Iſrael in domo Hieroboam. Et ſuſcitabit Dominus ſibi regem ſuper Iſrael, qui percutiet domum Hieroboam hac die, & vltra etiam nunc. Et percutiet Dominus Iſrael, ſicut mouetur calamus in aqua: & euellet Iſrael deſuper terram bonam hanc, quam dedit patribus eorum: & ventilabit eos a tranſitu fluminis, pro eo quantum fecerunt lucos ſuos, irritantes Dominum. Et dabit Dominus Iſrael gratia peccatorum Hieroboam, qui peccauit, & qui peccare fecit Iſrael. Et ſurrexit vxor Hieroboam, & iuit in Sarirà (*Compl.* Therſa.) Et factum eſt, vt intrauit in veſtibulum domus, & puer mortuus eſt: & ſepelierunt eum: & planxerunt eum omnis Iſrael iuxta verbum Domini, quod loquutus eſt in manu ſerui ſui Achià prophetæ. Et reſiduum verborum Hieroboam, quæcunque bellauit, & quæcumque regnauit, ecce hæc ſcripta ſunt ſuper librum verborum dierem regum Iſrael. Et dies, quibus regnauit Hieroboam, viginti, & duo anni. Et dormiuit cum patribus ſuis Et regnauit Adab (*Compl.* Nadab, *vt vulgata*) filius eius pro eo. β Quadraginta, & vnius.] *In hoc numero annorum ætatis, & regni conueniunt hoc loco omnes libri. Aliter autem ſupra cap. 12. vt ibi notatum eſt.* γ Roboam.] *Compl* ἰούδας, Iudas, *vt vulgata.* δ Colligatio.] *Theodoretus q 43.* τὸν δὲ σύνδεσμον, poſuit pro ἀποστάσεως rebellione. ε Et lanceas aureas.] *Pro his vſque ad illud,* Et fecit Roboam, *hæc tantum habentur, in Compl.* καὶ τὰ πάντα ἔλαβε, καὶ τὰ ὅπλα τὰ χρυσᾶ, ἃ ἐποίησε σολομών, & omnia cepit, & ſcuta aurea. quæ fecerat Salomon. *Theodoretus tamen rem hanc ita narrat.* Cepit autē & ὅπλα arma aurea, quæ Dauid rex a Syris ceperat, & ea, quæ Salomon fecerat. ζ Thee.] *Theodoretus q. 44. inquit inueniſſe ſe in nominum hebraicorum interpretatione hoc ſignificare pulſationem, & tubarum clangorem. Sed recte ipſe ex libro Paralipom. colligit fuiſſe locum, & quaſi armamentarium (vt habet vulgata) in quo arma deponerentur.* η Regibus] *Articulus huic dictioni in hebræo adiunctus conuenit etiam caſui generandi; ſed magis proprius eſt caſui dandi. Quare ſæpe in his libris legitur,* τῶν ἡμερῶν τοῖς βασιλεῦσι, dierum regibus, *pro* τῶν βασιλέων. regum. *Libuit hoc loco ſimplicitatem illam imitari. Sed interdum dicemus* regum.

CAP. XV.

ET in anno octauo & decimo, regnante Hieroboam filio Nabat, regnat Abiu filius Roboam ſuper Iudam: & tribus annis regnauit in Hieruſalem. Et nomen matris eius Maacha filia Abeſſalom. Et ambulauit in peccatis patris ſui, quæ fecit in α conſpectu eius: & non fuit cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo, ſicut β cor patris eius. Quoniam propter Dauid dedit ei γ Dominus reliquias, vt ſtatuat filios eius poſt eū, & ſtatuat Hieruſalē: quia fecit Dauid rectū coram Domino: non declinauit ab omnibus, quæ mandauit ei omnibus diebus δ vitæ ſuæ. Et reliqua verborum Abiu, & omnia, quæ fecit, nonne ecce hæc ſcripta in libro verborum dierum regum Iuda? Et bellum fuit inter Abiu, & inter Hieroboam. Et dormiuit Abiu cum patribus ſuis in ε vigeſimo, & quarto anno Hieroboam: & ſepelitur cum patribus ſuis in ciuitate Dauid. Et regnat Aſa filius eius pro eo. In anno quarto & vigeſimo Hieroboam regis Iſrael, regnat Aſa ſuper Iudam: & quadraginta & vnum annum regnauit in Hieruſalem. Et nomen matris eius ζ Anà filia Abeſſalom. Et fecit Aſa rectum in conſpectu Domini ſicut Dauid pater eius, & abſtulit η teletas de terra, & θ dimiſit omnes adinuentiones, quas fecerant patres ſui. Et ipſam Ana matrem ſuam amouit, ne eſſet hera, ſicut fecerat conuentum in luco ſuo. Et excidit Aſa luſtra eius, & cōbuſſit igni in torrente cedron: excelſa autem non abſtulit. Verumtamen cor Aſa ι fuit perfectum cum Domino omnibus diebus eius. Et intulit columnas patris ſui, & columnas eius intulit in domū Domini argenteas, & aureas, & vaſa. Et bellū fuit inter Aſa, & inter Baaſa regem Iſrael omnibus diebus eorum. Et aſcendit Baaſa rex Iſrael

A rex Israel super Iudam: & ædificauit Rama, vt non esset egrediens, & ingrediens ipsi Asa regi Iuda. Et sumpsit Asa omne argentũ, & aurũ inuentum in thesauris domus Domini, & in thesauris domus regis: & dedit ea in manus puerorum suorum. Et misit eos rex Asa ad filium Ader ᵏ filium Taberemà filij Azin regis Syriæ, habitantis in Damasco, dicens: Dispone testamentum inter me, & inter te, & inter patrem meum, & patrem tuum: Ecce misi tibi dona argentum, & aurum. Vade, dissipa testamentum tuum, quod erga Baasa regem Israel: & ascendet a me. Et audiuit filius Ader regem Asa: & misit principes virtutum suarum ciuitatibus Israel: & percusserunt Ain, Dan, & Abel domus Maacha, & omnem Chennereth vsque ad omnem terram Nephthali. Et factum est, vt au- B diuit Baasa, & omisit ædificare Rama, & reuertit in Thersa. Et rex Asa condixit omni Iuda ^ in Enacim. Et tollunt lapides ipsius Rama, & ligna eius, quæ ædificauerat Baasa. Et ædificauit in eis rex Asa omnem collem Beniamin, & speculam. Et reliqua verborum Asa, & omnis potentatus eius, μ quem fecit, & omnes ciuitates, quas ædificauit, nonne ecce hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Tantum in tempore senectutis suæ ν laborauit pedibus suis. Et dormiuit Asa cum patribus suis: & sepelitur cum patribus suis in ciuitate Dauid patris sui. Et regnat Iosaphat filius eius pro eo. Et Nabath filius C Hieroboam regnat super Israel in anno secundo ipsius Asa regis Iuda. Et regnauit in Israel annos duos; & fecit malum in conspectu Domini, & ambulauit in via patris sui, & in peccatis eius, quibus peccare fecit Israel. Et insidiatus est ei Baasa filius Achia super domum ξ Belaan filij Achia: & ο secauit eum in Gabathon alienigenarum. Et Nabat, & omnis Israel obsidebat super Gabathon. Et interfecit eum Baasa in anno tertio ipsius Asa filij π Asa regis Iuda: & regnauit pro eo. Et factum est, vt regnauit; & percussit totam domum Hieroboam: & non reliquit omne spiraculum ipsius Hieroboam; donec exterminaret eum iuxta verbum Domini, quod locutus est in manu serui sui Achia Selonitæ de peccatis Hieroboam, qui peccare fecit Israel, & in irritatione sua, D qua irritauit Dominum Deum Israel. Et reliqua verborum Nabat, & omnia, quæ fecit, nonne ecce hæc scripta sunt in libro verborũ dierum regum ρ Israel? Et in anno tertio ipsius Asa regis Iuda regnat Baasa filius Achia super Israel in Thersa viginti, & quatuor annos. Et fecit malum in conspectu Domini: & ambulauit in via Hieroboam filij Nabat, & in peccatis eius, σ quomodo peccare fecit Israel.

α In conspectu eius.] *Sic Lucifer de reg. Apost. Compl.* ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ante eum, *vt vulgata.* β Cor.] *In alijs additur* Dauid. γ Dominus.] *Theodoretus q.45.* θεὸς, Deus. *Compl.* κύριος ὁ θεὸς αὐτοῦ, Dominus E Deus eius, aut suus, *vt vulgata. Et hic autem quod in græcis est* κατάλειμμα, *in vulgata est* lucernam, *quod item primo horum librorum notatum est. In alijs autem græcis, vt in vulgata, sequitur* in Hierusalem: *quod abest tamen à Theodoreto.* δ Vitæ suæ.] *In alijs, & apud Theodoretum hæc adduntur,* ἐκτὸς ἐν ῥήματι οὐρίου τοῦ χετταίου, *in aliis ista præterea,* καὶ πόλεμος ἦν μεταξὺ ῥοβοὰμ, καὶ μεταξὺ ἱεροβοὰμ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ. præterquã in verbo Vriæ Chettæi. Et bellum fuit inter Roboam, & inter Hieroboam omnibus diebus vitæ eius. ε In vigesimo & quarto anno Hieroboam.] *In alijs est tantum* vigesimo, *vt etiam paulo post. A Compl. absunt omnia ista hoc loco: in sequenti autem est solum* vigesimo. ζ Ana.] *Compl. & vulgata* Maacha, *& Theodoretus* μαχὰ. η Teletas.] *De his in Deuter. dictum est. Compl. habet* τοὺς τετελεσμένους, initiatos, *quod vulgata* effæminatos. *Theodoretus* τὰς στήλας, titulos, statuas. θ Et dimisit omnes adinuentiones.] καὶ ἐξαπέστειλε πάντα τὰ ἐπιτηδεύματα. *Theodoretus* καὶ ἐξῆρε, & sustulit. *Compl.* καὶ ἐξῆρε πάντα τὰ βδελύγματα, & sustulit omnes abominationes. ι Fuit perfectum.] *Theodoretus habuit* οὐκ ἦν, non fuit: *idque explicat ex lib. Paralip.* κ Filium Taberema.] *In alijs est* υἱὸν ταβ (*aut* ταβὲ) ἐν ῥαμὰν υἱοῦ ἀζαήλ, filium Tab (*aut* Tabe) in Raman

inRaman filii Azael *Sed Compl.* υἱοῦ ταβερεμὼν υἱοῦ ἀζιών, filij Tabermon filij Azion. *Et rectius dicitur priore loco* filium, *quàm* filij. *Nam illud*, filium Ader, *quod hæc præcedit, est accipiẽdum pro vnico nomine proprio, quod in vulgata est* Benadad. λ In Enacim.] *Compl.* ἐν ἀχί. *Sunt voces hebrææ, significantes*, nemo excusatus, *vt vulgata.* μ Quem fecit.] *Alii*, καὶ πάντα, ἃ ἐποίησεν, *quod in vulgata*, & cuncta, quæ fecit. ν Laborauit.] *Theodoretus* ἐποίησε πονηρὸν, καὶ ἐπόνεσε, fecit malum, & laborauit. ξ Belaan.] *Aut* Beelan, *vt alij. Compl.* ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ ἰσσάχαρ, super domum Issachar. *Vulgata*, de domo Issachar: *à qua, & à Compl. abest, quod in nostra sequitur*, filij Achià. ο Secauit.] ἐχάραξεν. *Ita quoque est in alio codice: in quibusdam* ἐπεριεχαράκωσεν, circumuallauit: *in cæteris* ἐπάταξεν, percussit, *vt vulgata.* π Filij Asà.] *Alij* υἱοῦ ἀβιά, filij Abia. *Vtrumque abest à Compl. & vulgata.* ρ Israel.] *In Compl. additur*, καὶ πόλεμος ἦν ἀναμέσον ἀσὰ, καὶ ἀναμέσον βαασὰ βασιλέως ἰσραὴλ πάσας τὰς ἡμέρας αὐτῶν, *quod in vulgata*: fuitque bellum inter Asà, & Baasa regem Israel cunctis diebus eorum. σ Quomodo peccare.] ὡς ἐξήμαρτε. *Similis loquutio est etiam paulo ante in Compl. & alibi. Sed hic habet* ἐν αἷς, in quibus. *Alii* αἷς, quibus, *vt vulgata.*

CAP. XVI.

ET factum est verbum Domini in manu Ihu filij Anani ad Baasa: Pro eo, quod exaltaui te de terra, & dedi te ducem super populum meum Israel, & ambulasti in via Hieroboam, & peccare fecisti populum meum Israel, ad irritandum me in vanitatibus suis; ecce ego suscito post Baasa, & post domũ [α] eius: & dabo domum tuam, sicut domum Hieroboam filij Nabat. Mortuum ipsius Baasa in ciuitate comedent eum canes: & mortuum eius in campo comedent eum volatilia cæli. Et reliqua verborum Baasa, & omnia, quæ fecit, & potentatus eius, nonne ecce hæc scripta in libro verborum dierum regum Israel? Et dormiuit Baasa cum patribus suis: & sepelitur in Thersa: & regnat Ela filius eius pro eo. Et in manu Ihu filij Anani locutus est Dominus super Baasa, & super domum eius, [β] omne malum, quod fecit in conspectu Domini ad irritandum eum in operibus manuum suarum: vt esset secundum domum Hieroboam, & propterea quod percussit eum. [γ] Et Ela filius Baasa regnauit super Israel duobus annis in Thersa. Et [δ] conuertit se super eum Zambri princeps dimidij equitatus: & ipse erat in Thersa bibens tumulentus in domo Osa œconomi in Thersa. Et intrauit Zambri, & percussit eum, & interfecit [ε] eum: & regnauit pro eo. Et factum est in regnando ipsum, in sedendo ipsum super thronum eius, & percussit totam domum [ζ] Baasa, iuxta verbum, quod locutus est Dominus super domum Baasa, & [η] ad Ihu prophetam de omnibus peccatis Baasa, & Ela filij eius; quomodo peccare fecit Israel, irritando Dominum Deum Israel in vanitatibus eorum. Et reliqua verborum Ela, [θ] quæ fecit, nonne ecce hæc scripta in libro verborum dierum regum Israel? Et [ι] Zambri regnauit in Thersa dies septem. Et castra Israel erant super Gabathon alienigenarum. Et audiuit populus in castris, dicentes: Conuertit se Zambri, & percussit regem. Et regem fecerunt in Israel Ambri ducem militiæ super Israel in die illa in castris. Et ascendit Ambri, & omnis Israel cum eo de Gabathon: & obsederunt super Thersa. Et factum est, vt vidit Zambri, quia capta est ipsius ciuitas; & vadit in [κ] antrum domus regis; & incendit super se domum regis: & mortuus est pro peccatis suis, quæ fecit, faciendo malum coram Domino ambulando in via Hieroboam filij Nabat, & in peccatis eius quomodo peccare fecit Israel. Et reliqua verborũ Zã bri, & cõiurationes eius, quas coniurauit, nonne ecce hæc scripta in libro verborum dierum regum Israel? Tunc diuiditur popu

lus

lus Iſrael: dimidiũ populi fit poſt Thamni filiũ Gonath ad faciendum eum regem:& dimidium populi fit poſt Ambri. Populus qui erat poſt Ambri, præualuit populo, qui poſt Thamni filium Gonath. Et mortuus eſt Thamni, ^λ & Ioram frater eius in tempore illo:& regnauit Ambri poſt Thamni. In anno trigeſimo & primo regis Aſà regnat Ambri ſuper Iſrael duodecim annos: in Therſa regnat ſex annos. Et acquiſiuit Ambri mõtem Semeron a Semer domino mõtis in duobus talentis argenti. Et ædificauit montem, & ^μ inuocauerunt nomen montis, quem ædificauit, in nominé Semer domini montis Semeron. Et fecit Ambri malum in conſpectu Domini: & malefecit ſuper omnes, qui fuerant ante eum:& ambulauit in omni via Hieroboam filij Nabath, & in peccatis eius, quibus peccare fecit Iſrael, ad irritandum Dominum Deum Iſrael in vanitatibus eorum. Et reliqua verborum Ambri, & omnia, quæ fecit, & omnis potentatus eius, nonne ecce hæc ſcripta in libro verborum dierum regum Iſrael? Et dormiuit Ambri cum patribus ſuis:& ſepelitur in Samaria:& regnat Achaab filius eius pro eo.

Et in ^ν anno vndecimo anno Ambri regnat Ioſaphat filius Aſà, annorum triginta & quinque in regno ſuo:& viginti quinque annos regnauit in Hieruſalem. Et nomen matris eius Gazubà filia Selì. Et ambulauit in via Aſà patris ſui, & non declinauit ab ea, faciendo rectum in conſpectu Domini. Tantum excelſa non abſtulerunt. Sacrificabant in excelſis, & adolebant. Et quæ compoſuit Ioſaphat cum rege Iſrael, & omnis potentatus quem fecit, & quos impugnauit, nonne ecce hæc ſcripta in libro verborum dierum regum Iuda? Et reliqua complicationum, quas impoſuerant in diebus Aſà patris ſui, ſuſtulit de terra. Et rex non erat in Syria Naſib. Et rex Ioſaphat fecit nauem in Tharſis ad eundum in Sophir ad aurum: & non iuit, quoniam contrita eſt nauis in Gaſion Gaber. Tunc dixit rex Iſrael ad Ioſaphat: Mittam pueros meos; ^ξ & puerulos meos in naui. Et noluit Ioſaphat. Et dormiuit Ioſaphat cum patribus ſuis:& ſepelitur cum patribus ſuis in ciuitate Dauid. Et regnauit Ioram filius eius pro eo.

• In anno ſecundo Ioſaphat regis Iuda, Achaab filius Ambri regnauit ſuper Iſrael in Samaria viginti & duos annos. Et fecit Achaab malum in conſpectu Domini, & malefecit ſuper omnes, qui ante eum: & non fuit ei ſatis ire in peccatis Hieroboam filij Nabath: & accepit vxorem Iezabel filiam Iethebaal regis Sidoniorum. Et iuit, & ſeruiuit Baal, & adorauit eum. Et ſtatuit altare ^π in domo offendiculorum eius, quam ædificauit in Samaria. Et fecit Achaab lucum. Et adiecit Achaab facere irritationes, ad irritandum Dominum Deum Iſrael, ^ρ & ad perdendum animam ſuam: malefecit ſuper omnes reges Iſrael, qui fuerant ante eum. Et in diebus eius ædificauit Achiel Bæthelita ipſam Hiericho: in Abiron primogenito ſuo fundauit eam:& ^σ Segub iuniore ſuo impoſuit portas eius, iuxta verbũ Domini, quod locutus eſt in manu Ieſu filij Naue.

α Eius & dabo domum tuam.] *Compl.* αὐτοῦ κακά, καὶ δώσω τὸν οἶκον αὐτοῦ, eius mala, & dabo domum eius. *Si pro* ἐξεγείρω Suſcito, *quod proxime præcedit, legeretur* ἐξαίρω, excludo, expello, *noſtra optime reſponderet hebræo. Vulgata*, demetam poſteriora Baaſa, & poſteriora domus eius, & faciam domum tuam. *Infra cap.* 20. *eſt* ἐκκαύσω, ſuccendam. β Omne malum.] *Compl.* καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν κακίαν, *quod vulgata*, & contra omne malum. γ Et Elà.] *In Compl.* ἐν τῷ ἕκτῳ καὶ εἰκοστῷ ἔτει ἀσὰ βασιλέως ἰούδα, ἠλὰ υἱὸς, *in ſexto, & vigeſimo anno* Aſa regis Iuda, Elà filius, &c δ Et conuertit ſe.] *Alii.* καὶ συνέτρεψεν ἐφ' ἑαυτὸν τοὺς παῖδας αὐτοῦ, καὶ ζαμ-

καὶ ζαμβρὶ ὁ ἄρχων, & conuertit in se pueros suos, & Zambri princeps, &c. *Sed Compl.* καὶ συνεστράφη ἐπ' αὐτὸν ὁ παῖς αὐτοῦ ζαμβρὶ ὁ ἄρχων τοῦ ἡμίσους τῶν ἁρμάτων. Et rebellauit in eum seruus eius Zambri princeps dimidij curruum. *Vulgata tamen habet,* mediæ partis equitum. ε Eum.] *In Compl. additur,* ἐν ἔτει ἑβδόμῳ καὶ εἰκοστῷ. *Vulgata autem* anno vigesimoseptimo Asà regis Iuda. ζ Baasa.] *In eadem additur,* καὶ οὐ κατέλιπεν αὐτῷ οὐροῦντα πρὸς τὸν τοῖχον, καὶ τοὺς συγγενεῖς καὶ ἑταίρους αὐτοῦ, *quod vulgata.* Et non dereliquit ex ea mingentem ad parietem, & propinquos, & amicos eius. η Et ad Ihù prophetam.] *Compl.* ἐν χειρὶ ἰοῦ υἱοῦ ἀνανὶε τοῦ προφήτου, in manu Ihù filij Ananiæ prophetæ. θ Quæ fecit.] *Alii,* καὶ πάντα ἃ ἐποίησεν, & omnia, quæ fecit. ι Et Zambri.] *Rursus in Compl.* ἐν τῷ εἰκοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει ἀσὰ βασιλέως ἰούδα ἐβασίλευσε ζαμβρὶ, *quod vulgata,* anno vigesimo septimo Asa regis Iuda regnauit Zambri. κ Antrũ.] *Videtur dictũ pro eo, quod in hebræo est,* palatium *aut* conclaue. *Compl. autem habet tantum,* καὶ εἰσπορεύεται εἰς τὸν οἶκον βασιλέως, & ingreditur in domum regis. λ Et Ioram frater eius in tempore illo: & regnauit Amri post Thamni.] *Pro his in Compl. tantum est,* καὶ ἐβασίλευσεν ἀμβρὶ, *quod vulgata,* & regnauit Amri. μ Inuocauerunt.] *Alii, & Theodoretus q.46.* ἐπεκάλεσε, vocauit, *vt vulgata.* ν Anno vndecimo anno.] τῷ ἐνιαυτῷ τῷ ἑνδεκάτῳ ἔτει. *istud,* ἔτει, *abest ab aliis. Schol.* Post ea, quæ ad Ambri pertinent, non ponũtur in exaplo ea, quæ de Iosaphat, sed continuo, quę de Achab. *atque ita etiam in Compl. & vulgata. Theodoretus autem perspicue narrationem de Iosaphat hoc loco agnoscit. Inquit enim.* Hæc cum de Zambri dixisset, ad Iudam transijt: & suspexit quidem Iosaphat, &c. ξ Et puerulos meos] *Alii,* μετὰ τῶν παίδων, cum pueris, *& fortasse deest* σου tuis. ο In anno secundo.] *Compl. statim post illa* Et regnauit Achaab filius eius pro eo, *habet,* ὁ δὲ ἀχαὰβ υἱὸς ἀμβρὶ ἐβασίλευσεν ἐπὶ ἰσραὴλ ἐν ἔτει τριακοστῷ καὶ ὀγδόῳ τοῦ ἀσὰ βασιλέως ἰούδα. βασιλεύει δὲ ἀχαὰβ υἱὸς ἀμβρὶ ἐπὶ ἰσραὴλ ἐν σαμαρείᾳ, *quod in vulgata,* Achaab vero filius Amri regnauit super Israel anno tricesimo octauo Asa regis Iuda. Et regnauit Achab filius Amri super Israel in Samaria. *Sed multæ semper in huiusmodi numeris varietates.* π In domo offendiculorum eius.] *Compl.* ἐν οἴκῳ τοῦ βάαλ, *quod vulgata,* in templo Baal. ρ Et ad perdendum animam suam: malefecit.] *Hæc absunt à Compl. & vulgata.* σ Segub.] *Compl.* ἐν τῷ σεγοὺβ, in Segub. *Vide cap.6. Iosue.*

CAP. XVII.

Et dixit Eliu propheta Thesbites, qui de α Thesbon Galaad ad Achaab: Viuit Dominus Deus virtutum Deus Israel, cui adstiti coram eo; si erit annis his ros, & pluuia, β nisi per os verbi mei. Et factum est verbum Domini ad Eliu: Vade hinc ad orientem: & abscondere in torrente * Chorrath, qui super faciem Iordanis. Et erit, de torrente bibes aquam: & coruis mandabo nutrire te illic. Et fecit Eliu iuxta verbum Domini, & sedit in torrente Chorrath super faciem Iordanis. Et corui ferebant ei γ panes mane, & carnes vesperi: & de torrente bibebat aquam. Et factum est post dies, & exaruit torrens: quia non fuerat pluuia super terram. Et factum est verbum Domini ad Eliu: Surge, & vade in Sarepta Sidoniæ. Ecce mandaui ibi mulieri viduæ de nutriendo te. Et surrexit, & iuit in Sarepta: & venit ad ostium ciuitatis. Et ecce ibi mulier vidua colligebat ligna. Et clamauit post eam Eliù, & dixit ad eam: Cape nunc mihi pusillam aquam in vase, & bibam. Et iuit capere. Et clamauit post eam Eliu, & dixit: Cape nunc mihi buccellam panis, δ qui in manu tua. Et dixit mulier: Viuit Dominus Deus tuus, si est mihi subcineritius, nisi quantum pugillum farinæ in hydria, & paucum oleum in lecytho. Et ecce ego colligam duo lignicula, & ingrediar, & faciam illum mihi, & filijs meis: & comedemus, & moriemur. Et dixit ad eam Eliu. Confide: intra, & fac iuxta verbum tuum. Sed fac mihi inde subcineritium paruum: & afferes mihi in primis; tibi autem & filijs tuis facies in vltimo: Quoniã hæc dicit Dominus: ε Hydria farinæ non deficiet & lecythus olei nõ minuetur vsque ad diem, quo dabit Dominus pluuiam super terram. Et iuit mulier, & fecit: & comedit ζ ipsa, & ipse, & filij eius. Et hydria farinæ non defecit: & lecythus olei non est imminutus iuxta verbum Domini, quod locutus est in manu Eliu. Et factum est post hæc, & ægrotauit filius mulieris dominæ domus, & erat infirmitas eius valida valde, donec non remansit in eo η spiritus. Et dixit ad Eliu: Quid mihi, & tibi homo Dei? Intrasti ad me ad rememo-

A rememorandum iniustitias meas, & interficiendum filium meum. Et dixit Eliu ad mulierẽ: Da mihi filium tuum. Et sumpsit illum de sinu eius, & attulit eum in cænaculum, in quo ipse sedebat ibi: & cubare eum fecit super θ lectum. Et exclamauit Eliu, & dixit: Hei mihi Domine, testis viduæ, quacum ego habito cum ea, tu afflixisti interficiendo filium eius? Et insufflauit puerulo ter, & inuocauit Dominum, & dixit: Domine Deus meus, reuertatur nunc anima pueruli eius in ipsum. Et factum est sic: & exclamauit puerulus. Et deduxit eum de cænaculo in domum, & dedit eum matri eius. Et dixit Eliu: Aspice, viuit filius tuus. Et dixit mulier ad Eliu. Ecce cognoui, quia tu homo Dei: & verbum Do-
B mini in ore tuo verum.

α Qui de Thesbon Galaad.] *Compl.* ὁ ἐκ θεσσεβῶν τῆς γαλαάδ, qui de habitatoribus Galaad. *Notandum autem est in nostra & aliis esse* ἠλιοὺ, *propius ad hebræum, quod in Compl.* ἠλίας Elias, *formatum ad inflexionem græcam.* β Nisi per os verbi mei.] ὅτι εἰ μὴ διὰ στόματος λόγου μου. *Ita fere hebræus. Theodoretus q. 49.* εἰ μὴ διὰ στόματός μου, nisi per os meum. *Compl.* ὅτι ἐὰν μὴ διὰ λόγου στόματός μου, *& Lucifer pro S. Ath.* nisi per verbũ oris mei. * Chorrath.] *Compl.* χερὶθ, Cherith. *& ita S. Ambrosius epist. 82. & vulgata.* γ Panes mane, & carnes vesperi.] *Hic in codicibus sunt aliquæ varietates. Theodoretus q. 50. videtur habuisse, vt nostra: Compl.* ἄρτους καὶ κρέας τὸ πρωΐ, καὶ ἄρτους, καὶ κρέας τὸ δείλης, panes, & carnem mane, & panes, & carnem vesperi: *quod respondet vulgatæ.* δ Qui.] *Istud,* qui τοῦ, *abest ab aliis.* ε Hydria.] *S. Cyprianus lib. de opere, & eleem.* fidelia farris non deficiet, & capsaces olei non minuetur. ζ Ipsa, & ipse.] *Sic hebræus, & chaldæus. Compl. autem* αὐτὸς, καὶ αὐτή, *quod vulgata,* ipse, & illa. ∗ Spiritus.] *In Compl. additur* ζωῆς, vitæ: *quod tamen abest ab hebræo, & vulgata.* θ Lectum.] *Alii addunt* αὐτοῦ, suum, *vt vulgata.* ι Hei mihi Do-
C mine, testis viduæ.] *Ita etiam Theodoretus q. 52. Compl. autem,* κύριε ὁ θεός μου καί γε τὴν χήραν μεθ' ἧς ἐγὼ οἰκῶ μετ' αὐτῆς, σὺ ἐκάκωσας, Domine Deus meus etiam viduam, qua cum ego habito cum ea, afflixisti: *quomodo fere vulgata.*

CAP. XVIII.

ET factum est post dies multos, & verbum Domini factum est ad Eliu in anno tertio, dicens: Vade, & appare Achaab: & dabo pluuiam super faciem terræ. Et iuit Eliu apparere Achaab. Et fames valida in Samaria. Et
D vocauit Achaab Abdiu œconomum. Et Abdiu erat timẽs Dominum valde. Et factum est in percutiendo Iezabel prophetas Domini, & sumpsit Abdiu centum viros prophetas, & occultauit eos ad α quinquaginta in spelunca: & enutriuit eos in aqua, & pane. Et dixit Achaab ad Abdiu. Heus, & transeamus super terram, & ad fontes aquarum, & ad torrentes; si quomodo inueniamus herbam & conseruemus equos, & mulos: & non exterminabuntur β de tabernaculis. Et diuiserũt sibi viã ad transeundũ eam. Achaab iuit in via vna: & Abdiu iuit in via alia solus. Et erat Abdiu in via solus. Et venit Eliu in occursum eius solus. Et Abdiu festinauit, & cecidit super faciem suam, & dixit: Si tu es ipse, Domine
E mi Eliu? Et dixit Eliu ei: Ego. Vade, dic domino tuo, Ecce Eliu. Et dixit Abdiu: Quid peccaui; quia das seruum tuum in manum Achaab ad interficiendum me? Viuit Dominus Deus tuus, si est gens, aut regnum; quo non γ misit Dominus meus quærere te. Et δ si dixerunt, non est; & incendit regnum, & regiones eius quia non inuenit te. Et nunc tu dicis, Vade, annuncia domino tuo, Ecce Eliu. Et erit, si ego abiero a te; & spiritus Domini tollet te in terrã, quam non noui: & ingrediar annunciare Achaab: & non inueniet te: & occidet me. Et seruus tuus est timens Dominum a iuuentute sua. Nunquid non annunciatum est tibi domino meo; qualia feci in occidendo Iezabel prophetas Domini, & occultaui de

prophetis

prophetis Domini centum viros, singulos quinquaginta in spelunca, & nutriui in panibus, & aqua? Et nunc tu dicis mihi, vade, dic domino tuo, Ecce Eliu: Et interficiet me. Et dixit Eliu: Viuit Dominus virtutum, cui astiti in conspectu eius; quia hodie apparebo ei. Et iuit Abdiu in occursum Achaab: & annunciauit ei. Et cucurrit Achaab, & iuit in occursum Eliu. Et factum est, vt vidit Achaab Eliu, & dixit Achaab ad Eliu: Si tu es ipse, qui euertis Israel? Et dixit Eliu: Non euerto Israel: Sed quinimo tu, & domus patris tui: dum relinquitis vos Dominum Deum vestrum, [a] & iuisti post Baalim. Et nunc mitte, congrega ad me omnem Israel in montem Carmeli, & prophetas [ς] confusionis quadringentos & quinquaginta, & prophetas lucorum quadringentos [a] manducantes mensam Iezabel. Et misit Achaab in omnem Israel, & collegit omnes prophetas in montem Carmeli. Et accessit Eliu [θ] ad omnes: & dixit eis Eliu: Vsquequo vos claudicabitis in [ι] ambobus poplitibus? Si Deus est Dominus; ite post eum: Si autem Baal; ite post eum. Et non respondit populus verbum. Et dixit Eliu ad populum. Ego remansi propheta Domini solus: & prophetæ Baal quadringenti & quinquaginta viri, & [κ] prophetæ lucus quadringenti. Dent nobis duos boues: & eligant sibi vnum, & demembrent, & imponant super ligna, & ignem non [λ] apponant. Et ego faciam bouem alterum, & ignem non apponam. Et clamate in nomine Deorum vestrorum: & ego inuocabo in nomine Domini Dei mei. Et erit, Deus quicumque exaudierit in igne, hic Deus. Et responderunt omnis populus, & dixerunt: Bonum est verbum, quod locutus es. Et dixit Eliu ad prophetas confusionis: Eligite vobis vitulum vnum, & facite primi, quoniam multi vos estis: & inuocate in nomine [μ] Dei vestri: & ignem ne apponatis. Et acceperunt vitulum, & fecerunt, & inuocabant in nomine Baal a mane vsque ad meridiem, & dicebant: Exaudi nos Baal, exaudi nos. Et non fuit vox, & non fuit auditio. Et transiliebant super altare, quod fecerant. Et facta est meridies: & subsannauit eos Eliu Thesbites, & dixit: Inuocate in voce magna, [ν] quia Deus est, quia fabulatio ei est, & simul, ne forte responsa det ipse, vel ne forte dormiat ipse; & suscitabitur. Et inuocabant in voce magna, & secabant se secundum consuetudinem suam in gladijs, [ξ] & syromastibus vsque ad effusionem sanguinis super se; & prophetabant vsque dum transiret [o] vespera. Et factum est, quando fuit tempus vt ascenderet [π] sacrificium; & locutus est Eliu Thesbites ad prophetas offendiculorum, dicens: Discedite a modo & ego faciam holocaustoma meum. Et discesserunt, & abierunt. Et dixit Eliu ad populum: Accedite ad me. Et accessit omnis populus ad eum. Et accepit Eliu duodecim lapides secundum numerum [υ] tribuum Israel; sicut locutus est Dominus ad eum, dicens, Israel erit nomen tuum. Et ædificauit lapides in nomine Domini: & curauit altare dirutum, & fecit [ρ] mare, quod caperet duas metretas seminis in gyro altaris: & constipauit [σ] schizas super altare, quod fecit: & demembrauit holocaustoma, & imposuit super schizas: & stipauit super altare, & dixit: Accipite mihi quatuor hydrias aquæ, & effundite super holocaustum, & super schizas. Et fecerunt sic. Et dixit: Iterate. Et iterauerunt. Et dixit: Repetite tertio. Et tertio repetierunt. Et manabat aqua in circuitu altaris: & mare impleuerunt aqua. Et [τ] exclamauit Eliu in cælum, & dixit: Domine Deus Abraã, & Isaac, & Israel, exaudi me Domine, exaudi me hodie in igne: & sciant omnis

A omnis populus hic; quoniam tu es Dominus Deus Israel, & ego seruus tuus, & per te feci opera hæc. Exaudi me domine, exaudi me · & cognoscat populus hic, quia tu es Dominus Deus, & tu vertisti cor populi huius ν retro. Et cecidit ignis a Domino de cælo: & comedit holocausta, & schizas, & aquam, quæ in mari: & lapides, & terram linxit ignis. Et ρ cecidit omnis populus super faciem suam, & dixerunt: Vere Dominus Deus ipse est Deus. Et dixit Eliu ad populum: Comprehendite prophetas Baal: nemo sit saluus ex illis. Et comprehendit illos, & deducit illos Eliu ad torrentem Cisson: & iugulauit eos ibi. Et dixit Eliu ad Achaab: Ascende, & manduca, & bibe: quoniam vox est χ pedum pluuiæ. B Et ascendit Achaab ad manducandum, & bibendum. Et Eliu ascendit in Carmelum: & inclinauit se in terram, & posuit faciem suam inter genua sua, & dixit puero suo: Ascende, & prospice viam maris. Et respexit puer, & dixit: Non est quicquam. Et dixit Eliu: Et ψ tu reuerte septies. Et reuertit puer septies. Et factum est in septimo, & ecce nubes pusilla quasi vestigium hominis adducens ω aquam: Et dixit. Ascende, & dic ad Achaab: Iunge currum tuum, & descende; ne comprehendat te pluuia. Et factum est vsque huc, & illuc, et cælum contenebrauit nubibus, et vento: et facta est pluuia magna. αα Et plorabat, et ibat Achaab vsque Iezrael. Et manus Domini super Eliu: et constrinxit lumbum suum: et currebat ante Achaab in Iezrael. C

α Ad quinquaginta in spelunca.] κατὰ πεντήκοντα ἐν σπηλαίῳ. *Ita fere hebræus: & significat singulos quinquagenos in vna spelunca, & singulos quinquagenos in altera. Quod in aliis codicibus sic exprimitur,* ἀνὰ πεντήκοντα ἐν δυσὶ σπηλαίοις, per quinquagenos in duabus speluncis, *vulgata autem,* quinquagenos, & quinquagenos in speluncis. β De tabernaculis.] σκηνῶν. *Alii* κτηνῶν, iumentis. *Compl.* καὶ οὐκ ἐξολοθρευθήσεται ἀφ' ἡμῶν κτήνη. & non exterminabuntur a nobis iumenta. *Etiam* Gen. 13. *vbi in aliis libris est* κτήνη, *in codicibus, quos se quuti sumus, legitur* σκηναί. γ Misit.] *Compl. addit,* me: *sed non hebræus, neque cæteri.* δ Et, si dixerunt, Non est, & incendit.] καὶ εἰ εἶπον, οὐκ ἔστι, καὶ ἐνέπρησε. *Alii* καὶ εἶπεν, οὐκ ἔστι, καὶ ἐνέπρησε: Et dixit, Non est: & incendit. *Compl.* καὶ εἶπον, οὐκ ἔστιν, (*& hucusque etiam Theodoretus q. 53.*) καὶ ὥρκισε τὴν βασιλείαν, καὶ τὰς χώρας αὐτῆς, καὶ οὐχ εὕρηκέ σε. Et dixerunt. (*Ita enim hebræus. Sed Theodoretus videtur accepisse pro* dixi, *& aptare ipsi Abdiæ.*) Non est; & adiurauit regnum, & regiones eius: & non inuenit te. ε Et iuisti.] *Compl.* καὶ πορευθῆναι, *& Lucifer pro S. Athan.* & itis. ζ Confusionis.] *Ita etiam Lucifer. Alii* τοῦ βαάλ, Baal, *vt vulgata, quæ varietas etiam paulo post notari potest. Et in aliquo libro vtraque coniunguntur, vt colligi possit duas esse interpretationes.* η Manducantes mensam.] *est hebraismus, ac valet, quod in vulgata,* comedunt de mensa. *Lucifer,* manducantes, & bibentes in mensa Iezabel. θ Ad omnes.] *Ita etiam Lucifer. Compl.* πρὸς πάντα τὸν λαόν, ad omnem populum, *vt vulgata.* ι Ambobus poplitibus.] *Ita etiam Theodoretus q. 55. Compl. addit* ὑμῶν, vestris. *Lucifer,* sensu nostro, *quasi pro* ἰγνύαις, *habuerit* ἐννοίαις: *hebræus quidem habet* super duas cogitationes. κ Et prophetæ lucus quadringenti.] *Absunt à Compl. & vulgata. Sed Lucifer,* & prophetæ lucorum quadringenti. Dentur ergo nobis duo boues: *quo quidem loco etiam* Compl. *habet* οὖν. λ Apponant.] ἐπιθέτωσαν. *Lucifer & hic, & in sequentibus interpretatur* supponant. μ Dei vestri.] *Compl.* τῶν θεῶν ὑμῶν: *& Lucifer,* Deorum vestrorum. ν Quia Deus est.] *Respondet hebræo, & vulgatæ: & chaldæus explanat,* quia vos dicitis, quod Deus est. *A multis vero libris, & a Compl. ista absunt, neque referuntur à Lucifero, neque a Theodoreto, qui sic habet,* ἐπικαλεῖσθε ἐν φωνῇ μεγάλῃ ἅμα, μήποτε ἀδολεσχία τίς αὐτῷ ἐστι. *Et Lucifer,* inuocate in voce magna pariter, ne forte occupatus sit, *& certe istud* ἅμα, *videtur huic loco magis conuenire, quam sequenti, vbi habetur in nostra, & in Compl. & in aliis, præterquam apud Theodoretum. Is enim habet* μή ποτε χρηματίζει αὐτός. *Vtroque tamen loco abest ab hebræo.* Istam *autem dictionem* χρηματίζειν, *quam nos vertimus, responsa dare, alii vertunt, operam dare negocio pecuniario. Quod quidem est apud Luciferum,* ne forte occupatus sit, *haud satis liquet, referatur ne ad illud* ἀδολεσχία, *an ad hoc* χρηματίζειν. ξ Syromastibus.] *De syromaste alibi dictum est. Lucifer habet* nouaculis: *vulgata* lanceolis. ο Vespera.] *Compl.* τὸ μεσημβρινόν, *& Lucifer,* meridies. π Sacrificium.] *Ita etiam alius codex. In aliis hæc sequuntur,* καὶ οὐκ ἦν φωνὴ, καὶ οὐκ ἦν ἀκρόασις, & non erat vox, & non erat auditio: *quæ neque a Lucifero hoc loco referuntur. Quæ autem in nostra, & in aliis sequuntur vsque ad illud,* Et dixit Eliu ad populum, *referuntur etiam a Lucifero, nisi quod non habet* offendiculorum. *Absunt autem a Compl. & vulgata.* ρ Mare.] θάλασσαν. *Compl. retinet vocem hebræam* θααλά, *vnde fortasse factum est* θάλασσαν. *Theodoretus hanc rem narrans inquit Eliam fecisse* δοχεῖον, receptaculum aquæ, *quod hebræus vocet* θααλά. *Iosephus autem* δεξαμενήν, conceptaculū aquarum. *Non tamen nouum est in scriptura receptaculum aquæ vocari mare. Lucifer habet* foueā: *vulgata* aquæductum. σ Schizas.] *Lucifer* scizas, *quod græce est* σχίδακας, *quasi ligna scissa. Eiusdem est* demembrare, *idest*

D

E

idest membratim diuidere. τ Et clamauit Eliu in cælum & dixit.] *Ita etiam Lucifer. Compl. autem pro his habet,* καὶ ὡς ἦν καιρὸς τοῦ προσφέρεσθαι τὴν θυσίαν, καὶ παρεγένετο ἠλίας ὁ προφήτης, καὶ εἶπεν, *quod vulgata*, cumque iam tempus esset, vt offerretur holocaustum, accedens Elias propheta, ait. υ Retro.] *Sic hebræus, & idem Lucifer, idest ne iam abeat ad idola, aut* iterum, *vt vulgata. Compl.* ὀπίσω σου, post te. φ Et cecidit.] *Nec plura Lucifer. Compl.* καὶ εἶδε πᾶς ὁ λαὸς, καὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν. Et vidit omnis populus, & cecidit in faciem suam. χ Pedum.] *Eodem modo Lucifer. Compl,* τοῦ ἤχου, soni. *Dictio hebræa tumultum, & fragorem significat.* ψ Et tu reuerte.] *Nec plura hebræus: apud Luciferum legitur hic locus mutilate.* Non est nihil: circumage te septies. *Compl. autem,* ἐπίστρεψον καὶ ἐπίβλεψον ἑπτάκις, reuerte, & inspice septies. ω Aquam.] *Alii addant* ἀπὸ θαλάσσης, *& Lucifer* de mare. αα Plorabat.] *Sic etiam Lucifer, quod græce est* ἔκλαιεν *Compl.* ἵππευεν, equitauit: *quod respondet hebræo.*

CAP. XIX.

ET annunciauit Achaab Iezabel vxori suæ omnia, quæ fecerat Eliu, & quomodo interfecit prophetas in gladio. Et misit Iezabel ad Eliu, & dixit: ᵃ Si tu es Eliu, & ego Iezabel. Hæc mihi faciat Deus & hæc adijciat; quia hac hora cras ponam animam tuam, quemadmodum animam vnius ex illis. Et timuit Eliu, & surrexit, & abijt secũdum animã suã. Et venit in Bersabee terram Iuda: & dimisit puerum suum ibi. Et ipse iuit in deserto viam diei: & venit, & sedit sub ᵇ Rathmon: & petiuit animam suam mori: & dixit: Sufficiat nunc. Tolle quæso animam meam a me Domine: quoniam non melior ego sum super patres meos. Et dormiuit, & soporatus est ibi subtus plantam. Et ecce ᵞ quidam tetigit eum, & dixit ei: Surge, & comede. Et Eliu respexit: & ecce ad caput eius subcineritius siligineus, & lecythus aquæ. Et surrexit, & manducauit, & bibit, & reuertens dormiuit: Et reuertit Angelus Domini secundo, & tetigit eum, & dixit ei: Surge, comede: quia multa a te via. Et surrexit, & manducauit, & bibit: & iuit in fortitudine cibi illius quadraginta dies, & quadraginta noctes vsque ad montem Choreb. Et intrauit illic in speluncam, & mansit ibi. Et ecce verbum Domini ad eum, & dixit: Quid tu hic Eliu? Et dixit Eliu: Zelans zelaui ᵈ Domino omnipotenti; quia dereliquerunt te filij Israel. Altaria tua diruerunt, & prophetas tuos occiderunt in gladio. Et relictus sum ego solus: & quærunt animam meam ad tollendam eam. Et dixit: Egredieris ᵉ cras, & stabis coram Domino in monte. Ecce transibit Dominus, & ecce spiritus magnus validus dissoluens montes, & conterens petras coram Domino. Non in spiritu Dominus. Et post spiritum concussio. Non in concussione Dominus. Et post concussionem ignis. Non in igne Dominus. Et post ignem vox auræ ᶻ tenuis. Et factum est, vt audiuit Eliu; & cooperuit faciem suam in melote sua: & exijt, & stetit sub spelunca. Et ecce ad eum vox, & dixit: Quid tibi hic Eliu? Et dixit Eliu: Zelans zelaui Domino omnipotenti, quia dereliquerunt testamentum tuum filij Israel: & altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt in gladio. Et relictus sum ego solus: & quærunt animam meam ad tollendam eam. Et dixit ad eum Dominus: Vade, reuerte in viam tuam: & venies in viam deserti Damasci. Et venies, & vnges Azael in regem Syriæ: & Ihù filium Namessi vnges in regem super Israel: & Elisæe filium ᵑ Saphat vnges in prophetam pro te. Et erit: euadentem e gladio Azael interficiet Ihù: & euadẽtem è gladio Ihù interficiet Elisæe. Et ᶿ relinques in Israel septem millia virorum, omnia genua, quæ non flexerunt genu ipsi Baal, & omne os, quod non adorauit eũ. Et abijt inde: & inuenit Elisæe filium Saphat: & ipse arabat in bobus: duodecim iuga

A cim iuga coram eo: & ipse in his duodecim. Et abijt ad eum, & proiecit melotem suam super eum. Et dereliquit Elisæe boues, & cucurrit post Eliu, & dixit: Deosculabor patrem meum: & sequar post te. Et dixit Eliu: Reuerte, ι quoniam feci tibi. Et reuertit à post eum: & cepit iuga boum, & immolauit, & coxit ea in vasis boum: & dedit populo: & comederunt. Et surrexit, & iuit post Eliu: & ministrabat ei.

α Si tu es Eliu, & ego Iezabel.] *Hæc absunt a Complutensi, & vulgata, neque referuntur a Lucifero.* β Rathmon.] *Alii* Rathmen. *Compl.* Ratham. *Est dictio hebræa, quam vulgata interpretatur* iuniperum, *alii*, genistam. γ Quidam.] *Compl. addit* ἄγγελος, angelus. δ Domino.] *Est hebraismus. Et est subintelligendum* pro, *quod exprimit vulgata.* ε Cras.] *Abest a Compl. & vulgata.* ζ Tenuis.] *In non-*
F *nullis aliis, & in Compl. sequitur,* κἀκεῖ κύριος, & ibi Dominus: *quæ tamen absunt ab hebræo, & vulgata, neque referuntur a Theodoreto q.57.* η Saphat.] *In aliis additur,* ἐξ (*aut* ἀπὸ) ἀβελμαουλά, *quod vulgata*, qui est de Abelmeula. θ Relinques.] *Compl.* καταλείψω, derelinquam, *vt vulgata*: & *propius accedit ad lectionem S. Pauli Rom. xi.* κατέλιπον ἐμαυτῷ, reliqui mihi. ι Quoniam feci tibi.] *Compl.* τί πεποίηκά σοι, quid feci tibi? *hebræus vtrumque habet, &* quoniam, *&* quid.

CAP. XX.

ET α vinea vna erat Nabuthæ Iezraelitæ iuxta β aream Achaab regis Samariæ. Et locutus est Achaab ad Nabuthæ, dicens: Da mihi vineam tuã: & erit mihi in hortũ olerũ: quoniã propinquat hæc domui meæ: & dabo
C tibi vineã aliam bonam super eã. Si vero placet coram te; dabo tibi argentum, permutationẽ vineæ tuæ istius, & γ erit mihi in hortũ olerũ. Et dixit Nabuthæ ad Achaab: Non fiat mihi a Deo meo, vt dem hæreditatem patrum meorum tibi. Et δ turbatus est spiritus Achaab: & dormiuit in lecto suo, & velauit faciem suam, & non manducauit panem. Et intrauit Iezabel vxor eius ad eum, & locuta est ad eum: Quid spiritus tuus turbatus, & non es tu manducans panem? Et dixit ad eam: Quia locutus sum ad Nabuthæ Iezraelitam, dicens: Da mihi vineam tuam argento, si autem velis, dabo tibi vineam aliam pro ea: & dixit, Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et dixit ad eum Iezabel vxor
D eius: Tu nunc sic facis ε regem super Israel? Surge, & manduca panem, ζ & esto tui ipsius: ego vero dabo tibi vineam Nabuthæ Iezraelitæ. Et scripsit librum in nomine Achaab, & signauit anulo illius. Et misit librũ ad seniores, & η liberos eos, qui habitabant cũ Nabuthæ. Et erat scriptũ in libris; dicens: Ieiunate ieiunium, & sedere facite Nabuthæ in θ principio populi: & collocate duos viros filios iniquorum ex aduerso eius; & testentur contra eum, dicentes: ι Benedixit Deum, & regem. Et κ producant eum, & lapident eum: & moriatur. Et fecerunt viri ciuitatis illius, ipsi seniores, & liberi, qui habitabant in ciuitate eius, sicut misit ad eos Iezabel, & sicut scriptum erat in libris, quos miserat ad eos.
E Et λ vocauerunt ieiunium, & sedere fecerunt Nabuthæ in principio populi. Et intrarunt duo viri filij iniquorum, & sederunt ex aduerso eius, & testati sunt contra eum, μ dicentes: Benedixisti Deum, & regem. Et produxerunt eum extra ciuitatem, & lapidauerunt eum in lapidibus: & mortuus est. Et miserunt ad Iezabel, dicentes: Lapidatus est Nabuthæ, & mortuus est. Et factum est, vt audiuit ν Iezabel; & dixit ad Achaab: Surge, hæredita vineã Nabuthæ Iezraelitæ, qui non dederat tibi argento: quoniam non est Nabuthæ viuens, quia mortuus est. Et factum est vt audiuit Achaab, quia mortuus est Nabuthæ ξ Iezraelita, &

lita;& cõscidit vestimenta sua,& cooperuit se cilicio. Et factum est post hæc,& surrexit, & descendit Achaab ad vineam Nabuthæ Iezraelitæ possidere eam. Et dixit Dominus ad Eliu Thesbitem, dicens: Surge, & descende in obuiam Achaab regis Israel,qui est in Samaria; quia hic in vinea Nabuthæ; quia descendit illuc possidere eam. Et loqueris ad eum, dicens: Hæc dicit Dominus; ° Quomodo occidisti,& possedisti; propter hoc hæc dicit Dominus: In π omni loco in quo linxerunt ρ sues,& canes sanguinem Nabuthæ; ibi lingent canes sanguinem tuum:& σ meretrices lauabunt in sanguine tuo. Et dixit Achaab ad Eliu: Si inuenisti me inimicus meus? Et dixit; Inueni: Quoniam frustra venditus es ad faciendum malum in conspectu Domini,ad exacerbandum eum; τ Ecce ego induco super te mala: et succendam post te: et disperdam de Achaab mingentem ad parietem, et clausum,et derelictum in Israel: et dabo domum tuam, sicut domum Hieroboam filij Nabat, et sicut domum Baasa filij Achia, pro exacerbationibus,quibus exacerbasti,et peccare fecisti Israel. Et ad Iezabel loquutus est Dominus, dicens: Canes manducabunt eam in antemurali Iezrael. Mortuum de Achaab in ciuitate comedent canes: & mortuum eius in campo comedent volatilia cæli. υ Verumtamen frustra Achaab, qui venundatus est facere malum in conspectu Domini: sicut euertit eum Iezabel vxor eius. Et factus est abominabilis valde, eundo post abominationes secundum omnia, quæ fecerat Amorræus,quem exterminauit Dominus a facie filiorum Israel. φ Et pro verbo, quomodo compunctus est Achaab, & ibat plorans & conscidit tunicam suam, & accinxit saccum super corpus suum,& ieiunauit. Et indutus est saccum in die, qua percussit Nabuthæ Iezraelitem:& χ iuit. Et factum est verbum Domini in manu serui sui Eliu de Achaab. Et dixit Dominus: Vidisti, quemadmodum compunctus est Achaab a facie mea? ψ Non inducam malum in diebus eius: sed in diebus filij eius inducam ω malum.

α Et vinea vna.] *Cæteri fere libri* καὶ ἐγένετο μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα, καὶ ἀμπελὼν εἷς. S. *Ambrosius de Nabuthæ cap.* 2. Et factum est post verba hæc, Erat vinea. *Cæterum totum hoc caput in Compl. & aliis quibusdam libris est vigesimum primum: vigesimum autem est, quod in nostra, & multis aliis & apud Theodoretum est vigesimum primum.* *De hac re ita schol.* Sciendum est in exaplo contra poni, primum quidem, quæ ad filium Ader regem Syriæ, deinde autem quæ ad Nabuthæ pertinent. β Aream.] *Compl.* παρὰ τῷ οἴκῳ, & *S. Ambrosius*, iuxta domum. γ Et erit mihi in hortum olerum.] *Absunt hoc loco a Compl. & vulgata: habetur tamen apud S. Ambrosium.* δ Et turbatus est.] *Sic & alius codex, & S. Ambrosius. At in aliis libris, & Compl., hæc antecedunt,* καὶ ἦλθεν Ἀχαὰβ εἰς οἶκον αὐτοῦ συγκεχυμένος, καὶ ἐκλελυμένος ἐπὶ τῷ λόγῳ ᾧ ἐλάλησε πρὸς αὐτὸν ναβουθαὶ (*Compl.* ναβὼθ) ὁ ἰεζραηλίτης, καὶ εἶπεν, οὐ δώσω σοι τὴν κληρονομίαν τῶν πατέρων μου. Et venit Achaab in domum suam confusus, & tristis super verbo, quod locutus erat ad eum Nabuthæ, & dixerat, Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. ε Regem.] *Sic & alius liber: cæteri* βασιλεὺς, rex. *Compl* βασιλείαν, ἐπὶ ἰσραὴλ, regnum super Israel. ζ Esto tuiipsius.] σεαυτοῦ ἴσθι. *S. Ambrosius cap.* 9. redi ad te. *Vulgata*, æquo animo esto. η Liberos.] *Compl. &* S. *Ambrosius*. ad liberos. *In vulgata est*, optimates. θ In principio populi.] ἐν ἀρχῇ τοῦ λαοῦ. *S. Ambrosius* in principem populi. *Lucifer*, in primo populo. *Vulgata*, inter primos populi. ι Benedixit.] *Sic & S. Ambrosius Theodoretus q.* 59. Bonis verbis usa, εὐλόγησε posuit pro ἐβλασφήμησε, blasphemauit. *Lucifer*. maledixit. κ Et producant eum, et lapident eum.] *Lucifer*, & deducite eum, et lapidetur. *Compl.* καὶ ἐξαγάγετε αὐτὸν ἔξω, καὶ λιθοβολήσατε αὐτόν. *S. Ambrosius*, et producite illum, et lapidate. λ Vocauerũt.] *Vulgata*, prædicauerunt, *Compl.* ἐνετείλαντο *præceperũt.* μ Dicentes.] *In aliis quibusdam.* ἄνδρες ἀποστασίας ναβουθαὶ κατέναντι τοῦ λαοῦ λέγοντες, εὐλόγησε, viri rebellionis Nabuthæ in conspectu populi, dicentes, benedixit, etc. *quod satis respondet hebræo. Compl. habet*, εὐλόγησας, benedixisti. ν Iezabel, et dixit.] *Alii* ἰεζάβελ τῶν λεγόντων, κέχωσται (*aut* λελιθοβόληται) ναβουθαὶ, καὶ ἀπέθανε, εἶπεν (*aut* καὶ εἶπεν.) Iezabel dicentes, obrutus (*al.* lapidatus) est Nabuthæ, et mortuus est: dixit, *al.* et dixit. ξ Iezraelita.[*Hæc vsque ad* surrexit, *absunt a Compl. & vulgata. Habentur tamen apud* S. *Ambrosium.* ο Quomodo tu occidisti.] *Ita fere Lucifer. At Compl. & S. Ambrosius habet tantum*, occidisti. π Omni.] *Istud* παντὶ *abest fere ab omnibus.* ρ Sues, et canes.] *Lucifer* canes, et sues: *Sed multi, & S. Ambrosius tantum* canes. σ Et meretrices lauabunt in sanguine tuo.] *Hæc absunt a Compl. & vulgata: sed habentur apud* Luciferum, *&* S. *Ambrosium*

A *S. Ambrosium.* τ Ecce ego.] *In aliquot libris,* τάδε λέγει κύριος, ἰδοὺ ἐγὼ, *&* *Lucifer.* Hæc dicit Dominus, Ecce ego. *S. Ambrosius nonnulla verba omittit.* υ Veruntamen frustra.] *Compl.* πλὴν οὐκ ἦν ὡς ἀχαάβ. *Quod vulgata.* Igitur nō fuit alter talis, sicut Achab. *Theodoretus q. 60. hunc locum ita refert,* δωρεὰν ὁ ἀχαὰβ ἐπράθη τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου, ὡς μετέστησεν αὐτὸν ἡ ἰεζαβὲλ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ βδελυχθῆναι ὀπίσω, Gratis Achaab venundatus est, vt faceret malum in conspectu Domini (sicut euertit cum Iezabel vxor eius) & abominabilis fieret post, &c. φ Et pro verbo.] *Compl.* καὶ ἐγένετο, ὡς ἤκουσεν ἀχαὰβ τὰ ῥήματα ταῦτα, διέῤῥηξε. Et factum est, vt audiuit Achaab verba hæc, conscidit, &c. χ Iuit.] *In quibusdam additur* κεκλιμένος, demissus. *Compl.* καὶ ἐπορεύετο κεκυφὼς, *quod vulgata.* & ambulabat demisso capite. ψ Non inducam.] *Ita fere S. Ambrosius. Alij,* ἀνθ' οὗ ὅτι ἐκωλύθη ἀπὸ προσώπου μου, οὐκ ἐπάξω, pro eo, quod interdixit sibi à facie mea, non inducam. *Compl. non* ἐκωλύθη, *sed* κατενύγη, compunctus est. ω Inducam malum.] S. *Ambrosius* inducam mala, *nec plura recitat. In aliis additur* ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ, super domum eius.

CAP. XXI.

B ET congregauit filius Ader omnem virtutem suam, & ascendit, & obsedit super Samariam: & triginta duo reges cum eo, & α omnis equus, & currus. Et ascenderunt, & obsederunt super Samariam, & pugnauerunt super eam. Et misit ad Achaab regem Israel in ciuitatem, & dixit ad eum: Hæc dicit filius Ader: Argentum tuum, & aurum tuum, meum est: & vxores tuæ, & filij β tui, mei sunt. Et respondit rex Israel, & dixit: Sicut locutus es domine mi rex; tuus ego sum, & omnia mea. Et reuerterunt nuncij, & dixerunt: Hæc dicit filius Ader: Ego misi ad te, C dicens; argentum tuum, & aurum tuum, & vxores, & filios tuos dabis mihi: quoniam hac hora cras mittam pueros meos ad te, et scrutabuntur domum tuam, et domos puerorum tuorum. Et erit, omnia desideria oculorum suorum, super quæcumque iniecient manus suas, et γ tollent. Et vocauit rex Israel omnes seniores terræ, et dixit: Cognoscite nunc, et videte, quia malum iste quærit: quoniam misit ad me pro vxoribus meis, et pro filijs meis, et pro filiabus meis. δ Argentum meum, et aurum meum non prohibui ab eo. Et dixerunt ei seniores, et omnis populus: Non audias, et non velis. Et dixit nuncijs filij Ader: Dicite domino vestro: Om- D nia, quæcumque misisti ad seruum tuum in primis, faciam: verbum autem hoc non potero facere. Et abierunt viri, et retulerunt ei verbum. Et misit ad eum filius Ader, dicens: Hæc faciat mihi Deus, et hæc adijciat; si sufficiet puluis Samariæ ε vulpibus, omni populo, peditibus meis. Et respondit rex Israel, et dixit: Satis sit. Non glorietur gibbosus, vt rectus: Et factum est, quando respondit ei verbum hoc, bibens erat ipse, et omnes reges, qui cum eo, in tabernaculis. Et dixit pueris suis: Ædificate vallum. Et posuerunt vallum super ciuitatem. Et ecce propheta vnus aduenit Achaab regi Israel, et dixit: Hæc dicit Dominus: Si vidisti ζ tur- E bam magnam hanc? Ecce ego do eam hodie in manus tuas; et cognosces, quia ego Dominus. Et dixit Achaab: In quo? Et dixit: Hæc dicit Dominus: In pueris principum η regionum. Et dixit Achaab. Quis committet pugnam? Et dixit: Tu. Et recognouit Achaab θ principes pueros regionum: et fuerunt ι ducenti triginta. Et post hæc recognouit populum, omnem filium virtutis, septem millia. Et egressus est meridie. Et filius Ader bibens temulentus in Socchoth, ipse, et reges, triginta et duo reges coadiutores eius. Et egressi sunt principes, pueri regionum in primis. Et κ mittunt, et annunciant regi

Syriæ, dicentes: Viri exiuerunt de Samaria. Et dixit eis, si ad pacem egrediuntur, ^ comprehendere eos viuos, et, si ad bellum, viuos comprehendere eos: & non exeant e ciuitate, μ principes pueri regionũ, & virtus post eos, ν percusit vnusquisq. eũ, qui iuxta se: & iterauit vnusquisque eũ, qui iuxta se. Et fugit Syria. Et persecutus est eos Israel. Et saluatur filius Ader rex Syriæ super equũ equitis. Et egressus est rex Israel, & cepit omnes equos, & currus: & percusit plagã magnã in Syria. Et accesit propheta ad regẽ Israel, & dixit: Confortare, & cognosce, & vide, quid facies: quoniã reuertente anno filius Ader rex Syriæ ascẽdit super te. Et pueri regis Syriæ ξ dixerũt: Deus montiũ, Deus Israel, & non Deus valliũ: propter hoc valuit super nos. Si autem impugnemus eos per planum; profecto valebimus super eos. Et verbum hoc fac. A moue reges, vnũquemque in locum suum: & pone pro eis satrapas: et ° instaurabimus tibi virtutem secundum virtutem, quæ cecidit, & equum iuxta equum, & currus iuxta currus: & pugnabimus aduersus eos per planum: & valebimus super eos. Et audiuit vocem π eius, & fecit sic. Et factum est reuertente anno, & recognouit filius Ader Syriã, & ascendit in Apheca ad bellum super Israel. Et filij Israel recogniti sunt, & aduenerũt in occursum eorũ. Et castrametatus est Israel ex aduerso eorũ, tanquã duo greges caprarũ. Et Syria impleuit terrã. Et accesit homo Dei, & dixit regi Israel: Hæc dicit Dominus: Pro eo, quod dixit Syria, Deus montiũ Dominus, Deus Israel, & non Deus vallium ipse; & dabo virtutem magnã hanc in manum tuã, & cognosces, quia ego Dominus. Et castrametantur hi e regione horum septem dies. Et factum est in die septima, & appropinquauit prælium, & percusit Israel Syriam centum millia peditum vna die. Et fugerunt reliqui in Apheca in ciuitatem: & cecidit murus super viginti & septem millia virorum, qui remanserant. Et filius Ader fugit, & intrauit in domum, ρ cubiculo in thalamum: σ & dixit pueris suis: Noui, quia reges Israel, reges misericordiæ sunt: Imponamus nunc saccos super lumbos nostros, & funiculos super capita nostra, & exeamus ad regem Israel, si forte viuificabit animas nostras. Et induti sunt saccis super lumbos suos, & posuerũt funiculos super capita sua, & dixerunt regi Israel: Seruus tuus filius Ader dicit: Viuat, quæso, anima τ nostra. Et dixit: Si adhuc viuit, frater meus est. Et viri pro omine acceperunt, & υ pro fœdere, & rapuerunt verbum de ore eius, & dixerũt: Frater tuus filius Ader. Et dixit: Ingredimini, & assumite eũ. Et egressus est ad eum filius Ader: & faciunt ascendere eum ad eum super currum. Et dixit ad eum: Ciuitates, quas cepit pater meus a patre tuo, reddam tibi: & exitus pones tibi in Damasco, sicut posuit pater meus in Samaria: & ego in testamento dimittam te. Et disposuit ei testamentum, & dimisit eum. Et homo vnus de filijs prophetarum dixit ad proximũ suum in verbo Domini: Percute nunc me. Et noluit homo percutere eum. Et dixit ad eũ: Pro eo, quod non audisti vocem Domini; & ecce tu recedis a me, & percutiet te leo. Et abijt ab eo, & inuenit eũ leo, & percusit eũ. Et inuenit hominẽ aliũ, & dixit: Percute me nunc. Et percusit eũ homo φ percutiẽs, & cõtriuit. Et iuit propheta: & astitit regi Israel super viã & obligauit in vitta oculos suos. Et factum est, vt præteribat rex, & hic clamabat ad regem, & dixit: Seruus tuus exijt ad militiam belli: & ecce vir introduxit ad me virum, & dixit ad me: Custodi hunc virum: Si autem exiliens exilierit; & erit anima tua pro anima

A

anima eius, vel talentum argenti appendes. Et factum est: circumspexit seruus tuus huc, & huc; & hic non erat. Et dixit ad eum rex Israel: χ Ecce & insidiæ apud me: occidisti. Et festinauit, & abstulit vittã ab oculis suis. Et agnouit eum rex Israel, quia ex prophetis hic. Et dixit ad eum: Hæc dicit Dominus: Propterea quod emisisti tu virum perniciosum de manu tua; & erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Et abijt rex Israel confusus, & tristis: & venit in Samariam.

α Et omnis equus.] *Hebræus*, & equus. *Compl.* καὶ ἵπποι, & equi. β Filii tui.] *Nonnulli addunt* τὰ καλὰ, boni. *Compl.* τὰ κάλλιστα, *quod vulgata*, optimi. γ Et tollent.] *Abest istud*, καὶ, *a Compl. Hebræus habet, Et erit:* omne concupiscibile oculorum tuorum ponent in manibus suis, & tollent. δ Argentum.] *Compl. addit* καὶ, & argentum. *Sed hebræus*, & argento meo, & auro meo: & non prohibui ab eo. ε Vulpibus.] ταῖς ἀλώπεξι. *Alii* ταῖς δραξὶ, pugillis, *vt vulgata. Eodem modo Theodoretus, atque addit*, hæc autem dicebant minantes oppugnationis aggeres. ζ Turbam.] *Sic aliquot codices. Nonnulli addunt* πάντα τὸν ὄχλον, *quod vulgata*, omnem multitudinem. *Alij* πάντα τὸν ἦχον, omnem sonitum. *Theodoretus* ἑώρακας πάντως τὸν ἦχον τὸν μέγαν τοῦτον, vidisti omnino sonitum magnum istum. *Lucifer de reg. Apost.* si audisti sonum magnum istum. η Regionum.] τῶν χωρῶν, *quod vulgata*, per pedissequos principum prouinciarum. *Theodoretus q. 61. habet* τῶν χορῶν, in pueris, ex ijs, qui incipiunt chorũ, *& interpretatur* ἐν ὀλίγοις μειρακίοις, in paucis puerulis. θ Principes, pueros regionum.] *Atque item paulo post*, principes, pueri regionum. *Sed in aliis hic* τοὺς παῖδας τῶν ἀρχόντων τῶν χωρῶν, (*quod vulgata*, pueros principum prouinciarum) *& ibi* τὰ παιδάρια τῶν ἀρχόντων τῶν χωρῶν, *& vulgata*, pueri principum prouinciarum. ι Ducenti triginta.] *Ita etiam Theodoretus. Alii* τριακόσιοι τριάκοντα, trecenti triginta: *nonnulli, & Compl.* διακόσιοι τριάκοντα καὶ δύο, ducenti triginta, & duo, *quod respondet vulgatæ.* κ Et mittunt.] *Alii*, καὶ ἀπέστειλεν υἱὸς Ἄδερ, *quod vulgata*. Misit itaque Benadab. λ Comprehendere.] *Non est loquutio insitata*, dixit eis comprehendere, *idest, iussit, vt illos capiant. Sed alii libri* συλλάβετε, comprehendite. μ Principes pueri regionum.] *In aliis*, καὶ οὗτοι ἐξῆλθον ἐκ τῆς πόλεως, τὰ παιδάρια ἀρχόντων τῶν χωρῶν. Et ij egressi sunt è ciuitate, pueri principum regionum, *quod valde respondet hebræo: a quo absunt, quæ præcedunt*, & non exeant è ciuitate, *sicut etiam a Compl.* ν Percussit.] *Compl.* & percussit. *Lucifer de reg. Apost. hunc locum sic refert.* Et exierunt pueri de ciuitate, principum regionum, & exercitus qui post illos: & percussit vnusquisque quem inuenit secus se. ξ Et dixerunt.] *In aliis* εἶπον πρὸς αὐτὸν, dixerunt ad eum. *Theodoretus autem ita hunc locum refert*, ἐροῦσιν οἱ σύροι, θεὸς ὀρέων dicent Syri, Deus montium, &c. *quasi hæc a Deo per eundem prophetam prædicantur.* ο Et instaurabimus tibi virtutem.] *Est aliqua varietas etiam in aliis. Compl. autem habet tantum*, καὶ ἄλλαξον σὺ, & instaura tu, *quod respondet vulgatæ.* π Eius.] *Alii*, αὐτῶν, eorum. ρ Cubiculo.] *Ita vertimus illud* τοῦ κοιτῶνος, *quoniam est hebraismus: & supplenda est præpositio hoc modo* è cubiculo in thalamum. *Ita & cap. sequenti.* σ Et dixit pueris suis: Noui, quia.] *Ita & alius codex: nec multo aliter in quibusdam*, καὶ εἶπε τοῖς παισὶν αὐτοῦ, ἰδοὺ δὴ οἴδαμεν, ὅτι, Et dixit pueris suis: Ecce iam nouimus, quia. *Sed in aliis*, καὶ εἶπον πρὸς αὐτὸν οἱ παῖδες αὐτοῦ, ἰδοὺ δὴ οἴδαμεν, ὅτι, *in Compl. autem*, ἰδοὺ δὴ ἠκούσαμεν, ὅτι βασιλεῖς, οἴκου ἰσραὴλ, *quod vulgata*, Dixeruntque ei serui sui: Ecce audiuimus, quòd reges domus Israel. τ Nostra.] *Alii* μου, mea. υ Et pro fœdere.] ἐσπείσαντο. Nonnulli ἐπίστευσαν, crediderunt. *Compl. & aliquot codices* ἔσπευσαν, *& vulgata*, & festinantes rapuerunt. φ Percutiens, & contriuit.] *Magis ad hebræum, quàm* καὶ πατάξας συνέτριψε, & percutiens contriuit, *quod est in alijs, & in scholio inserto codici Theodoreti; vbi etiam* συνέτριψε, *exponitur* ἐτραυμάτισε, vulnerauit, *vt vulgata.* χ Ecce & insidiæ apud me: occidisti.] *In aliquot codicibus*, ἰδοὺ τὰ ἔνεδρα, ecce insidiæ. *In vno codice, & in comm. græcis, & in Compl.* ἰδοὺ σὺ δικαστὴς παρ' ἐμοὶ ἐφόνευσας, ecce tu iudex apud me: occidisti. *Theodoretus q. 62.* ἰδοὺ σὺ δίκῃ τῇ παρ' ἐμοὶ ἐφόνευσας, Ecce tu mea quidem sentẽtia cædem fecisti. *Et explicans addit*, Hostem enim soluisti, vt multas ille perpetret cædes. ψ Confusus & tristis.] συγκεχυμένος καὶ ἐκλελυμένος. *Compl.* κλαίων. *Theodoretus.* συνεχόμενος καὶ κλαίων, compressus & plorans. *Vulgata* contemnens & furibundus.

CAP. XXII.

E

Et sedit tribus annis: & non fuit bellum inter Syriam, & inter Israel. Et factum est in anno tertio, & descendit Iosaphat rex Iuda ad regem Israel. Et dixit rex Israel ad pueros suos: Si nostis, quia nobis Rhemmath Galaad? Et nos tacemus capere eam de manu regis Syriæ. Et dixit rex Israel ad Iosaphat: Ascendes mecum in Rhemmath Galaad ad bellum? Et dixit Iosaphat: Sicut ego; & tu sic: sicut populus meus, populus tuus: sicut equi mei; equi tui. Et dixit Iosaphat

rex Iuda ad regem Iſrael : Interrogate, quæſo, hodie Dominum . Et congregauit rex Iſrael omnes prophetas, circiter quadringentos viros . Et dixit eis rex : Si vadam in Rhemmath Galaad ad bellum, an ceſſem ? Et dixerunt: Deſcende: & dans dabit Dominus in manus regis . Et dixit Ioſaphat ad regem Iſrael : ʸ Non eſt hic propheta Domini , & interrogabimus Dominum per eum? Et dixit rex Iſrael ad Ioſaphat: Vnus ᶻ eſt vir ad interrogandum Dominum per eum : & ego odi eum ; quoniam non loquitur de me bona, ſed mala, Michæas filius Iemblaa. Et dixit Ioſaphat rex Iuda: Non dicat rex ſic. Et vocauit rex Iſrael eunuchum vnum, & dixit: Cito Michæam filium Iemblaa. Et rex Iſrael, & Ioaſphat rex Iuda ſedebant, vir ſuper thronum ſuum , armati in portis Samariæ . Et omnes prophetæ prophetabant coram eis . Et fecit ſibi Sedecias filius Chanaan cornua ferrea , & dixit : Hæc dicit Dominus: In his cornupetes Syriam , quoaduſque conſummata fuerit. Et omnes prophetæ prophetabant ſic, dicentes: Aſcende in Rhemmath Galaad: & ᵃ proſperabit, & dabit Dominus in manus tuas & regem Syriæ. Et nuncius, qui ierat ad vocandum Michæam, locutus eſt ei, dicens: Ecce nunc loquuntur omnes prophetæ in ore vno bona de rege. Eſto, quæſo, & tu in verbis tuis iuxta verbum vnius eorum , & loquere bona. Et dixit Michæas: Viuit Dominus, quia quæcumque dixerit Dominus ad me, hæc loquar. Et venit ad regem. Et dixit ei rex: Michæa, Si aſcendam in Rhemmath Galaad ad bellum, an ceſſem ? Et dixit : Aſcende, & proſperabit Dominus in manu regis . Et dixit ei rex: ζ Toties ego adiuro te; vt loquaris ad me veritatem in nomine Domini . Et dixit : ᵉ Non ſic. Vidi vniuerſum Iſrael diſperſum in montibus, tanquam gregem, cui non eſt paſtor. Et dixit Dominus: ᶿ Non Dominus his Deus? Vnuſquiſque ad domum ſuam in pace reuertatur. Et dixit rex Iſrael ad Ioſaphat regem Iuda: Nonne dixi ad te, quia non prophetat hic mihi bona, quia tantũ mala? Et dixit Michæas: ᶦ Non ſic: non ego. Audi verbum Domini: Non ſic. Vidi Deum Iſrael ſedentem ſuper thronũ ſuum: & omnis militia cæli ſtabat circa eum a dextris eius, & a ſiniſtris eius. Et dixit Dominus: Quis decipiet Achaab regẽ Iſrael, & aſcendet, & cadet in Rhemmath Galaad? Et dixit hic ita, & hic ita. Et egreſſus eſt ſpiritus, & ſtetit coram Domino, & dixit: Ego decipiam eum. Et dixit ad eum Dominus: In quo? Et dixit: Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit: Decipies, & etiam præualebis. Egredere, & fac ſic. Et nunc ecce dedit Dominus ſpiritum mẽdacem in os omnium prophetarum tuorum iſtorum: & Dominus locutus eſt ſuper te mala. Et acceſsit Sedecias filius Chanaan, & percuſsit Michæam ſuper maxillam, & dixit: Qualis ſpiritus Domini, ᵏ qui locutus eſt in te ? Et dixit Michæas : Ecce tu videbis die illa; quia intrabis cubiculum ᶺ cubiculo ad latendum illic. Et dixit rex Iſrael : Capite Michæam , & reducite eum ad ᵘ Semer regem ciuitatis . Et ad Ioas filium regis dicito, vt ponat eum in cuſtodia, & ipſe comedat panem tribulationis, & aquam tribulationis, quoaduſque reuertero ego in pace. Et dixit Michæas: Si reuertens reuerteris in pace; non eſt locutus Dominus ᵛ in me. Et aſcẽdit rex Iſrael & Ioſaphat rex Iuda cũ eo ad Rhẽmath Galaad. Et dixit rex Iſrael ad Ioſaphat regẽ Iuda: Cooperiar, & ingrediar in prælium: & tu induere veſtimentũ ξ meũ

Et coope-

A Et cooperuit ſe rex Iſrael,& intrauit in prælium. Et rex Syriæ mandauerat principibus curruum ſuorum triginta & duobus, dicens: Non impugnetis paruum & magnum, ſed regem Iſrael ſolum. Et factum eſt, vt viderunt principes curruum Ioſaphat regem Iuda; & ipſi dixerunt: Videtur rex Iſrael hic. Et circundederunt eum ad impugnandum. Et exclamauit Ioſaphat. Et factum eſt, vt viderunt principes curruum, quia non eſt rex Iſrael hic; & reuerterunt ab eo. Et intendit vnus arcum ᵃ bene collimans: & percuſsit regem Iſrael inter pulmonem, & inter thoracem. Et dixit aurigæ ſuo: Conuerte manus tuas, & educ me de prælio: quoniam vulneratus ſum. Et profligatum eſt prælium in B die illa: & rex erat ſtans ſuper currum ex aduerſo Syriæ a mane vſque ad veſperam: & ᵟ effundebat ſanguinem è plaga in ſinũ currus: & mortuus eſt veſperi: & egrediebatur ſanguis ᵖ ſtragis vſque ad ſinum currus. Et ſtetit præco exercitus occidente Sole, dicens: Vnuſquiſque ad ſuam ciuitatem, & ad ſuam terram: quoniam mortuus eſt rex. Et venerunt in Samariam, & ſepelierunt regem in Samaria. Et abluerunt ᵟ ſanguinem ſuper fontem Samariæ: & linxerunt ᵀ ſues, & canes ſanguinem: & meretrices lauerunt ſe in ſanguine, iuxta verbum Domini, quod locutus eſt. Et reliqua verborum Achaab, & omnia, quæ fecit, & domum eburneam, quam ædificauit, & omnes ciuitates, C quas fecit, nonne ecce hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iſrael? Et dormiuit Achaab cum patribus ſuis. Et regnauit Ochozias filius eius pro eo. Et Ioſaphat filius Aſa regnauit ſuper Iudam. In anno quarto Achaab regis Iſrael regnauit Ioſaphat: filius ᵘ triginta & quinque annorum in regnando ipſum: & viginti & quinque annos regnauit in Hieruſalem. Et nomen matri eius Azuba filia Salai. Et ambulauit in omni via Aſa patris ſui: non declinauit ab ea, faciendo rectum in oculis Domini. Veruntamen excelſa non abſtulit. Adhuc populus ſacrificabat, & adolebant in excelſis. Et pacem habuit Ioſaphat cum rege Iſrael. Et reliqua verborum Ioſaphat, & potentatus eius, ᵠ quæcumque fecit, nonne ecce hæc ſcripta in libro verborum D dierum regum ᵡ Iuda? Et dormiuit Ioſaphat cum patribus ſuis, & ſepultus eſt apud patres ſuos in ciuitate Dauid patris ſui. Et regnauit Ioram filius eius pro eo. Et Ochozias filius Achaab regnauit ſuper Iſrael in Samaria. In anno ſeptimo & decimo Ioſaphat regis Iuda Ochozias filius Achaab regnauit in Iſrael in Samaria duos annos. Et fecit malum ante Dominum, & ambulauit in via Achaab patris ſui, & in via Iezabel matris ſuæ, & in peccatis domus Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. Et ſeruiuit Baalim, & adorauit eos: & exacerbauit Dominum Deum Iſrael ſecundum omnia, ᵠ quæ facta fuerant ante eum.

E

α Quia nobis.] *Sic hebræus. Compl.* ἡμῶν ἐστι, noſtra eſt. β Sicut ego.] *Optime reſpondet hebræo Theodoretus autem q. 64.* καθὼς σὺ οὕτω κἀγὼ, καθὼς ὁ λαός σου, οὕτω ὁ λαός μου, ſicut tu ita & ego: ſicut populus tuus; ita populus meus: *nec multo aliter Compl. Videatur lib.* 4. *cap.* 3. γ Non eſt hic.] *Theodoretus,* οὐκ ἔτι ὧδε, non eſt amplius hic. δ Vnus.] *Alii* ἔτι εἷς, adhuc vnus. ε Et proſperabit.] *Compl. addit* σε, te. *itemque paulo poſt.* ζ Toties.] *Theodoretus q.* 65. *Iſtud* ποσάκις, *dictum eſt pro* πολλάκις, ſæpe. *Sed poſſet verti,* quoties, *& apponi nota interrogationis. In aliquo libro eſt* ἔτι δὶς, adhuc bis. *Vulgata,* iterum, atque iterum. η Non ſic.] *Complutenſis habet tantum* οὕτως, ſic, *hebræus neque hoc habet. Theodoretus tamen habet, & explanat,* non vere illud dixi. Vidi enim, &c. θ Non Dominus his Deus.] *Aliqui libri* εἰς θεὸν, in Deum. *Compl.* οὐ κύριος τούτοις, nonne Dominus his? *Sed magis reſpondet hebræo, & vulgatæ, ſi dicatur ſine interrogatione,* non eſt Dominus iſtis. *Apud Theodoretum,* εἰ κύριος αὐτοῖς θεὸς, ἀποστραφήτω, ſi proprie, & ſta

 biliter

biliter ipsi erga Deum, reuertatur, *quomodo ipsemet paulo post explanat. Interpres videtur habuisse*, εἰ κύριος αὐτοῖς εἰς θεόν. *Ita enim vertit*, si Dominus est eis in Deum. ι Non sic, non ego: audi verbum Domini: non sic. Vidi.] *Compl. habet tantum*, διὰ τοῦτο ἄκουσον τὸν λόγον κυρίου. εἶδον. Propter hoc audi verbum Domini. Vidi, *quomodo etiam vulgata. Theodoretus hoc modo refert*. οὐκ ἐγώ, ἄκουσον τὸν λόγον κυρίου. εἶδον. Non ego: audi verbum Domini. Vidi, &c. κ Qui loquutus est in te.] *Compl*. ἀπέστη ἀπ᾽ ἐμοῦ τοῦ λαλῆσαι ἐν σοί; recessit à me ad loquendum in te? λ Cubiculo.] *Diximus præcedente capite de hoc hebraismo: significat enim quod exprimitur in Compl*. ἐκ ταμιείου, è cubiculo. μ Semer regem.] *Alii* πρὸς ἀμμὼν τὸν ἄρχοντα τῆς πόλεως, *quod vulgata*, apud Ammon principem ciuitatis. *Sed etiam in Compl. sequitur*, καὶ πρὸς ἰωὰς υἱὸν τοῦ βασιλέως, & ad Ioas filium regis: *vbi vulgata*, filium Amalec: *quamuis multi ex hebræo vertant*, filium regis. ν In me.] *Nec plura refert Theodoretus. Compl. addit*, καὶ εἶπεν. ἀκουσάτω πᾶς ὁ λαός, *quod vulgata*. Et ait, audite populi omnes. ξ Meum.] *Sic etiam Compl. vulgata ex hebræo habet*, vestibus tuis. *Theodoretus hanc rem narrans inquit Syros coniecisse ex paludamento regio Iosaphat esse regem Israel*. ο Bene collimans.] εὐστόχως. *Compl*. ἁπλῶς, simpliciter: *quod vulgata*, in incertum. π Et effundebat sanguinem e plaga in sinum currus.] *Hæc absunt a Compl. & vulgata: sed pro his habentur illa, quæ in nostra, & in aliis & vulgata sequuntur post ea*, & mortuus est vesperi, (*licet in Compl, antecedant*) *quare videri possunt duæ eiusdem sententiæ interpretationes*. ρ Stragis.] τῆς τροπῆς. *Ita plerique vetusti. In vno tamen inuentum est*, ἐκ τῆς τρυμαλιᾶς, ex foramine, ex plaga. *Compl*. τῆς πληγῆς, τῆς τροπώσεως, plagæ, stragis: *quæ duæ videntur interpretationes*. σ Sanguinem.] *In Compl additur*, ἀπὸ τοῦ ἅρματος, de curru. τ Sues, &.] *Abest a Compl. & vulgata: nec Theodoretus suum mentionem facit, sed canum, & meretricum de quibus tamen meretricibus nihil in vulgata, licet in Compl. Videatur cap. 20*. υ Triginta.] *Ita etiam supra cap. 16. & hic vulgata. Compl. autem* τεσσαράκοντα, quadraginta. φ Quæcunque.] *In aliis*, καὶ αἱ δυναστεῖαι αὐτοῦ, ἃς ἐποίησεν, & potentatus eius, quos fecit, *idest fortia, & præclara eius facta*. χ Iuda.] *Hic in Compl. vt in vulgata, adduntur ea, quæ in nostra, & aliis græcis sunt cap. 16. vt ibi notatum est ex scholio. Sunt tamen multæ in verbis varietates. Satis erit eas, quæ primo se offerunt, notare. Nam quod ibi est*, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν συμπλοκῶν, ἃς ἐπέθεντο ἐν ταῖς ἡμέραις ἀσὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐξῆρεν ἀπὸ τῆς γῆς. καὶ βασιλεὺς οὐκ ἐν συρίᾳ νασίβ, Et reliqua complicationum, quas imposuerant in diebus Asa patris sui, sustulit de terra. Et rex non erat in Syria Nasib. *in Compl. hoc loco sic habet*, καὶ τοὺς λοιποὺς τῶν τετελεσμένων τῶν καταλελειμμένων ἐν ταῖς ἡμέραις ἀσὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἀφεῖλεν ἀπὸ τῆς γῆς. καὶ βασιλεὺς οὐκ ἦν ἑστηκὼς ἐν ἰδουμαίᾳ. *& in vulgata*, sed & reliquias effœminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris eius, abstulit de terra. Nec erat tunc rex constitutus in Edom. ψ Quæ facta fuerant.] *Compl*. ὅσα ἐποίησεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, *quod vulgata*, quæ fecerat pater eius.

A

REGNORVM LIBER IV.

B

CAP. I.

ET præuaricatus est Moab in Israel, postquam mortuus est Achaab. Et cecidit Ochozias per cancellum, qui in cænaculo suo in Samaria, & ægrotauit. Et misit nuncios, & dixit ad eos: Ite, & inquirite in Baal muscam [a] Deum Accaron; si viuam ex infirmitate mea hac. Et ierunt interrogare per eum. Et angelus Domini vocauit Eliu Thesbitem, dicens: Surgens, vade in obuiam nunciorum Ochoziæ regis Samariæ, & loqueris ad eos: Si propterea quod non sit Deus in Israel, vos itis inquirere in Baal muscam Deum Accaron? Et [b] non ita. Quoniam hæc dicit Dominus: Lectus, super quem ascendisti illuc, non descendes ab eo, quia morte morieris. Et iuit Eliu, & dixit ad eos. Et reuersi sunt nuncij ad eum. Et dixit ad eos: Quid, quod reuertistis? Et dixerunt ad eum: Vir ascendit in occursum nostrum, & dixit ad nos: Ite, reuertite ad regem, qui misit vos, & loquimini ad eũ: Hæc dicit Dominus: Si propterea quod non sit Deus in Israel, tu vadis inquirere in Baal muscam Deum Accaron? Non ita. Lectus, super quẽ ascendisti illuc, non descendes ab eo, quia morte morieris. Et [γ] reuersi annũciauerunt regi secundum quæ locutus fuerat Eliu. Et locutus est ad eos: Quodnam iudicium viri, qui ascendit in obuiam vobis, & locutus est ad vos verba hæc? Et dixerũt ad eum: Vir pilosus, & zona pellicea accinctus lumbum suum. Et dixit: Eliu Thesbites hic est. Et misit ad eum principem quinquagenarium, & ipsos quinquaginta illius. Et [δ] ascendit ad eum. Et ecce Eliu sedebat super cacumen montis. Et locutus est princeps quinquagenarius ad eum, & dixit: Homo Dei, rex vocauit te: Descende. Et respondit Eliu, & dixit ad principem quinquagenarium. Et, si homo Dei ego; descendet ignis de cælo, & deuorabit te, & quinquaginta tuos. Et descendit ignis de cælo, & deuorauit eum, & quinquaginta eius. Et adiecit rex, & misit ad eum alium principem quinquagenarium, & ipsos quinquaginta illius. Et locutus est princeps quinquagenarius ad eum, & dixit: Homo Dei, hæc dicit rex: Cito descende. Et respondit Eliu, & locutus est ad eum, & dixit: Si homo Dei ego; descendet ignis de cælo, & deuorabit te, & quinquaginta tuos. Et descendit ignis de cælo, & deuorauit eum, & quinquaginta eius. Et adiecit adhuc rex mittere [ε] Ducem, & quinquaginta eius. Et venit princeps quinquagenarius tertius, & curuauit se super genua sua ante Eliu,

C D E

& orauit

&oraut eum,& locutus est ad eũ, & dixit: Homo Dei pretiosa sit anima mea, & anima seruorum tuorum, horum quinquaginta in oculis tuis. Ecce descendit ignis de cælo,& deuorauit duos principes quinquagenarios ζ primos. Et nunc pretiosa sit, quæso, anima mea in oculis tuis. Et locutus est angelus Domini ad Eliu,& dixit: Descende cum eo: ne timeas a facie eorum. Et surrexit Eliu,& descendit cum eo ad regem. Et locutus est ad eum, η & dixit Eliu: Hæc dicit Dominus: θ Quid, quod misisti nuncios exquirere in Baal muscam Deum Accaron? Non sic. Lectus, super quem ascendisti illuc, non descendes ab eo; quia morte morieris. Et mortuus est iuxta verbum Domini, quod locutus est ι Eliu. Et reliqua verborum Ochoziæ, quæ fecit, nonne ecce hæc scripta in libro verborum dierum regibus Israel? Et Ioram filius Achaab regnat super Israel in Samaria annos duodecim, in anno κ octauo & decimo Iosaphat regis Iuda. Et fecit malum in conspectu Domini. Verumtamen, non sicut fratres eius, neque sicut mater eius. Et amouit titulos Baal, quos fecerat pater eius,& contriuit eos. Verumtamen in peccatis domus Hieroboam, qui peccare fecit Israel, adhæsit: non recessit ab eis. Et indignatus est ira Dominus in domum Achaab.

α Deum.] *Theodoretus q.3. videtur habuisse* προσόχθισμα, offendiculum, abominationem. *Propius autem hebræo est,* in Baal, *quàm* διὰ τοῦ βαάλ, per Baal, *quod est in Compl.* ϛ Et non ita: quoniam.] *Rursus, vt superiore capite, habet hic Compl. tantum,* διὰ τοῦτο, quamobrem, *vt vulgata. Eadem varietas est paulo post in verbis nunciorum ad regem, & Eliæ ad regem.* γ Et reuersi annunciauerunt regi, secundum quæ locutus fuerat Eliu.] *Hæc absunt à Compl. & à vulgata.* δ Ascendit.] *Sic etiam vulgata. Compl.* ἐπορεύθησαν, iuerunt. ε Ducem.] ἡγούμενον. *Compl. etiam hic* πεντηκόνταρχον τρίτον, *& vulgata*, principem quinquagenarium tertium. *In aliquo libro vtrumque ponitur, hoc post illud: & fortasse duæ sunt interpretationes.* ζ Primos.] *In aliis additur,* καὶ τοὺς πεντήκοντα αὐτῶν, *quod in vulgata,* & quinquagenos, qui cum eis erant: *nec multo aliter Compl.* καὶ ἑκάστου τοὺς πεντήκοντα. η Et dixit Eliu.] *Dictio* Eliu, *abest à nonnullis: totum autem istud à Compl. & vulgata.* θ Quid, quod misisti] *Compl.* ἀνθ' ὧν ἀπέστειλας ἐπερωτῆσαι, pro eo quod misisti interrogare, &c. διὰ τοῦτο ἡ κλίνη, propterea lectus, &c. ι Eliu.] *In aliis libris sequitur* καὶ ἐβασίλευσεν ἰωρὰμ ὁ ἀδελφὸς ὀχοζίου ἀντ' αὐτοῦ, ὅτι οὐκ ἦν αὐτοῦ (*aut* αὐτῷ) υἱός, *in Compl. autem præterea*, ἐν τῷ ἔτει τῷ δευτέρῳ ἰωρὰμ υἱοῦ ἰωσαφὰτ βασιλέως ἰούδα. Et regnauit Ioram frater Ochoziæ pro eo, quoniam non fuit ei filius, in anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iuda. *Theodoretus locum istum de successione explicat q. 5. Cuius verba afferemus, quoniam interpres mutilato codice est vsus.* Lex erat regum filios hæreditatem regni adire: quod si non essent filij, fratrem natu maximum, vel eum, qui maxime propinquus esset. Statim quidem Dauidicum regnum vsque ad captiuitatem, filius à patre, accipiẽtes administrarunt. Sed cum Ieconias ante liberorum procreationem, bello captus esset, Matthanias, qui & Sedecias, obtinuit regnum, cum esset illius patruus. κ Octauo & decimo.] *Ita in duobus vetustis, & ita inferius cap.3. In aliis,* ἐν ἔτει εἰκοστῷ καὶ πρώτῳ, in anno vigesimo & primo. *Verum omnia ista quæ sequuntur post illa,* regibus Israel, *vsque ad finem capitis, absunt à Compl. & vulgata: & ponuntur cap.3. vbi etiam in nostra repetuntur.*

CAP. II.

ET factũ est, cũ eleuaret Dominus in concussione ipsum Eliu tanquã in cælũ,& iuit Eliu,& Elisæe de Galgalis. Et dixit Eliu ad Elisæe: Sede, quæso, hic: quia Deus misit me vsque Bæthel. Et dixit Elisæe: Viuit Dominus,& viuit anima tua, si derelinquã te. Et venerũt in Bæthel. Et venerũt filij prophetarũ, qui in Bæthel, ad Elisæe,& dixerunt ad eũ: Si nosti, quia Dominus hodie tollit dominũ tuũ desuper capite tuo? Et dixit: Et ego noui: silete. Et dixit Eliu ad Elisæe: Sede, quæso, hic: quoniã Dominus misit me vsque Hierico. Et dixit: Viuit Dominus,& viuit anima tua; si derelinquam te. Et venerunt in Hierico. Et accesserunt filij prophetarum, qui in Hierico, ad Elisæe,& dixerunt ad eum: Si nosti, quia hodie tollit Dominus dominum tuum desuper caput tuum? Et

dixit

A dixit: Etiam ego noui: silete. Et dixit ei Eliu: Sede, quæso, hic: quoniam Dominus misit me vsque ad Iordanem. Et dixit Elisæe: Viuit Dominus, & viuit anima tua, si derelinquam te. Et iuerunt ambo, & quinquaginta viri filij prophetarum: & steterunt ex aduerso longe. Et ambo steterunt super Iordanem. Et sumpsit Eliu melotem suam, & conuoluit, & percussit aquam: & diuisa est aqua hinc & hinc. Et transierunt vtrique in [a] deserto. Et factum est in transeundo ipsos, & Eliu dixit ad Elisæe: Pete, quid faciam tibi, antequã ego assumar a te. Et dixit Elisæe: [c] Fiant, quæso, duplicia in spiritu tuo super me. Et dixit Eliu: Dure egisti petendo. Si videris me, dum assumor a te; & erit tibi sic: & si non; non fiet. Et factum est ipsis euntibus, ibant, & loquebantur. Et ecce currus ignis, & equi
B ignis, & diuiserunt inter vtrosque. Et assumptus est Eliu in concussione [γ] tanquam in cælum. Et Elisæe videbat; & clamabat: Pater, pater, [δ] currus Israel, & eques eius. Et non vidit eum vltra. Et apprehendit vestimenta sua, & discidit ea in duas scissuras: & eleuauit melotem Eliu, quæ ceciderat desuper [ε] Elisæe. Et reuertit Elisæe, & stetit super labium Iordanis: & sumpsit melotem Eliu, quæ ceciderat desuper eo, & percussit [ζ] aquam, & dixit: Vbi Deus Eliu [η] Appho? Et percussit aquas: & discissæ sunt hinc, & hinc. Et transiuit [θ] Elisæe. Et viderunt eum filij prophetarum, qui in Hiericho ex aduerso, & dixerunt: Requieuit spiritus Eliu super Elisæe. Et venerunt in occursum eius, & adorauerunt eum
C in terram, & dixerunt ad eum: Ecce nunc cum pueris tuis quinquaginta viri, filij [ι] virtutis. Euntes nunc quærant dominum tuum, ne forte tulerit eum spiritus Domini, & proiecerit eum in Iordanem, vel super vnum montium, vel super vnum collium. Et dixit Elisæe: Non mittetis. Et coegerunt eum, quoadusque erubuit, & dixit: Mittite. Et miserunt quinquaginta viros: & quæsierunt tribus diebus, & non inuenerunt eum. Et reuersi sunt ad eum: & ipse sedebat in Hiericho. Et dixit Elisæe: Nonne dixit ad vos, Nolite ire? Et dixerunt viri ciuitatis ad Elisæe: Ecce habitatio ciuitatis bona, sicut dominus videt, & aquæ malæ, & terra [κ] sterilis. Et dixit Elisæe: Sumite mihi hydriolam nouam, & ponite
D ibi sal. Et sumpserunt, & attulerunt ad eum. Et exiuit Elisæe ad transitum aquarum, & proiecit illuc sal, & dixit: Hæc dicit Dominus: Sanaui aquas has: non erit vltra inde [λ] mors, & sterilis. Et sanatæ sunt aquæ vsque in diem hanc iuxta verbum Elisæe, quod locutus est. Et ascendit inde in Bæthel. Et ascendente eo in via, & pueruli parui exierunt de ciuitate, & illudebant eum, & dixerunt ei: Ascende calue, ascende. Et respexit post [μ] eos, & vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini. Et ecce exiuerunt duo vrsi de sylua: & discerpserunt de eis quadraginta & duos pueros. Et iuit inde ad montem Carmelum: & inde reuertit in Samariam.

E

[a] In deserto.] ἐν ἐρήμῳ. *Compl.* διὰ ξηρᾶς, *quod vulgata*, per siccum. [c] Fiant, quæso, duplicia.] *Comp.* γενηθήτω δὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἐπὶ σοὶ διπλῶς ἐπ' ἐμέ. Fiat quæso spiritus qui super te, dupliciter super me. *quod quidem planius est, & respondet vulgatæ. Sed illud propius phrasi hebraicæ. Theodor. non refert ipsa verba, sed ita proponit quæstionem 7.* τί δήποτε τοῦ ἐλισσαίου διπλῆν τὴν χάριν αἰτήσαντος, ὁ μέγας εἶπεν ἠλίας, ἐσκλήρυνας τοῦ αἰτήσασθαι. Quid ita, cum Elisæus petiisset duplicem gratiam, magnus Elias dixit, Dure egisti in petendo? [γ] Tanquam in cælum.] ὡς εἰς τὸν οὐρανόν. *Ita etiam initio capitis in omnibus codicibus collatis: sed hic in Compl.* ἕως εἰς τὸν οὐρανόν, vsque in cælum. *In vulgata vtrobique absolute* in cælum. [δ] Currus.] *Ita etiam Theodoretus q. 8. S. Ambrosius de Nabuthæ. c. 15.* agitator. [ε] Elisæe.] *Compl.* αὐτοῦ, eo. *& potest intelligi, decidisse ab Elia: quem sensum præfefert vulgata.* [ζ] Aquam.] *In aliis libris additur*, καὶ οὐ διέστη, & non discessit. *In Compl.* τὰ ὕδατα, καὶ οὐ διηρέθη, aquas, & non se diuiserunt: *quæ agnoscũtur etiam a Theodoreto q. 8. Sed absunt ab hebræo, & vulgata.*

gata. Sunt enim ſupplenda cogitatione. η Appho.] *Theodoretus ibidem,* ἀφφὼ exponitur ὁ κρύφιος, occultus, ſecundum editionem aliorum interpretum. *Sed vulgata,* etiam nunc. θ Eliſæ.] *In aliquot libris ſequitur, vt etiam ſupra* διὰ ξηρᾶς, per ſiccum. *Sed hic non eſt in vulgata.* ι Filii virtutis.] *Theodoretus q. 6. inquit* υἱοὺς δυνάμεως, *eſſe vocatos* εὐζῶνες *milites ſuccinctos, & ſtrenuos.* κ Sterilis.] ἀτεκνουμένη, *quod poteſt etiam ſignificare* orbans. S. *Ambroſius ſerm.* 87. ſed aquæ malæ, & ſteriles ſunt. λ Mors, & ſterilis.] *Reſpondet hebræo. Compl.* ἀποθνήσκων, οὐδὲ ἀτεκνουμένη, *& S. Ambroſius ibidem,* non erit ex eis moriens, neque ſterilis. μ Eos.] *Compl.* αὐτῶ, poſt ſe. A

CAP. III.

ET Ioram filius Achaab regnauit in Iſrael in anno octauo, & decimo Ioſaphat regis Iuda: & regnauit duodecim annos. Et fecit malum in oculis Domini: verumtamẽ non, ſicut pater eius, & non ſicut mater eius. Et amouit titulos Baal, quos fecerat pater eius. Tantummodo in α peccato Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael, adhæſit: non receſsit ab eo. Et Moſà rex Moab erat β Noced: & reddebat regi Iſrael γ in rebellione centum millia agnorum, & centum millia arietum in velleribus. Et factum eſt, poſtquam mortuus eſt Achaab; & præuaricatus eſt rex Moab in regem Iſrael. Et egreſſus eſt rex Ioram in die illa e Samaria, & recenſuit Iſrael. Et iuit, & miſit ad Ioſaphat regem Iuda, dicens: Rex Moab præuaricatus eſt in me. Si ibis mecum in Moab ad bellum? Et dixit: Aſcendam. δ Similis mihi, ſimilis tibi: ſicut populus meus; populus tuus: ſicut equi mei; equi tui. Et dixit: Quali via aſcendam? Et dixit: Viam deſertũ Edom. Et iuit rex Iſrael, & rex Iuda, & rex Edom: & circumierunt viam ſeptem dierum. Et non erat aqua in caſtris, & pecoribus, quæ in pedibus eorũ. Et dixit rex Iſrael: Heu, quia vocauit Dominus tres reges ε aduenientes ad dandum eos in manu Moab. Et dixit Ioſaphat: Non eſt hic propheta Domini, ζ & inquiramus Dominum ab eo? Et reſpondit vnus puerorum regis Iſrael, & dixit: Hic Eliſæe filius Saphat, qui effundebat aquam ſuper manus Eliu. Et dixit Ioſaphat: Eſt ei verbum Domini. Et deſcendit ad eum rex Iſrael, & Ioſaphat rex Iuda, & rex Edom. Et dixit Eliſæe ad regem Iſrael: Quid mihi, & tibi? Vade ad prophetas patris tui & prophetas matris tuæ. Et dixit ei rex Iſrael: Nũquid vocauit Dominus tres ipſos reges ad tradendũ eos in manus Moab? Et dixit Eliſæe: Viuit Dominus virtutum, cui adſtiti coram eo; quia niſi faciẽ Ioſaphat regis Iuda ego ſumerem, ſi reſpexiſſem ad te, & vidiſſem te. Et nunc accipe mihi pſallentem. Et factum eſt, vt pſallebat pſallens; & facta eſt ſuper eum manus Domini, & dixit: Hæc dicit Dominus: Facite torrentem hunc foſſas foſſas: quoniam hæc dicit Dominus: Non videbitis ſpiritum, & non videbitis pluuiam; & torrens hic implebitur aqua: & bibetis vos, η & poſſeſsiones veſtræ, & pecora veſtra. Et θ leuis hæc in oculis Domini: & ι tradam Moab in manu veſtra: & percutietis omnem ciuitatem κ munitam: & omne lignum bonum deijcietis: & omnes fontes aquæ obſtruetis, & omnem portionem bonam inutilem reddetis in lapidibus. Et factum eſt mane aſcendente ſacrificio, & ecce aquæ veniebant è via Edom: & terra impleta eſt aqua. Et vniuerſa Moab audierunt, quia aſcenderant tres reges impugnare eos. Et exclamauerunt ex λ omni, accincti zona, & dixerũt: Hem: Et ſteterunt ſuper terminum. Et diluculo ſurrexerunt mane, & Sol exortus eſt ſuper aquas. Et vidit Moab ex aduerſo aquas rubras tanquam ſanguinem. Et dixerunt: Sanguis hic gladij: Et pugnauerunt reges:

B C D E

A ges: & percusſit vir proximum ſuum: Et nunc ad ſpolia Moab. Et intrauerunt in caſtra Iſrael. Et Iſrael ſurrexerunt, & percuſſerunt ipſam Moab. Et fugerunt a facie eorum. Et intrauerunt ingredientes, & percutientes ipſam Moab: & ciuitates deſtruxerunt: & omnem portionem bonam, proiecerunt vir lapidem, & impleuerunt eam: & omnem fontem obſtruxerunt: & omne lignum bonum deiecerunt vſque ad relinquendum lapides muri μ deſtructos. Et circumierunt fundibularij, & percuſſerunt eam. Et vidit rex Moab, quia inualuit ſuper eum pugna: & ſumpſit ſecum ſeptingentos viros educentes gladium ad irrumpendum aduerſus regem Edom: & non potuerunt. Et ſumpſit filium ſuum primogenitum, quem regem fecerat pro ſe, & obtulit eum holocauſtoma ſuper B murum. Et facta eſt pœnitentia magna ſuper Iſrael. Et receſſerunt ab eo, & reuerterunt in terram.

α Peccato.] *Compl.* ἁμαρτίαις, peccatis: *& ſic ſuperius cap. 1. in noſtra.* β Noced.] *Theodoretus q. 10.* Iſtud νωκὴδ, alii interpretes dixerunt ἀρχιποίμενα, principem paſtorum. γ In rebellione.] ἐν τῇ ἐπαναστάσει, *ideſt quo tempore rebellauit, ſolitus erat pendere. Theodoretus hunc locum ſic refert*, καὶ ἦν φέρων φόρον τῷ βασιλεῖ Ἰσραὴλ ἑκατὸν, & erat ferens tributum regi Iſrael centum, &c. *Compl. autem quaſi duas miſcens interpretationes*, καὶ ἦν φέρων φόρον, καὶ ἐπιστρέφων τῷ βασιλεῖ Ἰσραὴλ ἑκατὸν, & erat ferens tributum, & reddens regi Iſrael centum, &c. *Noſtra, ſi abſit iſtud*, ἐν τῇ ἐπαναστάσει, *optime reſpondet hebræo, & vulgatæ.* δ Similis mihi.] *Compl.* ὅμοιός σοι, ὅμοιος ἐμοί, καὶ ὡς ὁ λαός σου, ὁ λαός μου, καὶ ὡς οἱ ἵπποι σου, καὶ ἵπποι μου, ſimilis tibi, ſimilis mihi, & ſicut populus tuus, populus meus, & ſicut equi tui, & equi mei. *Sed noſtra propior hebræo. Ac de* C *ſimili varietate dictum eſt etiam ſupra lib. 3. cap. vltimo.* ε Aduenientes.] παρερχομένοις. *Compl.* τούτοις, iſtos. ζ Et inquiramus Dominum ab eo.] *Reſpondet ad verbum hebræo. Compl.* καὶ ἐπερωτήσομεν τὸν κύριον δι' αὐτοῦ, & interrogabimus Dominum per eum. η Et poſſeſſiones.] *Sic hebræus: & ſignificantur pecudes, aut, vt inquit vulgata*, familiæ. *Compl. habet*, καὶ αἱ παρεμβολαὶ ὑμῶν, καὶ αἱ κτήσεις ὑμῶν, & caſtra veſtra, & poſſeſſiones veſtræ. θ Leuis hæc.] *Vſitatus hebraiſmus: pro quo in Compl. eſt*, καὶ κοῦφον τοῦτο, & leue hoc. ι Tradam.] *Alij*, παραδώσει, *& vulgata*, tradet. κ Munitam.] *In Compl. additur*, καὶ πᾶσαν πόλιν ἐκλεκτὴν, quod *in vulgata*, & omnem vrbẽ electam. λ Ex omni, accincti zona. Et dixerunt, Hem.] ἐκ παντὸς, περιεζωσμένοι ζώνην, καὶ εἶπον ὦ. *Ita duo libri vetuſti: vt videatur hoc ſibi velle, ex omni regione Moabitica clamauerunt ij, qui bello erant idonei, & quaſi ſe mutuo cohortantes dixerunt, Hem: aut, precones per omnem regionem clamauerunt, o vos, qui accincti eſtis baltæo militari, venite ad bellum: & dixerunt, Ecce nos. In alijs libris pro* εἶπον, ὦ *eſt* ἐπάνω, ſupra, *ideſt ij, qui ad militarẽ ætatẽ peruenerũt, & illi, qui in ea iã ſunt progreſsi. Compl. autẽ*, καὶ ἐβόησαν ἐκ παντὸς περιζωννυμένου ζώνην, καὶ ἐπάνω, & clamando vocauerunt de omni accincto balteum, & ſupra: *quod ſatis reſpondet hebræo.* μ Deſtructos.] *Compl.* τεκτονικῆς, opere ædificationis.

D

CAP. IV.

Et mulier vna de filijs prophetarum clamabat ad Eliſæe, dicens: Seruus tuus vir meus mortuus eſt: & tu noſti, quia ſeruus tuus erat timens Dominum. Et creditor venit tollere ambos filios meos ſibi in ſeruos. Et dixit Eliſæe: Quid faciam tibi? Annuncia mihi, quid eſt tibi in domo. At illa dixit: Non eſt ancillæ tuæ quicquam α in domo, niſi, quo vngar, oleum. Et dixit ad eam: Vade, pete tibi vaſa de foris ab omnibus vicinis, vaſa vacua: β non E parcas. Et intrabis, & claudes oſtium ſuper te, & ſuper filios tuos, & effundes in vaſa iſta: & quod impletum fuerit, tolles. Et abijt ab γ eo: & clauſit oſtium ſuper ſe, & ſuper filios ſuos: ipſi afferebant ad eam: & ipſa infundebat, donec impleta ſunt vaſa. Et dixit ad filios ſuos: Afferte adhuc ad me vas. Et dixerunt ei: Non eſt vltra vas. Et ſtetit oleum. Et venit, & annunciauit homini Dei. Et dixit Eliſæe: Vade, & vende oleum, & reddes δ fœnora tua: & tu, & filij tui viuetis in reſiduo oleo. Et facta eſt dies, & tranſiuit Eliſææ in Soman: & ibi mulier magna: & tenuit eum ad manducandum panem. Et factum eſt ex multo ingreſſu eius,

eius, ° diuertebat ad mandúcandum illic. Et dixit mulier ad virum suum: Ecce nunc noui, quia homo Dei sanctus hic transit per nos frequenter. Faciamus, quæso, ei cænaculum, locum ʕ paruum, & ponamus ei ibi lectũ, & mensam, & sellam, & candelabrum. Et erit, in ingrediendo ad nos diuertet illuc. Et facta est dies, & intrauit illuc, & diuertit in cænaculum, & dormiuit ibi. Et dixit ad Giezi puerum suum: Voca mihi Somanitem hanc. Et vocauit eam: & stetit coram eo. Et dixit ad eum: Dic nunc ad eam: Ecce ᵃ trepidasti nobis omnem trepidationem hanc: Quid oportet facere tibi? Si est verbum tibi ad regem, vel ad principem virtutis? At illa dixit: In medio populi ᶿ ego quidem habito. Et dixit ad Giezi: Quid oportet facere ei? Et dixit Giezi puer eius: Et profecto filius non est ei: & vir eius senex. Et vocauit eam: & stetit apud ostium. Et dixit Elisæe ad eam: In tempore hoc, ᶥ sicut hora, viuens tu, habens in vtero filium. At illa dixit: Non ᵏ domine, non fallas ancillam tuam. Et in vtero concepit mulier, & peperit filium in tempore isto, sicut hora, viuens, quemadmodum locutus erat ad eam Elisæe. Et creuit puer. ᴧ Et factum est quando egressus est ad patrem suum, ad metentes; & dixit ad patrem suum: caput meum, caput meum. Et dixit puero: Tolle illum ad matrem suam. Et tulit eum ad matrem eius, & cubuit super genua eius vsque ad meridiem, & mortuus est. Et extulit eum, & cubare fecit eum super lectum hominis Dei: & clausit super eũ, & egressa est, & vocauit virum suum & dixit: Mitte, quæso, mihi vnum puerorum, & vnam asinarum: & curram vsque ad hominem Dei, & reuertam. Et dixit: Quid, quod tu vadis ad eum hodie? non Neomenia, neque sabbatum. Ipsa autem dixit: Pax. Et instrauit asinam, et dixit ad puerum suum: Age, vade, ne cessaris mihi ad inscendendum, quocumque dixero tibi. Heus, & ibis, & venies ad hominem Dei in montem Carmelium. Et iuit, & venit vsque ad hominem Dei in montem. Et factum est, vt vidit Elisæe venientẽ eã, & dixit ad Giezi puerum suum: Ecce nunc Somanites illa. Nunc curre in occursum eius, & dices: Pax tibi, vel pax viro tuo, vel pax ᵘ puerulo? At illa dixit: Pax. Et venit ad Elisæe in montẽ, & apprehendit pedes eius. Et accessit Giezi ad remouendam eam. Et dixit Elisæe: Dimitte eam: quoniam anima eius tristis amara ei: & Dominus abscõdit a me, & non annunciauit mihi. At illa dixit: Nunquid postulaui filiũ a domino meo? quia nonne dixi, non decipies mecum? Et dixit Elisæe ad Giezi: Accinge lumbum tuum, & sume baculum meum in manu tua, & vade: quemcunque inueneris virum; non benedices eum: &, si benedixerit vir; non respondebis ei. Et impones baculum meum super faciem pueri. Et dixit mater pueri: Viuit Dominus, & viuit anima tua, si derelinquam te. Et surrexit Elisæe, & iuit post eam. Et Giezi transiuit ante eam, & posuit baculum super faciem pueri: & nõ fuit vox: & non fuit auscultatio. Et reuertit in ᵛ occursum eius, & annunciauit ei, dicens: Non est expergefactus puer. Et intrauit Elisæe in domum: & ecce puer mortuus cubans super lectum eius. Et intrauit Elisæe in domum, & clausit ostium super ambos se: & deprecatus est ad Dominum: & ascendit, & cubuit super puerum. Et posuit os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super ξ manus eius. Et ᵒ inflexit se super eum: & calefacta est caro pueri. Et conuertit se, & ambulauit in domo hinc, & hinc. Et ascendit: & ᵖ curuauit se super puerum vsque septies. Et aperuit puer oculos suos. Et exclamauit Elisæe ad

A ſæe ad Giezi, & dixit: Voca Somanitem iſtam. Et vocauit, & intrauit ad eum. Et dixit Eliſæe: Accipe filium tuũ. Et intrauit mulier, et cecidit ſuper pedes eius, et adorauit in terram. Et ſumpſit filium ſuum, et exijt. Et Eliſæe reuertit in Galgala. Et fames in terra: et filij prophetarum ſedebant coram eo. Et dixit Eliſæe puero ſuo: Appone lebetẽ magnum, et coque coctionem filijs prophetarum. Et exijt in agrũ ad colligẽdum ρ Arioth: et inuenit vitem in agro: et collegit de ea colocyntidã agreſtẽ, plenum veſtimentũ ſuũ: et iniecit in lebetẽ coctionis, quoniã non nouerant. Et effudit viris ad comedendum. Et factum eſt in comedẽdo eos de coctione, et ecce exclamauerũt, et dixerunt: Mors in lebete homo Dei. B Et non poterant comedere. Et dixit: Sumite farinam, et inijcite in lebetẽ. Et dixit Eliſæe ad Giezi puerum: Effunde populo, et comedant. Et non fuit illic vltra verbum malum in lebete. Et vir tranſiuit de Bætharisa, et attulit ad hominẽ Dei de primitijs σ viginti panes ordeaceos, et τ palathas. Et dixit: Date populo et comedant. Et dixit miniſter eius: Quid dem hoc coram centum viris? Et dixit: Da populo, et comedant: Quoniam hæc dicit Dominus: Comedent, et relinquent. E comederunt, et reliquerunt iuxta verbum Domini.

α In domo niſi, quo vngar, oleum.] *Compl.* ἀλλ' ἢ ἀγγεῖον ἐλαίου ἐν τῷ οἴκῳ, ᾧ ἀλείψομαι, niſi vas olei in domo, quo vngar. *S. Auguſtinus ſerm. 2. Dom. 5. poſt Trin.* Viuit Dominus, quia non habeo, niſi modicum olei, C quo vngar. *Verum in illa homilia potius videntur referri ſententiæ, quàm ipſa verba ſcripturæ.* β Non parcas.] *Ita viſum eſt ſatis apte poſſe verti illud,* μὴ ὀλιγώσῃς, *quod S. Auguſtinus per compendium dixit,* Pete vaſa multa. γ Ab eo.] *Additur in alijs, & Compl.* καὶ ἐποίησεν οὕτως, & fecit ſic, *quæ tamen abſunt à vulgata.* δ Fænora tua.] τοὺς τόκους σου. *Compl.* τὸ δάνειον, mutuum. *S. Auguſtinus,* redde creditoribus tuis: *quod parum abeſt à vulgata.* ε Diuertebat ad manducandum illic.] ἐξέκλινε τοῦ ἐκεῖ φαγεῖν. *In alijs additur,* ἄρτον, panem, *vt in vulgata. Compl. autem* ἐξέκλινεν αὐτὸν φαγεῖν ἄρτον, inclinabat eum ad comedendum panem: *ſi ex hebræo coniectura facienda eſſet, legendum potius eſſet* αὐτοῦ, illuc. ζ Locum paruum.] *Abſunt à S. Auguſtino. Compl. non habet* locum, *hebræus* cænaculum parietis paruum. η Trepidaſti.] ἐξέστησας ἡμῖν πᾶσαν τὴν ἔκστασιν ταύτην, *& verbum iſtud trepidandi optime reſpondet hebræo, & ſignificat immenſam quandam ſolicitudinem. Compl.* ἐξέταξας τὴν ἔκταξιν, apparaſti apparatum. θ Ego quidem habito.] ἐγώ εἰμι οἰκῶ. *Compl. & Theodoretus,* ἐγὼ κατοικῶ, ego inhabito. *Et explanat Theodoretus,* vacuitate negociorum delector, in pace dego, litem cum aliquo habere non fero. ι Sicut hora.] ὡς ἡ ὥρα, ζῶσα σὺ περιειληφυῖα υἱόν. *Theodoretus q. 16.* κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον, ὡσεὶ ὥρα, ζῶσα σὺ περιειληφυῖα υἱόν. ad tempus hoc, ſicut hora, viuens tu conceperis filium. D *Et illud* ſicut hora, *eſt loquutio vſitata pro* in hac hora. *In Compl. autem hic exprimitur,* ὡς ἡ ὥρα αὕτη. *non autem paulo poſt.* κ Domine.] *In Compl. additur* ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ, *quod in vulgata,* vir Dei. λ Et factum eſt, quando egreſſus eſt.] *Compl.* καὶ ἐγένετο ἡμέρα θερισμοῦ, καὶ ἐξῆλθε τὸ παιδάριον, Et facta eſt dies meſſis, & exijt puer. μ Puerulo.] *Ita etiam hebræus: nec plura refert Theodoretus. Compl. autem, & ex parte quadam alij addunt* σου; καὶ ἔδραμεν εἰς ἀπάντησιν αὐτῆς, καὶ εἶπεν, εἰρήνη σοι; εἰρήνη τῷ ἀνδρί σου; εἰρήνη τῷ παιδαρίῳ σου; tuo? Et cucurrit in occurſum eius, & dixit: Pax tibi? pax viro tuo? pax puero tuo? ν In occurſum eius.] *Sic etiam hebræus: quod in Compl. clarius* γιεζὶ εἰς ἀπάντησιν τοῦ ἐλισαιέ, Giezi in obuiam Eliſæe. ξ Manus eius.] *Nec plura in vulgato. In nonnullis codicibus additur,* καὶ τὰ ἴχνη αὐτοῦ ἐπὶ τὰ ἴχνη αὐτοῦ, & veſtigia ſua ſuper veſtigia eius. ο Inflexit.] διέκαμψεν. *Aliquot codices habent* ἐνεφύσησεν, inſufflauit. *Et de hac ipſa* ſufflandi *voce, tanquã hoc loco poſita, diſputat accurate. S. Auguſt. lib. 3. de anima, & eius origine, cap. 15. Theodoretus q. 18. verbum* ἐνεφύσησεν, *dicit eſſe aliorum interpretum. Sed quod nam ipſe tanquam ex lxx. habuerit, ex collatis illius codicibus non conſtat: qui hoc loco videntur mendoſi, & partim habent* ἔγλασε, *partim* ἔγλαδε, *partim,* ἔλαδε, *partim* ἔλασε. *Compl. autem duas videtur coniungere interpretationes* καὶ συνέκαμψεν ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐνεφύσησεν ἐπ' αὐτόν. π Curuauit.] συνέκαμψεν. *Theodoretus hoc loco videtur habuiſſe* ἐνέπνευσεν, inſpirauit. *Hæc* E *enim affert.* Illud autem ἐνέπνευσεν ἐπ' αὐτὸν, cæteri dixerunt, συνεκάλυψεν, cooperuit: *quod quidem* συνεκάλυψεν, *reperitur etiam in aliquot codicibus. In ſcholio tamen quodam legitur,* Illud autem ἐνεφύσησεν ἐπ' αὐτὸν, cæteri dixerunt, συνέκαμψεν. *Compl. iterum duas coagmentat interpretationes,* καὶ συνεκάλυψεν ἐπὶ τὸ παιδάριον καὶ ἐπνευσεν ἐπ' αὐτό. *Et addit iſta,* καὶ ἠνδρίσατο τὸ παιδάριον ἑπτάκις, καὶ διεκινήθη τὸ παιδάριον, & confortauit ſe puer, & mouit ſe puer. *S. Auguſtinus in eodem ſerm. memorat puerum oſcitaſſe ſepties. Sed ex qua interpretatione iſtud acceperit, incertum. Vulgata enim,* & incubuit ſuper eum, & oſcitauit puer ſepties. ρ Arioth.] *Theodoretus q. 19* Cæteri ſunt interpretati ἀγριολάχανα, olera agreſtia. σ Viginti.] *Ita etiam Theodoretus, & vulgata. Sed* S. *Ambroſius lib. 6. Hexam. cap.* 2. decem. τ Palathas.] *De qua dictione alibi dictum eſt. Compl. addit* ἐν τῇ πήρᾳ αὐτοῦ, *quod vulgata,* in pera ſua.

A

CAP. V.

ET Næman * princeps virtutis Syriæ erat vir magnus in conspectu domini sui, & * acceptus facie, quia in eo dederat Dominus salutem Syriæ: & vir erat potens fortitudine leprosus. Et γ Syria exiuerunt accincti, & captiuam duxerunt de terra Israel adolescentulam paruam: & erat in conspectu vxoris Næman. Hæc vero dixit dominæ suæ: Vtinam dominus meus in conspectu prophetæ Dei, qui in δ Samaria. Tunc ε curabit eum a lepra eius. Et intrauit, & annunciauit domino suo, et dixit: Sic, & sic locuta est adolescentula, quæ de terra Israel. Et dixit rex Syriæ ad Næman: Veni, intra: et mittam librum ad regem Israel. Et iuit, et sumpsit in manu sua decem talenta argenti, et sex mille aureos, et decem mutatorias stolas. Et attulit librum ad regem Israel, dicens: Et nunc, cum venerit liber hic ad te, ecce misi ad te Næman seruum meum: et curabis eum a lepra eius. Et factum est, vt agnouit rex Israel librum; discidit vestimenta sua, et dixit: ζ Deus ego ad mortificandum, et viuificandum; quoniam hic mittit ad me curare virum a lepra eius? Verumtamē cognoscite, quæso, & videte; quia occasionem quærit iste η mihi. Et factum est, vt audiuit θ Elisæe, quia discidit rex Israel vestimenta sua, & misit ad regem Israel, dicens: Vt quid discidisti vestimenta tua? Veniat nunc ad me Næman, & cognoscat, quia est propheta in Israel. Et venit Næman in equo & curru: & stetit super ostium domus Elisæe. Et misit Elisæe nuncium ad eum, dicens: Vadēs laua septies in Iordane: & reuertet caro tua tibi, & mundaberis. Et indignatus est Næman, & abijt, & dixit: Ecce dixi: ad me omnino egredietur, & stabit, & inuocabit in nomine Dei sui, & imponet manum suam super locum, & curabit lepram. Nonne bonus Abana, & Pharphar fluuij Damasci, ι super omnes aquas Israel? Nonne vadens lauabor in eis, & mundabor? Et declinauit, & abijt in furore. Et accesserunt pueri eius, & locuti sunt ad eum: * Magnum verbum locutus est propheta ad te; nonne facies? Etiam quia dixit ad te: lauare, & mundabere? Et descendit Næman: & mersit se in Iordane septies iuxta verbum λ Elisæe. Et reuertit caro eius, sicut caro pueri parui: & mundatus est. Et reuertit ad Elisæe, ipse, & vniuersa castra eius: & venit, & stetit coram eo, & dixit: Ecce noui, quia non est Deus in omni terra, nisi in Israel. Et nunc accipe benedictionem a seruo tuo. Et dixit Elisæe: Viuit Dominus, cui astiti coram eo; si accipiam. Et vrgebat eum accipere; & recusauit. Et dixit Næman: Et si non; detur, quæso, seruo tuo onus, μ par mulorum, quoniam non faciet vltra seruus tuus holocaustoma, & sacrificium Dijs alijs, sed ν Domino verbo hoc. Et propitiabitur Dominus seruo tuo: In ingrediendo dominum meum in domum Rhemman ad adorandum ibi, & ipse requiescet super manū meam, & adorabo in domo Rhemman, dū ipse adorat in domo Rhēman. Et propiciabitur nūc Dominus seruo tuo in verbo hoc. Et dixit Elisæe ad Næman; Vade in pace. Et abijt ab eo ξ in Debrathà terræ. Et dixit Giezi puer Elisæe: Ecce pepercit Dominus meus ipsi Næmā Syro huic, nō accipiēdo de manu eius, quæ attulit. Viuit Dominus, nisi currā post eū, & accipiā ab eo ali-

B C D E

A eo aliquid. Et persequutus est Giezi post Næman. Et vidit eum Næman, currentem post se: & conuersus est de curru in occursum eius. Et dixit ° Pax. Dominus meus misit me, dicens: Ecce nunc venerunt ad me duo pueri e monte Ephræm de filijs prophetarum. Da, quæso, eis talentum argenti, & duas mutatorias stolas. Et dixit: Accipe duplex talentum argenti. Et accepit duo talenta argenti in duobus marsupijs, & duas mutatorias stolas, & dedit super duos pueros suos: & tulerunt ante eum. Et venit in tenebrosum, & sumpsit de manu eorum, & deposuit in domo, & dimisit viros. Et ipse intrauit, & astitit apud dominum suum. Et dixit ad eum Elisæe: Vnde Giezi? Et dixit Giezi: Non iuit seruus tuus huc, & huc.
B Et dixit ad eum Elisæe: Nonne cor meum iuit tecum; quando ᵖ conuersus est vir de curru in obuiam tibi? Et nunc accepisti argentum, & nunc accepisti ᶠ vestimenta, & oliueta, & vineta, & oues, & boues, & pueros, & ancillas: & lepra Næman adhærebit in te, & in semine tuo in seculum. Et egressus est a facie eius leprosus tanquam nix.

α Princeps virtutis.] *Compl.* ὁ ἀρχιστράτηγος βασιλέως συρίας, princeps militiæ regis Syriæ, *vt vulgata.* β Acceptus facie.] τεθαυμασμένος προσώπῳ, *idest, cuius faciem admirabantur, quem honorabant: quare vulgata,* honoratus. γ Syria.] *Sic etiam alius codex: & respondet hebræo: & volunt subintelligi præpositionem,* de Syria, *vt vulg. & alii codices græci* ἐκ συρίας, de Syria. *In aliquibus vero est,* καὶ συρία ἐξῆλθε μονόζωνοι, πειρατήριον, & Syria
C exiuit, accincti, globus pirratarum: *vt appareat duas esse interpretationes,* ἐξῆλθε πειρατήριον, ἐξῆλθον μονόζωνοι. *Nam &* πειρατήριον, *&* μονόζωνοι, *respondent eidem dictioni hebraicæ, quæ alibi dicta est Geddur, vt suis locis notatum est. Hic quidem in hebræo est in numero multitudinis, quasi dicas* agmina. δ Samaria.] *Sic etiam hebræus, & vulgata. Compl. autem addit,* καὶ δεηθείη τοῦ προσώπου αὐτοῦ, & oraret faciem eius. ε Curabit.] *Idcirco videtur verbum istud* ἀποσυνάξει, *vsurpatum esse hic, & paulo post pro* curabit, *quoniam verbum hebræum valet* colligere, *&* recolligere. ζ Deus.] *Sic & alius codex. Cæteri* μὴ θεὸς, Nunquid Deus. η Mihi.] *Locutio hebræa, & significat idem, ac* πρός με, aduersum me, *quod est in Compl.* θ Elisæe.] *Compl. addit* ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ, *quod in vulgata* vir Dei. ι Super omnes aquas.] *Conuenit cum græco, & vulgata. In aliquot vero codicibus est, & in Compl.* ὑπὲρ τὸν ἰορδάνην, καὶ πάντα (*aut* ὑπὲρ πάντα) τὰ ὕδατα ἰσραήλ. *S. Ambrosius in cap. 4. Ibid.* Nonne boni Abana & Farfar fluuij Damasci præ Iordane? κ Magnum verbum.] *Compl.* πάτερ, εἰ μέγαν λελάληκε λόγον πρὸς σὲ ὁ προφήτης, οὐκ ἂν ἐποίησας, καθότι εἶπε πρὸς σέ; λοῦσαι, Pater, si magnum locutus esset verbum ad te propheta; nonne fecisses, sicut dixit ad te? lauare, &c. *Et in hebræo quidem est,* Pater mi: *sed cætera verborum constructio valde similis est nostræ, licet eundem sensum habeat, ac Compl. & vulgata.* λ Elisæe.] *Compl.* τοῦ ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ, hominis Dei: *itemque paulo post.* μ Onus par mulorum.] γόμος, ζεῦγος. *In aliis partim*
D γόμορ ζεῦγος, Gomor, par, *partim* γόμορ ζεύγους, Gomor paris. *Compl.* γόμος ζεύγους ἡμιόνων γῆς, onus paris mulorum de terra, *quod respondet vulgatæ. Theodoretus q. 19. in hunc locum hæc scribit,* Admirabilis ille vir ipsam quoque terram Israel sanctificatam esse credens, postulauit accipere de ea δύο γόμους ἡμιονικοὺς, duo mulorum onera, vt super eam tantummodo offerret Domino Deo sacrificia. *Quod autem sequitur in nonnullis,* καὶ σύ μοι δώσεις ἐκ τῆς γῆς τῆς πυῤῥᾶς, & tu mihi dabis de terra rubra, *abest etiam à Compl. & vulgata.* ξ Domino.] *Cæteri fere addunt* μόνῳ, soli: *sicut etiam Theodoretus: quod tamen abest ab hebræo, & vulgata. In verbis, quæ sequuntur, magna est codicum varietas: & in multis apparet coagmentatio diuersarum interpretationum. Theodoretus sic recitat,* καὶ περὶ λόγου τούτου ἱλάσεταί μοι κύριος τῷ δούλῳ σου, ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι τὸν κύριόν μου εἰς οἶκον ῥεμμὰν προσκυνῆσαι ἐκεῖ, ὅτι αὐτὸς ἐπαναπέπαυται ἐπὶ τῆς χειρός μου. Et de verbo hoc propitiabitur mihi Dominus seruo tuo, in ingrediendo dominum meum in domum Rhemmon ad adorandum illic: quoniam ipse inniti solitus est super manum meam. *Et ita fere Complutensis, nisi quod habet* ἐπαναπαύσεται, *vt nostra.* ο In Debratha.] *Aliquot libri, & in Compl.* ἐν χαβραθὰ, *quod in vulgata,* electo tempore. *Alii ea dictione significari putant* quasi milliare. π Pax.] *Complutensis,* εἰρήνη; καὶ εἶπε γιεζὶ, εἰρήνη. Pax? Et dixit Giezi: Pax: *& ita*
E *hebræus.* ρ Conuersus est.] ἐπέστρεψεν. *Theodoretus, & Complut.* κατεπήδησεν, desilijt. *Sed S. Augustinus 22. de ciuit. cap. 29. hæc scribit,* Nam secundum interpretes lxx. ista sunt ad Giezi verba prophetæ: Nonne cor meum tecum ibat, & noui, quod conuersus est vir de curru suo in obuiam tibi. σ Vestimenta, & oliueta.] *Ita in alio etiam codice. Alius,* τὰ ἱμάτια, ἵνα κτήσῃ ἐλαιῶνας, vestimenta, vt acquiras oliueta. *Cæteri* καὶ λήψῃ ἐν αὐτῷ κήπους, καὶ ἐλαιῶνας, & accipies in eo hortos, & oliueta, *itemque Theodoretus, nisi quod pro,* ἐν αὐτῷ, *habet,* σεαυτῷ, tibi. *Apud quem etiam sequitur,* καὶ ἀμπελῶνας, καὶ ποίμνια, καὶ βουκόλια, καὶ δούλους, καὶ δούλας, & vineas, & greges, & armenta boum, & seruos, & seruas: *quemadmodum & in Compl. & respondent vulgatæ. S. Ambr. in cap. 4. Luc.* Accepisti pecuniam, & possidebis ex ea agrum, & vineas, & oliueta, & greges: & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo vsque in æternum.

CAP. VI.

A

ET dixerunt filij prophetarũ ad Elisæe: Ecce nunc locus, in quo nos habitamus corã te, angustus a nobis. Eamus nunc vsque ad Iordanẽ, & capiamus inde, vir vnus trabẽ vnam, & faciamus nobis ipsis * ibi ad habitandum ibi. Et dixit: Vadite. Et dixit vnus ᶜ leniter: Veni cum seruis tuis. Et dixit: Ego ibo. Et iuit cũ eis: et venerunt ad Iordanẽ, & cædebant ligna. Et ecce vnus deijciens trabem: & ferrum ʸ cecidit in aquam. Et clamauit, Heu domine: & hoc ᶠ absconditum. Et dixit homo Dei: Vbi cecidit? Et ostendit ei locum. Et amputauit lignum, & proiecit illuc: & enatauit ferrum. Et dixit: ᵗ Eleua tibi. Et extendit manũ, & cepit illud. Et rex Syriæ erat bellãs in Israel: & consultabat apud pueros suos, dicens: In loco isto quodam ᶻ Elmoni castrametabor. Et misit Elisæe ad regem Israel, dicens: Obserua non transire in locum istum: quoniam ibi Syria abscondita est. Et misit rex Israel ad locum, quem dixerat ei Elisæe: & obseruauit se inde non semel, neque bis. Et emota est anima regis Syriæ de verbo hoc. Et vocauit pueros suos, & dixit. Nõ annũciabitis mihi, quis prodit me regi Israel? Et dixit vnus puerorum eius: Nequaquã domine mi rex: quoniã Elisæe propheta, qui in Israel, annunciat regi Israel omnia verba, quæcumque locutus fueris in thalamo cubiculi tui. Et dixit: Vadite, videte, vbi iste: & mittens capiã eum. Et annunciauerunt ei, dicentes: Ecce in Dothaim. Et misit illuc equum, & currum, & virtutem grauem: & venerunt nocte, & circundederunt ciuitatẽ. Et euigilauit minister Elisæe ad surgendũ, & egressus est: & ecce virtus circundans ciuitatem, & equus, & currus. Et dixit puer ad eum: Heu Domine, quomodo faciemus? Et dixit Elisæe: Ne timeas: quoniam plures, qui nobiscũ, super eos, qui cum illis. Et deprecatus est Elisæe, & dixit: Domine aperi, quæso, oculos pueri, & videat. Et aperuit Dominus oculos eius, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & currus ignis circa Elisæe. Et descenderunt ad eum. Et deprecatus est ad Dominum, & dixit: Percute nunc gẽtem hanc cæcitate. Et percussit eos cæcitate iuxta verbum Elisæe. Et dixit ad eos Elisæe: Nonne hæc ciuitas, & hæc via? Venite post me, & ducam vos ad virum, quem quæritis. Et abduxit eos ad Samariam. Et factum est, vt intrarunt in Samariam; & dixit Elisæe: Aperi, quæso, Domine oculos eorum, & videant. Et aperuit Dominus oculos eorum, & viderunt: & ecce erant in medio Samariæ. Et dixit rex Israel ad Elisæe, vt vidit eos: Si percutiens percutiam pater? Et dixit: Non percuties: ᵘ Nunquid quos captiuasti in gladio tuo, & arcu tuo, ᵍ tu percutis? Appone panes, & aquam coram eis, & comedant, & bibant, & abeant ad dominum suum. Et apposuit eis appositionem magnam: & comederunt, & biberunt. Et misit eos; & abierunt ad dominum suum. Et non adiecerunt vltra accincti Syriæ venire in terram Israel. Et factum est post hæc, & congregauit filius Ader rex Syriæ omnia castra sua, & ascendit, & obsedit super Samariam. Et facta est fames magna in Samaria: & ecce obsederunt super eam: donec factum est caput asini ᶦ quinquaginta argenti, & quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argẽti. Et fuit rex Israel obambulans super murum. Et mulier clamauit ad eum, dicens: Salua Domine rex. Et dixit ei: ᵏ Non te saluet Dominus, vnde saluabo te, nunquid ab area, aut a torculari? Et dixit ei rex: Quid est tibi?

A est tibi? λ Et dixit: Mulier hæc dixit ad me: Da filium tuum, & comedemus eum hodie: & filium meum comedemus eum cras. Et coximus filium meum, & manducauimus eum. Et dixi ad eam die secunda: Da filium tuum, & comedamus eum. Et occultauit filium suum. Et factum est, vt audiuit rex Israel verba mulieris; conscidit vestimenta sua, & ipse obambulabat super murũ: & vidit populus saccũ super carnẽ eius ab intus. Et dixit: Hæc faciat mihi Deus, & hæc adijciat; si stabit caput Elisææ super ipsum hodie. Et Elisææ sedebat in domo sua: & seniores sedebant cum eo. Et misit virum μ ante faciem suam. Antequam veniret nuncius ad se, & ipse dixit ad seniores: Si ν vidistis quia mi B sit filius homicidæ hic auferre caput meum? Videte cum venerit nuncius, claudite ostium, & opprimite eum in ostio. Nonne vox pedum domini eius post eum? Adhuc ipso loquente cum eis, & ecce nuncius descendit ad eum, & dixit: Ecce hoc malum a Domino. Quid expectabo ξ Domino vltra?

α Ibi.] *Compl.* σκέπω, tegmen. *Vulgata* locum. β Leniter. Veni.] *Aliquot libri*, δεῦρο, ἐπιεικῶς, δεῦρο, veni, leniter, veni. *Significat autem istud* leniter, *ipsius obseruantis pudorem: quasi dicat, vt est in hebræo*, complaceat tibi venire. γ Cecidit.] *Compl. addit* ἐκ τοῦ στελέχους, ex manubrio: *quod abest ab hebræo.* δ Absconditum.] κεκρυμμένον, *& ita duo libri veteres, & aliquot ex impressis. In alio, & in commentariis græcis, & apud Theodoretum*, κεχρημένον, *in alio, & in Compl.* κεχρημένον, commodatum, mutuo acceptum. S. *Augustinus serm. 2. Dom. 7. post Trinit.* Heu domine mi, & ipsam mutuo susceperam. ε Eleua tibi.] *Sic hebræus. Compl. vero* μετεώρισον, καὶ λάβε σεαυτῷ, attolle, & cape tibi. ζ Elmoni.] εἰς τὸν τόπον τὸν δεῖνα ἐλμωνί. *Ita libri veteres, qui collati sunt. Theodoretus q. 20.* Quid est, εἰς τὸν τόπον τὸν ἐλμωνί; perinde, ac siquis dicat, εἰς τὸν δεῖνα τὸν τόπον, in hunc locum. Hoc enim significat illud, ἐλμωνί. *In alio Theodoreti codice est* φελβωνί: *in alio* φελμουνί. *Interpres* Phelboni, alemoni. *Compl.* εἰς τὸν τόπον φελωνὶ ἐλμωνὶ ποιήσομεν ἔνεδρον, in loco Pheloni, Elmoni faciemus insidias. *Quæ dictio es hebraicæ sunt etiam Ruth. 4. vbi græcus* ὧδε κρύφιε, hic abscondite, *Vulgata*, vocans eum nomine suo, *chaldæus*, vir cuius humiles viæ eius. *Alii*, o quidam singularis: *alii*, tu talis, & talis. *Et 1. Reg. 21 vbi græce* φελανὶ μαεμωνί, *aut, vt in Compl.* φελαννὶ ἀλμωνί, *& vulgata*, in illum, & illũ locum; *chaldæus* absconditum, & custoditum, *alii*, obscuri talis. η Nunquid, quos captiuasti.] *Optime respondet hebræo, si isto modo interpretemur. Theodoretus non refert illa* tu percutis, σὺ τύπτεις, *ideo non apponit interrogationem: quare ita verteretur hic locus.* Non percuties, nisi quos captiuasti in gladio tuo, & arcu tuo. Appone, &c. *Compl. autem* οὓς ᾐχμαλώτευσας ἐν ῥομφαίᾳ σου, καὶ τόξῳ σου, σὺ πατάξεις, quos captiuasti in gladio tuo, & arcu tuo, tu percuties. θ Quinquaginta.] *S. Augustinus serm. 3. Dom. 7. post Trin.* quinquaginta siclis argenti. *Compl.* ὀγδοήκοντα, octoginta, *vt vulgata.* ι Salua.] *Compl. addit* με, me, *vt vulgata.* κ Non te saluet Dominus.] *Est locutio hebræa, quæ significat*, nisi te saluet Dominus. λ Et dixit: Mulier hæc.] *Sic hebræus, & vulgata: quamuis alii aliter interpungant. Compl. autem*, καὶ εἶπεν αὐτῷ ἡ γυνή, ἡ γυνὴ αὕτη. Et dixit ei mulier: Mulier hæc. μ Ante faciem suam. Antequam veniret.] *Non habet plura hebræus. Compl. autem* ἐκ προσώπου αὐτοῦ πρὸς αὐτόν, καὶ πρὶν ἐλθεῖν, a facie sua ad eum. Et antequam veniret. *Et illud quidem* καὶ *est etiam in aliis.* ν Si vidistis.] *Sic Lucifer in lib. de non parcendo in Deum delinquentibus: quod græce in duobus manuscriptis est* εἰ εἴδετε. *Theodoretus* εἰ οἴδατε, si nostis. *Alii* μὴ οἴδατε, nunquid scitis, *vt vulgata. Compl.* ἑωράκατε, vidistis. ξ Domino.] *est phrasis hebræa, quam supplet vulgata*, a Domino. *Compl. autem* τί δεηθῶ τοῦ κυρίου ἔτι, quid orabo Dominum amplius.

C D

CAP. VII.

E ET dixit Elisææ: Audi verbum Domini: Hæc dicit Dominus: α Sicut hora hæc, cras mensura similaginis siclo, & duæ mensuræ ordeorum siclo in portis Samariæ. Et respondit Tristata, super quem rex innitebatur super manũ eius, ad Elisææ, & dixit: β Ecce faciet Dominus cataractas in cælo; nunquid erit verbum hoc? Et Elisææ dixit: Ecce tu videbis oculis tuis: & inde non comedes. Et quatuor viri erãt leprosi apud ostium ciuitatis: & dixit vir ad proximum suum: Quid nos sedemus hic, donec moriamur? Si dixerimus, ingrediamur in ciuitatẽ; & fames in ciuitate: & moriemur ibi. Et, si sederimus hic; & moriemur. Et nunc venite, & γ incidamus in castra Syriæ: si viuificauerint nos; & viuemus:

uemus:& si mortificauerint nos;& moriemur. Et surrexerunt in tenebris ad intrandum in castra Syriæ: & venerunt in partem castrorum Syriæ: & ecce non est vir ibi. Et Dominus δ audientia fecerat castra Syriæ vocem currus, & vocem equi, vocem virtutis magnæ. Et dixit vir ad fratrem suum: Nunc mercede conduxit super nos rex Israel reges Chettæorum, & reges Ægypti ad veniendum super nos. Et surrexerunt, & aufugerunt in tenebris,& reliquerunt tabernacula sua, & equos suos, & asinos suos in castris, sicut ε sunt: & fugerunt ζ ad animam suam. Et intrauerunt leprosi hi vsque ad partem castrorum,& intrauerunt in tabernaculum vnum, & comederunt, & biberunt, & tulerunt inde argentum, & aurum, & vestem. Et η iuerunt, & conuerterunt se inde, et intrauerunt in tabernaculum aliud, et sumpserunt inde, & iuerunt, & absconderunt. Et dixit vir ad proximum suum: θ Non sic nos facimus. Dies hæc, dies boni nuncij est: & nos tacemus,& manemus vsque ad lucem matutinam,& inueniemus iniquitatem. Et nunc agite,& intremus,& annunciemus in domum regis. Et intrarunt,& clamauerunt ad portam ciuitatis,& annunciauerunt eis, dicentes: Intrauimus in castra Syriæ: & ecce non est ibi vir,& vox hominis: quoniam nisi equus ligatus,& asinus,& tabernacula eorum, sicut sunt. Et clamauerunt ianitores, & annunciauerunt in domum regis intus. Et surrexit rex nocte,& dixit ad pueros suos: Annunciabo nunc vobis, quæ fecit nobis Syria. Nouerunt, quia esurimus nos: & exierunt de castris,& absconderunt se in agro, dicentes: Quoniam egredientur de ciuitate,& comprehendemus eos viuentes,& in ciuitatem intrabimus. Et respondit vnus puerorum eius,& dixit: Sumant nunc quinque de equis residuis, qui ι remanserunt hic (ecce sunt ad omnem multitudinem Israel, quod defecit)& mittemus illuc,& videbimus. Et sumpserunt duos ascensores equorum: Et misit rex Israel post κ regẽ Syriæ, dicens: Ite,& videte. Et iuerunt post eos vsque ad Iordanem. Et ecce omnis via plena vestimentorum, & vasorum, quæ proiecerat Syria, dum ipsi pauerent. Et reuerterunt nuncij,& annunciauerunt regi. Et exiuit populus:& diripuerunt castra Syriæ. Et facta est mensura similaginis siclo iuxta verbum Domini, & duæ mensuræ ordeorum siclo. Et rex statuit Tristatam, super quem rex innitebatur λ manu sua, super portam. Et conculcauit eum populus in porta: & mortuus est; sicut locutus est homo Dei, qui locutus est in ascendendo nuncium ad eum. Et factum est, sicut locutus est Elisæe ad regem, dicens: Duæ mensuræ ordei siclo: & mensura similaginis siclo:& erit, sicut hora, cras in porta Samariæ: Et respondit Tristata ad Elisæe, & dixit: Ecce Dominus facit cataractas in cælo; nunquid erit verbum hoc? Et dixit Elisæe: Ecce videbis oculis tuis,& inde non comedes. Et factum est ita. Et conculcauerunt eum populus in porta: & mortuus est.

α Sicut hora hæc.] *Sæpe obseruata est huiusmodi locutio. S. Augustinus eodem ferm.* 3. hac hora. β Ecce faciet.] *Etiam hic hebraismus est, & valet idem, atque illud, quod est in Compl.* καὶ ἐὰν κύριος ποιήσῃ, Etiam, si Dominus faceret. *Eadem varietas est in extremo cap.* γ Incidamus.] *Eadem est propria notio verbi hebraici: sed significat etiam* confugiamus. δ Audientia fecerat.] *Sic visum est hoc loco reddendum illud* ἀκουστὴν ἐποίησε τὴν παρεμβολὴν τῆς σύριας φωνὴν ἅρματος, fecerat, vt castra Syriæ audirent vocem currus. *Compl. habet* φωνῇ ἁρμάτων, *quare verti posset,* resonantia fecerat voce curruum. ε Sunt.] *Alii* ἦσαν, erant, *hebræus more suo* ipsa. ζ Ad animam suam.] πρὸς τὴν ψυχὴν ἑαυτῶν: *Respondet optime hebræo: & significat, vt apparet ex vulgata,* ad saluandam tantum animam. *Compl.* κατὰ τὰς ψυχὰς αὐτῶν, secundum animas

A animas suas. η Iuerunt.] *In Compl. additur*, καὶ κατέκρυψαν, & absconderunt, *vt vulgata*. θ Non sic.] *Id est*, non recte, *vt hebræus. Compl. autem per interrogationem.* τί οὕτως ὑμεῖς ποιοῦμεν σήμερον; Quid ita nos facimus hodie? ι Remanserunt hic.] *Sunt plura verba in Comp. ac certe etiam in hebræo est quædam geminatio, & repetitio: quæ tamen non multum ad sententiam facit.* κ Regem.] *Compl.* ὀπίσω συρίας, post Syriam. *Vulgata*, in castra Syriæ. λ Manu sua.] *Alii addunt*, ἐπὶ, *& vertendum* super manum eius, *vt supra hoc eodem capite.*

CAP. VIII.

ET Elisæe locutus est ad mulierem, cuius viuificauerat filium, dicens: Surge, & vade tu, & domus tua, & incole, vbicumque incolueris: quoniam vocauit Dominus famem ad terram: α & etiam venit ad terram septẽ annis. Et surrexit mulier, & fecit iuxta verbum Elisæe, & ipsa, & domus eius: & incoluit in terra alienigenarum septem annos. Et factum est post finem septem annorum; & reuertit mulier de terra alienigenarum in ciuitatem: & venit clamare ad regem de domo sua, & de agris suis. Et rex loquebatur ad Giezi puerum Elisæe hominis Dei, dicens: Narra nunc mihi omnia magna, quæ fecit Elisæe. Et factum est eo narrante regi, quomodo suscitauit filium mortuum; & ecce mulier, cuius suscitauerat filium eius Elisæe, clamãs ad regem de domo sua, & de agris suis. Et dixit Giezi: Domine rex, hæc est mulier, et hic filius eius, quem suscitauit Elisæe. Et interrogauit rex mulierem. Et narrauit ei. Et dedit ei rex eunuchum vnum, dicens: Fac redire omnia, quæ ipsius, et omnia genimina agri a die, qua reliquit terram, vsque nunc. Et venit Elisæe in Damascum. Et filius Ader rex Syriæ ægrotauit. Et annunciauerunt ei, dicentes: Venit homo Dei vsque huc. Et dixit rex ad Asael. Sume in manu tua β Manaa, et vade in occursum hominis Dei, et inquire Dominũ ab eo, dicens, si viuã ex infirmitate mea hac. Et iuit Azael in occursum eius, et sumpsit Manaa in manu sua, et omnia bona Damasci, onus quadraginta camelorũ: et venit, et stetit corã eo, et dixit ad Elisæe: Filius tuus filius Ader rex Syriæ misit me ad te interrogare, dicẽs, si viuã ex infirmitate mea hac. Et dixit Elisæe: Vade, dic, Vita viues: γ Et ostẽdit mihi Dominus, quia morte morietur. Et δ stetit facie sua, et posuit vsque ad cõfusionẽ. Et plorauit homo Dei. Et dixit Azael: Quid, quod dominus meus plorat? Et dixit: Quoniam noui, quæcumque facies filijs Israel mala: munitiones eorum mittes in ignem, et electos eorum in gladio occides, et infantes eorum ε concuties, et prægnantes eorum discerpes. Et dixit Azael: Quis est seruus tuus, canis mortuus; quia faciet verbum hoc. Et dixit Elisæe: Ostendit mihi Dominus te regnantem super Syriam. Et abijt ab Elisæe, et intrauit ad dominum suum. Et dixit ei: Quid dixit tibi Elisæe? Et dixit: Dixit mihi: Vita viuet. Et factum est crastina, et sumpsit ζ Machbar, et tinxit in aqua, et circumiecit super faciem eius: et mortuus est. Et regnauit Azael pro eo. In anno quinto Ioram filio Achaab η regi Israel, et Iosaphat regi Iuda, regnauit Ioram filius Iosaphat rex Iuda. Filius triginta et duorum annorum erat in regnando ipsum: et octo annos regnauit in Hierusalem. Et ambulauit in via regum Israel, sicut fecerat domus Achaab: quoniam filia Achaab erat ei in vxorẽ. Et fecit malum in conspectu Domini. Et noluit Dominus corrumpere Iudam propter Dauid seruum suum; sicut dixit dare ei lucernam, et filijs eius, omnibus diebus. In diebus eius rebellauit Edom de sub manu Iuda. Et regnare fecerunt super se regem.

gem. Et ascendit Ioram in Sior, et omnes currus, qui cum eo. Et factum est, cum ipse θ surrexisset; et percussit Edom, qui circumierat super eum, & principes curruum. Et fugit populus ad tabernacula sua. Et rebellauit Edom ι sub manu Iuda vsque in diem hanc. Tunc rebellauit Lebna in tempore illo. Et reliqua verborum Ioram, & omnia, quæcumque fecit, nonne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regibus Iuda? Et dormiuit Ioram cum patribus suis: & sepultus est cum patribus suis in ciuitate Dauid patris sui. Et regnauit Ochozias filius eius pro eo. In anno duodecimo Iorã filio Achaab regi Israel, regnauit Ochozias filius κ Ioram. Filius viginti & duorum annorum Ochozias in regnando ipsum: & annum vnum regnauit in Hierusalem: & nomen matris eius Gotholia filia Ambri regis Israel. Et ambulauit in via domus Achaab: & fecit malum in conspectu Domini, sicut domus Achaab. Et iuit cum Ioram filio Achaab ad bellum cum Azael rege μ alienigenarum in Rhemmoth Galaad. Et percusserunt Syri ipsum Ioram. Et reuertit rex Ioram, vt curaretur in Iezrael à plagis, quibus percusserant eum in Rhemmath, in bellando ipsum cum Asael rege Syriæ. Et Ochozias filius Iorã descendit ad videndum Iorã filium Achaab in Iezrael, quia ægrotabat ille.

α Et etiam venit.] *Propius ad phrasim hebræam, quàm quod est in Compl. & apud Theodoretum,* καὶ παρέστη, & aderit. β Manaa.] *Compl.* δῶρα, dona: *qua dictione vtitur etiam Theodoretus, sed tanquam de suo. Inquit enim regem misisse Azael, &* δῶρα πολυτελῆ, munera preciosa. *Videatur infra cap. 16.* γ Et ostendit mihi.] *Idem ordo verborum est in hebræo: alius autem in Compl.* δ Et stetit facie sua, & posuit vsque ad confusionem.] *Eodem modo hebræus & habet fortasse alium sensum, quàm qui in Compl. exprimitur,* καὶ ἔστη ἀζαὴλ κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ παρέθηκεν ἐνώπιον αὐτοῦ τὰ δῶρα ἕως ᾐσχύνετο. Et stetit Azael ad faciem eius, & apposuit coram eo dona, donec confusus est. *Non enim de Azael loquitur, sed de Elisæo, qui quasi obriguerit facie, atque eam firmauerit ita, vt suffunderetur, & conturbaretur. Quamquam illa,* καὶ παρέστη τῷ προσώπῳ αὐτοῦ, *quæ nos vertimus,* & stetit facie sua, *possunt etiam verti,* & astitit faciei eius, *idest Elisæus faciei Azael. Sic enim vulgata,* stetitque cum eo. ε Concuties.] ἐντινάξεις. *Compl.* ἐδαφιεῖς, elides, *vt vulgata.* ζ Machbar.] *In vno codice vetusto, & in Compl. & apud Theodoretum q. 25. legitur* στρῶμα, stragulum: *quod est interpretatio illius.* η Regi Israel.] *Rursus dandi casus pro casu generandi ob eundem hebraismum. Quæ autem sequuntur,* & Iosaphat regi Iuda, *absunt à multis: & videntur redundare.* θ Surrexisset.] *Compl.* ὡς ἀνέστη νυκτὸς, vt surrexit nocte. ι Sub manu Iuda.] ὑποκάτω τῆς χειρὸς Ἰούδα. *Alij* ὑποκάτωθεν, de sub manu, *vt paulo superius.* κ Ioram.] *Compl. addit,* βασιλέως Ἰούδα, regis Iuda, *vt vulgata.* λ Achaab.] *In alijs additur,* ὅτι γαμβρὸς (*al* γαμβρὸς γάρ) οἴκου ἀχαὰβ ἐστίν, *quod vulgata,* gener enim domus Achaab fuit. μ Alienigenarum.] *Compl.* συρίας, Syriæ, *vt vulgata.*

CAP. IX.

ET Elisæe propheta vocauit vnum ex filijs prophetarum, & dixit ei: Accinge lumbum tuum, & sume lentem olei huius in manu tua: & vade in Rhẽmoth Galaad. Et ingredieris illuc, & videbis ibi Ihũ filium Iosaphat filij Namessi. Et ingredieris, & suscitabis eum de medio fratrum eius, & introduces eum in cubiculum in α cubiculo: & sumes lentem olei, & effundes super caput eius, & dic: Hæc dicit Dominus: Vnxi te in regem super Israel. Et aperies ostiũ, & fugies, & non manebis. Et iuit puer propheta in Rhemmoth Galaad, & intrauit: & ecce principes virtutis sedebant. Et dixit: Verbum mihi ad te ò princeps. Et dixit Ihũ: Ad quem ex omnibus nobis? Et dixit: Ad te ò princeps. Et surrexit, & intrauit in domum. Et effudit oleum super caput eius, & dixit ei: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Vnxi te in regem super populum Domini, super Israel: & exterminabis domum Achaab domini tui à facie mea: & vindicabis sanguines

seruorum

A seruorum meorum prophetarum, & sanguines omnium seruorum Domini de manu Iezabel, & de manu totius domus Achaab: & exterminabis domui Achaab mingentem ad parietem, & clausum, & derelictum in Israel. Et dabo domum Achaab, sicut domum Hieroboam filij Nabat, & sicut domum Baasa filij Achia. Et Iezabel comedent canes in portione Iezrael: & non est sepeliens: Et aperuit ostium, & fugit. Et Ihù egressus est ad pueros domini sui. Et dixerunt ei: Pax? Quid, quod intrauit arreptitius iste ad te? Et dixit eis: Vos nostis virum, & garrulitatem eius. Et dixerunt: Iniustum: annuncia nunc nobis. Et dixit Ihù ad eos: Sic, & sic locutus est ad me dicens: & dixit: Hæc dicit Domi-B nus: Vnxi te in regem super Israel. Et audientes festinauerunt: & sumpsit vnusquisque vestimentum suum: & posuerunt sub eo super Garem graduum. Et clanxerunt in cornea, & dixerunt: Regnauit Ihù. Et conuertit se Ihù filius Iosaphat filij Namesi ad Ioram. Et Ioram ipse custodiebat in Rhemmoth Galaad, & omnis Israel a facie Asael regis Syriæ. Et reuerterat Ioram rex ad curandum se in Iezrael a plagis, quibus percusserant eum Syri in bellando ipsum cum Azael rege Syriæ. Et dixit Ihù: Si est anima vestra mecum, non exeat de ciuitate profugus ad eundum, & annunciandum in Iezrael. Et equitauit, & iuit Ihù, & descendit in Iezrael, quoniam Ioram rex Israel curabatur in Iezrael a vulneri-C bus sagittarum, quibus sagittauerunt eum ipsi Aramin in Rhammath in prælio cum Azael rege Syriæ: quoniam ipse potens, & vir virtutis. Et Ochozias rex Iuda descenderat videre Ioram. Et speculator ascendit super turrim Iezrael: & vidit puluerem Ihù in adueniendo illum: & dixit: Puluerem ego video. Et dixit Ioram: Sume ascensorem, & mitte ante eos, & dicat: Si pax? Et iuit ascensor equi in occursum eorum, & dixit: Hæc dicit rex. Pax? Et dixit Ihù: Quid tibi, & paci? Conuertere ad posteriora mea. Et annunciauit speculator, dicens: Venit nuncius vsque ad eos, & non reuertit. Et misit ascensorem equi secundum. Et venit ad eum, & dixit: Hæc dicit rex: Pax? Et dixit Ihu: Quid tibi, & paci? Con-D uertere ad posteriora mea. Et annunciauit speculator, dicens: Venit vsque ad eos, & non reuertit: & agens agit Ihù filium Namesi, quia inæqualitate factus est. Et dixit Ioram: Iunge. Et iūxit currum. Et egressus est Ioram rex Israel, & Ochozias rex Iuda, vir in curru suo: & exierunt in obuiam Ihù: & inuenerunt eum in portione Nabuthæ Iezraelitæ. Et factum est, vt vidit Ioram Ihù, & dixit: Pax Ihù? Et dixit Ihù: Quid pax? Adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa. Et conuertit Ioram manus suas, & fugit: & dixit ad Ochoziam: Dolus Ochozia. Et impleuit Ihù manum suam in arcu, & percussit Iorā inter brachia eius: & exiuit iaculum suum per cor eius. Et procubuit super ge-E nua sua. Et dixit ad Badecar tristatam suum; Proijce eum in partem agri Nabuthæ Iezraelitæ: quoniam memini ego, & tu, qui ascenderamus super currus post Achaab patrem eius, & Dominus assumpsit super eum assumptionem hanc: Si non sanguines Nabuthæ, & sanguines filiorum eius vidi heri, dicit Dominus: & retribuam ei in parte hac, dicit Dominus. Et nunc tollens, quæso, proijce eum in portionem iuxta verbum Domini. Et Ochozias rex Iuda vidit, & fugit viam Bæthgan. Et persequutus est post eum Ihù, & dixit: Etiam ipsum. Et percussit eum ad currum in ascendendo Gai, quæ est Ieblaam. Et fugit in Mageddo: & mortuus est ibi. Et ascendere fecerunt eum pueri eius super currum:

rum: & adduxerunt eũ in Hierusalem : & sepelierunt eũ μ in sepulchro eius in ciuitate Dauid. Et in anno vndecimo Ioram regis Israel regnauit Ochozias super Iudam. Et venit Ihù in Iezrael. Et Iezabel audiuit, & stibio depinxit oculos suos, & ν bonum fecit caput suum, & prospexit per fenestram. Et Ihù ingrediebatur in ciuitatem. Et dixit: Pax Zambri homicida domini sui? Et eleuauit faciem suam ad fenestram, & vidit eam, & dixit: Quæ es tu? Descende mecum. Et respexerunt ad eum duo eunuchi. Et dixit: Præcipitate eam. Et præcipitauerũt eam. Et aspersum est de sanguine eius ad parietem, & ad equos: & conculcauerunt eam. Et intrauit, & comedit, & bibit, & dixit: Visitate, quæso, maledictam istam, & sepelite eam: quoniam filia regis est. Et iuerunt sepelire eam: & non inuenerunt in ea aliud quid, quàm cranium, & pedes, & vestigia manuum. Et reuerterunt, & annunciauerunt ei. Et dixit: Verbum Domini, quod locutus est in manu Eliu Thesbite, dicens: In parte Iezrael canes comedent carnes Iezabel. Et erit morticinum Iezabel tanquam stercus super faciem agri in parte Iezrael, vt non ξ dicant ipsi Iezabel.

α In cubiculo.] *Aut* in cubiculum: *quomodo non raro solet vsurpari illud* ἐν. *Et propius quodammodo accedit ad phrasim hebræam, quàm quod est in Compl.* ἐκ ταμιείου, è cubiculo. *A quibusdam abest hæc pars.* β Pax?] *Compl. addit,* καὶ εἶπεν αὐτοῖς, εἰρήνη, Et dixit eis: Pax. *quæ tamen absunt ab hebræo.* γ Iniustum.] *Idem valet hoc loco* ἄδικον, *ac* falsum, *quod est in vulgata.* δ Garem.] *Interpretantur,* os, *idest* fastigium. ε Ipse custodiebat.[ἐφύλασσεν, *idest,* obsidebat, *sicut 2. reg. 11. Sed illud* ipse, αὐτὸς, *in aliis postponitur, vt in vulgata,* ipse & omnis Israel. ζ A vulneribus.] *Hinc vsque ad illud,* Et Ochozias, *absunt à Compl. & vulgata. Theodoretus q. 30. videtur in hoc capite agnoscere dictionem* Aramim, *quos inquit a cæteris interpretibus dictos esse Syros.* η Puluerem.] *Compl. addit* τοῦ ὄχλου, turbæ: *hebræus habet tantum, vt vulgata,* vidit globum. *Item paulo post pro* puluerem *Compl.* ὄχλον. θ Pax?] *Sic & alius codex. cæteri,* εἰ εἰρήνη, si pax? *itemque in sequentibus.* ι Et agens agit.] *Compl.* καὶ ἡ ἀγωγή, ὡς ἀγωγὴ ἰοὺ υἱοῦ ναμεσσί, διότι ἐν παραλλαγῇ ἦγεν. *Quod vulgata,* Est autem incessus quasi incessus, Iehù filii Namsi: præceps enim graditur. *In vno vetusto codice inuentum est,* καὶ ἀγωγὴ ἰού. *Theodoretus autem ita proponit quæstionem 31.* Quomodo intelligendum, καὶ ἡ ἀγωγὴ ἰηοῦ υἱοῦ ναμεσσί, & ductus Iehù filij Namesse? *Ac paucis interiectis inquit,* Nonnulla quidem exemplaria habent, καὶ ὁ ἄγων ἦγε (al. ἤγαγεν) τὸν ἰηοῦ, & agens agebat ipsum Iehù *idest* Deus. κ Sumpsit super eum assumptionem.] ἔλαβεν ἐπ' αὐτὸν τὸ λῆμμα. *Theodoretus q. 32. pro* ἔλαβεν, *quod optime respondet hebræo, habuit* ἐλάλησε, loquutus est. *Docet autem, cur visiones propheticæ solitæ essent appellari* λήμματα. λ Etiam ipsum. Et percussit.] *Compl.* καί γε αὐτὸν πατάξατε, Etiam hunc percutite, *vt vulgata.* μ In sepulchro eius.] *Pro his in Compl. est,* μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ, cum patribus suis. *In hebræo, & vulgata est vtrumque* in sepulchro cum patribus suis. ν Et bonum.] *Sic hebræus. Alij,* ἐκόσμησε, ornauit. ξ Ipsi Iezabel.] *Compl.* αὕτη ἰεζάβελ, Hæc Iezabel.

CAP. X.

ET ipsi Achaab septuaginta filij in Samaria. Et scripsit Ihù librum, & misit in Samariam ad principes α Samariæ, & ad nutricios β Achaab, dicens: Et nunc, cum venerit liber hic ad vos, & vobiscum filij domini vestri, & vobiscum currus, & equi, & ciuitates munitæ, & arma: & videbitis eum, qui bonus, & rectus in filijs domini vestri: & constituetis eum super thronum patris eius: & bellabitis pro domo domini vestri. Et timuerunt valde, & dixerunt: Ecce duo reges non steterunt ad faciem eius: & quomodo stabimus nos? Et miserunt ij, qui super domum, & qui super ciuitatem, & seniores, & nutricij ad Ihù, dicentes: Pueri tui nos: & quæcumque dixeris ad nos, faciemus: non faciemus regnare virum: quod bonum in oculis tuis; faciemus. Et scripsit ad eos Ihù librum secundum, dicens: Si mei vos, & vocem meam vos exauditis; tollite caput virorum filiorum domini vestri, & afferte ad me, sicut hora, cras in Iezrael.

A zrael. Et filij reges erant ſeptuaginta viri: hi magnates ciuitatis enutriebant eos. Et factum eſt, vt venit liber ad eos; & ceperunt filios regis, & iugulauerunt eos ſeptuaginta viros: & poſuerunt capita eorum in cartallis: & miſerunt ea ad illum in Iezrael. Et venit nuncius, & annunciauit, dicens: Attulerunt capita filiorum regis. Et dixit: Ponite ea aceruos duos apud oſtium portæ in ᵞ mane. Et factum eſt mane. Et ᵟ egreſſus eſt, & ſtetit, & dixit ad omnem populum: Iuſti vos. Ecce ego quidem conuerti me ſuper dominum meum, & occidi illum. Et quis percuſsit omnes iſtos? Videte ᵋ Appho; quia non cadet de verbo Domini in terram, quod locutus eſt Dominus ſuper domum Achaab. Et B Dominus fecit, quæcumque locutus eſt in manu ſerui ſui Eliu. Et percuſsit Ihù omnes, qui remanſerant in domo Achaab, & omnes magnates eius, & ᶎ notos eius, & ſacerdotes eius; ita vt non relinqueret de eo reliquias. Et ſurrexit, & iuit in Samariam: ipſe in ᵑ Bæthacath paſtorum via. Et Ihù inuenit fratres Ochoziæ regis Iuda, & dixit: Quinam vos? Et dixerunt: Fratres Ochoziæ nos, & deſcendimus ad pacem filiorum regis, & filiorum dominatricis. Et dixit: Comprehendite eos viuos. Et iugulauerunt eos in Bæthacath quadraginta & duos viros: non reliquit virum ex eis. Et iuit inde, & inuenit Ionadab filium Rhecab in obuiam ſibi, & benedixit eum. Et dixit ad eum Ihù: Si eſt cor C tuum cum corde meo rectum; ſicut cor meum cum corde tuo? Et dixit Ionadab: Eſt. Et dixit Ihù: Et, ſi eſt; da manum tuam. Et dedit manum ſuam. Et aſcendere fecit eum ad ſe in currum, & dixit ad eum: Veni mecum, & vide in zelando me ' Domino. Et ſedere fecit eum in curru ſuo: & intrauit in Samariam. Et percuſsit omnes reſiduos ipſius Achaab in Samaria vſque ad delendum eum iuxta verbum Domini, quod locutus eſt ad Eliu. Et congregauit Ihù omnem populum, & dixit ad eos: Achaab ſeruiuit Baal pauca: Ihù ſeruiet ei multa. Et nunc omnes prophetæ Baal, omnes ſeruos eius, & ſacerdotes eius vocate ad me: vir non ᵡ viſitetur: quoniam ſacrificium mihi magnum ipſi Baal. Omnis, quicumque viſitatus fuerit, non viuet. Et Ihù fecit in ſupplantatione; vt diD ſperderet omnes ſeruos Baal. Et dixit Ihù: ᴧ Sanctificate ſolennitatē ipſi Baal. Et præcones pronunciauerunt. Et miſit Ihù in omnē Iſrael, ᵘ dicens: Et nūc omnes ſerui, & omnes ſacerdotes eius, & omnes prophetæ eius: nemo relinquatur: quoniam ſacrificium magnum facio. Quicumque defuerit; non viuet. Et venerunt omnes ſerui Baal, & omnes ſacerdotes eius, & omnes prophetæ eius, non remāſit vir, qui non aduenerit. Et intrauerunt in domum Baal: & impleta eſt domus Baal, os ad os. Et dixit ei, qui ſuper domum ᵛ Meſthaal: Profer indumentum omnibus ſeruis Baal. Et protulit eis præpoſitus ſtolarum. Et intrauit Ihù, & IoE nadab filius Rhecab in domum Baal; & dixit ſeruis Baal: Scrutamini, & videte ſi eſt vobiſcum de ſeruis ξ Domini: quoniam tantum ſerui Baal ſoli. Et ᵒ intrauit ad faciendum ſacrificia & holocauſta. Et Ihù poſuit ſibi foris octoginta viros, & dixit: Vir, quicumque ſaluus euaſerit de viris, quos ego adduco in manū veſtram; anima ipſius pro anima eius. Et factum eſt, vt ᵖ conſummauit faciens holocauſtoſim; & dixit Ihù curſoribus, & triſtatis: Intrantes percutite eos: non exeat ex eis vir. Et percuſſerunt eos in ore gladij, & proiecerunt curſores, & triſtatæ: & iuerunt ᵖ vſque ad ciuitatem domus Baal: & extulerunt ſtatuam Baal, & incenderunt eam. Et diruerunt titulos ᵟ Baal: & poſuerunt eum in latrinam vſque

vſque in diem hanc. Et deleuit Ihù Baal de Iſrael. Verumtamen de peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael, non receſsit Ihù a poſtea. τ Vitulæ aureæ in Bæthel, & in Dan. Et dixit Dominus ad Ihù: Pro ijs, quæcumque bene feciſti, faciendo rectum in oculis meis υ iuxta omnia, quæcumque in corde meo, feciſti domui Achaab; filij quarti ſedebunt tibi ſuper thronum Iſrael. Et Ihù non obſeruauit ire in lege Domini Dei Iſrael in toto corde ſuo: non receſsit deſuper peccatis Hieroboam, qui peccare fecit Iſrael. In diebus illis cepit Deus excidere in Iſrael. Et percuſsit eos Azael in omni termino Iſrael, a Iordane ad ortum Solis omnem terram Galaad ipſius Gadde, & Ruben, & Manaſſe, ab Aroer, quæ eſt ſuper labium torrentis Arnon, & Galaad, & Baſan. Et reliqua verborum Ihù, & omnia, quæcumque fecit, & omnis potentatus eius, & coniurationes eius, quas coniurauit, nonne hæc ſcripta ſuper libro verborum dierum regibus Iſrael? Et dormiuit Ihù cum patribus ſuis: & ſepelierunt eum in Samaria. Et regnauit Ioachaz filius eius pro eo. Et dies, quibus regnauit Ihù ſuper Iſrael, viginti octo anni in Samaria.

α Samariæ.] *Compl.* τῆς πόλεως, ciuitatis, *vt vulgata: hebr.* ευς, Iſrehel. β Achaab.] *Ita etiam vulgata ex hebræo. Compl. autem* τῶν υἱῶν ἀχαάβ, filiorum Achaab. γ In mane.] *Valet idem, atque* ἕως πρωῒ, vſque mane: *quod eſt in Compl. & vulgata.* δ Et egreſſus eſt, & ſtetit.] *Ad verbum ex hebræo. Compl. autem, & alij nonnulli,* καὶ ἐξελθὼν κατέστη ἐν τῇ πύλῃ τῆς πόλεως, & egreſſus ſtetit in porta ciuitatis. ε Appho] *Abeſt a Compl. & Theodoreto q. 32. Eſt tamen in hebræo: & in vulgata* nunc. *De ſimili quadam dictione notatum eſt ſupra cap. 2.* ζ Notos.] γνωστοὺς. *In vno libro eſt,* τοὺς γνώστας, Gnoſtas: *itemque apud Theodoretum, qui q. 33. hæc ſcribit.* Quos vocat γνώστας? Vates, qui putabantur futura ſcire. Nam ſicut prophetas vocabant ὁρῶντας, καὶ βλέποντας, videntes, & aſpicientes, tanquam, qui præuiderent futura; ita etiam vates ipſos vocabant Gnoſtas, tanquam qui & noſcere occulta putarentur, & prænoſcere, quæ nondum facta. *Interpres mutilato codice eſt vſus.* θ Bæthacath.] *Aut Bæthacad, vt Compl. Alii vertunt* domum tonſtrinæ, *alii* ligationis, *aut* congregationis. *Vulgata* cameram. ι Domino.] *Vſitatus hebraiſmus ſignificans* pro Domino, *vt vulgata. Nonnulli vero codices addunt* Sabaoth. κ Viſitetur.] *Et hic. Valet autem, vt alibi diximus,* deſideretur, deſit. λ Solennitatem.] *Hoc viſum eſt poſſe valere hoc loco* ἱερείαν, *aut* ſacrum. *Solet tamen ſignificare ſacerdotem fœminam. Compl.* θεραπείαν τοῦ βααλ, cultum Baal. *Vulgata* diē ſolennem, *& in aliquo libro vtrumque coniungitur.* μ Dicens.] *Hinc vſque ad illud,* Et venerunt, *abeſt à Compl. & vulgata: itemque illa, quæ paulo poſt ſequūtur,* & omnes ſacerdotes eius, & omnes prophetæ eius. ν Meſthaal.] *Abeſt a Compl. Eſt tamen veſtigium dictionis hebraicæ, quæ ſignificat veſtiarium: & ab hebræo abeſt illud* domum. *Vulgata,* ſuper veſtes. ξ Domini.] *Non habet plura hebræus, nec vulgata. In nonnullis autem codicibus additur,* καὶ ἐξαποστείλατε πάντας τοὺς δούλους κυρίου τοὺς εὑρισκομένους ἐκεῖ. καὶ ἐγένετο καθὼς ἐλάλησεν ἰοὺ, ὅτι οὐκ εἰσὶ τῶν δούλων κυρίου, & emittite omnes ſeruos Domini, qui inueniūtur ibi. Et factū eſt, & vt locutus eſt Ihu, quia non eſt de ſeruis Domini. *In Compl. autem.* καὶ εἶπον, οὐκ εἰσὶν, ἀλλ᾽ ἢ δοῦλοι, Et dixerunt: Non ſunt, niſi ſerui, &c. ο Intrauit.] *Compl.* εἰσῆλθον, *& vulgata,* ingreſſi ſunt. π Conſummauit faciens.] *Compl. hoc etiam loco* συνετέλεσαν ποιοῦντες, conſummauerunt facientes. *Sed hebræus, & chaldæus, vt noſtra.* ρ Vſque ad ciuitatem domus Baal.] *Ad verbum ex hebræo. Compl. autem* ἕως τοῦ ναοῦ τοῦ βααλ, vſque ad templum Baal. σ Baal, & poſuerunt.] *Compl.* τοῦ βααλ, καὶ καθεῖλον τὸν οἶκον αὐτοῦ, καὶ τὸν οἶκον τοῦ βααλ ἔθετο εἰς κοπρῶνα, Baal, & diruerunt domum eius, & domum Baal poſuit in latrinam: *quod reſpondet hebræo. Theodoretus quantum coniici poteſt ex q. 35. hoc loco videtur alicubi habuiſſe* βααλὶμ, Baalim: *& interpretatur* domum Baal. *Quod autem pertinet ad illud* latrinam, *in noſtra, & in multis eſt* λυτρῶνα *& in Compl.* κοπρῶνα, *eodem ſenſu. Aliquot alii* λουτρῶνα, lauatorium. τ Vitulæ aureæ.] *Sic fere hebræus. Compl. autem* ἐπορεύετο ὀπίσω τῶν δαμάλεων τῆς ἁμαρτίας τῶν χρυσῶν τῶν ἐν βαιθὴλ, καὶ ἐν δὰν, ibat poſt vitulas peccati aureas, quæ in Bæthel, & in Dan. υ Iuxta omnia.] *Ad verbum ex hebræo. Alii,* καὶ πάντα, & omnia. *Compl.* καὶ ἐποίησας κατὰ πάντα τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ μου τῷ οἴκῳ ἀχαάβ, & feciſti iuxta omnia, quæ in corde meo, domui Achaab.

CAP. XI.

ET Gotholia mater Ochoziæ vidit, quia mortuus eſt filius ſuus: α et diſperdidit omne ſemē regni. Et tulit Ioſabee filia regis Ioram, ſoror Ochoziæ ipſum Ioas β filium fratris ſui, & furatus eſt eum de medio filiorum regis, qui interficiebantur ipſum, & nutricē eius in γ cubiculo lectorū: & abſcondit eum a facie Gotholiæ: & non eſt occiſus. Et fuit cum ea abſconditus in domo

A domo Domini ſex annos. Et Gotholia regnans ſuper terrã. Et in anno ſeptimo miſit Iodae, & ſumpſit [δ] centuriones ipſorum Chorri, & ipſorum Raſim, & adduxit eos ad ſe in domũ [ε] Domini, & diſpoſuit eis teſtamentum Domini, & [ζ] fecit iurare, & oſtendit eis ipſum Iodae filium regis, & mandauit eis, dicens: Hoc eſt verbum quod facietis: Tertia pars ex vobis [η] introeat ſabbato: & cuſtodite cuſtodiam domus regis in porta. Et tertia pars in porta viarum. Et tertia, [θ] portæ poſt curſores. Et cuſtodite cuſtodiam [ι] domus. Et duæ manus in [κ] vobis, omnis egrediens ſabbatum; & cuſtodient cuſtodiam domus Domini apud regem. Et [λ] circuite ſuper regem in circuitu vir: & vas ſuum in manu ſua. Et ingrediens in ipſas [μ] Saderoth morietur. Et erunt cũ rege in egrediendo eum, &

B in ingrediendo eum. Et fecerunt centuriones omnia, quæcumque mandauit Iodae [*] intelligens. Et aſſumpſit vir viros ſuos, & ingredientes ſabbato, cum egredientibus ſabbato: & intrauerunt ad Iodae ſacerdotem. Et dedit ſacerdos cẽturionibus [ν] ſyromaſtas, & triſſos regis Dauid, qui in domo Domini. Et ſtete runt curſores, vir, & vas ſuum in manu ſua ab humero domus dextro vſq; ad humerũ domus ſiniſtrũ altaris, & domus ſuper regẽ in circuitu. Et emiſit filiũ regis, & dedit ſuper eum [ξ] Nezer, & teſtimoniũ, & regẽ fecit eum, & vnxit eũ. Et plauſerunt manu, & dixerunt: Viuat rex. Et audiuit Gotholia vocẽ currentium de po

C pulo: & intrauit ad populũ in domum Domini, & vidit: & ecce rex ſtabat ſuper columnã ſecundũ [ο] iudicium: & cantores, & tubæ apud regẽ: & omnis populus terræ lætãs, & clãgens in tubis. Et cõſcidit Gotholia veſtimẽta ſua, & clamauit: [π] Colligatio, colligatio. Et mãdauit Iodae ſacerdos cẽturionibus viſitatoribus virtutis, & dixit ad eos: Educite eã [ς] ab intra Saderoth: Omnis ingrediens poſt eam morte mortificabitur in gladio. Quoniã dixit ſacerdos: Et non moriatur in domo Domini. Et iniecerũt ei manus, & intrauerũt viã introitus equorũ domus regis: & mortua eſt ibi. Et diſpoſuit Iodae [σ] teſtamẽtũ inter Dominũ, & inter rẽgẽ, & inter populum; vt ſit in populũ Domino: & inter regẽ, & inter populũ. Et

D intrauit omnis populus terræ in domũ Baal, & diruerunt eam, & altaria eius, & imagines eius cõtriuerunt [τ] bene: & Mathan ſacerdotẽ Baal occiderũt ad faciẽ altariũ. Et poſuit ſacerdos viſitatores in domũ Domini. Et ſumpſit centuriones & [υ] Chorri, & Rhaſim, & omnẽ populũ terræ: & deduxerũt regem e domo Domini. Et intrauerunt viã portæ curſorũ domus regis: & ſedere fecerunt eũ ſuper thronũ regũ. Et gauiſus eſt omnis populus terræ: & ciuitas quieuit. Et Gotholiã interfecerũt in gladio in domo regis. Filius ſeptẽ annorũ Ioas in regnando ipſũ.

α Et diſperdidit.] *Compl.* καὶ ἀνέστη, καὶ ἀπώλεσεν, & ſurrexit, & diſperdidit. β Filium.] *Compl. addit* ὀχοζίου, Ochoziæ: *quod quidem eſt in hebræo, non autem quod ſequitur*, fratris ſui. γ In cubiculo lectorum.] *Sic hebræus, quod vulgata*, de triclinio. *Compl. autem*, καὶ ἔκρυψεν αὐτὸν ἐν τῷ ταμιείῳ τῶν κλινῶν ἐκ προσώπου, & occultauit eum in cubiculo lectorum a facie. δ Centuriones ipſorum Chorri, & ipſorum Rhaſim.] *Theodoretus*, Quos vocat ἑκατοντάρχους, Præfectos eorum, qui currunt circa regem. Nam χορρὶ, (*al.* χεῤῥὶ) quidem ſunt ij, qui currunt, ῥασὶμ, autem ſcutiferi. *Vulgata habet tantum*, milites. ε Domini.] *Abeſt dictio iſta a Compl. vt à vulgata.* ζ Fecit iurare.] ὥρκωσε. *Alij*, καὶ ὥρκισεν αὐτοὺς ἐνώπιον κυρίου, & adiurauit eos coram Domino. *Vulgata*, in domo Domini. η Introeat ſabbato.] *Sic vulgata. Compl.* οἱ εἰσπορευόμενοι τὸ σάββατον φυλασσέτωσαν τὴν φυλακὴν οἴκου τοῦ βασιλέως, qui ingrediuntur ſabbato, cuſtodiãt cuſtodiam domus regis: *non enim addit illud* ἐν τῷ πυλῶνι, *quod eſt in noſtra, & in aliis, non autem in vulgata. Quidam vero interpretantur ingredientes ſabbatum, eos, ad quos ea vice (nam vices per ſabbata mutabantur) pertinebat cuſtodia.* θ Portæ.] *videtur ſubintelligi poſſe*, cuſtodite cuſtodiã portæ. *Sed Compl.* ἐν τῇ πύλῃ, in porta. *Theodor.* Hos trifariam diuidens, hos quidem iuſſit cuſtodire regalem domum, hos autem introitum diuini templi, hos autem portã aliam. ι Domus.] *Apud Theodor. & in Compl. additur* μεσσὰ, *aut* μεσσαέ. *Vulgata*, Meſſa. *Theodor.* Illud μεσσὰ, cæteri interpretes dixerunt, ἀπὸ διαφορᾶς (*al.* διαφθορᾶς) a diſcrimine (*al.* a demolitione) id eſt cum omni cautione: vt nullum fiat detrimentum in domo diuina. κ In nobis.] *Theodor. non habuit illud in*,

E

*lud,*in,*& non malam elicit ſententiam. Sed expeditior ſenſus videtur,ex tribus partibus duas poſteriores eſſe ex ijs,qui egrediebãtur ſabbato,ideſt,qui ſabbato illo vacaturi a munere excubiarum fuiſſent.* λ Et circuite.] *Hæc tanquam Leuitis dicta interpretatur Theodor.* μ Saderoth.] *Notat Theodor.in libro Paralip.(nimirum 2.lib.cap.9.) pro,* εἰς σαδηρὼθ, *dictum eſſe* εἰς τὸν οἶκον, in domum, *itemque à Ioſepho.Vulg.*ſeptum,*alij*,ordines. ν Intelligens.] συνετός. *Compl.* ὁ ἱερεύς, ſacerdos, *vt vulg.* ξ Syromaſtas,& Triſſos.] *De Syromaſte alibi dictũ,* τοῖς τρισσοῖς, *quid ſignificet,incertũ:niſi ſi erant arma quaſi tridẽtia,aut peculiaria triſtatarũ.Compl.* τὰς φαρέτρας, καὶ τὰ δόρατα, pharetras,& lanceas.*Vulg.*haſtas,& arma. ξ Nezer.] *In Compl.& apud Theodor.* ἁγίασμα, ſanctificationẽ,*quod eſt interpretatio illius. Docet autẽ Theodor.ex codẽ 2.Paralip.ſanctificationẽ eſſe ipſum chriſma,teſtimoniũ vero diadema.* ο Iudiciũ.] *Quod vulg.*morẽ,*idque alibi notatũ eſt.* π Colligatio.] *Theodor.* σύνδεσμον ſolent vocare tyrannidem. *Sed de iſta etiam dictione alibi notatum.* ρ Ab intra Saderoth.] *Quod valet,*è ſeptis,ex ordinibus.*Compl.* ἔξωθεν, extra. σ Teſtamentum.] διαθήκην. *Theodoretus.* Alij interpretes alibi, τὴν διαθήκην dixerunt συνθήκην, pactum conuentum,fœdus. τ Bene.] *Sic hebræus.Compl.* ἐπιμελῶς, diligenter.*Vulgata,*validè. υ Et Chorri.] καὶ τὸν χορρὶ, καὶ τὸν ῥασίμ. *Et ita fere hebræus.Compl.autem* τὸν χορρὶ, καὶ τὸν ῥασείμ, *vt initio capitis etiam in noſtra.Vulgata,*& Cerethi,& Pheleti legiones.

CAP. XII.

IN anno ſeptimo Ihù regnauit Ioas:& quadraginta annos regnauit in Hieruſalẽ:& nomẽ matris eius Sabia de Berſabee. Et fecit Ioas rectũ in conſpectu Domini omnibus diebus,quibus illuminauit eũ Iodae ſacerdos. Verũtamẽ ab excelſis non ſe remouerũt:& ibi adhuc populus ſacrificabat, & adolebant in excelſis. Et dixit Ioas ad ſacerdotes: Omne argentũ ſacerdotũ,quod illatũ fuerit in domo Domini argentũ æſtimationis,uir[a] argentũ accipiẽs æſtimationis, omne argentũ,quodcũque aſcenderit in cor viri offerre in domo Domini,accipiant ſibi ſacerdotes,vir a[c] venditione ſua:& ipſi[γ] ſtabilient Bedec domus in omnibus,vbicũque inuentũ fuerit ibi Bedec. Et factũ eſt in vigeſimo & tertio anno regis Ioas nõ firmauerãt ſacerdotes Bedec domus. Et vocauit Ioas rex Iodae ſacerdotẽ, & ſacerdotes, & dixit ad eos:Quid,quod nõ firmaſtis Bedec domus? Et nũc nõ accipiatis argẽtũ de vẽditionibus veſtris: quoniã in Bedec domus dabitis illud. Et cõſenſerũt ſacerdotes nõ accipere argẽtũ à populo,& nõ ſtabilire Bedec domus. Et ſumpſit Iodae ſacerdos arcã vnã:& perforauit foramẽ in oſtio eius,& dedit eã apud[δ] Ammazibi in domo viri domus Domini. Et dederũt ſacerdotes cuſtodiẽtes limẽ,omne argentũ inuentũ in domo Domini. Et factũ eſt vt viderunt,quia multũ argentũ in arca;& aſcendit ſcriba regis, & ſacerdos magnus,& ligauerũt,& numerauerũt argẽtũ inuẽtũ in domo Domini: & dederunt argentũ paratũ in manus facientiũ opera viſitatorũ domus Domini. Et prõpſerũt fabris lignorũ, & ædificatoribus faciẽtibus in domo Domini,& in cemẽtarijs,& cæſoribus lapidũ,ad emẽda ligna, & lapides exciſos, ad continendũ Bedec domus Domini,in omnia quæcũque expendebãtur in domũ ad fulciendũ. Verũtamen nõ fiẽt domui Domini portæ argẽteæ,claui,phialæ,& tubæ,& omne vas aureũ,& vas argẽteum,ex argento illato in domum Domini: quoniã faciẽtibus opera dabũt illud. Et fulciuerunt in eo domũ Domini. Et nõ exigebant rationẽ a viris,quibus dabãt argẽtũ in manus eorũ ad dãdum faciẽtibus opera: quoniã in fide[ε] ipſorũ faciũt. Argẽtum pro peccato,& argẽtũ pro delicto quicquid illatũ fuit in domo Domini,ſacerdotib. fuit. Tũc aſcẽdit Azael rex Syriæ: & bellauit ſuper Geth,& cepit eã. Et poſuit Azael faciẽ ſuã ad aſcẽdendũ ſuper Hieruſalẽ. Et ſumpſit Ioas rex Iuda omnia ſancta,quæcunque ſanctificauerat Ioſaphat, & Ioram, & Ochozias patres eius., & reges Iuda, & ſancta ſua,& omne aurũ inuentũ in theſauris domus Domini,& domus regis,& miſit Azael regi Syriæ:& aſcẽdit de Hieruſalẽ. Et reliqua verborũ Ioas,& omnia,quæcunque fecit, nõne hæc ſcripta in libro verborũ dierũ regibus Iuda? Et ſurrexerunt ſerui eius, &[ζ] ligauerunt omnẽ colligationẽ,& percuſſerunt Ioas in domo Mallo,[θ] quæ in

Sela.

A Sela. Et Iezirchar filius Iemuath, & Iezebuth filius ι ipsius Somer serui eius percusserunt eum: & mortuus est. Et sepelierunt eum cum patribus eius in ciuitate Dauid. Et regnauit Amesias filius eius pro eo.

α Argentum accipiens æstimationis.] *Ab vno codice absunt. In Compl. & apud Theodoretum hic locus sic habet*, ἀργύριον συντιμήσεως ἀνδρὸς, ἀργύριον συντιμήσεως ψυχῶν, argentũ æstimationis viri, argentũ æstimationis animarum. *Hebræus pro* æstimationis viri, *habet*, trãseuntis viri. *Quare in vulg. est*, à prætereuntibus, quæ offertur pro precio animæ. β A venditione sua.] ἀπὸ τῆς πράσεως αὐτοῦ. *Compl.* αὐτῶν. *Vulgata*, iuxta ordinem suum. *Alij vertunt ex hebræo*, a noto suo. γ Stabilient Bedec.] κρατήσουσι βεδέκ. *In Compl. & apud Theodoretum est* κρατιώσουσι, *quomodo habet etiam nostra in sequentibus. De Bedec autem ita scribit Theodoretus*. βεδὲκ, vocatur corruptorũ locorum, vel lignorũ, vel lapidum curatio. Liber autẽ Paralip pro ποιῆσαι βεδὲκ, inquit, ἐπισκευάσαι τὸν οἶκον, reparare, & instaurare domum: & rursus θεραπεῦσαι τὸν οἶκον κυρίου, curare, & sarcire ædem Domini. δ Ammazibi.] *Est vestigium dictionis hebraicæ, quæ significat altare in casu accusandi. Quæ autem sequũtur*, in domo viri domus Domini. *uidẽtur non carere mendo. Compl habet* παρὰ τὸ θυσιαστήριον ἐν δεξιᾷ εἰσπορευομένων ἀνδρῶν εἰς οἶκον κυρίου, *quod vulgata*, iuxta altare ad dexteram ingredientium domum Domini. ε Ipsorum.] αὐτῆς, *& potest etiam verti*, sua. *Compl.* αὐτοί, ipsi. ζ Quicquid illatum fuit.] *Compl.* οὐκ εἰσηνέχθη, *quod vulgata*, non inferebant. η Ligauerunt omnem colligationem.] *Si abesset illud*, omnem, *responderet locutioni hebraicæ, & valeret*, coniurarunt coniurationem. *Compl.* ἐποίησαν σύνδεσμον, fecerunt colligationem. θ Quæ in Sela.] *Compl.* τῷ ἐν τῇ καταβάσει σελλά, *& vulgata*, in descensu Sella. ι Ipsius.] *Abest istud* αὐτοῦ, *à Compl.*

CAP. XIII.

C IN anno vigesimo & tertio α anno Ioas filij Ochoziæ regis Iuda regnauit Ioachaz filius Ihù in Samaria septem & decem annos. Et fecit malum in oculis Domini, & ambulauit post peccata Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel: non recessit ab β eo. Et iratus est indignatione Dominus in Israel: & dedit eos in manu Azael regis Syriæ, & in manu filij γ Ader filij Azael omnibus diebus. Et orauit Ioachaz faciem Domini: & exaudiuit eum Dominus: quoniam vidit tribulationem Israel: quoniam tribulauit eos rex Syriæ. Et dedit Dominus salutem Israel: & exiuit de sub manu Syriæ. Et sederunt filij Israel in tabernaculis suis, sicut heri & nudiustertius. Verumtamen non recesserunt a peccatis domus Hieroboam, qui peccare fecit Israel: in ipso ambulauit.
D Etiã lucus stetit in Samaria. Quoniã nõ remãsit ipsi Ioachaz populus, nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum: quia disperdidit eos rex Syriæ: & posuerunt eos tanquam puluerem in conculcationem. Et reliqua verborum Ioachaz, & omnia, quæcumque fecit, & potentatus eius; nonne hæc scripta in libro verborum dierum regibus Israel? Et dormiuit Ioachaz cum patribus suis: & sepelierunt eum in Samaria. Et regnauit Ioas filius eius pro eo. In anno trigesimo & septimo anno Ioas regis Iuda regnauit Ioas filius Ioachaz super Israel in Samaria sex & decem annos. Et fecit malum in oculis Domini: non recessit ab omni peccato Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit
E Israel: in eo ambulauit. Et reliqua verborum Ioas, & omnia, quæcumque fecit, & potentatus eius, quos fecit cum Amesia rege Iuda, nonne hæc scripta in libro verborum dierum regibus Israel? Et dormiuit Ioas cum patribus suis: & Hieroboam sedit super thronum eius: & δ sepultus est in Samaria cum regibus Israel. Et Elisæe infirmatus est infirmitatem suam, per quam mortuus est. Et descendit ad eum Ioas rex Israel, & plorauit super faciem eius, & dixit: Pater, pater, currus Israel, & eques eius. Et dixit ei Elisæe: Cape arcum, & sagittas. Et cepit ad se arcum, & sagittas. Et dixit regi: Impone manum tuam super ar-

A

cum. Et imposuit Ioas manum suam. Et imposuit Elisæe manus suas super manus regis, & dixit: Aperi fenestram ad orientem. Et aperuit. Et dixit Elisæe: Iaculare. Et iaculatus est. Et dixit: Sagitta salutis Domino: & sagitta salutis in ε Syria, & percuties Syriam in Aphec vsque ad consummationem. Et dixit ei Elisæe: Cape sagittas. Et cepit. Et dixit regi Israel: Percute in terram. Et percussit rex ter: & stetit. Et contristatus est super eo homo Dei, & dixit: Si percussisses quinquies, vel sexies; tunc percussisses Syriam vsque ad consummationem. Et nunc ter percuties Syriam. Et mortuus est Elisæe: & sepelierunt eum. Et accincti Moab venerunt in terram, veniente anno. Et factum est, ζ ipsis sepelientibus virum, & ecce viderunt accinctum, & proiecerunt virum in sepulchrum

B

Elisæe: & iuit, & tetigit ossa Elisæe: & vixit, & surrexit super pedes suos. Et Azael afflixit Israel omnibus diebus Ioachaz. Et misertus est Dominus eorum, & miseratus est eos, & respexit super eos propter testamentum suum, quod cum Abraam, & Isaac, & Iacob. Et noluit Dominus corrũpere eos, & non eiecit eos à facie η sua. Et mortuus est Azael rex Syriæ: & regnauit filius Ader filius eius pro eo. Et reuertit Ioas filius Ioachaz, & cepit ciuitates de manu filij Ader filij Azael, quas ceperat de manu Ioachaz patris eius in bello. Ter percussit eum Ioas: & reddidit ciuitates Israel.

C

α Anno.] *Ita etiam repetitur in hebræo, vt infra in hoc eodem cap. & alibi. Abest autem à Compl.* β Ab eo.] *Sic in hebræo: videtur enim significari præcipuum illud peccatum de vitulabus aureis. Compl. autem* ἀπ' αὐτῶν, ab eis. *Atque hæc varietas in sequentibus etiam notari potest.* γ Filii Ader.] *Notauit Theodoretus q. 24. totum hoc* υἱὸν ἄδερ *esse vnicum nomen, idest,* Benader. *Vulgata* Benadab. δ Sepultus est.] *Compl. addit* ἰωὰς, Ioas, *vt vulgata.* ε In Syria.] *Valet, vt sæpe,* in Syriam. *idest,* contra Syriam. *Theodoretus habet,* ἐν ἰσραὴλ, in Israel. ζ Ipsis sepelientibus virum.] *Compl. addit* ἕνα, unum, *sed non hebræus. Et illud,* ipsis, *valet* quibusdam. η Sua.] *In Compl. additur* ἕως νῦν, *& vulgata*, vsque in præsens tempus.

CAP. XIV.

IN anno secundo Ioas filij Ioachaz regis Israel, & regnauit Amesias filius Ioas rex Iuda. Filius viginti & quinque annorum erat in regnando ipsum: & viginti & nouem annos regnauit in Hierusalem: & nomẽ matris eius Ioadim de Hierusalem. Et fecit rectum in oculis Domini: verumtamen non sicut

D

Dauid pater eius: iuxta omnia, quæcumque fecerat Ioas pater eius, fecit. Verumtamen excelsa non sustulit. Adhuc populus sacrificabat, & adolebant in excelsis. Et factum est, quando confortatum fuit regnum in manu ipsius, & percussit seruos suos, qui percusserant patrem ipsius: & filios eorum, qui percusserant, non interfecit, sicut scriptum est in libro legum Moysi, quomodo mãdauit Dominus, dicens: Non morientur patres pro filiis: & filij non morientur pro patribus: quia tantum vnusquisque in peccatis suis morietur. Ipse percussit Edom in α Gemeled decem millia: & cepit petram in bello, & vocauit nomen eius Iethoel vsque in diẽ hanc. Tunc misit Amesias nuncios ad Ioas filiũ Ioachaz filij Ihù regis Israel, dicẽs: Veni, Conspiciamus nos β faciebus. Et misit Ioas rex Israel ad Amesiã regem Iuda, dicens: Carduus, qui in Libano, misit ad cedrum, quæ in Libano, dicens: Da filiam tuam filio meo in vxorẽ. Et transierunt bestiæ agri, quæ in Libano: & conculcauerunt carduum. Percutiens percussisti Idumæam: & eleuauit te cor γ tuum. Gloriare sedens in domo tua. Et vt quid contendis in malum tuũ? & cades tu, & Iudas tecum. Et non audiuit Amesias. Et ascẽdit Ioas

E

rex Israel:

A rex Iſrael: & conſpexerunt ſe faciebus, ipſe & Ameſsias rex Iuda in Bæthſamys, quæ ipſius Iuda. Et cecidit Iudas a facie Iſrael: & fugit vir in tabernaculum ſuum. Et Ameſsiam filium Ioas filij Ochoziæ cepit Ioas rex Iſrael in Bæthſamys. Et [δ] venit in Hieruſalem: & diruit in muro Hieruſalem in porta Ephræm vſque ad portam anguli quadringentos cubitos. Et cepit aurum, & argentum, & omnia vaſa inuenta in domo Domini, & in theſauris domus regis, & [ε] filios commiſtionum: & reuertit in Samariam. Et reliqua verborum Ioas, quæcumque fecit in potentatu ſuo, quæ bellauit cum Ameſsia rege Iuda, nonne hæc ſcripta in libro verborum dierum regibus Iſrael? Et dormiuit Ioas cum patribus B ſuis: & ſepultus eſt in Samaria cum regibus Iſrael: & regnauit Hieroboam filius eius pro eo. Et vixit Ameſsias filius Ioas rex Iuda, poſtquam mortuus eſt Ioas filius Ioachaz rex Iſrael, quinque & decem annos. Et reliqua verborum Ameſsiu, & omnia, quæcumque fecit, nonne hæc ſcripta in libro verborum dierum regibus Iuda? Et coniurauerunt ſuper eum coniurationem in Hieruſalem: & fugit in Lachis: & miſerunt poſt eum in Lachis: & occiderunt eum ibi. Et tulerunt eum ſuper equos: & ſepultus eſt in Hieruſalem cum patribus ſuis in ciuitate Dauid. Et aſſumpſit omnis populus Iuda Azariam (& ipſe filius ſex & decem annorum) & regnare fecerunt eum pro patre eius Ameſsia. Hic ædificauit Æloth, & C reſtituit eam ipſi Iuda, poſtquam dormiuit rex cum patribus ſuis. In anno quinto & decimo Ameſsiæ filij Ioas regis Iuda regnauit Hieroboã filius Ioas ſuper Iſrael in Samaria quadraginta & vnum annos. Et fecit malum in conſpectu Domini: non receſsit ab omnibus peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. Ipſe [ζ] amouit terminum Iſrael ab introitu Æmath vſque ad mare ipſius Araba, iuxta verbum Domini Dei Iſrael, quod locutus eſt in manu ſerui ſui Ionæ filij Amathì prophetæ, qui de Gethchopher. Quoniã vidit Dominus humiliationem Iſrael amaram valde, & paucos, clauſos, [η] & rarefactos, & derelictos: & nõ erat, qui auxiliaretur Iſrael. Et non locutus eſt Dominus delere ſemẽ Iſrael de ſub cælo. Et ſaluauit eos per manũ Hieroboam filij Ioas. Et reliqua ver D borum Hieroboam, & omnia, quæcũque fecit, & potentatus eius, quæcumque bellauit, & quæcumque reſtituit, Damaſcum, & Æmath ipſi Iuda in Iſrael, nonne hæc ſcripta in libro verborum dierum regibus Iſrael? Et dormiuit Hieroboam cum patribus ſuis cum regibus Iſrael: & regnauit Zacharias filius eius pro eo.

α Gemeled.] *Compl.* γέμελα, *& ſignificat* vallem ſalis. β Faciebus.] *Sic hebræus, ideſt, facie ad faciem. Compl.* ἐν προσώποις, in faciebus. γ Tuum.] *In aliquo codice Theodoreti additur* ἡ βαρεῖα, graue. δ Venit.] *Ad verbum ex hebræo. Compl.* καὶ ἤγαγεν αὐτόν, & adduxit eum, *vt vulgata.* ε Filios commiſtionum.] *Theodoretus addit,* τῶν βδελυγμάτων, abominationum: *& interpretatur* ſacerdotes falſorum E Deorum. *Sed hebræus,* filios arrabonum: *& vulgata,* obſides. *Chaldæus,* filios magnatum. ζ Amouit.] ἀπέστησε *ideſt, prouexit, & auxit. Compl.* ἀποκατέστησεν, reſtituit; *quod habet vulgata.* η Et rarefactos.] *Abeſt a Compl. iſtud* ἐσπανισμένους, *& fortaſſe eſt ex alia interpretatione.*

CAP. XV.

IN anno vigeſimo, & ſeptimo Hieroboam regis Iſrael regnauit [α] Azarias filius Ameſsiæ regis Iuda. Filius ſex & decem annorum erat in regnando ipſum: & quinquaginta duos annos regnauit in Hieruſalem: & nomen matri eius Hiechelia de Hieruſalem. Et fecit rectum in oculis Domini, iuxta omnia, quæ

nia, quæ fecerat Amesſias pater eius. Verumtamen excelſa non ſuſtulit: adhuc populus ſacrificabat, & adolebant in excelſis. Et tetigit Dominus regem, & fuit leproſus vſque ad diem mortis ſuæ: & regnauit in domo β Apphuſoth. Et Ioatham filius regis ſuper domum iudicans populum terræ. Et reliqua verborum Azariæ, & omnia, quæcumque fecit, nonne hæc ſcripta in libro verborum dierum regibus Iuda? Et dormiuit Azaria cum patribus ſuis: & ſepelierunt eum cum patribus eius in ciuitate Dauid: & regnauit Ioatham filius eius pro eo. In anno trigeſimo & octauo Azariu regis Iuda regnauit Zacharias filius Hieroboam ſuper Iſrael in Samaria ſex menſes. Et fecit malum in oculis Domini, ſicut fecerant patres eius: non receſsit ab omnibus peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. Et γ coniurauerunt ſuper eum Sellum filius Iabis. Et percuſſerunt eum Ceblaam, & occiderunt eum. Et regnauit pro eo. Et reliqua verborum Zachariæ, ecce ſunt ſcripta in libro verborum dierum regibus Iſrael: δ Verbum Domini, quod locutus eſt ad Ihû, dicens: Filij quarti ſedebunt tibi ſuper thronum Iſrael: & factum eſt ſic. Et Sellum filius Iabis ε regnauit. Et in anno trigeſimo & nono Azariæ regis Iuda regnauit Sellum menſem dierum in Samaria. Et aſcendit Manaem filius Gaddi de ζ Tarſila, & venit in Samariam, & percuſsit Sellum filium Iabis in Samaria, & occidit η eum. Et reliqua verborum Sellum, & coniuratio eius, quã coniurauit, ecce ſunt ſcripta in libro verborum dierum regibus Iſrael. Tunc percuſsit θ Manaem & ipſam Terſa, & omnia, quæ in ea, & terminos eius de Therſa; quoniam non ι apeeruerant ei: & percuſsit eam, & prægnantes diſcidit. In anno trigeſimo & nono Azariæ regis Iuda regnauit Manaem filius Gaddi ſuper Iſrael in Samaria decẽ annos. Et fecit malum in oculis Domini: non receſsit ab omnibus peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. In diebus eius aſcendit Phua rex Aſſyriorũ ſuper terrã. Et Manaẽ dedit ipſi Phua mille talẽta argenti, vt eſſet manus eius κ ſecum. Et extraxit Manaem argentum ſuper Iſrael, ſuper omnem potentem facultate, ad dandum regi Aſſyriorum, quinquaginta ſiclos viro vni. Et reuertit rex Aſſyriorum, & non ſtetit ibi in terra. Et reliqua verborum Manaem, & omnia, quæcumque fecit, nonne ecce hæc ſcripta in libro verborum dierum regibus Iſrael? Et dormiuit Manaem cum patribus ſuis: & regnauit Phaceſias filius eius pro eo. In anno quinquageſimo Azariæ regis Iuda regnauit Phaceſias filius Manaem ſuper Iſrael in Samaria duos annos. Et fecit malum in oculis Domini: non receſsit a peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. Et coniurauit ſuper eum Phacee filius Rhomeliæ triſtata eius: & percuſsit eum in Samaria ante domum regis cum Arbog, & cum Aria, & ſecum quinquaginta viri de λ quadringentis, & interfecit eum: & regnauit pro eo. Et reliqua verborũ Phaceſiæ, & omnia, quæcumq. fecit, ecce ſunt ſcripta in libro verborũ dierũ regibus Iſrael. In anno quinquageſimo & ſecũdo Azariæ regis Iuda regnauit Phacee filius Rhomeliæ ſuper Iſrael in Samaria viginti annos. Et fecit malum in oculis Domini: non receſsit ab omnibus peccatis Hieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. In diebus Phacee regis Iſrael venit Thalgath Phellaſar rex Aſſyriorum, & cepit Ain, & Abel, & Thamaacha, & Anioch, & Cenez, & Aſor, & μ Galaan, & Galilæam, omnem terrã Nephthali: & emigrauit eos in Aſſyrios. Et coniurauit coniurationem Oſee filius Elà ſuper

A super Phacee filium Romeliæ, & percussit eum, & interfecit: & regnauit pro eo in anno vigesimo Ioatham filij Azariæ. Et reliqua verborum Phacee, & omnia, quæcumque fecit, ecce hæc scripta in libro verborum dierum regibus Israel. In anno secundo Phacee filij Romeliæ regis Israel regnauit Ioatham filius Azariæ regis Iuda. Filius viginti & quinque annorum erat in regnando ipsum: & sex & decem annos regnauit in Hierusalem: & nomen matris eius Hierusa filia Sadoc. Et fecit rectum in oculis Domini secundum omnia, quæcumque fecerat Azarias pater eius. Verumtamen excelsa non abstulit: adhuc populus sacrificabat, & adolebat in excelsis. Hic ædificauit portam domus Domini, ν quæ supra. Et reliqua verborum Ioatham, & omnia, quæcumque fecit,
B nonne hæc scripta in libro verborum dierum regibus Iuda? In diebus illis cepit Dominus emittere in Iudam Raasson regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ. Et dormiuit Ioatham cum patribus suis: & sepultus est cum patribus suis in ciuitate Dauid patris sui. Et regnauit Achaz filius eius pro eo.

α Azarias.] *Theodoretus q.24. habet ὀζίας. Et S. Hieronymus in cap. 1. Matth. notat vtroque nomine esse appellatum.* β Apphusoth.] *Theodoretus.* Cæteri reddiderunt, κρυφαίως, occulte (*al.* κρυφαῖος, occultus) hoc est, intus in thalamo, a nemine conspectus *Vulgata*, libera seorsum. γ Et coniurauerunt.] *In aliquo libro est,* καὶ συνεστράφησαν ἐπ' αὐτὸν σελλοὺμ υἱὸς ἰαβεις, καὶ κεβδαάμ, καὶ σελλοὺμ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἐπάταξαν αὐτόν, καὶ ἐθανάτωσαν αὐτόν, καὶ σελλοὺμ ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ. Et coniurarunt super eum Sellum filius Iabis, & Cebdaam, & Sel-
C lum pater eius: & percusserunt eum, & occiderunt eum: & Sellum regnauit pro eo. *Compl.* καὶ συνεστράφη ἐπ' αὐτὸν σαλὲμ υἱὸς ἰαβὴς, καὶ ἐπάταξεν αὐτὸν ἐν κεβλαάμ, καὶ ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ, & coniurauit super eum Salum filius Iabes, & percussit eum in Ceblaam, & regnauit pro eo. *Sed primum illud* ἐν *redundat, & perturbat sententiam. Nam Ceblaam sunt duæ dictiones hebraicæ, quæ significant,* e regione populi, coram populo: *quod vulgata dixit* palā. *Deinde desideratur illud quod est in hebræo,* καὶ ἐθανάτωσεν αὐτόν: & occidit eum. *Reliqua conueniunt.* δ Verbum.] *Compl.* οὗτος ὁ λόγος, *& vulgata,* iste est sermo. ε Regnauit. Et in anno.] *In aliis sine & legitur* regnauit in anno trigesimo & nono Azariæ regis Iuda: *& in Compl. sequitur,* καὶ ἐβασίλευσεν μῆνα, & regnauit mensem, &c. ζ Tharsila.] *Compl.* θερσᾶ, Thersa. η Eum.] *In Compl. additur,* καὶ ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ, *quod vulgata,* regnauitq. pro eo. θ Manaem, & ipsam Thersa.] *Illud, & abest a multis. Com. autē* μαναὴμ τὴν θερσᾶ, *quod vulg.,* Manaem Tapsam. ι Aperuerant] *Com* ὑπέρρηξεν, aperuerat. κ Secum.] *In Compl. additur,* τοῦ κρατῦναι τὴν βασιλείαν αὐτοῦ ἐν χειρὶ αὐτοῦ, ad firmandum regnum suum in manu eius: *quod respondet vulgatæ.* λ Quadringentis.] ἀπὸ τῶν τετρακοσίων. *Ita plerique libri veteres, In nonnullis tamen,* ἀπὸ τῶν γαλααδιτῶν, de Galaaditis. *Compl.* ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν γαλααδιτῶν, *quod vulgata,* de filijs
D Galaaditarum. μ Galaam.] *Compl.* Galaad, *vt vulgata: sed, vt prædiximus, nomina propria sæpe discrepant.* ν Quæ supra.] τὴν ἐπάνω, *& respondet hebræo. Compl. & Theodoretus* τὴν ὑψηλήν, *quod vulgata,* sublimissimam.

CAP. XI.

IN anno septimo & decimo Phacee filij Romeliæ regnauit Achaz filius Ioatham regis Iuda. Filius viginti annorum erat Achaz in regnando ipsum, & sex & decem annos regnauit in Hierusalem. Et non fecit rectum in oculis Domini Dei sui fideliter, sicut Dauid pater eius. Et ambulauit in via regum
E Israel: etiam α filium suum traduxit in igne secundum abominationem gentium, quas sustulerat Dominus a facie filiorum Israel. Et sacrificabat, & adolebat in excelsis, & super colles, & sub omni ligno frondoso. Tūc ascendit Rhaasson rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel in Hierusalem ad bellum: & obsidebant super Achaz: & non potuerunt expugnare. In tempore illo restituit Raasson rex Syriæ ipsam Ælath ipsi Syriæ: & eiecit Iudæos de Ælath, & Idumæi venerunt in Ælath, & habitauerunt ibi vsque in diem hanc. Et misit Achaz nuncios ad Thalgath Phellasar regem Assyriorum, dicens: Seruus tuus, & filius

lius tuus ego: Aſcende, ſalua me de manu regis Syriæ, & de manu regis Iſrael insurgentium ſuper me. Et ſumpſit Achaz argentum, & aurum inuentum in theſauris domus Domini, & domus regis: & miſit regi dona. Et audiuit eum rex Aſſyriorum. Et aſcendit rex Aſſyriorum in Damaſcum: & cepit eam, & tranſtulit eam, & Rhaaſſon regem interfecit. Et iuit rex Achaz in Damaſcum in obuiam Talgath Phellaſar regi Aſſyriorum in Damaſcum. Et vidit altare in Damaſco: & miſit rex Achaz ad Vriam ſacerdotem ſimilitudinem altaris, & rythmum eius. β & omnem facturam eius. Et ædificauit Vrias ſacerdos altare iuxta omnia, quæcumque miſerat rex Achaz è γ Damaſco. Et vidit rex altare, & δ aſcẽdit ſuper illud: & adoleuit holocauſtoſim ſuam, & ſacrificium ſuum, & libationem ε ſuam: & effudit ſanguinem pacificorum ſuorum ſuper ζ altare æneum, quod ante Dominum. Et adduxit faciem domus Domini ab eo, quod inter altare, & ab eo quod inter domum Domini. Et oſtendit illud ſuper fœmur altaris ad Aquilonem. Et mandauit rex Achaz Vriæ ſacerdoti, dicens: Super altare magnum offer holocauſtoſim matutinam, & ſacrificium veſpertinum, & holocauſtoſim regis, & ſacrificium eius, & holocauſtoſim vniuerſi populi, & ſacrificium eorum & libationem eorum: & omnem ſanguinem holocauſti, & omnem ſanguinem ſacrificij ſuper illud effundes. Et altare æneum erit mihi in η mane. Et fecit Vrias ſacerdos iuxta omnia, quæcumque mandauit ei rex Achaz. Et concidit rex Achaz clauſuras ipſarum Mechonoth, & trãſtulit ab eis luterem: & mare deiecit à bobus æneis, qui ſub eo: & dedit illud ſuper baſim lapideam. Et fundamentum θ cathedræ ædificauit in domo Domini: & introitum regis ι exteriorem conuertit in domum Domini a facie regis Aſſyriorum. Et reliqua verborum Achaz quæcumque fecit, nonne hæc ſcripta in libro verborum dierum regibus Iuda? Et dormiuit Achaz cum patribus ſuis; & ſepultus eſt in ciuitate Dauid. Et regnauit Ezecias filius eius pro eo.

α Filium ſuum.] *Theodoretus habet* υἱοὺς αὐτοῦ, filios ſuos. *Teſtatur autem Ioſephum dixiſſe*, καὶ τὸν ἕνα αὐτοῦ υἱὸν ὡλοκαύτωσε τῷ βαάλ, & vnicum ſuum filium fecit holocauſtum ipſi Baal: *quamuis ipſe aliam huic loco afferat explanationem.* β Et omnem.] *Compl.* κατὰ πᾶσαν, *quod in vulgata*, iuxta omne opus eius. *Theodoretus hunc locum ſic refert*, τὸ μέτρον, καὶ τὴν ὁμοίωσιν, καὶ τὸν ἀριθμὸν αὐτοῦ, καὶ κατὰ πᾶσαν ποίησιν αὐτοῦ, menſuram, & ſimilitudinem, & numerum, & iuxta omnem factionem eius. γ Damaſco.] *In Complutenſi additur*, οὕτως ἐποίησεν οὐρίας ὁ ἱερεὺς ἕως τοῦ ἐλθεῖν τὸν βασιλέα ἐκ δαμασκοῦ, καὶ ἦλθεν ὁ βασιλεὺς ἐκ δαμασκοῦ: *quod vulgata*, ita fecit ſacerdos Vrias, donec veniret rex Achaz de Damaſco. Cumque veniſſet rex de Damaſco. δ Aſcendit.] *Ideſt, aſcendere fecit, & obtulit, vt alibi. Compl. autem*, καὶ προσῆλθε πρὸς τὸ θυσιαστήριον ὁ βασιλεύς, καὶ ἀνέβη, & acceſſit ad altare rex, & aſcendit. ε Suam.] *Complutenſi addit*, ἔσπεισεν αὐτῷ, libauit ei, *quamuis illud* αὐτῷ, *videatur redundare.* ζ Altare.] *In Compl. ſequitur*, τὸ δὲ χαλκοῦν θυσιαστήριον ὃ ἦν ἐναντίον κυρίου, προσήγαγεν αὐτὸ ἀπὸ προσώπου τοῦ οἴκου ἐκ μέσου τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἐκ μέσου τοῦ οἴκου κυρίου, καὶ ἔδωκεν αὐτὸ ἐπὶ μηρόν: *quod vulgata*. Porro altare æneum, quod erat coram Domino, tranſtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi Domini, poſuitque illud ex latere, &c. *Illud quidem* ἀπὸ προσώπου, *eſt in aliis etiã libris. Theodoretus de hoc loco ita ſcribit.* Statim igitur, & æneum altare, quod Salomon conſtruxerat, tranſpoſuit. η In mane.] *Ita etiam Compl. licet vulgata habeat*, ad voluntatem meam, *alij*, ad quærendum. *Ambiguitas dictionis hebraicæ hanc varietatem parere potuit.* θ Cathedræ.] *Compl. addit*, τῶν σαββάτων, ſabbatorum. *Vulg.* Muſach quoque ſabbati, *ſunt qui exiſtimẽt locũ hunc fuiſſe, in quo cuſtodes per ſabbata mutarent vices ſuas.* ι Exteriorem.] *Vulgata*, exterius, *quaſi qui erat extra templum, aut circumeundo ab exteriore parte templi. Theodoretus de hoc loco ita ſcribit*, Regum enim portam, intus in diuinum templum tranſtulit, tranſitum per ſacros ambitus faciens.

CAP. XVII.

IN anno duodecimo Achaz regis Iuda regnauit Oſee filius Ela in Samaria ſuper Iſrael nouem annos. Et fecit malum in oculis Domini: verumtamen non ſicut reges Iſrael, qui fuerant ante eum. Super ipſum aſcendit Salamanaſſar

A nassar rex Assyriorum. Et factus est ei Osee seruus, & reddidit ei ᵃ Manaa. Et inuenit rex Assyriorum in Osee ᵇ iniustitiam; quoniam miserat nuncios ad Segor regem Ægypti: & non attulerat Manaa regi Assyriorum in ᵞ anno illo. Et oppugnauit eum rex Assyriorum, & ligauit eum in domo custodiæ. Et ascendit rex Assyriorum in omnem terram, & ascendit in Samariam, & oppugnauit super eam tribus annis. In anno nono Osee cepit rex Assyriorum Samariam: & transtulit Israel in Assyrios: & collocauit eos in Alae, & in Abor fluuijs Gozan, & ᵟ ore Medorum. Et factum est, ᵋ quia peccauerunt filij Israel Domino Deo suo, qui eduxerat eos de terra Aegypti de sub manu Pharaonis regis Ægypti, & tenuerunt Deos alios, & ambulauerunt iustificationibus gẽtium, quas

B sustulerat Dominus a facie filiorum Israel, & reges Israel, ᶻ quicumque fecerunt, & quicumque induti sunt filij Israel verba non sic contra Dominum Deũ suum: & ædificauerũt sibi excelsa in omnibus ciuitatibus suis a turre custodum vsque ad ciuitatem munitam: & statuerunt sibi titulos, & lucos in omni colle excelso, & sub omni ligno frondoso: & adolebant ibi in omnibus excelsis, sicut gentes, quas transtulit Dominus a facie eorũ: & fecerunt ᵑ participes, & ᶿ sculpserunt ad irritandum Dominum: & seruierunt Idolis, de quibus dixit Dominus eis: Non facietis verbum hoc ᶥ Domino: & testificatus est Dominus in

C Israel, & in Iuda, & in manu omnium prophetarum suorum, omnis videntis, dicens: Reuertimini a vijs vestris malis, & custodite mandata mea, & iustificationes meas, & omnem legem, quam mandaui patribus vestris, quæcumque misi eis in manu seruorum meorum prophetarnm. Et non audierunt, & indurauerunt dorsum suum super dorsum patrum ᵏ suorum. Et testimonia eius, quæcumque contestatus est eis, non custodierunt, & ambulauerunt post vana, & euanuerunt, & post gentes, quæ in circuitu ipsorum, de quibus mandauerat dominus eis non facere secundum istas. Dereliquerunt mandata Domini Dei sui: & fecerunt sibi fusile, duas vitulas: & fecerunt ᴧ lucos, & adorauerunt omnem virtutem cæli, & seruierunt Baal: & traduxerunt filios suos, & filias suas in

D igne, & vaticinati sunt vaticinia, & ᴹ augurati sunt. Et venditi sunt ad faciendum malum in oculis Domini ad irritandum eum. Et indignatus est Dominus valde in Israel, & amouit eos a facie sua: & non remansit nisi tribus Iuda solitaria. Etiam Iudas non custodiuit mandata Domini Dei sui: & ambulauerunt in iustificationibus Israel, quas fecerant, & abiecerunt ᵛ Dominum. Et indignatus est Dominus omni semini Israel, & commouit eos, & dedit eos in manu diripientium eos, quoadusque eiecit eos a facie sua: ξ quia maxime Israel desuper domo Dauid, & regem fecerunt Hieroboam filium Nabat. Et expulit Hieroboam ipsum Israel à post Dominum, & peccare fecit eos peccatum magnum.

E Et ambulauerunt filij Israel in omni peccato Hieroboam, quod fecit: non recesserunt ab eo; donec remouit Dominus ipsum Israel a facie sua, sicut locutus est Dominus in manu omnium seruorum suorum prophetarum. Et translatus est Israel desuper terra sua in Assyrios vsque in diem hanc. Et adduxit rex Assyriorum e Babylone, ᵒ qui de Chuthà, ab Aia, & ab Æmath, & Seppharuaim: & habitauerunt in ciuitatibus Samariæ pro filijs Israel, & hæreditarunt Samariam, & habitauerunt in ciuitatibus eius. Et factum est in principio ᵖ sessionis eorum, non timuerunt Dominum: & misit Dominus in eis leones, & erant inter-

interficientes in eis. Et dixerunt regi Assyriorum, dicentes: Gentes, quas transtulisti, & pro alijs sedere fecisti in ciuitatibus Samariæ, non cognouerunt iudicium Dei terræ: & misit in eos leones: & ecce sunt occidentes eos, sicut non nouerunt iudicium Dei terræ. Et mandauit rex Assyriorum, dicens: Abducite ε hinc, & eant, & habitent ibi: & illuminabunt eos iudicium Dei terræ. Et adduxerunt vnum sacerdotum, quos transtulerant de Samaria: & sedit in Bæthel: & fuit illuminans eos, quomodo timeant Dominum. Et fuerunt facientes gentes gentes Deos suos: & posuerunt in domo excelsorum, quæ fecerant Samaritæ, gentes gentes in ciuitatibus suis, in quibus habitabant. Et viri Babylonis fecerunt ipsam Socchoth Benith: & viri Chuth fecerunt Ergel: & viri Amath fecerunt Asimath, & Euæi fecerunt Eblazer, & Tharthac: & Sepphauraim ζ tunc comburebant filios suos in igne, ipsi η Adramelech, & Anemelech Dijs Sepphauraim. Et θ erant timentes Dominum. Et collocarunt abominationes suas in domibus excelsorum, quæ fecerant in Samaria, gens gens in ciuitate, in qua habitabant in ea. Et erant timentes Dominum. Et fecerunt ι sibi sacerdotes excelsorum: & fecerunt κ eis in domo excelsorum. Et Dominum timebant: & Dijs suis seruiebant iuxta iudicium gentium, vnde transtulerant eos inde. Vsque in diem hanc λ ipsi faciebant iuxta iudicium earum. μ Ipsi timent: & ipsi faciunt secundum iustificationes earum, & secundum iudicium earum, & secundum legem, & secundum mandatum, quod mandauit Dominus filijs Iacob, cuius posuit nomen eius Israel. Et disposuit Dominus cum eis testamentum, & mandauit eis, dicens: Non timebitis Deos alios, & non adorabitis eos: & non seruietis eis, & non sacrificabitis eis: quia tantum Domino, qui eduxit vos de terra Aegypti in fortitudine magna, & in brachio excelso. Ipsum timebitis, et ipsum adorabitis; ei sacrificabitis: iustificationes, & iudicia, & legem, & mandata, quæ scripsit vobis, facere seruabitis omnibus diebus: & non timebitis Deos alios. Et testamenti, quod disposuit vobiscum, non obliuiscemini: & non timebitis Deos alios. Sed Dominum Deum vestrum timebitis, et ipse eruet vos de omnibus inimicis vestris. αα Et non audietis in iudicio eorum, quod ipsi faciunt. Et fuerunt gentes hæ timentes Dominum: et sculptilibus suis erant seruientes. Etiam filij, et filij filiorum eorum, sicut fecerant patres eorum, faciunt vsque in diem hanc.

α Manaa.] *Compl.* δῶρα, munera. *Theodoretus* μαναά, cæteri interpretati sunt δῶρα. *Ita etiam supra cap. octauo.* β Iniustitiam.] *Compl.* ἐπιβουλὴν, fraudem, insidias. γ In anno illo.] *Complutensis*, ἐνιαυτὸν κατ' ἐνιαυτὸν, annum per annum. δ Ore.] *Istud* ὀρίμ, *putamus hoc loco esse ipsam dictionem hebraicam, quæ significat*, ciuitatibus, *vt vulgata. Compl. autem* ἐν ὁρίοις, finibus. ε Quia.] ὅτι. *Compl.* ὅτε, quando. ζ Quicunque fecerunt.] *Compl.* ὅσα ἐποίησαν, καὶ ἠμφιέσαντο οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ λόγους ἀδίκους κατὰ κυρίου θεοῦ αὐτῶν. καὶ ᾠκοδόμησαν, quæcumque fecerunt. Et induerunt (*idest alte, atque intimo corde conceperunt, vt ps.* 108.) filij Israel verba iniusta contra Dominum Deum suum. Et ædificauerunt, &c. *Quæ satis respondent hebræo.* η Participes.] κοινωνοὶ, *interpretatur Theodoretus eos, quibus conueniebat cum gentibus, atque earum impietatem imitabantur, & alios docebant.* θ Sculpserunt.] *Theodoretus*, καὶ ἤρξαντο παροργίζειν, & ceperunt irritare. ι Domino.] *Abest a Complutensi, & Theodoreto.* κ Suorum.] *In Complutensi additur*, οἳ οὐκ ἐπίστευσαν κυρίῳ τῷ θεῷ αὐτῶν, καὶ ἀπώσαντο τὴν διαθήκην αὐτοῦ, καὶ τὰ δικαιώματα, ἃ διέθετο τοῖς πατράσιν αὐτῶν καὶ τὰ μαρτύρια, qui non crediderunt Domino Deo suo. Et abiecerunt testamentum eius, & iustificationes, quas disposuit patribus eorum, & testimonia, &c. *Nec multo aliter vulgata.* λ Lucos.] *Compl.* ἄλσος, lucum. *Theodoretus.* Vbique cæteri, τὸ ἄλσος, interpretantur ἀσταρώθ. Hoc autem significat ipsam Astartem, vel, vt græci dicunt, τὴν ἀφροδίτην, Venerem. μ Augurati sunt.] *Compl. addit*, οἰωνισμοῖς, augurijs: *quod tamen abest ab hebræo.* ν Et abiecerunt Dominum.] *Theodoretus addit*, ἐξ αὐτῶν, ex se. *Compl. autem* καὶ ἀπώσατο κύριος ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραὴλ, καὶ ἐθυμώθη κύριος ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ἐσάλευσεν. Et abiecit Dominus omne semen Israel: & indignatus

A indignatus est Dominus in eos,& commouit,&c. *Verum ista*,& indignatus est Dominus in eos, *non sunt in hebræo.* ξ Quia maxime.] ὅτι πλὴν. *Compl.* πλὴν ὅτι ἐῤῥάγη ὁ ἰσραὴλ, potissimum, quia scidit se Israel. ο Qui de Chutha.] τὸν ἐκ χουθά. *Compl.* καὶ ἐκ χωθὰ,& de Chotha. π Sessionis.] *Apposite ad hebræum. Compl. autem*, καὶ ἐγένετο μετὰ τὸ κατοικῆσαι τὰ ἔθνη ταῦτα ἐκεῖ ἐν ἀρχῇ, Et factum est, postquam habitarunt gentes hæ ibi in principio. ρ Hinc, & eant.] *Compl.* ἐκεῖ ἕνα τῶν ἱερέων ὧν ἀπῴκισα ἐκ σαμαρείας, καὶ πορευθήτω, καὶ κατοικείτω ἐκεῖ, καὶ φωτιεῖ αὐτοὺς, illuc vnum ex sacerdotibus, quos transtuli de Samaria: & eat,& habitet ibi, & illuminabit eos,&c. σ Tunc.] ἀνῆγε. *Abest à Compl. & a vulgata.* τ Adramelech,& Anemelech Dijs.] *Sic etiam vulgata. Compl. autem* τῷ ἀδραμέλεχ θεῷ, ipsi Adramelech Deo. υ Et erant timentes.] *Hinc vsque ad alterum*, Et erant timentes, *absunt à Compl. & vulgata.* φ Sibi.] *Compl.* καὶ ἐποίησαν ἐξ αὐτῶν ἱερεῖς τῶν ὑψηλῶν ἀπὸ μέρους,& fecerunt ex se sacerdotes excelsorum ex parte. *Hebræus*,& fecerũt sibi partes eorum sacerdotes excelsorum. χ Eis.] *Idest*, sacrificarunt eis. *Ita enim interpretatur chaldæus: neque est inusitatum* ἑαυτοῖς, *non esse reciprocum. atque eadem est ambiguitas in dictione hebraica huic respondente.* ψ Ipsi.] *Compl. & Theodoretus*, οὕτως ἐποίουν κατὰ τὸ κρίμα αὐτῶν τὸ ἀπ' ἀρχῆς, sic faciebant secundum consuetudinem earum, quæ a principio. ω Ipsi timent.] *Compl.* οὐκ ἦσαν φοβούμενοι τὸν κύριον, καὶ οὐκ ἐποίησαν

B κατὰ τὰ δικαιώματα, καὶ τὰ κρίματα, καὶ τὰς ἐντολὰς, καὶ κατὰ τὸν νόμον, ὃν ἐνετείλατο κύριος. Non erant timentes Dominum, & non faciebant secundum iustificationes,& iudicia,& mandata, & secundum legem, quam mandauit Dominus,&c. *quæ respondent vulgatæ.* αα Et non audietis in iudicio eorum, quod ipsi faciunt.] *Pro his in Compl. est*, καὶ οὐκ ἤκουσαν, ἀλλ' ἢ ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτῶν τοῖς πρώτοις αὐτοὶ ἐποίουν, Et non audierunt, sed in iustificationibus suis pristinis ipsi perpetrabant: *quomodo fere vulgata.*

CAP. XVIII.

ET factum est in anno tertio Oseæ filij Ela regis Israel regnauit Ezecias filius Achaz regis Iuda. Filius viginti & quinque annorum in regnãdo ipsum: & viginti & nouem annos regnauit in Hierusalem: & nomen matri

C eius Abu filia Zachariæ. Et fecit rectum in oculis Domini secundum omnia, quæcumque fecerat Dauid pater eius. Ipse sustulit excelsa,& contriuit statuas, & exterminauit lucos, & serpentem æneum, quem fecerat Moyses: quoniam vsque ad dies illos erant filij Israel adolentes ei: & α vocabat eum Neesthan. In Domino Deo Israel sperauit: & post eum non fuit similis ei in regibus Iuda, & in ijs, qui fuerunt ante eum: & adhæsit Domino, non recessit à post eum; & custodiuit mandata eius, quæcumque mandauit Moysi. Et fuit Dominus cum eo: & in omnibus, quæ faciebat; intellexit. Et rebellauit in rege Assyriorum, & non seruiuit ei. Ipse percussit alienigenas vsque Gazam,& vsque ad terminum

D eius a turre custodum, & vsque ad ciuitatem munitam. Et factum est in anno quarto regis Ezeciæ (ipse annus septimus Oseæ filio Ela regi Israel) ascendit Salamanassar rex Assyriorum super Samariam: & obsidebat super eam; & cepit eam β a fine trium annorum in anno sexto Ezeciæ: ipse annus nonus Oseæ regi Israel. Et capta est Samaria: & trãstulit rex Assyriorum Samariam in Assyrios, & posuit eos in Alae,& in Abor fluuio Gozan, & Ore Medorum: pro eo quod non audierunt vocem Domini Dei sui, & transgressi sunt testamentũ eius omnia, quæcumque mandauit Moyses seruus Domini: & nõ audierunt,& non fecerunt. Et quarto & decimo anno regis Ezeciæ ascendit Sennacherim rex

E Assyriorum super ciuitates Iuda munitas,& cepit eas. Et misit Ezecias rex Iuda nuncios ad regem Assyriorum in Lachis, dicens: Peccaui; recede à me: quodcumque imposueris super me; portabo. Et imposuit rex Assyriorum super Eezeciam regem Iuda trecenta talenta argenti,& triginta talenta auri. Et dedit Ezecias omne argentum inuentum in domo Domini,& in thesauris domus regis. In tempore illo concidit Ezecias ianuas templi; & γ firmata, quæ deaurauerat Ezecias rex Iuda: & dedit ea regi Assyriorum. Et misit rex Assyriorum ipsum Tharthan, & Raphis, et Rhapsacem e Lachis ad regem Ezeciam in virtute

tute graui super Hierusalem. Et ascenderunt, & venerunt in Hierusalem: & steterunt in aquæductu piscinæ superioris, quæ est in via agri fullonis. Et clamauerunt ad Ezeciam. Et venerunt ad eũ Eliacim filius Chelchiæ œconomus, & Somnas scriba, & Ioas filius Sophath cõmonefaciẽs. Et dixit ad eos Rhapsaces: Dicite nũc ad Ezeciã. Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quid fiducia hæc qua fidisti? Dixisti [d] tantum verba labiorum, consilium, & virtus ad prælium. Nunc igitur quo fretus rebellasti in me? Nunc igitur fidisti tibi super virgam arundineam fractam istam, super Ægyptum? Quicumque innixus fuerit vir super eam; & intrabit in manum eius, & perforabit eam. Sic Pharao rex Ægypti omnibus confidentibus super [e] eum. Et quoniam dixisti ad me, super Dominum Deum confidimus; nonne hic ipse amouit Ezecias excelsa eius, & altaria eius, & dixit ad Iudam, & Hierusalem, coram altare hoc adorabitis in Hierusalem? Et nunc [f] miscete vos, quæso, domino meo regi Assyriorum: & dabo tibi bis mille equos; si poteris dare tibi ascensores super eos. Et quomodo auertes faciem Toparchæ vnius ex seruis domini mei minimis? Et sperasti tibi super Ægyptum in curribus, & equitibus. Et nunc nunquid sine Domino ascendimus super locum hunc ad corrumpendum eum? Dominus dixit ad me: Ascẽde super terram istam, & corrumpe eam. Et dixit Eliacim filius Chelchiæ, et Somnas, et Ioas ad Rhapsacem: Loquere, quæso, ad seruos tuos Syriace, quoniam audimus nos: et non loqueris nobiscum Iudaice. Et vt quid loqueris in auribus populi, qui super murum? Et dixit ad eos Rhapsaces: Nunquid ad dominum tuum, et ad te misit me dominus meus loqui verba hæc? Nonne ad viros sedentes super murum, ad comedendum stercus suum, et bibendum vrinam suam vobiscum simul? Et stetit Rhapsaces, et clamauit voce magna Iudaice, et locutus est, et dixit: Audite verba magni regis Assyriorum: Hæc dicit rex: Ne eleuet vos Ezecias verbis: quoniam non poterit vos eruere de manu eius: et non faciat vos sperare Ezecias in Dominum, dicens: Eruens, eruet Dominus: non tradetur ciuitas hæc in manu regis Assyriorum. Nolite audire Ezeciam: quoniam hæc dicit rex Assyriorum: Facite mecum benedictionem: et exite ad ad me: et [g] bibet vir vitem suam: et vir ficum suam comedet: et bibet aquam cisternæ suæ: quoadusque veniam, et accipiam vos in terram, sicut terra vestra, terra frumenti, et vini, et panis, et vinearum, terra [h] oliuæ olei, et mellis: et viuetis, et non moriemini. Et nolite audire Ezeciam: quoniam decipiet vos, dicens: Dominus eruet nos. Nunquid eruentes eruerunt Dij gẽtium, vnusquisque suam regionem de manu regis Assyriorum? Vbi est Deus Aemath, et Arphad? Vbi est Deus Sepphauraim, Ana, et Aba; quia eruerunt Samariam de manu mea? Quis in omnibus Dijs terrarum, qui eruerint terras suas de manu mea; quoniam eruet Dominus Hierusalem de manu mea? Et mutuerunt, et non responderunt ei verbum: quoniam mandatum erat regis, dicens: Non respondebitis ei. Et intrauit Eliacim filius Chelchiæ œconomus, et Somnas scriba, et Ioas filius Saphat commonefaciens, ad Ezeciam, discissi vestimenta, et annunciauerunt ei verba Rhampsacis.

A B C D E

a Et vocabat eum Nesthan.] *Compl.* καὶ ἐκάλεσαν, & vocauerunt, *Theodoretus.* τούτῳ, φησὶν, ὁ λαὸς θυμιῶν διετέλεσε, καὶ ἐκάλεσεν αὐτὸν ἐλθὰν huic, inquit, populus adolere perseuerauit: & vocauit eum *E*lthan.] Hoc autem in hebraicorum nominum interpretatione positum inueni, æneum atrium. Cæteri autem interpretati sunt

A ſunt ἐσσαὶ, Eſſan. Propterea exiſtimo etiam ophitas (hæreſis autem hæc eſt maxime impia) vocari ἐσσηνὰς, Eſſenos. β A fine.] *Compl.* εἰς τέλος, *Theodoretus,* εἰς τὸ τέλος, in fine. *hebraica dictio vtrumque ſignificat, & potius,* a. γ Firmata.] *Theodoretus,* Limina ianuarum puto vocata eſſe, τὰ ἐστηριγμένα. *Vulgata,* laminas, *alii,* firmamenta, *vel,* columnas. δ Tantum verba.] *Sic hebræus. Compl. autem,* πλὴν λόγοις χειλέων, καὶ βουλῇ παράταξις γίνεται εἰς πόλεμον, verumtamen verbis labiorum, & conſilio acies fit ad bellum. ε Et quoniam dixiſti.] *Compl.* καὶ ἐὰν εἴπῃς. Et, ſi dixeris. *Theodoretus,* ἐὰν εἴπητε, ſi dixeritis, *vt vulgata.* ζ Miſcete vos] *Vulgata,* tranſite. *Compl.* μίχθητι, miſce te. *Alij ex hebræo vertunt,* fideiube. η Bibet.] *Compl.* φάγεται, comedet, *vt vulgata.* θ Oliuæ olei.] *Eſt hebraiſmus. Compl. habet tantum,* ἐλαίας, olei.

CAP. XIX.

ET factum eſt, vt audiuit rex Ezecias; & diſcidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſaccum, & intrauit in domum Domini. Et miſit Eliacim œconomum, & Somnã ſcribam, & ſeniores ſacerdotum indutos ſaccis ad Eſaiã B prophetam filium Amos. Et dixerunt ad eum: Hæc dicit Ezecias: Dies tribulationis, & argutionis, & irritationis, dies hæc: quoniam venerunt filij vſque ad dolores partus: & fortitudo non eſt parienti. Si quo modo exaudiet Dominus Deus tuus omnia verba Rhapſacis; quem miſit eum rex Aſſyriorum dominus eius ad exprobrandum Deum viuũ, & ᵃ blaſphemãdum in verbis, quæ audiuit Dominus Deus tuus: & aſſumes deprecationem pro reſiduo, quod inuenitur. Et venerunt pueri regis Ezeciæ ad Eſaiam. Et dixit eis Eſaias: Hæc dicetis ad dominum veſtrum: Hæc dicit Dominus: Ne timeas a verbis, quæ audiſti, C quæ blaſphemauerũt pueri regis Aſſyriorum. Ecce ego do in eo ſpiritum: & audiet nuncium, & reuertetur in terram ſuam. Et proſternam eũ in gladio in terra eius. Et reuertit Rhapſaces: & inuenit regem Aſſyriorum bellantem ſuper Lobna: quoniam audiuit, quia promouerat e Lachis. Et audiuit de Tharaca rege Æthiopum, dicens: Ecce exiuit bellare tecum. Et reuertit, & miſit nuncios ad Ezeciam, ᶜ dicens: Ne extollat te Deus tuus, in quo tu confidiſti in eo, dicens: Non tradetur Hieruſalem in manus regis Aſſyriorum. Ecce tu audiſti omnia, quæcumque fecerunt reges Aſſyriorum omnibus terris anathemando eas. Et tu eripieris? Nunquid eruentes eruerunt eos Dij gentium, quos corruperunt D patres mei, Gozam, & Charram, & Raphis, & filios Edom, qui Thaeſthen? Vbi eſt rex Æmath, & rex Arphad? Et vbi eſt rex ciuitatis Seppharuaim, Ana, & Aba? Et ſumpſit Ezecias libros de manu nunciorum, & legit eos. Et aſcendit in domum Domini; & expandit eos Ezecias ante Dominũ ᵞ & dixit: Domine Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubim, tu es Deus ſolus in omnibus regnis terræ: tu feciſti cælum, & terram. Inclina Domine aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide: & audi verba Sennacherim, quæ miſit ad exprobrandum Deum viuum. Quoniam ᵟ veritate, Domine, deſolauerunt reges Aſſyriorum gentes: & dederunt Deos earum in ignem (quoniam non Dij ſunt, ſed opera manuũ hominũ, ligna, & lapis,) & diſperdiderũt eos. Et nunc Domine Deus E noſter ſalua nos de manu eius: & cognoſcent omnia regna terræ, quia tu Dominus Deus ſolus. Et miſit Eſaias filius Amos ad Ezeciã, dicens: Hæc dicit Dominus Deus virtutũ Deus Iſrael; Quæ deprecatus es ad me de Sẽnacherim rege Aſſyriorũ, audiui. Hoc eſt verbum, quod locutus eſt Dominus ſuper eũ: ſpreuit te, & ſubſannauit te virgo filia Sion: ſuper te caput ſuum mouit filia Hieruſalem. Quẽ exprobraſti, & quẽ blaſphemaſti? Et ſuper quẽ exaltaſti vocẽ, & eleuaſti in ſublime oculos tuos? in ſanctũ Iſrael? In manu nunciorũ tuorũ exprobraſti Dominũ, & dixiſti: In multitudine curruũ meorũ ego ᵋ aſcendã in altitudinẽ mõtiũ,

ζ fœmora Libani: & concidi magnitudinem cedri eius, & electa cupressorum eius, & veni η in medium syluæ, & Carmeli: ego θ siccaui, & bibi aquas alienas, & desolaui vestigio pedis mei omnes fluuios ι clausuræ, κ finxi eam, duxi eam. Et fuit in tumulos demigrationum oppugnantium ciuitates λ munitas. Et inhabitantes in eis infirmati sunt manu: contremuerunt, & confusi sunt. Fuerunt fœnum agris, vel virens herba, herba tectorum, & conculcatio coram stante. Et sessionem tuam, & exitum tuum noui, & furorem tuum super me, eo quod iratus sis super me. Et strepitus tuus ascendit in aures meas. Et ponam hamos meos in naribus tuis, & frenum in labijs tuis: & redire faciam te via, qua venisti in ea. Et hoc tibi signum. Comede hoc anno μ sponte nata, & anno secundo germinantia: & anno tertio satio, et messis, et plantatio vinearum: et comedetis fructum earũ. Et adijciet quod saluatum est de domo Iuda, ipsum residuum radicẽ deorsum, et faciet fructũ sursum. Quoniam de Hierusalem egredietur residuũ, et is qui saluus euadit, de mõte Sion. Zelus Domini virtutũ faciet hoc. ν Nonne sic? Hæc dicit Dominus ad regẽ Assyriorũ: Non ingredietur in ciuitatẽ hãc, et non iaculabitur illuc iaculũ: et non præueniet super eã clypeus, et non effundet ad eã aggerẽ. Via, qua venit in ea, reuertetur, et in ciuitatẽ hãc nõ ingredietur, dicit Dominus. Et protegã super ciuitatẽ hanc propter me, et propter Dauid seruũ meũ. Et factũ est nocte, et exiuit angelus Domini, et percussit in castris Assyriorũ centũ octuaginta quinque millia. Et surrexerũt mane: et ecce omnes corpora mortua. Et promouit, et iuit, et reuertit Sennacherim rex Assyriorum, et habitauit in Nineue. Et factum est ipso adorante in domo Mesrach Dei sui, et Adramelec, et Sarasar filij eius percusserunt eum in gladio. Et ipsi euaserunt in terram ξ Ararath: et regnauit Asordan filius eius pro eo.

α Blasphemandum.] *Compl.* καὶ ἐλέγχειν, & argueret, *vt vulgata.* β Dicens.] *In alijs additur,* τάδε ἐρεῖτε πρὸς ἐζεκίαν βασιλέα ἰούδα. Hæc dicetis ad Ezeciam regem Iuda. γ Et dixit.] *Compl.* καὶ προσηύξατο ὁ ἐζεκίας πρὸς κύριον λέγων, & deprecatus est Esaias ad Dominum, dicens. δ Veritate.] *Compl. & Theodoretus,* ἐν ἀληθείᾳ, in veritate. ε Ascendam.] *Compl.* ἀνέβην, ascendi, *vt vulgata.* ζ Fœmora.] *Propius ad hebræũ, quàm quod in alijs* μέρος, partem, *aut* μέρους, partis, *vt in Compl.* η In medium syluæ.] *Sic quoque in alio codice. Alius* εἰς μέλων in Melon: *quæ hebraica dictio significat,* diuersorium. *Alii* εἰς μέρος in partem, *alius* εἰς τέλος δρυμοῦ in finem syluæ. *Et quod sequitur,* & Carmeli, *a nonnullis abest istud,* &c. θ Siccaui.] ἔψυξα, *& fortasse significat,* irrigaui, & refrigeraui, *idest riuos duxi, & fodi venas, vt est in hebræo. Alii autem, & Compl.* ἐφύλαξα, custodiui. ι Clausuræ.] περιοχῆς, *aut* συνοχῆς, *vt Compl. quod vulgata,* aquas clausas. κ Finxi eã, duxi eam.] *Ita fere libri vetustiores. In aliis quibusdam,* μὴ οὐκ ἤκουσας, εἰς ἀπὸ μακρόθεν αὐτὴν ἐποίησα, εἰς ἀπὸ ἡμερῶν ἀρχῆθεν ἔπλασα αὐτήν, καὶ ἤγαγον αὐτήν, Nunquid non audistis, a longe eam feci, a diebus antiquitus finxi eam, & adduxi eam! *Nec multo aliter Compl. sed in hac postrema parte habet,* & nunc adduxi eã: *quod quidem,* nunc, *est etiam in vulgata. Videntur autem fœminina posita pro neutris, vsitato hebraismo.* λ Ciuitates munitas.] *In aliquo libro est* ὀχυραί, *vt ita sit vertendum,* Et factæ sunt in tumulos demigrationum pugnantium, ciuitates munitæ, *ac videtur respondere vulg tæ. Sed multi putant etiã in hebræo esse casum accusandi.* μ Sponte nata.] *Compl.* τὰ συνηγμένα, καὶ ἐν τῷ ἔτει τῷ δευτέρῳ τὰ αὐτόματα, καὶ τῷ ἔτει τῷ τρίτῳ σπείρατε, καὶ ἀμήσατε, καὶ φυτεύσατε ἀμπελῶνας, collecta, & in anno secundo sponte nata, & anno tertio seminabitis, & metetis, & plantabitis vineas. ν Nonne sic? Hæc dicit.] *Compl.* διὰ τοῦτο τάδε λέγει, *& vulgata,* Quamobrem hæc dicit. ξ Ararath.] *Theodoretus.* Sic vocauit Armeniam.

CAP. XX.

IN diebus illis ægrotauit Ezecias α ad mortem. Et intrauit ad eum Esaias filius Amos propheta, & dixit ad eũ: Hæc dicit Dominus: Præcipe β domui tuæ: moreris tu, & non viues. Et γ conuertit Ezecias ad murum, & precatus est ad Dominum, dicens: Domine memento nunc, δ quæcumque ambulaui corã te in veritate, & corde ζ pleno: & bonum in oculis tuis feci. Et plorauit Ezecias ploratu magno. Et erat Esaias in atrio medio. Et verbum Domini factũ est ad

A est ad eum, dicens: Reuertere, & dices ad Ezeciam Ducem populi mei: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiui deprecationem tuam, vidi lachrymas tuas. Ecce ego sanabo te: die tertia ascendes in domum Domini. Et adijciã ad dies tuos quinque & decem annos: & de manu regis Assyriorum saluabo te, & ciuitatẽ hanc: & protegã super ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid seruum meum. Et ᶯ dixit: Capiant palatham ficorum, & ponant super vlcus: & sanabitur. Et dixit Ezecias ad Esaiam: Quod nam signum, quia sanabit me Dominus, & ascendam in domum Domini die tertia? Et dixit Esaias: Hoc signũ à Domino, quia faciet Dominus verbum, quod locutus est: Ibit vmbra decẽ gradus, ᶿ si reuertet decem gradus? Et dixit Ezecias: Leue vmbram declinare decẽ gradus. Nequaquam: sed reuertatur vmbra in ᶥ ascẽsionibus decem gradus retrorsum. Et clamauit Esaias propheta ad Dominũ: & reuertit vmbra in ᵏ ascensionibus in posteriora decẽ gradus. In tempore illo misit Merodach ^λ Baladan filius Baladan rex Babylonis libros, & ^μ Manaa ad Ezeciã: quoniam audiuerat, quia ægrotauit Ezecias. Et gauisus est super ijs Ezecias: & ostendit eis totam domum ipsius ^ν Nechotha, argentum, & aurum, aromata, & oleum bonum, & domum vasorum, & quæcumque inuenta sunt in thesauris suis. Non fuit verbum, quod non ostenderit eis Ezecias in domo sua, & in omni ^ξ potestate sua. Et intrauit Esaias propheta ad regem Ezeciam, & dixit ad eum: Quid locuti sunt viri isti? & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezecias: De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone. Et dixit: Quid viderũt in domo tua? Et dixit: Omnia, quæcumque in domo mea, viderunt: non fuit in domo mea, quod non ostenderim eis, sed & quæ in thesauris meis. Et dixit Esaias ad Ezeciam: Audi verbum Domini: Ecce dies veniunt: & tollentur omnia, quæ in domo tua, & quæcumque thesaurizauerunt patres tui vsque in diem hanc, in Babylonem: & non remanebit verbum: ^ο quod dixit Dominus: & filij tui, qui egredientur ex te, quos generabis, ^π capientur, & erunt ^ρ eunuchi in domo regis Babylonis. Et dixit Ezecias ad Esaiam: Bonum est verbũ Domini, quod locutus est: sit ^σ pax in diebus meis. Et reliqua verborum Ezeciæ, et omnis potentatus eius, et quæcumque fecit, fontem, et aquæductum, et introduxit aquam in ciuitatem, nonne hæc scripta in libro verborum dierum regibus Iuda? Et dormiuit Ezecias cum patribus ^τ suis. Et regnauit Manasses filius eius pro eo.

α Ad mortem.] *Propius locutioni hebraicæ, quam quod in Compl.* ἕως θανάτου *& in vulgata*, vsque ad mortem. β Domui tuæ.] *Item hoc: & sic vulgata. Nam Compl.* περὶ τοῦ οἴκου σου, de domo tua. γ Moreris.] *Alij,* ὅτι ἀποθνήσκεις, quoniam moreris. δ Conuertit.] *Potest vsitata locutione subintelligi se. In aliis autem additur,* τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, faciem suam. ε Quæcumque.] *Compl.* ὡς, quomodo, *vt vulgata.* ζ Pleno.] *Compl.* τελείᾳ, perfecto: *& sic vulgata.* η Dixit.] *Compl. addit* ἠσαΐας, Esaias. θ Si.] *Ita hebræus. Valet autem,* an, *idest, tua sit optio, vtrum velis ire vmbrã, an reuerti. Fiet enim quod malueris. Comp. planius,* ἢ, aut. ι In ascensionibus.] *Abest hoc ab aliis (sicut etiam à vulgata) qui tamen, vbi in nostra est,* βαθμοῖς, *ipsi habent* ἀναβαθμοῖς. κ In ascensionibus.] *Nonnulli habent,* ἐν τοῖς ἀριθμοῖς, in numeris. *Compl. autem* ἐν τοῖς ἀναβαθμοῖς ἀχὰζ, οἷς κατέβη, in gradibus Achaz, quibus descenderat: *quod satis respondet hebræo, & vulgatæ.* λ Baladan.] *Abest à Compl. sed non ab hebræo, neque à vulgata.* μ Manaa.] *Rursus Compl.* δῶρα, munera. ν Nechotha.] *Vulgata,* aromatum: *alii,* desiderabilem. ξ Potestate.] *Sic etiam vulgata: Compl. autem* θησαυρῷ αὐτοῦ, thesauro suo. ο Quod.] *Abest istud* ὃ, *a Compl. vt à vulg.* π Capientur.] λήψονται, *sic enim & alii nonnulli: aut* λημφθήσονται, *quod est in multis. Compl.* καὶ ἀπὸ τῶν υἱῶν σου τῶν ἐξελθόντων ἐκ σοῦ, οὓς ἐγέννησας, λήψονται, & de filiis tuis, qui exierint ex te, quos generaueris, tollent. ρ Eunuchi.] *Theodor. videtur quasi ex alia interpretatione habuisse,* καὶ ἀπὸ τοῦ γένους σου ποιήσουσι σπεύδοντας, & de genere tuo facient celeres, & sedulos: *vt intelligatur eunuchi nomen, quod habent lxx. non esse semper vitij nomen, sed officii, & sedulitatis.* σ Pax.] *Compl. addit,* καὶ δικαιοσύνη, *quod in vulgata,* & veritas. τ Suis.] *In aliis additur,* καὶ ἐτάφη ἐν πόλει δαυὶδ, & sepultus est in ciuitate Dauid, *quæ tamen absunt ab hebræo, & vulgata.*

CAP. XXI.

FILIVS duodecim annorum erat Manasses in regnando ipsum : & quinquaginta & quinque annos regnauit in Hierusalem : & nomen matri eius Apsiba. Et fecit malum in oculis Domini, iuxta abominationes gentium, quas sustulit Dominus a facie filiorum Israel. Et reuertit, & ædificauit excelsa, quæ diruerat Ezecias pater eius, & erexit altare Baal: & fecit lucos, sicut fecerat Achaab rex Israel: & adorauit omnem [α] virtutem cæli: & seruiuit eis. Et ædificauit altare in domo Domini, [β] quomodo dixit, in Hierusalem ponam nomẽ meũ. Et ædificauit [γ] altare omni virtuti cæli in duobus atrijs domus Domini: & traduxit filios suos in igni, & [δ] ariolabatur, & augurabatur, & fecit [ε] delubra, & [ζ] Gnostas multiplicauit, faciendo malum in oculis Domini ad irritandum eũ. Et posuit sculptile luci in domo, qua dixit Dominus ad Dauid, & ad Salomon filium eius: In domo hac, & in Hierusalem, quam elegi de omnibus tribubus Israel, [η] & ponam nomen meum in seculum: & non adijciam commouere pedem Israel de terra, quam dedi patribus eorũ: [θ] qui modo custodient omnia, quæcũque mandaui iuxta omne mandatũ, quod mandauit eis seruus meus Moyses. Et non audierunt, & decepit eos Manasses ad faciendum malũ in oculis Domini super gentes, quas deleuerat Dominus a facie filiorum Israel. Et locutus est Dominus in manu seruorum suorum prophetarum, dicens : Pro ijs, quæ fecit Manasses rex Iuda abominationes istas malas, ex omnibus, quæ fecerat Amorræus, [ι] qui ante, & peccare fecit etiam Iudam in idolis suis; [κ] non sic: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego porto mala super Hierusalẽ, & Iudã; ita vt omnis audiẽtis personaturæ sint ambæ aures eius. Et extendã super Hierusalẽ mensuram Samariæ, & pondus domus Achaab. Et extergam Hierusalẽ; sicut extergitur [λ] Alabastrum, quod abstergitur, & cõuertitur super faciẽ suam. Et expellam residuum hæreditatis meæ : & tradam eos in manus inimicorum suorum, & erunt in direptionem & in prædam omnibus inimicis suis; pro eo, quod fecerunt malum in oculis meis, & fuerunt irritãtes me à die, qua eduxi patres eorum ex Ægypto, & vsque in diem hanc. Etiam sanguinem innocentem effudit Manasses multum valde; quoadusque impleuit Hierusalem, os ad os, [μ] præter peccata sua, quibus peccare fecit Iudam ad faciendum malum in oculis Domini. Et reliqua verborum Manasse, & omnia quæcumque fecit, & peccatum eius, quod peccauit, nonne hæc scripta in libro verborum dierũ regibus Iuda? Et dormiuit Manasses cum patribus suis: & sepultus est in horto domus suæ, in horto Oza. Et regnauit Amos filius eius pro eo. Filius viginti & duorum annorum Amos in regnando ipsum: & duos annos regnauit in Hierusalem: & nomen matri eius Mesollam filia Arus de Ieteba. Et fecit malum in oculis Domini, sicut fecerat Manasses pater eius. Et ambulauit in omni via, qua ambulauerat pater eius: & seruiuit Idolis, quibus seruierat pater eius, & adorauit ea. Et dereliquit Dominum Deum patrum suorum : & non ambulauit in via Domini. Et coniurarunt pueri Amos aduersus eum: & interfecerũt regem in domo eius. Et percussit populus terræ omnes, qui coniurauerant super regem Amos : & regẽ fecit populus terræ Iosiam filium eius pro eo. Et reliqua verborũ Amos, quæcũque fecit, nõne ecce hæc scripta in libro verborum dierũ regibus Iuda? Et sepelierunt eũ in sepulchro eius in horto Ozà: & regnauit Iosias filius eius pro eo.

[α] Omnem

A α Omnem virtutem cæli.] *Compl.* πάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, omnem militiam cæli, *itemque Theodoretus, qui docet hoc modo appellari Solem, & Lunam, & stellas.* β Quomodo dixit.] ὡς εἶπε. *In aliquo libro additur* κύριος, Dominus. *Compl. & Theodoretus*, ἐν ᾧ εἶπεν, in qua dixit. *Vulgata supplens præpositionem, quę in hebræo subintelligitur*, de qua dixit Dominus. γ Altare.] *Compl. & Theodoretus*, θυσιαστήρια, altaria. δ Et ariolabatur, & augurabatur.] καὶ ἐκληδονίζετο, καὶ οἰωνίζετο. *Theodoretus*, κληδὼν, est obseruatio, quæ per verba, οἰωνισμὸς autem, quæ per aues. ε Delubra.] τεμένη. *Alij libri habent partim*, θελητὼ, *quod fortasse valet*, Pythonem, *quem admodum est in vulg. partim* στήλω, titulum, *aut*, statuam. *Theodoretus, & Compl.* ἐγγαστριμύθους, ventriloquos. ζ Gnostas.] *Theodoretus.* Ita puto vocatos esse, qui per iecur vaticinantur. *De hoc nomine alibi notatum est. Lucum autem, idest* ἄλσος *Theodoretus putauit esse Venerem.* η Et ponam.] *Illud, &, abest à Compl. vt à vulgata.* θ Qui modo custodient.] οἵ τινες φυλάξουσι. *Compl.* πλὴν ἐὰν φυλάξωνται, tantum si custodierint: *quomodo habet hebræus.* ι Ante.] *Compl. addit*, αὐτῷ, ante eum, *vt vulgata.* κ Non sic.] *Quasi dicat, non sic abibit, non impune feret: sed Compl. legit per interrogationem*, nonne sic hæc dicit Dominus? *Alibi similibus in locis solet habere* διατοῦτο, propterea, *vt hic vulgata.* λ Alabastrum.] *Compl.* τὸ πυξίον, pyxis. μ Præter peccata.] πλὴν ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν. *Ab aliquo libro abest illud*, ἀπὸ, *& est locutio vsitatior. Compl.* ἐκτὸς τῶν ἁμαρτιῶν, *eodem sensu.*

B

CAP. XXII.

FILIVS octo annorum Iosias in regnando ipsum: & triginta & vnum annum regnauit in Hierusalem: & nomen matri eius Iedia filia Edeia de Basuroth. Et fecit rectum in oculis Domini: & ambulauit in omni via patris sui: non recessit ad dexteram, & sinistram. Et factum est in octauo & decimo anno regis Iosiæ in mense octauo misit rex Sapphan filium Ezeliæ filij Mesollam scribam domus Domini, dicens: Ascende ad Chelciam sacerdotem ma- C gnum: & α signa argentum illatum in domo Domini, quod collegerūt custodes liminis a populo: & dent illud super manum facientium opera, qui præpositi sunt in domo Domini. Et dedit illud facientibus opera, qui in domo Domini ad fulciendum Bedec domus, fabris, & ædificatoribus, & cæmentarijs, & ad emendum ligna, & lapides excisos ad confirmādum Bedec domus. Verumtamen non supputabant eis argentum, quod dabatur eis: quoniam in fide ipsi faciunt. Et dixit Chelcias sacerdos magnus ad Sapphan scribam: Librum legis inueni in domo Domini. Et dedit Chelcias librum ad Sapphan: & legit illum. D Et β intrauit in domo Domini ad regem: & retulit regi verbum, & dixit: Conflauerunt serui tui argentum inuentum in domo Domini: & dederunt illud ad manum facientium opera præfectorum in domo Domini. Et dixit Sapphan scriba ad regem, dicens: Librum dedit mihi Chelcias sacerdos. Et legit illum Sapphan coram rege. Et factum est, vt audiuit rex verba libri legis; & discidit vestimenta sua. Et mandauit rex Chelciæ sacerdoti, & Achicam filio Sapphan, & Achobor filio Michææ, & Sapphan scribæ, & Asaiæ seruo regis, dicēs: Ite, exquirite Dominum pro me, & pro omni populo, & pro vniuerso Iuda, & de verbis libri inuenti huius: quoniam magna est ira Domini accensa in nobis, pro eo, quod non audiuerunt patres nostri verba libri huius ad faciendum iux- E ta omnia, quæ scripta sunt γ super nos. Et iuit Chelcias sacerdos & Achicam & Achobor, & Sapphan, & Asaias ad Oldam prophetissam δ matrem Sellem filij Thecuan filij Aras custodis vestium. Et ipsa habitabat in Hierusalem in Masenà. Et locuti sunt ad eam. Et dixit eis: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dicite viro, qui misit vos ad me: Hæc dicit Dominus: Ecce ego adduco mala super locum hunc, & super inhabitantes eum, omnia verba libri, quæ legit rex Iuda, pro eo quod dereliquerūt me, & adolebāt Dijs alijs: vt irritarēt me in operibus manuū suarū: & succēdetur indignatio mea in loco isto, & nō extinguetur. Et ad re-

gem Iuda, qui misit vos inquirere Dominum, hæc dicetis ad eum: Hæc dicit Dominus Deus Israel. ε Verba, quæ audisti, propterea quod perterritum est cor tuum, & confusus es a facie, ζ vt audisti, quæcumque locutus sum super locum istum, & super inhabitãtes eum, vt sint in perditionem, & in maledictionem, & discidisti vestimenta tua, & plorasti coram me; etiam ego audiui, dicit Dominus: η Non sic: Ecce ego addijcio te ad patres tuos; & colligeris in sepulchrum tuum in pace: & θ non aspicietur in oculis tuis, in omnibus malis, quæ ego ipse adduco super locum hunc.

α Signa.] *Compl.* χωνεύσατε, conflate. β Et intrauit in domo Domini ad regem.] *Alii,* καὶ εἰσήνεγκε πρὸς τὸν βασιλέα ἰωσίαν, & attulit ad regem Iosiam. *In Comp. additur,* Saphan, *sed mẽdose habet,* τῷ βασιλεῖ ἰωσίᾳ. *Illud* εἰσῆλθεν, *quod in nostra, respondet hebræo. Illa autem,* in domo Domini, *videri possunt aliunde huc irrepsisse.* γ Super nos.] καθ' ἡμῶν. *Apposite ad hebræum. Vulgata,* nobis. *Compl.* ἐν αὐτῷ, in eo. δ Matrem.] *Nonnulli,* γυναῖκα, vxorem, *vt vulgata.* ε Verba, quæ audisti, propterea quod perterritum.] *Sic fere hebræus. Lucifer de non parcendo, &c.* Verba mea, quæ audisti, & reueritus es à facie mea. *Compl. autem & Theodoretus planius.* ἀνθ' ὧν ἤκουσας τῶν λόγων μου, καὶ ἡπαλώθη. Propterea quod audisti verba mea, & perterritum est. ζ A facie.] *Iidem addunt,* μου, mea, *hebræus,* Domini. η Non sic.] *Abest istud à Theodoreto. Notatum est superiore capite de locutione hac.* θ Et non aspicietur in oculis tuis, in omnibus malis.] *Theodoretus, & Compl.* καὶ οὐκ ὄψονται οἱ ὀφθαλμοί σου πάντα τὰ κακά, & non videbunt oculi tui omnia mala. *Lucifer,* & videbunt oculi tui, *sed manifesto mendo.*

CAP. XXIII.

ET retulerunt regi verbum. Et misit rex, & congregauit ad se omnes seniores Iuda, & Hierusalem. Et ascendit rex in domum Domini, & omnis vir Iuda, & omnes habitantes in Hierusalem cum eo, & sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus a paruo, & vsque ad magnum. Et legit in auribus eorum omnia verba libri testamenti inuenti in domo Domini. Et stetit rex ad columnam: & disposuit testamentum coram Domino, eundi post Dominum, & custodiendi mandata eius, & testimonia eius, & iustificationes eius in omni corde, & in omni anima, erigendi verba testamenti huius scripta super librum hunc. Et stetit omnis populus in testamento. Et mandauit rex Chelciæ sacerdoti magno, & sacerdotibus * secundi ordinis, & custodibus liminis, educere e templo Domini omnia vasa facta Baal, & α lucui, & omni virtuti cæli: & combussit ea extra Hierusalem in β Sademoth Cedron: & eiecit puluerem eorum in Bæthel. Et combussit γ Chomarim, (quos dederant reges Iuda, & adolebant in excelsis, & in ciuitatibus Iuda, & quæ circa Hierusalem) & eos qui adolebant Baal & Soli, & Lunæ, & ipsis δ Mazuroth, & vniuersæ virtuti cæli. Et extraxit lucum e domo Domini extra Hierusalem in torrentem Cedron: & cõbussit eum in torrente Cedron, & comminuit in puluerem: & proiecit puluerẽ eius in sepulchrum filiorum populi. Et diruit domum ipsorum ε Cadesim, qui in domo Domini, vbi mulieres texebant illic Chettijm lucui. Et eduxit omnes sacerdotes e ciuitatibus Iuda: & contaminauit excelsa, vbi adolebant ibi sacerdotes, à Gæbal, & vsque Bersabee. Et diruit domum portarum, quæ iuxta ostium portæ Iesu principis η ciuitatis, ex ijs quæ a sinistris viri in θ porta ciuitatis: verumtamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Hierusalem: ι quoniam tantum comedebant azyma in medio fratrũ suorum. Et contaminauit ipsum κ Taphet, qui in valle filij Ennom, ad λ traducendum virum filium suum, & virum filiam suam ipsi Moloch in igni. Et

combussit

A combuſsit equos, quos dederant reges Iuda Soli in introitu domus Domini, in Gazophylacium Nathan [u] regis Eunuchi in [x] Pharurin. Et currum Solis combuſsit igni, & altaria, quæ ſuper ſolarium cænaculi Achaz, quæ fecerant reges Iuda. Et altaria, quæ fecerat Manaſſes in duobus atrijs domus Domini, diruit rex, & demolitus eſt inde: & proiecit puluerem eorum in torrentem Cedron. Et domum, quæ ad faciem Hieruſalem, quæ a dextris montis Moſtath, quam ædificauerat Salomon rex Iſrael Aſtartæ offendiculo Sidoniorum, & Chamos offendiculo Moab, & Moloch abominationi filiorum Ammon, cōtaminauit rex. Et contriuit ſtatuas: & exterminauit lucos, & impleuit loca eorum oſsibus hominum. Etiam altare, quod in Bæthel, excelſum, quod fecerat Hieroboam filius Nabat, qui peccare fecit Iſrael, etiam altare illud excelſum demolitus eſt, & contriuit lapides eius, & comminuit in puluerem, & combuſsit lucum. Et vertit ſe Ioſias, & vidit ſepulchra, quæ ibi in [ξ] ciuitate, & miſit, & tulit oſſa è ſepulchris, & combuſsit ſuper altare, & contaminauit illud iuxta verbum Domini, quod locutus eſt homo Dei in ſtando Hieroboā in feſtiuitate ad altare. Et conuerſus leuauit oculos ſuos ad ſepulchrum hominis Dei, qui locutus fuerat verba hæc. Et dixit: Quid [•] ſcopulus ille, quem ego video? Et dixerunt ei viri ciuitatis: Homo Dei, qui venit e Iuda, & inuocauit verba hæc, quæ inuocauit ſuper altare Bæthel. Et dixit: Sinite eum. Vir non moueant oſſa eius. Et ſaluata ſunt oſſa eius, cum oſsibus prophetæ, qui venerat e Samaria. Etiam omnes domos excelſorum, quæ in ciuitatibus Samariæ, quas fecerant reges Iſrael, ad irritandum Dominum, amouit Ioſias: & fecit in eis omnia opera, quæ fecerat in Bæthel. Et immolauit omnes ſacerdotes excelſorum, qui erant ibi, ſuper altaria: & combuſsit oſſa hominum ſuper ea. Et reuerſus eſt in Hieruſalem: & mandauit rex omni populo, dicens: Facite Paſcha Domino Deo noſtro: ſicut ſcriptum eſt ſuper librum teſtamenti huius. Quoniam non fuit factum [π] Paſcha hoc a diebus Iudicum, qui iudicabant Iſrael, & omnibus diebus regum Iſrael, & regum Iuda. Sed tantum octauo & decimo anno regis Ioſiæ factum eſt Paſcha Domino in Hieruſalem. Etiam [ρ] Theletas, & cognitores, & Theraphin, & idola, & omnia offendicula, quæ fuerunt in terra Iuda, & in Hieruſalem, ſuſtulit Ioſias, vt firmaret verba legis ſcripta ſuper librum, quem inuenit Chelcias ſacerdos in domo Domini. Similis ei non fuit ante eum rex: qui reuertit ad Dominum in toto corde ſuo, & in tota anima ſua, & in tota fortitudine ſua ſecundum omnem legem Moyſi. Et poſt eum non ſurrexit ſimilis ei. Verumtamen non eſt auerſus Dominus à furore iræ ſuæ magnæ, quo indignatus eſt ira ſua in Iuda ſuper irritationes, quibus irritauit eum Manaſſes. Et dixit Dominus: Etiam Iudam remouebo à facie mea, ſicut remoui Iſrael: & abijciam ciuitatem hanc, quam elegeram, ipſam Hieruſalem, & domum, [•] qua dixi: Erit nomen meum ibi. Et reliqua verborum Ioſiæ, & omnia, quæ fecit, nonne hæc ſcripta in libro verborum dierum regibus Iuda? In diebus autem eius aſcendit Pharao Nechao rex Ægypti ſuper regem Aſſyriorum ſuper flumen Euphratem. Et iuit Ioſias in occurſum eius. Et interfecit eum Nechao in Mageddo, in videndo eum. Et reportarunt eum pueri eius mortuum in Mageddo, & adduxerunt eum in Hieruſalem, & ſepelierunt eum in ſepulchro [τ] eius. Et ſumpſit populus terræ Ioachaz filium

filium Iosiæ,& vnxerunt eum,& regem fecerunt eum pro patre eius. Filius viginti & trium annorum erat Ioachaz in regnando ipsum; & tres menses regnauit in Hierusalem: & nomen matri eius Amital filia Hieremiæ de Lobna. Et fecit malum in oculis Domini secundum omnia, quæcumque fecerant patres eius. Et transtulit eum Pharao Nechao in Rablaam in terra Æmath, vt non regnaret in Hierusalem: & dedit mulctam super terram centum talenta argenti,& ᵛ centum talenta auri. Et regem fecit Pharao Nechao super eos Eliacim filium Iosiæ regis Iuda, pro Iosia patre eius: & conuertit nomen eius Ioacim. Et ipsum Ioachaz cepit,& adduxit in Ægyptum: & mortuus est ibi. Et argentum,& aurum dedit Ioacim Pharaoni. Verumtamen æstimari fecit terram ad dandum argentum ᵠ super os Pharaonis. Vir secundum æstimationem suam dabant argentum,& aurum cum populo terræ, ad dandum Pharaoni Nechao. Filius viginti & quinque annorum Ioacim in regnando ipsum: & vndecim annos regnauit in Hierusalem: & nomen matri eius Iedaph filia Phadail de Rhuma. Et fecit malum in oculis Domini iuxta omnia, quæcumque fecerant patres eius.

* Secundi ordinis.] τῆς δευτερώσεως. *Compl.* τοῖς δευτερεύουσι, *& Lucifer*, secūdarijs,& custodiētibus Ephod. α Lucui.] *Rursus notat Theodoretus*, τὸ ἄλσος, *esse Astartem,& Venerem, & ab alijs interpretibus dictum* Astaroth. β Sademoth.] *Significat*, campestribus, *aut*, conualle, *vt vulgata.* γ Chomarim.] *Compl.* τοὺς ἱερεῖς, sacerdotes, *quod est interpretatio illius: quamuis proprie significet sacrificulos. Vulgata*, aruspices. δ Mazuroth.] *Compl. propius ad hebræum*, τοῖς μαζαλὼθ, Mazaloth. *Interpretantur*, influentiis, *aut* syderibus. *Vulgata*, duodecim signis. *Theodoretus habuit*, τῷ μαζουρὼθ, ipsi Mazuroth, *& ita scribit.* Illud autem, μαζουρὼθ, puto esse nomen syderis,& conijcio Luciferum ita nominari. *Sed in hebræo est numerus multitudinis.* ε Cadesim.] *Theodoretus.* Per homonymiam ipsos dæmones vocabant sanctos. Cades enim exponitur sanctum. Aquila autem illud Cadesim ita est interpretatus, οὗ ἐποίουν ἐνδύματα τοῖς ἐκπορνεύουσιν ἀπὸ κυρίου, vbi faciebant indumenta ijs, qui exfornicabantur a Domino. *Vulgata*, effæminatorum. *De hac dictione alibi dictum est. Videatur 2. Paralip. c. 35.* ζ Chettijm.] *Est vestigium dictionis hebraicæ, in qua similitudo litterarum aliquam mutationem fecit. Significat autem*, domunculas, *vt vulgata. Compl. autē, & Theodoretus habent* στολὰς, stolas. *Lucifer*, quorum mulieres officiabantur ibi ad stolas. η Ciuitatis ex ijs, quæ a sinistris.] *Alii*, τῆς πύλης τῆς ἐξ ἀριστερῶν, portæ ex ijs, quæ a sinistris. *Sed Compl.* τῆς πόλεως τοῦ ὄντα ἐξ ἀριστερῶν, ciuitatis, quæ domus erat a sinistris, *& respondet hebræo.* θ In porta.] *Sic hebræus. In Compl. autem planius*, ἀνδρὸς εἰσπορευομένου τὴν πύλην τῆς πόλεως, viri ingredientis portam ciuitatis. ι Quoniam tantum.] *Hoc visum est hoc loco significare*, ὅτι εἰμὴ, *& vulgata*, sed tantum. *A Compl. autem, & Theodoreto abest illud* ὅτι, *& interpretantur*, nisi comederent, *aut*, nisi, vt comederent. κ Tapheth.] *Theodoretus.* In hebraicorum nominum interpretatione inueni significare nomen hoc πτῶσιν, casum,& ruinam. Locus autem erat hic, in quo traducebant in igni pueros ipsi Moloch. Ammanitarum autem erat hoc idolum. λ Ad traducendum.] τοῦ διαγαγεῖν. *In vno exemplari Theodoreti videtur poni tanquam ex lxx.* τοῦ μὴ διάγειν ἄνδρα τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ ἐν πυρὶ τῷ μολὼχ, vt non traduceret vir filium suum,& filiam suam in igne ipsi Moloch: *quomodo habet* Compl. *& satis respondet hebræo. Sed in Scholio.* Septuaginta, καὶ ἐμίανε τὸ θοφὲθ τὸ ἐν φάραγγι υἱοῦ ἐννὸμ, τοῦ διάγειν ἄνδρα τὸν υἱὸν αὐτοῦ, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ διὰ πυρὸς τῷ μολὼχ. Symmachus. καὶ ἐμόλυναν τὸ ταφὲθ τὸ ἐν τῇ φάραγγι υἱοῦ ἐννὸμ, ὥστε μὴ διαφέρειν. & quæ sequuntur similiter. *Interpretationes re ipsa parum discrepant. Nam illi vtebantur Tapheth, ad traducendum. Ezecias inquinauit, vt non traducerent.* μ Regis Eunuchi.] *Hoc eodem loco est in hebræo vocabulum* Melech, *quod huic respondet: & in vulgata*, Nathammelech eunuchi. *Compl. autem transponit*, νάθαν εὐνούχου βασιλέως, Nathan eunuchi regis. ν Pharurim.] *Theodoretus:* Illud, φαρουρὶ, Symmachus est interpretatus. τοῦ φρουρίῳ, (*al.* φρουρᾶς,) præsidio, munitione. ξ In ciuitate.] *Compl.* ἐν τῷ ὄρει, in monte, *vt vulgata, & Lucifer.* ο Scopulus.] *Hinc vsque ad illud.* Etiam omnes, *eodem modo recitantur in Scholio, & quantum coniici potest, ex lxx. Tantummodo pro* ἄφετε αὐτὸν, *habet*, ἄφες αὐτῷ, dimitte ei, *& pro*, κινησάτωσαν, κινησάτω, moueat, *& pro* ἐρρύσθησαν, ἐρρέθησαν, inuenta sunt. *Compl. autem hanc insignē varietatē habet, pro*, ὁ ἄνθρωπος τοῦ θεοῦ, &c. ἐστὶ ὁ τάφος τοῦ ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ ἐληλυθότος ἐκ τοῦ ἰούδα, καὶ λελαληκότος πάντας τοὺς λόγους, οὓς ἐποίησας νῦν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ ἐν βαιθὴλ, *quæ in vulgata*, Sepulchrum est hominis Dei, qui venit de Iuda, & prædixit verba hæc, quæ fecisti super altare Bæthel. *Videntur etiam agnosci à Theodoreto.* π Pascha.] *Compl.* κατὰ τὸ πάσχα τοῦτο, iuxta Pascha hoc. *Vulgata*, Phase tale. ρ Theletas, & cognitores.] τοὺς θελητὰς καὶ τοὺς γνωριστάς. *Sed alii habent*, γνώστας, *itemque 2. Paralip. 35. de qua dictione dictum est supra. Rursus autem Compl. pro*, θελητὰς, *habet*, τοὺς ἐγγαστριμύθους, ventriloquos. σ Qua.] *Vsitatus hebraismus pro*, de qua, *vt vulgata. Compl.* εἰς ὃν, in qua. τ Eius.] *Compl. & alii addunt*, ἐν πόλει δαυίδ, in ciuitate Dauid, *quæ absunt ab hebræo, & vulgata.* υ Centum.] *In vno exemplari, & in Compl. est* δέκα, decem. φ Super os.] *Sic hebræus, quod vulgata*, iuxta præceptum.

CAP.

CAP. XXIV.

A

IN diebus eius ascẽdit Nabuchodonosor rex Babylonis. Et factus est ei Ioacim seruus tribus annis. Et reuertit, & rebellauit in eo. Et misit Dominus ei accinctos Chaldæorũ, & accinctos Syriæ, & accinctos Moab, & accinctos filiorum Ammon: & emisit eos in terram Iuda α ad præualendum iuxta verbum Domini, quod locutus est in manu seruorum suorum prophetarum. Verum β super indignationem Domini fuit in Iuda, ad remouendum eum à facie sua, in γ peccatis Manasse iuxta omnia, quæcumque fecerat: δ etiam sanguinem innocentem effuderat: & impleuerat Hierusalem sanguine innoxio. Et noluit Dominus propitiari. Et reliqua verborum Ioacim, & omnia, quæcumque fecit, nonne ecce hæc scripta in libro verborum dierum regibus Iuda? Et dormiuit Ioacim cum patribus suis. Et regnauit Ioachim filius eius pro eo. Et non adiecit vltra rex Ægypti exire de terra sua; quoniam cepit rex Babylonis a torrente Ægypti vsque ad flumen Euphratem, omnia, quæcumque erant regis Aegypti. Filius octo & decem annorum Ioachim in regnãdo ipsum: & tres menses regnauit in Hierusalem, & nomen matri eius Nestha filia Ellanastham de Hierusalem. Et fecit malum in oculis Domini, iuxta omnia, quæcumque fecerat pater eius. In tempore illo ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis in Hierusalem: & venit ciuitas in clausuram. ε Et intrauit Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatem, & pueri eius obsidebant super eam. Et egressus est Ioachim rex Iuda super regem Babylonis, ipse, & pueri eius, & mater eius, & principes eius, & eunuchi eius. Et cepit eũ rex Babylonis in octauo anno regni sui: & exportauit inde omnes thesauros domus Domini, & thesauros domus regis: & cõcidit omnia vasa aurea, quæ fecerat Salomon rex Israel in tẽplo Domini, iuxta verbum Domini. Et transtulit ipsam Hierusalem, & omnes principes, & potentes fortitudine, ζ captiuitatis decem millia captiuans, & omnem fabrum & inclusorem: & non remansit, nisi mendici terræ. Et transtulit ipsum Ioachim in Babylonẽ, & matrem regis, & vxores regis, & eunuchos eius: & fortes terræ abduxit in demigrationem e Hierusalem in Babylonem: & omnes viros virtutis, septem mille, & fabrum, & inclusorem, mille: omnes potentes facientes bellum. Et duxit eos rex Babylonis transmigrationem in Babylonem. Et regem fecit rex Babylonis ipsum η Batthaniam filium eius pro eo, & imposuit nomen eius, Sedecia. Filius viginti & vnius annorum Sedecias in regnando ipsum: & vndecim annos regnauit in Hierusalem: & nomen matri eius Amital filia Hieremiæ. Et fecit malum in cõspectu Domini, iuxta omnia quæ fecerat Ioacim. Quoniam super indignationem Domini erat in Hierusalem, & in Iuda; quoadusque abiecit eos a facie sua. Et rebellauit Sedecias in rege Babylonis.

α Ad præualendum.] τοῦ κατισχῦσαι. *Compl.* τοῦ ἀπολέσαι αὐτόν, *quod vulgata*, vt disperderent eum. *Conferantur cum his ea, quæ habentur in extremo cap. 2. Paral.* β Super indignationem.] *Locutio respondet hebræo: sed in illo est*, super os. *Vtroque autem modo idem significatur, nimirum euenisse hoc per verbum, & per indignationem Domini aduersus Iudam, vt amoueret eum, &c.* Compl. *autem* πλὴν θυμὸς κυρίου ἦν ἐπὶ τὸν ἰούδαν τοῦ ἀποστῆσαι αὐτ, verum furor Domini fuit super Iudam ad remouendum eum. *In extremo tamen capite habet eodem modo ac nostra.* γ In peccatis.] *Hoc etiam ex hebræo. Compl. autem planius*, διὰ πάσας τὰς ἁμαρτίας, propter omnia peccata. *Sed illud*, omnia, *abest etiam a vulgata*. δ Etiam sanguinem innocentem effuderat.]

derat.] *Compl.* καὶ ἐν τῷ αἵματι τῷ ἀθώῳ, ὃ ἐξέχεεν, & in ſanguine innocente, quem effudit. [ε] Intrauit.] εἰσῆλθεν. *Compl.* ἦλθεν, venit, *vt vulgata.* [ζ] Captiuitatis decem millia captiuans.] *Ideſt, abducens captiuos decem mille. Sed in aliquo libro eſt,* αἰχμαλωσίαν δεκαχιλιάδας, *quod in vulgata eſt,* decem millia in captiuitatem. *In Compl. autem* δέκα χιλιάδας αἰχμαλωσίας, decem millia captiuitatis. [η] Batthaniam filium eius.] *Compl.* τὸν ματθανίαν ἀδελφὸν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, *quod in vulgata*, Mathathiam patruum eius: *quæ lectio videtur agnoſci a Theodoreto in cap. 1. huius quarti, vt ibi notatum eſt.*

CAP. XXV.

ET factum eſt in anno nono regni eius in menſe [α] decimo, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis virtus eius ſuper Hieruſalem. Et caſtrametatus eſt ſuper eam, & ædificauit ſuper eã circummurale in circuitu. Et venit ciuitas in clauſuram vſque ad vndecimum annum regis Sedeciæ nona menſis. Et inualuit fames in ciuitate: & non erant panes populo terræ. Et ſciſſa eſt ciuitas: & omnes viri belli exierunt nocte viam portæ, quæ inter muros (hæc eſt horti regis) & Chaldæi ſuper ciuitatem in circuitu. Et iuit viam [β] Araba: & perſequuta eſt virtus Chaldæorum poſt regem: & cepit eum in Araboth Hiericho: & omnis virtus eius diſperſa eſt deſuper eo. Et ceperũt regem, & duxerunt eum ad regem Babylonis in [γ] Rheblatha. Et locutus eſt cum eo iudicium: & filios Sedeciæ iugulauit ante oculos eius: & oculos Sedeciæ excæcauit: & ligauit eum in compedibus, & duxit in Babylonem. Et in menſe quinto ſeptima menſis (ipſe annus nonus & decimus Nabuchodonoſor regi Babylonis) venit Nabuzardam [δ] princeps coquorum ſtans coram rege Babylonis, in Hieruſalem: & incendit domum Domini, & domum regis, & omnes domos Hieruſalẽ, & omnem [ε] domum incendit princeps coquorum. Et murum Hieruſalem in circuitu diruit virtus Chaldæorum. Et reſiduum populi, quod remanſerat in ciuitate, & [ζ] eos, qui procubuerant, qui delapſi erant ad regem Babylonis, & reliquum [η] firmamenti tranſtulit Nabuzardam princeps coquorum. Et de mendicis terræ reliquit princeps coquorum in vinitores, & in [θ] Gabin. Et columnas æneas, quæ in domo Domini, & ipſas [ι] Mechonoth, & mare æneum, quod in domo Domini, contriuerunt Chaldæi: & tulerunt æs eorum in Babylonem. Et lebetes, & [κ] Iamin, & phialas, & mortariola, & omnia vaſa ænea, in quibus miniſtrant in eis, cepit: & thuribula, & phialas aureas, & argenteas cepit princeps coquorum, columnas duas, & mare vnum, & Mechonoth, quas fecerat Salomon domui Domini. Non erat põdus æris omnium vaſorum: octo & decem cubitorum altitudo columnæ vnius, & [λ] Chothar ſuper eam æneum: & altitudo ipſius Chothar trium cubitorum; [μ] Sabachà, & mala punica ſuper Chothar in circuitu, omnia ænea: & iuxta hæc columnæ ſecundæ ſuper Sabachà. Et tulit princeps coquorum Saræam ſacerdotem primũ, & Sophoniam [ν] filium ſecundi ordinis, & tres, qui cuſtodiebant limen. Et de ciuitate tulerunt eunuchum vnum, qui erat præfectus virorum bellatorum, & quinque viros ex ijs, qui videbant faciem regis, inuentos in ciuitate, & ſcribam principis virtutis, qui ordinabat populum terræ, & ſexaginta viros de populo terræ inuentos in ciuitate. Et cepit eos Nabuzardam princeps coquorum: & duxit eos ad regem Babylonis in Rheblatha. Et percuſſit eos rex Babylonis, & interfecit eos in Rheblatha in terra Aemath. Et tranſlatus eſt Iudas deſuper terra ſua. Et [ξ] populus relictus in terra Iuda, quos reliquit Nabuchodonoſor rex

Babylo-

A Babylonis; & constituit super eos Godoliam filium Achicham ⁿ filium Saphan. Et audierunt omnes principes virtutis, ipsi, & viri eorum, quia constituit rex Babylonis Godoliam: & venerunt ad Godoliam in Massephat, & Ismael filius Nathaniæ, & Iona filius Careth, & Saræas filius Thanamuth Netophathites, & Iezonias filius Machuthi, ipsi, & viri eorum. Et iurauit Godolias eis, & viris eorum: & dixit eis: Ne timeatis ᵖ transitum Chaldæorum: Sedete in terra, & seruite regi Babylonis: & bene erit vobis. Et factum est, in septimo mense venit Ismael filius Nathaniæ filij Elisama de semine regum, & decem viri cum eo, & percussit Godoliam (& mortuus est) & Iudæos, & Chaldæos, qui erant cum eo in Massephà. Et surrexit omnis populus a paruo vsque ad magnum, & principes

B virtutum, & intrarunt in Aegyptum, quoniam timuerunt a facie Chaldæorum. Et factum est in trigesimo & septimo anno transmigrationis Ioachim regis Iuda in duodecimo mense, septima & vigesima mensis, exaltauit Euialmarodec rex Babylonis in anno regni sui caput Ioachim regis Iuda: & eduxit eum e domo custodiæ eius: & locutus est cum eo bona: & dedit thronum eius super thronos regum, qui cum ipso in Babylone: & mutauit vestiměta custodiæ eius. Et comedebat panem semper in conspectu eius omnibus diebus vitæ suæ. Et demensum eius, demensum perpetuo dabatur ei è domo regis ᵠ verbum diei

C in die suo, omnibus diebus vitæ eius.

α Decimo.] *In Compl. additur,* ἑνδεκάτῃ τοῦ μηνὸς, vndecima mensis. *Sed in aliis,* ἐν δεκάτῃ, in decima: *& sic vulgata.* β Araba.] *Compl.* τὴν ἐπὶ δυσμὰς, quæ ad occasum, *aut,* quæ ad campestrè: *de qua re alibi dictum est. eadem varietas est paulo post in dictione Araboth.* γ Reblatha.] *Sic fere vulgata. Alii* εἰς Δεβλαθὰ, in Deblathà, *& ita in sequentibus, & 2. Par. 36.* δ Princeps coquorum.] ὁ ἀρχιμάγειρος, *de qua dictione alibi est notatum. Vocabulum hebræum vulgata interpretatur,* princeps exercitus, *alii,* magister laniorũ, *alii,* magister homicidarum. ε Domum.] *In aliis additur* μέγαν, magnam: *quod est in hebræo, sed non in vulgata.* ζ Et eos qui procubuerant, qui delapsi erant.] *Sic hebræus: & vulgata interpretatur,* profugos, qui transfugerant. *Compl.* τοὺς προσκεχωρηκότας τῷ βασιλεῖ, qui cesserant regi. η Firmamenti.] *Compl.* τοῦ λαοῦ, populi. θ Gabin.] *Compl.* γεωργοὺς, agricolas, *vt vulgata: & est interpretatio illius.* ι Mechonoth.] *Compl.* τὰς βάσεις, bases, *vt vulgata. De hoc vocabulo alibi dictum.* κ Iamin.] *Compl.* τὰς κρεάγρας, fuscinulas. *Dictionem hebræam, cuius nostra vestigium est, alii vertunt,* scopas, *vulgata,* trullas. λ Chothar.] *Compl.* τὰ ἐπιθέματα, additamenta, ornamenta. *Vulgata,* capitellum. μ Sabacha.] *Compl.* καὶ δίκτυον, & retiaculum, *vt vulgata.* ν Filium secundi ordinis.] *Compl.* τὸν ἱερέα τὸν δεύτερον, sacerdotem secundum, *vt vulgata.* ξ Et populus relictus.] *Compl.* καὶ ἐπὶ τὸν λαὸν τὸν καταλειφθέντα, & super populum, qui remanserat. ο Filium.] *Compl.* υἱοῦ, filij: *quæ varietas alibi notata est.* π Transitum Chaldæorum.] πάροδον. *Compl.* ἀπὸ τῶν χαλδαίων, a Chaldæis. *Sed hebræus,* a seruis Chaldæorum, *& vulg.* seruire Chaldæis. ρ Verbum diei in die suo.] *Sic hebræus, idest portionem quotidianam singulo quoque die. Compl. autem* ἐν ἡμέραις αὐτοῦ in diebus eius.

PARALIPOMENON LIBER PRIMVS.

CAP. I.

ADAM, Seth, Enos, & Cainan, Malelecl, Iared, Enoch, Mathusala, Lamech, Noe. [a] Filij Noe, Sem, Cham, Iapheth. Filij Iapheth, Gamer, Magog, Madaim, Ioyam, [b] Elisà, Thobel, Mosoc, & Thiras. Et filij Gamer, Aschanaz, & Riphath, & Thorgama. Et filij Ioyan, [c] Elisà, & Tharsis, Citij, & [d] Rhodij. Et filij Cham, Chus, & Mesraim, Phud, & Chanaan. Et filij Chus, Saba, & Euilà, & Sabatha, & Regma, & Sebethacha. Et filij Regma, Saba, & Dadan. Et Chus genuit Nebrod. Hic cepit esse gigas, [e] venator super terram. [f] Filij Sem, Ælam, & Assur, & Arphaxad, Sala, Eber, Phaleg, Ragan, Seruch, Nachor, Tharra, [g] Abraham. Filij autem Abraham, Isaac, & Ismael. Hæ autem generationes eorum. Primogenitus Ismael, Nabæoth, & Cedar, Nabdeel, Massam, Masma, Iduma, Masse, Chondam, Thæman, Iettur, Naphes, Cedma. Hi filij Ismael. Et filij Chetturæ concubinæ Abraham. Et genuit ei Zembram, Iexan, Madiam, Madam, Sobae, Soe. Et filij Iexan, [h] Dædan, & Sabai. Et filij Madiam, Gephar, & Opher, & Enoch, & Abidà, & Eldada. Omnes hi filij Chetturæ. Et genuit Abraham Isaac. Filij Isaac, Iacob, & Esau. Et filij Esau, Eliphaz, & Raguel, & Ieul, & Ieglom, & Core. Filij Eliphaz, Thæman, & Omar, Sophar, & Gootham, & Cenez, & Thamna, & Amalec. Et filij Raguel, Naches, Zare, Some, & Mozè. Filij Seir, Lotan, Sobal, Sebegon, Ana, Deson, Osar, & Disan. Et filij Lotan, Chorrì, & Æman: Soror autem Lotan Thamna. Filij Sobal, Alon, Machanath, Tæbel, Sophi, & Onan. Filij autem Sebegon, Æth, & Sonan. Filij autem Dæson, Emeron, & Asebon, & Iethram, & Charran. Et filij Osar, Balaam, & Zucam, & Acan. Filij Disan, Os, & Aran. Et hi [i] reges eorum. Balac filius Beor: & nomen ciuitati eius Dennaba. Et mortuus est Balac: & regnauit pro eo Iobab filius Zara de Bosorra. Et mortuus est Iobab: & regnauit pro eo Asom de terra Thæmanon. Et mortuus est Asom, & regnauit pro eo Adad filius Barad, qui percussit Madiam in campo Moab: & nomen ciuitati eius Gethæm. Et mortuus est Sebla: & regnauit pro eo Saul de Rooboth, quæ trans flumen. Et mortuus est Saul: & regnauit pro eo Balaennor filius Achobor. Et mortuus est Balaennor: & regnauit pro eo [k] Adad filius Barad: & nomen ciuitati eius [λ] Phogor. Duces Edom, Dux Thamna, Dux Goladà, Dux Iether, Dux Elibamas, Dux

Elas:

A Elas, Dux Phinon, Dux Cenez, Dux Thæman, Dux Babſar, Dux Magediel, Dux μ Zaphoin. Hi duces Edom.

α Filij Noe.] *Abeſt hoc ab aliis, & a vulgata.* β Eliſà.] *Abeſt a Compl. & vulgata.* γ Eliſà.] *Sic etiam vulgata. In aliquo impreſſo* ἐλιδὰ, Helidà. δ Rhodij.] *In aliis,* δωδανείμ, Dodanim, *vt vulgata. Verum tot ſunt in huiuſmodi nominibus varietates, vt lectori ſua ſit præſtanda diligentia in conferendis codicibus, non omnia à nobis expectanda. Quàm autem codices tempore etiam S. Hieronymi vitioſi fuerint, ſatis ipſe locuples teſtis eſt in epiſt. ad Domnonem, & Rogatianum. In commentariis græcis nomina aliquanto propius accedunt ad hebræum: eoſque videntur ſequuti* Complutenſes. ε Venator.] *Abeſt a Compl. ac fortaſſe, gigas, &* venator, *ſunt duæ interpretationes eiuſdem dictionis. Vulgata*, cepit eſſe potens in terra. *Poſt quæ in aliis libris hæc ſequuntur,* Et Meſraim genuit ipſos Ludijm, & Ænomijm & Labijm, & Nephoſeim, & Phatheroim, & Petroſonijm (*pro his duobus in Compl. eſt tantum,* τοὺς φετρουσίμ, *& vulgata,* Phetruſim) & Chaſloim, vnde exierunt inde Phyliſtijm, & Caphthoriim. Et Chanan genuit Sidona primogenitum ſuum, & B Chettæum, & Iebuſæum, & Amorræum, & Gergeſæum, & Euæum, & Arocæum, & Eſennæum, (*Compl. addit,* & Amadi, & Samaræum) & Amathi. Et filij Sem, Ællã, & Aſſur, & Arphaxad, & Lud, & Aram (*in aliquo libro additur,* & filij Aram. *quod tamen abeſt ab aliis, & à vulgata*) Vz, & Vl, & Gether, & Moſoch. Et Arphaxad, & Lud, & Aram, Caina genuit ipſum Cainan. Et genuit Sala (*pro iſtis,* & Lud, & Aram, Caina, &c. *in vno vetuſto, & in Compl eſt,* genuit ipſum Cainan. Et Cainam genuit Sala. *Vulgata autem habet tantum,* Arphaxat autem genuit Sale.) Et Sala genuit Eber. Et ipſi Eber fuerunt duo filij: nomen vni Phaleg, quoniam in diebus eius diuiſa eſt terra: & nomen fratri eius Iectam. Genuit (*Compl.* Iectam autem genuit, *vt vulgata*) Elmodad, & Saleph, & Atermoth, & Iader, & Idram, & Vzal, & Decla, & Gamaal, & Abimeel, & Saba, & Vphir, & Euilat, & Ioab. Omnes iſti filij Iectam. ζ Filij Sem, Ælam, & Aſſur, & Arphaxad.] *In Compl. & vulgata tantum eſt,* Sem, Arphaxad. η Abraam.] *Alii* Abram. Ipſe Abraã. θ Dædam, & Sabai.] *Compl. & vulgata,* Saba, & Dadan. *In multis autem libris hæc ſubiunguntur,* Et filij Dædan, Raguel, & Nabdeel, & Aſſuelim, & Latæſil, & Loomiim, quinque. ι Reges eorum.] *Alii* reges, qui regnauerunt in Edom (*aut,* in terra Edom) antequam regnauit rex in filijs Iſrael: *quomodo fere* C *vulgata.* κ Adad filius Barad.] *Alii partim habent,* Adad, Barad, *partim ſolum,* Adad, *& ſic vulgata.* λ Phogor, Duces.] *Alii,* Phogor: & nomen vxori eius Metabel filia Mezaab (*Compl. autem,* filia Matreth filia Mezaab: *vbi,* filia, *ſecundo loco valet,* filiæ, *vt in vulgata: idque alibi notatum.*) Et mortuus eſt Adad. Et facti ſunt Duces, &c. μ Zaphoin.] *In nonnullis libris eſt,* Heram, *aut* Eram, *vt Compl. vulg.* Hyrã.

CAP. II.

HÆC α nomina filiorum Iſrael: Ruben, Symeon, Leui, Iuda, Iſſachar, Zabulon, Dan, Ioſeph, Beniamin, Nephthali, Gad, Aſer. Filij Iuda, Er, Aynan, Selom: tres nati ſunt ei ex filia Sauæ Chananitide. Et fuit Er primogenitus Iuda malus ante Dominum: et occidit eum. Et Thamar nurus eius peperit ei Phares, et Zara. Omnes filij Iuda, quinque. Filij Phares, Eſrom, et D Iemuel. Et filij Zara, Zambri, et Aetham, & Aemuam, & Calchal, et Darad, omnes quinque. Filij Charmi, Achar β impeditor Iſrael, qui præuaricatus eſt in anathema. Et filij Aetham, Azarias. Et filij Eſrom, qui nati ſunt ei, Ieramael, et γ Aram, et Caleb. Et Aram genuit Aminadab: et Aminadab genuit Naaſſon, principem domus Iuda. Et Naaſſon genuit Salmon. Et Salmon genuit Booz. Et Booz genuit Obed. Et Obed genuit Ieſſæ. Et Ieſſæ genuit primogenitum ſuum Eliab: Aminadab, ſecundus: Samaa, tertius: Nathanael, quartus: δ Zabdai, quintus: Aſam, ſextus: Dauid, ſeptimus. Et ſoror eorum Saruia, & Abigæa. Et filij Saruiæ Abiſa, & Ioab, & Aſael tres. Et Abigæa genuit Ameſſalo, & pater Ameſſalo Iothor Iſmaelita. Et Chaleb filius Eſron accepit Gazubà vxorem, & E Ierioth. Et hi filij eius, Iaſar, & Subab, & Ardon. Et mortua eſt Gazubà: & accepit ſibi Chaleb ipſam Ephrath: & peperit ei Or. Et Or genuit Vri. Et Vri genuit Beſeleel. Et poſt hæc intrauit Eſrom ad filiam Machir patris Galaad: & ipſe accepit eam: & ipſe ſexaginta ε quinque annorum erat. Et peperit ei Seruch. Et Seruch genuit Iair. Et fuerunt ei viginti & tres ciuitates in Galaad. Et accepit Gedſur, & Aram ζ pagos Iair ab eis, ipſum Chanath, & pagos eius, ſexaginta ciuitates. Omnes hæ filiorum Machir patris Galaad. Et poſtquam mortuus eſt Eſrom venit Chaleb in Ephratha. Et vxor Eſrom Abia: & peperit ei Aſchò pa-

trem Thecoe. Et fuerunt filij Hierameel primogeniti Eſrom, primogenitus Rham, & Banaa, & Aram, [θ] & Aſan frater eius. Et fuit vxor alia ipſi Hierameel: & nomen ei Atara. Hæc eſt mater Ozom. Et fuerunt filij Rham primogeniti Hieramoel, Maas, & Iamin, & Achor. Et fuerunt filij Ozom, Samai, & Iadae. Et filij Samai, Nadab, & Abiſur: & nomen vxoris Abiſur, Abichæa: & peperit ei Achabar, & Moel. Et filij Nadab, Salad, & Apphain Et mortuus eſt Salad non habens filios. Et filij Apphain, [ι] Iſemiel. Et filij Iſemiel, Soſan. Et filij Soſan, Dadæ. Et filij Dadæ, Achiſamas, Iether, Ionathan. Et mortuus eſt Iether non habens filios. Et filij Ionathan, Phaleth, & Ozam. Hi fuerunt filij Hierameel. Et non fuerunt Soſan filij, ſed filiæ. Et ipſi Soſan erat puer Ægyptius: & nomen ei [κ] Iochel. Et Soſan dedit filiam ſuam Iochel puero ſuo in vxorem: & peperit ei Ethi. Et Ethi genuit Nathan. Et Nathan genuit Zabed. Et Zabed genuit [λ] Aphamel. Et Aphamel genuit Obed. Et Obed genuit Ieù. Et Ieù genuit Azariam. Et Azarias genuit Chelles. Et Chelles genuit Eleaſa. Et Eleaſa genuit Soſomai. Et Soſomai genuit Salum. Et Salum genuit Iechemiam. Et Iechemias genuit Eliſamà. Et Eliſamà genuit Iſmael. Et filij Chaleb fratris Hierameel, [μ] Meriſà primogenitus eius. Hic pater Ziph. Et filij Meriſà patris Chebron. Et filij Chebron, Core, & Tapphus, & Recom, & Samaa. Et Samaa genuit Raẽ patrem Ieclan. Et Ieclan genuit Samai. Et filius eius Maon. Et Maon pater Bæthſur. Et Gæpha concubina Chaleb genuit Aram, & Moſa, & Gezue. Et filij Addai, Rhagem, & Ioatham, & Sagar, & Phalech, & Gæpha, & [ν] Sagae. Et concubina Chaleb Mochà genuit Saber, & Tharam. Et genuit Sagae patrem Madmena, & Sau patrem Machabena, & patrem Gæbal. Et filia Chaleb, Aſcha. Hi fuerunt filij Chaleb. Filii Or primogeniti Ephrathà, Sobal pater Chariathiarim, Salomon pater Bæthà, Lammon pater Bæthalaem, & Arim pater Bethgedor. Et fuerunt filij Sobal patri Cariathiarim, [ξ] Araa, & Æſi, & Ammanith, & [ο] Vmaſphae, ciuitates Iair, Aethalim, & Mephithim, & Samathim, & Maſaraim. Ex his exierunt Sarathæi, & [π] filij Eſthaam. Filij Salomon, Bæthalaem, [ρ] Netophathi, Ataroth domus Ioab, [σ] & dimidium Malathi, Eſari. [τ] Cognationes ſcribarum habitantes in Iabis, [υ] Thargathijm, & Samathijm, & Sochatim. Hi ſunt Cinæi, qui venerunt ex Hæmath patre domus Rhecab.

α Hæc nomina filiorum.] *Alii*, ὅτοι δὲ, (*iſtud* δὲ, *abeſt à Compl*,) υἱοί. Iſti autem filij. β Impeditor.] ὁ ἐμποδοςάτης. *Alii* ὁ ταράξας, qui turbauit, *vt vulg.* γ Et Aram, & Chaleb.] *Alii* χαλωβὶ, Chalebi *Alii*, καὶ ῥάχ, καὶ χαλὲβ, καὶ ἀράν, & Rac, & Chaleb, & Aram. *Verum*, Rac, *&* Aran, *videtur ducta ex eadẽ dictione hebræa, quæ in vulg. vertitur* Ram. δ Zabdai.] *Alii*, ῥηδὶ, Rhedi. *Compl.* ῥεδαΐ, Redai. *Vulg.* Raddai. ε Quinque.] *Compl.* υἱὸς ἑξήκοντα ἐτῶν, filius ſexaginta annorum, *vt hebræus.* ζ Pagos Iair.] *Vulg.* oppida Iair. *Compl.* καὶ τὰς αυωθ. *Et illud quidẽ* αυωθ, *eſt dictio hebraica, quæ ſignificat villas, pagos, oppida. Sed illud* καὶ τὰς, *mẽdoſum omnino eſt.* η Pagos.] *Compl*, θυγατέρας, filias, *vt hebræus.* θ Et Aſan frater eius.] *Alii* Aſom. *Alii* ἀχιὰ, καὶ ἀσὶμ, *aut* καὶ ἀσώμ, καὶ ἀχιὰ. *Vulg.* & Aſom, & Achia: *Et illud*, frater eius, *videtur interpretatio illius*, Achia. ι Iſemiel.] *Alii* ἰεσσὶ, Ieſſi. *Compl.* ἰεσσουὶ, Ieſſui. *Vulg.* Ieſi. κ Iochel.] *In aliis* ἰεχρὰ, *aut* ἰεχρέ. *Vulg.* Ieraa. λ Aphamel.] *Alii* ἰοὺ, Ieu. *Compl.* τὸ ἐφαὰλ, *vulg.* Ophal. μ Meriſa.] *In aliis*, μασὶ, *aut* μωσά. *Vulg.* Meſa. *Sed infinitæ ſunt huiuſmodi varietates.* ν Sagae.] *Alii* σὲφ, *aut* σαὰφ, *&* *vulg.* Saaph. ξ Araa, & Æſi, & Ammanith.] *Sunt veſtigia dictionũ hebraicarũ: pro quibus in vulg. ponuntur interpretationes*, qui videbat dimidiũ requietionum. ο Et Vmoſphae ciuitates Iair.] *In quibuſdã eſt pro*, ciuitates Iair, καριαθιαρὶμ, *&* *in Compl.* καὶ καριαθαρεὶς, *ſed iſtud* καὶ, *redundat. Nã illud* Vmoſphae *eſt veſtigiũ dictionis ſignificãtis cognationes. Quare vulg.* & de cognatione Cariathiarim. π Et filij Eſthaam.] *Alii* καὶ οἱ ἐσθαωλαῖοι, *aut* καὶ ὁ ἐσθαολί. *Vulg.* & Eſthaolitæ. ρ Netophathi.] *Aliqui habent.* καὶ νετωφαθεὶ, *vt hic etiam intelligatur eſſe filius Salomon, (aut Salma, vt alii) & vtrique fuiſſe* Ataroth, *id eſt coronæ domus Ioab.* σ Et dimidium Malathi, Eſari.] *Compl.* καὶ ὁ μαναθὶ, καὶ ὁ σαρεί. *Vulg.* & dimidium requietionis Sarai. τ Cognationes ſcribarum.] πατριαί. *Compl.* καὶ δήμου σωφηρεὶμ, & populi Sopherim, *quod tamen ſignificat*, ſcribarum. υ Thargathiim, & Samathiim, & Sochathiim.] *Pro his in vulgata ponuntur interpretationes* Canentes, atque reſonãtes, & in tabernaculis cõmorãtes: *ſicut etiã paulo poſt pro*, Hæmath, calore.

C A P.

CAP. III.

A ET hi fuerunt filij Dauid, qui nati sunt ei in Chebron. Primogenitus Amnon Achinaam Iezraelitidi: secundus Damniel, Abigææ Carmeliæ: tertius Abessalom, filius Mochà filiæ Tholmai regis Gedsur: quartus, Adonia filius Angith: quintus Saphatia ipsius Abital: sextus Iethraam ex Agla vxore eius. Sex nati sunt ei in Chebron et regnauit ibi septem annos, et sex menses. Et triginta et tres annos regnauit in Hierusalem. Et hi nati sunt ei in Hierusalem: Samaa, Sobab, Nathan: et Salomon: quatuor ipsi Bersabee filiæ Amiel. Et Ebaar, et Elisa, et Eliphaleth, et Nagai, et Naphec, et Iaphie, et Elisama, et Eliada, et Eliphala, nouem. Omnes filii Dauid, præter filios concubi- B narum. Et Themar soror eorum. Filii Salomon, [α] Roboam, Abia filius eius, Asa filius eius, Iosaphat filius eius, Ioram filius eius, Ochozias filius eius, Ioas filius eius, Amasias filius eius, Azarias filius eius, Ioathan filius eius, Achaz filius eius, Ezecias filius eius, Manasses filius eius, Amon filius eius, Iosia filius eius. Et filij Iosia, primogenitus Ioanan, secundus Ioacim, tertius Sedecias, quartus Salum. Et filii Ioacim, Iechonias filius eius, Sedecias filius eius. Et filii Iechoniæ, Asir, Salathiel filius eius, Melchirã, et Phadaias, et Sanesar, et Iecemia, et Osamath, et Nabadias. Et filii Phadaias, Zorobabel, et Semei. Et filii Zorobabel Mosollam, et Anania, et Salomethi soror eorum et Asube, et Ool, et Barachia, et Asa- C dia, et Asobed, quinque. Et filii Anania, Phalettia, et Iesias filius eius, Raphal filius eius, Orna filius eius, Abdia filius eius, Sechenias filius eius. Et filius Sechenia, Samaia. Et filii Samaia, Chattus, et Ioel, et Berri, et Noadia, et [β] Saphath, sex. Et filii Noadia, [γ] Elithenan, et Ezecia, et Ezricam, tres. Et filii Elithenan, Odolia, et Eliasebon, et Phadaia, et Acub, et Ionanan, et Dalaaia, et Anan septem.

[α] Roboam.] *Sic etiam hebraue. Compl. addit,* υἱὸς αὐτοῦ, filius eius. [β] Saphat.] *In vulgata additur,* & Sesa: *quod in græcis codicibus, etiam in Complutensi videtur desiderari ad explendum numerum senarium.*
D [γ] Elithenan.] *Alii* ἐλιωναί, *& vulgata,* Elioenai.

CAP. IV.

ET filij Iuda, Phares, Esrom, & Charmi, & Or, Subal, & [α] Rada filius eius: Et Subal genuit Ieth. Et Ieth genuit Achimai, & Laad. Hæ sunt [β] generationes ipsius Arathi. Et hi [γ] filij Aetham, Iezrael, & Ieman, & Iebdas: & nomen sororis eorum [δ] Eselebbon. Et Phanuel pater Gedor: & Iaser pater Osan. Hi filij Or primogeniti Ephrathà patris Bæthalaen. Et ipsi Assur patri Thecoe fuerunt duæ vxores, [ε] Aoda, & Thoada. Et Aoda peperit ei Ochæa, & E Ephal, & Thæman, & Aasther. Omnes hi filij Aodæ. Et filij Thoadæ, Sereth, & Saar, & Esthanam. Et Coe genuit Enob, & Sabathà, & [ζ] generationes fratris Rechab filij Iarin. Et fuit [η] Igabes gloriosus super fratres suos: & mater vocabat nomen eius Igabes, dicens: peperi, [θ] sicut Gabes. Et inuocauit Igabes Deũ Israel, dicens: Si benedicens benedixeris me, & multiplicaueris fines meos, & fuerit manus tua mecũ, & feceris cognitionem ad non humiliãdum me. Et adduxit Deus omnia, quæcumque petijt. Et Chaleb pater Ascha genuit Machir. Hic pater Assathon: [ι] genuit Eathræam, & Bessee, & Thæman patrem ciuitatis

Naas fratris Eſelom Cenezi. Hi viri Rhecab. Et filij Cenez, Gothoniel, & Saraia. Et filij Gothoniel, * Athath. Et Manathi genuit Gopherà. Et Saraia genuit ^ Iobab patrem Ageaddair: quoniam fabri erant. Et filij Chaleb filij Iephonne, Er, Adà, & Noom. Et filij Adà, Cenez. Et filij Aleel, Zib, & Zepha, & Thiria, & Eſerel. Et filij Eſri, Iether, Morad, & Apher, & Iamon. Et Iether genuit Maron, & Semei, & Ieſbà patrem Eſthæmon: & vxor eius hæc Adià peperit Iared patrem Gedor, & Aber patrem Sochon, & μ Chetiel patrem Zamon. Et hi filij Betthia filiæ Pharao, quam accepit Mored. Et filij vxoris Iduiæ ſororis Nachaim patris Ceilà, Garmi, & Eſthæmon Nochathì. Et filij Senon, Amnon, & Ana filius Phana, & Inon. Et filij Sei, Zoan. Et filij Zoab, filij Selom filij Iuda. Et pater Lechab, & Laada pater Meriſà. Et ᵛ generationes domeſticorum Ephrathabac domui Eſoba, & Ioacim, & viri Chozeba, & Ioas, & Saraph, qui habitabant in Moab. Et reduxit eos ξ Abederim, Athuciim. Hi figuli habitantes in Atarin, & Gadira cum rege: in ° regno eius inualuerunt, & habitarunt ibi. Filii Symeon, Namuel, & Iamin, Iarib Zares, Saul, Salem filius eius, Mabaſam filius eius, Maſma filius eius, Amuel filius eius, Sabud filius eius, Zacchur filius eius, Semei filius eius. Ipſi Semei filii ſex & decem, & filiæ ſex. Et fratribus earum non fuerunt filij multi. Et omnes patriæ eorum non abundarunt, vt filij Iuda. Et habitauerunt in Berſabee, & Molada, & in Eſerſual, & in Balaa, & in Æſem, & in Tholad, & in Bathuel, & in Herma, & in Secelag, & in Bæthmarimoth, & Hemiſuſeoſim, & domus Baruſeorim. Hæ ciuitates eorum vſque ad regem Dauid. Et villæ eorum, Ætan, & En, Remmon, & Thoccà, & Æſar, ciuitates quinque: & omnes villæ earum in circuitu ciuitatum harum vſque Baal. Hæc poſſeſsio eorum, & diſtributio eorum. Et Meſobab, & Iemoloch, & Ioſia filius Amaſia, & Ioel, Ieu filius Aſabia, filius Saray, filius Aſiel, & Elionai, & Iocabà, & Iaſuia, & Aſaia, & Iediel, & Iſmael, & Banæas, & Zuzà filius Saphai, filii Alom filii Iedia filii Semri filii Samææ. Hi ſunt qui tranſierunt in nominibus principum in generationibus ſuis: & in domibus patriarum ſuarum multiplicati ſunt in multitudine: & iuerunt vſque ad veniendum Gerara vſque ad orientem Gai, ad quærendum paſcua pecoribus ſuis. Et inuenerunt paſcua plura, & bona: & terra lata coram eis: & pax, & quies; quoniam ex filiis Cham habitantium ibi antea. Et venerunt hi ſcripti ſuper nomen in diebus Ezeciæ regis Iuda: & percuſſerunt domos eorum, & Minæos, quos inuenerunt ibi, & anathemarunt eos vſque in diem hanc: & habitauerunt pro eis: quoniam paſcua pecoribus ſuis ibi. ᵠ Et ex eis de filiis Symeon iuerunt in montem Seir viri quingēti, & Phalaetthia, & Noadia, et Rhaphaia, et Oziel filii Ieſi principes eorum. Et percuſſerunt reſiduos, qui remanſerant de Amalec ᶠ vſque in diem hanc.

α Et Rada filius eius. Et Subal.] *Diſcrepant codices. Compl* καὶ ῥεϊὰ υἱὸς σεβὰλ, *quod vulgata,* Rahia vero filius Subal. β Generationes ipſius Arathi.] *Compl.* ἔτι δῆμοι τοῦ σαραθί. *Vulgata.* Hæ generationes Sarathi. γ Filij Æthum.] *Compl.* πατέρες ἠτάμ, patres Etam. *Hebræus*, patris, *quaſi dicas,* paterna ſucceſſio: *quomodo ſæpe in ſequentibus vſurpatur. Quare vulgata,* ſtirps. δ Elelebbon.] *Nonnulli.* ἐσαδεσφών, Eſcadeſphon. *Compl,* ἀσιλαφωνί, *vulgata,* Aſelaphum. ε Aoda, & Theodà.] *Alii,* χαλλὰ, καὶ μααρὰ, Challa, & Maara. *Complutenſis,* ἐλαὰ, καὶ νοορά. *Vulgata,* Alaa, & Naara. *Et incipiunt à commemoratione filiorum Noori.* ζ Et generationes.] καὶ γενέσεις, *& videtur accuſandi caſus. Nam ſic vulgata,* & cognationem Aharel filij

filij Amon. *Compl.* αὗται αἱ πατριαὶ ἀδελφοῦ ῥηχὰλ υἱοῦ ἀσίμ. Hæ ſunt familiæ fratris Rechal filij Harim. η Iga bes.] *Alii* ἰαβὴς, Iabes, *vt vulgata.* θ Sicut Gabes.] *Eſt aliquod veſtigium dictionis hebraicæ, quæ ſignificat,* in dolore, *vt habet vulgata. Quare alii libri,* ἐν διαπθῶσι. ι Genuit Bathræam.] *In aliis,* Et Aſathon (*aut* Eſſathon) genuit Satrepha, & Pheſſe, & Thanà patrem ciuitatis Naas. *Et in Compl. quæ habet,* Ei naas, *continuo ſequitur.* Hi viri Rechà. κ Athath. Et Manathi genuit.] *Non habet plura hebræus: quamuis fortaſſe ſubintelligenda ſint, quæ ſupplet Compl. quæ habet,* Atheth, & Maonathi. Et Maonathi genuit, *& ſic vulgata.* λ Iobab patrem Ageaddair.] *Alii,* Ioram patrem Geſaſarim. *Compl.* Ioab patrem Gecharaſim, *quod ſignificat,* vallis artificum, *vt vulgata.* μ Chetiel.] *Alii,* Iechethiel patrem Zanoi, *nec multo aliter Compl. aut vulgata.* ν Et generationes domeſticorum Ephrathabat.] *Diſcrepant codices mirabiliter. Quidam,* Ebdamatharbus. *Compl.* καὶ δῆμοι οἴκου ὠβὴθ ἀβὲς, & populi domus Obeth Abus. *Vulgata,* & cognationes domus operantium byſſum: *& ita in ſequentibus pro nominibus hebraicis ponit interpretationes nominum.* ξ Abederim, Athucijm.] *Sunt veſtigia dictionum hebraicarum ſignificantium,* verba antiqua. *Quare Compl.* καὶ ἀπέστρεψαν εἰς λεέμ· οἱ δὲ λόγοι παλαιοί εἰσιν, & reuerterunt in Leem. Verba autem vetera ſunt: *& ſic fere vulgata.* ο In regno eius.] *Compl.* ἐν τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, in operibus eius, *vt vulgata. In hebræo valde affines ſunt voces, quæ ſignificant,* regnum, & opus: *vt alibi dictum eſt.* π Et ex eis de filijs.] ἀπὸ τῶν υἱῶν. *Iſtud,* ἀπὸ, *abeſt à Compl.* Et ex ipſis filijs Symeon: *quod reſpondet vulgatæ: ſed noſtra locutioni hebraicæ; licet idem ſit ſenſus.* ρ Vſque in diem hanc.] *Alii,* καὶ κατῴκησαν ἐκεῖ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, & habitauerunt ibi vſque in diem hanc. *Vulgata addit,* pro eis.

CAP. V.

ET filij Ruben primogeniti Iſrael. Quoniam hic primogenitus: & in aſcẽdendo ſuper cubile patris ſui, dedit benedictionẽ eius filio, α ſuo Ioſeph filio Iſrael: & non eſt in genealogia computatus in primogenituram: quoniam Iudas potens fortitudine, & in fratribus ſuis, & in ducem ex ipſo, & benedictio ipſius Ioſeph. Filij Ruben primogeniti Iſrael, Enoch, & Phallus, Aſrom, & Charmi. Filij Ioel, β Semei, & Banæa filius eius. Et filij Gug filij Semei, filius eius, Micha filius eius, Recha filius eius Ioel, filius eius Beel; quem tranſtulit Thaglaphallaſar rex Aſſur. Hic princeps eorum, qui ipſius Ruben. Et fratres eius patria ſua in genealogijs ſuis ſecundum generationes ſuas, princeps Ioel, & Zacharia, & Balec filius Azuz, filius Sama, filius Ioel. Hic habitauit in Aroer, & ſuper Nabay, & Beelmaſſon: & ad Orientem habitauit vſque ad contigua deſerti a flumine Euphrate, quoniam pecora eorum multa in terra Galaad. Et in diebus Saul fecerunt bellum aduerſus γ incolas, & ceciderunt in manus eorum ij, qui habitabant in tabernaculis ſuis, omnes ad Orientem ipſius Galaad. Filij Gad e regione eorum habitarunt in terra Baſan vſque Sela. Ioel primogenitus, et Saphan ſecundus: et Ianin ſcriba in Baſan: et fratres eorum ſecundum domos patriarum ſuarum, Michael, Moſollam, et Sebee, et Iorei, et Ioachan, et Zue, et Obed, ſeptem. Hi filij Abichæa filij Vri filij Idai filij Galaad filij Michael filij Ieſai filij Ieddai filij Buz fratris filij Abdiel filij Guni, princeps domus patriarum, habitabant in Galaad, in Baſan, et in pagis earum, δ et omnia adiacentia Saron vſque ad exitum. ε Omnium computatio in diebus Ioatham regis Iuda, et in diebus Hieroboam regis Iſrael. Filij Ruben, et Gad, et dimidium tribus Manaſſe ex filijs virtutis, viri leuantes clypeos, et gladium, et tendentes arcum, et docti bellum, quadraginta et quatuor mille, et ſeptingenti et ſexaginta egredientes in aciem. Et faciebant bellũ cum Agarenis, et Ithuræis, et Naphiſæis, et Nadabæis, et inualuerunt ſuper eos. Et dati ſunt in manus eorum Agaræi, et omnia tabernacula eorum: quoniam ad Deum clamauerunt in prælio: et exaudiuit eos: quoniam ſperauerunt in eum: et captiuarunt ζ apparatum eorum, camelos quinquies mille, et ouium ducẽta quinquaginta millia, aſinos bis mille, et animas virorum η centum millia: θ et habitarunt pro eis

vſque ad tranſmigrationem. Et dimidij tribus Manaſſe, habitarunt a Baſan vſque Baal, Ermon, et Sauir, et montem Aermon. ι Et in Libano ipſi abundarunt. Et hi principes domus patriarum eorum, Opher, et Sei, et Eliel, et Hieremia, & Oduia, & Iediel, viri fortes virtute, viri nominati, principes domorum patriarum ſuarum. Et præuaricati ſunt in Deum patrum ſuorum, & fornicati ſunt poſt Deos populorum terræ, quos ſuſtulerat Deus a facie eorum. Et ſuſcitauit Deus Iſrael ſpiritum Phaloch regis Aſſur & ſpiritum Thaglaphallaſar regis Aſſur: & tranſtulit Ruben, & Gaddi, & dimidium tribus Manaſſe: & duxit eos in Chaach, & Chabor, & ſuper flumen Gozan vſque in diem hanc.

α Filio ſuo Ioſeph.] *In aliquot codicibus eſt*, τοῦ υἱῷ ἰωσήφ, filio Ioſeph. *Verum totus hic locus ita apud Theodoretum habet*, υἱοὶ ῥουβὶμ πρωτοτόκου ἰσραήλ, ὅτι αὐτὸς ὁ πρωτότοκος, ἐν τῷ βεβηλῶσαι τὴν στρωμνὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἔδωκε τὰ πρωτοτόκια αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς ἰωσήφ. καὶ οὐκ ἐγενεαλογήθη εἰς πρωτοτόκια ῥουβίμ, ὅτι ἰούδας δυνατὸς ἐν ἰσχύϊ ἐν τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, καὶ εἰς ἡγούμενον ἐξ αὐτοῦ, καὶ τὰ πρωτοτόκια τοῦ ἰωσήφ. Filij Ruben primogeniti Iſrael. Nam ipſe primogenitus: ſed in polluendo lectum patris ſui, dedit primogenita eius filijs Ioſeph. Et non eſt in genealogia computatus in primogenita Ruben: quoniam Iudas potens in fortitudine in fratribus ſuis, & in ducem ex ipſo: & primogenita ipſi Ioſeph. *Eodem fere modo Compl. niſi, quod pro* ἔδωκεν, *habet* ἐδόθη, data ſunt. *Addit Theodoretus* (*quamuis interpres mutilato codice ſit vſus*) *ex hac narratione conſtare Ioſeph quidem reportaſſe iura primogenituræ, ſed principatum ad Iudam deueniſſe ob Dominum, qui ex eo natus eſt ſecundum carnem.* Nam hoc, *inquit*, ſignificat illud, in ducem ex ipſo. Non enim ſolos reges qui ex eo, ſignificat oratio, ſed & regem æternum, &c. *Illud autem* in ducem, *eſt hebraiſmus, & valet*, Dux, *aut* ij, qui futuri erant in Ducem. β Semei, & Bauæa filius eius. Et filij Gug.] *Variant nonnihil codices. Sed Compl. ſatis prope ad vulgatam*, Semei filius eius, Gog filius eius, Samec filius eius, Micha filius eius, Rhaia filius eius, Baal filius eius, Barà filius eius, quem tranſtulit, &c. γ Aduerſus incolas: & ceciderunt.] *Compl.* cum Agarenis, & ceciderunt in manu eorum. Et habitauerunt in tabernaculis eorum ſuper omnem faciem Orientis Galaad. δ Et omnia adiacentia Saron vſque ad exitum.] *Compl.* καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἀφωρισμένοις σαρὼν ἐπὶ τῶν διεξόδων αὐτῶν, & in omnibus ſegregatis (*ideſt*, ſuburbanis, *vt vulgata*) Saron ſuper exitus eorum: *quamuis illud*, ſuper, *more hebraico valeat*, vſque ad exitus, & terminos, *vt vulgata.* ε Omnium computatio.] *Compl.* πάντες ἐγενεαλογήθησαν, omnes genealogizati ſunt. ζ Apparatum.] *Compl.* τὰς κτήσεις, poſſeſſiones. η Centum.] *Theodoretus*, ſeptuaginta. θ Et habitarunt.] *In aliis, & apud Theodoretum*, τραυματίαι γὰρ πολλοὶ ἔπεσον (*Theodoretus* ἦσαν) ὅτι παρὰ τοῦ θεοῦ ὁ πόλεμος, καὶ κατῴκησαν. Cæſi enim multi ceciderunt (*al.* fuerunt) quoniam à Deo bellum: & habitarunt: *nec multo aliter vulgata.* ι Et in Libano ipſi abundarunt.] *Compl. habet tantum* αὐτοὶ ἐπληθύνθησαν, ipſi multiplicati fuerant, *quod reſpondet hebræo, & vulgata*, ingens quippe numerus erat.

CAP. VI.

FILII Leui, Gedſon, Caath, & Merari. Et filij Caath, Ambram, & Iſſaar, Chebron, & Oziel. Et filij Ambram, Aaron, & Moyſes, & Maria. Et filij Aaron, Nadab, & Abiud, Eleazar, & Ithamar. Eleazar genuit Phinees: Phinees genuit Abisù: Abisù genuit Boccì: & Boccì genuit Ozì. Ozì genuit Zaræa: Zaræa genuit α Mariel: & Mariel genuit Amaria: & Amaria genuit Achitob: et Achitob genuit Sadoc: et Sadoc genuit Achimaas: et Achimaas genuit Azariam: et Azarias genuit Ioanan: et Ioanan genuit Azariam. Hic ſacerdotio functus eſt in domo, quã ædificauit Salomon in Hieruſalẽ. Et Azarias genuit Amaria: et Amaria genuit Achitob: et Achitob genuit Sadoc: et Sadoc genuit Salom: et Salom genuit Chelciam: et Chelcias genuit Azariam: et Azarias genuit Sarea: et Sareas genuit Ioſadac. Et β Ioſadac iuit in tranſmigratione cum Iuda, et Hieruſalem in manum Nabuchodonoſor. Filij Leui, Gedſon, Caath, et Merari. Et hæc nomina filiorum Gedſon, Lobeni, et Semei. Filij Caath, Ambram, et Iſſaar, Chebron, et Oziel. Filij Merari, Mooli, et Musì. Et hæ γ patriæ Leui ſecundum patrias eorum. Ipſi Gedſon, δ ipſi Lobeni filio eius,

A eius, Ieth filius eius, Tāmath filius eius, Ioab filius eius, Addì filius eius, Zara filius eius, Iethrì filius eius. Filij Caath, * Aminadab filius eius, Core filius eius, Afer filius eius, Thaath filius eius, Vriel filius eius, Ozia filius eius, Saul filius eius. Et filij Elcana, Amesi, et ζ Achimoth, Helcana filius eius, Suphi filius eius, Cænaath filius eius, Eliab filius eius, Hieròboam filius eius, Elcana filius eius. * Filij Samuel, primogenitus Sani, et Abia. Filij Merari, Mooli, Lobeni filius eius, Semei filius eius, Oza filius eius, Samaa filius eius, Angia filius eius, Asaias filius eius. Et isti, quos constituit Dauid super manus canentium in domo Domini in requietione arcæ. Et fuerunt ministrantes coram tabernaculo B testimonij in organis; quoadusque ædificauit Salomon domum Domini in Hierusalem. Et steterunt iuxta iudicium suum super ministeria sua. Et hi assistentes, et filij eorum de filijs Caath, Æman cantor psalmorum filius Ioel filij Samuel filij Elcana filij Hieroboam filij Eliel filij Thoù filij Suph filij Elcana filij Maath filij Amathì filij Elcana filij Ioel filij Azaria filij Saphania filij Thaath filij Aser filij Abiasaph filij Core filij Isaar filij Leui filij Israel. Et frater eius Asaph stans in dextera eius, Asaph filius Barachia filij Samaa filij Michael filij Baasia filij Melchia filij Athani filij Zaarai filij Adai filij Aetham filij Zammā filij Semei filij Ieeth filij Gerson filij Leui. Et filij Merari fratres eorū a sinistris. C Aetham filius Cisà filij Abai filii Maloch filii Asebì filii Amessia filii Bani filii Semer filii Moolì filii Musi filii Merari filii Leui. Et fratres eorum secundum domos patriarum suarū. Leuitæ dati in ϑ omnē operationē ministerii tabernaculi domus Domini. Et Aaron, et filii eius adolētes super altare holocaustomatum, et super altare thymiamatum in omnem operationem, ι sancta sanctorum, et ad propitiandum pro Israel iuxta omnia, quæcumque mandauit Moyses puer Dei. Et hi filii Aaron: Eleazar filius eius, Phinees filius eius, Abisù filius eius, Bocci filius eius, Ozi filius eius, Saraia filius eius, Mariel filius eius, Amaria filius eius, Achitob filius eius, Sadoc filius eius, Achimaas filius eius. Et hæ D habitationes eorum in pagis eorum, in terminis eorum, filiis Aaron, patriæ eorum, ipsis Caathi: quoniam ipsis facta est sors. Et dederunt eis Chebron in terra Iuda, et * adiacentia eius in circuitu eius. Et campos ciuitatis, et pagos eius dederunt Chaleb filio Iephonnè. Et filiis Aaron dederunt ciuitates refugiorū, Chebron, & Lobna, et adiacentia eius, et λ Selna, et adiacentia eius, et Esthamò, et adiacentia eius, & Iethar, & adiacentia eius, & Dabir, & adiacentia eius, & Asan, & adiacentia eius, & Bæthsamys, & adiacentia eius, & de tribu Beniamin Gabai, & adiacentia eius, & Galemath, & adiacentia eius, & Anathoth, & adiacentia eius. Omnes ciuitates eorum, tres & decem ciuitates secundum patrias eorum. Et filijs Chaath reliquis, μ ex patrijs, ex tribu, ex dimidio tribus E Manasse sorte ciuitates decem. Et filiis Gedson secundum patrias eorum de tribu Issachar, de tribu Aser, de tribu Nephthali, de tribu Manasse in Basan ciuitates tres & decem. Et filiis Merari secundum patrias eorum de tribu Ruben, de tribu Gad, de tribu Zabulon, sorte ciuitates duodecim. Et dederunt filii Israel Leuitis ciuitates, & adiacentia earum. Et dederunt in sorte de tribu filiorum Iuda, & de tribu filiorum Symeon, & de tribu filiorum Beniamin ciuitates has: quas vocauerunt eas in nomine. Et de familiis filiorum Caath, & fuerunt ciuitates finium eorum de tribu Ephræm. Et dederunt eis ciuitates refugiorum, Sychem,

Sychem,& adiacentia eius in monte Ephræm, & Gazer, & adiacentia eius, & Ieemaan,& adiacentia eius,& Bæthoron,& adiacentia eius,& Ælon,& adiacentia eius, & Gethremmon,& adiacētia eius: & de dimidio tribus Manasse Anar, & adiacentia eius,& Iemblaan, & adiacētia eius, secundū patriam filiis Caath reliquis. Filiis Gedson de familiis dimidiæ tribus Manasse Golan e Basan, & suburbana eius,& Aseroth,& suburbana eius: & de tribu Issachar Cedes, & adiacentia eius,& Deberi,& adiacentia eius, & Dabor,& adiacentia eius, & Ramoth,& Ænan,& adiacentia eius: & de tribu Aser Masaal,& adiacentia eius: & Abdon,& adiacentia eius,& Arac,& adiacentia eius,& Roob,& adiacētia eius: & de tribu Nephthali Cedes in Galilæa, & adiacentia eius, & Chamoth,& adiacētia eius, et Cariathiarin,& adiacētia eius. Filiis Merari reliquis de tribu Zabulon,Remmon,& adiacentia eius,& Thabor,& adiacentia eius, de trans Iordanem Hiericho ad occidentem [ν] Iordanis: de tribu Ruben Bosor in deserto, & adiacentia eius,& Iasà,& adiacentia eius, & Cadmoth,& adiacentia eius, et Maephla, et adiacentia eius: de tribu Gad Rhammoth Galaad, et adiacentia eius, et Manaim, et adiacentia eius, et Esebon, et adiacentia eius, et Iazer, et adiacentta eius.

α Mariel.] *In nonnullis est* μαριώθ, *vulgata,* Meraioth. β Et Iosadac iuit in transmigratione cum Iuda] *Aliquot codices,* ἐν τῇ μετοικίᾳ κυρίου, in transmigratione Domini. *Alij,* καὶ ἰωσεδὲκ ἐπορεύθη ἐν τῷ ἀποικίζειν κύριον τὸν ἰούδαν, καὶ τὴν ἱερουσαλὴμ. Et Iosedec iuit, quando transtulit Dominus Iudam, & Hierusalem, *quomodo fere vulgata.* γ Patriæ.] *In alijs,* αἱ συγγένειαι, cognationes. δ Ipsi Lobeni.] *Alii,* Lobeni filius eius. ε Aminadab.] *Ita etiam vulgata. In aliis & Compl.* Isaar filius eius, Aminadab, &c. ζ Achimoth. Helcana filius eius.] *Compl.* Achimoth, Elcana. Elcana filius eius: *sed vulgata,* Achimoth, & Hælcana. Filij Helcana Sophai, &c. η Filij Samuel.] *Ita etiam vulgata. Sunt enim cogitatione supplenda, quæ in aliis libris, & Compl. adiiciuntur,* Samuel filius eius: & filii Samuel. θ In omnem operationem ministerij.] *In alijs, & apud Theodoretum,* εἰς πᾶσαν δουλείαν τῆς σκηνῆς, *quod vulgata,* in cunctum ministerium tabernaculi. *Aliqui addunt,* δουλείαν λειτουργίας, seruitutem ministerij. ι Sancta.] *Alii.* ἁγίαν, sanctam. *Theodoretus,* καὶ εἰς πάντα τὰ ἔργα τῶν ἁγίων, & ad omnia opera sanctorum. *Compl.* εἰς πάντα τὰ ἔργα τοῦ ἁγίου τῶν ἁγίων, *quod vulgata,* in omne opus sancti sanctorum. κ Adiacentia.] περισπόρια. *Alii,* προάστεια, suburbana: *quam dictionem etiam nostra habet interdum.* λ Et Selna, & adiacentia eius.] *Alii,* & Alom, & suburbana eius. *Compl. habet tantum,* & Iather, *quomodo fere vulgata: & paulo post pro,* Iethar, Chelon: *quo loco in multis etiam est,* ἠλών, *& vulgata,* Helon. μ Ex patrijs, ex tribu.] *Alii,* ἀπὸ τῆς συγγενείας τῆς φυλῆς, de cognatione tribus. ν Ad Occidentem.] *Plerique,* κατ' ἀνατολάς, *& vulgata,* contra Orientem.

CAP. VII.

ET filiis Issachar, Thola, et Phua, et Iasub, et Semeron, quatuor. Et hi filij Thola, Ozi, Raphaia, et Ieriel, et Iamai, et Iemasan, et Samueli principes domorum patriarum suarum. [α] Ipsi Thola, fortes virtute secundum ge-generationes suas, numerus eorum in diebus Dauid viginti & duo millia, & sexcenti. Et filij Ozì, Iezraia. Et filij Iezraia, Michael, Abdiù, & Ioel, & Iesia, quinque principes omnes. Et super eos, secundum generationes suas, secundum domos patriarum suarum, fortes ad pugnandum in prælio, triginta & sex millia: quoniam multiplicauerunt vxores, & filios. Et fratres eorum in omnes [β] patrias Issachar, & fortes virtute, octuaginta & septem millia, [γ] numerus eorum omnium. Filij Beniamin, [δ] Bale, & Bachir, & Iediel, tres. Et filij Bale, Esebon, & Ozì, & Oziel, & Ieremuth, & Vrì, quinque: principes domorum patriarum, fortes virtute: & numerus eorum, viginti & duo millia, & triginta quatuor. Et filij Bachir, Zemirà, & Ioas

A Ioas, & Eliezer, & Elithenan, & Amaria, & Ierimuth, & Abiud, & Anathot, & Elecmeth: omnes hi filij Bachir: & numerus eorum secundum generationes eorum, principes domorum patriarum eorum, fortes virtute, viginti millia, & ducenti. Et filij Iediel, Balaan. Et filij Balaan, Iaus, & Beniamin, & Aoth, & Chananà, & Zæthan, & Tharsi, & Achisaar: omnes hi filij Iediel, principes patriarum, fortes virtute, septem & decem millia, & ducenti, egredientes virtute ad bellandum. Et Sapphin, & Apphin, & filij Or, [δ] Asom filius ipsius Aor. Filii Nephthali, Iasiel, Gonì, & Aser, & Sellum, filij [ε] eius, Balaam filius eius. Filij Manasse, Esriel, B quem peperit concubina eius Syra: [ζ] peperit autem ei & Machir patrem Galaad. Et Machir accepit vxorem ipsi Apphin, & Sapphin: & nomen sororis [η] eius Moocha: & nomen secundo Sapphaad. Natæ autem sunt ipsi Saphaad, filiæ. Et peperit Moocha vxor Machir filium: & vocauit nomen eius Phares: & nomen fratris eius Suros. Filii eius, Vlam, & Rocom. Et filii Vlam, Badam. Hi filii Galaad filii Machir filii Manasse. Et soror eius Malechet peperit Isud, & Abiezer, & Maclà. Et fuerunt filii Semirà, Aim, & Sychem, & Lacim, & Anian. Et filii Ephraim, Sothalath, & Barad filius eius, & Thaat filius eius, Eladà filius eius, Saath filius eius, & Zabad C filius eius, Sotheli filius eius, & Azer, & Elead. Et occiderunt eos viri Geth, qui nati erant in terra: quoniam descenderant ad capiendum pecora eorum. Et luxit Ephræm pater eorum dies multos: & venerunt fratres eius ad consolandum eum. Et intrauit ad vxorem suam: & concepit in vtero, & peperit filium: & vocauit nomen eius Beria; quoniam in malis factus est in domo [θ] mea. Et filia eius Saraa et in illis residuis. Et ædificauit Bæthoron inferiorem, & superiorem. [ι] Et filii Ozan, Seera, & Raphe filius eius, Saraph, & Thalees filii eius, Thaen filius eius. Ipsi Laadan filio eius, filius Amiud, filius Elisamai, filius Noun, filius Iesue; filii eius. Et possessio eorum, & habitatio D eorum Bæthel, et pagi eius ad Orientem Noaran: ad Occidentem, Gazer, et pagi eius, et Sychem, et pagi eius [κ] vsque Gazan, et pagi eius, et vsque ad fines filiorum Manasse, Bæthsaan, et pagi eius, Tanach, et pagi eius, Mageddo, et pagi eius, Dor, et pagi eius. In [λ] hac habitarunt filii Ioseph, filii Israel. Filii Aser, Iemna, & Suia, et Isui, et Beria, et Sore soror eorum. Et filij Beria Chaber, et Melchiel. Hic pater Berthaith. Et Chaber genuit Iaphleth, et Samer, et Chothan, et Solà sororem eorum. Et filii Iaphlet, Phasec, et Bamael, & Asith. Hi filii Iaphleth. Et filii Semmer, Achi, et Rooga, et Iaba, et Aram, et [μ] Bane Elam fratris eius, Sopha, et Imana, et Selles, et Amal. Fi- E lii Sophas, Suè, et Arnaphar, et Sudà, et Barin, et Imran, et Basan, et Oa, et Samà, et Salisà, et Iethrà, et Beerà. Et filii Iether, Iephina, et Phaspha, et Ara. Et filii Olà, Orech, Aniel, et Rasià. Omnes hi filii Aser, omnes principes patriarum, electi, fortes virtute, [ν] principes duces, Numerus eorum in aciem ad pugnandum, numerus eorum viri viginti sex millia.

α Ipsi Thola.] *Sic vulgata. Compl. initio habuit,* Thala, *& hic,* Tholam. *Iste autem dandi casus,* τῷ θωλὰ *valet*, de stirpe Thola, *vt habet vulgata.* β Patrias.] *Alii,* συγγενείας, cognationes. γ Numerus.] *Alii,* ἡ γενεαλογία, genealogia, *& sic sæpe.* δ Asam filius ipsius Aor.] *Magna hic in codicibus varietas. Compl. prope ad vulgatam,* καὶ ἀσὶμ υἱοὶ ἀχὲρ, & Asim filij Acher. ε Filij eius, Balaam filius eius.] *Etiam hic.*

hic Compl. υἱοὶ Βελαὰ, *& vulgata*, filij Bala. ζ Peperit autem ei & Machir.] *Compl. habet tantum*, τὸν μαχεὶρ, ipsum Machir. *Verbum*, peperit, *repetitur etiam hic in hebræo: in quo etiam locus hic anceps est.* η Eius.] *Sic etiam hebræus. Alij autem*, αὐτῶν, eorum. θ Me.] *Alii* αὐτῆς, eius. ι Et filij Ozan, Seera.] *Alii* καὶ τὴν σαδρὰ, & ipsam Sadrà: *pendet enim ab illo*, ædificauit. *Compl. propius ad vulgatā*, καὶ τὴν ἐζενσααρὰ, & Ezensaara *Et in ipsa, ac magna ex parte in aliis sequitur*, Et Rapha filius eius, & Raseph filius eius, & Thabi filius eius, & Thaan filius eius, & Ladan filius eius, Amuid filius eius, Elisamà filius eius, Num filius eius, Iosee filius eius. Et possessio, &c. κ Vsque Gazam, & pagi.] *Compl.* καὶ αδιὰ, καὶ αἱ κῶμαι αὐτῆς, καὶ ἐχόμενα υἱῶν μανασσῆ βαιθσὰν, καὶ αἱ θυγατέρες αὐτῆς, & Adia, & pagi eius, & iuxta filios Manasse, Bæthsan, & filiæ eius. *Atque illud*, θυγατέρες, *est etiam in aliis.* λ Hac.] *Alii* ταύταις, his. μ Et Bane Elam.] *Illud*, Bane, *videtur ductum ex dictione hebræa, quæ significat*, filij: *quare alij habent*, καὶ υἱοὶ ἀσὼδ ἀδελφοῦ αὐτοῦ, & filij Asud fratris eius, *Compl. autem propius ad vulgatam*, καὶ υἱοὶ ἐλὲμ, & filij Helem. ν Principes duces, numerus eorum in aciem ad pugnādum.] *Alii* ἡγούμενοι *(aut* ἀρχηγοὶ*)* τῶν ἀρχόντων, τῶν γενεαλογηθέντων ἐν τῇ στάσει τοῦ πολέμου, *aut* ἐν τῷ πολέμῳ, duces principum, eorum, qui in genealogia computati sunt in statione belli, *aut*, ad bellum.

CAP. VIII.

ET Beniamin genuit Bale primogenitum suum, & Asbel secundum, Aara tertium, Noà quartum, & Rapha quintum. Et fuerunt filij Bale, Adir, & Gerà, & Abiud. Et Abessue, & Noama, α & Achia: & Gera, & Sephuphan, & Vram, hi fiij Aod: hi sunt principes patriarum habitantibus Gabee. Et transtulerunt eos in Machanathi. Et Nooma, & Achia, & Gera: hic β Ieglaam: & genuit Aza, & Iachicho. Et Saarin genuit in campo Moab, postquam ipse dimisit Osin, & Baada γ vxorem suam: & genuit ex Ada vxore sua Iolab, & Sebia, & Misa, & Melchas, & Iebus, & Zabia, & Maima. Hi principes patriarum. Et δ de Osin genuit Abitol, et Alphaal. Et filij Alphaal Obed, Misaal, Semmer. Hic ædificauit Onan, et Lod, et pagos eius. Et Beria, et Sama, hi principes patriarum, habitantibus Ælam: et hi persequuti sunt eos, qui habitabant Geth. Et ε frater eius Sosec, et Arimoth, et Zabadia, et Ored, et Eder, et Michael, et Iespha, et Ioda filij Beria. Et Zabadia, et Mosollam, et Azaci, et Abar, et Isamari, et Iezlias, et Iobab filij Eliphaal. Et Iacim, et Zachri, et Zabdi, et Elionai, et Salathi, et Eheli, et Adaia, et Baraia, et Samarath filij Samaith. Et Iesphan, et Obed, et Eleel, et Abdon, et Zechri, et Anan, et Anania, et Ambri, et Ælam, et Anathoth, et Iathia, et Iephadias, et Phanuel, filij Sosec. Et Samsari, et Saarias, et Gotholia, et Iarasia, et Eria, et Zechri ζ filius Ioram. Hi principes patriarum secundum generationes suas: principes hi habitarunt in Hierusalem. Et in Gabaon habitauit η pater Gabaon: et nomen vxori eius Moacha. Et filius eius primogenitus Abdon, et Sur, et Cis, et Baal, et Nadab, et Ner, et Gedur, et θ frater eius, et Zachur et Maceloth. Et Maceloth genuit Samaa: et quidem hi e regione fratrum suorum habitarunt in Hierusalem cum fratribus suis. Et Ner genuit Cis: et Cis genuit Saul: et Saul genuit Ionathan, et Melchisue, et Aminadab, et Asibal. Et filius Ionathan Meribaal: et Meribaal genuit Micha. Et filij Micha, Phithon, et Melach, et Tharach, et Achaz. Et Achaz genuit Iada. Et Iada genuit Salaimath, et Asmoth, et Zambri. Et Zambri genuit Mæsa. Et Mæsa genuit Baana: Raphæa filius eius, Elasa filius eius, Esel filius eius. Et Esel sex filij: et hæc nomina eorum: Ezricam primogenitus eius, et Ismael, et Saraia, et Abdia, et Anan, et Asa: omnes hi filij Esel. Et filij Asel fratris eius, Ælam primogenitus eius, et Ias secundus, et Eliphalet tertius. Et fuerunt filij Ælam viri fortes potentia, tendentes arcum, et multiplicantes filios, et filios filiorum, centum quinquaginta. Omnes hi ex filijs Beniamin.

α Et Achia

A α Et Achia, & Gera.] *Eodem ordine in hebræo, & vulgata. Compl. autem,* & Aod. Et hi filij Aod, Gera, &c. β Ieglaam.] *Dictio hebræa significat,* transtulit eos: *quare Compl* αὐτὸς ἀπῴκισεν αὐτοὺς, *& vulgata,* ipse transtulit eos. γ Vxorem suam.] *Hebræus, & vulgata,* vxores suas: *reliqua optime conueniunt. In Compl autem hic locus mendosus est.* δ De Osin.] *Compl.* μωσείμ. *Sed illud* μ, *est particula, quæ in hebræo significat,* de. ε Et frater eius] *Pro quo in vulgata,* Ahio. *Alii autem* καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν, & fratres eorum. ζ Filius Ioram.] *In aliis,* υἱοὶ ἱερεάμ. filij Hieream. η Pater Gabaon.] *In aliquo libro est,* Ιεϊὴλ πατὴρ γαβαών, Iiel pater Gabaon, *vt cap. sequente. Sed vulgata facit vnicum nomen proprium,* Abigabaon. θ Frater eius.] *rursus in vulgata,* Ahio, *& in aliis,* οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ. fratres eius.

CAP. IX.

B ET omnis Israel α computatio eorum: et hi descripti in libro regum Israel, et Iuda, cum ijs, qui translati sunt in Babylonem in suis iniquitatibus, et qui habitabant antea in possessionibus eorum β in ciuitatibus Israel, sacerdotes, Leuitæ, et dediti. Et in Hierusalem habitauerunt de filijs Iuda, et de filijs Beniamin, et de filijs Ephraim, et Manasse. γ Et Gnothi, et filius Samiud filij Amri filij Ambraim filij Buni δ filij filiorum Phares filij Iuda. Et de ijs, qui Seloni, Asaia primogenitus eius, et filij eius. De filijs Zara, Ieel, et fratres ε eorum sexcenti & nonaginta. Et de filijs Beniamin, Salom filius Mosollam filij Oduia filij Asinù. Et Iemnaa filius Hieroboam, & Elo. Hi filij Ozì filij Machir. Et Mosollam filius Saphatia filii Raguel filij Iemnai, et fratres eorum secundum generationes suas nongenti quinquaginta sex, omnes ζ viri principes patriarum secundum domos patriarum suarum. Et de sacerdotibus, Iodae, & Ioarim, & Iachin, & Azaria filius Chelciæ filii Mosollam filij Sadoc filii Maraioth filij Achitob η ducis domus Dei. Et Adaia filius Iraam filij Phaschor filij Melchiæ: & Maasæa filius Adiel filij Ezirà filij Mosollam filij Maselmoth filii Emmer: & fratres eorum principes domorum patriarum suarum, mille & septingenti & sexaginta, fortes virtute ad operationem ministerij domus Dei. Et de Leuitis Samæa filius Asob filii Ezricam filii Asabia de filiis Merari. Et Bacbacar, & Ares, & Galaal, & Matthanias filius Micha filii Zechri filii Asaph. Et Abdia filius Samia filii Galaal filii Idithun. Et Barachia filius Ossa filii Elcana habitans in θ pagis Notephati. Ianitores, Salom, Acum, Telmon, & Diman, & fratres eorum, Salom princeps & vsque huc in porta regis ad Orientem. ι Hæ portæ castrorum filiorum Leui. Et Sellum filius Core filii Abisaph filii Core: & fratres eius ad κ domum patris eius, λ Coritæ super opera ministerii, custodientes μ custodias tabernaculi. Et ν patres eorum super castra Domini, custodientes introitum. Et Phinees filius Eleazari Dux fuit super eos ante Dominum. Et hi cum eo: Zacharias filius Mosollami ianitor portæ tabernaculi testimonii. Omnes electi ξ super portam in portis, ducenti & duodecim: hi in villis suis: ο computatio eorum. Hos statuit Dauid, & Samuel videns, fide ipsorum. Et hi, & filii eorum super portas in domo Domini, & in domo tabernaculi ad π custodiendum. Ad quatuor ventos erant portæ, ad Orientem, mare, Aquilonem, Austrum. Et fratres eorum in villis suis ad ingrediendum secundum septem dies a tempore in tempus cum his: quoniam in fide sunt quatuor potentes ρ portarum. Et Leuitæ erant super pastophoria, & super thesauros domus Dei σ castrametantur; quoniam super eos custodia: & hi super claues, mane mane ad aperiendum portas templi. Et ex eis super vasa ministerii: quoniam

niam in numero inferent, & in numero efferent. Et ex eis præfecti ſuper vaſa, & ſuper omnia vaſa ſancta, & ſuper ſimilam, vinum, oleum, thus, & aromata. Et de filiis ſacerdotum erant vnguentarii vnguẽti, et in τ aromata. Et Matthathias ex Leuitis (hic primogenitus Salom Coritæ) in fide ſuper opera ſacrificii ſartaginis υ magni ſacerdotis. Et Banaias Caathita ex fratribus eorum ſuper panes propoſitionis, ad præparandum, ſabbatum per ſabbatum. Et hi cantores principes patriarum Leuitarum φ ordinatæ vices, quoniam dies, ac nox ſuper eos in operibus. Hi principes patriarum Leuitarum ſecundum generationes ſuas, principes hi habitarunt in Hieruſalem. Et in Gabaon habitauit pater Gabaon Ieel: et nomen vxoris eius Moochà. Et filius eius primogenitus Abdon, et Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab, & Gedur, & χ frater, & Zachur, & Maceloth. Et Maceloth genuit Samaa. Et in medio fratrum ſuorum habitarunt in Hieruſalem ψ in medio fratrum ſuorum. Et Ner genuit Cis: & Cis genuit Saul: & Saul genuit Ionathan, & Melchiſue, & Aminadab, & Aſabal. Et filius Ionathan Meribaal. Et Meribaal genuit Micha: & filii Micha, Phithon, & Malach, & Tharach. ω Et Achaz genuit Iada: & Iada genuit Galemeth, & Gaſmoth, & Zambri. Et Zambri genuit Maſſà: & Maſſà genuit Baanà, & Raphæa filius eius, Elaſà filius eius, Eſel filius eius. Et Eſel ſex filij: & hæc nomina eorum, Ezricam primogenitus eius, & Iſmael, & Saraia, & Abdias, & Aman, & Aſa: hi filij Eſiel.

α Computatio.] *Apud Theodoretum, & in Compl. & magna ex parte in aliis libris hic locus ſic habet,* καὶ πᾶς ἰσραὴλ ἐγενεαλογήθησαν, καὶ ἰδοὺ εἰσὶ γεγραμμένοι ἐπὶ βιβλίου βασιλέων ἰσραὴλ, καὶ ἰούδα. καὶ ἀπῳκίσθησαν εἰς βαβυλῶνα διὰ τὴν ἀσυνθεσίαν αὐτῶν, ἣν ἠδίκησαν. Omnis Iſrael relati ſunt in genealogiam: & ecce ſunt ſcripti ſuper librum regum Iſrael, & Iuda. Et tranſlati ſunt in Babylonem propter præuaricationem ſuam, quam iniuſte commiſerunt: *quomodo fere hebræus, niſi quod non habet hæc poſtrema,* quam iniuſte commiſerunt. β In ciuitatibus Iſrael, ſacerdotes, & Leuitæ, & dediti.] οἱ δεδομένοι, *quaſi dicati, & addicti certo cuidam miniſterio. Sed Theodoretus, & Compl. & magna ex parte alii,* ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν, ἰσραὴλ, καὶ οἱ ἱερεῖς, καὶ οἱ λευῖται, καὶ οἱ ναθινεῖοι *aut* ναθιναῖοι, in ciuitatibus eorum, Iſrael, & ſacerdotes, & Leuitæ, & Nathinæi. *Ac Theodoretus quidem eos qui habitabant in poſſeſsionibus & ciuitatibus eorum, intelligit Chananæos, & Chettæos, & Iebuſæos, quorum multi adhuc habitabant cum Iſraelitis, & participes fuerunt calamitatis. Nathinæos autem putat appellari,* τοὺς ἱεροδούλους, *quaſi ſeruos ſacro miniſterio addictos: multos enim dicaſſe ſe ad ſacerdotum, & Leuitarum miniſteria.* γ Et Gnothi, & filius Samiud.] *Alii,* ὠθὶ υἱὸς ἀμιούδ, *quod vulgata,* Othei filius Amiud. *Sed etiam Compl. habet,* Samiud. δ Filij filiorum.] *Compl.* ἀπὸ τῶν υἱῶν, de filijs, *vt vulgata.* ε Eorum.] *Sic etiam vulgata. Compl.* αὐτοῦ, eius. ζ Omnes viri principes patriarum ſecundum domos patriarum ſuarum.] *Compl.* πάντες οὗτοι πατριάρχαι κατ' οἶκον πατριῶν αὐτῶν, omnes hi patriarchæ per domum patriarum ſuarum: *Et in aliquo libro vtraque lectio miſcetur.* η Ducis.] *Melius, quàm quod in Compl.* ἡγούμενοι, duces. θ Pagis.] *Alii* ταῖς αὐλαῖς, *eodem tamen ſenſu, vt etiam paulo poſt in noſtra: quamuis Compl. vertant,* atrijs, *vt vulgata.* ι Hæ portæ caſtrorum.] *Alii* αὐτοὶ οἱ πυλωροὶ εἰς τὰς παρεμβολὰς, ipſi ianitores in caſtris. κ Ad domum patris eius.] *Ita fere hebræus, & vulgata,* & domo patris ſui. *Alii* κατ' οἶκον πατριῶν αὐτῶν, per domum patriarum ſuarum: *quod tamen idem videtur valere.* λ Coritæ.] *Sic etiam vulgata. Compl.* κορινοὶ, *Theodoretus* κορῖνοι, Coreni. *Et addit hos eſſe oriundos e Core.* μ Cuſtodias.] *In aliquot libris eſt,* τὰς πύλας, portas: *Compl.* τὰ πρόθυρα, veſtibula, *& vulgata.* ν Patres.] *Idem ſignificat,* ac patriæ, & familiæ (*quod habet vulgata*) *vt alibi ſæpe.* ξ Super portam in portis.] *Alii* εἰς πυλωροὺς ἐν τοῖς σταθμοῖς, in oſtiarios in liminibus. ο Computatio eorum. Hos ſtatuit.] *Alii* ἡ γενεαλογία, (*Compl.* γενεὰ) αὐτῶν, καὶ ὁ καταλοχισμὸς αὐτῶν. τούτους ἠρίθμησε, καὶ ἔστησεν. Genealogia, & computatio eorum: hos numerauit, & ſtatuit. *Atque iſtud quidẽ,* numerauit, & ſtatuit, *eſt etiam apud Theodoretum.* π Cuſtodiendum.] *Alii addunt,* εἰς ἐφημερίας, *quod vulgata,* vicibus ſuis. ρ Portarum. Et Leuitæ erant.] *In aliis,* portarum ipſi Leuitæ. Et erant, &c. σ Caſtrametantur.] *Alii,* καὶ περικύκλῳ τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ αὐλισθήσονται, & in circuitu domus Dei morabuntur: *quod reſpondet vulgatæ.* τ Et in aromata.] *Alii & Theodoretus,* ἐν τοῖς ἀρώμασι, in aromatibus. υ Magni ſacerdotis.] *Compl.* τῶν τηγανιστῶν, eorum, quæ frigebantur Sartagine. *In aliquo libro miſcetur vtrumque.* φ Ordinatæ vices.] *Alii,* ἐν τῷ παστοφορίῳ διατεταγμένοι εἰς ἐφημερίας, in paſtophorio ordinati in vices. χ Frater.] *Alii* οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν, *aut* αὐτοῦ, fratres eorum, *aut* eius. *Vulgata rurſus,* Achio, *quod poteſt valere,* frater eius. ψ In medio.] *In aliis* μετ', cum fratribus ſuis. ω Et Achaz.] *Ita hebræus. Eſt enim ſubintelligendum, vt alibi ſæpe, quod exponitur in Compl.* & Achaz. Et Achaz genuit: *itemque in vulgata.*

CAP.

CAP. X.

A

ET alienigenæ pugnauerunt aduerſus Iſrael. Et [a] fugerunt a facie alienigenarum : & ceciderunt vulnerati in monte Gelbuè. Et perſequuti ſunt alienigenæ poſt Saul, & poſt filios eius : & percuſſerunt alienigenæ Ionathan, & Aminadab, & Melchiſuè filios Saul. Et ingrauatum eſt prælium ſuper Saul: & inuenerunt eum ſagittarij in arcubus: & [b] laborauerunt ab arcubus. Et dixit Saul ei, qui portabat vaſa eius: Educ gladium tuum, & interfice me in eo; ne veniant incircuncisi iſti, & illudant mihi. Et non B voluit portans vaſa eius, quoniam timebat valde. Et cepit Saul gladium, & incubuit ſuper eum. Et vidit portans vaſa eius, quia mortuus eſt Saul : & cecidit etiam ipſe ſuper gladium ſuum. Et mortuus eſt Saul: & tres filij eius in die illa : & vniuerſa domus eius in idipſum mortua eſt. Et vidit omnis vir Iſrael, qui in valle, quia fugit Iſrael, & quia mortuus eſt Saul, & filij eius: & dereliquerunt ciuitates ſuas, & fugerunt. Et venerunt alienigenæ, & habitauerunt in eis. Et factum eſt ſequenti die, & venerunt alienigenæ ad ſpoliandum cæſos : & inuenerunt Saul, & omnes filios eius iacentes in monte Gelbuè: & exuerunt eum : & tulerunt caput eius, & vaſa eius: & miſerunt in terram alie- C nigenarum in circuitu ad euangelizandum [c] idolis ſuis, & populo. Et poſuerunt vaſa eorum in domo Dei ſui: & caput eius poſuerunt in domo Dagon. Et audierunt omnes habitantes [d] Galaad omnia, quæ fecerant alienigenæ ipſi Saul, & Iſrael, & ſuſcitati ſunt in Galaad omnis vir potens, & tulerunt corpus Saul, & corpus filiorum eius : & attulerunt ea in Iabis : & ſepelierunt oſſa eorum ſub quercu in Iabis : & ieiunarunt ſeptem dies. Et mortuus eſt Saul in ſuis iniquitatibus, quibus inique egit Deo, [e] ſuper verbum Domini: quoniam non obſeruauit: quia interrogauit Saul in ventriloquo ad quærendũ, & reſpondit ei Samuel propheta. Et non quæſiuit Dominum: & interfecit eum, & conuertit regnum ad Dauid filium Ieſſæ.

D

α Et fugerunt.] *Alii,* καὶ ἔφυγεν ἀνὴρ ἰσραήλ. & fugit vir Iſrael. β Laborauerunt.] *Alii,* ἐπόνεσεν, laborauit, fractus eſt. *Compl.* ἐτραυματίσθη, vulneratus eſt. γ Idolis ſuis.] *Eadem locutio in hebræo. Alii autem,* ἐν τοῖς οἴκοις τῶν εἰδώλων αὐτῶν, in domibus idolorum ſuorum. δ Galaad.] *In aliis,* ἰαβὶς τῆς γαλαάδ, *&* *vulgata,* Iabes Galaad. ε Super verbum Domini, quoniam non obſeruauit.] κατὰ τὸ λόγον κυρίου, διότι οὐκ ἐφύλαξεν, *& alij codices, ac Theodoretus addunt* αὐτόν, illud. *Viſum eſt autem hoc loco illud* κατὰ, *valere* ſuper, *vt etiam alibi: quoniam ſic hebræus habet, & ſignificat*, contra.

CAP. XI.

E

ET venit omnis Iſrael ad Dauid in Chebron, dicentes: Ecce oſſa tua, & carnes tuæ nos: & heri, & nudiuſtertius, cum eſſet Saul rex, tu fuiſti educens, & introducens Iſrael. Et dixit [a] Iſrael Dominus tibi: tu paſces populum meum Iſrael: & tu eris in ducem ſuper Iſrael. Et venerunt omnes ſeniores Iſrael ad regem in Chebron. Et diſpoſuit eis rex Dauid teſtamentum in Chebron ante Dominum. Et vnxerunt Dauid in regem ſuper Iſrael iuxta verbum Domini per manum Samuel. Et iuit rex, & [b] viri eius in Hieruſalem (hæc Iebus:) & ibi Iebuſæi habitantes terram [c] dixerunt Dauid: Non ingredieris huc. Et cepit arcem Sion: hæc eſt ciuitas Dauid. Et dixit Dauid :

Omnis percutiens Iebusæum in primis, & erit in principem, & in ducem. Et ascendit super eam in primis Ioab filius Saruiæ: & factus est in principem. Et ædificauit ciuitatem in [a] circuitu. Et procedebat procedens, & crescens: & Dominus omnipotens cum eo. Et hi principes potentium, qui fuerunt ipsi Dauid, qui inualescebant cum eo in regno eius cum omni Israel ad faciendum regnare eum iuxta verbum Domini super Israel. Et hic numerus potentium Dauid: [b] Iesebadà filius Achaman primus ipsorum triginta. Hic eduxit gladium suum [c] semel super trecentos vulneratos in tempore vno. Et post eum Eleazar filius [d] Dodai, Achochì. Hic fuit in tribus potentibus: hic fuit cum Dauid in Phasodamin: & alienigenæ congregati sunt ibi ad prælium: & erat pars agri plena ordeorũ: & populus fugit a facie alienigenarum: & stetit in medio partis, & saluauit eam, & percussit alienigenas: et fecit Dominus salutem magnam. Et descenderunt tres de triginta principbus in petram ad Dauid in speluncam Odollam: et castra alienigenarum in valle gigantum: et Dauid tunc in munitione: et statio alienigenarum tunc in Bethleem. Et concupiuit Dauid et dixit: Quis potabit me aqua de cisterna Bethleem, quæ in porta? Et per ruperunt illi tres castra alienigenarum, et aquati sunt aquam de cisterna, quæ in Bethleẽ, quæ erat in porta. Et tulerunt, et venerũt ad Dauid. Et noluit Dauid bibere illam, et libauit illam Domino, et dixit: Propitius mihi Deus a faciẽdo verbũ hoc. Si sanguinẽ virorũ horum bibã in animabus eorũ? quoniã in animabus suis attulerunt. Et noluit bibere illã. Hæc fecerũt tres potentes. Et Abisa frater Ioab hic fuit princeps triũ: hic eduxit gladiũ suũ super trecentos vulneratos in tempore vno: et hic fuit nominatus in tribus: de tribus super duos gloriosus, et fuit eis in principẽ: et vsque ad tres non peruenit. Et Banæa filius Iodae filius viri potentis: multa opera eius de Cabasael. Hic percussit duos Ariel Moab: et hic descẽdit, et percussit leonẽ in cisterna in die niuis: et hic percussit virũ Ægyptiũ hominẽ [e] conspicuũ quinque cubitorũ: et in manu Ægyptij lancea tanquã liciatorium texentiũ: et descendit super eũ Banæa in virga: et abstulit de manu eius lanceam, et interfecit eum in lancea eius. Hæc fecit Banæa filius Iodae, et huic nomẽ in tribus potentibus; super triginta fuit honoratus hic: et ad tres non peruenit. Et constituit eum Dauid super patriam suam. Et potentes virtutum, Asael frater Ioab, Eleanan filius Dodoe de Bethleem, Samaoth Arorì, Chelles Pheloni, Orà filius Eccis Thecoì, Abiezer Anathothì, Sobochæ Vsathi, Eli Achoni, Marai Netophathi, Cthaod filius Nooza Netophathi, Æri filius Rebeè de [f] colle Beniamin, Banæas Pharathonì, Vrì de Nachali, Gaas Abiel Garabethi, Asbon Baromi, Eliaba Salaboni, filius Asam Gizonitæ, Ionathan filius Sola Ararì, Achiu filius Achar Ararì, Elphath filius Tyrophar Mechorathrì, Achia Phelloni, Esere Charmadai, Naaræ filius Azobæ, Iocl filius Nathan, Mebaal filius Agari, Sele Ammoni, Nachor Berothi, portans vasa [g] filio Sarniæ, Ira Iethrì, Gaber Iethre, Vria Chetti, Zabet filius Achaià, Adina filius Sæzà [h] ipsius Ruben princeps, et super eum triginta, Anan filius Moocha, et Iosaphat Matthanì, Ozia Astarothi, Samathà, et Ieiel filij Chotham Ararì, Iediel filius Semeri, et Iosae frater eius Thosai, Eliel Maoì, et Iaribì, et Iosia filius eius, Ellaam, & Iethamà Moabites, Daliel, et Obeth, et Iesiel Mesobia.

a Israel

A α Israel Dominus tibi.] *Alii* σοι κύριος ὁ θεός σου, tibi Dominus Deus tuus, *vt vulgata.* β Et viri eius.] *In aliis,* καὶ πᾶς ἰσραήλ, *quod vulgata,* & omnis Israel. γ Dixerunt Dauid.] *In plerisque libris est,* εἶπον δὲ οἱ κατοικοῦντες τὴν ἰεβοὺς τῷ δαυίδ. Dixerunt autem inhabitantes Iebus ad Dauid. δ Circuitu.] *In cæteris hæc adduntur,* ἀπὸ τῆς μααλὼ (*al.* ἄκρας) καὶ ἕως τοῦ κύκλου. καὶ ἰωὰβ περιεποιήσατο τὸ λοιπὸν τῆς πόλεως, à Maalo. (*al.* arce) & vsque ad gyrum. Et Ioab reparauit reliquum ciuitatis. *In multis adduntur præterea hæc,* καὶ ἐπολέμησε, καὶ ἔλαβε τὴν πόλιν, & oppugnauit, & cepit ciuitatem: *quæ tamen absunt à Compl. & vulgata,* ε Iesebada.] *Alii* Iesebaal, *Compl.* Iesbaan, *vt vulgata.* ζ Semel.] *Abest hoc loco à Compl. sed paulo post pro,* in tempore vno, *habet* εἰσάπαξ. η Dodai Achochi.] *Compl.* δωδαὶ πατραδέλφου αὐτοῦ, Dodai patrui eius. *Sed* Dodai, *factum est ex dictione hebræa, quæ significat,* patrui eius. *Quare alterutrum est ex alia interpretatione: & illud,* Achochi, *in vulgata est,* Achites. θ Conspicuum.] *Compl.* δὲ μέγαν, grandem. ι Colle.] *Compl.* Gabaath, *vt vulgata.* κ Filio Saruiæ.] *Alii* ἰωὰβ υἱῷ σαρουίας, Ioab filij Saruiæ. λ Ipsius Ruben princeps.] *Compl.* ὁ ῥουβηνὶ ἄρχων τοῦ ῥουβὴν, Rubenites princeps ipsi Ruben.

B

CAP. XII.

ET hi, qui venerunt ad Dauid in Sicelag; cum adhuc comprimeretur à facie Saul filij Cis. Et hi in potentibus, adiuuantes in bello, α et arcu à dextris, & à sinistris, & funditores in lapidibus, & arcubus: De fratribus Saul de Beniamin princeps Achiezer, & Ioas filius Asma Gabathitæ, & Ioel, & Iophaleth filij Asmoth, & Berechia, & Ieul Anathothi, & Samaias Gabaonites potens in triginta, & super triginta, Hieremia, & Ieziel, & Ioanan, & Ioazabath Gadarathijm, Azai, & Arimuth, & Baalia, & Samaraia, et Saphatias, Charæphiel, Elcana, et Iesuni, et Ozriel, et Ioazara, et Sobocam, et β Coritæ, et Ielia, et Zabadia filii Iroam, γ et qui ipsius Gedor. Et de Gaddi discesserunt ad Dauid à δ deserto fortes, potentes, viri aciei belli, leuantes clypeos, et lanceas, et facies leonis facies eorum, & leues, sicut capreæ super montes, velocitate; Aza princeps, Abdia secundus, Eliab tertius, Masmaria quartus, Hieremias quintus, Iethi sextus, Eliab septimus, Ioanan octauus, Eliazer nonus, Hieremia decimus, Melchabanai vndecimus. Hi ex filijs Gad principes militiæ, vnus ipsis centum paruus, & magnus ipsis mille: hi, qui transierunt Iordanem in mense primo (& hic repletus super omnem crepidinem suam) & persequuti sunt omnes habitantes vallium ab oriente vsque ad occidentem. Et venerunt de filijs Beniamin, & Iuda in auxilium Dauid. Et Dauid exiuit in obuiam eorum, & dixit eis: Si ad pacem venistis ad me; ε sit mihi cor per se super vos: & si ad tradendum me inimicis meis non in veritate manus; videat Deus patrum ζ vestrorum, & arguat. Et spiritus induit ipsum Amasæ principem triginta, & dixit: Vade, η & populus tuus Dauid filius Iessæ, pax, pax tibi, & pax auxiliatoribus tuis: quoniam auxiliatus est tibi Deus tuus. Et suscepit eos Dauid, & constituit eos principes virtutū. Et de Manasse accesserunt ad Dauid, θ in veniendo alienigenas super Saul ad bellum. Et non audiuit eos; quoniam in consilio ι factum est à Ducibus alienigenarum dicentium. In capitibus virorum istorum reuertet ad Dominum suum κ Saul. In eundo Dauid in Sicelag, accesserunt ei de Manasse Ednà, & Iozabath, & Rodiel, & Michael, & Iosabæth, & Elimuth & Semathi, principes millium sunt ipsius Manasse. Et ipsi pugnarunt vnà cum Dauid super λ Geddur: quoniam potentes fortitudinis omnes. Et fuerunt duces μ in exercitu, in virtute: quoniam ν diem ex die veniebant ad Dauid, ad virtutem magnam, sicut virtus Dei. Et hæc nomina principum militiæ, qui venerunt ad Dauid in Chebron ad conuertendum regnū Saul ad eum,

C

D

E

iuxta verbum Domini. Filij Iuda ſcutiferi, & haſtiferi, ſex mille, & octingent, potentes aciei. De filijs Symeon potentes fortitudinis in aciem ſeptem millia, & centum. De filijs Leui quatuor mille, & ſexcenti. Et Ioadas Dux ipſi Aaron, & cum eo tria millia, & ſeptingenti. Et Sadoc iuuenis potens fortitudine, & de paterna domo eius principes viginti duo. Et de filijs Beniamin fratribus Saul tria millia: & adhuc ξ plurima pars eorum intendebat in cuſtodiam domus Saul. Et de filijs Ephræm viginti millia, & octingenti, potentes fortitudine, viri nominati per domos patriarum ſuarum. Et de dimidio tribus Manaſſe, decem octo millia, qui nominati fuerunt in nomine ad faciendum regnare ipſum Dauid. Et de filijs Iſſachar, cognoſcentes intelligentiam in ο tempora, cognoſcentes, quid faciat Iſrael, π ducenti, & omnes fratres eorum cum eis. Et de Zabulon procedentes in aciem belli in omnibus vaſis bellicis quinquaginta millia ad auxiliandum Dauid ϛ non manibus vacuis. Et de Nephthali principes mille, & cum eis in ſcutis, & lanceis triginta ſeptem millia. Et de Danitis inſtructi ad bellum, viginti octo millia, & octingenti. Et de Aſer ingredientes auxiliari in bello, quadraginta millia. Et de trans Iordanem de Ruben, & Gaddi, & de dimidio tribus Manaſſe in omnibus vaſis bellicis, centum viginti millia. Omnes hi viri bellatores inſtruentes aciem in animo pacifico. Et venerunt in Chebron ad faciendum regnare Dauid ſuper omnem Iſrael. Et reſiduus Iſrael anima vna ad faciendum regnare Dauid. Et fuerunt ibi diebus tribus comedentes, & bibentes: quoniam præpararant fratres eorum. Et confines eis vſque ad Iſſachar, & Zabulon, & Nephthali afferebant eis ſuper camelos, & aſinos, & mulos, & ſuper vitulos cibaria, farinas, palathas, vuas paſſas, vinum, & oleum, vitulos, & oues in multitudine: quoniam lætitia in Iſrael.

α Et arcu.] *Compl.* ἐκτείνοντες τόξον δεξιάζοντες, καὶ ἀριστεράζοντες, καὶ σφενδονῶντες ἐν λίθοις, καὶ ἐν βέλεσι, καὶ τόξῳ, tendentes arcum, vtentes dextra, & ſiniſtra, & funditores in lapidibus, & in iaculis, & arcu. β Et coritæ.] *Ab aliis abeſt illud, & : & vulgata*, Ieſbaan de Careim. γ Et qui ipſius Gedor.] *In aliis*, υἱοὶ τοῦ γεδδώρ. filij Geddor. δ A deſerto.] *Alii*, ἀπὸ τῆς ἐρήμου, ſuper deſertum: *quod vulgata*, cum lateret in deſerto, ε Sic mihi cor per ſe.] *Compl.* βοηθῆσαί μοι, εἴη μοι καρδία ἐφ᾽ ὑμᾶς εἰς ἕνωσιν, ad auxiliandum mihi, ſit mihi cor ſuper vos in vnionem. ζ Veſtrorum.] *Alii*, noſtrorum. η Vade & populus tuus Dauid filius Ieſſæ pax, pax tibi.] *Compl. & magna ex parte alii*, Vade Dauid filius Ieſſæ, tu, & populus tuus in pace: pax tibi, &c. θ In veniendo alienigenas.] *Compl.* ἐρχομένου αὐτοῦ μετὰ ἀλλοφύλων τῶν ἐλθόντων, veniente eo cum alienigenis venientibus, &c. ι Factum eſt.] *Compl.* ὅτι ἐν βουλῇ ἐγένοντο οἱ σατράπαι τῶν ἀλλοφύλων, λέγοντες, ἐν ταῖς κεφαλαῖς ἡμῶν. quoniam in conſilio fuerunt ſatrapæ alienigenarũ dicentes: In capitibus noſtris, &c. κ Saul.] *In aliis additur*, καὶ ἐξαπέστειλαν αὐτὸν, & dimiſerunt eum: *quæ tamen non ſunt hoc loco in hebræo*. λ Geddur.] *Theodoretus*, γεδοὺρ autem vocauit cateruam Amalecitarum, *de hoc nomine alibi notatum eſt*. μ In exercitu, in virtute.] *Prius*, in, *abeſt à Compl. ſed videri poſſunt duæ interpretationes*. ν Diem ex die.] *Compl.* κατὰ καιρὸν ἡμέρας εἰς ἡμέραν ἤρχοντο πρὸς δαυὶδ τοῦ βοηθῆσαι αὐτῷ ὡς εἰς παρεμβολὴν μεγάλην, ὡς παρεμβολὴν θεοῦ. ſecundum tempus diei in diem veniebant ad Dauid ad auxiliãdum ei tanquã ad caſtrametationem magnam tanquam caſtrametationem Dei. ξ Plurima pars eorum intendebat in cuſtodiam.] *Compl.* οἱ πλεῖστοι αὐτῶν ἐφύλασσον τὴν φυλακήν, plerique eorum cuſtodiebant cuſtodiam. ο In tempora.] *Theodoretus*, εἰς τοὺς καιροὺς αὐτῶν, in temporibus ſuis. π Ducenti.] *Nonnulli* εἰς ἀρχὰς διακόσιοι, in principes ducenti, *quod vulgata*, principes ducenti. *Compl.* εἰς τὰς ἀρχὰς αὐτῶν διακόσιοι, in principatibus ſuis ducẽti. *Alii*, ὀκτακόσιοι, octingenti. *Theodoretus*, εἰς τὰς ἀρχὰς αὐτοῦ, διακόσιοι, in principatu ſuo, ducenti. ϛ Non manibus vacuis.] *Id viſum eſt poſſe valere*, οὐ χεροκένως. *In aliquot libris ſequitur*, οὔτε μετὰ καρδίας, καὶ καρδίας, neque cum corde, & corde. *In Compl. hoc tantum eſt, non illud.*

CAP. XIII.

ET conſultauit Dauid cũ Chiliarchis, & cẽturionibus, omni duce. Et dixit Dauid vniuerſæ Eccleſiæ Iſrael: Si ſuper vos bonũ, & à Domino Deo noſtro proſperabitur; mittamus ad fratres noſtros reliquos in omni terra Iſrael:

A Israel:& cũ eis sacerdotes Leuitæ in ciuitatibus possessionis suæ:& cõgregabuntur ad nos:& transferamus arcã Dei nostri ad nos:quoniã non ᵅ quæsierũt eã a diebus Saul. Et dixit vniuersa Ecclesia facere sic; quoniam rectũ fuit verbum in oculis vniuersi populi. Et conuocauit Dauid omnem Israel a finibus Ægypti, & vsque ad introitũ Hemath ad inferendum arcã Dei è ciuitate Iarin. Et ᵝ adduxit eam Dauid: & omnis Israel ascendit in ciuitatem Dauid, quæ erat ipsius Iuda, ad educendum inde arcam Dei Domini sedentis super Cherubim, vbi inuocatum est nomen eius. Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum nouum è domo Aminadab. Et Oza, & fratres eius ducebant plaustrum. Et Dauid, & omnis Israel ludentes ante Deum in omni virtute, & in ᵞ cantoribus, & in cithaB ris, & in Nablis, in tympanis, & in cymbalis, & in tubis. Et venerunt vsque ad ᵟ aream: & extendit Oza manum suam ad substentandam arcam, quoniam inclinauerat eam vitulus. Et indignatus est Dominus ira super Oza, & percussit eum ibi, propterea quod extendisset manum suam super arcam: & mortuus est ibi ante Deum. Et tristatus est Dauid, quia discidit Dominus scissuram in Oza, & vocauit locum illum scissura Oza, vsque in diem hanc. Et timuit Dauid Deũ in die illa, dicens: Quomodo introducam arcam Dei ad me? Et non fecit diuertere Dauid arcam ad se in ciuitatem Dauid, & fecit eam declinare in domum ᵋ Abeddarà Gethæi. Et sedit arca Dei in domo Abeddarà tres menses. Et beneC dixit Deus Abeddarà, & omnia eius.

ᵅ Quæsierant.] *Compl.* ἐζητήσαμεν, *& vulgata,* requisiuimus. ᵝ Et adduxit eam Dauid: & omnis Israel ascendit in ciuitatem Dauid.] *Compl.* καὶ ἀνέβη δαυὶδ, καὶ πᾶς ἀνὴρ ἰσραὴλ εἰς καριαθιαρεὶμ *quod in vulgata.* Et ascendit Dauid, & omnis vir Israel, ad collem Cariatharim. ᵞ Cantoribus.] *Compl.* ᾠδαῖς, canticis. ᵟ Aream.] *Compl. addit,* χαιδὼν, *& vulgata,* Chidon. ᵋ Abeddara.] *Theodoretus per simplex.* δ. *licet aliter interpres. Compl.* ὀβὴδ ἐδὼμ, *& vulgata,* Obed Edom. *In cap. 15. appellatur,* ἀβεδδὼμ, Abdedom.

CAP. XIV.

D ET misit Chiram rex Tyri nuncios ad Dauid, & ligna cedrina, & ædificatores, & fabros lignorum ad ædificandam ei domum. Et nouit Dauid, quia parauit eum Dominus in regem super Israel: quoniam auctũ est in altitudinem regnum suũ propter populum eius Israel. Et accepit Dauid adhuc vxores in Hierusalem, & nati sunt Dauid adhuc filij, & filiæ. Et hæc nomina eorum, qui nati sunt, ᵅ qui fuerunt ei in Hierusalem: Samaa, Sobab, Nathan, & Salomõ, & Baar, & Elisà, & Eliphaleth, & Nageth, & Naphath, & Iaphiè, & Elisamae, & Eliade, & Eliphalà. Et audierunt alienigenæ, quia vnctus est Dauid rex super omnem Israel. Et ascenderunt omnes alienigenæ ad quærendum Dauid. Et audiuit Dauid, & egressus est in occursum eis. Et alienigenæ venerunt, &
E ᵝ consederunt in valle gigantum. Et interrogauit Dauid per Deum, dicens: Si ascendero super alienigenas, & dabis eos in manus meas? Et dixit ei Dominus: Ascende: & dabo eos in manus tuas. Et ascẽdit in Baal Pharasin: & percussit eos ibi Dauid. Et dixit Dauid: Conscidit Deus inimicos meos in manu mea, tanquam scissuram aquæ. Propterea vocauit nomen loci illius, scissura Pharasin. Et dereliquerunt ibi Deos suos alienigenæ. Et dixit Dauid comburere in igne. Et adiecerunt adhuc alienigenæ, & consederunt adhuc in valle gigantum. Et interrogauit Dauid adhuc in Deo. Et dixit ei Deus: Non ibis post eos: auertere

 ab eis:

ab eis: & aderis eis prope pyros. Et erit in audiẽdo te vocem concussionis ipsarum summitatum pyrorum; tunc ingredieris in prælium: quoniam egressus est Deus ante te ad percutiendum castra alienigenarum. Et fecit, sicut mandauit ei Deus: & percussit castra alienigenarum a Gabaon vsque Gazerà. Et factum est nomen Dauid in vniuersa terra: & Dominus dedit timorem eius super omnes gentes. A

α Qui fuerunt.] *Abest à Compl. sed non ab hebræo.* β Confederunt.] *Hoc visum est hoc loco significare, συνέπεσον, itemque paulo inferius. Compl. vtroque loco ἐξεχύθησαν, & vulgata,* diffusi sunt.

CAP. XV. B

ET fecit sibi domos in ciuitate Dauid; & parauit locum arcæ Dei: & fecit ei tabernaculum. Tunc dixit Dauid: Non est tollere arcam Dei, nisi Leuitas: quoniam eos elegit Dominus tollere arcam Domini, & ministrare sibi vsque in seculum. Et conuocauit Dauid omnem Israel in Hierusalem ad adducendum arcam Domini in locum, quem parauerat ei. Et congregauit Dauid filios Aaron α Leuitas: De filijs Caath Vriel princeps, & fratres eius, centum viginti: De filijs Merari Asaia princeps, & fratres eius ducenti β viginti: De filiis Gedson, Ioel princeps, & fratres eius, centum viginti: De filijs Elisaphath, Semei princeps, & fratres eius, ducẽti: De filijs Chebron, Eliel princeps, & fratres eius, octuaginta: De filijs Oziel, Aminadab princeps, & fratres eius, centum duodecim. Et vocauit Dauid Sadoc, & Abiathar sacerdotes, & Leuitas, Vriel, Asuiam, & Ioel, & Semæam, & Eliel, & Aminadab: & dixit eis: Vos principes patriarum Leuitarum. Purificamini vos, & fratres vestri, & efferetis arcam Dei Israel, vbi paraui ei: quoniam eo quod antea vos non γ fuistis, discidit Deus noster in nobis: quoniam non exquisiuimus in iudicio. Et purificati sunt sacerdotes, & Leuitæ ad efferendam arcam Dei Israel. Et tulerunt filij Leuitarum, arcam Dei, sicut mandauerat Moyses in verbo Dei secundum scripturam in supportatorijs δ super se. Et dixit Dauid principibus Leuitarum: Constituite fratres vestros cantores in organis, nablis, citharis, & cymbalis ad resonandum in sublime in voce lætitiæ. Et constituerunt Leuitæ Æman ε filium Ioel, de fratribus eius Asaph filius Barachia: & de filijs Merari fratribus eius Æthan filius Cisæi, & cum eis fratres eorum, ζ secundi, Zacharias, & Oziel, & Semiramoth, & Ieiel, & Elioel, & Eliab, & Banæa, & Naasia, & Matthathia, & Eliphenà, & Macellia, & Abdedom, et Ieiel, & Ozias, ianitores. Et psalmorum cantores, Aeman, Asaph, & Aethan in cymbalis æneis ad faciendum audiri: Zacharias, & Oziel, Semiramoth, Ieiel, Onì, Eliab, Maasæas, Banæas in nablis super η Alæmoth. Et Matthathias, & Eliphalù, & Macenia, & Abdedom, & Ieiel, & Ozias in citharis θ Amasenith ad vincendum. Et Chonenia princeps Leuitarum ι princeps cantorum; quoniam intelligens erat. Et Barachia, & Elcana ianitores arcæ. Et Somnia, & Iosaphat, & Nathanael, et Amasai, et Zacharia, & Banaia, & Eliezer sacerdotes clangentes tubis ante arcam Dei. Et Abdedom, & Ihia ianitores arcæ Dei. Et erat Dauid, & seniores Israel, & Chiliarchi procedentes ad educendam arcam testamenti e domo Abdedom in lætitia. Et factum est in confortando Deum Leuitas leuantes arcam testa- C D E

A testamenti Domini,& immolauerunt septem vitulos,& septem arietes Et Dauid indutus in stola byssina, & omnes Leuitæ leuantes arcã testamẽti Domini, & psalmorum cantores,& Chonenias princeps cantorum canentium. Et super Dauid κ stola byssina. Et omnis Israel educentes arcam testamenti Domini in significatione,et in voce λ Sopher,et in tubis,et in cymbalis, resonantes in nablis, et in citharis. μ Et factum est, arca testamenti Domini, et venit vsque ad ciuitatem Dauid. Et Melchol filia Saul prospexit per fenestram, et vidit regem Dauid saltantem, et ludentem: et spreuit eum in anima sua.

B α Leuitas.] *Compl. ac vulgata*, & Leuitas. β Viginti.] *Nonnulli alii* πεντήκοντα, quinquaginta. γ Non fuistis.] *Sic hebræus, idest, qui ferretis arcam, sed super plaustrum imposueramus. Alii, & Compl. addunt*, ἕτοιμοι, parati. δ Super se.] *Compl.* ἐν ὤμοις αὐτῶν, in humeris suis. *hebræus hoc loco habet, vt nostra. Sed paulo ante pro*, secundum scripturam, *habet*, in humero suo. ε Filium.] *Sic etiam vulgata, sed habet*, Leuitas: *atque etiam in sequentibus*, Asaph filium, Ethan filium. *Compl. hic etiam*, filius: *vt ita vertendum sit*, Et steterunt Leuitæ, Hæman filius Iocl, &c. ζ Secundi.] *Compl.* οἱ δευτερεύοντες, *quasi* agentes secundas partes. *Quidam vero hoc coniungunt cum antecedentibus: vulgata autem cum sequentibus*: in secundo ordine Zachariam, &c. η Super Alemoth.] *Compl.* περὶ τῶν κρυφίων, pro occultis, *quod est interpretatio illius: & vulgata*, arcana cantabant. θ Amasenith.] *Videtur & hic supplendum*, super, *quod est in hebræo. Compl.* περὶ τῆς ὀγδόης, pro octauo: *quod item est interpretatio illius. Vulgata*, pro octaua canebant Epinicion. ι Princeps cantorum.] *Aut* canticorum. *Compl. addit*, ἐν τῇ ἄρσει, in eleuatione: *dictionem hebræam, quæ bis etiam ponitur, alii isto modo interpretantur, alii prophetiam. Vulgata primo loco*, prophetiæ præerat, *secundo*, & ad præcinendam melodiam. κ Stola.] *Compl.* ἐφοὺδ βύσσινον, Ephud byssinum: *quomodo habuit*
C *Theodoretus, qui hæc addit*, Sæpe diximus τὸ ἐφοὺδ, Aquilam dixisse ἐπένδυμα, superindumentum, Symmachũ vero ἐπωμίδα, superhumerale. Sed erant superindumenta sacerdotalia, erant autem & communia. Manifestum est autem magnum Dauid, & pium & Dei amicum non violasse legem, neque ausum esse sacerdotalem stolam induere: sed docet ratio eam fuisse, quam nunc vocant ἀφώδιν. *Vulgata*, Ephód lineo. λ Sopher.] *Compl.* Sophar. *Vulgata*, buccinæ. μ Et factum est, arca testamenti Domini & venit.] *Alii*, Et venit arca testamenti Domini. *Compl.* Et factum est, & venit arca testamenti Domini.

CAP. XVI.

ET attulerunt arcam Dei, & constituerunt eam in medio tabernaculi, quod fixerat ei Dauid: & obtulerunt holocaustomata, & α salutaris ante Deũ. Et consummauit Dauid offerens holocaustomata, & β salutaris: & benedixit populum in nomine Domini. Et distribuit omni viro Israel a viro, &
D vsque ad mulierem, viro γ panem vnum pistum, & δ amoritem. Et constituit ad faciem arcæ testamenti Domini de Leuitis ministrantes, resonantes, & ad confitendum, & laudandum Dominum Deum Israel: Asaph dux, & secundus ei Zacharias, Ieiel, Semiramoth, & Ieiel, Matthathias, Eliab, et Banæas, et Abdedom, et Liel in organis, nablis, citharis: et Asaph in cymbalis resonans. Et Banæas, et Oziel sacerdotes in tubis perpetuo ante arcam testamenti Dei. In die illa tunc constituit Dauid in principio ad laudandum Dominum in manu Asaph, et fratrum eius. CANTICVM. Confitemini Domino: inuocate eum in nomine eius: notas facite in populis adinuentiones eius. Cantate ei,
E et hymnum dicite ei: narrate omnibus mirabilia eius, quæ fecit Dominus. Laudate in nomine sancto eius: lætabitur cor quærens beneplacitum eius. Quærite Dominum, et confortamini: quærite faciem eius semper. Mementote mirabilium eius, quæ fecit, prodigiorum, et iudiciorum oris eius. Semen Israel, pueri eius, filij Iacob, electi eius. Ipse Dominus Deus noster: in vniuersa terra iudicia eius. ε Memores simus in seculum testamenti eius, verbi eius, quod mandauit in mille generationes: Quod disposuit ad Abraham, et iuramentum suum Isaac. Statuit illud Iacob in præceptum, Israel ζ testamentum æternum, dicens:

cens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ. Cum essent ipsi pauci numero, η quasi parui facti sunt, et incoluerunt in ea: et iuerunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum. Non permisit virum opprimere eos: et corripuit pro eis reges. Nolite tangere Christos meos: et in prophetis meis nolite malignari. Cantate Domino omnis terra: annunciate de die in diem θ salutem eius. Narrate in gentibus gloriã eius in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus Dominus, et laudabilis valde, terribilis est super omnes Deos. Quoniam omnes Dij gentium Idola: et Deus noster cælos fecit. Gloria, et laus ad faciem eius, fortitudo, et gloriatio in ι loco eius. Date Domino patriæ gentium: date Domino gloriam, et fortitudinem: date Domino gloriam nomini eius. κ Sumite dona, et afferte ad faciem eius: et adorate Dominum in λ atrijs sanctis eius. Timeat a facie eius omnis terra: μ dirigatur terra, et non commoueatur. Lætetur cælum, et exultet terra: et dicant in gẽtibus, Dominus regnans. Tonabit mare ν cum plenitudine, et lignum agri, et omnia, quæ in eo. Tunc lætabuntur ligna syluæ a facie Domini: quoniam venit iudicare terram. Confitemini Domino, quoniam bonum: quoniam in seculum misericordia eius. Et dicite, salua nos Deus salutis nostræ, et collige nos, et erue nos de gentibus, ad laudandum nomen sanctum tuum, et gloriandũ in laudationibus tuis. Benedictus Dominus Deus Israel a seculo, et vsque in seculum: et dicet omnis populus, Amen.

Et laudem dederunt Domino: et ξ reliquerunt ibi ante arcam testamenti Domini Asaph, et fratres eius ad ministrandum ante arcam semper, quod diei in diem. (Et Abdedom et fratres eius, sexaginta et octo. Et Abdedom filius Idithun, et Osà in ianitores) et Sadoc sacerdotem, et fratres eius sacerdotes ante tabernaculum Domini in Bamà, quæ in Gabaon, ad offerendum holocaustomata Domino super altare holocaustomatum semper mane, & vesperi, & secundum omnia scripta in lege Domini; quæcumque mandauit super filios Israel in manu Moysi serui Dei. Et cum eo Æman, & Idithun, & reliqui electi in nomine ad laudandum Dominum; quoniam in seculum misericordia eius. Et cum eis tubæ, & cymbala ad resonandum, & organa cantorum Dei. Filij autem Idithun ad portam. Et iuit omnis populus, vnusquisque ad domum suam. Et reuertit Dauid ad benedicendum domum suam.

α Salutaris.] *Alii* σωτήρια, salutaria. *Compl.* εἰρηνικὰς, pacificas. *Vulgata*, pacifica. β Et salutaris.] καὶ σωτηρίου. *Alii*, καὶ τὰ τοῦ σωτηρίου, *&* *Compl.* καὶ τὰς εἰρηνικὰς, *vt proxime dictum est.* γ Panem vnum pistum.] ἀρτοκοπικὸν, *aut* ἀρτοκοπικὸν, *vt alii. Sed Compl.* χέχαρ ἄρτου. *Theodoretus in manuscriptis* (*nam ab Interprete omittitur*) Illud autem, χέχαρ ἄρτου, in regnis dixit Collyridam. *Vulgata*, tortam panis. δ Et amoritem.] τὴν ἀμορίτην, *interpretantur similam coctam cum melle, aut oleo. Compl.* καὶ λάγανον τηγάνου καὶ κολλυρίτην, & laganũ sartaginis, & Collyridam. *Vulgata*, & partem assæ carnis bubalæ, & frixam oleo similam. ε Memores simus.] *Compl.* μνημονεύετε, memores sitis. *In psalmo* 104. (*in quo, & in* 95. *continetur fere hoc canticum: quare nonnulla eo reseruabuntur notanda*) ἐμνήσθη, memor fuit. ζ Testamentum.] *Alii*, εἰς διαθήκην, in testamentum. η Quasi parui facti sunt, & incoluerunt in ea.] *Compl.* ὡς μικροὺς, καὶ παροικοῦσιν ἐν αὐτῇ, quasi parui, & incolæ in ea. *Psal.* 104. ἀριθμῷ βραχεῖς, ὀλιγοστοὺς, καὶ παροίκους ἐν αὐτῇ, numero breues, paucissimi, & incolæ in ea. θ Salutem.] *Alii*, τὸ σωτήριον, salutare. ι Loco.] *Sic etiam hebræus, & vulgata. Alii addunt* ἁγίῳ, sancto. κ Sumite dona, & afferte ad faciem eius.] *Compl.* ἄρατε θυσίας, καὶ εἰσπορεύεσθε ἐνώπιον αὐτοῦ, Tollite hostias, & introite in conspectu eius. *Psal.* 95. in atria eius. λ Atrijs sanctis.] *Psal. eod.* atrio sancto. *Compl.* κατοικητηρίῳ ἁγίῳ, habitaculo sancto. V*ulgata*, decore sancto. μ Dirigatur terra, & non commoueatur.] *Compl.* καὶ γὰρ κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ σαλευθήσεται, etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur. ν Cum plenitudine, & lignum agri.] *Compl.* συμπληρώματι, (*sed videtur legendum*, σὺν τῷ πληρώματι) αὐτῆς. ἀγαλλιάσθω ὁ ἀγρὸς, cum plenitudine sua: exultet ager. ξ Reliquerunt.] *Compl.* κατέλιπε *& vulgata*, dereliquit.

CAP. XVII.

A ET factum est, vt habitauit Dauid in domo sua; & dixit Dauid ad Nathan prophetam: Ecce ego habito in domo cedrina: & arca testamenti Domini sub pellibus. Et dixit Nathã ad Dauid: Omne, quod in anima tua, fac: quoniam Deus tecum. Et factum est in nocte illa, & factum est verbum Domini ad Nathan: Vade, & dic ad Dauid seruum meum: Sic dixit Dominus. Non tu ædificabis mihi domum, ad habitandum me in ea: quoniam non habitaui in domo, a die, qua eduxi Israel, vsque in diem hanc, & fui in [a] tabernaculo, & B in tegmine in omnibus, quæ transiui in omni Israel. Si loquens locutus sum ad vnam tribum Israel, quibus mandaueram pascere populum meum, dicens: Quia non ædificastis mihi domum cedrinam? Et nunc ita dices seruo meo Dauid: Hæc dicit Dominus omnipotens: Ego assumpsi te de mandra de post greges, vt esses in ducem super populum meum Israel: & fui tecum in omnibus, quibus iuisti: & exterminaui omnes inimicos tuos a facie tua: & feci tibi nomen iuxta nomen magnorum, qui super terram. Et ponam locũ populo meo Israel; & plantabo eũ, & habitabit apud se: & non [β] sollicitabitur vltra: & non adijciet filius iniquitatis humiliare eum, sicut [γ] principio, & a diebus, C quibus constitui iudices super populum meum Israel. Et humiliaui omnes inimicos tuos: & augebo te: & domum ædificabit tibi Dominus. Et erit, quando impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis; & suscitabo semen tuũ post te, qui erit de ventre tuo: & parabo regnum eius. Ipse ædificabit mihi domum: & erigam thronum eius vsque in seculum. Ego ero ei in patrem: & ipse erit mihi in filium. Et misericordiam meam non remouebo ab eo, sicut remoui ab ijs, qui erant ante eum. Et [δ] fideliter statuam eum in domo mea, & in regno suo vsque in seculum: & thronus eius erit erectus vsque in seculum. Secundum omnia verba hæc, & secundum omnem visionem hanc, sic locutus est Nathan ad Dauid. Et venit rex Dauid, & sedit e regione Domini, & dixit: Quis D sum ego Domine Deus? & quæ domus mea; quia dilexisti me vsque in seculum? Et facta sunt parua hæc coram te Deus: & locutus es super domum pueri tui [ε] à longinquis, & inspexisti me, tanquam visio hominis: & exaltasti me Domine Deus. Quid adijciet vltra Dauid ad te, ad [ζ] glorificandum? Et tu seruum tuum nosti: & [η] iuxta cor tuum fecisti omnem magnificentiam. Domine, non est similis tibi: & non est Deus præter te, iuxta omnia, quæcumque audiuimus in auribus nostris: & non est, sicut populus tuus Israel, gens vltra super terram, quomodo [θ] deduxit se Deus ad redimendum populum sibi, ad ponendum sibi nomen magnum, & illustre, ad eijciendum a facie populi tui quos redemi- E sti ex Ægypto, gentes. Et dedisti populum tuum Israel tibi ipsi populum vsque in seculum: & tu Dominus factus es eis in Deum. Et nunc Domine verbum tuum, quod locutus es ad puerum tuum, & super domum eius, fidele sit vsque in seculum. Et fac, sicut locutus es: & fidele sit, & magnificetur nomen tuum vsque in seculum, dicentibus: Domine, Domine omnipotẽs Deus Israel, & domus Dauid pueri tui erecta coram te. Quoniã tu Dominus Deus meus [ι] aperuisti aurem pueri tui ad ædificandum ei domum; propter hoc inuenit puer tuus deprecari ad faciem tuam. Et nunc Domine tu es ipse Deus: & locutus es

super

ſuper ſeruum tuum bona hæc. Et nunc incipe benedicere domum pueri tui, vt ſit in ſeculum coram te. Quoniam tu Domine benedixiſti;& ^η^ & benedic in ſeculum. A

α Tabernaculo,& in tegmine.] *Plerique libri,* ἐν σκηνῇ εἰς σκέπην, καὶ ἐν καταλύματι, in tabernaculo in tegmen, & in diuerſorio. *Elocutionem hebræam ſic explanauit vulgata,* ſemper mutās loca tabernaculi, & in tentorio. β Solicitabitur.] μεριμνήσει. *Compl.* παροχθήσεται, turbabitur. γ Principio.] ἀρχῆς, *Alii* ἀπ' ἀρχῆς, à principio. δ Fideliter ſtatuam.] πιστῶσαι. *Alibi notatum eſt,* Fidele, *ſignificare firmum, & ſtabile: qua notione in hoc præcipue capite accipiendum eſt. Compl.* στῆσαι, ſtatuam. ε A longinquis.] ἐκ μακρῶν. *& ſignificat,* in futurum, *quod habet vulgata: & boni auctores latinæ linguæ dixerunt,* in longitudinem. ζ Ad glorificandum.] *Compl. addit,* σε τὸν δοῦλόν σου, te ſeruum tuum? *hebræus non habet illud,* te. η Et iuxta cor tuum feciſti omnem magnificentiam.] *In Complutenſi, & magna ex parte in aliis hic locus ſic habet,* κύριε διὰ τὸν δοῦλόν σου, καὶ κατὰ τὴν καρδίαν σου ἐποίησας τὴν πᾶσαν μεγαλωσύνην ταύτην, τοῦ γνωρίσαι πάντα τὰ μεγάλα (*al.* μεγαλεῖα) σου, *quæ in vulg.* Domine propter famulum tuum iuxta cor tuum feciſti omnem magnificētiā hanc, & nota eſſe voluiſti omnia magnalia. θ Deduxit ſe Deus.] *Hæc locutio alibi etiam notata eſt. Compl.* ὡς ἐπορεύθη θεός, quomodo perrexit Deus: *nec multo aliter vulgata.* ι Aperuiſti.] *Compl.* ἀπεκάλυψας, reuelaſti. κ Benedic.] *Eadem* εὐλόγηται, benedicta eſt. B

CAP. XVIII.

ET factum eſt poſt hæc, & percuſſit Dauid alienigenas, & fugauit eos,& cepit Geth,& pagos eius de manu alienigenarum. Et percuſſit Moab,& fuerunt ^α^ Moab pueri Dauid, ferentes munera. Et percuſſit Dauid Adraazar regem Suba ^β^ Emath, eunte illo ſtatuere manum ſuam ſuper flumen Euphratem. Et cepit Dauid de eis mille currus, & ſeptem millia equorum,& viginti millia virorum peditum. Et diſſoluit Dauid omnes currus: & reliquit ex eis centum currus. Et venit Syrus e Damaſco ad auxiliandum Adraazar regi Subà. Et percuſſit Dauid in Syro viginti & duo millia virorum. Et poſuit Dauid præſidium in Syria, quæ ad Damaſcum: & fuerunt Dauid in pueros ferentes munera. Et ſaluauit Dominus Dauid in omnibus, ad quæ iuit. Et cepit Dauid torques aureos, qui fuerant ſuper pueros Adraazar,& attulit eos in Hieruſalem. Et de Mathabeth,& de electis ciuitatibus, quæ Adraazar, cepit Dauid æs multum valde. Ex eo fecit Salomon mare æneum,& columnas,& vaſa ænea. Et audiuit Thoa rex Emath, quia percuſſit Dauid omnem virtutem Adraazar regis Suba: & miſit Adduram filium ſuum ad regem Dauid ad interrogandum eum, quæ ad pacem, & ad benedicendū eum pro eo, quod impugnauit Adraazar,& percuſſit eum: quoniam vir ^γ^ hoſtilis Thoa erat ipſi Adraazar. Et omnia vaſa aurea,& argētea,& ænea, & hæc ſanctificauit rex Dauid Domino cum argento,& auro, quod ceperat ex omnibus gentibus, ex Idumæa, et Moab, et ex filijs Ammon, et ex alienigenis,& ex Amalec. Et Abeſà filius Saruiæ percuſſit Idumæam in valle ſalinarum octo et decem millia. Et poſuit in valle præſidia: et fuerunt omnes Idumæi pueri Dauid. Et ſaluauit Dominus Dauid in omnibus ad quæ ibat. Et regnauit Dauid ſuper omnem Iſrael: et erat faciens iudicium, et iuſtitiam omni populo ſuo. Et Ioab filius Saruiæ ſuper militiam: et Ioſaphat filius Achilud à commentarijs: et Sadoc filius Achitob, et Achimelech filius Abiathar ſacerdotes: et Susà ſcriba: et Banæas filius Iodae ſuper Cherethi, et ſuper Phelethi. Et filij Dauid primi ^δ^ vicarij regis. C D E

α Moab.] *Sic hebræus. Alii* μωαβῖται, Moabitæ. *Compl.* καὶ ἐγενήθη μωὰβ δοῦλος, & factus eſt Moab ſeruus. β Emath.] *Ita hebræus: multi autem ſupplent,* in, *quemadmodum Compl.* ἐν αἰμάθ. *Vulgata interpretatur,* regionis Emath. γ Hoſtilis.] πολέμιος. *Compl.* πολεμιστής, bellator. *Vulgata,* aduerſarius. δ Vicarij.] διάδοχοι. *Vulgata,* ad manum: *lib. 2. Paralip. cap. 28.* τὸν διάδοχον τοῦ βασιλέως, *in vulgata eſt,* ſecundus à rege.

CAP.

CAP. XIX.

A

ET factum est post hæc, mortuus est Naas rex filiorum Ammon: & regnauit Aran filius eius pro eo. Et dixit Dauid: Faciam misericordiam cum Aran filio Naas; sicut fecit pater eius mecum misericordiam. Et misit nuncios Dauid ad consolandum eum de patre eius. Et venerunt pueri Dauid in terram filiorum Ammon ad Anan ad consolandum eum. Et dixerunt principes filiorum Ammon ad Anan: Nunquid glorificans Dauid patrem tuum misit tibi, qui consolentur? Nonne, vt explorent ciuitatem, & ad speculandam terram venerunt pueri eius ad te? Et cepit Anan pueros Dauid, & rasit eos, & abstulit de mantellis eorum dimidium vsque ad [α] tunicam: & dimisit eos. Et venerunt annunciare Dauid de viris: & misit in obuiam eis; quia erant inhonorati valde, & dixit rex: Sedete in Hiericho, donec exoriantur barbæ vestræ: & reuertite. Et viderunt filij Ammon, quia confusus est populus Dauid: & misit Anan, & filij Ammon mille talenta argenti, ad conducendum mercede sibi è Syria Mesopotamiæ, & e Syria Maachà, & a Sobal currus, & equites: & mercede conduxerunt sibi duo & triginta millia curruum, & regem Maachà, & populum eius. Et venerunt, & castrametati sunt è regione Medabà. Et filij Ammon congregati sunt ex ciuitatibus suis: & venerunt ad bellandum. Et audiuit Dauid, & misit Ioab, & omnem militiam potentium. Et exierunt filij Amon: & aciem instruunt in prælium apud portam ciuitatis. Et reges, qui venerant, castrametati sunt per se in campo. Et vidit Ioab, quia facti sunt aduersis faciebus ad præliãdum aduersus se ad faciem, & à tergo: & elegit ex omni iuuene Israel: & [β] aciem struxerunt aduersus Syrum: & residuum populi dedit in manu Abisai fratris sui: & [γ] struxerunt aciem ex aduerso filiorum Ammon. Et dixit: Si inualuerit super me Syrus; & eris mihi in salutem: &, si filij Ammon inualuerint super te; & saluabo te. Viriliter age: & confortemur pro populo nostro, & pro ciuitatibus Dei nostri: & Dominus, quod bonum in oculis suis, faciet. Et aciem struxit Ioab, & populus, qui cum eo, contra Syros in prælium: & fugerunt ab eis. Et filij Ammon viderunt, quia fugerunt Syri: & fugerunt etiam ipsi à facie Abesai, [δ] & à facie Ioab fratris eius: & venerunt in ciuitatẽ. Et venit Ioab in Hierusalem. Et vidit Syrus, quia fugauit eum Israel: & misit nuncios, & eduxerunt Syrum de trans flumine: & Sophath princeps militiæ virtutis Adraazar ante eos. Et annunciatum est Dauid: & congregauit omnem Israel: & transiuit Iordanem, & venit super eos: & instruxit aciem super eos. Et struit aciem Dauid ex aduerso Syri in prælium. [ε] Et impugnauerunt eum. Et fugit Syrus à facie Israel: & occidit Dauid de Syro septem millia curruum, & quadraginta millia peditum: & Sophath principem militiæ virtutis interfecit. Et viderunt pueri Adraazar, quia ceciderunt a facie Israel: & disposuerunt cum Dauid, & seruierunt ei. Et noluit Syrus auxiliari filijs Ammon vltra.

[α] Vsque ad tunicam.] *Ita vertunt Compl. istud,* ἕως τῆς ἀναβολῆς. *Sed fortasse significat,* donec seminud essent, *quasi, vsque ad expoliationem.* [β] Aciem struxerunt.] *Alii* παρετάξατο, struxit. [γ] Struxerunt.] *Etiam hic Complutensis,* παρετάξατο. *Sed hebræus, vt nostra.* [δ] Et à facie Ioab.] *Absunt à Complutensi & vulgata.* [ε] Et impugnauerunt eum.] *Alii,* ἐπολέμησεν, impugnauit. *Sed hebræus, vt nostra. Vulgata* illis contra pugnantibus.

CAP.

CAP. XX.

A

ET factum est in sequenti anno in exitu regum, & duxit Ioab omnem virtutem militiæ: & corruperunt regionem filiorum Ammon. Et venit, & obsedit Rabbà. Et Dauid sedit in Hierusalem. Et percussit Ioab Rabbà, & diruit eam. Et cepit Dauid coronam [α] Molchom regis eorũ de capite eius: & inuentum est pondus eius talentum auri: & in ea lapis preciosus: et fuit super caput Dauid. Et spolia ciuitatis extulit multa valde: et populum, qui in ea, eduxit, et dissecuit serris, et in ascijs ferreis, et in [β] tribulis. Et sic fecit Dauid omnibus filijs Ammon. Et reuertit Dauid, et omnis populus eius in Hierusalem. B Et factum est post hæc, et factum est adhuc bellum in Gazer cum alienigenis. Tunc percussit Sobochai Sosathi ipsum Saphut de filijs gigantibus: et humiliauit eum. Et factum est adhuc prælium cum alienigenis: & percussit Eleanam filius Iair ipsum Lachmi fratrem Goliath Getthæi, & lignum lanceæ eius, tanquam liciatorium texentium. Et factum est adhuc prælium in Geth: & fuit vir supra modum magnus, & digiti eius sex, & sex, viginti quatuor: & hic erat prognatus ex gigantibus: & exprobrauit Israel. Et percussit eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid. Hi fuerunt ipsi Raphà in Geth: omnes erant quatuor gigantes: & ceciderunt in manu Dauid, & in manu puerorum eius. C

α Molchom.] *Abest a Compl. Est enim factum ex dictione hebraica: cuius interpretatio est quod sequitur,* regis eorum. *Id hac eadem in re notatum est euenisse 2. reg. 12.* β Tribulis.] διασχίζουσι, *quod valde commune est: sed ita vertimus, quoniam Compl. habet,* ἐν τοῖς τρίβολοις, *& etiam nostra 2. reg. c. 12. nisi fortasse hoc illud est, quod ibi dicitur,* ὑποτομεῦσι.

CAP. XXI.

ET [α] stetit diabolus in Israel: & incitauit Dauid ad numerandum Israel. Et dixit rex Dauid ad Ioab, & ad principes virtutis: Ite, numerate Israel à Bersabee, & vsque Dan: & afferte ad me: & cognoscam numerum eorum. Et D dixit Ioab: Adijciat Dominus ad populum suum, sicut ipsi, centupliciter: & oculi domini mei regis videntes: [β] omnes domino meo pueri. Vtquid quærit dominus meus hoc, vt non fiat in peccatum ipsi Israel? Verbum autem regis valuit super Ioab. Et exiuit Ioab, & transijt in omni Israel, & venit in Hierusalem. Et dedit Ioab numerum visitationis populi ipsi Dauid. Et fuit omnis Israel mille millia, & centum millia virorum educentium gladium. Et filij Iuda, quadringenta & septuaginta millia virorum educẽtium gladium. Et ipsum Leui, & Beniamin non numerauit in medio eorum: quia [γ] oppresserat verbum regis ipsum Ioab. Et malum [δ] coram Deo de re hac: & percussit Israel. Et dixit Da- E uid ad Deum: Peccaui valde, quia feci rem hanc: & nunc aufer, quæso, malum pueri tui; quoniam desipui valde. Et locutus est Dominus ad Gad videntem, dicens: Vade, & loquere ad Dauid, dicens: Sic dicit Dominus: Tria feram ego super te: elige tibi vnum ex eis, & faciam tibi. Et venit Gad ad Dauid, & dixit ei: Sic dicit Dominus: Elige tibi vel tres annos famis, vel tres menses fugere te à facie inimicorum tuorum (& [ε] gladius inimicorum tuorum ad exterminandum) vel tres dies gladium Domini, & mortem in terra: & angelus Domini exterminans in omni hæreditate Israel. Et nunc vide, quod respondeam ei, qui me misit,

A misit verbum. Et dixit Dauid ad Gad: Angusta mihi ζ etiam tria ista valde. Incidam nunc in manus Domini, quoniam multæ miserationes eius valde: & in manus hominum non incidam. Et dedit Dominus mortem in Israel: & ceciderunt ex Israel septuaginta millia virorum. Et misit Deus angelum in Hierusalem ad exterminandam eam: & vt exterminabat; vidit Dominus, & pænituit super malo: & dixit angelo exterminanti: Sufficiat tibi: remitte manum tuam. Et angelus Domini stans in area Ornà Iebusæi. Et eleuauit Dauid oculos suos, & vidit angelum Domini stantem inter terrã, & cælum: & gladius eius eductus in manu eius, extentus super Hierusalem. Et cecidit Dauid, & seniores induti in B saccis super faciem suam. Et dixit Dauid ad Deũ: Nonne ego dixi ad numerandũ in populo? Et ego sum qui peccaui: malefaciens malefeci: & hæ oues quid fecerunt? Domine Deus fiat manus tua in me, & in domo patris mei, & non in populo tuo ad perditionem η Domine. Et angelus Domini dixit ipsi Gad, vt diceret ad Dauid, vt ascenderet ad statuendum altare Domino in area Ornà Iebusæi. Et ascendit Dauid iuxta verbum Gad, quod locutus est in nomine Domini. Et conuertit se Ornà, & vidit regem, & quatuor filios eius cum eo θ cum Hachabin: & Ornà erat triturans frumenta: Et venit Dauid ad Ornà: & ι Ornà exijt ex area, & adorauit Dauid facie super terram. Et dixit Dauid ad Ornà: Da C mihi locum tuum areæ: & ædificabo super illum altare Domino: in argento digno da mihi illum: & cessabit plaga de populo. Et dixit Ornà ad Dauid: Accipe tibi: & faciat dominus meus rex, quod bonum coram se. Vide, dedi iuuẽcos in holocaustosim, & κ aratrum in ligna, & frumentum in sacrificium: omnia dedi. Et dixit rex Dauid ad Ornà. Nequaquam: quoniam emens emam in argẽto digno: quoniam non sumam, quæ sunt tibi, Domino, ad offerendũ holocaustosim gratis Domino. Et dedit Dauid Ornà λ in loco eius siclos auri ponderis sexcentos: & ædificauit ibi Dauid altare Domino: & obtulit holocaustomata, & salutaris. Et clamauit ad Dominũ: & exaudiuit eũ in igne de cælo super altare holocaustosis: μ & consumpsit holocaustosim. Et dixit Dominus ad angelũ: D & deposuit gladium in vaginã eius. In tẽpore illo in vidẽdo Dauid, quia exaudiuit eũ Dominus in area Ornà Iebusæi, & immolauit ibi. Et tabernaculũ Domini quod fecerat Moyses in deserto, & altare holocaustomatum in tempore illo in Bamà in Gabaon. Et non potuit Dauid ire ante illud ad exquirendum Deum; quoniam ν non festinasset a facie gladij angeli Domini.

α Stetit.] *Sic fere hebræus. Alii* ἀνέστη, insurrexit. β Omnes domino meo pueri.] *Compl.* οὐχὶ κύριέ μου βασιλεῦ, πάντες τῷ κυρίῳ μου εἰς δούλους, nonne domine mi rex omnes domino meo in seruos? *quomodo etiam hebræus, a quo tamen absunt proxime antecedentia,* & oculi domini mei regis videntes. γ Oppresserat.] κατίσχυσε. *Plerique libri habẽt*, προσώχθισεν ὁ ... ἰωάβ, offenderat sermo regis ipsum Ioab. *Compl.* κατήσχυνεν τὸν ἰωάβ, turpis visus erat coram Ioab. δ Coram Deo.] *In aliis,* ἐφάνη ἐναντίον τοῦ θεοῦ, visum est coram Deo. *Compl.* ἐνώπιον τοῦ θεοῦ περὶ τοῦ λόγου τούτου, in conspectu Dei de verbo hoc. ε Et gladius inimicorum tuorum ad exterminandum.] *Alii,* καὶ μάχαιραν ἐχθρῶν σου καταλαμβάνειν σε, & gladium inimicorum tuorum apprehendere te: *quod respondet hebræo. Compl.* καταδιώκειν, persequi. ζ Etiam tria ista.] *Absunt à Compl. & hebræo.* η Domine.] *Etiam istud.* θ Cum Hachabin.] *Alii,* κρυβόμενοι, occultantes se: *quod est interpretatio illius dictionis hebraicæ. Sed hebræus habet, Ornam vidisse angelum, ideoque abscondisse se vnà cum filiis suis.* ι Et Orna exijt.] *Alii,* καὶ ἀπέστρεψε (*Compl.* ἐπέβλεψεν) ὀρνᾶ, καὶ εἶδε τὸν δαυὶδ, καὶ ἐξῆλθεν, & conuertit se (*al.* respexit) Orna, & vidit Dauid, & exijt: *quomodo fere hebræus.* κ Aratrum.] *Compl.* τὰς ἁμάξας, plaustra. *Vulgata,* tribulas. λ In loco eius.] *Sic hebræus: sed valet,* pro loco: *quod est in aliis,* περὶ τοῦ τόπου. μ Et consumpsit holocaustosim.] *Absunt a Compl. & a vulgata.* ν Non festinasset.] *Hoc videtur posse valere,* ἐκ κατέσπευσεν. *Sicut initio capitis in verbis Ioab ad Dauid,* vt non fiat in peccatum (*cum tamen in hebræo, & vulgata sit sine nota negationis*) *videtur subintelligendum,* vide, ne forte fiat in peccatum: *ita nunc,*

quoniam si iuisset illuc, non festinasset, quemadmodum festinandum ei erat. *Complutensis tamen habet,* ὅτι κατέσπευδεν, quoniam trepidarat timore, perterritus fuerat, *vt vulgata. Alii codices, & Theodoretus (licet aliter interpres)* οὐ κατέπαυσεν, non habuit spatium requiescendi.

CAP. XXII.

ET dixit Dauid: Hæc est domus Domini Dei: & hoc altare in holocaustosim ipsi Israel. Et dixit Dauid congregare omnes proselytos, qui in terra Israel: & constituit lapicidas ad cædendum lapides politos ad ædificandā domū Deo. Et ferrum multū ad clauos ostiorū, & portarū, & [α] iuncturas parauit Dauid: & æs in multitudine: non erat pondus: & ligna cedrina: non erat numerus: quoniā afferebāt Sidonij, & Tyrij ligna cedrina in multitudine ipsi Dauid. Et dixit Dauid: Salomon filius meus, puerulus tener est: & domus ædificāda Domino ad magnificētiā sursum, ad nomē, & ad gloriā in omnē terrā: parabo ei. Et parauit Dauid in multitudine ante finē suū. Et vocauit Salomō filiū suū: & mandauit ei ædificare domū Domino Deo Israel. Et dixit Dauid ad Salomō: Fili, mihi fuit in animo ædificare domū nomini Domini Dei. Et factū est mihi verbū Domini, dicēs: Sanguinē in multitudine effudisti, & bella magna fecisti: nō ædificabis domū nomini meo: quoniā sanguines multos effudisti super terrā corā me. Ecce filius nascitur tibi: hic erit vir quietis: & quiescere eū faciā ab omnibus inimicis suis in circuitu: quoniā Salomon nomē ei, & pacem, & quietē dabo super Israel in diebus eius. Hic ædificabit domū nomini meo: & hic erit mihi in filiū: & ego ei in patrē: & erigā thronū regni eius in Israel vsque in seculū. Et nūc fili mi [β] erit tecū Dominus, & [γ] prosperabit; & ædificabis domū Domino Deo tuo; quomodo locutus est de te. Sed det tibi sapientiā, & intellectū Dominus, & confortet te super Israel, & ad custodiendū, & faciendū legē Domini Dei tui. Tunc [δ] prosperabit, si obseruaueris facere præcepta, & iudicia quæ mādauit Dominus Moysi super Israel. Viriliter age, & confortare: ne timeas, neque paueas. Et ecce ego secundū inopiā meā paraui in domū Domini, auri talentorū cētū millia, & argēti talētorū mille millia, & æs, & ferrū, cuius non est pōdus, quoniā in multitudine est: & ligna, & lapides paraui, [ε] & ad hæc adde: & tecū adde, in multitudine de faciētibus opera, artifices, & ædificatores lapidum, & fabri lignorum, & omnis sapiens in omni opere, in auro, & argento, ære, & in ferro, [ζ] non est numerus: Surge, & fac: & Dominus tecum. Et mandauit Dauid omnibus principibus Israel adiuuare Salomon filium [η] suum: Nonne Dominus vobiscum? & requiescere fecit vos in circuitu: quia dedit in manus [θ] vestras habitātes terrā: & subiecta est terra ante Dominum, & ante populum eius. Nunc date corda vestra, & animas vestras ad quærendum Domino Deo vestro: & suscitamini, & ædificate sanctificationem Deo vestro, ad inferendum arcam testamenti Domini, & vasa sancta Dei in domum ædificatam nomini Domini.

α Et iuncturas.] *Compl.* καὶ εἰς τὰς συμβολὰς, καὶ εἰς τοὺς στροφεῖς, *& vulgata,* & ad commissuras, atque iuncturas. *Sed in hebræo vnum est vocabulum, quod alii,* iuncturas, *alii* commissuras, *interpretantur.* β Erit.] *Sic hebræus, quamuis valeat,* fit, *vt habet vulgata, & Compl.* ἔσται. γ Prosperabit.] *Compl.* κατευθυνεῖς, *vulgata,* prosperare. δ Prosperabit.] *Alii* εὐοδωθήσῃ, *& vulgata,* proficere poteris. ε Et ad hæc adde, & tecum adde in multitudine de facientibus opera.] *Alii,* καὶ πρὸς ταῦτα πρόσθες, καὶ μετὰ σοῦ κύριος, πρόσθες εἰς πλῆθος ποιούντων, & ad hæc adde: & tecum Dominus: adde ad multitudinem facientium, &c. *Compl. habet tantum,* καὶ πρόσθες ἐπ' αὐτοῖς. καὶ μετὰ σοῦ εἰς πλῆθος ποιούντων, & adde super ea: & tecum in multitudine de facientibus, &c. *quod respondet hebræo.* ζ Non est numerus.] *Propius ad hebræum, quàm quod in Complutensi,* οἷς οὐκ ἔστιν ἀριθμός. quibus non est numerus. η Suum: Nonne.] *Sic etiam hebræus. In aliis additur,* αὐτοῦ, λέγων, suum, dicens: *Compl. autem* καὶ εἶπεν, & dixit. θ Vestras.] *Sic vulgata. Compl.* ἐν χειρί μου, in manu mea: *quod videtur respondere hebræo.*

CAP.

CAP. XXIII.

A ET David senex, & plenus dierum: & regnare fecit Salomon filium suum pro se super Israel. Et congregavit omnes principes Israel, & sacerdotes & Levitas. Et [a] numeraverunt Levitæ a trigesimo anno, & supra: & factus est numerus eorum per caput eorum in viros triginta, & octo mille. De [β] ijs, qui vrgerent opera, super opera domus Domini, viginti quatuor mille: & scribæ, & iudices sex mille: & quatuor mille ianitores: & quatuor mille laudantes Dominum in organis, quæ fecerat ad laudem dicendam Domino. Et distribuit eos David, diurnas [γ] vices filijs Levi, Gedson, Caath, & Merari. Ipsi Gedson Edan, & Semei. Filij Edam princeps Iiel, & Zethan, & Ioel, tres. Filij Semei B Salomith, Iiel, & Dan, tres. Hi principes patriarum Edan. Et [δ] filijs Semei, Ieth, & Zizà, & Ioas, & Beria; hi filij Semei quatuor. Et fuit Ieth princeps, & Zizà secundus. Et Ioas, & Beria non multiplicaverunt filios: & facti sunt in domum patriæ in computationem vnam. Filij Caath, Ambram, Isaar, Chebron, Oziel, quatuor. Filij Ambram, Aaron, & Moyses. Et separatus est Aaron ad sanctificandum sancta sanctorũ, ipse, & filij eius vsque in seculũ ad adolendũ ante Dominũ, ministrandũ, & deprecãdũ in nomine eius vsque in seculũ. Et Moyses homo Dei: filij eius vocati sunt in tribũ Levi. Filij Moysi, Gersam, & Eliezer. Filij C Gersam, Subael princeps. Et fuerunt filij Eliezer, Rabia princeps. Et nõ fuerunt Eliezer filii alij. Et filij Rabia aucti sunt in sublime. Filij Isaar, Salomoth princeps. Filij Chebron Hieria princeps, Amaria secundus, Ieziel tertius, Iecemias quartus. Filij Oziel Michà princeps, & Isia secũdus. Filij Merari, Mooli & Musi. Filij Mooli, Eleazar, & Cis. Et mortuus est Eleazar: & nõ fuerunt ei filij, sed filiæ. Et acceperũt eas filij Cis fratres earũ. Filij Musi, Mooli, & Eder, & Ierimoth tres. Hi filij Levi secundum domos patriarum suarum, principes patriarum suarum secundum recognitionem suam, iuxta numerum nominum suorum, iuxta caput ipsorum, facientes opera ministerij domus Domini, a vigesimo D anno, & supra. Quoniam dixit David: Requiem dedit Dominus Deus Israel populo suo: & habitavit in Hierusalem vsque in seculum. Et Levitæ non erant levantes tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministerium eius, quoniam in sermonibus David novissimis est numerus filiorum Levi a vigesimo anno, & supra: quoniam statuit eos in manu Aaron ad ministrandum in domo Domini in atrijs, & in pastophorijs, & in purgatione omnium sanctorum, & in operibus ministerij domus Dei, & in panibus propositionis, & in simila sacrificii, & in laganis azymis, & in sartagine, & in conspersa, [ε] & in omni mensura, & ad standum mane ad laudandum, & confitendum Domino, & sic vesperi, & super omnia, quæ offeruntur holocausta Domino in sabbathis, & in Neomenijs, & in fe- E stivitatibus, iuxta numerum, iuxta iudicium super eis semper Domino. Et custodient custodias tabernaculi testimonij, & custodiam sancti, & custodias filiorum Aaron fratrum suorum, ad ministrandum in domo Domini.

[a] Numerarunt.] *Ac videtur tamen accipiendum pro eo, quod est, in Compl.* ἠριθμήθησαν, numerati sunt. *Ita enim interdum solet.* [β] De ijs, qui vrgerent opera.] ἀπὸ τῶν ἐργοδιωκτῶν. *Alii* ἀπὸ τούτων ἐργοδιῶνται. De his] vrgentes opera: *quod vulgata*, Ex his electi sunt, & distributi in ministerium domus Domini, &c. [γ] Diurnas vices.] ἐφημερίας, *ac videtur propius hebræo, quàm quod in Compl.* ἐφ' ἡμέρας, per dies. [δ] Filijs. *Compl.* υἱοὶ, filij. [ε] Et in omni mensura.] *Compl.* καὶ εἰς πᾶν ἀποτεταγμένον, καὶ μέτρον, *quod vulgata*, & super omne pondus atque mensuram.

CAP. XXIV.

ET filios [a] Aaron distributione, Nadab, & Abiud, & Eleazar, & Ithamar. Et mortuus est Nadab, & Abiud, ante patrem suum: & filij non fuerunt eis. Et sacerdotio functus est Eleazar, & Ithamar filij Aaron. Et distribuit eos Dauid, & Sadoc de filijs Eleazari, & Achimelech de filijs Ithamar, secundum recognitionem eorum, secundum ministerium eorum, secundum domos patriarum suarum. Et inuenti sunt filij Eleazar plures in principes potentum præ filijs Ithamar. Et distribuit eos, filijs Eleazar principes in domibus patriarum sex & decem, filijs Ithamar secundum domos patriarum, octo. Et distribuit eos per sortes hos ad hos: quoniam fuerunt principes sanctorum, & principes Domini in filijs Eleazar, & in filijs Ithamar. Et scripsit eos Samaias filius Nathanael scriba de Leui coram rege, & principibus: & [b] Sadoc sacerdos, & Achimelech filius Abiathar, & principes patriarum sacerdotum, & Leuitarum: de [g] domo patriæ, vna vna Eleazaro, & vna vna Ithamar. Et exijt sors prima Ioarim, Iedià secunda, Charib tertia, Seorin quarta, Melchiæ quinta, Meciamin sexta, Cos septima, Abiæ octaua, Iesu nona, Secheniæ decima, Eliabi vndecima, Iacim duodecima, Osphà tertia decima, Iesbaal quarta decima, Belgà quintadecima, Emmer sexta decima, Chezin septima decima, Aphese octaua decima, Phetthææ decima nona, Ezecel vigesima, Achim vna & vigesima, Gamul secunda & vigesima, Adallai tertia & vigesima, Maasæ quarta & vigesima. Hæc recognitio eorum iuxta ministerium eorum ad ingrediendum in domum Domini iuxta iudicium eorum per manum Aaron patris eorum, sicut mandauit Dominus Deus Israel. Et filijs Leui residuis, filijs Ambram, Sobael: filijs Sobael Iedia, [d] ipsi Raabia princeps. Et ipsi Isaari, Salamoth: filijs Salamoth, Iath, filij Ecdiù, Amadia secundus, Iaziel tertius, Iecmoam quartus. Filijs Oziel, Michà: filij Michà, Samer: frater Michà Isia: filius Isia Zacharia. Filij Merari Mooli, & Musi. [e] Filij Ozia ipsius Merari ipsi Ozia. Filii eius Isoã, & Sacchur, & Abaì. Ipsi Mooli Eleazar, & Ithamar. Et mortuus est Eleazar: et non fuerũt ei filij. Ipsi Cis, Filij Cis, Hierameel. Et filij Musi, et Mooli, et Eder, et Ierimoth. Hi filij Leuitarum secundum domos patriarum suarum. Et acceperunt etiam ipsi sortes, sicut fratres eorum filii Aaron coram rege, et Sadoc, et Achimelech, et principes patriarum sacerdotum, et Leuitarum, [z] patriarchæ Araab, sicut fratres eius iuniores.

[a] Et filios Aaron.] *Aliqui libri habent,* καὶ τοῖς υἱοῖς ἀαρών. καὶ αἱ διαιρέσεις υἱῶν ἀαρών. Et filijs *(subintelligendũ autẽ, de, more hebraico)* Aaron, & diuisiones filiorum Aaron. *Nonnulli,* καὶ τοῖς υἱοῖς ἀαρών, ναδάβ, & filijs Aaron, Nadab, &c. *Sed Compl.* καὶ τῶν υἱῶν ἀαρὼν διαιρέσεις, υἱοὶ ἀαρὼν ναδάβ, Et filiorum Aaron distributiones. Filij Aaron Nadab, &c. [b] Sacerdos.] *Compl* τοῦ ἱερέως, sacerdote, *& sic deinceps*, υἱοῦ, τῶν ἀρχόντων, filio, principibus. [g] De domo.] οἴκου. *Compl.* οἶκος, domus. [d] Ipsi Raabia princeps.] *Complutensis,* τῷ ῥαβία, τοῖς υἱοῖς ῥαβία, ὁ ἄρχων ἰωσία. Ipsi Rabia, filiis Rabia, princeps Iosia. *Et illa quidem repetitio,* Rabia, filijs Rabia, *est etiam in hebræo: quamuis vulgata omittendam indicauerit, quasi idem significetur, vt etiam in cap. sequenti, & alibi.* [e] Filij Ozia ipsius Merari ipsi Ozia, filij eius Isoam.] *Alii,* υἱοὶ ὀζία, υἱοὶ βονί, υἱοὶ μεραρὶ τῷ ὀζία, filij Ozia, filij Buni, filij Merari ipsi Oziæ. *Compl.* ἰοζίας υἱὸς αὐτοῦ, υἱοὶ μεραρὶ ἰοζίας υἱὸς αὐτοῦ, σοάμ. Iozias filius eius, filij Merari Iozias filius eius, Soam, &c. *Difficultatem facit, ac varietatem dictio* Benò *(cuius vestigium est illud,* Buni*) in hebræo, quæ potest & nomen esse proprium, & significare,* filius eius. [z] Patriarchæ Araab, sicut fratres eius iuniores.] *Plerique,* patriarchæ Aaron. *Sed Complutensis,* παρεστῶτες. πατριὰ τοῦ πρώτου κατέναντι τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ τοῦ νεωτέρου, astantes: patria primi e regione fratris sui iunioris. *hebræus non habet illud,* astantes: *nam in præcedentibus pro,* principes patriarum, *habet,* principibus patriarum.

CAP. XXV.

A

ET ſtatuit Dauid rex, & principes virtutis ad opera filios Aſaph, & Æmã, & Idithum ᵃ prophetantes in citharis, & in nablis, & in cymbalis. Et fuit numerus eorum iuxta caput eorum, qui operabantur in operibus ſuis: Filij Aſaph, Saccur, Ioſeph, & Nathanias, & Erael: filij Aſaph ᵝ adhærentes regi. Ipſi Idithum, filij Idithum, Godolias, & Suri, & Iſæas, & Aſabias, & Matthathias, ſex ᵞ poſt patrem ſuum Idithum, in cithara pulſantes confeſsionem, et laudem Domino. Ipſi Æman, filij Æman, Bucias, & Matthanias, & Oziel, & Subael, & Ierimoth, & Ananias, & Anan, & Heliathà, & Godollathi, & Romethiezer, & Iesbaſaca, & Mallithi, & Otheri, & Meazoth. Omnes hi filij Æman ᵟ pulſanti ad regem in verbis Dei ad exaltandum cornu. Et dedit Deus ipſi Æman filios quatuordecim, & filias tres. Omnes hi cum patre ſuo cantantes hymnos in domo Dei, in cymbalis, & in nablis, & in citharis, ad ſeruitutem domus Dei, iuxta regem, & Aſaph, & Idithum, & Aeman. Et fuit numerus eorum ᵉ poſt fratres ſuos, docti cantare Domino, omnis intelligens, ducenti octuaginta & octo. Et iecerũt & ipſi ſortes vicium diurnarum iuxta paruum, & iuxta magnum, perfectorum, & diſcentium. Et exijt ſors prima filiorum eius, & fratrum eius ipſi Aſaph ipſius Ioſeph, Godolias: ſecundus Henia; filij eius, & fratres eius duodecim: tertius Zacchur, filij eius, & fratres eius duodecim: quartus Ieſri, filij eius, & fratres eius duodecim: quintus Nathan, filij eius, & fratres eius duodecim: ſextus Bucias, filij eius, et fratres eius duodecim: ſeptimus Iſeriel, filij eius, et fratres eius, duodecim: octauus Ioſia, filij eius, et fratres eius duodecim: nonus Matthanias filij eius, et fratres eius duodecim: decimus Semeia, filij eius, et fratres eius duodecim: vndecimus Aſriel, filij eius, et fratres eius duodecim: duodecimus Aſabia, filij eius, et fratres eius duodecim: tertiusdecimus Subael, filij eius, et fratres eius, duodecim: quartusdecimus Matthathias, filij eius, et fratres eius duodecim: quintuſdecimus Ierimoth, filij eius, et fratres eius duodecim: decimus ſextus Anania, filij eius, et fratres eius duodecim: decimus ſeptimus Iesbaſaca, filij eius, et fratres eius duodecim: decimus octauus Ananias, filius eius, et fratres eius duodecim: decimus nonus Mallithi, filij eius, et fratres eius duodecim: vigeſimus Heliatha, filij eius, et fratres eius duodecim: vigeſimus primus Otheri, filij eius, et fratres eius duodecim: vigeſimus ſecundus Godollathi, filij eius, et fratres eius duodecim: vigeſimus tertius Meazoth, filij eius, et fratres eius duodecim: vigeſimus quartus Romethiezer, filij eius, et fratres eius duodecim.

B C D E

ᵃ Prophetantes.] *Sic vertimus illud,* τοὺς ἀποφθεγγομένους, *quamuis hoc communius quiddam videatur, quoniam Theodoretus habet,* τοὺς προφητεύοντας, *& vulgata,* qui prophetarent. ᵝ Adhærentes regi.] *Alii* ἐχόμενοι ἀσὰφ τοῦ προφήτου ἐχόμενα τοῦ βασιλέως, adhærentes Aſaph prophetæ iuxta regem. *Et ita Theodoretus, & Complutenſis, niſi quod pro,* ἐχόμενα *(quod magis videtur reſpondere vulgatæ) habent* ἐχόμενοι. ᵞ Poſt patrem ſuum Idithum in cithara pulſantes.] *Theodoretus, & Complutenſis,* ἐχόμενοι τοῦ πατρὸς αὐτῶν, *(Complutenſis mendoſe,* αὐτοῦ) ἰδιθοὺμ ἐν κινύραις τοῦ προφητεύοντος ἐξομολόγησιν, adhærentes patri ſuo Idithum in citharis prophetanti confeſſionem, &c. ᵟ Pulſanti ad regem.] τῷ ἀνακρουομένῳ τῷ βασιλεῖ. *Alii* τοῦ ἀνακρουομένου, pulſantis. *Sed Compl. & Theodoretus,* αἱμὰν τοῦ ὁρῶντος τῷ βασιλεῖ, Æman videntis regi. ᵉ Poſt fratres ſuos.] *Alii,* μετὰ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, cum fratribus ſuis.

CAP. XXVI.

ET ad distributiones portarũ, filij [a] Coreim Mosellamia de filijs Asaph. Et Mosellamiæ filius Zacharias primogenitus, Iadiel secundus, Zabadia tertius, Iemuel quartus, Iolam quintus, Ionathan sextus, Elionai septimus, Abdedom octauus. Et ipsi Abdedom filij, Samæas primogenitus, Iosabath secundus, Ioath tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, Amiel sextus, Iisachar septimus, Phelathi octauus: quoniam benedixit eum Deus. Et Samææ filio eius nati sunt filij [β] ipsius primogeniti Rhosæ in domum paternam eius: quoniam potentes fuerũt. Filij Samai, Othni & Raphael, & Obed, & Elzabath, & Achiud, filij potentes, Eliu, & Sabachia, & Isbacom. Omnes de filijs Abdedom, ipsi, & filij eorum, & fratres eorum facientes potenter in operatione, omnes sexaginta duo ipsi Abdedom. Et Mosellemiæ filij, & fratres decem & octo potentes. Et ipsi Osà de filijs Merarì filij custodientes principatum, quoniam non fuit primogenitus. Et fecit eum pater eius [γ] principem distributionis secũdæ, Chelhcias secundus, Tablai tertius, Zacharias quartus. Omnes hi filij, & fratres Osa tredecim: his distributiones portarum principibus potentũ [δ] diurnæ vice, sicut fratres eorum ad ministrandum in domo Domini. Et miserunt sortes iuxta paruum, & iuxta magnum secundum domos patriarum eorum ad portam, & portam. Et cecidit sors earum, quæ ad orientem, Selemiæ: [ε] & Zachariæ, filij Ioas ipsi Melchiæ iecerunt sortes, & exijt sors ad Aquilonem: ipsi Abdedom Austrum e regione domus [ζ] Esephim, in secundo, ipsi Osa ad occidentem [η] post portam pastophorij [θ] ascensionis, custodia e regione custodiæ: ad orientem [ι] sex die, Aquiloni die quatuor, Austrum die quatuor: & ad Esephim [κ] duo in excipientibus: & ipsi Osa ad occidentem post portam pastophorij tres: custodia e regione custodiæ ascensionis, ad orientem die sex, & Aquiloni quatuor, & Austro quatuor, & Esephim duo [λ] in excipientibus, & ad Occidentem quatuor & ad semitam duo excipientes. Hæ distributiones ianitorum filijs Core, & filijs Merarì. Et Leuitæ fratres eorum super thesauros domus Domini, & super thesauros sanctificatorum. Filij Ladan hi: filij ipsi Gersoni, ipsi Ladan principes patriarum Ladan ipsi Gersoni Iiel. Filij Iiel Iethom, & Ioel, fratres super thesauros domus Domini. Ipsi Ambram, & Isaar, Chebron, & Oziel. Et Sabael, qui Gersan, qui Moysi super thesauros. Et fratri eius Eliezer Rabias filius, & Iosias, & Ioram, & Zechri, & Salamoth: ipse Salamoth, & fratres eius super omnes thesauros sanctorum, quæ sanctificauit Dauid rex, & principes patriarum, Chiliarchi & centuriones, & Duces virtutis: quæ [μ] cepit ex ciuitatibus, & de spolijs, & sanctificauit de ipsis, vt non deficeret ædificatio domus Dei: & super omnia sancta Dei [ν] Samuel prophetæ, & Saul filij Cis, & Abenner filij Ner, & Ioab filij Saruiæ, omne quod sanctificauerant per manum Salomoth, & fratrum [ξ] eius. Ipsi Isaari Chonenia, & [ο] filij operationis, quæ extra, super Israel, ad scribendum, & dijudicandum. Ipsi Chebroni Asabias, & fratres eius, filij potentes, mille & septingenti super recognitionem Israel, trans Iordanem ad occidentem, in omne ministerium Domini, & operationem regis. Ipsius Chebroni Vrias princeps eorum, qui Chebroni secundum generationes eorũ, secundum patrias, in quadragesimo anno regni eius [π] recogniti sunt, & inuen-

& inuentus est vir potens in eis in Iazer Galaaditidis, & fratres eius filij potentes bis mille septingenti, principes patriarum: & constituit eos Dauid rex super Rubeni, & Gaddi, & dimidium tribus Manasse ad omne præceptum Domini, & verbum regis.

α Filij Corcim Mosellamia de filijs Asaph.] *Compl. & magna ex parte alii,* τοῖς κορεοῖς *(sed hoc loco nostra propior hebræo)* μασαλεμίας υἱὸς κορὲ ἐκ τῶν υἱῶν ἀσάφ. Coritis (*idest,* de coritis, *vt vulgata*) Meselemias filius Core de filijs Asaph. β Ipsius primogeniti Rhosæ.] *Compl.* καθεστάμενοι, præfecti: *& vulgata,* præfecti familiarum suarum. γ Principem distributionis secundæ.] *Compl. habet tantum,* εἰς ἄρχοντα, in principem, *vt vulgata.* δ Diurnæ vices, sicut fratres eorum.] *Eadem* ἐφημερίας κατέναντι τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, in diurnis vicibus e regione fratrum suorum. ε Et Zachariæ, Filij Ioas ipsi Melchiæ.] *Eadem,* καὶ ζαχαρία υἱῷ αὐτοῦ, βουλευτὴς ἐν συνέσει, & Zachariæ filio eius, consiliarius (*magis responderet hebræo,* consiliario) in intellectu. ζ Esephim.] *Aut,* Asaphim, *vt alii: significat autem,* collectionum, *&* conciliorum: *vulgata,* in qua parte domus erat seniorum concilium. *Quod autem sequitur,* in secundo, *Compl. habet,* εἰς δεύτερον τοῖς προθύροις, in secundis vestibulis. *Sed vulgata,* Sepphima, *& videtur nomen proprium in dandi casu.* η Post portam.] *Eadem,* μετὰ τῆς πύλης, cum porta. θ Ascensionis.] *Eadem,* ἐν τῇ τρίβῳ τῆς ἀναβάσεως, in semita ascensionis. ι Sex.] *Eadem,* οἱ λευῖται ἕξ, Leuitæ sex. κ Duo.] *Compl.* δύο, δύο, *& vulgata,* bini, bini, *itemque paulo post. Quæ autem sequuntur,* in excipientibus, *vsque ad alterum* In excipientibus, *absunt à Compl. & vulgata.* λ In excipientibus, & ad occidentem.] *Scimus,* εἰς διαδεχομένους, *solere verti,* in succedentes, *aut,* per successionem. *Sed hebræus & vulgata habet,* in cellulis: *idque putamus ista dictione nunc significari.* μ Cepit ex ciuitatibus.] *Alii, & Theodoretus* ἔλαβον ἐκ τῶν πολέμων, ceperunt ex bellis. ν Samuel.] *Compl. & Theodoretus,* ὅσα (*al.* ὃ) ἡγίασεν σαμουὴλ ὁ ὁρῶν, καὶ σαοὺλ ὁ τοῦ κὶς, καὶ ἀβεννὴρ ὁ τοῦ νὴρ, καὶ ἰωὰβ ὁ τοῦ σαρουία, καὶ πᾶς ὁ ἁγιάζων διὰ χειρὸς, quæcumque (*al.* quod) sanctificauit Samuel videns, & Saul filius Cis, & Abenner filius Ner, & Ioab filius Saruiæ, & omnis sanctificans, per manum, &c. ξ Eius.] *Ita etiam Theodoretus, & vulgata. Compl. autem,* αὐτῶν, eorum. *Item in eo quod sequitur in ipsa,* ἰασαρὶ, καὶ χρονία, *illud* καὶ *officit sententiæ.* ο Filij.] *In aliis additur* αὐτοῦ, eius, *& in Compl. præterea,* εἰς τὸ ἔργον τῆς ἐργασίας, ad opus operationis. π Eius.] *Complutensis,* Dauid.

CAP. XXVII.

ET filij Israel iuxta numerum suum principes patriarum, Chiliarchi, & centuriones, & scribæ ministrantes regi, & ad omne verbum regis secundum distributiones, [α] omne verbum, ingredientis, & egredientis, mensem ex mense, in omnes menses anni, distributio vna viginti & quatuor millia. Et super distributionem primam mensis primi, Isboaz filius Zabdiel, super distributionem eius, viginti & quatuor millia: de filijs Phares, princeps omnium principum virtutis, mensis primi. Et super distributionem mensis secundi Dodia, qui de Choc: & [β] super distributionem eius, & Maceloth præfectus, & super distributionem eius viginti & quatuor millia, principes virtutis. Tertius mense tertio Banaias filius Iodae [γ] sacerdos princeps: & super distributionem eius viginti & quatuor millia. Ipse Banaias potentior triginta, & super triginta: & super distributionem eius Zabad filius eius. Quartus in mensem quartum Azael frater Ioab, & Zabadias filius eius, & fratres: & super distributionem eius viginti & quatuor millia. Quintus mensi quinto præfectus Samaoth filius Iesrae: & super distributionem eius viginti & quatuor millia. Sextus mensi sexto Oduias filius Ecces Thecoita: & super distributionem eius viginti & quatuor millia. Septimus mensi septimo Chelles, qui de Phallus, de filijs Ephræm: & super distributionem eius viginti & quatuor millia. Octauus mensi octauo Sobochai Vsathi ipsi Zarai: & super distributionem eius viginti & quatuor millia. Nonus mensi nono Abiezer, qui ex Anathoth, qui de terra Beniamin: & super distributionem eius quatuor, & viginti millia. Decimus mẽsi decimo Meera, qui ex Netophati, ipsi Zarai, & super distributionem eius viginti & quatuor

quatuor

quatuor millia: Vndecimus mensi vndecimo Banaias, qui ex Pharathon, de filijs Ephræm: & super distributionem eius, viginti & quatuor millia: Duodecimus in mensem duodecimum, Choldia, qui ex Netophathi, ipsi Gothoniel: & super distributionem eius viginti & quatuor millia. Et super tribus Israel, ipsi Ruben præfectus Eliezer, qui ipsius Zechri: Ipsi Symeon, Saphatias, qui ipsius Maachà: Ipsi Leui, Asabias, qui ipsius Chamuel: Ipsi Aaron, Sadoc: Ipsi Iuda Eliab de fratribus Dauid: Ipsi Issachar, Ambri, qui ipsius Michael: Ipsi Zabulon Samaias, qui Abdiæ: Ipsi Nephthali, Ierimoth, qui ipsius Oziel: Ipsi Ephræm, Ose, qui Oziæ: Dimidio tribus Manasse, Ioel filius Phadaia: Dimidio tribus Manasse, quod in terra Galaad, Iadai, qui Zadæi: Filijs Beniamin, Iasiel, qui ipsius Abenner: Ipsi Dan, Azariel, qui ipsius Iroab. Hi patriarchæ tribuum Israel. Et non cepit Dauid numerum eorum a viginti annis, & infra: quoniam dixerat Dominus multiplicare Israel, sicut astra cæli. Et Ioab Saruiæ cepit numerare in populo, & non consummauit: & facta est in his ira super Israel: & non est relatus numerus in librum verborum dierum regis Dauid. Et super thesauros regis, Asmoth, qui ipsius Odiel: & super thesauros, qui in agro, & in pagis, & in villis, & in turribus, Ionathan, qui Oziæ: & super agricolas terram operantes, Esdri, qui ipsius Chelub. Et super [δ] cellas, Semei, qui de Rael: & super thesauros, qui in cellis vini, Zabdi, qui ipsius Sephui. Et super oliueta, & super sycomoros, quæ in campestri, Ballanan Gedorita: super thesauros autem olei, Ioas. Et super boues pascuales, qui in Saron, Satrai Saronita: & super boues, qui in vallibus, Sophat, qui ipsius Adlì. Super camelos autem, Abias Ismaelita. Super asinos autem Iadlias, qui de Merathon. Et super oues, Iaziz Agarita. Omnes hi præfecti substantiæ Dauid regis. Et Ionathan patruus Dauid consiliarius, homo intelligens. Et Ieel, qui ipsius Achami, cum filijs regis. Achitophel consiliarius regis: & Chusi [ε] primus amicus regis: & [ζ] post hunc Achitophel, sequens Iodae, qui Banææ, & Abiathar, & Ioab princeps militiæ regis.

α Omne verbum.] *Alii* καὶ εἰς πάντα λόγον, & ad omne verbum: *à Compl. abest illud* καὶ. *Ad verbum fere respondebit hebræo, si hoc modo coniungamus cũ præcedentibus,* secundũ distributionum omne verbum, *id est,* secundum omnem rationem distributionum ingredientis, &c. β Et super distributionem eius.] *Compl.* καὶ ἡ διαίρεσις αὐτοῦ, & distributio eius. γ Sacerdos.] *Sic etiam Compl. & Theodoretus, qui putat non eundem esse, atque eum, qui in libris regum dictus sit,* αὐλάρχης, præfectus aulæ. *Sed vulgata habet,* sacerdotis: *neque inusitatum est apud lxx. rectum pro casibus obliquis accipi, vt in dictione,* filius, *notatum est.* δ Cellas.] *In vno codice antiquo, & in Compl. est,* καὶ ἐπὶ τῶν ἀμπελώνων, & super vineas. ε Primus amicus.] πρῶτος φίλος. *Compl.* ὁ ἀρχεταῖρος, *responderet hebræo, si esset,* ὁ ἀρχί, ἑταῖρος. *Nam vulgata,* Arachites, amicus. ζ Post hunc.] μετὰ τοῦτον, *alii,* μετ' αὐτὸν ἀχιτόφελ, post ipsum Achitophel. *Compl.* μετὰ ἀχιτόφελ, *vt intelligamus, non Achitophel fuisse post Chusi, sed post ipsum Achitophel fuisse proximum ipsum Iodaæ filium Banææ, quod exprimit vulgata.*

CAP. XXVIII.

ET euocauit Dauid omnes principes Israel, principes [α] iudicum, & omnes principes diurnarum vicium, quæ circa corpus regis, & principes millium, & centuriarum, & [β] custodes thesauri, & eos, qui super substantiam ipsius, & omnem possessionem regis, & filiorũ eius, cum eunuchis, & potentes, & bellatores militiæ in Hierusalem. Et stetit Dauid in medio Ecclesiæ, & dixit: Audite me fratres mei, & populus meus. Mihi factum est super cor ædificare domum requietis arcæ testamenti Domini, & [γ] stationem pedum Domini

A Domini nostri: & paraui, quæ ad habitationem apta. Et Deus dixit: Non ædificabis mihi domum, ad cognominandum nomen meum in ea: quoniam homo bellator es tu, & sanguinem effudisti. Et elegit Dominus Deus Israel in me, de omni domo patris mei, esse regem super Israel in seculum: & in Iuda elegit δ regnum, & de domo Iuda domum patris mei. Et in filijs patris mei, in me voluit: vt essem ego in regem super omnem Israel. Et de omnibus filijs meis (quia multos filios dedit mihi Dominus) elegit in Salomon filio meo, sedere ipsum super thronum regni Domini super Israel. Et dixit mihi Deus: Salomon filius tuus ædificabit domum meam, & atrium meum: quoniam elegi in eo, esse meum filium, & ego ero ei in patrem: & dirigam regnum eius vsque in seculum; si inua-
B luerit ad custodiendum mandata mea, & iudicia mea, sicut dies hæc. Et nunc ε ad faciem vniuersæ Ecclesiæ Domini, & in auribus Dei nostri, obseruate, et quærite omnia mandata Domini Dei nostri, vt hæreditetis terram bonam, & in hæreditatem tradatis filijs vestris post vos vsque in seculum. Et nunc Salomon fili nosce Deum patrum tuorum, & serui ei in corde perfecto, & anima volente: quoniam omnia corda scrutatur Dominus, & omnem ζ cogitationem cognoscit. Si quæsiueris eum; inuenietur tibi: & si dereliqueris eum; derelinquet te in finem. Vide nunc, quia Dominus elegit te
C ædificare sibi domum in sanctificationem. Confortare, & fac. Et dedit Dauid Salomon filio suo exemplar η templi, & domorum eius, & θ Zacchon eius, & cænaculorum, & apothecarum interiorum, & domus ι propitiationis: & exemplar, quod habuit in spiritu suo, atriorum domus Domini, & omnium pastophoriorum, quæ in circuitu, quæ ad apothecas domus Domini, & apothecarum sanctorum, κ & diuersoriorum, & vicium sacerdotum, & Leuitarum, ad omnem operationem ministerij domus Domini, & apothecarum ministerialium vasorum cultus domus Domini: λ & mensuram ponderis eorum, & aureorum, & argenteorum: candelabrorum pondus dedit ei: & lucernarum dedit ei. Similiter pondus mensarum propositionis, cuiusque mensæ aureæ, & simili-
D ter argentearum: & fuscinularum, & libatoriorum, & phialarum aurearum: & μ pondus aureorum, & argenteorum, & thuribulorum Cephurè, cuiusque pōderis, & ν altaris thymiamatum ex auro probato, pondus ostendit ei; & exemplar currus ipsorum Cherubim expansorum alis, & obumbrantium super arcam testamenti Domini. Omnia in scriptura ξ manus Domini dedit Dauid Salomon, secundum assistentem sibi intelligentiā ο confectionis exemplaris. Et dixit Dauid Salomon filio suo: Confortare, & viriliter age, & fac: ne timeas, neque paueas: quoniam Dominus Deus meus tecum: non dimittet te, & non derelinquet, quoadusque tu consummes omnem operationem ministerij do-
E mus Domini. π Et ecce exemplar templi, & domus eius, & Zacchò eius, & cænacula, & apothecas interiores, & domum propitiationis, & exemplar domus Domini. Et ecce vices sacerdotum, & Leuitarum ad omne ministerium domus Domini; & tecum in ρ omni tractatione & omnis promptus in sapientia secundum omnem artem, & principes, & populus ad omnia verba tua.

α Iudicum.] *In aliquo libro additur,* καὶ φυλῶν, & tribuum. *In Compl. hoc tantum est, & sequitur,* καὶ τοὺς ἄρχοντας τῶν διαιρέσεων τῶν ἐφημεριῶν, & principes distributionum diurnarum vicium. β Custodes thesauri.] γαζοφύλακας. *Compl.* ἄρχοντας τῶν θησαυρῶν, principes thesaurorum. γ Stationem pedum.] *Compl.* στάσιν τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν, stationem scabello pedum: *vulgata ex hebræo habet tantum*, scabellum pedum. δ Regnum.]

gnum.] τὸ βασίλειον, fastigium regium. *Compl.* ἡγούμενον, Ducem. ε Ad faciem vniuersæ ecclesiæ Domini.] *Compl.* κατ' ὀφθαλμοὺς παντὸς ἰσραὴλ, πάσης ἐκκλησίας κυρίου, ad oculos omnis Israel, vniuersæ ecclesiæ Domini. ζ Cogitationum.] *Compl. & Theodoretus addunt* διανοιῶν, mentium, *vt vulgata.* η Templi.] *Ita etiam Compl. & Theodoretus. In aliquo libro est,* τοῦ αἰλὰμ, *quod vulgata,* porticus. θ Et Zacchon eius, & cænaculorum, & apothecarum.] *Compl.* καὶ τῶν ἀποθηκῶν αὐτοῦ, καὶ τῶν ὑπερώων, καὶ τῶν ταμείων αὐτοῦ, & apothecarum eius, & cænaculorum, & cubiculorum eius: *quomodo fere vulgata. A Theodoreto absunt illa,* καὶ τῶν ἀποθηκῶν αὐτοῦ. *Illud,* ζακχῶν, *& paulo post* ζακχῶ, *videtur factum ex dictione hebræa, quæ significat,* apothecarum, & cellariorum eius. ι Propitiationis.] ἐξιλασμοῦ. *Compl. & Theodoretus,* τοῦ ἱλαστηρίου, propitiatorij. κ Et diuersoriorum, & vicium.] *Ab aliquo libro abest secundum, &. Compl. autem,* καὶ εἰς τὰς διαιρέσεις τῶν ἐφημεριῶν, & ad diuisiones vicium. λ Et mensuram.] *Pro his vsque ad,* similiter pondus mensarum, *habentur ista in Compl.* In auro, & pondus mensuræ eius omnibus vasis seruitutis, & seruitutis, & omnibus vasis argenti in pondere omni vasi seruitutis, & seruitutis: & pondus candelabris aureis, & lucernis eorum, aurum in pondere candelabri, & candelabri. Et lucernis eius, & candelabris, & aureorum, & argenteorum candelabrorum pondus dedit ei: & candelabrorum dedit ei pondus: *quæ tamen neque ipsa vsquequaque respondent hebræo.* μ Et pondus aureorum, & argenteorum, & thuribulorum Cephure, cuiusque ponderis.] *Pro his in Compl.* καὶ τὰ κεφφουρὲ τὰ χρυσᾶ ἐν σταθμῷ εἰς κεφφὼρ, καὶ κεφφὼρ, καὶ τὸν σταθμὸν τῶν χρυσῶν, καὶ τῶν ἀργυρῶν ἑκάστου σταθμοῦ. & ipsa Cepphurè aurea in pondere in Cepphor, & Cepphor, & pōdus aureorum, & argēteorum cuiusque ponderis. *Theodoretus,* κεφφουρὲ, autem vocat vasa quædam aurea & argentea, in quibus conspergebant similam oleo. *De his dicetur in libris Esdræ.* ν Et altaris.] *Compl.* καὶ τὸν τοῦ θυσιαστηρίου τῶν θυμιαμάτων σταθμὸν ἐκ χρυσίου δοκίμου, καὶ ἐπέδειξεν αὐτῷ τὸ παράδειγμα. & altaris thymiamatum pondus ex auro probato. Et ostendit ei exemplar, &c. ξ Manus.] *Compl. & Theodoretus,* ἐκ χειρὸς, de manu. ο Confectionis exemplaris.] *Iidem,* τοῦ συνιέναι τὴν κατεργασίαν τοῦ παραδείγματος, ad intelligendam confectionem exemplaris. π Et ecce.] *Hinc vsque ad sequens.* Et ecce, *absunt à Compl. & vulgata.* ρ In omni tractatione, & omnis promptus in sapientia. *Compl.* ἐν παντὶ ἔργῳ πᾶς πρόθυμος ἐν παντὶ ἑκουσίῳ, ἐν σοφίᾳ. in omni opere, omnis paratus in omni voluntario, in sapientia, &c.

CAP. XXIX.

ET dixit Dauid omni Ecclesiæ: Salomon filius meus, in quem elegit in eo Dominus, iuuenis, & tener: et opus magnum: quoniam non α homini, sed Domino Deo. Iuxta omnem potentiam paraui in domum Dei mei β aurum, argentum, æs, ferrum, ligna, lapides γ Soam, et plenitudinis, lapides preciosos, et varios, et omnem lapidem preciosum, δ & Parium multū. Et vltra in bene sentiendo me in domo Dei mei, est mihi quod reseruaui aurum, et argentum, et ecce dedi in domum Dei mei in altitudinem, præter ea, quæ paraui in domum sanctorum, ter mille talenta auri è Suphir, et septem mille talenta argenti probati, ad liniendum in eis parietes templi in aurum auro, et in argentum argento: et in omne opus per manum artificum. Et quis ε promptus implere manus suas hodie Domino? Et prompti fuerunt principes patriarum, et principes filiorum Israel, et Chiliarchi, et centuriones, et præsides operum, et ζ ædificatores regis. Et dederunt in opera domus Domini talenta auri quinque mille, et aureos decem mille, et argenti talentorum decem millia, et æris talenta decem et octo mille, et ferri talentorum millia centum: et quibus inuentus est apud eos lapis, dederunt in apothecas domus Domini per manum Iiel Gedsoni. Et lætatus est populus pro promptitudine: quoniam in corde pleno prompti fuerunt Domino. Et Dauid rex lætatus est magnopere: et benedixit rex Dauid Dominum in conspectu Ecclesiæ, dicens: Benedictus es Domine Deus Israel pater noster a seculo, et vsque in seculum. Tibi Domine magnificentia, et virtus, et gloriatio, η et victoria, et fortitudo: quoniam tu omnium, quæ in cælo, et quæ super terram, dominaris. θ A facie tua turbatur omnis rex, & gens: a te diuitiæ, et ι gloria: tu omnium principaris Domine, princeps omnis principatus: et in manu tua, fortitudo, et potentatus: et in manu tua κ omnipotens, magnificare, et confortare omnia. Et nunc Domine confite-

A confitemur tibi, & laudamus nomen gloriationis tuæ. Et quis ſum ego, & quis populus meus, quia valuimus prompti eſſe tibi iuxta hæc? Quoniã tua ſunt omnia: & de tuis dedimus tibi: quoniam incolæ ſumus ante te, & peregrinantes, ſicut omnes patres noſtri. Tanquam vmbra, dies noſtri ſuper terram: & nõ eſt dilatio. Domine Deus noſter μ ad omnem multitudinem hanc, quam paraui ad ædificandum nomini ſancto tuo, de manu tua eſt, & tibi omnia. Et noui Domine, quia tu es ſcrutans corda, & iuſtitiã diligis. In ſimplicitate cordis mei promptè obtuli omnia hæc: & nunc populum tuum inuentum hic vidi in lætitia prõpte offerentem tibi. Domine Deus Abraam, & Iſaac, & Iſrael patrum noſtrorum

B cuſtodi ν hæc in cogitatione cordis populi huius in ſeculum: & dirige corda eorum ad te. Et Salomon filio meo da cor bonũ ad faciendũ mandata tua, & teſtimonia tua, & præcepta tua, & ad perducendum ad finem ξ apparatum domus tuæ. Et dixit Dauid omni eccleſiæ. Benedicite Dominum Deum noſtrum. Et benedixit vniuerſa Eccleſia Dominum Deum patrum ſuorum. Et flectentes genua adorauerũt Dominum, & regem. Et ſacrificauit Dauid Domino ſacrificia, & obtulit holocauſtomata Deo craſtina primæ diei vitulos mille, arietes mille, agnos mille, & libamina eorum, & ſacrificia in multitudine vniuerſo Iſrael. Et comederunt, & biberunt ante Dominum in illa die cum gaudio: & regem

C fecerunt ſecundo Salomon filium Dauid: & vnxerunt eum Domino in regem, & Sadoc in ſacerdotium. ο Et ſedit Salomon ſuper thronum Dauid patris ſui, & π beneplacuit: & obedierunt ei omnis Iſrael. Principes, & potentes, & omnes filij Dauid regis patris ſui ſubiecti fuerunt ei. Et magnificauit Dominus Salomon ρ deſuper omni Iſrael: & dedit ei gloriam σ regis, quod non fuit ſuper omnem regem ante eum. Et Dauid filius Ieſſæ regnauit ſuper Iſrael annos quadraginta, in Chebron annos ſeptem, & in Hieruſalẽ annos triginta tres. Et obijt in ſenectute bona, plenus diebus, diuitijs, & gloria. Et regnauit Salomon filius eius pro eo. Reliqua autem verba regis Dauid priora, & poſteriora ſcripta ſunt

D in verbis Samuel videntis, & ſuper verba Nathan prophetæ, & ſuper verba Gad videntis de omni regno eius, & potentatu eius, & τ tempora, quæ fuerunt ſuper eum, & ſuper Iſrael, & ſuper omnia regna terræ.

α Homini.] *In aliquot libris additur,* ἡ οἰκοδομὴ, *in alijs* ἡ οἴκησις, ædificatio: *in nonnullis etiam* ἀλλ' ἢ κυρίῳ τῷ θεῷ οἰκοδομεῖς, καὶ ἐγὼ κατὰ πᾶσαν, ſed Domino Deo ædificas: & ego ſecundum omnem, &c. β Aurum.] *Comp.* aurum ad aurũ, & argentu ad argentum & æs ad æs, & ferrum ad ferrum, & ligna ad ligna: *quæ reſpondent hebræo, & vulgatæ.* γ Soam.] *Compl & Theodoretus* ὄνυχος, onychis: *quod eſt interpretatio illius.* δ Et Parium multum.] *Iidem,* καὶ λίθους παρίους εἰς πλῆθος, & lapides Parios in multitudine. ε Promptus.] ὁ προθυμούμενος. *Ita etiam Compl. Theodoretus autem* τίς ἑκουσιάσεται, quis ſponte veniat: *quod verbum habuit etiam in ſequentibus, itemque ſæpe Compl.* ζ Ædificatores.] *Plerique,* οἰκόνομοι, œconomi. η Victoria.] *In nonnullis additur,* καὶ ἡ ἐξομολόγησις, & confeſſio. *In Compl. præterea pro,* καὶ τὸ καύχημα, *eſt* ἡ μεγαλοπρέπεια, decor. θ A facie tua turbatur omnis rex & gens.] *Pro his in Compl. eſt,* σοὶ κύριε ἡ βασιλεία, καὶ ἡ ἔπαρσις εἰς πάντα, καὶ εἰς πᾶσαν ἀρχὴν tibi Domine regnum, & exaltatio in omnia, & in omnem principatum. *In nonnullis autem libris vtrumque coniungitur.* ι Gloria.] *In Compl. additur,* ἐκ προσώπου σου, à facie tua: *quomodo etiam hebræus, ſed ipſe non habet illud, quod etiam in Compl. præcedit,* a te. κ Omnipotens.] *Abeſt à Compl. & hebræo.* λ Peregrinantes.] παροικοῦντες *Compl. repetit* πάροικοι. *Theodoretus* ἐπίδημοι, aduenæ. μ Ad omnem multitudinem hanc.] πρὸς πᾶν τὸ πλῆθος τοῦτο. *Videtur dictum pro,* omnis copia hæc. ν Hæc in cogitatione cordis popul tui.] *Compl.* αὐτῶν τὸ πλάσμα διανοιῶν καρδίας λαοῦ σου, eorum plaſma cogitationum cordis populi tui. ξ Apparatum.] *Eadem,* πάντα, καὶ τοῦ οἰκοδομῆσαι τὴν κατασκευὴν, omnia, & ad ædificandum apparatum, &c. ο Et ſedit.] *Alii & Theodoretus,* καὶ ἐκάθισεν σαλομὼν ἐπὶ θρόνου κυρίου εἰς βασιλέα ἀντὶ δαυὶδ πατρὸς αὐτοῦ, Et ſedit Salomon ſuper thronum Domini in regem pro Dauid patre ſuo. π Beneplacuit.] εὐδοκήθη. *Compl.* εὐωδώθη, proſpere egit. ρ De ſuper.] *Alii* ἐναντίον, coram. σ Regis, quod.] *Compl.* βασιλείας, ὡς, regni, ſicut. τ Tempora, quæ fuerunt.] *Eadem,* τῶν καιρῶν τῶν διελθόντων, temporibus, quæ tranſierunt

PARA-

A

PARALIPOMENON LIBER SECVNDVS.

B

CAP. I.

ET confortatus est Salomon filius Dauid super regnum suũ: & Dominus Deus eius cum eo: & magnificauit eum in altitudinem. Et * dixit Salomon ad omnem Israel, Chiliarchis, & centurionibus, & iudicibus, & omnibus principibus coram Israel, principibus patriarum. Et iuit Salomon, & vniuersa Ecclesia, ad ᵝ excelsam, quæ in Gabaon, vbi erat ibi tabernaculum testamenti Dei, quod fecit Moyses puer Domini in deserto. Sed arcam Dei eduxerat Dauid de ciuitate Cariathiarim, quoniam parauit ei Dauid: quoniam fixit ei tabernaculum in Hierusalem. Et altare æneum, quod fecit Beseleel filius Vriæ filij Or, ibi erat ante tabernaculũ Domini. Et exquisiuit illud Salomon, & Ecclesia: & obtulit Salomon ibi super altare æneum coram Domino, quod in tabernaculo: & obtulit super illud holocaustosim millenariam. In nocte illa apparuit Deus Salomoni, & dixit ei: Postula, quid tibi dem. Et dixit Salomon ad Deum: Tu fecisti cum Dauid patre meo misericordiam magnam: & regnare fecisti me pro eo. Et nunc Domine Deus, fidele sit, quæso, ᵞ nomen tuum super Dauid patre meo: quoniam tu regnare fecisti me super populum multum, tanquam puluis terræ. Nunc sapientiam, & intellectum da mihi: & egrediar coram populo hoc, & ingrediar: quoniam, quis iudicabit populum tuum magnum hũc? Et dixit Deus ad Salomon: Pro eo, quod factum est hoc in corde tuo, & non postulasti diuitias ᵟ pecuniarum, neque gloriam, neque animam aduersariorum, & dies multos non postulasti, & postulasti tibi sapientiam, & intellectum, vt iudices populum meum, super quem regnare feci te super eum; sapientiam, & intellectum do tibi: & diuitias, & pecunias, & gloriam dabo tibi, quomodo non fuit similis tibi in regibus, qui ante te, & post te non erit ita. Et venit Salomon de Bamà, quæ in Gabaon, in Hierusalem * ante faciem tabernaculi testimonij: & regnauit super Israel. Et congregauit Salomon currus, & equites: & fuerunt ei mille, & quadringẽti currus, & duodecim millia equitum. Et reliquit ea in ciuitatibus curruum, & ᶻ populus cum rege in Hierusalem. Et posuit rex argentum, & aurum in Hierusalẽ, tanquam lapides, & cedros in Iudæa, tanquam sycomoros, quæ in campestri, in multitudine. Et exitus equorum Salomon ex Ægypto: & precium mercatorum regis * ad eundum, & emebant. Et ascendebant, & educebant ex Ægypto, currum

C

D

E

A rum vnum ſexcentis argenti,& equum quinquaginta & centum.Et ſic omnibus regibus Chettæorum,& regibus Syriæ in manibus ſuis afferebant.

α Dixit.] *Pro*,indixit,& præcepit. β Excelſam.] *More hebraico pro excelſum : ac præterea ſolet etiam dici*,τὸν βωμὸν *vt paulo poſt*. γ Nomen tuum.] *Compl.* τὸ ῥῆμά σου μετὰ Δαυὶδ τοῦ πατρός μου, verbum tuum cum Dauid patre meo. δ Pecuniarum.] *Compl.* ὑπαρχόντων,ſubſtantiarum,*& paulo poſt pro*,pecunias,ὕπαρξιν,ſubſtantiam. ε Ante faciem.] *Eadem*,ἀπὸ προσώπου,à facie:*quod reſpondet quidem hebræo: ſed nihilominus ſignificare putant*,ante faciem,*&* coram,*vt vulgata*. ζ Populus.] *Abeſt dictio iſta à Compl. & vulgata*. η Ad eundum,& emebant.] *Nonnulli*,τοῦ ἐκπορεύεσθαι,ad egrediendum. *Sed Compl. pro iſtis habet*, τιμὴν ἣν ἐλάμβανον, καὶ ἠγόραζον ἐν ἀλλάγματι, precium, quod accipiebant, & emebant in permutatione. *Locus anceps etiam in hebræo.*

B

CAP. II.

ET dixit Salomon ædificare domum nomini Domini, & domum regno ſuo. Et congregauit Salomon ſeptuaginta millia virorum portantium humeris,& octuaginta millia lapicidarum in monte: & præſides ſuper eos ter mille ſexcenti. Et miſit Salomon ad Chyram regem Tyri, dicens: Sicut feciſti cum Dauid patre meo, & miſiſti ei cedros ad ædificādum ſibi domum ad habitandum in ea; & ecce ego filius eius ædifico domum nomini Domini Dei mei,ad ſanctificandum illam ei,ad adolēdum coram eo α thymiama,& propoſitionem perpetuo,& ad offerendū holocauſtomata ſemper mane,& veſperi, & in ſabbatis,& in Neomenijs, & in feſtiuitatibus Domini Dei noſtri: in ſeculum hoc ſuper Iſrael:& domus,quam ego ædifico,magna: quoniam magnus Dominus Deus noſter ſupra omnes Deos. Et quis valebit ædificare ei domum? quoniam cælum,& cælum cæli non ferunt gloriam eius. Et quis ego ædificans ei domum? ſed tantum ad adolendum coram eo. Et nunc mitte mihi virum ſapientem,& ſcientem facere in auro,& in argento,& in ære,& in ferro,& in purpura,& in coccini,& in hyacintho,& ſcientem ſculpere ſculpturā cum ſapientibus,qui mecum in Iuda,& in Hieruſalem, β quæ parauit Dauid pater meus. Et mitte mihi ligna cedrina, & arceuthina, & pinea de Libano: quoniam ego noui,quia ſerui tui norunt cædere ligna de Libano. Et ecce pueri tui cum pueris meis ibunt parare mihi ligna in multitudine: quoniam domus, quam ego ædifico,magna,& glorioſa. Et ecce operantibus,cædētibus ligna,in cibaria dedi frumentum,in data pueris tuis,cororum tritici viginti millia,& ordeorum, cororum viginti millia,& vini menſurarum viginti millia,& olei menſurarum viginti millia. Et dixit Chirā rex Tyri in ſcriptura,& miſit ad Salomon, dicens: In diligendo Dominum populum ſuum, dedit te ſuper eos regem. Et dixit Chiram: Benedictus Dominus Deus Iſrael,qui fecit cælum,& terrā,qui dedit Dauid regi filium γ ſapientem,& ſcientem,ſcientiam,& intellectum,qui ædificabit domū Domino,& domum regno ſuo. Et nunc miſi tibi virum ſapientem,& ſciētem intellectum,Chiram δ patrem meū (mater eius de filiabus Dan;& pater eius vir Tyrius) ſcientē facere in auro,& in argento,& in ære, & in ferro,& in lapidibus,& lignis,& texere in purpura & in hyacintho,& in byſſo,& in coccino, & ſculpere ſculpturas,& excogitare omnem excogitationem,quæcūque dederis ei cum ſapientibus tuis,et ſapientibus Dauid domini mei patris tui. Et nunc frumentum,et ordeum,et oleum,et vinum, quæ dixit Dominus meus, mittat pueris ſuis. Et nos cædemus ligna de Libano iuxta omnem vſum tuū, et addu-

C

D

E

cemus ea ratibus ad mare Ioppes: et tu adduces ea in Hierusalem. Et congregauit Salomon omnes viros proselytos, qui in terra Israel post numerum, quo numerauit eos Dauid pater eius: et inuenti sunt centũ quinquaginta millia, et ter mille sexcenti. Et fecit ex eis septuaginta millia portantiũ humeris, et octuaginta millia lapicidarum, et ter mille sexcentos exactores operum super populum. A

α Thymiama, & propositionem.] *Compl.* θυμίαμα ἀρωμάτων, καὶ ποιεῖν πρόθεσιν, thymiama aromatum, & faciendum propositionem: *sed illud*, faciendum, *non est in hebræo.* β Quæ.] *Alii,* ἂν, *& potest verti,* quos, *vt vulgata.* γ Scientem scientiam, & intellectum.] *Compl. & Theodoretus,* εἰδότα φρόνησιν, καὶ ἐπιστήμην, scientem prudentiam, & scientiam. δ Patrem.] *Sic etiam vulgata. Et videtur positus casus pro casu, vt alibi, idest, pro,* patris mei: *quomodo multi vertunt ex hebræo. In cæteris libris, & ad marginem Vaticani, & in Compl.* παῖδα, puerum.

C A P. III.

B

ET cepit Salomon ædificare domum Domini in Hierusalem in monte [α] ipsius Amoria; vbi apparuerat Dominus Dauid patri eius, in loco, quem parauit Dauid, in area Ornà Iebusæi. Et cepit ædificare in mense secundo, in anno quarto regni sui. Et hæc incepit Salomon ad ædificandam domum Dei: [β] longitudo cubitorum, mensura prima cubitorum sexaginta: et latitudo cubitorũ viginti. Et Aelam ad faciem domus: longitudo super faciem latitudinis domus cubitorum viginti: et altitudo cubitorum centum viginti: et deaurauit eam ab intus auro mundo. Et domum magnam texit lignis cedrinis, et deaurauit auro mundo: et sculpsit super eã palmas, et [γ] catenas dependentes. Et ornauit domum lapidibus preciosis ad gloriam, et deaurauit auro, de auro, quod de Pharuim. Et deaurauit domum, et parietes eius, et postes, et tecta, et ostia auro: et sculpsit Cherubim super parietes. Et fecit domum sancti sanctorum: longitudo eius ad faciem [δ] latitudinem domus, cubitorum viginti: et longitudo cubitorum viginti: et deaurauit eam auro mundo in Cherubim ad talenta sexcenta: et pondus clauorum, pondus vnius, quinquaginta sicli auri. Et [ε] cænaculũ deaurauit auro. Et fecit in domo, sancto sanctorũ Cherubim duo, opus ex lignis: et deaurauit ea auro: et alæ ipsorum Cherubim, longitudo cubitorum viginti; et ala vna cubitorum quinque, tangens parietem domus: et ala altera cubitorũ quinque tangens alam Cherubim alterius: et alæ Cherubim horum expansæ, cubitorum viginti: et ipsa stantia super pedes suos: et facies eorum ad domum. Et fecit velum de hyacintho, et purpura, et coccino, et bysso: et texuit in eo Cherubim. Et fecit ante domum columnas duas: cubitorum triginta quinque altitudo, et capita earum, cubitorum quinque. Et fecit [ζ] Serseroth in Dabir: et dedit super capita columnarum. Et fecit malogranata centum: et posuit super catenas dependentes. Et statuit columnas ad faciem templi, vnam à dextris, et vnam à sinistris: et vocauit nomen eius, quæ à dextris, Directio, et nomen eius, quæ à sinistris, Fortitudo.

C

D

E

α Ipsius Amoria.] τοῦ ἀμωρία, *Videtur de industria retentus etiam articulus hebraicus. Compl.* ἐν ὄρει τοῦ ἀμωρία, in monte Amoria, *quod vulgata,* in monte Moria. β Longitudo cubitorum.] *Sic etiam hebræus. In aliis omittitur vox,* cubitorum, *& Compl.* μῆκος τῆς διαμετρήσεως τῆς πρώτης πηχῶν ἑξήκοντα, longitudo mensurationis primæ, cubitorum sexaginta. γ Catenas dependentes.] *Hoc videtur significare,* χαλασῶ. *Compl.* ἁλύσεις, catenas. δ Latitudinem domus cubitorum viginti, & longitudo.] *Compl.* τὸ πλάτους τοῦ οἴκου πηχῶν εἴκοσι, καὶ τὸ ὕψος, latitudinis domus cubitorum viginti, & latitudo, &c. *quod respondet vulgatæ.* ε Cænaculum.] *Eadem,* τὰ ὑπερῷα, cænacula, & tabulata: *magnamque hac in re vim facit Theodoretus ad conciliandam discordiam, quæ videtur esse inter hunc locum, & libros regnorum, de altitudine templi.* ζ Serseroth.] *Compl.* ἁλυσιδωτά, catenulas: *quod est interpretatio illius.*

C A P.

CAP. IV.

A ET fecit altare æneum: viginti cubitorum lõgitudo, & viginti cubitorum latitudo, & decẽ cubitorum altitudo. Et fecit mare fusile, decẽ cubitorũ [α] diametrum, rotundum in circuitu, & quinque cubitorum altitudinẽ: & ambitus triginta [β] cubitorũ. Et similitudo vitulorum subter illud in circuitu circundant illud, decẽ cubiti ambiunt luterẽ in circuitu: duo [γ] genera fuderũt vitulos in fusura ipsorum, qua fecerunt eos duodecim vitulos: tres spectantes Aquilonem, & tres Occidentem, & tres Austrum, & tres ad Orientem: & mare super eos sursum: erant posteriora eorum intus. Et crassities eius palmaris, & labium B eius, tanquam labium calicis, [δ] sculpta geminibus lilij, capiens metretas ter mille. Et [ε] consummauit. Et fecit luteres decem: & posuit quinque à dextris, & quinque à sinistris, ad lauãdum in eis opera holocaustomatum, & abstergendum in eis: & mare ad lauandum se sacerdotes in eo. Et fecit candelabra aurea decẽ iuxta iudicium suum, & posuit in tẽplo, quinque à dextris, & quinque à sinistris. Et fecit mensas decem, & posuit in templo, decem a dextris, & decem a sinistris. Et fecit phialas aureas centum. Et fecit atrium sacerdotum, & atrium magnum, & portas atrio, & postes earum inæratas ære. Et mare posuit ab angulo C domus a dextris [ζ] tanquam ad Orientem e regione. Et fecit Chiram [η] fuscinulas, & thuribula, & focum altaris, & omnia vasa eius. Et consummauit Chiram facere omne opificium, quod fecit Salomoni [θ] regi in domo Dei, columnas duas, & [ι] super eas Golath ipsi Chothareth super capita columnarũ duo, & retiacula duo ad cooperiendum [κ] capita ipsarum Chothareth, quæ sunt super capita columnarũ, & [λ] tintinnabula aurea quadringenta ad duo retiacula: & duo genera malogranatorum in retiaculo vno ad cooperiendum ambas Golath ipsarum Chothareth, quæ sunt desuper columnas. Et fecit Mechonoth decem: & luteres fecit super Mechonoth: & mare vnum, & vitulos duodecim subter illud: & [μ] podisteras, & analempteras, & lebetes, & fuscinulas, & omnia D vasa eorũ, quæ fecit Chiram, & obtulit regi Salomon in domo Domini de ære puro. In adiacente Iordanis fudit ea rex in crassitie terræ in domo Sacchoth, & inter Saredatha. Et fecit Salomon omnia vasa hæc in multitudine valde: quoniam non [ν] defecit pondus æris. Et fecit Salomon omnia vasa domus Domini, & altare aureum, & mensas (& super eas panes propositionis) & candelabra, & lucernas luminis iuxta iudicium, & ad faciem Dabir de auro mundo; & ansulæ earum, & lucernæ eorum: & phialas, & mortariola, & thuribula de auro mũdo: & ostium domus interius in sancta sanctorum, & ianuas domus templi au- E reas. Et consummatũ est omne opificiũ, quod fecit Salomon in domo Domini.

α Diametrum.] *In Compl. additur,* ἀπὸ τοῦ χείλους αὐτῆς εἰς τὸ χεῖλος αὐτῆς. a labio eius vsque ad labium eius. β Cubitorum.] *In aliis adnectitur,* ἐκύκλουν αὐτὴν κύκλῳ, circundabãt illud in circuitu. *Compl. autem* ἐκύκλου, *ambiebat, vt vulgata,* γ Duo genera.] *Compl.* δύο στίχοι, βόες χωνευτοὶ, ἐν τῇ χωνεύσει αὐτῶν ἐποίησαν αὐτοὺς, ἑστῶσα ἐπὶ δώδεκα μόσχους ἡ θάλασσα, καὶ τρεῖς βλέποντες, duo ordines, boues fusiles, in fusura eorum fecerunt eos, stans super duodecim vitulos mare, & tres spectantes, &c. δ Sculpta.] διαγεγλυμμένα. *Compl* διαγεγλυμμένα, sculpti. ε Consummauit.] *Compl. addit,* αὐτὴν, illud. *Nostra propius ad hebræum, in quo coniungitur cum antecedentibus, idest,* ter mille metretas complebat. ζ Tanquam ad Orientem e regione.[*Compl.* κατὰ ἀνατολὰς τοῦ κλίτους τοῦ πρὸς νότον *quod vulgata,* contra Orientem ad meridiem. η Fuscinulas, & thuribula, & focum altaris] *Eadem,* τοὺς λέβητας, καὶ τὰς κρεάγρας, καὶ τὰ πυρεῖα, lebetes, & fuscinulas, & thuribula. θ Regis.] *Sic hebræus. Compl.* ὁ βασιλεὺς, rex. ι Et super eas Golath ipsi Chothareth.] *Pro* Golath, *d ctione hebraica,*

hebraica, ſed paululum immutata, quæ ſignificat, orbes, *aut* funiculos, *Compl. habet* τὰς βάσεις, baſes: *quod non ſatis conuenit. Et pro* τῷ χωθαρὲθ, *habet,* καὶ τὰς χωθαρὼθ, *quod ſignificat,* & coronas. *Vulgata nomine epiſtyliorum videtur vtrumque comprehendiſſe.* κ Capita ipſarum Chothareth.] *Rurſus pro,* capita, *in hebræo eſt eadem dictio, quæ paulo ante dicta eſt,* Golath, *& rurſus in Compl.* τὰς δύο βάσεις τῶν χωθαρὼθ, *itemque paulo poſt.* λ Tintinnabula.] *Compl.* ῥοαὶ malogranata, *vt vulgata.* μ Et podiſteras, & analempteras.] *Hæc abſunt a Compl. & vulgata, & videntur idem poſſe ſignificare atque illud, quod ſequitur, vt ſint duæ interpretationes,* & lebetes, & fuſcinulas. ν Non defecit.] *Compl.* οὐκ ἠκριβάσθη, non examinabatur.

CAP. V.

ET intulit Salomon ſancta Dauid patris ſui, argentum, & aurum, & vaſa, α quæ dederat in theſaurum domus Domini. Tunc conuocauit Salomon omnes ſeniores Iſrael, & omnes principes tribuum, duces patriarũ filiorum Iſrael in Hieruſalem ad educendam arcam teſtamenti Domini e ciuitate Dauid: hæc eſt Sion. Et conuenerunt ad regem vniuerſus Iſrael in feſtiuitate: hic eſt menſis ſeptimus. Et venerunt omnes ſeniores Iſrael: & tulerunt β omnes Leuitæ arcam, γ & tabernaculum teſtimonij, & omnia vaſa ſancta, quæ in tabernaculo: & eduxerunt eam ſacerdotes, & Leuitæ. Et rex Salomon, & omnis ſynagoga Iſrael, & δ qui timebant, & qui adhæſerant eis, ante arcam immolantes vitulos, & oues, ε qui non numerabuntur, & qui non computabuntur præ multitudine. Et introduxerunt ſacerdotes arcam teſtamenti Domini in locum ſuum, in Dabir domus, in ſancta ſanctorum, ſubter alas Cherubim. Et erant Cherubim expandentia alas ſuas ſuper locum arcæ: & cooperiebant Cherubim ſuper ζ arcam, & ſuper geſtatoria eius deſuper; & eminebant geſtatoria: & aſpiciebantur capita geſtatoriorum e ſanctis in faciem Dabir: non aſpiciebantur extra: & fuerunt ibi vſque in diem hanc. Non erat in arca, niſi duæ tabulæ, quas poſuit Moyſes in Choreb, quæ diſpoſuit Dominus cum filijs Iſrael, in exeundo eos de terra Ægypti. Et factum eſt in exeundo ſacerdotes e ſanctis (quoniam omnes ſacerdotes, qui inuenti ſunt, erant ſanctificati, non erant diſpoſiti per vicem) & Leuitæ pſalmorum cantores omnes η filijs Aſaph, ipſi Æman, ipſi Idithum, & filijs eius, & fratribus eius, qui induti erant ſtolas byſſinas, in cymbalis, & in nablis, & in citharis, ſtantes e regione altaris, & cum eis ſacerdotes centum viginti clangentes tubis. Et facta eſt vna vox in clangendo, & canendo, & in reſonando, voce vna ad confitendum, & laudandum Dominum. Et dum eleuarent vocem in tubis, & cymbalis, & in organis canticorum; & dicebant: Confitemini Domino, quoniam bonum; quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et domus impleta eſt nube θ gloriæ Domini. Et non poterant ſacerdotes ſtare ad miniſtrandum à facie nubis: quoniam impleuerat gloria Domini domum Dei.

α Quæ dederat.] *Alii,* καὶ ἔδωκεν, & dedit, *ideſt,* poſuit, *vt vulgata.* β Omnes.] *Abeſt à Complutenſi, & vulgata.* γ Et tabernaculum.] *Alii,* καὶ ἀνήνεγκαν τὴν κιβωτὸν, καὶ τὴν σκηνὴν, & eduxerunt arcam, & tabernaculum. δ Et qui timebant.] *Abeſt à Complutenſi, & vulgata.* ε Qui.] *Imitatio hebraiſmi. Complutenſis,* ἃ, quæ. ζ Arcam.] *Complutenſis addit,* καὶ προσήγγιζε τὰ χερουβὶμ ἐπὶ τὴν κιβωτὸν, & appropinquabant Cherubim ſuper arcam: *quæ redundant: ac fortaſſe ſunt altera interpretatio præcedentis ſententiæ.* η Filiis.] *Iſte dandi caſus, more hebraico valet,* de filiis, &c. *Complutenſis autem minus proprie,* σὺν τοῖς υἱοῖς τοῦ Ἀσάφ, cum filijs Aſaph. *Illud autem in ea recte habet, quod ſequitur,* & filiis eorum, & fratribus eorum. θ Gloriæ.] *Abeſt ab aliquo libro. In hebræo repetitur,* domus. *Complutenſis,* καὶ δόξης, & gloria.

CAP.

CAP. VI.

A TVNC dixit Salomon: Dominus dixit habitare in caligine: & ego ædificaui domum nomini tuo sanctam tibi, & paratam ad habitandum in secula. Et cōuertit rex faciem suam, & benedixit omnem Ecclesiam Israel, (& omnis Ecclesia Israel adstabat) & dixit: Benedictus Dominus Deus Israel, quomodo locutus est in ore suo ad Dauid patrem meum, & in manibus suis impleuit, dicens: A die, qua eduxi populum meum e terra Ægypti; non elegi in ciuitate de omnibus tribubus Israel, ad ædificandam domum, vt esset nomen meum ibi: & non elegi in viro, vt esset in ducem super populum meum Israel. Et B elegi Hierusalem, vt fieret nomen meum ibi: & elegi in Dauid, vt esset super populum meum Israel. Et factum est super cor Dauid patris mei, ædificare domum nomini Domini Dei Israel. Et dixit Dominus ad Dauid patrem meum: Quoniam factum est super cor tuum ædificare domū nomini meo; recte fecisti, quoniam factum est super cor tuum. Verumtamen tu non ædificabis domum: quoniam filius tuus, qui egredietur de lumbo tuo, hic ædificabit domum nomini meo. Et suscitauit Dominus verbum hoc, quod locutus est. Et factus sum pro Dauid patre meo: & sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus: & C ædificaui domum nomini Domini Dei Israel: & posui ibi arcam; in qua ibi testamentum Domini, quod disposuit ipsi Israel. Et stetit e regione altaris Domini ante omnem Ecclesiam Israel, & expandit manus suas: quoniam fecerat Salomon basim æneam: & posuerat eam in medio atrij ipsius templi, quinque cubitorum longitudo eius, & quinque cubitorum latitudo eius, & * trium cubitorum altitudo eius: & stetit super eam: & cecidit super genua coram omni Ecclesia Israel. Et expādit manus suas ad cælum, & dixit: Domine Deus Israel non est similis tibi Deus in cælo, & super terram, custodiens testamentum, & misericordiam pueris tuis ambulantibus ante te in toto corde: quæ custodisti puero tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei dicens: Et locutus es in ore tuo: & in D manu tua impleuisti, sicut dies hæc. Et nunc Domine Deus Israel custodi puero tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei, dicens: Non deficiet tibi vir a facie mea sedens super thronum Israel, tantum si custodierint filij tui viam suam, ambulando in lege mea, sicut ambulasti coram me. Et nunc Domine Deus Israel, fidele sit, quæso, verbum tuum, quod locutus es puero tuo Dauid. Quoniam si vere habitabit Deus cum hominibus super terram? Si cælum, & cælum cæli nō sufficient tibi; & quæ domus hæc, quam ædificaui? Et inspicies super deprecationem pueri tui, & super orationem meam Domine Deus, ad exaudiendum orationem, & deprecationem, quam puer tuus deprecatur ante te ho- E die; vt sint oculi tui aperti super domum hanc die, ac nocte ad locum hunc, quem dixisti inuocari nomen tuum ibi, ad audiendum deprecationem, quam deprecatur puer tuus in loco hoc. Et audies orationem pueri tui, & populi tui Israel, quæcumque deprecati fuerint in loco hoc. Et tu exaudies * in loco habitationis tuæ e cælo: & audies, & propitius eris. Si peccauerit vir proximo suo, & sumpserit super eum maledictionem ad maledicendum ei, & venerit, & maledixerit coram altari in loco hoc; & tu exaudies de cælo, & facies, & iudicabis seruos tuos ad retribuendum iniquo, & retribuendum vias

eius in caput eius, & ad iustificandum iustum, ad retribuendum ei secundum iustitiam eius. Et, si percussus fuerit populus tuus Israel coram inimico (si peccauerint tibi,) & reuerterint, & confessi fuerint nomini tuo, & deprecati fuerint, & orauerint ante te in domo hac; & tu exaudies de cælo, & propitius eris peccatis populi tui Israel: & reduces eos in terram, quam dedisti eis, & patribus eorum. Cum cohibitum fuerit cælum, & non fuerit pluuia (quoniam peccabunt tibi) & deprecabuntur in loco hoc, & laudabunt nomen tuum, & a peccatis suis reuertent, quoniam humiliabis eos; & tu exaudies de cælo, & propitius eris peccatis [γ] puerorum, & populi tui Israel: quia manifestabis eis viam bonam, in qua ibunt in ea: & dabis pluuiam super terram tuam, quam dedisti populo tuo in hæreditatem. Fames si facta fuerit super terram, mors si facta fuerit aeris corruptio, icteritia, locusta, & bruchus si fuerit, & si tribulauerit eum inimicus coram ciuitatibus ipsorum, secundum omnem plagam, & omnem laborem, & [δ] omnis deprecatio, & omnis oratio, quæcumque facta fuerit omni homini, & omni populo tuo Israel, si nouerit homo factum suum, & languorem suum, & expanderit manus suas ad locum hunc; & tu exaudies de cælo, de parato habitaculo tuo, & propitiaberis, & dabis viro iuxta vias eius, sicut cognoueris cor eius (quoniam solus cognoscis cor filiorum hominum) vt [ε] timeant omnes vias tuas omnibus diebus, quibus ipsi vixerint super faciem terræ, quã dedisti patribus nostris. Et omnis alienus, qui non de populo tuo Israel est ipse, & venerit de terra longe propter nomen tuum magnum, & manum tuam validam, & brachium tuum excelsum, & venerint, & deprecati fuerint in loco hoc; & tu exaudies de cælo, de parato habitaculo tuo: et facies iuxta omnia quæcũque inuocauerit te alienus: vt cognoscant omnes populi terræ nomen tuum, et [ζ] ad timendum te, sicut populus tuus Israel, et ad cognoscendum, quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc, quam ædificaui. Si autem exiuerit populus in bellum super inimicos suos in via, qua miseris eos, et deprecati fuerint ad te ad viam ciuitatis huius, quam elegisti in ea, et domus, quam ædificaui nomini tuo; et audies de cælo deprecationem eorum, et orationem eorum: et facies iustificationem eorum. Quoniam peccabunt tibi (quia non erit homo, qui non peccabit) et [a] percuties eos, et trades eos ad faciem inimicorum, et captiuabunt eos, captiuos abducentes eos in terram inimicorum, in terram longinquam, vel prope, et conuerterint cor suum in terra eorum, quo translati fuerint illuc, et conuerterint se, et orauerint te in captiuitate sua, dicentes, peccauimus, inique egimus, iniuste fecimus, & reuerterint ad te in toto corde, et in tota anima sua in terra captiuantium eos, quo captiuos abduxerũt eos, et deprecati fuerint viam terræ suæ, quam dedisti patribus ipsorum, et ciuitatis, quã elegisti, et domus, quam ædificaui nomini tuo; et audies de cælo, de parato habitaculo tuo deprecationem eorum, et orationem eorum: et facies iudicia: et propitius eris populo tuo peccanti tibi. Et nunc Domine sint, quæso, oculi tui aperti, et aures tuæ exaudientes ad orationem loci huius. Et nunc exurge Domine Deus in requiem tuam, tu, et arca fortitudinis tuæ. Sacerdotes tui Domine Deus induantur salutem: et [θ] filij tui lætentur in bonis Domine Deus, ne auertas faciem Christi tui: recordare misericordias Dauid serui tui.

[a Trium.]

A α Trium.] *Ita etiam vulgata. Compl.* πέντε, quinque. β In loco.] *Alii,* ἐκ τοῦ τόπου, de loco. γ Puerorum.] *Compl.* τῶν δούλων σου, seruorum tuorum. δ Et omnis deprecatio, & omnis oratio.] *Compl.* καὶ κατὰ πᾶσαν ἁφὴν, (*quod non est in hebræo*) καὶ πᾶσαν προσευχὴν, καὶ πᾶσαν δέησιν, & iuxta omnem tactum & omnem deprecationem, & omnem orationem. *Notatum autē est alibi,* omnem deprecationem, & orationem, *hoc locis similibus valere,* omnem occasionem deprecandi, & orandi. ε Timeant omnes vias tuas.] *Compl.* ὅπως φοβῶνταί σε τοῦ πορεύεσθαι ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου, vt timeant te, eundo in omnibus vijs tuis. ζ Et ad timendum te.] *Sic etiam hebræus. Compl.* καὶ ἵνα φοβῶνταί σε, & vt timeant te. η Et percuties eos.] *Eadem,* καὶ ἐὰν θυμωθῇς ἐπ' αὐτοὺς, & si indignatus fueris super eos. θ Filij.] *Plerique habent,* οἱ ὅσιοί σου, sancti tui.

CAP. VII.

ET vt consummauit Salomon deprecans; et ignis descendit de cælo: et B deuorauit holocaustomata, et sacrificia: et gloria Domini impleuit domum; et non poterant sacerdotes intrare in domum Domini in tempore illo: quoniam impleuerat gloria Domini domum. Et omnes filij Israel videbant descendentem ignem: (et gloria Domini super domum) et ceciderunt in faciē super terram, super pauimentum stratū lapide, et adorauerūt, et laudauerunt Dominū, quoniā bonum, quoniā in seculū misericordia eius. Et rex, et omnis populus immolātes victimas ante Dominū. Et sacrificauit rex Salomō sacrificium vitulorum viginti et duo millia, pecorum cētum et viginti millia. Et dedicauit domum Dei rex, et omnis populus. Et sacerdotes stantes super custo- C dias suas, et Leuitæ in organis canticorū Domini, α ipsius Dauid regis, ad confitēdum ante Dominum, quoniā in seculum misericordia eius, in hymnis Dauid per manum ipsorum. Et sacerdotes clangentes tubis ante eos, & omnis Israel stans. Et sanctificauit Salomon medium atrij, quod in domo Domini: quoniam fecit ibi holocaustomata, & adipes salutarium: quoniam altare æneum, quod fecerat Salomon, non sufficiebat capere holocaustomata, & β Manaa, & adipes. Et fecit Salomon festiuitatem in tempore illo septem dies: & omnis Israel cum eo, Ecclesia magna valde ab introitu Æmath, & vsque ad torrentem Ægypti. Et fecit in die octaua Exodion: quoniam dedicationem altaris fecit septem D diebus γ festiuitatem: & in tertia & vigesima mensis septimi misit populum ad tabernacula eorum lætantes, & bono corde super bonis, quæ fecerat Dominus ipsi Dauid, & Salomoni, & Israel populo suo. Et consummauit Salomon domum Domini, & domum regis, & omnia, quæcunque voluit in animo Salomon facere in domo Domini, & in domo sua, prosperatus est. Et apparuit Dominus ipsi Salomon nocte, & dixit ei: Audiui deprecationem tuā, & elegi in loco hoc mihi in domum sacrificij. Si cohibuero cælum, & non fuerit facta pluuia, et si mādauero locustæ deuorare lignum, & si misero mortem in populo meo, & δ si confusus fuerit populus meus, super quos inuocatum est nomen meum super eos, & deprecati fuerint, & quæsierint faciem meam, et auerterint se à vijs suis E malis; et ego exaudiam de cælo, et propitius ero peccatis eorum, et sanabo terram eorum. Et nunc oculi mei erunt aperti, et aures meæ exaudientes ad deprecationem loci huius. Et nunc elegi, et sanctificaui domum hāc, vt sit ibi nomen meum vsque in seculum: et erunt oculi mei, et cor meum ibi omnibus diebus. Et tu, si ambulaueris corā me, sicut Dauid pater tuus, et feceris secundum omnia, quæ mandaui tibi, et præcepta mea, et iudicia mea custodieris; et suscitabo thronum regni tui, sicut disposui Dauid patri tuo, dicens: nō auferetur tibi Dux vir in Israel. Et, si auerteritis vos, et dereliqueritis præcepta mea, et mandata

mea,

mea, quæ dedi ante vos, et iueritis, et seruieritis Dijs alijs, et adorau eritis eos; A
et auferam vos, de terra, quam dedi [ε] eis: et domum hanc, quam sanctificaui nomini meo, auertam à facie mea, et dabo eam in parabolã, et in narrationem in omnibus gentibus. Et domus hæc excelsa, omnis transiens eam stupebit, et dicet: cuius gratia fecit Dominus terræ huic, et domui huic? Et dicent: quoniã dereliquerunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos e terra Ægypti: et susceperunt Deos alios, et adorauerunt eos, et seruierunt eis: et propter hoc induxit super eos omne malum hoc.

[α] Ipsius Dauid.] *Compl. & Theodoretus*, ἃν ἐποίησεν Δαυὶδ, quæ fecit Dauid. *Ex quo colligit Theodoretus psalmum esse ipsius Dauid.* [β] Manaa.] *Compl.* τὰς θυσίας, sacrificia: *quod est interpretatio illius.* [γ] Festiuitatem.] *Eadem*, καὶ τὴν ἑορτὴν ἑπτὰ ἡμέρας, & festiuitatem septem diebus. [δ] Si confusus fuerit.] *Id est humiliauerit se præ verecundia: quod satis respondet hebræo. Compl.* ἐντραπῇ με, reueritus fuerit me, *aut, vt ipsi interpretantur*, conuertatur ad me. [ε] Eis.] *Ita hebræus. Compl.* ὑμῖν, vobis, *vt vulgata.* B

CAP. VIII.

ET factum est post viginti annos, in quibus ædificauit Salomon domum Domini, & domum suã; & ciuitates, quas dedit Chiram Salomoni, ædificauit eas Salomon, & habitare fecit ibi filios Israel. Et venit Salomon in [α] Bæsoba, & obtinuit eam. Et ædificauit Thoedmor in deserto, & omnes C
ciuitates munitas, quas ædificauit in Hemath. Et ædificauit Bæthoron superiorem, & Bæthoron inferiorem, ciuitates munitas, [β] mœnia, portæ, & vectes, & ipsam Balaath, & omnes ciuitates munitas, quæ erant Salomoni: & omnes ciuitates curruum, & ciuitates equitum: & quæcumque concupiuit Salomon secundum [γ] desiderium ædificare in Hierusalem, & in Libano, & in omni regno suo. Omnis populus residuus de Chettæo, & Amorræo, & Pherezæo, & Euæo, & Iebusæo, qui non sunt de Israel, sed erant de filijs eorum, qui remanserant post eos in terra, quos non exterminauerant filij Israel; & adduxit eos Salomon in tributum vsque in diem hanc. Et de filijs Israel non dedit Salomon in pueros D
[δ] regno suo: quoniam ecce viri bellatores, & [ε] principes, & potentes, & principes curruum, & equitum. Et hi principes ex ijs, qui adstabant regi Salomon, quinquaginta & ducenti exactores operum in populo. Et filiam Pharaonis adduxit Salomon de ciuitate Dauid in domum, quam ædificauerat ei: quoniam dixit: Non habitabit vxor mea in ciuitate Dauid regis Israel, quoniam [ζ] sancta est, quo intrauit illuc arca Domini. Tunc obtulit Salomon holocaustomata Domino super altare, quod ædificauit Domino e regione templi iuxta verbũ diei in die, ad offerendum iuxta mandata Moysi in sabbatis, & in mensibus, & in festiuitatibus, tribus tẽporibus anni, in festiuitate azymorũ, & in festiuitate hebdomadarũ, & in festiuitate tabernaculorum. Et statuit iuxta indiciũ Dauid patris sui distributiones sacerdotum, [η] & secundum ministeria eorum. E
Et Leuitæ super custodias suas, ad laudandum, et ministrandum coram sacerdotibus iuxta verbum diei in die. Et ianitores secundum distributionem ad portam, et portam: quoniam ita mandata Dauid hominis Dei. Non transgressi sunt mandata regis de sacerdotibus, et Leuitis in omni verbo, et in thesauris. Et paratum fuerat omne opificium, a qua die fundata est, [θ] quoadusque perfecit Salomon domum Domini. Tunc abijt Salomon in Gasion Gaber, et in Ælath

A Ælath maritimam in terra Idumæa. Et misit Chiram in manu puerorum suorum nauigia, & pueros scientes mare: & abierunt cum pueris Salomon in Sophira: & tulerunt inde quadringenta & quinquaginta talenta auri: & ι venerunt ad regem Salomon.

α In Bæsoba.] *Alii*, εἰς αἰμώθ σαβὰ *al.* σουβὰ, *quod vulgata*, in Emath Suba: *& in Compl. sequitur*, καὶ κατίσχυσεν ἐπ' αὐτὴν, & præualuit super eam. β Mœnia, portæ, & vectes.] *Eadem*, τείχεσι, πύλαις, καὶ μοχλοῖς, mœnibus, portis, & vectibus. γ Desiderium.] *Eadem addit* αὐτοῦ, suum: *quod non est in hebræo: sed in eo alius verborum ordo.* δ Regno suo.] *Eadem*, εἰς πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, ad omnia opera sua in regno suo: *ac fortasse sunt duæ interpretationes ortæ ex ambiguitate vocis hebraicæ, quæ paruo discrimine potest significare opus, & regnum.* ε Et principes, & potentes.] *Alii*, καὶ ἄρχοντες δυνατοὶ ἁρμάτων, & principes potentes curruum. *Compl.* καὶ ἄρχοντες τριστατῶν αὐτοῦ δυνατοὶ, καὶ ἄρχοντες ἁρμάτων αὐτοῦ, καὶ ἱππέων αὐτοῦ, & principes tristarum eius potentes, & principes curruum eius, & equitum eius. ζ Sancta est.] *Græce est*, ἅγιος, *& ita apud Theodoretum: sed apud illum in proxime præcedentibus pro*, ciuitate, *est* οἴκῳ, domo: *vt vulgata: & cum ea dictione optime conuenit* ἅγιος, *quare in nostra erit subintelligenda. Compl. habet* πόλει *&* ἁγία. η Et secundum ministeria.] *Hebræus non habet illud, &. Compl. autem*, καὶ τὰς λειτουργίας αὐτῶν, καὶ τοὺς λευΐτας, & ministeria eorum, & Leuitas. θ Quoadusque perfecit.] *Compl.* καὶ ἕως οὗ ἐτελειώθη, ἕως οὗ ἐτελείωσε, & quoadusque perfecta est, quoadusque perfecit. ι Venerunt.] *Eadem*, ἤνεγκαν, attulerunt.

CAP. IX.

ET regina Saba audiuit nomen Salomon, & venit ad tentandum Salomõ C in ænigmatibus in Hierusalem in virtute graui: & cameli portantes aromata in multitudine, & aurum, & lapidem preciosum. Et venit ad Salomon, & locuta est ad eum omnia, quæcumque erant in anima sua. Et annunciauit ei Salomon omnia verba eius: & non præterijt verbum a Salomon, quod nõ annunciarit ei. Et vidit regina Saba sapientiã Salomon, & domũ quã ædificauit, & cibaria mensarũ, & sessionem puerorum eius, & stationem ministrorum eius, & vestem eorum, & pincernas eius, & ornatũ eorum, & holocaustomata, quæ offerebat in domo Domini, α & extra se facta est. Et dixit ad regem: Verus est sermo, quem audiui in terra β mea de verbis tuis, & de sapientia tua. Et nõ D credidi sermonibus, quoadusque veni, & viderunt oculi mei: & ecce non est annunciatum mihi dimidium multitudinis sapientiæ tuæ: adiecisti super auditionẽ, quam audieram. γ Beati viri tui, beati pueri tui, qui assistunt tibi semper, & audiunt sapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus; qui voluit in te, ad dandum te super thronum suum in regem Domino Deo tuo. In diligendo Dominum Deum tuum, ipsum Israel, ad statuendum eum in seculum, & dedit te super eos in regem, ad faciendum iudicium, & iustitiam. Et dedit regi cẽtum viginti talenta auri, & aromata in multitudine plurima, & lapidem pretiosum. Et non fuit iuxta aromata illa, quæ dedit regina Saba regi Salomon. E Et pueri Salomon, & pueri Chiram afferebant aurum Salomoni de Suphir, & ligna δ pinea, & lapidem pretiosum. Et fecit rex ligna pinea, ascensiones domui Domini, & domui regis, & citharas, & nablas cantoribus. Et non apparuerant talia antea in terra Iuda. Et rex Salomon dedit reginæ Sabà omnia desideria eius, quæ postulauit, præter omnia, quæ attulerat regi Salomon. Et reuertit in terram suam. Et fuit pondus auri allati ad Salomon in anno vno, sexcenta sexaginta talenta auri præter subiectos, & mercatorum, ε quæ afferebant. Et de omnibus regibus Arabiæ, et satraparum terræ, omnes afferebant aurum, et argentum regi Salomon. Et fecit rex Salomon ducenta scuta aurea ductilia: sexcenti

centi aurei puri inerant in vno ſcuto: et trecentos clypeos ductiles aureos, ζ trecentorum aureorum aſcendebat ſuper clypeum vnumquemque. Et dedit eos rex in domo ſyluæ Libani. Et fecit rex thronum de elephantinis dentibus magnum: et deaurauit eum auro probato: et ſex gradus throno η illigati auro, et brachiola hinc, et hinc ſuper thronum ſeſsionis: et duo leones ſtantes apud brachiola: et duodecim leones ſtantes ibi ſuper ſex gradus hinc, et hinc. Non factum eſt ſic in omni regno. Et omnia vaſa regis Salomon ex auro, et omnia vaſa domus ſyluæ Libani auro incluſa. Non fuit argentum reputatum in diebus Salomon ad quicquam. Quoniam nauis regi ibat in Tharſis cum pueris Chiram: ſemel per tres annos veniebant nauigia e Tharſis referta auro, et argẽto, et dentibus elephantinis, & θ ſimijs. Et magnificatus eſt Salomon ſuper omnes reges & diuitijs, & ſapientia. Et omnes reges terræ quærebant faciem Salomon ad audiendum ſapientiam eius, quam dederat Dominus in corde eius. Et ipſi afferebant, vnuſquiſque dona ſua, vaſa argentea, & vaſa ι aurea, & veſtem ſtactem, & ſuauitates, equos, & mulos, quod per annum annum. Et fuerunt Salomoni quatuor millie fœminæ equæ ad currus, & duodecim millia equitum: & poſuit eos in ciuitatibus curruum, & cum rege in Hieruſalem. Et fuit Dux omnium regum a flumine, & vſque ad terram alienigenarum, & vſque ad fines Ægypti. Et dedit rex κ aurum, & argentum in Hieruſalem, tanquam lapides & cedros, tanquam ſycomoros, quæ in campeſtri, in multitudine. Et exitus equorum ex Ægypto ipſi Salomon, & ex omni terra. Et reliqua verba Salomon prima, & nouiſsima, ecce hæc ſcripta in ſermonibus Nathan prophetæ, & in ſermonibus Achia Selonitæ, & in viſionibus Ioel videntis contra Hieroboam filium Nabath. Et regnauit Salomon ſuper omnem Iſrael quadraginta annos. Et dormiuit λ Salomon: & ſepelierunt eum in ciuitate Dauid patris eius. Et regnauit Roboam filius eius pro eo.

α Et extra ſe facta eſt.] *Compl.* καὶ οὐκ ἦν ἐν αὐτῇ ἔτι πνεῦμα, & non fuit in ea vltra ſpiritus. β Mea.] *In Compl. additur,* περὶ σοῦ, καὶ de te, &: *ſed non in hebræo.* γ Beati viri tui.] *Sic etiam vulgata. Compl. autem* μακάριαι αἱ γυναῖκές σου, beatæ vxores tuæ. δ Pinea.] πεύκινα, *quod ex Ioſepho videtur agnoſcere Theodoretus. Inquit enim ligna* ἀλγούμιμα *ipſum dixiſſe* πεύκινα. *Vulg.* thyina. *Alii ex hebræo,* coralliorum. ε Quæ afferebant. Et de omnibus regibus.] *Compl.* οἳ ἔφερον, καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς ἀραβίας καὶ σατράπαι τῆς γῆς ἔφερον, qui afferebant. Et omnes reges Arabiæ, & ſatrapæ terræ afferebant, &c. ζ Trecentorum aureorum aſcendebat.] *Videtur ſubintelligendum,* pondus, *aut quiddam eiuſmodi, Compl.* τριακόσιοι χρυσοῖ ἀναφέροντες, trecenti aurei aſcendentes. η Illigati.] ἐνδεδεμένοι. *In aliis* ἐνδεδυμένοι χρυσίῳ, induti auro, *hebræus non habet: ſed in ipſo ſequitur, quod eſt in Compl.* καὶ ὑποπόδιον ὑπέθηκεν ἐν χρυσῷ τῷ θρόνῳ, & ſcabellum ſuppoſuit in auro throno. θ Simijs.] *In Compl. additur,* καὶ ταώνων, *quod in vulgata,* & pauos. ι Aurea.] *Compl. addit* ὅπλα arma, *vt vulgata.* κ Aurum, &.] *Abeſt à Compl. & vulgata.* λ Salomon.] *Eadem addunt,* μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ, cum patribus ſuis.

CAP. X.

Et venit Roboam in Sychem: quoniam in Sychem veniebat vniuerſus Iſrael ad regem faciendum eum. Et factum eſt, vt audiuit Hieroboam filius Nabat (& ipſe in Ægypto, ſicut fugerat a facie Salomon regis, & habitauerat Hieroboam in Aegypto,) & reuertit Hieroboam ex Aegypto. Et miſerunt, & vocauerunt eum. Et venit Hieroboam, & omnis Eccleſia ad Roboam, dicentes: Pater tuus indurauit iugum noſtrum: & nunc remitte de ſeruitute patris tui dura, & de iugo eius graui, quod dedit ſuper nos: & ſeruiemus tibi. Et dixit

A dixit eis:Ite vsque ad tres dies,& venite ad me. Et abijt populus. Et congregauit rex Roboam seniores, qui stabant corā Salomon patre eius, in viuēdo eum, dicens: Quomodo vos consulitis respondere populo huic verbum? Et locuti sunt ei dicentes:Si hodie fueris ad bonum populo huic,& bene placueris,& locutus fueris eis verba bona;& erunt tibi pueri omnibus diebus.Et reliquit consilium seniorum,qui consuluerant ei: & consuluit cum pueris, qui nutriti fuerant cum eo,qui stabant coram eo. Et dixit eis: Quid vos consulitis,& respondebo verbum populo huic,qui locuti sunt ad me, dicentes,Remitte de iugo, quod dedit pater tuus super nos?Et locuti sunt ei pueri enutriti cum eo,dicen- B tes:Sic loqueris populo,qui locutus est ad te,dicens, Pater tuus aggrauauit iugum nostrum,& tu remitte a nobis:Sic dices:Paruus digitus meus crassior lumbo patris mei. Et nunc pater meus castigauit vos iugo graui:& ego adijciam super iugum vestrum. Pater meus castigauit vos flagellis: & ego castigabo vos in scorpionibus.Et venit Hieroboam,& omnis populus ad Roboam die tertia, sicut locutus fuerat rex,dicens:Reuertite ad me in die tertia. Et respondit rex dura:& dereliquit rex Roboam consilium seniorum:& locutus est ad eos iuxta consilium iuniorum,dicens:Pater meus aggrauauit iugum vestrum:& ego adijciam super illud. Pater meus castigauit vos in flagellis:& ego castigabo vos in C scorpionibus Et non audiuit rex populum:quoniam erat euersio a Deo, [α] dicens:Suscitauit Dominus verbum suum,quod locutus est in manu Achiæ Selonitæ de Hieroboam filio Nabat,& [β] omni Israel:quoniā non audiuit rex eos. Et respondit populus ad regem,dicens:Quæ nostra pars in Dauid,& hæreditas in filio Iessæ?Ad tabernacula tua Israel.Nunc vide domum tuam Dauid. Et iuit omnis populus ad tabernacula sua. Et uiri Israel [γ] & habitantes in ciuitatibus Iuda, & [δ] regem fecerunt super se Roboam. Et misit super eos Roboam rex Adoniram, qui super tributum: & lapidauerunt eum filij Israel lapidibus: & mortuus est. Et rex Roboam festinauit ascendere in currum, ad fugiendum in D Hierusalem. Et præuaricatus est Israel in domo Dauid vsque in diem hanc.

α Dicens suscitauit.] *Compl.ἵνα ἀναστήσῃ.Theodoretus,ἵνα στήσῃ,*vt suscitaret,*vel* firmaret. β Et omni Israel:quoniam.] *Compl.καὶ πᾶς ἰσραὴλ εἶδεν,ὅτι,*Et omnis Israel vidit,quoniam. γ Et habitantes.] *Istud, &,abest à Compl.& vulgata.* δ Et regem.] *Item istud,&: sed hoc loco hebræus habet,licet paululum diuersa constructione. In aliis autem libris est, ἐβασίλευσαν ἐφ᾽ ἑαυτῶν τὸν ἱεροβοάμ,* regem fecerunt super se Hieroboam.

CAP. XI.

ET venit Roboam in Hierusalem,& conuocauit Iudam,& Beniamin centum octuaginta millia iuuenum facientium bellum: [α] Et bellabat ad- E uersus Israel ad restituendum regnum ipsi Roboam. Et factum est verbum Domini ad Samæam hominem Dei,dicens:Dic ad Roboam filium Salomon,& omnem Iudam,& Beniamin,dicens:Hæc dicit Dominus: Non ascendetis,& non bellabitis aduersus fratres vestros.Reuertite vnusquisque in domū suam:quoniam à me factum est verbum hoc. Et obedierunt verbo Domini, & conuersi sunt à non eundo super Hieroboam.Et habitauit Roboam in Hierusalem:& ædificauit ciuitates munitas in Iudæa:& ædificauit Bethleem, & Ætan, et Thecoe,et Bæthsurà,et Socchoth,et Odollam,et Geth, et Merisan, et Ziph, et Adoræ,

et Adoræ, et Lachis, et Azeca, et Saraa, et Aelom, et Chebron, quæ est Iuda, et Beniamin, ciuitates muratas. Et muniuit ipsas muratas, et dedit in eis duces, et cellaria cibariorum, oleum, et vinum, ad ciuitatem, et ad ciuitatem scuta, et lanceas. Et confortauit eas in multitudine valde. Et fuerunt ei Iuda, et Beniamin. Et sacerdotes, et Leuitæ, qui erant in omni Israel, conuenerunt ad eum ex omnibus finibus; quoniam dereliquerunt Leuitæ tabernacula possessionis suæ, et iuerunt ad Iuda in Hierusalem: quoniam eiecit eos Hieroboam, et filii eius, ad non ministrandum Domino. Et constituit sibi sacerdotes excelsorum, et idolis, & vanis, & β vitulis, quæ fecit Hieroboam. Et eiecit γ eos, de tribubus Israel, qui dederant cor suum ad quærendum Dominum Deum Israel. Et venerunt in Hierusalem sacrificare Domino Deo patrum suorum: & confortauerunt regnum Iuda. Et confortauit Roboam δ filiũ Salomon ad annos tres: quoniam iuit in vijs Dauid, & Salomon annos tres. Et accepit sibi Roboam vxorem Moolath filiam Hierimuth filij Dauid, & Abigæam filiam Heliab, qui ipsius Iessæ. Et peperit ei filios, Ieus, & Samoria, & Zaã. Et post hæc accepit sibi Maachà filiam Abessalom: & peperit ei Abià, & Ietthì, & Zezà, & Salemoth. Et dilexit Roboam Maachà filiam Abessalom super omnes vxores suas, & concubinas suas: quoniam vxores decem octo habuit, & concubinas sexaginta. Et genuit filios viginti & octo, et filias sexaginta. Et constituit in principem Abià filium Maachà, in ducem in fratribus eius: quoniam regem facere cogitabat eum. Et creuit supra omnes filios eius ε in omnibus finibus Iuda, et Beniamin, et in ciuitatibus munitis: et dedit ζ eis alimenta, multitudinem plurimam: et petiuit multitudinem vxorum.

α Et bellabat.] *Compl.* τοῦ πολεμῆσαι, ad bellandum. β Vitulis, quæ fecit.] *Theodoretus*, καὶ ταῖς δαμάλεσιν, αἷς (*Compl.* ἃς) ἐποίησεν Ἱεροβοάμ, & iuuencis, quas fecerat Hieroboam. γ Et eiecit eos.] *Compl.* & eiecit Leuitas. *Sed hæc absunt ab hebræo: & Theodoretus ita scribit.* Secuti autem sunt sacerdotes ipsos, & Leuitas, etiam ex aliis tribubus. Inquit enim, ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτῶν ζητῆσαι κύριον τὸν θεὸν Ἰσραήλ. καὶ ἦλθον εἰς Ἱερουσαλὴμ θῦσαι τῷ θυσίᾳ τῷ θεῷ τῶν πατέρων αὐτῶν, καὶ κατισχῦσαι τὴν βασιλείαν Ἰούδα. Abierunt post eos ad quærendum Dominum Deum Israel: & venerunt in Hierosolyma sacrificare Domino Deo patrum suorum, & confortare regnum Iuda. *Lucifer lib. 1. pro S. Athanasio*, & proiecit eos à filiis Israel, & à tribubus Israel, qui dederunt cor suum quærere Dominum Deum Israel. δ Et confortauit Roboam filium.] *Vulgata ex hebræo*, & confirmauerunt. *Alii autem*, ὁ τοῦ σαλωμών, *aut* υἱὸς σολομῶντος, & inualuit filius Salomonis. ε In omnibus.] *Fortasse subintelligendum est*, qui filij dispersi erant in omnibus, &c. *Compl.* καὶ ἐν πᾶσι, Et in omnibus, &c. ζ Eis.] αὐταῖς, *quasi referatur ad ciuitates. Alii*, ἐν αὐταῖς, in eis. *Compl.* ἐν αὐτοῖς, *ac fortasse vera lectio est*, αὐτοῖς, *idest*, filijs.

CAP. XII.

ET factum est, vt paratum fuit regnum Roboam, & ut inualuit; dereliquit mãdata Domini, & omnis Israel cum eo. Et factum est in anno quinto regni Roboam, ascẽdit Susacim rex Ægypti super Hierusalem (quoniam peccauerunt coram Domino) in mille et sexcentis currubus, et sexaginta millibus equorum. Et non erat numerus multitudinis, quæ venit cum eo de Aegypto, Libes, α Trogoditæ, et Aethiopes. Et obtinuerunt ciuitates munitas, quæ erant in Iuda, et venerunt in Hierusalem. Et Samæas propheta venit ad Roboam, et ad principes Iuda, qui congregati fuerant in Hierusalem a facie Susacim: et dixit eis: Sic dixit Dominus: Vos dereliquistis me: et ego dereliquã vos in manu Susacim. Et confusi sunt principes Israel, et rex, et dixerunt: Iustus est Do-

eſt Dominus. Et cum videret Dominus, quia confuſi ſunt; & factum eſt verbum Domini ad Samæam, dicens: Confuſi ſunt; non diſperdam eos: & dabo ᵝ eos, quaſi paululum ad ſalutem: & non ſtillabit furor meus in ᵞ Hieruſalem: quoniam erunt in ᵟ pueros: & cognoſcent ſeruitutem meam, & ſeruitutem regni terræ. Et aſcendit Suſacim rex Ægypti ſuper Hieruſalem: & cepit theſauros qui in domo Domini, & theſauros qui in domo regis, omnia cepit. Et cepit ſcuta aurea, quæ fecerat Salomon. Et fecit rex Roboam ſcuta ænea pro eis: & conſtituit ſuper eum ᵋ Suſacim principes curſorum, cuſtodientes portam regis. Et fiebat, in ingrediendo regem in domum Domini ingrediebãtur cuſtodes, & curſores, & qui reuertebant in obuiam curſorum. Et cũ ipſe confuſus eſſet; auerſus eſt ab eo furor Domini, & non ad perditionem in finem. Nam & in Iuda fuerunt verba bona. Et inualuit rex Roboam in Hieruſalem, & regnauit. Et quadraginta & vnus annorum Roboam, cum ipſe regnauit: & ſeptem & decem annos regnauit in Hieruſalem, in ciuitate, quam elegit Dominus ad cognominãdum nomen ſuum ibi de omnibus tribubus filiorum Iſrael. Et nomen matris eius Noomma Ammanites. Et fecit malum; quoniam non direxit cor ſuum ad exquirendum Dominum. Et verba Roboam prima, & nouiſsima, nonne ecce ſcripta in verbis Samææ prophetæ, & Addò ᶻ videntis, & actiones eius? Et Roboã impugnauit Hieroboã omnibus diebus. Et mortuus eſt Roboã cũ patribus ſuis: & ſepultus eſt in ciuitate Dauid. Et regnauit Abià filius eius pro eo.

ᵅ Trogodytæ.] *Plerique alii*, τρωγλοδύται, *&* *vulgata*, Troglodytæ. ᵝ Eos, quaſi paululum.] *Compl.* αὐτοῖς ὡσεὶ μικρὸν, eis quaſi paululum. *Theodoretus*, αὐτοῖς ὡς εἰς μικρὸν, eos quaſi ad puſillum quid. *Et addit, pro eo quod eſt*, ſcintillam benedictionis orbis in eis conſeruabo. ᵞ Hieruſalem.] *Theodoretus, & Compl. addunt*, ἐν χειρὶ σουσακεὶμ, *aut* σουσὰκ, *quod vulgata*, per manum Seſac. ᵟ Pueros.] *Iidem*, δούλους, ſeruos. ᵋ Et conſtituit ſuper eum Suſacim.] *In quibuſdam additur*, rex Ægypti. *Sed Compl. reſpondens hebræo, et vulgatæ longe aliter habet*, καὶ κατέστησεν ἐπὶ χεῖρας ἀρχόντων τῶν παρατρεχόντων τῶν φυλασσόντων τὰς θύρας οἴκου τοῦ βασιλέως. καὶ ἐγένετο ἀπὸ ἱκανοῦ ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι τὸν βασιλέα εἰς οἶκον κυρίου, εἰσεπορεύοντο καὶ οἱ παρατρέχοντες, καὶ ἐλάμβανον τοὺς θυρεοὺς, καὶ ἀποκαθίστων εἰς τὴν τάξιν τῶν παρατρεχόντων. καὶ ἐν τῷ ἐντραπῆναι τὸν βασιλέα. Et conſtituit ad manus principũ curſorum cuſtodientium portas domus regis. Et fiebat ex multo tempore (*aut* vſu, *hebræus habet*, à tempore) in ingrediendo regem in domum Domini, ingrediebantur & curſores, & ſumebant clypeos, & referebant ad locum curſorum. Et cum rex eſſet confuſus, &c. ᶻ Videntis.] *Theodoretus & Compl. addunt*, τοῦ γενεαλογῆσαι, in genealogia deſcribenda: *quod in vulgata videtur eſſe*, & diligenter expoſita.

CAP. XIII.

IN octauo & decimo anno regni Hieroboam regnauit Abia ſuper Iudam: tres annos regnauit in Hieruſalem: & nomen matri eius Maacha filia Vriel de Gabaon. Et bellum fuit inter Abia, & inter Hieroboam. Et inſtruxit ᵅ Abia in virtute, bellatoribus virtutis, quadringentis millibus virorum potentium. Et Hieroboam inſtruxit aduerſus eum prælium in octingentis millibus: potentes bellatores virtutis. Et ſurrexit Abia a monte Somoron, qui eſt in monte Ephræm, & dixit: Audite Hieroboam, & omnis Iſrael: Nonne vobis noſſe, quia Dominus Deus Iſrael dedit regem ſuper Iſrael in ſeculum ipſi Dauid, & filijs eius, ᵝ teſtamento ſalis? Et ſurrexit Hieroboam filius Nabat, puer Salomonis ipſius Dauid: et receſsit à domino ſuo. Et congregati ſunt ad eum viri peſtilentes, filij iniqui, et ᵞ ſurrexit aduerſus Roboã, qui Salomonis: et Roboã erat iunior, & timidus corde: & non reſtitit ad faciẽ eius. Et nunc vos dicitis reſiſtere ad faciem regni Domini per manum filiorum Dauid. Et vos multitudo plurima: & vobiſcum ᵟ vituli aurei, quos fecit vobis Hieroboam in Deos. An non eieciſtis ſacerdotes Domini filios Aaron, et Leuitas, & feciſtis vobis ſacer-

dotes de populo terræ ε vniuersæ? Qui accedit implere manus in vitulo de bo bus, & arietibus septem; et factus est in sacerdotem ei, qui non est Deus. Et nos Dominum Deum nostrum non dereliquimus: et sacerdotes eius ministrant Do mino, filij Aaron, et Leuitæ: et in vicibus suis adolent Domino holocaustoma ζ mane, et vesperi, et thymiama compositionis, et propositiones panum super mensam mundam: et candelabrum aureũ, et lucernæ η accensionis ad accendendum vesperi: quoniam custodimus nos custodias Domini Dei patrum nostrorum. Et vos dereliquistis eum. Et ecce nobiscum in principio Dominus, et sacerdotes eius, et tubæ significationis ad significandum super θ nos. Filij Israel nolite bellare aduersus Dominum Deum patrum nostrorum, quia non prospere succedet vobis. Et Hieroboam ι conuertit insidias ad veniendũ ei à posterioribus: et factus est ante Iuda, et insidiæ à posterioribus. Et conuertit se Iudas, et ecce eis prælium ab anterioribus, et à posterioribus, et clamauerunt ad Dominum: et sacerdotes clarexerunt tubis. Et κ clamauerunt viri Iuda. Et factum est in clamando viros Iuda, et Dominus percussit Hieroboã, et Israel corã Abià, et Iuda. Et fugerunt filij Israel à facie Iuda: et tradidit eos Dominus in manus eorum: et percussit in eis Abià, et populus eius plagam magnam, et ceciderũt vulnerati de Israel quingenta millia viri potentes. Et humiliati sunt filij Israel in die illa: et inualuerunt filij Iuda, quoniam sperauerunt super Dominum Deum patrum suorum. Et persecutus est Abià post Hieroboam: et cepit ab eo ciuitates, Bæthel, et pagos eius, et Iesyna, et pagos eius, et Ephron, et pagos eius. Et non habuit fortitudinem Hieroboam vltra omnibus diebus Abià, et percussit eum Dominus, et mortuus est. Et inualuit Abià, et accepit sibi vxores quatuordecim: et genuit filios viginti duos, et sexdecim filias. Et reliqua verba Abià, et actiones eius, et verba eius scripta λ in libro prophetæ Addò.

α Abià.] *In aliis additur* τὸν πόλεμον, prælium. β Testamento Salis.] *Sic hebræus. Compl.* εἰς διαθήκην ἁλός, *quod vulgata*, in pactum Salis. *Theodoretus* διαθήκην ἁλὸς αἰωνίαν, testamentum salis sempiternum: *& explanat, quid istud sit.* γ Surrexit.] *Alii* ἀντέστη, ex aduerso stetit. *Alii*, καὶ ἐνίσχυσεν ἐπὶ ῥοβοάμ, & inualuit super Roboam. *Compl.* καὶ ἐνίσχυσαν, *quod vulg.* & præualuerunt. δ Vituli.] *Ita etiam vulgata ex hebræo. Compl. autem*, δαμάλεις, iuuencæ. ε Vniuersæ. Qui accedit.] *Compl.* πᾶς ὁ προσπορευόμενος, omnis qui accedit. ζ Mane, & vesperi.] *Eadem*, mane mane, & vesperi vesperi: *quemadmodum etiam interdum in sequentibus.* η Accensionis.] *Eadem* αὐτῆς, eius, *vt vulgata.* θ Nos.] *Eadem* ὑμᾶς, vos. ι Conuertit.] *Compl.* περιεκύκλωσε τὸ ἔνεδρον ἐλθεῖν κατόπιθεν αὐτῶν, καὶ ἦσαν ἔμπροσθεν ἰούδα, circumdedit insidias ad veniendum à tergo eorum. Et fuerunt ante Iudam, &c. κ Clamauerunt.] *Etiam hebræus habet in numero multitudinis. Compl* ἠλάλαξεν ἀνὴρ ἰούδας, vociferatus est vir Iudas. *Verbum quidem istud videtur agnoscere etiã Theodoretus.* λ In libro.] *Compl.* ἐπὶ βιβλίῳ ἐν τῇ ἐκζητήσει, super librum in exquisitione, *quod vulgata*, diligentissime.

CAP. XIV.

ET α mortuus est Abià cum patribus suis: & sepelierunt eum in ciuitate Dauid. Et regnauit Asà filius eius pro eo. In diebus Asà quieuit terra Iuda decem annos: & fecit bonum, & rectum coram Domino Deo suo. Et remouit altaria alienorum, & excelsa, & contriuit statuas, & excidit lucos, & dixit ipsi Iuda exquirere Dominum Deum patrum suorum, & facere legem, & mandata. Et remouit de omnibus ciuitatibus Iuda altaria, & idola. Et pacem habuit β ciuitates munitas in terra Iuda, γ quoniam pacem habuit terra: & non fuit ipsi prælium in annis his: quoniam quietem dedit Dominus ei. Et dixit ad Iudã: Ædificemus ciuitates has, & faciamus mœnia, & turres, & portas, & seras δ corã terra dominabimur: quoniã sicut exquisiuimus Dominũ Deũ nostrũ, exquisi-

A exquisiuit nos: et quiescere fecit nos in circuitu, et ε prospere fecit nobis. Et fuit virtus ipsi Asà armigerorum leuantium clypeos, et lanceas in terra Iuda trecēta millia, et in terra Benamin peltati, et sagittarij, ducenta, et octuaginta millia: omnes hi bellatores virtutis. Et egressus est super eos Zarè Æthiops in virtute in mille millibus, et currubus trecentis: et venit vsque Maresà. Et exiuit Asà in occursum ei: et instruxit prælium in valle ad Aquilonem Maresà. Et clamauit Asà ad Dominum Deum suum, et dixit: Domine non est impossibile apud te saluare in multis, et in paucis. ζ Conforta nos Domine Deus noster, quoniã in te confidimus: et in nomine tuo venimus super multitudinem plurimã hanc. η Domine Deus noster non præualeat aduersus te homo. Et percussit Dominus Æthiopes coram Iuda: et fugerunt Æthiopes: et persequutus est eos Asà, et populus eius vsque θ Gedor. Et ceciderũt Aethiopes, ita vt non esset in eis residuum: quoniam contriti sunt coram Domino, et coram virtute eius. Et depredati sunt spolia multa: et exciderunt pagos eorũ in circuitu Gedor: quoniam factus est pauor Domini super eos. Et depredati sunt omnes ciuitates eorum, quoniam multa spolia fuerunt eis. Etiam tabernacula ι possessionum, & ipsos Alimazones exciderunt, et ceperunt oues multas, et camelos: et reuerterunt in Hierusalem.

C α Mortuus est.] *Compl.* ἐκοιμήθη, dormiuit, *vt vulgata*, * Pacem habuit. Ciuitates munitas.] *Locus mutilatus in collatis manuscriptis codicibus, in Compl. sic expletur,* καὶ εἰρήνευσεν ἡ βασιλεία ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ᾠκοδόμησεν πόλεις τειχήρεις, & pacem habuit regnũ coram eo. Et ædificauit ciuitates munitas: *quæ optime respondent hebræo.* γ Quoniam pacem habuit terra.] *Hoc abest à Compl. sed non ab hebræo.* δ Coram terra dominabimur.] ἐνώπιον τῆς γῆς κυριεύσομεν. *Alii,* ἐν ᾧ κυριεύομεν τῆς γῆς, dum dominamur terræ. *Ad verbum responderet hebræo, si esset,* ἐν ᾧ ἡ γῆ ἐνώπιον ἡμῶν, dum terra est coram nobis. ε Et prospere fecit nobis.] *Pro his in Compl. est,* καὶ ᾠκοδόμησαν, καὶ κατηύθυναν, & ædificauerunt, & prosperati sunt. ζ Conforta nos.] *Eadem,* οἷς οὐκ ἔστιν ἰσχύς. βοήθησον ἡμῖν, quibus non est fortitudo. Adiuua nos. η Domine Deus noster.] *Eadem addit,* σὺ εἶ ὁ θεὸς, tu es Deus. *Alii,* κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν σὺ εἶ, Dominus Deus noster tu es: *quod optime respondet hebræo.* θ Gedor.] *Theodoretus, & Compl.* γέραρα, *& vulgata*, Gerara. ι Possessionum.] κτήσεων. *Aliqui* κτηνῶν, pecorum. *A Theodoreto abest vtrumque: qui etiam pro eo, quod sequitur* ἀλιμαζονεῖς *aut* ἀμαζονεῖς *vt in aliis, ipse habet* ἀμαζονεὶμ. *& suspicatur fuisse populos quosdam nimirum Lybes. Sed fortasse est vestigium duarum dictionum hebraicarum, quæ significant*, tabernacula pecorum. *Quare in Compl. est tantum,* καίγε σκηνὰς κτηνῶν ἐξέκοψαν, etiam tabernacula pecorum exciderunt. D

CAP. V.

ET Azarias filius α Oded: factus est super eum spiritus Domini: & egressus est in obuiam Asà, & omni Iuda, & Beniamin, & dixit: Audite me Asà, & omnis Iuda, & Beniamin: Dominus vobiscum, dum vos estis cum eo. Et si exquisieritis eum; inuenietur vobis: ac, si dereliqueritis eum; derelinquet vos. Et dies multi ipsi Israel β in non Deo vero, & non sacerdote monstrante, & non lege. γ Et conuertet eos ad Dominum Deum Israel: & inuenietur eis. Et in illo δ tempore non est pax egredienti, & ingredienti: quoniã pauor ε Domini super omnes, qui habitãt regiones. Et bellabit gẽs aduersus gentẽ, & ciuitas aduersus ciuitatẽ: quoniã Deus cõturbauit eos in omni tribulatione. Et vos cõfortamini, & nõ dissoluãtur ζ manus vestræ: quoniã est merces operationi vestræ. Et in audiẽdo verba hæc, & prophetiã η Adad prophetæ, & cõfortatus est, & eiecit abominationes ab omni terra Iuda, & Beniamin, & a ciuitatibus, quas θ tenuerat Hieroboã in mõte Ephræm: & dedicauit altare Domini, quod erat ante tẽplum Domini. Et conuocauit Iudam, & Beniamin, & prose-

B E

lytos habitantes cum eo de Ephræm, & de Manaſſe, & de Symeon: quoniã appoſiti fuerant ad eũ multi de Iſrael, in videndo ipſos, quia Dominus Deus eius cũ eo. Et congregati ſunt in Hieruſalẽ in menſe tertio in anno quinto & decimo regni Asà. Et ſacrificauit Domino in die illa de ſpolijs, quæ tulerãt, vitulos ſeptingẽtos, & oues ſeptẽ millia. Et ι tranſiuit in teſtamentũ quærere Dominũ Deũ patrum ſuorum, ex toto corde, & ex tota anima ſua: & omnis, quicumque non exquiſierit Dominum Deum Iſrael, morietur, a iuniore vſque ad ſeniorem, a viro vſque ad mulierem. Et iurauerunt in Domino in voce κ magna, & in tubis, & in corneis. Et lætati ſunt omnis Iuda de iuramento: quoniam ex tota anima iurarunt: & in omni voluntate quæſierunt eum, & inuentus eſt eis: & dedit quietem Dominus eis in circuitu. Et Maacha matrem ſuam remouit, vt non eſſet miniſtrans ipſi Aſtartæ, & concidit idolum, & cõbuſsit in torrente Cedron. Tantummodo excelſa non remouerunt: adhuc ſubſiſtebant in Iſrael. Sed cor Asà fuit λ plenum omnibus diebus eius. Et intulit ſancta μ Dauid patris ſui, et ſancta domus Dei, argentum, & aurum, & vaſa. Et bellum non fuit cum eo vſque ad quintum, & trigeſimum annum regni Asà.

α Oded.] *Sic etiam Theodoretus. Alii libri,* Adad. *Vulgata,* Obed. β In non Deo.] ἐν οὐ θεῷ. *Ita etiam Theodoretus. Compl.* ἄνευ θεοῦ, abſque Deo. γ Conuertet eos.] *Compl. addit,* ἐν θλίψει, in tribulatione. *Sed Theodoretus hunc locum ſic refert,* καὶ ἐκάθισαν ἐν στενότητι, καὶ ἐπιστρέψουσιν ἐν θλίψει ἐπὶ κύριον. Et ſederunt in anguſtia, & conuertentur in tribulatione ad Dominum. δ Illo tempore.] *Theodoretus, & Compl.* ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις, in temporibus illis. ε Domini.] *Apud eoſdem additur,* πολλή, multus. ζ Manus.] *Sic etiam in aliquo codice Theodoreti. In alio eſt,* αἱ ὀσφύες ὑμῶν, lumbi veſtri. η Adad.] *In vno codice eſt,* Addò. *In pleriſque* ἀζαρίου Azariæ. *Compl.* ὠδήδ, Oded. *Initio capitis eſt,* Azarias filius Oded, *& nunc in vulgata,* Azariæ filij Oded. θ Tenuerat Hieroboam in monte.] *Compl.* ὧν κατέσχεν ἀπὸ ἱεροβοὰμ ἐξ ὄρους, quas ceperat à Hieroboam de monte: *hebræus, & vulgata non habent,* à Hieroboam. ι Tranſiuit.] *Alii,* διῆλθον, tranſierunt, venerunt. *Vulgata tamen.* Et intrauit. κ Magna.] *In Compl. additur,* καὶ ἐν ἀλαλαγμῷ, *& vulgata,* in iubilo. λ Plenum.] *Eadem,* πλεία, perfectum, *vt vulgata.* μ Dauid patris ſui, & ſancta domus Dei.] *Eadem,* τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τὰ ἅγια αὐτοῦ, patris ſui, & ſancta ſua. *Vulgata,* quæ vouerat pater ſuus, & ipſe.

CAP. XVI.

ET in octauo & trigeſimo anno regni Asà aſcendit rex Iſrael ſuper Iudam: & ædificauit Ramà ad non dandum exitum, & introitum Asà regi Iuda. Et cepit Asà argentum, & aurum de theſauris domus Domini, & domus regis, & miſit ad filium Ader α regis Syriæ habitantem in Damaſco, dicens: Diſpone teſtamentum inter me & te, & inter patrem meum & inter patrem tuũ. Ecce miſi tibi aurum, & argẽtum: Veni, & β diſsipa Baaſa regem Iſrael, & abeat à me. Et audiuit filius Ader regem Asà: & miſit principes virtutis ſuæ ſuper ciuitates Iſrael: & percuſsit Aion, & Dan, & Abelmain, & omnia adiacentia Nephthali. Et factum eſt in audiendo Baaſa, deſtitit ab ædificando amplius Rhama, & omiſit opus ſuum. Et Asà rex accepit omnem Iudam, & cepit lapides Rhama, & ligna eius, quæ ædificarat Baaſa, & ædificauit in eis Gabae, & Maſpha. Et in tempore illo venit Ananì propheta ad Asà regem Iuda, & dixit ei: In eo, quod confidiſti tu ſuper regem Syriæ, & non confidiſti tu ſuper Dominum Deũ tuum; propterea ſaluata eſt virtus Syriæ a manu tua. Nonne Æthiopes, & Lybes erant in virtute multa, γ in confidẽtia, in equitibus in multitudine plurima? Et in confidẽdo te ſuper Dominũ tradidit eos in manus tuas? Quoniã oculi Domini reſpiciũt in omnẽ terrã ad cõfortandũ in δ omni corde pleno erga eũ: Ignoraſti in

A rasti in hoc: a modo erit tecum bellum. Et Asà indignatus est prophetæ: & deposuit eum in custodiam: quoniam iratus est in hoc. Et vastauit Asà in populo in tempore illo. Et ecce verba Asà prima, & nouissima, scripta in libro regum Iuda, & Israel. Et languit Asà in anno nono & trigesimo regni sui pedibus ε vsque valde languit: & in languore suo non quæsiuit Dominum, sed medicos. Et dormiuit Asà cum patribus suis: & obijt in quadragesimo anno regni sui: & sepelierunt eum in monumento, quod foderat sibi in ciuitate Dauid: & accumbere fecerunt eum super lectum, & impleuerunt aromatibus, & genera vnguentorum vnguentariorum: & fecerunt ei funus magnum ζ vsque valde.

B α Regis.] *Theodoretus videtur habuisse,* βασιλέα, regem. β Dissipa à me Baasa regem.] *Compl.* διασκέδασον τὴν διαθήκην σου τὴν μετὰ βαασὰ βασιλέως, dissipa testamentum tuum, quod cum Baasa rege, *quomodo fere 3. reg. 15.* γ In confidentia, in equitibus.] *Eadem,* καὶ θάρσος εἰς ἅρματα, καὶ ἱππεῖς, & confidentia in curribus & equitibus. δ In omni corde pleno.] *Ita etiam Theodoretus. Compl.* μετὰ πάσης καρδίας τελείας, cum omni corde perfecto. ε Vsque valde languit.] *Eadem,* ἕως ἄνω ἡ ἀῤῥωστία αὐτοῦ, vsque supra infirmitas eius. ζ Vsque valde.] *Eadem,* καὶ ἔκαυσαν αὐτὸν καῦσιν μεγάλην ἕως σφόδρα, & combusserunt eum combustione magna vsque valde.

CAP. XVII.

C ET regnauit Iosaphat filius eius pro eo: & inualuit Iosaphat super Israel: & dedit virtutem in omnibus ciuitatibus Iuda munitis: & constituit duces in omnibus ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus Ephræm, quas ceperat Asà pater eius. Et fuit Dominus cum Iosaphat: & ambulauit in α vijs patris sui primis: & non exquisiuit idola: sed Dominum Deum patris sui quæsiuit: & in mandatis patris sui ambulauit, & non β sicut opera Israel. Et direxit Dominns regnum in manu eius: & dedit omnis Iuda munera ipsi Iosaphat: & factæ sunt ei diuitiæ, & gloria multa. Et exaltatũ est cor eius in via Domini: & sustulit excelsa, & lucos de terra Iuda. Et in anno tertio anno regni sui, misit duces suos, & filios potentum, Abdiam, & Zachariam, & Nathanael, & Michæam ad docendũ in ciuitatibus Iuda. Et cum eius Leuitæ, Samæas, D & Nathanias, & Zabdias, & Asiel, & Semiramoth, & Ionathan, & Adonias, & Tobias, & Tobadonias Leuitæ, & γ qui cum eis, Elisamà, & Ioram sacerdotes. Et docuerunt in Iuda: & cum eis liber legis Domini: & transierunt in ciuitates Iuda: & docebant populum. Et factus est pauor Domini super omnia regna terræ in circuitu Iuda: & non bellabant aduersus Iosaphat. Et ab alienigenis afferebant ad Iosaphat munera, & δ argentum, & dona. Et Arabes afferebant ei arietes ouium septem millia ε septingentos. Et fuit Iosaphat procedens ζ maior vsque in sublime: et ædificauit in Iudæa habitationes, et ciuitates munitas: et E opera multa facta sunt ei in Iudæa. Et viri bellatores, potentes, fortes in Hierusalem: et hic numerus eorum secundum domos patriarum suarum. Et ipsi Iuda Chiliarchi, Ednas princeps, et cum eo filij potentes virtutis, trecenta millia. Et post η eum Ioanan dux: et cum eo ducenta octuaginta millia. Et post eum Amasias, qui ipsius Zari, θ prompte se offerens Domino: et cum eo ducenta millia, potentes virtutis. Et de Beniamin potens virtutis et ι Eliadà, et cum eo sagittarij, et peltati, ducenta millia. Et post eum Iozabad, et cum eo centum octuaginta millia, potentes belli. Hi ministrantes regi, absque ijs, quos dedit rex in ciuitatibus munitis in omni Iudæa.

α Vijs patris ſui primis.] *Ita etiam Lucifer lib. 1. pro S. Athan. Alii addunt,* ὁδοῖς δαυὶδ, vijs Dauid. *Ac Theodoretus quidem videtur legiſſe,* ἐν ταῖς πρώταις, *& interpretatur,* κατ᾽ ἀρχάς, ab ipſo initio. β Sicut opera Iſrael.] *Lucifer,* & non ſic opera Iſrael. *Compl. & Theodoretus,* καὶ οὐ κατὰ τὰ ἔργα ἰσραήλ, & non ſecundum opera Iſrael. γ Qui.] *Iſtud,* οἱ, *abeſt à Compl. & Lucifer,* & cum illis. δ Argentum, & dona.] *Ita etiam Lucifer. A Compl. abeſt iſtud,* καὶ δόματα. *Vulgata ex hebræo,* argenti vectigal. ε Septingentos.] *Nec plura Lucifer. In aliis codicibus ſequitur,* τράγυς (*al.* καὶ τράγοις) ἑπτακισχιλίους ἑπτακοσίους, *al.* πεντακοσίους, hircos ſeptem mille ſeptingentos, *al.* quingentos. ζ Maior.] *Lucifer,* ambulans magnificatus. *Compl.* πορευόμενος καὶ μεγαλυνόμενος, procedens, & magnificatus. η Poſt eum.] *Ita etiam fere vulgata. Compl.* ἐχόμενοι αὐτοῦ, adhærentes eis: *& ſic deinceps.* θ Prompte ſe offerens.] ὁ προθυμούμενος *Theodoretus videtur habuiſſe* ὁ ἑκουσιαζόμενος, *& interpretatur pro eo, qui non pro peccato offert, ſed affert munera Deo: de qua varietate alibi dictum eſt.* ι Potens virtutis, & Eliada.] *Ab hebræo abeſt illud, &: nam etiam vulgata,* robuſtus ad prælia Eliada. *Alii codices,* δυνατὸς δυνάμει, ἐλιαδὰ, potentes virtute, Eliada, &c.

A

CAP. XVIII.

B

ET factæ ſunt ipſi Ioſaphat adhuc diuitiæ, & gloria multa: & contraxit affinitatem in domo Achaab. Et deſcendit in fine annorum ad Achaab in Samariam. Et immolauit ei Achaab oues, & vitulos multos, & populo, qui cum eo: & α diligebat eum, vt ſimul aſcenderet ſecum in Rhamoth Galaaditidis. Et dixit Achaab rex Iſrael, ad Ioſaphat regem Iuda: Si ibis mecum in Rhamoth Galaaditidis? Et dixit ei: β Sicut ego; ita & tu: ſicut populus tuus; & populus meus tecum ad bellum. Et dixit Ioſaphat ad regem Iſrael: Quære nũc hodie Dominum. Et congregauit rex Iſrael prophetas quadringentos viros: & dixit eis: Si ibo in Rhamoth Galaad ad bellum, an ceſſabo? Et dixerunt: Aſcende: & dabit Deus in manus regis: Et dixit Ioſaphat: Non eſt hic propheta Domini adhuc, & inquiremus ab eo? Et dixit rex Iſrael ad Ioſaphat: Adhuc vir vnus ad quærendum Dominum per eum, & ego odi illum: quoniam non eſt prophetans de me in bona: quoniã omnes dies eius in mala. Hic Michæas filius Iembla. Et dixit Ioſaphat: Ne loquatur rex ita. Et vocauit rex eunuchum vnum, & dixit: γ Cito Michæam filium Iembla. Et rex Iſrael, & Ioſaphat rex Iuda ſedentes vnuſquiſque ſuper thronum ſuum, & induti ſtolas, ſedentes in platea oſtij portæ Samariæ. Et omnes prophetæ prophetabant coram eis. Et fecit ſibi Sedecias filius Chanaan cornua ferrea, & dixit: Hæc dicit Dominus: In his cornupetes Syriam, quoadusque conſummata fuerit. Et omnes prophetæ prophetabant ſic dicentes: Aſcende in Rhamoth Galaad, & proſperaberis, & dabit Dominus in manus regis. Et nuncius, qui ierat ad vocandum Michæam, locutus eſt ei, dicens: Ecce locuti ſunt prophetæ in ore vno bona de rege. Et ſint nunc verba tua, ſicut vnius eorum, & loqueris bona. Et dixit Michæas: Viuit Dominus, quoniam quicquid dixerit Dominus ad me, id loquar. Et venit ad regem: & dixit ei rex: Michæa, ſi vadam in Rhamoth Galaad ad bellum, an ceſſem? Et dixit: Aſcende, & proſperabis, & dabuntur in manus veſtras. Et dixit ei rex: Quoties adiuro te, vt non loquaris ad me, niſi veritatem in nomine Domini? Et dixit: Vidi Iſrael diſperſos in montibus, tanquam oues, quibus non eſt paſtor. Et dixit Dominus: Non habent ducem iſti: reuertantur vnuſquiſque in domum ſuam in pace. Et dixit rex Iſrael ad Ioſaphat: Non dixi tibi, quia non prophetat de me bona, ſed mala? Et dixit: Non ſic: Audite verbum Domini: Vidi Dominum ſedentem ſuper thronum ſuum: & omnis virtus cæli aſsiſtebat a dextris eius, & a ſiniſtris eius. Et dixit Dominus: Quis decipiet Achaab regem Iſrael, & aſcendet, & cadet in Rhamoth Galaad? Et hic dixit ſic, & iſte dixit ſic. Et egreſſus eſt

C

D

E

A ſus eſt ſpiritus,& ſtetit in conſpectu Domini,& dixit: Ego decipiam eum. Et dixit Dominus: In quo? Et dixit: Exibo,& ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit: Decipies, & poteris: egredere,& fac ita. Et nunc ecce dedit Dominus ſpiritum mendacem in ore prophetarum tuorum horum: & Dominus locutus eſt ſuper te mala. Et appropinquauit Sedecias filius Chanaan,& percuſsit Michæam ſuper maxillam,& dixit ei: Quali via tranſiuit ſpiritus Domini a me ad loquendum ad te? Et dixit Michæas: Ecce videbis in die illa, in qua ingredieris cubiculum è cubiculo ad latendum. Et dixit rex Iſrael: Capite Michæam:& reducite ad Emer principem ciuitatis,& ad Ioas B principem filium regis:& dicetis: Sic dixit rex: Deponite hunc in domum cuſtodiæ:& comedat panem tribulationis; quoaduſque reuertam ego in pace. Et dixit Michæas: Si reuertens reuerteris in pace; non eſt locutus Dominus in me. Et dixit: Audite populi omnes. Et aſcendit rex Iſrael,& Ioſaphat rex Iuda in Rhamoth Galaad. Et dixit rex Iſrael ad Ioſaphat: δ Cooperi me,& ingrediar in prælium:& tu induere veſtimentum ε meum. Et ζ cooperuit ſe rex Iſrael, & intrauit in prælium. Et rex Syriæ mandauit principibus curruum, qui ſecum, dicens: Ne impugnetis paruum,& magnum, ſed regem Iſrael ſolum. Et factum eſt, vt viderunt principes curruum Ioſaphat;& ipſi dixerunt: Rex Iſrael eſt. Et C circundederunt eum ad impugnandum. Et clamauit Ioſaphat: & Dominus ſaluauit eum:& auertit eos Deus ab eo. Et factum eſt, vt viderũt principes curruũ, quia non erat rex Iſrael;& auerterunt ſe ab eo. Et vir tetendit arcum bene collimans,& percuſsit regem Iſrael inter pulmonem, & inter thoracem. Et dixit aurigæ: Conuerte manum tuam: educ me de prælio, quoniam η laboraui. Et profligatum eſt prælium in die illa: & rex Iſrael erat ſtans ſuper currum ex aduerſo Syriæ vſque ad veſperam:& mortuus eſt occidente Sole.

α Diligebat eum.] *Ideſt omnibus cum officiis proſequebatur, magnaque beneuelentiæ ſigna præbebat. Compl.* ἔπειθε τὸν ἰωσαφάτ, perſuaſit Ioſaphat. β Sicut ego.] *Compl.* ὡς σὺ, οὕτω καὶ ἐγώ, ſicut tu, ita & ego. *Similis varietas notata eſt.* 3.*reg.*22. γ Cito Michæam.] *Aptius hebraicæ locutioni, & imperiis regiis, quàm quod in Compl.* τάχεως κάλεσον, cito voca. δ Cooperi me.] κατακάλυψόν με. *Compl.* κατακαλύψομαι, cooperiar, *& noſtra etiam* 3 *reg.* συγκαλύψομαι. ε Meum.] *Compl.* tuum, *quæ varietas etiam* 3.*reg.notata eſt*. ζ Cooperuit.] *Eadem* ἠλλοιώθη, mutatus eſt, mutauit habitum, *vt vulgata*. η Laboraui.] *Eadem* τετραυμάτισμαι, vulneratus ſum.

CAP. XIX.

ET reuertit Ioſaphat rex Iuda ad domum ſuam in Hieruſalem. Et exiuit in occurſum eius Iehù, qui ipſius Anani, propheta. Et dixit ei: α Rex Ioſaphat, ſi peccatori tu auxiliaris, vel ei, qui odio habetur a E Domino, amicitiam iungis? Propter hoc facta eſt ſuper te ira Domini. Verumtamen verba bona inuenta ſunt in te, quoniam ſuſtuliſti lucos a facie Iuda,& direxiſti cor tuum ad exquirendum Dominum. Et habitauit Ioſaphat in Hieruſalem: & rurſus exijt ad populum a Berſabee vſque ad montem Ephræm:& redire fecit eos ad Dominum Deum patrum eorum. Et conſtituit iudices in omnibus ciuitatibus Iuda munitis, in ciuitate,& ciuitate. Et dixit iudicibus: Videte, quid vos facitis: quoniam non homini vos iudicatis, ſed Domino:& vobiſcum verba iudicij. Et nunc fiat timor Domini ſuper vos,& obſeruate, &

uate, & facite: quia non est cum Domino Deo nostro iniustitia, neque admirari personam, neque accipere dona. Et etiam in Hierusalem constituit Iosaphat de sacerdotibus, & de Leuitis, & de patriarchis Israel ad iudicium Domini, & ad iudicandum habitantes in Hierusalem. Et mandauit ad eos, dicens: Sic facietis in timore Domini, in veritate, & in pleno corde, omnis vir, iudiciũ quod venit super vos fratrum vestrorum habitantium in ciuitatibus suis, inter [β] sanguinem sanguinis, & inter præceptum, & mandatum, & iustificationes, & iudicia: & distinguetis eos: & non peccabunt Domino: & non erit ira super vos & super fratres vestros. Sic facietis, & non peccabitis. Et ecce Amarias sacerdos Dux super vos in omne verbum Domini: & Zabdias filius Ismael Dux in domum Iuda ad omne verbum regis: & [γ] scribæ, & Leuitæ ante faciem vestram. [δ] Confortamini, & facite: & erit Dominus cum bono.

[α] Rex Iosaphat.] *Sic etiam Theodoretus. Complutensis.* καὶ εἶπεν πρὸς τὸν βασιλέα Ἰωσαφάτ, & dixit ad regem Iosaphat. [β] Sanguinem sanguinis.] *Aut contra* αἵματος αἷμα, sanguinis sanguinem, *vt nonnulli. Sed Complutensis* αἵματος, καὶ αἵματος, sanguinem, & sanguinem. *Lucifer,* inter medium sanguinis, & sanguinis. [γ] Scribæ.] *Theodoretus,* γραμματεῖς, vocauit, τοὺς διδασκάλους, doctores. [δ] Confortamini.] *Theodoretus, & Compl.* ἀνδρίζεσθε, viriliter agite.

CAP. XX.

Et post hæc venerunt filij Moab, & filij Ammon, & cum eis de [α] Minæis aduersus Iosaphath ad bellum. Et venerunt, & indicarunt ipsi Iosaphat, dicẽtes. Venit super te multitudo plurima de trans mare a Syria: & ecce sunt in Asasan Thamar, hæc est Engadi. Et timuit, & dedit Iosaphat faciem suã ad exquirendum Dominum: & prædicauit ieiunium in omni Iuda. Et congregatus est Iuda ad exquirendum Dominum: & de omnibus ciuitatibus Iuda venerunt quærere Dominum. Et surrexit Iosaphat in Ecclesia Iuda in Hierusalem in domo Domini ad faciem atrij noui, & dixit: Domine Deus patrum meorum nonne tu es Deus in cælo sursum, & tu dominaris omnium regnorum gentium, & in manu tua fortitudo potentatus, & non est aduersus te resistere? Nonne tu Dominus, qui exterminasti habitantes terram hanc a facie populi tui Israel, & dedisti eam semini Abraham [β] dilecto tuo in seculum? Et habitarunt in ea, & ædificarunt in ea sanctificium nomini tuo, dicentes: Si superuenerint super nos mala, gladius, iudicium, mors, fames; stabimus coram domo hac, & coram te, quia nomẽ tuum in domo hac, & clamabimus ad te de tribulatione, & audies, & saluabis. Et nunc ecce filij Ammon, & Moab, & mons Seir (in quos nõ dedisti ipsi Israel transire per eos, exeuntibus ipsis de terra Ægypti, quoniã declinauerunt ab eis, & non exterminauerũt eos) & nunc ecce ipsi aggrediũtur super nos exire ad eijciendũ nos ab hæreditate nostra, quam dedisti nobis. Domine Deus noster non iudicabis in eis? Quoniã non est nobis fortitudo resistendi aduersus multitudinem plurimam hãc venientẽ super nos: & non nouimus, quid faciamus eis, sed super te oculi nostri. Et omnis Iuda stans ante Dominum, & pueri eorum, & vxores [γ] eorum. Et [δ] ipsi Oziel filio Zachariæ, de filijs Banææ de filijs Eliel Mathaniæ Leuitæ de filijs Asaph factus est super eum spiritus Domini in Ecclesia, & dixit: Audite omnis Iuda, & habitantes in Hierusalẽ, & rex Iosaphat: Hæc dicit Dominus vobis ipsis: Ne timeatis, neque paueatis a facie turbæ

A turbæ multæ huius: quoniam non vobis est prælium, sed Deo. Cras descendite super eos. Ecce ascendunt secundum ascensionem Assis: & inuenietis eos super extremum fluuij deserti Ieriel. Non vobis est * bellare. Hæc intelligite, & videte salutem Domini vobiscum, Iuda, & Hierusalem. Ne timeatis, ζ neque pauеatis cras exire in occursum eis: & Dominus vobiscum. Et procumbens Iosaphat in faciem suam, & omnis Iuda, & habitantes Hierusalem, ceciderunt ante Dominum adorare Dominum. Et surrexerunt Leuitæ de filijs Caath, & de filijs Core, laudem dicere Domino Deo Israel in voce magna in sublime: & euigilarunt mane, & exierunt in desertum Thecoe. Et in exeundo ipsos, stetit Iosaphat, & clamauit, & dixit: Audite me Iuda, & habitãtes in Hierusalẽ: Confidite
B in Domino Deo nostro, & fideles eritis: confidite in * propheta eius, & prosperabimini. Et consuluit cum populo: & statuit psalmorũ cãtores, & laudantes ad confitendum, & laudandum sancta in exeundo ante virtutem, & dicebant: Confitemini Domino, quoniam in seculum misericordia eius. Et in incipiẽdo eos laudationem, & confessionem, dedit Dominus * pugnare filios Ammon super Moab, & montem Seir, qui egressi fuerant super Iudam: & in fugam versi sunt. Et surrexerũt filij Ammon, & Moab super habitantes montẽ Seir, ad exterminãdum, et atterendum eos. Et, vt consummauerunt habitantes Seir; surrexe-
C runt in se mutuo * ad exterminãdum. Et Iudas venit super speculã deserti, & inspexit, & vidit multitudinẽ: & ecce omnes mortui iacentes super terrã: nõ erat saluus. Et exijt Iosaphat, & populus eius prædari spolia eorum: & inuenerunt pecora multa, & apparatum, & spolia, & vasa desiderabilia: & prædati sunt in eis. Et facti sunt dies tres, prædantibus ipsis spolia; quoniam multa fuerunt. Et factum est die quarta, coadunati sunt in vallẽ benedictionis: ibi enim benedixerunt Dominum. Propter hoc vocauerunt nomen loci illius, vallis benedictionis vsque in diem hanc. Et reuertit omnis vir Iuda in Hierusalem, & Iosaphat dux eorum in lætitia magna; quoniã lætificauit eos Dominus de inimicis eo-
D rum. Et ingressi sunt in Hierusalem in nablis, & citharis, & in tubis in ζ domum Domini. Et factus est pauor Domini super omnia regna terræ in audiendo eos, quia Dominus pugnauit in aduersarios Israel. Et pacem habuit regnum Iosaphat: & quietem dedit ei Deus in circuitu. Et regnauit Iosaphat super Iudam, cum esset annorum triginta quinque in regnando ipsum: & viginti & quinque annos regnauit in Hierusalem: & nomẽ matri eius Azuba filia Salì. Et ambulauit in vijs patris sui Asà: & non declinauit a faciendo rectum coram Domino. Sed & excelsa adhuc subsistebant: & adhuc populus nõ direxit cor suum ad Dominum Deum patrum suorum. Et reliqua verba Iosaphat prima, & vltima ecce scripta in sermonibus Iehù filij Ananì, * qui conscripsit librum regum
E Israel. Et post hæc communicauit Iosaphat rex Iuda erga Ochoziam regem Israel: et λ hic inique fecit in faciendo, et μ eundo ad eum, ad faciendum nauigia ad eundum in Tharsis. Et fecit nauigia in Gasion Gaber. Et prophetauit Eliezer filius Dodia de Marisa super Iosaphat, dicens: Sicut amicitiam iunxisti Ochoziæ; ν quassauit Dominus opus tuum, et contrita sunt nauigia tua: et non potuerunt ire in Tharsis.

* Minæis.]

α Minæis.] *Alii,* ἐκ τῶν ἀμμανιτῶν, de Ammanitis. β Dilecto tuo.] *Compl.* τῷ φίλῳ σου, amico tuo. *Theodoretus,* τοῦ φίλου σου, amici tui, *vt vulgata,* γ Eorum.] *In Compl. sequitur,* καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν, & filij eorum. δ Ipsi Oziel.] *Theodoretus* ἰεζοὴλ, Iezoel. *Compl.* καὶ ἰεζιὴλ ὁ τοῦ ζαχαρίου υἱοῦ βαναίου υἱοῦ ἰειὴλ υἱοῦ ματθανίου ὁ λευίτης ἀπὸ τῶν υἱῶν ἀσάφ, & Ieziel filius Zachariæ filij Baneæ filij Ieiel filij Matthaniæ Leuita de filijs Asaph. ε Bellare. Hæc intelligite.] *Compl.* πολεμῆσαι ἐν ταύτῃ. στῆτε, καὶ σύνετε. pugnare in hac. State, & intelligite. *Et ita etiam Theodoretus, nisi quod habet,* οὐχ ὑμεῖς πολεμήσετε, non vos pugnabitis, &c. ζ Paueatis.] *Compl.* δειλιᾶτε. *Theodoretus* δειλιάσητε, *eodem sensu.* η Propheta.] *Compl. & Theodoretus* προφήταις, prophetis. θ Pugnare filios Ammon super Moab.] *Compl.* ἔνεδρον τοῦ πολεμεῖν τοὺς υἱοὺς ἀμμῶν, καὶ μωάβ, insidias impugnare filios Ammon, & Moab, &c. ι Ad exterminandum.] *Eadem,* καὶ ἐλάβετο ἀνὴρ τοῦ πλησίου αὐτοῦ εἰς διαφθορὰν, & aggressus est vir proximum suum ad perditionem. κ Qui conscripsit librum.] *Theodoretus* ὃς κατέγραψαν, (*Compl* κατέγραψεν) ἐπὶ βιβλίου, quos conscripserunt super librum. λ Hic.] *Iidem* αὐτὸς, ipse. μ Et eundo ad eum.] *Hæc à Theodoreto non referuntur. Compl.* καὶ ἐκοινώνησε μετ' αὐτοῦ τοῦ ποιῆσαι πλοῖα, & communicauit cum eo ad faciendum nauigia, &c. ν Quassauit Dominus opus tuum.] *Compl.* διέκοψε κύριος τὰ ἔργα σου, καὶ συνετρίβησαν αἱ νῆες, καὶ οὐκ ἠδυνήθησαν τοῦ πορευθῆναι εἰς θαρσεῖς, discidit Dominus opera tua: & contritæ sunt naues, & non habuerunt vires ad eundum in Tharsis. *Atque ita etiã Theodoretus, nisi, quod habet* αἱ νῆές σου, naues tuæ.

CAP. XXI.

ET dormiuit Iosaphat cum patribus suis, et sepultus est in ciuitate Dauid. Et regnauit Ioram filius eius pro eo. Et ei fratres, filij Iosaphat α sex: Azarias, et Ieiel, et Zacharias, et β Azarias, et Michael, et Zaphatias. Omnes hi filij Iosaphat regis Iuda. Et dedit eis pater eorum dona multa, argentum, & aurum, & arma cum ciuitatibus muratis in Iuda: & regnum dedit ipsi Ioram, quoniam hic primogenitus. Et surrexit Ioram super regnum γ suum: & inualuit, & occidit omnes fratres suos in gladio, & de principibus Israel. Cũ esset ipse triginta & duorum annorum, constitutus est Ioram super regnum suũ: & octo annos regnauit in Hierusalem. Et ambulauit in via regum Israel, sicut fecerat domus Achaab: quoniam filia Achaab erat eius vxor. Et fecit malum coram Domino. Et noluit Dominus exterminare domum Dauid, propter testamentum, quod disposuerat ipsi Dauid, & δ sicut dixerat ei, dare ei lucernam, & filijs eius omnes dies. In diebus illis recessit Edom a Iuda: & regnare fecerũt super se regem. Et abijt Ioram cum ε principibus, & omnis equitatus cum eo. Et factum est, & surrexit nocte, & percussit Edom, qui circumdederat eum, & principes curruũ: & fugit populus ad tabernacula sua. Et recessit a Iuda Edom vsque in diem hanc. Tunc recessit Lomna in tempore illo de manu eius: quoniam dereliquit Dominum Deum patrum suorum. Nam & ipse fecit excelsa in ciuitatibus Iuda: & fornicari fecit habitantes in Hierusalem: & errare fecit Iudam. Et venit ei ζ in scriptura ab Eliù propheta, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui. Pro eo, quod non ambulasti in via Iosaphat patris tui, & in viis Asà regis Iuda, & ambulasti in vijs regum Israel, & fornicari fecisti Iudam, & habitantes in Hierusalem, sicut exfornicata est domus Achaab, & fratres tuos filios patris tui bonos super te occidisti; ecce Dominus percutiet te plaga magna in populo tuo, & in filijs tuis, & in vxoribus tuis, & in omni apparatu tuo: η & tu in languore malo, in morbo ventris: quoadusque egrediatur venter tuus cum languore ex diebus in dies. Et suscitauit Dominus super Ioram alienigenas, & Arabas, & confines Æthiopum. Et ascenderunt super Iudã, & θ oppresserunt: & auerterunt omnem apparatum, quem inuenerunt in domo regis, & filios eius, & filias eius, & non remansit ei filius nisi ι Ochozias minimus filiorum eius. Et post hæc omnia percussit eũ Dominus in ven-

A in ventrem languore, cui non est curatio. Et factum est ex diebus in dies, & quando venit tempus ^κ dierum, duos dies, exiuit ^λ venter eius cum morbo; & mortuus est in languore malo. Et non fecit populus eius ^μ funus, sicut funus patrum eius. Fuit triginta & duorum annorum, quando regnauit: & octo annos regnauit in Hierusalem. Et ambulauit non in laude: & ^ν sepultus est in ciuitate Dauid, & non in sepulchris regum.

α Sex.] *Abest à Compl. & vulgata.* β Et Azarias.] *Etiam hoc à Compl. sed non à vulgata, & hebræo.* γ Suum.] *Compl.* τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, patris sui, *vt vulgata.* δ Sicut dixerat ei, dare ei.] *Compl.* ὃν τρόπον εἶπεν αὐτῷ δοῦναι αὐτὸν, quemadmodum dixit ei dare eum. *Melius Theodor.* ὃν τρόπον εἶπε δοῦναι αὐτῷ, quemadmodum dixit dare ei. ε Principibus.] *In Compl. additur,* καὶ πάντα τὰ ἅρματα αὐτοῦ, & omnes currus eius. *Sed hoc, & illud, quod sequitur,* & omnis equitatus cum eo, *videri possunt duæ interpretationes eiusdem sententiæ in hebraico. Vulgata quidem tantum equitatus mentionem facit.* ζ In scriptura.] ἐν γραφῇ. *Sic etiam Theodoretus, & putat subintelligendum* ἄνθρωπος, homo. *Compl. autem* ἐγγραφὴ, scriptura, litteræ, *vt vulgata.* η Et tu in languore malo.] *Compl* καὶ σὺ ἔσῃ ἐν ἀῤῥωστίαις πονηραῖς, ἐν ἀῤῥωστίαις κοιλίας σου, ἕως οὗ ἐξέλθῃ τὰ ἔντερά σου ἀπὸ τῆς ἀῤῥωστίας ἐξ ἡμερῶν εἰς ἡμέρας, & tu eris in infirmitatibus malis, in infirmitatibus ventris tui, quoadusque exeant intestina tua præ infirmitate ex diebus in dies: *eodemque modo Theodoretus, nisi quod in principio habet tantum,* καὶ σὺ ἔσῃ ἐν ἀῤῥωστίᾳ κοιλίας σου. θ Oppresserunt, & auerterunt omnem apparatum, quem.] *Compl.* κατεδυνάστευσαν αὐτὸν, καὶ ᾐχμαλώτευσαν πᾶσαν τὴν ὕπαρξιν. ἣν, oppresserunt eum, & captiuarunt omnem substantiam, quam. ι Ochozias.] *Ita etiam Theodoretus, & videtur idem, qui cap. sequenti rex constituitur. Sed plerique tamen libri habent,* ἰωαχὰζ, *& vulgata,* Ioachaz. κ Dierum duos dies.] *Compl.* τῶν ἡμερῶν αὐτοῦ εἰς ἡμέρας δύο, dierum eius ad dies duos. *Verum illud* αὐτοῦ, *redundat: & præpositio* εἰς, *potest subintelligi: hoc enim significatur,* cum tempus dierum, *id est,* spatium temporum peruenit ad duos annos. λ Venter eius cum morbo.] *Ita fere hebræus. Compl.* ἐξῆλθε τὰ ἔντερα αὐτοῦ μετὰ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ἐν ἀῤῥωστίᾳ αὐτοῦ, exierunt intestina eius cum ventre eius in infirmitate eius. μ Funus.] *Compl. & Theodoretus* ἐκφορὰν, καὶ καῦσιν κατὰ τὴν καῦσιν τῶν πατέρων αὐτοῦ, funus, & combustionem secundum combustionem patrum eius. ν Sepultus est.] *Theodoretus videtur legisse,* ἔθαψαν αὐτὸν, sepelierunt eum, *vt vulgata.*

CAP. XXII.

ET regem fecerunt habitantes in Hierusalem Ochoziam filium eius paruum pro eo: quoniam omnes seniores occiderat superueniens super eos agmen latronum, Arabes, & ^α Alimazones. Et regnauit Ochozias filius Ioram regis Iuda: cum esset annorum ^β viginti Ochozias, regnauit. & annum vnum regnauit in Hierusalem: & nomen matri eius Gotholia filia Ambri. Et hic ambulauit in via domus Achaab: quoniam mater eius erat consiliaria peccandi. Et fecit malum coram Domino, sicut domus Achaab: quoniam ipsi erant ei consiliarij, postquam pater eius mortuus fuerat, ad exterminandum eum. Et in consilijs eorum ambulauit. Et iuit cũ Ioram filio Achaab rege Israel ad bellum super Azael regem Syriæ in Rhamoth Galaad. Et percusserunt sagittarij Ioram: & reuertit Ioram, vt curaretur in Iezrael a plagis, quibus percusserunt eum Syri in Rhamoth, in pugnando ipsum aduersus Azael regem Syriæ. Et Ochozias filius Ioram rex Iuda descendit ad visendũ Ioram filium Achaab in Iezrael, quoniam ægrotabat. Et a Deo facta est subuersio Ochoziæ, vt veniret ad Ioram. Et in veniendo ipsum, exijt cum eo Ioram ad Iehù filium Namessi ^γ vnctum Domini in domum Achaab. Et factum est, quando vltus est Iehù domum Achaab; & inuenit principes Iuda, & fratres Ochoziæ ministrantes Ochoziæ, & interfecit eos. Et dixit quærere Ochoziam: & ceperunt eum curantem se in Samaria: & duxerunt eum ad Iehù: & interfecit eum: & sepelierũt eũ, quoniam ^δ dixerunt: filius Iosaphat est, qui exquisiuit Dominum in toto corde suo. Et non erat in domo Ochoziæ ad obtinendã virtutem pro regno. Et Gotholia

tholia mater Ochoziæ vidit, quia mortuus est filius suus, & surrexit, & perdidit omne semẽ regni in domo Iuda. Et tulit Iosabeeth filia regis ipsum Ioas filium Ochoziæ, & furata est eũm de medio filiorum regis, qui interficiebantur, & dedit eum, & nutricem eius in cubiculum lectorum: & occultauit eum Iosabeeth filia regis Ioram, soror Ochoziæ, vxor Iodae sacerdotis: & occultauit eum a facie Gotholiæ: & non interfecit eum. Et fuit ε cum eo in domo Dei absconditus sex annos: & Gotholia regnauit super terram.

α Et Alimazonis.] *Nonnulli* ἀμαζονεῖς. *Videtur præsertim in nostra esse vestigium quoddam dictionis hebraicæ, quæ significat,* ad castra, *quare Compl. pro ista habet,* καὶ ἐν τῇ παρεμβολῇ, & in castris: *quamuis illud* καὶ *redundet. Simile quiddam de ista eadem dictione notatum est cap.* 14. *Theodoretus vtrumque coniungit, hunc locum hoc modo referens,* ὅτι πάντας τοὺς πρεσβυτέρους ἀπέκτεινε τὸ λῃστήριον τὸ ἐπελθὸν ἐπ᾽ αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἀράβων, καὶ ἀπὸ τῶν ἀμαζονείμ ἐν τῇ παρεμβολῇ, quoniam omnes seniores interfecerat agmen latronum superueniens super eos ab Arabibus, & ab Amazonim in castra. *Repetit autem & hic ipsos Amazonim fuisse accolas Aethiopum.* β Viginti.] *Alii libri addunt.* καὶ δύο, & duorum, *quemadmodum etiam in nostra.* 4. *reg.* 8. *& ibi etiam vulgata. Alii, & Compl.* υἱὸς ὢν τεσσαράκοντα, καὶ δύο ἐτῶν, filius cum esset quadraginta & duorum annorum: *quod respondet hebræo, & vulgatæ hic.* γ Vnctum Domini.] *In Compl sequitur,* ὃν ἔχρισεν αὐτὸν κύριος τοῦ ἐξολοθρεῦσαι τὸν οἶκον ἀχαάβ, quem vnxit eum Dominus ad exterminandum domum Achaab. *Verum illa,* Cristũ Domini, *&* quem vnxit eum Dominus, *videri possunt duæ interpretationes eiusdem sententiæ: nam in hebræo non est huiusmodi repetitio, quemadmodum neque in vulgata.* δ Dixerunt.] *Sic hebræus. Compl. & Theodoretus,* εἶπεν, dixit. ε Cum eo.] *Aliqui libri* μετ᾽ αὐτῆς, cum ea. *Vulgata ex hebræo,* cum eis.

CAP. XXIII.

ET in anno α octauo confortatus est Iodae, & assumpsit cẽturiones, Azariam filium Ioram, & Ismael filium Ioanan, & Azariam filium Obed, & Maasæam filium Adia, & Elisaphan filium Zachariæ secum in domum β Domini: & circumierunt Iudam, & congregauerunt Leuitas de omnibus ciuitatibus Iuda, & principes patriarum Israel, & venerunt in Hierusalem. Et disposuerunt omnis Ecclesia Iuda testamentum in domo Dei cũ rege. Et γ ostendit eis filium regis, & dixit eis: Ecce filius regis regnet, sicut locutus est Dominus, super domum Dauid. Nunc verbum hoc est, quod facietis. Tertia pars ex vobis ingrediantur sabbatum sacerdotum, & Leuitarum, δ & ad portas introituum: & tertia pars in domo regis: & tertia in porta media: & omnis populus in atrijs domus Domini. Et non ingrediatur in domum Domini, nisi sacerdotes, & Leuitæ, & ministrantes ε Leuitarum. Hi ingredientur, quoniam sancti sunt: & omnis populus custodiat custodias Domini. Et circundabunt Leuitæ regem, ζ viri vas, vas in manu eius: Et ingrediens in domum morietur: & erunt cum rege, egrediente, & ingrediente eo. Et fecerunt Leuitæ, & omnis Iuda iuxta omnia, quæcumque mandauit eis Iodae sacerdos. Et assumpserunt vnusquisque viros suos, a principio sabbati vsque ad exitum sabbati: quoniam non dimiserat Iodae vices. Et dedit Iodae η gladios, & clypeos, & arma, quæ erant regis Dauid in domo θ Domini: & statuit populum omnem, vnumquẽque in armis suis ab humero domus dextro vsque ad humerum ι sinistrum altaris, & domus super regem in circuitu. Et eduxit filium regis, & dedit super eum insigne regale, & κ testimonia: & regem fecerunt, & vnxerunt eum Iodae sacerdos, & filij eius. Et dixerunt: Viuat rex. Et audiuit Gotholia vocẽ populi, currentium, & confitentium, & laudantium regem. Et intrauit ad regem in domum Domini; & vidit: & ecce rex super stationem suam, & super introitum principes, & tubæ, & principes circa regẽ: & omnis populus terræ lætatus est, &

A est, & clanxerunt tubis: & canentes in organis cantores, & celebrantes laudem. Et discidit Gotholia stolam suã, & clamauit: λ coniurantes coniuratis. Et exiuit Iodae sacerdos: & mandauit Iodae sacerdos cẽturionibus, & ducibus virtutis, & dixit eis: Eijcite eam extra domũ, et intrate post eã, & moriatur gladio: quoniã dixit sacerdos, non moriatur in domo Domini. Et μ dederunt ei spatium: & transiuit per portam equitum domus regis: & interfecerunt eam ibi. Et disposuit Iodae testamentum inter se, & populum, & regem, vt sit populus Domino. Et intrauit omnis populus terræ in domum Baal, & diruerunt eam, & altaria eius, & ν idola eius comminuerunt, & Matthan sacerdotem Baal interfe-
B cerunt ante altaria eius. Et aggressus est Iodae sacerdos ξ opera domus Domini per manum sacerdotum, & Leuitarum: & suscitauit vices sacerdotum, & Leuitarum, quas distinxit Dauid super domum Domini, ο & ad offerendum holocaustomata Domino, sicut scriptum est in lege Moysi in lætitia, & in canticis per manum Dauid. Et steterunt ianitores super portas domus Domini: & non ingredietur immundus ad omnem rem. Et assumpsit patriarchas, & potentes, & principes populi, & omnem populum terræ: & ascendere fecerunt regem in domum Domini: & intrauit per portam interiorem in domum regis: & sedere fecerunt regem super thronum regni. Et lætatus est omnis populus terræ: & ci-
C uitas quieuit: & Gotholiam π interfecerunt.

α Octauo.] *Plerique libri*, ἑβδόμῳ, septimo, ***vt vulgata.*** β Domini.] *Compl. addit* ἐν διαθήκῃ, in testamento, & fœdere. γ Et ostendit ei filium regis.] *Hæc absunt à Compl. & vulgata.* δ Et ad portas introituum.] *Eadem*, καὶ τῶν πυλωρῶν ἐν ταῖς πύλαις τῶν εἰσόδων, & ianitorum in portis introituum. *Phrasis hebraica hoc significat, parti isti tertiæ venienti ad sabbatum standum esse vna cum sacerdotibus, & Leuitis, & ianitoribus liminum, aut in liminibus.* ε Leuitarum.] *Idest*, de Leuitis, ***vt vulgata.*** *Alii*, υἱοὶ τῶν λευιτῶν, filij Leuitarum. *Compl.* τοῖς λευίταις, Leuitis. ζ Viri vas vas in manu eius.] *Alii*, ἄνδρες, καὶ σκεῦος αὐτῶν ἐν χειρὶ αὐτῶν, viri, & vas eorum in manu eorum, *Compl. satis prope ad hebræũ*, ἀνὴρ, καὶ τὸ σκεῦος αὐτοῦ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, vir, & vas eius in manu eius. η Gladios.] *Compl. & magna ex parte etiam alii*, ὁ ἱερεὺς τοῖς ἑκατοντάρχοις τεταγμένοις, καὶ τὰς μαχαίρας, καὶ τοὺς θυρεοὺς, [καὶ τὰ δόρατα καὶ τὰς ἀσπίδας] (*ista absunt ab aliis*) καὶ τὰ ὅπλα. *Vulgata ex hebræo habet*, sacerdos centurionibus lanceas, clypeosque, & peltas. θ Domini.] *Compl. repetit*, ἔδωκεν αὐτοῖς, dedit eis, *quæ absunt etiam ab hebræo, & vulgata.* ι Sinistrum altaris.] *Alii* τοῦ οἴκου τῆς
D ἀριστερᾶς, τοῦ θυσιαστηρίου, *Compl. autem* ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, *Vulgata*, ad partẽ templi sinistram coram altari, &c. κ Testimonia.] *Compl.* testimonium. *Videantur, quæ notata sunt 4. reg. 11.* λ Coniurantes coniuratis.] *Compl.* σύνδεσμος, σύνδεσμος, coniuratio, coniuratio. *Eodem 4. reg. 11.* μ Dederunt ei spatium.] *Compl.* ἐπέθηκαν αὐτῇ χεῖρας, iniecerunt ei manus. ν Idola.] *Eadem* τὰς εἰκόνας, simulachra, ***vt vulgata***, *quam dictionem videtur etiam habuisse Theodoretus.* ξ Opera.] *Eadem* τὴν ἐπισκοπὴν, visitationem. ο Et ad offerendum.] καὶ ἀνενέγκαι. *& Compl.* τοῦ ἀναφέρειν, *quod* ***vulgata***, vt offerrent. *Alii* καὶ αὐτὸς ἀνήνεγκεν, & ipse obtulit. π Interfecerunt.] *In aliis additur* μαχαίρᾳ, gladio, ***vt vulgata.***

CAP. XXIV.

ERAT α septem annorum Ioas in regnando ipsum: & quadraginta annos regnauit in Hierusalem: & nomen matri eius Sabià de Bersabee. Et fe-
E cit Ioas rectum corã Domino omnibus diebus Iodae sacerdotis. Et accepit Iodae duas vxores sibi: & genuerunt filios, & filias. Et factum est post hæc, & factum est super cor Ioas instaurare domum Domini: & congregauit sacerdotes & Leuitas, & dixit eis: Exite in ciuitates Iuda, & congregate ab omni Israel argentum ad confirmandam domum Domini, β annum per annum: & festinate loqui. Et non festinauerunt Leuitæ. Et vocauit rex Ioas ipsum Iodae principem, & dixit ei: Cur non visitasti de Leuitis, ad inferendum a Iuda, & Hierusalem, quod γ decretum fuit a Moyse homine Dei, δ quia conuocauit ipsum

Iſrael in tabernaculum teſtimonij? Quoniã Gotholia erat iniqua, & filij eius diruerant domum Dei. Nam & ſancta domus Domini fecerunt ipſis Baalim. Et dixit rex: Fiat capſula, & ponatur in porta domus Domini forinſecus; & prædicēt in Iuda, & in Hieruſalem, inferre Domino, ſicut dixit Moyſes puer Dei ſuper Iſrael in deſerto. Et [ε] dederunt omnes principes, & omnis populus, & intulerunt, & immiſerunt in capſulam, quoadúſque impleta eſt. Et factum eſt, [ζ] vt inferebant capſulam ad præſides regis per manum Leuitarum, & vt viderunt, quia abundauit argentũ; & venit ſcriba regis, & præſes ſacerdotis magni, & euacuauerunt [η] capſulam, & reſtituerunt in loco eius. Sic faciebãt diem ex die: et congregauerunt argentum multum. Et dedit illud rex, & Iodae ſacerdos faciētibus opera ad operationem domus Domini. Et mercede conducebant lapicidas, & fabros ad inſtaurandam domũ Domini, et fabros ferri, et æris ad inſtaurandam domum Domini. Et faciebant facientes opera: et aſcēdebat longitudo operum in manibus eorum; & ſuſcitauerunt domum Domini ſuper ſtationem eius, et confirmarunt. Et, vt conſummauerunt, attulerunt ad regem, et ad Iodae reſiduum argenti: & fecerunt vaſa ad domum Domini, vaſa miniſtratoria holocauſtomatum, & mortariola aurea, & argentea: & obtulerunt holocauſtoſes in domo Domini perpetuo omnibus diebus Iodae. Et ſenuit Iodae plenus dierũ: & obijt, cum eſſet centũ & triginta annorũ in obeundo ipſum. Et ſepelierunt eũ in ciuitate Dauid cum regibus: quoniam fecerat bonitatem cum Iſrael, & cum Deo, & domo eius. Et factum eſt poſt obitum Iodae, intrarũt principes Iuda, & adorauerunt regem. Tunc exaudiuit eos rex: & dereliquerunt domum Domini Dei patrum ſuorum: & ſeruiebant Aſtartibus, & Idolis. Et facta eſt ira ſuper Iudam, & ſuper Hieruſalem in [θ] die iſta. Et miſit ad eos prophetas ad reducendũ ad Dominũ: & non audierunt. Et cõteſtatus eſt eis: & non obedierunt. Et ſpiritus Dei induit [ι] Azariã filiũ Iodae ſacerdotē: & ſurrexit ſupra populũ, & dixit: Hæc dicit Dominus: Quid tranſgredimini mandata Domini? & non proſperabimini; quoniã dereliquiſtis Dominũ, & derelinquet vos. Et irruerũt in eũ, & lapidauerũt eũ per mandatũ Ioas regis in atrio domus Domini. Et Ioas non eſt recordatus miſericordiæ, quã fecerat Iodae pater eius ſecũ: & interfecit filiũ eius. Et, dũ moriebatur, dixit: Videat Dominus, & iudicet. Et factũ eſt poſt conſummationē anni, aſcēdit ſuper eũ virtus Syriæ, et venit ſuper Iudã, et ſuper Hieruſalē: et corruperunt omnes principes populi in populo: et omnia ſpolia eorũ miſerũt regi Damaſci: quoniã in paucis viris aduenit virtus Syriæ: et Deus tradidit in manus eorũ virtutē multã valde: quoniã dereliquerunt Dominũ Deũ patrum ſuorum: Et cum Ioas [κ] fecit iudiciũ. Et poſtquã ipſi abierunt ab eo, in relinquendo eũ in languoribus magnis; et coniurauerunt in eum pueri eius in ſanguinibus filij Iodae ſacerdotis: et interfecerunt eũ ſuper lectũ eius: et mortuus eſt: et ſepelierũt eum in ciuitate Dauid: et non ſepelierunt eum in ſepulchro regum. Et coniurantes ſuper eũ, Zabed [λ] ipſius Samaath Ammanites, et Iozabed ipſius Samareth Moabites. Et filij eius omnes, et acceſſerunt ei [μ] quinque. Et reliqua ecce ſcripta ſuper ſcripturam regum. Et regnauit Amaſias filius eius pro eo.

[α] Erat.] *ὤν. Videtur poſitum more hebraico participium pro verbo, vt alibi ſæpe. Compl.* υἱὸς ὤν, filius erat. *atque ita etiam in ſequentibus.* [β] Annum.] ἀπὸ ἱκανοῦ ἐνιαυτὸν. *hebræus*, a tempore anni. [γ] Quod decretum fuit.] *Compl.* τὸ κεκριμένον λῆμμα. *Vulgata*, pecuniam, quæ conſtituta eſt. *hebræus*, munus, *aut* onus.

[δ] Quia.]

A δ Quia.] ὅτι. *Compl.* ὅτε, quando. *Verum vulgata, & hebræus paulo diuersum sensum videntur præ se ferre. Et quod in Compl. in fine huius periodi additur,* ἐν τῇ ἐρήμῳ, in deserto, *omnino redundat.* ε Dederunt.] *Eadem,* καὶ εὐφράνθησαν, *quod vulgata,* lætatique sunt. ζ Vt inferebant.] *Eadem,* ἐν τῷ καιρῷ τοῦ εἰσφέρειν, in tempore afferendi. η Capsulam.] *Eadem addit* καὶ ἦραν, & tulerunt. θ Die ista.] *Eadem* ἐν τῇ πλημμελείᾳ αὐτῶν, in delicto eorum. ι Azariam.] *Alii nonnulli, & Theodoretus* ζαχαρίαν, Zachariam, *vt vulgata & hic, & Matth. 23. quemadmodum putat S. Hieronymus. Solent autem interdum hæc nomina Azariæ, & Zachariæ inter se vicissim commutari, vt intra cap. 26.* κ Fecit.] *Sic etiam Theodoretus. Compl.* ἐποίησαν, fecerunt. λ Ipsius Samaath Ammanites.] *Compl.* υἱὸς σαμαὰθ τῆς ἀμμανίτιδος, καὶ ἰωζαβὲδ υἱὸς σαμαρὶθ τῆς μωαβίτιδος, *quod vulgata,* filius Semath Ammanitidis, & Iosabath filius Semarith Moabitidis. μ Quinque.] *In aliquo libro sequitur,* καὶ ἐθανάτωσαν αὐτὸν & interfecerunt eum. *Verum in Compl. longe aliter habet hic locus,* καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, καὶ πλεῖστα λήμματα κατ' αὐτοῦ, καὶ ἡ θεμελίωσις οἴκου τοῦ θεοῦ, καὶ τὰ λοιπά, & filij eius, & plurimæ assumptiones super eum, & fundatio domus Dei, & reliqua. *Atque istud quidem* λῆμμα, *rursus potest significare onus, aut munus. Vulgata,* summa pecuniæ, quæ adunata fuerat sub eo.

B

CAP. XV.

CVM esset viginti et quinque annorum, regnauit Amasias: et viginti nouem annos regnauit in Hierusalem: et nomen matri eius Iodaen de Hierusalem. Et fecit rectum in conspectu Domini, sed non in corde pleno. Et factum est, vt constitutum est regnum in manu ipsius; & interfecit pueros suos, qui occiderant regem patrem ipsius: & filios eorum non interfecit iuxta testamentum legis Domini; sicut α scriptum est, quomodo mandauit Dominus, dicẽs: Non morientur patres pro filijs: & filij non morientur pro patribus: C sed vnusquisque suo ipsius peccato morientur. Et congregauit Amasias domum Iuda, & erexit eos secundum domos patriarum eorum in Chiliarchos, & centuriones in omni Iuda, & β Hierusalem. Et numerauit eos à vigesimo anno, & supra: & inuenit eos trecenta millia ad exeundum in prælium potentes, tenentes hastam, & clypeum. Et mercede conduxit de Israel centum millia, potentes fortitudine, centum talentis argenti. Et homo Dei venit ad eum, dicens: Rex non ibit tecum virtus Israel: quoniam non est Dominus cum Israel, omnibus filijs Ephræm: quoniam si existimaris præualere γ in his; & in fugam vertet te Dominus coram inimicis: quoniam est δ a Domino præualere, & in fu- D gam verti. Et dixit Amasias homini Dei: Et quid faciam centum ε talenta, quæ dedi virtuti Israel? Et dixit homo Dei: Est Domino dare tibi plura his. Et distinxit Amasias ζ virtuti, quæ venerat ad se de Ephræm, abire in locum ipsorum. Et indignati sunt valde super Iudam: & reuerterunt ad locum suum in ira indignationis. Et Amasias confortatus est, & assumpsit populum suum, & iuit in vallem salinarum: & percussit ibi filios Seir, decem millia. Et decem millia ceperunt viuos filij Iuda, & ducebant super summitatem præcipitij, & præcipitabant eos a summitate præcipitij: & omnes disrupti sunt. Et filij virtutis, quos redire fecit Amasias, ne irent secum ad bellum, et impetum fecerunt su- E per ciuitates Iuda a Samaria vsque Bæthoron: et percusserũt in eis tria millia: et prædati sunt spolia multa. Et factum est, postquam venit Amasias percussa Idumæa; et attulit ad se Deos filiorum Seir: et statuit eos sibi in Deos: et coram eis adorabat, et ipse eis adolebat. Et facta est ira Domini super Amasiam; et misit ei prophetam: et dixit ei: Quid quæsiuisti Deos populi, qui non exemerunt populum suum de manu tua? Et factum est, cum is loqueretur ad ipsum; et dixit ei: Nunquid consiliarium regis dedi te? η Attende ne flagelleris. Et tacuit propheta, & dixit: θ Quoniam cognosco, quia voluit super te ad disperden-

 dum

dum te, quia fecisti hoc, & non exaudisti consilium meum. Et consultauit Amasias rex Iuda, & misit ad Ioas filium Ioachaz filij Iehù regem Israel, dicens: Veni, & conspiciamur faciebus. Et misit Ioas rex Israel ad Amasiam regem Iuda, dicens: ι Anchuch, qui in Libano, misit ad cedrum, quæ in Libano, dicens: Da filiam tuam filio meo in vxorem: & ecce venient bestiæ agri, quæ in Libano. Et venerunt bestiæ, & conculcarunt Anchuch. Dixisti, ecce percussi Idumæam, & extollit te cor tuum graue. Nunc sede in domo tua: & vt quid conijcis in malum, & cades tu, & Iudas tecum? Et non audiuit Amasias: quoniam a Domino factum est ad tradendum eum in κ manus: quoniam exquisiuit Deos Idumæorum. Et ascendit Ioas rex Israel: & conspecti sunt sibi inuicem, ipse, & Amasias rex Iuda in Bæthsamys, quæ est ipsius Iuda. Et corruit Iudas ad faciem Israel, & fugit vnusquisque in tabernaculum suum. Et Amasiam regem Iuda filium Ioas filij Ioachaz cepit Ioas rex Israel in Bæthsamys: & induxit eum in Hierusalem, & destruxit de muro Hierusalem a porta Ephræm vsque ad portã anguli, quadringentos cubitos: & omne aurum, & argentum, & omnia vasa inuenta in domo Domini, & apud Abdedom, & thesauros domus regis, & filios λ commistionum: & reuertit in Samariam. Et vixit Amasias filius Ioas rex Iuda, postquã mortuus est Ioas filius Ioachaz rex Israel, annos decem & quinque. Et reliqua verba Amasiæ prima, & vltima, nonne ecce scripta super librum regum Iuda, & Israel? Et in tempore, quo recessit Amasias a Domino; μ coniurarunt super eum coniurationem, & fugit è Hierusalem in Lachis: & miserunt post eum in Lachis, & interfecerunt eum ibi. Et assumpserunt eum super equos, & sepelierunt eum cum patribus eius in ciuitate Dauid.

α Scriptum est.] *In Compl. additur* ἐν νόμῳ μωυσῆ, *& vulgata*, in libro legis Moysi. β Hierusalem.] *Eadem*, Beniamin. γ In his.] *Theodoretus* ἐν τῷ πολέμῳ, in bello. *Compl. vtrumque coniungit.* δ A Domino præualere, & in fugam verti] *Theodoretus, & Compl* ἰσχὺς τῷ κυρίῳ τοῦ βοηθῆσαι, καὶ τροπώσασθαι, fortitudo Domino ad auxiliandum, & faciendum corruere. ε Talenta.] *Theodor. & Compl.* τοῖς ἑκατὸν ταλάντοις, centum talentis. *Similis locutionis varietas alibi est obseruata.* ζ Virtuti.] *Item hic Compl.* τὴν δύναμιν τὴν ἐλθοῦσαν, virtutem, quæ venerat. η Attende, ne flagelleris.] *Theodoretus*, πρόσεχε αὐτῷ, ἵνα μὴ πατάξω σε, attende tibi, ne percutiam te. *Compl*, πατάξωσι, percutiant. θ Quoniam cognosco.] *Istud* ὅτι *abest ab aliis: & quæ sequuntur, in Compl. & apud Theodoretum sic habent*, ὅτι ἐβουλεύσατο κύριος τοῦ διαφθεῖραί σε, quia deliberauit Dominus corrumpere te. ι Anchuch.] *Dictionem hebræam vulgata interpretatur*, carduus, *alii*, paliurus. κ Manus.] *In aliis, & Compl. additur*, Ioas, *quod tamen abest ab hebræo.* λ Commistionum.] *Sic videntur appellari*, obsides, *vt alibi notatum est. Quod autem additur in Compl.* ἔλαβεν, cepit, *abest etiam ab hebræo, & supplendum e superioribus.* μ Coniurarunt in eum coniurationem, & fugit e Hierusalem.] *Compl.* συνεστράφη ἐπ' αὐτὸν σύνδεσμος ἐν ἱερουσαλὴμ, καὶ ἔφυγεν εἰς λαχίς, conglobauit se super eum colligatio in Hierusalem, & fugit in Lachis.

CAP. XXVI.

Et sumpsit omnis populus terræ Oziam (& ipse filius sexdecim annorum) & regnare fecerunt eum pro patre suo Amasia. Ipse ædificauit Ælath: ipse restituit eam Iuda; postquam dormiuit rex cum patribus suis. Filius sexdecim annorum regnauit Ozias: & quinquaginta & duos annos regnauit in Hierusalem: & nomen matri eius Iechelia de Hierusalem. Et fecit rectum in conspectu Domini iuxta omnia, quæcumque fecerat Amasias pater eius. Et fuit exquirens Dominum in diebus Zachariæ α intelligentis in timore Domini: & in diebus eius quæsiuit Dominum: & prosperauit eum Dominus. Et exijt, & bellauit aduersus alienigenas: & demoliuit est mœnia Geth, & mœnia

Iabuer,

A Iabner,& mœnia Azoti:& ædificauit ciuitates Azoti,& in alienigenis. Et confortauit eum Dominus ſuper alienigenas, & ſuper Arabas habitantes ſuper petram,& ſuper Minæos. Et dederunt Minæi dona Oziæ:& fuit nomẽ eius vſque ad introitum Ægypti: quoniam præualuit vſque ſurſum. Et ædificauit Ozias turres in Hieruſalem,& ſuper portam anguli,& ſuper portã vallis, & ſuper angulos, & β confirmauit. Et ædificauit turres in deſerto:& effodit ciſternas multas: quoniam pecora multa erant ei in Sephelà,& in campeſtri,& γ vinitores in montana,& in Carmelo: quoniam δ agricultor erat. Et fuit Oziæ virtus faciens bellum, & egrediens in aciem ad prælium, & ε ingrediens in aciem ad B numerum: & fuit numerus eorum per manum Iiel ſcribæ,& Maaſiæ iudicis, per manum Ananiæ vicarij regis. Omnis numerus patriarcharum potentium ad bellum, bis mille ſexcenti,& cum eis virtus bellatrix trecenta millia,& ſeptem mille et quingenti. Hi facientes bellum in virtute fortitudinis ad auxiliandũ regi ſuper aduerſarios. Et parauit eis Ozias, omni virtuti clypeos, & haſtas, & galeas,& thoraces,& arcus,& ad lapides fundas. Et fecit in Hieruſalem machinas fabrefactas ζ excogitantis, vt eſſent ſuper turres, & ſuper angulos, ad iaciendum iaculis, & ſaxis magnis. Et auditus eſt apparatus eorum vſque longe: quoniam mirificatus eſt habendo auxilium, quoadusque confortatus eſt. Et C poſtquam confortatus eſt, exaltatum eſt cor eius ad corrumpendum. Et iniuſte fecit in Dominum Deum ſuum:& intrauit in templum Domini ad adolendum ſuper altare thymiamatum. Et intrauit poſt eum Azarias ſacerdos, & cum eo ſacerdotes Domini octuaginta filij potentes: & η ſteterunt ſuper Oziam regem,& dixerunt ei: Non tibi Ozia adolere Domino, ſed ſacerdotibus filijs Aaron ſanctificatis adolere. Egredere e ſanctuario, quoniam receſsiſti a Domino: & non erit tibi hoc ad gloriam a Domino Deo. Et indignatus eſt Ozias: & in manu eius thuribulum ad adolendum thymiama in templo. Et in iraſcendo eum aduerſus ſacerdotes, et lepra exorta eſt in fronte eius coram ſacerdotibus D in domo Domini ſuper altare thymiamatum. Et conuertit ſe ad eum Azarias ſacerdos primus, et ſacerdotes, et ecce ipſe leproſus in fronte. Et θ feſtinare fecerunt eum inde: nam et ipſe feſtinauit exire, quoniam arguerat eum Dominus. Et Ozias rex fuit leproſus vſque ad diem obitus ſui: et in domo ι Apphuſoth ſedit leproſus; quoniam abſciſſus fuerat a domo Domini. Et Ioathan filius eius ſuper regnum eius, iudicans populum terræ. Et reliqua verba Oziæ prima, et nouiſsima ſcripta à κ Ieſsia propheta. Et dormiuit Ozias cum patribus ſuis: et ſepelierunt eum cum patribus eius in campo ſepulturæ regum: quoniam dixerunt, quia leproſus eſt. Et regnauit Ioathan filius eius pro eo.

E α Intelligentis in timore Domini.] τοῦ συνιόντος ἐν φόβῳ κυρίου *quod idem valere atque illud quod eſt in multis*, συνιέντος, *patet hoc eodem lib. cap. 30. & 34. Theodoretus autem & Compl.* συνιέντος ἐν ὁράσει θεοῦ, intelligentis in viſione Dei. β Confirmauit.] *Complut. addit* αὐτάς, eas. γ Et vinitores.] *Eadem* γεωργοὶ, καὶ ἀμπελουργοὶ, agricultores,& vinitores. δ Agricultor.] γεωργός. *Ita in aliquot libris. In aliis* φιλογεωργός, *aut* ἀνὴρ φιλογεωργός, homo agriculturæ deditus. ε Et ingrediens in aciem ad numerum: & fuit numerus eorum.] *Compl. habet tantum*, καὶ ὁ ἀριθμὸς τῆς ἐπισκέψεως αὐτῶν, & numerus recognitionis eorum. ζ Excogitantis.] λογιστοῦ. *Sic fere hebræus. Compl.* λογισμοῖς, excogitationibus. η Steterunt.] *Complutenſis, & Theodoretus*, ἐπέστησαν, inſurrexerunt. θ Feſtinare fecerunt.] *Propius ad hebræum, quàm quod in aliis*, κατεδίωξαν, perſecuti ſunt, *aut quod in Compl.* κατέσπασαν, expulit. ι Apphuſoth.] *Et hoc propius, quàm quod in Compl.* ἀφφουσώθ. *De dictione iſta notatum 4. reg. 15.* κ Ieſsia.] Ἰεσσίου. *Sic etiam alius codex. Et S. Hilarius cum citat Eſaiam, non aliter eũ nominat, quàm Ieſſe. Alii codices*, ὑπὸ ἠσαίου υἱοῦ ἀμὼς τοῦ προφήτου, ab Eſaia filio Amos propheta.

CAP. XXVII.

FILIVS viginti & quinque annorum Ioatham in regnando ipſum : & ſex & decem annos regnauit in Hieruſalem:& nomen matris eius Hieruſa filia Sadoc. Et fecit rectum in conſpectu Domini iuxta omnia, quæ fecerat Ozias pater eius:ſed non intrauit in templum Domini : & adhuc populus corrumpebatur. Hic ædificauit portã domus Domini excelſam:& in muro ᵅ Opel ædificauit multa in monte Iuda, & in ſaltibus, ᵝ &habitationes, & turres. Hic pugnauit aduerſus regem filiorum Ammon:& præualuit ſuper eum. Et dabant ei filij Ammon ᵞ & per annum centum talenta argenti , & decem millia cororum tritici, & ordeorum decem millia . Hæc afferebat ei rex filiorum Ammon per annum in primo anno, & in ſecundo , & tertio . Confortatus eſt Ioatham ; quoniam parauit vias ſuas coram Domino Deo ſuo . Et reliqua verba Ioatham, & bellum, & actiones eius, ecce ſcripta in libro regum Iuda, & ᵟ Iſrael. Et dormiuit Ioatham cum patribus ſuis: & ſepultus eſt in ciuitate Dauid. Et regnauit Achaz filius eius pro eo.

ᵅ Opel.] *Compl.* τοῦ ὠφὲλ ᾠκοδόμησεν εἰς πλῆθος, καὶ πόλεις ᾠκοδόμησεν ἐν τοῖς ὄρεσιν Ἰούδα, ipſius Ophel ædificauit in multitudine:& ciuitates ædificauit in montibus Iuda. *Ophel autem multi interpretantur*, alij loci, *ideſt* arcis. *Plerique vero codices habent*, καὶ ἐν τῷ τείχει αὐτῆς ἀπέθετο (*al.* ἀπέθεντο) ὅπλα, καὶ ᾠκοδόμησεν πόλεις ἐν ὄρει Ἰούδα, & in muro eius repoſuit arma, & ædificauit ciuitates in monte Iuda. ᵝ Et habitationes.] *Iſtud* &, *abeſt a multis. Compl. vero* ᾠκοδόμησεν βάρεις, καὶ πύργους, ædificauit palatia, & turres. ᵞ Et per annum .] *Compl. non habet*, &. ᵟ Iſrael.] *Hic in aliis repetuntur, quæ dicta ſunt initio capitis, quemadmodum & in vulgata.* Filius viginti & quinque annorum erat Ioatham in regnando ipſum:& ſexdecim annos regnauit in Hieruſalem.

CAP. XXVIII.

FILIVS viginti ᵅ & quinque annorum erat Achaz in regnando ipſum : & ſexdecim annos regnauit in Hieruſalem : & non fecit rectum in conſpectu Domini , ſicut Dauid pater eius : & ambulauit ſecundum vias regum Iſrael . Etenim ſculptilia fecit, & idolis eorum in ᵝ Ge Benennon: & traduxit filios ſuos per ignem ſecundum abominationes gentium , quas exterminarat Dominus a facie filiorum Iſrael . Et adolebat ſuper excelſa, & ſuper ſolaria , & ſub omni ligno frondoſo . Et tradidit eum Dominus Deus eius ᵞ per manum regis Syriæ : & percuſsit in eo, & captiuauit de eis captiuitatem multam, & adduxit in Damaſcum . Et in manus regis Iſrael tradidit eum : & percuſsit in eo plagam magnam . Et interfecit Phacee filius Romeliæ rex Iſrael in Iuda in vna die centum viginti millia virorum potentium fortitudine, in reliquendo eos Dominum Deum patrum ſuorum . Et interfecit Zechri potens ex Ephræm Maaſiam filium regis, & Ezrican præfectum domus eius, & Elcana ᵟ vicarium regis . Et captiuauerunt filij Iſrael de fratribus ſuis ᵋ trecenta millia mulieres, & filios, & filias . Et ſpolia multa prædati ſunt ex eis : & attulerunt ſpolia in Samariam. Et ibi propheta Domini: Oded nomen ei. Et exijt in occurſum virtutis venientium in Samariam , & dixit eis : Ecce ira Domini Dei patrum veſtrorum ſuper Iudam : & tradidit eos in manus veſtras: & interfeciſtis in eis in ira: & vſque ad cælos peruenit . Et nunc filios Iuda, & Hieruſalem vos dicitis poſsidere in ſeruos, & ſeruas. Nonne ecce ego ſum vobiſcũ ad cõteſtandum Domino Deo ᶻ veſtro ? Et nunc audite me ; & reſtituite captiuitatem,

quam

A quam captiuastis de fratribus vestris: quoniam ira furoris Domini super vos. Et surrexerunt principes de filijs Ephræm, η Vdias filius Ioanũ, & Barachias filius Mosolamoth, & Ezecias filius Sellem, & Amasias filius Eldai super aduenientes e bello, & dixerunt eis: Non introducite captiuitatem huc ad nos: quoniam ad peccandum Domino super nos, vos dicitis adijcere super peccata nostra, & super ignorantiam nostram: quoniam multum est peccatum nostrum, & ira furoris Domini super Israel. Et dimiserunt bellatores captiuitatem, & spolia ante principes, & omnem Ecclesiam. Et surrexerunt viri inuocati in nomine, & susceperunt captiuitatem, & omnes nudos vestierunt de spolijs: & in-
B duerunt eos, & calceauerunt eos, & dederunt θ comedere, & vngi: & susceperunt etiam in subiugalibus omnem infirmum: & collocauerunt eos in Hiericho ciuitate palmarum apud fratres eorum: & reuerterunt in Samariam. In tempore illo misit rex Achaz ad regem Assur ad auxiliandum sibi & in ι hoc: quoniam Idumæi inuaserunt, & percusserunt in Iuda, & captiuarunt captiuitatem. Et alienigenæ inuaserunt super ciuitates campestris, & ab Africo Iuda: & ceperunt Bæthsamys, & (κ quæ in domo Domini, & quæ in domo regis, & principum: & dederunt regi) Ailon, & λ Galerò, & Sochò, & pagos eius, & Thamna, & pagos eius, & Gamzò, & pagos eius: Et habitauerunt illic. Quoniam hu-
C miliauit Dominus Iudam propter Achaz regem Iuda: μ quoniam discessit discessione a Domino. Et venit super eum Thalga Phallasar rex Assur, & tribulauit eum. Et cepit Achaz quæ in domo Domini, & quæ in domo regis, & principum, & dedit regi Assur: & non ad auxilium ei fuit, sed vt ipse tribularetur. Et adiecit recedere a Domino, & dixit rex Achaz: Exquiram Deos Damasci, qui verberant me. Et dixit: quoniam Dij regis Syriæ ipsi ν confortant eos. Ipsis igitur sacrificabo, & suscipient me. Et ipsi fuerunt ei in scandalum, et omni Israel. Et remouit Achaz vasa domus Domini: et concidit ea: et clausit ianuas domus Domini: et fecit sibi altaria in omni angulo in Hierusalẽ: et in omni ciui-
D tate & ciuitate in Iuda fecit excelsa ad adolendũ Diis alienis. Et irritauerunt Dominum Deum patrum suorum. Et reliqua verba eius, et actiones eius primæ, et nouissimæ, ecce scripta in libro regum Iuda, et Israel. Et dormiuit Achaz cum patribus suis: et sepultus est in ciuitate Dauid: quoniam non intulerunt eum in sepulchra regum Israel. Et regnauit Ezecias filius eius pro eo.

α Et quinque.] *Abest hoc à Compl. & vulgata, & 4. reg. 16. etiam in nostra dicitur fuisse viginti annorum.* β Ge.] *Compl.* φάραγγι, valle, *quod est interpretatio illius. Alii codices* ἐν γῇ ἐννὸμ, in terra Ennom. γ Per manum.] *Compl.* ἐν χειρὶ, in manu. δ Vicarium.] τὸ διάδοχον. *Compl.* τὸ δεύτερον, *quod vulg.* secundum à rege, *de hoc alibi.* ε Trecenta.] *Ita & alii nonnulli libri. Aliquot alii,* ὀκτακοσίας, octingenta. *In aliis est,* διακοσίας, ducenta, *vt vulgata.* ζ Vestro?] *Sic in collatis codicibus. In Compl. sequitur,* πλημμέλειαι μεθ' ὑμῶν κυρίῳ τῷ θεῷ ὑμῶν, delicta vobiscum Domino Deo vestro, *quæ quidem sunt in hebræo. Apud Theodoretum*
E *hic locus ita legitur,* ἰδοὺ οὐκ εἰμὶ μεθ' ὑμῶν, μαρτύρεται κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν, πλημμέλειαι μεθ' ὑμῶν τῷ θεῷ ἡμῶν. Ecce non sum vobiscum, testatur Dominus Deus noster, delicta vobiscum Deo nostro. η Vdias.] *Alii* ἀζαρίας ὁ τοῦ ἰωανάν, *& vulgata,* Azarias filius Iohannan. θ Comedere.] *In Compl.* καὶ ἔδωκαν αὐτοῖς τοῦ φαγεῖν, καὶ πιεῖν, καὶ ἀλείψασθαι, & dederunt eis ad comedendum, & bibendum, & vngendum. ι Et in hoc: quoniam.] καὶ ἐν τούτῳ, ὅτι. *Compl.* καὶ ἐν τούτῳ τῷ ἔτει, & in hoc anno. *Hebræus habet,* Et adhuc. κ Quæ in domo Domini, & quæ in domo regis, & principium; & dederunt regi.] *Hæc habentur in libris vetustis, qui collati sunt. Absunt tamen à Compl. & vulgata: & videri possunt ex loco inferiore, vbi ponũtur, huc etiam irrepsisse.* λ Galerò.] *Alii* τὴν γαδηρώθ. *Compl.* γαδηρώθ, Gaderoth. μ Quoniam discessit.] *Compl. & Theodoretus,* ἀνθ' ὧν ἀπεκάλυψεν ἐν τῷ ἰούδα, καὶ ἀπέστη ἀποστασίᾳ ἀπὸ κυρίου, pro eo quod reuelauit in Iuda, & rebellauit rebellione à Domino. *Et addit Theodoretus explanationem.* Illud ἀπεκάλυψεν significat, docuit eum quæ minime oportebat: externos enim induxit mores, &c. *Vulgata,* eo quod nudasset eum auxilio. ν Confortant eos.] *Theodoretus,* κατισχύουσιν αὐτῶ, præualent ei.

CAP.

CAP. XXIX.

ET Ezecias regnauit, cum esset viginti et quinque annorum: et viginti nouem annos regnauit in Hierusalem: et nomen matri eius Abia filia Zachariæ. Et fecit rectum in conspectu Domini secundum omnia, quæ fecit Dauid pater eius. Et factum est, vt stetit super regnum suum, in mense primo aperuit ianuas domus Domini, et instaurauit eas. Et introduxit sacerdotes et Leuitas: et constituit eos in latere, quod ad Orientem, et dixit eis: [a] Audite Leuitæ: Nunc purificamini, et purificate domum Domini Dei patrum vestrorum: et eijcite immunditiam e sanctis: quoniam rebellarunt patres nostri, et fecerunt malum ante Dominum Deum nostrum, et dereliquerunt eum, et auerterunt faciem suam a tabernaculo Domini, et dederunt ceruicẽ, et clauserunt ianuas templi, et extinxerunt lucernas: et thymiama non adoluerunt, et holocaustomata non obtulerunt in sancto, Deo Israel. Et iratus est ira Dominus super Iudam & Hierusalem, & dedit eos in ecstasim, & in perditionem, & in sibilum, sicut vos videtis oculis vestris. Et ecce [b] percussi sunt patres nostri in gladio. Et filij vestri, & filiæ vestræ, & vxores vestræ in captiuitate in terra non sua: [c] quod & nunc est. Pro his nunc est super cor disponere testamentum meum, testamentum Domini Dei Israel: & auertet iram furoris sui à nobis. Et nunc non omittatis; quoniam in vobis elegit Dominus ad standum ante se ad ministrandum, & vt sint sibi ministrantes, & adolentes. Et surrexerunt Leuitæ, Maath filius Amasi, & Ioel filius Azariæ de filijs Caath: Et de filijs Merarì, Cis filius Abdì, & Azarias filius Ilaelel: Et de filijs Gedsoni, Iodaad filius Iemmath, & [d] Ioadã: hi filij Ioachà: Et de filijs Elisaphã, Zambrì, et Ieiel: Et de filijs Asaph Zacharias, & Matthanias: Et de filijs Hæman, Ieiel, & Semei: Et de filijs Idithũ, Samæas, et Oziel. Et congregauerunt fratres suos: et purificati sunt iuxta mandatum regis per præceptum Domini, ad mundandam domum Domini. Et ingressi sunt sacerdotes intus in domum Domini ad purificandam: et eiecerunt omnem immunditiam inuentam in domo Domini, et [e] in atrium domus Domini. Et susceperunt Leuitæ eijcere in torrentem Cedron foras. Et ceperũt die prima, neomenia primi mensis purificare: et die octaua mensis intrauerunt in templum Domini: et purificauerunt domum Domini in diebus octo: et die [f] tertiadecima mensis primi consummauerunt. Et ingressi sunt intus ad Ezeciam regem, et dixerunt: Purificauimus omnia, quæ in domo Domini, altare holocaustosis, et vasa eius, et mensam propositionis, et vasa eius: et omnia vasa, quæ polluerat rex Achaz in regno suo in rebellione sua, parauimus, et purificauimus: ecce sunt ante altare Domini. Et surrexit mane Ezecias rex, et congregauit principes ciuitatis, et ascendit in domum Domini, et obtulit vitulos septem, arietes septem, agnos septem, hircos caprarum septem pro peccato, pro regno, et pro sanctis, et pro Israel. Et dixit filijs Aaron sacerdotibus ascendere super altare Domini. Et sacrificauerunt vitulos: et susceperũt sacerdotes sanguinem, et effuderunt super altare. Et immolauerunt vitulos, et effundebant sanguinem super altare. Et immolauerunt agnos, et circumfuderunt sanguinem altari. Et adduxerunt hircos, qui pro peccato, ante regem, et Ecclesiam: et imposuerunt manus suas super eos. Et sacerdotes immolauerunt eos, et expiauerunt sanguinem

A nem eorum ad altare, & expiauerunt pro omni Iſrael: quoniã dixit rex, pro omni Iſrael ^η^ holoçauſtoſis, & quæ pro peccato. Et ſtatuit Leuitas in domo Domini in cymbalis, & in nablis, & in citharis iuxta mandatũ Dauid regis, & Gad, qui erat videns regi, & Nathan prophetæ: quoniam per mandatũ Domini ^θ^ præceptum in manu prophetarum. Et ſteterũt Leuitæ in organis Dauid, & ſacerdotes tubis. Et dixit Ezecias, offerre holocauſtoſim ſuper altare. Et in incipiendo offerre holocauſtoſim, ceperunt cantare Domino, & tubæ ad organa Dauid regis Iſrael. Et vniuerſa eccleſia adorabat, & cantores cantantes, & tubæ clangentes; quoaduſque conſummata eſt holocauſtoſis. Et vt conſummauerunt offerentes; flexit ſe rex, & omnes ^ι^ inuenti, & adorauerunt. Et dixit Ezecias rex, & B principes Leuitis, laudare Dominum in ſermonibus Dauid, & Aſaph prophetæ. Et laudabant in lætitia, & procubuerunt, & adorauerunt. Et reſpondit Ezecias, & dixit: Nunc impleſtis manus veſtras Domino: adducite, & afferte ſacrificia ^κ^ laudationis in domum Domini. Et obtulit Eccleſia ſacrificia, & laudationes in domum Domini, & omnis promptus corde holocauſtoſes. Et fuit numerus holocauſtoſis, quam obtulit Eccleſia, vituli ſeptuaginta, arietes centum, agni ducenti: in holocauſtoſim Domino omnia hæc. Et ſanctificati vituli ſexcenti, oues ter mille: Sed ſacerdotes fuerunt pauci, & non potuerunt excoriare holocauſtoſim: & adiuuerunt eos fratres eorum Leuitæ: quoaduſque cõſummatum C eſt opus, & quoaduſque purificati ſunt ſacerdotes: quoniam Leuitæ prompte ^λ^ purificabant præ ſacerdotibus. Et holocauſtoſis multa in adipibus conſummationis ipſius ſalutaris, & libaminum holocauſtoſis. Et directum eſt opus in domo Domini. Et lætatus eſt Ezecias, & omnis populus, quia parauerat Deus populo. Nam ſubito factum eſt verbum.

α Audite.] *Compl. addit*, me. β Percuſsi ſunt.] *Eadem* ἔπεσον, corruerunt. γ Quod & nunc eſt. Pro his nunc.] *In aliquot libris eſt*, καὶ νῦν εἰσὶν ἐπὶ τούτοις. νῦν οὖν θέσθε ἐπὶ καρδίας ὑμῶν, τοῦ διαθέσθαι διαθήκην μετὰ κυρίου θεοῦ ἰσραήλ, & nunc ſunt pro his: Nunc igitur ponite ſuper corda veſtra, diſponere teſtamentum cum Domino Deo Iſrael. *Compl. habet tantum*, ἕνεκεν τούτου ἐγένετο ἐπὶ καρδίας μου, τοῦ διαθέσθαι διαθήκην τῷ κυρίῳ θεῷ D ἰσραήλ. Propter hoc factum eſt ſuper cor meum diſponere teſtamentum Domino Deo Iſrael. δ Et Ioadam, hi filij Ioachà.] *Compl.* καὶ ὠδαὰμ ὁ τοῦ ἰωάχ, & Odaam filius Ioach. ε Et in atrium domus Domini.] *Hæc à Theodoreto non referuntur. A Compl. abeſt illud* & ζ Tertia decima.] *In nonnullis eſt* ἑκκαιδεκάτῃ ſextadecima, *& ſic vulgata.* η Holocauſtoſis, & pro peccato.] *Propius quodammodo ad phraſim hebræam, quam quod eſt in Compl. & apud Theodoretum*, προσενεχθῆναι τὰ ὁλοκαυτώματα, καὶ τὰ περὶ ἁμαρτίας, vt offerentur holocauſta, & quæ pro peccato. θ Præceptum in manu prophetarum.] *Theodoretus* τὸ πρόσταγμα ἦν ἐν χειρὶ τῶν προφητῶν αὐτοῦ, præceptum erat in manu prophetarum eius. ι Inuenti.] *Compl. addit* σὺν αὐτῷ, cum eo. κ Laudationis.] *Sic pſal. 55.* ἃς ἀποδώσω αἰνέσεως. *& in aliquot latinæ editionis libris.* Quæ reddam laudationis. *In margine libri Vaticani ſcriptum eſt* καὶ αἰνέσεις, & laudationes, *atque ita paulo poſt eſt in Vaticano ipſo, vbi vulg.* καὶ αἰνέσεως, *præter Compl. a qua eo loco abeſt vtrũque.* λ Purificabant præ ſacerdotibus.] παρὰ τοὺς ἱερεῖς, *Theodoretus* ἡγιάσθησαν περὶ, ſanctificati ſunt circa ſacerdotes. *Compl.* ἡγιάσθησαν παρὰ, ſanctificati ſunt præ ſacerdotibus.

E

CAP. XXX.

ET miſit Ezecias ad omnem Iſrael, & Iuda: & epiſtolas ſcripſit ad Ephræm, & Manaſſe, vt veniret in domum Domini in Hieruſalem, ad faciendum Phaſec Domino Deo Iſrael. Et conſilium inijt rex, & principes, & omnis Eccleſia in Hieruſalẽ facere Phaſec menſe ſecundo. Non enim potuerant facere illud in tempore illo; quoniam ſacerdotes non erant ſanctificati ſufficientes: & populus non conuenerat in Hieruſalem. Et placuit verbũ corã rege,

&coram

&coram Ecclesia. Et statuerunt verbum ad trāsmittendum preconium in omnem Israel, a Bersabee vsque Dan, vt venientes facerent Phasec Domino Deo Israel in Hierusalē: quoniā multitudo non fecerat secundū scripturā. Et iuerunt cursores cū epistolis a rege, & principibus in omnē Israel, & Iudā iuxta præceptum regis, dicentes: Filij Israel reuertite ad Dominū Deum Abraham, & Isaac, & Israel: & ᵅ redire facite eos, qui euaserunt, qui relicti sunt a manu regis Assur. Et nolite fieri sicut patres vestri, & fratres vestri, qui recesserunt a Domino Deo patrum suorum: & tradidit eos in desolationem, sicut vos videtis. Et nunc nolite obdurare ᵝ corda vestra, sicut patres vestri: date gloriā Domino Deo: & introite in sanctuarium eius, quod sanctificauit in seculum: & seruite Domino Deo vestro: & auertet a vobis furorem iræ. Quoniam in reuertendo vos ad Dominum, fratres vestri, & filij vestri erunt in miserationibus coram omnibus, qui captiuarunt eos, & redire faciet in terram hanc: quoniam misericors, & miserator Dominus Deus noster: & non auertet faciem suam ᵞ a vobis, si reuerterimus ad eum. Et fuerunt cursores transeuntes ciuitatē e ciuitate in monte Ephræm, & Manasse, & vsque Zabulon. Et fuerunt sicut irridētes eos, & subsannantes. Sed viri Aser, & de Manasse, & de Zabulon confusi sunt: & venerunt in Hierusalem, & in Iuda. Et facta est manus Domini ad dandum eis cor vnum veniendi, ad faciendum secundum præcepta regis, & principum in verbo Domini. Et congregati sunt in Hierusalem populus multus ad faciendum festiuitatem azymorum in mense secundo, ecclesia multa valde. Et surrexerunt, & diruerunt altaria, quæ in Hierusalem: & omnia, in quibus adolebant falsis, demoliti sunt, & proiecerunt in torrentem Cedron. Et immolauerunt Phasec quartadecima mensis secundi. Et sacerdotes, & Leuitæ confusi sunt, & ᵟ purificauerunt, & intulerunt holocaustomata in domum Domini. Et steterunt super stationem suam, iuxta iudicium suum, iuxta mandatū Moysi hominis Dei. Et sacerdotes accipiebant sanguines de manu Leuitarum. Quoniam multitudo Ecclesiæ non erat purificata; & Leuitæ fuerunt ad immolandum Phasec omni, qui non potuerat purificari Domino. Quoniam plurima pars populi ab Ephræm, & Manasse, & Issachar, & Zabulon non purificauerunt, sed manducauerunt Phasec ᵉ præter scripturam. ᶻ Hoc & deprecatus est Ezecias pro eis, dicens: Dominus bonus propitietur pro omni corde dirigente ad exquirendum Dominū Deum patrum suorum, & non secundum purificationem sanctorum. Et exaudiuit Dominus Ezeciam, & sanauit populum. Et fecerunt filij Israel, qui inuenti sunt in Hierusalem, festiuitatem azymorum septem diebus in lætitia magna, & hymnos dicentes Domino, diem per diem: & sacerdotes, & Leuitæ in ⁿ organis Domino. Et locutus est Ezecias ad omne cor Leuitarum, & intelligentium intellectum bonum Domino. Et consummauerunt festiuitatem azymorum septem diebus, sacrificantes sacrificium salutaris, & confitentes Domino Deo patrum suorum. Et deliberauit Ecclesia simul facere septem dies alios. Et fecerunt septem dies in lætitia: Quoniam Ezecias primitias obtulit ipsi Iuda, ipsi Ecclesiæ mille vitulos, & septem mille oues: & principes obtulerunt primitias populo vitulos mille, & oues decem mille, & ᶿ sancta sacerdotum in multitudine. Et lætata est omnis Ecclesia, sacerdotes, et Leuitæ, et omnis Ecclesia Iuda, et qui inuenti sunt de ᶥ Hierusalem, & proselyti, qui venerant de terra Israel,

A Israel & habitantes Iuda. Et facta est lætitia magna in Hierusalem. A diebus Salomon filij Dauid regis Israel non facta est talis festiuitas in Hierusalem. Et surrexerunt sacerdotes Leuitæ; & benedixerunt populum: & exaudita est vox eorum: & venit deprecatio eorum ad habitaculum sanctum eius in cælum.

α Redire facite.] *Plerique* καὶ ἐπιστρέψει, & conuertet. β Corda.] *In plerisque* τοὺς τραχήλους ὑμῶν, ceruices vestras. γ Vobis.] *Alij* ἡμῶν, nobis, *hebræus habet* vobis, *sed sequitur*, si reuersi fueritis. δ Purificauerunt.] *Alij* ἡγνίσθησαν, purificati sunt, *aut*, ἡγιάσθησαν, sanctificati sunt. ε Præter scripturam.] *Compl. non fine mendo*, οὐ παρὰ non præter. ζ Hoc & deprecatus est.] τοῦτο καὶ προσηύξατο. *Nonnulli* ὃ καὶ προσηύξατο. quod & deprecatus est. *In alijs est tantum* καὶ προσηύξατο, Et deprecatus est. η Organis.] *Compl. addit* ἰσχύος, fortitudinis. θ Et sancta sacerdotum.] *Eadem* καὶ ἡγιάσθησαν τῶν ἱερέων, *quod vulgata*, sanctificata est ergo sacerdotum plurima multitudo. ι Hierusalem.] *Alij* ἰσραὴλ, Israel, *&* *Complut.* οἱ ἐλθόντες ἐξ ἰσραὴλ, qui venerant ex Israel.

B

CAP. XXXI.

ET postquam consummata sunt omnia hæc; egressus est omnis Israel, qui inuenti sunt in ciuitatibus Iuda: & cōtriuerūt statuas, & exciderunt lucos, & diruerunt excelsa: & aras de omni Iudæa, & Beniamin, & de Ephræm, & de Manasse vsque in finem. Et reuerterunt omnis Israel, vnusquisque ad hæreditatem suam, & ad ciuitates suas. Et ordinauit Ezecias vices sacerdotum, & Le-C uitarum, & vices cuiusque iuxta suum ministerium, sacerdotibus, & Leuitis ad holocaustosim, & ad sacrificium salutaris, & ad laudandum, & confitendum, & ministrandum in portis in α atrijs domus Domini. Et portio regis de substantia eius ad holocaustoses, matutinam, & vespertinam, & holocaustoses in sabbata, & in Neomenias, & in festiuitates scriptas in lege Domini. Et β dixerunt populo, habitantibus in Hierusalem, dare portionem sacerdotum, & Leuitarum, vt confortentur in ministeria domus Domini. Et postquā constituit γ verbum, abundanter dedit Israel primitias frumenti, & vini, & olei, & mellis: & omne genimen agri, & decimas omnes in multitudine attulerunt filij Israel, & Iuda. Et habitantes in ciuitatibus Iuda etiam ipsi attulerunt decimas vitulo-D rum, & ouium, & decimas δ caprarum: & sanctificauerunt Domino Deo suo. Et intulerunt, & posuerunt aceruos aceruos. In mense tertio ceperunt acerui fundari: & in mense septimo consummati sunt. Et venit Ezecias, & principes, & viderunt aceruos, et benedixerunt Dominum, et populum eius Israel. Et percunctatus est Ezecias sacerdotes, & Leuitas super aceruis. Et dixit ad eum Azarias sacerdos princeps in domo Sadoc, & dixit: Ex quo cœperūt primitiæ afferri in domum Domini; manducauimus, & bibimus, & reliquimus vsque ad multitudinem: quoniam Dominus benedixit populum suum: ε & reliquimus ad multitudinem hanc. Et dixit Ezecias adhuc parare pastophoria in domo Do-E mini. Et parauerunt, & attulerūt illuc primitias, & decimas in fide: & super eos præses Chonenias Leuita, & Semei frater eius succedens, & Ieiel, & Ozias, & Naeth, & Asael, & Ierimoth, & Iozabad, & Eliel, & Samachia, & Maath, & Banaias, & filij eius constituti per Choneniam, & Semei fratrem eius; sicut ordinauit Ezecias rex, & Azarias Dux domus Domini. Et Core filius Iemna Leuita ianitor ad orientem super dona ad dandum primitias Domini, & sancta sanctorum ζ per manum Odom, & Beniamin, & Iesus, et Semei, et Amarias, et Sechonias η per manum sacerdotum in fide, ad dandum fratribus suis secundum vices,

vices, iuxta magnum, et paruum, (præter fœturã masculinorum a triennio, et supra) omni ingredienti in domum Domini, in verbo dierum in die ad ministerium vicibus ordinationis suæ. Hæc distributio sacerdotum secundum domos patriarum: et Leuitæ in vicibus suis a vigesimo anno, et supra in ordinatione, θ ad distribuendum in omni fœtura filiorum suorum, et filiarum suarum, in omnem multitudinem: quoniam in fide purificauerant sanctum. Filijs ι Aaron fungentibus sacerdotio, et qui de ciuitatibus eorum in omni ciuitate, et ciuitate, viri, qui nominati sunt in nomine, ad dandum partem omni masculino in sacerdotibus, et omni adnumerato in Leuitis. Et fecit sic Ezecias in omni Iuda, et fecit bonum, et κ rectum coram Domino Deo suo. Et in omni opere, quod cœpit in opificio in domo Domini, et in lege, et in præceptis exquisiuit Deum suum ex tota anima sua: et fecit, et prosperatus est.

α In atrijs.] *Alii* αὐλῆς, atrij, *quod videtur in vulg. esse*, in portis castrorum. *Compl. autem*, καὶ ἐν ταῖς αὐλαῖς, & in atriis. β Dixerunt.] *Complutensis*, καὶ εἶπεν ἐζεκίας, & dixit Ezecias. *Ab hebræo abest dictio*, Ezecias. γ Verbum.] *Hic etiam addit*, Ezecias. *In hebræo est*, cum multiplicatum esset verbum: *quod vulgata explanauit*, Quod cum percrebuisset in auribus multitudinis. δ Caprarum, & sanctificauerunt.] αἰγῶν, καὶ ἡγίασαν. *Ita collati codices, & etiam Compl. quamuis hebræo magis responderet*, ἁγίων, ἃ ἡγίασαν, sanctorum, quæ sanctificauerunt. ε Ad multitudinem hanc.] ἐπὶ τὸ πλῆθος τοῦτο, *propius quodammodo ad phrasim hebræam, quàm quod est in alijs*, ἔτι τὸ πλῆθος τοῦτο, adhuc multitudinem hanc. ζ Per manum Odom.] *Est aliqua varietas in codicibus. Compl.* ἀδάν, Adan. *In hebræo est*, & ad manum eius Eden: *quod in vulgata*. Et sub cura eius Eden. η Per manum sacerdotum.] *Compl.* ἐν ταῖς πόλεσι διὰ χειρὸς τῶν ἱερέων, in ciuitatibus per manum sacerdotum. *In hebræo, & vulgata est tantum*, in ciuitatibus sacerdotum. θ Ad distribuendum.] *In aliis*, ἐν καταλογίαις, *in Compl.* ἐν τοῖς καταλογισμοῖς, in distributionibus. ι Filijs Aaron.] *Compl.* καὶ τοῖς υἱοῖς ἀαρὼν τοῖς ἱερατεύουσιν ἐν τοῖς ἀγροῖς, καὶ ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν, ἐν πάσῃ πόλει, καὶ πόλει. Et filijs Aaron fungentibus sacerdotio in agris, & in ciuitatibus suis, in omni ciuitate, & ciuitate, &c. *Vulgata*, sed et filiorum Aaron per agros, & suburbana vrbium singulorum dispositi erant, &c. κ Rectum.] *In Compl. additur*, καὶ τὸ ἀληθές, & verum, *vt vulgata*.

CAP. XXXII.

Et post verba hæc, et veritatem hanc venit Sennacherim rex Assyriorum: et venit super Iudam: et castrametatus est super ciuitates muratas: et dixit capi eas. Et vidit Ezecias, quia venit Sennacherim, et facies eius ad bellandum super Hierusalem. Et inijt consilium cum senioribus suis, et potentibus, obstruere aquas fontium, quæ erant extra ciuitatem: et simul confortauerunt eum. Et congregauit populum multum, et obstruxit aquas fontium, et fluuium distinguentem per ciuitatem, dicens: Ne veniat rex Assur, et inueniat aquam multam, α et confortetur. Et confortatus est Ezecias, & ædificauit omnem murum dirutum, et turres, et foris antemurale aliud: et firmauit plenitudinem ciuitatis Dauid, et apparauit arma multa. Et posuit principes belli super populum, et congregati sunt ad eum super plateam portæ vallis, et locutus est ad cor eorum, dicens: Confortamini, et viriliter agite, et ne timeatis, neque paueatis a facie regis Assur, et a facie vniuersæ gentis, quæ cum eo: quoniam nobiscum plures, quam cum eo. Cum eo brachia carnea: nobiscum autem Dominus Deus noster ad saluandum, et præliandum prælium nostrum. Et fiduciam cepit populus super verba Ezeciæ regis Iuda. Et post hæc misit Sennacherim rex Assyriorum pueros suos super Hierusalem: et ipse super Lachis, et omnis exercitus cum eo. Et misit ad Ezeciam regem Iuda, et ad omnem Iuda, qui in Hierusalem, dicens: Sic dicit Sẽnacherim rex Assyriorum: Super quo vos

A vos confisi estis, & sedebitis in obsidione in Hierusalem? Nonne Ezecias decipit vos ad tradēdum vos in mortem, & in famem, & in sitim, dicens: Dominus Deus noster saluabit nos de manu regis Assur? Nonne hic est Ezecias, qui circumabstulit altaria eius, & excelsa eius, & dixit ipsi Iuda, & habitantibus in Hierusalem, dicens: ante altare hoc adorabitis, & in eo adolebitis? Nonne cognoscetis, quicquid feci ego, & patres mei omnibus populis regionum? Nunquid valentes valuerunt Dij gentium omnis terræ saluare populum suum de manu mea? Quis in omnibus Dijs gentium harum, quas exterminarunt patres mei? β Nunquid potuerunt saluare populum suum de manu mea, quia poterit Deus

B vester saluare vos de manu mea? Nunc igitur ne decipiat vos Ezecias, & ne confidere vos faciat γ secundū hæc, & ne credatis ei: quia non δ poterit Deus omnis gentis, & regni saluare populum suum de manu mea, & de manu patrū meorum: quia Deus vester non saluabit vos de manu mea. Et adhuc locuti sunt pueri eius super Dominum Deum, & super Ezeciam puerum eius. Et librum scripsit ad exprobrandum Dominum Deum Israel, & dixit de eo dicens: Sicut Dij gentiū terræ non eruerunt populos suos de manu mea; sic non eruet Deus Ezeciæ populum suum de manu mea. Et clamauit voce magna iudaice ad populū Hierusalem, qui super murum ad • auxiliandum ipsis, & deijciendum, vt capiant ciuitatem. Et locutus est super Deum Hierusalem, sicut & super Deos po

C pulorum terræ opera manuū hominum. Et deprecatus est Ezecias rex, & Esaias filius Amos propheta pro his: & clamauerunt in cælum. Et misit Dominus angelum, & attriuit omnem potentem, & bellatorem, & principem, & ducem in castris regis Assur. Et reuertit cum confusione faciei in terram suam: & venit in domum Dei sui. Et de ijs, qui exierant de ventre eius, deiecerūt eum in gladio. Et saluauit Dominus Ezeciam, & habitātes in Hierusalem de manu Sennacherim regis Assur, & de manu omnium: & requiem dedit eis in circuitu. Et multi afferebant dona Domino in Hierusalem, & munera Ezeciæ regi Iuda. Et exalta-

D tus est ad oculos omnium gentium post hæc. In diebus illis ægrotauit Ezecias vsque ad mortem, & deprecatus est ad Dominum: & exaudiuit: & signum dedit ei. Et non secundum retributionem, quam dederat ei, retribuit Ezecias: sed exaltatum est cor eius: & facta est super eum ira, & super Iudam, & Hierusalem. Et humiliatus est Ezecias ab altitudine cordis sui, ipse, & habitantes Hierusalem. Et non superuenit super eos ira Domini in diebus Ezeciæ. Et factæ sunt Ezeciæ diuitiæ, & gloria multa valde. Et thesauros fecit sibi argenti, & auri, & lapides preciosi, & ad aromata, & ζ armamentaria, & ad vasa desiderabilia, & ciuitates ad genimina frumēti, & vini, & olei, et pagos, & præsepia omnis pecoris, & mandras ad greges, & ciuitates, η quas ædificauit sibi, & apparatū ouiū,

E & boum in multitudine: quoniam dedit ei Dominus apparatum multum valde. Ipse Ezecias obstruxit exitum aquæ Gion supra: & direxit eas deorsum ad Africum ciuitatis Dauid. Et prosperatus est Ezecias in omnibus operibus suis. Et sic θ legatis principum de Babylone, qui missi fuerant ad eum ad percunctandum ab eo prodigium, quod factum fuerat super terram, dereliquit eum Dominus ad tentandum eum, ad sciendum, quæ in corde eius. Et reliqua verborum Ezeciæ, & misericordia eius, ecce scripta sunt in prophetia Esaiæ filij Amos prophetæ, & in libro regum Iuda, & Israel. Et dormiuit Ezecias cum pa-

tribus suis: & sepelierunt eum in ascensione sepulchrorum filiorum Dauid. Et gloriam,& honorẽ dederunt ei in morte eius omnis Iuda,& habitantes in Hierusalem. Et regnauit Manasses filius eius pro eo. A

α Et confortetur.] *Hæc absunt ab hebræo.* β Nunquid potuerunt.] *Compl.* ὃς ἠδυνάσθη qui potuerit. γ Secundum hæc.] *Eadem,* μηδὲ ἐλπιζέτω ὑμᾶς ἐπὶ τούτῳ, neque incitet vos in hoc. δ Quia non poterit,] *Est hebraismus ac significat tamen,* si nullus Deus potuit; neque vester poterit. *Compl* ὅτι εἰ μὴ ἐδυνήθη, quia non potuit. *Sed sequentia non videntur carere mendo,* καὶ πῶς ὅτι ὁ Θεὸς ὑμῶν οὐ μὴ ῥύσεται, *&c.* ε Ad auxiliandum ipsis.] τοῦ βοηθῆσαι αὐτοῖς, *Ita in vetustis codicibus, qui collati sunt. Sed in Compl.* τοῦ φοβῆσαι αὐτούς, ad terrendos eos. ζ Armamentaria.] *In Compl. sequitur,* ἐποίησε, καὶ πᾶσι τοῖς σκεύεσι τῆς ἐπιθυμίας ἀποθήκας, fecit,& omnibus vasis desiderij apothecas. *In hebræo omnia pendent ab illo,* fecit thesauros. η Quas.] *Istud* ἃς *abest à Compl.* θ Et sic legatis.] *Ita fere hebræus. In Compl. eodem sensu,* καὶ οὕτως ἐν ταῖς πρεσβείαις, & sic in legationibus. B

CAP. XXXIII.

ERAT duodecim annorum Manasses in regnando ipsum: & quinquaginta quinque annos regnauit in Hierusalem. Et fecit malum in conspectu Domini de omnibus abominationibus gentium, quos exterminauit Dominus à facie filiorum Israel. Et reuertit,& ædificauit excelsa, quæ diruerat Ezecias pater eius,& erexit statuas ipsis Baalim, & fecit lucos, & adorauit omnem militiã cæli,& seruiuit eis. Et ædificauit altaria in domo Domini, vbi dixit Dominus, in Hierusalem erit nomen meum in seculum. Et ædificauit altaria omni militiæ cæli in ambobus atrijs domus Domini. Et ipse traduxit filios suos in Ge Benennom. Et obseruabat vaticinationes,& augurabatur,& inseruiebat veneficijs:& fecit ventriloquos,& incãtatores:& multiplicauit ad faciendũ malũ ante Dominum, ad irritandum eum. Et posuit sculptile, fusile, imaginẽ, quam fecit in domo Dei, vbi dixit Deus ad Dauid,& ad Salomon filium eius, in domo hac,& Hierusalem, quam elegi ex omnibus tribubus Israel, ponam nomen meum in seculum: & non adijciam commouere pedem Israel de terra, quam dedi patribus eorum; tantummodo si custodierint facere omnia, quæ mandaui eis secundum legem,& præcepta,& iudicia in manu Moysi. Et seduxit Manasses Iudam,& habitantes in Hierusalem, ad faciendum malum super omnes gẽtes, quas abstulit Dominus à facie filiorũ Israel. Et locutus est Dominus ad Manasse,& ad populũ suũ.& non exaudierunt. Et adduxit Dominus super eos principes virtutis regis Assur:& ceperunt Manasse in vinculis, & ligauerunt eum in compedibus, et adduxerunt in Babylonem. Et vt tribulatus est, exquisiuit faciẽ Dei Domini sui: et humiliatus est valde à facie Dei patrũ suorũ. Et deprecatus est ad eũ: et exaudiuit eum, et exaudiuit clamorem eius, et reduxit eũ in Hierusalẽ in regnũ ipsius. Et cognouit Manasses, quia Dominus ipse est Deus. Et post hæc ædificauit murũ extra ciuitatem Dauid ab Africo α ad Austrũ in torrente, et ad introitum, qui per portam piscium β egredientibus portã in circuitu, et in Opel, et exaltauit valde: et constituit principes virtutis in omnibus ciuitatibus muratis in Iuda. Et circumabstulit Deos alienos, et sculptile è domo Domini, et omnia altaria, quæ ædificauerat in mõte domus Domini, et in Hierusalẽ, et γ extra ciuitatem. Et instaurauit altare Domini, et super illud sacrificauit sacrificium salutaris, et laudationis. Et dixit ad Iudã, seruire Domino Deo Israel. Verumtamen adhuc populus super excelsa sacrificabat, dũtaxat Domino Deo suo. Et

C D E

A suo. Et reliqua verborum Manasse, & deprecatio eius ad Deum, & verba videntium, qui loquebantur ad eum in nomine Dei Israel, ecce super verba [δ] deprecationis eius, & exaudiuit eum, & omnia peccata eius, & rebelliones eius, & loca, in quibus ædificauit in eis excelsa, & statuit ibi lucos, & sculptilia, antequã reuerteret, ecce scripta sunt super sermones videntium. Et dormiuit Manasses cum patribus suis: & sepelierunt eum in horto domus eius. Et regnauit pro eo Amon filius eius. Erat annorum viginti & duorum in regnando ipsum: & duos annos regnauit in Hierusalem. Et fecit malum in conspectu Domini: sicut fecerat Manasses pater eius, & omnibus idolis, quæ fecerat Manasses pater eius, B immolabat, & seruiuit eis. Et non est humiliatus ante Dominum, sicut humiliatus est pater eius: quoniam filius eius multiplicauit delictum. Et coniurarunt in eum pueri eius, & percusserunt eum in domo eius. Et percussit populus terræ eos, qui coniurarant super regem Amon: & regnare fecit populus terræ Iosiam filium eius pro eo.

[α] Ad Austrum.] *Compl.* τοῦ γαιών, *& vulgata*, Gion. [β] Egredientibus portam in circuitu, & in Opel, & exaltauit valde.] *Alii quidam*, καὶ περιεκύκλωσε τὸ ἄδυτον ἐκπορευομένων τὴν πύλην τὴν κυκλόθεν, καὶ ἔθετο εἰς αὐτὴν ὅπλα, καὶ ὕψωσεν αὐτὴν σφόδρα, & circundedit adytum egredientium portam in circuitu, & posuit in ea arma, & exaltauit eam valde: *quæ vt nonnihil perturbata fortasse sint, habent tamen aliquid, quod respondeat hebræo: in quo illud significatur, Manassem muro circundedisse Ophel, id est locum altum, & arcem, eamque* C *valde in altum extulisse.* [γ] Et extra.] *Compl* καὶ ἐξέβαλεν ἔξω, & proiecit extra, *vt vulgata*. [δ] Deprecationis eius, & exaudiuit eum.] *Alii*, καὶ ὡς ἐπήκουσεν, & quomodo exaudiuit. *Sed Compl. integrius*, βασιλέων ἰσραὴλ, καὶ ἡ προσευχὴ αὐτοῦ, καὶ ὡς ἐπήκουσεν αὐτοῦ, regum Israel, & deprecatio eius, & quomodo exaudiuit eum.

CAP. XXXIV.

ERAT octo annorum Iosias in regnando ipsum: & triginta & vnum annum regnauit in Hierusalẽ. Et fecit rectum coram Domino, & ambulauit in vijs Dauid patris sui, & nõ declinauit dextrorsum, & sinistrorsum. Et in octauo anno regni sui (& ipse adhuc puerulus) cœpit exquirere Dominũ D Deum Dauid patris sui. Et in duodecimo anno regni sui cœpit mundare Iudam, & Hierusalem ab excelsis, & lucis, & ab [α] aris, & a sculptilibus. Et diruit, quæ ad faciem eius, altaria ipsorum Baalim, & excelsa, quæ super ea: & excidit lucos, & sculptilia, & fusilia contriuit, & comminuit, & proiecit super faciem monumentorum sacrificantium eis. Et ossa sacerdotum combussit super altaria: & mundauit Iudam, & Hierusalem, & in ciuitatibus Manasse, & Ephræm, & Symeon, & Nephthali, & locis eorum in circuitu: & diruit altaria, & lucos, & idola concidit comminuta, & omnia excelsa excidit ab omni terra Israel: & reuertit in Hierusalem. Et in anno decimo octauo regni sui [β] mun-E dando terram, & domum, misit Saphan filium Eselia, & Maasa principem ciuitatis, & Iouach filium Ioachaz a commentarijs ipsius ad fulciendam domum Domini Dei sui. Et venerunt ad Chelciam sacerdotẽ magnũ: & dederũt argentũ illatũ in domũ Dei, quod congregarunt Leuitæ custodiẽtes portã de manu Manasse, & Ephræm, & principum, & de omni residuo in Israel, & de filijs Iuda, & Beniamin, & habitantibus in Hierusalem. Et dederunt illud in manum faciẽtium opera, qui præfecti in domo Domini: & dederunt illud facientibus opera, qui faciebant in domo Domini ad parandam, & firmandam domum. Et de-

derunt fabris, & ædificatoribus ad emendum lapides quatuor pedum, & ligna in trabes ad tegendum domos, quas exterminarant reges Iuda. Et viri in fide super opera: & super eos visitatores Ieth, & Abdias Leuitæ ex filijs Merari, & Zacharias, & Mosollam ex filijs Caath ad visitandum, & omnis Leuita, & omnis intelligens in organis canticorum. Et super baiulos, & super omnes facientes opera, opificio, & opificio. Et ex Leuitis scribæ, & iudices, & ianitores. Et in efferendo ipsos argentum illatum in domum Domini, inuenit Chelcias sacerdos librum legis Domini per manũ Moysi. Et respondit Chelcias, & dixit ad Saphan scribam: Librum legis inueni in domo Domini. Et dedit Chelcias librum ipsi Saphan. Et intulit Saphan librum ad regem: & retulit adhuc regi verbũ: Omne quod datũ est argentum in manu puerorum tuorum, qui faciunt, & fuderunt argentum inuentum in domo Domini, & dederunt in manum visitatorum, & in manum facientium opificium. Et annunciauit Saphan scriba regi, dicens: Librum dedit mihi Chelcias sacerdos. Et legit illum Saphan coram rege. Et factum est, vt audiuit rex verba legis; & discidit vestimenta sua: & mandauit rex Chelciæ, & Achicam filio Saphan, & Abdom filio Michææ, & ipsi Saphan scribæ, & Asaia puero regis, dicens: Ite, quærite Dominum, pro me, & pro omni, qui remansit in Israel, & Iuda de verbis libri inuenti: quoniam magnus furor Domini accensus est in nobis; eo quod non exaudierunt patres nostri verba Domini ad faciendum secundum omnia, quæ scripta sunt in libro hoc. Et iuit Chelcias, & quibus dixit rex, ad Oldam prophetissam vxorem Sellum filij Thecoe filij Aras, custodientem mandata: & ipsa habitabat in Hierusalem in Masanæ: & locuti sunt ei secundum hæc. Et dixit eis: Sic dixit Dominus Deus Israel: Dicite viro, qui misit vos ad me: Sic dicit Dominus: Ecce ego induco super locum hunc mala, omnia verba scripta in libro aperto coram rege Iuda; pro eo quod dereliquerunt me, & sacrificauerunt Dijs alienis, vt irritarent me in omnibus operibus manuum suarum. Et accensus est furor meus in locum istum, & non extinguetur. Et ad regem Iuda, qui misit vos ad exquirendum Dominum, sic dicetis ei: Sic dicit Dominus Deus Israel: Verba quæ audisti, & confusum est cor tuum, & humiliatus es a facie mea, in audiendo te verba mea super locum istum, & super habitantes eum, & humiliatus es ante me, & discidisti vestimenta tua, & plorasti coram me; & ego audiui, dicit Dominus. Ecce appono te ad patres tuos: & apponeris ad monumenta tua in pace: & non videbunt oculi tui in omnibus malis, quæ ego induco super locum istũ, & super habitantes eum. Et retulerunt regi sermonem. Et misit rex, & congregauit seniores Iuda, & Hierusalem. Et ascendit rex in domum Domini, & omnis Iuda, & habitantes Hierusalem, & sacerdotes, & Leuitæ, & omnis populus a paruo vsque ad magnum: & legit in auribus eorum omnia verba libri testamenti inuenta in domo Domini. Et stetit rex super columnam, & disposuit testamentum coram Domino, ambulandi in conspectu Domini, custodiendi mandata eius, & testimonia, & præcepta eius in toto corde, & in tota anima, ad faciendum verba testamenti scripta in libro isto. Et fecit stare omnes inuentos in Hierusalem, & Beniamin; & fecerunt inhabitantes Hierusalem, testamentum in domo Domini Dei patrum suorum. Et cicumabstulit Iosias omnes abominationes de omni terra, quæ erat filiorum Israel: & fecit omnes

A omnes inuentos in Hierusalem, & in Israel seruite Domino Deo ipsorum, omnibus diebus ipsius, non declinauit a post Dominum Deum patrum ipsius.

α Aris.] *Hac visum est posse significare τῶν θελωμίων, quod in Compl. est τῶν βωμῶν quamuis vulgata hoc loco videatur habere* simulachris. *Sed in Compl. sequitur*, καὶ τῶν γλυπτῶν, καὶ τῶν χωνευτῶν, & sculptilibus, & fusilibus: *& redundat aliquid.* β Mundabo terram.] *Sic hebræus: ac videtur tamen idem significari, atque in vulg.* mundata iam terra, & templo Domini. *Sed in aliis est*, ὅτε ἐκέλευσε τοῦ καθαρίσαι, quando iusserat mundari. *Compl. autem longius à sententia*, ἐκέλευσε τοῦ καθαρίσαι τὸν οἶκον, καὶ τὴν γῆν, καὶ ἀπέστειλεν, iussit mundari domum, & terram: & misit. γ In fide super opera.] *Compl.* ἐποίουν ἐν πίστει οἱ ἐπὶ τῶν ἔργων, faciebant in fide, qui super opera. δ Ad visitandum.] *Eadem*, ἐπισπουδάζειν ad vrgendum. ε Opificio, & opificio.] *Respondet hebræo, ac significat*, in singulo quoque opere. *Compl.* εἰς ἐργασίαν. ad opificium. ζ Omne quod datum est argentum.] *Alii*, λέγων, πᾶν ἀργύριον ἀποδοθὲν ἐν χειρὶ τῶν παίδων σου τῶν ποιούντων τὸ ἔργον, omne argentum datum est in manu puerorum tuorum facientium opus, *hebræus habet*, omne quod datum est in manu puerorum tuorum ipsi faciunt. η Custodientem mandata.] *Compl.* τοῦ ἱματιοφύλακος, custodis vestium, *vt etiam nostra 4. reg. 22 In aliquot autem libris hic vtrumque coniungitur*, τοῦ ἱματιοφύλακος φυλάσσοντος τὰς ἐντολάς. θ Inuenta.] *Compl.* τοῦ εὑρεθέντος, inuenti.

CAP. XXXV.

ET fecit Iosias α Phasec Domino Deo suo: & immolauit Phasec quartadecima die mensis primi. Et statuit sacerdotes super custodias ipsorum: & confortauit eos ad opera domus Domini. Et dixit Leuitis potentibus in omni Israel, vt ipsi sanctificarētur β Domino. Et posuerunt arcam sanctam in domum, quam ædificauerat Salomon filius Dauid regis Israel. Et dixit rex: Nō est vobis super humeros tollere quicquā. Nunc igitur ministrate Domino Deo vestro, & populo eius Israel: & paramini secundū domos patriarum vestrarum, & secundum vices vestras, iuxta scripturam Dauid regis Israel, & per manū Salomon filij eius. Et state in domo secundum diuisiones domorum patriarū vestrarum fratribus vestris filijs populi, & pars domus patriæ ipsis Leuitis. Et immolate Phasec, γ & præparate fratribus vestris ad faciendum iuxta verbum Domini per manū Moysi. Et primitias dedit Iosias filijs populi oues, & agnos, & hœdos de filijs caprarum, omnia ad Phasec, & δ omnes inuentos ad numerum, triginta millia, & vitulorum tria millia. Hæc de substantia regis. Et principes eius dederunt primitias populo, & sacerdotibus, & Leuitis. Dedit autem Chelcias, & Zacharias, & Ieiel principes ε sacerdotibus domus Dei, & dederūt in Phasec oues, & agnos, & hœdos duo millia sexcenta, & vitulos trecentos. Et Chonenias, & Banæas, & Samæas, & Nathanael frater eius, & Asabias, & Iieiel, & Iozabad principes Leuitarum dederunt primitias Leuitis in Phasec oues quinque millia, & vitulos quingentos. Et directum est ministerium: & steterunt sacerdotes super stationem suam, & Leuitæ super diuisiones iuxta mandatum regis. Et immolauerunt Phasec, & effundebant sacerdotes sanguinem de manu eorum, & Leuitæ excoriabant. Et parauerunt holocaustosim ad tradendum eis secundum diuisionem per domos familiarum filijs populi, ad offerendum Domino, sicut scriptum est in libro Moysi. Et sic in mane. Et assauerunt Phasec in igni iuxta iudicium: & sancta coxerunt in æneis, & in lebetibus: & prosperatum est. & currere fecerunt ad omnes filios populi. Et ζ postquam parauerunt sibi, & sacerdotibus: quoniam sacerdotes in offerendo holocaustomata, & adipes vsque ad noctem: & Leuitæ parauerunt eis, & fratribus ipsorum filijs Aaron. Et psalmorum cantores filij Asaph super stationem suam secundum mandata Dauid, & Asaph, & Æman, & Idithom η prophetæ regis.

 Et prin-

Et principes, & ianitores portæ, & portæ: non erat eis moueri a ministerio sanctorum: quoniam fratres eorum Leuitæ parauerant eis. Et directum est, θ & paratum est omne ministerium Domini in die illa ad faciendum Phasec, & offerendum holocaustomata super altare Domini iuxta mandatum regis Iosiæ. Et fecerunt filij Israel, qui inuenti sunt, Phasec in tempore illo, & festiuitatem azymorum septem diebus. Et non est factum Phasec simile ei in Israel: a diebus Samuel prophetæ, & ι omnis regis Israel non fecerunt Phasec, quod fecit Iosias, & sacerdotes, & Leuitæ, & omnis Iuda, & Israel, qui inuentus est, & habitantes in Hierusalē Domino. Decimo octauo anno regni Iosiæ factum est Phasec hoc. A

κ Post hæc omnia, quæ fecit Iosias in domo, & vētriloquos, & gnostas, & Theraphim, & idola, & Caresim, quæ erant in terra Iuda, & in Hierusalem, cōbussit rex Iosias, vt statueret verba legis scripta super librū, quē inuenit Chelcias sacerdos in domo Domini. Similis ei non fuit ante eum, qui reuertit ad Dominum in toto corde suo, & in tota anima sua, & in tota fortitudine sua secundum omnem legē Moysi: & post eum non surrexit similis. Verumtamen non est auersus Dominus ab ira furoris sui magni, quo iratus erat furore Dominus in Iuda super omnes irritationes eius, quibus irritauit Manasses. Et dixit Dominus: Etiā Iudam amouebo a facie mea; sicut amoui Israel: & repuli ciuitatem, quam elegeram, Hierusalem, & domum, quam dixeram, erit nomen meum illic. B

Et ascendit Pharao Nechao rex Ægypti super regem Assyriorum ad flumen λ Euphratem. Et iuit rex Iosias in occursum ei. Et misit ad eum nūcios, dicens: Quid mihi, & tibi rex Iuda? Non super te venio hodie μ ad bellandum bellum: & [illegible]eus dixit festinare me. ν Attende a Deo, qui mecum, ne corrumpat te. Et non auertit Iosias faciem suam ab eo: sed ad impugnandum eum confortatus est: & non audiuit verba Nechao per os Dei: et venit ad pugnandum in campo Mageddò. Et sagittauerunt sagittarij super regem Iosiam. Et dixit rex pueris suis: Educite me, quoniam laboraui valde. Et eduxerunt eum pueri eius de curru: et ascendere fecerunt eum super currum secundum, qui erat ei: et adduxerunt eum in Hierusalem: et mortuus est, et sepultus est cum patribus suis. Et omnis Iuda, et Hierusalē luxerunt super Iosiā. Et lamētatus est Hieremias super Iosiā: et dixerūt omnes principes, et dominatrices lamentationē super Iosiam vsque hodie: et dederunt eā in præceptum super Israel: et ecce scripta est super lamentationes. Et fuerāt reliqua verba Iosiæ, & ξ spes eius scripta in lege Domini: et verba eius prima, et nouissima ecce scripta in libro regum Israel, et Iuda. C D

α Phasec.] *Compl. addit*, in Hierusalem, *vt vulgata.* β Domino.] *In aliquot libris additur*, καὶ δοῦναι (*aut* καὶ τοῦ δοῦναι) τὴν κιβωτὸν τὴν ἁγίαν ἐν οἴκῳ κυρίου, & darent arcam sanctam in domo Domini. γ Et præparate.] *Alii*, καὶ τὰ ἅγια ἑτοιμάσατε, & sancta parate. *Vulgata ex hebræo*, præparate fratres vestros. δ Et omnes inuentos.] *Compl.* παντὶ τῷ εὑρισκομένῳ, omni, qui inueniebatur. ε Principes sacerdotibus domus Dei, & dederunt.] *Eadem* οἱ ἄρχοντες οἴκου τοῦ θεοῦ ἔδωκαν τοῖς ἱερεῦσιν, principes domus Dei dederunt sacerdotibus. ζ Et postquam parauerunt.] *Eadem*, καὶ μετὰ τοῦτο ἡτοίμασαν & post hæc parauerunt: *quod respondet vulgatæ.* η Prophetæ.] οἱ προφῆται, *Compl.* τῶν προφητῶν, prophetarum. *Vulgata ex hebræo habet* prophetæ, *in casu generandi.* θ Et paratum est.] *Abest à Compl. & vidētur duæ interpretationes* κατωρθώθη, *&* ἡτοιμάσθη. ι Et omnis regis.] *Alii*, καὶ πάντες βασιλεῖς, & omnes reges. κ Post hæc omnia.] *Pro his vsque ad illud*, Et ascendit Pharao. *Compl. babet tantum hæc*, καὶ μετὰ ταῦτα πάντα, ἃ ἡτοίμασεν ἰωσίας τὸν οἶκον, ἀνέβη φαραώ. Et post hæc omnia, quæ præparauit Iosias domum (*idest ad instaurandam domum*) ascendit Pharao, &c. *Quæ autem adduntur in nostra, & in aliis hoc loco; habita iam sunt. 4. reg. cap. 23. quæ loca conferre operæprecium fuerit: nam ex collatione deprehendetur, siquid errati in alterutro fuerit.* λ Euphratem.] *In Compl. additur*, τοῦ πολεμῆσαι αὐτὸν ἐν χαρχαμεῖς, *quæ in vulgata antecedunt*, ad pugnandum in Charchamis E

iuxta

A iuxta Euphratem. μ Ad bellandum bellum.] *In aliquot codicibus est,* πόλεμον ποιῆσαι, ἀλλ' ἐπὶ τὸν τόπον τοῦ πολέμου, *& Compl. addit* μου, ad faciendum bellum, sed super locum belli mei. ν Attende.] *Eadem addit* σὺ, tu. *hebræus potius,* tibi. ξ Et spes eius scripta.] *Eadem,* καὶ ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ, καὶ τὰ ἐλέη αὐτοῦ, καθὼς γέγραπται, & spes eius, & misericordia eius, sicut scriptum est. *Hebræus non habet,* & spes eius.

CAP. XXXVI.

ET assumpsit populus terræ Ioachaz filium Iosiæ, et vnxerunt eum, et constituerũt eum pro patre eius in regẽ super Hierusalẽ. Filius viginti et triũ annorum Ioachaz in regnando ipsum: et tres menses regnauit in Hierusalem: et nomen matris eius Amital filia Hieremiæ de Lobna. Et [a] fecit malum B in conspectu Domini secundum omnia, quæ fecerant patres eius. Et ligauit eum Pharao Nechao in Deblathà in terra Æmath, vt non ille regnaret in Hierusalem. Et transtulit eum rex in Ægyptum, et imposuit tributum super terram centum talenta argenti, et talentum auri. Et constituit Pharao Nechao ipsum Eliacim filium Iosiæ regem super Iuda pro Iosia patre eius: et commutauit nomen eius Ioacim. Et ipsum Ioachaz fratrem eius cepit Pharao Nechao, et introduxit eum in Ægyptum, et [β] mortuus est ibi. Et argentum, et aurum dedit Pharaoni. Tunc cœpit terra exigi argentum ad dandum argentum super os Pharaonis. Erat viginti et quinque annorum Ioacim in regnando ipsum, et vn- C decim annos regnauit in Hierusalem.

Et nomen matris eius Zechorà filia Neriæ de Rhamà. Et fecit malum corã Domino iuxta omnia, quæcumque fecerant patres eius. In diebus eius venit Nabuchodonosor rex Babylonis in terram: et fuit ei seruiens tres annos: et rebellauit ab eo. Et misit super eos Dominus Chaldæos, et agmina latronum Syrorum, et agmina latronum Moabitarum, et filiorum Ammon, et Samariæ: et recesserunt post verbum hoc iuxta verbum Domini in manu puerorũ eius prophetarum. Veruntamen furor Domini erat super Iudam ad remouendum eũ a facie sua propter peccata Manasse in omnibus, quæ fecerat, et in sanguine in- D nocente, quem effudit Ioacim, et impleuit Hierusalem sanguine innocente: et non voluit Dominus exterminare eos.

Et ascendit super eũ Nabuchodonosor rex Babylonis: et ligauit eũ in æreis compedibus, & abduxit eum in Babylonem. Et partem vasorum domus Domini asportauit in Babylonem, & posuit ea in templo suo in Babylone. Et reliqua verborum Ioacim, & omnia, quæ fecit, nonne ecce hæc scripta in libro verborum dierum regibus Iuda? Et [γ] dormiuit Ioacim cum patribus suis; & sepultus est in Ganozaè cum patribus suis. Et regnauit Iechonias filius eius pro eo. Octo annorum Iechonias in regnando ipsum: & tres menses, & decem dies re- E gnauit in Hierusalem. Et fecit malum in conspectu Domini. Et vertente anno misit rex Nabuchodonosor, & intulit eum in Babylonem cum vasis desiderabilibus domus Domini: & regnare fecit Sedeciam fratrem patris eius super Iudã, & Hierusalem. Annorum viginti filius, & vnius anni Sedecias in regnando ipsum: & vndecim annos regnauit in Hierusalem. Et fecit malum in conspectu Domini Dei sui: non est confusus a facie Hieremiæ prophetæ, & ex ore Domini in faciẽdo irrita erga regem Nabuchodonosor ea, quæ adiurauerat eum per Deum: & indurauit ceruicem suam, & cor suum confortauit ad non reuertendũ ad Dominum Deum Israel. Et omnes gloriosi Iuda, & sacerdotes, & populus terræ

terræ multiplicarunt præuaricari præuaricationes abominationum gentium: & polluerunt domum Domini, quæ in Hierusalem. Et misit Dominus Deus patrum eorum in manu prophetarum suorum, surgens diluculo, & mittens nuncios suos, quoniam erat parcens populo suo, & sanctuario suo. Et erant subsannantes nuncios eius, & spernentes verba eius, & illudentes in prophetis eius; donec ascendit furor Domini in populum suum; quoadusque non fuit curatio. Et adduxit super eos regem Chaldæorum: & occidit iuuenes eorum in gladio in domo sanctuarij eius: & non pepercit [δ] Sedeciæ; & virginum eorum non est misertus: & seniores eorum abduxit: omnia tradidit in manibus eorum. Et omnia vasa domus Dei magna, & parua, & thesauros domus Domini, & omnes thesauros regis, & magnatum, omnia intulit in Babylonem. Et incēdit domum Domini, & demolitus est murum Hierusalem, & palatia eius incendit in igni, & omne vas speciosum in perditionem. Et transtulit residuos in Babylonem, & fuerunt ei, & filijs eius in seruos vsque ad regnum Medorum, ad implendum verbum Domini per os Hieremiæ; donec susciperet terra sabbata sua ad sabbatizandum, omnibus diebus desolationis suæ [ε] sabbatizare in completionem annorum septuaginta. Anno primo Cyri regis Persarum, postquam impletum est verbum Domini per os Hieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum: & iussit prædicari in omni regno suo in scripto, dicens: Hæc dicit Cyrus rex Persarum omnibus regnis terræ. Dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse mandauit mihi ædificare domum ei in Hierusalem in Iudæa. Quis ex vobis ex omni populo eius; erit Deus eius cum eo, & ascendat.

[α] Et fecit malum.] *Pro his vsque ad illud*, & imposuit tributum, *in Compl. habentur tantum hæc*. Et transtulit eum rex Ægypti, vt non regnaret ille in Hierusalem. [β] Et mortuus.] *Et hæc vsque ad illud*, Erat (*aut, vt ipsa*, filius) viginti, & quinque, *absunt ab eadem, sicut etiam paulo post illa*, & nomen matris, *vsque ad illud*, Et ascendit: *sicut etiam à vulgata. Habentur autem in 23. & 24. cap. libri 4. Reg. licet non iisdē omnino verbis; quare conferenda sunt loca*. [γ] Et dormiuit Ioacim cum patribus suis, & sepultus est in Ganozaè cum patribus suis.] *Alii*, Ganozani. *Verum à Compl. & vulgata absunt omnia ista*. [δ] Sedeciæ.] *Eadem* τῶν νεανίσκων, iuuenibus. [ε] Sabbatizare.] *Alii* ἐσαββάτισεν, sabbatizauit.

ESDRAS

A

ESDRAS
LIBER I.

B

CAP. I.

ET fecit Iosias Pascha in Hierusalem Domino suo: & immolauit Pascha quartadecima die mensis primi, statuens sacerdotes per vices dierum, stolis amictos in templo Domini. Et dixit Leuitis sacris seruis Israel, vt sanctificarent se Domino, in positione sanctæ arcæ Domini, in domo, quã ædificauit Salomon filius Dauid rex: Non erit vobis tollere super humeros eam. Et nunc deseruite Domino Deo

C

vestro, & curam agite gentis illius Israel, & parate secundum patrias, & tribus vestras, secundum scripturam Dauid regis, & secundum magnificentiam Salomonis filij eius. Et stantes in templo secundum particulam principatus paternam vestram, Leuitarum, qui stant in conspectu fratrum vestrorum filiorum Israel, in ordine, immolate Pascha, & sacrificia parate fratribus vestris, & facite Pascha secundum præceptum Domini, quod datum est Moysi. Et donauit Iosias in plebẽ, quæ inuenta est, agnorum, & hœdorum triginta millia, vitulos tria millia Hæc de regalibus data sunt secundum promissionem populo, & sacerdotibus, & Leuitis. Et dedit Chelcias, & Zacharias, & [a] Syelus præsides tem-

D

pli sacerdotibus in Pascha oues duo millia sexcentum, vitulos trecentos. Et Iechonias, & Samaias, & Nathanael frater, & Asabias, & Ochielus, & Ioram Chiliarchi dederunt Leuitis ad Pascha oues quinq. millia, vitulos septingentos. Et hæc cum fierent eleganter, steterunt sacerdotes, & Leuitæ habentes azyma per tribus, & secundum partes principatus patrum in conspectu populi ad offerendum Domino secundum ea, quæ in libro Moysi scripta sunt. Et sic matutinum. Et assauerunt Pascha igni, prout oportebat, & hostias coxerũt in æneis & ollis cum beneolentia: et attulerunt omnibus, qui erant ex plebe. Et post hæc parauerunt sibi, et sacerdotibus fratribus suis filijs Aaron. Sacerdotes enim of-

E

ferebant adipes, vsque dum finita esset hora. Et Leuitæ parauerunt sibi, et sacerdotibus fratribus suis filijs Aaron. Et sacri cantores filij Asaph erant super ordinem suum secundum præcepta Dauid, et Asaph, et Zacharias, et [b] Eddinus, qui erat a rege: Et ostiarij per singulas ianuas, ita vt non præuaricaretur vnusquisque suam vicem: fratres enim illorum Leuitæ parauerunt illis. Et consummata sunt quæ pertinebant ad sacrificium Domini agendi Pascha, et offerendi hostias super Domini altar, esecundum præceptum regis Iosiæ. Et egerunt filij Israel, qui inuenti sunt in tempore illo, Pascha, et diem festum azymorum per dies se-

dies septem. Et non est celebratum Pascha tale in Israel a temporibus Samuelis A prophetæ. Et omnes reges Israel non celebrauerunt tale Pascha, quale egit Iosias, & sacerdotes, & Leuitæ, & Iudæi, & omnis Israel, qui inuentus est in commoratione eorum in Hierusalem. Octauo decimo anno, regnante Iosia, celebratum est pascha hoc. Et directa sunt opera Iosiæ in conspectu Domini sui in corde pleno pietatis. Et quæ circa illum quidem; conscripta sunt in pristinis temporibus: de eis, qui peccauerunt, & irreligiosi fuerunt in Dominum, præ omni gente, & regno, & quæ contristauerunt eum, sunt: & verba Domini surrexerunt super Israel. Et post omnem actum hunc Iosiæ ascendit Pharao rex Ægypti, veniens bellum suscitare in Charcamis super Euphratem. Et exijt obuiam illi Iosias. B Et misit ad eum rex Ægypti, dicens: Quid mihi, & tibi est rex Iudææ? Non ad te sum missus a Domino Deo. Super Euphratem enim bellum meum est: & Dominus mecum festinans est. Discede, & noli aduersari Domino. Et non auertit se Iosias super currum suum: sed expugnare eum conabatur, non attendens verbis Hieremiæ prophetæ ex ore Domini. Sed constituit ad eum bellum in campo Mageddo. Et descenderunt principes ad regem Iosiam. Et dixit rex pueris suis: Amouete me a prælio: infirmatus sum enim valde. Et statim amouerunt eum pueri ipsius de acie: & ascendit super currum secundarium suum: & perueniens Hierosolymam vita functus est, & sepultus est in paterno sepulchro. C Et in tota Iudæa lugebant Iosiam: & lamentatus est Hieremias propheta super Iosia: & qui præsidebant, cum vxoribus lamentabant eum vsque in hunc diem. Et datum est hoc fieri semper in omne genus Israel. Hæc autem perscripta sunt in libro historiarum de regibus Iudææ, & singula gesta actus Iosiæ, & gloriæ eius, & intellectus eius in lege Domini: quæque gesta sunt ab eo, & quæ nunc, scripta sunt in libro regum Israel, & Iudæ. Et assumētes qui erant ex gente, ᵞ Iechoniam filium Iosiæ, constituerunt regem pro Iosia patre suo, cum esset annorum viginti trium. Et regnauit in Israel, & Hierusalem mensibus tribus. Et amouit ipse rex Aegypti, ne regnaret in Hierosolymis: & multauit gentem argenti talenta centum, & auri talentum vnum. Et constituit rex Ægypti, regem D Ioacim fratrē eius regem Iudææ, & Hierusalē. Et alligauit Ioacim magnates, & Zaracem fratrem suum apprehēdes reduxit ex Aegypto. Annorum autem erat viginti quinque Ioacim, cum regnare cepisset in Iudæa, & Hierusalem. Et fecit malum in conspectu Domini. Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & alligās eum in æreo vinculo perduxit in Babyloniam. Et de sacris vasis Domini accipiens Nabuchodonosor, & auferēs fixit in tēplo suo in Babylonia. Quæ autē narrata sunt de eo, & immūditia illius, & irreligiositate, scripta sunt in libro tēporū regū. Et regnauit pro eo Ioacim filius eius. Cum autē constitutus esset rex, erat annorum ᵟ octo. Regnat autē menses tres, & dies decem in E Hierusalem: & fecit malum in conspectu Domini. Et post annū mittens Nabuchodonosor transmigrauit eū in Babyloniam simul cū sacris vasis Domini. Et constituit Sedeciam regem Iudææ, & Hierusalem, cum esset annorum viginti vnius: regnat autem annis vndecim. Et fecit malum in conspectu Domini: & non est veritus a verbis, quæ dicta sunt ab Hieremia propheta ex ore Domini. Et adiuratus a rege Nabuchodonosor nomine Domini periurans discessit: & indurata ceruice sua, & corde suo transgressus est legitima Domini Dei Israel.

Et du-

A Et duces populi, & ſacerdotum multa impie egerunt etiam ſuper omnes immunditias omnium gentium, & polluerunt templum Domini, quod ſanctum erat in Hieroſolymis. Et miſit Deus patrum ipſorum per angelum ſuum reuocare eos, propterea quod parceret illis, & tabernaculo ſuo. Ipſi vero ſubſannabant in angelis ſuis, & qua die locutus eſt Dominus, erant illudentes prophetis eius: quoadusque ad iracūdiam concitatus ſuper gentem ſuam, propter impietates præciperet aſcendere ſuper eos reges Chaldæorum. Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio, in circuitu ſancti templi eorum: & non pepercerunt iuueni, & virgini, & ſeni, & adoleſcenti: ſed omnes ε tradiderunt in manus eorum. B Et omnia ſacra vaſa Domini magna, & parua, & arcas Domini, & regales apothecas reſumentes tulerunt in Babyloniam. Et incenderunt domum Domini, & demolierunt muros Hieruſalem: & turres eius incenderunt igne, & conſummauerunt omnia honorifica eius inutilia reddere: & reliquos abduxit cum gladio in Babylonem. Et fuerunt pueri ei, & filijs eius, vſque dum regnarent Perſæ, in repletionem verbi Domini in ore Hieremiæ, quouſque bene ageret terra ſabbata ſua, omni tempore deſertionis ſuæ ſabbatizabit in completionem annorum ſeptuaginta.

C α Et Syelus.] *Alius liber* καὶ ἡ συνοδος, & ſynodus. *Alius* καὶ ἰωὴλ, & Ioel, *lib. 2. Paral. c.* 35. *eſt* ἰεϊὴλ, Ieiel. *Hic in vulgata deſunt multa. Illud autem præfari volumus, hunc librum abeſſe à multis Bibliorum exemplaribus: & in quibus inuentus eſt, non ſunt magnæ varietates. Ex vulgata multæ & magni ponderis obſeruari poſſent: ſed accuratus lector eas per ſe facile poterit animaduertere: neque vero operam perdiderit; ſi hæc cum quarto regnorum, & ſecundo Paral. vbi eadem tractantur, contulerit. In vertendo quidem, quantum maxime licuit, vulgatam retinuimus.* β Eddimus.] *Nonnulli* ἐδδιδοὺς, Eddidus. *Vulgata* Ieddimus. 2. *Paral.* 35. *videtur eſſe* Idithun. γ Iechoniam.] *Sic B. Matthæus cap.* 1. Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius. *Alij libri habent* ἰωάχαζ, Ioachaz, *ſicut etiam* 2. *Paral.* 35. *Sed primo* Paralip. 3. *eſt* ἰωχαναν, Iochanan. δ Octo.] *Alij,* δεκαοκτὼ, *& vulgata* decem & octo. ε Tradiderunt.] *Alij* παρέδωκε tradidit. *Vulgata* traditi ſunt.

CAP. II.

D REGNANTE Cyro Perſarum anno primo in conſummationem verbi Domini in ore Hieremiæ, ſuſcitauit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarū: & prædicauit in toto regno ſuo, & ſimul per ſcripta dicēs: Hæc dicit rex Perſarum Cyrus. Me conſtituit regem orbis terrarum Dominus Iſrael, Dominus excelſus: & ſignificauit mihi ædificare ſibi domum in Hieruſalem, quæ eſt in Iudæa. Si quis eſt igitur veſtrum de gente eius; ſit Dominus ipſius cum eo, & aſcendens in Hieruſalem, quæ in Iudæa, ædificet domum Domini Iſrael. Hic Dominus, qui habitaculum fixit in Hieruſalem. Quotquot ergo circa loca habitant; adiuuent eum, qui in loco ipſius, in auro, & in argento, E & in dationibus, cum equis, & in iumentis, cum alijs, quæ ſecundum vota apponuntur in ædem Domini, quæ eſt in Hieruſalem. Et ſtantes principes tribuū patriarum Iuda, & Beniamim tribus, & ſacerdotes, & Leuitæ, & de omnibus quorum ſuſcitauit Dominus ſpiritum aſcendere ad ædificandam domum Domini, quæ eſt in Hieruſalem: & qui erant in circuitu eorum, adiuuerunt in omnibus, in argento, & auro, equis, iumentis, & votis compluribus, multis, quorum ſenſus excitatus eſt. Et rex Cyrus protulit ſacra vaſa Domini, quæ trāſtulit Nabuchodonoſor ex Hieruſalem, & fixit ea in Idolio ſuo. Et proferens

ferens ea Cyrus rex Persarum tradidit ea Mithridati, qui erat super thesauros ipsius. Per hunc autem tradita sunt Samanassaro præsidi Iudææ. Horum autem numerus fuit, libatoria aurea mille, libatoria argentea mille, mortariola argentea viginti nouem, phialæ aureæ triginta, argenteæ duo millia quadringentæ decem, & alia vasa mille. Omnia autem vasa reportata sunt aurea, & argentea, quinque millia quadringenta sexaginta nouem. Reportata autem sunt a Samanassaro simul cum his, qui ex captiuitate, e Babylonia in Hierusalem. In Artaxersis autem regis Persarum temporibus scripserunt ei de his, qui habitabant in Iudæa, & Hierusalem, Belemus, & Mithridates, & Tabellius, & Rathimus, & Beeltethmus, & Samellius scriba, & cæteri his coordinati, & habitantes in Samaria, & cæteris locis, subiectam epistolã. Regi Artaxersi domino pueri tui Rathimus ab accidentibus, & Samellius scriba, & reliqui curiæ suæ, & iudices in Cœlesyria, & Pœnice. Et nũc notum sit domino regi, quoniam Iudæi, qui ascenderunt a vobis ad nos, venientes in Hierusalem ciuitatem refugam, & pessimã, ædificant fora eius, & statuerunt muros, & templum suscitant. Quod si ciuitas ista ædificata fuerit, & muri consummati fuerint; tributa non sustinebunt pendere, sed etiam regibus resistent. Et quia aguntur, quæ circa templum; recte habere arbitrati sumus non despicere hoc ipsum, sed notum facere domino regi: vt, si videbitur tibi, quæratur in libris patrum tuorũ, & inuenies in admonitionibus scripta de his: & scies, quoniã ciuitas ista fuit refuga, & reges, & ciuitates concutiens: & Iudæi refugæ, & oppressiones commitentes in ea ab æterno: ob quam causam ciuitas ista deserta est. Nunc ergo notum facimus tibi domine rex, quoniam si ciuitas hæc ædificata fuerit, & huius muri erecti fuerint; descẽsus tibi vltra non erit in Cœlesyriam, & Phœnicẽ. Tunc scripsit rex Rathimo, qui scribebat accidẽtia, & Beeltethmo, & Samellio scribæ, & cæteris coordinatis, & habitantibus in Samaria, & Syria, & Phœnice, ea, quæ subiecta sunt. Legi epistolã, quã misistis mihi. Præcepi ego inquiri: & inuẽtũ est quoniã ciuitas illa est ab æuo regibus resistẽs, & homines rebelliones, & prælia in ea efficientes: & reges fortes, & duri erant in Hierusalem, dominãtes, et tributa exigentes à Cœlesyria, et Phœnice. Nunc ergo præcepi prohibere illos ædificare ciuitatem, et prouidere, ne quid vltra hæc fiat: et non procedant in plus malitiæ, ita vt regibus molestia importetur. Tunc recitatis his, quæ a rege Artaxerse scripta fuerunt, Rathimus, et Samellius scriba, et qui cum his constituti erant, iungentes festinanter in Hierusalem cum equitatu, et turba agminis cœperũt prohibere ædificantes. Et vacabat ædificatio templi in Hierusalem vsque ad secundum annum regni Darij regis Persarum.

CAP. III.

ET rex Darius fecit cænam magnam omnibus, qui sub ipso, et omnibus vernaculis suis, et omnibus magistratibus Mediæ, et Persidis, et omnibus purpuratis, et ducibus, et locorum præfectis, qui sub ipso ab India vsque Æthiopiam in centum viginti septem prouincijs. Et manducauerunt, et biberunt, et saturati reuerterunt. Darius autem rex ascendit in cubiculum suũ, et dormiuit, et expergefactus est. Tunc illi tres iuuenes corporis custodes, qui

A qui custodiebant corpus regis, dixerunt alter alteri: Dicamus vnusquisque nostrum vnum sermonem, qui præcellat: & cuiuscumque apparuerit sermo sapientior alterius; dabit illi rex Darius dona magna, & epinicia magna, & purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurum dormire, & currum aureo freno, & cydarim bysſinam, & torquem circa collum: & secundo loco sedebit a Dario, propter sapientiam suam, & cognatus Darij vocabitur. Tunc scribentes singuli suum verbum signauerunt, & posuerunt subtus ceruical Darij regis, & dixerunt: Cum surrexerit rex; dabunt ei scriptum. Et quodcumque iudicauerit rex, & tres magistratus Persidis, quoniam verbum eius sapientius est; ipsi dabitur victoria, sicut scriptum est. Vnus scripsit: * Forte est vinum. Alius scripsit: Fortior est rex. Tertius scripsit: Fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas. Et cum surrexisset rex; accipientes scriptum, dederunt ei: & legit. Et mittens vocauit omnes magistratus Persidis, & Mediæ, & purpuratos, et duces et prætores, et consules: et sedit in concilio: et lectum est scriptum coram ipsis. Et dixit: Vocate adolescentes: et ipsi indicabunt verba sua. Et vocati sunt, et introierunt. Et dixerunt eis: Indicate nobis de his; quæ scripta sunt. Et cœpit prior qui dixerat de fortitudine vini, et dixit ita: Viri quàm præualet vinum? omnes homines qui bibunt illud, seducit: mentem regis, et orphani facit mentem vnã, item serui, ac liberi, pauperis, ac diuitis: et omnem mentem conuertit in securitatem, et iucunditatem: et nõ meminit omnem tristitiam, et omne debitum: et omnia corda facit opulenta: et non meminit regem, nec magistratum, et omnia per talenta loqui facit. Et nõ meminerunt cum biberint, amicitiam, nec fraternitatem: sed non multum post sumunt gladios. Et cum a vino surrexerint; non meminerunt, quæ gesserunt. O viri, nonne præcellit vinum, quia sic cogit facere? Et tacuit hoc dicto.

B

C

* Forte est vinum.] *S. August. 18. de ciuit. cap. 36.* inter iuuenes quosdam orta quæstione, quid amplius valeret in rebus, &c. *Etiam S. Athanasius in Synopsi, & Sanctus Cyprianus epistola ad Pompeium huius historiæ mentionem faciunt itemque S. Ambr. epist. 7.*

D

CAP. IV.

ET inchoauit sequens dicere, qui dixit de fortitudine regis. O viri, nonne præcellunt homines, qui terram, & mare obtinent, & omnia, quæ in eis sunt? Rex autem præcellit, & dominatur eorum, & imperat eis: & omne quodcumque dixerit illis; obediunt. Si dixerit eis, vt faciat bellum alter aduersus alterũ; faciunt. Et si miserit illos ad hostes bellatores; vadunt, & demoliũtur montes, & muros, & turres, iugulãt, & iugulantur: & regis verbũ non prætereũt. Quod si vicerint; afferunt regi omnia, & quæcumque prædati fuerint, & alia omnia. Et quotquot non militant, nec pugnant, sed colunt terram; rursum, cũ seuerint, metentes afferunt regi: & alter alterum cogentes, afferunt tributa regi. Et ipse vnus solus est. Si dixerit, occidite; occidunt: si dixerit, remittite; remittunt. Dixerit, percutite; percutient: dixerit, exterminate; exterminant: dixerit, ædificate; ædificant: dixerit, excidite; excidunt: dixerit, plantate; plantant. Et omnis plebs eius, & virtutes eum obaudiunt. Et super hæc ipse recumbit, comedit, & bibit, & dormit: hi autem custodiunt in circuitu eum: &

E

non possunt vnusquisque abire,& facere opera sua: neque negligenter audiunt eum. Viri, quomodo non præcellit rex, cui sic obeditur? Et tacuit. Tertius, qui dixerat de mulieribus,& veritate (hic est Zorababel) cœpit loqui: Viri, non magnus rex, & multi homines, & vinum præcellit? Quis est ergo, qui imperat eis? aut quis, qui dominatur eorum? Nonne mulieres? Mulieres genuerunt regẽ, & omnem populum, qui dominatur mari, & terræ: & ex illis nati sunt: & ipsæ educauerunt eos, qui plantauerunt vineas, ex quibus vinum fit. Et ipsæ faciunt stolas hominum: & ipsæ faciunt gloriam hominibus: & non possunt homines sine mulieribus esse. Si autem congregauerint aurum, & argentum, & omnẽ rem speciosam, & viderint mulierẽ vnam bono habitu, & bona specie; omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conspiciũt eam, & omnes eam eligunt magis, quàm aurum, & argentum, & omnem rem speciosam. Homo patrẽ suum relinquit, qui enutriit illum, & suam regionem, & ad propriam mulierem se cõiungit: & cum muliere remittit animam: & neque patrem meminit, neque matrem, neque regionem. Et hinc oportet vos scire, quoniam mulieres dominantur vestri. Nonne laboratis, & doletis: & omnia mulieribus datis, & affertis? Et accipit homo gladium suum, & egreditur insidiari vijs, & latrocinari, & furta facere, & mare nauigare, & flumina: & leonem videt, & in tenebris ingreditur: &, cum furtum fecerit, & rapinas, & prædas; amicæ affert: & iterum diligit homo vxorem suam magis, quàm patrem, & matrem. Et multi dementes facti sunt propter mulieres, & serui facti sunt propter illas, & multi perierunt, & male rem gesserunt, & peccauerunt propter mulieres. Et nunc non creditis mihi? Nonne magnus est rex in potestate sua? nonne omnes regiones verentur tangere eum? Considerabam eum, & Apamen filiam Bartacis mirifici, concubinam regis sedentem ad dexteram regis, & auferentem diadema de capite regis, & imponentem sibi: & palmis cedebat regem de sinistra manu: & super hæc rex aperto ore intuebatur eam: &, si arriserit ei; ridet: &, si indignata ei fuerit, blanditur ei; donec reconcilietur ei. O viri, cur non sunt fortes mulieres, quia sic faciunt? Et tunc rex, & purpurati intuebantur in alterutrum. Et inchoauit loqui de veritate. Viri, nonne fortes sunt mulieres? Magna est terra, & excelsum est cælum: & velox cursu Sol, quoniam vertitur in gyro cæli, & rursus recurrit in locum suum in vna die. Nonne magnus est, qui hæc facit? Et veritas magna, & fortior præ omnibus. Omnis terra veritatem inuocat: cælum etiam ipsam benedicit: & omnia opera mouentur, & tremunt: & non est cum ea quicquam iniquum. Vinum iniquum, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filii hominum, & iniqua omnia opera eorum hæc, & non est in ipsis veritas, & in sua iniquitate peribunt. Et veritas manet, & inualescit in æternum, & viuit & obtinet in [a] seculum seculi. Nec est apud eam accipere personas, neque differentia: sed quæ iusta sunt, facit, ab omnibus iniustis, ac [b] malignis: & omnes benignantur operibus eius: & non est in iudicio eius quicquam iniquum: & hæc, fortitudo, & regnum, & potestas, & maiestas omnium æuorum. Benedictus Deus veritatis. Et desiit loquendo. Et omnis populus tunc clamauit: & tunc dixerunt: Magna est veritas, & præualet. Tunc rex ait illi: Pete, si quid vis amplius quam quæ scripta sunt: & dabimus tibi secundum quod inuentus es sapientior: & proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis. Tunc ait regi: Memor esto voti, quod vouisti,

A uisti, ædificare Hierusalem in die, qua regnum tuum accepisti, & omnia vasa, quæ accepta sunt ex Hierusalem, γ & remittere, quæ separauit Cyrus, quando vouit excidere Babyloniam, & vouit remittere illuc. Et tu vouisti ædificare tẽplum, quod incenderunt δ Idumæi: quando exterminata est Iudæa à Chaldæis. Et nunc hoc est, quod à te postulo domine rex, & quod peto à te: & hæc est maiestas, quæ à te. Postulo igitur, vt facias votum, quod vouisti regi cæli facere ex ore tuo. Tunc surgens Darius rex, osculatus est illum: & scripsit ei epistolas ad omnes dispensatores, & locorum præfectos, & duces, & purpuratos, vt deducerent eum, & eos, qui cum illo erant, omnes ascendentes ædificare Hierusalẽ. Et B omnibus prouinciarũ præfectis in Cæle Syria, & Phœnice, & qui in Libano, scripsit epistolas, vt transferrent ligna cedrina à Libano in Hierusalem: &, vt ædificarent cum eo ciuitatem. Et scripsit omnibus Iudæis, qui ascendebant à regno in Iudæam pro libertate, omnem potentem, & præfectum, & purpuratum, & dispensatorem non superuenire ad ianuas ipsorum, & omnem regionem, quam obtinent, immunem eis esse: & vt ε Idumæi relinquant castella, quæ obtinent Iudæorum: & in structuram templi dare per singulos annos talenta viginti, vsque dũ perædificaretur: & super altare holocaustomata offerre quotidie, sicut habent præceptum, ζ septem & decem offerre alia talenta, decem per singulos annos: & omnibus, qui η accedunt à Babylonia condere ciuitatem, vt C esset libertas ipsis, & filijs eorum, & omnibus sacerdotibus, qui accederent. Scripsit autem & contributionem, & sacram stolam, in qua deseruiunt in ea. Et Leuitis scripsit dari contributionem, vsque in diem, qua cõsummabitur domus, & Hierusalem extruetur: & omnibus custodientibus ciuitatẽ scripsit dari eis sortes, & stipendia. Et dimisit omnia vasa, quæcumque separauerat Cyrus è Babylonia: & omnia, quæcumque dixit Cyrus facere; & ipse præcepit fieri, et mitti Hierusalem. Et cum processisset ille adolescens, eleuans faciem in cælum è regione Hierusalem; benedixit regem cæli, dicens: Abs te est victoria, et abs te est sapiẽtia, D et tua est gloria: et ego tuus seruus. Benedictus es, qui dedisti mihi sapientiã: et tibi confitebor Domine patrum. Et accepit epistolas, et exiuit, et venit in Babyloniam: et nunciauit fratribus suis omnibus. Et benedixerunt Deum patrum suorum: quoniam dedit illis refrigerium, et remissionem; vt ascenderent, et ædificarent Hierusalem, et templum, vbi nominatum est nomen eius in ipso. Et exultauerunt cum musicis, et lætitia diebus septem.

α Seculum seculi.] *Alius liber* εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, *& vulgata*, in secula seculorum: *itemque S. Cyprianus ad Pomp. contra epist. Steph. quo loco tota hæc clausula est, vt in vulgata.* β Malignis.] *In aliquo libro additur* ἀπέχεται, abstinet. *Vulgata*, sed quæ iusta sunt, facit omnibus, iniustis, ac malignis. γ Et remittere.] *Illud*, &, *abest à nonnullis, itemque à vulgata.* δ Idumæi.] *Sic etiam vulgata. Nonnulli autem* E *codices* ἐνεπύρισε Ναβουχοδονόσορ, incendit Nabuchodonosor. ε Idumæi.] *Sic eadem quoque vulgata. In plerisque codicibus est*, οἱ Χαλδαῖοι, Chaldæi. ζ Septem & decem.] *Abest à vulgata. In aliquot codicibus coniungitur cum præcedentibus; ac deinde sequitur*, προσφέρειν δὲ καὶ ἄλλα δέκα τάλαντα κατ' ἐνιαυτόν, offerre autem & alia decem talenta quolibet anno. η Qui accedunt.] *Aliqui* προβαίνουσι, *& vulgata*, qui procedunt: *itemque paulo post, vbi vulgata*, qui præcedunt. *Sed multa huiusmodi notari possent.*

CAP. V.

POST hæc autem electi sunt, vt ascenderent principes domus patriarum, per tribus suas, & vxores illorum, & filij eorum, & filiæ, & serui ipsorum, & ancillæ, & pecora eorum. Et Darius misit vnà cum eis equites mille:

donec deducerent eos in Hierusalem cum pace,& cum musicis,tympanis,& tibijs. Et omnes fratres eorum erant ludentes. Et fecit eos ascendere simul cum eis. Et hæc sunt nomina eorum,qui ascenderunt per patrias suas in tribus,in partem principatus ipsorum: Sacerdotes filij Phinees filij Aaron,Iesus filius Iosedec ipsius Saræ,& Ioacim filius Zorobabel filij Salathiel,de domo Dauid,ex progenie Phares,de tribu autem Iuda:qui locutus est sub Dario rege Persarum sermones sapientes in secundo anno regni ipsius, mense Nisan, primo mense. Sunt autem hi,ex Iudæa,qui ascenderunt de captiuitate trãsmigrationis, quos transmigrauit Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Babyloniam. Et * reuersi sunt in Hierusalem, & reliquam Iudæam, vnusquisque in ciuitatem suam; qui venerũt cum Zorobabel,& Iesu,Neemia,Zaræa,Resæa, Eneneos,Mardochæo, Beelsaro, Aspharaso, Reelia,Roimo,Baana,præfectis eorum.Numerus eorum qui de gente,& præpositi eorum.Filij Phoros,duo millia,& centum septuaginta duo:Filij Saphat,quadringenti septuaginta duo:Filij Ares septingenti quinquaginta sex:Filij Phaath Moab in filios Iesu,& Ioab duo millia octingẽti duodecim·Filij Elam,mille ducenti quinquaginta quatuor: Filij Zathiù,nongenti septuaginta quinque:Filij Chorbe septingenti quinque:Filij Bani sexcenti quadraginta octo:Filij Bebæ,sexcenti triginta tres. Filij Argæ, mille trecenti viginti duo:Filij Adonican,sexcenti triginta septem:Filij Bagoi,duo millia sexcenti sex:Fil j Adinu,quadringenti quinquaginta quatuor.Filij Aterezeciæ,nonaginta duo: Filii Cilan, & Azenan,sexaginta septem: Filij Azarù,quadringenti triginta duo:Filij Annis,centum vnus:Filii Arom,triginta duo:Filii Bassæ, tercenti vigintitres;Filii Arsiphurith,centum duo: Filii Bætenis tria millia, quinque:Filii è Bæthlomon,centum viginti tres: Qui è Netophas,quinquaginta-quinque:Qui ex Anathoth,centum quinquaginta octo:Qui è Bæthasmon, quadraginta duo: Qui è Cariathiri,viginti quinque: Qui è Caphiras, & Berog, septingenti quadraginta tres: Qui Chadiasæ,et Ammidii, quadringenti viginti duo:Qui è Ciramas,et Gabbes,sexcenti viginti vnus: Qui è Macalon, centum viginti duo:Qui è Betolio,quinquaginta duo: Filii Niphis,centum quinquaginta sex: Filii Calamolali, et Onùs, septingenti viginti quinque: Filii Hierechù, ducenti quadraginta quinque:Filii Sanaas,tria millia trecenti vnus.Sacerdotes filii Ieddù,qui Iesù,in filios Sanasib,octingẽti septuagintaduo:Filii Emmeruth, ducenti quinquaginta duo:Filii Phassuri,mille quadraginta septem:Filii Charmi,ducenti decem septem.Leuitæ,filii Iesu,et Cadoeli, et Banni, et Sudiæ, septuaginta quatuor.Qui psallebant in templo, filii Asaph, centum viginti octo. Ostiarii filii Salum, filii Asar, filii Tolman, filii Dacub,filii Atetà,filii Tobis, omnes centum triginta nouem.Sacris seruiẽtes filii Hesay,filii Asiphà,filii Tabaoth,filij Ceras,filii Sudà,filij Phalææ,filii Labanà,filii Agràbà,filij Acud, filij Vtà,filii Cetab,filii Accabà,filii Sybaì,filii Anan, filii Cathuà, filii Geddur, filii Lairi, filii Dæsan, filii Noebà, filii Chasebà, filii Cazerà, filii Oziæ, filii Phinoè, filii Asarà, filii Basthai, filii Assanà, filii Mauì, filii Naphisi, filii Acuph, filii Achibà, filii Asub, filii Pharacem, filii Basalem, filii Meeddà, filii Cuthà, filii Charea, filii Barchuò, filii Serar, filii Thomoì, filii Nasì, filii Ascphà, filii puerorum Salomon, filii Asapphioth, filii Pharerà, filii Ieieli, filii Lozon, filii Isdael, fili Saphuì, filii Agià, filii Phachareth,

A reth, filij Sabiè, filij Sarothì, filij Misæas, filij Gas, filij Addus, filij Subà, filij Apherrà, filij Barodis, filij Saphag, filij Allom, omnes sacro seruiẽtes, & filij puerorum Salomonis trecenti septuaginta duo. Hi sunt, qui ascenderunt à Thermeleth, & Thelersis: Dux eorum Charaa Thalan, & Aalar. Et non potuerunt edicere patrias suas, & progenies, quemadmodum sint ex Israel: Filij Dalan filij Baenan, filij Necodan, sexcenti quinquaginta duo. Et ex sacerdotibus, qui fungebantur sacerdotio, & non sunt inuenti, filij Obdia, filij Achos, filij Iaddù, qui accepit Augiam vxorem ex filiabus Phaezeldæi, & vocatus est in nomine eius. Et horum quæsita generis scriptura in computatione, & non inuenta, prohibiti sunt sacerdotio fungi. Et dixit illis Neemias, & Atthanias, ne participen- B tur, donec exurgat Pontifex indutus ostensionem, & veritatem. Omnes autem de Israel fuerunt a duodecimo anno, & supra exceptis seruis, & ancillis, quadraginta duo millia trecenti sexaginta. Serui horum, & ancillæ, septem millia trecenti triginta septem. Cantores, & cantatrices, ducenti quadraginta quinque. Cameli quadringenti quadraginta septem. Et equi septem millia triginta sex. Muli ducenti quadraginta quinque. Subiugalia quinque millia quingenta viginti septem. Et de præpositis ipsis per patrias, dum venirent in templum Dei, quod erat in Hierusalem, vouerunt suscitare templum in loco suo secundum suam virtutem, & dare in sacrum Gazophilacium operum, auri minas mille, & argenti minas quinque millia, & stolas sacerdotales centum. Et habitauerunt C sacerdotes, & Leuitæ, & qui de populo eius in Hierusalem, & regione, & sacri cantores, & ostiarij, & omnis Israel in pagis suis. Instante autem septimo mense cumque essent filij Israel, vnusquisque in suis; conuenerunt vnanimes in atrium primæ portæ orientalis. Et stans Iesus filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & huius fratres, parauerunt altare Dei Israel, vt offerrent super illud holocaustomata, secundum quæ in libro Moysi hominis Dei scripta sunt. Et aggregati sunt illis ex alijs nationibus terræ, & erexerunt altare in loco [β] ipsorum, quoniam in inimicitia erant eis, & confortauerunt eos omnes gentes, quæ super terram, & offerebant hostias secundum tempus, & ho- D locaustomata Domino, matutinum, & vespertinum. Et egerunt scenopegiæ diẽ solennem, sicut præceptum est in lege, & sacrificia quotidie, sicut oportebat, & post hæc oblationes sacrificij iugis & hostias sabbatorum, & Neomeniarum, & dierum solennium omnium sanctificatorum. Et quotquot vouerant votum Deo a Neomenia septimi mensis; cœperunt hostias offerre Deo: & templum Dei nondum ædificabatur. Et dederunt pecuniam lapidarijs, & fabris, & potũ, & pabula, & carra Sidonijs, & Tyrijs, vt trascenderent illi de Libano ligna cedrina, transportando rates in Ioppe portum, secundum decretum, quod scriptũ erat eis, a Cyro Persarũ rege. Et secũdo anno veniẽtes in tẽplũ Dei in Hierusalẽ, E mense secũdo inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, & fratres eorũ, & sacerdotes, & Leuitæ, & omnes, qui venerãt de captiuitate in Hierusalẽ. Et fundauerũt tẽplũ Dei nouilunio secũdi mẽsis secũdi anni, cũ venissent in Iudæã, & Hierusalẽ. Et statuerũt Leuitas a viginti annis super opera Domini. Et stetit Iesus, & filij, & fratres, & Cadmiel frater, & filij Emadabũ, & filij Ioda filij Eliadud cũ filijs, & fratribus, omnes Leuitæ vnanimiter exactores operũ, faciẽtes ad opera in domo Domini. Et ædificauerũt ædificatores tẽplũ Domini. Et

ni. Et steterunt sacerdotes habentes stolas cum musicis, et tubis, et Leuitæ filij Asaph habẽtes cymbala, collaudãtes Dominũ, et benedicentes secundũ Dauid regem Israel, et cantauerunt per hymnos benedicentes Dominum: quoniam dulcedo eius, et honor in secula, super omnem Israel. Et omnis populus tuba cecinerunt: et proclamauerunt voce magna collaudantes Dominum in suscitatione domus Domini. Et venerunt ex sacerdotibus, Leuitis, et præsidẽtibus secundum patrias ipsorum, seniores, qui viderant pristinam domum, ad huius ædificationem cum planctu, et clamore magno, et multi cum tubis, et gaudio magna voce in tantum, vt populus non audiret tubas propter planctum populi. Turba enim erat tubis canens magnifice, ita, vt longe audiretur. Et audierunt inimici tribus Iudæ, et Beniamin, et venerunt scire, quæ esset vox tubarum, et cognouerunt, quoniam qui erant ex captiuitate, ædificant templum Domino Deo Israel. Et accedentes ad Zorobabel, et Iesum, et præpositos patriarũ, dicũt eis. Ædificabimus vnà vobiscum. Similiter enim ac vos, audimus Dominum vestrum, et ei sacrificamus a diebus Asbacaphas regis Assyriorum, qui transmigrauit nos huc. Et dixit illis Zorobabel, et Iesus, et præpositi patriarum Israel: Non est nobis et vobis ædificare domum Domino Deo nostro. Nos enim soli ædificabimus Domino Israel secundum ea, quæ præcepit nobis Cyrus rex Persarum. Gentes autem terræ incumbentes ijs, qui in Iudæa, et obsidentes, prohibuerunt ædificare, γ et insidias, et populos adducentes, et coitiones facientes impedierunt ne consummaretur ædificium omni tempore vitæ Cyri regis. Et prohibiti sunt ab ædificatione per biennium vsque ad Darij regnum.

α Et reuersi sunt.] *In nonnullis libris est*, καὶ ἐπέστρεψεν εἰς Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὴν λοιπὴν Ἰουδαίαν, ἕκαστον εἰς τὴν πόλιν αὐτοῦ, καὶ οὗτοι οἱ ἐλθόντες, & redire fecit in Hierusalem, & cæteram Iudæam, vnumquemque in ciuitatem suam. Et hi sunt, qui venerunt. *Vulgata ab vtraque discrepat.* β Ipsorum.] *In multis libris est* αὐτοῦ, suo. *In aliquo autem sequitur* ὅτι ἐν χαρᾷ ἦν αὐτοῖς, quoniam in gaudio erat eis. *Vulgata habet tantum*, in loco suo omnes gentes terræ, & offerebant. γ Et insidias, & populos adducentes.] *Sic vulgata. Et quamuis in nostra sit* βουλάς, *visum tamen est idem significare atque* ἐπιβουλάς, *quod est in alijs, in quibus etiam plerisque sequitur*, καὶ δημαγωγίας, καὶ ἐπισυστάσεις ποιούμενοι, & populorum coitiones, & coniurationes facientes. *Varietates autem, quæ potissimum in nominibus proprijs, & in numeris, infinitum esset indicare.*

CAP. VI.

IN secundo autẽ anno regni Darij prophetauit Aggæus, & Zacharias filius Addo prophetæ super Iudæos, qui in Iudæa, & Hierusalẽ in nomine Domini Dei Israel super eos. Tunc stans Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, inchoauerũt ædificare domũ Domini, quæ est in Hierusalẽ, cũ adessent eis prophetæ Domini, & adiuuarẽt eos. In ipso tempore venit ad illos Sisinnes subregulus Syriæ, & Phœnicis, & Sathrabuzanes, & sodales: & dixerũt eis: Quo præcipiente vobis domũ hanc ædificatis, & tectũ istud, & alia omnia perficitis? Et qui sunt structores, qui hæc perficiunt? Et habuerunt gratiã, visitatione facta super ipsam captiuitatem, a Domino seniores Iudæorũ, & nõ sunt impediti ædificare, donec significaretur Dario de istis, & responsum acciperetur. EXEMPLVM epistolæ, quam scripsit Dario, & miserunt. SISINNES subregulus Syriæ, & Phœnicis & Sathrabuzanes, & sodales, qui in Syria, & Phœnice præsides, regi Dario salutem. Omnia nota sint domino nostro regi, quod cum venissemus in regionem Iudææ, & introissemus in Hierusalem ciuitatem, inuenimus

A mus de captiuitate seniores Iudæorum in Hierusalem ciuitate ædificantes domum Domino magnam, nouam ex lapidibus politis pretiosis, lignis positis in parietibus, & opera illa instanter fieri, & prosperare opus in manibus eorum, & in omni gloria quam diligentissime perfici. Tunc interrogauimus seniores istos, dicentes; Quo præcipiente vobis ædificatis domum istam, & opera hæc fundatis? Interrogauimus igitur eos, vt notum faceremus tibi, & scriberemus tibi homines præpositos: & nominum scripturam præpositorum postulauimus illos. At illi responderunt nobis dicentes: Serui sumus Domini, qui creauit cælum, & terram. Et ædificabatur domus ante annos multos a rege Israel magno, & forti, & consummata est. Et quoniam patres nostri exacerbantes peccauerunt in Dominum Israel cælestem, tradidit eos in manus Nabuchodonosor

B regis Babyloniæ, regis Chaldæorum. Et domum istam demolientes incenderunt: & populum captiuum duxerunt in Babylonem. In primo autem anno regnante Cyro in regione Babyloniæ, scripsit Cyrus rex domum hanc ædificare. Et illa sacra vasa aurea, & argentea, quæ extulerat Nabuchodonosor de domo, quæ est in Hierusalem, & consecrauerat ea in suo templo, rursus protulit ea Cyrus rex de templo, quod erat in Babylonia. Et tradita sunt [α] Sabanassaro Zorobabel subregulo: & præceptum est [β] ei. Et extulit omnia vasa hæc, vt reponerentur in templo, quod in Hierusalem, & ipsum templum Domini ædificaretur super locum. Tunc Sabanassarus adueniens iecit fundamenta domus Do-

C mini, quæ est in Hierusalẽ. Et exinde vsque nunc ædificatur, & non accepit consummationem. Nunc ergo si videtur o rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri. Et, si inuentum fuerit cum consilio Cyri regis fieri structuram domus Domini, quæ in Hierusalem, & iudicatur a Domino rege nostro; scribat de his nobis. Tunc Darius rex præcepit inquiri in bibliothecis, quæ sunt in Babylonia. Et inuentus est in Ecbatanis, oppido, quod in Media regione, [γ] locus vnus, in quo scripta erant ista. Anno primo regnante Cyro, rex Cyrus præcepit, domum Domini, quæ est in Hierusalem, ædificare, vbi sacrificant igni assiduo, cuius altitudo cubitorum sexaginta, latitudo cubitorum sexaginta per domos

D lapideas politas tres, & [δ] domum ligneam eius loci nouam vnam & impendia dari de domo Cyri regis: & sacra vasa domus Domini, tam aurea, quam argentea, quæ extulit Nabuchodonosor e domo, quæ in Hierusalem, & abstulit in Babyloniam, restitui in domum, quæ in Hierusalem, vbi erant posita, vt ponãtur illic. Et præcepit curam agere Sisinnem subregulum Syriæ, & Phœnicis, & Sathrabuzanem, & Sodales, & qui ordinati erant in Syria, & Phœnice præsides, vt abstinerent se a loco; sinerent autem puerum Domini Zorobabel, præsidem autem Iudææ, & seniores Iudæorum, domum Domini illam ædificare super locum. Et ego quoque præcepi in totum ædificare, & attendere, vt adiu-

E uent eos, qui ex captiuitate Iudææ, donec consummẽtur ædes Domini: & de tributo Cœlesyriæ, & Phœnicis diligenter contributionem dari his hominibus ad sacrificium Domino, Zorobabel præfecto, ad tauros, & arietes, & agnos, similiter, autẽ & frumẽtum, & sal, & vinum, & oleum assiduè per singulos annos prout sacerdotes, qui sunt in Hierusalẽ, dictauerint consumi quotidie, sine vlla dilatione, vt offerantur libationes Deo summo pro rege, & pueris, & orent pro ipsorum vita: & denuntietur, vt quicumque transgressi fuerint aliquid ex his, quæ

quæ ſcripta ſunt, & ſpreuerint; accipiatur lignum de ſuis proprijs, & ſuper il-lud ſuſpendatur, & bona ipſius regi adſcribantur. Propterea & Dominus, cuius nomen inuocatum eſt ibi, exterminet omnem regem, & gentem; qui manum ſuam extenderit prohibere, aut male tractare domum Domini illam, quæ eſt in Hieruſalem. Ego Darius rex decreui quã diligentiſsime ſecundum hæc fieri.

α Sabanaſſaro.] *Alii* ζοροβάβελ, καὶ σαναβασσάρῳ τῷ ἐπάρχῳ. *Vulgata*, Zorobabel, & Salmanaſaro ſub-regulo. β Ei. Et extulit.] *Aliqui*, αὐτῷ ἀπενέγκαντι πάντα τὰ σκεύη, ἀποθεῖναι ei, vt cum extuliſſet hæc vaſa, reponeret, &c. *Vulgata*, eis, vt offerrent hæc vaſa, & reponerent. γ Locus vnus.] *Sic etiam vulgata. Alii* τόμος εἷς, tomus vnus. δ Domum.] *In aliquo libro eſt* δόμος, *quod in vulgata videtur eſſe*, mæniano, *quamuis multis modis diſcrepet poſtea à noſtra, & ab aliis.*

CAP. VII.

TVNC Siſinnes ſubregulus Cœleſyriæ, & Phœnices, & Sathrabuzanes, & ſodales obſecuti his, quæ à Dario rege erant decreta, inſiſtebãt ſacroſanctis operibus diligentius cooperantes ſenioribus Iudæorum, & ſacris ſtatoribus. Et proſperata ſunt ſacroſancta opera prophetantibus Aggæo, & Zacharia prophetis. Et conſummauerunt hæc per præceptum Domini Dei Iſrael: & ex conſilio Cyri, & Darij, & Artaxerſis regis Perſarum α conſummata eſt domus ſancta vſque ad tertiam, & vigeſimã diem menſis Adar, ſexto anno Darij regis. Et fecerunt filij Iſrael, & ſacerdotes, & Leuitæ, & cæteri qui erant ex captiuitate, qui appoſiti ſunt, ſecundum ea, quæ ſcripta ſunt in libro Moyſi. Et obtulerunt in dedicationem templi Domini tauros centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos pro peccato vniuerſi Iſrael duodecim ad numerũ de β principibus tribuum Iſrael duodecim. Et ſteterunt ſacerdotes, & Leuitæ per tribus amicti ſtolis ſuper opera Domini Dei Iſrael ſecundum librum Moyſi, & oſtiarij per ſingulas ianuas. Et egerunt filij Iſrael ex his, qui erant ex captiuitate, Paſcha in quartadecima menſis primi, quando ſanctificati ſunt ſacerdotes, & Leuitæ ſimul; & omnes filij captiuitatis, γ quoniam purificati ſunt: quoniam Leuitæ ſimul omnes ſanctificati ſunt. Et immolauerunt Paſcha vniuerſis filijs captiuitatis, & fratribus ſuis ſacerdotibus, & ſibimetipſis. Et manducauerunt filij Iſrael, qui ex captiuitate, omnes, qui receſſerant ab execrationibus gẽtium terræ, quærentes Dominum. Et celebrauerũt diem feſtum azymorum ſeptem diebus epulantes in conſpectu Domini: quoniam conuertit conſilium regis Aſſyriorum in eos, confortare manus eorum ad opera Domini Dei Iſrael.

α Conſummata eſt.] *In aliquo codice additur* καὶ, & conſummata eſt: *vt hic ſit initium periodi: quemadmodum etiam in vulgata.* β De principibus tribuum.] φυλάρχων. *Nonnulli habent* φυλῶν, de tribubus. *Vulgata*, ſecundum numerum tribuum Iſrael. γ Quoniam purificati ſunt.] *In codicibus apparet multis modis repetitio, & coagmentatio quædam. Particula autem negans, quam habet vulgata*, non ſunt ſimul ſanctificati, *in nullo codice eſt inuenta.*

CAP. VIII.

ET α poſterior his eſt, regnante Artaxerſe Perſarum rege acceſsit Eſdras filius Azariæ filij Zechriæ filij Chelciæ filij Salemi filij Sadduci filij Achitob filij Amariæ filij Oziæ filij Boccà filij Abiſai filij Phinees filij Eleazari filij Aaron primi ſacerdotis. Hic Eſdras aſcendit de Babylonia, tanquam

A quam scriba, qui esset ingeniosus in lege Moysi, quæ data est a Deo Israel. Et dedit ei rex gloriam, quod inuenisset gratiam in conspectu eius super omnes dignitates ipsius. Et ascenderunt [β] simul ex filijs Israel, & sacerdotibus & Leuitis & sacris cantoribus, & ostiarijs, & seruis templi in Hierusalem, anno septimo regnante Artaxerse in quinto mense: hic annus septimus est regni. Exeuntes enim de Babylonia nouilunio primi mensis, venerunt Hierosolymam, secundum prosperitatem itineris datam eis a Domino in eo. Esdras enim magnam disciplinam obtinebat, ne prætermitteret quicquam eorum, quæ essent ex lege Domini, & ex præceptis, docendo vniuersum Israel, iustificationes, & iudicia.

B [γ] Cum obuenisset autem scriptum præceptum ab Artaxerse rege ad Esdram sacerdotem, & lectorem legis Domini; cuius exemplum subiectum est. REX Artaxerses Esdræ sacerdoti, & lectori legis Domini salutem. Humaniora ego iudicans, præcepi eis, qui desiderant ex gente Iudæorum sua sponte, & ex sacerdotibus, & Leuitis, & [δ] qui sunt in nostro regno, comitari tecum in Hierusalē. Quicumque ergo cupiunt; tecum conueniant, & proficiscantur; sicut placuit mihi, & septem amicis consiliarijs, vt visitent ea, quæ aguntur, secundum Iudæam, & Hierusalem, obseruantes, sicut habet in lege Domini: & ferāt munera Domino Israel, quæ voui ego, & amici in Hierusalē; & omne aurū, & argētum,

C quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ Domino, in Hierusalem cum illo quod est donatum ab ipsa gente in templum Domini Dei eorum, quod est in Hierusalem: vt colligatur hoc aurū, & argentum ad tauros, & arietes, & agnos, & quæ his sunt congruentia: vt offerant hostias Domino super altare Domini Dei ipsorum, quod est in Hierusalem. Et omnia, quæcumque volueris cum fratribus tuis facere auro, & argento; perfice secundum voluntatem Dei tui. Et sacrosancta vasa Domini, quæ data sunt tibi ad vsum templi Dei tui, dabis de regali gazophilacio. Et ego quidem rex Artaxerses præcepi custodibus thesaurorum Syriæ, & Phœnicis, vt quæcumque scripserit Esdras sacerdos, & lector le-

D gis Dei excelsi, diligenter dent ei vsque ad argenti talenta centum, similiter autem & vsque ad frumenti modios centum, & vini amphoras centum, & alia ex multitudine, omnia secundum legē Dei fiant diligenter Deo altissimo; ne forte exurgat ira in regnū regis, & filiorum eius. Et vobis autem dicitur, vt omnibus sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantoribus, & ostiarijs, & seruis tēpli, & [ε] pragmaticis templi huius nullum tributum, neque alia indictio irrogetur, neque habeat quisquam potestatem obijcere eis quidquam. Tu autem Esdra secundū sapientiam Dei constitue iudices, & arbitros, vt iudicent in tota Syria, & Phœnice omnes, qui nouerunt legem Dei tui: & omnes, qui non nouerunt, doce, &

E omnes quotquot trangresi fuerint legem Dei tui, & regalem, diligenter plectantur, siue morte, siue cruciatu, siue etiam pecuniæ mulctatione, vel abductione. Et dixit Esdras scriba: Benedictus solus Dominus Deus patrum meorū, qui dedit hæc in cor regis, clarificare domum suam, quæ est in Hierusalem: & me honorificauit in conspectu regis, & consiliariorum, & omnium amicorum & purpuratorum eius. Et ego constans animo factus sum secundum opitulationem Domini Dei mei, & congregaui ex Israel viros, vt simul ascenderent mecū. Et hi sunt propositi secundum suas patrias, & principatus portionales, qui mecum ascenderunt de Babylonia in regno Artaxersis regis. Ex filijs Phinees, Gerson: Ex

son: Ex filijs Iathamari, Gamaliel: Ex filijs Dauid Lattùs filius Secheniæ: Ex filijs Phoros, Zacharias: & cũ eo adscripti sunt viri cẽtum quinquaginta: Ex filijs Phaat Moab, Eliaonias Zarææ, & cum eo viri ducenti: Ex filijs Zathoes, Sechenias Iezeli, & cum eo viri trecenti: Ex filijs Adin, Obeth Ionathæ, & cum eo viri ducenti quinquaginta: Ex filijs Elam, Iesias Gotholiæ, & cum eo viri septuaginta: Ex filijs Saphatiæ, Zaraias Michaeli, & cum eo viri septuaginta: Ex filijs Ioab, Abadias Iezeli, & cum eo viri ducenti duodecim: Ex filijs Banias, Salimoth Iosaphiæ, & cum eo viri centum sexaginta: Ex filijs Babi, Zacharias Bebai, & cum eo viri viginti octo: Ex filijs Astath, Ioannes Acatan, & cum eo viri centum decem: Ex filijs Adonicam postremi: & hæc nomina eorum: Eliphalà filius Geuel, & Samaias, & cum eis viri septuaginta: Ex filijs Bagò, Vthi filius Istalcuri, & cum eo viri septuaginta. Et congregaui eos ad fluuium, qui dicitur Theran: & castrametati fuimus illic triduo: & recognoui eos. Et ex sacerdotibus, & ex Leuitis non inueni illic. Misi ad Eleazarum, & Iduelum, & Maià, & Masman, & Alnathan, & Samæam, & Ioribon, Nathan, Ennatan, Zachariã, & Mosollamon, ductores, & peritos: & dixi eis, vt venirent ad Loddæũ præpositũ, qui in loco Gazophilacij: & mãdaui eis, vt dicerent Loddæo, & fratribus eius, & ijs, qui in loco, thesaurorum custodibus, vt mitterent nobis eos, qui sacerdotio fungerentur in domo Domini nostri. Et adduxerunt nobis secundum manum validam Domini nostri viros peritos: Ex filiis Mooli filii Leui filii Israel, Asebiam, & filios eius, & fratres eius, qui erant decem, & octo, & Asebiam, & Ænuon, & Osæam fratrem ex filiis Chanunæi: & filii eorum viginti viri: Et ex his, qui templo seruiebant (quos dedit Dauid, & ipsi principes ad operationem Leuitarum) templo seruientes, ducentos & viginti. Omnium signata est descriptio per nomina. Et voui illic ieiunium iuuenibus in conspectu Domini nostri, vt quærerem ab eo bonum iter nobis, & qui nobiscum erant, filiis nostris, & pecoribus. Erubui enim petere a rege pedites, & equites, & comitatum tutelæ gratia contra aduersarios nostros. Diximus enim regi, quoniam virtus Domini nostri erit cum eis, qui inquirunt eum, ad omnem correctionem. Et iterum deprecati sumus a Domino nostro omnia hæc, & propitium habuimus. Et separaui ex ſ Philarchis sacerdotum viros duodecim, & Eserebiam, & Samiam, & cum eis ex fratribus eorum viros duodecim. Et appendi eis argentum, & aurum, & sacra vasa domus Domini nostri, quæ donauerat rex, & consiliarii eius, & principes, & omnis Israel. Et cum appendissem, tradidi eis argenti talẽta sexcenta quinquaginta, & vasa argentea talentorum centum, & aurea viginti, & vasa ærea, de bono ære splendentia, auri speciem reddentia, vasa duodecim. Et dixi eis: Et vos sancti estis Domino: & vasa sancta, & aurum & argenũt votũ est Domino, Domino patrum nostrorũ. Vigilate, & custodite donec tradatis ea Philarchis sacerdotum, & Leuitarum, & præfectis patriarum Israel in Hierusalem, in pastophoriis domus Dei nostri. Et hi, qui susceperunt sacerdotes, & Leuitæ argentum, & aurum, & vasa, quæ in Hierusalem, intulerunt in templum Domini. Et " promouentes a fluuio Therà, die duódecima mensis primi, vsquequo introiuimus in Hierusalem, secundum manum validã Domini nostri, quæ in nobis. Et eruit nos ab introitu ab omni inimico: & venimus in Hierusalem. Et cum factus fuisset ibi tertius dies, quarta die ponderatum

A ratum argentum,& aurum, traditum est in domo Domini nostri, ' Marmothi Vriæ sacerdoti: & cum ipso erat Eleazar filius Phinees: & erant cum ipso Iosabdos Iesù, & Moeth Sabanni: Leuitæ autem ad numerum, et pondus vniuersa. Et scriptum est vniuersum pondus ipsorum eadem hora. Qui autem venerunt ex captiuitate, obtulerunt sacrificia Deo Israel Domino, tauros duodecim pro omni Israel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta duos, ' hircos pro salutari duodecim, omnia sacrificium Domino. Et reddiderunt præcepta regis regalibus dispensatoribus, et subregulis Cœlesyriæ, et Phœnicis: et honorificauerunt gentem, et templum Domini. Et consummatis his accesserunt ad me præpositi, dicentes: Non segregauerunt genus Israel, et principes, et sacerdotes

B et Leuitæ, alienigenas gentes terræ, et imunditias earum ex gentibus Chananæorum, et Chettæorum, et Pherezæorum, et Iebusæorum, et Moabitarum, et Ægyptiorum, & Idumæorum. Coniuncti enim sunt filiabus earum & ipsi, & filij eorum: & mistum est semen sanctum alienigenis gentibus terræ: & participes erant præpositi, & magistratus iniquitatis huius ab initio rei. Et mox vt audiui ista; conscidi vestimenta, & sacram tunicam, & lacerans capillos capitis, & barbam sedi dolens, et mœstus. Et conuenerunt ad me, quotquot tūc mouebantur in verbo Domini Dei Israel, me lugente super iniquitatem: & sedebam tristis vsque ad sacrificium vespertinum. Et consurgens à ieiunio, conscissa habens vestimenta, & sacram tunicam, ingeniculans, & extendēns manus ad Dominū,

C dicebam: Domine confusus sum, & reueritus sum ante faciem tuam. Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra, & ignorantiæ nostræ exaltatæ sunt vsque ad cælum, etiam à temporibus patrum nostrorū, & sumus in magno peccato vsque ad diem hunc. Et propter peccata nostra, et patrum nostrorum sumus traditi cum fratribus nostris, & cum regibus nostris, & cum sacerdotibus nostris, regibus terræ in gladium, & captiuitatē, & depredationem cū confusione vsque in hodiernum diem. Et nunc quantum est hoc, quod contigit nobis misericordia à * Domino Domino, relinquere nobis radicem, & nomē in loco sanctificationis tuæ, & detegere luminare nobis in domo Domini Dei

D nostri, dare nobis cibum in tempore seruitutis nostræ? Et cum seruiremus; non fuimus derelicti à Domino nostro: sed constituit nos in gratia in conspectu regum Persarum, dare nobis cibum, & clarificare templum Domini nostri, & suscitare desertam Sion, dare nobis stabilitatem in Iudæa, et Hierusalem. Et nunc quid dicemus Domine habentes hæc? Transgresi enim sumus præcepta tua, quæ dedisti in manu puerorum tuorum prophetarum, dicens: Quoniam terra, in quam introitis possidere hæreditatem eius, terra polluta est coinquinatione alienigenarum terræ, et immunditia sua repleuerunt eam; et nunc filias vestras non coniungetis filijs eorum, et filias eorum non accipietis filiis vestris, et non

E inquiretis pacem habere cum illis omni tempore; vt inualescentes manducetis optima terræ, et hæreditatem distribuatis filiis vestris vsque in æuum. Et quæ contingunt nobis omnia, fiunt propter opera nostra maligna, et magna peccata nostra. Tu enim Domine, qui alleuasti peccata nostra, dedisti nobis talem radicem, rursum reflexi sumus transgredi legem tuam, vti commisceremur immun ditiæ gentium terræ. Nonne irasceris nobis perdere nos, quoadusque non relinquatur radix, et semen, et nomen nostrum? Domine Israel verax es. Derelicti enim

enim sumus radix in hodiernam diem. Ecce nunc sumus in conspectu tuo in iniquitatibus nostris, Non est enim stare adhuc ante te in his. Et cum orans Esdras confiteretur plorans, humi prostratus ante templum; congregati sunt ad eum ex Hierusalem turba magna valde, viri, et mulieres, et iuuenes, et iuuenculæ. Fletus enim erat magnus in ipsa multitudine. Et cũ clamasset Iechonias Ieheli ex filiis Israel, dixit Esdræ: Nos peccauimus in Dominum: collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terræ. Et nunc est supra omnis Israel. In hoc fiat iusiurandum ad Dominum, expellere omnes vxores nostras, quæ ex alienigenis sunt, cum filiis earum; sicut decretũ est tibi, et quicumque obediunt legi Domini. Exurgens perfice. Ad te enim spectat negocium, et nos tecum sumus, ad viriliter faciendum. Et exurgens Esdras adiurauit principes sacerdotũ, et Leuitarum vniuersi Israel, facere secundum hæc. Et iurauerũt.

α Et posterior his est.] *Alia varietas in codicibus non est inuenta, nisi quod in quibusdam pro* καὶ μεταγενέστερος, *est* μεταγενέστερος δέ. *Vulgata autem.* Et post hunc regnante Artaxerse. β Simul.] *In aliquo codice additur* μετ' αὐτοῦ. *& vulgata,* cum ipso. γ Cum obuenisset autem.] *Ab aliquo abest illud,* autem: *vt hæc videantur coniungi posse cum præcedentibus. Sed auctor vulgatæ videtur plura habuisse in suo codice. Inquit enim.* Antecedentes autem, qui scribebant scripta Artaxerxis regis, tradiderunt scriptum, quod obuenerat. δ Et qui sunt.] *In aliquo,* ὄντων δὲ αὐτῶν. qui quidem sint. ε Pragmaticis.] *quasi negociatoribus. In nonnullis est,* γραμματικοῖς. *Vulgata,* scribis. *Sic psal. 70. gemina lectio est,* πραγματείας, & γραμματείας. ζ Ex Philarchis sacerdotum.] *In aliquo est,* τῶν φυλάρχων, καὶ τῶν ἱερέων. *Vulgata,* ex plebis præpositis, & sacerdotibus. *Sed paulo post in omnibus codicibus est,* φυλάρχοις τῶν ἱερέων: *Et in extremo capite,* τοὺς φυλάρχους τῶν ἱερέων. *Et quamuis vulgata in loco prius indicato habeat rursus,* ex plebis præpositis, & sacerdotibus, *tamen in hoc vltimo ipsa etiam habet,* principes sacerdotum. *Quare vocabulum illud* φυλάρχου, *communius quiddã est, quàm præpositi plebis, aut tribuum.* η Promouentes.] *Vulgata videtur accepisse participium pro verbo,* promouimus: *quod sæpe solet. Sed ab aliquo libro abest illud,* vsquequo, *quod paulo post sequitur.* θ Marmothi Vriæ.] *In impressis est,* μαρμωθιερὶ, *& potest fortasse suppleri,* filio Vriæ, *aut,* filio Vri. *Vulgata quidem,* Marimoth filio Iori. *In aliquo tamen manuscripto est tantum,* Marmothi sacerdoti. ι Hircos pro salutari] *Ita collati codices, quamuis vulgata,* hircos pro peccato duodecim, & pro salute vaccas duodecim. κ A Domino Domino.] *In aliis* παρὰ σοῦ κύριε, *& vulgata,* abste Domine Deus: *quam dictionem* Deus *sæpe videtur adiungere.*

CAP. IX.

ET exurgens Esdras ab atrio templi, abijt in pastophorium Ionan filij Eliasibi: & hospitatus illic, non gustauit panem, nec aquam bibit, lugens super iniquitates magnas multitudinis. Et facta est prædicatio in omni Iudæa, & Hierusalem omnibus, qui erant ex captiuitate, congregari in Hierusalem: & quicumque non occurrerint biduo, vel triduo diei; secundum iudiciũ præsidentium seniorum, consecrabuntur pecora eorum, & ipse alienus iudicabitur a multitudine captiuitatis. Et congregati sunt omnes, qui erant ex tribu Iuda, & Beniamin, in tribus diebus in Hierusalem: hic mensis est nonus, die mẽsis vigesima. Et consederunt omnis multitudo in area templi trementes propter hyemem præsentem. Et exurgens Esdras dixit illis: Vos inique fecistis, & coniunxistis vos vxoribus alienigenis, vt adderetis peccata ipsi Israel. Et nunc date confessionem, gloriam Domino Deo patrum nostrorum, & facite voluntatem ipsius, & discedite a gentibus terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et clamauit omnis multitudo, & dixerunt voce magna: Sicut dixisti, faciemus. Sed multitudo magna est, & tempus hybernum, & non possumus stare sub dio: & hoc opus non est nobis vnius diei, neque bidui. Multum enim in his peccauimus. Stent autem præpositi multitudinis, & omnes, qui nobiscum inhabitant, quotquot habent vxores alienigenas, assistant accipientes tempus, & cuiusque loci seniores,

A seniores, & iudices, vsquequo soluant iram Domini a nobis negocii huius. Ionathas Azaeli, & Ezecias Theocani susceperunt secundum hæc: & Mosollamus, & Leuis, & Sabbathæus simul cooperati sunt cum illis. Et fecerunt secundum omnia hæc, qui erant ex captiuitate. Et elegit sibi Esdras sacerdos viros principes patriarum suarum: omnes per nomen: & * clausi sunt nouilunio mensis decimi examinare negocium istud. Et determinatum est de viris, qui habebant vxores alienigenas vsque ad neomeniam primi mensis. Et inuenti sunt ex sacerdotibus, permisti, qui habebant alienigenas vxores: Ex filijs Iesu filij Iosedec, & fratribus eius, Mathelas, & Eleazarus, & Iorebus, & Ioa-
B danus: et iniecerunt manus, vt expellerent vxores suas; & ad propitiationem arietes pro ignorantia sua: Et ex filiis Emmer, Ananias, & Zabdæus, & Manes & Samæus, & Hiereel, & Azarias: Et de filiis Phæsur, Elionais, Masias, Ismaelus, & Nathanaelus, & Ocodelus, & Saloas: Et ex Leuitis, Iozabadus, & Semeis, & Couis (hic est Calitàs) & Pathæus, & Iudas, & Ionas: Ex sacris cantoribus, Eliasebus, Bacchuros: Ex ostiarijs, Salumus, & Tolbanes: Ex Israel ex filijs Phoros, Hiermas, & Iezias, & Melchias, & Maelus, & Eleazarus, & Asebias, & Banæas: Ex filiis Elà, Matthanias, Zacharias, & Iezrielus, & Ioabdius, & Ieremoth, & Aidias: Et ex filijs Zamoth, Eliadas, Eliasimus, Othonias, Iarimoth, & Saba-
C thus, & Zeralias: Et ex filijs Bebai, Ioãnes, & Ananias, & Iozabdus, & Amathias: Ex filijs Mani, Olamus, Mamuchus, Iedæus, Iasubus, & Iasaelus, & Hieremoth: Et ex filijs Addì, Naathus, & Moosias, Laccunus, & Naidus, Matthanias, & Sesthel, & Balnuus, & Manassias: Et ex filijs Anan, Elionas, & Asaias, & Melchias, & Sabbæus, & Simon Chosamæus: Et ex filijs Asom, Altanæus, & Mattathias, & Sabannæus, & Eliphalat, & Manasses, & Semei: Et ex filijs Baani, Hieremias, Momduis, Ismaerus, Iuhel, Mabdai, & Pedias, & Anos, Rabasion, & Enasibus, & Manemtanæmus, Eliasis, Bannus, Eliali, Someis, Selemias, Nathanias: Et ex filijs Ezorà, Sesis, Esril, Azaelus, Samatos, Zambre, Iosephus: Et ex filiis Ethmà,
D Mazitias, Zabadaias, Edais, Iuhel, Banæas. Omnes isti coniunxerunt sibi vxores alienigenas, & dimiserunt eas cum filijs. Et inhabitauerunt sacerdotes, & Leuitæ, & qui erant ex Israel, in Hierusalem, & in regione, nouilunio mensis septimi: & filij Israel in habitationibus suis. Et congregata est omnis multitudo simul in aream, quæ est ab Oriente portæ sacræ: & dixit Esdræ sacerdoti, & lectori. Affer legem Moysi, quæ tradita est a Domino Deo Israel. Et attulit Esdras Pontifex legem omni multitudini a viro vsque ad mulierem, & omnibus sacerdotibus audire legem nouilunio mensis septimi. Et legebat in area, quæ est ante sacram portam, a prima luce vsque ad vesperam, coram viris, & mulieribus. Et dede-
E runt omnis multitudo sensum ad legem. Et stetit Esdras sacerdos, & lector legis super ligneum tribunal, quod fabricatum erat. Et steterunt apud eum Mattathias, Sammus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezecias, Baalsamus a dextris: & a sinistris Phaldæus, & Misael, Melchias, Lothasubus, Nabarias, Zacharias. Et assumens Esdras librum coram multitudine, præsidebat in gloria in conspectu omnium. Et cum absoluisset legem; omnes erecti steterunt. Et benedixit Esdras Dominum Deum altissimum, Deum Sabbaoth omnipotentem. Et respondit omnis populus, Amen. Et eleuatis sursum manibus, procidentes in terram, adorauerunt Dominum: Iesus, & Anniuth, & Sarabias, & Iadinos, & Iacubus, Saba-

thæus, Autæas, Mæannas, & Calitas, Azarias, & Iosabdus, & Ananias, Phalias Leuitæ docebant legem Domini, & ad multitudinem legebant legem Domini, exaltantes simul lectionem. Et dixit Attharates Esdræ Pontifici, & lectori, & Leuitis, qui docebant multitudinem super omnes: Dies hic sanctus est Domino. Et omnes flebant, cum audissent [β] legem. Digressi ergo manducate pinguissima quæque, & bibite dulcissima quæque: & mittite munera his, qui non habent: Sanctus enim est hic dies Domino: Et nolite mœsti esse. Dominus enim clarificabit vos. Et Leuitæ denuntiabant omni populo: Dies hic sanctus est: nolite mœsti esse. Et abierunt omnes manducare, & bibere, & epulari, & dare munera his, qui non habebant, & epulari magnifice: [γ] quoniam quidem sunt exaltati verbis, quibus edocti sunt: & congregati sunt.

α Clausi sunt.] *Alii libri, συνεκάθισαν, & vulgata*, consederunt. β Legem.] *Ita collati codices. Vulgata addit*, Et dixit Esdras. γ Quoniam quidem.] ὅτι γάρ. *Aliqui* ἔτι γάρ. Adhuc enim. *Vulgata alio modo, & plenius videtur hunc locum legisse*, his, qui non habebant, vt epularentur. Magnifice enim sunt exaltati verbis, quibus edocti sunt. Et congregati sunt vniuersi in Hierusalem celebrare lætitiam secundum testamentum Domini Dei Israel.

ESDRAS

ESDRAS
LIBER II.

CAP. I.

ET in primo anno Cyri regis Persarum, vt compleretur verbum Domini ex ore Hieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum, & trāsmisit vocem in omni regno suo, etiam in scriptura, dicens: Sic dixit Cyrus rex Persarum. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse requisiuit super me, ad ædificandum ipsi domum in Hierusalem, quæ in Iudæa. Quis in vobis de vniuerso populo eius? Et erit Deus illius cum eo, & ascendet in Hierusalem, quæ in Iudæa, & ædificet domum Dei Israel: ipse est Deus, qui in Hierusalem. Et omnis residuus ex omnibus locis, vbi ipse habitat ibi, & sument eum viri loci eius in argento, & auro, & [α] apparatu, & pecoribus vnà cum voluntario in domum Dei, quæ in Hierusalem. Et surrexerunt principes patriarum Iuda, & Beniamin, & sacerdotes, & Leuitæ, omnes quorum suscitauit Deus spiritum eorum ascendere ad ædificandam domum Domini, quæ in Hierusalem. Et omnes, qui in [β] circuitu, confortauerunt in manibus eorum in vasis argenti, in auro, in apparatu, & in xenijs præter voluntaria. Et rex Cyrus protulit vasa domus Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Hierusalem, & dederat ea in domo Dei sui. Et protulit ea Cyrus rex Persarum super manum Mithridatis Gasbareni. Et numerauit ea ipsi Sasabasar principi Iuda. Et hic numerus eorum: Phialæ aureæ triginta, & phialæ argenteæ mille, mutatoria nouem & viginti, [γ] Cephures aurei triginta, & argētei duplices quadringenta decem, & vasa alia mille: omnia vasa auro, & argento quinque millia quadringenta: omnia [δ] ascendentia cum Sasabasar à transmigratione è Babylone in Hierusalem.

[α] Apparatu.] ἀποσκευῇ. *Compl.* ὑπάρξει, substantia, *vt vulgata.* [β] Circuitu.] *Compl. addit* αὐτῶν, eorum. *Quod autem sequitur,* confortauerunt in manibus, *est hebraismus, & significat,* confortauerunt manus. [γ] Cephures.] *Libri veteres partim hoc modo habent, partim* χεφουρὶ, *partim* χαφουρῆ, *partim* κεφουρί. *Complut.* χεφορεί. *Est autem vocabulum hebraicum significans cochlearia, aut scyphos, vt alibi dictū.* [δ] Ascendentia.] *Pro,* ascenderunt. *Compluten.* ἀνήγαγε σασαβασὰρ μετὰ τῆς ἀναβάσεως τῆς ἀποικίας, reduxit Sasabasar cum ascensione transmigrationis, *id est quando ascenderunt ij, qui captiui fuerant, & transmigrauerant.*

CAP. II.

A

ET hi filij prouinciæ, aſcendentes de captiuitate tranſmigrationis, quam tranſmigrare fecerat Nabuchodonoſor rex Babylonis in Babylonem; & reuerſi ſunt in Hieruſalem, & Iuda, vir in ciuitatem ſuam. Qui venerunt cum Zorobabel, Ieſus, Neemias, Saraias, Reelias, Mardochæus, Balaſan, Maſphar, Baguè, Reum, Baanà. Virorum numerus populi Iſrael: Filij Phares, duo millia centum ſeptuaginta duo: Filij Saphatia, trecenti ſeptuaginta duo: Filij Ares, ſeptingenti ſeptuaginta quinque: Flij Phaath Moab de filijs Ieſuè Ioab, duo millia octingenti duodecim: Filij Ailam, mille ducenti quinquaginta quatuor: Filij Zattuà, nongenti quadraginta quinque: Filij Zacchù, ſeptingẽti ſexaginta: Filij Banuì, ſexcenti quadraginta duo: Filij Babai, ſexcenti viginti tres: Filij Aſgad, mille ducenti viginti duo: Filij Adonicam, ſexcenti ſexaginta ſex: Filij Baguè, duo millia quinquaginta ſex: Filij Addin, quadringenti quinquaginta quatuor: Filij Ater ex Ezecia, nonaginta octo: Filij Baſsà, trecenti viginti tres: Filij Iorà, centum duodecim: Filij Aſum, ducenti viginti tres: Filij Gaber, nonaginta quinque: Filij Bethlaem, centum viginti tres: Filij Netophà quinquaginta ſex: Filij Anathot, centum viginti octo: Filij Aſmoth, quadraginta tres: Filij Cariathiarim, Caphirà, & Beroth, ſeptingenti quadraginta tres: Filij Ramà, & Gabaa, ſexcenti viginti vnus: Viri Machmas, centum viginti duo: Viri Bæthel, & Aià, quadringenti viginti tres: Filij Nabù, quinquaginta duo: Filij Magebis, centum quinquaginta ſex: Filij * Elamar, mille ducenti quinquaginta quatuor: Filij Elam, trecenti viginti: Filij Lodadì, & Onò, ſeptingenti viginti quinque: Filij Hiericho, trecenti quadraginta quinque: Filii Senaà, tria millia ſexcenti triginta. Et ſacerdotes filij Iedua, de domo Ieſu, nongenti ſeptuaginta tres: Filij Emmer, mille quinquaginta duo: Filij Phaſſur, mille ducenti quadraginta ſeptem: Filij Erem, β mille ſeptem. Et Leuitæ filii Ieſu, & Cadmiel ex filiis Oduia, ſeptuaginta quatuor, Cantores filii Aſaph, centum viginti octo. Filii Ianitorũ, filii Sellũ, filii Ater, filii Telman, filii Acub, filii Atita, filii Sobaì, omnes centum triginta nouẽ. Nathinæi, filii Suthia, filii Aſuphà, filii Tabaoth, filii Cades, filii Siaà, filii Phadon, filii Labanò, filii Agabà, filii Acub, filii Agab, filii Selami, filii Anan, filii Geddel, filii Gaar, filii Raià, filii Raſon, filii Necodà, filii Gazem, filii Azò, filii Phaſè, filii Baſì, filii Aſenà, filii Mounim, filii Nephuſim, filii Bachuc, filii Acuphà, filii Arur, filii Baſaloth, filii Maudà, filii Arsà, filii Barios, filii Siſara, filii Thema, filii Naſthiè, filii Atupha, filii ſeruorum Salomon, filii Sotaì, filii Sephera, filii Phadura, filii Ieela, filii Darcon, filii Gediel, filii Saphatia, filii Aſil, filii Phacherath, filii Aſeboim, filii Hemei: omnes Nathinæi, & filii γ Abdeſelma, trecenti nonaginta duo. Et hi, qui aſcenderunt de Thelmelech, Thelareſa, Cherub, Hedan, Emmer, & non potuerunt indicare domum patriæ ſuæ, & ſemen ſuum, ſi ex Iſrael ſunt, filii Dalaia, filii Bua, filii Thobiæ, filii Necoda, ſexcenti quinquaginta duo: & de filiis ſacerdotum, filii δ Labia, filii Anchus, filii Berzellaì, qui accepit de filiabus Berzellaì Galaaditæ vxorem, et vocatus eſt in nomine eorum. Hi quæſierunt ſcripturam ſuam * Methoeſim, & non ſunt inuenti, & ζ abdicati ſunt a ſacerdotio. Et dixit Atherſaſthà eis, vt non comederent de ſancto ſanctorum,

B C D E

A ctorum, donec η surgeret sacerdos illuminantibus, & perfectis. Omnis autem Ecclesia simul, quasi quadraginta duo millia trecenti sexaginta, absque seruis eorum, & ancillis eorum: hi septem millia trecenti triginta septem: θ & hi cantores, & cantatrices bis centum. Equi eorum, septingenti triginta sex: muli eorum, ducenti quadraginta quinque: cameli eorum, quadringenti triginta quinque: asini eorum, sex mille septingenti viginti. Et ex principibus patriarum, in ingrediendo ipsos in domum Domini, quæ in Hierusalem, sponte obtulerunt in domum Dei, ad statuendam eam super stabilitatem suam, sicut potentia eorum, dederunt in thesaurum operis, ι aurum purum minæ millia sexaginta B vnum, & argenti minas quinque millia, & κ Cothoni sacerdotum centum. Et sederunt sacerdotes, & Leuitæ, & qui de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinim in ciuitatibus suis, & omnis Israel in ciuitatibus suis.

α Elamar.] *Hoc potuit esse factum ex duabus dictionibus, quæ significant* ἠλὰμ ἑτέρου, *quod habet Compl. & vulgata*, Helam alterius. β Mille septem.] *Absunt à multis. Compl.* χίλιοι καὶ διακόσιοι, *& vulgata*, mille, decem & septem. *Sed sæpe admonuimus de magna in numeris varietate.* γ Abdeselmà.] *Compl.* δούλων, σολομῶντος, seruorum Salomonis, *quod est interpretatio illius.* δ Labia.] *Aliqui* ἐβδία, Obdia. *Alii* ὀβαία, Obaia. *Vulgata* Iobia. ε Metocsim.] *Est dictio hebraica significans*, eorum, qui in genealogia connumerati sunt. *Compl.* ἔτι, ὧν (*atque ita etiam nonnulli alii*) ἐζήτησαν τὴν γραφὴν αὐτῶν οἱ γενεαλογοῦντες, hi, quorum quæsierunt scripturam ipsorum illi, qui genealogias faciunt. *Sed prior constructio magis ad hebræum.* C ζ Abdicati sunt.] ἠγχιστεύθησαν. *Compl.* ἐξώσθησαν, eiecti sunt, *vt vulgata.* η Surgeret.] ἀναστῇ. *Aliqui*, ἂν στῇ, steterit. *Quod autem sequitur*, illuminantibus, *est dandi casus pro*, de illuminantibus, *vt sæpe in hoc capite, & alibi.* θ Et hi cantores.] *Compl.* καὶ αὐτοῖς ᾄδοντες, & his cantores, *eodem hebraismo, de quo proxime dictum est. Quare vulgata*, & in ipsis. ι Aurum purum minæ.] *Alius codex, & Compl.* χρυσίου δραχμῶν auri drachmarum. *Aliqui* χρυσίου δραχμάς, auri drachmas. κ Cothoni.] *Hæc eadem dictio hebraica ponitur Neemiæ vij. propius hebræo sermoni*, χοθωνώθ. *Hic alij libri habent* χιτῶνας, vestes: *quod est interpretatio illius.*

CAP. III.

D ET aduenit mensis septimus, & filij Israel in ciuitatibus suis. Et congregatus est populus tanquam vir vnus in Hierusalem. Et surrexit Iesus filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius: & ædificauerunt altare Dei Israel, ad offerendum super illud holocaustoses, secundum ea, quæ scripta sunt in lege Moysi hominis Dei. Et stabilierunt altare super stabilitatem suam: quoniam in terrore super ipsos a populis terrarum. α Et ascendit super Israel holocaustosis Domino mane, & ad vesperam. Et fecerunt solennitatem tabernaculorum, secundum quod scriptum est, diem in die in numero, sicut iudicium, verbum diei in die suo: & post hæc holocaustum iugis sacrificij, & ad Neomenias, & ad omnes festiuitates Domino sanctificatas, E & omni sponte offerenti spontaneum Domino. In die vna mensis septimi cœperunt offerre holocaustoses Domino: & domus Domini fundata non erat. Et dederunt argentum latomis, & fabris, & cibos, & poculenta, & oleum Sydonijs, & Tyrijs, ad afferendum ligna cedrina è Libano, ad mare Ioppes, secundum ζ permissionem Cyri regis Persarum super eos. Et in anno secundo aduentus eorum ad domum Dei in Hierusalem, in mense secundo cœpit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, & reliqui ex fratribus eorum sacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui veniebant è captiuitate in Hierusalem. Et statuerunt Leuitas a viginti annis, & γ supra, super facientes opera in domo Domini. Et stetit Iesus, & filij

eius, & fratres eius, Cadmiel, & filij eius, filij δ Iuda, super facientes opera in domo Dei: filij Ennadad, filij eorum, & fratres eorum Leuitæ. Et fundamenta iecerunt ad ædificandam domum Domini. Et steterunt sacerdotes amicti stolis in tubis, & Leuitarum filij Asaph in cymbalis ad laudandum Dominum super manus Dauid regis Israel. Et responderunt in laude, & confessione Domino, quoniam bonum, quoniam in seculum misericordia eius super Israel. Et omnis populus ε significabat voce magna laudando Dominum super fundatione domus Domini. Et multi de sacerdotibus, & Leuitis, & principes patriarum, seniores, qui viderant domum primam in fundatione eius, & hanc domum in oculis suis, plorabant voce magna. Et turba in significatione cum lætitia ad eleuandum ζ canticum. Et non erat populus agnoscens vocem significationis lætitiæ a voce fletus populi: quoniam populus vociferabatur voce magna, & vox audiebatur vsque a longe.

α Et ascendit.] *Compl.* καὶ ἀνεβίβασαν ἐπ' αὐτῷ ὁλοκαυτώσεις, & ascendere fecerunt super illud holocaustoses. β Permissionem.] *Respondet hebræo. Compl.* διὰ γνώμης, per sententiam. γ Supra.] *In plerisque additur* τοῦ νικοποιεῖν, *aut* τοῦ ἐπινικᾶν, *quod vulgata,* vt vrgerent. δ Iuda.] *In Compl. additur,* ὁμοθυμαδὸν, *& vulgata,* quasi vir vnus. ε Significabat.] *Eadem,* ἠλάλαξαν, vociferabantur, *itemque paulo post pro* ἐν σημασίᾳ, *habet* ἐν ἀλαλαγμῷ, *sed tamen & ipsa in extremo habet* τὴν φωνὴν σημασίας. *Et vocabulum* σημασίας, *solere significare vociferationem, & insignem quendam clamorem, ac sonum alibi notatum est.* ζ Canticum.] *Eadem* φωνὴν, vocem.

CAP. IV.

Et audierunt ij, qui tribulabant Iuda, & Beniamin, quia filij transmigrationis ædificant domum Domino Deo Israel. Et accesserunt ad Zorobabel, & ad principes patriarum, & dixerunt eis: Ædificabimus vobiscum quoniam sicut vos, quærimus Deum α nostrum, & ei nos sacrificamus a diebus Asaradan regis Assur, qui adduxit nos huc. Et dixit ad eos Zorobabel, & Iesus, & reliqui principum patriarum Israel: Non nobis, & vobis ædificare domũ Deo nostro: quoniam nos ipsi in idipsum ædificabimus Domino Deo nostro; sicut mandauit nobis Cyrus rex Persarum. Et erat populus terræ dissoluens manus populi Iuda: & impediebant eos ædificare, etiam mercede conducentes super eos, β consultantes ad dissipandum consilium ipsorum omnibus diebus Cyri regis Persarũ, & vsque ad regnum Darij regis Persarũ. Et in regno Assueri, & in principio regni eius scripserunt epistolã super habitantes Iuda, & Hierusalem. Et in diebus Arthasasthà γ scripsit in pace Mithridati Tabeel, & reliquis conseruis: ad Arthasasthà regem Persarum scripsit tabellarius scripturam Syriace, & interpretatã: Rheum δ Baltam, & Sampsa scriba scripserunt epistolam vnam contra Hierusalem Arthasasthà regi. Hæc iudicabat Rheum Balthan, & Sampsa scriba, & reliqui conserui nostri, Dinæi, Apharsathachæi, Tarphalæi, Apharsæi, Archyæi, Babylonij, Susanachæi, Danæi, & reliqui ex gentibus, quas transtulit Assenaphar magnus, & gloriosus, & habitare fecit eos in ciuitatibus ipsius ε Somoron, & reliquum trans flumen. Hæc est dispositio epistolæ, quã miserunt ad eum. AD ARthasastà regem pueri tui viri trans flumen. Notũ sit regi, quia Iudæi, qui ascendunt a te ad nos, venerunt in Hierusalem, ciuitatem refugam, & malignam, quam ædificant: & mœnia eius extructa sunt, & fundamenta

A damenta eius exaltauerunt. Nunc igitur notum ſit regi, quia ſi ciuitas illa reædificata fuerit,& mœnia eius extructa; ζ tributa non erunt tibi,neque dabunt. Et hoc regibus η nocet,& turpitudinem regis non licet nobis videre. Propter hoc miſimus,& notum fecimus regi, vt requirat in libro θ admonitionis patrum tuorum:& inuenies,& cognoſces,quia ciuitas illa,ciuitas refuga,& maleficiens regibus, & prouincijs: & perfugia ſeruorum fiunt in medio eius a diebus ſeculi. Propter hæc ciuitas iſta deſolata eſt. Notum igitur facimus nos regi; quia ſi ciuitas illa ædificata fuerit,& mœnia eius extructa,non eſt tibi pax. Et miſit rex ad Rheum Baltam,& Sampſa ſcribam, & reliquos conſeruos eorum, B habitantes in Samaria,& reliquos transfluuium,pacem: Et ait: Tabellarius, quem miſiſtis ad nos, vocatus eſt coram me: & a me poſita eſt ſententia, & requiſiuimus,& inuenimus, quia ciuitas illa a diebus ſeculi ſuper reges eleuatur, & rebelliones,& transfugia fiunt in ea:& reges fortes fuerunt in Hieruſalem,& obtinentes totam transfluuialem:& ι tributa plena, & pars dabantur eis. Et nunc ponite edictum,ceſſare viros illos: & ciuitas illa non ædificabitur vltra: κ vt ex edicto cauti ſitis remiſſe agere de hoc; ne forte multiplicetur perditio in nocumentum regibus. Tunc tabellarius Arthaſaſtà regis legit coram Rheũ Baltham,& Sampſa ſcriba,& conſeruis eius. Et iuerunt feſtinanter in Hieruſalẽ C & in Iuda;& ceſſare fecerunt eos in equis,& virtute. Tunc ceſſauit opus domus Dei,quod in Hieruſalem: & fuit ceſſans vſque ad ſecundum annum regni Darij regis Perſarum.

α Noſtrum.] *Compl.* ὑμῶν, veſtrũ, *vt vulg.* β Conſultantes ad diſsipandum.] βουλευόμενοι τοῦ διασκεδάσαι. *Eadem* συμβούλοις, Conſiliatores, *vt vulgata.* γ Scripſit in pace.] *Vulgata*, ſcripſit Beſellam: *quod poteſt optime ſignificare*, in pace. *In vno codice eſt*, ἔγραψαν, ſcripſerunt. *In quo etiam* (*ſicut fere in Compl.*) *ſequitur*, ἐν εἰρήνῃ μιθραδάτης, ὁ ταβεὴλ (*Compl.* καὶ ταβεὴλ) σὺν τοῖς λοιποῖς συνδούλοις αὐτοῦ, πρὸς ἀρθασασθὰ βασιλέα περσῶν, ἔγραψεν. in pace Mithradates, qui Tabeel (*al.* & Tabeel, *quemadmodum vulgata*) cum cæteris conſeruis ſuis ad Arthaſthà regem Perſarum. Scripſit, &c. δ Baltam.] *Varie ſcribitur hæc dictio. Compl.* βεελτεέμ. *Vulgata*, Beelthccm. *Et poteſt ſignificare præfectum rationum, hominem à commentariis.* ε Somoron.] *Compl. inflectit ad normam græcam*, τῆς σαμαρείας, Samariæ. ζ Tributa non erunt tibi, neque dabunt.] *Eadem* φόρων πρᾶξιν, καὶ συντέλεσμα οὐ δώσουσι, tributorum exactionem,& vectigal non dabunt. η Nocet.] *In Compl. additur*, καὶ νῦν οὖν, καθὼς ἅλας τοῦ ναοῦ ἡλισάμεθα. Et nũc igitur, ſicut ſalibus palatij ſaliti ſumus, *quod reſpondet vulg.* Nos ergo memores ſalis, quod in palatio comedimus. θ Admonitionis.] *Eadem*, ὑπομνηματισμάτων monumentorum. ι Et tributa plena,& pars.] *Eadem* καὶ φόροι, πράξεις, καὶ συντελέσματα, & tributa, exactioneſque, & vectigalia. κ Vt ex edicto cauti ſitis remiſſe agere de hoc.] *In eadem*, δι' ἐμοῦ ἐξετέθη γὰρ δόγμα, καὶ προσέχετε τοῦ μὴ ποίησαι παράλογον περὶ τούτου. Per me poſitum eſt edictum. Et attendite, ne faciatis abſurdum de hoc.

D

CAP. V.

E Et prophetauit Aggæus propheta,& Zacharias filius Addo prophetiam ſuper Iudæos, qui in Iuda, & Hieruſalem in nomine Dei Iſrael ſuper ipſos. Tunc ſurrexerunt Zorobabel filius Salathiel,& Ieſus filius Ioſedec: & cœperunt ædificare domum Dei, quæ in Hieruſalem: & cum eis prophetæ Dei adiuuantes eos. In ipſo tempore venit ſuper eos Thanthanai ſubregulus trans flumen,& Satharbuzanai, & conſerui eorum:& talia dixerunt eis: Quis poſuit vobis decretum ædificare domum hanc, & apparatum hunc perficere? Tunc iſti dixerunt eis: Quæ ſunt nomina virorum ædificantium ciuitatem hanc? Et oculi Dei ad captiuitatem Iuda:& non fecerunt ceſſare eos, donec ſententia ad Darium delata fuit. Et tunc α data eſt tabellario ſuper hoc explicatio

rio epistolæ, quam misit Thanthanai subregulus regionis trans flumen, & Satharbuzanai, & conserui eorum Apharsachæi, qui in transfluuiali, Dario regi: [β] verbis miserunt ad eum. Et hæc scripta sunt in [γ] eo. Dario regi pax omnis: Notum sit regi, quia iuimus in Iudæam prouinciam ad domum Dei magni: & ipsa ædificatur lapidibus electis, & ligna imponuntur in parietibus, & opus illud valde dexterum fit, & bene procedit in manibus eorum. Tunc interrogauimus seniores illos, & sic diximus eis: Quis posuit vobis decretum, domum hãc ædificare, & apparatum hunc perficere? Et nomina eorum interrogauimus eos ad notificandum tibi; vt scriberemus tibi nomina virorum principum eorum. Et huiusmodi verbum responderunt nobis, dicentes: Nos sumus serui Dei cæli, & terræ: & ædificamus domum, quæ erat ædificata ante hunc annos multos: & rex Israel magnus ædificauit eam, & perfecit eam ipsis. Ex quo autem irritarunt patres nostri Deum cæli; dedit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi: & domum hanc dissoluit, & populum transtulit in Babylonem. Sed in anno primo Cyri regis, Cyrus rex posuit decretum, domum Dei hanc ædificari: & vasa domus Dei aurea, & argentea, quæ Nabuchodonosor extulerat de domo, quæ in Hierusalem, & asportauerat ea in templum regis, protulit ea Cyrus rex è templo regis, & dedit Sabanasar custodi thesaurorum, qui super thesaurum, & dixit ei: Omnia vasa sume, & vade: pone ea in domo, quæ in Hierusalem, in locum eorum. Tunc Sabanasar ille venit, & dedit fundamenta domus Dei in Hierusalem: & ex tunc vsque nunc ædificata est, & non est perfecta. Et nunc, si super regem, bonum; requirat in domo Gazæ regis Babylonis; vt cognoscas, quia à rege Cyro positum est decretum, ædificare domum Dei illam, quæ in Hierusalem. Et cum nouerit rex de hoc; mittat ad nos.

[α] Data est.] ἀπεστάλη. *Compl.* δέδοται, dat. *Ac deinde initium periodi facit,* διασάφησις ἐπιστολῆς, explicatio, *vel* exemplar epistolæ: *quod etiam nihilo incommodius in nostra fieri potest.* [β] Verbis.] *Vnus vetustus codex habet* ῥῆσιν, verbum, sermonem: *quod respondet hebræo. Compl.* ῥήματα, verba. [γ] Eo.] Eadem, ἐν αὐτῇ, *vt referatur ad illud,* διασάφησις ἐπιστολῆς.

CAP. VI.

TVNC Darius rex posuit decretum, & requisiuit in bibliothecis, vbi Gaza posita est in Babylone. Et inuentum est in [α] ciuitate in palatio caput vnum, & hic scriptus in eo commentarius. In anno primo Cyri regis, Cyrus rex posuit decretum de domo [β] sacra Dei, quæ in Hierusalem: Domus ædificetur, & locus, vbi sacrificant sacrificia. [γ] Et posuit eleuationẽ, altitudo cubiti sexaginta, latitudo eius cubitorũ sexaginta: & domus lapideæ validæ tres: & domus lignea vna. Et sumptus de domo regis dabitur. Et vasa domus Dei argentea, & aurea, quæ Nabuchodonosor extulit è domo, quæ in Hierusalem, & portauit in Babylonem; & dentur, & remittantur in templum, quod in Hierusalem super locum, vbi posita fuerant in domo Dei. [δ] Nunc dabitis subreguli trans flumen Sacharbuzanai, & conserui ipsorum Apharsachæi; qui trans flumen, [ε] longe existentes illinc, nunc permittite opus domus Dei. Præpositi Iudæorũ, & seniores Iudæorum domum Dei illam ædificẽt super locum ipsius. Et a me decretũ positum est, [ζ] ne quando quid faciatis cum senioribus Iudæorũ ad ædi-

A ad ædificandum domum Dei illam. Et de substantijs regis, tributis ipsis trans flumen, diligenter sumptus sit datus viris illis, vt non cessent. Et quodcumque necessarium, & filios boum, & arietum, & agnos in holocaustoses Deo cæli, frumentum, sal, vinum, oleum iuxta verbum sacerdotum, qui in Hierusalem, sit datum eis, diem in die, quodcumque petierint; vt beneolentia offerant Deo cæli, & deprecentur ad vitam regis, & filiorum eius. Et à me positum est decretum; quod omnis homo, qui mutauerit verbum hoc, tolletur lignum de domo ipsius, & erectus [η] percutietur super illud: & domus eius [θ] fiet id quod ad me: & Deus, cuius inhabitat nomen ibi, euertat omnem regem, & po-B pulum, qui extendet manum suam ad mutandam, aut delendam domum Dei, quæ in Hierusalem. Ego Darius posui decretum: diligenter [ι] erit. Tunc Thanthanai subregulus trans flumen, Satharbuzanai, & cõserui eius, secundum quod misit Darius rex, sic fecerunt diligenter. Et seniores Iudæorum ædificabant, & Leuitæ in prophetia Aggæi prophetæ, & Zachariæ filij Addò. Et ædificauerũt, & perfecerunt ex decreto Dei Israel, & ex decreto Cyri, & Darij, & Arthasasthà regum Persarum. Et perfecerunt domum istam vsque ad diem tertiam mensis Adar; qui est annus sextus regni Darij regis. Et fecerunt filij Israel, sacerdotes, & Leuitæ, & reliqui ex filijs trãsmigrationis Encænia domus Dei in lætitia: & ob-C tulerunt in Encænia domus Dei vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato pro omni Israel duodecim ad numerum tribuum Israel. Et statuerunt sacerdotes in diuisionibus ipsorum, & Leuitas in partitionibus ipsorum, super seruitutem Dei in Hierusalem, secundũ scripturã libri Moysi. Et fecerunt filij transmigrationis Pascha quartadecima mensis primi: quoniam mundati fuerant sacerdotes & Leuitæ: vsque ad vnum, omnes mundi. Et iugularunt Pascha omnibus filijs trãsmigrationis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibi ipsis. Et comederunt filij Israel Pascha, qui de trãsmigratione, & omnis separans se ab immunditia gentium terræ ad eos, ad quærendũ Do-D minum Deum Israel. Et fecerunt festiuitatem Azymorum septem diebus in lætitia: quoniam lætificabat eos Dominus: & conuertit cor regis Assur super eos ad confortandas manus eorum in operibus domus Dei Israel.

α In ciuitate in palatio.] *In aliquibus est,* ἐν ἀμαθὰ πόλει ἐν τῇ βάρει τῆς μήδων πόλεως, in Amathà ciuitate in palatio Medorum ciuitatis. *A nonnullis absunt illa,* ἐν ἀμαθὰ πόλει. *In vno autem est,* ἐν ἐκβατάνοις τῇ πόλει ἐν τῇ βάρει τῆς μήδων χώρας, in Ecbathanis ciuitate in castro prouinciæ Medorum. *Et fortasse illa,* τῇ πόλει, *&* ἐν τῇ βάρει *sunt duæ interpretationes. Vulgata habet,* Ecbathanis. *Sed illud,* Amathà, *videtur vestigium dictionis hebraicæ, quæ significat,* scrinio scripturarum. β Sacra Dei.] ἱερὰ θεοῦ. *Alii* τοῦ θεοῦ, ipsius Dei. *Et fortasse,* οἴκου, *&* ἱεροῦ, *rursus sunt duæ interpretationes.* γ Et posuit eleuationem.] *Compl.* καὶ τὰ θεμέλια τεθήτω παχέα, & fundamenta ponantur crassa. δ Nunc dabitis subreguli.] *Eadem,* νῦν οὖν θανθαναῒ στρατηγὲ τοῦ πέραν τοῦ ποταμοῦ, *quod vulgata,* Nunc ergo Tanthannai Dux regionis, quæ est trans flumen, &c. ε Longe E existentes.] *Potest positum esse participium pro uerbo,* sitis. *Nam vulgata,* procul recedite ab illis. ζ Nequando quid faciatis.] *Eadem* τοῦ ποιῆσαι διὰ τῶν πρεσβυτέρων, faciendi per seniores, &c. η Percutietur.] πληγήσεται. *Alii* παγήσεται, configetur. θ Fiet id, quod ad me.] τὸ καθ' ἐμὲ ποιηθήσεται. *Videtur valere,* publicetur, *vt vulgata. Compl.* ἔσται εἰς διαρπαγὴν erit in direptionem. ι Erit.] *Eadem* γινέσθω, fiat.

CAP. VII.

ET post verba hæc, in regno Arthasasthà regis Persarum, ascendit Esdras filius Sarææ filij Azariæ filij Chelcia filij Sellum filij Sadduc filij Achitob filij Samaria filij Esrià filij Mareoth filij Zaraià filij Oziæ filij Boccì filij

filij Abisuè filij Phinees fili Eleazari filij Aaron sacerdotis primi. Ipse Esdras A ascendit de Babylone, & ipse scriba velox in lege Moysi, quam dedit Dominus Deus Israel. Et dedit ei rex: quoniam manus Domini Dei eius super ipsum in omnibus, quæ quærebat ipse. Et ascenderunt de filijs Israel, & de sacerdotibus, & de Leuitis, & cantores, & ostiarij, & Nathinim in Hierusalem in anno septimo Arthasasthà regi. Et venerunt in Hierusalem mense quinto: hic annus septimus regi: quoniam in vna mensis primi ipse fundauit ascensionem, quæ è Babylone: in prima autem mensis quinti venerunt in Hierusalem: quoniam manus Dei eius erat bona super eum: quoniam Esdras dedit in cor suum quærere legem, & facere, & docere in Israel præcepta, & iudicia. Et [a] hæc explicatio B constitutionis, quam dedit Arthasasthà Esdræ sacerdoti scribæ libri sermonum mandatorum Domini, & præceptorum ipsius super Israel. Arthasasthà rex regum Esdræ scribæ legis Domini Dei cæli. [b] Perficiatur sermo, & responsio. A me positum est decretum, vt omnis sponte volens in regno meo de populo Israel, & sacerdotibus, & Leuitis ire in Hierusalem tecum eat. A [c] facie regis, & septem consiliariorum missum est visitare super Hierusalem, & in Iudæam, lege Dei ipsorum, quæ in manu tua: [d] & ad domum Domini argentum, & aurum, quod rex, & consiliarii sponte dederunt Deo Israel, habitanti in Hierusalem, & omne argentum, & aurum, quodcumque inueneris in omni regione Ba- C bylonis cum spontanea datione populi, & sacerdotum sponte dantium, in domum Dei, quæ in Hierusalem. Et omnem venientem hunc prompte ordina in libro hoc, vitulos, arietes, agnos, & sacrificia eorum, & libamina eorum, & offeres ea super altare domus Dei vestri, quæ in Hierusalem. Et si quid super te, & fratres tuos, bonum fuerit in residuo argenti, & auri facere; sicut placitum Deo vestro, facite. Et vasa, quæ dantur tibi in ministerium domus Dei, trade in conspectu Dei in Hierusalem. Et reliquum necessitatis domus Dei tui, quodcumque visum fuerit tibi; dabis ex ædibus gazæ regis, & a me, Ego Arthasasthà rex posui decretum omnibus gazis, quæ vltra flumen; vt omne, quodcumque pe- D tierit a vobis Esdras sacerdos, & scriba Dei cæli, prompte fiat vsque ad argenti talenta centum, & vsque ad frumenti coros centum, & vsque ad vini batos centum, & vsque ad olei batos cētum, & sal, cuius non est scriptura. Quodcumque est in sententia Dei cæli, fiat. Attendite, ne quis manum inijciat in domum Dei cæli; ne forte fiat ira super regnum regis, & filiorum eius. Et vobis notificatum est, in omnibus sacerdotibus, & Leuitis, cantoribus, ianitoribus, Nathinim, & ministris domus Dei hoc, [e] tributum non erit tibi, non habebis potestatem seruitute opprimendi eos. Et tu Esdra, sicut sapientia Dei in manu tua, constitue scribas, & iudices, vt sint iudicātes omni populo, qui vltra flumen, omnibus E scientibus legem Dei tui: Et non scienti notificabitis. Et omnis, quicumque non fuerit faciens legem Dei, & legem regis prompte; iudicium factum erit de eo, siue ad mortem, [f] siue ad castigationem, siue ad damnum vitæ, siue ad traditionem. Benedictus Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit in cor regis ita, ad glorificandam domum Domini, quæ in Hierusalem: & super me inclinauit misericordiam in oculis regis, et cōsiliariorum eius, et omnium principum regis: [g] eleuatorum. Et ego confortatus sum, sicut manus Dei bona super me: et congregaui de Israel principes ad ascendendum mecum.

[a] Hæc

A α Hæc explicatio.] *Complut.* τοῦτο τὸ ἀντίγραφον, hoc eſt exemplum. β Perficiatur.] *Alij* τετέλεσται, perfectus eſt. γ A facie regis.] *Compl. & ex parte etiam alij,* καθ' ὅτι ἀπὸ προσώπου τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν ἑπτὰ συμβούλων αὐτοῦ ἀπεστάλης, ſecundum quod à facie regis, & ſeptem conſiliariorum eius miſſus es. δ Et ad domum.] *Nonnulli* καὶ ἀπενεγκεῖν εἰς οἶκον, & vt feras in domum. *In Compl. tranſpoſitum eſt* ἀπενεγκεῖν καὶ εἰς τὸν οἶκον. ε Tributum non erit tibi, non habebis poteſtatem ſeruitute opprimendi eos.] *Diſcrepant nonnihil codices. Complut.* τὸν φόρον, καὶ πρᾶξιν, καὶ ἀποφορὰν οὐκ ἔχειν ὑμᾶς ἐξουσίαν ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτοῖς, Tributum & exactionem, & vectigal non habere vos poteſtatem imponere ſuper eos. ζ Siue ad caſtigationem, ſiue ad damnum vitæ, ſiue ad traditionem.] *In aliquibus pro* εἰς παράδοσιν, *eſt* εἰς δεσμὰ, in vincula. *Compl. autem totum hunc locum ſic affert,* ἐάν τε ἐκριζῶσαι αὐτὸν, ἢ παιδεῦσαι, ἢ ζημιῶσαι τὰ ὑπάρχοντα, ἢ εἰς φυλακὴν ἐγκλεῖσαι, ſiue ſit eradicare eum, aut caſtigare, aut mulctare ſubſtantiam, aut in cuſtodiam includere. η Eleuatorum.] *Eadem* τῶν δυνατῶν, potentum.

CAP. VIII.

B

ET hi principes familiarum ſuarum α duces aſcendentes mecum in regno Arthaſaſthà regis Babylonis. De filijs Phinees, Gerſon: De filijs Ithamar, Daniel: De filijs Dauid Attus: De filijs Sechenia, & de filijs Phoros, Zacharias, & cum eo β globus centum & quinquaginta: De filiis Phath Moab, Elianà filius Saraia, & cum eo ducenti maſculi: Et de filiis Zathoes, Sechenias filius Aziel, & cum eo trecēti maſculi: Et de filiis Adin, Obeth filius Ionathan, & cū eo quinquaginta maſculi: Et de filiis Elā, Iſaias filius Athelia, & cū eo ſeptuaginta maſculi: Et de filijs Saphatia, Zabadias filius Michael, & cū eo octuaginta maſculi: Et de filijs Ioab, Abadia filius Ieiel, & cum eo ducenti decem octo C maſculi: Et de filijs Baanì, Selimuth filius Ioſephia, & cum eo centum ſexaginta maſculi: Et de filijs Babì, Zacharias filius Babì, & cum eo viginti octo maſculi: Et de filijs Aſgad, Ioanan filius Accatan, & cum eo centum decem maſculi: Et de filijs Adonicam nouiſsimi, & hæc nomina eorum, Eliphalat, Iehel, & Samaia, & cum eis ſexaginta maſculi: Et de filiis Baguè, Vthai, & Zabud, & cum eo ſeptuaginta maſculi. Et congregaui eos ad fluuium venientem ad Eui: & caſtra metati ſumus ibi dies tres. Et conſideraui in populo, & in ſacerdotibus: & de filijs Leui non inueni ibi. Et miſi ad Eleazar, & ad Ariel, ad Semeia, & ad Alonam, & ad Iareb, & ad Elnatham, & ad Nathan, ad Zachariam, & ad Meſollam, & ad Ioarim, & ad Elnatan intelligentes. Et γ emiſi eos ad principes in ar- D gento loci: & poſui in ore eorum verba ad loquendum ad fratres ſuos de Athinim in argento loci, vt adducerent nobis cantores in domum Dei noſtri. Et venerunt nobis, ſicut manus Dei noſtri bona ſuper nos, vir δ Sachon de filijs Mooli filij Leui filij Iſrael. ε Et principio venerunt filij eius, & fratres eius decē octo, & Aſebia, & Iſaia, de filiis Merari, fratres eius, & filij eius viginti. Et de Nathinim, quos dedit Dauid, & principes in ſeruitutem Leuitarum, Nathinim ducenti viginti: omnes congregati ſunt in nominibus. Et vocaui ibi ieiunium ſuper flumen Ahuè, vt humiliaremur in conſpectu Dei noſtri, quærendo ab eo E viam rectam nobis, & filijs noſtris, & omni poſſeſsioni noſtræ: quoniam erubui petere a rege virtutem, & equites ad ſaluandum nos ab inimico in via: quoniā dixeramus regi dicentes: Manus Dei noſtri ſuper omnes quærentes ipſum in bonum: & fortitudo eius, & furor eius ſuper omnes derelinquentes ipſum. Et ieiunauimus, & quæſiuimus a Deo noſtro de hoc. Et exaudiuit nos. Et diſtinxi de principibus ſacerdotum duodecim, Saraia, Aſabia, & cum eis de fratribus eorum decem: & appendi eis argentum, & aurum, & vaſa primitiarum domus Dei noſtri, quæ ζ exaltauit rex & conſiliarij eius, & principes eius, & omnis Iſrael

Israel, qui inueniebantur. Et appendi super manus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, & vasa argentea centum, & talenta auri centum: & η chaphurè aurei viginti ad viam mille, & vasa æris fulgentis boni diuersa desiderabilia in auro. Et dixi ad eos: Vos sancti Domino, & vasa sancta, & argentum, & aurum spontanea Domino Deo patrum nostrorum. Vigilate, & custodite, donec appendatis in conspectu principum sacerdotum, & Leuitarum, & principũ patriarum in Hierusalem in θ tabernaculis domus Domini. Et susceperunt sacerdotes, & Leuitæ pondus argenti, & auri, & vasorum ad afferendum in Hierusalem in domum Dei nostri. Et promouimus à fluuio Ahuè in duodecima mensis primi ad veniendum in Hierusalem. Et manus Dei nostri fuit super nos, et eruit nos à manu inimici, et hostis in via. Et venimus in Hierusalem, et sedimus ibi dies tres. Et factum est, die quarta appendimus argentum, et aurum, et vasa in domo Dei nostri super manũ Merimoth filij Vriæ sacerdotis: et cum eo Eleazar filius Phinees: et cum eo Iozaba filius Iesu, et Noadia filius Banaia Leuitæ: in numero, et in pondere omnia: et scriptum est vniuersum pondus. In tempore illo, qui venerant ex captiuitate, filij transmigrationis, obtulerunt holocaustoses Deo Israel, vitulos duodecim pro omni Israel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato duodecim, omnia holocaustomata Domino. Et dederunt decretum regis procuratoribus regis, et subregulis trans flumen. Et exaltauerunt populum, et domum Dei.

α Duces ascendentes.] *Compl.* καὶ ἡ γενεαλογία τῶν ἀναβαινόντων, *quod vulgata*, & genealogia eorum, qui ascenderunt. β Globus.] *Eadem*, ἐγενεαλογήθησαν οἱ ἄρσενες, numerati sunt masculi. γ Et emisi eos ad principes in argento loci.] *Compl.* καὶ ἐνετειλάμην αὐτοῖς πρὸς Ἀδδαὶ τὸν ἄρχοντα ἐν χασφιὲ τοῦ τόπου, καὶ ἔθηκα ἐν στόματι αὐτῶν λόγους λαλῆσαι πρὸς Ἀδδαὶ, καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν τοὺς ναθιναίους τοὺς ἐν ἀργυρίῳ τοῦ τόπου χασφιέ. Et mandaui eis ad Adai principem de Casphie loco, & posui in ore eorum verba ad loquendum ad Addai, & ad fratres eorum Nathinæos, qui in argento loci Casphie. *Quæ satis respondent hebræo, & vulgatæ. Sed, quod in postrema parte ponitur &*, argento, &, casphie, *satis indicatur illud esse interpretationẽ huius dictionis hebraicæ paululum immutatæ. In lib. 1. cap. 8. est*, πρὸς Λοδδαῖον τὸν ἡγούμενον τοῦ ἐν τῷ τόπῳ τοῦ γαζοφυλακίου, *& rursus*, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἐν τῷ τόπῳ γαζοφύλαξιν, in loco gazophylacij, ijs, qui in loco custodes gazæ. δ Sachon.] *Est vestigium dictionis, quæ significare potest* συνετὸς, intelligens: *quod est in Compl.* ε Et principio venerunt filii eius.] *Eadem*, καὶ σαρουία, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, & Saruia, & filii eius. ζ Exaltauit.] *Idest*, consecrauit, obtulit: *atque eodem sensu Compl.* ἀφώρισαν, segregauit. η Et caphurè aurei viginti ad viam mille.] *Alii* χαφουρὶ χρυσοῖ εἴκοσιν εἰς τὴν ὁδὸν δραχμῶν χιλίων, chaphuri aurei viginti in viam drachmarum mille: *nec multo aliter Compl. nisi quod non habet*, εἰς τὴν ὁδὸν. *De ista dictione hebraica dictum est primo libro. Vulg. hoc loco*, & crateras aureas viginti, quæ habebant solidos millenos. θ Tabernaculis.] *Compl.* εἰς παστοφόρια, in Pastophorijs.

CAP. IX.

Et postquam completa sunt hæc, accesserunt ad me principes, dicentes: Non est separatus populus Israel, et sacerdotes, et Leuitæ à populis terrarum in α elongationibus eorum, de β stirpe Chanani, Ethì, Pherezì, Iebusì, Ammonì, Moabì, et Moserì, et Amonì: quoniam acceperunt de filiabus eorum sibi, et filiis suis: et γ transmissum est semen sanctum in populos terrarum, et manus δ principum in præuaricatione hac in principio. Et vt audiui verbum hoc, conscidi vestimenta mea, et ε pauebam, et euellebam de capillis capitis mei, et de barba mea, et sedebam tacens. Et conuenerunt ad me omnis ζ sequens verbum Dei Israel super præuaricatione transmigrationis. Et ego sedens, tacens vsque ad sacrificium vespertinum. Et in sacrificio

vespertino

A vespertino surrexi ab humiliatione mea. Et cum scindebam vestimenta mea, & pauebam; & inclino super genua mea, & expando manus meas ad Dominum Deum, & dixi: Domine confusus sum, & erubui eleuare Dee mi faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra magnificata sunt vsque in cælum. A diebus patrum nostrorum sumus in delicto magno vsque in diem hanc. Et in nostris iniquitatibus traditi sumus nos, & reges nostri, & filij nostri in manu regum gentium in gladio, & in captiuitate, & in direptione, & in confusione faciei nostræ, sicut dies hæc. Et * nunc mansuefactus est nobis Deus noster ad dimittendum nos in salutem, & dandum nobis firmamentum in loco sanctificationis B suæ, ad illuminandos oculos nostros, & dandum viuificationem paruam in seruitute nostra: quoniam serui sumus: & in seruitute nostra non dereliquit nos Dominus Deus noster. Et inclinauit super nos misericordiam coram regibus Persarum ad dandam nobis viuificationem, exaltando eos domum Dei nostri, & suscitando solitudines eius, & dando nobis sepem in Iuda, & Hierusalem. Quid dicemus Deus noster post hoc? quoniam dereliquimus mandata tua, quæ dedisti nobis in manu seruorum tuorum prophetarum, dicens: Terra, in quam introitis ad hæreditandam eam, terra peruersa est in peruersione C populorum gentium in elongationibus eorum, quibus impleuerunt eam ab ore ad os in suis immunditijs. Et nunc filias vestras ne dederitis filijs eorum, & de filiabus eorum ne accipiatis filijs vestris: & non quæretis pacem eorum, & bonum eorum vsque in seculum; vt inualescatis, & comedatis bona terræ, & in hæreditatem distribuatis filijs vestris vsque in seculum. Et post omne, quod venit super nos in factis nostris malignis, & in delicto nostro magno, θ quoniam non est sicut Deus noster, quoniam alleuasti nostras iniquitates, & dedisti nobis salutem; quoniam reuertimus dissipare mandata tua, & contrahere affinitatem cum populis terrarum; nunquid irritatus es in nos vsque ad D consummationem, vt non sit residuum, & superstes? Domine Deus Israel iustus tu, quoniam remansimus incolumes, sicut dies hæc. Ecce nos coram te in delictis nostris: quoniam non est stare in conspectu tuo super hoc.

α Elongationibus.] *Compl.* βδελύγμασιν, abominationibus, *vt vulgata: eadem varietas est non longe à fine capitis.* β De stirpe Chanani.] *Hoc visum est valere,* τῷ χαναναίῳ *& alibi de isto dandi casu notatum est, pro quo Compl.* τοῖς χαναναίοις, eodem sensu. γ Transmissum.] *Eadem.* συνεμίγη, commistum est. δ Principum.] *Eadem addit* καὶ τῶν στρατηγῶν, *quod in vulgata,* & magistratuum. ε Pauebam.] ἐπαλλόμην. *Fieri autem fortasse potest, vt sit nomen, & significet genus vestis & hic, & paulo post. Compl. quidem vtrobique habet* τὸν ἐπενδύτην, tunicam. *Primò quidem libro in vtroque loco est* τὴν ἱερὰν ἐσθῆτα, sacram vestem. *Quare verti fortasse posset,* mutatoriam. ζ Sequens.] *Compl.* ὁ ἔντρομος, qui tremit. η Nunc.] *Compl. addit,* ὡς βραχὺ, *quod vulgata,* ad parum, & momentum. θ Quoniam non est, sicut Deus noster, quoniam alleuasti.] E *Compl.* ὅτι σὺ ὁ θεὸς ἡμῶν ἐκούφισας, quoniam tu Deus noster alleuasti.

CAP. X.

ET, vt deprecatus est Esdras, & vt confessus est plorans, & α orans coram domo Dei; congregati sunt ad eum de Israel ecclesia multa valde, viri, & mulieres, & iuuenes: β quoniam plorauerunt populus, & eleuauit plorans. Et respōdit Sechenias filius Iehel de filijs Elam, & dixit Esdræ: Nos præuaricati sumus Deo nostro, & habitare fecimus vxores alienas de populis terræ. Et nunc est γ expectatio ipsi Israel super hoc. Et nunc disponamus testa-

mentum Deo nostro, eijciendi omnes vxores, & ſ genita ex eis: ' prout voluerit. ζ Surge, & fac eos timere in mandatis Dei nostri: & sicut lex, fiat. Surge: quoniam super te verbum, & nos tecum: confortare, & fac. Et surrexit Esdras, & adiurauit principes, ' sacerdotes, & Leuitas, & omnem Israel, faciendi iuxta verbum hoc. Et iurarunt. Et surrexit Esdras à facie domus Dei: & iuit in gazophylacium Ioanan filii Elisub: & iuit illuc: panem non manducauit, & aquam non bibit: quoniam lugebat super præuaricatione transmigrationis. Et transmiserunt vocem in Iuda, & in Hierusalem omnibus filiis transmigrationis, & congregentur in Hierusalem. Omnis, qui non venerit ad tres dies, sicut consilium principum, & seniorum; anathemabitur omnis substantia eius, & ipse separabitur ab ecclesia transmigrationis. Et conuenerunt omnes viri Iuda, & Beniamin in Hierusalem ad tres dies. Hic est mensis nonus. In vigesima mensis sedit omnis populus in platæa domus Dei præ θ turbatione sua de verbo, & ab hieme: Et surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos. Vos præuaricati estis, & habitare fecistis vxores alienas ad apponendum super delictum Israel. Et nunc date laudẽ Domino Deo patrum nostrorum, & facite, quod placitum in conspectu eius, & separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienis. Et responderunt omnis ecclesia, & dixerunt: ι Magnum hoc verbum tuum super nos ad faciendum. Sed populus multus, & tempus hybernum, & non est facultas standi foris: & opus non in die vno, neque in duobus; quoniam multiplicauimus iniuste agere in verbo hoc. Stent nunc principes κ nostri, & ex omnibus, qui in ciuitatibus nostris, qui λ habitare fecit vxores alienas, veniant ad tempora ex constitutionibus, & cum eis seniores ciuitatis, & ciuitatis, & iudices, ad auertendã iram furoris Dei nostri à nobis de verbo hoc. Verũ Ionathan filius Asael, & Iazias filius Thecoè μ mecum de hoc: & Mesollam, & Sabbathai Leuita adiuuans eos. Et fecerunt sic filii transmigrationis. Et secesserunt Esdras sacerdos, & viri principes patriarum ν domui, & omnes in nominibus: quia reuerterunt in die vna mensis decimi ad exquirendum verbum. Et compleuerunt in omnibus viris, qui habitare fecerant vxores alienas vsque ad diem vnam mensis primi. Et inuẽti sunt de filiis sacerdotum, qui habitare fecerant vxores alienas, de filiis Iesu filii Iosedec, & fratres eius, Maasia, & Eliezer, & Iarib, & Gadalia: Et dederunt manum suam ad emittendas vxores suas, & ξ delicti arietem ex ouibus pro delicto suo: Et de filiis Emmer, Anani, & Zabdia; Et de filiis Eram, Masael, et Elia, et Samaia, & Iehel, et Ozia: Et de filiis Phasur, Elionai, Maasia, & Ismael, et Mathanael, et Iozabad, et Elasà. Et de filiis Leuitarum Iozabad, et Samù, et Colia (ipse Colita) et Phetheia, et Iudas, et Eliezer. Et de cantoribus Elisab. Et de ianitoribus, Solmen, et Telmen, et Oduth. Et de Israel, de filiis Phoros, Ramia, et Azia, et Melchia, et Meamin, et Eleazar, et Asabia, et Banæa: Et de filiis Helam, Matthania, et Zacharia, et Iaiel, et Abdia, et Iarimoth, et Elia: Et de filiis Zathua, Elionai, Elisub, Matthanai, & Armoth, et Zabad, et Oziza: Et de filiis Babei, Ioanan, Anania, et Zabù, et Thali: Et de filiis Banuì, Mosollam, Maluch, Adaias, Iasub, et Saluia, et Rhemoth: Et de filiis Phaathmoab, Ednè, et Chalel, et Banæa, Maasia, Matthania, Beseleel, et Banui, et Manasse: Et de filiis Eram, Eliezer, Iesia, Melchia, Samaias, Semeon, Beniamin, Baluch, Samaria: Et de filiis Asem, Metthania, Matthathà, Zadab, Eliphalet,

A Eliphalet, Hierami, Manasse, Semei: Et de filijs Bani, Moodia, Amram, Vhel, Banæa, Badaia, Chelcia, Vuania, Merimoth, Eliasiph, Matthania, Matthanai. Et ° fecerunt filij Banui; & filij Semei, & Selemia, & Nathan, & Adaia, Machadnabù, Sesei, Sariù, Ezriel, & Selemia, & Samaria, & Sellum, Amaria, Ioseph: De filijs Nabù, Iael, Matthanias, Zabad, Zebenias, Zadai, & Ioel, & Banæa. Omnes hi acceperant vxores alienas, & genuerant ex eis filios.

α Orans.] *Compl.* προπίπτων, procidens. β Quoniam plorauerunt populus, & eleuauit plorans.] *Eadem* ὅτι κλαυθμῷ μεγάλῳ ἔκλαυσεν ὁ λαός, quia fletu magno fleuit populus. γ Expectatio.] *Eadem*, ἐλπίς, spes. δ Genita.] τὰ γενόμενα. *Alii* τὰ γεννώμενα, *quod est expressius*. ε Pro vt voluerit.] *Eadem* ἐν βουλῇ κυρίου in consilio Domini. ζ Surge, & fac eos timere.] *Eadem adnectēs præcedentibus*, καὶ τῶν τρεμόντων & eorum, qui tremunt. η Sacerdotes] *Eadem* τῶν ἱερέων, sacerdotum, *vt vulgata*. θ Præ
B turbatione sua.] *Eadem* ἐν τρόμῳ in tremore. ι Magnum hoc verbum tuum super nos ad faciendum.] *Non deest aliqua imitatio hebraismi*, & magnum, *valet*, magnæ auctoritatis. *Compl. planius*, κατὰ τοὺς λόγους σου, οὓς εἶπας, οὕτως ποιήσομεν, secundum verba tua, quæ dixisti, sic faciemus. *Nec multo aliter in extremo primi libri.* κ Nostri.] *Compl. addit* τῇ πάσῃ ἐκκλησίᾳ, *quod vulgatā*, in vniuersa multitudine. λ Habitare fecit.] *Idest*, duxit, *respondet enim hebræo. Alii nonnulli* οἱ ἐκάθισαν, qui duxerunt. μ Mecum de hoc.] *Istud*, de hoc, *abest à Compl. sed non ab hebræo, in quo pro*, mecum, *est*, steterunt, *vt vulgata*. ν Domui.] *Sic hebræus, & significat*, per domum. *Alii*, τῶν οἴκων, domorum. ξ Delicti.] *Vnus codex* ἐξήνεγκαν, attulerunt, *hebræus*, delinquentes, *ac subintelligitur*, dederunt, obtulerunt. ο Et fecerunt filii Banui.] *Pro his in vulgata est*, & Iasi, & Bani.

NEEMIAS

CAP. I.

VERBA Neemiæ filij Chelcia. Et factum est in mense Chaseleu anni vigesimi, & ego eram in Susan [a] Abirà. Et venit Anani vnus de fratribus meis, ipse, & viri Iuda. Et interrogaui eos de [β] superstitibus, qui remanserant ex captiuitate, & de Hierusalem. Et dixerunt ad me: Residui qui remãserunt de captiuitate ibi in prouincia, in malo magno, & in opprobrio: & mœnia Hierusalẽ deiecta: & portæ eius incensæ sunt in igne. Et factum est in audiendo me verba hæc, sedi, & ploraui, & luxi dies, & fui ieiunans, & orans in conspectu Dei cæli. Et dixi: [γ] Ne, quæso, Domine, Deus cæli, fortis, magnus, & terribilis, custodiens testamentum, & misericordiam tuam diligentibus [δ] ipsum, & custodientibus mandata ipsius. Sit, quæso, auris tua attendens, & oculi tui aperti ad audiendam deprecationem serui tui; quã ego deprecor in conspectu tuo hodie die, ac nocte pro filijs Israel seruis tuis. Et cõfiteor super peccatis filiorũ Israel, quæ peccauimus tibi. Et ego, & domus patris mei peccauimus: dissolutione dissoluimus erga te, & non custodiuimus mandata, & præcepta, & iudicia, quæ mãdasti Moysi puero tuo. Memento nunc verbi tui, quod mãdasti Moysi puero tuo, dicẽs: Vos, si præuaricati eritis; ego dispergã vos in populis. Et, si reuerteritis ad me, & seruaueritis mandata mea, & feceritis ea; si fuerit dispersio vestra à summo cæli; inde congregabo ipsos, & introducam ipsos in locum, quem elegi ad habitãdum nomen meum ibi. Et ipsi pueri tui, & populus tuus; quos redemisti in virtute tua magna, & in manu tua valida. [ε] Ne, quæso, Domine. Sed sit auris tua attendens in deprecationem serui tui, & ad deprecationem puerorum tuorum volentium timere nomẽ tuum. Et prospera, quæso, seruum tuum hodie; & da eũ in miserationes in conspectu viri huius. Et ego eram pincerna regi.

[a] Abira.] *Vulgata interpretatur,* castro: *alii,* Metropoli. [β] De superstitibus.] *Compl.* περὶ τῶν ἰουδαίων τῶν διασωθέντων, de Iudæis saluatis. [γ] Ne, quæso, Domine.] μὴ δὴ κύριε. *Istud* μὴ, *hoc loco non tam videtur negationem significare, quàm affectum quendam orantis, sicut etiam paulo inferius in hoc eodem capite. Quare Compl. hic habet* ὦ δὴ, Hem, quæso. [δ] Ipsum.] *Eodem modo hebræus: sed significat*, teipsum, *vt alibi etiam notatum est. Sic paulo inferius,* congregabo ipsos. *Quare vulgata,* te, tua, uos. [ε] Ne, quæso, Domine: sed sit. *Illud,* Domine, *abest à nonnullis: Compl. autem habet,* δὴ κύριε ἔστω, Obsecro Domine sit, *vt vulgata. Sed paulo superius diximus de isto* μὴ.

CAP. II.

A ET factum est in mense Nisan anni vigesimi Arthasasthà regi, & erat vinum coram [α] me: & leuaui vinum, & dedi regi: & non erat alius coram eo. Et dixit mihi rex: Quare facies tua mala, & non [β] es infirmus? Et non est hoc: nisi malum cordis. Et timui multum valde, & dixi regi: Rex in æternum viuat. Cur non fiat mala facies mea; quandoquidem ciuitas, domus monumentorum patrum meorum desolata est, & portæ eius exesæ sunt in igne? Et dixit mihi rex: Pro quo hoc tu quæris? Et deprecatus sum ad Deum cæli, & dixi regi: Si super regem, bonum, & si bonus erit puer tuus in conspectu tuo, vt mittat ipsum in Iuda, in ciuitatem monumentorum patrum meorum; & reædificabo eã. B Et dixit mihi rex, & concubina sedens iuxta eum: Vsque ad quod tempus erit iter tuum, & quando reuerteris? Et bonum fuit coram rege, & misit me, & dedi ei terminum. Et dixi regi: Si super regem, bonum; det mihi epistolas ad subregulos trans flumen; vt deducant me, donec venero in Iudam; & epistolã ad Asaph custodem paradisi, qui est regi, vt det mihi ligna ad tegendum [γ] portas, & ad murum ciuitatis, & ad domum, quam ingrediar in eam. Et dedit mihi rex, sicut manus Dei bona. Et veni ad subregulos trans flumen, & dedi eis epistolas regis. Et miserat mecum rex principes virtutis, & equites. Et audiuit Sanaballat Aroni, & Tobia seruus Ammoni: & malum eis factum [δ] est; quia venit homo quærere bonum filijs Israel. C Et veni in Hierusalem, & fui ibi dies tres. Et surrexi nocte ego, & viri pauci mecum, & non annunciaui homini, quid Deus dat in cor meum facere cum Israel: & iumentum non est mecum, nisi iumentum, quem ego inscendo super illud. Et egressus sum in [ε] porta Golilà, & ad os fontis ficuum, & ad portam stercoris. Et eram [ζ] conuersans in muro Hierusalem, quod ipsi diruunt, & portæ eius exesæ erant igne. Et transiui ad portam [η] Ain, & ad piscinã regis, & non erat locus iumento trãsire sub me: & fui ascendes in [θ] muro torrentis nocte, & fui conuersans in muro, & fui in porta vallis, & reuerti. Et custodes nõ cognouerunt, quid ibã, & quid ego facio. D Et Iudæis, & sacerdotibus, & optimatibus, & ducibus, et reliquis facientibus opera vsque tunc nõ indicauerã. Et dixi ad eos: Vos videtis malũ hoc, in quo sumus in eo, quomodo Hierusalẽ deserta, et portæ eius datæ sunt igni. Venite, et exædificemus murũ Hierusalẽ: et non erimus vltra opprobriũ. Et annunciaui eis manũ Dei, quæ est bona super me, et [ι] præterea verba regis, quæ dixit mihi. Et dixi: Surgamus, et ædificemus. Et confortatæ sunt manus eorũ in bonũ. Et audiuit Sanaballat Aronì, et Tobia seruus Ammoni, et Gesam Arabi, et subsannauerũt nos, & venerũt super nos, et dixerũt: Quid verbũ hoc, quod vos facitis? An super regẽ vos rebellatis? Et retuli eis verbũ, et dixi eis: Deus cæli ipse prosperabit nos: et nos serui eius E puri, et ædificabimus. Et vobis nõ est pars, et iustitia, et memoria in Hierusalẽ.

[α] Me.] *Compl.* αὐτοῦ, *& vulgata*, ante eum. [β] Es infirmus.] *Hac notione interdum apud alios etiam auctores accipitur verbũ* μετριάζειν. *Compl.* ἀρρωστῶν, *quod est vsitatius.* [γ] Portas.] *In eadẽ additur* τῆς βάρεως τοῦ οἴκου palatii domus. [δ] Factum est.] *Nec plura hebræus. In Compl. additur,* καὶ ἐλυπήθησαν, & tristati sunt: *quæ videtur altera interpretatio præcedentis sententiæ.* [ε] In porta Golilà, & ad os fontis ficuum.] *Eadẽ,* διὰ τῆς πύλης γαί, νυκτὸς πρὸς στόμα τῆς πηγῆς τοῦ δράκοντος, per portam uallis nocte ad os fontis Draconis. *Vulg. tamẽ habet* & ante fontem. [ζ] Conuersans.] συντρίβων. *Compl.* κατανοῶν τοῖς τείχεσιν ἱερουσαλὴμ τοῖς κατεσπασμένοις, καὶ τὰς πύλας αὐτῆς τὰς ἀναλωθείσας πυρί, considerans muros Hierusalẽ dirutos, & portas eius absumptas igni. [η] Ain.] *Eadem* τῆς πηγῆς, fontis, *quod est interpretatio illius.* [θ] In muro torrentis.] *Eadem* διὰ τοῦ χειμάρρου, per torrentem, *vt vulgata.* [ι] Præterea.] *πρὸς & respondet hebræo. Ab aliis abest.*

CAP. III.

ET surrexit Eliasub sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes & ædificauerunt portam gregis: ipsi sanctificauerunt eam, & statuerunt valuas eius & vsque ad turrim centum sanctificauerunt vsque ad turrim Anameel. Et ad manus viroium filiorum Hiericho, & super manus filiorum Zacchur filij Amarì. Et portam piscium ædificauerunt filij Asanà: ipsi texerunt eam, & texerunt valuas eius, & seras eius, & vectes eius. Et ad manum eorum tenuit super Ramoth filium Vria filij Accos. Et ad manum eorum tenuit Mosollam filius Barachiæ filij Mazebel. Et ad manum eorum tenuerunt Thecoim: & Adorim non intulerunt collum suum in seruitutem ipsorum. Et portam Iasanai tenuerunt Ioidà filius Phasec, & Mesulam filius Basodia: ipsi texerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras eius, & vectes eius. Et ad manum eorum tenuerunt Maltias Gabaonites, & Euaron Meronothithes, viri Gabaon, & Masphà vsque ad thronum principis, qui trans flumen. Et iuxta eum muniuit Oziel filius Arachiæ ex aurificibus. Et ad manum eorum tenuit Ananias filius Roceim. Et reliquerunt Hierusalem vsque ad murum latum. Et ad manum eorum tenuit Raphaia filius Sur, princeps dimidiæ regionis Hierusalem. Et ad manum eorum tenuit Iedaia filius Eromaph & è regione domus suæ. Et ad manũ eius tenuit Attuth filius Asabania. Et secundus tenuit Melchias filius Heram, & Asub filius Phaathmoab, & vsque ad turrim Thanurim. Et ad manum eius tenuit Sallum filius Aloes, princeps dimidiæ regionis Hierusalem, ipse, & filiæ eius. Portam vallis tenuerunt Anun, & habitantes Zarno: ipsi ædificarunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras eius, & vectes eius, & mille cubitos in muro vsque ad portam stercoris. Et portã stercoris tenuit Melchia, filius Recab princeps regionis Bæthaccharim, ipse, & filij eius, & texerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras eius, & vectes eius. Portam autem fontis muniuit Salomon filius Cholezè, princeps partis Masphà: ipse exædificauit eã, & texit eã, et statuit valuas eius, & vectes eius, & murum piscinæ codiorũ cæsariei regis, et vsque ad scalas descendentes è ciuitate Dauid. Post eum tenuit Neemias filius Azabuch, princeps dimidiæ regionis Bethsur vsque ad hortum sepulchri Dauid, et vsque ad piscinam factam, et vsque Bethangarim. Post eum tenuerunt Leuitæ, Raum filius Bani. Ad manum eius tenuit Asabia princeps dimidiæ regionis Ceilà regione sua. Et post eum tenuerunt fratres eorum Benei filius Enadad, princeps dimidiæ regionis Ceilà. Et tenuit ad manum eius Azur filius Iesu princeps Masphà mensurã secundã turris ascensionis cõtingentis angulum. Post eum tenuit Baruch filius Zabù, mensuram secundam ab angulo vsque ad ianuam Beth Eliasub sacerdotis magni. Post eum tenuit Meramoth filius Vria filij Accos mensuram secundam à ianua Beth Eliasub vsque ad finem Beth Eliasub. Et post eum tenuerunt sacerdotes, viri Echechar. Et post eum tenuit Beniamin, et Asub è regione domus ipsorum. Et post eum tenuit Azarias filius Maasiæ filij Anania iuxta domum suam. Post eum tenuit Bani filius Adad, mensuram secundam à Beth Azaria vsque ad angulum, et vsque ad flexuram Phalach filij Euzaì ex aduerso anguli, et turris eminens è domo regis superior, quæ atrij custodiæ. Et post eum Phadaia filius Phoros. Et Nathinim erant

A nim erant habitantes in Ophal vſque ad hortum portæ aquæ ad orientem, et turris eminens. Et poſt eum tenuerunt Thecoim menſuram ſecundam ex aduerſo turris magnæ eminentis, et vſque ad murum Ophla. Supra portam equorũ tenuerunt ſacerdotes, vir è regione domus ſuæ. Et poſt eum tenuit Sadduc filius Emmer ex aduerſo domus ſuæ. Et poſt eum tenuit Samaia filius Sechenia cuſtos portæ Orientis. Poſt eum tenuit Anania filius Selemia, et Anom filius Seleph ſextus, menſuram ſecundam. Poſt eum tenuit Meſulam filius Barachia ex aduerſo gazophylacij ſui. Poſt eum tenuit Melchia filius Sarephi vſque ad π Bæthan Nathinim. ρ Et ſcruta vendentes è regione portæ Maphecad, et vſ-
B que ad aſcenſionem flexuræ. Et intermedium σ portæ gregis tenuerunt fabri, et τ ſcruta vendentes.

α Centum.] τῶν ἑκατὸν. *Vulgata ſupplet*, cubitorum. β Et ad manus virorum filiorum.] *Dictio* υἱῶν *abeſt à multis. Complut. autem,* καὶ ἐπὶ χεῖρας αὐτοῦ ᾠκοδόμησαν ἄνδρες ἱεριχὼ, καὶ ἐπὶ χεῖρας αὐτοῦ ᾠκοδόμησεν ζακχοὺρ υἱὸς ἀμαρὶ, *quod vulgata*, & iuxta eum ædificauerunt viri Hiericho, & iuxta eos (*hebræus tamen habet*, eum, *vt Compl.*) ædificauit Zacchur filius Amri. γ Tenuit ſuper Ramoth filium.] *Eſt aliqua varietas in codicibus. Compl.* κατέσχεν μαριμὼθ υἱὸς οὐρία, *quod in vulgata*, ædificauit Marimuth filius Vriæ. *Et ſæpe in hoc ipſo nomine occurrit varietas: & huius ipſius viri fit iterum mentio paulo inferius, & vocatur Meramoth etiam in Compl.* δ Adorim.] *Compl.* ἰσχυροὶ αὐτῶν, fortes eorum. *Vulgata,* optimates, *quod eſt interpretatio illius dictionis hebraicæ.* ε Ipſorum.] *Eadem* τοῦ κυρίου αὐτῶν, Domini ſui, *vt vulgata.* ζ Iaſanai.] *Interpretantur*, veterem. η Roceim.] τοῦ ῥωκεὶμ. *Vulgata*, pigmentarij, *alii*, pigmentariorum. *Compl.* τῶν μυρεψῶν, vnguentariorum. θ Reliquerunt.] *Eadem eſt propria notio verbi hebraici: quare vulgata,* dimiſerunt.
C *Putant tamen quidam hoc loco ſignificare*, inſtaurarunt. *Compl.* ἔθηκαν, ſtatuerunt. ι Et ſecundus.] *Eadem* καὶ μέτρον δεύτερον, & menſuram ſecundam: *pro quo in vulgata eſt*, mediam partem vici. κ Thanurim.] *Vulgata interpretatur*, furnorum. λ Codiorum cæſarici regis.] τῶν κωδίων τῇ κουρᾷ τοῦ βασιλέως. *Solet ſignificare capita papauerum, bulborum, ſtragula è lana, vellera veruecum. Compl.* τοῦ σιλωὰ εἰς τὸν κῆπον τοῦ βασιλέως, *quod vulgata*, Siloe in hortum regis. *Et pro*, Siloe, *multi interpretantur*, pomarij. μ Beth Angarim.] *Alii* ἀγαβαρὶμ, *quod propius ad hebræum. Significant autem iſtæ duæ dictiones*, domum fortium, *vt vulgata, & Compl.* οἴκου τῶν δυνατῶν. ν Beth.] *Rurſus Compl.* οἴκου, domus, *quod eſt interpretatio illius: itemque in ſequentibus.* ξ Finem.] *Hoc viſum eſt ſignificare* ἐκλείψεως. *Compl.* συντελείας, conſummationem. *Vulgata*, donec extenderetur. ο Et turris eminens.] *Compl.* καὶ τοῦ πύργου τοῦ ἐξέχοντος, & turris eminentis. *Sed caſum poni pro caſu non eſt inuſitatum: quare etiam Compl. habet* ἀνώτερος, ſuperior, *quod non videtur ſatis apte conſtrui cum* τοῦ πύργου, *& paulo poſt etiam ipſa habet*, & turris eminens, *vbi vulgata*, & turrim, quæ prominebat. π Bethan Nathinim.] *In aliquo eſt*, Betha, *& ſignificat*, domum Nathinæorum, *quod habet*
D *Compl.* οἴκου τῶν ναθιναίων. ρ Et ſcruta vendentes.] *Vulgata*, & ſcruta vendentium, *vt coniungatur cum ſuperioribus Compl.* καὶ τῶν μεταβόλων, & negociatorum. σ Intermedium portæ.] *Eadem* ἀναμέσον τῆς ἀναβάσεως τῆς πύλης, & inter aſcenſum portæ. τ Scruta vendentes.] *Eadem* οἱ μετάβολοι, negociatores, *quomodo etiam hic vulgata: licet idem ſit vocabulum hebræum, quod paulo ante dixit*, ſcruta vendentium.

CAP. IV.

ET factum eſt, quando audiuit Sanaballat, quia nos ædificamus murum; et malum ipſi viſum eſt: et iratus eſt valde, et ſubſannabat ſuper Iudæos. Et dixit in conſpectu fratrum ſuorum, hæc α eſt virtus Samariæ: Quia Iudæi iſti ædificant ſuam ciuitatem? Nunquid ſacrificant? nunquid poterunt? Et
E hodie ſanabunt lapides; poſtquam facti ſunt tumulus terræ combuſti? Et Tobias Ammanites iuxta eum venit, et dixit ad eos: β Nunquid ſacrificant, aut comedent ſuper locum ſuum? Nonne aſcendet vulpes, et diruet murum lapidũ eorum? Audi Deus noſter, quia facti ſumus in ſubſannationem, et conuerte opprobrium eorum in caput eorum: et da eos in ſubſannationem in terra captiuitatis: et ne operias ſuper γ iniquitatem. Et factum eſt, vt audiuit Sanaballat, et Tobia, et Arabes, et Ammanitæ, quia aſcēdit germen muris Hieruſalem, quia cœperunt fracturæ obſtrui; et malum eis viſum eſt valde. Et congregati ſunt omnes

omnes in idipsum venire δ ad præliandum in Hierusalem,& faciendum eam ε exterminatam. Et deprecati sumus ad Deum nostrum,& constituimus custodes super eos die, ac nocte a facie eorum. Et dixit Iudas: Contrita est fortitudo ζ inimicorum,& humus multa,& nos non poterimus ædificare in muro. Et dixerunt ij, qui tribulabant nos: Non cognoscent,& non videbunt, quoadusque venerimus in medium eorum,& occidamus eos,& cessare faciamus opus. Et factum est, vt venerunt Iudæi habitantes prope eos;& dixerunt nobis: Ascendunt ex omnibus η locis super nos. Et statui in infimis loci post murum in absconditis,& statui populum per familias cum gladijs suis, θ lanceas suas,& arcus suos. Et vidi:& surrexi,& dixi ad optimates, & ad duces,& ad reliquos populi: Ne timeatis a facie eorum: mementote Dei nostri magni,& terribilis:& præliamini pro fratribus vestris, filijs vestris, filiabus vestris, vxoribus vestris, & domibus vestris. Et factum est, quando audierunt inimici nostri, quia cognitum est nobis;& dissipauit Deus consilium eorum. Et reuersi sumus omnes nos ad murum, vir ad opus suum. Et factum est a die illa, dimidium ι excussorũ faciebant opus, & dimidium eorum resistebant, & lanceæ,& clypei,& arcus, & thoraces,& principes post omnem domum Iuda, ædificantes in muro:& tollentes in humeris, in κ armis: in vna manu faciebat suum opus, & in vna tenebat iaculum: & ædificatores, vir gladio suo accinctus super lumbum suum, & ædificabant:& clangens in cornea iuxta eum. Et dixi ad optimates,& ad principes,& ad reliquos populi: Opus latum,& multum, & nos dispergimur super murum longe vir à fratre suo. In loco, quocumque audieritis vocem corneæ, illuc congregabimini ad nos:& Deus noster bellabit pro nobis. Et λ nos faciẽtes opus, & dimidium nostri tenentes lanceas ab ascensu auroræ vsque ad exitum syderum. Et in tempore illo dixi populo: Vnusquisque cum iuuene suo cõmoramini in medio Hierusalem:& sit nobis nox custodia,& dies opus. Et eram μ ego, & viri custodiæ post me:& non fuit ex nobis exuẽs uir vestimenta ν sua.

α Hæc est virtus Samariæ.] *In aliquo additur*, καὶ εἶπεν, & dixit. *Compl.* καὶ τῆς δυνάμεως σαμαρείας, καὶ εἶπεν, & exercitus Samariæ,& dixit. *In qua etiã sequitur*, τί οἱ οὐδαμινοὶ οὗτοι ποιοῦσιν οἱ ἰουδαῖοι, μὴ καταλείψομεν αὐτούς; Quid imbecilles isti faciunt Iudæi? nunquid dimittemus eos? *Vulgata hanc posteriorem partem*, num dimittent eos gentes? β Nunquid sacrificant, aut comedent super locum suum?] *Eadem*, καίγε αὐτοὶ οἰκοδομοῦσιν, etiam isti ædificant. γ Iniquitatem.] *Eadem addit*, αὐτῶν, καὶ ἡ ἁμαρτία αὐτῶν ἐκ προσώπου σου μὴ ἐξαλειφθείη, ὅτι παρώργισαν ἐναντίον τῶν οἰκοδομούντων. καὶ ᾠκοδομήσαμεν τὸ τεῖχος, καὶ συνήφθη πᾶν τὸ τεῖχος ἕως τοῦ ἡμίσους αὐτοῦ, καὶ ἐγένετο ἡ καρδία τοῦ λαοῦ, ὥστε οἰκοδομῆσαι, *quod vulgata*, eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur, quia irriserunt ædificantes. Itaque ædificauimus murum, & coniunximus totum vsque ad partem dimidiam:& prouocatum est cor populi ad operandum. δ Ad præliandum.] *Alii addunt* καὶ, *& Compl.* καὶ πατάξασθαι, & percutere. ε Exterminatam.] ἀφανῆ. *Hæc pars abest à nonnullis. Compl. autem habet, sed pro* ἀφανῆ, *habet* πλάνησιν, errorem. ζ Inimicorum.] *Ita etiam Compl. licet vulgata ex hebræo*, portantis. η Locis super nos.] *Nonnulli pro* τῶν τόπων, *habent* τῶν ἐθνῶν, gentium. *Sed Complut.* τῶν τόπων, ὅτι ἐπιστρέψατε ἐφ' ἡμᾶς, locis, quoniam conuertistis super nos. θ Lanceas suas, & arcus suos.] *Multi habent* λόγχας, lanceæ. *Sed Compl.* καὶ τῶν δοράτων αὐτῶν, καὶ τῶν τόξων αὐτῶν, & lanceis suis,& arcubus suis. ι Excussorum.] ἐκτετιναγμένων, *vt ps. 126. & cap. sequenti, & significat*, iuuenum, *vt vulgata. Compl. autem* ἐκτεταγμένων, ordinatorum. κ In armis.] *Alii* ἔνοπλοι, armati. λ Et nos facientes.] *Sic hebræus. Compl.* ἐποιοῦμεν, faciebamus. *Alii* καὶ ἥμισυ ποιοῦντες, *aut* καὶ ἥμισυ αὐτῶν ποιοῦντες, & dimidium ipsorum facientes. μ Ego.] *Compl. addit* καὶ τὰ παιδάρια, *vulgata*, & pueri mei. ν Sua.] *In eadem sequitur*, ἀνήρ, καὶ ὅπλον αὐτοῦ εἰς τὸ ὕδωρ, vir, & arma eius ad aquam, *quod vulgata*, vnusquisque nudabatur tantum ad baptismum.

CAP. V.

ET α clamor populi,& mulierum eorum magnus ad fratres suos Iudæos. Et erant quidam dicẽtes: In filijs nostris,& in filiabus nostris nos multi: & accipiemus frumentum,& comedemus,& viuemus. Et sunt quidam dicentes:

dicẽtes: Agri noſtri, & vineæ noſtræ & domus noſtræ: nos oppignoramus, & accipiemus frumentũ, & comedemus. Et ſunt quidã dicentes: Mutuo ſumpſimus argẽtum in tributa regis: agri noſtri, & vineæ noſtræ, & domus noſtræ. Et nunc, ſicut caro fratrum noſtrorũ; caro noſtra: ſicut filij eorum; filij noſtri. Et ecce nos ſubiugamus filios noſtros, & filias noſtras in ſeruos: & ſunt de filiabus noſtris ſubiectæ: & non eſt poteſtas manuum noſtrarum: & agri noſtri, & vineæ noſtræ optimatibus. Et triſtatus ſum valde, ſicut audiui clamorem eorum, & ſermones hos. Et conſultauit cor meum in me: & concertaui aduerſus optimates, & principes, & dixi eis: β Exiget vir fratrem ſuum, quem vos exigitis? Et dedi ſuper eos eccleſiam magnam, & dixi eis: Nos acquiſiuimus fratres noſtros Iudæos vẽditos gentibus in ſpontaneo noſtro: & vos vendite fratres veſtros, & γ tradentur nobis. Et ſiluerunt, & non inuenerunt verbum. Et dixi: Non bonum verbũ, quod vos facitis: non ſic in timore Dei noſtri abibitis ab opprobrio gentium inimicorum noſtrorum. Etiam fratres mei, & noti mei, & ego poſuimus eis argẽtum, & frumentum: relinquamus, obſecro, exactionem hanc. Reddite, quæſo, eis, ſicut hodie, agros eorũ, & vineas eorum, & oliueta eorum, & domos eorum: & de argento, frumentum, & vinum, & oleum promite eis. Et dixerunt: Reddemus, & ab eis non quæremus: ſic faciemus, ſicut tu dixiſti. Et vocaui ſacerdotes, & adiuraui eos facere, ſicut verbum hoc. Et veſtimentum meum excuſſi, & dixi: Sic excutiat Deus omnem virum, qui non ſtatuet verbum hoc, è domo eius, & è labore eius: & erit ſic excuſſus, & inanis. Et dixit omnis Eccleſia: Amen. Et laudauerunt Dominum. Et fecit populus verbum hoc. δ A die, qua mandauit mihi eſſe in principem eorum in terra Iuda, ab anno vigeſimo, & vſque ad annum trigeſimum & ſecundum ε Arthaſaſthà, annos duodecim ego, & fratres mei ζ extorſionem corũ non comedi, & etiam extorſiones primas, quas ante me aggrauauerant ſuper eos, & acceperant ab eis in panibus, & in vino, vltimum argentum η didrachma quadraginta. Et θ excuſſi eorum exercebant poteſtatem ſuper populum. Et ego non feci ſic a facie timoris Dei: & in opere muri ι hæc non tenui, & agrum non κ acquiſiui, & omnes congregati ibi ad opus. Et Iudæi centum, & quinquaginta viri, & venientes ad nos ex gentibus, quæ in circuitu noſtro, ad menſam meam. Et erat factum in diem vnũ, vitulus vnus, & oues ſex electæ, & hircus vnus fiebãt mihi: & inter medium decem λ dierum, in omnibus vinum multitudine. Et cum his panes μ extorſionis non quæſiui, quoniam grauis ſeruitus ſuper populum hunc. Memento mei Deus in bonum, omnia quæcumque feci populo huic.

α Et clamor.] καὶ ἡ κραυγή. *Nonnulli*, καὶ ἦν κραυγή, & fuit clamor. *Compl.* καὶ ἐγένετο. β Exiget uir fratrem ſuum, quæ uos exigitis.] *In aliquo eſt*, ἀπαιτήσει ἀνὴρ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ὑμεῖς ἀπαιτεῖτε, exactione uir fratrem ſuum uos exigitis? *quod reſpondet hebræo. Eodem fere modo Compl. Sed addit*, ἃ ὑμεῖς ποιεῖτε, quæ uos facitis, *quæ etiam ſunt in aliis quibuſdam, ſed abſunt ab hebræo.* γ Tradentur.] *Compl.* παραδίδονται, uendentur: *hebræus habet interrogationem*, uos uenditis? *&* ſunt uenditi nobis? δ A die.] *Compl.* καί γε ἀπὸ τῆς ἡμέρας, Etiam a die, *vt hebræus.* ε Arthaſaſthà.] *Eadem addit* τῷ βασιλεῖ, regi, *de quo dandi caſu alibi notatum eſt.* ζ Extorſionem.] βίαν. *Sed Compl.* ἄρτον τῆς ἡγεμονίας μου οὐκ ἐφάγομεν. οἱ δὲ ἄρχοντες οἱ ἔμπροσθέν μου. *quod vulgata*, annonas, quæ ducibus debebantur, non comedimus. Duces autem primi, qui fuerunt ante me. η Didrachma.] *Eadem* σίκλους, *& vulgata*, ſiclos. θ Et excuſſi.] *Eadem*, καί γε τὰ παιδάρια αὐτῶν ἐκυρίευσαν, etiam pueri eorum dominati ſunt. ι Hæc non tenui.] *A Compl. abeſt negatio, & ſignificat*, ædificaui, *vt vulgata.* κ Acquiſiui.] *Eadem addit* καὶ τὰ παιδάριά μου, & pueri mei. λ Decem.] *Ita etiam hebræus, & vulgata. Compl. autem & alii* δώδεκα, duodecim. μ Extorſionis.] *Rurſus Compl.* τῆς ἡγεμονίας μου, ducatus mei, *vt vulgata.*

CAP.

CAP. VI.

ET factum est, sicut auditum fuit ipsi Sanaballat, & Thobia, & Gesam Arabi, & reliquis inimicorum nostrorum, quia ædificaui murum; & non remansit in eis α spiratio: vsque ad tempus illud valuas non posueram in portis. Et misit Sanaballat, & Gesam ad me, dicens: Veni, & congregemur in idipsum in pagis in campo Onò. Et ipsi cogitantes facere mihi malum. Et misi nuncios ad eos dicens: Opus magnum ego facio, & non potero descendere, ne forte cesset opus. Cum perfecero illud; descendam ad vos. Et miserunt ad me, sicut verbum β hoc. Et misi eis secundum hæc. Et misit ad me Sanaballat, γ puerum suum, & epistolam apertam in manu eius. Et erat scriptum in ea: In gentibus auditum δ est, quia tu, & Iudæi cogitatis rebellare: propter hoc tu ædificas murum: & tu eris eis in regem: & ad hæc prophetas statuisti tibi; ε vt sedeas in Hierusalem in regem super Iuda. Et nunc annunciabuntur regi verba hæc. Et nunc veni, consultemus in idipsum. Et misi ad eum, dicens: Non fuit, sicut sermones hi, sicut tu dicis: quoniam de corde tuo fingis eos. Quoniam omnes terrent nos, dicentes: Dissoluentur manus eorum ab opere hoc, & non fiet. Et nunc confortaui manus meas: & ego ingressus sum in domum Semei filij Dalaia filij Metabeel: & ipse clausus, & dixit: Congregemur in domum Dei in medio eius, & claudamus ianuas eius: ζ quoniam veniunt nocte ad occidendum te. Et dixi: η Quis est vir, qui ingredietur in domum, & viuet? Et cognoui, & ecce Deus non miserat eum: quoniam prophetia, sermo contra me. Et Tobias, & Sanaballat mercede conduxerunt aduersus me ι turbam, vt timeam, & faciam sic, & peccem, & fiam eis in nomen malum, vt exprobrarent mihi. Memento κ Deus Tobia, & Sanaballat, sicut facta eius hæc, & Noadia prophetæ, & reliquis prophetarum, qui erant terrētes me. Et perfectus est murus quinta & vigesima Elul mensis in quinquaginta & duobus diebus. Et factum est, quando audierunt omnes inimici nostri, & timuerunt omnes gentes, quæ in circuitu nostro; & incidit timor λ valde in oculis eorū: & cognouerunt, quia à Deo nostro factum est, vt perficeretur opus hoc. Et in diebus illis à multis optimatibus Iuda epistolæ ibant ad Tobiam, & Tobiæ veniebāt ad eos: quoniam multi in Iuda iuramento coniuncti erant ei; quoniam gener erat Secheniæ filij Heraè: & Ionan filius eius acceperat filiam Mesulam filij Barachiæ in vxorem: & μ sermones eius erant dicentes ad me, & verba mea erant afferentes eis. Et epistolas misit Tobias ad terrendum me.

α In eis spiratio.] *Compl.* ἐν αὐτῷ διακοπή, *quod vulgata*, & non esset in ipso residua interruptio. β Hoc.] *In multis additur* τέταρτον, *aut* τέσσαρσι καθόδοις, *& vulgata*, per quatuor vices. γ Puerum.] *Alii* τὸν πέμπτον παῖδα, quintum puerum. δ Est.] *Alii addunt*, καὶ Γοσὲμ εἶπεν, *quod vulgata*, & Gosem dixit. ε Vt sedeas in Hierusalem in regem super Iuda.] *Compl.* κηρύσσειν περὶ σοῦ ἐν Ἱερουσαλὴμ, λέγοντας, ὅτι ἐβασίλευσας ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, *quod vulgata*, qui prædicent de te in Hierusalem, dicentes: rex in Iudæa est. ζ Quoniam veniunt nocte.] *Eadem*, ὅτι ἔρχονται φονεῦσαί σε, ἔρχονται νυκτὸς, quoniam veniunt ad occidendum te, veniunt nocte, &c. *quæ repetitio est etiam in vulgata.* η Quis est vir, qui ingredietur in domum.] *Alii* τίς ἐστιν ἀνὴρ οἷος ἐγὼ, φεύξεται, ἢ τίς οἷος ἐγὼ, εἰσελεύσεται (*aut* ὃς εἰσελεύσεται) εἰς τὸν οἶκον; *quod vulgata*, Num quisquam similis mei fugit: & quis, vt ego, ingredietur templum? θ Viuet.] *In Compl. additur*, οὐκ εἰσελεύσομαι, non ingrediar, *vt vulgata.* ι Turbam.] *Eadem* αὐτὸν, eum. κ Deus Tobia.] *Eadem* ὁ θεός μου τῷ Τωβίᾳ, *quod vulgata*, mei Deus pro Tobia. *Alii tamen vertunt*, Deus meus Tobiæ, *vt sit casus pro casu.* λ Valde.] *Alii* μέγας σφόδρα, magnus valde: *hebræus sic habet*, & conciderunt valde in oculis suis. μ Et sermones eius.] Si, sermones, *idest* λόγους, *accipiamus, ac si diceretur*, laudes; *respondet hebræo, & vulgatæ.* *Compl.* καίγε τὰ συμφέροντα αὐτῷ ἔλεγεν ἐνώπιόν μου. Etiam, quæ erant ei vtilia, dicebat coram me.

CAP.

CAP. VII.

A

ET factum est quando ædificatus est murus; & statui valuas; & recensiti sunt ianitores, & cantores, & Leuitæ. Et mandaui Anania fratri meo, & Anania principi * Bira in Hierusalem; quoniam ipse tanquam vir verax, & timens Deum præ multis. Et dixi eis: Non aperientur portæ Hierusalem vsque ad simul cum Sole: & adhuc ipsis vigilantibus claudantur valuæ, & opilentur: & statue custodes ex habitantibus in Hierusalem: vir in custodia sua, & vir e regione domus suæ. Et ciuitas lata, & magna, & populus paucus in ea: & B non erant domus ædificatæ. Et dedit Deus in cor meum, & cōgregaui optimates, & principes, & populum ad * conuentus. Et inueni librum conuentus, qui ascenderant in primis. Et inueni scriptum in eo. Et hi filij prouinciæ, qui ascenderunt de captiuitate transmigrationis, quam transmigrauit Nabuchodonosor rex Babylonis: & reuertit in Hierusalem, & in Iuda, vir in ciuitatem suam cū Zorobabel, & Iesu, & Neemia, Azaria, & Reelmà, Naermani, Mardochæus, Balsan, Maspharat, Esdra, Boguia, Inaū, Baaria, Masphar, viri populi Israel. Filij Phoros, duo millia cētum septuaginta duo: Filij Saphatia, trecenti septuaginta duo: Filij Erà, sexcēti quinquaginta duo: Filij Phaathmoab de filijs Iesu, & Ioab C duo millia sexcenti decem octo: Filij Ælam, mille ducenti quinquaginta quatuor: Filij Zathiua, octingenti quadraginta quinque: Filij Zacchù, septingenti sexaginta: Filij Banuì, sexcenti quadraginta octo: Filij Bebì, sexcenti viginti octo: Filij Asgad, duo millia trecenti viginti duo: Filij Adonicam, sexcenti sexaginta septem: Filij Bagoì, duo millia sexaginta septem: Filij Edin, sexcenti quinquaginta quinque: Filij Ater Ezeciæ, nonaginta octo: Filij Esam, trecēti viginti octo: Filij Besei, trecenti viginti quatuor: Filij Ariph, centum duodecim: Filij Asen, ducenti viginti tres: Filij Gabaon, nonaginta quinque: Filij Bæthalem, cētum viginti tres: Filij Atophà, quinquaginta sex: Filij Anathoth, centum viginti octo: Viri Bethsamoth, quadraginta duo: Viri Cariathiarim, Caphirà, & Be- D roth, septingenti quadraginta tres: Viri Aramà, & Gabaa, sexcenti viginti: Viri Machemias, centum viginti duo: Viri Bæthel, & Aì, centum viginti tres: Viri Nabia, centum quinquaginta duo: Viri Elamaar, mille ducenti quinquaginta duo: Filij Eram, trecenti viginti: Filij Hiericho, trecenti quadraginta quinque: Filij Lodadid, & Onò, septingenti viginti vnus: Filij Sanana, tria millia nongenti triginta. Sacerdotes filij Iodae in domo Iesu, nongenti septuaginta tres: Filij Emmer, mille quinquaginta duo: Filij Phaseur, mille ducenti quadraginta septem: Filij Eram, mille decem septem. Leuitæ filij Iesu, ipsius Cadmiel de filijs Vduia, septuaginta quatuor. Cantores filij Asaph centum quadraginta E octo. Ianitores filij Salum, filij Aser, filij Telmon, filij Acub, filij Atità, filij Sabì, centum triginta octo. Nathinim, filij Seà, filij Asphà, filij Tabaoth, filij Ciras, filij Asuia, filij Phadon, filij Labanà, filij Agabà, filij Selemei, filij Anan, filij Gadel, filij Gaar, filii Raaia, filii Rasson, filii Necodà, filii Gezam, filii Ozi, filii Phese, filii Besì, filii Meinon, filii Nephosasi, filii Bacbuc, filii Achiphà, filii Arur, filii Basaloth, filii Midà, filii Adasan, filii Barcuè, filii Sisarath, filii Themà, filii Nisia, filii Asephà, filii seruorum Salomon, filii Suteì, filii Sapharat, filii Pheridà, filii Ielel, filii Dorcon, filii Gadael, filii Saphatia, filii Ettel, filii Phacarath,

rath, filii Sabaim, filii Emim, omnes Nathinim, & filii seruorum Salomon, trecenti nonaginta duo. Et hi ascenderunt è Thelmeleth, Thelaresà, Charub, Erõ, Iemer, & non potuerunt annunciare domos patriarum suarum, & semen suum, si de Israel sunt: filii Dalaia, filii Tobia, filii Necodà, sexcenti quadraginta duo. Et de sacerdotibus, filii Ebia, filii Acos, filii Berzellì, quoniam γ acceperunt de filiabus Berzellì Galaaditæ vxores, & vocati sunt in nomine eorum. Hi quæsierunt scripturam suam conuentus: & non est inuenta: & δ abdicati sunt a sacerdotio. Et dixit ε Athersasthà, vt non comedant de sancto sanctorum; quoadusque surgat sacerdos ζ illuminans. Et fuit omnis Ecclesia η quasi quadraginta duo millia θ trecenti sexaginta, absque seruis eorum, & ancillis eorum. Hi septem millia trecenti triginta septem. Et cantores, & cantatrices, ducenti quadraginta, ι quinque. Asini, duo millia septingenti. Et de parte principum patriarum dederunt ad opus κ Neemiæ in thesaurum λ aureos mille, phialas quinquaginta, & μ Chothonoth sacerdotum triginta. Et de principibus patriarum dederunt in thesauros operis, ν auri numismatis viginti millia, & argenti minas, bis mille quadringentas. Et dederunt reliqui de populo auri viginti millia, & argenti minas bis mille ducentas, & Chothonoth sacerdotũ, sexaginta septem. Et sederunt sacerdotes, & Leuitæ, & ianitores, & cantores, & qui de populo, & Nathinim, & omnis Israel in ciuitatibus suis.

α Birà.] βιρά. *Alii* βειρά, *aut* βιρά. *Significat autem*, palatij, *aut*, domus, *vt vulgata.* β Conuentus.] συνοδίας. *Alii* συνοδίας. *Compl.* συνοδίαν. *Significat autem censum, idest recognitionem genealogiæ. Quare vulgata,* vt recenserem eos. Et inueni librum census. γ Acceperunt.] *Compl.* ὃς ἔλαβεν, *&* ἐκλήθη, qui accepit, *&* vocatus est: *& sic supra Esdræ.2.cap.2.* δ Abdicati sunt.] *Ita eodem loco Esdræ. Sed Compl. rursus* ἀπώσθησαν, eiecti sunt. ε Athersasthà.] *Alii addunt* αὐτοῖς, eis, *vt eodem loco Esdræ.* ζ Illuminans.] *Compl.* τοῖς φωτισμοῖς, καὶ τοῖς τελειώσεσι, illustrationibus, & perfectionibus: *quod satis respondet hebræo. Conferatur cum eodem loco Esdræ.* η Quasi.] ὡς. *Compl.* ὁμοθυμαδὸν ὡς, vnanimiter quasi, *nec multo aliter apud Esdram* ὁμοῦ ὡσεί. *Vulgata ex hebræo,* quasi vir unus. θ Trecenti.] *Ita hebræus, & apud Esdram etiam vulgata; quamuis ea hic habeat,* sexcenti. ι Quinque.] *In Complutensi, & ex parte in aliis sequitur,* ἵπποι ἑπτακόσιοι τριακονταέξ, ἡμίονοι διακόσιοι τεσσαρακονταπέντε, κάμηλοι τετρακόσιοι τριακονταπέντε, ὄνοι ἑξακισχίλιοι ἑπτακόσιοι εἴκοσι, equi septingenti triginta sex, muli ducenti quadraginta quinque, cameli quadringenti triginta quinque, asini sex mille septingenti viginti: *vt eodem loco Esdræ.* κ Neemiæ.] *In aliis* ἀρταρσασθά. *Et videtur idem, qui paulo ante dictus est,* Athersasthà, *& in vulgata,* Athersathà: *& in capite sequenti dicitur esse idem, ac Neemias.* λ Aureos mille.] *Complut.* χρυσοῦ δραχμὰς χιλίας, auri drachmas mille, *vt vulgata.* μ Chothonoth.] *De hoc notatum est in Esdra. Compl.* στολάς, stolas. ν Auri.] *Eadem* χρυσοῦ δραχμάς, auri drachmas.

CAP. VIII.

ET aduenit mensis septimus, & filii Israel in ciuitatibus suis. Et congregati sunt omnis populus tanquam vir vnus in plateam, quæ ante portã aquæ. Et dixerunt Esdræ scribæ, vt afferret librum legis Moysi, quam mandauit Dominus Israel. Et attulit Esdras sacerdos legem coram Ecclesia à viro vsque ad mulierem, et omnis intelligens, ad audiendum in die vna mensis septimi. Et legit in α eo ab hora illuminationis Solis vsque ad dimidium diei, coram viris, et mulieribus: et ipsi intelligentes: et aures omnis populi ad librum legis. Et stetit Esdras scriba super gradum β ligneum: et steterunt iuxta eum Matthathias, et Samaias, et Ananias, et Vrias, et Chelcia, et Maasia à dextris eius, et a sinistris Phadaias, et Misael, et Melchias, et Asom, et Asabadma, et Zacharias, et Mesollam. Et aperuit Esdras librũ in conspectu omnis populi: quoniam ipse erat supra populum. Et factum est, quando aperuit illum, steti omni

A omnis populus. Et benedixit Esdras Dominum Deum magnum. Et respondit omnis populus, & dixerunt, γ Amen, eleuantes manus suas. Et inclinarunt, & adorauerunt Dominum in faciem super terram. Et Iesus, & Banaias, & δ Saradias ε erant instruentes populum in lege. Et populus in statione sua. Et legerũt in libro legis Dei: & docuit Esdras, & distinxit in scientia Domini, & intellexit populus in lectione. Et dixit ζ Neemias, & Esdras sacerdos, & scriba, & Leuitæ, & η qui instruebant populum: & dixerunt omni populo: Dies sancta est Domino Deo nostro: ne lugeatis, neque ploretis: quoniam plorabat omnis populus, vt audiuerunt verba legis. Et dixit eis: Ite, comedite pinguedines, & bibite B dulcedines, & mittite partes non habentibus: quia sancta est dies Domino nostro: & ne concidatis: θ quoniam est Dominus fortitudo nostra. Et leuitæ silere faciebant omnem populum, dicentes: Silete, quoniam dies sancta: & ne cõcidatis. Et abijt omnis populus comedere, & bibere, & mittere partes, & facere lætitiam magnam; quoniam intellexerant in verbis, quæ notificauerat eis. Et in die secunda congregati sunt principes patriarum cum omni populo, sacerdotes, & Leuitæ ad Esdram scribam ad intelligendum ad omnia verba legis. Et inuenerunt scriptum in lege, quam mandauit Dominus Moysi; vt habitent filij Israel in tabernaculis in festiuitate in mense septimo, & vt significent tubis in C omnibus ciuitatibus ipsorum, & in Hierusalem. Et dixit Esdras: Exite in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes lignorum cupressinorum, & frondes myrti, & frondes palmarum, & frondes ligni densi ad faciendum tabernacula iuxta id, quod scriptum est. Et exiuit populus, & attulerunt, & fecerunt sibi tabernacula, vir in domate suo, & in atrijs suis, & in atrijs domus Dei, & in platæis ι ciuitatis, & vsque ad portam Ephræm. Et fecerunt omnis Ecclesia, qui reuerterant è captiuitate, tabernacula, & sederũt in tabernaculis: quoniam non fecerunt a diebus Iesu filij Naue sic filij Israel vsque in diem illam. Et facta est lætitia κ magna. Et legit in libro legis Dei, diem in die a die prima vsque ad D diem vltimam. Et fecerunt festiuitatem septem diebus, & die octaua Exodium iuxta iudicium.

α In eo.] *Compl. addit* ἀπέναντι τῆς πλατείας τῆς ἔμπροσθεν τῆς πύλης τῶν ὑδάτων. *Vulgata*, in platæa, quæ erat ante portam aquarum. β Ligneum.] *In eadem additur*, ὃ ἐποίησεν εἰς τὸ δημηγορῆσαι, quem fecerat ad concionandum. γ Amen.] *In eadem repetitur, vt in vulgata*, δ Sarabias.] *In Compl. & magna ex parte in aliis hæc adduntur*, Tamin, & Acub, & Sabatthæus, & Oduias, & Maasias, & Callitas, & Asarias, & Iosabed, & Anan, & Phalaias, & Leuitæ. ε Erant instruentes.] *In multis est*, ὑπεδίδασκον, subdocebant. ζ Neemias.] *In Compl. additur* (ὅς ἐστιν ἀτταρσαθὰ) *& vulgata ex hebræo* (ipse est Athersathà.) η Et qui.] *Illud*, &, *abest à Compl. & vulgata.* θ Quoniam est Dominus.] *Alii*, ὅτι ἡ χαρὰ κυρίου αὕτη ἐστὶν ἰσχὺς ἡμῶν, quoniam lætitia Domini hæc est fortitudo nostra. *Vulgata habet*, vestra. ι Ciuitatis, & vsque ad portam Ephræm.] *Compl.* τῆς πύλης τῶν ὑδάτων, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις τῆς πύλης ἐφραΐμ, portæ aquarum, & in platæis portæ Ephraim: *quomodo fere vulgata.* κ Magna.] *Eadem addit* σφόδρα *& vulgata*, nimis.

E

CAP. IX.

ET in die vigesima & quarta mensis huius congregati sunt filij Israel in ieiunio, & in saccis & cinere super caput suum. Et separati sunt filij Israel ab omni filio alieno: & steterunt, & confessi sunt peccata sua, & iniquitates patrum suorum. Et steterunt in statione sua: & legerunt in libro legis Domini Dei α sui: & fuerunt confitentes Domino, & adorantes Dominũ Deum suũ. Et

ſtetit ſuper aſcenſum Leuitarum Ieſus, et filij Cadmiel, Sechenia filius Sarabia, A
filij Choneni: & clamauerunt voce magna ad Dominum Deum ſuum. Et dixerunt Leuitæ, Ieſus, & Cadmiel: Surgite, benedicite Dominum Deum noſtrum à ſeculo, & vſque in ſeculum: & benedicent nomen gloriæ tuæ: & exaltabunt in omni benedictione, & laude. Et dixit Eſdras: Tu es ipſe Dominus ſolus: tu feciſti cælum et cælum cæli, & ᵝ omnem ſtationem eorum, terram, & omnia, quæcũque ſunt in ea, maria, & omnia, quæ in eis: & tu viuificas omnia, & te adorant exercitus cælorum. Tu es Dominus Deus: tu elegiſti in Abram, & eduxiſti eum de regione Chaldæorũ: & impoſuiſti ei nomen Abraham: & inueniſti cor eius fidele coram te, & diſpoſuiſti ad eum teſtamentum dare ei terram Chananæorum, & Chettæorum, & Amorræorũ, & Pherezæorũ, & Iebuſæorum, & Gergeſæorum, & ſemini eius. Et ſtatuiſti verba tua, quoniam iuſtus tu: & vidiſti humiliationem patrum noſtrorum in Ægypto: & clamorem eorum audiſti ſuper mare rubrum: & dediſti ſigna, & prodigia in Ægypto in Pharaonem, & in omnes pueros eius, & in omnem populum terræ eius: quoniam nouiſti, quia ſuperbe egerunt ſuper eos: & ᵞ feciſti tibi nomen, ſicut dies hæc. Et mare ſcidiſti coram eis: & tranſierunt in medio maris in ſicco: & perſequentes eos proieciſti in profundum, tanquam lapidem in aqua valida. Et in columna nubis deduxiſti eos die, & in columna ignis nocte ad illuminandam eis viam, in qua ibunt C
in ea. Et ſuper montem Sina deſcendiſti, & locutus es ad eos de cælo: & dediſti eis iudicia recta, & leges veritatis, præcepta, & mandata bona. Et ſabbatum tuũ ſanctum notificaſti eis: mandata, & præcepta, & legem mandaſti eis in manu Moyſi ſerui tui. Et panem de cælo dediſti eis ᵟ in cibum eorum: & aquam de petra protuliſti eis in ſiti eorum. Et dixiſti eis ingredi ad hæreditandam terram, ſuper quam extendiſti manum tuam ad dandam eis. Et ipſi, & patres noſtri ſuperbe egerunt, & indurauerunt ceruicem ſuam, & non audierunt mandata tua: & abnuerunt exaudire, & non ſunt recordati mirabilium tuorum, quæ feciſti cum eis. Et indurauerunt ceruicem ſuam, & dederunt principium reuertendi ad ſeruitutem ſuam in Ægypto. Et tu ᵋ Deus miſericors, & miſerator, D
longanimis, & multum miſericors, & non dereliquiſti eos. Adhuc autem & fecerunt ſibi vitulum fuſilem, & dixerunt: Hi ſunt Dij, qui eduxerunt nos de Ægypto. Et fecerunt irritationes magnas: & tu in miſerationibus tuis multis non dereliquiſti eos in deſerto: columnam nubis non declinaſti ab eis die ad deducendum eos in via, & columnam ignis nocte, ad illuminandam eis viam, in qua ibunt in ea. Et ſpiritum tuum bonum dediſti ad inſtruendos eos. Et Manna tuum non prohibuiſti ab ore eorum, et aquam dediſti eis in ſiti eorum. Et quadraginta annis enutriuiſti eos in deſerto: non ᶎ feciſti eis deeſſe quicquã: veſtimenta eorum non inueterauerunt, ᵑ et pedes eorum ſunt diſrupti. Et dediſti E
eis regna, & populos diſtribuiſti eis. Et hæreditauerunt terram Seon regis Eſebõ, et terrã Og regis Baſan. Et filios eorũ multiplicaſti tanquã aſtra cæli, et introduxiſti eos in terrã, quã dixiſti patribus ᶿ eorũ: et hæreditarũt eã. Et extriuiſti corã eis habitãtes terrã Chananæorũ, et dediſti illos in manus ipſorũ, et reges illorũ, et populos terræ ad faciendũ eis, ſicut placitũ corã ipſis. Et ceperunt ciuitates ᶥ excelſas, et hæreditarũt domos plenas omniũ bonorum, ciſternas exciſas, vineas, et olіueta, et omne lignũ e ſui aptũ in multitudine. Et comederũt, et repleti

ſunt,

A sunt,& impinguati sunt,& deliciati sunt in bonitate tuā magna. Et mutauerunt & recesserunt à te, & proiecerunt legem tuam post corpus suum. Et prophetas tuos occiderunt, qui contestabantur in eis, vt reuerterent ipsi ad te. Et fecerunt irritationes magnas: & dedisti eos in manu tribulantium eos: & tribulauerunt eos. Et clamauerunt ad te in tempore tribulationis suæ: & tu de cælo tuo audisti, & in miserationibus tuis magnis dedisti eis saluatores: & saluasti eos de manu tribulantium eos. Et vt requieuerunt; reuerterunt facere malum in conspectu tuo: & dereliquisti eos in manus inimicorum eorum: & dominati sunt in eis. Et rursus exclamauerunt ad te: & tu de cælo exaudisti, & eruisti eos in mi-
B seratonibus tuis ˣ multis: & contestatus es eis, vt ipsi reuerterentur in legem tuam. ^λ Et non audierunt, sed in mandatis tuis, & iudicijs tuis peccauerunt, quæ faciens ea homo viuet in eis. Et dederunt dorsum rebelle, & ceruicem suā indurauerunt: & non audierunt. ^μ Et protraxisti super eos, annos multos, & contestatus es eis in spiritu tuo in manu prophetarum tuorum: & non percepe runt auribus: & dedisti eos in manu populorum terræ. Et tu in miserationibus tuis multis non fecisti eos in consummationem, & non dereliquisti eos, quoniā fortis es, & misericors, & miserator. Et nunc Deus noster fortis, magnus, validus, & terribilis custodiens testamentum tuum, & misericordiam tuam; ne pau
C cus sit coram te omnis labor, qui inuenit nos, & reges nostros, & principes nostros, & sacerdotes nostros, et prophetas nostros, et patres nostros, et in omni populo tuo à diebus regum Assur, & vsque ad diem hanc. Et tu iustus in omnibus, quæ veniunt super nos: quoniam veritatem fecisti. Et nos peccauimus, & reges nostri, & principes nostri, et sacerdotes nostri, & patres nostri nō fecerunt legem tuam; & non attenderunt ^ν mandata tua, & testimonia tua, quæ contestatus es eis. Et ipsi in regno tuo, & in bonitate tua multa, quam dedisti eis, & in terra lata, & pingui, quam dedisti coram eis, non seruierunt tibi, & non auerterunt se a studijs suis malis. Ecce hodie sumus serui, & terra, quam dedisti pa-
D tribus nostris ad comedendum fructum eius, & bona eius, ecce sumus serui super eā, & fructus eius multi regibus, quos dedisti super nos in peccatis nostris, & super corpora nostra potestatem habent, & in pecoribus nostris, sicut placitum eis, & in tribulatione magna sumus. Et in omnibus his nos disponimus fidem, & scribimus, & signant principes nostri, Leuitæ nostri, sacerdotes nostri.

α Sui.] *In Compl additur,* τέταρτον τῆς ἡμέρας (*quod vulgata,* quater in die) *& similiter in eo quod sequitur,* & erant confitentes Domino quater in die. β Omnem stationem.] *Eadem,* πάντας (*in quo videtur mendum*) τὰς δυνάμεις, omnes virtutes. *Vulgata,* omnem exercitum. γ Fecisti.] *Sic etiam vulgata. Complutensis autem* ἐποίησαν. fecerunt. δ Cibum.] σιτοδοτίαν, *& alii* σιτοδοσίαν. *Nonnulli tamen habent* σιτοδείαν, *& vulgata,* in fame. ε Deus.] *In aliis additur* ἀφίων ἁμαρτίας, dimittens peccata, *quod vulgata,* propitius. ζ Fecisti eis deesse.] ὑστέρησας. *Sic psal.* 83. *in bonis codicibus* οὐχ ὑστερήσει τὰ ἀγαθὰ, non faciet deesse bona. *Alii vero libri hic habent* ὑστέρησεν, non defuit eis quicquam. η Pedes.] *Sic etiam vulgata. Alii* ὑποδήματα, calceamenta. *Similis varietas alibi est obseruata.* θ Eorum.] *In Compl. additur* τοῦ εἰσελθεῖν, καὶ κληρονομῆσαι· καὶ εἰσῆλθον υἱοὶ αὐτῶν, *quod vulgata,* vt ingrederentur, & possiderent eam. Et venerunt filij. ι Excelsas.] *In ijsdem additur,* καὶ γῆν πίονα, & humum pinguem. κ Multis, & contestatus es.] *Complutensis* πολλοῖς, καὶ ἐν καιροῖς ἐπεμαρτύρω, multis, & in temporibus contestatus es: *sed vulgata,* multis temporibus, & contestatus es. λ Et non audierunt.] *In Compl. antecedit,* αὐτοὶ δὲ ὑπερηφανεύσαντο, ipsi vero superbe egerunt, *vt vulgata.* μ Protraxisti.] *Sic etiam vulgata. Complut. autem* ἐμακροθύμησας, longanimis fuisti. ν Mandata tua.] τῶν ἐντολῶν, *& sic est etiam in nonnullis aliis libris, in plerisque tamen* τὰς ἐντολάς.

E

CAP. X.

A

ET ſuper obſignantes Neemias Artaſasthà filius Achabia, & Sedecias filius Aræa, & Azaria, & Hieremia, Phaſur, Amaria, Melchia, Attias, Sebani, Maluch, Iram, Meramoth, Abdia, Daniel, Gaunathon, Baruch, Meſulam, Abia, Miamin, Maazia, Belgai, Samaia: hi ſacerdotes. Et Leuitæ, Ieſus filius Azania, Banæu de filijs Enadad, Cadmiel, & fratres eius, Sabania, Oduia, Calitan, Phelia, Anan, Michà, Roob, Aſebias, Zacchor, Sarabia, Sebania, Odũ. [α] Filij Banuè. Principes populi Phoros, Phaathmoab, Elam, Zathuia, filij Banì, Aſgad, Bebaì, Adama, Bagoì, Edìn, Ater, Ezecia, Azur, Oduia, Eſam, Besì, B Ariph, Anathoth, Nabai, Megaphes, Meſullam, Ezir, Meſozebel, Saduc, Ieddua, Phaltia, Anan, Anaia, Oſee, Anania, Aſub, Aloes, Phalai, Sobee, Reum, Eſſabana, Maaſia, & Aia, Ænan, Henam, Maluch, Eram, Baana, & reliqui de populo: Sacerdotes, Leuitæ, ianitores, cantores, Nathinim, & [β] accedens de populis terræ ad legem Dei, vxores eorum, filiæ eorum: Omnis ſciens, & intelligens [γ] inualeſcebant ſuper fratribus ſuis, & execratione adſtringebant eos. Et ingreſsi ſunt in execratione, & in iuramẽto ambulandi in lege Dei, quæ data eſt in manu Moyſi ſerui Dei cuſtodiendi, & faciendi omnia mandata Domini, & iudicia eius, & præcepta eius, & non dandi filias noſtras populis terræ, & filias C eorum non accipiemus filijs noſtris, & populi terræ afferentes venalia, & omnem venditionem in die ſabbati ad vendendum, non ememus ab eis in ſabbato & in die ſancta: [δ] & dimittemus annum ſeptimum, & exactionem vniuerſæ manus: & ſtatuemus ſuper nos mandata ad dandum ſuper nos tertiam partem didrachmatis per annum in ſeruitutem domus Dei noſtri, in panes faciei, & ſacrificium continuationis, & in holocauſtum continuationis ſabbatorum, Neomeniarum, in feſtiuitates, & in ſancta, & quæ pro peccato, ad depropitiandum pro Iſrael, & ad opera domus Dei noſtri. Et ſortes iecimus [ε] de ſorte portationis lignorum, ſacerdotes, & Leuitæ, & populus, ad afferendum in domum D Dei noſtri, in domum patriarum noſtrarum, in tempora a temporibus, annum per annum, ad accendendum ſuper altare Domini Dei noſtri, ſicut ſcriptum eſt in lege, & ad afferendum primitiua terræ noſtræ, & primitiua fructus omnis ligni annum per annum in domum Domini, & primogenita filiorum noſtrorũ, & pecorum noſtrorum, ſicut ſcriptum eſt in lege, & primogenita boum noſtrorum, & gregum noſtrorum, ad afferendum in domum Dei noſtri, ſacerdotibus miniſtrantibus in domo Dei noſtri: & primitias frumentorum noſtrorum, & fructum omnis ligni, vini, & olei afferemus ſacerdotibus in gazophilacium domus Dei, & decimam terræ noſtræ Leuitis: & ipſi Leuitæ decimas accipientes in omnibus ciuitatibus ſeruitutis noſtræ. Et erit ſacerdos filius Aaron cum Le- E uita in decima Leuitæ: & Leuitæ offerent decimam decimæ in domum Dei noſtri, in gazophilacia in domum Dei. Quoniam in theſauros inferent filij Iſrael, & filij Leui primitias frumenti, & vini, & olei, & ibi vaſa ſancta, & ſacerdotes, & miniſtri, & ianitores, & cantores: & non derelinquemus domum Dei noſtri.

α Filij Banue.] *Alii Banune. Ex quadam autem vocum hebraicarum ſimilitudine videri poteſt poſitum pro eo, quod eſt in vulg.* Bani Baninu: *itemque paulo poſt,* filii Bani, *pro,* Bani Bonni. β Omnis accedens.] *Compl.* πάντες διαχωρισθέντες, *& vulgata,* omnes, qui ſe ſeparauerunt. γ Inualeſcebant.] ἐνίσχυον, *propria notio verbi hebraici eſt,* apprehendebant, *quãuis ſignificare poſsit,* reſpondebãt pro fratribus ſuis, *ſicut habet vulg.*

A vulg. δ Et dimittemus.] *Sic etiam vulg. Compl. autem & alij*, καὶ ἀναβήσομεν τὸ ἔτος τὸ ἕβδομον, καὶ ἀπαίτησις, & aſcendere faciemus annum ſeptimum, & exactio. ε De ſorte.] *Compl.* περὶ τῶν δώρων. *quod vulgata*, ſuper oblationem.

CAP. XI.

ET ſederunt principes populi in Hieruſalem. Et reliqui de populo miſerunt ſortes ad adducendum vnum è decem ad ſedendum in Hieruſalem ciuitate ſancta, & nouem partes in ciuitatibus. Et benedixit populus omnes viros ſponte ſe offerentes ad ſedendum in Hieruſalem. Et hi principes prouinciæ, qui ſederunt in Hieruſalem, & in cuitatibus Iuda: ſederunt vir in poſſeſſione ſua in ciuitatibus ſuis Iſrael, ſacerdotes, & Leuitæ, & Nathinæi, & filij ſeruorum Salomon. Et in Hieruſalem ſederunt de filijs Iuda, & de filijs Beniamin: de filijs Iuda, Athaia α filius Azia, filius Zacharia, filius Samaria, filius Saphatia, filius Maleleel, β Et de filijs Phares, & Maaſia filius Baruch, filius Chalazà filius Ozia, filius Adaia, filius Ioarib, filius Zachariæ, filius Seloni: omnes filij Phares ſedẽtes in Hieruſalẽ, quadringenti ſexaginta octo viri virtutis. Et hi filii Beniamin, Selo filius Meſulam, filius Ioad, filius Phadaia, filius Coleia, filius Maaſiæ, filius Ethiel, filius Ieſia, & poſt eum, Gebè, Selì, nongenti viginti octo. Et Ioel filius Zechri viſitator ſuper eos. Et Iuda filius Aſaria γ de ciuitate ſecundus de ſacerdotibus: & Iadia, filius Ioarib, Iachin, Saræa filius Elchia, filius Meſulã, filius Sadduc, filius Marioth, filius δ Æloth ante domum Dei: & fratres eorum facientes opus domus, octingenti viginti duo. Et Adaia filius Hieorã filij Phalalia, filij Amaſi, filius Zacharia, filius Phaſſur, filius Melchia, & fratres eius principes patriarũ, ducẽti quadraginta duo. Et Amaſia filius Eſdriel filij Meſarimith filij Emmor, & fratres eius, potentes aciei, centũ viginti octo: & viſitator ε Badiel filius magnorum. Et de Leuitis, ζ Samaia filius Eſricam, Matthanias filius Michà, & Iobeb filius Samiu, ducenti octuaginta quatuor. Et ianitores Acub, Telamin, & fratres η eorum, centum ſeptuaginta duo. Et θ viſitator Leuitarũ filius Banì filius Ozì filius Aſabia filius Micha. De filijs Aſaph cantorum ante opus domus Dei: quoniam mandatum regis ad ι eos. Et Phathaia filius Baſezà ad manum regis ad omnem κ vſum populo, & ad pagos in agro ſuo. Et de filijs Iuda ſederunt in λ Cariatharboc, & in Ieſu, & in Berſabee: & pagi eorum Lachis, & agri eius: & caſtrametati ſunt in Berſabee. Et filij Beniamin de Gabaa Machmas. Et de Leuitis partes Iuda, Beniamin,

α Filius.] *Rectus pro caſu generandi, ideſt*, filij, *vt alibi ſæpe, & in hoc potiſsimum capite.* β Et de filijs Phares, & Maaſia.] *Compl.* & de filijs Phares Malia. *Vulgata*, De filijs Phares Hiſmaaſia: *hebræus videtur coniungere illa*, de filijs Phares, *cum præcedentibus, & poſtea ſubnectere*, & Maaſia. γ De ciuitate ſecundus de ſacerdotibus: & Iadia.] *Compl.* ἐπὶ τῆς πόλεως δεύτερος. ἀπὸ τῶν ἱερέων, καὶ ἰαδία, ſuper ciuitatem ſecundus. De ſacerdotibus, & Iadia. *Vulgata autem*, ſuper ciuitatem ſecundus. Et de ſacerdotibus Idaia. δ Æthoth è regione.] *Alii*, Ætob. *Compl.* ἀχιτὼβ ἡγούμενος, Achitob, princeps, *quod reſpondet hebræo.* ε Badiel.] *Nonnulli*, ζεχριὴλ, Zechriel. *Vulgata*, Zabdihel. ζ Samaia filius.] *In Complutenſi ſequitur*, ἀσοὺβ υἱοῦ ἐσρικὰμ υἱοῦ ἀσαβία υἱοῦ βουνὰ, καὶ σαββαθαῖος, καὶ ἰωσαβὰδ ἐπὶ τὰ ἔργα τοῦ οἴκου τοῦ θεοῦ τὰ ἐξωτέρα, καὶ ἀπὸ τῶν ἀρχόντων τῶν λευιτῶν, καὶ ματθανίας υἱὸς μιχὰ υἱὸς ζεχρὶ υἱοῦ ἀσὰβ ἄρχων τῆς αἰνέσεως, καὶ ἰούδας τῆς προσευχῆς, καὶ βακχίας δεύτερος ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, καὶ ἀβδίας υἱὸς σαμαίου υἱοῦ γαλὲλ υἱοῦ ἰδιθοὺμ, πάντες οἱ λευῖται ἐν τῇ πόλει τῇ ἁγίᾳ διακόσιοι. Aſub filij Ezricam filij Aſabia filii Bonna, & Sabbathæus, & Ioſabad ſuper opera domus Dei extimæ, & de principibus (*illud, & abeſt à vulg. & hebræo: coniungitur enim cum præcedentibus*) Leuitarum, & Mathanias filius Michà filius Zechri filij Aſab, princeps laudationis, & Iudas orationis, & Bocchias ſecundus ex fratribus ſuis, & Abdias filius Samææ filij Galel filij Idithũ, omnes Leuitæ in ciuitate ſancta ducẽti, &c.

 η Eorum.]

ν Eorũ.] *In eadẽ additur*, οἱ φυλάσσοντες ἐν ταῖς πύλαις, custodientes in portis. θ Et visitator Leuitarũ filius Bani.] *Eadẽ*, τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ ἰσραὴλ, καὶ οἱ ἱερεῖς, καὶ οἱ λευῖται ἐν πάσαις ταῖς πόλεσι τῆς ἰουδαίας, ἀνὴρ ἐν τῇ κληρονομίᾳ αὐτοῦ, καὶ οἱ ναθιναῖοι, οἳ κατῴκησαν ἐν ὀφλᾶ, καὶ σιαᾶ, καὶ γεσφὰς ἀπὸ τῶν ναθιναίων, καὶ ἐπίσκοπος λευιτῶν ἐν ἱερουσαλὴμ ὀζεὶ υἱὸς Βανὶ, *quæ in vulg.* Et reliqui ex Israel, sacerdotes, & Leuitæ in vniuersis ciuitatibus Iuda, vnusquisq. in possessione sua. Et Nathinæi, qui habitabant in Ophel (*idest*, alto loco) & Syaha, & Gaspha de Nathinæis (*Alii autẽ interpretantur*, super Nathinæos.) Et episcopus Leuitarum in Hierusalem, Azì filius Baani. ι Ad eos.] *Alii* ἐπ' αὐτοῖς, super eos, *Et in Complut. sequitur*, καὶ διέμενεν ἐν πίστει ἐπὶ τοῖς ᾀδοῖς, λόγος ἑκάστης ἡμέρας ἐν τῇ ἡμέρᾳ αὐτοῦ, & permanebat in fide super cantores, verbum cuiusque diei in die eius. κ Visum.] χρῆμα. *Compl.* εἰς πάντα λόγον, ad omne verbum. λ Cariatharboc.] *In Compl. sequuntur vsque in finem capitis ea, quæ habentur in vulgata, atque iisdem pene verbis. Quare accuratus lector inde poterit petere: nec sunt magni ponderis.*

A

CAP. XII.

ET hi sacerdotes, & Leuitæ, qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, & Iesu, Saraia, Hieremia, Esdra, Amaria, Maluc, α Sechenia. Isti principes sacerdotum, & fratres eorum in diebus Iesoì. Et Leuitæ, Iesu, Banui, Cadmiel, Sarabia, Iodae, Matthania, β super manus ipse, & fratres eorum in vices. Et Iesus genuit Ioacim: & Ioacim genuit Eliasib: & Eliasib Iodae: & Iodae genuit Ionathan: & Ionathan genuit Iadù. Et in diebus Ioacim γ fratres eius sacerdotes, & principes patriarum, ipsi Saraia Amaria, ipsi Hieremia Anania, ipsi Esdræ Mesulam, ipsi Amaria Ioanan, ipsi Amaluch Ionathan, ipsi Sechenia Ioseph, ipsi Are Maunas, ipsi Marioth Elcai, ipsi Adadai Zacharia, ipsi Ganathoth Mesolam, ipsi Abia Zechri, ipsi Miamin δ Maadai, ipsi Phelceti, ipsi Balgas Samuè, ipsi Semia Ionathan, ipsi Ioarib Matthanai, ipsi Edio Ozì ipsi Salai Callai, ipsi Amec Abed, ipsi Elcia Asabias, ipsi Iedeihù Nathanael. Leuitæ in diebus Eliasib, Ioadà, & Ioà, & Ioanan, & Idua, scripti principes patriarum, & sacerdotes in regno Darij Persæ: Filii autem Leui principes patriarum scripti in libro verborum dierum, & vsque ad dies Ioanan filii Elisue. Et principes Leuitarum Asabia, & Sarabia, & Iesu: & filii Cadmiel, & fratres eorũ ante eos ε ad hymnum ad laudandum in mandato Dauid hominis Dei, vicẽ ad vicẽ. ζ In congregando me ianitores in diebus Ioacim filii Iesu, filij Iosedec, & in diebus Neemia, & Esdras η sacerdos, & scriba. Et in Encænijs muri Hierusalẽ quæsierunt Leuitas in locis eorum ad adducendum eos in Hierusalem ad faciendum Encænia, & lætitiam in θ Thodathà, & in canticis, pulsantes cymbala, & psalteria, & ι citharæ. Et congregati sunt filij cantorum, & de adiacente regione in circuitu in Hierusalem, & κ de villis, & de agris: quoniam villas ædificauerant sibi cantores in Hierusalem. Et mundati sunt sacerdotes, & Leuitæ, & mundauerunt populum, & λ ianitores, & murum. Et μ ascendere fecerunt principes Iuda super murum: & statuerunt duos pro laudatione magnos, & transierunt a dextris super murum ν stercoris. Et iuerunt post eos Osaia, & dimidium principum Iuda, & Azarias, & Esdras, & Mesollam, & Iuda, & Beniamin, & Samarias, & Hieremia, & de filiis sacerdotum in tubis, Zacharias, filius Ionathan, filius Samaia, filius Matthania, filius Michæa, filius Zacchur, filius Asaph. Et fratres eius, Samaia, et Oziel, Gelol, Iamà, Aia, Nathanael, et Iuda, Anani, ad laudandum in ξ canticis Dauid hominis Dei. Et Esdras scriba ante eos ο super portam ad laudandum ante eos. Et ascenderunt super scalas ciuitatis Dauid in ascensione muri desuper domo Dauid, vsque ad portam aquæ π Ephræm, et super portam pisciũ, et turri Arameel, et vsque ad portam

B

C

D

E

A portam gregis. Et auditi sunt cantores, et visitati sunt. Et sacrificauerunt in die illa victimas magnas, et læti sunt: quoniam Deus lætificauit eos [ρ] magnifice. Et vxores eorum, et filii eorum læti sunt: et audita est lætitia in Hierusalem a longe. Et constituerunt in die illa viros super gazophilacia, thesauris, primitiis, et decimis, [σ] et congregatis in ipsis principibus ciuitatum partes sacerdotibus & Leuitis: quoniam lætitia in Iuda super sacerdotes, & super Leuitas stantes. Et custodierunt custodias Dei sui, & custodias mundationis, & cantores, & ianitores; sicut mandata Dauid, et Salomon filii eius. Quoniam in diebus Dauid Asaph ab initio primus cantorum, [τ] et hymnum, et laudem Deo. Et omnis B Israel in diebus Zorobabel, et in diebus Neemiæ dantes partes cantorum, et ianitorum, verbum diei in die eius, et sanctificantes Leuitis, et Leuitæ sanctificantes filiis Aaron.

α Sechenia.] *In Compl. adduntur*, Reum, Marimoth, Adaias, Genathon, Abias, Miamin, Maadias, Belgas, Semeias, Ioiarib, Ideias, Salu, Amuc, Chelcias, Oduias: *quæ satis respondent vulgatæ.* β Super manus ipse, & fratres eorum in vices.] *Compl.* ἐπὶ τῶν ἐξομολογήσεων αὐτὸς, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ βακβακίας, καὶ ἀναὶ, οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν ἀπέναντι αὐτῶν εἰς τὰς ἐφημερίας, super confessiones (*vulgata* hymnos) ipse, & fratres eius, & Bacbacias, & Anai, fratres eorum ante eos ad vices. γ Fratres eius.] *Pro his Compl. habet tantum* ἦσαν, erant, *vt vulgata.* δ Maadai, ipsi Pheleti.] μααδαὶ, τῷ φελετὶ. *Ita etiam Compl. Sed magis responderet hebræo, si esset*, τῷ μααδαὶ, φελετὶ, *vt intelligatur Pheleti fuisse principem stirpi Miamin, & stirpi Maadai. Hoc enim valere hunc dandi casum alibi notatum est.* ε Ad hymnum, ad laudandum.] *Alii* εἰς αἰνεῖν, καὶ ὑμνεῖν, *aut* ἐξομολογεῖσθαι, ad laudandum, & hymnum dicendum, *aut* confitendum, ζ In congregando.] *Compl.* ματθανίας, καὶ βακβακίας, ἀβδίας, μεσολλὰμ, τελμὼν, ἀκκοὺβ, φυλάσσοντες, πυλωροὶ φυλακῆς ἐν τῷ συναγαγεῖν με τοὺς πυλωρούς, Matthanias, & Bacbacias, Abdias, Mosolam, Telmon, Accub, custodientes, ianitores custodiæ, in congregando me ianitores. *Pro his postremis verbis*, in congregando me ianitores, *in hebræo est*, in liminibus portarum, *in vulgata*, & vestibulorum ante portas. η Sacerdos, & Scriba.] *Rursus rectus pro generandi casu. Alii* καὶ ἔσδρα (*melius quam* ἔσδρας, *quod in Compl.*) ἱερέως, καὶ γραμματέως, & Esdræ sacerdotis, & scribæ. θ Thodatha.] *Compl.* καὶ ἐν αἰνέσει, & in laude, *quod est interpretatio illius.* ι Et citharæ.] *Eadem* καὶ ἐν κινύραις, & in citharis, *in quo casu vulgata habet etiam præcedentia*, & in cymbalis, psalterijs, & citharis. κ Et de villis, & de agris.] *Compl.* καὶ ἀπὸ ἐπαύλεων τοῦ νετωφατὶ, καὶ ἐν βαιθγαλγὰλ, καὶ ἀπὸ ἀγρῶν γαβέαι, καὶ ἀσμώθ, *quod in vulgata*, & de villis Netuphati, & de domo Galgal, & de regionibus Geba, & Asmaueth. λ Ianitores.] *Eadem* τὰς πύλας, portas. μ Ascendere fecerunt.] *Vulgata*, feci, *& paulo post*, statui, *pro*, statuerunt. ν Stercoris.] *Eadem*, τῆς πύλης τῆς κοπρίας, portæ sterquilinij. ξ Canticis.] *Eadem* ἐν σκεύεσιν ᾠδῆς, in vasis cantici. ο Super portam ad laudandum ante eos: & ascenderunt.] *Compl.* ἐπὶ πύλης τῆς πηγῆς κατέναντι αὐτῶν, ἀνέβησαν, super portam fontis ante eos, ascenderunt. *Vulgata*, in porta fontis, & contra eos ascenderunt. π Ephræm.] *In aliis, cum aliqua tamen varietate*, κατ' ἀνατολάς. καὶ περὶ αἰνέσεως ἡ δευτέρα ἐξεπορεύετο συναντῶσα αὐτοῖς, καὶ ἐγὼ ὀπίσω αὐτῆς, καὶ τὸ ἥμισυ τοῦ λαοῦ ἐπάνω τοῦ τείχους ὑπεράνω τοῦ πύργου τῶν θαννουρὶμ, καὶ ἕως τοῦ τείχους τοῦ πλατέος, καὶ ὑπεράνω τῆς πύλης ἐφραὶμ, καὶ ἐπὶ τὴν πύλην ἰσανὰ, καὶ ἐπὶ τὴν πύλην τὴν ἰχθυηρὰν, καὶ πύργον ἀναμεὴλ, καὶ ἀπὸ τοῦ πύργου τοῦ μεὰ, καὶ ἕως τῆς πύλης τῆς προβατικῆς. καὶ ἔστησαν ἐπὶ πύλην τῆς φυλακῆς, καὶ ἔστησαν αἱ δύο τῆς αἰνέσεως ἐν οἴκῳ τοῦ θεοῦ, καὶ ἐγὼ, καὶ τὸ ἥμισυ τῶν στρατηγῶν μετ' ἐμοῦ, καὶ οἱ ἱερεῖς ἐλιακὶμ, μαασίας, μιαμὶν, μιχαίας, ἐλιωναὶ, ζαχαρίας, ἀνανίας ἐν σάλπιγξιν, καὶ μαασίας, καὶ σεμεΐας, ἐλεάζαρ, ὀζὶ, ἰωανὰν, μελχίας, καὶ ἐλὰμ, καὶ ἰεζὲρ, καὶ ἠκούσθησαν οἱ ᾄδοντες. ad orientem. Et pro laudatione chorus secundus procedebat occurrens eis, & ego post illum, & dimidium populi super murum, super turrim furnorum, & vsque ad murum latum: Et super portam Ephræm: & super portam antiquam, & super portam pisciũ, & turrim Anameel, & à turri Meà, & vsque ad portam gregis. Et steterunt super portam custodiæ: & steterunt duo chori laudationis in domo Dei: & ego, & dimidium magistratuum mecum. Et sacerdotes Eliacim, Maasias, Miamin, Michæas, Elionai, Zacharias, Ananias in tubis, & Maasias, & Semeias, Eleazar, Ozi, Ioanan, Melchias, & Elam, & Iezur: & auditi sunt cãtores. *Pro eo autem, quod sequitur*, & visitati sunt, *in Compl. est*, καὶ ἰεζρίας ἐπίσκοπος, *& vulgata*, & Iezraia præpositus. *In aliis est coagmentatio quædam*, καὶ ἰεζρίας, καὶ ἐπεσκέφθησαν, καὶ ἐπεφώνησαν. ρ Magnifice.] *Compl.* εὐφροσύνῃ μεγάλῃ, lætitia magna, *vt vulgata.* σ Et congregaris in ipsis principibus ciuitatum.] *Compl.* τοῦ συναγαγεῖν ἐν αὐτοῖς, ἀπὸ τῶν ἀγρῶν τῶν πόλεων, ad congregandum in eis ex agris ciuitatum. *In vulgata videtur vtrumque esse coniunctum.* τ Et hymnum.] *Compl.* εἰς ὕμνον, ad hymnum.

CAP. XIII.

IN illa die lectum in libro Moysi in auribus populi. E inuentum est scriptũ in eo; vt non ingrediantur Ammanitæ, & Moabitæ in ecclesiam Dei vsque in seculum: quoniam non occurrerunt filijs Israel in pane, & aqua, & conduxerunt

duxerunt super eum Balaam ad ᵃ maledicendum: & conuertit Deus noster maledictionem in benedictionem. Et factum est, vt audierunt legem; & separati sunt omnis admistus in Israel. Et super hoc Eliasib sacerdos habitans in gazophilacio domus Dei nostri propinquus Tobiæ. Et ᵝ fecit sibi gazophilacium magnum. Et ibi fuerant antea dantes ᵞ manaa, & thus, & vasa, & decimam frumenti, & vini, & olei, mandatum Leuitarum, & cantorum, & ianitorum, & primitias sacerdotum. Et in omni hoc non fui in Hierusalem: quoniam in anno trigesimo & secundo Arthasasthà regis Babylonis veni ad regem, & post finem dierum petij a rege, & veni in Hierusalem: & intellexi in malo, quod fecerat Eliasib Tobiæ, faciendo ei gazophilacium in atrio domus Dei. Et malum mihi visum est valde: & proieci omnia vasa domus Tobiæ foras de gazophilacio. Et dixi, & mundauerunt gazophilacia. Et retuli illuc vasa domus Dei, manaa, & thus. Et cognoui, quia partes Leuitarum non fuerant datæ: & fugerant vir in agrum suum, Leuitæ, & cantores, facientes opus. Et concertaui cum magistratibus, & dixi: Cur derelicta est domus Dei? Et congregaui eos, & statui eos in statione ipsorum. Et omnis Iuda attulerunt decimam tritici, & vini, & olei in thesauros ᵟ super manum Selemia sacerdotis, & Sadoc scribæ, & Phadaia ex Leuitis. Et ad manum eorum Anan filius Zahur filius Matthania, quoniam fideles putati sunt: super eos distribuere fratribus suis. Memento mei Deus in hac: & nõ deleatur misericordia mea, quã feci in domo Domini ᵉ Dei. In diebus illis vidi in Iuda calcãtes torcularia in sabbato, & ferentes manipulos, & onerantes super asinos, & vinum, & vuam, & ficus, & omne onus, & ferentes in Hierusalem in die sabbati. Et contestatus sum in die venditionis eorum. ᶎ Et sederunt in ea ferentes piscem, & omnem venditionem vendentes sabbato filijs Iuda, & in Hierusalem. Et concertaui cum filijs Iuda ingenuis, & dixi eis: Quod verbum hoc malum, quod vos facitis? & polluitis diem sabbati? Nonne sic fecerunt patres vestri; & adduxit super eos Deus noster, & super nos omnia mala hæc, & super ciuitatem hanc? Et vos additis iram super Israel polluendo sabbatum. Et factum est, quando constiterunt portæ in Hierusalem ante sabbatum, & dixi, & clauserunt portas: & dixi, vt illæ non aperirentur vsque post sabbatum. Et de pueris meis statui super portas, vt non tollerent onera in die sabbati. Et commorati sunt ᶯ omnes, & fecerunt venditionem extra Hierusalem semel, & bis: & contestatus sum in eis, & dixi ad eos: Cur vos commoramini ante murum? si iteraueritis; extendam manum meam in vos. A tempore illo non venerunt in sabbato. Et dixi Leuitis, qui erant mundati, & venientes custodiẽtes portas sanctificare diẽ sabbati. Ad hæc memento mei Deus, & parce mihi secundũ multitudinem misericordiæ tuæ. Et in diebus illis vidi Iudæos, qui habitare fecerant vxores Azotias, Ammanitidas, Moabitidas: & filij eorum dimidium loquentes Azotice: & non sunt scientes loqui ᶿ iudaice. Et concertaui cum eis, & execratus sum eos: & percussi in eis viros, & decaluaui eos, & adiuraui eos in Deo: Si dederitis filias vestras filijs eorum, & si acceperitis de filiabus eorum filijs ᶥ vestris. Nonne sic peccauit Salomon rex Israel? Et in gentibus multis non erat rex similis ei, & dilectus Deo erat, & dederat eum Deus in regem super omnẽ Israel: & hunc declinare fecerunt mulieres alienæ. Et vos nunquid audiemus facere omne malum hoc, præuaricari in Deum nostrum, ducendo vxores alienas?

A alienas? Et de filijs Ioada filij Eliſub ſacerdotis magni, [κ] generi Sanaballat Vranitæ, & expuli eum à me. Memor eſto eis Deus ſuper [λ] abdicatione ſacerdotis, & teſtamento ſacerdotij, & Leuitas. Et mūdaui eos ab omni alienatione, & ſtatui vices ſacerdotibus, & Leuitis, vir, ſicut opus eius. Et [μ] donum portantium ligna in temporibus a temporibus, & in [ν] Bacchurijs. Memento mei Deus in bonitatem.

α Maledicendum.] *Compl. addit* ἀυτοῖς, eis, *vt vulgata.* β Sibi.] ἑαυτῷ. *In aliquibus* ἀυτῷ, *& fortaſſe ſignificatur*, ipſi Tobiæ. γ Manaa.] *Compl.* τὴν θυσίαν, ſacrificium, *quod eſt interpretatio illius, vt alibi notatum eſt: eadem varietas eſt paulo poſt, licet in noſtra ſit* μάννα, *quod in aliis eſt* μαναά. δ Super manum.] B *Compl.* καὶ ἐνετειλάμην ἐπὶ χεῖρα, & mandaui ad manum: *hebræus habet*, & ſtatui theſaurarios ſuper theſauros Selemiah ſacerdotem. ε Dei.] *In Compl. additur*, μου, καὶ ἐν ταῖς φυλακαῖς ἀυτοῦ, mei, & in obſeruationibus eius. ζ Eorum. Et ſederunt.] *Alii*, ἀυτῶν, ὅτι ἐπώλουν ἐπισιτισμόν. καὶ οἱ τύριοι καὶ ἐκάθισαν, eorum, quia vendebant cibaria. Et Tyrij etiam ſedebant, &c. *Et fortaſſe ſuperiora ita eſſent interpungenda, & conſtruenda*, & conteſtatus ſum, vt in die venditionis ipſorum venderent cibos, *id eſt, die qua vendere liceret, venderent: vt vulgata.* η Omnes.] *Complut. addit* οἱ μετάβολοι. *Vulgata*, negociatores, *ſed non habet*, omnes. θ Iudaice.] *In Compl. additur*, ἀλλὰ κατὰ γλῶσσαν λαοῦ, καὶ λαοῦ, ſed iuxta linguam populi, & populi, *vt vulgata.* ι Veſtris.] *In eadem adiungitur*, καὶ ἑαυτοῖς, & vobis ipſis. κ Generi.] *Eadem* γαμβρὸς, *& vulgata*, gener erat. λ Abdicatione.] ἐπὶ ἀγχιστείᾳ. *Supra cap. vij. & alibi* ἠγχιστεύθησαν, *dictum eſt pro*, abdicati ſunt, eiecti ſunt. *Quare poteſt etiam hoc loco ſignificare ſimile quiddam, id eſt pollutionem, & violationem ſacerdotis, & iuris ſacerdotalis, ac Leuitici: & aliquot libri pro*, Leuitas, *habent* λευιτῶν, Leuitarum. μ Donum portantium ligna.] *Complut.* εἰς τὸ δῶρον τῶν ξύλων, ad oblationem lignorum. ν Bacchurijs.] *Eſt dictio hebraica inflexa ad formam græcam ſignificans*, primitiuis. *Quare Compl. habet* ἐν τοῖς πρωτογεννήμασι.

A

TOBIT.

B

CAP. I.

LIBER verborum Tobit filij Tobiel filij Ananiel filij Aduel filij Gabael de semine Asiel, de tribu Nephthali; qui captiuus ductus est in diebus Enemessari regis Assyriorum, è Thisbes, quæ est à dextris [a] Cydios Nephthali in Galilæa super Aser. Ego Thobit vijs veritatis ambulabam, & iustitiæ, omnibus diebus vitæ meæ: & eleemosynas multas feci fratribus meis, & genti, profectis mecum in regionē Assyriorum in Nineue. Et quando eram in regione mea in terra Israel, cum ego essem iunior; vniuersa tribus Nephthali patris mei recessit a domo Hierosolymorum, quæ fuerat electa ex omnibus tribubus Israel, vt omnes tribus sacrificarent: & sanctificatum fuerat templum habitationis altissimi, et ædificatum fuerat in omnes generationes seculi. Et omnes tribus, quæ simul recesserant, sacrificabant [b] ipsi Baal ipsi vitulæ, et domus Nephthali patris mei. Et ego solus ibam sæpe in Hierosolyma in festiuitatibus, sicut scriptum est omni Israel in præcepto æterno, primitias, et decimas geniminum, et primas tonsuras habens: et dabam eas sacerdotibus filijs Aaron ad altare omnium geniminum: [c] decimam dabam filijs Leui ministrantibus in Hierusalem; & secundam decimam diuendebam, et ibam et expendebam ea in Hierosolymis per singulos annos: et tertiam dabam, quibus conueniebat; sicut mandauerat Debbora mater patris mei: propterea, quod orphanus relictus sum a patre meo. Et, quando factus sum vir; accepi Annam vxorem de semine patriæ meæ: et genui ex ea Tobiam. Et quando [d] captiui ducti sumus in Nineue; omnes fratres mei, et qui de genere meo, comedebant de panibus gentium: ego autem conseruaui animam meam, vt non manducarem; sicut memineram Dei in tota anima mea. Et dedit altissimus gratiam, et formam in conspectu Enemessari: et fui eius emptor. Et iui in Mediam, et deposui Gabaelo fratri Gabriæ in Ragis Mediæ, argenti talenta decem. Et quando mortuus est Emenessar; regnauit Sennacherim filius eius pro eo: et viæ eius infirmatæ sunt: et non vltra potui ire in Mediam. Et in diebus [e] Emenessari eleemosynas multas faciebam fratribus meis: panes meos dabam esurientibus, et vestimenta nudis: et si quem de genere meo aspiciebam mortuū, et proiectum [f] post murū Nineue; sepelie-

C D E

peliebam eum:& si quem interfecerat Sennecherim rex, quando venit fugiens è Iudæa; sepeliebam eos furatus: multos enim interfecit in furore suo. Et quæsita sunt à rege corpora, et non sunt inuenta. Profectus autem vnus eorum, qui de Nineue, indicauit regi de me, quia sepelio eos: et occultatus sum. Cognoscens autem, quia quæror, vt moriar; timore perculsus secessi. Et direptæ sunt omnes substantiæ meæ: et non remansit mihi quicquam præter Annam vxorem meam, et Tobiam filium meum. Et non transierunt * dies quinquaginta; donec interfecerunt eum duo filij eius. Et fugerunt in montes Ararath. Et regnauit θ Sacherdonus filius eius pro eo: et constituit Achiacharum Anael filium fratris mei super omnem computationem ι regni sui, et super omnem administrationem: et postulauit Achiacharus pro me: et veni in Nineue. Achiacharus autem erat pincerna, et κ super annulum, et administrator, et computator. Et constituit eum Sacherdonus secundo: erat autem filius fratris mei.

α Cydios.] *Non satis liquet, quid significet Compl. habet κυρίως,* proprie. β Ipsi Baal, ipsi vitulæ.] τῇ βάαλ τῇ δαμάλει. *Compl.* τῷ βάαλ τῇ δυνάμει, virtuti Baal. γ Decimam.] *Alii* τὴν πρώτην δεκάτην, primam decimam. δ Captiui] *In aliis* ᾐχμαλωτίσθην, captiuus ductus sum. ε Emenessari.] *Ita collati codices, & etiam Compl. quamuis vulgata omnia hæc accommodare videatur diebus Sennacherim.* ζ Post murum.] *Alii* ἐπὶ τοῦ τείχους, super murum. η Dies quinquaginta.] *Plerique* ἡμέραι πεντηκονταπέντε, dies quinquaginta quinque. *Vulgata,* post dies vero quadraginta quinque. θ Sacherdonus.] *Alii* σαρχεδόνος, Sarchedonus. *Compl* ἀχερδονὸς, Achirdonos. ι Regni.] *In aliis* τοῦ πατρὸς, patris. κ Et super annulum.] *Compl.* καὶ ἀπὸ τοῦ δακτυλίου, & ab annulo.

CAP. II.

QVANDO autem deueni in domum meam; et restituta est mihi Anna vxor mea, et Tobias filius meus. In Pentecoste festiuitate, quæ est sancta septem hebdomadarum, factum est prandium bonum mihi: et accubui ad manducandum. Et aspexi obsonia multa, et dixi filio meo: Vade, et adduc, quemcunque inueneris fratrum nostrorum egentem, qui meminerit Domini: et ecce expecto te. Et veniens dixit: Vnus de genere nostro strangulatus proiectus est in platæa. Et ego, antequam ego gustarem, exiliens tuli in domũ quandam, donec occidit Sol. Et reuersus, laui me, et comedebam panem meum in tristitia: et recordatus sum prophetiæ Amos, quomodo dixit: Conuertentur dies festi vestri in luctum, et omnes lætitiæ vestræ in lamentationem. Et plorauí: et quando occiderat Sol; abij, et fodiens sepeliui eum. Et proximi irridebãt, dicentes: Non adhuc α timet interfici pro re hac: et aufugit, et ecce rursus sepelit mortuos. Et in ipsa nocte, β redij, cum sepeliissem, et cubui pollutus iuxta murum atrij: et facies mea discoperta erat: et non vidi, quia γ passeres in muro erant: et oculis meis apertis immiserunt passeres calidum in oculos meos: et factæ sunt albugines in oculis meis: et iui ad medicos: et non profuerunt mihi Achiacharus autem nutriebat me; quoadusque profectus sum in Elymaida. Et vxor mea Anna seruiebat in Gynecæis, et mittebat dominis: et reddiderunt etiam ipsi mercedem, addẽtes etiam hœdum. Quando autem venit ad me; cœpit clamare. Et dixi ad eam: Vnde hœdus? nunquid furtiuus est? redde illum dominis: non enim licitum est manducare furtiuum. At illa dixit: Donum mihi datum est super mercedem. Et nõ credebam ei: et dicebam reddere illũ domi-

nis, e

nis, & erubescebam aduersus eam. At illa respondens dixit mihi: Vbi sunt eleemosynæ tuæ, & iustitiæ tuæ? Ecce cognita omnia tecum.

α Timet.] *Alii addunt* ζῶς, hic. β Redij cum sepelijssem, &.] *Absunt à Compl.* γ Passeres.] *Ita etiam S. Ambrosius de Tobia cap. 2. Vulgata id tribuit hirundinibus.*

CAP. III.

ET tristatus ploraui: & deprecatus sum cum dolore, dicens: Iustus es Domine: & omnia opera tua, & omnes viæ tuæ, α misericordiæ, & veritas: & iudicium verum, & iustum tu iudicas in seculum. Memento mei, & respice super me. Ne de me vindictam sumas propter peccata mea, & ignorantias meas, & patrum meorum, quæ peccauerunt in conspectu tuo. Non enim obedierunt mandatis tuis: & dedisti nos in direptionem, & captiuitatem, & mortẽ, & parabolam improperij omnibus gentibus, in quibus dispersi sumus. Et nunc multa sunt iudicia tua, & vera β ex me ad faciendum pro peccatis meis, & patrum meorum: quoniam non fecimus mandata tua: non enim ambulauimus in veritate coram te. Et nunc secundum id, quod placet coram te, fac mecum: præcipe recipere spiritum meum; vt dissoluar, & fiam terra: quoniam expedit mihi mori, quàm viuere; quoniam improperia falsa audiui: & tristitia multa est in me. Præcipe absolui me de necessitate iam in æternum locum: ne auertas faciem tuam a me. In eadem die contigit filiæ Raguel Sarræ in Ecbatanis Mediæ & ipsam improperari ab γ ancilla patris sui: quoniam data fuerat viris septem: & Asmodæus malum dæmonium interfecerat eos; antequam illi fuissent cum ea, vt in vxoribus. Et δ dixerunt ad eam: Non intelligis suffocans tu viros? Ecce septem habuisti: & vnius eorum non es nominata. Quid nos flagellas? Si mortui sunt; vade cum eis: non videamus tuum filium, vel filiam in seculum. Hæc audiens tristata est valde, vt suffocaretur, & dixit: Vna quidem sum patri meo: si fecero hoc; opprobrium ei erit, & senectutem eius deducam cum dolore ad infernum. Et orauit ad fenestram, & dixit: Benedictus es Domine Deus meus, & benedictum nomen tuum sanctum, & honoratum in secula. Benedicant te omnia opera tua in seculum. Et nunc Domine oculos meos, & faciem meam in te dedi; dixi vt absoluas me de terra, & non facias me audire vltra improperium. Tu cognoscis Domine, quia munda sum ab omni peccato viri, neque pollui nomen meum, neque nomen patris mei in terra captiuitatis meæ. Vnigenita sum patri meo: & non adest ei puer, qui hæreditabit eum, neque frater propinquus, neque existens ei filius, vt conseruem me ei vxorem: iã perierunt mihi septem. Vtquid mihi viuere? Et si non videtur tibi interficere me; præcipe respicere in me, & ε non vltra miserabilem me facere, & audire improperium. Et exaudita est deprecatio vtrorũque coram gloria magni ζ Raphael: & missus est ad sanandum, ipsius Tobit desquamare albugines, & Sarrã filiam Raguel dare Tobiæ filio Tobit vxorem, & ligare Asmodæum malum dæmonium: quoniam ad Tobiam pertinet hæreditare eam. In eodem tempore reuertens Tobit introiuit in domum suam: & Sarra filia Raguel descendit de superiore cubiculo suo.

A α Misericordiæ.] *Alii* ἐλεημοσύνη, misericordia. β Ex me ad faciendum pro peccatis meis.] ἐξ ἐμοῦ, ποιῆσαι περὶ (*aut* ὑπὲρ, *vt alii*) τῶν ἁμαρτιῶν μου. *Et visum est illud*, ex me, *positum esse, quemadmodum ps.* 138. mirabilis facta est scientia tua ex me. *Compluten. habet*, ἐξ ἐμοῦ ποίησον ὑπὲρ τῶν, de me fac pro peccatis, &c. γ Ancilla.] *Alii* ὑπὸ παιδισκῶν, ab ancillis: *vulgata*, ab vna ex ancillis. δ Dixerunt.] *Aliqui* εἶπεν, dixit. ε Et non vltra miserabilem me facere, & audire improperium.] *Hoc visum est hoc loco posse significare*, καὶ μηκέτι ἐλεῆσαί με, καὶ ἀκοῦσαί με ὀνειδισμόν, *vt sint verba accepta transitiue, vt inquiunt. Sed in aliis est*, καὶ ἐλεῆσαί με, καὶ μὴ ἀκοῦσαί με μηκέτι ὀνειδισμόν, & misereri mei, & non vltra audire me improperium. ζ Raphael.] *Alii* θεοῦ, *& vulgata*, summi Dei.

CAP. IV.

IN illa die recordatus est Tobit de argento, quod deposuerat apud Gabael in Ragis Mediæ: & dixit in seipso: Ego petij mortem: cur non voco Tobiã filium meum, vt ei indicem, priusquam ego moriar? Et vocans eum dixit: Fili, si mortuus fuero, sepeli me, et ne despicias matrem tuam: honora eam omnibus diebus vitæ tuæ, et fac quod placitum ei: et ne contristes eã: memento fili; quia multa pericula vidit propter te in ventre. Cum mortua fuerit; sepeli eã iuxta me in vno sepulchro. Omnibus diebus fili Domini Dei nostri recordare, et noli peccare, et transgredi mandata eius. Iustitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ, et ne ambulaueris vijs iniustitiæ; quoniam α faciente te veritatem, prosperitates erunt in operibus tuis, et omnibus facientibus iustitiam. Ex substantia tua fac eleemosynam; et non videat oculus tuus in faciendo te eleemosynam. Ne auertas faciem tuã ab omni mendico: et a te non auertetur facies Dei. Quomodo tibi fuerit secundum multitudinem; facito ex eis eleemosynam. Si paucum tibi fuerit; iuxta paucum ne timeas facere eleemosynam. Præmium enim bonum thesaurizas tibi in diem necessitatis: quoniam eleemosyna a morte liberat, et non permittit introire in tenebras. Munus enim bonũ est eleemosyna omnibus facientibus eã in conspectu altissimi. Attende tibi fili ab omni fornicatione: et vxorem primum accipe de semine patrũ tuorum: non accipias vxorem alienam, quæ nõ est de tribu patris tui, quoniam filij prophetarum sumus: Noe, Abraham, Isaac, Iacob, isti patres nostri à seculo. Memento fili, quia ipsi omnes acceperunt vxores de fratribus suis, & benedicti sunt in filijs suis, & semen eorum hæreditabit terram. Et nunc fili dilige fratres tuos: & noli superbire corde tuo, præ fratribus tuis, & filijs, & filiabus populi tui, accipere tibi ex eis vxorem: quoniam in superbia perditio, & perturbatio multa, & in nequitia diminutio, & egestas magna: nequitia enim mater est famis. Merces omnis hominis, quicumque operatus fuerit, apud te non moretur: sed redde ei statim. Si seruieris Deo; reddetur tibi. Attende tibi fili in omnibus operibus tuis, & esto eruditus in omni conuersatione tua. Et quod odio habes; nemini feceris. Vinum ad ebrietatem ne bibas: & non eat tecũ ebrietas in via tua. De pane tuo da esurienti, & de vestibus tuis, nudis. Omne quodcumque superfuerit tibi; fac eleemosynam, & non inuideat oculus tuus in faciendo te eleemosynam. Effunde panes tuos super sepulturam iustorum: & ne dederis peccatoribus. Consilium ab omni prudente quære: & ne contemnas β super omne consilium vtile. Et in omni tempore benedic Dominum Deum: & ab eo pete, & viæ tuæ rectæ sint, & omnes semitæ tuæ, & consilia tua prosperentur: eo quod omnis gẽs non habet consiliũ: sed ipse Dominus dat omnia bona: & quemcũque voluerit humiliat, sicut vult. Et nũc fili recordare mandatorũ meorũ, & nõ deleãtur

de corde tuo. Et nunc indico tibi decem talenta argenti, quæ deposui apud Gabaelum filium Gabriæ in Ragis Mediæ. Et ne timeas fili, quia mendici facti sumus. Sunt tibi multa; si timueris Deum, & recesseris ab omni peccato, & feceris, quod placitum coram eo.

α Faciente te veritatem.] *S. Cyprianus in lib. de opere, & eleem.* quoniam agente te ex (*al.* in) veritate, erit respectus operum tuorum: *ac totus iste locus diligenter cum eo conferendus est.* β Super omni.] *Compl.* ἐπὶ πάντως, omnino.

CAP. V.

ET respondens Tobias dixit ei: Pater faciam omnia, quæcumque mandasti mihi: sed quomodo potero accipere argentum, & non cognosco eum? Et dedit ei Chirographum, & dixit ei: Quære tibi hominem, qui simul ibit tecum, & dabo ei mercedem, dum viuo: & accipe vadens argentum. Et iuit quærere hominem, & inuenit Raphael, qui erat angelus, & nesciebat. Et dixit ei: Si possum ire tecum in Ragis Mediæ, & si peritus es locorum? Et dixit ei angelus: Ibo tecum, α & viæ peritus sum, & apud Gabael fratrem nostrum commoratus sum. Et dixit ei Tobias: Substine me, & dicam patri. Et dixit ei: Vade, & ne tardaueris. Et ingressus dixit patri: Ecce inueni, qui simul ibit mecum. At ille dixit: Voca ipsum ad me, vt agnoscam, cuius tribus est, ac, si fidelis ad eundum tecum. Et vocauit eum, & introiuit: & salutarunt se inuicem. Et dixit ei Tobit: Frater, ex qua tribu, & ex qua patria es tu? indica mihi. Et dixit ei: Tribum, & patriam tu quæris; an mercennarium, qui simul ibit cum filio tuo? Et dixit ei Tobit: Volo frater agnoscere genus tuum, & nomen. At ille dixit: β Ego Azarias Ananiæ magni de fratribus tuis. Et dixit ei: Sanus venias frater: & ne mihi irascaris, quia quæsiui tribum tuam, & patriam tuam agnoscere: & tu es frater meus ex pulchra, & bona progenie. Cognoui enim ego Ananiam, & Ionathan filios Semei magni; quomodo ibamus vnà in Hierosolyma ad adorandum, offerentes primogenita, & decimas geniminum: & non errauerunt in errore fratrum nostrorum. De bona radice es frater. Sed dicito mihi, quam tibi ero mercedem daturus? drachmā die, & necessaria tibi, sicut & filio meo, & adhuc adijciam tibi super mercedem, si sani reuerteritis. Et bene senserunt sic. Et dixit ad Tobiam: Paratus esto ad viam, & prosperemini. Et parauit filius eius, quæ ad viam. Et dixit ei pater eius: Vade cum homine hoc. Qui autem in cælo habitat Deus, prosperabit viam vestram: & angelus eius ibit vobiscum. Et exierunt vtrique ad abeundum, & canis pueri cum eis. Plorauit autem Anna mater eius, & dixit ad Tobit: Quid emisisti filium nostrum? An non virga manus nostræ est in ingrediendo ipsum, & egrediendo coram nobis? Argentum argento non anteuertat, sed peripsema filij nostri sit. Quomodo enim datum est nobis viuere à Domino, hoc satis multum nobis est. Et dixit ei Tobit: Ne solicitudinem habeas soror: sanus veniet, & oculi tui videbunt eum. Angelus enim bonus ibit cum eo: & prosperabitur iter eius, & redibit sanus.

α Et viæ peritus sum.] *Hæc absunt ab aliis.* β Ego Azarias Ananiæ.] *Ita fere vulgata. Alii autem,* ἐγὼ τὸ γένος ἀζαρίου, καὶ ἀνανίου τοῦ μεγάλου, καὶ ἀδελφοῦ σου, Ego genus Azariæ, & Ananiæ magni, & fratris tui.

CAP.

CAP. VI.

A

ET cessauit plorans. Illi vero euntes viam, venerunt vesperi ad Tigrim flumen, & manserunt ibi. Puer autem descendit ad lauandum se: & prosilijt piscis è flumine, & voluit deuorare puerum. Angelus autem dixit ei: Apprehende piscem. Et tenuit piscem puer, & proiecit eum super terram. Et dixit ei angelus: Incide piscē, & sumens cor, & iecur, & fel, repone tuto. Et fecit puer, sicut dixit ei angelus. Piscem autem assantes comederunt. Et pergebant vtrique, donec appropinquauerunt in Ecbatana. Et dixit puer angelo: Azaria frater, quid est cor, & iecur, & fel piscis? Et dixit ei: Cor, & iecur, si quem turbauerit dæmonium, vel spiritus malignus, hæc [α] oportet suffire coram homine, vel muliere: & non vltra turbabitur. [β] Fel autem, vnge hominem, qui habet albugines in oculo, & sanabitur. Vt autem appropinquauerunt Rage; dixit angelus puero: Frater, hodie manebimus apud Raguel, & ipse cognatus tuus est, & est ei filia nomine Sarra. Loquar de ea, vt ipsa detur tibi in vxorem, [γ] & quoniam ad te pertinet hæreditas eius, & tu solus es de genere eius, & puella pulchra, & prudens est. Et nunc audi me, & loquar patri eius: &, quando reuertemus è Ragis; faciemus nuptias: quoniā nouit Raguel, quia non dabit eam viro alteri iuxta legem Moysi, vel reus erit mortis: quoniam hæreditatem tibi conuenit accipere, quàm omnem hominem: Tunc dixit puer angelo: Azaria frater, audiui ego puellam datam esse septem viris, & omnes in nuptiali thalamo perijsse. Et nunc ego solus sum patri: & timeo, ne ingressus moriar, sicut & priores: quoniā dæmonium diligit eam; quod non nocet cuiquam, nisi accedentibus ad eam. Et nunc ego timeo, ne moriar, & deducam vitam patris mei, & matris meæ cum dolore super me in sepulturam ipsorum: & filius alius non est eis, qui sepeliet eos. Dixit autem ei angelus: Non meministi verborum, quæ mandauit tibi pater tuus, super accipiendo te vxorem de genere tuo? Et nunc audi me frater: quoniam tibi erit in vxorem: & dæmonij nullam rationem habe: quoniam nocte hac dabitur tibi hæc ipsa in vxorem. Et, si ingressus fueris in thalamum; sumes cinerem thymiamatum, & superpones de corde, & iecore piscis, & facies fumigare: & olfaciet dæmonium, & fugiet, & non redibit iterum in seculum seculi. Quando autem accedes ad eam; surgite vtrique, & clamate ad misericordem Deum, & saluabit vos, & miserebitur. Ne timeas, quoniam tibi hæc parata fuit à seculo: & tu ipsam saluabis, & ibit tecum: & existimo, quia tibi erunt ex ea filij. Et, vt audiuit Tobias hæc; dilexit eam, et anima ipsius adhæsit valde ei. Et [δ] venit in Ecbatana.

B C D E

[α] Hæc oportet suffire.] *Alii* ταῦτα δὴ κάπνισον, hæc vtique fac fumigare. *A Compl. abest illud* δή. [β] Fel autem, vnge.] ἡ δὲ χολὴ ἐγχρῖσαι. *Alii* ἐγχρίσαι, ad vngendum. *Compl.* τὴν χολὴν ἔγχρισαι, felle vnge. [γ] Et quoniam.] *Illud*, &, *abest ab aliis.* [δ] Venit.] *Alii* ἦλθον, venerunt: *itemque initio sequentis capitis* παρεγένοντο.

CAP. VII.

ET aduenit in domum Raguel. Et Sarra vero occurrit [α] ei, et salutauit eum, et ipse eos. Et introduxit eos in domum. Et dixit Raguel Ednæ vxori suæ: Quàm similis adolescens Tobit consobrino meo? Et interrogauit

rogauit eos Raguel: Vnde estis fratres? Et dixerunt ei[a]: De filijs Nephthali captiuorum in Nineue. Et dixit eis: Noscitis Tobit fratrem nostrum? At illi dixerunt: Noscimus. Et dixit eis: Valet? At illi dixerunt: Et viuit, & valet. Et dixit Tobias: Pater meus est. Et prosilijt Raguel: & deosculatus est eum, & plorauit, & benedixit eum, & dixit ei: Honesti, & boni hominis filius. Et audiens, quia Tobit amisit oculos suos; tristatus est, & plorauit. Et Edna vxor eius, & Sarra filia eius plorauerunt: & susceperunt eos prompte: & immolauerunt arietem ouium, & apposuerunt obsonia plura. Dixit autem Tobias ad Raguel: Azarias frater loquere, de quibus dicebas in itinere, & perficiatur negocium. Et communicauit verbum ipsi Raguel. Et dixit Raguel ad Tobiam: Comede, & bibe, & iucunde esto: tibi enim conuenit filiolam meã accipere: verumtamen indicabo tibi veritatem. Dedi filiolam meam septem viris; & simulatque ingrediebantur ad eam; moriebantur sub noctem. Sed in præsentia iucunde esto. Et dixit Tobias: Non gustabo quicquam hic; quoadusque stetis, & statuatis ante me. Et dixit Raguel: Duc illam ex nunc iuxta iudicium: tu vero frater es illius, & ipsa tui est. Misericors autem Deus prosperabit vobis optima. Et vocauit Sarram filiam suam, & sumens manum eius tradidit eam Tobiæ vxorem: & dixit: Ecce iuxta legem Moysi duc eam, & adduc ad patrem tuum. Et benedixit eos. Et vocauit Ednam vxorem suam: & sumens librum, scripsit syngrapham, & obsignauit. Et cœperũt comedere. Et vocauit Raguel Ednam vxorem suam, & dixit ei: Soror para alterum thalamum, & introduc eam. Et fecit, sicut dixit: & introduxit eam illuc, & plorauit: & suscepit lachrymas filiæ suæ, & dixit ei: Confide filia, Dominus cæli & terræ det tibi [b] gratiam pro tristitia tua hac. Confide filia.

[a] Ei.] *Alius liber manuscriptus, & impressi* αὐτοῖς, καὶ ἐχαιρέτισεν αὐτούς, καὶ αὐτοὶ αὐτὸν, eis, & salutauit eos, & ipsi ipsam, *quæ varietas pendet ex ea, quæ notata est ad finem præcedentis capitis.* [b] Gratiam.] χάριν. *Alij* χαρὰν, gaudium, *vt vulgata.*

CAP. VIII.

POST quam vero consummauerunt cænantes; introduxerunt Tobiam ad eam. Ille autem vadens recordatus est verborum Raphael, & sumpsit cinerem thymiamatum, & superposuit cor piscis, & iecur, & fecit fumigare. Quando autem olfecit dæmonium odorem; fugit in superiora Ægypti: & ligauit ipsum angelus. Vt autẽ clausi sunt vtrique; surrexit Tobias de lecto, & dixit: Surge soror, & deprecemur, vt misereatur nostri Dominus. Et cœpit Tobias dicere: Benedictus es Deus patrum nostrorum, & benedictum nomen tuũ sanctũ, & honoratũ in secula. Benedicãt te cæli, & omnes creaturæ eius. Tu fecisti Adam, & dedisti ei adiutricem Euam firmamentũ vxorẽ eius. Ex his natũ est hominũ semen. Tu dixisti non bonũ esse hominem solum, faciamus ei adiutricem similem ei. Et nunc Domine non propter fornicationem ego accipio sororem meam hanc, sed super veritatem. Præcipe misereri mei, & ei consenescere. Et dixit secum, Amen. Et dormierunt vtrique nocte. Et surgens Raguel iuit, et effodit sepulchrum, dicens: Nonne, et hic morietur? Et venit Raguel in domum suam, et dixit Ednæ vxori suæ: Mitte vnã ancillarum, et videant, si viuit: si autem nõ, vt sepeliamus eũ, & nemo sciat. Et intrauit ancilla aperiens ianuã,

& inuenit

A & inuenit ambos dormientes:& egressa annunciauit eis,quia viuit. Et benedixit Raguel Deum,dicens:Benedictus es tu Deus in omni benedictione munda, & sancta: & benedicant te sancti tui, & omnes creaturæ tuæ, & omnes angeli tui,& electi tui:benedicant te in secula.Benedictus es,quoniam lætificasti me, & non factum est mihi,sicut suspicabar,sed secundum multam misericordiam tuam fecisti nobiscum.Benedictus es,quoniam misertus es duorum vnigenitorum:fac eis Domine misericordiam,consumma vitam eorum in sanitate cum lætitia,& misericordia. Iussit autem famulos exaggerare sepulchrum, & fecit eis nuptias diebus quatuordecim.Et dixit ei Raguel, antequam consummaren B tur dies nuptiarum, cum iuramento non exire eum, nisi impleti fuerint quatuordecim dies nuptiarum,& tunc accipientem dimidium substantiæ ipsius ire cum sanitate ad patrem,& reliqua,cum mortuus fuero,& vxor mea.

CAP. IX.

ET vocauit Tobias Raphael,& dixit ei: Azaria frater: Sume tecum puerum, & duos camelos, & vade in Ragis Mediæ ad Gabael, & affer mihi argentum, & ipsum adduc mihi ad nuptias; quoniam iurauit Raguel non C exire me:& pater meus numerat dies: ac si tardauero valde; tristabitur nimis. Et iuit Raphael,& mansit apud Gabael,& dedit ei Chirographum. Ille autem protulit arculas in sigillis,& dedit ei. Et diluculo surrexerunt vnà,et venerunt ad nuptias.Et benedixit Tobias vxorem suam.

CAP. X.

ET Tobit pater eius computabat vnumquemque diem. Et postquam completi sunt dies itineris,et non veniebat;dixit: Nunquid forte confusi fuerunt? aut,nunquid forte mortuus est Gabael,et nemo ei dat argē- D tūm? Et tristabatur nimis. Dixit autem ei vxor:Perijt puer;quandoquidem tardauit.Et cœpit flere eum,et dixit: Non mihi curæ est fili,quia dimisi te lumen oculorum meorum.Et Tobit dicit ad eam:Tace,ne solicita sis,valet. Et dixit ei:Tace,ne decipias me,perijt puer meus.Et ibat per diem ad viam foras, qua abierat. Ac diebus panem non comedebat,et noctibus non intermittebat flens Tobiam filium suum; quoadusque consummati sunt quatuordecim dies nuptiarum, quas iurauerat Raguel facere eum ibi. Dixit autem Tobias Raguel: Dimitte me, quoniam pater meus, et mater mea non vltra sperant aspicere E me.Dixit autem ei socer:Mane apud me:et ego mittam ad patrem tuum,et indicabunt ei,quæ circa te. Et Tobias dicit: Dimitte me ad patrem meum. Surgens autem Raguel dedit ei Sarram vxorem eius,et dimidium substantiæ, corpora,et pecora,et argentum,et benedicens eos dimisit,dicens: Prosperabit vos filij,Deus cæli,priusquam ego moriar. Et dixit filiæ suæ:Honora soceros tuos:ipsi nunc parentes tui sunt: audiam de te auditionem bonam. Et osculatus est eā. Et Edna dixit ad Tobiam:Frater dilecte,restituat te Dominus cæli,et det mihi videre tuos filios ex Sarra filia mea; vt læter in conspectu Domini. Et ecce depono apud te filiam meā in deposito:et ne contristes eā.Post hæc ibat,et

Tobias benedicēs Deū, quia prosperauerat viā ipsius:& benedicebat Raguel, & Ednam vxorem eius. Et ibat, quoadusque appropinquarunt ipsi in Nineue. A

CAP. XI.

ET dixit Raphael ad Tobiam: α Non cognoscis frater, quomodo dimisisti patrem tuum? Præcurramus ante vxorem tuam, & paremus domum. Sume autem ad manum fel piscis. Et iuerunt, & simul venit canis post eos. Et Anna sedebat circumspectans in viam puerum suum: & prospexit eum venictem, & dixit patri eius: Ecce filius tuus venit, & homo, qui iuit cū eo. Et Raphael dixit: Scio ego, quia aperiet oculos pater tuus: tu vnge fel in oculos eius: & erosus deteret, & abijciet albugines, & videbit te. Et accurrens Anna irruit super collum filij sui, & dixit ei: Vidi te fili: ex nunc moriar. Et plorauerunt vtrique. Et Tobit exibat ad ianuam, & prolapsus est. Filius autem eius accurrens ei & apprehendit patrem suum, & inspersit fel super oculos patris sui, dicens: Confide pater. Vt autem erosi sunt; detriuit oculos suos, & desquamatæ sunt ab angulis oculorum eius albugines. Et videns filium suum procidit super collum eius, & plorauit, & dixit: Benedictus es Deus, & benedictum nomen tuum in secula, & benedicti omnes sancti tui angeli; quoniam flagellasti, & misertus es mei: Ecce video Tobiam filium meum. Et intrauit filius eius gaudens, & annunciauit patri suo magnalia facta sibi in Media. Et exiuit Tobit in obuiam nurui suæ gaudens, & benedicens Deum, ad portam Nineue. Et mirabantur spectantes eum euntem, quia vidit. Et Tobit confitebatur β coram eo, quia misertus est ipsorū Deus. Et vt appropinquauit Tobit nurui suæ; benedixit eam, dicens: Venias Sarra filia. Benedictus Deus, qui adduxit te ad nos, & pater tuus, & mater tua. Et factum est gaudium omnibus, qui in Nineue, fratribus eius. Et aduenit Achiacharus, & Nasbas filius fratris ipsius: & factæ sunt nuptiæ Tobiæ cum lætitia diebus septem.

B

C

α Non cognoscis.] *Ab aliis abest illud,* non, *& nota interrogationis sequens.* β Coram eo, quia misertus est ipsorum Deus.] *Alii* ἐνώπιον αὐτῶν, ὅτι ἠλέησεν αὐτὸν ὁ θεός, corā eis, quia misertus est ipsius Deus. D

CAP. XII.

ET vocauit Tobit Tobiam filium suum, & dixit ei: Vide fili mercedem homini, qui venit vnà tecum: & adijcere ei oportet. Et dixit: Pater nō lædor dans ei dimidium eorum, quæ attuli: quoniam me tibi reduxit sanū, & vxorem meam curauit: & argentum meum attulit, & te similiter curauit. Et dixit senex: Iuste fit ei. Et vocauit angelum, & dixit ei: Accipe dimidium omnium, quæ attulistis, & abduc sanus. Tunc vocans ambos clam, dixit eis: Benedicite Deum, & ei confitemini, & magnificentiam date ei: & confitemini ei coram omnibus viuentibus, pro ijs, quæ fecit vobiscum. Bonum est benedicere Deum, & exaltare nomen eius, verba operum Dei honorifice demonstrātes: & ne pigri sitis confiteri ei. Mysteriū regis bonū est occultare, opera autē Dei reuelare honorifice. Bonum facite: & malum non inueniet vos. Bonū oratio cum ieiunio, & eleemosyna, & iustitia. Bonum est paucum cum iustitia, quàm multum cū in iustitia. Bonum facere eleemosynam, quàm thesaurizare aurum. Eleemosyna enim à morte liberat: & ipsa emundat omne peccatum. Facientes eleemosynas, & iustitias implebuntur vita: peccantes autem, sunt hostes suæ ipsorum

E

ſorum vitæ. Non occultabo à vobis omne verbum. Dixi iam: myſterium regis occultare bonum, opera autem Dei reuelare honorifice. Et nunc, quando oraſti tu, & nurus tua Sarra; ego obtuli memoriale orationis veſtræ coram ſancto: & quando ſepeliebas mortuos; ſimiliter aderam tibi: &, quando non piger eras ſurgere, & relinquere prandium tuum, vt abiens operires mortuum; non latuiſti me benefaciens, ſed tecum fui. Et nunc miſit me Deus ſanare te, & nurum tuam Sarram. Ego ſum Raphael vnus ex ſeptem ſanctis angelis, qui offerũt orationes ſanctorum, & ingrediuntur in conſpectu gloriæ ſancti. Et turbati ſunt ambo, & ceciderunt in faciem, quoniam timuerunt. Et dixit eis: Ne timeatis: pax vobis erit. Deum autem benedicite in ſecula: quoniam non mea ipſius gratia, ſed voluntate Dei noſtri veni: vnde benedicite eum in ſecula: Omnibus diebus apparebam vobis, & non manducabam, neque bibebam: ſed viſionem vos ſpectabatis. Et nunc confitemini Deo, quoniam aſcendo ad eum, qui miſit me: & ſcribite omnia, quæ conſummata ſunt, in libro. Et ſurrexerunt, & non vltra viderunt eum. Et confitebantur opera magna, & mirabilia α eius, quomodo apparuerat eis angelus Domini.

α Eius, quomodo.] *In aliis* θεοῦ, καὶ ὡς, Dei, & quomodo.

CAP. XIII.

ET Tobit ſcripſit orationem in exultationem, & dixit: Benedictus Deus viuens in ſecula, & regnum eius: quoniam ipſe flagellat, & miſeretur, deducit ad infernum, & reducit: & non eſt, qui effugiet manum eius. Confitemini ei filij Iſrael in conſpectu gentium, quoniam ipſe diſſeminauit nos in eis. Ibi demonſtrate magnificentiam eius: exaltate eum coram omni viuente, ſicut ipſe Dominus noſter, & Deus ipſe pater noſter in omnia ſecula. Et flagellabit nos in iniuſtitijs noſtris: & rurſus miſerebitur, & congregabit nos ex omnibus gentibus, vbicumque diſperſi fueritis in eis. Si reuerteritis ad eum in toto corde veſtro, & in tota anima veſtra ad faciendum coram eo veritatem; tunc redibit ad vos, & non occultabit faciem ſuam à vobis: & α videte, quæ faciet vobiſcum, & confitemini ei in toto ore veſtro, & benedicite Dominum iuſtitiæ, & exaltate regem ſeculorum. Ego in terra captiuitatis meæ confiteor ei, & oſtendo fortitudinem, & magnificentiam eius genti β peccatorum. Reuertite peccatores, et facite iuſtitiã coram eo. Quis ſcit, ſi volet vos, & faciet miſericordiã vobis? Deum meum exalto, & anima mea γ regi cæli, & exultabit magnificentiam eius. Dicant omnes, & confiteantur ei in δ Hieroſolymis. Hieroſolyma ciuitas ſancti, ε flagellabit ſuper opera filiorum tuorum: & rurſus miſerebitur filiorum iuſtorum. Confitere Domino ζ bene, & benedic regem ſeculorum; vt rurſus tabernaculum eius ædificetur in te cum gaudio, & lætificet in te captiuos, & diligat in te miſeros in omnes generationes ſeculi. Gentes multæ de longe venient ad nomen Domini Dei, munera in manibus habentes, η & munera regi cæli. Generationes generationum θ dabunt tibi exultationem. Maledicti omnes, qui odio habent te: benedicti erunt omnes diligentes te in ſeculum. Gaude, & exulta ſuper filijs iuſtorum; quoniam congregabuntur, & benedicent Dominum iuſtorum. O beati, qui diligũt te, gaudebunt in pace tua. Beati, quicumque triſtati ſunt ſuper omnibus flagellis tuis: quoniam in te gaudebunt,

bunt, videntes omnem gloriam tuam, & lætabuntur in secula. Anima mea benedicat Deum regem magnum: quoniam ædificabitur Hierusalem Saphiro, & Smaragdo, & lapide pretioso muri tui, & turres, & propugnacula in auro mundo, & plateæ Hierusalem in beryllo, & carbunculo, & lapide de Suphir sternẽtur. Et dicent omnes viri eius Alleluia, & ι laudem, dicentes: Benedictus Deus, qui exaltauit omnia secula.

α Videte.] *Compl.* θεάσασθε, videbitis. β Peccatorum.] *Eadem* ἁμαρτωλῷ, peccatrici. γ Regi.] *Alii* τὸν βασιλέα, regem. δ Hierosolymis. Hierosolyma.] *Plerique* ἐν δικαιοσύνῃ. ἱερουσαλήμ, in iustitia. Hierusalem. ε Flagellabit.] *Compl. addit* σε, te. ζ Bene.] *Eadem* ὅτι ἀγαθὸς, quoniam bonus. η Et munera.] *Illud, &, abest à multis.* θ Dabunt tibi.] *Alii* αἰνέσουσί σε, καὶ δώσουσι, laudabunt te, & dabunt. ι Laudem.] *In aliis est* αἰνέσουσι, laudabunt.

CAP. XIV.

ET cessauit confitens Tobit. Et erat annorum quinquaginta octo, quando amisit visum: & post annos octo recuperauit visum. Et faciebat eleemosynas: & adiecit timere Dominum Deũ, & confitebatur ei. Magnopere autẽ senuit: & vocauit filium suum, & filios eius, & dixit ei: Fili accipe filios tuos: ecce senui, & ad exeundũ è vita sum. Abi in Mediã fili, quoniã credidi, quæcũque locutus est Ionas propheta de Nineue, quia subuertetur: in Media autẽ erit pax magis vsque ad tẽpus: et quia fratres nostri in terra dispergentur à bona terra: et Hierosolyma erit deserta, et domus Dei in ea comburetur, et deserta erit vsque ad tẽpus. Et rursus miserebitur eorũ Deus, et reducet eos in terrã, et ædificabunt domũ, non qualis prior, donec impleti fuerint tẽpora seculi. Et post hæc reuertent de captiuitatibus, et ædificabunt Hierusalem honorifice: et domus Dei in ea ædificabitur gloriose, sicut locuti sunt de ea prophetæ. Et omnes gentes conuertentur veraciter ad timendũ Dominum Deum, et defodient idola sua: et benedicent omnes gentes Dominũ. Et populus eius confitebitur Deo: & exaltabit Dominus populũ suũ: et gaudebunt omnes, qui diligunt Dominũ Deũ in veritate, et iustitia, facientes misericordiã fratribus nostris. Et nunc fili discede à Nineue; quoniã omnino erunt, quæ locutus est propheta Ionas. Tu autẽ serua legẽ, et præcepta, et esto amator misericordiæ, et iustus; vt tibi bene sit. Et sepeli me honeste, et matrẽ tuã mecũ, et nõ vltra maneatis in Nineue. Fili vide, quid fecit Amã Achiacharo, qui nutriuerat eũ, quomodo è luce adduxit eũ in tenebras, et quæcũque retribuit ei. Et α Achiacharũ quidẽ saluauit: illi autẽ retributio retributa est, et ipse descendit in tenebras. Manasses fecit misericordiã, et saluatus est de laqueo mortis, quem β fixerat ei. Aman autẽ incidit in laqueum, et perijt. Et nunc filij videte, quid eleemosyna facit, γ et iustitia liberat. Et hæc ipso dicente, defecit anima eius super lectũ. Erat autẽ annorũ centũ quinquaginta octo: et sepelierunt eũ gloriose. Et quando mortua est Anna, sepeliuit eã cũ patre suo. Discessit autẽ Tobias cũ vxore sua, et filijs suis in Ecbatana ad Raguel socerum suũ. Et senuit honorifice. Et sepeliuit soceros suos gloriose, et hæreditauit substantiã eorũ, et Tobit patris sui. Et mortuus est annorũ centũ vigintiseptẽ in Ecbatanis Mediæ. Et audiuit, priusquã ipse moreretur, perditionẽ Nineue, quã captiuauit Nabucodonosor, et Asyeros: et gauisus est, antequam moreretur, super Nineue.

α Et Achiacharum quidem saluauit.] Alij, καὶ ἀχιάχαρος μὲν ἐσώθη, & Achiacharus quidem saluatus est. β Fixerat.] *In aliis,* ἔπηξαν, fixerãt. γ Et iustitia.] *Alius liber,* καὶ ἡ δικαιοσύνη, *Cõpl.* καὶ πῶς, & quomodo iustitia.

IVDITH.

IVDITH.

CAP. I.

ANNO duodecimo regni Nabuchodonosor, qui regnauit * super Assyrios in Nineue, ciuitate magna, in diebus Arphaxad, qui regnauit super Medos in Ecbatanis, & ædificauit super Ecbatana, c & in circuitu muros ex lapidibus sectis, in latitudine, cubitorum trium, & in longitudine, cubitorum sex: & fecit altitudinem muri, cubitorum septuaginta, & latitudinem eius, cubitorum quinquaginta: & turres eius statuit super portas illius cubitorum centum: & latitudinem eius fundauit in cubitis sexaginta: & fecit portas eius portas suscitatas in altitudinem cubitorum septuaginta, & latitudinem earum cubitos quadraginta ad exitus exercituum potentium ipsius, & ordines peditum ipsius. Et fecit bellum in diebus illis rex Nabucodonosor aduersus regem Arphaxad in campo magno: hic est in finibus Ragay. Et concurrerunt ad eum omnes habitantes montanam, & omnes habitantes Euphratem, & Tigrim, & Aydaspem, & γ campo Irioch rex Elymæorum. Et conuenerunt gentes multæ valde in aciem filiorum Cheleul. Et misit Nabuchodonosor rex Assyriorum ad omnes habitantes Persidem, & ad omnes habitantes ad occidentem, habitantes Ciliciam, & Damascum, Libanum, & Antilibanum, & omnes qui habitabant ad faciem maritimæ, & qui in gentibus Carmeli, & Galaad, & superiorem Galilæam, & magnum campum Esdrelom, & omnes, qui in Samaria, & ciuitatibus eius, & trans Iordanem vsque Hierusalē, & Betane, & Chellus, & Cades, & fluminis Ægypti, & Taphnas & Ramesse, & omnem terram Gesem, vsque ad veniendum d supra Tanim, & Memphim, & omnes habitantes Ægyptum vsque ad veniendum super fine Æthiopiæ. Et vilipenderunt omnes habitantes e vniuersam terram verbun Nabuchodonosor regis Assyriorum: & non conuenerunt ei ad bellum; quoni non timuerunt eum: sed erat coram eis tanquam vir f æqualis. Et remiserun nuncios eius vacuos in ignominia * ante faciem suam. Et indignatus est Na buchodonosor super omnem terram hanc valde, & iurauit per thronum, & re gnum suum; nimirum g vlturum se omnes fines Ciliciæ, & Damascenæ, & Sy riæ, i interempturum gladio suo & omnes habitantes in terra Moab, & filic Ammon, & omnem Iudæam, & omnes, qui in Ægypto vsque ad veniendu[m]

supe[r]

C

D

E

super fines duorum marium. Et aciem struxit in virtute sua aduersus Arphaxad regem in anno septimo & decimo: & præualuit in prælio suo, & κ euertit omnem virtutem Arphaxad, & omnem equitatum eius, & omnes currus eius, & dominatus est ciuitatibus eius. Et peruenit vsque Ecbatana, & obtinuit turres, & prædatus est plateas eius, & ornatum eius posuit in opprobrium eius. Et cepit Arphaxad in montibus Ragai, & confixit eum in iaculis suis, & exterminauit eum vsque in diem illam. Et reuertit cum λ eis ipse, & omnis commistus eius, multitudo virorum bellatorum plurima valde. Et erat ibi torpens, & epulans, ipse, & virtus eius per dies centum viginti.

α Super Assyrios.] *Abest a multis.* β Et in circuitu.] *Item istud, &.* γ Campo Irioch rex.] *Plerique,* πεδίον Ἀριὼχ βασιλέως, campum Arioch regis. δ Supra Tanim.] *Compl.* ἐπὶ νῶτα, super tergora Taneos, & Mempheos. ε Vniuersam.] *Abest a multis.* ζ Æqualis.] *Alii* εἷς, vnus. η Ante faciem.] *Alii* ἀπὸ προσώπου, a facie sua. θ Vlturum.] *In multis additur* αὐτὸν, se. ι Interempturum gladio suo, & omnes.] *Complut.* & intercmpturum gladio suo omnes. κ Et euertit omnem virtutem Arphaxad, & omnem equitatum eius.] *Desunt in Complut.* λ Cum eis.] *In Compl. est* μετ' αὐτὸν, post eum. *In ipsa autem, & in aliis additur* εἰς νινευὴ, *aut* νινευὶ, *in* Nineue.

CAP. II.

ET in anno octauo & decimo, secunda & vigesima primi mensis, factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, vlcisci omnē terram, sicut locutus erat. Et conuocauit omnes ministros suos, & omnes magnates suos, & posuit cum eis mysterium consilij sui. Et α consummauit omne malum terræ de ore suo: & ipsi iudicauerunt exterminare omnem carnem, qui non obsequuti fuerant sermoni oris eius. Et factum est, vt consummauit consilium suum; vocauit Nabuchodonosor rex Assyriorum Olophernē principem virtutis suæ, qui secundus erat ab ipso, & dixit ad eum: Hæc dicit rex magnus, dominus vniuersæ terræ. Ecce tu egredieris à facie mea, & sumes tecum viros confidentes in fortitudine sua, peditum ad millia centum viginti, & multitudinem equorum cum ascensoribus β myriadum duodecim: & egredieris in occursum omni terræ ad Occidentem, quoniam non obedierunt verbo oris mei: & annunciabis eis parare terram, & aquam: quoniam egrediar in furore meo super eos; & operiam omnem faciē terræ in pedibus virtutis meæ: et dabo illos in direptionem eis: & cæsi istorū implebunt valles, & torrentes ipsorum: & fluuius inundans mortuis eorum implebitur: & ducam captiuitatem eorum, ad summitates vniuersæ terræ. Tu vero egressus præocupabis mihi omnem terminum eorum: & dedent se tibi, & conseruabis mihi eos in diē argutionis eorum: super inobedientes autem non parcet oculus tuus dare eos in cædē & direptionem in omni terra tua: quoniam viuēs ego, & imperium regni mei: locutus sum, & faciam hæc in manu mea. Et tu autem non transgredieris vnum quid ex verbis domini tui, sed perficiens perficies, sicut præcepi tibi: & non cūctaberis facere hæc. Et exiuit Olophernes a facie domini sui, & vocauit omnes Dynastas, & duces, & præsides virtutis Assur, & numerauit electos viros in aciē sicut iusserat ei dominus eius ad myriadas duodecim, & equites sagittarios duodecim millia: & ordinauit eos, quemadmodum belli multitudo coordinatur. Et sumpsit camelos, & asinos ad impedimenta ipsorum, multitudinem plurimam valde, & oues, & boues, & capras ad apparatum ipsorum, quorū non erat

numerus,

A numerus,& rem frumentariam omni viro in multitudine, & aurum, & argentum è domo regis multum valde. Et exijt ipse,& vniuersa virtus eius ad iter ad præcedendum regem Nabuchodonosor,& operiendum omnem faciem terræ ad Occidentem in currubus,& equitibus, & peditibus electis ipsorum[a]. Et multus admistus, tanquam locusta exierunt cum eis, & tanquam arena terræ. Non enim erat numerus præ multitudine eorum. Et abierunt de Nineue viam trium dierum super faciem campi Bæctilæth: et castra fecit a Bæctilæth prope montem, qui ad sinistram superioris Ciliciæ. Et sumpsit omnem virtutem suã pedites, et equites, et currus suos: et abijt inde in montanã: et excidit Phud, et B Lud: et prædati sunt omnes filios Rasis, et filios Ismael, qui super faciem deserti ad Austrum Chellæon. Et transiuit Euphratem, et pertransiit Mesopotamiã, & diruit omnes ciuitates excelsas, quæ super torrentem Abronà vsque ad veniendum super mare. Et cepit fines Ciliciæ, & concidit omnes resistentes sibi. Et venit vsque ad fines Iapheth, qui ad Austrum super faciem Arabiæ. Et circuiuit omnes filios Madian, & incendit tabernacula eorum, & diripuit mandras eorum. Et descendit in campum Damasci in diebus messis triticorum, & incendit omnes agros eorum: & greges, & armenta boum dedit in perditionem: & ciuitates eorum spoliauit, & campos eorum ventilauit, & percussit omnes iuuenes eorum in ore gladij. Et incidit timor, & tremor eius super omnes C habitantes maritimam, eos qui erant in Sydone, & Tyro, & habitantes Sur, & Ocinà, et omnes habitantes Hiemnaan. Et habitantes in Azoto, & Ascalone timuerunt eum valde.

[a] Consummauit.] *Quasi deliberaturum, ac certum habuit consummare. Alii* συνεκάλεσε, conuocauit.
[b] Myriadum.] *In aliis* χιλιάδων millia: *& sic paulo post etiam in nostra*, μυριάδι χιλιάς, *vbi vulgata* duodecim millia.

CAP. III.

D ET miserunt ad eum nuncios verbis pacificis, dicentes: Ecce nos pueri Nabuchodonosor regis magni ad sumus coram te: vtere nos, sicut placitum est faciei tuæ. Ecce villæ nostræ, & omnis campus triticorum, & greges, & armenta, & omnes mandræ tabernaculorum nostrorum adsunt ante faciem tuam: vtere, quomodo placuerit tibi. Ecce & ciuitates nostræ, & habitãtes in eis serui tui sunt. Veniens occurre eis, prout est bonum in oculis tuis. Et aduenerunt viri ad Olophernem, & annunciauerunt ei secundũ verba hæc. Et descendit super maritimam ipse, & virtus eius, et præsidia posuit in ciuitatibus excelsis: et assumpsit ex eis in belli societatem viros electos, et susceperunt eum E ipsi, et omnis regio adiacens eorum cum coronis, et choris, et tympanis. Et demolitus omnes fines eorum, et lucos eorum excidit. Et erat decretum ei exterminare omnes Deos terræ: vt ipsi soli Nabuchodonosor seruirent omnes gentes: et omnes linguæ, et omnes tribus eorum inuocarent eum in Deum. Et venit super faciem Esdrelon prope Dotæam, quæ est contra Serram magnam Iudææ. Et castrametatus est inter Gæbæ, et Scytharum ciuitatem: et fuit ibi mensem dierum ad colligenda omnia impedimenta virtutis suæ.

CAP. IV.

ET audierunt filij Iſrael habitantes in Iudæa omnia, quæcumque fecerat Olophernes gentibus, princeps militiæ Nabuchodonoſor regis Aſſyriorum, & quomodo ſpoliauerat omnia templa earum, & dederat ea in perditionem: & timuerunt valde valde à facie eius; & pro Hieruſalem, & templo Domini Dei ſui turbati ſunt: quoniam recenter aſcenderant è captiuitate, & nuper omnis populus collectus fuerat Iudææ: & vaſa, & altare, & domus ex pollutione fuerant ſanctificata. Et miſerunt in omnem terminum Samariæ, & Conàs, & Bæthoron, & Belmen, & Hiericho, & in Chobà, & Aſorà, & vallem Salē: & præoccupauerunt omnia cacumina montium excelſorum, & muris circundederunt pagos, qui in eis: & repoſuerunt in rem frumentariam ad apparatum belli: quoniam recenter fuerant campi ipſorum demeſſi. Et ſcripſit Ioacim ſacerdos magnus, qui erat in diebus illis in Hieruſalem, habitantibus Betylua, & Betomeſthæm, quæ eſt è regione Eſdrelon ſuper faciem campi, qui prope Dothaim, dicens obtinere aſcenſiones ipſius montanæ: quoniam per eas erat introitus in Iudæam: & erat facile prohibere eos accedentes, quod anguſtus [α] acceſſus erat, [β] duos ſuper omnes viros. Et fecerunt filij Iſrael, ſicut conſtituit eis Ioacim ſacerdos magnus, & ſenatus vniuerſi populi Iſrael, qui ſedebant in Hieruſalem. Et exclamauerunt omnis vir Iſrael ad Deum in inſtantia magna, & humiliauerunt animas ſuas in inſtantia magna, ipſi, & vxores ipſorum, & infantes ipſorum, & iumenta ipſorum: & omnis incola, vel mercennarius, vel argento emptus ipſorum impoſuerunt ſaccos ſuper lumbos ſuos. Et omnis vir Iſrael, & mulier, pueri, & habitantes in Hieruſalem ceciderunt ad faciem templi, & cinere conſperſerunt capita ſua, & extenderunt ſaccos ſuos ad faciem Domini. Et altare ſacco circumtexerunt, & clamauerunt ad Deum Iſrael vnanimiter aſsidue, vt non daret in direptionem infantes ipſorum, & vxores in prædam, & ciuitates hæreditatis ipſorum in perditionem, & ſancta in pollutionem, & opprobrium, gaudium gentibus. Et exaudiuit Dominus vocem eorum, & inſpexit tribulationem eorum. Et fuit populus ieiunans dies plures in omni Iudæa, & Hieruſalem ad faciem ſanctorum Dei omnipotentis. Et Ioacim ſacerdos magnus, & omnes aſsiſtentes ante Dominum, ſacerdotes, & miniſtrantes Domino, ſaccis accincti lumbos ſuos, offerebant holocauſtoma iugis ſacrificij, & vota, & ſpontanea dona populi: & erat cinis ſuper cidaras eorum. Et clamabant ad Dominum ex omni virtute in bonum viſitare omnem domum Iſrael.

α Acceſſus.] *Alii* διαβάσεως, tranſitus. β Duos ſuper omnes viros.] ἐπ' ἄνδρας τοὺς πάντας δύο. *Hæc viſa eſt eſſe ſententia, ob anguſtiam loci facile fuiſſe, vt vel duo tantum viri prohiberent omnes viros ab ingreſſu. Compl. autem habet* τοὺς πάντας, *& interpretatur*, ad viros ad ſummum duos.

CAP. V.

ET nunciatum eſt Olopherni principi virtutis Aſſur, quia filij Iſrael parati erant ad prælium, & tranſitus montanæ concluſerant, & muris circundederant omne cacumen montis excelſi, & poſuerant in campis ſcandala. Et iratus eſt furore valde, & vocauit omnes principes Moab, & duces Ammon, & omnes ſatrapas maritimæ, & dixit eis: Annunciate nunc mihi filij Chanaan, quis populus hic habitans in montana, & quænam, quas habitant, ciuitates, & quæ multitudo virtutis eorum, & in quo poteſtas eorum, et fortitudo

A eorum,& quis surrexit super eos rex,dux exercitus eorum,& cur erexerunt dorsum, vt non venirent in occursum mihi præter omnes habitantes in Occidente. Et dixit ad eum Achior dux omnium filiorum Ammon: Audiat,quæso, dominus meus verbum ex ore serui sui,& annunciabo tibi veritatem de populo, qui habitat montanam hanc prope te habitantem:& nõ exibit mendacium ex ore serui tui. Populus hic sunt prognati ex Chaldæis, & incoluerunt antea in Mesopotamia: quoniam noluerunt sequi Deos patrum suorum, qui fuerunt in terra Chaldæorum:& digressi sunt è via parẽtum suorum,& adorauerunt Deum cæli, Deum,quem cognouerunt. Et eiecerunt eos à facie deorum suorum. Et fugerunt in Mesopotamiam, & incoluerunt ibi dies multos. Et dixit Deus eorum, B vt exirent de incolatu suo,& irent in terrã Chanaan Et habitauerunt ibi,& multiplicati sunt auro,& argento,& in pecoribus multis valde. Et descenderunt in Ægyptum (operuerat enim faciem terræ Chanaan fames) & incoluerunt ibi, quoadusque * aucti sunt. Et facti sunt ibi in multitudinem plurimam,& nõ erat numerus generis eorum. Et insurrexit eis rex Ægypti;& circumuenerunt eos in labore,& latere,& humiliauerunt eos,& posuerunt eos in seruos. Et exclamauerunt ad Deum suum:& percussit vniuersam terram Ægypti plagis,in quibus nõ erat curatio. Et eiecerunt eos Ægyptij à facie sua. Et exiccauit Deus rubum mare ante eos,& duxit eos in viam Sina,& Cades Barne. Et eiecerunt omnes habi- C tantes in deserto : & habitauerunt in terra Amorræorum: & omnes Esebonitas exterminarunt in fortitudine sua. Et transeuntes Iordanem hæreditarunt vniuersam montanam:& eiecerunt à facie sua Chananæum,& Pherezæum,& Iebusæũ, & ipsum Sychem,& omnes Gergesæos:& inhabitarũt in ea dies multos. Et quoadusque non peccauerunt in conspectu Dei sui;fuerunt bona cum eis: quoniam Deus odio habens iniustitiam cum eis est. Quando autem recesserunt à via, quã disposuit eis;exterminati sunt in multis bellis plurimum valde : & captiui ducti sunt in terrã non propriam: & templum Dei ipsorum factum est in pauimentum:& ciuitates eorum captæ sunt ab aduersarijs. Et nunc reuertentes ad Deum D suum,ascẽderunt è dispersione, vbi dispersi fuerunt illic,& tenuerunt Hierusalẽ,vbi sanctuariũ eorũ:& habitarunt in mõtana, quoniã erat deserta. Et nunc dominator domine,siquidẽ est ignorãtia in populo hoc,& peccãt in Deum suũ, β & videbimus,quia est in eis scandalũ hoc;& ascẽdemus,& debellabimus eos. Si autẽ non est iniquitas in gente ipsorum;prætereat, quæso, dominus meus; ne forte protegat Dominus eorum,& Deus eorum pro ipsis,& erimus in opprobriũ corã omni terra. Et factũ est, vt cessauit Achior loquẽs sermones hos;& murmurauit omnis populus circundãs tabernaculũ,& adstãs. Et dixerunt magnates Olophernis,& oẽs habitãtes maritimã,& Moab cõcidere eũ:nõ.n.timebimus à filijs E Israel. Ecce enim populus, in quo nõ est virtus, neque potẽtia ad aciẽ fortẽ. Quare nunc ascẽdamus: & erunt in escã vniuersi exercitus tui domine Olophernes.

* Aucti sunt.] διετράφησαν, *Compl.* διεστράφησαν, *& interpretatur*, reuersi sunt. β Et videbimus.] *Alii sine*, &, ἐπισκεψώμεθα, *& sic deinceps*, ἀναβησώμεθα. καὶ πολεμήσωμεν, consideremus, ascendamus, bello adoriamur.

C A P. VI.

ET, vt cessauit tumultus virorum, qui in circuitu consessus;& dixit Olophernes princeps virtutis Assur ad Achior coram omni populo alienigenarum, & ante omnes filios Moab. Et quis es tu Achior,& mercennarij

Ephræm, quia prophetaſti in nobis, ſicut hodie, & dixiſti genus Iſrael nõ oppugnare, quoniam Deus eorum protegit eos? Et quis eſt Deus, niſi Nabuchodonoſor? Hic mittet potentiã ſuam, & exterminabit eos à facie terræ: & non liberabit eos Deus eorum: ſed nos ſerui eius percutiemus eos, tanquam virum vnum: & non ſubſtinebunt potentiam equorum noſtrorũ. [a] Comburemus enim eos in ipſis, & montes eorum inclinabuntur in ſanguine ipſorum, & campi eorum implebũtur mortuis ipſorum: & non reſiſtet veſtigiũ pedum eorum ad faciem noſtram, ſed perditione perdentur, dicit rex Nabuchodonoſor dominus vniuerſæ terræ. Dixit enim: non euaneſcent verba ſermonũ [b] eius. Tu autem Achior mercennarie Ammon, qui locutus es verba hæc in die iniuſtitiæ tuæ, non videbis amplius faciẽ meã à die hac: quoadusque vltus fuero genus eorum, qui ex Ægypto. Et tunc pertranſibit ferrum exercitus mei, & populus miniſtrorum meorũ coſtas tuas: & cades in cæſis eorum, quando reuertero: & reducẽt te ſerui mei in montanam, & ponent te in vna ciuitatũ aſcenſionum: & non peribis, donec exterminatus fueris cum illis. Et, ſiquidem ſperas corde tuo, quia non capientur: ne concidat tuus vultus. Locutus ſum, & nihil decidet de verbis meis. Et iuſsit Olophernes ſeruos ſuos, qui erant aſsiſtentes in tabernaculo eius, comprehendere Achior, & reducere eum in Betylua, & tradere in manus filiorum Iſrael. Et comprehenderunt eum ſerui eius, & duxerunt eum extra caſtra in campum. Et promouerunt è medio campeſtris in montanam, & aduenerunt ſuper fontes, quæ erant ſub Betylua. Et, vt viderunt eos viri ciuitatis ſuper cacumen montis; ſumpſerunt arma ſua, & abierunt extra ciuitatem ad cacumen mõtis: & omnis vir fundibularius tenuit aſcenſum ipſorũ, & iaculati ſunt in lapidibus ſuper eos. Et ſubeuntes ſubter montem, ligauerunt Achior, & reliquerunt proiectum ſubter radicem montis, & abierunt ad dominum ſuum. Deſcendentes autem filij Iſrael de ciuitate ſua, ſteterunt ſuper eum, & ſoluentes eum abduxerunt in Betylua, & conſtituerunt eum ſuper principes ciuitatis ſuæ, qui erant in temporibus illis Ozias filius Michà de tribu Symeon, & Abris filius Gothoniel, & Charmis filius Melchiel. Et conuocauerunt omnes ſeniores ciuitatis: & concurrerũt omnis iuuenis eorum, & mulieres in eccleſiam: et ſtatuerunt Achior in medio populi ſui. Et interrogauit eum Ozias, quod acciderat. Et reſpondens annunciauit eis verba cõſeſſus Olophernis, et omnia verba, quæcumque locutus erat in medio principum filiorum Aſſur, et quæcumque magniloque locutus erat Olophernes in domum Iſrael. Et procidentes populus adorauerunt Deum, et clamauerunt, dicentes: Domine Deus cæli reſpice ſuper ſuperbias eorum, et miſerere humiliationis generis noſtri, et reſpice in faciem ſanctificatorum tibi in die hac. Et conſolati ſunt Achior, et laudauerunt eum valde. Et aſſumpſit eum Ozias de eccleſia in domum ſuam: et fecit conuiuium ſenioribus. Et aduocauerunt Deum Iſrael in adiutorium tota nocte illa.

[a] Comburemus.] *Nonnulli, κατακλύσομεν,* demergemus. *Plerique, καὶ καταπατήσομεν,* & conculcabimus.
[b] Eius.] *Multi μου,* meorum.

CAP. VII.

POSTRIDIE autem annunciauit Olophernes vniuerſo exercitui ſuo, et omni populo ſuo, qui venerant in auxiliũ ipſius, mouere caſtra ſuper Betylua, et aſcenſiones montanæ præoccupare, et facere bellũ aduerſus filios

lios

A lios Israel. Et mouit castra in die illa omnis vir potens eorũ: et virtus eorũ, virorũ bellatorũ, millia virorũ peditum centum septuaginta, & equitũ millia duodecim, præter apparatũ, & viros, qui erãt pedites in eis, multitudo plurima valde. Et castrametati sunt in valle prope Betylua super fontẽ: & extenderunt in latitudinẽ super Dothaim, & vsque Belthem, & in longitudinẽ à Betylua vsque ad Cyamonẽ, quæ est contra Esdrelom. Filij autem Israel, vt viderunt eorũ multitudinẽ: turbati sunt valde: & dixit vnusquisque ad proximũ suum. * Nunc exsorbebunt hi faciẽ terræ vniuersæ: & neque mõtes excelsi, neque valles, neque colles sustinebunt grauitatẽ eorũ. Et assumentes vnusquisque vasa bellica sua, & accẽdentes pyras super turres suas manebant custodientes totã noctẽ illã. B Die autem secũda eduxit Olophernes vniuersum equitatũ suũ ad faciẽ filiorum Israel, qui erant in Betylua, & considerauit ascensiones ciuitatis eorũ: & fontes aquarũ eorũ aggressus est, & occupauit eos: & imposuit eis castra virorũ bellatorũ: & ipse rediit ad populum suum. Et accedentes ei omnes principes filiorum Esau, & omnes duces populi Moab, & duces maritimæ dicebant: Audiat nunc verbum dominus noster: vt non fiat quassatio in virtute tua. Populus enim hic filiorum Israel nõ confidunt in lanceis suis, sed in sublimitatibus montium suorũ, in quibus ipsi inhabitant in eis. Non enim est facile accedere cacuminibus montium eorũ. C Et nunc domine ne belles aduersus eos, sicut fit bellũ prælij: & nõ cadet de populo tuo vir vnus. Mane in castris tuis, custodiens omnem virum de virtute tua: & obtineant pueri tui fontẽ aquæ, qui egreditur è radice montis, quoniã inde aquantur omnes habitantes Betulua: & perdet eos sitis, & dedent ciuitatẽ suã. Et nos, & populus noster ascendemus super vicina cacumina montiũ, & castrametabimur in eis ad custodiam, vt non exeat è ciuitate vir vnus. Et tabescent in fame ipsi, & vxores eorum, & filij eorũ: & priusquam veniat gladius super eos; ‡ sternentur in platæis habitationis suæ: & retribues eis retributionem malã, pro eo, quod rebellarunt, & ˠ non occurrerunt faciei tuæ in pace. Et placuerunt D verba eorum in conspectu Olophernis, & in conspectu omnium ministrorum eius, & constituerunt facere, sicut locuti fuerant. Et promouerunt castra filiorũ Ammon, & cum eis millia quinque filiorũ Assur: & castrametati sunt in valle, & præoccupauerunt aquas, & fontes aquarum filiorum Israel. Et ascenderunt filij Esau, & filij Ammon, & castrametati sunt in montana contra Dothaim: & miserunt ex ipsis ad Austrum, & subsolanum è regione Ecrebel, quæ est prope Chus, quæ est super torrentem Mochmur. Et reliquus exercitus Assyriorum castrametati sunt in campo, & operuerunt omnem faciem terræ. Et tabernacula, & impedimenta eorum castrametata sunt in turba multa, & fuerunt in multitudine plurima valde. Et filij Israel exclamauerũt ad Dominum Deum suum; quo- E niam pusillanimis factus est spiritus eorum; quoniam in circuitu erant inimici ipsorum, & non erat effugere è medio eorum. Et manserunt in circuitu eorũ castra Assur, pedites, & currus, & equites eorum diebus trigintaquatuor. Et defecerunt omnibus habitantibus Betulua omnia receptacula sua aquarum: & cisternæ euacuabantur, & non habebant bibere ad satietatem aquam diem vnum: quoniam in mensura dabant eis bibere. Et consternati sunt infantes eorum, & mulieres eorũ, & iuuenes defecerũt præ siti, & cadebant in platæis ciuitatis, & in trãsitibus portarũ: & nõ erat robur vltra in eis. Et cõgregati sunt omnis populus

ad Oziam, & principes ciuitatis, iuuenes, & mulieres, & pueri, & exclamauerunt voce magna, & dixerunt coram omnibus senioribus: Iudicet Deus inter nos & vos: quoniam fecistis in nobis iniustitiam magnam, non loquentes pacifica cum filijs Assur. Et nunc non est adiutor noster, sed vendidit nos Deus in manus eorum, vt prosternamur coram eis in siti, & perditione magna. Et nunc inuocate eos, & date ciuitatem omnem in direptionem populo Olophernis, & omni virtuti eius. Melius enim nobis fieri eis in direptionē. Erimus enim in seruos, & viuet anima nostra: & non videbimus mortem infantium nostrorum in oculis nostris, & vxores, & filios nostros, deficientes animas eorum. Contestamur vobis cælum, & terram, & Deum nostrum, & Dominum patrū nostrorum, qui vlciscitur nos secundum peccata nostra, & secundum peccata patrum nostrorum; vt non faciat iuxta verba hæc in die hodierna. Et facta est ploratio magna in medio ecclesiæ omnium vnanimiter: & clamauerunt ad Dominum Deum voce magna. Et dixit ad eos Ozias: Confidite fratres: obduremus adhuc quinque dies, in quibus conuertet Dominus Deus noster misericordiam suam super nos. Non enim derelinquet nos in finem. Si autem transierint hi, & non veneneritsuper nos auxilium; faciam secundum verba vestra. Et dispersit populus in castra ipsius, & ad muros, & turres ciuitatis suæ abierunt: & mulieres, & filios in domos suas dimisit. Et fuerunt in humiliatione multa in ciuitate.

α Exorbebunt.] ἐκλείξουσι. *Complut.* ἐκκλείσουσι, occupabunt. β Sternentur.] κατασρωθήσονται, *quod verbum est etiam paulo inferius in omnibus libris. Hic autem in alijs est* καταστραφήσονται, subuertentur. γ Nō occurrerunt.] *Alii* οὐχ ὑπήκουσαν, non obedierunt.

CAP. VIII.

ET audiuit in illis diebus Iudith filia Merari filij Ox filij Ioseph filij Oziel filij Elcia filij Eliu filij Chelciæ filij Eliab filij Nathanael filij Salamiel filij Sarasadai filij Israel. Et vir eius Manasses de tribu eius, & de patria eius, & mortuus est in diebus messis ordeorum. Instabat enim super ligantem manipulum in campo, & æstus venit super caput eius, & procidit ᵃ in lectum, & obijt in Betulua ciuitate sua: & sepelierunt eum cum patribus eius in agro, qui inter Dothaim, & Belamon. Et fuit Iudith in domo sua viduitatem seruans annos tres, & menses quatuor. Et fecit sibi tabernaculum super solariū domus suæ, & imposuit super lumbum suum cilicium: & erant super eam vestimenta viduitatis eius: & ieiunabat omnibus diebus viduitatis suæ præter antesabbata, & sabbata, & anteneomœnias, & Neomœnias, & festiuitates, & lætas solennitates domus Israel. Et erat pulchra specie, & decora aspectu valde: & reliquerat ei Manasses vir eius aurum, & argentum, & pueros, & ancillas, & pecora, et agros: & manebat super ea. Et non erat, qui inferret ei verbum malum; quoniam timebat Deum valde. Et audiuit verba populi mala in principem, quia animo defecerunt super raritate aquarum. Et audiuit omnia verba Iudith, quæ locutus erat ad eos Ozias, quomodo iurauerat eis traditurum ciuitatem post dies quinque Assyrijs. Et mittens ancillam suam, quæ præerat omnibus substantijs suis, vocauit Oziam, & Chabrin, et Charmin seniores ciuitatis suæ. Et venerunt ad eam. Et dixit ad eos: Audite nunc me principes

A principes habitantium in Betulua: quoniam non rectum est verbum vestrum, quod locuti estis coram populo in die hac, & statuistis iuramentum, quod locuti estis, inter Deum, & vos, et dixistis dedituros ciuitatem inimicis nostris, nisi in illis diebus conuersus fuerit Dominus ad adiuuandum nos. Et nunc qui estis vos, qui tentastis Deum in die hodierna, & statuistis pro Deo in medio filiorum hominum? Et nunc Dominum omnipotentem examinatis, & nihil cognoscetis vsque in seculum: quoniam profundum cordis hominis non inuenietis, & verba cogitationis eius non percipietis: & quomodo Deum qui fecit omnia hæc, inuestigabitis, & mentem eius cognoscetis, & cogitationem eius B contemplabimini? Nequaquam fratres: nolite ad iracundiam prouocare Dominum Deum nostrum: quoniã si noluerit in istis quinque diebus auxiliari nobis, ipse habet potestatem, in quibus velit, tegere diebus, vel etiã exterminare nos ante faciem inimicorum nostrorum. Vos autem ne [β] extorqueatis consilia Domini Dei nostri, quoniam non tanquam homo Deus, vt minis terreatur, neque tanquam filius hominis, [γ] vt iudicetur. Quamobrem expectantes eam, quæ ab ipso, salutem, inuocemus eum in adiutoriũ nostrum: & exaudiet vocẽ nostram, si fuerit ipsi placitum: quoniam non surrexit in generationibus nostris, neque est in hodierna die neque tribus, neque patria, neque oppidum ne- C que ciuitas ex nobis, qui adorent Deos manufactos, sicut factum est in prioribus diebus, quorum gratia dati sunt in gladium, & in direptionem patres nostri, & ceciderunt ruina magna coram inimicis nostris. Nos autem alium Deum non agnouimus præter eum: vnde speramus, quia non despiciet nos, neque a [δ] genere nostro: quoniam cum capti fuerimus nos; sic sedebit omnis Iudæa, & diripientur sancta nostra, & quæret pollutionem eorum de [ε] ore nostro, & cædem fratrum nostrorum, & captiuitatem terræ, & desolationem hæreditatis nostræ conuertet in caput nostrum in gentibus, vbicumque seruierimus ibi, & erimus in offendiculum, & in opprobrium coram possidentibus nos: quoniam D non dirigetur seruitus nostra in gratiam, sed in ignominiam dabit eam Dominus Deus noster. Et nunc fratres ostendamus fratribus nostris, quia ex nobis pẽdet anima eorum, & sancta, & domus, & altare innituntur super nos. Præter hæc omnia gratias agamus Domino Deo nostro, qui tentat nos, sicut et patres nostros. Recordamini, quæcumque fecit cum Abraham, & quæcumque tentauit Isaac, & quæcumque euenerunt Iacob in Mesopotamia Syriæ, pascenti pecora Laban fratris matris suæ: quoniam non sicut illos examinauit in examen cordis eorum, etiam nos non est vltus, sed ad monitionem flagellat Dominus appropinquantes sibi. Et dixit ad eam Ozias: omnia, quæcumque dixisti, bono corde locuta es, & non est qui resistat verbis tuis: quoniam non hodie sapientia E tua manifesta est, sed a principio dierum tuorum nouit omnis populus intellectum tuum, quomodo bona est formatio cordis tui. Sed populus sitiuit vehementer, & coegerunt facere nos secundum ea, quæ locuti sumus eis, & inducere iuramentum super nos, quod non transgrediemur. Et nunc ora pro nobis, quoniam mulier pia es: & mittet Dominus pluuiam ad impletionem cisternarum nostrarum, & non deficiemus vltra. Et dixit ad eos Iudith: Audite me, & faciam rem, quæ perueniet in generationes generationum filijs generis nostri. Vos stabitis super portam nocte hac, & exibo ego cum ancilla mea, & in die-

 bus,

bus post quos dixistis tradituros ciuitatem inimicis nostris, visitabit Dominus Israel in manu mea. Vos autem non perscrutabimini actionem meam: non enim dicam vobis, donec perfecta fuerint, quæ ego facio. Et dixit Ozias, & principes ad eam: Vade in pace: & Dominus Deus ante te in vltionem inimicorum nostrorum. Et reuertentes è tabernaculo, iuerunt ad ordines suos.

α Lectum.] *Alii addunt* αὐτοῦ, suum. β Extorqueatis.] ἐνεχυράζετε, *quasi qui pignus extorquent. Alii nonnulli* ἐνεχυριάζετε, *quod idem significare potest. Complutenses vertunt* alienetis. γ Vt iudicetur.] *Legantur quæ Num. 23, notata sunt.* δ A genere nostro quoniam.] *Videtur supplendum, neque auertet oculos a genere nostro, quandoquidem ex ruina nostra pendet ruina totius gentis, aut huiusmodi quiddam. In aliis tamen pro* ὅτι, *est* ἔτι, *& sequitur* ἐν τῷ ληφθῆναι ἡμᾶς, οὕτως κληθήσεται, (*aut* καυθήσεται) ἡ Ἰουδαία, neque dum capti fuerimus nos, sic vocabitur (*aut* comburetur) Iudæa. ε Orc.] *Nonnulli* αἵματι, sanguine.

CAP. IX.

IVDITH autem procidit in faciem, & imposuit cinerem super caput suum. Et nudauit quem induerat saccum: (& erat nuper oblatum in Hierusalem in domo Dei thymiama vesperæ illius) & clamauit voce magna Iudith, & dixit: Domine Deus patris mei Symeon, cui dedisti in manu gladium in vltionem alienigenarum, qui soluerant vuluā virginis in pollutionē, & nudauerunt fœmur in confusionē, & polluerunt vuluā in opprobrium: dixisti enim non sic erit. Et α pro ijs, quæ fecerunt, dedisti principes eorum in cædē, & stratū eorum, quod β nouerat deceptionē eorum, in sanguinē, & percussisti seruos super dynastas, & dynastas super thronos eorū: & dedisti vxores eorū in direptionem, & filias in captiuitatē, & omnia spolia in distributionem filiorum dilectorum a te, qui etiam zelauerant zelum tuum, & abominati erant contaminationem sanguinis sui, & inuocauerant te in auditorem. Deus Deus meus, etiam exaudi me viduam. Tu enim fecisti, quæ ante illa, & illa, & quæ deinceps, & quæ nunc, & superuenientia δ cogitasti: & facta sunt quæ in mēte habuisti, & affuerunt quæ deliberasti, & dixerunt, ecce adsumus: omnes enim viæ tuæ paratæ, & iudicium tuum in præcognitione. Ecce enim Assyrij multiplicati sunt in virtute sua, exaltati sunt super equo, & ascensore, gloriati sunt in brachio peditum, sperauerunt in clypeo, & in γ gæso, & arcu, & fundibula, & non cognouerunt quia tu es Dominus conterens bella. Dominus nomen tibi: tu frange eorum fortitudinem in virtute tua, & prosterne ε robur eorum in furore tuo. Deliberauerunt enim polluere sancta tua, contaminare tabernaculum requietis nominis gloriæ tuæ, & diruere ferro cornu altaris tui. Aspice in superbiam eorum, mitte iram tuam in capita eorum. Da in manu mea viduæ, quod cogitaui, robur: percute seruum è labijs ζ deceptionis meæ super principem, & principem super ministrum eius: frange eorum celsitudinem in manu fœminæ. Non enim in multitudine robur tuum, neque potentatus tuus in fortibus: sed humilium es Deus, minorum es adiutor, susceptor infirmorum, deploratorum protector, desperatorum saluator. Næ, næ, Deus patris mei, & Deus hæreditatis Israel, Domine cælorū, & terræ, creator aquarū, rex omnis creaturæ tuæ, tu exaudi orationem meam, & da ε verbum meum, & deceptionem, in vulnus, & liuorem eorum: qui contra testamentum tuum, & domum sanctificatam tuam, & verticem Sion, & domum possessionis filiorum tuorum deliberauerunt dura: &

A ra: & fac ſuper omnem gentem tuam, θ et omnem tribum cognitionem ad ſciendum, quia tu es Deus omnis virtutis, et potentiæ, et non eſt alius protegens genus Iſrael, niſi tu.

α Et pro ijs, quæ fecerunt.] *Hoc videtur ſignificare,* καὶ ἐποίησαν, ἀνθ' ὧν. *Sed* Lucifer *lib. de non parcendo in* Deum *delinq.* & feciſti, propter (*fortaſſe legendum,* propterea) dediſti, &c. β Quod nouerat.] ἣ ᾔδειτο τὴν ἀπάτην, *& optimam habet ſententiam. Alii* ἣ ἠρδεύσατο (*In Compl. deeſt illud* ἣ) τὴν ἀπατηθεῖσαν quod rigauit deceptam. *Lucifer ibid.* thorum eorum, qui accepit dilectam. γ Gæſo.] *De hac dictione alibi dictum eſt: pro qua apud Luciferum corrupte videtur legi,* tenſo. δ Cogitaſti.] *Hæc vſque ad illud,* omnes enim, *non referuntur à Lucifero.* ε Robur.] κράτος, *quod Lucifer dixit,* tenacitatem. ζ Deceptionis] *Idem,* perſuaſionis. η Verbum.] *Idem,* verſutiam, & ſuaſionem in vulnere, & in liuorem eorum. *Alii autem,* λόγον μου καὶ ἀπάτην, καὶ τραῦμα, καὶ μώλωπα αὐτοῖς, verbum meum, & deceptionem, & vulnus, & liuorem B eis. θ Et omnem tribum cognitionem ad ſciendum, quia tu es Deus] *Hæc deſunt in Compl. Apud Luciferum hic locus ſic habet,* cogitauerunt dura facta ſuper omnem gentem, & tribum omnem. Sciant, quia tu es Deus vniuerſæ poteſtatis, & virtutis, &c.

CAP. X.

ET factum eſt, vt ceſſauit clamans ad Deum Iſrael, & conſummauit omnia verba hæc; & ſurrexit à deiectione, & vocauit ancillam ſuam, & deſcendit in domum, in qua verſabatur in ea in diebus Sabbatorum, & in feſtiuitatibus ſuis, & circumabſtulit ſaccum, quem induerat, & exuit veſtimenta viduitatis ſuæ, & circumlauit * corpus aqua, & vnxit vnguento pingui, & diſcri- C minauit capillos capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper illud, & induit veſtimenta lætitiæ ſuæ, in quibus amiciebatur in diebus vitæ viri ſui Manaſſe: & ſumpſit ſandalia in pedes ſuos, & circumpoſuit monilia, & armillas, & annulos, & inaures, & omnem ornatum ſuum. Et ornata eſt valde in occurſum oculorum hominum, quicumque viderint eam. Et dedit ancillæ ſuæ aſcoperam vini, & campſacem olei, & peram impleuit farinis, & palatha, & panibus mũdis, & circumduplicauit omnia vaſa ſua, & impoſuit ſuper eam. Et ε exiuerunt ad portam ciuitatis Betulua, & inuenerunt inſiſtentes ſuper eam Oziam, & ſeniores ciuita- D tis, Chabrin, & Charmin. Vt autem viderunt eam (& erat mutata facies eius) & ſtolam mutatam eius; & mirati ſunt ſuper pulchritudine eius quamplurimum valde. Et dixerunt ei: Deus, Deus patrum noſtrorum dette in gratiam, & γ perficere adinuentiones tuas in gloriationem filiorum Iſrael, & exaltationem Hieruſalem. Et adorauit Deum, & dixit ad eos: Præcipite aperire mihi portam ciuitatis, & exibo ad perfectionem verborum, quæ locuti eſtis mecum. Et præceperunt iuuenibus aperire ei, ſicut locuti fuerant. Et fecerunt ſic. Et exijt Iudith, ipſa, & ancilla eius cum ea. Proſpectabant autem eam viri ciuitatis, quoadusque deſcendit mõtem, donec tranſijt vallem, & non vltra aſpiciebant eam. Et ibant E in valle in rectum: & occurrerunt ei exploratores Aſſyriorum: & cœperunt eã, et interrogauerunt: Quorum es, et vnde venis, et quo vadis? Et dixit: Filia ſum hebræorum, et aufugio à facie eorum; quoniam dandi ſunt vobis in deuorationem. Et ego venio ad faciẽ Olophernis principis virtutis veſtræ ad annunciandum verba veritatis: et oſtendam ante faciem eius viam, per quam ibit, et dominabitur vniuerſæ montanæ, et non diſſonabit de viris eius caro vna, neque ſpiritus vitæ. Vt autem audiuerunt viri verba eius, et contemplati ſunt faciem eius, et erat ante eos admirabilis pulchritudine valde; et dixerunt ad eam: Saluaſti animam tuam, feſtinans deſcendere ad faciem domini noſtri. Et nunc accede

cede ad tabernaculum eius; et ex nobis præmittent te, donec tradent te in manus eius. Si autem steteris coram eo; ne timeas corde tuo, sed annuncia secundũ verba tua, & bene tibi faciet. Et elegerunt è seipsis viros centum, & adiunxerũt ei, & ancillæ eius, & duxerunt eas ad tabernaculum Olophernis. Et factus est cõcursus in omnibus castris. Personuerat enim in tabernaculis præsentia eius. Et venientes circumdabant eam, sicut stabat extra tabernaculum Olophernis; donec annunciauerunt ei de ea: & mirabantur super pulchritudine eius: & mirabantur filios Israel ex ea. Et dixit vnusquisque ad proximum suum. Quis contemnet populum hunc, qui habet in se mulieres tales? quoniam non bonum est remanere ex eis virum vnum: qui dimissi poterunt decipere omnem terram. Et exierunt, qui dormiebant iuxta Olophernem, & omnes ministri eius: & introduxerunt eam in tabernaculum. Et erat Olophernes requiescens super lectum suum in conopæo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus preciosis [δ] intestis. Et annunciauerunt ei de ea: & exiuit in proscenium, & lampades argenteæ præcedentes eum. Vt autem venit ad faciem eius Iudith, & ministrorum eius; mirati sunt omnes super pulchritudine faciei eius. Et procidens in faciem adorauit eum: & erexerunt eam serui eius.

[α] Corpus.] *Ita etiam vulgata. Compl. autem* σῶμα, os. [β] Exiuerunt.] *In nonnullis additur* ἅμα, simul. [γ] Perficere.] πληρῶσαι. *Quidam* πληρώσει, perficiat. [δ] Intestis.] *Alii* καθυφασμένον, intestum.

CAP. XI.

ET dixit ad eam Olophernes: Confide mulier: ne timeas corde tuo: quoniam ego non malefaciam homini, quisquis elegerit seruire [α] regi Nabuchodonosor omnis terræ. Et nunc populus tuus habitans montanam, nisi vilipendissent me, non eleuassem hastam meam super eos: sed ipsi sibi fecerunt hæc. Et nunc dic mihi, cuius gratia aufugisti ab eis, & venisti ad nos. Venis enim ad salutem: Confide: in nocte hac viues & in reliquum. Non enim est, qui tibi iniuriã illaturus sit, sed bene tibi faciet, sicut fit seruis domini mei regis Nabuchodonosor. Et dixit ad eum Iudith: Suscipe verba seruæ tuæ, & loquatur ancilla tua ad faciem tuam, & non annunciabo mendacium domino meo in nocte hac. Et, si secutus fueris verba ancillæ tuæ; perfecte negocium faciet tecum Deus: & non decidet dominus meus à studijs suis. Viuit enim rex Nabuchodonosor vniuersæ terræ, & viuit imperium eius, qui misit te ad correctionem omnis animæ; quia non solum homines propter te seruiẽt ei, sed etiam bestiæ agri, & pecora, & volatilia cæli propter fortitudinem tuam viuent super Nabuchodonosor, & omnem domum eius. Audiuimus enim sapientiam tuam, & calliditates animæ tuæ: & annunciatum est omni terræ: quia tu solus bonus in omni regno, & potens in scientia, & mirabilis in [β] expeditionibus belli. Et nunc sermo, quem locutus est Achior in consessu tuo, audiuimns verba eius, quoniam seruauerunt eum viri Betulua, & annunciauit eis omnia, quæcumque elocutus erat apud te. Quare dominator Domine ne transgrediaris verbum eius, sed depone illud in corde tuo, quoniam verax est. Non enim sumitur vindicta de genere nostro, non præualet gladius aduersus eos; nisi peccauerint in Deum suum. Et nũc, vt non fiat dominus meus eiectus, & re infecta desistens; & [γ] cadet mors super

A faciem eorum, & occupauit eos peccatum, in quo irritabunt Deum suum, quãdocumque fecerint absurditatem. Quoniam enim defecerunt eos escæ, & rare facta est omnis aqua; deliberauerunt inijcere manum iumentis suis, & omnia quæcumque distinxit eis Deus in legibus suis non comedere, decreuerunt insumere, & primitias frumenti, & decimas vini, & olei, quæ seruauerant sanctificantes sacerdotibus assistentibus in Hierusalem ante faciem Dei nostri, decreuerunt expendere, quæ neque manibus oportebat tangere quemquam eorum, qui de populo. Et miserunt in Hierusalem (quoniam, & qui ibi habitant, fecerunt hæc) eos, δ qui transportarent ipsis remissionem à senatu. Et erit, simul B ac renunciatum ipsis fuerit, & fecerint; dabuntur tibi in perditionem in die illa. Vnde ego serua tua cognoscens hæc omnia, aufugi à facie eorum. Et misit me Deus facere tecum negocia, super quibus stupebit vniuersa terra, quicumque audiuerint ea: quoniam serua tua Dei cultrix est, & ministrans nocte, & die Deo cæli. Et nunc manebo apud te domine mi: & exibit serua tua per noctem in vallem, & deprecabor ad Deum. Et dicet mihi, quando fecerint peccata sua: & veniens deferam tibi, ε egredieris cum omni virtute tua, & non est, qui resistet tibi ex eis. Et ducam te per medium Iudææ vsque ad veniendum contra Hierusalem. Et ponam sedem tuam in medio eius, & ages eos tanquam oues, quibus C non est pastor: & non latrabit canis lingua sua coram te: quoniam hæc dicta sunt mihi secundum præcognitionem meam, & annunciata sunt mihi, & missa sum annunciare tibi. Et placuerunt verba eius coram Olopherne, & coram omnibus ministris eius: & mirati sunt super sapientia eius, & dixerunt: Non est talis mulier à summo vsque ad summum terræ, pulchra specie, & intellectu verborum. Et dixit ad eam Olophernes: Bene fecit Deus mittens te ante populum, vt fiat in manibus nostris potentia: in ijs autem, qui vilipenderunt dominum meum, perditio. Et nunc venusta es tu in specie tua, & bona in verbis tuis. Quare, si feceris, sicut locuta es; Deus tuus erit meus Deus: & tu in domo regis Nabucho-D donosor sedebis, & eris nominata apud omnem terram.

α Regi Nabuchodonosor.] *Nonnulli*, Nabuchodonosor regi: *sed eadem constructio est etiam paulo post in verbis Olophernis.* β Expeditionibus.] *στρατεύμασι. Aliqui στρατεύματι*, expeditione. γ Cadet.] *Nonnulli ἐπέπεσεν*, incidit. δ Qui transportarent.] *μετοικίσοντας. Alii μετακομίσοντες*, qui referant: *quod planius est. Complutensis non sine mendo, vt videtur, habet τοῖς μετακομίσουσι.* ε Egredieris.] *Alii nonnulli*, & egredieris.

CAP. XII.

ET iussit introducere eam, vbi posita erat supellex argentea sua: & præcepit parari ei de opsonijs suis, & de vino suo bibere. Et dixit Iudith: Nõ E comedam ex eis: vt non fiat scandalum: sed de ijs, quæ secuta sunt me, præbebitur. Et dixit ad eam Olophernes: Si autem defecerint, quæ sunt tecum; vnde α proferemus tibi ad dandum similia eis? Non enim est nobiscum de gẽte tua. Et dixit Iudith ad eum: Viuit anima tua domine mi, quia non insumet serua tua ea, quæ sunt mecum; donec fecerit Dominus in manu mea, quæ deliberauit. Et duxerunt eam ministri Olophernis in tabernaculum: & dormiuit vsque ad mediam noctem. Et surrexit ad matutinam vigiliam: & misit ad Olophernem, dicens: Præcipiat, quæso, Dominus meus, permittere seruam tuam ad depre-

ad deprecationem exire. Et præcepit Olophernes custodibus corporis nō prohibere eam. Et mansit in castris dies tres: & exibat per noctem in vallem Betulua, & baptizabatur in castris super fontem aquæ. Et, vt ascenderat, orabat Dominum Deum Israel dirigere viam ipsius ad suscitationem filiorum populi sui. Et ingrediens munda manebat in tabernaculo, quoadusque attulisset alimentū suum ad vesperam. Et factum est in die quarta, fecit Olophernes conuiuium seruis suis solis, & non vocauit ad β ministerium, quemquam ex ijs, qui ad vsus. Et dixit Bagoæ eunucho, qui erat præfectus super omnia, quæ ipsius: Persuade nunc vadens mulieri illi hebrææ, quæ est apud te, venire ad nos, & comedere, & bibere nobiscum. Ecce enim fœdum faciei nostræ; si mulierem talē omittamus non conuersantes cum ea: quoniā si hanc non allexerimus; irridebit nos. Et exiuit Bagoas à facie Olophernis, & intrauit ad eam, & dixit: Ne cunctetur, quæso, puella pulchra hæc veniens ad dominum meum glorificari ad faciē eius, & bibere nobiscum in lætitia vinum, & fieri in die hac, sicut filia vna filiorū Assur, quæ assistūt in domo Nabuchodonosor. Et dixit ad eum Iudith: Et quæ sum ego contradicens domino meo? quia omne, quod erit in oculis eius placitum, festinans faciam: & erit γ hoc exultatio vsque ad diem mortis meæ. Et exurgens ornauit se veste, & omni ornatu muliebri. Et accessit serua eius, & strauit ei ante Olophernem humi pelles, quas acceperat à Bagoa ad quotidianū vsum suum, vt manducaret accumbens super eas. Et ingressa recubuit Iudith: & stupuit cor Olophernis super eam, & commota est anima eius: & erat cupidus valde congrediendi cum ea: & obseruabat tempus decipiendi eam, ex qua die vidit eam. Et dixit ad eam Olophernes: Bibe, quæso, & esto nobiscum in lætitia. Et dixit Iudith: Bibam nunc domine: quoniam magnificata est vita mea in me hodie præ omnibus diebus generationis meæ. Et sumens comedit, & bibit corā eo, quæ parauerat serua ipsius. Et lætatus est Olophernes ex ea, & bibit vinum multum valde, quantum non biberat vnquam in die vna, ex quo natus erat.

α Proferemus tibi ad dandum.] *Alii, ἔξομέν σοι δοῦναι,* poterimus tibi dare. β Ministerium.] χρῆσιν. *Alii* κλῆσιν, inuitationem. γ Hoc exultatio.] *In aliis* εἰς ἀγαλλίαμα, in exultationem.

CAP. XIII.

Vt autem serò factum est, festinauerunt serui illius diuertere: & Bagoas conclusit α tabernaculum deforis: & exclusit assistentes à facie domini sui: & abierunt ad cubilia sua. Erant enim omnes defatigati: eo quod plurimum productum esset conuiuium. Remansit autem Iudith sola in tabernaculo, & Olophernes iacens super lectum suum: erat enim circumfusum ei vinum. Et dixit Iudith seruæ suæ stare extra cubiculum ipsius, & obseruare exitum eius, sicut quotidie. Exire enim dixit ad orationem suam. Et Bagoæ locuta est iuxta verba hæc. Et abierunt omnes à β facie: & nemo remansit in cubiculo à paruo vsque ad magnum. Et stans Iudith apud lectum illius, dixit in corde suo: Domine Deus omnis virtutis, respice in hora hac super opera manuum mearum in exaltationem Hierusalem; quoniam nunc tempus suscipere hæreditatem tuam, & facere studium meum in quassationem hostium, qui insurrexerunt nobis. Et accedens ad canonem lecti, qui erat ad caput Olophernis,

A Olophernis, depoſuit acinacem eius ab eo. Et appropinquans lecto apprehendit comam capitis eius, & dixit: Confirma me Deus Iſrael in die hac. Et percuſſit in ceruicem eius bis in fortitudine ſua, & abſtulit caput eius ab eo, & reuoluit corpus eius a ſtrato, & abſtulit conopæum a columnis. Et poſt paucum exiuit, & tradidit ancillæ ſuæ caput Olophernis, & iniecit illud in peram ciborũ ſuorum: & exierunt ambæ ſimul ſecundum conſuetudinem ſuam. Et tranſeuntes caſtra circumierunt vallem illam, & aſcenderunt montem Betulua, & venerũt ad portas eius. Et dixit Iudith a longe ijs, qui cuſtodiebant ſuper portas: Aperite, aperite nunc portam nobiſcum Deus, Deus noſter ad faciendam adhuc forti B tudinem in Iſrael, & potentiam contra inimicos; ſicut etiam hodie fecit. Et factum eſt, vt audierunt viri ciuitatis eius vocẽ eius; feſtinauerunt deſcendere ad portam ciuitatis ſuæ: & conuocauerunt ſeniores ciuitatis: & concurrerunt omnes a paruo vſque ad magnum: quoniam præter opinionem erat eis venire ipſam: & aperuerunt portam, & ſuſceperunt eas. Et accendentes ignem ad illuminationem, circũdederunt eas. At illa dixit ad eos voce magna: Laudate Deum, laudate, laudate Deum, qui non amouit miſericordiam ſuam a domo Iſrael, ſed fregit inimicos noſtros per manum meam in nocte hac. Et proferens caput è pera oſtẽdit, & dixit eis: Ecce caput Olophernis principis virtutis Aſſur, & ec C ce conopæum, in quo recumbebat in ebrietatibus ſuis: & percuſſit eum Dominus in manu fœminæ. Et viuit Dominus, qui cuſtodiuit me in via mea, qua iui: quoniam decepit eum facies mea in perditionem ipſius, & non fecit peccatum mecum in pollutionem, & confuſionem. Et obſtupuit omnis populus valde: & procumbentes adorauerunt Deum, & dixerunt vnanimiter: Benedictus es Deus noſter, qui ad nihilum redegiſti in die hodierna inimicos populi tui. Et dixit ei Ozias: Benedicta tu filia Deo altiſsimo præ omnibus mulieribus, quæ ſuper terram, & benedictus Dominus Deus, qui creauit cælos, & terram, qui direxit te in fractionem capitis principis inimicorum noſtrorum: quoniam non D remouebitur ſpes tua a corde hominum commemorantium fortitudinem Dei vſque in ſeculum. Et faciat ea tibi Deus in ſublimitatem æternam viſitando te in bonis, eo quod non pepercisti animæ tuæ propter humiliationem generis noſtri, ſed ſubueniſti ruinæ noſtræ, in rectum vadens coram Deo noſtro. Et dixerunt omnis populus: Fiat, fiat.

α Tabernaculum deforis, & excluſit.] *Alii* τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἔξωθεν, καὶ ἀπέλυσε, tabernaculum eius de foris, & dimiſit. β Facie.] *In aliis additur*, αὐτῆς, eius.

CAP. XIV.

E ET dixit ad eos Iudith: Audite nunc me fratres; & tollentes caput hoc, ſuſpedite illud ſuper pinnaculum muri veſtri. Et erit, cum illuxerit aurora, & exiuerit Sol ſuper terram; ſumetis vnuſquiſque vaſa bellica veſtra, & exibitis omnis vir fortis extra ciuitatem, & dabitis principem in eos, tanquam deſcendentes in campum ad excubias filiorum Aſſur; & non deſcendetis. Et ſumentes iſti armaturas ſuas, ibunt ad caſtra ſua, & excitabunt duces virtutis Aſſur, & concurrent ad tabernaculum Olophernis, & non inuenient eũ, & irruet ſuper eos timor, & fugient a facie veſtra. Et inſequuti vos, & omnes habitantes omnem terminum Iſrael, proſternite eos in vijs eorum. Priuſquã vero faciatis

faciatis hæc, vocate mihi Achior Ammanitem; vt videns agnoſcat eum, qui vilipendebat domum Iſrael, & ipſum tanquam ad mortem miſerat ad nos. Et vocauerunt Achior è domo Oziæ. Vt autem venit, & vidit caput Olophernis in manu viri vnius de eccleſia populi; cecidit in faciem, & exolutus eſt ſpiritus eius. Vt autem recrearunt eũ; procidit ad pedes Iudith, & adorauit faciem eius, & dixit: Benedicta tu in omni tabernaculo Iuda, & in omni gente, qui quidem audientes nomen tuum turbabuntur. Et nunc annuncia mihi, quæcumque feciſti in diebus his. Et annunciauit ei Iudith in medio populi omnia, quæcumque fuerat faciens, ex qua die exijt, vſque dum loquebatur eis. Vt autem ceſſauit loquens; iubilauit populus voce magna, & dedit vocem lætam in ciuitate ſua. Videns autem Achior omnia, quæcumque fecerat Deus Iſrael, credidit Deo valde, & circuncidit carnem præputij ſui, & appoſitus eſt ad domũ Iſrael vſque in diem hanc. Poſtquam vero aurora aſcendit; & ſuſpenderunt caput Olophernis è muro. Et ſumpſit omnis vir Iſrael arma ſua, & exiuerunt per ſpiras ad aſcenſiones montis. Filij autem Aſſur, vt viderunt eos, miſerunt ad præfectos ſuos. Illi autem venerunt ad duces, & ad Chiliarchos, & ad omnem principem ſuum. Et aduenerunt ad tabernaculum Olophernis, & dixerunt ei, qui ſuper omnia illius: Excita nunc Dominum noſtrum, quoniam auſi ſunt ſerui deſcendere ſuper nos ad prælium, vt exterminentur in finem. Et intrauit Bagoas, & pulſauit aulam tabernaculi: ſuſpicabatur enim dormire illum cum Iudith. Vt autem nemo exaudiuit; diſiungens intrauit in cubiculum, & inuenit eũ ſuper ſtratum proiectum mortuum, & caput eius ablatũ erat ab eo. Et clamauit voce magna cum ploratu, & fletu, & clamore forti, & diſcidit veſtimenta ſua. Et intrauit in tabernaculum, vbi fuit Iudith diuertens, & non inuenit eam. Et proſilijt ad populum vociferans: Præuaricati ſunt ſerui: fecit confuſionem vna mulier hebræorum in domum regis Nabuchodonoſor, quoniam ecce Olophernes humi, & caput non eſt ſuper eum. Vt autem adiuerunt verba hæc principes virtutis Aſſur; tunicas ſuas diſciderunt, & turbata eſt anima eorum valde: & facta eſt eorum vociferatio, & clamor magnus valde in medio caſtrorum.

CAP. XV.

ET vt audiuerunt, qui erant in tabernaculis; obſtupuerunt ſuper factum: & irruit ſuper eos timor, & tremor: & non fuit homo manens ad faciem proximi vltra: ſed effuſi vnanimiter fugiebant ſuper omnem viam campi, & montanæ. Et qui caſtrametati erant in montana in circuitu Betulua; & verſi ſunt in fugam. Et tunc filij Iſrael, omnis vir bellator ex eis, effuderunt ſe ſuper eos. Et miſit Ozias in Bæthomaſthæm, & Chobai, & Cholà, & ad omnem terminum Iſrael, qui annunciarent ſuper his, quæ confecta fuerant, & vt omnes ſuperfunderẽtur hoſtibus ad perditionem eorum. Vt autem audiuerũt filij Iſrael; omnes vnanimiter irruerunt ſuper eos, & cædebant eos vſque Chobà. Similiter autem & qui de Hieruſalem aduenerãt, & ex omni montana. Annunciauerant enim eis, quæ facta erant caſtris inimicorum ſuorum. Et qui in Galaad, & qui in Galilæa, diſsipauerunt eos plaga magna, quoaduſque præterierũt Damaſcum, & fines eius. Cæteri autem, qui habitabant Betulua, irruerunt in caſtra Aſſur, &

A prædati ſunt eos, & ditati ſunt valde. Filij autem Iſrael reuertentes à cæde, dominati ſunt reliquorum: & pagi, & villæ in montana, & campeſtri obtinuerunt multa ſpolia: erat enim multitudo plurima valde. Et Ioacim ſacerdos magnus, & ſeniores filiorum Iſrael habitantes in Hieruſalem venerunt ad ſpectandum bona, quæ fecerat Dominus Iſraeli, & ad videndam Iudith, & loquendum cum ea pacem. Vt autem intrarunt ad eam, benedixerunt eam omnes vnanimiter, & dixerunt ad eam: Tu ſublimitas Iſrael, tu exultatio magna Iſrael, tu gloriatio magna generis noſtri. Feciſti omnia hæc in manu tua, feciſti bona cum Iſrael: & bene ſentiat ſuper eis Deus. Benedicta eſto apud omnipotentem Dominum in B æternum tempus. Et dixit omnis populus: Fiat. Et ſpoliauit omnis populus caſtra per dies triginta: & dederunt Iudith tabernaculum Olophernis, & omnem argenteam ſupellectilem, & lectos, & peluem, & omne vaſarium eius. Et accipiens ipſa impoſuit ſuper mulam ſuam, & iunxit plauſtra ſua, & coaceruauit ea ſuper illa. Et concurrit omnis mulier Iſrael ad videndam eam, & benedixerunt eam: & fecerunt ei chorum ex ſe: & ſumpſit thyrſos in manibus ſuis, & dedit mulieribus, quæ ſecum, & [a] coronatæ ſunt oliua, ipſa, & quæ cum ipſa. Et præiuit omnem populum in choræa, ducens omnes mulieres: & ſequebatur omnis vir Iſrael armati cum coronis, & hymnis in ore ſuo. Et inchoauit Iudith C confeſsionem hanc in omni Iſrael, & ſubcinebat omnis populus laudem hanc.

[a] Coronatæ ſunt.] *Eſt hoc loco aliqua varietas in exemplaribus. Compl. autem* καὶ ἐστεφάνωσαν τῇ ἐλαίᾳ αὐτῇ, καὶ ταῖς μετ' αὐτῆς, & impoſuerunt coronam oliuæ ei, & illi, quæ cum ea.

CAP. XVI.

ET dixit Iudith: Incipite Deo meo in tympanis: cantate Domino meo in cymbalis: modulamini ei pſalmum nouum: exaltate, & inuocate nomen eius: quoniam Deus conterens bella Dominus: quoniam in caſtris eius in medio populi eripuit me de manu perſequentium me. Venit Aſſur è mõ D tibus ab Aquilone: venit in myriadibus virtutis ſuæ, quarum multitudo earum obſtruxerat torrentes, & equitatus eorum operuerat colles. Dixit combuſturum fines meos, & iuuenes meos perempturum in gladio, & lactentes meos poſiturum in pauimentum, & infantes meos daturum in direptionem, & virgines meas ſpoliaturum. Dominus omnipotens fruſtratus eſt eos in manu fœminæ. Non enim cecidit potens eorum a iuuenibus, neque filij Titanum percuſſerunt eum, neque excelſi gigantes inuaſerunt eum, ſed Iudith filia Merari in pulchritudine faciei ſuæ diſſoluit eum. Exuit enim ſtolã viduitatis ſuæ in ſublimitate laborantium in Iſrael, vnxit faciem ſuam in vnguento, & ligauit capillos ſuos in mitra, & ſumpſit ſtolam lineam in deceptionem illius: ſandalium ipſius rapuit E oculum eius, & pulchritudo ipſius captiuauit animam eius. Pertranſijt acinaces ceruicẽ eius: horruerunt Perſæ audaciã ipſius, & Medi cõfidentia ipſius [a] diſrupti ſunt. Tũc vociferati ſunt humiles mei, & timuerũt infirmi mei, & expauerũt: exaltauerunt vocẽ ſuã, & reuerſi ſunt. Filii puellarũ cõpunxerunt eos, & tãquam pueros transfugarũ vulnerabant eos. Perierunt ab acie Domini mei. Hymnum dicã Deo meo, hymnũ dicã. Domine magnus es, & glorioſus, mirabilis in fortitudine, inſuperabilis. Tibi ſeruiat omnis creatura tua: quoniã dixiſti, & facta ſunt: miſiſti ſpiritũ tuũ, & ædificauit: & nõ eſt qui reſiſtet voci tuæ. Mõtes enim à

fundamentis cum aquis commouebuntur: petræ autē à facie tua tanquam cera, liquescent: super timentes autem te tu bene propitiaris eis: quoniam paruum omne sacrificium in odorem suauitatis; & minimus omnis adeps in holocaustoma tibi: timens autem Dominum magnus semper. Væ gentibus insultantibus generi meo. Dominus omnipotens vlciscetur eos in die iudicij, dando ignē, & vermes in carnes eorum: & plorabūt in sensu vsque in seculum. Vt autem venerunt in Hierusalem; adorauerunt Deum. Et postquam mundatus est populus; obtulerunt holocaustomata sua, & spontanea sua, & dona. Et posuit Iudith omnia vasa Olophernis, quæ dederat populus ipsi, & conopæum, quod sumpserat ipsa è cubili eius, in anathema Deo dedit. Et fuit populus lætans in Hierusalem ad faciem sanctorum per menses tres: & Iudith cum eis mansit. Post dies autem hos discessit vnusquisque ad hæreditatem suam. Et Iudith abijt in Betulua, & mansit super substantiam suam. Et facta est per tempus suum gloriosa in vniuersa terra. Et multi concupierunt eam: & non cognouit vir eam omnibus diebus vitæ eius; ex qua die mortuus est Manasses vir eius, & appositus est ad populum suum. Et erat procedens magna valde. Et senuit in domo viri sui annos centum quinque, & dimisit ancillam suam liberam: & mortua est in Betulua. Et sepelierunt eam in spelunca viri eius Manasse: & luxit eam domus Israel dies septem. Et distribuit substātiam suam, antequam ipsa moreretur, omnibus propinquis Manasse viri sui, & propinquis generis sui. Et non fuit amplius, qui terreret filios Israel in diebus Iudith, & postquam ipsa mortua est, dies multos

A B C

• Disrupti sunt.] *Alii ἐταράχθησαν*, turbati sunt.

ESTHER.

CAP. I.

ANNO secundo regnante Artaxerse magno, prima die mẽsis Nisan, vidit somnium Mardochæus filius Iairi filij Semeiæ filij Cisæi de tribu Beniamin homo Iudæus qui habitabat in vrbe Susis, homo magnus, ministrans in aula regis. Erat autem ex captiuitate, quam captiuam duxerat Nabuchodonosor rex Babylonis è Hierusalem cum Iechonia rege Iudææ. Et hoc eius somnium. Et ecce voces, & tumultus, tonitrua, & terræmotus, conturbatio super terram. Et ecce duo dracones magni parati processerunt vtrique ad colluctãdum. Et facta est eorum vox magna: & voce eorum parata est omnis gens ad bellum, vt impugnarent iustorum gentem. Et ecce dies tenebrarum, & caliginis, tribulatio, & angustia, afflictio, & turbatio magna super terram. Et turbata est vniuersa gens iusta timentes sua mala: & parati erant perire, & clamauerunt ad Deum. A clamore autem eorum factum est tanquam à paruo fonte flumen magnum, aqua multa. Et lumen, & Sol exortus est: & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos. Et excitatus Mardochæus, qui viderat somnium hoc, & quid Deus deliberauerat facere, habuit illud in corde; & in omni verbo volebat cognoscere illud vsque ad noctem. Et quieuit Mardochæus in aula cum Gabatha, & Tharra duobus eunuchis regis, qui custodiebant aulam, & audiuit eorum sermocinationes, & curas eorum perscrutatus est. Et didicit, quia parant manus inferre Artaxersi regi. Et indicauit regi de his. Et examinauit rex vtrosque eunuchos, & confessi strangulati sunt. Et scripsit rex verba hæc in commentario. Et Mardochæus scripsit de verbis his. Et præcepit rex Mardochæo ministrare in aula, & dedit ei munera pro his. Et erat Aman Amadathi Bugæus inclytus coram rege: & quæsiuit nõcere Mardochæo, & populo eius propter duos eunuchos regis. Et factum est post verba hæc in diebus Artaxersis: hic Artaxerses ab Indica centum viginti septem regiones obtinuit. In istis diebus, quando sedit in throno rex Artaxerses in Susis ciuitate, in anno tertio, regnante ipso, conuiuium fecit amicis, & reliquis gentibus, & Persarum, & Medorum inclytis, & principibus Satraparum. Et post hæc, postquã ostẽdit eis diuitias regni sui, & gloriã lætitiæ * opulẽtiæ suæ in diebus centũ octoginta. Quando autẽ impleti sunt dies nuptiarũ, fecit rex conuiuiũ gẽtibus inuentis in ciuitate per dies sex in atrio domus regis ornato byssinis, &

C D E

carpaſinis extentis ſuper funibus byſsinis, & purpureis, ſuper cubos aureos, & argenteos, ſuper columnas parias, & lapideas: lecti aurei, & argentei ſuper pauimentum ſmaragdini lapidis, & pinnini, & parij lapidis: & ſtrata pellucida varie ornata floribus: [β] in circuitu roſæ ſparſæ: pocula aurea, & argentea, & gemmatus calix propoſitus è talentis triginta millibus: vinum multum, & ſuaue, quod ipſe rex bibebat. Potus autem hic non ſecundum propoſitam legem fiebat. Sic enim voluit rex, & præcepit œconomis facere voluntatem ipſius, & hominum. Et Aſtin regina fecit conuiuium mulieribus in regijs, vbi rex Artaxerſes. In die autem ſeptima exhilaratus rex dixit ad Aman, & Bazan, & Tharra, & Barazi, et Zatholthà, & Abataza, & Tharaba ſeptem eunuchos miniſtros regis Artaxerſis, vt introducerent reginam ad ipſum, ad faciendum eam regnare, & circũponendum ei diadema, & oſtendendam eam principibus, & gentib. pulchritudinem eius, quoniam pulchra erat. Et non exaudiuit eum Aſtin regina, vt veniret cum eunuchis. Et triſtatus eſt rex, & iratus eſt, & dixit amicis ſuis: Secundũ hæc loquuta eſt Aſtin. Facite igitur de hoc legem, & iudicium. Et acceſsit ad eũ Arceſæus, & Sarſathæus, & Maliſear principes Perſarum, & Medorum, qui prope regem, qui primi aſsidentes regi, & annunciauerunt ei, ſecundum leges quomodo oportet facere Aſtin reginæ, quia non fecit ea, quæ à rege ſunt conſtituta per eunuchos. Et dixit Muchæus ad regem, & principes: Non regem ſolum iniuria affecit Aſtin regina, ſed etiam omnes principes, & duces regis: (Etenim narrauit eis verba reginæ, & quomodo contradixit regi:) Sicut igitur contradixit regi Artaxerſi; ſic hodie reliquæ dominæ principum Perſarum, & Medorũ audientes, quæ regi dicta ſunt ab ea, audebunt ſimiliter vilipendere viros ſuos. Si igitur videtur regi, ſtatuat edictum regium, & ſcribatur ſecundum leges Medorum, & Perſarum, & non aliter vtatur, neque ingrediatur vltra regina ad eũ, & regnum illius det rex mulieri meliori ea. Et audiatur lex, quæ à rege; quamcumque fecerit in regno ſuo. Et ita omnes mulieres deferent honorẽ viris ſuis à medico vſque ad diuitem. Et placuit verbum regi, & principibus. Et fecit rex, ſicut loquutus eſt Muchæus, & miſit in omne regnum per regionem iuxta ſermonem eorum, vt eſſet timor eis in domibus ſuis.

[α] Opulentiæ.] *Abeſt à multis.* [β] In circuitu roſæ ſparſæ.] E*t hæc à Compl. quemadmodum & nonnulla alia, licet ſint in plerìſque: præcipue autem illa quæ paulo poſt ſequuntur,* & gemmatus calix propoſitus è talentis triginta millibus.

CAP. II.

ET poſt verba hæc ceſſauit rex à furore: & [α] nõ vltra recordatus eſt ipſius Aſtin, in memoria habens, qualia loquuta erat, & quomodo condemnauerat eã. Et dixerunt miniſtri regis: Quærãtur regi puellæ incorruptæ pulchræ ſpecie: & conſtituet rex præfectos in omnib. regionib. regni ſui: & deligant puellas virgines pulchras ſpecie in Suſam ciuitatem in Gynæcæum: & tradãtur eunucho regis cuſtodi mulierum: & detur vnguentum abſtergens, & reliquus cultus. Et mulier, quæ placuerit regi, regnabit pro Aſtin. Et placuit regi res, & fecit ſic. Et homo erat in Suſis ciuitate, & nomen eius Mardochæus filius Iairi filii Semeiæ filij Ciſæi de tribu Beniamin, qui fuerat ductus captiuus è Hieruſalẽ, quã captiuauerat Nabuchodonoſor rex Babylonis. Et erat huic puella nutrita filia Aminadab fratris patris ipſius, & nomẽ ei, Eſther. In tranſmigrãdo autẽ parẽtes eius, cru-

eius, erudiuit eam sibi in mulierem. Et erat puella pulchra specie. Et quando auditum est edictum regis; congregatæ sunt multæ puellæ in Susam ciuitatem sub manum Gai. Et ducta est Esther ad Gai custodem mulierum: & placuit ei puella, & inuenit gratiam in conspectu eius. Et festinauit dare ei vnguentum, & partem, & septem puellas asignatas ei è domo regia. Et vsus est illa bene, & ancillis eius in Gynæcæo. Et non indicauit Esther genus suum, neque patriam. Mardochæus enim mandauerat ei non annunciare. Per singulos autem dies deambulabat Mardochæus per atriũ Gynæcæi, speculans, quid Esther accideret. Hoc autem erat tempus puellæ intrandi ad regem, cum impleuerit mẽses duodecim. Sic enim implentur dies cultus, menses sex vnctis in β oleo myrrhino, & menses sex in aromatibus, & in vnguentis mulierum: & tunc γ ingreditur ad regem: & cuicumque dixerit δ, tradet eã, vt simul ingrediatur ad se de Gynæcæo vsque ad regias; vespere ingreditur, & ε versus diem recurrit in Gynæcæum secundum, vbi Gai eunuchus regis, custos mulierum: & non vltra ingreditur ad regem, nisi vocata fuerit nomine. Dum autem impleretur tempus Esther filiæ Aminadab fratris patris Mardochæi intrandi ad regem; nihil præuaricata est eorum, quæ mandauit eunuchus custos mulierum. Erat enim Esther inueniens gratiam apud omnes aspicientes eam. Et intrauit Esther ad Artaxersem regem duodecimo mense, qui est Adar, septimo anno regni eius. Et amauit rex Esther: & inuenit gratiam præ omnib. virginibus: & imposuit ei diadema muliebre. Et fecit rex conuiuium omnib. amicis suis, & virtutibus per dies septẽ: & exaltauit nuptias Esther, & remissionem fecit ijs, qui sub regno ipsius. Mardochæus autem seruiebat in aula. Esther autem non indicauit patriam suam. Sic enim mandauerat ei Mardochæus, timere Deum, & facere præcepta eius, sicut erat cum eo. Et Esther non mutauit educationem suam. Et tristati sunt duo eunuchi regis principes custodum corporis; quoniam prouectus fuerat Mardochæus: & quærebãt occidere Artarxersem regem. Et manifestum fuit Mardochæo verbũ, & significauit Esther, & ipsa patefecit regi insidias. Rex autem examinauit duos illos eunuchos, & suspendit eos. Et præcepit rex ζ seponere in commentario in regia bibliotheca pro beneuolentia Mardochæi in encomio.

α Non vltra.] *Absunt ista a Compl. Et vulgata*, recordatus est. β Oleo myrrhino.] *Idem ordo in vulgata, licet præposterus in aliis.* γ Ingreditur.] *Plerique* εἰσπορεύονται, ingrediuntur. δ Tardet.] *Alii* παραδῶσιν, vt tradat. ε Versus diem.] *Et vulgata*, mane, *Compl. autem* πρὸς ἑσπέραν, ad vesperam ζ Seponere.] *Compl.* καταγράψαι, describere.

CAP. III.

POST hæc autem glorificauit rex Artarxerses Aman Amadathi Bugæũ, & exaltauit eum: & prior sedebat omnibus inimicis suis: & omnes, qui in aula, adorabant eũ. Ita enim præcepit rex facere. Mardochæus autẽ non adorabat eum. Et loquuti sunt, qui in aula regis, Mardochæo: Mardochæe, quid non obseruas ea, quæ à rege dicuntur? Per singulos dies loquebantur ei: & nõ obediebat eis. Et indicarunt Amman, Mardochæũ verbis regis repugnantẽ: & indicarat eis Mardochæus, quia Iudæus est. Et cognoscẽs Aman, quia nõ adorat eũ Mardochæus; indignatus est valde, & decreuit delere omnes, qui sub Artarxersis regno, Iudæos. Et fecit decretũ in anno duodecimo regni Artaxersis, & misit sortes, diẽ ex die, & mensem ex mẽse, vt perderet in vna die genus Mardochæi.

Et cecidit ſors in quartam & decimam menſis, qui eſt Adar. Et locutus eſt ad regem Artaxerſem, dicens: Eſt gens diſſeminata in gentibus in omni regno tuo: leges autem eorum diuerſæ præter omnes gentes: legibus autem regis ſunt inobedientes: & non confert regi permittere eos. Si videtur regi, decernat perdere eos: & ego deſcribam in gazophylacio regis argenti talenta decem millia. Et tollens rex annulum, dedit in manus Aman ad obſignandum [α] ſuper ijs, quæ ſcripta contra Iudæos. Et dixit rex ad Aman. Argentum quidem habe: gẽte autem vtere, ſicut vis. Et vocati ſunt ſcribæ regis menſe primo tertiadecima die: & ſcripſerunt, ſicut præcepit Aman, ducibus, & principibus per omnem regionem ab India vſque ad Æthiopiam, centum viginti ſeptem prouincijs, & principibus gentium ſecundum eorum linguam, per Artaxerſem regem. Et miſſum eſt per [β] tabellarios in Artaxerſis regnum, delere genus Iudæorum in die vna menſis duodecimi, qui eſt Adar, & diripere ſubſtantias eorum. Epiſtolæ autem exemplar eſt hoc. Rex magnus Artaxerſes ijs, qui ab India vſque ad Æthiopicã centum viginti ſeptem prouinciarum principibus, & locorum præfectis ſubiectis hæc ſcribit. Multis cum imperarem gentibus, & vniuerſum obtinuiſſem orbem; volui confidentia poteſtatis non elatus, ſed mitius, & cum manſuetudine ſemper gubernans, ſubiectorum tranquillas perpetuo reddere vitas, & [γ] regnũ placidum, & peruium vſque ad fines præbens, renouare etiam optatam omnibus hominibus pacem. Percunctante autem me conſiliarios, quomodo perducatur hoc ad finem, is, qui moderatione apud nos [δ] præcellit, & in beneuolentia immutabilis, & ſtabili fide probatus, & ſecundum à rege honorem adeptus Aman indicauit nobis in omnibus, quæ per orbẽ, tribubus admiſtum eſſe odioſum populum quendam, legibus oppoſitum aduerſus omnes gentes, & regum prætermittẽtes aſsidue conſtitutiones; vt non cõponatur is, quià nobis dirigitur, ſine vitio concors principatus. Cum igitur acceperimus hanc ipſam gẽtem ſolam ex aduerſo omni ſemper homini poſitam, commutantem inſtitutionem legum peregrinam, & diſſentientem noſtris rebus peſsima conſummare mala, & ad id, vt regnum bonum ſtatum non conſequatur; præcipimus igitur ijs, qui ſignificantur vobis in ſcriptis ab Aman præpoſito ſuper negocia, & [ε] ſecundo patre noſtro, omnes cum vxoribus, & filijs [ζ] perdere radicitus ipſis inimicorũ gladijs, ſine vlla miſericordia, & clementia, die quartadecima duodecimi menſis Adar præſentis anni: vt qui olim, & nunc inimici, in die vna violente ad infernum deſcendentes, in poſterum tẽpus bene conſtitutas, & tranquillas præbeant nobis perfecte res. Exemplaria autem epiſtolarum edita ſunt per regionem, & imperatum fuit omnibus gentibus, paratos eſſe in diem iſtam. Vrgebatur autem negocium & in Suſa. Rex autem, & Aman epulabantur: turbabatur autem ciuitas.

α Super ijs, quæ ſcripta.] κατὰ τῶν γεγραμμένων. *Nonnullis* κατὰ τὸ γεγραμμένον ſecundũ quod ſcriptum erat. *Aliquot etiam*, πάντα τὰ γεγραμμένα, omnia, quæ ſcripta. β Tabellarios.] βιβλιαφόρων, *aut* βιβλιοφόρων, *&* *vulgata*, curſores. *Alii autem* βιβλιογράφων. ſcriptores litterarum. γ Regnum placidum.] *Plerique* βασιλείαν ἤρεμον, regnum quietum. δ Præcellit.] διενέγκας, *longe melius, quàm quod in aliis*, διαπρέψας. ε Secundo patre noſtro.] *Compl.* καὶ δευτέρου πατρὸς ἡμῶν, & ſecundo à nobis. *In vulgata videtur vtrumque coniungi*, & ſecundus à rege, & quem patris loco colimus. ζ Perdere.] *Alii* ἀπολέσθαι, perdi.

CAP.

A CAP. IV.

MARDOCHÆVS autem cognoſcens id, quod conſummatũ fuerat; diſcidit veſtimenta ſua, & indutus eſt ſacco, & conſperſit ſe cinere: & exiliẽs per platæã ciuitatis, clamabat voce magna: Tollitur gens, quæ nihil iniuſte egit. Et venit vſque ad portam regis, & ſtetit. Non enim erat ei licitum ingredi in aulam, ſaccum habẽti, & cinerem. Et in omni regione, vbi editæ fuerant litteræ, clamor, & planctus, & luctus magnus Iudæis: ſaccum, & cinerem ſtrauerant ſibi. Et intrauerunt ancillæ, & eunuchi reginæ, & annunciarunt

B ei. Et turbata eſt audiens factum. Et miſit ad induendum ſtola Mardochæum, & auferendum eius ſaccum. Ille autem perſuaſus non eſt. Eſther autem aduocauit * Achrathæum eunuchum ſuũ, qui aſsiſtebat ei, & miſit, vt diſceret ipſa à Mardochæo rem ipſam exquiſite. Mardochæus autem indicauit ei factum, & promiſsionem, quam promiſerat Aman regi in gazam talentorum decem milliũ, vt perdat Iudæos. Et exemplar in Suſis editum de ipſis perdendis dedit ei ad oſtendendum ipſi Eſther, & dixit ei, vt ᶜ mandaret illi ingredienti deprecari regem, & orare eum pro populo, memor dierum humiliationis tuæ, quomodo nutrita es in manu mea: quoniam Aman ſecundus à rege locutus eſt contra

C nos ad mortem. Inuoca Dominum, & loquere regi pro nobis, libera nos à morte. Ingreſſus autem Achrathæus locutus eſt ei omnia verba hæc. Dixit autem Eſther ad Achrathæum: Vade ad Mardochæum, & dic, quia gentes omnes regni ſciunt, quia omnis homo, vel mulier, qui ingredietur ad regem in aulam interiorem non vocatus, non eſt ei ſalus: tantum, cui extenderit rex auream virgam, hic ſaluabitur. Et ego non ſum vocata ingredi ad regem, ſunt ipſi dies triginta. Et annunciauit Achrathæus Mardochæo omnia verba Eſther. Et dixit Mardochæus ad Achrathæum: Vade, & dic ei: Eſther, ne dixeris tibi, quia ſaluaberis ſola in regno præter omnes Iudæos: quoniam, niſi audieris in tempore

D hoc; aliunde auxilium, & protectio erit Iudæis: tu autem, & domus patris tui peribitis. Et quis nouit, ſi ad tempus hoc facta es regina? Et miſit Eſther eum, qui veniebat ad ſe, ad Mardochæum, dicens: Vadens conuoca Iudæos, qui in Suſis, & ieiunate ſuper me, & non comedatis, neque bibatis per dies tres, nocte & die: & ego vero, & ancillæ meæ abſtinebimus à cibo: & tunc ingrediar ad regem præter legem, etiam ſi perire me oporteat. Et pergens Mardochæus fecit, quæcumque mandarat ei Eſther. Et deprecatus eſt Dominum, memor omniũ operum Domini, & dixit: Domine Domine rex omnipotens, quia in poteſtate tua ſunt omnia, & non eſt, qui diſſentiat à te, cum tu volueris ſaluare Iſrael: quoniam tu feciſti cælum, & terram, & omne, quod ſuſpicitur in ſubcæleſti: & Do-

E minus es omnium, & non eſt, qui reſiſtat tibi Domino. Tu omnia cognoſcis: tu noſti Domine, quia non in contumelia, neque in ſuperbia, neque in cupiditate gloriæ feci hoc, vt non adorarem ſuperbum Aman: quoniam bene affectus erã oſculari veſtigia pedum eius ad ſalutem Iſrael: ſed feci hoc, vt nõ ponerem gloriam hominis ſuper gloriam Dei: & non adorabo quemquam præter te Dominum meum, & non faciam hæc in ſuperbia. Et nunc Domine Deus rex Deus Abraam parce populo tuo: quoniam intuentur nos ad perditionem, & concupierunt perdere eam, quæ à principio, hæreditatem tuam. Ne deſpicias partẽ, tuam,

tuam, quam tibi redemisti è terra Ægypti. Exaudi deprecationem meam, & propitiare sorti tuæ, & verte luctum nostrum in delectationẽ: vt viuentes hymnis celebremus nomen tuum Domine: & ne deleas os laudantium te Domine. Et omnis Israel vociferatus est ex fortitudine sua; quoniam mors sua in oculis ipsorum. Et Esther regina confugit ad Dominum in agone mortis comprehensa: & auferens vestimenta gloriæ suæ, induit vestimenta angustiæ, & luctus: & pro superbis suauitatibus, cinere, & fimo impleuit caput suum: & corpus suum humiliauit valde: & omnem locum γ ornatus exultationis suæ repleuit laceratis capillis suis: & deprecata est Dominum Deum Israel, & dixit: Domine mi rex noster tu es solus: adiuua me solam, & non habentem adiutorem, nisi te: quoniam periculum meum in manu mea. Ego audiebam à natiuitate mea in tribu patriæ meæ, quia tu Domine assumpsisti Israel ex omnibus gentibus, & patres nostros ex omnibus maioribus eorum in hæreditatem æternã, & fecisti eis, quæcumque locutus es. Et nunc peccauimus coram te: & tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum, eo quod glorificauimus Deos eorũ. Iustus es Domine. Et nunc nõ satis habuerunt in amaritudine seruitutis nostræ: sed δ posuerunt manus suas super manus idolorum suorum ad tollendam determinationem oris tui, & delendam hæreditatem tuam, & obturandum os laudantium te, & extinguendam gloriam domus tuæ, & altaris tui, & aperiendum os gentium ad virtutes vanorum, & admirationi habendum regem carneum in seculum. Ne tradas Domine sceptrum tuum ijs, qui non sunt: & non irrideant in ruina nostra: sed verte consilium eorum super eos: & in eum, qui cœpit super nos, exempla statue. Memento Domine, ostende te in tempore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciam rex Deorum, & omni principatui imperans. Da sermonem bene cõpositum in os meum coram leone, & transfer cor illius in odium impugnantis nos, in consummationem eius, & consentientium ei. Nos autem libera in manu tua, & adiuua me solam, & non habentem, nisi te Domine. Omnium scientiam habes, & nosti, quia odi gloriam iniquorum, & abominor cubile incircuncisorum, & omnis alieni. Tu nosti necessitatem meam; quia abominor signum superbiæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ: abominor illud, sicut pannum ε menstruorum: & non porto illud in diebus silentij mei. Et non comedit serua tua mensam Aman: & non glorificaui conuiuium regis, neque bibi vinum libaminum: & non est lætata serua tua à die translationis meæ vsque nunc, nisi in te Domine Deus Abraam: Deus fortis super omnes, exaudi vocem desperatorum, & erue nos de manu malignantium, & libera me à timore meo.

α Achrathæum.] *Compl.* ἀθὰχ, *& vulgata,* Athach. β Vt mandaret illi.] *Hæc paulum immutata videtur S. Hieronymus habuisse post ea, quæ sunt in extremo huius capitis.* γ Ornatus.] *Abest a multis.* δ Posuerunt.] *Huic lectioni videtur etiam conuenire cum vulgata. Alii* ἔθηκας, posuisti. ε Menstruorum.] *S. Aug. epist. 199. ad Ediciam videtur habuisse,* menstruatæ, *vt vulgata.*

CAP. V.

ET factum est in die tertia vt cessauit orans, exuit vestimenta α seruitutis, & circundata est gloria sua: & facta splendens, inuocans omnium inspectorem Deum & saluatorem, assumpsit duas famulas, & vni quidem innite-

A innitebatur, tanquam delicijs diffluens, altera autem subsequebatur alleuans vestem eius. Et ipsa rubens vigore pulchritudinis suæ: & facies eius hilaris, tanquã iucunda: cor autem eius arctatum præ timore. Et ingressa omnes ianuas stetit in conspectu regis. Et ipse sedebat super thronum regni sui, & omnem stolã splendoris sui induerat, totus in auro, & lapidibus preciosis, & erat terribilis valde. Et eleuans faciem suam inflammatam gloria, in vigore furoris aspexit. Et cecidit regina, & mutauit colorem suum in dissolutione, & procubuit super caput ancillæ præeuntis. Et immutauit Deus spiritum regis ad mansuetudinem: & factus in agonia prosilijt è throno suo, & assumpsit eam super vlnas suas, donec re- B stituta est. Et consolabatur eam verbis pacificis, & dixit ei: Quid est Esther? Ego frater tuus: Confide, nõ morieris: quoniam commune præceptum nostrum est: accede. Et eleuans auream virgam imposuit super ceruicem eius, & amplexus est eam: & dixit, loquere mihi. Et dixit ad eum: Vidi te Domine tanquam angelum Dei, & turbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ: quoniam mirabilis es Domine, & facies tua gratiarum plena. Dum autem ipsa loqueretur, cecidit præ dissolutione. Et rex turbatus est: & omne famulitium eius consolabatur eã. Et dixit rex: Quid vis Esther? Et quod tuum est postulatum? Vsque ad dimidium regni mei, [β] & erit tibi. Dixit autem Esther: Dies mea insignis hodie est. Si C igitur videtur regi; veniat & ipse, & Aman ad conuiuium, quod faciam hodie. Et dixit rex: Vocate cito Aman, vt faciamus verbum Esther. Et adueniunt vtrique ad conuiuium, quod dixit Esther. In potatione autem dixit rex ad Esther: Quid est regina Esther? & erunt, quæcunque postulaueris. Et dixit: Petitio mea, & [γ] postulatum: si inueni gratiam in conspectu regis; veniat rex, & Aman adhuc cras ad conuiuium, quod faciam eis, & cras faciam ea. Et exijt Aman à rege alacer [δ] lætus. In videndo autem Aman Mardochæum Iudæum in aula, indignatus est valde. Et ingressus in propria, vocauit amicos, & Zosaram vxorem suam, & demõstrauit eis diuitias suas, & gloriam, quam rex ei circumposuerat, & quomodo fecerat eum tenere primum locũ, & præesse regno. Et dixit Aman: D Non vocauit regina cum rege quemquam ad conuiuium, nisi me: etiam in crastinam vocatus sum. Et hæc mihi non placent; quandiu videro Mardochæum Iudæum in aula. Et dixit ad eum Zosara vxor eius, & amici: Cædatur tibi lignũ cubitorum quinquaginta: mane autem dic regi, & suspendatur Mardochæus super lignum. Tu autem intra ad conuiuium cum rege, & lætare. Et placuit verbum ipsi Aman, & paratum fuit lignum.

[α] Seruitutis.] *Compl.* τῆς πενθους, luctus. *Vulgata*, ornatus. [β] Et erit.] *Illud, &, abest à Compl. sed non ab hebræo, neque a collatis codicibus.* [γ] Postulatum.] *In aliis additur* μου, meum. [δ] Lætus.] *Compl.* & lætus.

E

CAP. VI.

DOMINVS autem amouit somnum à rege nocte illa: & dixit ministro suo afferre litteras memoriales dierum ad legendum ei. Inuenit autem litteras scriptas de Mardochæo, quomodo annunciarat regi de duobus eunuchis regis, dum illi custodias agerent, & quærerent inferre manum Artaxersi. Dixit autem rex: Quam gloriam, vel gratiam fecimus Mardochæo? Et dixerunt ministri regis: Non fecisti ei quicquam. Dum autem percunctaretur

rex de

rex de beneuolentia Mardochæi, ecce Aman in aula. Dixit autem rex: Quis in aula? Aman autem intrauerat ad dicendum regi, vt suspenderet Mardochæum in ligno, quod parauerat. Et dixerunt ministri regis: Ecce Aman stat in aula. Et dixit rex: Vocate eum. Dixit autem rex ad Aman: Quid faciam homini, quẽ ego volo glorificare? Dixit autem in seipso Aman: Quem vult rex glorificare, nisi me? Dixit autem ad regem: Hominem quem vult rex glorificare, afferant pueri regis stolam byssinam, qua rex circundatur, & equum, super quem rex inscendit, & det vni amicorum regis honoratorum, & induat stola hominem, quẽ rex diligit: & ascendere faciat eum super equum, & prædicet per platæam ciuitatis, dicens: Sic erit omni homini, quem rex glorificat. Dixit autem rex ad Aman: Probe locutus es. Sic facito Mardochæo Iudæo seruienti in aula: & non decidat à te verbum ex ijs, quæ locutus es. Sumpsit autem Aman stolam, & equum, & stola induit Mardochæum, & imposuit super equum, & transiuit per platæam ciuitatis, & prædicabat dicens: Sic erit omni homini, quem rex vult glorificare. Redijt autem Mardochæus in aulam. Aman autem reuersus est in propria tristans demisso capite. Et narrauit Aman quæ sibi acciderant, Zosaræ vxori suæ, & amicis. Et dixerunt ad eum amici, & vxor: Si de genere Iudæorum Mardochæus, cœpisti humiliari coram eo: cadens cades, & non poteris eum vlcisci: quoniam Deus viuens cum eo. Adhuc ipsis loquentibus, adueniunt eunuchi vrgentes Aman ad conuiuium, quod parauerat Esther.

CAP. VII.

INTRAVIT autem rex, & Aman, vt biberent cum regina. Dixit autem rex ad Esther secunda die in potatione: Quid est Esther regina? & quæ petitio tua, & quod postulatum tuum? Et esto tibi vsque ad dimidium regni mei. Et respondens dixit: Si inueni gratiam in conspectu regis; detur anima petitioni meæ, & populus meus postulationi meæ. Venditi enim sumus, & ego, & populus meus in perditionẽ, & direptionẽ, & seruitutẽ nos & filij nostri in pueros, & ancillas: & non audiui: nõ enim dignus criminator aula regis. Dixit autẽ rex: Quis iste, qui ausus est facere rẽ hanc? Dixit autem Esther: Homo inimicus Aman malignus iste. Aman autem turbatus est ex rege, & regina. Rex autem surrexit à symposio in hortum. Aman autẽ deprecabatur reginam. Viderat enim se in malis esse. Reuertit autem rex de horto. Aman autem procubuerat super lectum orãs reginam. Dixit autem rex: Vt etiam vxori vim afferat in domo mea? Aman autem audiens confusus est facie. Dixit autem [a] Bugathan vnus eunuchorum ad regem: Ecce & lignum parauit Aman Mardochæo, qui locutus est pro rege: & erectum est in proprijs Aman lignum cubitorum quinquaginta. Dixit autem rex: Crucifigatur in eo. Et suspensus est Aman super lignum, quod paratum fuerat Mardochæo. Et tunc rex cessauit à furore.

[a] Bugathan vnus eunuchorum.] *Compl.* χάρβωνα, *& vulgata*, Arbona. *Verum post ista verba in Compl. & multis aliis sequuntur nonnulla: quæ quoniam à vetustioribus, & hebræo, & vulgata absunt; nihil causæ esse diximus, cur referrentur.*

CAP.

CAP. VIII.

A ET in eadem die rex Artaxerses largitus est Esther, quæcumque fuerant Aman calumniatori. Et Mardochæus accersitus est a rege. Indicauit enim Esther, quia sibi propinquus erat. Sumpsit autẽ rex annulum, quem abstulerat ab Aman, & dedit eum Mardochæo. Et Esther constituit Mardochæũ super omnia, quæ fuerant Aman: & adijciens locuta est ad regem, & procidit ad pedes eius, & postulauit auferre malum ipsius Aman, & quæcumque fecerat Iudæis. Extendit autem rex ad Esther virgam auream. Surrexit autẽ Esther B ad adstandum regi. Et dixit Esther. Si videtur tibi, & inueni gratiam; mittatur, vt reuertantur litteræ missæ ab Aman, scriptæ vt perderentur Iudæi, qui sunt in regno tuo. Quomodo enim potero videre afflictionem populi mei, & quomodo potero saluari in perditione patriæ meæ? Et dixit rex ad Esther: Si omnem substantiam Aman dedi, & gratificatus sum tibi, & ipsum suspendi super lignũ, quoniam manus intulerat Iudæis; quid adhuc quæris? Scribite etiam vos ex nomine meo, sicut videtur vobis, & obsignate annulo meo. Quæcumque enim scribuntur rege præcipiente, & obsignata fuerint annulo meo; non est eis contradicere. Vocati autem sunt Scribæ in * primo mense, qui est Nisan, tertia & vige C sima eiusdem anni, & scriptum est Iudæis, quæcumque mandauit Oeconomis, & principibus Satrapatum ab India vsque ad Æthiopiam centum viginti septem Satrapis per prouinciam, & prouinciam, secundum eorum linguam. Scriptum est autem per regem, & obsignatum annulo eius. Et miserunt litteras per tabellarios, quomodo præcepit eis vti legibus suis in omni ciuitate, & auxiliari illis, & vti inimicis ipsorum, & aduersarijs ipsorum, sicut volunt, in die vna in omni regno Artaxersis tertia decima die duodecimi mensis, qui est Adar. Quarum est exemplar epistolæ, quæ subscripta sunt. Rex magnus Artaxerses ab India vsque Æthiopiam centũ viginti septem [c] prouincijs, regionum prin- D cipibus, & ijs qui nostra curant, valere. Multi plurima bene facientium bonitate frequentius honorati, maiora sapuerunt, & non solum subiectos nobis quærunt malis afficere, & satietatem non valentes ferre, etiam in suos ipsorum benefactores aggrediuntur machinari: & gratitudinem non solum ex hominibus auferentes, sed etiam insolitorum bonorum pompis elati, illius omnia inspicientis semper Dei inimicam malignis sententiam existimant se vitaturos. Sæpe autem & multos eorum, qui in potestatibus sunt constituti, qui persuasi sunt suscipere amicorum negotia, [y] blanditia participes sanguinũ innocentũ eos reddẽs, circũdedit calamitatibus incurabilibus, fallaci malignitatis deceptio- E ne decipientibus imperãtium simplicem probitatem. Contemplari autẽ licet (non tam ex veteribus vt tradidimus historijs) exquirẽtes vos quæcumque ad pedes impie sunt consummata eorũ, qui indigna dominatione premunt, pestifera corruptela, & attendere ad ea, quæ post hæc; quomodo regnum tranquillũ omnibus hominibus cum pace præbebimus vtentes mutationibus, & quæ ad conspectum veniunt, dijudicantes semper cum æquiore occursu. Etenim Amã Amadathi Macedo re uera, alienus a Persarum sanguine, & multum distans a nostra benignitate, peregrinus a nobis susceptus, consequutus est, quam habemus erga omnẽ gentem, humanitatem, eo vsque, vt appellaretur noster pater, & adora-

& adoratus ab omnibus secundam regalis throni personam gereret. Non ferens autem superbiam studuit principatu priuare nos, & spiritu, & nostrum saluatorem, ac per omnia benefactorem Mardochæum, & inculpatam regni consortẽ Esther cum vniuersa horum gente multiplicibus artificiorum deceptionibus petens ad perditionem. Per hos enim modos putauit nactus nos desolatos, Persarum imperium ad Macedonas transferre. Nos autem traditos à ter exitiali illo ad perditionem Iudæos inuenimus non esse maleficos, sed iustissimis gubernari legibus, esse autem filios altissimi maximi viuentis Dei, qui direxit et nobis, & maioribus nostris regnum in pulcherrima dispositione. Recte igitur facietis non vtentes missis ab Aman Amadathi litteris; eo quod ipse, qui hæc molitus est, apud Susarum portas crucifixus est cum tota familia, dignum eo, qui omnia tenet, Deo velociter reddente ei iudicium. Exemplar autem epistolæ huius edentes in omni loco cum libertate permittatis Iudæos vti suis legitimis, & adminiculo sitis eis, vt illos, qui in se in tempore tribulationis insurrexerant, vlciscantur die tertiadecima duodecimi mensis Adar eadem die. Hanc enim omnium dominator Deus pro perditione electi generis fecit eis lætitiam. Et vos igitur in inclytis vestris festiuitatibus insignem diem cum omni lætitia agite; vt & nunc, & post hæc salus sit nobis, & ijs, qui beneuoli sunt Persis, ijs autem, qui nobis insidiantur, memoriale perditionis. Omnis autem ciuitas, vel prouincia omnino, quæ secundum hæc non fecerit, hasta, & igni consumetur cum ira, [δ] non solum hominibus inuia, sed etiam bestijs, & volatilibus in omne tempus odiosissima reddetur. Exemplaria autem proponantur visibiliter in omni regno, paratique sint omnes Iudæi in hanc diem, debellare suos aduersarios.

[α] Primo.] *Vulgata*, tertij mensis, qui appellatur Siban. *Sed multæ sunt huiusmodi varietates.* [β] Prouinciis.] σατραπείαις. *Alii* σατράπαις, Satrapis. [γ] Blanditia.] *Sic visum est vertendum* παραμυθία, *licet alii* solatium. [δ] Non solum.] *Compl.* & non solum.

CAP. IX.

IGITVR ipsi quidem equites exiuerunt festinantes ea, quæ à rege dicta erant, perficere. Propositum est autem edictum etiã in Susis. Mardochæus autem processit ornatus regali stola, & coronam habens auream, & diadema byssinum purpureum. Videntes autem, qui in Susis, gauisi sunt. Iudæis autẽ facta est lux, & lætitia per ciuitatem, & prouinciam, vbicumque propositum fuerat edictum, gaudiũ & lætitia Iudæis, epulatio, & lætitia. Et multi ex gẽtibus circũcidebantur, & iudaizabãt propter timorem Iudæorũ. In duodecimo enim mense, tertiadecima mensis, qui est Adar, aderant litteræ scriptæ à rege. In eadem die perierunt, qui aduersabantur Iudæis. Nullus enim contra stetit, timens eos. Principes enim satraparum, & tyranni, & regij Scribæ honorabant Iudæos. Timor enim Mardochæi incubuerat eis. Aduenerat enim edictum regis, vt nominatus esset in omni regno. Et in Susis ciuitate interfecerunt Iudæi viros quingentos, & Pharsannes, & Delphon, & Phasga, & Pharadatha, & Barea, & Sarbara, & Marmasima, & Ruphæum, & Arsæum, & Zabuthæum, decem filios [α] Amã Amadathi Bugæi inimici Iudæorum, & [β] diripuerunt in eadem die. Et datus est numerus regi eorum, qui perierant in Susis. Dixit autem rex ad Esther:

Peremerunt

A Peremerunt Iudæi in Susis ciuitate viros quingentos: in adiacente autem quomodo, putas, vsi sunt? Quid igitur postulas amplius, & erit tibi? Et dixit Esther regi. Detur Iudæis, vt vtantur similiter cras, vt decem filios Aman suspendant. Et permisit rex sic fieri, & permisit Iudæis ciuitatis, corpora filiorum Aman suspendere. Et congregati sunt Iudæi in Susis quartadecima Adar, & occiderũt viros trecentos, & nihil diripuerunt. Cæteri autem ex Iudæis, qui in regno, congregati sunt, & seipsos adiuuabant, & requieuerunt ab hostibus. Peremerunt enim ex eis γ quindecim millia die tertiadecima Adar, & nihil diripuerunt. Et requieuerunt quartadecima eiusdem mensis, & egerunt diem illum requietis B cum gaudio, & lætitia. Iudæi autem, qui in Susis ciuitate, congregati sunt etiam quartadecima; & requieuerunt. Egerunt autẽ & quintãdecimã cũ gaudio & lætitia. Propter hoc igitur Iudæi, qui disseminati sunt in omni regione, quæ extra muros, agũt quartãdecimam Adar diem bonam cum lætitia, mittentes partes vnusquisque δ proximo. Scripsit autem Mardochæus verba hæc in libro, & misit Iudæis, quicumque erant in regno Artaxersis, ijs qui prope, & ijs qui longe, vt statuerent dies hos bonos, & celebrarent quartam decimam, & quintãdecimam Adar (In his enim diebus requieuerunt Iudæi ab inimicis suis) & mẽsem in quo facta est eis conuersio, qui erat Adar, ex luctu in gaudium, & ex dolore C in bonam diem, celebrarent totum, bonos dies nuptiarũ, & lætitiæ, mittentes partes amicis, & medicis. Et susceperunt Iudæi, sicut scripsit eis Mardochæus, quomodo Aman Amadathi Macedo impugnabat eos, sicut posuerat decretũ sortẽ delendi eos, & vt intrauit ad regem dicens, suspenderet Mardochæum: quæcũque vero aggressus est inducere super Iudæos mala, super ipsum euenerunt, & suspensus est ipse, & filii eius. Propter hoc vocati sunt dies illi ε Phruræ propter sortes: quoniam lingua eorũ vocantur Phruræ. Per verba epistolæ huius quæcumque passi sunt propter hæc, & quæcumque euenerunt ipsis. ζ Et statuit, & susceperunt Iudæi super se, & super semen suum, & super appositos ad ipsos: D nec sane aliter vtentur. η Dies autem hi memoriale perfectum per progeniem & progeniem, & ciuitatem, & patriam, & regionem. Dies autem hi ipsorum Phruræ celebrabuntur in omne tempus: & memoria eorum non deficiet a generationibus. Et scripsit Esther regina filia Aminadab, & Mardochæus Iudæus, quæcumque fecerunt, & firmamentum epistolæ ipsorum Phruræ. Et Mardochæus, & Esther regina statuerunt sibi per se: & tunc statuentes per θ sanitatem suam ipsorum, & consilium ipsorum. Et Esther verbo statuit in seculum: & scriptum est in memoriali.

E α Amadathi.] *Compl. habet*, καὶ τοὺς δέκα υἱοὺς ἀμὰν, *quod quidem* καὶ *redundat.* β Diripuerunt.] *Compl.* οὐ διήρπασαν, non diripuerunt: *quod respondet vulgatæ, & ita etiam paulo post in similibus locis est in nostro, & alii codicibus græcis.* γ Quindecim millia.] *Eadem*, μυριάδας ἑπτὰ πεντακισχιλίους, septuaginta quinque millia *vt vulgata.* δ Proximo.] *In plerisque hæc adduntur*, οἱ δὲ κατοικοῦντες ἐν ταῖς μητροπόλεσι, καὶ τὴν πεντεκαιδεκάτην ἡμέραν τοῦ ἀδὰρ εὐφροσύνην ἀγαθὴν, (*istud* ἀγαθὴν; *abest à nonnullis:* Compl. *autem* ἐν εὐφροσύνῃ) ἄγουσιν ἐξαποστέλλοντες μερίδας τοῖς πλησίον, qui vero habitant in metropolibus, etiam quintamdecimam diem Adar lætitiam bonã agunt mittentes partes proximis: *quæ non sunt in hebræo, neque in vulgata,* ε Phruræ.] *Compl.* φουρὶμ, *& vulgata*, Phurim. ζ Et statuit.] *Hebræus habet*, & statuerunt, *& coniungit cum sequentibus.* η Dies autem.] *Hæc vsque ad alterum*, dies autem, *absunt a Compl. In hebræo autem, & vulgata multo plura interijciuntur, & explicatiora.* θ Sanitatem.] *Compl.* κατὰ τὴν νηστείαν αὐτῶν, secundum ieiunium ipsorum.

CAP. X.

A

SCRIPSIT autem rex ad regnum terræ,& maris. Et fortitudinem eius,& magnificentiam eius,& diuitias,& gloriam regni eius, ecce scripta sunt in libro regum Persarum,& Medorum in memoriam. Mardochæus autem secũdus erat à rege Artaxerse,& magnus erat in regno,& glorificatus à Iudæis, & amatus narrabat educationẽ omni genti suæ. Et dixit Mardochæus: A Deo facta sunt ista. Recordatus enim sum somnij, quod videram de verbis his. Neque enim præterijt de eis verbum. Paruus fons, * qui factus est flumen,& erat lux & *Sol*,& aqua multa. Esther est flumen, quam matrimonio iunxit rex,& fecit reginam. Duo vero dracones ego sum,& Aman. Gentes autem, quæ conuenerant ad perdendum nomen Iudæorum. Gens autem mea, hic est Israel, qui clamantes ad Deum,& saluati. Et saluauit Dominus populum suum: & eruit Dominus nos ex omnibus malis his. Et fecit Deus signa, & prodigia magna, quæ non sunt facta in gentibus. Propter hoc fecit sortes duas, vnam populo Dei, & vnam omnibus gentibus. Et venerunt duæ sortes hæ ad horam,& tempus,& ad diem iudicij coram Deo,& omnibus gentibus. Et recordatus est Deus populi sui,& iustificauit hæreditatem suam. Et erunt eis dies hi, in mense Adar die quartadecima,& quintadecima mensis, cum synagoga,& gaudio,& lætitia coram Deo per progeniem in seculum in populo eius Israel. Anno quarto regnante Ptolemæo,& Cleopatra, attulit Dosithæus (qui dicebat se esse sacerdotem, & Leuitam) & Ptolemæus filius eius propositam epistolam ipsorum Phruræ: quam dixerunt esse,& interpretatum esse Lysimachum Ptolemæi, qui in Hierusalem.

B

C

* Qui.] *Abest istud, à, ã Compl. Auctor tamen vulgatæ videtur habuisse.*

A

I O B.

C A P. I.

B HOMO quidam erat in [α] regione Ausitide, cui nomen Iob: & erat homo ille verax, sine [β] crimine, iustus, colens Deũ, abstinens ab omni mala re. Nati sunt autem ei filij septẽ, & filiæ tres, & erant pecora eius oues septies mille, cameli ter mille, iuga boum quingenta, fœminæ asinæ pascuales quin gentæ: & [γ] ministeriũ multum valde, & opera magna erant ei super terram: & erat homo ille [δ] nobilis inter eos, qui a solis ortu. Conuenientes autem filij eius adinuicem faciebant conuiuium per [ε] singulos dies, assumentes simul & tres sorores suas, vt comederent, & bibe- C rent cum eis. Cumque [ζ] consummati essent dies conuiuij; mittebat Iob, & purificabat eos exurgens mane, & offerebat pro eis victimas secundum numerum eorum, & vitulum [*] vnum pro peccato, pro animabus eorum. Dicebat enim Iob: ne [η] forte filij mei in mente sua cogitauerint mala erga Deum. Sic igitur faciebat Iob omnibus diebus. Et factum est sicut dies hæc; & ecce venerunt [θ] angeli Dei, vt starent coram Domino, & diabolus venit [ι] cum eis. Et dixit Dominus diabolo: Vnde ades? & respondens diabolus Domino, dixit: Postquã circuiui terram, & perambulaui eã, quæ sub cælo; adsum. Et dixit ei Dominus; Attendisti mente tua super puerum meum Iob? quod non est iuxta eum in terra? D homo [κ] sine crimine, verax, colens Deum, abstinens ab omni mala re? Respõdit autem diabolus, & dixit coram Domino: Num gratis Iob [λ] colit Dominũ? nonne tu munisti ea, quæ extra ipsum, & quæ intra domum eius, & quæ extra ex omnibus, quæ sunt in circuitu eius? opera autẽ manuũ eius benedixisti, & pecora eius multa fecisti super terram? Sed mitte manum tuam, & tange omnia, quæ habet: certe [μ] in faciem te benedicet. Tunc dixit Dominus diabolo: Ecce omnia quæcumque sunt ei, do in manum tuam; sed ipsum ne tetigeris. Et exiuit diabolus a Domino. Et erat sicut dies hæc, filij Iob, & filiæ eius bibebant vinum in domo fratris sui senioris: & ecce nuncius venit ad Iob, & dixit ei: Iuga boum ara E bant, & fœminæ asinæ pascebantur coniunctæ eis, & [ν] venientes prædones prædati sunt eas, & pueros interfecerunt in gladijs: saluatus autem ego solus veni, vt annunciarem tibi. Adhuc [ξ] isto loquente, venit alius nuncius, & dixit ad Iob: Ignis [ο] cecidit de cælo, & combussit oues, & pastores deuorauit similiter: saluatus autem ego solus veni, vt annunciarem tibi. Adhuc isto loquente venit alius nuncius, & dixit ad Iob: [π] Equites fecerunt nobis capita tria, & circundederunt camelos, & ceperunt, & pueros occiderunt in gladijs: saluatus autem [ρ] sum ego solus, & veni, vt annunciarem tibi. Adhuc isto loquente,

alius nunciusaduenit, dicens: Filijs tuis, & filiabus tuis manducãtibus, & biben tibus apud fratrem ſuum ſeniorẽ, repente ρ ſpiritus magnus irruit è deſerto, & tetigit quatuor angulos domus, & cecidit domus ſuper paruulos tuos, & mortui ſunt: ſaluatus autem ſum ego ſolus, & veni, vt annunciarem tibi. Sic exurgẽs Iob conſcidit σ veſtimenta ſua, & totondit comam τ capitis, & procumbens humi adorauit, & dixit: Ipſe nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus & reuertar illuc: Dominus dedit, Dominus abſtulit: υ ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini φ benedictum. In omnibus his, quæ acciderunt ei, nihil peccauit Iob coram Domino: & χ non dedit inſipientiam Deo.

α In regione Auſitide.] ἐν τῇ χώρᾳ τῇ αὐσίτιδι. *Aquila* ἐν γῇ ὢς, in terra Hus, *quam lectionem ſequitur S. Ioannes Chryſoſtomus in homiliis de patientia Iob, & Complutenſis editio.* β Sine crimine.] ἄμεμπτος, *S. Cyprianus de mortalitate habet,* homo ſine querela, verus Dei cultor. *Symm.* ἄμωμος, immaculatus, *quemadmodum & Compl. Aquila, & Theodotio,* ἁπλοῦς, ſimplex. *Apud Chryſ. habentur eadem atque hæc, ſed non eodem omnino ordine.* γ Miniſterium.] ὑπηρεσία. *Aquila,* δουλεία, ſeruitium. *Sym.* οἰκετία, famulitium, familia. δ Nobilis.] εὐγενής. *Scho.* μέγας magnus, *quod habet Compl. Sym.* μέγιστος πάντων ἀνατολικῶν, maximus omnium Oriẽtalium. ε Singulo quoque die.] καθ' ἑκάστην ἡμέραν. *Schol.* ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ ἡμέραν, vnuſquiſque ſuo die, *quod eſt in Compl. S. Aug. in annot. in hunc librum hæc de iſto loco refert,* faciebant conuiuium quotidie, donec eorum numerus impleretur. ζ Conſummati eſſent.] συνετελέσθησαν. *Schol.* ἤρξαντο, *cepiſſent.* * Et vitulum vnum pro peccato, pro animabus eorum.] *Hæc abſunt à Compl. ſed referuntur a Chryſoſt. & Olymp. & interpres Originis,* pro peccatis animarum eorum. η Ne forte filij mei.] *Sic etiam Chryſ. Aquila,* εἴ πως ἥμαρτον οἱ υἱοί μου, καὶ ηὐλόγησαν θεὸν ἐπὶ καρδίας αὐτῶν, ſi quo modo peccauerunt filij mei, & benedixerunt Deum in cordibus ſuis, *nec multo aliter Compl. S. Aug. ſic habet,* ne forte peccauerint filii mei, & maledixerint Deo in cordibus ſuis. θ Angeli Dei.] *Sic etiam Chryſoſt. & Aug. Schol.* υἱοὶ θεοῦ, filij Dei, *quod etiam in Compl.* ι Cum eis.] *Ita etiam S. Aug. Schol.* ἐν μέσῳ αὐτῶν, in medio eorum, *prout etiam Chryſo. & Compl. Aquila,* καί γε σατὰν ἐν μέσῳ αὐτῶν, atque etiam Satan in medio eorum. *Theodotio,* ἀντικείμενος, aduerſarius. κ Homo ſine crimine.] *Schol.* ἀνὴρ ἁπλοῦς καὶ ὀρθὸς, καὶ φοβούμενος τὸν θεὸν, vir ſimplex & rectus, & metuens Deum. *Compluten. vtrumque miſcuit.* λ Colit Dominum.] σέβεται τὸν κύριον. *Schol.* φοβεῖται τὸν θεὸν, timet Deum. *Nam lxx. timorem Domini ſolent vertere* θεοσέβειαν, caſtam, & ſancti timoris plenam venerationem Dei. μ Certe in faciem.] ἦ μὴν εἰς πρόσωπόν σε. *Aquila,* οὐκ εἰς πρόσωπόν σου εὐλογήσει σε, non in faciem tuam benedicet te. *Complut. cætera eodem modo, ſed habet* εἰ μὴ, niſi. *Didymus videtur legiſſe apud lxx.* εἰ οὐκ, *atque ita interpretatur,* ἐὰν μὴ τότε φανερῶς βλασφημήσῃ, ſi nõ tunc manifeſte, ac palam blaſphemauerit, *& aliud Schol.* φανερῶς, ἀναισχύντως, manifeſte, impudenter. *B. Aug.* niſi in faciem tuam benedixerit tibi. ν Et venientes.] *Sic etiam Chryſ. Aug.* & venerunt hoſtes, & ceperunt eos. *Schol.* ἐπέπεσε σαβὰ, irruit Saba, *quod habet Compl.* ξ Adhuc iſto.] ἔτι τούτου λαλοῦντος. *Schol.* ἔτι οὗτος ἐλάλει, καὶ οὗτος ἦλθε. adhuc iſte loquebatur, & venit iſte. ο Cecidit de cælo.] ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, *ſic etiam Chryſ. Schol.* πῦρ παρὰ τοῦ θεοῦ κατηνέχθη, ignis a Deo immiſſus eſt. *Compl. vtrumque miſcuit.* π Equites fecerunt.] *Schol.* χαλδαῖοι ἐπέθηκαν τρεῖς ἀρχὰς, Chaldæi immiſerunt tria principia, *quod etiam habet Compl. Aquila,* τάγματα τρία, ordines tres. ρ Spiritus.] *Aquila* ἄνεμος μέγας, ventus magnus, *quod habet Compl.* σ Veſtimenta.] τὰ ἱμάτια. *Schol.* ἔνδυμα, indumentum. *Theodor.* τὸν ἐπενδύτην, pallium, veſtem ſuperiorem. *Aquila* ἐφεστρίδα, *quod idem valet.* τ Capitis.] *In aliis codicibus hæc ſequuntur,* αὐτοῦ, καὶ κατεπάσατο γῆν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, ſui, & ſparſit terram ſuper caput ſuum, *quæ à Chryſ. non referuntur.* υ Sicut Domino placuit, ita factum eſt.] *Hæc videntur remanſiſſe ex vetuſtiore verſione etiam in vulgata, eaque habet B. Greg.* φ Benedictum.] *In aliquibus codicibus ſequitur,* εἰς τοὺς αἰῶνας, *quod etiam habet Chryſ. ſed non S. Cypr. in lib. de mortalitate.* χ Non dedit.] *Olympiodorus.* Manifeſtius, inquit, hebræus, οὐκ ἐμέμψατο τῷ θεῷ, non incuſauit Deum. *Symmachus,* οὐδὲ ἠφρονεύσατο πρὸς τὸν θεὸν, neque inſipienter ſe geſſit erga Deum.

C A P. II.

FACTVM eſt autem vt dies hæc; & venerunt α angeli Dei, vt aſsiſterent coram Domino, & diabolus venit in medio eorum, vt aſsiſteret coram Domino. Et dixit Dominus diabolo: Vnde tu aduenis? Tunc dixit diabolus in conſpectu Domini: Poſtquam peragraui eam quæ ſub cælo, & obambulaui vniuerſam; adſum. Dixit autem Dominus ad diabolum: Attendiſti igitur famulo meo Iob? quod non eſt iuxta eum de ijs, qui ſunt ſuper terram, homo innocens, verax, irreprehenſibilis, timens Deum, abſtinens ab omni malo: adhuc autem β retinet innocentiam. Tu γ vero dixiſti ſubſtantiam eius fruſtra perdere. Suſcipiens autem diabolus dixit Domino: Pellem pro pelle, δ quæcumque

A cumque sunt homini, pro anima sua pendet. Alioquin autem mittens manum tuam, tange ossa eius, & carnes eius: certe in faciem te benedicet. Dixit autem Dominus diabolo. Ecce trado tibi eum: tantummodo [ε] animam eius custodi. Exiuit autem diabolus a Domino, & percussit Iob vlcere maligno, a pedibus vsque ad caput: & sumpsit testam, vt [ζ] saniem raderet, & sedebat in [η] sterquilinio extra ciuitatem. [θ] Tempore autem multo transacto dixit ei vxor eius. Quousque sustinebis dicens, ecce permaneo tempus adhuc paruum, expectans spem salutis meæ? Ecce enim deletum est memoriale tuum de terra, filij, & filiæ, mei vteri dolores, & labores, quos in vacuũ laboraui cum ærumnis: tu vero ipse in putredine vermium sedes, pernoctans sub dio: & ego errans, & ancilla, locũ [ι] ex loco, & domum e domo, expectans solem, quando occidet, vt B requiescam ab ærumnis, & doloribus, qui me nunc premunt. Sed dicito [κ] aliquod verbum in Dominum, & morere. Ille vero inspiciens dixit ei: Tanquam vna [λ] insipientum mulierum locuta es. Si bona suscepimus de manu Domini; mala cur non sustinebimus? In omnibus his, quæ acciderunt ei, nihil peccauit Iob labijs coram Deo. Cum audissent autem tres amici eius, mala omnia, quæ superuenerant ei; aduenerunt vnusquisque e propria regione ad eum, Eliphaz Tæmanorũ rex, Baldad Sauchæorũ tyrannus, Sophar Minæorum rex: & accesserunt ad eum [μ] vnanimiter ad consolandum, & visitandum eum. Cum vidis- C sent autem eum de longe, nõ agnouerunt: & clamantes voce [ν] magna plorauerunt, scindentes vnusquisque stolam suam, & aspergentes terram assederunt [ξ] ei septem dies, & septem noctes, & nemo eorum locutus est: videbant enim plagam esse grauem, & magnam valde.

α Angeli Dei.] *Schol.* οἱ υἱοὶ τοῦ θεοῦ, filij Dei, *vt Compl.* β Retinet innocentiam.] *Polychronius.* Hebræus, ἔχεται τῆς ἑαυτοῦ τελειότητος, retinet suam ipsius perfectionem. γ Tu vero dixisti.] *Didymus:* Hoc Aquila manifestius edidit, ἀνέσεισάς με ἐπὶ αὐτῷ τοῦ καταποντίσαι αὐτὸν δωρεάν, commouisti me in eum, vt deglutirẽ eum gratis. δ Quæcunque.] *In multis codicibus antecedit* πάντα, omnia, *in Compl. pro* ἐκτίσει *(idest)* pendet, *habet* δώσει, dabit. *Symmachus* χρῶτα ὑπὲρ χρωτὸς, καὶ πάντα, ὅσα ἔχει προήσεται ὑπὲρ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, cutem pro cute, & om- D nia quæcunque habet, proijciet pro anima sua. ε Animam eius.] *Sic etiam B. Ambrosius. Theodoretus autem,* τῆς ψυχῆς αὐτοῦ οὐχ ἅψῃ, animam eius ne tetigeris, *& eodem fere modo Chrysostomus homilia* 15. *in primam ad Corinthios* πλὴν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ μὴ ἅψῃ. ζ Vt saniem raderet.] ἵνα τὸν ἰχῶρα ξύῃ. *Apollinarius.* Hebræus habet, τοῦ κνᾶσθαι ἐν αὐτῷ, vt scalperet se in ea. η Sterquilinio.] ἐπὶ τῆς κοπρίας. Aquila ἐντὸς τῆς σποδοῦ, intra cinerem, *quod habet Compl. Symm.* ἐπὶ τῆς σποδοῦ, in cinere. θ Tempore.] *Longa hæc mulieris oratio in Compl. resecata est, vt respondeat vulgari, sed est in omnibus græcis exempp. & a Chrysostomo hom.* 28. *in primam ad* Cor. *& Olympiodoro exponitur.* ι Locum ex loco.] *In aliis codicibus sequitur* περιερχομένη, circumerrans. κ Dicito aliquod.] *Schol.* κατάρασαι τὸν θεὸν, maledicito Deum. λ Insipientum.] τῶν ἀφρόνων. Aquila ἀπορευσῶν, defluentium, delirantium. μ Vnanimiter.] ὁμοθυμαδὸν. *Symm.* συνετάξαντο γὰρ ὁμοῦ ἐλθόντες, συμπαθῆσαι αὐτῷ, καὶ παραμυθήσασθαι αὐτὸν, constituerant enim simul venientes compati ei. & consolari eum. ν Magna.] *Polychronius:* Quidam autem libri habent, καὶ ἀναβλέψαντες εἰς τὸν οὐρανὸν, & aspicientes in cælum. ξ Assederunt.] *Polychr.* hæc significantius habet hebræus: inquit enim καὶ ἐκάθισαν παρ᾽ αὐτὸν ἐπὶ τῆς γῆς, & sederunt iuxta eum super terram.

E

CAP. III.

POST hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suæ dicens: Pereat dies in qua natus sum, & nox illa, [α] qua dixerunt; ecce masculus: [β] nox illa sit tenebræ, neque requirat eam Dominus desuper: nec veniat in eam lumen, sed [γ] excipiant illã tenebræ, & vmbra mortis: superueniat in eã [δ] caligo: [ε] maledicta sit dies & nox illa: auferãt eã tenebræ: [ζ] non sit in diebus anni, neque numeretur in diebus mẽsiũ: sed nox illa sit [η] dolor, & nõ veniat super eã lætitia, neque [θ] gaudiũ: sed maledicat ei, qui maledicit diẽ illã: [ι] qui habet magnũ ce-

 tum

tũ opprimere: obtenebrescant sydera noctis illius: ᵏ permaneat, & in lucem non veniat, & non videat Luciferũ exorientem: quoniam non conclusit portas ventris matris meæ: abstulisset enim vtique laborem ab oculis meis. Quare enim in ventre non obij? ex vtero autem exij, & non protinus perij? vt quid autem occurrerunt mihi genua? quare autem vbera suxi? nunc vtique dormiens quiescerem; somnum autem capiens requiescerem, cum regibus, consiliarijs terræ, qui gloriabantur in gladijs, aut cum principibus, quibus multum fuit aurum, qui compleuerunt domos suas argento: aut tanquam obortiuum exiens de vulua matris: aut tanquam infantes, qui non viderunt lucem. Vbi impij λ accenderunt furorem iræ: ibi requieuerunt fatigati corpore: pariter autem μ seculares non audierunt vocem ν exactoris: pusillus, & magnus ibi est, & seruus ξ timens Dominum suum. Vt quid enim data est eis, qui in amaritudine sunt, lux, & vita animabus, quæ sunt in doloribus? qui desiderant mortem, & non cõtingit illis: effodientes quasi thesauros, læti autem facti sunt, si fuerint consequuti: mors vero ο requies: π conclusit enim Deus super eum: ante escas quippe meas ρ gemitus adest, & σ fleo ego coarctatus timore. Timor enim, quem verebar, venit mihi; & quem metueram, occurrit mihi: neque in τ pace fui, neque in silentio, neque in requie: venit autem mihi υ ira.

α Qua dixerunt, ecce masculus.] *Symmachus* ἐν ᾗ ἐκυήθη ἄνθρωπος, in qua conceptus est homo, *B. Aug.* nox in qua dixerunt, conceptus est homo. β Nox illa.] *B. Aug.* dies illa sint tenebræ, *& sic videtur legisse Olympiodorus.* γ Excipiant illam.] ἐκλάβοι δὲ αὐτήν. *Symmachus*, ἀντιποιήσαιτο αὐτῆς, occupet eam. *Theodotio*, ἀγχιστευσάτω αὐτήν, persequatur eam, & sibi asserat. *Aquila*, μολυνάτω, inquinet. δ Caligo.] γνόφος. *Aquila* νέφωσις, nubilum. *Symmachus* ἀχλύς, obscuritas, *Theodoretus* συννεφία, densitas nubium. ε Maledicta sit.] καταρασθείη. *Aquila*, καὶ ἐκθαμβήσουσιν αὐτήν, ὡς πικρασμοί, & exterreant eam, quasi amaritudines: *apud B. Aug. hæc referuntur*, & conturbent eam, quasi amaritudines dies, & noctem illam accipiant tenebræ perpetuæ: non sit in diebus, &c. *in Compl. autem*, καὶ ταραχθείη ἡ ἡμέρα ἐκείνη, καὶ ἡ νὺξ ἐκείνη, ἀπενέγκαιτο αὐτὴν σκότος, & conturbetur dies illa, & nox illa: auferant eam tenebræ. ζ Non sit in diebus.] *Symm.* μηδὲ συναρθείη, neque cohæreat. η Dolor.] *Seuerianus*, Symmachus dixit ἔκβλητος, idest, eiecta. Hebræus autem μεμονωμένη, solitaria. θ Gaudium.] *Schol.* ἀγαλλίαμα, exultatio. ι Qui habet.] *Sic S. Ambr. in Lu. tom. 4. c. 4. Aquila*, οἱ παρεσκευασμένοι ἐξεγεῖραι λευιαθάν, qui parati sunt excitare Leuiathan. *Symm.* οἱ μέλλοντες διεγείρειν τὸν λευιαθάν, qui habent suscitare Leuiathan, *& ita Comp. nisi quod habet*, λεβιαθάν. *Theodotio*, οἱ ἕτοιμοι ἐξυπνίσαι δράκοντα, qui prompti sunt expergefacere draconem. κ Permaneat.] *Ita S. Aug. quamuis possit verti*, sustineat, *idest*, expectet. *Symmachus*, προσδοκηθείη φῶς, καὶ μὴ εἴη, expectetur lux, & non sit. λ Accenderunt.] ἐξέκαυσαν. *Atque hoc modo notat Olympiodorus in aliis libris legi: ipse tamen habet* ἔπαυσαν, *itemque aliud scholium, & S. Aug.* deposuerunt furorem suum, *in quibusdam codicibus est*, ἐξέπαυσαν, *quod idem valet. Theodotio* ἐκόπασαν, *& Symmachus* ἐκόπασαν ὀργῆς θυμόν, cessarunt, sedarunt iræ furorẽ. *Aquila* ἐπαύσαντο κλονῆσαι, cessarunt turbare, ac tumultum ciere. μ Pariter autem seculares.] ὁμοθυμαδὸν δὲ οἱ αἰώνιοι. *Sic, quod apud S. Paulum Tit. c. 1. græce est* πρὸ χρόνων αἰωνίων, *in vulg. est*, ante tempora secularia. *Scholium*, ἐκεῖ γὰρ εἰσὶν οἱ ἐξ αἰῶνος τελευτήσαντες τῆς τῶν πρακτόρων ἀπεχθείας ἀπαλλαγέντες, illic enim sunt, qui a seculo obierunt, ab exactoris molestia liberati. *Apud lxx. videtur vox* αἰώνιον, *sæpe significare, quod in hoc seculo transit. Aquila* ἅμα δέσμιοι εὐθηνοῦσι, simul vincti sine molestia fuerunt, ac prosperati sunt. *Symm.* ὁμοῦ δεσμῶται ἀόχλητοι, simul in vinculis habiti, à turbatione liberi.] *Compl. habet* οἱ δεδεμένοι. ν Exactoris.] *Sic S. Aug. quod græce est* φορολόγου. *Aquila* εἰσπράσσοντος, *quod idem valet, aut etiam communius quiddam, nam* φορολόγος, *proprie est tributi, ac vectigalium exactor. Symmachus* ἐπαναγκαστοῦ, cogentis, & extorquẽtis. ξ Timens.] *Plerique libri habẽt*, οὐ δεδοικώς, non timens, *sic S. Aug. & Origenes, & S. Hier. in Esa. c. 24.* ο Requies.] *In plerisque codicibus sequitur* οὗ ἡ ὁδὸς ἀπεκρύβη, *atque ita etiã testatur Olymp. in aliquibus legi cum ista adiũctione* ἀπ' αὐτοῦ, cuius via abscondita est ab eo. *S. Aug.* cuius vita abscondita est, *sed facile potuit mendum obrepere.* π Conclusit.] συνέκλεισε. *Olymp.* Symmachus autem reddidit, ἀπέφραξεν ὁ θεὸς κατ' αὐτοῦ, obstruxit Deus supra eum. ρ Gemitus adest.] *Sic S. Aug. In Compl. additur* μοι, adest mihi. *Aquila* ὅτι εἰς πρόσωπον ἄρτου μου στεναγμὸς ἐλεύσεται, quia ad faciem panis mei gemitus veniet. σ Fleo ego.] *Ita S. Aug. nisi quod non habet*, ego, *Schol.* καὶ χυθήσεται, ὡς ὕδατα, βρυχήματά μου, & fundentur sicut aquæ, rugitus mei, *quam lectionem habet Compl. sed omittit illud* μου, *quod tamen necessarium est.* τ Neque in pace fui.] *Aquila*, οὐκ εὐπάθησα, non me oblectaui, non indulsi genio. υ Ira.] *Schol.* κλόνος, tumultus, turba, tremor.

CAP.

CAP. IV.

A SVSCIPIENS autem Eliphas Themanites, ait: Num [α] sæpe tibi sermo est habitus in molestia? pondus autem verborum tuorum quis sustinebit? si enim tu erudiuisti multos, & manus infirmas consolatus es, & eos qui infirmabantur, erexisti verbis, genibusque impotentibus fiduciam circumposuisti. Nunc autem venit super te labor, & tetigit te. [β] Turbatus es. Nonne timor tuus est in [γ] stultitia? & spes tua, & iniquitas viæ tuæ? Recordare igitur quis cum mundus esset, perijt, vel quando veraces radicitus perierunt? quemadmodum vidi eos qui arabant absurda: qui autem seminant ea, dolores metent sibi: B a præcepto Domini peribunt: a spiritu autem iræ eius delebuntur. * Robur leonis, & vox leænæ, & gaudium draconum extinctum est. [δ] Myrmicoleon perijt, eo quod non haberet escam: & catuli leonum diuisi sunt ab inuicem. Si quod [ε] autem verbum verax fuisset in sermonibus tuis; nihil tibi horũ malum accidisset. Nunquid non capiet auris mea ab eo [ζ] magnifica? [η] Timore autem, & sonitu nocturno incidens timor super homines, horror mihi occurrit, & tremor, & valde ossa mea concussit, & spiritus in [θ] faciem meam incurrit; horruerunt autem pili mihi, & carnes: [ι] surrexi, & non cognoui: vidi, C & non erat figura ante oculos meos: sed [κ] auram, & vocem audiebam: quid enim? nunquid homo coram Domino mundus erit, vel de operibus suis inculpabilis vir? Si contra [λ] seruos suos non credit, & aduersus angelos suos prauum quid aduertit; habitantes autem domos [μ] luteas, ex quibus & ipsi de eodem luto sumus? Percussit illos tanquam tinea, & a mane vsque ad vesperam vltra non sunt: eo quod non possent sibi ipsis subuenire, perierunt: [ν] insufflauit enim eis, & exaruerunt: interierunt, quia non habebant sapientiam.

[α] Num sæpe tibi sermo.] μὴ πολλάκις σοι λελάληται ἐν κόπῳ *id ita exponit Olympiodorus*, scis minime solitos esse nos molesta tibi loqui, teque ad iram prouocare. *Addit autẽ hæc*, Theodotio, & Symmachus reddiderunt, ille quidem D εἰ λη[illegible]όμεθα λαλῆσαι πρὸς σὲ, κοπιάσεις, si aggrediemur loqui tecum, defatigaberis, hic autem, ἐὰν ἀναλάβωμεν λόγον, μοχθήσεις, si assumpserimus sermonem, ægre feres. *Lectionem Theodotionis habet Complut.* [β] Tu turbatus es.] σὺ ἐσπούδασας. *Compl. habet* σὺ δὲ, tu autem. *Schol.* ἐθορυβήθης, conturbatus es. [γ] In stultitia, & spes tua, & iniquitas tua.] ἐν ἀφροσύνῃ, καὶ ἡ ἐλπίς σου, καὶ ἡ κακία τῆς ὁδοῦ σου, *vnus codex pro*, κακία, *habet*, ἀκακία, innocentia. *Aquila*, ἡ ὑπομονή σου καὶ ἡ ἁπλότης τῶν ὁδῶν σου, patientia tua, & simplicitas viarum tuarum. S. *August.* nonne timor tuus stultus est, & spes tua, & simplicitas vitæ tuæ quasi stultitia? * Robur.] σθένος, *in Compl. est* στένος, *&* S. *August.* fremitus. *Schol.* ἀπόλλυται ἀνυπόστατος λέων, leo inuictus, atque intolerabilis perditur. [δ] Myrmicoleon perijt.] *Sic S. Aug.* Aquila, λὶς ὤλετο, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν θήραν, leo perijt, eo quod non habeat venationem. *Complut. retinuit*, μυρμηκολέων, *sed ab Aquila sumpsit*, θήραν. [ε] Si quod autem verbum verax.] *Symmachus*, πρὸς ἐμὲ δὲ ἐλαλήθη λαθραίως ἐν κλοπῇ, ad me autem dictum est clanculum in furto, *& ita Compl.* [ζ] Magnifica.] ἐξαίσια. *Ita est apud B. Aug. nisi quod pro*, capiet, *habet*, capit, *& eadem notione sæpe accipitur in hoc libro*, Symmachus, καὶ ἐδέξατο τὸ οὖς μου ψιθυρισμὸν, & suscepit auris mea susurrum, *à quo nõ longe abest vulgata.* [η] Timore autem.] *Polychronius legit*, φόβος δὲ καὶ ἠχὼ νυκτερινή, timor autem, & sonitus nocturnus. E *Aquila*, ἐν παραλλαγαῖς ἀπὸ ὁραματισμῶν νυκτὸς, in alienationibus a visionibus noctis. *Symm.* ἐν ἐκπλήξει ἀπὸ ὁράματός μου νυκτερινοῦ, in pauore a visione mea nocturna, *quam lectionem Compl. probauit.* [θ] In faciem meam.] *Schol.* διὰ τὸ πρόσωπόν μου, per faciem meam. S. *Aug.* in faciem mihi. [ι] Surrexi.] ἀνέστην. *Sym.* ἔστην, καὶ οὐκ ἐπιγνώσομαι, steti, & non agnoscam, *quamuis suspicari liceat legendum esse*, ἔστη, sterit; *ita enim hebræus.* [κ] Auram, & vocem.] *Symmachus* ἠρεμίας φωνῆς ἤκουον, silentium vocis audiebam. [λ] Si contra seruos suos.] *Symmachus* ἐν δούλοις αὐτοῦ ἀβεβαιότης, καὶ ἐν ἀγγέλοις αὐτοῦ εὑρήσει ματαιότητα, in seruis suis instabilitas, & in angelis suis reperiet vanitatem. [μ] Luteas.] *Symmachus*, πόσῳ μᾶλλον τοῖς κατασκηνοῦσιν οἰκίας πηλίνας, ὧν γήϊνος ὁ θεμέλιος; quanto magis habitantibus domos luteas, quarum terrenum est fundamentum? [ν] Insufflauit enim eis, & exaruerunt.] *Schol.* συνεξῆρεν τὸ ὑπόλειμμα αὐτῶν ἐν αὐτοῖς, ἐξέλιπον, abstulit reliquias eorum in eis, defecerunt, *quam lectionem sequitur Complut. nisi quod non habet*, ἐξέλιπον, *vulg. etiam videtur inde fluxisse.*

CAP.

C A P. V.

A

INVOCA autem, si quis tibi respondeat, vel, si quem angelorum sancto- rum aspicias: etenim stultum perimit ira: [α] errantem autem occidit ze- lus. Ego autem vidi stultos radicem mittẽtes; [β] sed statim absumpta est il- lorum habitatio. Longe fiant filij eorum a salute, & [γ] conterantur super ia- nuas minorum; & non erit qui eripiat. Quæ enim illi [*] congregauerunt; [δ] iusti comedent: ipsi [ε] vero de malis non liberabuntur: exhauriatur [ζ] fortitudo eorũ: non enim [η] prodiet de terra labor, neque de montibus germinabit mole- stia. Sed homo nascitur labori: [θ] pulli autẽ vulturis aptißime volitant. Verun- tamen ego deprecabor Dominum: Dominum autem omnium horum domi- natorem inuocabo, qui facit magna, & non vestigabilia gloriosaque, & magni- fica, quorum non est numerus, qui dat pluuiam super terram, qui mittit aquam super [ι] eam, quæ sub cælo, qui facit humiles in altitudinem, & suscitat eos qui perierant, qui [κ] auertit consilia versutorum, & non faciẽt manus eorum veri- tatẽ: qui [*] capit sapientes in prudentia: consiliũ autem astutorum [λ] disiecit: in die [μ] occurrent eis tenebræ: in meridie autem palpent tanquam in nocte, & pereant in bello: infirmus autem egrediatur de manu potentis: fit autẽ [ν] in- firmo spes, iniusti autem os obstruatur. Beatus autem homo, quem arguit Do- minus: monitionem vero omnipotentis ne renuas. Ipse enim dolere facit, & rur sus [ξ] restituit: percußit, & manus eius sanauerunt: [ο] sexies de neceßitatibus te eruet, & in [π] septimo non te tanget malum. In fame te liberabit a morte, in prælio vero de manu ferri soluet te: à flagello linguæ abscondet te, & non time- bis a malis [ρ] venientibus: [σ] iniustos, & iniquos deridebis: & feroces be- stias non [τ] timebis. Bestiæ enim feræ pacatæ erunt tibi: deinde scies quod in pace erit domus tua: [υ] habitatio autem tabernaculi non peccabit. Scies autẽ quod multum semen tuum, & filij tui erunt, quasi omnis herba campi, & ve- nies in sepulchrum, tanquam frumentum maturum, quod in tempore messue- runt, vel sicut aceruus areæ in tempore comportatus. Ecce hæc ita exquisiui- mus: hæc sunt quæ audiuimus: Tu vero scito tibi ipsi, si quid egeris.

B

C

D

[α] Errantem.] πεπλανημένον, Aquila, θελγόμενον, *quasi*, illecebris deceptum.] *Symmachus* νήπιον, imprudentem, paruulum, *vt habet vulgata.* [β] Sed statim.] *Aquila*, καὶ κατηρασάμην τὴν εὐπρέπειαν αὐτῶν παραχρῆμα, & maledixi decorem eorum statim, *quam lectionem habet Complut.* [γ] Et conterantur.] κολαβρισθείησαν. *Notat enim Olympiodorus hoc idem valere atque* ἐπιτριβείησαν, *itemque quod* ἐξαπτελισθείησαν, attenuentur, κόλαβρον *enim esse paruulum suem, quare pro ea dictione Aquilam quidem dixisse* ἐπιτριβήσονται, conterentur, *quam lectionem habet Complut. Theodotionem vero* κατεκλάσθησαν, confracti sunt, *Symmachum vero* ταπεινωθήτωσαν, humilientur. *In alio tamen scholio Theodotioni tribuitur*, ταπεινωθήσονται, humiliabuntur. *Symmacho autem*, κατεκλάσθησαν. * Congregauerunt.] συνήγαγον. *Schol.* ἐθέρισαν, messuerunt. [δ] Iusti comedent.] *Symm.* πεινῶντες φάγονται, esurientes manducabunt. A*liud schol.* Aquila, πεινῶν φάγεται, famescens manducabit, *quod est in Compl.* [ε] Ipsi vero de malis.] *Symm.* αὐτοὶ δὲ πρὸς ἐνόπλων ἀρθήσονται, ipsi autem ab armatis tollentur, *quod item est in Complut.* [ζ] Exhauriatur.] *Sic S. Aug. quod græce est*, ἐκσιφωνισθείη, & *interpretatur Polychronius*, ἐκροφηθήσεται, δαπανηθήσεται, παντελῶς κενωθήσεται, exorbebitur, absumetur, penitus vacuabitur, *nimirum ducta tralatione ab ijs qui per siphonem hauriunt, donec nihil amplius humoris relinquatur. Atque addit Sym. quidem reddidiße*, ἀναρροφήσαι διψῶν τὴν δύναμιν αὐτῶν, absorbeat sitiens potentiam, & facultatem eorum, *Aquilam autẽ* ἀφειλκύσαντο διψῶντες εὐπορίαν αὐτῶν, attraxerunt, & hauserunt sitientes opulentiam eorum. [η] Non enim prodiet de terra labor.] *Symm.* οὐ γὰρ ἐξελεύσεται ἀπὸ κόνεως ὀδύνη, *non enim egredietur de puluere dolor.* [θ] Pulli autem.] *Sym.* τὰ τέκνα τῶν πετεινῶν ὑψοῦσι πτερόν, filii volatilium attollunt pennas. *Aquila*, καὶ υἱοὶ πτηνοῦ, & filii volucris. *Comp. habet* νεοσσοὶ δὲ ἀετῶν, pulli autem Aquilarum. [ι] Super eam, quæ sub cælo.] ἐπὶ τὴν ὑπ᾽ οὐρανόν. *Schol.* ἐπὶ πρόσωπον ἐξωτάτων, super faciem extimorum. [κ] Euertit.] διαλλάσσοντα. *Aquila*, ἀκυροῦντα, facientem irrita. *Symm.* διαλύοντα, dissoluentem. *Theodotio*, διασκεδάζοντα, dissipantem, *quod est in Compluten.* * Capit sapientes.]

E

A pientes.] ὁ καταλαμβάνων σοφοὺς ἐν τῇ φρονήσει. *Olympiodorus*, id est, ὁ ἐλέγχων, qui arguit, & reprehendit. *S. Cypr. in libro de bono patientiæ*, reprehendam sapientes in astutia ipsorum, *libro autem 5. ad Quirinum*, reprehendet. λ Astutorum disiecit] πολυπλόκων ἐξέστησε. *Olympiod.* πολυπλόκους vocat eos, qui nimium sunt intelligentes quos ij, qui proprias dictiones seligunt, soliti sunt appellare, ἀγκυλογνώμονας, propter obliquitatē, & peruersitatem sententiæ, ac mentis. *Interpretatur etiam illud*, ἐξέστησε, *pro* ἀχρήστους πεποίηκεν, ἠκύρωσεν, ἔξω τοῦ σκοποῦ στῆναι παρεσκεύασεν, inutiles reddidit, irritas fecit, eo redegit, vt scopum non attingeret. *Quod quidem inquit Symmachum ita esse interpretatum*, βουλὴ δὲ σκολιὰ ταραχθήσεται, consilium autem prauum disturbabitur. μ In die occurrent.] *S. Aug. videtur habuisse*, inhiantes dominari infirmis, in die occurrent illis tenebræ. ν Infirmo.] ἀδυνάτῳ. *Aquila*, ἀτόνῳ, languido. *Symm.* πτωχῷ, mendico. ξ Rursus restituit.] *Aquila*, μοτώσει, curabit, immisso linamento sanabit. *Symm.* ἐπιδήσει colligabit. ο Sexies de necessitatibus.] *Aquila*, ἐν ἓξ θλίψεσι ῥύσεταί σε. in sex tribulationibus liberabit te. π In septimo.] ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ, *Aquila*, & Theodotio, καὶ ἐν ἑπτά, & in septem. ρ A malis venientibus.] *Aquila*, ἀπὸ προνομῆς ἐπερχομένων, à direptione ingruentium. σ Iniustos, & iniquos deridebis.] *Apud S. Aug. legitur*, nonne patieris iniustos, & iniquos deridebis? *in aliqua*

B *editione est*, ἀπὸ ἀνδρὸς λαλοῦντος μηδὲν ἀγαθὸν, ἀδίκων, à viro qui nihil boni loquitur, iniustos, &c. τ Timebis.] *In aliqua editione sequitur*, ὅτι μετὰ τῶν λίθων τοῦ ἀγροῦ, ἡ διαθήκη σου, *quæ in nullo collatorum codicum sunt inuenta. habet tamen* S. *August.* quia cum lapidibus agri habebis fœdus. υ Habitatio.] *Aquila*, καὶ ἐπισκέψῃ ὡραιότητά σου καὶ οὐ μὴ ἁμαρτήσεις, & visitabis speciem, ac decorem tuum, & non peccabis. φ Non peccabit.] *Schol.* οὐ δυσπραγήσει, non infeliciter aget. *Chryſ.* domus fruetur multa pace; & qui in ea, sine vlla aut inter se, aut erga te seditione degent.

CAP. VI.

RESPONDENS autem Iob dicit: Si vero quis α appendens, appenderet iram meam, & dolores meos tolleret in statera pariter; & vtique

C arena maris β grauior erit. Sed vt videtur, verba β mea sunt mala: sagittæ enim γ Domini in corpore meo sunt; quarum furor earum bibit sanguinem meum: cum incœpero loqui; stimulant me. Quid enim? nunquid δ frustra onager clamabit, nisi escas requirens? nunquid & erumpet vocem bos, cum habeat in præsepe cibos? nunquid potest ε sine sale edi panis, aut est sapor in sermonibus vanis? non potest enim cessare ζ ira mea: fœtorem enim video escas meas, sicut est odor leonis. Si enim det, & veniat postulatio mea, & spem meam det Dominus: qui cœpit Dominus, vulneret me: in η finem autem ne me tollat: fit θ autē mea ciuitas sepulchrum, super cuius muros saltabam super eā:

D non parcam: non enim mentitus sum verba sancta Dei mei. Quæ enim virtus mea, vt sufferam? aut ι quod tempus meum, vt sustineat anima mea? nūquid virtus lapidum virtus mea, aut carnes meæ sunt æneæ? aut non in ipso cōfidebam? Sed adiutorium a me recessit: negauit me misericordia, & visitatio Domini me despexit: propinqui mei non respexerunt me: tanquam torrens deficiens, aut sicut fluctus, transierunt me: qui verebantur me, nunc irruerūt super me: sicut nix aut gelu concretum, quemadmodum quod liquefactum est calore exorto, non cognitum est quod erat; ita & ego derelictus sum ab omnibus. Perij autem & exul de domo mea factus sum: vias κ Themanorum videte, semitas Sabæo-

E rum intuentes: & confusionem debebunt, qui in ciuitatibus, & pecunijs confidunt. Nunc autem, & vos insurrexistis in me sine misericordia. Itaque videntes vulnus meum timete. Quid enim? nunquid aliquid vos petij, aut fortitudine vestra indigeo? vt saluetis me de inimicis, vel de manu potentium liberetis me? docete me, & ego obmutescam: si quid erraui, dicite mihi: sed vt λ videtur, vilia veracis verba: nō enim a vobis fortitudinē peto, neque correptio vestra verbis me sedabit: neque enim eloquutionem sermonis vestri sustinebo. Verumtamen super pupillum irruitis, & insultatis super amicum vestrum. Nunc autem μ inspiciens in facies vestras, non mentiar. ν Sedete obsecro, & non sit iniustum,

& rursus

& rursus iusto adestote. Non est enim in lingua mea iniquitas, aut fauces meæ nonne intellectum meditantur?

α Si vero quis appendens.] εἰ γάρ τις ἱστῶν στήσαι με τὴν ὀργὴν, *Chrys.* εἰ γάρ τις, dictum est pro εἴθε γὰρ, vtinam uero. *Symm.* ὡς εἴθε ἐσταθμίζετό μου ἡ ὀργὴ, quin vtinã ponderaretur ira mea. *Irã autẽ exponunt hoc loco Chrys. &* *Polychronius* ἀθυμίαν, deiectionem, atque ægritudinem animi: *Olympiodorus*, iram Dei. * Grauior.] βαρυτέρα, *& non discedit ab hebræo: nam quod hic dictum est,* τὰς ὀδύνας, dolores, *apud hebræum est singulare fœminini generis, ac si diceremus*, calamitas erit grauior. *In comm. tamen græcis est* βαρύτερα, grauiora, *& supplet Olymp.* τὰ συνενεχθέντα μοι, καὶ ἀθυμεῖν παρασκευάζοντα, quæ simul irruerunt in me, & ad mœrorem adducunt. β Verba mea sunt mala.] *Ita S. Aug. Aquila,* ἐπὶ τοῦτο ῥήματά με κατεπατήθησαν, propter hoc verba mea conculcata sunt, *quam lectionem sequitur Compl. nisi quod habet,* ἐπὶ τοῦτο. *Symm.* οἱ λόγοι μου κατάπικροι, sermones mei peramari. *Theodotio,* ἔγκοποι, intercisi, *aut*, molesti. γ Domini.] *Symm.* Saddai. *Schol. pro* ἱκανῦ, potentis, qui sibi, *satis est*, nullius egens. δ Nunquid frustra.] *Symm.* μὴ στένει λιμῷ ὄναγρος παρόντος χλόης, num ingemiscit fame onager, si adsit gramen? ε Nunquid potest sine sale edi panis?] *Symm.* μή τι βρωθήσεται ἄαρτυτον παρὰ τὸ μὴ ἔχειν ἅλα; nunquid manducabitur non conditum, eo quod non habeat sal? ζ Ira mea.] *Plerique libri habent* ψυχὴ, *& S. Aug.* sic nec anima mea potest cessare. η In finem autem.] *Aquila, & Symm.* ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα, inijciens manum, *sed fortasse apud illos non sequebatur negatio.* θ Sit autem mea ciuitas.] *B. Aug.* sit mihi ciuitas. *Aquila, & Theodotio,* καὶ ἔσται ἔτι παράκλησίς μου, & erit adhuc consolatio mea. ι Aut quod tempus meum.] *Aquila,* τί τὸ τέλος, ὅτι μακροθυμήσω quis finis meus, vt longanimiter agam. κ Vias Themanorum videte.] *S. Aug. hæc refert,* vias Themanorum videte, semitas Sabæorum intuemini. *Olympiod. narrat alium ex interpretibus ita reddidisse,* ἀποβλέπουσιν εἰς ὁδοὺς Θαιμανιτῶν, ὁδοιπορίας Σαβὰ προσδοκῶσιν ἑαυτοῖς, respiciũt in vias Themanitarum, itinera Sabæorum expectant sibi. λ Sed vt videtur, vilia] ἀλλ' ὡς ἔοικε, φαῦλα ἀληθινοῦ ῥήματα, *S. August.* sed, vt video, parua veri hominis verba dicitis. *Aquila,* τί ἐμεχθηρεύθησαν λόγοι εὐθύτητος; quid molesta fuerunt verba recti? μ Nunc autem inspiciens.] *S. Aug.* nunc autem aspicientes vacate mihi. ν Sedete obsecro, & non sit iniustum.] *Aquila,* μὴ γένηται παρανομία, nolite esse iniquitas.

CAP. VII.

NVNQVID non tentatio est vita hominis super terram? & sicut quotidiani mercenarij vita eius? aut tãquam seruus metuens dominum suũ, & consequutus vmbram? aut tanquam mercenarius expectans mercedem suam? Sic & ego expectaui menses vanos: & noctes dolorum datæ sunt mihi: si dormiero, dico, quando α dies: & si surrexero, rursus, quando vesper? repleor autem doloribus a vespera vsque ad mane, & conspergitur corpus meum in putredine vermium: infundo autem glebas terræ a sanie radens: & vita mea β exilior est, quàm loquela: γ perijt autem in vana spe. Recordare ergo, quia spiritus est vita mea, & non reuertetur vltra oculus meus ad cernendum bonũ: non circumspiciet me oculus videntis me: oculi tui in me, & non vltra sum, tanquam δ nubes expurgata de cælo. Si enim homo descenderit ad infernum; vltra non ascendet: & non reuertetur amplius in domum suam, neque cognoscet amplius eum locus eius. Propterea itaque & ego non parcam ori meo: loquar, cum ε in necessitate sim: apponam ζ amaritudinẽ animæ meæ compressus. Vtrum ne mare sum ego, aut draco, quia statuisti super me η custodiam? Dixi quia θ consolabitur me lectus meus: & ι referam ad meipsum priuatim sermonem thoro meo. Exterres me per somnia, & per visiones me obstupefacis: κ absolues a spiritu meo animam meam: & a morte λ ossa mea. non enim in sempiternum viuam, vt μ longanimiter agam: discede a me: vana est enim ν vita mea. Quid enim est homo, quod magnificasti eum? aut quod adhibes mentem erga eum? Num ξ visitationem eius facies vsque mane? & in ο requie iudicabis eum? Vsquequo non sinis me, neque dimittis me, donec deglutiam saliuam π meam? si ego peccaui; quid ρ potero facere? qui scis mentem hominum; quare constituisti me, vt σ loquerer aduersus te, sum autem super te τ onus? quare non

A re non fecisti iniquitatis meæ obliuionem, & purgationem peccati mei? Nunc autem in terram abibo: mane autem surgens vltra non ero.

α Quando dies?] *Aquila, & Theodotio,* πότε ἀναστήσομαι, quando surgam? β Exilior est quàm loquela.] *Sic S. Aug. quod græce est,* ἐλαφρότερος λαλιᾶς. *Olymp.* cæteri reddiderunt δρομέως, cursoris, *vt videatur illud* ἐλαφρότερος *posse verti,* leuior, & velocior. γ Perijt autem in vana spe.] *Symm.* αἱ ἡμέραι μου ἀνηλώθησαν μὴ οὔσης ἐλπίδος, dies mei consumpti sunt, quippe cum non sit spes. δ Tanquam nubes expurgata de cælo.] *Symm.* καθάπερ ἀναλωθεῖσα νεφέλη ἀπαλλαγήσεται, tanquam absumpta nubes absoluetur. ε Cum in necessitate sim.] *In plerisque libris sequitur,* τὸ πνεῦμά μου, spiritus mei. ζ Amaritudinem.] *In Compl. est,* πικρίᾳ, amaritudine. *Sym.* διαλεχθήσομαι πικρασμῷ τῆς ψυχῆς μου, confabulabor in amaritudine animæ meæ. η Custodiam.] *Ita S. Aug. Olymp. inquit, hebræum dicere* πόνους, labores. θ Consolabitur.] *Symm.* κατηγορήσει accusabit. ι Referam.] *S. Aug.* & referam ad meipsum consolationem in thoro meo. *Theodotio,* συμβαστάσει με ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου ἡ κοίτη μου, comportabit me in confabulatione mea stratum meum. *Scho.* ἐπ' ἐμαυτὸν εἰς διαλογισμόν, super meipsum in disputatione.

B κ Absolues.] *Ita S. Aug. Aquila,* καὶ αἱρετιεῖ ἀγχόνην ἡ ψυχή μου, & eliget suspendium anima mea. λ Ossa mea.] *S. Aug. videtur addere,* repuli. *Symmachus,* καὶ θάνατον διὰ τῶν ὀστέων μου, & mortem per ossa mea. μ Vt longanimiter agam.] ἵνα μακροθυμήσω, vt sim longanimis. ν Vita mea.] *Symm.* ὅτι ματαιότης αἱ ἡμέραι μου, quoniam vanitas sunt dies mei. *Alius interpres,* ἀτμὸς γὰρ αἱ ἡμέραι μου, vapor enim sunt dies mei. ξ Visitationem.] *Schol.* καὶ ἐπισκέψῃ αὐτὸν πρωΐας, & visitet eum mane. ο Et in requie.] *Symm.* αἰφνιδίως ἐνδοκιμάσεις αὐτόν, repente probabis eum. π Saliuam meam.] *S. Aug. non addit, quod est in aliquot codd. & Compl.* ἐν ὀδύνῃ, in dolore. ρ Quid potero facere?] *S. Aug.* quid possum tibi facere? *& ita Compl.* τί δύναμαί σοι πρᾶξαι. *Olymp.* hebræus, τί σε ἔβλαψα, quid tibi nocui? σ Vt loquerer aduersus te.] κατεντευκτήν σου. *Shol.* ἐναντιοῦσθαι, vt sim contrarius. τ Onus.] φορτίον. *Schol.* φορτικός, onerosus, molestus. *S. Aug. sic habet,* quare constituisti hominem, ut loqueretur aduersus te, ut esset tibi oneri?

C

CAP. VIII.

RESPONDENS autem Baldat Sauchites ait: Vsquequo loqueris hæc, α spiritus multiloquus oris tui? Nunquid Dominus iniuste aget iudicans? aut qui omnia fecit, turbabit β iustitiam? Si filij tui peccauerunt coram eo, misit in manu iniquitates eorum. Tu autem diluculo surge ad Dominum omnipotentem deprecans: si mundus es, & verax; deprecationem exaudiet tuam: restituet autem tibi habitaculum iustitiæ: & erunt priora quidem tua pauca, nouissima autem tua inenarrabilia. Interroga enim generationem primam, & inuestiga per genus patrum: hesterni enim sumus, & nescimus:

D vmbra enim est nostra super terram vita. Aut nunquid non hi docebunt te, & referent, & è corde proferent verba? Nunquid viret scirpus sine aqua? aut γ exaltabitur pratum sine potu? adhuc in sua radice consistit, & non metetur: antequam saliat omnis herba; nonne arescit? sic igitur erunt nouissima omnium, qui obliuiscuntur Domini: spes enim impij peribit: inhabitabilis enim eius erit domus: δ aranea autem euadet eius tabernaculum: si ε suffulserit domum suam; non stabit: & cum cœperit; non pemanebit: ζ humidus enim est sub cælo, & de putredine eius η germen eius ascendet: In θ congregatione lapidum dormit, in medio autem silicum viuet. Si ι absorbuerit; locus mentietur eum.

E Non vidisti talia, quoniam subuersio impij talis, de terra autem alterum germinabit. Dominus enim non κ improbabit innocentem, nec vllum munus impij accipiet: veracium autem os implebit risu; labia autem eorum confessione. Inimici autem eorum induentur confusionem, & tabernaculum impij non erit.

α Spiritus multiloquus.] *Theodotio.* βαρύτατον, grauissimus, validissimus. β Turbabit iustitiam.] *Symmachus,* εἰς ἄδικον μεταστρέψεται τὸ δίκαιον, in iniustitiam transferet iustitiam. γ Aut exaltabitur pratum.] βούτομον, *herba grata bubus. Symmachus,* ἢ πληθυνθήσεται ἕλος, aut multiplicabitur carectum? δ Aranea autem euadet.] *Schol.* ἡ δὲ πεποίθησις αὐτοῦ ἀράχνη ἀποβήσεται, fiducia autem eius aranea exibit. *S. Aug.* atque ara-

neis

neis implebitur tabernaculum eius. ε Si suffulserit domum suam.] *Symm.* ἐρειδήσεται ἐπ' οἶκον, καὶ οὐ στήσεται, innitetur super domum, & non stabit. ζ Humidus enim est sub sole.] S. *Augustinus habet*, ante solem, *sed interpretatur*, sub sole. *Aquila*, ἐνικμός ἐστιν εἰς πρόσωπον ἡλίου, humectus est in faciem solis. η Germen.] ὁ ῥάδαμνος. *Symm.* ὁ κλάδος, ramus. *Theodotio* παραφυάς, propago. θ In congregatione.] S. *Aug.* in congregationibus.] *Schol.* ἐπὶ βουνὸν ῥίζαι αὐτοῦ, super collem radices eius. ι Si absorbuerit.] ἐὰν καταπίῃ. S. *Aug.* si diglutietur, locus mentietur eum. κ Non reprobabit.] S. *Aug. videtur legisse*, non probauit, *quamuis dubitet de veritate lectionis interpretatur tamen*, impium non probauit innocentem. λ Confessione.] *Olymp.* cæteri dixerunt, ἀλαλαγμοῦ, exultatione, & iubilatione.

CAP. IX.

RESPONDENS autem Iob ait: Vere scio, quia ita est. Quomodo enim erit iustus homo apud Dominum? Si enim voluerit iudicari cũ eo, non obaudiet ei: vt non α contradicat ad vnum sermonem eius de mille: sapiens est enim mente, robustusque & magnus. Quis durus factus ante β eum permansit? qui in γ vetustatem perducit montes, & nesciunt: qui vertit nos in ira: qui cõmouet δ eam, quæ sub cælo, à fundamentis, & columnæ eius ε quatiuntur: qui dicit Soli, & non oritur: contra sydera autem signaculum ponit: qui extendit cælum solus, & ambulat super mare, tanquam super pauimentum. Qui facit Pleiada, & Hesperum, & ζ Arcturum, & penetralia Austri. Qui facit magna, & nõ vestigabilia, gloriosaque, & mirabilia, quorũ non est numerus. Si transgressus me fuerit, nõ videbo: si præterierit me, neque sic noui: si remouerit, quis restituet? aut quis dicet ei, quid fecisti? ipse η enim auertit à se iram, θ incuruati sunt ceti, qui sub cælo: si vero me audierit, vel diiudicat verba mea: quod si etiam fuero iustus, non exaudiet me, iudicium eius rogabo: si ι vero inuocauero, & non exaudierit, non credam, quod exaudiuerit vocem meam; ne κ caligine me conterat: multas autem tribulationes meas fecit in λ vanum; non enim sinit me respirare: impleuit autem me amaritudine, quoniam scilicet μ valet potentia. Quis igitur iudicio eius resistet? Quod si etiam ν fuero iustus; os meum impia loquetur; siue ξ fuero sine crimine; prauus euadam: si enim impie egi; non noui animo: veruntamen aufertur vita mea. ο Quapropter dixi, magnum, & potentem disperdit ira, quia nequam homines in magna morte erunt, sed iusti deridentur, π traditi enim sunt in manus impij: ρ facies iudicium eius operit. Quod si non ipse est; σ quis est? τ vita autem mea leuior est cursore: aufugerunt, & non viderunt. Nunquid & est υ nauibus vestigium viæ, aut aquilæ volantis quærentis escam? Quod etsi locutus fuero, obliuiscar: dum loquor, declinans in faciem ingemiscam: commoueor omnibus membris: scio enim, quod non insontem me sines: & quia sum iniquus; quare φ non sum mortuus? Nam si lotus fuero niue, & mundatus fuero mundis manibus; satis in sorde me traxisti; & execratum est vestimentum. Non es enim homo, sicut ego, cui contradicam, vt veniamus pariter in iudicium. Vtinam esset nobis meditans, & arguens, & disceptans inter vtrumque: auertat à me virgam: timor autem eius non me transuersum agat: & non timebo; χ sed loquar: non enim ψ sic conscius sum.

α Non contradicat.] S. *Aug.* non respondebunt ei unus de mille. β Ante eum permansit.] *Aquila*, εἰρήνευσεν, pacem habuit. *Compl. habet*, καὶ εἰρήνευσεν. *Symm.* διετέλεσεν, perstitit. γ Qui in uetustatem perducit.] *Symm.* ἐξαίρων ὄρη καὶ ἀφανίζων αὐτά, qui aufert montes, & è conspectu remouet eos. δ Eam quæ sub cælo.] *S. August.* orbem. ε Quatiuntur.] σαλεύονται, *Schol.* cæteri, περιτραπήσονται, subuertentur. *S. Aug.*

S. *Aug.* mouebuntur. ζ Et arcturum.] *Olympiodorus*, hebræus, καὶ πάντα τὰ ἄστρα τὰ κυκλοῦντα νότον, & omnia ſydera, quæ circundant auſtrum. η Ipſe enim auertit a ſe iram.] αὐτὸς γὰρ ἀπέστραπται ὀργήν. *Symm.* ὁ θεὸς οὗ ἀνεπίστρεπτος ἡ ὀργή, Deus, cuius inflexibilis ira, *& ita Compl. Apud S. Aug. hæc leguntur*: Si enim morti tradiderit, quis auertet? ipſius enim inauertibilis ira. *Olymp. interpretatur lectionem lxx.* ἀοργήτως τιμωρεῖται, ſine ira punit, *putatque per Synecdochen ſignificari abſentiam omnium perturbationum.* θ Ab ipſo incuruati ſunt.] *Symm.* ὑποκάτω δὲ αὐτοῦ καμφθήσονται οἱ ἐπερειδόμενοι ἀλαζονείᾳ, ſub ipſo incuruabuntur, qui nituntur arrogantia. S. *Aug.* à potentiore ab ipſo ſubdita ſunt cætera ſub cælo. *ſed videtur ſubeſſe mendum.* ι Si uero inuocauero, & non exaudierit.] *Sic etiã B. Aug. ac multis modis id explicat. In aliquot codd. & in Compl. eſt*, καὶ ὑπακούσῃ, *& exaudierit, atque ita aliqui interpretes græci legunt. Ac potuit illud* μὴ, *factum eſſe ex* μοι, *in hebræo enim eſt*, & reſponderit mihi. κ Ne caligine me conterat.] *S. Aug.* ne forte in turbine me conterat. λ In uanum.] διακενῆς. *Olymp.* cæteri, *pro*, διακενῆς, *reddiderunt*, ἀναίτιως, & δωρεάν, ſine cauſa & gratis. *S. etiam Aug. habet*, ſine cauſa. μ Quoniam ſcilicet.] ὅτι μὲν γὰρ ἰσχύει κρατεῖ. *In Compl. eſt* ἰσχύϊ κρατεῖ, fortitudine præſtat. S. *Aug. habet*, etenim quia poteſt, obtinet, & vincit, *vt in græco exemplari, vnde illa verſio fluxit, videatur fuiſſe*, ἰσχύει, *vt in noſtra, &* κρατεῖ, *vt in Compl. Symm.* ἐν τῇ ἰσχύϊ κραταιός ἐστιν, in robore potens eſt. ν Etſi fuero iuſtus.] *Symmac.* ἐὰν δικαιότερος ἀναφανῶ, στόμα μου καταδικάσει με, ſi iuſtior apparuero; os meum condemnabit me. ξ Fuero irreprehenſibilis.] *Schol.* ἁπλοῦς ἐγώ, καὶ ἐστρέβλωσέν με, ſimplex ego, & peruertit me. ο Quapropter dixi.] *S. Aug. propius ad hebræum*, unum eſt, quod dixi. π Traditi enim ſunt.] *S. Aug. rurſus propius ad hebræum*, terra tradita eſt in manus impij. ρ Facies iudicum.] πρόσωπα κριτῶν. S. *Aug.* faciens iudicium eius operit, *vel*, iudicium ſuum. σ Quis eſt?] *Symm.* καὶ νῦν τίς ἐστιν, & nunc quis eſt? *S. Aug.* quis ergo eſt? τ Vita autem mea.] *Symm.* αἱ ἡμέραι μου, dies mei. υ Nauibus ueſtigium.] *Symm.* ἀπῆλθον ὁμοίως ναυσὶ σπευδούσαις, ὡς ἀετὸς ἱπτάμενος ἐπὶ βοράν, abierunt ſimiliter, ac naues feſtinantes, tanquam aquila uolans ad eſcam. φ Quare non ſum mortuus.] *Aqu.* εἰς τί τοῦτο μάτην κοπιῶ; ad quid hoc fruſtra laboro, *& ita Compl. S. Aug. videtur prope habuiſſe vtrumque*, quare non ſum mortuus, & laboro? χ Sed loquar.] *In comm. græcis eſt*, ἐὰν λαλήσω, ſi loquar. ψ Sic conſcius ſum.] οὕτω συνεπίσταμαι, *S. Aug.* non enim ſum mecum. *Olymp. & Euagrius partim interpretantur*, non ſic, ut amici mei exiſtimant, *partim coniungunt cum initio ſequentis capitis, quaſi dicat, non ſentire ſe deficientem animam ita, vt corpus: & ita etiam coniungitur in aliqua editione.*

CAP. X.

LABORANS anima mea, gemens [α] dimittam ſuper me verba mea: loquar amaritudine animæ meæ compreſſus: & dicam ad Dominum: Noli me [β] docere impium eſſe, & cur me ita iudicaſti? Aut bonũ [γ] eſt tibi, ſi inique egero? quia deſpexiſti opera manuum tuarum; & ad cõſilium impiorũ animaduertiſti? aut ſicut mortalis videt, deſpectas? aut ſicut homo videt, perſpicies? Aut humana eſt vita tua, aut anni tui ſunt viri? quoniã inquiſiuiſti iniquitatem meã, & peccata mea inueſtigaſti. Scis enim me non egiſſe impie: ſed quis eſt, qui de manibus tuis eripiat? Manus tuæ [δ] plaſmauerunt me, & fecerunt me: poſtea [ε] mutans percuſſiſti me. Memor eſto, quod lutum finxiſti me, & in terram me iterum conuertes. Nonne tanquam lac mulſiſti me, & coagulaſti me æque, ac caſeum? Pelle autem, & carne veſtiſti me, oſſibuſque, & neruis [ζ] conſeruiſti me: vitam autem, & miſericordiam poſuiſti apud me: & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum? Hæc cum habeas in teipſo; ſcio quod omnia potes: & nihil tibi euadit impoſsibile. Quod ſi & peccauero; cuſtodis me: ab iniquitate autem non [η] inſontem me feciſti. Siue enim impie egero; væ mihi: & ſi iuſtus [θ] fuero; non poſſum ſuſpicere: plenus enim ſum opprobrio: & [ι] capior ſicut leo ad occiſionem. Iterũ enim [κ] commutans ſæpe me perdis, [λ] inſtaurans in me inquiſitionem meam: ira autem magna mihi vſus es: & induxiſti ſuper me tẽtationes tuas. Quare ergo de ventre eduxiſti me, & non ſum mortuus? oculus autem non vidiſſet me, & eſſem, tanquam non fuiſſem? Cur enim de vtero in monumentũ non ſum tranſlatus? Aut nunquid non eſt [μ] parua vita tẽporis mei? Patere me [ν] requieſcere puſillum: antequam eam, vnde non reuertar, ad terram tenebroſam, & [ξ] caliginoſam, ad [ο] terram tenebrarum æternarum, vbi non eſt lux, neque eſt videre vitam hominum.

α Dimittam ſuper me.] ἐπ' αὐτ. *Comm. græca, & Compl. habent,* ἐπ' ἐμαυτὸν, *quod etiam eſt expreſſius.* S. *Auguſtinus.* Proferam contra me ſermones. β Noli me docere.] *Aquila,* μὴ καταδικάσεις με, non condemnabis me. γ Aut bonum eſt tibi.] *Schol.* μή τι ἀγαθόν σοι, ὅταν συκοφαντήσῃς, nunquid bonum tibi, cum calumniatus fueris? *Complutenſis,* ἢ καλόν σοι ἐὰν συκοφαντήσω, nunquid bonum tibi, ſi calumniatus fuero? δ Plaſmauerunt me.] *Schol.* ἡτοίμασαν, apparauerunt. ε Poſtea mutans.] *Aquila, & Theodotio,* ἅμα κύκλῳ κατεπόντισάς με, ſimul in circuitu abſorbuiſti me. ζ Conſeruiſti.] ἐνέίρας. *Schol.* ἤτοι συνέρραψας, ſcilicet conſuiſti, *quod etiam eſt in Complutenſi.* η Non inſontem me feciſti.] *Didymus,* cæteri dixerunt, οὐκ ἀθωώσεις με, οὐ καθαρίσεις με, non inſontem facies me, non mundabis me. θ Et ſi iuſtus fuero, non poſſum ſuſpicere.] *Sanctus Auguſtinus habet,* reſpirare. *Aquila,* καὶ δικαιωθεὶς οὐκ ἀρῶ κεφαλὴν, & iuſtificatus non tollam caput. *Complutenſis priorem partem habet, vt noſtra: ſecundam vero hoc modo,* οὐ δύναμαι ἆραι κεφαλὴν, non poſſum caput tollere. ι Et capior.] *Polychronius,* manifeſtius autem eſt in hebræo, ἐάν τε γὰρ, φησὶν ἀνδρωθῶ, ὡς λέων, πιάσεις με, ſiue enim, inquit, validus fuero, vt leo, capies, & opprimes me. κ Iterum enim commutans.] *Sanctus Auguſtinus,* iterum autem commutatus ſęuiſsime crucias me. *Aquila, & Theodotio.* καὶ ἐπιστρέψας ἐθαυμάστωσας ἐν ἐμοὶ, & reuerſus mirificaſti in mę. λ Inſtaurans in me examen meum.] *Sanctus Auguſtinus videtur habere,* inſtaurans in me tormenta mea. *Symmachus,* μάρτυράς σε κατέναντί με αὐξάνων, teſtes tuos contra me augens. μ Parua vita temporis mei.] *Plerique libri habent,* ὀλίγος ἐστὶν ὁ χρόνος τοῦ βίου μου, paruum eſt tempus vitæ meæ, *& ſic Beatus Auguſtinus.* ν Requieſcere.] *Sanctus Auguſtinus,* patere me, donec requieſcam puſillum, antequam eam in pœnas, vnde reuerti non licet. ξ Caliginoſam.] καὶ γνοφεράν. *Symmachus,* σκεπομένην θανάτῳ, opertam morte. ο Ad terram tenebrarum.] *Polychronius,* hebręus, εἰς γῆν σκοτεινὴν ὑπὲρ τὸ σκότος, ad terram tenebroſam ſuper ipſas tenebras. *Olympiodorus autem in hunc locum,* ὅπου τάξεις ἡλίου, καὶ ἄστρων οὐκ εἰσὶν, οὔτε τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, vbi neque ſunt ordines ſolis, & ſyderum, neque rerum humanarum.

A

B

CAP. XI.

C

RESPONDENS autem Sophar Minæus ait: α Qui multa dicit, & viciſsim audiet: aut etiam eloquens putat ſe eſſe iuſtum? benedictus natus mulieris breuis vitæ: ne multus ſis in verbis, cum nemo ſit, qui contradicat tibi. Noli enim dicere, quia mundus ſum operibus, & irreprehẽſibilis ante eum: ſed β quomodo Dominus loquetur ad te, & aperiet labia ſua tecũ? deinde annunciabit tibi γ virtutem ſapientiæ, quia duplex erit ad ea, quæ circa te: & tunc ſcies, quia digna eueniunt tibi à Domino, quæ δ peccaſti. Aut veſtigium Domini inuenies? aut ad vltima perueniſti, quæ fecit omnipotens? Sublime ε eſt cælũ, & quid facies? profundiora autem ijs, quæ in inferno; quid noſti? nonne longiora, quàm mẽſura terræ, vel latitudo maris? Si autẽ ſubuerterit omnia, quis dicet illi, quid feciſti? ipſe enim neſcit opera iniquorũ: vidẽs autẽ abſurda nõ deſpiciet. Homo vero aliter ζ natat ſermonibus: & vir natus mulieris tanquam onager ſolitarius. Nam ſi tu mundum poſuiſti cor tuũ, & η extendis manũ ad eum; ſi iniquum quid eſt in manu tua, longe facito illud à te, & θ iniquitas in domo tua non maneat: ſic enim fulgebit facies tua tanquam aqua pura: exues autem ſordem, & non timebis: & laborem obliuiſceris tanquam fluctũ qui præterit, & non terreberis: & oratio tua tanquam Lucifer erit: ι de meridie autem orietur tibi vita: confidenſque eris, quia eſt tibi ſpes: & de cura, ac ſolicitudine κ apparebit tibi pax. Quieſces enim, & non erit qui oppugnet te: λ tranſmutati autem multi rogabant te, ſalus autem eos deſeret: ſpes enim eorum perditio, & μ oculi impiorum tabeſcent.

D

E

α Qui multa dicit] *Symmachus,* μὴ ὁ πολυλάλος ἀναντίρρητος ἔσται; nunquid multiloquus, & verboſus erit huiuſmodi, cui non reſpondeatur? β Sed quomodo.] *Ita S. Aug. Schol.* ἀλλ' εἴθε δοθῇ ὅπως ἄν, ſed vtinam detur aliquo utique modo. γ Virtutem ſapientiæ.] δύναμιν σοφίας. *Aquila,* ἀπόρρητα σοφίας, *ſed fortaſſe Complut. codicem habuerunt inquo Aquilæ verba integriora eſſent: ita enim illi,* ἀπόρρητα σοφίας, ſecreta ſapientiæ. δ Quæ peccaſti.] *Schol.* παρεωραμένα, quæ deſpexiſti, ac per imprudentiam admiſiſti. ε Sublime eſt cælum.] *Schol.* μετεωρότητας οὐρανῶν τίς κατεργάσῃ; ſublimitates cælorum quis operabitur? *Symmachus,*

ἀπορήσεις

A ἀπορήσεις, πῶς ἂν ἐφίκοιο, dubitabis, quomodo vtique peruenias. ζ Natat sermonibus.] νήχεται λόγοις. *S. Aug.* mutat sermonibus. *Schol.* θρασύνεται, confidit. η Et extendis.] *Symm.* ἁπλώσεις πρὸς αὐτὸν τὰς παλάμας σου, expandes ad eum palmas tuas. *Theodotio,* ἐπέτασας, *expandisti.* θ Et iniquitas.] ἀδικία δὲ ἐν διαίτῃ σου μὴ αὐλισθήτω. *Schol.* μὴ σκηνωσάτω ἐν σκέπῃ σου παρανομία, *quod idem fere est.* ι De meridie autem.] *S. Aug. videtur hoc loco habuisse,* ante illuminationem præibit. κ Apparebit tibi pax.] *Aquila,* ἐν ἐλπίδι κοιμηθήσῃ, in spe dormies. λ Transmutati autem multi.] S. *Aug.* & rogabunt faciem tuam multi, *quod propius ad hebræum.* μ Oculi.] *Theod.* οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκλείψουσιν, oculi eorum deficient.

CAP. XII.

B RESPONDENS autem Iob ait: Itaque vos estis homines; aut vobiscum α morietur sapientia? Et mihi quidem cor iuxta vos est: sed iustus vir, & sine crimine venit in derisum: in tempus autem statutum paratus fuerat, vt caderet ab β alijs; & domus eius vt deuastarentur ab iniquis: verumtamen nemo confidat, cum malignus sit, futurum se insontem, quicumque irritant Dominum, tanquam inquisitio in eos non sit futura: sed tamen interroga quadrupedia, si tibi respondeant; volatilia autē cæli, si tibi annuncient: enarra terræ, si tibi dicat: & exponent tibi pisces maris. Quis igitur non cognouit in omnibus his, quòd manus Domini fecit hæc? si non in manu eius est anima omnium viuentium, & spiritus omnis hominis? Nam γ auris quidē C diiudicat verba, fauces autem cibos gustant: in δ multo tempore sapientia est, & in multa vita est scientia. Apud eum sapientia, & virtus; ipsi est consilium, & intellectus: si destruxerit; quis ædificabit? si clauserit contra homines; quis aperiet? si prohibuerit aquam; siccabit terram. Quod etsi emiserit; perdidit euertens eam. Apud ipsum potentia, & fortitudo; ipsi scientia, & intellectus. ε Qui ducit consultores captiuos: iudices autem terræ, in pauorem misit. Qui collocat reges super sedes, & circundedit ζ baltheo lumbos eorum. Qui emittit sacerdotes captiuos: dynastas autem terræ euertit. Qui η permutat labia fidelium, & intelligentiā autē θ senum cognouit, qui effundit ignominiam: humiles autem D sanauit. Qui reuelat profunda de tenebris, & produxit in lucem vmbram mortis. Decipiens gentes, & perdens eas: sternens gentes, & in viā ducens eas. ι Permutans corda principum terræ; errare fecit eos in via, quam non nouerant: κ palpent tenebras, & non lucem: λ errent autem, tanquam ebrius.

α Morietur sapientia.] τελευτήσει σοφία. *Aquila,* τελειώματα σοφίας, perfectiones sapientiæ. β Ab alijs.] *In alijs libris est,* ὑπὸ ἄλλων, sub alijs. γ Auris quidem.] *Testatur Chrysostomus in quibusdam exemplaribus pro,* οὖς, *esse,* νοῦς, mens. δ In multo tempore.] *Aquila,* ἐν παλαιοῖς, in antiquis. *Symmachus,* ἐν μακροχρονίοισιν, in longæuis. ε Qui ducit.] *Ita S. August.* Aquila, ἀπάγων συμβούλους λάφυρον, qui abducit consiliarios spolia. *Symmachus,* διάγων βουλευτικοὺς εἰς ἀβουλίαν, adducens eos qui prudenter deliberant, in consilij inopiam. ζ Baltheo.] *Sic S. Augustinus, quod græce est,* ζώνῃ. *Symmachus,* καὶ περιζωννύων αὐτοὺς σχοινίῳ κατὰ λαγόνων, & circumcingens eos fune super lumbos, *quod Scholiastes, inquit, dictum esse pro,* μεταβάλλων αὐτοὺς εἰς οἰκέτας, commutans eos in famulos. η Qui permutat.] *Ita S. August. Symmachus,* περιτρέπων χείλη ἀπλανῶν, euertens labia non errantium, *idest, inquit. Scholiast.* καὶ τῶν δοκούντων εἶναι ἀπλανεστάτων τὰς βουλὰς εἰς τοὐναντίον μεθίστησιν, ὡς ἐπὶ τὸν βαλαὰμ πεποίηκε, & eorum qui minime omnium videntur errare, consilia in contrariū conuertit, sicut fecit in Balaam. θ Senum cognouit.] *Quare cum a principio, inquit Scholiastes, eorum machinationes cognouerit,* δύναται ἀνατρέπειν ταύτας, potest illas subuertere. *Symmachus autem,* καὶ ἐπιστήμην γερόντων ἀφαιρῶν, & scientiam senum auferens. ι Permutans corda.] διαλλάσσων καρδίας. Aqu. ἀφιστῶν, remouens, & *Theodotio,* μεθιστῶν, transferens. *Symmachus,* περιτρέπων, euertens. *Apud S. Augustinum legitur,* reconcilians corda principum populi terræ: eduxit autem eos in viam, quam non nouerant. κ Palpent.] *Schol.* ψηλαφῶντας palpantes. λ Errent.] *Schol.* πλανωμένους, errantes. *In alio Scholio declaratur id non esse dictum optando, sed demonstrando id quid sit,* τουτέστι ψηλαφῶσι, καὶ πλανῶνται, *idest palpant, & errant,*

E

CAP. XIII.

A

ECCE hæc ᵅ vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & noui, quæcumque & vos ſcitis, & non ſum minus intelligens, quàm vos. Veruntamen ego ad Dominum loquar, & arguam in conſpectu eius, ſi voluerit. Vos autem eſtis ᵝ medici iniuſti, & curatores malorum omnes: ſit autem vobis obmuteſcere, & euadet vobis ſapientia. Audite ergo increpationem oris mei, & iudicium labiorum meorum animaduertite. Nunquid non coram Domino loquimini, & ante conſpectum eius profertis dolum? an ᵞ ſubtrahetis vos? vos autem ipſi iudices ſitis: bonũ enim ſi inueſtiget vos: ſi enim omnia faciẽtes adiiciemini ei; nihilominus arguet vos. ᵟ Quod & ſi occultas perſonas mirati fueritis; nõne commotio eius verſabit vos? Timor autem ab eo cadet ſuper vos: euadet autem elatio veſtra, tanquam cinis, corpus autem luteum. Obmuteſcite vt loquar, & requieſcam ab ira apprehendens meas carnes dentibus meis, & animam meam ponam in manu. Licet opprimat me, quis potens eſt, quoniam & cœpit; tamen loquar, & coram eo arguam, & hoc mihi euadet in ſalutem: non enim coram eo dolus ingredietur. Audite, audite verba mea: narrabo enim vobis audientibus: ecce ego appropinquo iudicio meo: noui ego, quod iuſtus apparebo. Quis eſt enim, qui iudicium ſit facturus mihi; ᵋ quia nunc obmuteſcam, & deficiam? Duo ᶎ autem mihi præbeas: tunc à ᵑ facie tua non abſcondar: manum aufer à me, & timor tuus non me terreat. Deinde vocabis, ego autem tibi obediam, aut ᶿ loqueris, ego autem tibi dabo reſponſum. Quot ſunt peccata mea, & iniquitates meæ? doce me quænam ſunt? cur abſconderis à me, & putas me eſſe contrarium tibi. Nunquid quaſi folium, quod mouetur à vento, vereberis? aut quaſi fœno, quod fertur à ſpiritu, oppoſuiſti te mihi? quoniam ſcripſiſti contra me mala, & impoſuiſti mihi peccata iuuentutis, & poſuiſti in ᶥ impedimento pedem meum, & obſeruaſti omnia opera mea: & ᵏ ad radices pedum meorum perueniſti, qui veteraſcit ᶺ ſicut vter, aut velut veſtimentum, quod à tinea comeſtum eſt.

B C D

ᵅ Vidit.] ἑώρακεν *in aliquo codice, & vulgatis editionibus eſt,* τεθεώρηκε, contemplatus eſt. ᵝ Vos autem eſtis medici.] *Symmachus,* προσσίζεσθε ψεύσμασι, καὶ ἰατροὶ ἐπίπλαστοί μου κατασκευάζοντες ἄλογα, addicti eſtis mendacio, & medici concinnatores mei, apparantes abſurda. ᵞ Subtrahetis vos.] ὑποστελεῖσθε, *S. Auguſt. habet,* an ſubtrahitis vos iudices fieri? *Olympiodorus.* Theodotio reddidit, ἢ πρόσωπον αὐτοῦ λαμβάνετε, an perſonã eius accipitis: hebræus autem, δυσωπεῖσθε, veremini, confundimini. ᵟ Quod & ſi occultas.] *Symmachus,* μὴ κρύφα πρόσωπον αὐτοῦ δυσωπηθήσεσθε; μὴ οὐχὶ ἡ κίνησις αὐτοῦ πτοήσει ὑμᾶς; an occulte perſonam eius verebimini? Nunquid non motio eius exterrebit vos? *Polychronius,* hebræus autem, ἐὰν ἀποστρέψῃ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ταραχθήσεσθε, ſi auerterit faciem ſuam, turbabimini. ᵋ Quia nunc obmuteſcam, & deficiam.] *Olympiodorus,* Hebræus habet, ἵνα μὴ λαλήσω, vt ne loquar. ᶎ Duo autem mihi præbeas.] *Olympiodorus,* Aquila, & Theodotio, pro, δυεῖν δέ μοι χρήσῃ, reddiderunt, πλὴν δύο μὴ ποιήσῃς μετ᾽ ἐμοῦ, tantummodo duo ne facias mecum, *quod tamen idem valet: duo enim poſtulat ſibi concedi, vt duo illa ne faciat ſecum, quæ paulo poſt ſubiungit.* ᵑ Tunc à facie.] *Olympiodorus,* Hebræus pro, οὐ κρυβήσομαι ἀπὸ τοῦ προσώπου σου, habet, οὐκ ἐκκλινῶ, non declinabo, ideſt, ἐξεναντίας σοι εἰς κρίσιν ἐλεύσομαι, ἐὰν τὰ δύο ταῦτα παράσχῃς, ex aduerſo veniam tibi ad iudicium, ſi duo hæc præbueris. ᶿ Aut loqueris.] *Olympiodorus,* cæteri manifeſtius reddiderunt, λαλήσω καὶ ἀποκρίνῃ μοι, loquar, & reſpondebit mihi. ᶥ Impedimento.] ἐν κωλύματι. *Symmachus,* ἐν ταλαιπωρίᾳ, in anguſtia, & miſeria. *Aquila,* ὡς ἀπὸ ξύλου εἱρκτῆς, ſicut de ligno carceris. *Schol.* Aquila ſic reddidit, καὶ ἔθηκας ἐν ξυλοπέδῃ τὸν πόδα μου, & poſuiſti in cippo pedem meum. *Aliud Scholium,* ἐν ποδοκάκῃ, in compede, *& ſic S. Auguſtinus.* ᵏ Et ad radices.] *Didymus,* hebræus autem, τὰ δὲ ἴχνη τῶν ποδῶν μου περιχαράττεις, & veſtigia pedum meorum circum imprimis. *S. Aug. habet,* & radices pedum meorum contemplatus es. ᶺ Sicut vter,] *Symm.* ὁμοίως σηπεδόνι, ſicut putredo. *S. Aug.* qui veteraſco, ſicut uter.

E

CAP.

CAP. XIV.

A HOMO enim natus ex muliere breui viuens tempore, & plenus ᵃ iracundiæ, aut tanquã flos efflorescens decidit, aufugit autẽ velut vmbra, & non stabit. Nunquid, & huius rationem fecisti, & hunc fecisti venire in iudicium coram te? Quis enim mundus erit à sorde? at nemo, & si vnus dies sit vita eius super terram: dinumerati enim sunt menses eius ᵝ ab eo: ad tempus posuisti, & non transgredietur. Discede ᵞ ab eo, vt requiescat, & bene velit vitam, sicut mercenarius. Est enim arbori spes: si enim excisa fuerit, adhuc pullulabit, & ᵟ germen eius non deficiet: si enim senuerit in terra radix eius, & in

B ᵋ petra autem interierit; truncus eius ab odore aquæ germinabit, & faciet messem, sicut nouella plantatio. Vir vero cum mortuus fuerit, abijt: & mortalis, cũ ceciderit, non vltra est. Tempore enim rarefit ᶻ mare, ᵑ & fluuius desolatus exaruit. Homo autem cum dormierit, non vtique resurget: quoadusque cælum ᶿ non sit consutum: & non excitabuntur de somno suo. Itaque vtinam apud inferos me custodisses, & abscondisses me, donec requiesceret ira tua, & constituas mihi tempus, in quo memoriam mei facias: si enim mortuus fuerit homo; viuet consummatis diebus vitæ suæ: ᶥ sustinebo donec rursus fiã: deinde vocabis, & ego obediam tibi: sed opera manuum tuarum ne repellas, numerasti au-

C tem adinuentiones meas, & non præteribit te vllum peccatorum meorum: signasti autem in sacculo iniquitates meas, & annotasti, si quid inuitus erraui: & quidem mons cadẽs decidet, & petra veterascet de loco suo: lapides leuigauerunt aquæ, & demerserunt aquæ supina cumuli terræ: & ᵏ patientiam hominis perdidisti: impulisti eum in finem, & abijt: ᵡ adiecisti ei faciem, & dimisisti: & cum multi fuerunt filij eius, nescit: sin autem pauci ᵘ fuerint, ignorat: sed carnes eius doluerunt, & anima eius luxit.

ᵃ ÷ Plenus iracundiæ.] *Aquila*, πλήρης κλονήσεως, plenus commotionis, & turbationis. ᵝ Ab eo.] *In commentariis græcis, & in Compl. est*, ἀπὸ σοῦ, *& ita S. Aug.* apud te. ᵞ Ab eo.] *Sic etiam S. Aug. Chrysost. autem cum hanc eandem lectionem agnouisset, addit in quibusdam exemplaribus legi*, ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, ἵνα ἡσυχάσω, καὶ εὐδοκήσω τὸν βίον μου, ὥσπερ μισθωτὸς, recede a me vt requiescam, & placem vitam meam, sicut mercenarius, *& sic videtur legisse Polychr.*

D ᵟ Germen.] ὁ ῥάδαμνος. *Polychr.* ῥάδαμνον vocat κλάδον, idest ramum, qui post excisionem & pullulat, & crescit. ᵋ In petra autem.] *Polychr.* hebræus habet, ἐν σποδιᾷ, in cinere. Aquila autem, & Theodotio dixerunt, alter quidem, ἐν χοΐ, aliter autem, ἐν τῷ χώματι, idest in puluere, atque humo egesta, concinentes & ipsi hebræo: qui etiam pro, ῥάδαμνος, reddiderunt, ὁ κορμὸς, truncus, stipes. Rursus autẽ græcus quidem dixit, ποιήσει θερισμὸν, faciet messem, nimirum a fine ipso, hebræus autẽ a re ipsa, ποιήσει καρπὸν, faciet fructum. seruatur autem in vtroque eadem sententia. ᶻ Rarefit mare.] *S. August. habere videtur*, tempore enim minuetur mare: nam post impletur: *nisi hæc posterior sententia ad explanationem ab ipso adiungitur: nam & Chrysost.* ἐλαττοῦται μὲν γὰρ σπανίζεται, καὶ πάλιν πληροῦται, nam mare quidem minuitur, & rursus impletur. *idemque de fluuijs affert. Symm. autem*, ὡς ἀπορρεῖ ὕδατα ἀπὸ θαλάσσης, sicut effluunt aquæ de mari, *sicut, inquit Polychronius, fluxus descendens è ponto.* ᵑ Fluuius desolatus.] *Schol.* χειμάῤῥους, torrens, *& ita notat Polych. esse in hebræo.* ᶿ Cælum non sit consutum.] ἕως ἂν ὁ οὐρανὸς οὐ μὴ συῤῥαφῇ. Apud S. Aug. *legitur:* Vsquequo cælum est, non consuetur ad nouum. *Ac certe Poly. videtur aliquid aliud in suo codice habuisse. Ita enim inquit*

E καὶ ἕως ἂν ὁ οὐρανὸς παλαιωθῇ καὶ ὁ κόσμος συνέστηκε. τουτέστιν ἕως συντελείας, οὐ μὴ συῤῥαφῇ, αὐτὶ τοῦ οὐ μὴ συναρμοσθῇ, συῤῥαφὴν γὰρ εἶπε τὸν ἁρμὸν τῶν ζευγῶν τῶν μελῶν, quoadusque cælum inueterauerit, & mundus constiterit, idest vsque ad consummationem, non consuetur, pro, non redibit ad harmoniam suam: suturam enim dixit seriem iugationũ, & commissurarum ipsorum membrorum. ᶥ Sustinebo, donec.] *Chrys.* Aquila, & Theodotio, & *Sym.* illi quidem dixerunt, ἐλπιῶ ἕως ἂν ἔλθῃ τὸ ἄλλαγμά μου, sperabo quoadusque venerit mutatio mea; hic uero, ἕως ἂν ἔλθῃ ἡ ἁγία φύσις μου, donec ueniat sancta natiuitas mea. ᵏ Et patientiam.] *Symm.* προσδοκίαν ἑκάστου ἀνδρὸς ἀπώλεσας, expectationem cuiusque uiri perdideris. *S. Aug.* spem hominis perdidisti, *docet autem Olymp. ex his significari sine auxilio diuino hominem nihil esse, neque posse substinere tentationum tempestates. Polychronius autem, montes, etiam si cadant, & petram, etiamsi veterascat, non omnino deleri, hominem autem penitus aboleri, & nullas illius esse reliquias, nimirũ quo ad corpus.* ᵡ Adiecisti ei faciẽ.] *Olymp.* minaciter, & austere eũ inspexeris. *S. Aug. habet*, mutasti faciẽ eius. ᵘ Plorauit.] *In aliquibus libris est*, ἐπ' αὐτῷ ἐπένθησε, super se plorauit. *S. Aug. videtur in verbis proxime præced. habuisse illud* ἐπ' αὐτῷ, *nã sic refert*, sed carnes eius super eum doluerunt.

CAP. XV.

RESPONDENS autem Eliphaz Themanites, ait: Nunquid ſapiens reſponſionem dabit ſcientiæ [α] ſpiritus; & [β] impleuit dolorem ventris, arguens in verbis, quibus non oportet, & in ſermonibus, quibus nulla vtilitas? Nonne & tu [γ] repuliſti timorem, [δ] conſummaſti autem verba talia coram Domino? Reus es verbis oris tui, neque diiudicaſti verba potẽtum: arguat te os tuum, & non ego: & labia tua teſtificabuntur contra te. Quid enim? nunquid primus homo natus es? aut ante colles [ε] concretus es? aut [ζ] conſtitutionem Domini audiſti? aut conſiliario te vſus eſt Deus, & in te peruenit ſapientia? Quid enim noſti, quod non nouimus? aut quid intelligis tu, quod nõ & nos? ſed & ſenex, & antiquus in nobis eſt patre tuo [η] grauior diebus: pauca præ ijs, quæ peccaſti, accepiſti verbera: valde ſupra modũ locutus es. [θ] Quid auſum fuit cor tuũ? aut quid ſuſtinuerunt oculi tui, quòd furorẽ erupiſti ante Dominũ, [ι] protuliſti autem ex ore verba talia? [κ] Quis enim cum homo ſit, quia erit ſine crimine? aut tanquã futurus iuſtus natus de muliere? [λ] ſi in ſanctis nõ credit, & cælũ non eſt mundũ ante eũ? ſine [μ] vero, abominatus & immundus vir bibens iniuſtitias quaſi potionem? Annunciabo autem tibi, audi me, quæ vtique vidi, annunciabo tibi, quæ ſapientes dicent, & non celauerũt parẽtes eorũ: ipſis ſolis data eſt terra: nec ſuperuenit illis extraneus: omnis vita impij in [ν] ſolicitudine: anni autem [ξ] numerati potenti diu ſunt; timor autem ipſius in auribus ipſius: cum putauerit ſe eſſe iam in pace, veniet eius [ο] ſubuerſio: non credat conuerti à tenebris: [π] decretus enim eſt iã in manus ferri & diſpoſitus in eſcas vulturum. Nouit autem in ſeipſo, quod manet in ruinam: dies autem tenebroſa ipſum verſabit: anguſtia autem, & tribulatio ipſum comprimet, ſicut dux in prima acie decidens: quia eleuauit manus contra Deum, & contra Dominum omnipotentem indurauit ceruicem, cucurrit autem contra eum iniuria in craſsitudine dorſi ſcuti ſui: quia operuit [ρ] faciem eius in adipe ſuo, & fecit [σ] periſtomiũ ſuper fœmora: habitet autem ciuitates deſertas, & ingrediatur in domos non habitatas: quæ autẽ illi parauerunt, alij auferent: & non ditabitur, nec permanebit ſubſtantia eius: nõ immittet ſuper terram vmbram, neque effugiet tenebras: ſtirpem eius arefaciet ventus, & decidat flos eius: non credat, quia ſuſtinebit: vana enim euadent ei: præciſio eius ante horam corrumpetur; & ramus eius non [τ] condenſabitur: vindemietur, ſicut acreſta ante horam, et decidat tanquã flos oliuæ. [υ] Teſtimonium enim impij mors: & ignis comburet domos eorum; qui munera accipiunt: [φ] concipiet & in ventre gemitus: euadent autem ei vana, & venter eius ſuſtinebit dolum.

[α] Spiritus.] *πνεῦμα. Complutenſis habet, πνεύματος. Interpretatur* S. Aug. Iob, *quia implet ventrem dolore, non reſpondere ſpiritu ſcientiæ. Chryſoſt. autem videtur interpretari ſcientiam ſpiritus, vanum quiddam, & ventoſum.* [β] & Impleuit.] S. Aug. *habet*, & impleuit dolore ventrem. *In Comm. græcis in textu eſt, πόνων, ſed ad eum locum Chryſoſt. manifeſto habet πόνον, & interpretatur hoc eſſe, amare loqui,* ὥστε ἐμπλῆσαι τὸν πόνον, καὶ τὸν καύσωνα τῆς ἑαυτοῦ διανοίας, vt expleat dolorem, & æſtum mentis ſuæ, atque ægritudini ſuæ morem gerat. [γ] Repuliſti.] οὐ σὺ ἀπεποιήσω. *Theodotio,* οὐ γὰρ σὺ παρῃτήσω φόβον, non enim tu reieciſti timorem. [δ] Conſummaſti autem.] συνετελέσω. *Symm.* καὶ ἀναίδην ὡμίλησας ἐναντία τοῦ θεοῦ, & impudenter locutus es contra Deum. S. *Aug.* & elegiſti linguam malorum. [ε] Concretus es?] *Sic S. Aug. quod græce eſt,* ἐπάγης, *pro quo notat Polychronius hebræum habere* συνελήφθης, conceptus, & formatus es. [ζ] Conſtitutionem.] σύνταγμα. *Aquila,* ἀπόῤῥητα, arcana, ineffabilia. *Theodotio,* μυστήριον, myſterium. *Symm.* ὁμιλίαν, colloquium. [η] Grauior.] βαρύτερος. *Symm.* πολυχρονιώτερος, longæuior. [θ] Quid auſum fuit.] *Symm.* τί ὅτι ἐπήρθη ἡ καρδία σου, quid, quod

extulit te cor tuum? ι Tulerunt.] ἐπήνεγκαν. *In comm. græcis est*, ὑπήνεγκαν, *& ita S. August.* sustinuerunt. κ Quis enim cum homo sit.] τίς γὰρ ὢν βροτὸς, ὅτι ἔσται ἄμεμπτος; Apud S. Aug. *legitur non sine mendo, vt videtur*, quid est cur homo, vt sit sine crimine? *in Commentarijs non est particula illa* ὅτι, quia. *Didymus*, τίς γὰρ, φησὶν, ἄνθρωπος ὢν δύναται ἄμεμπτος εἶναι, ἢ ἐπαγγέλλεσθαι, ὅτι δίκαιος ἔσομαι, ὡς σὺ σαυτὸν νομίζεις. Quis enim, inquit, cum homo sit, potest sine crimine esse, aut polliceri se fore iustum, prout tu teipsum putas? λ Si in sanctis non credit.] κατὰ ἁγίων οὐ πιστεύει, *simili locutione vsus est supra cap. 4. S. August. habet*, si in sanctis eius non est fides. *Symm.* ἰδὲ ἐν ἁγίοις αὐτοῦ οὐδεὶς ἄτρεπτος, οὐδὲ ὁ οὐρανὸς ἄσπιλος, πόσῳ μᾶλλον ἄνθρωπος, ecce in sanctis eius nullus est immutabilis, neque cælum sine macula: quanto magis homo? μ Sine vero.] ἔα δέ. *Polychronius*, istud sane ἔα, vsus sermonis, & consequutio postulat, vt valeat idem, atque πόσῳ μᾶλλον, & μή πῃ, quanto magis, & nedum; sed communis consuetudo ἄφες, sine, dimitte. ν In solicitudine.] ἐν φροντίδι. *Aquila*, ἐν ὀδύνῃ, in dolore. *Theodotio*, ματαιοῦται, frustratur, euanescit. *Symm.* ἀλαζονεύεται, effertur arrogantia. ξ Numerabiles.] ἀριθμητὰ, numerati. *Sym.* καὶ ἀριθμὸς ἐτῶν κεκρυμμένος ἰσχυρῷ, & numerus annorum occultatus est forti. ο Subuersio.] καταστροφή. *Didymus*, hebræus, ἡ σκύλευσις, vastatio. π Decretus.] *Symm.* προεσκοπεύθη γὰρ εἰς μάχαιραν, *præuisus enim est ad gladium.* ρ Quia operuit faciem eius.] *Ita S. Aug. quod græce est*, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, *& interpretatur*, abscondit a se Deum. *sed illud* αὐτοῦ, *potest etiam significare*, suam. *Notat Olympiodor. pro hoc in hebræo esse*, τὴν καρδίαν, cor: *vt intelligatur facultatem animæ videntem, & considerantem cæcatam esse a delicijs, & saturitate. Symm.* ἐπεκαλύφθη γὰρ, coopertus est enim. σ Peristomium.] *S. Aug. habet*, capistrum. *Olymp.* in hebræo est, πιμελὴν, καὶ διπλοΐδα, pinguidinem, & crassum pannum, *idest edacitati, & carni se totum dedidit, vt vel diploidas haberet super femora ex carnis copia. Symm.* καὶ ἐπάχυνε πιμελὴν κατὰ τῆς ψόας, & incrassauit adipem supra lumbos. *in aliquibus autem codicibus sequitur*, αἶνος δὲ αὐτοῦ ὕβρις, laus autem eius cõtumelia. *Et exponitur a Polychronio*, qui enim cum iniustitia viuit, & pietatem simulat; contumelia, non honore afficit Deum. τ Condensabitur.] πυκάσῃ. *Sym.* οὐκ ἀναθαλήσει, non virebit, non florescet. υ Testimoniũ.] *Chrys.* idest indiciũ impietatis hominum est mors eorum, & turpis exitus. φ Concipiet.] *Aquila*, συνέλαβε, καὶ ἔτεκε ἀνωφελές, concepit, & peperit rem inutilem. *Schol.* καὶ δόλον ἔχων ἐν ἑαυτῷ βουλεύεται πῶς τινας ὀδυνήσῃ, & dolum habens in seipso, deliberat quo pacto alium lædat. κοιλίαν, autem vocat totum illud quod intus est, & animam ipsam δόλον autem omnem iniquitatem: atque illud, ὑποίσει δόλον, dictum est, διὰ τὸ ἐκ προαιρέσεως ὑποδέχεσθαι τὰ κακὰ, eo quod consulto suscipiat mala.

CAP. XVI.

RESPONDENS autem Iob ait: Audiui talia multa: consolatores α malorum omnes. Quid ergo? nunquid ordo est sermonibus spiritus? aut quid molestum tibi erit, quod respondeas? & ego secundum vos loquar. Si β subiecta esset anima vestra pro mea; deinde insultabo in vos verbis, & mouebo contra vos caput. Sit autem fortitudo in ore meo: motui autem labiorum non parcam. Si enim loquar; non dolebo γ vulnus. Quod etsi tacebo, quid minus vulnerabor? Nunc autem lassatum me fecit δ stultum, putrem: & ε apprehendisti me; & in ζ testimonium fuit, & surrexit super η me mendacium meum: contra faciem meam respondit: iracundia vsus deiecit me: fremuit super me dentibus: sagittæ piratarum eius super me deciderunt: acie θ oculorum irruit, ι mucrone percussit me in genibus: & simul concurrerunt in me: tradidit enim me Dominus in manus iniustrorum, κ & super impios proiecit me: in pace cum essem, discerpsit me, λ tenens me coma diuulsit: statuit me sicut signum: circundederunt me lanceis emittentes in renes meos: non parcentes effuderunt in terram fel meum: deiecerunt me ruinam super ruinam: cucurrerunt erga me potentes: cilicium assuerunt corio meo: robur autẽ meum in terra extinctũ est: venter meus cõbustus est à fletu, & super palpebras meas μ vmbra. Iniustum autẽ nihil fuit in manu mea: deprecatio autem mea munda. Terra ν ne operias super sanguinem carnis meæ, nec sit locus clamori meo ξ: & ecce nunc in cælis est testis meus, & conscius meus in excelsis. Perueniat oratio mea ad Dominum: & coram eo stillet oculus meus: sit autem redargutio viro coram Domino, & ξ filij hominis ad proximum suum. Anni enim dinumerati venerunt, & via, per quam non reuertar ambulabo.

α Conso-

α Consolatores malorum.] *Aquila*, παράκλητοι πόνων, consolatores laborum. *Theodotio*, παράκλητοι κόπων consolatores molestiarum, *& est hebraismus, idest, consolatores mali, laboriosi, molesti, sic Olymp.* κακοὶ παρακλήτορες, *quamuis Græc. interpretetur* ἀρχηλίπορες ἢ ἐξειμπυτάς, *Symm.* παρηγοροῦντες πάντες ἐπαχθεῖς ἐστέ, consolatores omnes odiosi estis. β Si subiecta esset.] *Ita S. Aug. græce est*, εἰ ἐπέκειτο. *Olymp.* illud εἰ, positum est pro εἴθε, vtinam, ita enim reddidit Symmachus. Aquila autem ὄφελον, quod item valet, vtinam. *Chrysost.* Alius autem ex interpretibus sic reddidit, εἰ ὑμεῖς τοῖς ἐμοῖς ὑπέκεισθε πάθεσιν, ἑτέροις προσηγόμην ἂν ὑμῖν λόγοις, καὶ ἐκίνησα ἂν ἐφ᾽ ὑμῖν τὴν κεφαλήν (συμπαθῶς δηλονότι) καὶ ἐπέρρωσα ἂν ὑμᾶς ἐν τῷ στόματί μου. ἀνθ᾽ οὗ οἱ ἑβδομήκοντα, εἴη δὲ ἰσχὺς ἐν τῷ στόματί μου, si vos meis subiecti essetis passionibus; alijs profecto sermonibus ad vos accessissem, & mouissem super vos caput (videlicet condolenter) & roborassem vos in ore meo: pro quo lxx. dixerunt, sit autem fortitudo in ore meo. γ Non dolebo vulnus.] *Scholiastes inquit legendum esse per interrogationem quasi significet*, omnino dolebo. *Symm.* οὐκ ἐνδώσει ὁ πόνος μου, non cedet, neque mitescet labor meus. δ Stultum, putrem.] *S. Augustinus*, nunc autem lassauit me: & fecit stultum, & putrem. *Olympiodorus & Chrysost.* μωρὸν γὰρ ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ ἀναισθητον εἶπε, διὸ συνῆψε τούτῳ τὸ σηπτά, διὰ τὸ τὰ σεσηπότα μέλη ἀφῃρῆσθαι τὴν αἴσθησιν, fatuum enim hic dixit pro stupidum, & sensus expertem: quamobrem huic coniunxit putrem: propterea quòd membra putrefacta amiserunt sensum? ε Et apprehendisti me.] *Ita S. Aug. Chrysost. autem.* Quædam exemplaria pro, ἐπελάβου, (quod quidem Symm. reddidit, κατέδησάς με ἀδιαλείπτως ἐν ζυγῷ, colligasti me assiduè in iugo) habent ἐπελάβετό μου, apprehendit me. ζ In testimonium fuit.] *Multi codices habent* ἐγενήθην, *& S. Augustinus*, in testimonium factus sum. η Et surrexit super me.] *Polychronius*, βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι ὑμεῖς ἀνέστητε ψευδόμενοι κατ᾽ ἐμοῦ ἤκιστα μὲν τὴν ἀλήθειαν αἰδούμενοι, σὺν πολλῷ δὲ θράσει τὴν πρὸς ἐμὲ ἀντιλογίαν ποιούμενοι. Hoc autem sibi vult; vos insurrexistis mentientes aduersum me, minime quidem veritatem reueriti, sed multa cum audacia mihi contradicentes. *Sym.* καὶ ἀνέστη μοι καταψευδόμενος, κατὰ πρόσωπόν μου ἀντιλέγων μοι, & surrexit in me mentiens, in faciem meam contradicens mihi. θ Acie oculorum irruit.] *Sic S. Aug. quod græce est*, ἀκίσιν ὀφθαλμῶν ἐνήλατο, spiculis oculorum irruit. *Sym.* οἱ ἐναντίοι μου ὤξυναν τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, ἕκαστος εἰς ἐμέ, aduersarij mei acuerunt oculos suos, vnusquisque in me. ι Mucrone.] ὀξεῖ. *S. Aug.* acriter, *& apud ipsum hæc videntur antecedere*, ruina mihi fuit aspectio eius, *& in hebræo est aliquid, cui nonnihil videntur respondere. Schol. ad illud* ὀξεῖ προσφοραῖς, φησίν, ἐπλήξέ με, ὡς ἐκλελύσθαι μου τὰ γόνατα, καὶ καταπεσεῖν, valide, inquit, percussit me, ita vt dissoluerentur genua mea, & corruerent. κ Et super impios. *Sym.* εἰς χεῖρας ἀσεβῶν ἔβαλέ με, in manus impiorum iecit me. λ Tenens me coma.] λαβών με τῆς κόμης διέτιλε, *S. Aug.* & tenens comam, eam diuellit. *Olymp.* Hebræus, λαβόμενός μου τοῦ τένοντος διετίναξεν, tenens me ceruice concussit, & quasi uibrauit. μ Vmbra.] *Olymp.* alia exempl. habent, σκιὰ θανάτου, *& sic S. Aug.* & super palpebram meam vmbra mortis, *habet etiam Compl. illud* θανάτου. ν Terra ne operias.] *S. Aug. habet*, operiat. *Compl.* ἐπικαλύψαι, operiat. ξ Filij hominis.] *In comm. legitur* υἱὸς, filius. *S. Aug. videtur habere*, diiudicetur vir cum Domino, sicut filius hominis ad proximum suum, *quæ respondent vulgatæ, & hebræo.*

CAP. XVII.

PEREO spiritu agitatus: oro autem sepulchrum, & non contingit mihi: α preces adhibeo cum labore, & β quid feci? & furati sunt extranei bona mea. Quis est iste, manu mea ligetur? quia cor eorum γ abscondisti à prudentia: propter hoc ne exaltaueris eos: δ parti nunciabit mala: & ε oculi super filios tabuerunt: posuisti autem me ζ fabulā in nationibus, & risus illis deueni: cæcati enim sunt ab ira oculi mei: expugnatus sum valde ab omnibus: admiratio tenuit veraces super hoc: iustus autem super inimicum consurgat: η teneat autem fidelis viam suam: & purus manibus sumat audaciam. Verumtamen omnes incumbite, & venite, quæso: non enim inuenio in vobis veritatem. Dies mei transierunt in strepitu, & θ rupti sunt articuli cordis mei: noctem in diem ι posui: lumen prope à facie tenebrarum. Nam si sustinuero; inferi domus mea erunt: & in caligine stratum est stratum meum. Interitum appellaui patrem meum esse, matrem autem meam, & sororem tabem. Vbi igitur est mea iam spes? aut bona mea videbo? aut mecum ad inferos descendent? aut pariter super puluerem descendemus?

α Preces adhibeo cum labore.] *Sic S. Aug. quod græce est*, λιτανεύω κάμνων. *Schol.* τὸ λιτανεύω, dixit, *pro* διαπορῶ, hæsito, aporior, aut certe, *pro*, αἰτοῦμαι ταφῇ παραδοθῆναι, supplico tradi sepulchro. β Et quid feci?] *Sic S. Aug. (quamuis in eius verbis sub esse videatur mendum) quod græce est*, καὶ τί ποιήσας. *In plerisque autem alijs codicibus est*, καὶ τί ποιήσω, & quid faciam? γ Abscondisti.] *Sic S. Aug. quod græce est*, ἔκρυψας, *& sic vulgata, &*

A *ea,id hebr. In comm.græcis est* ἔκρυψαν, absconderunt cor suum, *idque duobus modis Polychronius interpretatur.* δ Parti annunciabit mala.] τῇ μερίδι ἀναγγελεῖ κακίας. *S.Aug.*partim annuncientur mala, *quamuis ex interpretatione intelligatur legendum*, parti. *Sed Polychronius ita interpretatur de impio*, τὸ αὐτοῦ πάθος ἀναγγελεῖ τῇ μερίδι τῆς κακίας, τουτέστι τοῖς ὁμοτρόποις αὐτοῦ, suam ipsius pœnam annunciet parti improbitatis, idest, ijs qui similibus morati sunt moribus. ε Et oculi super filios.] *S.Aug.habet*, & oculi super filios eorum tabuerunt, *vbi vulgata*, & oculi filiorum eius deficient. *In comm.græcis, & Compl.est*, ὀφθαλμοὶ δέ μου ἐφ' υἱοῖς ἐτάκησαν, oculi autem mei super filios tabuerunt, *& Schol. interpretatur*, ἐπὶ τῇ τῶν τέκνων ἀθρόᾳ τελευτῇ, super repentino omnium simul filiorum obitu. ζ Fabulam.] θρύλλημα. *S.August.habet*, in loquelam. *Polychronius*, ceteri παραβολήν, parabolam. η Teneat autem fidelis.] *Theodotio*, καὶ ἀνθέξεται δίκαιος τῆς ἑαυτοῦ ὁδοῦ, & inhærebit iustus viæ suæ. θ Et rupti sunt articuli.] ἔρραγη δὲ τὰ ἄρθρα. *S.Aug.* & conuulsæ sunt compages cordis mei. *Polychronius*, hoc dictum putabimus pro, ὑπὸ τῆς ἀθυμίας, μικροῦ καὶ εἰς παραφροσύνην ἐχώρησα, præ mœrore parum abfuit, quin in dementiam abierim. ι In diem posui.] *Apud S.Aug.legitur*, noctem in diem verterunt, *prout est in vulgata: sed omnes collati codices græci consentiunt, & Olymp. interpretatur, Iob ex nocte facere* B *diem: quoniam per noctem non minus, quàm interdiu, vigilat, ac præ mœrore lux ei parum videtur abesse a tenebris.*

C A P. XVIII.

RESPONDENS autem Baldad Sauchites ait: Quousque non cessabis? cohibe te, vt & ipsi loquamur: & cur tanquam quadrupedia tacuimus coram te? α vsa est te ira. Quid enim? si tu mortuus fueris; inhabitabilis erit ea, quæ sub cælo? aut subuertentur montes à fundamentis? Et lumen impiorum extinguetur, & non β procedet lumen eorum. Lux eius tenebræ C in domo, & lucerna super eum extinguetur. Venentur infirmi substantiam eius; γ erret autem eius consilium: & δ immissus est pes eius in laqueum: in rete inuoluatur; veniant autem super eum laquei: confortabit super eum ε sitientes: absconditus est in terra funiculus eius, & ζ captio eius in semita, per circuitum perdant eum dolores: & η multi circa pedes eius venient in angustia famis: ruina autem parata est ei insignis: comedantur rami pedum eius, & mors deuoret speciosa eius: rumpatur autem de habitaculo eius sanitas: θ & teneat eum necessitas causa regali; habitet in tabernaculo eius, in ι nocte eius. Aspergentur κ speciosa eius sulphure: de subtus radices eius siccabũtur, & de sursum decidet messio eius. Memoriale eius pereat de terra, & erit nomẽ ei super faciem D λ extra: μ expellat eum de luce in tenebras: ν non erit cognominatus in populo suo, neque domus eius saluata in ea, quæ sub cælo: sed in rebus eius viuent alij: super eum ξ gemuerunt vltimi: primos autem tenuit admiratio. Hæ sunt domus impiorum: & hic est locus eorum, qui non nouerunt Dominum.

α Vsa est te ira.] κέχρηταί σε ὀργή. *Notat Olymp. & per interrogationem posse legi, quasi dicat, nunquid Deus te in ira vsus est, sicut dixisti? & per affirmationem, vt intelligatur iram vsam esse ipsomet Iob, tanquam organo ad ipsius animam affligendam: quam sententiam, inquit, respondere editioni Theodotionis, qui ita est interpretatus*, διαρπάζων ψυχὴν αὐτοῦ ἐν θυμῷ αὐτοῦ, rapiens animam suam in furore suo. β Non procedet.] οὐκ ἀποβήσεται. *Theodotio*, οὐ λάμψει, non lucebit. γ Erret autem.] σφάλαι δέ. *Theodotio*, καταρράξει αὐτὸν, præcipitabit eum consilium eius. δ Immissus est.] *Ita S.Aug. quod græce*, ἐμβέβληται, *in comm.græcis, & in Compl.est* ἐμβληθείη, immittatur. ε Sitientes.] *S.Aug.habet*, sitiens, *sed videtur mendum librarij, ita enim legunt interpretes græci, & explicant, fore vt Deus roboret eos, qui cupiunt expleri bonis impij, atque ei nocere.* ζ Semita.] ἐπὶ τρίβον, *in comm.græcis, & Compl.est*, ἐπὶ τρίβων, *& sic S.Aug.* in semitis. η Et multi circa pedes eius.] *Ita S.Aug.Chrys.* alia autem exemplaria sic habent, πολλῶν δὲ περὶ πόδας ἔλθοι ἐν λιμῷ στενῷ, & ad pedes multorum veniat in angustia famis: *neque tamen alteram editionem damnat; vt intelligatur multos ad eius pedes venire*, ὑποσκελίζοντας αὐτὸν ἐν τῇ καταλαμβανούσῃ αὐτὸν συμφορᾷ, subuertentes eum in ea, quæ ipsum comprehendit, calamitate. θ Et teneat eum necessitas causa regali.] αἰτίᾳ βασιλικῇ. *S.Aug.habet*, causæ regalis, *in comm.græcis est*, αἰτία βασιλική, causa regalis, *idest, inquit, Schol. non solum ab inferioribus iniquus patietur grauia, sed etiam ab ijs, qui rerum potiuntur, in calamitates deuoluetur, Aquila*, καὶ ἐπιβήσεται αὐτῷ τοῦ βασιλέως ἀνυπαρξία, idest, *inquit Scholiastes*, à Rege superueniat ei bonorum spoliatio, *quamuis & alijs modis exponi posset.* ι In nocte eius.] *Sic etiam S.Aug.Chrysost.* Alia exemplaria habent, ἐν σώματι αὐτοῦ, in corpore eius, quasi nihil reliqui haberet

præter

præter corpus, & cum hac ſententia conſentit Theodotio, ita dicens, κατασκηνώσει ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ ἀνυπαρξία, habitabit in tabernaculo eius inopia. Hebræus autem habet, κατασκηνώσει ἐν σκηναῖς οὐκ αὐτοῦ, habitabit in tabernaculis non ſuis. κ Aſpergentur ſpecioſa eius ſulphure.] *Sic S. Aug. In comm. græcis, & Compl. eſt*, ἐν θείῳ, in ſulphure. *Theodotio*, λικμηθήσεται ἐπὶ ὡραιότητι αὐτοῦ, cribrabitur, & ſpargetur in ſpecie eius. λ Super faciem extra.] καὶ ὑπάρξει ὄνομα αὐτῷ ἐπὶ πρόσωπον ἐξωτέρω, *quod poſſet etiam verti*, extraneo, *ſed Olymp. ita interp.* τὸ ὄνομα αὐτοῦ οὕτως ἔσται σκαιόν, καὶ ἀποτρόπαιον, ὡς ἕκαστον ἀκούοντα τῆς προσηγορίας στρέφειν ἐξωτέρω τοῦ λέγοντος τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον, μυσαττόμενον καὶ αὐτὴν τὴν ὀνομασίαν αὐτοῦ, nomen eius ita erit ſiniſtrum, & auerſandum; vt quiſquis audiat ipſam appellationem, auertat ſuam ipſius faciem extra à dicente, deteſtatus vel ipſam eius mentionem. *Symm.* καὶ οὐκ ἔσται ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ πρόσωπον ἀγορᾶς, & non erit nomen eius ſuper faciem fori, *nec multo aliter S. Auguſt.* & non ſit nomen eius in facie platearum. μ Expellat eum.] *In comm. græcis eſt* ἀπώσαιεν αὐτόν, expellant eum. *in Compl. autem poſt iſtum verſiculum hæc ſequuntur*, καὶ ἀπὸ τῆς οἰκουμένης μετῴκισαν αὐτόν, & ex orbe tranſtulerunt eum.] *Quæ reſpondent hebræo.* ν Non erit cognominatus in populo ſuo, neque domus eius ſaluata in ea, quæ ſub cælo.] S. *Aug. videtur habuiſſe*, & non ſit cognominatio in populo ſuo, neque reſaluetur ſub cælo domus eius. *Aquila* οὐ γονεῖς αὐτῷ, καὶ οὐκ ἔγγονον ἐν τῷ λαῷ αὐτοῦ, non filij, (*ſic enim interpretatur Polychronius*) erunt ei, neque nepos in populo eius. ξ Gemuerunt vltimi.] *Aquila* ἐν τῇ ἡμέρᾳ αὐτοῦ ἀδημονήσουσιν ὕστεροι, in die eorum angentur, ac diſcruciabuntur, qui poſt eos nati ſunt.

C A P. XIX.

RESPONDENS autem Iob, ait: Vſquequo moleſtiam facietis animæ meæ, & deſtruetis me verbis? ſcitote tantum, quia Dominus fecit α me ſic: β loquimini contra me: non reueriti me, infeſti eſtis mihi: eſto γ vtique in veritate ego erraui, & apud me moratur δ error, loqui verba, quæ non oportebat, & verba mea errant, & non in tempore; ſine vero, quoniam ſuper me magnificamini: & ε inſulatis mihi opprobrio. Scitote igitur quia Dominus eſt, qui ζ turbauit, & vallum ſuum ſuper me exaltauit. Ecce rideo * opprobrio, non loquar: * clamabo, & nuſquam iudicium: in circuitu circumædificatus ſum, & non tranſibo: in θ vultu meo tenebras poſuit: & gloriam meam à me exuit, & abſtulit coronam de capite meo: dirupit me vndique, & abij: & excidit tanquam arborem ſpem meam: grauiter autem mihi ira vſus eſt: & arbitratus eſt me tanquam inimicum: vnanimiter autem venerunt ι tentationes eius ſuper me: vijs meis in circuitu inſederunt inſidiatores: à me fratres mei receſſerunt, nouerunt alienos, quàm me, & amici mei immiſericordes facti ſunt; non adhæſerunt mihi proximi mei: & ſcientes nomen meum obliti ſunt mei: vicini domus, & ancillæ meæ; alienigena fui coram eis: ſeruum meum vocaui, & non obediuit: os autem meum deprecabatur, & rogabam vxorem meam: & inuocabam blanditijs filios κ concubinarum mearum: illi vero in λ ſeculũ me auerſati ſunt: cum exurrexero; contra me loquũtur: abominati ſunt me, qui me videbant, & quos dilexeram, conſurrexerunt in me. μ In cute mea computruerunt carnes meæ, & oſſa mea in ν dentibus hærẽt: miſeremini mei, miſeremini mei, o amici: manus enim Domini eſt, quæ tetigit me: quare me perſequimini, ſicut & Dominus, & de carnibus meis non ſatiamini? Quis enim vtique det, vt ſcripta ſint verba mea, & ipſa poſita in libro in ſeculum, & in ſtylo ferreo, & plumbo, aut in petris inſculpta? ſcio enim quia æternus eſt, qui me reſoluturus eſt ſuper terram, ad reſuſcitandã ξ cutem meam, quæ perpetitur hæc. A Domino enim hæc mihi conſummata ſunt, quorum ego mihi conſcius ſum, quæ oculus meus vidit, & non alius: & ο omnia mihi conſummata ſunt in ſinu. Quod ſi π & dixeritis, quid dicemus contra eum, & ρ radicem ſermonis inueniemus in eo? cauete σ vtique, & vos à tegmine. Ira enim ſuper iniquos veniet, & tunc τ cognoſcent, vbi eſt eorum materia.

α Fecit

A α Fecit me.] *In com. græcis est,* ἐποίησέ μοι, *& S. Aug.* fecit mihi. β Loquimini contra me.] *Theod. & Symm.* δέκατον κατῃσχύνατέ με, iam decies confudistis,& pudore affecistis me? γ Esto utique.] καθ' ὑπόθεσιν inquit *Chrysost.* δεδόσθω καθ' ὑμᾶς, ex concesſione detur ita esse, ſicut vos vultis. δ Error.] πλάνος, *Schol.* aut ſecundum cæteros, ἀγνόημα, ignorantia. ε Et insultatis mihi opprobrio.] *Aquila, & Theodotio,* ἐλέγχετε ἐπ' ἐμὲ ὀνειδισμόν μου, arguitis ſuper me opprobrium meum. ζ Qui turbauit.] ὁ ταράξας. *Origenes,* hebræus habet, ἐπλήξεν, percuſsit, & perdidit. *Addit Scholiastes repeti hanc sententiam, cum in proœmio etiam sit posita, vt magis terreat amicos. In hebræo tamen hic tantum est.* η Opprobrio.] *S. Aug.* opprobria. η Clamabo,& nuſquam iudicium.] *Symm.* ἐὰν κραυγάσω ἀδικούμενος, οὐκ εἰσακουσθήσομαι, ſi clamauero iniuria affectus, non exaudiar. θ In vultu meo.] *Sic S. Aug. quod græce est,* ἐπὶ προσώπῳ μου. *Origenes,* alij reddiderunt, ἐπὶ ἀτραπούς, ſuper ſemitas. ι Tentationes.] τὰ πειρατήρια, *quod posset etiam verti,* agmina piratarum, *vt alibi notauimus ex Theodoreto in 1. Reg. q. vltima. Theodotio,* μονόζωνοι, latrones, milites. *Symm.* λόχοι, inſidiatores, prædones. κ Concubinarum.] *S. Aug.* vteri mei, *vt vulgata. Symm.* παίδων μου, puerorum meorum. λ In ſeculum me auerſati ſunt.] *Theod.* καί γε ἄφρονες ἀπώσαντό με, atque etiam inſipientes abiecerunt me. μ In

B cute mea.] *Aquila,* ἐν δέρματί μου, καὶ ἐν κρέει μου ἐκολλήθη τὸ ὀστοῦν μου, in pelle mea,& in carne mea adhæſit os meũ. ν In dentibus hærent.] *S. Aug.* in dentibus meis ſunt. *Symm.* καὶ ἐξέτιλλον τὸ δέρμα μου ὀδοῦσιν ἐμοῖς, & euellebam cutem meam dentibus meis. *Schol. inquit lxx. hoc sibi voluisse, adeo insanabile esse malum, vt neque doloris expertia, cuius modi sunt ossa, libera sint a dolore,* ἀλλ' ὡς ὑπ' ὀδόντων τινῶν κατεσθίεται, ſed quaſi à dentibus quibuſdam comeduntur. ξ Ad ſuſcitandum.] ἀναστῆσαι τὸ δέρμα μου. *Chrysost.* Theodotio quidem ita reddens, ὁ ἀγχιστεύς μου ζῇ, καὶ ἔσχατον ἐπὶ χώματος ἀναστήσει, redemptor meus viuit,& nouiſsime ſuper puluerem ſuſcitabit, perſuadet duos verſiculos eſſe coniungendos, atque ita legẽdum, οἶδα γὰρ ὅτι ἀέναός ἐστιν ὁ ἐκλύειν με μέλλων ἐπὶ γῆς, ἀναστῆσαι τὸ δέρμα μου τὸ ἀναντλοῦν ταῦτα, *quomodo & nos vertimus, vt significetur immortalem Deum, cum Iob per mortem resoluerit in terram, rursus suscitaturum è terra per resurrectionem, aut à morbo liberatum reparaturum ad pristinam valetudinem. Scholiastes tamen ita interpretatur,* εἴθε ἀναστήσαι θεὸς τὸ δέρμα μου, τὸ ὑπομεῖναν ταῦτα, vtinam ſuſcitet Deus cutem meam, quæ ſuſtinuit hæc. ο Et omnia mihi conſumpta ſunt.] *Theodotio,* ἐξέλιπον οἱ νεφροί μου ἐν τῷ κόλπῳ μου, defecerunt renes mei in ſinu meo. π Quod ſi,& dixeritis.] *Symm.* λέγετε δέ, τί ἐστιν, ᾧ διώξομεν αὐτόν, dicitis autem, quid eſt, quo perſequemur eum? ρ Radicem ſermonis.]

C *Chrys.* hebræus autem habet, καὶ ἁμάρτημα λόγου, peccatum verbi: *interpretatur autem, quòd excutiant sermonem eius, & scrutentur, quasi qui radices fodiunt, aut quod indagent, num sit in eo aliquod peccatum occultum, quasi radix in terra.* σ Cauete & vos à tegmine.] ἀπὸ ἐπικαλύμματος. *Symm.* εὐλαβήθητε ὑπὲρ ἑαυτῶν τὴν μάχαιραν, timete pro vobis ipſis gladium. *Putat autem Chrysost. dici* ἐπικάλυμμα, *aut simulationem illorum, quod dum Dei causam agere videri cupiunt, tam dure ipsum condemnent, vel iustum Dei iudicium: quoniã inquit,* cognoſcemus vnuſquiſque eſſe iudicium,& punitionem quæ deuoret,& conſumat materiam. *Et rursus inquit,* ὕλην, *videri dici, vel turbam verborum, vel abundantiam diuitiarum.* τ Et tunc cognoſcent.] *Chrysost.* ſecundum cæteros, ὅπως γνῶτε, ὅτι ἐστὶ κρίσις, vt ſciatis, quòd eſt iudicium.

CAP. XX.

D RESPONDENS autem Sophar Minæus ait: Non ſic putabam contradicere te his:& non intelligitis magis, quàm & ego: eruditionem confuſionis meæ audiam;& ſpiritus ex intelligentia reſpondet mihi. Nonne hæc noſti ab α eo, quod olim, ex quo poſitus eſt homo ſuper terram? Lætitia β autem impiorum ruina inſignis: gaudium vero iniquorum eſt perditio; ſi aſcẽderint in cælum dona eius,& ſacrificium eius tetigerit nubes. Nam cum viſus fuerit iam firmatus eſſe; tunc in finem peribit: qui autem nouerant eum; dicent vbi eſt? tanquam ſomnium quod auolauit; non inuenietur: volauit autem, ſicut viſio nocturna: oculus vidit,& non adijciet:& non vltra animaduertet eum locus ſuus. Filios eius diſperdant minores:& ipſæ manus eius γ ſuccendant dolo-

E res: oſſa eius impleta ſunt iuuentute eius,& cum eo ſuper puluerẽ dormient. Si dulcuerit in ore eius malignitas; abſcondet eam ſub lingua ſua: δ non parcet ei, & non relinquet eam:& ε colliget eam in medio gutture ſuo:& non poterit ſubuenire ſibi. ζ Fel aſpidis in ventre eius: diuitiæ inique congregatæ euomentur de η domo eius: * extrahet eum angelus. Et θ furorem draconum ſugat:& interficiat illum lingua colubri: non videat mulctram pecorum, neque ι pabula mellis,& butyri: in vanum,& fruſtra laborauit: diuitias, ex quibus non guſtabit: κ tanquam durum quid, quod mandi non poteſt, nec glutiri: multorum enim

enim [λ] potentum domos fregit, & [μ] habitaculum diripuit, & non ſtatuit: non eſt eius ſalus facultatibus: [ν] in deſiderio ſuo non ſaluabitur: non ſunt reliquiæ cibis eius: propter hoc non florebunt eius bona: & cum putauerit ſe iam repletum eſſe; coarctabitur: omnis autem neceſsitas in eum ſuperueniet, [ξ] ſi quo modo ſit implere ventrem ſuum; immittat in eum furorem iræ, [ο] lauet ſuper eum dolores, & non ſaluetur de manu ferri: vulneret eum ſagitta ærea: pertranſeat per corpus eius iaculum: [π] ſydera autem in tabernaculis eius [ρ] obambulent: ſuper eum timores, omnes autem tenebræ ei [σ] permaneant: comedet eum ignis, qui non [τ] accenditur: lædat [υ] aduena domum eius, & detegat cælum iniquitates eius, & terra inſurgat aduerſus eum: trahat domum eius perditio in finem: dies iræ ſuperueniat ei. Hæc eſt pars hominis impij à Domino, & poſſeſsio bonorum eius [φ] à ſuper intendente.

α Ab eo quod olim.] ἀπὸ τοῦ ἔτι, *Symmac.* ἀπ' αἰῶνος, à ſeculo. β Lætitia autem.] *In comm. græcis, & Compl. eſt,* εὐφροσύνη γὰρ, lætitia enim. *Chryſ.* manifeſtius hebræus dicit, ἡ γὰρ ἀγαλλίασις, φησὶ, τῶν ἀσεβῶν πρὸς βραχὺ καὶ ἡ χαρμονὴ αὐτῶν πρὸς ῥοπήν, exultatio, inquit, impiorum ad breue, & gaudium eorum ad momentum. Concinunt autem huic & Symmachus, & Aquila, ille quidem dicens, ὅτι ἡ εὐθηνία ἀσεβῶν ἐπ' ὀλίγον, quòd proſperitas impiorum ad puſillum, hic vero, καὶ εὐφροσύνη ὑποκριτοῦ ἕως ἀθρόον, & lætitia hypocritæ vſque ad momētum. γ Succendant dolores.] πυρσεύσουσιν ὀδύνας, *ipſe enim, inquit, Schol. per ſuas ſibi actiones ſuccendit ignem S. Auguſt. habet,* ſuccendantur doloribus. *Aquila,* ἐπιστρέψουσιν, attrahent. *Symm.* ἐποίσουσιν, inferent. δ Non parcet.] *Ita omnes collati codices: valet enim vt ait Scholiaſtes,* ἀφειδῶς, καὶ ἀπλήστως, prodige, & inſatiabiliter adhærere improbitati. *S. tamen Aug. habet,* parcet ei, *quomodo etiam eſt in vulgata.* ε Colliget.] συνάξει, *in commen. græcis eſt,* συνέξει, *& hanc lectionem ſequitur Polychronius, & S. Aug.* & tenebit eam. ζ Fel aſpidis.] *Chryſ.* hebræus autem ſic habet, καὶ ἐγένετο ἰὸς ἀσπίδων ἐν ἐγκάτοις αὐτοῦ, & fuit fel aſpidum in interioribus eius. η De domo eius.] *Olympiod.* cæteri reddiderunt, ἐκ γαστρὸς, è ventre: *coniungit autem hæc cum ſequentibus, vt etiā S. Aug.* * Extrahet eum.] *S. Aug.* protrahit eum. *In aliquot codicibus legitur,* ἐξελκύσαι αὐτὸν, extrahat eum. *Et ipſe etiam Olympiod. refert illud* αὐτὸν, *ad iniuſtum, ſed poſſet etiam referri ad* πλοῦτον, *& eſſet dicendum,* extrahet eas. θ Et furorem draconum fugat.] *Olymp.* cæteri, χολὴν ἀσπίδων μυζήσει, fel aſpidum ſuget. *S. Auguſt.* & furore draconum fulgebit, *vt pro,* θηλάσειεν, *videatur legiſſe,* τηλαυγήσει. ι Pabula mellis.] νομὰς μέλιτος. *Symm.* ῥεῖθρα, fluenta. κ Tanquam durum quid.] ὥσπερ στρύφνος *Origenes,* στρύφνος, autem eſt caro neruoſa boum: præterea vero, & herba quædam ſic vocata, quæ exaſperandæ linguæ vim habet eius, qui mãducat, inepta quæ comedatur, & glutiatur, quoniã mandi non poteſt. *Apud S. Aug. legitur,* quæ egerunt, vt durum quid. λ Potentum.] δυνατῶν, *ita & alij etiam codd. vt intelligatur quod videtur ſignificare hebræus, multos illum ex diuitibus feciſſe pauperes. In nonnullis autem, & in comm. græcis, & in Compl. eſt,* ἀδυνάτων, impotentum. μ Habitaculum diripuit, & non ſtatuit.] δίαιταν δὲ ἥρπασε, καὶ οὐκ ἔστησεν. *Symmac.* οἰκίαν ἥρπασε, καὶ οὐκ ἀνοικοδομήσει αὐτήν, domum rapuit, & non exædificabit eam. *Sch.* illud, οὐκ ἔστησεν, dictum eſt pro, οὐκ ἀποκατέστησεν, non reſtituit. ν In deſiderio ſuo.] *Symm.* χρῆν ἃ ἐπεθύμει, οὐ διασώσει. οὐκ ἀπολείψει ἀπὸ τῆς τροφῆς αὐτοῦ, cum obtinuerit, quæ cupiebat; non ſeruabit: non relinquet de cibo ſuo. *S. Auguſt.* non erunt reliquiæ de cibis eius. ξ Si quo modo ſit implere.] εἴπως εἴη (*ſuſpicor legendum* ᾖ) πληρῶσαι, *in aliquot codd. & comm. græcis, & in Complut. eſt,* εἴπως πληρώσῃ, *& S. Aug.* ſi quomodo impleat. ο Lauet ſuper eum.] *Ideſt effundat, quaſi qui lauit, & poſſet etiam verti,* ningat. *Symm.* βρέξει, *vel* ἐπιβρέξει, pluet, & effundet. π Sydera autem in tabernaculis eius obambulent.] ἄστρα δὲ ἐν διαίταις αὐτοῦ περιπατήσουσιν, aut (inquit Schol.) viſa terribilia perterrefacient eum, aut dirutis domibus, & ſublato tecto ſtellæ coruſcabunt, vel etiam ita vocat fulmina. Nam & Aquila ita reddidit. καὶ ἀστραπὴ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πορεύσεται ἐπ' αὐτὸν, & fulgur à facie eius ibit in eum. Aut ſtellas intelligit iuſtos, qui habitabunt in domibus impiorum. *S. Aug. habet,* fulgura. ρ Obambulent.] *Origenes.* Alia exemplaria habent, μὴ περιπατήσουσιν, non ambulent, quòd nulla ei claritas relinquetur. σ Ei permaneant.] αὐτῷ ὑπομεῖναι, *aut, vt in Schol.* ὑπομενεῖ. *Aquila,* ἀποκέκρυπται τοῖς ἐγκειμένοις αὐτοῦ, abſconditæ ſunt in occultis eius, *aut, vt putat Schol. metu occupatus impius, occultat ſe in ſemotis, atque obſcuris locis, idemque putat ſenſiſſe lxx.* τ Qui non accenditur.] ἄκαυστον, qui (*inquit Scholiaſtes*) non de induſtria accenditur, ſed aliunde immittitur. Aquila, & Theodotio reddiderunt, μὴ φυσηθὲν, non ex ſufflatione ortum. *Symmachus,* ἄνευ φυσήματος, ſine ſufflatione. υ Aduena.] ἐπήλυτος. *Schol.* ideſt, ξένος τις, καὶ ἀλλογενής, peregrinus quidam, & alienigena. φ A ſuperintendente.] *Sic ſolet interdum vertere S. Auguſt. vocabulum* ἐπισκόπου, *ſed hoc loco habet,* ab ipſo: *poſſet etiam verti,* viſitatore, *vt alibi.*

CAP. XXI.

RESPONDENS autem Iob ait: Audite, audite ſermones meos, [α] vt non ſit mihi à vobis hæc conſolatio: ſuſtinete me, ego autem loquar: deinde [β] non irridebitis me. Quid enim? nunquid hominis eſt caſtigatio mea?

A tio mea? aut quare non irascar? inspicientes in me [γ] admirabimini, manum ponentes super [δ] maxillam. Si etenim recordatus fuero; [ε] solicitus fui, & tenetur carnes meæ doloribus. Quare impij viuunt, senuerunt autem & in diuitijs? semen eorum secundum animam, & filij eorum in [ζ] oculis: domus eorum abundant: timor autem nusquam, & flagellum à Domino non est super eos: bos eorum non [η] fœtum immaturum peperit: & salua euasit [θ] eorum prægnans, & non frustrata est: & permanent, sicut [ι] oues æternæ, & paruuli eorum ludunt, sumentes psalterium, & citharam: & lætantur voce psalmi: consummauerunt autem in bonis vitam suam, & in requie inferni dormierunt. Dicit autem Domi-
B no: recede à me, vias tuas scire nolo. Quid est omnipotens, quia seruiemus ei? & quæ vtilitas, quoniam obuiam ibimus ei? Erant enim in manibus eorum bona: opera autem impiorum non inspicit. Immo vero, & impiorum lucerna extinguetur, & superueniet eis subuersio: dolores autem habebunt eos ab ira: erant autem tanquam paleæ sub vento, aut tanquam puluis, quem abstulit turbo. [κ] Deficiant filios bona eius: retribuet ad eum, & cognoscet. Videant oculi eius [λ] necem suam, & à Domino non saluetur: [μ] quia voluntas eius in domo eius cum eo, & numeri mensium eius diuisi [ν] sunt. Nunquid [ξ] non Dominus est, qui docet intellectum, & scientiam? ipse autem [ο] homicidia diiudicat: Hic morietur in robore [π] simplicitatis suæ, totus autem bene affectus,
C & prospere agens: & intestina eius plena sunt adipe, & [ρ] medulla eius diffunditur: ille vero moritur ab amaritudine animæ suæ, cum non comederit vllum bonum: simul autem super terram dormiunt, & putredo eos operuit. Itaque scio [σ] vos audacter mihi insistere: quia dicetis, vbi est domus principis? & vbi est velamen in tabernaculis impiorum? Interrogate eos, qui trāseunt per viam, & signa eorum non [τ] alienabitis: quoniam in diem perditionis [υ] sublimatur malignus: in diem iræ eius [φ] abducentur. Quis annunciabit in faciem eius viā eius, & ipse fecit? quis retribuet ei? & ipse in sepulchra deductus est, & ipse super aceruos vigilauit: dulces fuerunt ei lapides torrentis; & post eum omnis homo
D abibit, & ante eum innumerabiles: quomodo autem consolamini me inaniter? & vt ego ex vobis requiescam, nihil est.

α Vt non sit mihi.] *S. Aug.* & non sit mihi. *in comm. græcis, & Compl. est,* ἵνα ᾖ μοι, vt sit mihi. Symmac. καὶ γενέσθω τοῦτο μεταβέλλομα ὑμῶν, & sit hoc mutatio consilij, & sermonis vestri. β Deinde non videbitis me.] *Symm.* καὶ μετὰ τοὺς λόγους μου σιώπητε, *aut,* σιώπετε, & post sermones meos quiescetis. *Schol.* σιώπετε, *idest,* ἐπὶ τῆς προτέρας με κατακλίσεως καταστήσετε, super priorem me accubitum, & sedem collocabitis. Scribitur & σιώπεσθε, idest, παύσεσθε, cessabitis. γ Inspicientes in me admirabimini.] S. *August.* respicite ad me, & admiramini: *in comm. græcis, & Complut. est,* θαῦμα ἔχετε, stuporem habete. *Aquila,* ἐξαπορήθητε, animo concidite, aporiamini. *Symm.* ἄφθογγοι γίνεσθε, obmutescite, muti reddamini. δ Super maxillam.] ἐπὶ σιαγόνι. *Olymp.* cæteri, ἐπὶ στόματι, super os. ε Solicitus fui.] ἐσπούδακα, *interpretatur Sch.* μετὰ σπουδῆς ἐρῶ, καὶ συντόμως ἐπιμνησθήσομαι τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι. cum studio, & festinatione dicam, & concise memorabo, quæ dicenda sunt, *nimirum, quod dolores*
E *exedentes carnem non sinerent ambitiose insistere sermoni, & ostentare eloquentiam. Symmac. pro,* ἐσπούδακα, *vertit,* θορυβοῦμαι. *S. Aug.* si enim recordor, perturbor. ζ In oculis.] *Sym.* διαμένει ἔμπροσθεν αὐτῶν, permanent ante eos. η Non fœtum immaturum peperit.] οὐκ ὠμοτόκησεν. *Sym.* οὐκ ἐξέτρωσε, non fecit abortum. θ Eorum prægnans.] ἐν γαστρὶ ἔχουσα. *Aquila,* δάμαλις αὐτῶν, iuuenca eorum. ι Sicut oues æternæ.] *Aut inquit Schol. permanent eis oues, ac si æternæ essent, nullum morbi, aut pestilentiæ detrimentum sentientes, aut ipsi impij permanent in multitudinem excrescentes, sicut oues, & fœturis immortalitatem imitantes.* S. Aug. *habet,* & permanent sicut vetustate oues eorum. κ Deficient filios.] *Apud S. Aug. legitur, fortasse non sine mendo,* deficiant filij eius bona eius. *Theodosio,* ὁ θεὸς καταχρύψει τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ ἀδικίας αὐτοῦ, Deus recondet filijs eius iniustitias eius, καταχρύψει, *inquit Schol. idest,* ταμιεύσεται, reponat, & reseruet. λ Necem.] *Sic S. August.* σφαγήν. *Symm.* πτῶσιν, ruinam. μ Quia voluntas eius.] *Quia inquit Schol.* voluntatem suam malam, non bonam Dei sequutus est. *Sed apud S. Augustinum legitur,* quia nulla voluntas eius in domo sua post eum. ν Diuisi sunt.]

ſunt.] διῃρέθησαν. *Theodotio, & Aquila*, ἡμισευθήσονται, dimidiabuntur. *S. Aug.* licet numerus menſium eius dimidiatus ſit. ξ Nunquid non Dominus eſt.] *Symm.* μὴ τὸν θεὸν διδάξει τις ἐπιστήμην, nunquid Deum docebit quiſpiam ſcientiam? ο Ipſe autem homicidia.] *S. Aug.* ipſe enim homicidia, *quod græce eſt*, φόνου. *In alijs codd. eſt*, σοφοὺς, ſapientes. π Simplicitatis.] *Sic S. Aug. quod græce eſt*, ἁπλοσύνης, *& reperitur in aliquot codd. Cæteri*, ἀφροσύνης, *eamque lectionem ſequitur* Scholiaſtes. ρ Et medulla eius.] *In comm. græcis eſt*, αὐτῶν, *& S. Aug.* medulla eorum, inteſtinorum. *Symm.* τῷ μυελῷ τῶν ὀστέων ἀρδόμενος, medulla oſſium irrigatus. σ Itaque ſcio vos.] *Symm.* οἶδα τὰς ἐνθυμήσεις ὑμῶν, καὶ τὰς ἐννοίας ὑμῶν τὰς ἀδίκους κατ᾽ ἐμοῦ, noui ſententias veſtras & cogitationes veſtras iniuſtas aduerſum me. τ Non alienabitis.] οὐκ ἀπαλλοτριώσετε. Ita, inquit Schol. erunt clara ſigna mortis impiorum, ſicut viatoribus ſigna diuerſorij. *S. Aug. habet*, non ignorabatis. υ Subleuatur.] κουφίζεται. *Symm.* συντηρεῖται, conſeruatur. *Aquila*, ὑπεξαιρεθήσεται, ſubducetur. φ Abducentur.] *Polychronius, & Anaſtaſius*, ἀπαχθήσεται, abducetur.

CAP. XXII.

RESPONDENS autem Eliphaz Themanites ait: Nonne Dominus eſt, qui docet intellectum, & ſcientiam? Quid enim α curæ eſt Domino, ſi tu fuiſti operibus ſine crimine? aut vtilitas, quòd ſimplicem facies viam tuam? aut rationem tui habens, β argues, & veniet tecum in iudicium? nõne malitia tua eſt multa, & innumerabilia ſunt peccata? in pignus autem accepiſti fratres tuos in γ vanum? & amictum nudorum abſtuliſti: neque aqua ſitientes potaſti, ſed eſurientiũ ſubtraxiſti panem: & admiratus es quorundam perſonam: habitare autem feciſti δ eos, qui ſuper terram, & viduas dimiſiſti inanes, & pupillos afflixiſti: igitur circundederunt te laquei, & ε ſolicitauit te bellum inſigne: lumen tibi in tenebras conuerſum eſt, & ζ dormientẽ te aqua operuit. Nonne is qui excelſa habitat, aſpicit? eos autem qui η contumelia efferuntur, humiliauit? & dixiſti, quid nouit fortis? an per θ caliginem diiudicat? Nubes latibulum eius, & non videbitur, & ambitum cæli perambulat. Nũquid ι ſemitam ſeculi obſeruabas, quam calcauerunt viri iuſti, qui κ capti ſunt immaturi? flumen decurrens, fundamenta eorum, qui dicunt, Dominus quid faciet nobis? aut quid λ inducet nobis omnipotens? μ ille vero impleuit domos eorum bonis: & conſilium impiorum longe eſt ab eo: videntes ν iuſti riſerunt, & inculpabilis ſubſanauit: ξ ſi ο non deleta eſt ſubſtantia eorum, & reliquias eorum comedet ignis. Eſto vtique durus: ſi ſuſtinueris; deinde fructus tuus erit in bonis: excipe autem ex ore illius π enunciationem, & aſſume verba eius in corde tuo: ſin autem conuerſus fueris, & humiliaueris teipſum coram Domino; procul feciſti iniquitatem à tabernaculo tuo: ρ poneris ſuper aggerem in petra, & tanquam σ petra torrentis Sophir. Erit igitur tuus omnipotens adiutor ab inimicis, & purum reddet te, tanquam argentum examinatum igni. Deinde fiducialiter ages coram Domino inſpiciens cælum hilariter: & cum deprecatus fueris ad eum, exaudiet te, & dabit tibi τ reddere vota: & reſtituet tibi tabernaculum iuſtitiæ, & ſuper vias tuas erit lumen: quoniam humiliaſti υ teipſum, & dices, elatus eſt in ſuperbiam, & demiſſum oculis ſaluabit: eruet innocentem; & ſaluaberis φ munditia manuum tuarum.

α Quid enim curæ eſt.] *Symm.* μὴ χρῄζει ἱκανὸς ἵνα δικαιωθῇς, ἢ κερδανεῖ, ἐὰν ἄμωμος ἡ ὁδός σου, nunquid opus habet omnipotens, vt iuſtificeris; aut lucratur, ſi immaculata ſit via tua? β Argues.] ἐλέγξεις, *ſed in comm. græcis, & in alijs editionibus eſt*, ἐλέγξει σε, arguet te, *quod omnino videtur magis conuenire*. γ In vanum.] *Symmachus*, ἀναιτίως, *ſine cauſa, cum nihil deberent, tanquam a debitoribus pignora abſtuliſti: eſt enim hebraiſmus.* δ Eos qui ſuper terram.] ᾤκισας δὲ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, *plerique codd. pro* τοὺς, *habent* πτωχοὺς, habitare autem feciſti pauperes ſuper terram. *Notat autem Scholiaſt. in quibuſdam exemplaribus pro*, ᾤκισας, *legi* ἐκοίμισας, dormire, & cubare feciſti ſuper terram, erepto nimirum lecto. ε Solicitauit te.] ἐσπούδασέ σε. *Symmachus*, καὶ ταράσσει σε φόβος ἐξαίφνης, & perturbat te pauor repentinus. ζ Dormientem te.] *Origenes, cæteri*,

A cæteri, καὶ πλῆθος ὑδάτων καλύψει σε, & multitudo aquarum operiat te. η Qui iniuria efferuntur.] τοὺς δὲ ὕβρει φερομένους. *Schol.* τοὺς ὑπὸ τῆς ὑβριστικῆς ἕξεως ἐπηρμένους τὸ φρόνημα, καταφέρει καὶ ταπεινοῖ, eos qui ex habitu contumelioso extulerunt spiritus, & superbiam, deijcit, & humiliat. θ Caliginem.] *S. Aug.* nebulam. *Schol. putat hæc obijci ipsi Iob, quasi ille ista secum dixerit, quid nouit fortis? num potest diiudicare ea etiam, quæ fiunt in caligine, & clanculum?* ι Nunquid semitam seculi obseruabis.] μὴ τρίβον αἰώνιον φυλάξεις. *S. Aug.* ergo ne semitam seculi custodis? *Schol. fatetur locum esse obscurissimum: dupliciter autem interpretatur, aut quòd Eliphaz interroget Iob, vtrum ipse idoneus sit, qui obseruet vias, & rationes diuinæ prouidentiæ, ex quibus interdum iusti infeliciter degunt, & ante tempus auferuntur, fortasse, quod sua bona Deo accepta non referrent: aut, num ipse eodem modo custodiat viam antiquam virtutis; sicut hypocritæ quidam, qui intus impij, sed iustitiæ personam prætendentes, ob hanc ipsam simulationem ante tempus succisi sunt, & fæturæ eorum, quæ stabilitæ, & firmissimis fundamentis niti videbantur, quasi à torrente quodam abreptæ sunt. Apud lxx. vox,* αἰώνιον, *sæpe significat quod in hoc seculo peragitur, quasi nunc dicat; an obseruabis modum, quo res ipsæ fluunt? Liquet autem Scholiastem legisse* δικαίων, iusti, *non,* ἄδικοι, *vt Compluten. licet hoc propius ad hebræum.* κ Capti sunt immaturi.] *Symmachus,*

B ἁλώσονται πρὸ καιροῦ, capientur ante tempus. λ Inducet.] ἐπάξεται. *Theodotio,* τί ἐργάσεται, quid operabitur? μ Ille uero.] ὃς δὲ, *quod Theodotio expressius,* αὐτὸς δὲ. *Apud* S. *Augustinum hæc alio ordine leguntur,* & cogitatio impij longe est à me, & implet domos eorum bonis. ν Iusti riserunt.] *Apud S. Augustinum legitur,* iustiores erunt. ξ Subsannauit.] *In commen. græcis, & Compluten. additur,* αὐτούς, & S. *Augustinus,* subsannabit eos. ο Si non.] εἰ μή. *In comment. græcis legitur,* εἰ μὴν, *quod emphasim quamdam habet.* π Enunciationem.] ἐξηγορίαν, *quod Scholiastes putat significare, aut* ἐξομολόγησιν, *vt Symmachus reddidit, idest,* confessionem, *aut* νόμον, legem, *vt Aquila.* ρ Poneris.] θήσῃ, *pro quo Schol.* τεθήσῃ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν πέτρᾳ. *In Complut.* καθήσῃ, sedebis. *S. Aug.* & ponens illud super aggerem in petram. σ Et tamquam petra torrentis.] *Symm.* ἐν γῇ ἀκροτόμῳ, ὡς ὀχετοὺς χρυσίου πρώτου, in silice quasi riuos auri primi. *Schol. ita hunc locum reddit,* & ex Sophir, ubi nascitur aurum optimum, & lapides pretiosi, instar torrentis fluens aurum adueniet tibi. *Origenes,* Dicunt autem quidam ex interpretibus, ipsam Sophir (quæ uox ualet, κάλλιστον, optimum) esse Africam. vtitur autem scriptura dictione hac, ubi de diuitijs disserit. *De hoc alibi dictum est.* τ Et restituet.] *Theodotio,* καὶ ἐρεῖς ῥῆμα, καὶ στήσεταί σοι, & decernes sermonem, & firmus erit tibi. υ Humiliasti teipsum.] *Plerique codd. habent,* ὅτι ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, καὶ ἐρεῖ, quoniam humiliauit seipsum, & dicet. *In Complut.* ὅτι ἐταπείνωσεν

C ἑαυτὸν, καὶ ἐρεῖς, quoniam humiliauit seipsum, & dices. *S. Aug.* & dices, elatus es in superbiam. φ Et saluaberis munditia.] *Symm.* καὶ διασώζεται καθαρότητι χειρῶν ἕκαστος, & euadet unusquisque puritate manuum.

CAP. XXIII.

RESPONDENS autem Iob ait: Et quidem scio, quia de manu mea est increpatio: & manus [α] eius grauis facta est super gemitum meum. Quis igitur [β] nouerit, quòd inueniam eum, & dicam [γ] in finem? & [δ] dicam meum ipsius iudicium, os autẽ meũ [ε] replere increpationibus: & [ζ] cognoscam sanationes, quas loquetur mihi, & sentiam, quæ annunciabit mihi: & in [η] multa virtute [θ] superueniet mihi: [ι] deinde in minis me non vtetur: veritas

D enim, & increpatio est ab eo: educat autem in [κ] finem iudicium meum. Nam [λ] si primus ambulauero, & [μ] non vltra sum; quæ autem in nouissimis, quid noui? [ν] A læua si ipse aget; & non apprehendi: circumteget dextra, & non videbo. Scit enim iam viam meam: probauit autem me, sicut aurum. [ξ] Egrediar autem in præceptis eius. Vias enim eius custodiui, & nõ declino à præceptis eius, & non prætereàm: in sinu autem meo abscondi verba eius. Si autem & ipse iudicauit sic; quis est qui contradicat ei? ipse enim voluit & fecit. [ο] Propterea super ipso trepidaui, & commonitus sollicitus fui de eo. Idcirco à facie eius [π] turbabor: [ρ] considerabo, & timebo ab eo: & Dominus molliuit cor meum: & omnipotens

E [σ] solicitauit me: non enim noueram, quòd superuenient mihi tenebræ: & ante faciem meam operuit caligo.

α Manus eius.] *S. Aug.* manus mea, *quod conuenit cum hebræo.* β Quis igitur nouerit?] *Hæc ita reddit Chrysost.* εἴθε ἦν εὑρεῖν τὸν θεὸν, vtinam liceret inuenire Deum: *itemque sequentia, quod etiam non videtur abberrere à lectione S. Aug. quæ proxime recitabitur.* γ Et veniam in finem.] *Symmac.* ἕως τῆς ἕδρας αὐτοῦ. *S. Aug.* & venire vsque ad solium eius. δ Et dicam meum ipsius iudicium.] *Symm.* παραθήσω ἔμπροσθεν αὐτοῦ κρίσιν, apponam ante eum iudicium. ε Replere.] ἐμπλήσαι, *plerique codd. habent,* ἐμπλήσω, replebo. ζ Sanationes.] ἰάματα. *Symm.* ῥήματα, verba, *atque ita Polychronius. In Compl. est,* ἴαμα, *& sic videtur habuisse Chrysost. ita enim inquit, vtinam liceret adstare coram Deo, eique narrare quæ egi, & quæ passus sum; vt experientia ipsa discam, quale iudicium profert,* καὶ τί πρὸς ταῦτα λέγει ἴαμα τῆς ἐμῆς ἀπορίας, & quid ad hæc affert, quod sanet dubitationem

tationem meam. *S. Aug.* & cognoscam causationes. η Et in multa.] *In aliquot codd. manuscriptis, & editionibus, & comm. græcis est,* καὶ εἰ ἐν πολλῇ, & si in multa. *S. Aug.* an in multa. θ Superueniet.] ἐπελεύσεταί μοι. *Sym.* διαδικάζεταί μοι, *quem videtur sequutus* S. *Aug.* an in multa virtute diiudicabitur mecum. ι Dein de in minis me non vtetur.] εἶτα ἐν ἀπειλῇ μοι οὐ χρήσεται, *in Côpl. est,* μοι χρήσεται, me vtetur, *in côm. græcis,* εἶτα ἐν ἀπειλῇ μοι οὐ χρήσεται, siue in minis me non vtatur. *Discam, inquit Chrys. postquam causam dixero, an seuerius me puniendum iudicet, an remittat minas. S. Aug.* nequaquam tamen in terrore abutatur me. *Videtur præterea quædam alia verba hoc loco referre, quorum vestigium in græcis non est repertum. Sym.* μόνον αὐτὸς μὴ ἐπιτιθέσθω μοι, tantum ipse non incumbat in me. κ In finem.] εἰς τέλος. *Chrys. interpretatur,* νικῶσαν καθ' ὑμῶν ψῆφον, καὶ τετελειωμένην, sententiam plenam victoriæ contra vos, & perfectam, atque integram, παρ' ἑβραίοις γὰρ τὸ τέλος, καὶ ἡ νίκη διὰ μιᾶς σημαίνεται λέξεως. διὸ ἔν ποι τῶν ψαλμῶν ἀντὶ τοῦ εἰς τέλος, τῷ νικοποιῷ ἐπιγράφεται. Apud hebræos enim finis, & victoria significantur eadem dictione: quare in nonnullis psalmis pro, εἰς τέλος, idest in finê, inscribitur, νικοποιῷ, vincenti, *aut,* victoriam efficienti. λ Nam si primus ambulauero.] *Ita S. Aug. In alijs editionibus, & in comm. græcis est,* εἰς γὰρ πρῶτα πορεύσομαι. Nam in priora, & anteriora ibo. *Consentiunt enim fere omnes, aut caducum temporis, & eorum quæ sub tempore sunt, fluxum, aut præsentiam Dei, quam nusquam quisquam possit effugere, significari.* Symm. ἰδοὺ, ἐὰν προέρχωμαι αὐτὸν, ἀφανής ἐστι, ἐὰν ἀκολουθῶ, οὐκ αἰσθάνομαι, ecce, si præcedam ipsum, occultus est, & si subsequutus fuero, non sentiam. μ Et non vltra sum.] καὶ οὐκ ἔτι εἰμί. *S. Aug* postea non ero. *Olymp. cum aliam explanationem affert, tum hanc,* quòd, si prima, & principium Dei curiosa quadam inuestigatione exquisiero; extra meipsum fio, & in tenebris cogitationû collocor. ν A læua, si ipse aget.] S. *Aug.* à læua quid aget? non apprehendam: conuertetur ad dexteram, & non videbo. *Olymp.* si ad sinistram se conuerterit; quomodo comprehendam, non habeo: si à dextris sese fecerit; prorsus non video. ξ Egrediar.] *S. Aug.* ingrediar. *In hebræo illud,* egrediar, *videtur coniungi cum superioribus,* probauit me, & quasi aurum egrediar. *Quod autê apud Pol. post verba illa,* ἐντάλματα αὐτοῦ, *sequitur,* ἐνεγέγραπτο ὁ πούς μου, tenuit pes meus, *videtur prope accedere ad hebræû, & fauere dictæ distinctioni.* ο Super ipso trepidaui.] *Aut,* solicitus fui, ἐπ' αὐτῷ ἐσπούδακα. *Sch.* côsiderâs, quomodo se habeant res meæ, ἐσπούδακα, idest, ἐθορυβήθην, καὶ ἐταράχθην, exterritus, & turbatus sum nesciens causam plagæ. *S. Aug.* ad eum festinaui. π Turbabor.] *Sic S. Aug. quod græce est,* κατασπουδασθῶ, & *Scho.* ἀμηχανῶ, hæreo, & vix compos mentis sum. ρ Considerabo.] κατανοήσω. *Scho.* καὶ μόνον αὐτὸν κατανοήσω, [illegible], καὶ ὀκνῶ ἐρευνᾶν, διότι μεμαστίγωμαι, & si vel mentem ad ipsum conuertero; stupeo, & torpeo inuestigare, cur flagellatus sim. σ Solicitauit me.] *Schol.* illud, ἐσπούδασέ με, dictum est, pro, ἐθορύβησε, turbauit, & terruit.

CAP. XXIV.

QVARE autem Dominum α latuerunt horæ? & β impij terminum γ trangresi sunt, gregem cum pastore rapientes: subiugale pupillorum adduxerunt, & bouem viduæ pro pignore tulerunt: δ diuertere fecerunt impotentes à via iusta: & simul ε absconditi sunt mites terræ, & euaserunt tanquam asini in agro, super ζ me, egresi suum ipsorum η ordinê: θ suauis factus est ei panis in adolescentes: agrum ante tempus non suum demesluerunt. Impotentes vineas impiorum sine mercede, & sine cibo operati sunt: nudos multos dormire fecerunt sine vestimentis, & indumentum animæ eorum abstulerunt: de stillicidijs montium madescunt: eo quod ipsi ι non habeant operimentum; petram sibi circundederunt: rapuerunt ab vbere pupillum, & eum qui κ ceciderat, humiliauerût: & nudos dormire fecerunt iniuste, & esuriêtium buccellam abstulerût: in angustijs insidiati sunt inique, & viam iustam nô nouerunt. Hi de ciuitate domibus proprijs eijciebantur, anima vero paruulorum in gemitu valde fuit. Ipse λ autê cur horum visitationê nô fecit, cum super terrâ ipsi essent, & non agnouerunt, & viâ iustitiæ non nouerunt neque semitas μ eorum ambulauerunt? At qui nouit eorum opera, tradidit eos in tenebras, & noctu ν erit vt fur. Et oculus adulteri obseruauit tenebras, dicens: non considerabit me oculus, & ξ operimentum faciei posuit: suffodit in tenebris domos: per diem ο obsignauerunt seipsos, non cognouerunt lucem, quia simul eis π mane vmbra mortis, quia ρ cognoscet tumultum vmbræ mortis. Leuis est super σ faciem aquæ: maledicatur pars eorû super terram; & τ appareant plâtæ eorum super terram aridæ: fasciculum enim pupillorum rapuerunt. Deinde rememoratum est peccatum eius, & sicut nebula roris, factus est non apparens. Retribuantur autem ei, quæ fecit, & conteratur sicut lignum insanabile,

omnis

A omnis iniquus. Sterili enim non fecit bene, & mulieris misertus non est: furore autem euertit impotentes. Consurgens ergo non ^υ credat contra vitam suam: cum infirmari cœperit; non speret sanitatem, sed cadet morbo: multis enim nocuit altitudo eius: emarcuit autem, sicut ^φ malua in æstu, aut sicut de stipula spica decidens sponte sua: alioquin quis est, qui loquatur mendacium me dicere, & ponet in nihilum verba mea?

α Latuerunt.] *Nonnulli codd. & Compl. habent*, οὐκ ἔλαθον, *quod videtur respondere hebræo, & apud S. Augustinum, sed sine interrogatione legitur*, quare Dominum non latuerunt horæ, quamobrem finem transgressi sunt. *Schol.* illud διατί, idest, quare, dictum est non reddendo causam, sed problematice, tanquam ad amicos illos. β Et impij.] *Apud Polychronium, sicut etiam in hebræo, sequitur*, οὐκ εἶδον ἡμέρας αὐτοῦ, non viderunt dies eius. γ Transgressi sunt.] *Aquila*, προσλαμβάνοντ, occupant. δ Diuertere fecerunt.] ἐξέκλιναν ἀδυνάτους. *Symm.* παρέτρεψαν γὰρ πενήτων ὁδὸν, peruerterunt enim pauperum viam. *S. Aug.* & inclinauerunt pauperes à uia iusta. ε Et simul.] *Symm.* ὁμοῦ ἀφανεῖς ἐποίησαν πραεῖς γῆς, simul è conspectu remouerunt mansuetos terræ. ζ Super me.] *Schol.* hebræus, ἐπ' ἐρήμῳ, in deserto. *S. Aug.* & irruerunt asini feri in agro super me, & exeuntes ad opus suum. *In comm. græcis, illud*, ὑπὲρ ἐμοῦ, *coniungitur cum sequentibus*, ὑπὲρ ἐμοῦ ἐξελθόντες, super me egressi, idest, *inquit Schol.* ὑπὲρ τοῦ τὰ ἐμὰ λαβεῖν, καὶ ἰδιώσασθαι, pro rebus meis capiendis, & sibi vendicandis. *Aquila*, ἐξέρχονται ἐν κατέργῳ αὐτῶν ὀρθρίζοντες εἰς ἅλωσιν. exeunt in opus suum surgentes mane ad rapinam. η Ordinem.] *In plerisque libris est*, τὴν ἑαυτῶν πρᾶξιν, *& Schol. interpretatur*, τοῦτο δὴ ὃ πράττειν εἰώθασιν, quæ familiaris est eorum actio, atque institutum. *S. Aug. vt dictum est*, & exeuntes ad opus suum. θ Suauis factus est ei.] *Sic S. Aug. In comm. græcis, & Complut. est*, αὐτῶν, eorum, idest, *inquit, Schol.* libenter impij nutriunt adolescentes, quorum opera infirmiores vexent. *Sym.* ἡδὺς ἑκάστῳ αὐτῶν ἄρτος εἰς νεανίσκους, suauis cuique eorum panis in adolescentes. ι Eo quod ipsi non habeant.] παρὰ τὸ μὴ ἔχειν ἑαυτοῖς. *In comm. græcis est*, αὐτοῖς, *in Compl.* αὐτοῖς, sibi. κ Et eum qui ceciderat.] ἐκπεπτωκότα. *Symm.* καὶ πτωχὸν ἠνεχύραζον, & à paupere pignus abstulerunt. λ Ipse autem cur.] S. Aug. ipse autem Deus eorum curam non habuit. Rursus, *inquit, Schol.* erga amicos dubitans dicit, si ex peccatis supplicia proficiscuntur, cur sæpe Deus impios hic dimisit ἀνεπισκέπτους, non visitatos; ita vt impij ne illum quidem esse visitatorem cognoscant? μ Eorum.] *Plerique libri habent*, αὐτῆς, ipsius iustitiæ. ν Et noctu eris vt fur.] *Apud S. Aug. legitur*, & repente eos, vt fur, occupabit dies ille. ξ Et operimentum.] ἀποκρυβήν. *Symm.* σκέπαστρον, tegmen. ο Obsignauerunt.] *Symmachus*, ὡς ἐν σφραγῖδι κρύψουσιν ἑαυτούς, quasi in signaculo abscondent seipsos. π Mane.] τὸ πρωΐ, *nam crepusculum auroræ oderunt, ne deprehensi pœnas luant.* Nam in scriptura, *inquit Schol.* sæpe vmbra mortis appellantur pericula, quæ prope mortem ducunt. *Apud S. Augustinum legitur*, quia simul eis manet vmbra mortis. ρ Tumultum.] ταραχάς. *In comm. græcis, & Compl. est*, ταραχὰς, tumultus, & turbationes. σ Super faciem aquæ.] *Symm.* ἐπιπλέων ὕδατι, supernatans aquæ. τ Et appareant.] *Apud S. Augustinum videtur legi*, sterile sit quod delegerunt: de sinu enim pupillorum rapuerunt. υ Non credat.] ὁ μὴ πιστευέτω. S. Aug. non credit contra vitam suam, *& posset etiam verti*, de vita sua. *Schol.* ita illum condemnat cōscientia, vt singulo quoque die consurgens perinde sit affectus animo, ac si paulo post ei moriendum sit. φ Malua.] *Olympiodorus*, alia exemplaria habent, ὥσπερ χλόη, sicut herba, iuxta illud, tanquam olera herbarum cito decident.

C A P. XXV.

RESPONDENS autem Baldad Sauchites, ait: Quid enim exordiū, quàm timor ab eo; qui facit vniuersitatem in altissimo? Nemo enim putet esse ^α moram piratis: in quos autem non venient ^β insidiæ ab eo? quomodo enim erit homo iustus coram Deo? vel quis nam ^γ mundauerit se natus ex muliere? si lunæ præcipit, & non lucet, nec stellæ sunt mundæ apud eum? sine vero, homo putredo, & filius hominis vermis.

α Esse moram piratis.] *Sic S. Aug. quod græce est*, ὅτι ἐστι παρέλκυσις πειρατῶν. Quoniam, *inquit Scholiastes*, licet Deus differat animaduersionem; tamen adueniet tanquam pirata, vt nemo impius possit effugere. *Symm.* μὴ ἔστιν ἀριθμὸς τῶν στρατιῶν αὐτοῦ; nunquid est numerus agminum eius? β Insidiæ.] ἔνεδρα παρ' αὐτοῦ. *Sym.* ἐπιτάγματα, constitutiones, agmina. γ Mundet.] ἀποκαθαριεῖ. S. Aug. mundauit. *In comm. græcis*, ἀποκαθαριεῖ, mūdabit. *Sym.* διὰ τίνος ἄρρυπος ἔσται τεχθεὶς ὑπὸ γυναικός; per quē (*aut*, quid) erit sine sordibus natus ex muliere?

C A P. XXVI.

RESPONDENS autem Iob, ait: Cui ades, vel quem adiuturus es? nunquid non, cui multa est fortitudo, & cui brachium potens est? cui consilium dedisti? nonne, cui omnis sapientia? quem insequeris? nonne, cui

ne, cui maxima eſt virtus? cui annunciaſti verba? ſpiramen autem cuius eſt, quod exit ex te? [α] Nunquid gigantes formabuntur ſubter aquam, & vicinos eius? Nudus eſt infernus coram eo: & non eſt velamen perditioni: extendens Aquilonem ſuper [β] nihilum: ſuſpendens terram ſuper nihilum: ligans aquam in nubibus eius: & non eſt ſciſſa nubes ſub eo; qui tenet faciem [γ] throni, extendens ſuper eum nubem ſuam: [δ] præceptum circundedit ſuper faciem aquæ vſque ad conſummationem lucis cum tenebris. Columnæ cæli [ε] expanſæ ſunt, & obſtupuerunt [ζ] ab increpatione eius: virtute ſedauit mare; & ſcientia [η] ſtratus eſt cetus: & clauſtra cæli metuunt eum: præcepto autem peremit [θ] draconem deſertorem. Ecce hæ partes viæ eius: & [ι] ſuper ſtillam verbi audiemus in eo: virtutem autem tonitrui eius quis ſciuit quando faciet?

[α] Nunquid gigantes.] *Symm.* θεομάχοι, καὶ οἱ γείτονες αὐτοῖς, qui cum Deo pugnant, ac vicini, & ſimiles eis. *Apud S. Auguſtinum legitur:* Nunquid gigantes redigentur in nihilum ſubter aquam, & proximi eorum? [β] Super nihilum.] *Aquila.* ἐπὶ κενώματι ſuper inanitate. [γ] Throni.] *Quem Schol. interpretatur cælum. S. Auguſt.* qui tenet faciem Solis: *ſed veriſimile eſt deprauato illum codice vſum eſſe, & legendum fuiſſe*, ſolij. [δ] Præceptum circundedit.] *Symm.* ὅρον περιέγραψεν, terminum circumſcripſit. [ε] Expanſæ ſunt.] ἐπετάσθησαν, ideſt (*inquit Schol.*) quoniam ab illo expanſæ ſunt; ideo ab illius increpatione contremiſcunt. Aquila, διεκινήθησαν, dimotæ ſunt, & fluctuarunt. *S. Aug.* contremuerunt. [ζ] Et obſtupuerunt.] *Sic S. Aug. quod græce eſt*, ἐξέστησαν. *Symm.* θαμβοῦνται, *quod idem valet, aut*, pauent. [η] Stratus eſt] ἔστρωται, *in comm. græcis, & Compl eſt*, ἔστρωσε, ſtrauit. *Apud S. Aug.* prudentia eius vulneratus eſt cetus. *Symm.* συγκλᾷ ἀλαζονείαν, confringit arrogantiam. [θ] Draconem deſertorem.] *Symmac.* τὸν ὄφιν τὸν συγκλείοντα, ſerpentem, qui concludit. *Addit Schol.* εἰς ἀπώλειαν, in interitum, & perditionem. [ι] Et ſuper ſtillam verbi.] ἐπὶ ἰκμάδι, quaſi (*inquit Schol.*) ἐξεπλάγημεν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, obſtupuimus ſuper ijs, quæ dicta ſunt, quæ tamen tanquam ſtillæ ſunt immenſi illius abyſſi. *In aliquot codicibus eſt*, καὶ ἔτι, & adhuc. *Symm*, τὸ δὲ ψιθύρισμα τῶν λόγων αὐτοῦ ἀκούσομεν, ὅταν βροντὴν δυναστείας αὐτοῦ οὐδεὶς ἐννοήσει; Quomodo autem ſuſurrum verborum eius audiemus; quãdo tonitruũ potentiæ eius nemo percipiet?

CAP. XXVII.

ADHVC autem [α] adijciens Iob dixit procemio: Viuit Deus, qui ſic [β] me iudicauit, & omnipotens, qui affecit amaritudine animam meam: ſiquidem adhuc halitu meo immanente, & ſpiritus diuinus, [γ] qui circa me eſt in naribus, labia mea non loquentur iniqua; neque anima mea meditabitur iniuſta. Abſit à me iuſtos vos pronunciare, donec moriar: non enim ſeparabo [δ] à me innocentiam meam: iuſtitiæ autem inhærens, non deſerã: nec enim conſcius ſum mihi commiſiſſe abſurda. Verumtamen ſint inimici mei, & qui ſuper me inſurgunt, ſicut perditio impiorum. Etenim quæ ſpes eſt impio, quia [ε] expectat? [ζ] confidens ne ſuper Dominum ſaluabitur? aut deprecationem illius exaudiet Deus? [η] aut ſi euenerit ei neceſsitas; habet ne fiduciam coram eo? aut tanquam ſi inuocauerit eum, exaudiet eum? Quapropter anunciabo vobis, quid ſit in manu Domini, quæ ſint apud omnipotentem: non mentiar: ecce omnes noſtis, quia vana [θ] vanis adijcitis. Hæc eſt pars hominis impij à Domino: [ι] poſſeſsio vero potentium veniet ab omnipotẽte ſuper eos: quod ſi multi fuerint filij [κ] eorum, in occiſionem erunt: ſi autem [λ] & viri facti fuerint; mendicabunt: & qui circa eum ſunt; in morte morientur, & viduis eorum nemo miſerebitur: ſi collegerit, vt terram, argentum, & æquè ac lutum, parauerit aurum; hæc omnia iuſti vendicabunt, & pecunias eius veraces obtinebunt: euadet autem domus eius, ſicut tineæ, & ſicut aranea. Diues dormiet; & non adijciet: oculos ſuos aperiet; & non eſt: occurrerunt ei, ſicut aqua, dolores: noſte au-

Ete autem sustulit eum caligo: tollet autem eum æstus, & abibit, & ventilabit eum de loco suo, & proiiciet super eũ, & non parcet: de manu eius fuga fugiet: plaudet super eos manibus suis, & exsibilabit eum de loco suo.

α Adijciens Iob.] *Aq.* καὶ προσέθηκεν ἰὼβ ἆραι τὴν παραβολὴν αὐτοῦ, & addidit Iob assumere parabolam suam. *Olymp.* Parabola autem dicitur in scriptura non solum oratio, quæ est secundum similitudinem, sed etiam omnis sermo sapiens. β Sic me iudicauit.] *Symm.* ὃς παρεῖδε τὴν κρίσιν μου, qui despexit iudicium meum. γ Qui circa me est.] *Apud S. Augustinum legitur propius ad heb.* in naribus meis. δ Non enim separabo.] *S. August. fortasse non sine mendo,* non enim separabo innocentem. *in comm. græcis, & Compl. non est,* ἀπαλλάξωμαι, *sed tantum,* ἀπαλλάξω. *Sym.* οὐκ ἐκστήσομαι τῆς ἁπλότητός μου, non recedam à simplicitate mea. * Inimici mei.] *In comm. græcis, & in alijs editionibus sequitur,* ὥσπερ ἡ καταστροφὴ τῶν ἀσεβῶν, sicut subuersio impiorum. ε Quia expectat.] *Sic S. Aug. quod græce est,* ὅτι ἐπέχει, *& posset etiam verti,* quia tenax est, *aut,* quia in habendo exuperat. *Olymp.* cæteri, ὅτι πλεονεκτεῖ, quoniam plus capit, & aliena ad se rapit. ζ Confidens ne.] *Apud S. Augustinum legitur,* quia expectat, & confidit in Domino, si forte saluatur, aut preces eius exaudiat Dominus. η Aut, si euenerit ei necessitas.] *Apud S. Augustinum sequitur,* nunquid enim in necessitate, idest in tentatione, habuit fiduciam, aut si inuocauerit, exaudiet eum? θ Vana vanis.] S. *Aug.* quia vane vana loquimini. ι Possessio vero potentium.] *Theodotio, & Symm.* καὶ κληρονομία ἣν οἱ ἀκαμπεῖς παρὰ τοῦ ἱκανοῦ κομίσονται, & hæreditas, quam non flexibiles ab omnipotente capient. κ Eorum.] *AA. LL.* αὐτοῦ, eius, *& sic* S. *Aug.* λ Et viri facti fuerint, mendicabunt.] S. *Augustinus,* iuuenes facti fuerint, indigebunt. μ Et qui circa eum sunt.] *Sic S. Aug. quod græce est,* οἱ δὲ περιόντες αὐτοῦ, *& potest significare,* superstites eius. ν Vendicabunt.] *Schol.* Fortasse illud, περιποιήσονται, significat, non κτήσονται, idest possidebunt, sed, χρήσονται εἰς δέον, vtentur, quo opus est. ξ Sicut aranea.] *In alijs codicibus sequitur,* ἃ συνετήρησεν, *& S. August.* quæ seruabat.

C A P. XXVIII.

EST enim argento locus vnde fit; locus autem auro, [α] vnde percolatur. Etenim ferrum quidem de terra fit; æs autem similiter vt lapis [β] cæditur: [γ] ordinem posuit tenebris, & omnem finem ipse [δ] perscrutatur: lapis [ε] tenebræ, & vmbra mortis, [ζ] decisio torrentis à puluere: & qui obliuiscuntur viam iustam; infirmati sunt: ex [η] hominibus commoti sunt: [θ] terra, ex ea egredietur panis: de subtus ea versatum est, sicut ignis: locus saphiri lapides eius, & agger aurum ei: semita, quam non cognouit auis, nec vidit eã oculus vulturis: & non calcauerunt [ι] eum filij superborum, non transijt super eam leo: in durissimo lapide extendit manum suam, & euertit à radicibus mõtes, & [κ] gurgites fluminum dirupit: omne vero pretiosum vidit oculus meus: & altitudines fluminum [λ] reuelauit: & ostendit virtutẽ suam in lumine: sapientia autem vnde [μ] inuenta est? & qualis locus est scientiæ? non nouit homo [ν] viam eius: neque inuenta est in hominibus: abyssus dixit, non est in me: & mare dixit, non est mecum: non dabit [ξ] conclusuram pro eâ, & non pendetur argentum commutatio eius: & non [ο] conferetur auro [π] Sophir, in [ρ] onyche pretioso, & saphiro: non æquabitur ei aurum, & [σ] vitrum, & [τ] commutatio eius vasa aurea: [υ] sublimia, & Gabis non erunt in memoria: & [φ] attrahe sapientiam super intima: non æquabitur ei Topatium Aetiopiæ: auro puro non [χ] conferetur: sapiẽtia autem vnde inuenta est? & qualis locus est intelligentiæ? latuit [ψ] omnẽ hominem, & à volucribus cæli abscondita est. Perditio, & mors dixerunt: audiuimus vero eius gloriam. Dominus [ω] bene cognouit viam eius, & ipse nouit locum eius. Ipse enim omne, quod est sub cælo, perspicit, nota habens omnia, quæ in terra, omnia, quæ fecit, ventorum libramentum, [αα] aquarum mẽsuras, [ββ] quando fecit. Sic videns numerauit, & viam in concussione, voces. Tunc vidit eam, & exposuit eam, [γγ] cum parasset, inuestigauit. Dixit autem homini, ecce cultus Dei est sapientia, & abstinere à malis est scientia.

α Vnde

α Vnde percolatur.] ὅθεν διηθεῖται. *S. Aug.* vbi purgatur. *Olympiod.* cæteri, ὅθεν χωνεύεται, vnde conflatur. β Cæditur.] λατομεῖται. *S. Aug.* similiter vt lapides, excluditur. *Olymp.* hebræus autem, ἀπὸ λίθων χωνεύεται, è lapidibus funditur. γ Ordinem posuit.] τάξιν ἔθετο. *Olymp.* pro quo Aquila, Theodotio, & Symmachus ediderunt, ille quidem, τέλος, finem, alter vero, πέρας, terminum, tertius vero, προθεσμίαν, præscriptionem, præscriptum tempus. δ Perscrutatur.] ἐξακριβάζεται, subtilissime perquirit. S. A*ug. habet*, inuenit, *& interpretatur*, instituit quid quo perduceret, *nec multo aliter græci.* ε Tenebræ.] *Sic* S. Aug. *quod græce est*, σκοτία, tenebrositas. *putant autem græci hoc significari, lapides, ex quibus fiant metalla, esse in profundo, & sub ipsa vmbra mortis, idest*, ἐν τοῖς κατωτάτω, καὶ ἐν σκοτίᾳ βαθείᾳ, in infimis, atque in tenebrositate profunda. *Post hæc autem apud S.* A*ugustinum videntur ista sequi*, vbi superbientes non descendebant torrentem, *quæ nusquã sunt inuenta.* ζ Decisio torrentis à puluere.] διακοπὴ χειμάῤῥου ἀπὸ κονίας, vel, inquiunt græci, quod materia metallica sub torrente, & glarea sita sit, aut sæpe inueniatur sub aquis, & arena quædam decisa à torrente ferrum nutriat: vel quod lapides, qui in profundo latent, & quasi radicem miserunt, impetus torrentis in apertum educat, subiectam terram decidens, & labilem illam glaream secum trahens: aut coniungenda cum sequentibus, vt intelligatur, quemadmodum à torrente puluis deciditur, & trahitur, ita impios è felicitate detorqueri, & auferri ex hominibus. *S. Aug. habet*, & facta est discissio torrentis à cinere. η Ex hominibus commoti sunt.] ἐκ βροτῶν ἐσαλεύθησαν, *& quomodo græci exponant, proxime indicatum est.* S. *Aug.* & commoti sunt ab hominibus. θ Ex ea egredietur panis, de subtus ea versatum est, sicut ignis.] *Græci vel de insito calore ad procreandas segetes apto accipiunt, vel priorem partem de terra frugifera, secundam de sulphurea. S. Aug. propius ad hebræum*, terra, de qua egressus est panis. & eam incensurus est. ι Eum filij superborum. αὐτὸν, *in cæteris codicibus est*, αὐτήν, *idest*, ipsam viam, *filios autem superborum intelligunt Græci magnas bestias.* κ Gurgites.] δίνας, *in plerisque codd. est*, θῖνας, *cumulos. Ita autem Schol.* βάθη ποταμῶν ἐρευνᾷ, profunditates fluminum vestigat. *S. Aug.* ripas fluminum dirupit, *& idem Schol. ita etiam explanat*, ποταμῶν ὄχθας ἔῤῥηξεν, fluminum ripas præruptas rumpit. *Theodotio autem reddidit* ὀχυρώματα, munimenta. Symmac. ῥεῖθρα, fluenta, *aut*, alueos fluentorum. λ Reuelauit.] ἀνεκάλυψεν. *Theodotio*, ἐξηρεύνησεν, inuestigauit. μ Inuenta est.] εὑρέθη. *Olymp.* cæteri autem, εὑρεθήσεται, inuenietur. ν Viam eius.] *Aquila*, τάξιν, ordinem. *Theodotio*, σύνεσιν, intelligentiam. *Symm.* τίμημα, precium. ξ Conclusuram.] συγκλεισμόν. *Gregorius Theologus inquit ita nominari pecunias, quoniam has diligenter, vt tutæ sint, concludimus. S. Aug.* non dabitur aurum pro ea inclusum. ο Non conferetur.] οὐ συμβασταχθήσεται, (*de qua voce paulo inferius dicetur.*) *Aquila*, οὐκ ἀναβληθήσεται, *quod videtur hoc loco idem valere, aut*, nõ reijcietur. S. *Aug.* non erit deterior. π Sophir.] *Sym.* πρωτείῳ, primo. *S. Aug.* ophir. *Notant græci hanc esse regionem Indiæ feracem gemmarum, & auri optimi.* ρ In onyche pretioso.] *Schol.* scilicet Sardonyche, aut Sardonychio. σ Vitrum.] ὕαλος. *Notat Schol. sic vocari Chrystallum.* τ Et commutatio eius.] *Sic S. Aug. & addit*, non sunt, subandi. Symm. οὐδὲ ἀντικαταλλαγήσεται σκεύεσι χρυσοῖς, neque commutabitur cum vasis aureis. υ Sublimia, & Gabis.] μετέωρα, καὶ γαβίς. *Symm.* ὑψηλὰ καὶ ἐπηρμένα, excelsa, & eleuata, *& notat Schol.* γαβίς, *videri significare*, τὰ ἐπηρμένα, *quando sic etiam nominetur* τὸ ὑπερέχον τοῦ χείλους τοῦ μεδίμνου, quod eminet è labio medimni. *Sed hebræi margaritas, vniones, aut huiusmodi quædam esse putant. S. Aug. deprauato codice vsus*, & excelsa, & grauis. φ Attrahe sapientiam.] *Aquila*, γλυκὺ δὲ σοφία ὑπὲρ τὰ περίβλεπτα, dulce est sapientia vltra ea, quæ sunt spectabilia, & illustria. χ Conferetur.] *Scho.* dictum est, οὐ συμβασταχθήσεται, pro, οὐκ ἀντισταθμηθήσεται, non ex æquo pendetur: quæ enim ex æquo penduntur, in vtramque lancem posita simul portantur: vel quoniam qui hanc acquisiuit, non sustinere vnà cum auro, & ipsam ferre, atque adhibere, sed hanc solam. ψ Latuit omnem.] *S. Aug. propius ad hebræum*, latet ab oculis omnis hominis. ω Bene cognouit.] εὖ συνέστησεν. *S. Aug.* Dominus commendauit. *Symm.* συνῆκεν, intellexit. αα Aquarum mensuras.] *Symm.* ὕδωρ δὲ ἐξίσωσε μέτρῳ, aquam vero exæquauit mensura. *Aquila*, καὶ ὕδωρ ἐσταθμήσατο ἐν καταμετρήσει, & aquam appendit in commensuratione. ββ Quando fecit. sic videns.] *Ita interpungunt græci. S. August.* quando fecit, sicut vidit, numerauit. *In comm. græcis, & Compl. est*, οὕτως, *& ita construitur locus*, hic videns voces, quæ in concussione, numerauit & viam earum. *Volunt autem intelligi tonitrua. Sed posset fortasse*, ἐν τινάγματι, *pro vna voce accipi, vt significaretur Deum dedisse viã concussioni, & voces. Compl habet*, ἐν τινάγματι φωνῆς, in concussione vocis. *S. August.* & vim tempestatum vocibus. *Symm.* εἰς κτύπον φωνῶν, ad strepitum vocum. γγ Cum parasset, inuestigauit.] ἑτοιμάσας ἐξιχνίασε. *S. Augustinus*, parauit, & inuestigauit. *Theodotio*, διέταξεν αὐτὴν καὶ ἐξηρεύνησεν αὐτήν, ordinauit eam, & inuestigauit eam.

CAP. XXIX.

ADHVC autem adijciens Iob dixit procœmio: Quis vtique α me ponat iuxta mensem priorum dierum, quibus me Deus custodiebat? sicut cum lucebat lucerna eius super caput meum: cum lumine eius ambulabam in tenebris: cum eram β grauescens vijs: cum Deus γ visitationem faciebat domus meæ: cum eram δ materiatus nimis, & in circuitu meo pueri: cum fluebant viæ meæ butyro; & montes mei fluebant lacte: cum exibam matutinus in ciuitate: & in plateis ponebatur mihi sella: videntes me adolescentes abscondebantur:

A debantur: senes autem omnes steterunt: & ε potentes cessauerunt loqui digitum imponentes super os: qui autem audiuerunt, beatificabant me: & lingua eorum gutturi eorũ adhæsit; quia auris audiuit, & beatificauit me; & oculus videns me ζ declinauit. Saluaui enim mendicum de manu potentis, & pupillum, cui non erat adiutor, adiuui. Benedictio pereuntis super me η veniat: & θ os viduæ benedixit me: iustitiã vero indutus sum, & vestitus sum iudicio, sicut diploide: oculus fui cæcorum, & pes claudorum: ego fui pater impotentium; & iudiciũ, quod non noueram, exquisiui: confregi autem molas iniquorũ: de medio dentium eorum ι rapinam eripui. Dixi κ autem, ætas mea senescet, sicut truncus B palmæ: multo viuam tempore: Radix aperta est super aquam: & ros morabitur in messe mea. Gloria mea λ vana mecum, & arcus meus in manu eius μ graditur. Qui me audierunt; attenderunt, & siluerunt super consilio meo: & in sermone meo non adiecerunt: sed gauisi sunt, cum loquerer eis: sicut terra sitiens suscipiens pluuiam; sic isti meum sermonem: si ν riderem ad eos; non credebant: & lumen faciei meæ non decidebat: elegi ξ viam eorum, & sedi princeps: & habitabam sicut rex ο in accinctis, quasi ϖ consolans tristes.

α Quis vtique me ponat.] *Symmac. & Aquila*, τίς δώῃ με κατὰ τοὺς μῆνας τοὺς πρώτους, κατὰ τὰς ἡμέρας, ἃς ὁ θεὸς ἐφύλαξέ με; Quis det me esse secundum mentes primos, secundum dies, quibus Deus custodiuit me? *S. Aug.* C quis nam me restituet in menses priorum dierum. β Grauescens vijs.] ἐπιβρίθων ὁδοῖς, *sed in comm. & in alijs editionibus est*, ὁδοῖς, sicut fructuosæ arbores (*inquit Schol.*) onustus eram bonis per omnem viam, non leuis, ac qui facile impelli posset, sed ἐμβριθὴς, καὶ στερεὸς τὸ ἦθος, grauis, stabilis, ac solidus moribus. *Symmachus*, ὥσπερ ἤμην ἐν ἡμέραις νεότητός μου, sicut eram in diebus iuuentutis meæ, *quam lectionem habet Compl.* γ Cum Deus visitationem.] ἐπισκοπὴν, *& in comm. & Compl. est*, κύριος, Dominus. *Symmachus*, ὁπότε περιέφραξεν ὁ κύριος τὴν σκηνήν μου, quando circumsepiebat Dominus tabernaculum meum. *S. Aug.* cum verbum Domini inspiceret domum meam. δ Materiatus.] ὑλώδης, quando (*inquit Schol.*) habebam multam materiam opulentiæ; ac diuitias, & bonitatem prolis faciebam materiem virtutis. ε Et potentes.] ἁδροί. *Sic S. August. Origenes*, ἁδροί, sunt, οἱ πλούσιοι, diuites, aut iuxta cæterorum interpretationem, οἱ ἄρχοντες, principes. ζ Declinauit.] ἐξέκλινε. *Sic* S. Aug. *Aquila vero, & Symmachus*, ἐμαρτύρησε περὶ ἐμοῦ, testimonium perhibebat de me. η Super me veniat.] ἔλθοι, *& videtur positum pro*, ἦλθε, veniebat. *Symm.* κατῄει, descendebat. θ Et os viduæ.] *Theod.* καὶ καρδίαν χήρας εὔφρανα, & cor viduæ lætificaui. ι Rapinam eripui.] ἅρπαγμα ἐξήρπασα, *in comm. græcis, & alijs editionibus est*, ἐξέσπασα, euulsi. κ Dixi autem.] *Symm.* ἔλεγον δὲ μετὰ τῆς νοσσιᾶς μου γηράσειν, dicebam autem fore, vt cum nido meo senescerem. λ Vana.] κενὴ, *sic etiam est in comm. & exponitur*, gloria, idest spes, & exultatio mea vana facta est: *in nonnullis tamen codicibus est*, καινὴ, *&* S. Aug. noua. *Symm.* ἡ δόξα μου ἀνανεώσει παροῦσά μοι, gloria mea innouabitur præsens mihi. μ Eius graditur.] αὐτοῦ πορεύεται, *sic etiam in comm. græcis. In Compl. est*, πορεύεται. *S. Aug.* in manu mea gradietur: *quod est propius hebræo.* ν Si riderem.] *Symm.* προσγελῶν αὐτοῖς, οἱ δὲ οὐκ ἐπίστευον, arridebam eis: illi uero non credebant. ξ Elegi uiam eorum.] *Symm.* εἰ προειλόμην ὁδεῦσαι πρὸς αὐτοὺς, si statueram ire ad eos. ο In accinctis.] ἐν μονοζώνοις. *Sym.* ἐν στρατοπέδῳ, in exercitu. *Olympiod.* μονόζωνοι sunt milites honoratiores, qui non idem ac cæteri, cingulum ferunt, uel qui non sunt in ordinibus, & quasi latrones. *Isidorus*, μονόζωνοι, significant ordines militares, uel cateruas barbaricas, uel prædatorias coitiones. *De ista dictione alibi dictum est.* S. *Aug.* Rex cinctus fortibus. ϖ Quasi consolans tristes.] *Sic S. Aug. quod græce est*, ὃν τρόπον πενθοῦντας παρακαλῶν, *in comm. græcis, & Compl. est*, παρεκάλουν, quemadmodum perturbatos consolabar. *Symmachus*, καθὼς ἀπάγει αὐτοὺς ὁδηγῶν, sicut deducit eos dux uiæ.

E

C A P. XXX.

NVNC autem deriserunt me α minimi: nunc monent me in parte, quorum spernebam parentes eorum, quos non putaui β dignos canibus meorum gregum. Et quidem virtus manuum eorum γ vt quid mihi? super eos peribat δ consummatio: in egestate, & fame ε sterilis: qui fugiebant ζ in aquosam heri, pressuram, & miseriam: qui η circuibant θ alima in ι resonante, quorum κ quidem alima erat eorum cibaria: inhonorati autem & abiecti, egentes omni bono; qui & λ radices lignorum manducabant propter magnam

gnam famem. Insurrexerunt super me fures, quorum domus erant cauernæ petrarum: inter [μ] medium bene sonantium clamabunt, qui sub sarmentis agrestibus manebant, stultorum filij, & ignobilium: nomen & gloria extincta est de terra. Nunc autem cithara eorum ego sum, & me fabulam habent, & abominati sunt me discedentes procul, nec in faciem meam pepercerunt spuere. Aperiens enim pharetram suam afflixit me: [ν] & frenum faciei meæ emiserunt; super [ξ] dextra germinis insurrexerunt: pedem [ο] suum extenderunt & strauerunt super me semitas [π] perditionis ipsorum: contritæ sunt semitæ meæ: exuerunt enim me stola: iaculis suis vulnerauit me: [ρ] iudicauit autem mihi, sicut [σ] vult: in doloribus maceratus sum: [τ] conuertuntur in me dolores: discessit [υ] spes mea, sicut spiritus, [φ] & sicut nubes salus mea: & nunc super me [φ] effundetur anima mea: habet autem me dies dolorum: nocte vero ossa mea [χ] confusa sunt: & nerui mei dissoluti sunt: in multa virtute apprehēdit stolam meam: & quasi ora vestimenti mei circundedit me: reputasti autem me, sicut lutum: in terra, & cinere pars mea. Clamaui autem ad te: & non audis me; steterunt autem, & considerauerunt me: [ψ] insultarunt autem mihi immisericorditer: manu potenti me flagellasti: statuisti autem me in doloribus: & proiecisti me à salute: noui enim, quòd mors me conteret: domus enim est omni mortali terra. Atque vtinam possem mihi ipse manus afferre: aut rogarem alium, & faceret mihi hoc. Ego autem super omni impotente fleui: gemui videns virum in necessitatibus. Ego autem [αα] inhærens bonis: ecce occurrerunt mihi magis dies malorum: venter meus efferbuit, & non [αα] tacebit: præuenerunt me dies mendicitatis: gemēs iui [ββ] sine freno, & steti in cœtu clamans. Frater factus sum [γγ] syrenum, & socius struthionum: & cutis mea [δδ] obtenebrata est valde, & ossa [εε] mea ab æstu: versa est autem in luctum cithara mea; & psalmus meus in fletum mihi.

[α] Minimi.] ἐλάχιστοι. S. *Aug.* nunc autem derident me infimi: nunc monent me minores tempore, *& videntur duæ versiones eiusdem sententiæ. Theodotio,* νεώτεροί μου ἡμέραις, iuniores me diebus. Aq. βραχεῖς παρ' ἐμὲ ταῖς ἡμέραις, breues præ me diebus, *illud autem,* in parte, *explanant græci, quasi nunc ipsis vicissim illæ partes monendi sint agendæ, quas ego agebam.* [β] Dignos canibus.] *Olympiodorus,* cæteri autem, μετὰ τῶν κυνῶν τῶν προβάτων μου, cum canibus pecorum meorum. [γ] Vt quid mihi?] *S. Aug. sequutus sententiam,* quasi nihilum mihi erat. [δ] Consummatio.] συντέλεια. *Schol.* idest, τῶν συντελούντων πρὸς τὴν ζωὴν εὐπορία, eorum quæ ad uitam conferunt, bona copia. *Symm.* ἀπώλετο αὐτοῖς πᾶν τὸ πρὸς ζωήν, perierat illis, quicquid ad uitam facit. S. *Aug.* in eis peribat omnis uita. [ε] Sterilis.] ἄγονος. *Schol.* idest, ἄπορος, καὶ οὐδεμίαν γονὴν ἔχων καρπῶν, inops, & nullum semen, ac fœturam habens fructuum. *S. August.* egestate, & fame instabiles. [ζ] Inaquosam.] ἄνυδρον. *Schol.* qui patriam derelinquebant, tamquam λυπρὰν καὶ χέρσον, καὶ ἔρημον, sterilem, & uastam, & desertā, ac solam. *S. Aug.* qui fugiebant in desertum heri. [η] Circuibant.] περικυκλοῦντες, quòd propter egestatem *(inquit Sch.)* necesse haberent circuire ad quærendas herbas. *Nonnulli codd. & Compl. habent,* περικλῶντες, qui confringebant. *Symm.* ἀποκνίζοντες φλοιοὺς φυτῶν, qui uellicabant *(aut, vt ait S. Aug.)* qui radebant cortices arborum. [θ] Alima.] ἄλιμα. *Chrys.* ἄλιμα, herba quædam est, ut aiunt, quæ cito implet comedentem, & satietatem affert. [ι] In resonante.] *Chrys.* idest in conuallibus, & locis petrosis: loca enim huiusmodi sunt bene sonantia, & respondent loquentibus. Aut etiam resonantem dicit locum nemorosum, in quo quidem spiratio uentorum mouens siluam sonum efficit. [κ] Quorum quidem.] S. *Aug.* quorum erat cibus radix herbarū. [λ] Et radices lignorum.] *Symmac.* καὶ ῥίζα σίτων ἀγρίων ἡ σίτησις αὐτῶν, & radix frumentorum agrestium erat alimentum eorum. [μ] Inter medium bene sonantium.] *Symmachus,* μεταξὺ φυτῶν ἀγρίων ἠχοῦντες λιμώδες, qui inter plantas agrestes sonabant famelicum quiddam. *S. Aug.* & inter arbores clamabant. [ν] Et frenum faciei meæ emiserunt.] *S. Aug.* & frenum in faciem meam miserunt, *in aliquibus codd. & comm. græcis, & Complut. est,* ἐξαπέστειλε, emisit, *vt intelligatur iuxta interpretes græcos Deum obstruxisse os eius, eique fidentiam loquendi abstulisse.* [ξ] Super dextra germinis.] *Schol. interpretatur, quòd sibi quondam rebus dexteris, & secundis florenti, vel operibus ipsius bonis insultarunt, omnia deteriorem in partem interpretantes, quasi non pure pietatem coleret. Sed alius fortasse, & propior hebræo potest esse sensus, vt intelligatur eos, qui in flore ætatis sunt, in Iob consurrexisse. S. Augustinus,* & à dextris germinantes consurrexerunt. [ο] Pedem suum extenderunt.] *S. Augustinus,* pedes meos vinxerunt compedibus. *In comm. græcis, & alijs editionibus*

A *editionibus est, πόδας αὐτοῦ ἐξέτεινε, καὶ ἀδοποίησεν ἐπ' ἐμὲ, vt intelligatur Deum esse, qui commouens se aduersus Iob, aditum alijs patefecerit insultandi in ipsum: quæ quidem illis est occasio perditionis. Sed nostra propior hebræo.* ϖ Perditionis.] *Aquila (al. Symmachus)* ἐπικλυσμοῦ, inundationis. ρ Iudicauit autem mihi.] κέκριται δέ μοι. *In comm. græcis, & alijs editionibus est,* κέχρηται δέ μοι, *aut,* μου, *&* S. Aug. abusus est me, sicut voluit. σ Sicut vult.] *Schol.* quasi dicat, ego autem ignoro. τ Reuertuntur mei dolores.] ἐπιστρέφονταί μου αἱ ὀδύναι. *S. Augustin.* & iterantur dolores mei. *In comm. est* μοι, *& exponitur,* renouantur, & augescunt mihi dolores. υ Spes mea.] *Symm.* τὰ καταθύμιά μου, desideria, iucunditates meæ. φ Effundetur.] *Sic etiam* S. Aug. *In comm. est,* ἐκλυθήσεται, dissoluetur, *& notatur dictum esse pro,* συγχεῖται, confunditur, & suspensa hæret, quòd neque Deo ascribere iniustitiam velit, neque sibi quicquam absurdi conscius sit. χ Confusa sunt.] *Plerique codd. habent,* συγκέκαυται, combusta sunt. *S. August.* confracta sunt. ψ Insultarunt.] *In plerisque est,* ἐπέβης, insultasti. ω Inhærens bonis.] *Interpretatur Schol.* cum essem in magna felicitate, atque opulentia, *cuius interpretationis facit mentionem etiam Chrys. quamuis hanc alteram magis probet,* ἐπέχον *(ita enim ipse habet)* ἀγαθοῖς, idest propter meam in alios misericordiam προσεδόκων ἀγαθά, expectabam bona: Nam &

B Symm. ita vertisse, ἀγαθὰ προσεδοκώμην, ἦλθε δὲ κακά, bona expectabam; venerunt autem mala. *S. Aug.* ego bona præstolabar. αα Non tacebit.] *Symm.* οὐκ ἐπαύσατο, non cessauit, non quieuit. ββ Sine freno.] Idest impos sum *(inquit Sch.)* cohibendi gemitum etiam in conuentu hominum. *Compl. habet,* πορεύομαι ἄνευ θυμοῦ, ambulo sine furore. γγ Sirenum.] *Chrys.* Sirenas vocat aues quasdam cantatrices, alcyonas, aut noctuas: vtræque enim sunt querulæ: Struthiones autem struthiocamelos, sicut etiam Symm. reddidit: sunt autem animalia solitudinis amica. δδ Obtenebrata est.] *Chrys.* cæteri, ἐμελανώθη εἰς βάθος, innigrata est in profundum. *S. August.* innigrata est valde. εε Ossa mea.] *Cæteri libri habent,* ὀστᾶ συνεφρύγη, *& comm.* ὀστᾶ μου συνεφρύγη ossa mea sunt confrixa.

CAP. XXXI.

TESTAMENTVM ᵃ posui oculis meis, & non ᵇ intelligam super

C virgine: & quid ᵞ partitus est Deus desuper; & hæreditas omnipotentis ex altissimis? Væ, perditio iniusto, & abalienatio facientibus iniquitatem. Nonne ipse videbit viam meam, & omnes gressus meos enumerabit? Si vero incessi cum ᵟ irrisoribus, vel si festinauit ad dolum pes meus (ᵋ steti enim in statera iusta, nouit autem Dominus ᶎ innocentiam meam) si declinauit pes meus de via, vel si oculo obsequutum est cor meum, vel si in manibus meis tetigi dona; seram igitur, & alij edant: & sine ᵑ radice sim super terram. Si sequutum est cor meum mulierẽ viri alterius, aut si ᶿ obsedi ianuas eius; ᶥ placeat quoque vxor mea alteri, & filij mei humilientur: furor enim ᵏ iræ indomitus commaculare viri vxorem: ignis enim est ardens super omnes ᶺ partes:

D quocumque superuenerit, à radicibus perdidit: Quòd si & ᵘ despexi iudiciũ famuli mei, aut ancillæ, cum ipsi litigarent mecum. Quid enim faciam, si ᵛ inquisitionem mei faciat Dominus? quod, si et visitationem aliquam, responsum dabo? nonne sicut ego factus sum in vtero; & illi facti sunt? facti autem sumus in eodem ξ ventre. Impotentes autẽ, quacumque aliquando re opus habebãt non sunt frustrati; & viduæ oculum non tabefeci. Quòd si & buccellã meam comedi solus, & pupillo non communicaui: quoniam à iuuentute mea enutriebam vt pater; & de ventre matris meæ dux eis fui: aut si despexi nudum pereuntem, & non operui eum: & si non benedixerunt me ᵒ impotentes, & de ton-

E sura agnorum meorum calefacti sunt humeri eorum: si ϖ leuaui super pupillum manum, confidens, quia mihi est adiutorium multum; ᵖ discedat humerus meus ᵟ à iunctura, & brachium meum à cubito confringatur. Timor enim Domini continuit me: à ᵗ prehensione eius non sustinebo: si posui aurum ᵛ in cõgium meum: quòd si & in lapide precioso fidebam: si & lætatus sum, cum esset mihi census multus; si & in ᵠ innumerabilibus posui manum meam. An non videmus solem, qui lucebat, deficientem, lunam autem decrescentem? non χ enim in eis est: & si ψ deceptum est clam cor meum: quòd & si ω osculatus sum

sum manum meam, ponens ad os meum; & hoc igitur mihi iniquitas maxima computetur; quòd mētitus sum corā Domino altissimo; quòd si & gauisus sum super ruina inimicorum meorum, & dixit cor meum, αα euge; audiat auris mea maledictionem meam, & diffamer à populo meo male affectus. Quod si & sæpe ββ dixerunt ancillæ meæ, quis vtique det nobis, vt carnibus eius satiemur? cum valde bonus essem: & foris non manebat hospes: & ostium meum omni venienti patuit. Quòd si & cum γγ non sponte peccassem, abscondi peccatum meum: non enim expaui turbam multitudinis; vt non enarrarem coram eis. Aut si dimisi infirmum sinu vacuo exire ianuam meam; quis mihi tribuat auditorem? & manum Domini si non timui, δδ syngrapham vero, quam habui contra quempiam in humeris vtique circumponens coronam legebam, & si non scindens eam reddidi, nihil accipiens à debitore. Si super me vmquam terra gemuit, aut si sulci eius plorauerunt simul. Aut si & εε virtutem eius comedi solus sine precio: aut si animam domini terræ recipiens ζζ contristaui: pro tritico germinet mihi ηη vrtica, & pro hordeo spina.

α Testamentum posui.] διαθήκην ἔθέμην. *S. Aug.* testamentum feci, *notum autem est ista voce, pactum, & constitutionem significari.* β Et non intelligam.] καὶ οὐ συνήσω. *Symm.* καὶ οὐδὲν ἐνόησα περὶ παρθένου, & nihil cogitaui de virgine. *S. Aug.* & non cogitabo de virgine. γ Et quid partitus est.] *S. Aug.* & quæ est alia pars Dei super? subauditur, non cogitabo, aut ita, & quæ est, nisi illa? *Græci autem sic explanant*, cur post tam exquisitam vitæ meæ rationem, talem mihi partem, & talem hæreditatem, potens, & excelsus Deus desuper partitus sit, ignoro causas. δ Cum irrisoribus.] *Ita S. Aug. quod græce est*, γελοιαστῶν. *Schol.* idest, γελωτοποιῶν, scurrarum, qui risum mouent. Non enim (inquit Iulianus) interdictum est vti cithara, sicut Iob fatetur in cap. superiore se vsum esse, modo cum pietate id fiat: nam organis etiam in templo vtimur: sed γελοιαστὰς, vocat τοὺς κώμοις, καὶ μέθαις προσέχοντας, eos qui commessationibus procacibus, & ebrietatibus dant operam. *Symm.* μετὰ ματαιότητος, cum vanitate, & mendacio. ε Steti enim in statera.] *Inquit Schol.* steti in ipso honesto, & mediocritate illa, quæ propria virtutis est. *Aquila*, σταθμήσει με ἐν ζυγῷ δικαίῳ, appendet me in statera iusta. *Schol.* nimirum Deus: videtur enim iustus hic suam virtutem Deo acceptam referre. ζ Innocentiam.] ἀκακίαν. *Compl.* ἀδικίαν, iniustitiam, *cuius lectionis nullum vsquam vestigium est inuentum.* η Et sine radice.] *S. Aug.* sine stirpe. *Sym.* καὶ τὰ ἔγγονά μου ἐκριζωθείη, & posteri mei eradicentur. θ Si obsedi ianuas.] *Sic S. August. quod græce est*, εἰ καὶ ἐγκάθετος ἐγενόμην. *Aquila, & Symm.* ἐνήδρευσα, sum insidiatus. ι Placeat.] ἀρέσαι, *sic etiam S. Aug. Schol.* hebræus, ἀλέσαι, molat. κ Iræ indomitus.] ὀργῆς ἀκατάσχετος. *S. August.* furor enim animæ meæ est indomitus. λ Partes.] μερῶν. *Polychronius legit*, μελῶν, membra, *& ita Compluten.* μ Despexi.] *Sic S. Aug.* ἐφαύλισα. *Aquila*, ἀπέρριψα, abieci. ν Inquisitionem.] ἐπισκοπήν. *Symm.* ἐὰν ἐπιζητῇ, si inquirat. *Olympiod.* ἔτασιν vocat τὴν ἐξέτασιν, diligentem, atque accuratam exquisitionem, diuinam autem ἐπισκοπὴν, & visitationem, vocat τοὺς ἐλέγχους, redargutiones, & correptiones. ξ In eodem ventre.] *Sym.* ἐν ὁμοίῳ τρόπῳ, in simili modo. *S. Aug.* & fuimus similiter in ventre. ο Impotentes.] *S. Aug.* si non benedixerunt mihi humeri: de tonsura ouium mearum calefacti sunt, *quod non longe abest ab hebræo.* π Si leuaui super pupillum manum.] *Sic S. Aug. quod græce*, εἰ ἐπῆρα ὀρφανῷ χεῖρα: *sed addit*, meam, *vt heb. Symmachus*, κατὰ ὀρφανῶν, contra pupillos. ρ Discedat.] *Aquila*, πεσέτω, cadat. σ A iunctura.] ἀπὸ τῆς κλειδός. *Olymp.* κλεῖδα vocat iuncturam humeri cum collo. Theodotio autem & Symmac. pro, κλειδὸς, ille quidem reddidit, τοῦ αὐχένος, ceruice, & iugulo: hic autem, τοῦ ἀκρωμίου, summo humero. *S. August.* discedat humerus meus à iugulo meo. τ A prehensione.] ἀπὸ τοῦ λήμματος, cogitans (*inquit Scholiastes*) εἰ ἐπιλάβοιτό μου θεὸς ἢ ἀδικοῦντος ἢ μὴ εὐεργετοῦντος, si deprehenderit me Deus, aut iniuste agentem, aut non bene facientem, intolerabile supplicium mihi subeundum. *Symm.* βάρους, *& S. Aug.* & à pondere eius. υ In congium meum.] εἰς χοῦν μου, *cæteri*, ἰσχύν μου, *& S. Aug.* posui aurum robur meum. *Symm.* ἀφοβίαν μου, fiduciam meam. φ In innumerabilibus manum meam. *S. Aug.* animam meā. *Explanat hunc locum Schol. ideo Iob non posuisse manum in innumerabilibus, quoniam terminum posuisset incremento opum, & quicquid ex certo numero redundaret, ad vsum pauperum transferret. propius esset hebræo, si repeteretur illud*, εἰ εὐφράνθην, *si lætatus sum, quòd in bonis innumerabilibus ponerem manum, atque ex infinito aceruo sumerem.* χ Non enim in eis est.] *Olympl.* non in eis est, sed in eo, qui ordinauit, & constituit. ψ Deceptum est.] ἠπατήθη. *Symmac.* ἐμπλατύνθη, dilatatum est, *quasi tumens præ opum amplitudine.* ω Si & osculatus sum.] *Symm.* καὶ προσεκύνησεν ἡ χείρ μου περὶ τὸ στόμα μου, & adorauit manus mea circa os meum, *nimirum Solem, & Lunam illo amoris ardentis officio: quam interpretationē Olymp. & Chrysost. notant ab alijs accommodari lxx. versioni, licet ipsi magis referant ad cultum quemdam, & amorem suarum opum, aut actionum, de quibus sibi valde placeret, quemadmodum etiam S. Aug.* αα Euge.] *In comm. græcis, repetitur*, euge, euge. *Symm.* καὶ ἐπανέστην ὅτε κατέλαβεν αὐτὸν κάκωσις, *& insurrexi*, quando apprehendit eum afflictio. ββ Sæpe dixerunt.] *Olymp.* cæteri autem sic reddiderunt, εἰ μὴ πολλάκις εἶπον οἱ ἄνδρες τῆς σκηνῆς μου, τίς δῴη τῶν σαρκῶν αὐτοῦ, καὶ ἐμπλησθησόμεθα, si non sæpe dixerunt uiri tabernaculi mei, quis det de carnibus

A nibus eius, & saturabimur? vt alterum sit crudelitatis detestatio, alterum impotentis cuiusdam, & insatiabilis amoris indicium. γγ Non sponte peccassem.] ἀκουσίως, nam voluntarij peccati (*inquit Olympiodorus*) non erat sibi conscius: inuoluntarium autem, idest repentinas quasdam perturbationes, à quibus homo cauere non potest, confessione purgabat. *S. Augustinus habet*, quòd si & sponte peccaui, abscondi peccatum meum. δδ Syngrapham.] *Apud S. Augustinum hæc satis mendose referuntur*, conscriptionem, si quam habeo, & si non dirupi, eam super humeros meos, & coronatus publice legam. *S. Ambrosius de Tobia cap.* 17. conscriptionem, quam habui aduersus aliquem iuramento conceptam, imponens coronam legebam, & si non scindens eam reddidi, nihil accipiens à debitore. *Olympiodorus*. Non enim quemadmodum quis gloriose exultans in debitores, euoluens vtrisque manibus syngraphas publice subinde legebam, sed conscindens eas, & remittens debita reddebam debitoribus. εε Virtutem.] *Sic S. Augustinus quod est* ἰσχὺν, robur, vigorem. *Schol.* ἰσχὺς terræ est καρπογονία, καὶ ἡ φορὰ τῶν ὡρίων, fructuum procreatio, & prouentus suo cuiusque tempore. ζζ Contristaui.] ἐλύπησα. *Symmachus*, ἐλπίδος ἐστέρησα, spe priuaui. ηη Vrtica.] κνίδη. *Olympiodorus*. Theodotio autem, & Symmachus, ille quidem pro κνίδη, reddit B ἄκανθα, hic vero pro βάτος, ἀτελεσφόρητα, germina imperfecta, & inutilia: & cnide, & batus sunt plantæ spinosæ. *Schol.* Symmachus quidem sic reddidit, ἀντὶ σίτου βλαστησάτω ἄκανος, pro tritico germinet acanus. Legi autem in regnis (*idest in libris regnorum*) plantam sic dictam, acanum.

CAP. XXXII.

ET cessauit Iob à verbis: cessauerunt autem & tres amici eius vltra contradicere Iob: erat enim Iob iustus α coram eis. Iratus est autem Elius filius Barachiel Buzites de cognatione Ram Ausitidis regionis. Iratus est C autem in Iob valde, eo quòd pronunciauerat seipsum iustum coram Domino. Et vero aduersus tres amicos iratus est valde, eo quòd non potuerant respondere opposita ipsi Iob: & posuerant ipsum esse impium. Elius autem sustinuerat dare responsionem Iob, quoniam seniores eo erant diebus. Et vidit Elius, quòd non est responsio in ore trium virorum, & indignatus est ira sua. Suscipiens autem Elius filius Barachiel Buzites, dixit: Iunior quidem sum tempore, vos autem estis seniores: quare silui timens in vobis annunciare meam ipsius β scientiam. Dixi autem, quòd non est tempus, quod loquitur, & in multis annis nouerunt sapientiam. γ Sed spiritus est in hominibus: D spiratio autem omnipotentis est, quæ docet: non longæui sunt sapientes, neque senes nouerunt iudicium: quare dixi, audite me, & annunciabo vobis, quæ noui: auribus percipite mea verba. Dicam enim vobis δ audientibus, quoadusque exquiratis sermones: & vsque ad vos intelligam, & ecce non erat ipsi Iob qui argueret; qui vicissim responderet verbis eius, ex vobis: vt ne dicatis, inuenimus sapientiam ε Domino adiecti: homini autem permisistis loqui talia verba: exterriti sunt, non responderunt vltra: ζ veteres fecerunt ex se sermones: sustinui, η non enim locutus sum: quia steterunt, non responderunt. θ Suscipiens autem Elius ait: rursus loquar, plenus enim sum verborum: perdit ι enim me spiritus ventris: venter E autem meus, sicut κ vter musto feruens ligatus, aut veluti follis ærarij diruptus: loquar vt requiescam aperiens labia: hominem enim non verebor: sed neque erga mortalem confundar: non enim noui admirari facies: alioquin & me tineæ edent.

α Coram eis.] ἐναντίον αὐτῶν. *Sanctus Augustinus*, in conspectu suo. *Symmachus*, διὰ τὸ αὐτὸν δίκαιον φαίνεσθαι ἐπ' αὐτῶν, eo quod ipse iustus appareret super eos. β Sed spiritus est.] *Symmachus*, ὄντως δὲ πνεῦμα θεοῦ ἐστιν ἐν ἀνθρώποις, vere autem spiritus Dei est in hominibus. γ Scientiam.] ἐπιστήμην. *Chrysostomus*, cæteri, γνῶσιν, cognitionem. δ Audientibus vobis.] *Origenes*, alia exemplaria post verba ista, habent & hos

& hos verſiculos, ἰδοὺ ἤκουσα τοὺς λόγους ὑμῶν ἠνωτισάμην ἄχρι συνέσεως ὑμῶν ecce audiui ſermones veſtros, auſcultaui vſque ad intelligentiam veſtram. Cæteri autem interpretes ſic reddiderunt, ἰδοὺ ἐξεδεξάμην τοὺς λόγους ὑμῶν, ἠκροασάμην ἐφ᾽ ὅσον ἐξετάσητε λόγους, καὶ μέχρι τοῦ ἐφικέσθαι ὑμῶν, ἐνενόουν, ecce excepi veſtros ſermones, auſcultaui, donec exquireretis ſermones, & quoaduſque vos perueniretis, conſiderabam. ε Domino adiecti.] *Chryſoſtomus*, neque dicatis, hoc ipſum ſapienter fecimus, quòd ad Dei partem nos applicauimus, eiuſque iuſtitiam defendimus: nihilominus enim peccaſtis, quando Iob redarguere non potuiſtis. *S. Auguſtinus hoc, aut propinquo huic loco, hæc videtur legiſſe quæ non longe abſunt ab hebræo*, Deus abiecit eum, & non uir: & ſermonibus veſtris non reſpondebo ei. ζ Veteres fecerunt.] ἐπαλαίωσαν. *Scholiaſt.* ſuos ipſorum ſermones veteres, & putridos, & inutiles ſuo ipſo ſilentio oſtenderunt. η Non enim loquutus ſum.] ἐλάλησα. *S. Auguſtinus videtur legiſſe propius ad hebræum*, ἐλάλησαν, *vt Complutenſis*, & non ſunt loquuti. θ Suſcipiens autem Elius ait.] *Horum loco, quæ omnino videntur adiectitia, in commentarijs græcis legitur*, ὅτι ἀποκριθῶ κἀγὼ μέρος, quare reſpondebo et ego partem, *ideſt pro mea virili parte. In aliqua editione ſunt vtraque.* ι Perdit.] ὠλέκει. *Symmachus*, συγκαίει, comburit. κ Vter.] *Symmachus*, ὡς οἶνος νέος ἀδιάπνευστος, ſicut vinum nouum, quod non habet perſpiratum.

CAP. XXXIII.

VERVMTAMEN audi Iob verba mea, & auribus percipe loquutionem meam. Ecce enim aperui os meum, & locuta eſt lingua mea. Mundum eſt cor meum verbis; & intellectus labiorum meorum munda cogitabit: ſpiritus diuinus eſt qui me fecit: ſpiratio autem omnipotentis eſt, quæ docet me: ſi poteris, da mihi reſponſionem: ad hæc ſubſtine: ſta iuxta me, & ego iuxta te. De luto formatus es tu, ſicut & ego: ex eodem formati ſumus: non timor meus te α turbabit: neque manus mea grauis erit ſuper te: verumtamen dixiſti in auribus meis; vocem verborum tuorum audiui: quandoquidem dicis, mundus ſum, non peccans: ſine crimine ſum, non enim inique egi: accuſationem autem contra me inuenit: putauit autem me, ſicut aduerſarium: poſuit autem in ligno pedem meum, & obſeruauit omnes vias meas. Quomodo enim dicis; iuſtus ſum, & non exaudiuit me? æternus enim eſt, qui eſt ſuper homines. Dicis autem: β cur iudicium meum non exaudiuit, meum omne verbum? Semel enim γ loquatur Dominus: ſecundo autem ſomnium, aut in meditatione nocturna: ſicut δ quando incidit ſæuus timor in homines in dormitationibus ſuper cubili: tunc reuelat mentem hominum: in ſpeciebus timoris talibus, eos exterruit: auertat hominem ab iniuſtitia: & corpus eius à ruina liberauit: & pepercit animæ eius à morte, & non cadat ille in bello. Iterum autem arguit eum in languore ſuper cubile: & multitudo oſsium eius obtorpuit: & omnem eſcam frumenti non poterit ſumere; & anima eius cibum deſiderabit: quoaduſque putruerint eius carnes, & oſtenderit oſſa ſua inania. Appropinquauit autem ad mortem anima eius, & vita eius in inferno: ſi fuerint mille angeli mortiferi; vnus eorum non vulnerabit eum: ſi cogitauerit corde reuerti ad Dominum, annunciauerit autem homini ſuum ipſius crimen, & ε ſuam ſtultitiam oſtenderit; retinebit ne cadat, & renouabit corpus eius: ſicut tectorium in pariete, & oſſa eius implebit medulla: & molliet carnes eius ſicut paruuli, & reſtituet eum ζ virum factum inter homines: η deprecatus autem ad Dominum, & accepta ei erunt: intrabit facie θ hilari cum profeſsione; reddet autem hominibus iuſtitiam. Deinde tunc accuſabit homo ſe ipſe dicens qualia conſummabam? & non digne in me inquiſiuit pro ijs, quæ peccaui. Salua animam meam, ne veniat in-

A niat incorruptionem : & vita mea lucem videbit. Ecce hæc omnia operatur fortis [κ] vias tres cum viro : & eruit animam meam de morte : vt vita mea in lumine collaudet illum. Auribus percipe Iob, & audi me : obmutesce, & ego quidem loquar : si sunt tibi sermones; responde mihi : loquere, volo enim iustificari te : sin minus; tu audi me, obmutesce, & docebo te.

[α] Te turbabit.] σε φοβήσει. *Aquila*, ἐκθαμβήσει, terrebit obstupefaciet, *quam lectionem habet Compluten.* [β] Cur iudicium meum non exaudiuit.] διατί τῆς δίκης μου, οὐκ ἐπακήκοέ μου πᾶν ῥῆμα. *In comm. græcis, & in Complutensi est*, διατί τῆς δικαιοσύνης μου οὐκ ἐπακήκοε πᾶν ῥῆμα, cur iustitiæ meæ non audiuit omne verbum? *dictio* δικαιοσύνης, *est etiam in aliqua alia editione. Chrys.* pro quibus Aquila, & Theodotio, ille quidē, τί οὖν πρὸς αὐτὸν ἐνεδικάσω, ὅτι πάντα τὰ ῥήματα αὐτοῦ οὐκ ἀποκρίνεται; quid igitur contra eum iudicio contendisti, omnia enim verba
B eius non ferunt responsum? hic vero, τί οὖν αὐτῷ διαδικάζῃ; πάντες γὰρ οἱ λόγοι αὐτοῦ ἀναντίρρητοι, quid igitur ipsum vocas in iudicium? omnes enim sermones eius sunt eiusmodi, quibus contradici non possit. [γ] Loquatur.] *In nostra erat* λαλῆσαι, loqui, *vt etiam in Complut. sed in comm. græcis* λαλήσει. *S. August. habet*, loquitur. [δ] Sicut quando incidat.] ὡς ὅταν. *In comm. & alijs editionibus est*, ἢ ὡς ὅταν, aut sicut quando. *S. Augustinus*, aut sicut incidit. [ε] Suam stultitiam.] ἄνοιαν αὐτοῦ, *in comment. & alijs editionibus est*, ἀνομίαν, iniquitatem. [ζ] Virum factum.] *Schol.* idest, corroborans, & vigorem virilem præbens, restituet eum hominum societati, & consuetudini. [η] Deprecatus autem.] δεξάμενος. *In comment. est*, δεξαμένου, cum deprecatus fuerit. *Theodotio*, δεηθήσεται τοῦ θεοῦ, καὶ εὐλογήσει αὐτόν, orabit Dominum, & benedicet eum. [θ] Hilari.] ἱλαρῷ, *sic etiam S. Aug. sed Olympiodorus notat hoc esse cæterorum interpretum. lxx. autem habere*, καθαρῷ, pura, *quod etiam in aliquot codicibus, & Complut. est.* [ι] Professione.] *Sic S. August. quod græce est*, ἐξηγορίᾳ. *Olymp.* Pro, σὺν ἐξηγορίᾳ, Aquila, & Theodotio, reddiderunt, ἐν ἀλαλαγμῷ, in iubilatione. Symm. autem ἐν ὑμνολογίᾳ, in hym-
C norum decantatione. [κ] Vias tres.] ὁδοὺς τρεῖς μετὰ ἀνδρός. *Schol.* διὰ τριῶν τούτων τρόπων, tribus his modis peccatores conuertit, loquendo, terrendo per somnia, morbos inferendo. S. *Augustinus habet*, vices tres. *Symmachus*, δὶς τρεῖς πρὸς ἕκαστον, ὥστε μετακαλέσαι τὴν ψυχήν μου, bis ter ad vnumquemque, vt reuocet animam meam.

C A P. XXXIV.

RESPONDENS autem Elius, dixit: Audite me sapientes, qui habetis scientiam, auribus percipite : quia auris sermones probat, & guttur gustat escā. [α] Iudiciū eligimus nobis, noscamus inter nos, quod bonū:
D quia dixit Iob, iustus sum: Dominus remouit iudicium meum, & mentitus est in iudicio meo: violentum iaculum meum sine iniustitia. Quis vir, vt Iob bibens subsannationem sicut aquā, qui neque peccauit, neque impie egit, [β] aut neque communicauit cum facientibus iniqua: vt ambularet cum impijs? Ne [γ] enim dixeris, quia non erit visitatio viri: & visitatio ei à Domino. Quare intelligentes corde audite me. [δ] Absit à me coram Domino impie agere, & coram omnipotente turbare iustitiam: sed reddat homini, sicut facit vnusquisque eorum: & in semita viri inueniet eum. Putas autem Dominum absurda facturum? aut omnipotēs turbabit iudicium, qui fecit terram? Quis autem est, qui facit eā
E quæ sub cælo, & quæ insunt omnia? Nam si velit cohibere, & spiritum apud se detinere; peribit omnis caro simul: & omnis mortalis in terram abibit; vnde & formatus est: sin [ε] autem non sis monitus; audi hæc, auribus percipe vocem verborum. Vide tu eum, qui odit iniqua, & perdit malignos, esse æternum iustum. Impius est, qui dicit regi, iniuste agis, [ζ] impijssime principibus; qui non est veritus faciem [η] honorati, neque nouit honorem ponere potentibus, admirari facies eorum. Vana autem eis euadent, clamasse, & orare virum. Abusi sunt enim inique [θ] exhonoratis infirmis. Ipse enim inspector est operum hominum: latuit

 autem

autem eum nihil eorum, quæ agunt: ι neque erit locus vt latitent, qui faciunt iniqua: quoniam κ non ſuper virum ponet vltra. Dominus enim omnes inſpicit, qui comprehendit non veſtigabilia, & glorioſa, & magnifica, quorum non eſt numerus: qui cognoſcit eorum opera, & euertet noctem, & humiliabuntur; & extinxit impios: cõſpicui autem coram eo; quoniam declinauerunt de lege Dei, & iuſtificationes eius non cognouerunt, vt perferatur ad eum clamor pauperum: & clamorem mendicorum exaudiet: & ipſe λ quietem dabit; & quis cõdemnabit? & abſcondet faciem, & quis videbit eum? & contra gentes, & contra hominem ſimul: qui regnare facit hominem hypocritã propter peruerſitatem populi: quoniam μ erga fortem qui dicit, ſuſcepi, non auferam loco pignoris, abſque me videbo: tu oſtende mihi, ſi iniuſtitiam operatus ſum: non adijciam: nunquid à te reddet eam, quia tu ν expelles, quoniam tu eliges, & non ego? & quid noſti, loquere: quare intelligẽtes corde dicent hæc, & vir ſapiens audiuit verbum meum. Iob autem non in intellectu locutus eſt: verba eius non in ſcientia. Verumtamen diſce Iob, ne dederis vltra reſponſionem, ſicut inſipientes: vt ne adijciamus ſuper peccata noſtra; & iniquitas ſuper nos computabitur multa loquentibus verba contra Dominum.

α Remouit.] ἀπήλλαξε. *Schol.* Scribitur, παρήλλαξε, immutauit, & alienauit. *Olymp.* Deus autem mihi facultatem iudicantem non cuſtodiuit: verum iuxta Symm. & Aquilam παρέτρεψε, καὶ ἀπέστησεν ἀπ' ἐμοῦ τὸ κρίμα, καὶ περὶ τὴν κρίσιν μου ψεῦσμα, peruertit, & amouit à me iudicium: & circa iudicium meum falſitas. β Aut neque communicauit.] ἢ οὐδ' ἐ. *In comm. græcis, & alijs editionibus eſt*, οὐδ' ὅλως, neque omnino. γ Ne enim dixeris.] *Olymp.* Theodotio, & Aquila. alter quidem reddidit, ὅτι εἶπεν, οὐ κινδυνεύσει ἀνὴρ ἐν τῷ εὐδοκιμῆσαι αὐτὸν μετὰ θεοῦ, quoniam dixit, non periclitabitur vir, dum ipſe bene complacuerit cum Deo: alter vero, οὐχὶ σωθήσεται ἀνήρ, non ſaluabitur vir? Et verba quidem Theodotionis per enunciationem legenda ſunt, Symmachi autem morate & per interrogationem. *S. Auguſtinus.* Dixit enim, non viſitabitur, qui ambulauerit cum Deo. δ Abſit à me.] *Symm.* ἄπειη τοῦ θεοῦ ἀνομία, καὶ τοῦ ἱκανοῦ ἀδικία, abſit à Deo iniquitas, & à ſufficienti iniuſtitia. *S. Auguſtinus*, abſit à Deo impietas. ε Sin autem non ſis monitus.] *In noſtra legitur*, ἴδε μή, *ſed poſitum eſt pro eo, quod in comm. & alijs editionibus*, εἰ δὲ μή. *Olympiod.* Cæteri autem, εἰ μὴ συνιεῖς, ἄκουε, ἆρα ὁ μισῶν κρίσιν, ἐπιδήσει; ſi non intelligis; audi: nunquid, qui odit iudicium, obligabit? *Scho.* ἐπιδήσει εἰς ἴασιν, obligabit ad ſanandum. Sunt qui ita referant, ἐπιδώσει εἰς ἴασιν, augebit, ac proficiet ad ſanationem. ζ Impijſſime.] ἀσεβέστατε. *ita Polychronius, & S. Aug. In cæteris vero codd. eſt*, ἀσεβέστατος, *& exponitur in Schol.* qui dicit regi, iniuſte agis; ſicut impijſſimus iudicatur à principibus. η Honorati.] ἐντίμων. *Olymp. cæteri vero*, ἀρχόντων, principum. θ Exhonoratis.] ἐκκλειομένων. *In alijs libris partim eſt*, ἐγκλειομένων, incluſis, *partim*, ἐκκλειομένων, excluſis. *Sch.* male, inquit, ſunt vſi poteſtate; quoniam ad gratiam hominum ſpectantes deſpexerunt iuſtitiam, & pauperes a iure ſibi debito excludendos curarunt. ι Neque erit locus.] *Apud S. Auguſtinum ſequitur*, & non eſt vmbra mortis, ut latitent. κ Quoniam non ſuper uirum.] *Exponunt græci, quòd poſt mortem non ſit amplius in hominis poteſtate electio agendorum. Symm.* οὐ γὰρ ἐπ' ἀνθρώπῳ κεῖται ἔτι, non in homine ſitum eſt amplius. λ Quietem dabit.] *Symm.* αὐτοῦ δὲ ἠρεμίαν διδόντος τίς κατακρινεῖ, ipſo autem quietem dante, quis contra iudicabit? μ Quoniam erga fortem, qui dicit.] *Eodem pene modo profertur in hebræo: & aliqui volunt hoc ſignificari, quia de Deo (aut, de forti.) conſentaneum eſt, vt dicatur: ſuſcepi, non deſtruam. In pleriſque certe codd. eſt* εἴληφα, *in nonnullis tamen eſt* εἴληφας, tuliſti, *& in Scholio hæc quorumdam explanatio affertur*, ſi erga ſe potentiorem nemo dicit, tu abſtuliſti mea, quæ minime loco pignoris acceperas; quanto minus id erga Deum dicetur? *Symm.* ὅτι πρὸς θεὸν ῥῆσιν ἀνέλαβον, οὐχ ἕξω ἀκωλύτως, quoniam erga Deum dictionem aſſumpſi; non habebo ſine impedimento. ν Expelles.] ἀπώσῃ. *Nonnulli codd. & Polychronius habent*, ὅτι ἀπώσω, & *S. Aug.* quia repuliſti. *Schol. videtur legiſſe*, ὅτι μὴ ἀπώσῃ, quare ne repellas. *Ita enim interpretatur*, nonne tu debes reddere uices ſermonum meorum? ne igitur repellas, ſed redargue, quæ dicta ſunt. tuum enim eſt eligere, & iudicare, utrum bene, an ſecus dixerim, non autem meum, qui dixi.

CAP. XXXV.

RESPONDENS autem Elius ait: Quare hoc exiſtimaſti in iudicio? tu quis es, quia dixiſti, iuſtus ſum, ante conſpectum α Domini? Ego tibi dabo reſponſionem, & iſtis tribus amicis tuis. Aſpice in cælum, & vide: reſpice

A de:respice autem in nubes quàm altæ sint à te:si peccasti, quid ages? quod si & multa inique egisti; quid potes facere? quoniam igitur iustus es; quid dabis ei? aut quid de manu tua accipiet? Viro simili tui impietas tua, & filio hominis iustitia tua. A multitudine calumnijs appetiti vociferabuntur: clamabunt à brachio multorum. Et non dixit, vbi est Deus qui fecit me, qui distribuit custodias nocturnas, qui [β] separat me à quadrupedibus terræ, & à volatilibus cæli? * Ibi vociferabuntur; & non exaudies, & ab iniuria malorum? Absurda enim non vult Dominus videre: ipse enim omnipotens [γ] perspector est eorum, qui consummant iniqua, & saluabit me: iudicare autem coram eo, si potes collaudare B eum, sicuti est, [δ] & nunc, quia non est visitans iram suam, neque cognouit delictum aliquod vehementer. Et Iob vane aperit os suum: in ignorantia verba [ε] aggrauat.

α Domini.] *In plerisque codd. hæc sequuntur,* ἢ ἐρεῖς, τί ποιήσω ἁμαρτών; aut dices, quid faciam cum peccauero? *Symm.* εἶπας γὰρ, ὅτι οὐδὲν συμβαλεῖταί σοι, dixisti enim, quòd nihil proderit tibi. *S. Aug.* aut dicis, quid prodest tibi, aut quid faciam, si peccaui? β Qui separat me.] *Origenes,* iuxta cæteros autem, διδάσκων ἡμᾶς ὑπὲρ τὰ κτήνη τῆς γῆς, καὶ σοφίζων ὑπὲρ τὰ κατὰ τὸν ἀέρα διιπτάμενα πετεινά, qui docet nos supra iuméta terræ, & facit sapientes super uolatilia, quæ per aerem uolitant. *Et S. Augustin.* & à uolatilibus cęli sapientiorem me fecit. γ Perspector est eorum.] S. Aug. perspicit eos qui faciunt iustitiam, & saluum me faciat. * Ibi uociferabuntur.] *Schol.* illud, ἐκεῖ, ibi, dictum est pro, τότε, tunc. Tunc, inquit, cum ij, qui iniurijs, & calumnijs C sunt uexati, clamabunt ad te; non exaudies, neque uindicabis eos à contumelia? nimirum omnino uindicabis. δ Et nunc.] *Hoc ab Olympiodoro, & Chrysostomo coniungitur cum superioribus, vt ita intelligamus, Quid ita ò Iob erga tantam maiestatem vis iudicio contendere; si neque satis pro dignitate illum laudare potes, etiam in his supplicijs, quibus nunc te afficit? S. Aug. coniungit cum sequentibus,* & nunc, quia non est uisitans. ε Aggrauat.] *Symmachus,* ὡς ἀνόητος λόγους βαρεῖς ἐποιήσατο, sicut stultus sermones graues fecit. *S. Augustinus,* sua uerba multiplicat.

CAP. XXXVI.

ADIICIENS autem adhuc Elius ait: Sustine me pusillum adhuc, vt te doceam; adhuc enim est in me sermo: suscipiens scientiam meam, de D longe: [α] operibus autem meis, quæ iusta sunt loquar, in veritate, & non iniusta verba, iniuste [β] intelliges. Cognosce autem, quia Dominus nõ abijciet innocentem: fortis [γ] robore cordis non viuificabit impium: & iudicium pauperum dabit: non auferet à iusto oculos suos: & cum regibus in solio: & [δ] sedere eos faciat in [ε] victoria, & exaltabuntur: & qui compediti sunt in compedibus, capientur in funibus paupertatis: & annunciabit eis opera eorum, & delicta eorum, [ζ] quoniam valebunt: sed iustum exaudiet; & dixit: quia conuertentur ab iniquitate: si audierint, & seruierint; complebunt dies suos in bonis, & annos suos [η] in decoribus: impios vero non facit saluos, eo quòd noluerunt scire Dominum, & quòd, cum monerentur, inobedientes erãt; & hypocritæ corde [θ] or- E dinabunt furorem: non clamabunt, quia ligauit eos. Moriatur ergo in iuuentute anima eorum: & vita eorum vulnerata ab angelis, eo quòd tribulauerunt infirmũ, & inualidum: iudicium vero mansuetorum [ι] exponet: [κ] & superdecepit te ab ore [λ] inimici: [μ] abyssus, effusio sub ea, & descendit mensa tua plena pinguedine: non deficiet autem à iustis iudicium, & ira super impios erit propter impietatem munerum, quæ accipiebant super iniquitatibus. Non te auertat voluntaria [ν] mens à prece infirmorũ, cũ in necessitate fuerint: & [ξ] omnes qui tenent fortitudinem, noli extrahere per noctem, vt ascendant populi pro eis: sed cura, ne

facies indecentia: super [o] his enim elegisti ab inopia. Ecce fortis [π] roborabit in fortitudine sua: quis enim est, sicut ille, potens? & quis est, qui discutiat opera eius? aut quis est qui [ρ] dicat, fecit iniusta? Memēto, quia magna sunt opera eius, quorum [σ] dominati sunt viri: omnis homo vidit [τ] in ipso, [υ] quicumque vulnerati sunt mortales. Ecce fortis [φ] multus, & nesciemus: Numerus annorum [χ] eius & infinitus: numerabiles autem ei stillæ pluuiæ: & [ψ] effundentur ad pluuiam in nube: fluent [ω] antiquitates: obumbrauerunt autem nubes super [aa] innumerabili homine: [bb] horam constituit iumentis: & sciunt cubilis ordinem. In his omnibus non obstupescit animus tuus, nec mutatur cor tuum à corpore: & [γγ] si constiterit extensio nubis, æqualitatem tabernaculi, ecce extendit super eum: [δδ] Edo, & radices maris contexit. [εε] In eis enim iudicabit populos: dabit escam [ζζ] valido: in manibus contexit lumen, & [ηη] mandauit de ea in occurrenti: annunciabit [θθ] de eo amicum suum [ιι] Dominus: possesio, & de iniustitia.

α Autem meis.] *Ita S. Aug. quod græce est,* ἔργοις δέ μου δίκαια, *sed græci accipiunt hoc modo:* operibus Dei mea iusta comprobabo. β Intelligis.] συνιεῖς, *sicque S. Aug. In comm. autem græcis, & Compl. est,* συνιείς, intelligens. γ Robore cordis.] *Ita fere S. Aug. In comm. græcis, & in aliqua editione est,* καρδίας ἀσεβῶν, *in Complut.* καρδίαν ἀσεβῶν, potens robore corda (*aut*, cor) non viuificabit? δ Et sedere.] *Ita etiam apud S. Aug. In comm. & Complut. non est illud* καὶ, &, *sed continuate legitur,* & cum regibus in solio sedere eos faciet. ε In victoria.] εἰς νῖκος, *& græci interpretantur,* εἰς τέλος, in finem, in perpetuum: *quemadmodum* S. Aug. & sedere eos fecit in perpetuum. ζ Quoniam valebunt.] ὅτι ἰσχύσουσιν, *& apud græcos subintelligitur,* ipsa delicta. *Symm.* ὅτι κατεδυνάστευον, quoniam tyrannidem exercebant, violente dominabantur. *S. Aug.* & delicta, cum fuerint roborati. η In decoribus.] ἐν εὐπρεπείαις, *in comm. legitur,* εὐπραγίαις, in prosperitatibus, *apud S. Aug.* in gloria. θ Ordinabunt.] τάξουσι, *& græci intelligunt hypocritas ipsos contra se ordinare diuinum furorem. S. August. habet,* ponent furorem. ι Exponet.] ἐκθήσει. *Schol.* ὁρίσει ὁ θεὸς, τοῦτο γὰρ τὸ ἐκθήσει, definiet Deus: hoc enim valet illud, ἐκθήσει. S. Aug. *habet,* statuet. κ Et superdecepit te.] καὶ προσεπηπάτησέν σε. *Polychronius, & Schol. legunt,* καὶ πρὸς ἔτι ἠπάτησέν σε, & præterea, quoniam decepit te: *putant enim post breuem illam interiectionem de iudicio mansuetorum redire ad causas memorandas, cur hypocritæ male pereant, & interpretantur,* πρὸς, *idest,* πρὸς τούτοις, ad hæc. *S.* Aug. & quia decepit te. *Schol.* hebræus habet, καὶ προσέτι ἠπάτησέν σε, & præterea decepit te. λ Ab ore inimico.] *Ita S.* Aug. *quod græce,* ἐκ στόματος ἐχθροῦ. *Græci explanatores,* quoniam decepit mansuetum inimico ore suo. μ Abyssus, effusio sub ea.] *Sic interpungunt græci, & intelligunt cum alijs modis, tum hoc potissimum, repositam esse hypocritæ abyssum, & eam quæ sub ea, effusionem, idest,* τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, tenebras exteriores. *Sed S. Aug. ita,* & quia decepit te ab ore inimici abyssus, at effusi sub terra, subaudiendum, deceperunt te. ν Voluntaria mens à prece.] *S. Aug.* non te auertat volūtas animi à precibus infirmorum. *posset etiam exponi,* non valebunt tunc preces etiā voluntariæ impiorū, cum infirmi fuerint in necessitate, *& sic videntur accipi à græcis hæc verba.* ξ Et omnes qui tenent fortitudinem.] *Schol. videtur coniungere cum sequentibus,* noli extrahere per noctem, *vt sit sensus,* neque potentibus robore iniuriam inferes, vt nocte, & clanculum hos de proprijs deturbes, pro illis autem alios in locū eorum colloces. *S. Aug.* & omnes qui habent fortitudinem. Nolite extrahere per noctem: *Possent autem verba illa,* μὴ ἐξελκύσῃς τὴν νύκτα, *ita reddi,* ne protrahas noctem. *Symm.* μὴ προσθυμηθῇς νυκτὸς ἐπαναβῆναι λαοὺς ἐπὶ τοῦ τόπου αὐτῶν, ne cupias noctu super ascendere populos in locum eorum. ο Super his enim elegisti.] ἐπὶ τούτων γὰρ ἐξείλω, *in comm. græcis, & alijs editionibus est,* ἀπὸ τούτων γὰρ ἐξείλου, *& interpretatur Schol.* ab hoc ipso facto, idest ex eo, quod non facias indecentia, liberaberis à miseria, quæ est in paupertate. *Sed S. August.* hoc enim elegisti super inopiam, *& fortasse propius ad hebræum.* π Roborabit.] κραταιώσει. *S. August.* ecce Deus consolabitur, vel roborabitur, *& certe sæpe, vbi in nostra est,* ἰσχυρὸς, fortis; *apud S.* August. *est,* Deus, *quòd magis conuenit lxx. nam illud potius* Aquilæ *est, vt notat S. Hier. ad Marcellam.* ρ Qui dicat.] ὁ εἰπών, *in comm.* ὁ εἴπας, *quod idem valet, in Compl.* ὃ εἴπας, quod dixisti. S. Aug. aut quis est qui dicat ei, inique? σ Quorum dominati sunt viri.] ὧν ἦρξαν ἄνδρες quorum operum (*inquit Schol.*) imperium à principio homines acceperunt. S. *Aug.* quem laudauerunt viri. τ Videt in ipso.] εἶδεν ἐν ἑαυτῷ. *Schol.* idest, omnis homo habet cognitionem de Deo. S. A*ug.* omnis homo respicit ad eum, *vt videantur habuisse,* αὐτῷ, *quemadmodum Compl. aut pro eo accepisse.* υ Quicunque vulnerati.] ὅσοι τιτρωσκόμενοι εἰσὶ βροτοί. *Schol.* illud ὅσοι, dictum est pro πάντες, omnes: omnium enim est vulnerari, esse obnoxios perpessioni, & interitui. *Symm.* ἕκαστος ἀποβλέπων μακρόθεν, vnusquisque aspiciens à longe. *Ex quibus Sym. verbis suspicatur Sch. vulnerationem esse accipiendam excitationem mentis: nam cum pungimur; valde excitamur, atque attentiores reddimur.* φ Multus.] πολύς. *Schol.* illud πολὺ, scriptura ponit in eo, quod est intérminatum, & numero comprehendi non potest. χ Et infinitus, *illud,* &, *abest à S. Aug. Olympiod.* quædam exemplaria habent, ἀριθμὸς ὁδῶν, numerus viarum. ψ Effundentur ad pluuiam in nube.] *Non longe ab hebræo. S. Aug.* effundetur imber per semitas suas. ω Antiquitates.] παλαιώματα. *Schol. inquit ita vocari* σταλαγμοὺς, guttas, & stillas: *quod hoc ita fiat ab antiquo. Sic etiam*

capite

A *capite sequenti. Symmac.* ἅ τινα ῥυήσονται ἐκ τοῦ αἰθέρος, quæ quidem fluent ex æthere. S. *August.* fluent nubes. αα Innumerabili homine.] *Sapit hebræum. In aliquot codd. & comm. græcis est,* ἀμυθήτων βροτῶν, innumerabilibus, inenarrabilibus hominibus. *S. Aug.* & tenebrescēt super homines plurimos. *Nonnulli codd. & Cōpl.* βροντῶν, tonitruis ββ Horam constituit.] *Hæc vsque ad illud,* & si constiterit, *absunt à nonnullis codicibus, & à comm. & à Compl. sed reponuntur in capite sequenti: habet tamen hic S.* August. γγ Et si constiterit.] καὶ ἐὰν συνῇ ἀπέκτασις, *alij codd. habent,* ἐπεκτάσεις, extensiones, *& reddendum esset,* & si intellexerit extensiones. *Schol.* admirabitur ille, inquit, etiam si cogitauerit, quàm parua exorta nebula, circa totum cælum condensatio æqualis nubium extendatur. tabernaculum enim vocauit ipsum cælum. *S. August.* si cogitauerit extendere nebulam. δδ Edo.] ἠδὼ, *aut vt in comm. græcis,* ἠδὰ, *videtur esse vox hebræa; quamuis nunc, vt notat Schol. in hebræo legatur,* ὠρὼ, *facilis enim mutatio est ab vna litera ad alteram in hebræo. Chrys.* Symmachus autem: expandit super eam lumen suum. *Alia autem exemplaria pro* ἠδὼ, *habent* τόξον, *arcum, & græci interpretantur de arcu cælesti. S. Aug.* ecce fundit super omnia lucem suam. εε In eis enim.] *Symm.* διὰ γὰρ αὐτῶν, per hæc enim. ζζ Valido.] *S.* Aug. plurimis. *A. A. L. L. habent* ἀκούοντι, audienti. *Symmac.* παρέξει τροφὴν παμπόλλην, præbebit

B escam copiosam. ηη Mandauit de ea.] καὶ ἐνετείλατο περὶ αὐτῆς, ἐν ἀπαντῶντι. *Schol.* illud περὶ αὐτῆς, de ea, accipiendum est de die; illud autem ἐν ἀπαντῶντι, in occurrenti, de sole: vt intelligatur, Deum, qui manibus potentiæ suæ obtexit lumen per noctem, mandare deinceps lumini, & soli, vt occurrat, ac diem faciat. *S. Augustinus,* & mandauit de eo in contrarium. *Symmac.* καὶ ἐπιτάξει αὐτῷ, ὥστε ἀπαντῆσαι, & præcipiet ei, vt occurrat. θθ Annunciabit.] ἀναγγελεῖ περὶ αὐτοῦ φίλον αὐτοῦ. *Schol. putat posse intelligi quòd amicis suis Deus harum rerum cognitionem gratificetur, aut legendum per interrogationem, num forte Deus inops consilij adhibet amicum, & consiliarium? Symm.* ἀπαγγελεῖ περὶ τούτων ἑταίρῳ αὐτοῦ, annunciabit de his sodali suo. S. *Aug.* vt nunciaret super illo amico suo. ιι Dominus.] *Hæc vox abest à comm. & alijs editionibus, & à* S. *Aug. Chrys.* alia exemplaria habent, κυρίου κτῆσις, Domini possessio. Symmachus, ζῆλον περὶ ἀδικίας, zelum pro iniustitia. *Sensum esse hunc idē Chrys. putat, non communicare Deum alteri cuiquam, de sua possessione, & quomodo ad zelum prouocatus puniat iniustos* S. *Aug.* possessionem contra eos qui ascendere nituntur. *Omnino insignis in hoc capite vocum hebræarū amphibologia magnam interpretationum varietatem fecit.*

C

CAP. XXXVII.

ET ab hac [a] turbatum est cor meum, & [β] effluxit de loco suo: audi auditionem in ira furoris Domini: & [γ] meditatio de ore eius egredietur: subter vniuersum cælum principium eius, & lumen eius super alas terræ: post [δ] eum clamabit voce, tonabit in [ε] voce superbiæ suæ: & non [ζ] commutabit eos, quoniā audiet vocē eius: Tonabit fortis in voce sua [η] mirabiliter. Fecit enim magna, quæ [θ] nesciebamus: præcipiens niui, esto super terrā: & [ι] tempestas pluuiæ, & tēpestas pluuiarū potestatis eius: in [κ] manu omnis hominis signat: vt sciat omnis homo infirmitatem suam. Introierunt autem bestiæ sub tegmen, & quieue-

D runt super cubile. De promptuarijs superueniunt [λ] dolores, & [μ] ab extraneis partibus frigus: & à [ν] spiratione fortis dabit gelu: gubernat autem aquam, qualiter illi placuerit; & electum [ξ] format nubes: disperget nubilum lucem eius, & ipse [ο] circuitus: transuertet, peruertet in [π] Theebulathoth: in opera eorū omnia quæ mandauerit eis. Hæc constituta sunt ab eo super terram, siue [ρ] in disciplinā, siue in terram suam; si in misericordia inueniet eum. Auribus percipe hæc Iob: Sta [σ] commonitus virtutē Domini. [τ] Scimus, quia posuit Deus opera sua, cum faceret lumen de tenebris: scit autem differentiam nubium: & ingentes lapsus malorum. Tua vero stola est [υ] calida: quiescit vero super [φ] terram: [χ] firmatio

E nes cum eo in antiquitates, validæ, vt visio effusionis. Quare doce me, quid dicemus ei, & requiescamus multa dicentes. Nunquid liber, & scriba [ψ] astitit mihi, vt stans faciam hominem tacere? Omnibus autem non est visibile lumen: splendidū est in [ω] antiquitatibus, sicut quod ab eo super nubes. Ab Aquilone nubes coloris aurei. In his [αα] magna est gloria, & honor omnipotentis: [ββ] & non inuenimus alium similem virtuti eius. Qui [γγ] iusta iudicat, non putas exaudire eum? Propterea timebunt eum homines: timebunt quoque eum & sapientes corde.

a Et ab

α Et ab hac.] καὶ ἀπὸ ταύτης ἐταράχθη, ab hac, inquiunt græci, consideratione incomprehensibilis sapientiæ Dei. Symm. καὶ περὶ τούτων πτήσσει ἡ καρδία μου. Etiam de his expauescit cor meum. S. Aug. sed & in hoc obstupuit cor meum. β Et effluxit.] καὶ ἀπερρύη. Schol. idest parum absuit, quin propriam sedem dereliqueret. S. Aug. euulsum est. γ Et meditatio.] καὶ μελέτη. Aquila. καὶ φθόγγου, & loquutio. Considera, inquiunt græci, attente quæ ex ira Dei euenerunt: sunt enim quasi voces, quibus meditari assuescas, & parare te ad honorem Domini. Apud S. Augustinum hæc leguntur. Audite sonitum terroris, & vocis eius: & strepitu oris illius exeunt: quæ verisimile est ex aliqua alia versione fluxisse: sicut etiam sequentia, subter vniuersum cælum circuit, & lumen eius in finibus terræ. δ Post eum clamabit voce.] Schol. illud ὀπίσω αὐτοῦ, post eum, positum est pro θελήσαντος αὐτοῦ, volente, & iubente illo: nam simulac voluit; sequitur opus, & per tonitruum erumpunt voces, quasi minæ illius, vt videatur legisse φωνὴ, nominandi casu, quemadmodum & S. Aug. post eum fremet vox. ε In voce contumeliæ suæ.] Quasi, vt dictum est, in voce minarum plena. S. August. in sonitu superbiæ suæ, & ita inquit, superbiam pro celsitudine posuit. Aquila, ὑπερφερείας αὐτοῦ, superlationis, & celsitudinis suæ. ζ Et non commutabit eos.] Schol. iubente Deo non licet tonitruo mutare sonitus suos, quoniam obediunt ei. Sym ἐξιχνιασθήσεται ἀκουσθέντος τοῦ ψόφου αὐτῆς, quod fere sequitur S. Aug. & non poterit inuestigari, cũ audita fuerit vox eius. η Mirabiliter.] Hic in comm. græcis, & alijs editionibus sequuntur ea, quæ superiore capite notatum est abesse eo loco à nonnullis codicibus. θ Quæ nesciebamus.] Sic S. Aug. quod græce est, ἃ οὐκ ᾔδειμεν, & à græcis exponitur, quorum rationes cognoscere non possumus. ι Et tempestas pluuia.] καὶ χειμὼν ὑετὸς, καὶ χειμὼν ὑετῶν, δυναστείας αὐτοῦ. Est huiusmodi quædam repetitio in hebræo: licet in nostra fortasse aliquod mendum subsit. In comm. græcis est tantum, καὶ χειμὼν ὑετοῦ, δυναστείας αὐτοῦ, nec multo aliter in aliqua editione. In Complut. eodem modo, nisi quod habet, ὑετῶν. Exponunt græci, tempestatem, & effusionem pluuiarum esse opus potentiæ Dei: quamuis, pluuia potestatis, posset significare pluuiam vehementem. Symmac. καὶ χειμὼν ὑετοῖς χειμάσει ὄμβρους (al. ὄμβρος) ἰσχύος αὐτοῦ, & hyems pluuijs hyemabit imbres (al. imber) fortitudinis suæ. Apud S. Aug. hæc leguntur, præcipiens nubi, vt sit super terram; & tempestas pluuiæ, & tempestates imbrium potestates eius. κ In manu omnis hominis.] A græcis hæc coniunguntur cum superioribus, vt intelligatur hyemem, ac tempestatem obsignare, & alligare manus hominum, ac quo minus agant, prohibere. λ Dolores.] ὀδύναι. S. Aug. superuenit tempestas. Aquila, συσσεισμοὶ, concussiones, terræ motus. μ Et ab extremis partibus frigus.] ἀπὸ δὲ ἀκρωτηρίων ψύχος. S. Aug. & de promptuarijs frigus. Schol. à finibus autem, & extremis superuenit ὁ συγκλεισμὸς, καὶ ἡ καταιγὶς, secundum cæteros, vortex quidam, & turbo. Aquila retinens fere vocem hebræam, καὶ ἀπὸ μαζούρ, & à Mazur. ν Et à spiratione fortis.] Symm. ἀπὸ ἐμφυσήματος θεοῦ δοθήσεται πάγος, quomodo est apud S. Augustinum, & ab spiritu Dei dabitur glacies, vbi rursus, Dei, pro, fortis. ξ Format nubes.] καταπλάσει. In alijs codicibus est, καταπλήττει, aut καταπλήσσει, idest, obstupefaciunt hæc miracula, vt græci interpretantur, electum, & intelligentem hominem. Olym. Alia autem exemplaria pro, καταπλήσσει, habent, καταπλάσει. Symm. autem sic reddidit, ἀλλὰ καὶ καρπῷ ἐπιβρίσει νεφέλη, sed & fructui incumbet nubes. Quare illud, καταπλάσει, dictum est pro ἐπισκιάζει, obumbrat. Nomine autem, τοῦ ἐκλεκτοῦ, significatur fructus. Nubes igitur fructui ἐπιβρίσει, idest, ἐπελεύσεται, ἐπιχυθήσεται, superueniet, superfundetur. S. August. ita coniungit hæc cum sequentibus. & frumentum, si cupimus irrigari, disseminauit nubem lucem suam, quæ quidem posterior pars græce est, διασκορπιεῖ νέφος φῶς αὐτοῦ, & capax est interpretationis S. Aug. ο Circuitus transuertet.] καὶ αὐτὸς κυκλώματα διαστρέψει, idest (inquiunt græci) agit per circuitum nubes; vt suo tempore existant, Symm. αὐτὸς κυκλόθεν ἀναστρέφεται, quod videtur sequutus S. Aug. & ipsa per circuitum vertitur: vt adhuc intelligatur de nube. Græci tamen illud αὐτὸς, de Deo accipiunt, qui vbique præsens omnia deducit, & gubernat. π In Thecbulathoth.] Symm. ἐν τῇ κυβερνήσει αὐτοῦ εἰς τὸ ἐργάζεσθαι αὐτά, in gubernatione sua, vt ipsa operentur. S. Aug. in gubernaculis ad operandum omnia, quæ mandauerit eis. Schol. Alia autem exemplaria sic habent, ἐν τοῖς κατωτάτω θεὶς ἔργα αὐτοῦ, in infimis ponens opera sua, idest propter nos, qui sumus super terram, hæc faciens. ρ Siue in disciplinam.] Siue ad correctionem peccatoris (inquiunt græci) hæc fiant, siue ad fertilitatem terræ. Cæterum vox hebræa, quæ significat correctionem, & flagellum, significat etiam tribum. Quare S. Aug. siue in tribu, siue in terra sua. σ Commonitus.] νουθετούμενος. In comm. græcis, & alijs editionibus est, νουθετοῦ, & sic fere. S. August. sed & commonere. Olymp. idest, repone in mente, quæ dicta sunt, & cogita potentiam Dei, quanta sit. Sic Aquila, Theodotio, Symmachus, κατανόησον, σύνες, ἐνθυμήθητι, excogita, intellige, in mente habe. τ Scimus quia posuit Deus opera sua.] S. Aug. habet, tua. Symm. ἆρα γνώσῃ πότε ἔταξεν ὁ θεὸς περὶ αὐτῶν; numquid nosces, quando constituit Deus de ipsis? υ Calida.] θερμή. S. Aug habet, valida. Aquila, οὐχ ἱμάτιά σου θερμά, nonne vestimenta tua calida? Symm. ὁπότε ἱμάτιά σου θερμά, quando vestimenta tua calida. φ Super terram.] In comm. & alijs editionibus sequitur, ἀπὸ νότου, ab austro, quæ verba videntur necessaria, & habentur etiam apud S. Aug. χ Firmationes.] στερεώσεις. Schol. Aquila pro his reddidit, αὐτὸς ἐστερέωσε τὸν οὐρανὸν εἰς τροπὰς, ἐνισχυμένας ὡς ὅρασις συγχύσεως, ipse firmauit cælum in versionibus: validæ, velut aspectus fusionis: vt sententia sit huiusmodi: ipse ab antiquo firmamentum fecit validum, & firmum ex fluxili, & fusili natura aquarum: suntque cum eo congelationes, et quasi κρυσταλλώσεις, mutationes in chrystallum. Nam interdum quidem hoc facit, interdum illud: verum tamen etiam si aqua compacta conglaciarit in chrystallum; attamen aspectus eius est, sicut aspectus fusionis, idest aqueæ, et fusæ substãtiæ. S. Aug. vocem στερεώσεις, accipit pro secunda persona futuri, fortasse propius ad hebræum; sed ita hunc locum affert coniuncte cum superioribus, quiescente terra ab Austro, firmabis cum eo cælos, qui æqualiter ad uidendum fusi sunt. ψ Astitit.] In comm. græcis est παρέστηκας, & S. Aug. assistis mihi. ω In antiquitatibus.] Schol. ἐξ ἀναριθμήτων χρόνων, ab annis innumerabilibus, qua notione putant græci dictum esse, & paulo superius in hoc capite, & in capite superiore. Symmachus, συννεφώσει τὸν ἀέρα, in nubes coget aerem. Apud S. Augustinum hæc leguntur, sed utique colloquimur: omnibus autem non est uisibile lumen, quod refulget in nubibus: et spiritus transijt, et mundabit eas, quæ non procul absunt à vulgata. αα In his est magna.] Sic S. Augustinus. Theodotio, ἐπὶ τῷ θεῷ μεγάλη ἡ δόξα, in Deo magna est gloria. Symmachus,

A *machus*, περὶ δὲ θεοῦ φοβερὸς αἶνος. De Deo autem terribilis, & admirabilis est laudatio. γγ Et non inuenimus alium.] *Symmachus*, τὸν ἱκανὸν οὐκ ἐξεύρίσκομεν, sufficientem non inuenimus. δδ Qui iusta iudicas.] ὁ τὰ δίκαια κρίνων. *S. Aug*, qui iuste iudicat. *Aquila*, καὶ κρίσιν, καὶ πλῆθος δικαιοσύνης οὐ κακώσει, & iudicium, & multitudinem iustitiæ non affliget.

CAP. XXXVIII.

ET postquam quieuit Elius loqui; dixit Dominus ad Iob per α turbinem, & nubes. Quis est hic, qui celat me β consilium, continens autem sermones in corde, & me putat celare? Accingere tanquam vir lumbum tuum. Interrogabo autem te: tu autem responde mihi. Vbi eras, cum fundarem terram? indica autem mihi, si nosti scientiam. Quis posuit mensuras eius, si nosti? B aut quis est, qui induxit super eam γ funiculum? super quo δ circuli eius fixi sunt? Quis est autẽ, qui misit lapidem angularem super eam? Quãdo facta sunt sydera; laudauerct me voce magna omnes ε angeli mei. Cõclusi autẽ portis mare, cũ ζ fremeret ex vtero matris suæ egrediens. η Posui autem ei nubẽ operimentum; & θ nebula, quasi fascia obuolui illud: & posui illi terminos, circumponẽs claustra, & portas. Et dixi ei; hucusque venies, & non transibis; sed in ι te ipso comminuentur fluctus tui. Aut nunquid tecum lucem constitui matutinam? & κ cognouit lucifer ordinem suum, apprehendere pennas terræ, excutere impios ex ea? Aut tu sumens terram lutum plasmasti animal, & idoneum ad loquendum eum posuisti super terram? & abstulisti ab impijs lu-C cem, & brachium superborum comminuisti? aut venisti ad fontem maris, aut in vestigijs abyssi ambulasti? Aut tibi aperiuntur metu portæ mortis, aut ianitores inferni videntes te timuerunt? Aut λ cognouisti latitudinem eius quæ sub cælo? Narra ergo mihi, quanta nam sit, aut in qua terra μ habitet lux, aut quis tenebrarum locus. Si duces me in fines eorum? quòd si & nosti ν semitas eorum? ξ Noui igitur, quia tunc natus es, & numerus annorum tuorum multus. Aut venisti in thesauros niuis, aut thesauros ο grandinis vidisti? & reposita sunt tibi in tempus inimicorum, in diem bellorum, & pugnæ? Vnde autem procedit D π pruina, aut dispergitur Auster in eam, quæ sub cælo? Quis autem ρ præparauit fluxum validæ pluuiæ, & viam σ tempestatum, vt pluat super terram, vbi non est vir, desertum, vbi non est homo in eo, vt satiet inuiam, & inhabitabilem, & vt germinet exitus herbæ virentis? Quis τ est pluuiæ pater? Et quis est, qui peperit glebas roris, & de cuius vtero procedit glacies, aut pruinam in cælo quis peperit, quæ descendit sicut aqua fluens? Faciem υ impij quis exterruit? Aut intellexisti φ nexum pleiadis, & septum orionis aperuisti? An aperies χ Mazaroth in tempore suo, & vesperum super ψ comam eius duces ea? Scis autem ω commutationes cæli, & aut quæ sub cælo, simul facta? Vocabis autẽ nubem voce, & tre-E more aquæ validæ obediet tibi? Mittes αα autem fulmina, & ibunt: aut dicent tibi, quid ββ est? Quis autem dedit mulieribus texturæ sapientiam, aut variegandi scientiam? Aut quis est, γγ qui numeret nubes sapientia, δδ & cælum in terram inclinauit? εε Diffusus est autem, sicut terra cinis: & agglu ιι naui eum, sicut lapide cubum. Aut venaberis leonibus escam, aut animas draconum replebis? Timuerunt enim in cubilibus, & sedent in ζζ siluis insidiantes. Quis autem præparauit coruo escam? pulli enim eius ad Dominum clamauerunt errantes, cibaria quærentes.

α Per

α Per turbinem, & nubes.] καὶ νεφῶν. Compluten. habet, καὶ νεφέλης, & nubem. Aug. per turbinem nubis. β Me consilium.] με βουλὴν, à Complut. abest illud με. S. Aug. videtur legisse με, habet enim, meum consilium. Symm. σκοτεινὸς γνώμῃ, tenebricosus sententia, & mente. γ Funiculum.] σπαρτίον. Olymp. Aquila, & Symm. ille quidem reddidit κανόνα, canonem, & regulam; hic vero σχοινίον μέτρου, funiculum mensuræ. δ Circuli.] Sic S. Augustinus, quod græce est, οἱ κρίκοι. Olympiodorus, alij autem αἱ βάσεις, οἱ κατάπηγες, bases, pali. κρίκους dicit τοὺς ἀναβασμοὺς, libramenta. ε Angeli mei.] Chrys. alij autem ἅμα υἱοὶ θεοῦ, simul filij Dei. ζ Cum fremeret.] Chrys. illud ἐμαίμασσεν, dictum est pro, habebat stimulos quosdam, quibus incitaretur. Quædam autem exemplaria pro ὅτε ἐμαίμασσεν, habet, ὅτε ἐμαιοῦτο, quãdo quasi per manus obstetricis pariebatur. Aqu. ἐν τῷ παλαίειν, cum luctaretur. η Posui.] Aquila, περιείλησα, circumuolui. θ Et nebula.] Symmac. ὡς νεφέλῃ περιείλησα αὐτὴν, quasi nube circumuolui illud. ι Sed in teipso.] Symm. ἕως ὧδε πετάχθω τὸ ἔπαρμα τῶν κυμάτων σου, hucusque statuta sit elatio fluctuum tuorum. * Tecum.] Ita S. Aug. quod græce ἐν σοὶ & posset etiam significare, sub te, idest tuo tempore. κ Et cognouit Lucifer.] Chrys. cæteri autem, ἐγνώρισας τῷ ὄρθρῳ τόπον αὐτοῦ, notum fecisti diluculo locum suum. λ Aut cognouisti.] Sic S. Aug. quod græce est, νενόηται. Aquila, μὴ συνῆκας, nunquid intellexisti. μ Habitet.] αὐλίζεται. Chrysost. alij, σκηνοῖ, ἠρεμεῖ, habitat, quiescit. ν Semitas eorum.] Symm. ἀτραποὺς οἰκήσεως, calles habitationis. ξ Noui igitur.] οἶδα ἄρα, in alijs codicibus, & in comment. est οἶδας, & sic exponitur: Si ista nosti; scias necesse esse te eo tempore natum esse, quo hæc sunt ordinata: aut, si hoc non est; certe neque illud. S. Aug. nunquid scis, quia tunc natus es? ο Si grandinis.] χαλάζης. Symm. κρυστάλλου, glaciei. π Pruina.] Aquila, φῶς, lux. ρ Præparauit.] Aquila, διεῖλεν, diuisit. Chrys. Alij, τίς δὲ ἔτεμε τῷ κατακλυσμῷ ὑδραγωγὸν, quis autem diuisit inundationi aquæductum? σ Tempestatum.] κυδοιμῶν. Compl. habet, κυδοιμῷ, tempestati. Chrys. Aquila, & Symmachus, ille quidem εἰς κτύπον φωνῶν, in strepitu vocum: hic autem ψόφον βροντῆς sonitum tonitrui. τ Quis est pluuiæ.] Aquila, μὴ τίς ἐστιν τοῦ ὑετοῦ πατὴρ, nunquis ad est pluuiæ pater. υ Faciem impij.] πρόσωπον δὲ ἀσεβοῦς τίς ἔπηξεν. In alijs codicibus, & comm. legitur, τίς ἔπηξεν, quis tabefecit? Schol. Hebræus πρόσωπον δὲ ἀβύσσου πήγνυται, facies autẽ abyssi concrescit, & constringitur. Complutensis hanc cum illa miscuit. accipit enim ἀβύσσου sed retinet, ἔπηξεν. φ Nexum pleiadis.] Aquila, (al. Symm.) ἢ (al. εἰ) συνάψεις μόρια πλειάδος, an coniunges partes pleiædis? χ Masuroth.] Similem quandam vocem S. etiam Augustinus agnoscit, licet habeat etiam, arcturos. Symm. ἢ διαφύσεις τὰ σκορπισθέντα κατὰ καιρὸν αὐτοῦ ἕκαστον, nũquid produces, quæ sparsa sunt, vnumquodque iuxta tempus suum? Chrys. μαζουρὼθ sunt collectiones syderum, quæ vsus obtinuit, vt vocentur ζώδια. quasi parua animalia. Alij vero inquiunt, dictionem quidem esse hebraicam, sed significare sidereum canem. ψ Super comam eius.] Schol. comam vocat præstantiam fulgoris, & venustatem. S. Aug. habet, & vesperum super ædificationem eius induces. ω Commutationes cæli. Sic S. Augus. quod est τροπάς. Schol. interpretatur, τὰς τοῦ ἀέρος τροπάς; versiones aeris. Aquila, ἀκριβείας, exquisitas rationes, leges. αα Mittes autem fulmina.] S. Aug. mendoso vsus codice habuit, mittis vi flumina. ββ Quid est?] Aquila ἰδοὺ ἐσμὲν, ecce adsumus. γγ Aut quis est, qui numeret.] Symm. τίς ἔδωκε μεμωρασμένῳ ἔννοιαν, quis dedit insipienti intelligentiam? δδ Et cælum in terram.] Symm. καὶ ὄργανα οὐρανοῦ τίς κοσμήσει; & organa cæli quis ornabit? S. Aug. & organa cæli, in terram declinauit. Nonnulli hæc tamquam ipsorum lxx. afferunt, τὰ νέφη συνίστασθαι ἀρχιτεκτονῶν, οὐρανὸν δὲ εἰς γῆν ἐκκλίνων, qui parat nubes concrescere; & cælum in terram declinans. εε Diffusus est autem.] Sic S. Aug. quod græce est κέχυται δὲ ὥσπερ γῆ κονία, sed græci illud γῆ, in dandi casu accipiunt: vt intelligatur, terræ, quæ nigra est, circumfusum esse cælum, quasi calcem, atque opus tectorium, ob perspicuitatem & subtilitatem, quam tamen subtilitatem stabilieris, perinde, ac si quis lapidi cubicam figuram aptet. Nam & hoc loco S. Aug. deprauato codice vsus est, sicut lapidibus cibum. ζζ In filuis.] Schol. κοίταις, cubilibus. S. Aug. in insidijs.

CAP. XXXIX.

SI cognouisti tempus pariendi tragelaphorum α petræ, aut partus ceruarum custodisti, & β numerasti menses earum plenos partus earum, & dolores earum soluisti, & γ nutristi hinnulos earum sine metu, & partus earũ δ emittes, ε abrumpent filios suos, multiplicabuntur in ζ genimine: exibunt & non reuertentur η eis. Quis autem est, qui dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis resoluit? Posui enim habitationem eius θ desertum, & tabernacula eius salsuginem: irridens multas turbas ciuitatis, & quærelam ι exactoris non audiens: considerabit montes pascuã suam, & post omne viride quærit: volet autem κ monoceros seruire tibi, aut dormire super præsepe tuum, & alligabis in loris iugum eius, aut ducet sulcos tuos in λ campo? confidis autem in eo; quia multa est virtus eius, & dimittis ei opera tua? & credes, quia reddet tibi semen tem, & in aream tuam inferet? Penna μ lætantium neelassa, si conceperit ν Asida, & Nessa, quòd relinquet in terra oua sua, & in puluere calefaciet: & oblita est, quia pes disperdet, & bestiæ agri conculcabunt: ξ obdurauit filios suos, vt non

A vt non ſeipſam: fruſtra laborauit ſine timore: quia tacere fecit ei Deus ſapientiam, & non [o] partitus eſt ei in intellectu. Cum fuerit tẽpus; in altum exaltabit: irridebit equum, & aſcenſorem eius. An tu circundediſti equo virtutem, & induiſti collum eius [π] timore, & circumpoſuiſti ei armaturam, & [ρ] gloriã pectorum eius audaciæ: fodiens in campo luxuriat, & procedit in [σ] campum in virtute; occurrẽs [τ] regi deridet, nec ſe auertet à ferro: ſuper ipſum gaudet arcus, & gladius, & [υ] iracundia euertet terram: nec credet, donec ſignificauerit tuba: cũ autem tuba ſignificauerit; dicit, euge. Et procul odoratur pugnam [φ] cum ſaltu, & clamore. Et tua [χ] vero ſcientia ſtetit accipiter, expanſis pennis, immobilis,
B reſpiciens quæ ad Auſtrum? Atque tuo præcepto exaltatur aquila? aut vultur ſuper nidum ſuum ſedens moratur, in ſummitate petræ, & [ψ] abſcondito, cum ibi fuerit, quærit eſcas: longe oculi eius ſpeculantur, & pulli eius [ω] conſperguntur in ſanguine: vbicumque autem fuerint cadauera, confeſtim reperiuntur. Et reſpondit Dominus Deus ad Iob, & dixit: Nunquid iudicium cum omnipotente [αα] declinat? & arguens Deum reſpondebit. Reſpondens autem Iob dicit Domino: Quid adhuc [ββ] ego iudicor, commonitus, & arguens Dominum, audiens talia, cum nihil ſim? Ego vero quod reſponſum dabo ad hæc? manum ponam ad os meum: ſemel locutus ſum: & iterum non adijciam.

C

α Petræ.] *S. Aug. habet*, petras, *ſed ex hebræo, & ipſa ſermonis ſerie videtur eſſe caſus generandi.* β Et numeraſti.] *S. Aug.* & numeraſti menſes partus earum. *Symm.* ἠρίθμησας δὲ σελήνας πληρῶσαι αὐτάς, numeraſti autem lunas ad implendum eas. γ Et nutriſti.] *Theodotio*, ἐὰν δώσωσι τὰ παιδία αὐτῶν, διασώσεις αὐτά, ſi dederint paruulos ſuos; ſaluabis eos? δ Emittes.] ὠδῖνας δὲ αὐτῶν ἐξαποστελεῖς; *Chryſ.* ſi ὠδῖνας, ipſammet paſſionem intelligas; illud ἐξαποστελεῖς, ſumptum erit pro παύσεις; expedies enim, inquit, dolorem illum pariendi, vt ne ſemper ſint in illis doloribus. ſin autem ὠδῖνας accipias, illa, quæ per partum nata ſunt, illud ἐξαποστελεῖς, ſignificat ἐκπέμψεις αὐτά, emittes ea. Quod etiam Symm. ſignificauit ita reddens, ἃ ὠδίνησαν, ἀπολείπουσι, quæ pepererunt, derelinquunt. ε Abrumpent filios ſuos.] ἀπορρήξουσι τὰ τέκνα αὐτῶν. *S. Auguſt. habet*, abrumpent filij earum. *ſed græci hoc volunt ſignificari, num ſciat Iob, quomodo matres maternæ charitatis oblitæ adultos filios ſeparent, & abrumpant à ſe, ac tamen illi exeuntes ad paſcua multiplicentur, ideſt conualeſcant.* ζ In genimine.] ἐν γεννήματι. *S.* Aug. in tritico. η Eis.] αὐτοῖς. *Olympiodorus videtur legiſſe*, αὐταῖς, *ita enim interpretatur*, & non reuertuntur amplius ad eas, *&* S. Aug. & non reuertuntur matribus ſuis. θ Deſertum.] *Aquila*, ὁμαλήν, planitiem. Sy*mmachus*, ἀοίκητον, inhabitabilem. *Theodotio*, Arabà. ι Exactoris.] φορολόγου. *Aquila*,
D ἀπαιτητοῦ, *quod videtur idem valere.* κ Monoceros.] **Aquila**, Rhinoceros. λ Campo.] πεδίῳ, *& ſic S. Aug. Aliquot codd. habent* ἐν ποσί, in pede. μ Lætantium neelaſſa.] *Symmac.* πτερὸν ἀγαλλιάσεως περιπλέκεται, penna exultationis circumnectitur. *Aquila*, πτερύγιον αἰνούντων συναναπλέκει, ala canentium complicatur. *S. Auguſt. coniungens cum ſequentibus, vt vulgata*, penna ſtruthionis miſta eſt alis herodionis, & accipitris. *Olymp. tamen illud*, neelaſſa, *pro aui accipit. Ita enim inquit*, τερπνόν τι τῇ θέᾳ ἡ νεέλασσα, iucundum quiddam aſpectu eſt Neelaſſa. *& Schol.* volucris eſt pennas habens varias, & pulchras, atque adeo magis pauone. ν Aſida, & Neſſa.] *Symm* εἰ συγκαλύψεται ὁ κύκνος πτίλοις αὐτοῦ, ſi amplexabitur cycnus plumis ſuis. *Olymp.* Aſida eſt Herodius ſecundum Aquilam, aut ciconia, vt nonnulli dixerunt, non bene conſiderantes. *Et paulo inferius*. Eſt autem & Aſida auis maxima, verumtamen ſtolida: quam Aquila reddidit herodium, & ἱέρακα, accipitrem, ſiue miluum. *Et paulo inferius*, quidam dixerunt eſſe auem, quæ in Meſopotamia reperitur. *Schol.* Aſida & neſſa ſunt & ipſæ aues, ſed ſtolidæ, & robuſtæ: fruſtra laborauerunt, cũ ſaluos non præſtiterint filios ſuos: abſtulit enim Deus illis ſapientiam: hoc enim ſignificatur verbis illis, quia tacere fecit eius ſapientiam. *Habet enim* αὐτῆς τὸ σοφόν, *non* αὐτῇ σοφίαν, *vt eſt in cæteris libris.* ξ Obdurauit.] ἀπεσκλήρυνε τὰ τέκνα αὐτῆς.
E *Verbum*, ἀποσκληρύνειν, *videtur hoc loco valere*, dure tractare. *Olymp.* hæc ipſa auis, quæ ouum deſeruit, permiſit filios ſuos laborare; indurans naturalem illam erga filios propenſionem, vt ne ſeipſam labore conficiat in pullis nutriendis. *S. Auguſt. habet*, obdurauit contra filios ſuos, ne ſint eius. ο Et non partitus eſt ei.] *Symm.* καὶ οὐκ ἔνειμεν αὐτῇ σύνεσιν, & non diſtribuit ei intellectum. *S. Auguſt.* quia deſpexit eam Deus in ſapientia, & non diſtribuit intellectum. π Timore.] φόβον. *Chryſ.* vt elatione ceruicis timorem incutiat. *Olympiod.* Theodotio, & Symmachus, ille quidem, χρεμετισμόν, hinnitũ: hic vero κραυγήν, fremitum. *S. Aug.* & induiſti collo eius hinnitum. ρ Et gloriam.] δόξαν δὲ στηθέων αὐτοῦ τόλμῃ. *In pleriſque codicibus eſt*, δόξα δὲ στηθέων αὐτοῦ τόλμα, *& in comm.* τόλμα, gloria pectorum eius audacia. *S. Aug.* gloria pectoris eius audacia. σ In campum, in virtute.] *Chryſ.* vel ſecundum cæteros, εἰς ἀπάντησιν ὅπλων, in occurſum armaturæ, & in occurſum cataphractorum, non metuens iaculum, neque aciem ferri. *S. Aug* in prælium cum virtute. τ Regi.] βασιλεῖ. *plerique libri habent*, βέλει, iacula, *aut* βέλει, iaculo. *Et ita S. Aug. Chryſoſt. etiam habet* βέλει, *& exponit, vt paulo ante*

ante retulimus. Addit autem hæc, ſecundum alia vero exemplaria, συνάντων βασιλεῖ καταγελᾷ, occurrens regi, deridet: non enim nouit rationem habere dignitatis. υ Et iracundia.] καὶ ὀργὴ ἀφανιεῖ, *ſed in alijs libris eſt in dandi caſu* ὀργῇ. *Sym.* ἐν σάλῳ, καὶ ὀργῇ, ὡς καταπίνων, in commotione, & ira, quaſi abſorbens. *apud* S. *Auguſtinum plura leguntur*, lanceæ, haſtæque tremore, & iracundia euertit terram. φ Cum ſaltu, & clamore.] S. *Auguſt.* tonitrum ducum, & clamorem. χ Ex tua vero ſcientia.] *S. Aug.* nunquid in ſapientia tua plumeſcit accipiter? ψ Et abſcondito.] καὶ ἀποκρύφῳ. *Aquila*, ὀχυρώματος, munitione. *S. Aug.* aut vultur ſuper nidum ſuum in petra ſedens morabitur, in ſummitate petræ, & cauerna? ω Conſperguntur.] φύρονται. *S. Aug.* volutantur. *Aquila*, ἐστομωμένοι, formati, & roborati. αα Declinat.] *In alijs omnibus codicibus legitur* κρινεῖς, *aut* κρίνεις, iudicabis. *Symmachus autem*, ἆρα ὁ δικαζόμενος πρὸς τὸν ἱκανὸν περιγενήσεται; διελεγχόμενος θεῷ ἀντιλέγεταί τι; nunquid contēdens cum omnipotente, ſuperior erit? arguens Deū contradicet aliquid? *In Compl. pro*, ἀποκριθήσεται αὐτήν, *eſt*, ἀποκριθήσεται αὐτῷ, reſpondebit ei. *S.* Aug. nunquid, qui diſputat cum omnipotente, quieſcit? arguens Deum reſpondebit ita? ββ Quid adhuc ego iudicor?] *Aquila*, ἰδοὺ ἐλαφρύνθην, lenis factus ſum. *Symm.* ἰδοὺ κούφως ἐποίησα, leuiter feci. S. *Aug.* quid ego iudicor commonitus, & increpatus à Domino.

CAP. XL.

ADHVC autem reſpondens Dominus dixit ad Iob de nube: Nequaquam: ſed accinge, ſicut vir lumbum tuum: interrogabo autem te: & tu mihi reſponde: [α] ne repellas iudicium meum. Putas autem me aliter tibi reſpondiſſe, quàm vt [β] appareas iuſtus? Nunquid brachium tibi eſt contra Dominum, aut voce [γ] contra eum tonas? Aſſume nūc altitudinem, & virtutem; gloriam vero, & honorem induere; mitte autem angelos ira, & omnem contumelioſum humilia, & ſuperbum extingue. & [δ] corrūpe impios ſtatim: abſconde autem in terra ſimul, & facies eorum imple ignominia; ecce fitebor quòd poteſt dextera tua ſaluare. Verum vtique ecce beſtiæ apud te: fœnum ſicut boues comedunt. Ecce vtique [ε] fortitudo eius in lumbo, & virtus eius ſuper vmbilico ventris: erexit caudam ſicut [ζ] cupreſſum; & nerui eius complicati ſunt: coſtæ eius, coſtæ æneæ, & ſpina eius [η] ferrum fuſile: Hoc eſt [θ] principium formationis Domini, factum, vt [ι] illuderetur ab angelis eius: adueniens autem ad montem præruptū fecit lætitiam quadrupedibus in tartaro: ſub omnigenis arboribus dormit iuxta papyrum, & calamum, & carectum: obumbrant autem in eo arbores magnæ cum [κ] ramis, ſarmenta [λ] agri: ſi fuerit inundatio, non [μ] ſentiet: confidit, quia ſubibit Iordanis in os eius: in oculo ſuo capiet eum: [ν] intortus forabit naſum. Duces autem [ξ] draconem in hamo, & circumpones capiſtrum circa naſum eius? aut ligabis circulum in naribus eius, & [ο] armilla terebrabis labium eius? loquetur autem tibi [π] prece, ſupplicatione molliter: ponet autē tecum teſtamentum? accipies autem eum ſeruum ſempiternum? ludes autem in eo, ſicut aui? aut ligabis eum, ſicut paſſerem puero? paſcuntur autem in eo gentes: [ρ] partiuntur autem eum gentes Phœnicum? omne [σ] nauigans conueniens non ferent pellem vnam caudæ eius: & [τ] in nauigijs piſcatorum caput eius. Impones autem ei manum, [υ] recordatus belli, quod fit in corpore eius: & non [φ] vltra fiat.

α Ne repellas.] μὴ ἀποποιοῦ. *In comm. græcis, & alijs editionibus eſt*, ἦ ἀποποιῇ, nunquid repelles. *Symmachus*, μή τι παρακυρώσαις κρίσιν μου, nunquid irritum facies iudicium meum? β Quàm vt appareas iuſtus?] *Symmachus*, ἄδικον ποιήσεις με, ἵνα δικαιωθῇς, iniuſtum facies me, vt iuſtificeris? γ Contra eum.] *Plerique codices habent*, κατ' αὐτὸν, ſicut ipſe. δ Et corrumpe.] σῆψον. *Aquila*, ἀνάστρεψον, inuerte, *in comment. autem, & aliqua editione* κρύψον, antecedit, *& ſequitur*, σῆψον δὲ ὁμοθυμαδὸν εἰς γῆν ἔξω, putrefac autem ſimul in terra extra, *quæ vltima vox eſt etiam in* Compl. *Sym. autem pro hac vltima particula habet*, καταχώνευσον αὐτοὺς εἰς κενὸν, conſla eos in vacuo. ε Fortitudo.] *Olymp.* Si quidem de ſenſibili beſtia accipias, quæ dicuntur; potentiam illi adeſſe teſtificatur oratio, & locum oſtendit, in quo ei ſit fortitudo: locus autem eſt lumbus, vel ſecundum Aquilam, ὁ νῶτος, dorſum, aut ſicut Symmachus reddidit, ἡ λαγὼν, ilia. ζ Cupreſſum.] *Schol.* cæteri ὡς κέδρος, ſicut

sicut cedrus. η Ferrum fusile.] *Symm.* ὡς συμβλήματα σιδήρου, vt commissuræ ferri. *Notat autem Olymp.* τὴν ῥάχιν, *quam spinam vertimus, esse* συνδεσμὸν πάντων τῶν μελῶν, coiugationem omnium membrorum. θ Hoc est principium.] *Olymp.* Alij autem, κεφάλαιον ὁδῶν ἰσχυροῦ, caput viarum ipsius fortis. ι Vt illuderetur.] *Symm.* ποιηθὲν, προσπαχθῆναι τῇ μαχαίρᾳ αὐτοῦ, factum, vt admoueatur gladio eius. κ Ramis.] σὺν ῥαδάμνοις. *Symm.* σὺν ταῖς παραφυάσι, cum propaginibus. λ Agri.] κλῶνες ἀγροῦ, *in cæteris libris est,* ἄγνοι, agni: *est autem planta similis salici. Aquila,* ἰτέαι χειμάρρου, salices torrentis. μ Non sentiet.] *Symm.* οὐ καταπλαγήσεται non pauebit. ν Intortus.] σκολιευόμενος. *Symm.* ἐν περόνῃ τρυπηθήσεται τὴν ῥῖνα; in fibula perforabitur nasum? ξ Draconem.] *Symmac.* ἑλκύσεις δὲ λευιαθὰν, trahes autem Leuiathan. ο Et armilla.] ψελλίῳ. *Theodotio,* καὶ χαλινῷ τρήσεις σιαγόνα αὐτοῦ, & freno perforabis maxillam eius. π Prece, supplicatione.] δεήσει, ἱκετηρίαι *videntur duæ interpretationes eiusdem vocis. Polychronius habet,* δεήσει ἱκετηρίας, prece supplicationis. *Complut.* δεήσεις ἱκετηρίας. *Schol.* hebræus autem habet, ἆρα πληθυνεῖ πρὸς σὲ δεήσεις, (*al.* ἱκετηρίας) ἆρα λαλήσει πρὸς σὲ μαλακά, nunquid multiplicabit ad te preces, (*al.* supplicationes) nunquid loquetur ad te mollia? ρ Partiuntur.] *Olymp.* Aquila, ἡμισεύσουσιν αὐτὸν μεταξὺ χαναναίων, dimidiabunt eum inter chananæos? *Schol.* Aquila, διαμερισθήσονται μεταξὺ μεταβόλων, diuident cum permutatoribus. *Theodotio,* ἀγοράσουσιν αὐτὸν, mercabuntur eum. σ Omne nauigans.] πᾶν δὲ πλωτὸν. *Symm.* μὴ πληρώσεις σκηναῖς τὸ δέρμα αὐτοῦ nunquid implebis tabernaculis pellem eius? τ In nauigijs.] ἐν πλοίοις. *Symmachus,* καὶ ἐν ἰχθυοφόροις, nassellis piscium. υ Recordatus belli.] *Aquila,* μνήσθητι πολέμου, μὴ προσθῇς, memento belli, ne adijcias. φ Et non vltra fiat.] *Theodotio,* ἰδοὺ ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ διεψεύσατο, & principium eius mentitum est.

CAP. XLI.

NONNE α audisti eum? nonne super ijs, quæ dicuntur, miratus es? Non timuisti, quia paratus est mihi? Quis est enim, qui mihi ex aduerso steterit? vel quis β resistet mihi, & sustinebit? si vniuersa quæ sub cælo, mea est; non tacebo propter eum: & γ rationem virtutis miserebitur æqualem sibi. Quis reuelabit faciem indumenti eius? & δ in rugam pectoris eius quis vtique ingrediatur? portas faciei eius quis aperiet? ε in circuitu dẽtium eius timor: ζ interiora eius, scuta ænea, η & colligatio eius, sicut lapis smyrites: vnus vni cõglutinantur: spiritus autẽ non transibit eũ: θ vir fratri suo agglutinabitur: cohærent, & non diuellentur: in ι sternutamento eius effulget lumen; & oculi eius species Luciferi: de ore eius egrediuntur quasi lampades accensæ, & proijciuntur, sicut κ scintillæ ignis: de naribus eius egreditur fumus camini accensi igne carbonũ. Anima eius carbones; & flamma de ore eius procedit: in collo autẽ eius habitat potentia; ante eum currit λ perditio: carnes autem corporis eius sunt agglutinatæ: μ effundit super eum, non commouebitur: cor eius induratum est, vt lapis: stetit aut autem, sicut incus immota: cum ν se autem verterit, timor bestijs quadrupedibus super terram saltantibus: si ξ occurrerint ei lanceæ, nihil faciẽt; hastam, & thoracem. Nam ferrum quidem putat paleas, æs autem sicut lignum putridum: non vulnerabit eum arcus æneus: putat autem ο machinam petras iacientem fœnum: sicut calamus, reputati sunt mallei: & deridet π concussionem igniferam: lectus eius, obelisci ρ acuti: & omne aurum maris sub eo, sicut lutum inenarrabile: σ feruere facit abyssum, tanquam officinam ærariam: putat autem mare, tanquam vas τ vnguentarium, & tartarum abyssi, tanquam captiuum: reputauit abyssum in deambulatorium: nihil υ est super terram simile ei, factum, vt illudatur ab angelis meis: omne φ sublime videt: ipse autem rex χ omnium, quæ in aquis.

α Nonne vidisti eum?] *Symmachus,* ἀλλὰ καὶ ὁ θεὸς τὴν ἰδέαν αὐτοῦ καταβαλεῖ, veruntamen & Deus speciem illius deijciet. β Quis resistet.] ἀντιστήσεται. *Schol.* τίς ἀντέστη μοι, quis restitit mihi? γ Et rationem virtutis.] *Siue,* potentiæ, *est enim in nostra,* καὶ λόγος δυνάμεως, *sed in comm. & cæteris editionibus est,* λόγῳ, *aut* λόγοις. *Schol.* Quid mirum, si ego hominem, preciosissimam possessionem meam non derelinquam tyrannidi diabolicæ

diabolicæ ſubiectum; ſi & homo æqualem ſuum non deſpicit pro menſura facultatis ſuæ? *Sed & alias interpretationes affert.* δ In rugam.] εἰς δὲ πτύξιν. *Symmachus,* εἰς ὑποδίπλωσιν φολίδος αὐτοῦ τίς ὑποδύσει, in ſubduplicationem ſquamæ eius quis ſubibit? ε In circuitu dentium.] *Theodotio,* περὶ τοὺς ὀδόντας, circa dentes. ζ Interiora eius.] *Olympiodorus.* Aquila autem, & Symmachus ille quidem, σῶμα αὐτοῦ ὑπέρχυσις θυρεῶν, corpus eius ſupereffuſio ſcutorum: hic autem ὑπερφρονεῖ περιερχόμενος ἐν θυρεοῖς, ſuperbit procedens in ſcutis. *Quare dictionem* ἀσπίδες, *vertimus,* ſcuta: *ſed græci tamen de aſpidibus ſerpentibus accipere uidentur.* η Et colligatio.] σύνδεσμος. *Schol.* ἀποκλείσει σφραγὶς στενή, interclusi ſigillum anguſtum. *De ſmyrite autem lapide inquit Scholiaſtes eſſe durum prope atque adamantem, & rapere ferrum, & vitrum radere.* θ Vir fratri.] *Aquila,* ἕκαστος τῷ πλησίον αὐτοῦ προσκολληθήσεται, vnuſquiſque proximo ſuo agglutinabitur. ι In ſternutamento.] *Aquila,* πταρμὸς αὐτοῦ φέγγος πυρὸς, ſternutamentum eius lumen ignis. κ Scintillæ ignis.] ἐσχάραι πυρός. *Aquila,* δαλοὶ, torres, trabes igneæ. λ Perditio.] ἀπώλεια. *Aquila,* ἐνδεία, egeſtas, eſuries. μ Effundit.] *Symmachus,* σάρκες αὐτοῦ περικεχυμέναι αὐτῷ ἀκλινεῖς, carnes eius circumfuſæ ei ſolidæ, immotæ. ν Cum ſe autem verterit.] *Symmachus,* ὑπὸ τῆς κινήσεως αὐτοῦ διαλαβηθήσονται ἰσχυροὶ, à motione eius timebunt fortes. *Aquila,* ὑποσταλήσονται ἰσχυροὶ, pauebunt fortes. ξ Si occurrerint ei lanceæ, nihil facient, haſtam, & thoracem.] οὐδὲν μὴ ποιήσωσι, δόρυ, καὶ θώρακα: *primum in aliis editionibus eſt,* μὴ πτήξωσι, non exterrefacient: *deinde in iiſdem & in commentariis eſt,* δόρυ ἐπηρμένον, haſta eleuata. *Symmachus autem,* καταλαβοῦσα αὐτὸν μάχαιρα οὐχ ὑποστήσεται, οὐδὲ λόγχης ἄρσις, καὶ θώρακος, gladius, qui eum attigerit, non ſubſiſtet, neque lanceæ, aut thoracis eleuatio. ο Machinam.] πετροβόλον. *Olympiodorus,* πετροβόλον, eſt ἡ σφενδόνη, funda: quare cæteri pro πετροβόλον, ediderant, λίθους σφενδόνης, lapides fundæ. π Concuſſionem igniferam.] *Symmachus,* σειομένου θυρεοῦ, concuſſum ſcutum. *Aquila,* ἀσπίδος, clypeum. ρ Obeliſci acuti.] *Theodotio,* σιδήρια τέκτονος, ferramenta fabri. *Aquila,* ὀξυωτῆρες ὀστράκων, acumina teſtarum. σ Feruere facit.] *Aquila,* καχλάσει, faciet ebullire. τ Vas vnguentarium.] ἐξάλειπτρον. *Olympiodorus.* Aquila autem & Symmachus ille quidem reddit μυρεψητήριον (*quod idem valet, & eſt clarius*) hic autem ὡς ἀναβρασσομένην ἄρτυσιν, vt ebulliens condimentum. ἐξάλειπτρον autem ſignificat τρυβλίον μύρου, trullam vnguenti. υ Nihil eſt ſuper terram ſimile ei.] *Symmachus,* οὐκ ἔστιν ἐπὶ χοὸς ἐξουσία αὐτοῦ, non eſt ſuper terram poteſtas eius. φ Omne ſublime.] *Theodotio,* πάντα ὑπερήφανον ἐμβλέψεται, omnem ſuperbum inſpiciet. χ Omnium quæ in aquis.] *Symmachus,* παντὸς βρομώδους, omnis naturæ reddentis virus. *Theodotio,* υἱῶν ἀλαζονείας, filiorum tumoris, & arrogantiæ.

CAP. XLII.

RESPONDENS autem Iob dicit Domino: Noui quòd omnia potes: & nihil α tibi eſt impoſsibile. Quis enim eſt, qui celat te conſilium? β parcens autem verbis, & te putat celare? quis autem annunciabit mihi, quæ non noui, magna, & mirabilia, quæ neſciui? Verum audi me Domine, vt & ego loquar: interrogabo autem hoc, & tu doce me: auditu enim γ auris audiui te antea: nunc autem oculus meus uidit te. Quamobrem ſpreui me ipſum, & extabui: putaui autem δ me terram, & cinerem. Factum eſt autem, poſtquã Dominus locutus eſt omnia verba hæc ad Iob; dixit Dominus ad Eliphaz Thæmanitem. ε Peccaſti tu, & duo amici tui: non enim locuti eſtis coram me verum quippiam, ſicut famulus meus Iob: nunc autem ſumite ſeptem vitulos, & ſeptem arietes, & ite ad famulum meum Iob, & ζ faciet holocauſtum pro vobis: & Iob famulus meus precabitur pro vobis: quoniam non niſi faciẽ eius η accipiam: nam niſi propter ipſum; perdidiſſem vtique vos: non enim locuti eſtis verum θ contra famulum meum Iob. Iuit autem Eliphaz Thæmanites, & Baldad Sauchites, & Sophar Minæus, & fecerunt, ſicut præcepit eis Dominus: & ι ſoluit peccatum eis propter Iob. Dominus autem auxit Iob: & cum ille precatus etiam eſſet pro amicis ſuis; dimiſit eis peccatum. Dedit autem Dominus κ dupla, quæcumque erant antea Iob in duplicationem. Audierunt autem omnes fratres eius, & ſorores eius, quæcumque acciderãt ei: & venerũt ad eum, & omnes, quicumque nouerant eũ à principio: comedentes autẽ, & bibentes apud eum conſolati ſunt eũ, & mirati ſunt ſuper omnibus, quæ λ induxit ſuper eum Dominus. Dedit autem ei vnuſquiſque agnum vnum, & μ tetradrachmum auri, & non ſignati. Et benedixit Dominus nouiſsima Iob

præ ijs

A præ ijs quæ antea: & fuerunt pecora eius, oues decies, & quater mille: cameli sexies mille, iuga boum mille, asinæ fœminæ pascuales mille. Et nascuntur ei filij septem, & filiæ tres: & primam quidem vocauit [ν] diem, & secundam [ξ] Casiam, & tertiam cornu [ο] amalthææ. Et non sunt inuentæ iuxta filias Iob meliores eis in ea quæ sub cælo. Dedit autem eis pater hæreditatem inter fratres. Et vixit Iob post plagam annos centum septuaginta: omnes autem annos vixit ducentos [π] quadraginta. Et vidit Iob filios suos, & filios filiorum suorum, quartã generationem: & mortuus est Iob senior, & [ρ] plenus dierum. Scriptum est autẽ ipsum rursus resurrecturum, cum quibus resuscitat Dominus. Hic interpretatione B redditur ex libro [σ] Syriaco, in terra quidem Ausitide habitans in finibus Idumææ, & Arabiæ: & erat ei nomẽ Iobab. Cũ autẽ accepisset vxorem Arabissã; generat filium, cui nomen Emmon. Erat autem ipse ex patre quidem Zare de filiis Esau filius, matris autem Bosorræ: ita vt ipse sit quintus ab Abraham. Et hi sunt reges, qui regnauerunt in Edom: cuius regionis etiam ipse dominatus est: primus Balac filius Beor: & nomen ciuitatis eius Dennaba: post Balac autem Iobab, qui vocatur Iob: post hunc autem Asom, qui erat dux ex regione Thæmanitide: post hunc autẽ Adad filius Barad, qui excidit Madiam in cãpo Moab: & nomen ciuitatis eius Gethæm. Amici autem, qui ad eum venerunt, [τ] Eliphaz C de filijs Esau Thæmanorum rex, [υ] Baldad tyrannus Sauchæorum, Sophar rex Minæorum.

α Nihil tibi est impossibile.] *Olymp* Alij autem, καὶ οὐκ ἀφαιρεθήσεταί ἀπὸ σοῦ ἐνθύμημα, & non tolletur à te quod in mente habes. β Parcens autem verbis.] *Sym.* ἔγνων, διὰ τοῦτο ἐλάλησα ἀσυνέτως, noui, ideo loquutus sum insipienter. γ Audiebam te antea, nunc autem.] ἤκουόν σου τὸ πρότερον, νυνὶ δέ. *Olymp.* ἤκουόν σε, νυνὶ δὲ, audiebam te, nunc autem. δ Putaui autem me] *Aquila*, καὶ παρεκλήθην ἐπὶ χοὶ, καὶ σποδῷ, & reuocaui me, (*siue*, consolatus sum) in puluere, & cinere. ε Peccasti tu.] *Sym.* ὠργίσθη ὁ θυμός μου σοὶ καὶ τοῖς δυσὶν ἑταίροις σου, iratus est furor meus tibi, & duobus sodalibus tuis. *Theodotio*, ἐθυμώθη ἡ ὀργή μου, ἐν σοὶ, καὶ ἐν τοῖς δυσὶ φίλοις σου, οὐ γὰρ ἐλαλήσατε δ' ἐνώπιόν μου, ἢ χρεῶν, ὀρθῶς, κατὰ σύμμαχον, indignata est ira mea in te, & in duos amicos tuos: non enim loquuti estis rectitudinem, idest recte, secundum Symmachum. ζ Et faciet holocaustum] καὶ ποιήσει κάρπωσιν. *Aquila*, ἀναβιβάσετε ὁλοκαυτώματα, ascendere facietis holocausta *Theodotio*, ὁλοκάρπωσιν holocaustosim. *Symm.* ἀναφορὰν, oblationem. η Accipiam.] λήψομαι. *Chrys.* Alij autem, προσδέξομαι, suscipiam. θ Contra famulum.] *Schol.* ὡς ὁ δοῦλός μου ἰώβ, sicut seruus meus Iob. ι Et soluit peccatum.] *Symm.* καὶ προσεδέξατο ὁ θεὸς τὸ πρόσωπον ἰώβ, & suscepit Deus faciem Iob. κ Dupla.] *Sch* προσθήκην accessionem, additamentum. λ Quæ induxit super eum.] *Schol.* Sym. autem, περὶ πάσης τῆς κακίας, de omni malo, κακίαν, & ipse dicens ipsam κάκωσιν, afflictionem. μ Tetradrachmum auri.] *Polychr.* habet, τετράδραχμον χρυσοῦ ἄσημον ἕν, tetradrachmũ aureũ non signatum vnum. *In comm. & alijs editionibus eodem modo, nisi quod non habent*, ἕν *Olymp.* tetradrachmum est numisma vnum: nam ita & alius ex interpretibus reddidit. Aquila autem, & Theodotio, ἐνώτιον χρυσοῦν ἕν, inaurem aureã vnam. Symm. autem, ἐπίῤῥινον, ornamentum nasi ἄσημον, autem dictũ est pro, ἀτύπωτον σταθμὸν, καὶ ἀχαρακτήριστον, pondus non formatum, & sine charactere. ν Diem.] ἡμέραν. *Aquila*, & *Symmachus*, ἰεμιμα, iemima. ξ Casiam.] *Schol.* κασίαν, Cesiam. ο Amalthææ.] *Schol.* καρναφούχ, Carnaphuc. π Ducentos quadraginta.] *In multis codd. & in comm. est*, διακόσια τεσσαράκοντα ὀκτὼ, ducentos quadraginta octo. *Sed magnæ semper in numeris varietates. Complut. hæc omittit, vt hebræus. Paulò etiam superius, vbi in omnibus græcis collatis codicibus est, vixisse Iob post plagam centum septuaginta annos, atque ea de re pulchre in comm. disputatur; Compl. habet,* centum quadraginta. ρ Plenus.] πλήρης. *Schol.* ἐμπεπλησμένος, impletus, & satiatus. at hoc loco nihil ponitur in hebraico, quemadmodum neque apud Aquilam, & Symmachũ, sed apud Theodotionem ponitur. *Olymp.* Sciendum est Aquilam, & Symmachum cum venissent ad illud, senior, & plenus dierum, conclusisse librum, nimirum sequentes hebraicum. Theodotio autem concludit, quemadmodum lxx. σ Syriaco.] *Schol.* Syriacum nunc vocat dialectum hebraicam, quòd hæc prope accedat ad illam Syrorum: *& multa in hanc sententiam disputat. Non desunt tamen, qui potius Chaldæam ita dictam putent.* τ Eliphaz de filijs Esau.] *Chrys.* Theodotio autem reddidit, υἱὸς ἰωσαφὰς, filius Iosaphas. υ Baldad tyrannus.] *Chrys.* rursus Theodotio, υἱὸς ἀμμὼν τοῦ χωβὸρ, filius Ammon filij Chobor.

PSALMI

I.

BEATVS [α] vir, qui non abijt in consilio impiorum: & in via peccatorum non stetit: & in cathedra [β] pestilentiæ non sedit. Sed in lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die, [γ] ac nocte. Et erit tanquam lignum, quod [δ] plantatũ est secus decursus aquarum: quod fructum suũ dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet: & omnia quæcũque faciet, [ε] prosperabuntur. Non sic impij, nõ [ζ] sic: sed tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ. Ideo non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in [η] consilio iustorum. Quoniam nouit Dominus viam iustorum; & [θ] iter impiorum peribit.

α Beatus vir.] *Scholion*, ἄμεμπτος ὁ ἀνὴρ, ὃς οὐ περιεπάτησεν ἐν συνεδρίῳ παρανόμων, irreprehensibilis ille vir; qui non ambulauit in consessu iniquorum. *Theodotio, quinta, & sexta editio*, τέλειος ὁ νεώτερος, ὃς οὐκ ἀπῆλθεν ἐν βουλῇ ἀλλοτρίων, perfectus ille iunior, qui non abijt in consilio alienorum. β Et in cathedra pestilentiæ.] *Sic patres latini, quod græce est*, καὶ ἐπὶ καθέδρα λοιμῶν, *& posset etiam verti*, pestilentium, *aut*, pestilentiarum. *Theodoretus Basilium sequutus*, λοιμοὺς autem vocat eos, qui non solum seipsos perdunt, sed etiam alijs labem impertiuntur, instar morbi, qui & homines, & pecora inuadit: cuius & ij participes fiunt, qui ægrotantibus appropinquant. *Aquila*, καὶ ἐν καθέδρα χλευαστῶν, & in cathedra derisorum, *quod etiam notauit S. Ambrosius in hunc psalmum, & S. Hieron. in sua ex hebræo interpretatione vtitur ea dictione. Symm.* καὶ ἐν καθέδρα ἐπιβούλων οὐκ ἐκοινώνησεν, & in cathedra insidiatorum non communicauit. *Quinta, & sexta editio*, καὶ ἐπὶ καθέδρα παρανόμων οὐχ εὑρέθη, & in cathedra iniquorum inuentus non est. γ Et nocte.] *S. Ambr.* Aquila tamen diem tantummodo posuit, non etiam noctem. δ Plantatum.] *S. Ambrosius*, pulchre autem Aquila, τὸ μεταπεφυτευμένον dixit, hoc est transplantatum. ε Prosperabuntur.] *S. Ambr.* Aquila autem, dirigentur ait, *& S. Hilarius habet*, bene dirigentur. ζ Non sic.] *Schol.* repetitio illa, οὐχ οὕτως, apud neminem ponitur in hexaplo. η In consilio.] *Eusebius.* Pro βουλῆς Aquila quidem, & Theodotio interpretati sunt συναγωγὴν, synagogam, Symmachus autem συνέλευσιν conuentum. *Sch.* Aquila, ἐν συναγωγῇ, in congregatione. Theodotio, ἐν συλλόγῳ in collectione. Symmachus, ἐν συνελεύσει, in conuentu. θ Et iter.] *S. Ambr.* Separauit latinus, vt iter diceret, & tamquam discreuit iter à via. Græcus autem in vtroque viam dixit: non ociose tamen latinus; quia & Dominus, ego sum via, dixit; non dixit, ego sum iter. *S. Hilarius tamen etiam secundo loco habet* via.

[α] II.

QVARE [β] fremuerunt gentes; & populi meditati sunt inania? [γ] Astiterunt reges terræ: & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius: [*] Dirumpamus vincula eorum: & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Qui habitat in cælis; irridebit eos: & Dominus subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo [δ] conturbabit eos. Ego autem [ε] constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius, [ζ] prædicans præceptum Domini. Dominus dixit ad me: filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos t[illegible]. Reges eos in virga ferrea: tanquã vas [η] figuli [θ] confringes eos. Et nu[illegible]ges intelligite: erudimini omnes qui iu-

A qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore. ˣ Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. Cum exarserit in breui ira eius; beati omnes, qui confidunt in eo.

α II.] *Schol.* ἀνεπίγραφος παρ᾽ ἑβραίοις, sine inscriptione apud hebræos. *Idemque testatur Theodoretus initio explanationis in primum psalmum. Hic autem in Vaticano, sicut in cæteris, numeratur secundus: & ita citatur in editione latina Act.* 13. *quo tamen loco in exemplaribus græcis nuncupatur primus, itemque à Iustino martyre, & à Tertulliano contra Marcionem. Quare in alio Scholio legitur,* ἐν τῷ ἑβραϊκῷ συνημμένοι, in hebraico coniuncti sunt, & pro vno habentur. β Quare fremuerunt.] ἱνατί ἐφρύαξαν. S. Aug. Vt quid fremuerunt. *S. Cypr. lib. primo aduersus Iudæos.* Ad quid tumultuatæ sunt gentes. *Aquila,* ἱνατί ἐθορυβήθησαν ἔθνη, καὶ φυλαὶ φθέγξονται κενώς; Vt quid tumultuatæ sunt gentes, & tribus loquentur inaniter? *Sym.* εἰς τί ἔθνη κυκᾷ. Ad quid gentes turbant? *Schol.* ἐσεμνοφανήσαντο, superbierunt. γ Astiterunt.] *Eodem fere modo refert hos versiculos Cyprianus lib. primo aduersus Iudæos, & prorsus eodem modo in extremo* 3. *lib. ad Quirinum. Symm.* συνίσανται βασιλεῖς τῆς

B γῆς, καὶ ὕπαρχοι συνεῖποντο ὁμοθυμαδόν: consurgunt reges terræ, & principes consiliantur simul. * Eius.] *Eusebius.* Apud lxx. ponitur diapsalma, non autem apud Theodotionē & Symmachum, licet alioqui sæpe cōsueuerint hac ipsa dictione vti itidem ac lxx. Quare verisimile est tametsi persona mutata sit, musicum numerum seruatum esse, idcircoque Theodotionem, & Symmachum non apposuisse diapsalma. δ Conturbabit.] *Aquila,* καταπονήσει, solicitos, atque anxios habebit. ε Ego autem constitutus sum.] *Aquila, & quinta editio,* καὶ ἐγὼ ἐδιασάμην βασιλέα μου, & ego incolumen præstiti regem meum. *Symm.* κἀγὼ ἔχρισα τὸν βασιλέα μου, & ego vnxi regem meum. *sexta editio,* κἀγὼ ἔδεισα τὸν βασιλέα μου, & ego saluaui regem meum. ζ Prædicans præceptum Domini.] *S. Aug.* prædicans præceptum eius. *S. Cypr. lib.* 2. *aduersus Iud.* adnuncians imperium eius. *Hilarius,* annuncians præceptum eius. *Schol.* ἀπαγγέλλων ἰσχυροῦ ἀκρίβασμόν, adnuncians ipsius fortis mandatum. *Quinta editio,* καταγγέλλων εἰς θεὸν διαθήκην, pronuncians in Deum testamentum. *Theodotio,* ἰσχυροῦ πρόσταγμα, ipsius fortis præceptum, & constitutionem. η Vas figuli.] *In aliquot codicibus, & apud Theodoretum, & alios est* σκεύη, vasa. θ Confringes.] *Aut,* conteres, *vt S. August. Aquila,* προσρήξεις,

C allides. ι Intelligite.] σύνετε. *Aquila,* καὶ νῦν βασιλεῖς ἐπιστήσασθε, & nunc reges scitote. κ Apprehendite.] δράξασθε παιδείας. *S. Cyprianus lib. primo epist.* 11. continete disciplinam; ne forte irascatur Dominus; & pereatis à via recta, cum exarserit cito ira eius super vos. *Aquila,* καταφιλήσατε ἐκλεκτῶς, μήποτε ὀργισθῇ, osculamini electe, ne quando irascatur. *Symm.* προσκυνήσατε καθαρῶς, adorate pure.

Psalmus α ipsi Dauid, cum fugeret à facie Absalom filij sui. III.

DOMINE quid multiplicati sunt, qui tribulant me? Multi insurgunt aduersus me: multi dicunt animæ meæ: non est salus ipsi in Deo eius. β DIAPSALMA. Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea & exaltans caput meum. Voce mea ad Dominum clamaui; & exaudiuit me de γ monte sancto suo. DIAPSALMA. Ego dormiui, & δ somnum cepi; exsur-

D rexi, quoniam Dominus ε suscipiet me. Non timebo millia populi ζ circundantis me: exurge Domine, saluum me fac Deus meus. Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti. Domini est salus; & super populum tuum benedictio tua.

α Psalmus.] *Schol.* ᾠδή, oda, canticum, & per totum librum similiter. β Diapsalma.] *Schol.* Theodotio, & Symmachus, Diapsalma. Quinta autem editio διαπαντός, semper: et per totum vero librum in diapsalmate sic reddiderunt. *Verum de hoc diligenter à S. Hieron. disputatum est in epist. ad Marcellam. Notat autem Didymus hunc psalmum in tres partes esse diuisum, duobus diapsalmatis interclusum.* γ De monte sancto suo.] *Aquila,* ἡγιασμένου, sanctificato. *Symm.* ἁγίου ἑαυτοῦ, sancto sui ipsius. δ Et somnum cepi.] *Sic S. August. quod græce est,* καὶ ὕπνωσα. *Notat autem nonnullos codices habere,* dormiui, et soporatus sum, *quemadmodum*

E *nunc vulgata.* ε Suscipiet.] ἀντιλήψεταί μου. *& sic S. Aug. Iustinus legit,* ἀντελάβετό μου, *& ita est in paraphrasi Chaldaica, psalterio Æthiopico, & Arabico, & in editione vulgata,* suscepit me. ζ Circundantis me.] *Ita apud latinos, quod græce pluribus verbis dicitur,* οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων λαοῦ τῶν κύκλῳ ἐπιτιθεμένων μοι, non timebo à decem millibus populi in circuitu imminentibus mihi. *In aliquot codd. & apud Theodoretum, & in comment. græcis est,* συνεπιτιθεμένων *in quibus etiam ita exponitur,* συνεδρευόντων, simul insidias struentibus, *& in catena versa à Daniele Barbaro legi videtur ex Chrys.* συνεπιτιθεμένου, *atque exponitur,* pariter contra me insidias structis.

In α finem in Psalmis, canticum ipsi Dauid. IV.

CVM inuocarem; β exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei, & exaudi orationem meam. Filij hominum vsquequo γ graues corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

dacium? DIAPSALMA. Et ſcitote, quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum: Dominus exaudiet me, cum clamauero ad eum. δ Iraſcimini, & nolite peccare; Quæ dicitis in cordibus veſtris; in cubilibus veſtris ε compungimini: DIAPSALMA. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ζ ſperate in Domino: multi dicunt, quis oſtendet nobis bona? η Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: dediſti lætitiam in cor meum. A θ fructu frumenti, & vini, & olei ſui multiplicati ſunt. In pace in idipſum dormiam, & ſomnum capiam: quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe ι habitare feciſti me.

α In finem.] *Schol.* quomodo veteres accipiunt, ac definiunt illud, εἰς τὸ τέλος? *Aqu.* τῷ νικοποιῷ ἐν ψαλμοῖς μελῴδημα τῷ δαυίδ, vincenti, ſiue effectori victoriæ in pſalmis melodia ipſi Dauid. Symmachus, ἐπινίκιος διὰ ψαλτηρίων ᾠδὴ τῷ δαυίδ, pro victoria per pſalteria canticum ipſi Dauid. Theodotio, εἰς τὸ νῖκος ἐν ὕμνοις ψαλμὸς τῷ δαυίδ, ad victoriam in hymnis pſalmus ipſi Dauid. *Vnde etiam magna ex parte videtur manaſſe inſcriptio, quæ eſt in multis codicibus, & apud Theodoretum, & alios*, εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις ψαλμὸς τῷ δαυίδ, in finem in hymnis pſalmus ipſi Dauid. *Sed Vaticana reſpondet hebræo: eamque ſequitur Origenes; quantum ex catena à Daniele Barbaro verſa colligi poteſt; apud quem etiam multa leguntur de huiuſmodi loquutione*, εἰς τέλος. *Itemque apud Didymum, qui etiam diſputat, cur interdum in inſcriptione pſalmus dicatur Dauidis, interdum Dauidi.* S. *Aug. habet*, in finem pſalmus cantici Dauid. *Theodoretus in octauum pſalmum teſtatur, in quolibet pſalmo, in quo lxx. poſuerunt*, εἰς τέλος. *Aquilam, & Theodotionem poſuiſſe*, τῷ νικοποιῷ. β Exaudiuit.] *Schol.* omnes reddiderunt ἐπήκουσον, exaudi. γ Graues corde.] *Sic* S. Aug. *quod græce eſt*, βαρυκάρδιοι, *& in vulgata*, graui corde. *Schol.* omnes ediderunt, ἔνδοξοί μου, *quod in verſione B. Hier. eſt*, inclyti mei. δ Iraſcimini.] *Aqu.* κλονεῖσθε, contremiſcite. *Sym.* ὀργίζεσθε, ἀλλὰ μὴ, iraſcimini, ſed nolite. ε Compungimini.] κατανύγητε. *Aquila*, ἡσυχάσατε, quieſcite, tacete: *quam etiam notionem poteſt habere verbum, quo lxx. ſunt vſi.* S. Aug. *narrat nonnullos ita dixiſſe. melius legi*, aperimini, *quàm*, compungimini, *deriuantes à verbo*, ἀνοίγειν, *quod eſt aperire.* Apud S. Cyprianum de *oratione Dominica, legitur*, dicite in cordibus, et in ſtratis veſtris, et tranſpungimini. ζ Sperate.] *Chryſ.* alius inquit, πεποίθατε, confidite. η Signatum eſt.] ἐσημειώθη. *Aquila*, ἔπαρον, *quem ſequutus B. Hier.* leua ſuper nos. *Symm.* ἐπίσημον ποίησον, inſigne fac. θ A fructu.] ἀπὸ καρποῦ. S. Aug. à tempore, *quaſi legerit*, καιροῦ. *Itemque Caſſiodorus: & ſic videtur legiſſe Arnobius, ſi modo eſt Arnobius.* S. Hiero. in tempore frumentum eorum. ι Habitare feciſti me.] *Aut vt vulgata*, conſtituiſti me. Aquila, κατ᾽ ἰδίαν εἰς πεποίθησιν καθίσεις με, ſingulariter in fiducia ſedere facies me.

In finem pro ea, quæ hæreditatem conſequitur, pſalmus ipſi Dauid. V.

VERBA mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum: Intende voci orationis meæ, rex meus, & Deus meus. Quoniam ad te α orabo Domine, mane exaudies vocem meam. Mane aſtabo tibi, & β videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Neque γ habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos. Odiſti δ Domine omnes qui operãtur iniquitatẽ: perdes omnes qui loquuntur mendaciũ. Virum ſanguinum, & doloſum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ introibo in domum tuam: adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in tua iuſtitia propter inimicos meos: dirige in conſpectu ε tuo viam meam. Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt: Sepulchrum patens eſt guttur eorum; linguis ſuis doloſe agebant: iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus ſuis: ſecundum multitudinẽ impietatum eorum expelle eos; quoniã irritauerunt te Domine. Et lætẽtur ζ in te omnes, qui ſperant in te: in æternum exultabunt; & habitabis in eis. Et η gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum; quoniam tu benedices iuſto. Domine vt ſcuto bonæ θ voluntatis coronaſti nos.

A α Orabo.] *Sic etiam S.Cyprianus de oratione Dominica,quod græce est,* προσεύξομαι. Schol.cæteri, εὔχομαι, precor. β Et videbo.] *Sic fere latini.S.Cyprianus ibidem,* mane assistam tibi, & contemplabor te. *Græce est,* ἐπόψομαι, *& in psalterio Æthiopico,* videbo te:*Origenes, Athanasius, Eusebius, & Didymus habent vt nostra: & Didymus quidem docet ea dictione significari accuratam, & assiduam cogitationem. In alijs græcis codicibus, & in psalterio* Arabico *est,* ἐπόψει με, videbis me.*Chrys. & Hesychius vtramque agnoscunt lectionem: & Chrysost.magnam vim facit in verbo illo,* ἐπόψεσθαι.*Nam vtraque lectione proposita,si legatur (inquit)* ἐπόψει με, hoc significabitur, εἶδες ποιμαίνοντα, ἐπόψει βασιλεύοντα. εἶδες ψάλλοντα, ἐπόψει προφητεύοντα, vidisti pascentem, respicies regnantem:vidisti psallentem, respicies prophetantem.Sin autem legatur, ἐπόψομαι; hoc sibi volet: vidi caduca, & dolorum plena; quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & malas:pro his vero tristibus, & molestis, ἐπόψομαι, respiciam bona æterna; vidi prophetas; respiciam euangelistas: vidi sanctos; respiciam martyres. *Idem autem Chrysost.notat alium interpretem dixisse,* σκοπήσω, speculabor: quod Hesychius tribuit Aquilæ.*in Scholio item quasi ex alio interprete affertur,* ἀποσκοπεύσω, intuebor tamquam scopum. γ Neque habitabit iuxta te.] οὐδὲ παροικήσει σοι. *Aquila,* οὐ προσηλυτεύσει σοι, non habitabit tamquam proselytus, & aduena apud te. *Nec negat S.Hieron.voce illa,* παροικήσει, *incolatum quasi inquilini significari.* δ Domine.] *Vox ista*

B *abest à plerisque libris græcis,sed habetur in psalterio Æthiopico, & apud Sanctum Augustinum, & in psalterio quo Ecclesia Romana per quam diu vsa est, & hodie etiam Basilica Sancti Petri Romæ vtitur; ideoque Romanum à nobis posthac appellabitur.* ε In conspectu tuo viam meam.] *S.Aug.*iter meum.*Hoc eodem modo legitur in Scholijs, quæ tribuuntur S.Basilio.In alijs libris est,* ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου, in conspectu meo viam tuam.*Theodoretus vtramque lectionem agnoscit, & explanat.* S. *Hieronym. ad Suniam inquit priorem illam neque lxx.neque Aquilæ,neque Symmachi,neque Theodotionis esse,sed solius editionis communis. Aquila,* διὰ τοὺς ἐφοδεύοντάς με κατεύθυνον εἰς πρόσωπόν μου ὁδόν σου, propter eos, qui insidiantur, dirige ad faciem meam viam tuam. *Symmachus,* διὰ τοὺς ἐνθλίβοντάς με ὁμάλισον ἔμπροσθέν μου τὴν ὁδόν σου, propter eos qui tribulant me, complana ante me viam tuam. ζ In te.] ἐπὶ σοὶ, *absunt hæc ab alijs libris:sed habentur in psalterio Arabico, & Æthiopico,* η Gloriabuntur.] καυχήσονται. *Aquila,* γαυριάσουσιν, exultabunt, gestient. θ Bonæ voluntatis coronasti nos.] S.*Aug.vt etiam vulgata habet,* bonæ voluntatis tuæ.*Aquila autem,* στεφανώσεις αὐτόν, coronabis eum.

C

In finem in hymnis * pro octaua, psalmus ipsi Dauid. VI.

DOMINE ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsquequo? Conuertere Domine, eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam. Quoniam non est in morte, qui α memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum: in lachrymis meis stratum meum rigabo. Turbatus β est à furore oculus meus: γ inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite à me omnes, qui operamini δ iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit. Erubescant, & ε conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur, & erubescant valde ζ velociter.

* Pro octaua.] *Ita in vulgata: & hanc tanquam vsitatam lectionem agnoscit S.Ambros.lib.5.in Lucam.S.Aug.hic habet,* de octauo.*Sunt, qui putent interpretan.* [illegible]m. super octaua, *& significari instrumentum musicum.* α Qui memor sit tui.] *Aquila,* μνήμη σου, memoria tui. *Symma.* ἀναμνησίς σου, reminiscentia tui. β Turbatus est à furore.] *S.Aug.*in ira.*Aquila,* ἐζοφώθη, squaluit, æstuauit. *Symm.* ἐφλέγμαινεν ἀπὸ πικρασμοῦ, languit præ amaritudine. γ Inueteraui inter omnes.] *S.August.*in omnibus. *Aquila,* μετήρθην ἐν πᾶσι ἐνδεσμοῦσί με, translatus sum in omnibus illigantibus me. *Sym.* ἐπεβαρύνθην διὰ τοὺς θλίβοντάς με, consumptus sum

E propter eos, qui tribulant me. δ Iniquitatem.] *Aquila,* ἀνωφελές, damnum, inutile. ε Et conturbentur.] *Aquila,* καταπλαγήσονται σφόδρα, solliciti sint vehementer. ζ Velociter.] *Aquila,* ἐξαίφνης, repente. *Schol.* ἀθρόως, confertim.

Psalmus α ipsi Dauid, quem cantauit Domino pro verbis β Chusi filij Iemeni. VII.

DOMINE Deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me. Nequando rapiat, vt leo, animam meam: dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat. Domine Deus meus si feci

si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala; decidam γ ergo ab inimicis meis inanis. Persequatur ergo inimicus animā meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam: & gloriam meam in puluerem deducat. δ DIAPSALMA. Exurge Domine in ε ira tua: exaltare in finibus inimicorum ζ meorum. Exurge Domine Deus meus in η præcepto, quod mandasti: & synagoga populorum θ circundabit te. Et propter ι hanc in altum regredere: Dominus κ iudicabit populos. Iudica me Domine secundum iustitiam meam, & secundum λ innocentiam meam super me. Consummetur μ nunc nequitia peccatorum: & ν diriges iustum, ξ scrutans corda, & renes Deus. Iustum adiutorium meum à Domino; qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus, & fortis, & longanimis, non ο iram adducens per singulos dies. Nisi conuersi fueritis gladium suum π vibrabit: arcum suum ρ tetendit, & parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas σ ardentibus operatus est. Ecce τ parturiuit iniustitiam, υ concepit laborem, & peperit φ iniquitatem. Lacum aperuit, & effodit eum: & χ incidet in foueam, quam fecit: conuertetur labor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor Domino secundum iustitiam eius: & psallam nomini Domini altissimi.

α Psalmus ipsi Dauid.] *Chrys.* alius, ψαλμὸς ὑπὲρ ἀγνοίας τοῦ δαυίδ, Psalmus pro ignoratione ipsi Dauid, alius, ἀγνόημα τοῦ δαυίδ, ignoratio ipsi Dauid. β Chusi.] *Schol.* αἰθίοπος, æthiopis. γ Ergo.] *Sic S. Aug. quod græce est,* ἄρα, *in vulgata autem,* merito. *Aquila,* εἰ ἀνήρπασα τοὺς θλίβοντάς με ματαίως, si rapui eos, qui tribulabant me vane. δ Diapsalma.] *Schol.* hebræus, scil. Aquila, ἀεὶ, semper. ε In ira tua: exaltare.] *Chrys.* Alius inquit, ἐν θυμῷ ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς σου, in furore super inimicos tuos, Alius, ἐν χόλῳ θλιβόντων με, in bili, & indignatione tribulantiū me. Alius, ἐν ἀνυπερθεσίαις ἐνδεσμούντων, in celeritatibus illigantiū: hebræus autē illud ἐν τοῖς πέρασι, in finibus, inquit Bebaroth. *Sch.* illud autē, ἐν τοῖς πέρασι, nonnulli quidē dicūt, ἐν ταῖς κεφαλαῖς, in capitibus, nonnulli vero, μηδεὶς διαφύγοι τῶν ἐχθρῶν, nemo effugiat inimicorum. *Theod. illud* ἐν χόλῳ, *tribuit Sym. illud* ἐν θυμῷ, *Theodotioni, illud vero,* ἐν ἀνυπερθεσίᾳ, *(ita enim ipse legit.) Aquilæ.* ζ Meorum.] *Ita psalterium Arabicum, & Æthiopicum, & Didymus, & sic legisse Theodoretum apparet ex ipsa explanatione. Item S. August. In alijs vero libris est,* ἐχθρῶν σου, inimicorum tuorum. *Chrys. vtramque videtur agnoscere. Basilius autem, & Arnobius videntur legisse tantum,* inimicorum. η In præcepto.] ἐν προστάγματι. *Chrys.* alius inquit, ἐν κρίματι, in iudicio. θ Circundabit te.] *Chrys.* alius inquit, κυκλωσάτω σε, circundet te. ι Propter hanc.] ὑπὲρ ταύτης. *Chrysost.* alius inquit, καὶ ἐπάνω αὐτῆς εἰς τὸ ὕψος ἐπίστρεψον, & super ea in altum reuertere: alius, καὶ ἐπὶ ταύτῃ εἰς ὕψος ἐπίστρεψον, & in hac, *aut,* pro hac, in altum reuertere: hebræus autem illud, ὑπὲρ ταύτης, dicit οὐαλέα, valeha. κ Dominus iudicabit.] S. *August. & vulgata habent,* iudicat. *Chrysost.* alius inquit, κύριος δικάσει, Dominus iudicium faciet. λ Innocentiam.] ἀκακίαν. *Symm.* ἁπλότητά μου, τὴν ἐπ' ἐμοὶ, simplicitatem meam, quæ est in me. μ Consummetur.] συντελεσθήτω. *Symmachus,* ἀπαρτισθήτω κάκωσις τῶν ἀσεβῶν, compleatur malum, & pœna impiorum. ν Diriges iustum.] *Chrys.* alius, καὶ ἑδράσεις δίκαιον, & stabilies iustum. Aquila, Symmachus, & Theodotio, καὶ κατευθύνει δίκαιος, & dirigit iustus: similiter autem & Origenes in explanatione. ξ Scrutans corda.] *Chrys.* alius, ὁ ἐτασὴς καρδιῶν, καὶ νεφρῶν ὁ θεὸς δίκαιος, ὁ ὑπερασπιστής μου, examinator cordium, & renum Deus iustus, protector meus. & alius, ὁ θεὸς δίκαιος, Deus iustus. Septuaginta autē ita dixerunt, ἐτάζων καρδίας, &c. ο Non iram adducens.] *Sic S. Aug. quod græce est,* μὴ ὀργὴν ἐπάγων. *& ita apud S. Basilium. Theodoretus, & Nicephorus habent,* καὶ μὴ, & non. *Vulgata,* nunquid irascitur. *Chrys.* Alius, inquit, ἐμβριμώμενος καθ' ἑκάστην ἡμέραν, infremens, & acriter comminans per singulos dies. hebræus autem, ζωὴν, zoen (*al.* ζωὴμ.) Alius inquit, ἀπειλούμενος, ἐμβριμώμενος, οὐ κολάζων, minitabundus et fremens, non puniens. π Gladium suum vibrabit.] τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει. *Chrysost.* alius inquit, τὴν μάχαιραν αὐτοῦ ἀκονήσει, ensem suum acuet: *quod quidem,* ἀκονήσει, *in alio Scholio tribuitur Symmacho.* ρ Tetendit.] ἐνέτεινε. *Chrysost.* Alius, inquit, ἐντενεῖ, intendet. σ Ardentibus.] τοῖς καιομένοις *Symm.* εἰς τὸ καίειν, ad ardendum. τ Parturiuit.] *Chrysost.* hebræus autem pro ὠδίνησεν, habet zebal. υ Concepit laborem.] *Sic S. Aug. quod in vulgata est,* dolorem, συνέλαβε πόνον. *Chrys.* alius, καὶ κυήσας, et grauidatus. φ Iniquitatem.] *Aquila,* ψεῦδος, mendacium. χ Et incidet.] *Sic S. Aug. quod in vulgata est,* incidit. καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον. *Aquila,* ἐν διαφθορᾷ, in corruptionem.

In finem pro torcularibus, psalmus ipsi Dauid. VIII.

DOMINE Dominus noster quàm α admirabile est nomen tuum in vniuersa terra? Quoniam eleuata est magnificentia tua super cælos. Ex γ ore infantium, & lactentium perfecisti laudem δ propter inimicos tuos.

A cos tuos; vt [ε] destruas inimicum, & vltorem. Quoniam videbo [ζ] cælos, opera digitorum tuorum, lunam, & stellas, quæ [η] tu fundasti. Quid est [θ] homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum [ι] paulo minus ab angelis: gloria & honore coronasti eum: & [κ] constituisti eũ super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues, & boues vniuersas, insuper & pecora [λ] campi. Volucres cæli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

B [α] Quàm admirabile.] *Chrys.* Alius, τί μέγα τὸ ὄνομά σου, quàm magnum nomen tuum? [β] Quoniam eleuata est. *Schol.* alius. ὃς ἔταξας τὸν ἔπαινόν σου, qui posuisti laudem tuam. [γ] Ex ore infantium.] *Aquila*, ἐκ στόματος βρεφῶν ἐθεμελίωσας κράτος, ex ore paruulorum fundasti potentiam. *Sexta editio*, συνεστήσω ἰσχύν, constituisti fortitudinem. [δ] Propter inimicos.] *Chrys.* alius subtilius, διὰ ἐνδεσμοῦντάς σε, propter eos qui illigant, & in angustias redigere volunt te. *Id vero in alio scholio tribuitur Aquilæ.* [ε] Vt destruas.] *Sexta editio*, ὥστε παῦσαι ἐχθρὸν, καὶ τιμωροῦντα ἑαυτῷ, vt cessare facias inimicum, & eum qui seipsum vlciscitur. [ζ] Cælos.] *VI. editio*, ὁρῶ γὰρ τοὺς οὐρανοὺς, video enim cælos. *S. August & vulgata habent*, cælos tuos. *Cæterum notat S. Hieron. ad Suniam, illud*, tuos, *additum esse de editione Theodotionis in lxx. interpretibus sub asterisco.* [η] Quæ tu fundasti.] ἐθεμελίωσας. *Aquila*, ἡτοίμασας, parasti, *sexta editio*, ἥδρασας, stabiliter collocasti. [θ] Quid est homo. *Chrysost.* Alius, τί κατ' ἄνδρα, ὅτι μιμνήσκεις αὐτοῦ quid est pertinens ad hominem, quòd recordaris eius? [ι] Paulo minus ab angelis.] βραχύ τι παρ' ἀγγέλους. *Theodotio, & quinta editio*, βραχύ τι παρὰ θεοῦ, breue quiddam, & paululum quiddam à Deo. *Chrysost.* Alius, ὀλίγον παρὰ θεῷ. *Quare S. etiam Hieron. transtulit*, paulominus à Deo. *Idem Chrys. refert hebræum ita habere*, ὑθαρσηνεμαὶ μηελωήμ. [κ] Constituisti.] *Chrys.* Alius, ἐξουσιάζειν ἐποίησας αὐτὸν τῶν ἔργων τῶν χειρῶν σου, fecisti, vt haberet potestatem operũ manuum tuarum. [λ] C Campi.] τοῦ πεδίου. *Chrys.* Alius, ἄγρια, agrestia.

In finem [α] pro occultis filij psalmus ipsi Dauid. IX.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua: lætabor, & [β] exultabo in te: [γ] psallam nomini tuo altissime. In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur, & peribunt à facie tua. Quoniam [δ] fecisti iudicium meum, & causam meam: sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam: increpasti gentes, & [ε] perijt impius: nomen D eorum delesti in seculum, & in seculum seculi. Inimici defecerunt [ζ] frameæ in finem; & ciuitates destruxisti. Perijt memoria eorum cum [η] sonitu: & Dominus in [θ] æternum permanet. [ι] Parauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terrarum in iustitia, iudicabit populos in rectitudine. Et factus est Dominus refugium [κ] pauperi: adiutor in [λ] opportunitatibus, in tribulatione. Et [μ] sperent in te, qui cognoscũt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te Domine. Psallite Domino, qui [ν] habitat in Sion: annunciate inter gentes [ξ] studia eius. Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est; non est oblitus [ο] orationis pauperum. Miserere mei Domine: vide humilitatem E meam de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion. [π] Exultabo in salutari tuo: [ρ] infixæ sunt gentes in interitu, quem fecerunt. In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum: [σ] cognoscitur Dominus iudicia faciens: in operibus [τ] manuum suarum comprehensus est peccator. [υ] ODA DIAPSALMATIS. Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes, quæ obliuiscũtur Deum. Quia non in [φ] finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in æternum. Exurge Domine, non [χ] confortetur homo: iudicentur gentes in conspectu tuo. [ψ] Constitue Domine legislatorem super eos: [ω] sciant gentes, quoniam

niam homines ſunt. DIAPSALMA. Vt quid Domine receſsiſti longe, deſpicis in opportunitatibus, αα in tribulatione? Dum ſuperbit impius, ββ incenditur pauper: comprehenduntur in γγ conſilijs, quibus cogitant. Quoniam δδ laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ: & qui iniqua gerit, benedicitur. Irritauit Dominum peccator: ſecundum multitudinem iræ ſuæ non exquiret: Non eſt Deus in conſpectu eius: * contaminantur viæ illius in omni tempore. εε Auferuntur iudicia tua à facie eius; omnium inimicorum ſuorum dominabitu r. Dixit enim in corde ſuo; non ζζ mouebor à generatione in generationem. Cuius maledictione os eius plenum eſt, & amaritudine, & dolo; ſub cuius lingua ηη labor, & dolor: ſedet in θθ inſidijs cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem reſpiciunt: inſidiatur in occulto, velut leo in ιι ſpelunca ſua. Inſidiatur, vt rapiat pauperem, rapere pauperem, dum κκ attrahit eum. In λλ laqueo ſuo humiliabit eum: μμ inclinabit ſe, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum. Dixit enim in corde ſuo, oblitus eſt Deus: auertit faciem ſuam, ne videat in finem. Exurge Domine Deus; νν exaltetur manus tua; ne obliuiſcaris pauperum. Propter quid οο irritauit impius Deum? dixit enim in corde ſuo, non requiret. Vides, ππ quoniam tu laborem, & iram conſideras, vt tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus eſt pauper: orphano tu fuiſti ρρ adiutor. Contere brachium peccatoris, & maligni: σσ quæretur peccatum illius, & non inuenietur. Dominus regnabit in æternum, & in ſeculum ſeculi: peribitis gẽtes de terra illius. Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus: ττ præparationem cordis eorum attendit auris tua. Iudicare υυ pupillo, & humili: & non apponat vltro magnificare ſe homo ſuper terram.

α In finem pro occultis.] *Aquila*, τῷ νικοποιῷ νεανιότητος τοῦ υἱοῦ μελῴδημα τοῦ δαυίδ, effectori victoriæ iuuentutis filij, melodia ipſius Dauid. *Symm.* ἐπινίκιος (*aut, vt habet Theodoretus*) ἐπινίκιον περὶ θανάτου τοῦ υἱοῦ ᾆσμα τοῦ δαυίδ, epinicium (*ideſt*, victoriale) pro morte filij canticum ipſius Dauid. *Theodotio, & quinta editio*, τῷ νικοποιῷ ὑπὲρ ἀκμῆς τοῦ υἱοῦ, effectori victoria pro vigente ætate filij, *ſexta editio*, εἰς τὸ τέλος νεανιότης, in finem iuuentus. β Et exultabo.] καὶ ἀγαλλιάσομαι. *Aquila, & Symm.* καὶ γαυριάσω, *quod idem valet*. γ Pſallam nomini. *Symm.* ᾄσω τῷ ὀνόματί σου, ἀναστραφέντων τῶν ἐχθρῶν μου εἰς τὰ ὀπίσω, προσκοψάντων, καὶ ἀπολομένων ἐκ προσώπου σου, cantabo nomini tuo: cum ceciderint inimici mei retrorſum, corruerint, & perierint à facie tua, *quomodo eſt apud S. Hieronymum*. δ Feciſti iudicium meum, & cauſam meam.] *Chryſ.* Alius, ὑπερεδίκασάς μου, iudicaſti pro me. ε Perijt.] *Chryſ.* Alius, ἀπώλεσας, perdidiſti. ζ Frameæ.] αἱ ῥομφαῖαι *Aquila*, ἔρημα, ſolitudines, *quomodo etiam vertit S. Hieron. Symmachus*, ἐρείπια, ruinæ. η Cum ſonitu.] μετ᾽ ἤχου. S. Aug cum ſtrepitu. *Chryſ.* Alius, σὺν αὐτοῖς, cum ipſis. hebræus autem ἐμ. θ In æternum permanet.] *Chryſ.* Alius, καθεσθήσεται, *ſedebit*, hebræus. Ieſeb. ι Parauit.] ἡτοίμασεν. *Aquila, & Symmachus*, ἥδρασεν, firmauit. κ Pauperi.] *Chryſoſt.* Alius, τῷ ἐπιτριβομένῳ, attrito: alius, τεθλασμένῳ, fracto. λ In opportunitatibus, in tribulatione.] *Clemens Alexandrinus ſtromate 6. habet*, ἐν εὐκαιρίαις καὶ θλίψει, in opportunitate, & tribulatione. *Theodoretus*. Illud, ἐν εὐκαιρίαις, Aquila quidem interpretatus eſt, εἰς καιρὸν. in tempore: Symmachus autem, ἐπικαίρως, opportune. μ Et ſperent in te.] *S. Aug.* & ſperent in te omnes. *Chryſ.* Alius, πεποιθέτωσαν, pro, θαρρήσουσι, confident. *Theodoretus id tribuit Aquilæ, & Symmacho, qui modo indicante pro imperante vſi fuerint*. ν Qui habitat.] *Chryſ.* Alius, τῷ καθημένῳ, ſedenti. ξ Studia eius.] *S. Aug.* mirabilia eius. *Symm.* μηχανὰς, artificia. *Aquila*, ἐναλλαγὰς, commutationes. *Chry.* Alius, ἐν τοῖς λαοῖς τὰ μηχανήματα αὐτοῦ, in populis machinamenta, & molitiones eius. ο Orationis.] *Sic pſalterium Romanum in aliquo codice (nam in alijs eſt*, orationes) *quod græce eſt*, δεήσεως. *In alijs libris græcis eſt*, κραυγῆς. *& in latinis*, clamorem. π Exultabo in ſalutari tuo.] *Ita in vulgata, & in pſalterio Romano. S. Aug.* exultabo ſuper ſalutare tuum: *in alijs libris græcis eſt*, ἀγαλλιασόμεθα, exultabimus. ρ Infixæ ſunt.] ἐνεπάγησαν. *Chryſ.* Alius, ἐβαπτίσθησαν, demerſæ ſunt: *quomodo habet S. Hieronymus*. σ Cognoſcitur.] γινώσκεται, *in libris latinis fere eſt*, cognoſcetur. *Chryſ.* Alius, ἐγνώσθη κρίμα ποιήσας. cognitus eſt feciſſe iudicium. τ Manuum ſuarum.] *Chryſ.* Alius, ταρσῶν αὐτοῦ, palmarum, articulorum ſuorum. υ Oda diapſalmatis.] *Aquila*, ᾠδὴ ἀεὶ, oda ſemper, *& ſic fere vbique. S. Hieron.* meditatio ſemper. *Symmachus*, μέλος διαψάλματος, modulatio, melos diapſalmatis. *De hac re diſputat Didymus in catena Barbari*. φ Non in finem obliuio erit pauperis.] *Chryſ.* Alius, οὐ γὰρ εἰς τέλος ἡ προσδοκία πραέων ἐπιλησθήσεται, non enim in finem expectatio mitium obliuioni tradetur. χ Non confortetur.] μὴ κραταιούσθω. *Sanctus Auguſtinus*, non præualeat. *Chryſoſtomus*. Alius, μὴ θρασυνέσθω, non confidat audacter. ψ Conſtitue Domine.]

A mine. *Aquila*, θοὺ κύριε φόβημα αὐτοῖς, pone Domine terrorem eis, *quomodo habet S. Hieronym. nec multo aliter Theodotio*, κατάστησον κύριε φόβον αὐτοῖς. *Symmachus autem*, τάξον κύριε νόμον αὐτοῖς, pone Domine legem eis. *Aliud Schol.* Alius, ἐπίλαμψαι, illucesce, effulge. ω Sciant.] *S. Aug. & vulg.* vt sciant. *Chrysc.* καὶ γνώτωσαν, & cognoscant, *ac notat alium addidisse.* ἀεὶ semper, *quod videri potest positum pro eo, quod apud nos est*, διάψαλμα. *dictum est enim Aquilam pro hoc dicere* ἀεὶ *& sic S. Hiero.* sciant gentes homines esse, semper. αα In opportunitatibus, in tribulatione.] S. *August.* in tribulationibus. *Aquila.* εἰς καιρὸν, in tempore. *Symm.* ἐν καιροῖς θλίψεως, in tempore angustiæ, *vt S. Hieronymus.* ββ Incenditur.] ἐμπυρίζεται, *Aquila* ἐκκαίεται *Symmachus*, φλέγεται, *quæ idem valent.* γγ In consilijs.] ἐν διαβουλίοις. *S. August.* cogitationibus suis. *Notat autem Theodorus Antiochenus hæc esse interiecta metri causa: coniungenda enim hæc*, incenditur pauper, quoniam laudatur peccator. δδ Quoniam laudatur peccator.] *Chrysost.* Alius, ὅτι αἰνέσας ὁ παράνομος κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ πλεονέκτης εὐλογήσας παρώξυνε τὸν κύριον. ὅταν ὑψωθῇ ὁ θυμὸς αὐτοῦ οὐκ ἐκζητεῖ, quoniam laudans iniquus iuxta desiderium, & auarus benedicens, irritauit Dominum: cum exaltatus fuerit furor eius, non exquiret. Alius, ὅτι ὕμνησεν ἐπὶ πόθῳ ψυχῆς αὐτοῦ, καὶ πλεονέκτης εὐλογήσας ἐβλασφήμησε τὸν κύριον ἀσεβὴς κατὰ μετεωρισμὸν αὐτοῦ οὐ μὴ ἐκζητήσῃ, οὐκ ἔστι θεὸς πάσαις ἐννοίαις αὐτοῦ, quoniam hymnum dixit super cupiditate animæ suæ, & auarus benedicens infamauit Dominū:

B impius secundum elationem suam non exquiret: non est Deus in omnibus cogitationibus eius. Alius διὰ ὅλων τῶν ἐνθυμημάτων αὐτοῦ, per vniuersas cogitationes eius. * Contaminantur.] *Sic S. Aug.* βεβηλοῦνται, *vulgata*, inquinatæ sunt. *Notat Chrysostomus alium dixisse*, exaltatum est iudicium tuum. εε Auferuntur.] ἀντανταιρεῖται. *Notat Hesychius ita dictum esse, vt intelligatur, vicissim, & ex aduerso tolli. Nam cum Deus comminatione iudicij peccatum auferre velit; diabolus ex aduerso aufert memoriam illius comminationis. Cyrillus etiam eiusdem vocabuli vim considerat. Chrys.* Alius, ἦρται ἡ κρίσις σου, πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ κατακυριεύσει, εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ, sublatum est iudicium tuum; omnes inimicos suos dominatione premet: dixit enim in corde suo. *Theodorus Antiochenus notat Symmac. pro* inimicorum suorum dominabitur, *dixisse*, omnes inimicos suos ventilat. *Hesychius autem illud*, αὐτοῦ, *intelligit*, eius, *idest*, Dei: *Dominatur enim diabolus inimicis Dei, non autem animæ sanctæ.* ζζ Non mouebor.] *Symm.* οὐ περιτραπήσομαι εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν, ὅτι ἔσομαι ἐν κακώσει, non circumuertar in generationem, & generationem, neque ero in afflictione. ηη Labor, & dolor.] *Chrysost.* Alius, pro πόνος, dicit ἀνωφελὲς, damnum. S. *Hierony.* dolor, & iniquitas. θθ Sedet in insidijs.] *Symmachus*, ἐγκάθηται ἐνεδρεύων περὶ τὰς αὐλὰς ἐν ἀποκρύφοις ἀποκτεῖναι ἀθῷον, *quæ ita videtur vertisse* S. *Hieron.* sedet insidians iuxta vesti-

C bula in absconditis, vt interficiat innocentem. ιι In spelunca sua.] ἐν τῇ μάνδρᾳ αὐτοῦ. S. *August.* in cubili suo. *Chrys.* Alius, ἐν τῷ περιφράγματι αὐτοῦ, in septo suo. κκ Dum attrahit eum.] *Chrys.* Alius, ἐν ἑλκυσμῷ αὐτοῦ, in attractione eius. λλ Laqueo suo.] ἐν τῇ παγίδι αὐτοῦ. *S. Aug.* in muscipula sua. *Chrys.* Alius, ἐν τῇ σαγήνῃ, in sagena. *Et dubium est, an hæc coniungenda sint cum præcedentibus*, dum attrahit eum in laqueo, *vel*, in laqueum. μμ Inclinabit se.] *S. Aug.* inclinabitur, & cadet dum dominabitur. *Chrysost.* Alius, ὁ δὲ θλασθεὶς καμφθήσεται ἐπιπεσόντος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἰσχυρῶν αὐτοῦ τοῖς ἀσθενέσιν, qui autem fractus est; curuabitur, irruente eo cum fortibus suis in infirmos. νν Exaltetur.] *Chrys.* Alius, ἔπαρον τὴν χεῖρά σου, eleua manum tuam. ξξ Irritauit.] παρώξυνεν, *in aliquot codd. & apud Theod. est*, παρώργισεν, ad iram prouocauit. οο Vides, quoniam tu laborem, & iram.] *Sic S. Aug.* πόνον, καὶ θυμὸν, *vulg.* laborem, & dolorem. *Sym.* ὁρᾷς ὅτι σὺ μόχθον, καὶ παροργισμὸν ἐπιβλέπεις, ἵνα δοθῶσιν εἰς χεῖράς σου, vides, quia tu laborem, & furorem inspicis, vt dentur in manus tuas. *Aquila*, εἶδες, ὅτι σὺ πόνον, καὶ παροργισμὸν ἐπιβλέπεις, vidisti, quia tu laborem, & furorem inspectas. ππ Fuisti adiutor.] ἦσθα βοηθός. *Chrys.* Alius, σὺ ἐγένου, tu factus es: alius, σὺ ἔσῃ, tu eris, *vt S. Aug. & vulgata.* ρρ Quæretur.] *S. Aug.* requiretur delictum illius. *Symmachus*, ἐκζητηθήσεται ἡ ἀσέβεια αὐτοῦ, ἵνα μὴ εὑρεθῇ αὐτὸς, exquiretur impie-

D tas eius, vt non inueniatur ipse. σσ Præparationem cordis eorum attendit.] προσέσχε. *S. Aug. & vulgata*, exaudiuit. *Chrys.* Alius, τὴν πρόθεσιν τῆς καρδίας αὐτῶν προσέχει τὸ οὖς σου, propositum cordis eorum attendit auris tua. *Theodoretus illud* πρόθεσιν, *tribuit Symmacho. In aliquot codd. & Complut. est*, τῇ ἑτοιμασίᾳ, præparationi. *In eadem Compluten. & apud Theodoretum in verbis proxime antecedentibus est*, εἰσήκουσας κύριε, exaudisti domine. ττ Iudicare pupillo, & humili.] *Chrys.* Alius, κρῖναι ὀρφανῷ, καὶ τεθλασμένῳ, iudicare pupillo, & confracto, *aut, vt S. Hier.* vt iudices pupillum, & oppressum.

In finem Psalmus ipsi Dauid. X.

IN Domino confido: quomodo dicetis animæ meæ, α transmigra in montes, sicut passer? Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: β parauerunt sagittas in pharetra, vt sagittent in γ obscura luna rectos corde. Quoniam, quæ δ perfecisti, destruxerunt: iustus autem ε quid fecit? Dominus in tēplo sancto suo: Dominus, in cælo sedes eius. Oculi eius in ζ pauperem η respiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum: θ Dominus interrogat iustū, & impium: qui autem diligit iniquitatem; odit animam suam. ι Pluet super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Quoniam iustus Dominus, & iustitias dilexit: κ æquitatem vidit facies eius.

E

α Transmi-

α Transmigra in montes.] μεταναστεύου ἐπὶ τὰ ὄρη, *vulgata habet,* in montem. *Chrysost.* Alius, φυγάδευε εἰς ὄρη, exula in montes. Alius, μετακινοῦ, transmouere. β Parauerunt sagittas.] *S. August. & vulgata,* sagittas suas. *Aquila, & Symmac.* ἥδρασαν βέλος αὐτῶν ἐπὶ τὴν νευράν, firmauerunt sagittam suam super neruum. *& sic S. Hieron.* γ In obscura luna.] *Sic S. Aug. quod græce est,* ἐν σκοτομήνῃ, *& in vulgata,* in obscuro. *Theodoretus,* τοῦτο δὲ τὸ ὄνομα τὴν ἀσέληνον νύκτα δηλοῖ, hoc autem nomen illunem noctem significat. *Sexta editio,* εἰς τὸ ἐπιδεῖξαι τὸ σκότος εἰς φῶς, ad ostendendas tenebras in luce. *Symm.* ὡς ἐν ζόφῳ, quasi in caligine. δ Quæ perfecisti, destruxerunt.] *Sexta editio,* ὅτι αἱ διαδοχαί, quoniam traditiones. *Chrys.* Alius, ὅτι αἱ διδασκαλίαι συντριβήσονται, quoniam doctrinæ conterentur. Aquila, ὅτι οἱ θεμέλιοι καθαιρεθήσονται, quoniam fundamenta destruentur. *Symm.* ὅτι οἱ θεσμοὶ κατελύθησαν, quia leges dissipatæ sunt, *vt S. Hier.* ε Quid fecit.] *Aquila,* δίκαιος τί κατειργάσατο, iustus quid operatus est? *nec multo aliter Symm.* δίκαιος τί ἔδρασεν. ζ In pauperem.] εἰς τὸν πένητα, *apud Theodoretum legitur, & fortasse apud Chrysostomum & Eusebium,* ἐπιβλέπουσι τὴν οἰκουμένην, inspiciunt orbẽ terræ. *Schol.* Illud, εἰς τὸν πένητα, in Selide ipsorum septuaginta positum est tantum ambigue. *Certe in hebræo hodie non est: habetur tamen apud Origenem, & Basilium.* η Respiciunt.] ἀποβλέπουσι. *Theodotio,* ἐπιβλέπουσι, *quod est in multis codicibus, & commentariis. Aquila,* δοκιμάζουσι, *quæ fere idem valent.* θ Dominus interrogat.] *Chrysost.* Alius, κύριος δίκαιος ἐξεταστής, Dominus iustus examinator. Alius, δίκαιον δοκιμάζει, τὸν δὲ ἀσεβῆ καὶ ἀγαπῶντα ἀδικίαν ἐμίσησεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, (*quæ ita videtur vertisse S. Hieron.* Iustum probat: iniquum autem, & diligentem iniquitatem odit anima eius.) Alius, ὁ ἀγαπῶν ἀδικίαν, μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, qui diligit iniustitiam, odit suam ipsius animam. ι Pluet super peccatores.] ἐπιβρέξει, *& notat Didymus valere,* superpluet. *Chrys.* Alius, ὕσει ἐπὶ παρανόμους ἄνθρακας, pluet super iniquos, carbones. κ Æquitatem.] εὐθύτητα. *Chrys.* Alius, εὐθύτητας ὄψεται τὸ πρόσωπον αὐτῶν, æquitates videbit facies eorum: nimirum iustorum, vel αὐτοῦ, ipsius Dei.

In finem pro octaua, psalmus ipsi Dauid. XI.

SALVVM me fac Domine, quoniam defecit α sanctus: quoniam β diminutæ sunt veritates à filijs hominũ. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximũ suũ: labia dolosa, in corde, & corde γ locuti sunt. Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam: qui dixerunt, linguam nostram δ magnificabimus: labia nostra ε à nobis sunt: quis noster Dominus est? Propter ζ miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. η Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo. Eloquia Domini, eloquia casta: argentum igne examinatum, θ probatum terra, purgatum septuplum. Tu Domine ι seruabis nos, & custodies nos à generatione κ hac, & in æternum. In circuitu impij λ ambulant: secundum μ altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

α Sanctus.] ὅσιος. *Aquila,* ἁγνός, castus. β Diminutæ sunt veritates.] ὠλιγώθησαν αἱ ἀλήθειαι. *Symm.* αἱ πίστεις, fides. *Chrys.* Alius, ἐπελίπησαν πιστοί, defierunt fideles. γ Loquuti sunt.] *A. A. LL.* ἐλάλησαν κακά, loquuti sunt mala. *S. Aug.* loquuti sunt vana. *Symm.* χείλη δόλια ἐν καρδίᾳ ἄλλῃ, καὶ ἄλλῃ λαλεῖ, labia dolosa in corde alio, & alio loquuntur. δ Magnificabimus.] *Chrys.* Alius, δυναστεύσομεν, dominabimur. ε A nobis sunt.] *Sic vulgata, & psalterium Romanum. In alijs libris græcis est non,* παρ' ἡμῶν, *sed* παρ' ἡμῖν, *& S. Aug.* apud nos. *Aquila,* χείλη πάρεστιν ἡμῖν, τίς δεσπότης ἡμῶν; labia adsunt nobis; quis Dominus noster? *Chrys.* Alius, σὺν ἡμῖν πάρεστι, τίς κυριεύσει ἡμῶν, nobiscum adsunt, quis dominabitur nobis? ζ Propter miseriam] *Aquila,* ἀπὸ προνομῆς πενήτων, ἀπὸ οἰμωγῆς πτωχῶν, à vastitate pauperum, à ploratu inopum. *Symm.* διὰ κακοπάθειαν πτωχῶν, διὰ οἰμωγὴν πενήτων, propter afflictionem inopum, propter ploratum pauperum. η Ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.] *Symm.* τάξω σωτήριον ἐμφανές, ponam salutare euidens. *Chry.* idest euidenter saluabo. Alius, ἐν σωτηρίᾳ σου, in salute tua. θ Probatum terra.] τῇ γῇ. *S. Aug. & vulgata,* terræ, *nisi fortasse sit mendum. Aquila,* χωροῦν, τῇ γῇ διυλισμένον, permeans, terra defæcatum. *Chrys.* hebræus autem, τὸ χωνευόμενον, τὸ ῥέον ἐν τῇ γῇ, quod conflatur, quod fluit in terra. ι Seruabis nos.] *Chrys.* Alius, φυλάξεις αὐτούς, seruabis eos. Alius, φυλάξεις αὐτά, custodies ea, *vt S. Hier.* κ A generatione hac, & in æternum.] *Illud, &, abest à S. Aug. & vulgata. Chryso.* Alius, ἅμα τῇ γενεᾷ τῇ εἰς τὸν αἰῶνα, simul cum generatione, quæ in æternum. λ Ambulant.] *Chrys.* Alius, περιπατήσουσι, ambulabunt. μ Secundum altitudinem tuam multiplicasti.] κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας. *Chrysost.* Alius, κατὰ τὸ ὕψος εὐωνισμένοι τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, secundum altitudinem paruo empti filijs (*idest,* ex filijs, *vt alibi*) hominum. Alius, ὅταν ὑψωθῶσιν οἱ εὐτελεῖς τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων, (*quod S. Hier.* cum exaltati fuerint vilissimi filiorum hominum) hebræus, χαρμ ζολλωθ λεβνη ἀδάμ, Charm, Zolloth, Lebne, Adam: sexta editio, ἐξουθένησας, spreuisti. *Scholiastes ex Theod.* ὕψος quidem potentiam dicit, πολυωρίαν autem diuturnitatem; vt quod dicitur, huiusmodi quiddam sit: propter fortitudinem tuam nobis diuturnitatem, & vitã æternam dedisti. Nam post salutarem resurrectionem in secula infinita protenduntur nobis ea, quæ ipsius vitæ sunt. Alius autem, ἐπολυώρησας, multa cura dignatus es, diligenter curasti: *quæ explicatio est etiam Didymi, & Nicephori, & Theodoreti in commentarijs.*

A

In finem Psalmus ipsi [a] Dauid. XII.

VSQVEQVO Domine [β] obliuisceris me in finem? vsquequo [γ] auertes faciem tuam à me? Quandiu ponam [δ] consilia in anima mea, [ε] dolores in corde meo per diem? Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? Respice, exaudi me Domine Deus meus. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in mortem: nequando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui. Exultabit cor meum in salutari tuo: [ζ] cantabo Domino, qui bona tribuit mihi, & psallam nomini Domini altissimi.

B

[α] Dauid.] *Schol.* Dauid significat, ἱκανὸς χειρὶ, καὶ μόνος, καὶ ποθούμενος, καὶ οὗτος ἀγαπητὸς, potens manu, & solus, & desideratus, & hic amabilis. [β] Obliuisceris.] ἐπιλήσῃ. *Chrys.* Alius, ἐκλανθάνῃ με τέλεον, obliuisceris mei omnino. Alius, εἰς νῖκος, in victoriam. [γ] Auertes.] ἀποστρέψεις. *S. Aug. & vulgata*, auertis. *Aquila, Symmachus, Theodotio*, κρύψεις, abscondes, *& ita S. Hieronymus.* [δ] Ponam consilia.] *S. Augustinus*, consilium. *Chrysostomus*. Alius, τάξω γνώμας, ordinabo sententias. [ε] Dolores.] ὀδύνας, *S. Aug. & vulgata*, dolorem. *Aquila, & Theodotio vt lxx. Symmachus*, μέριμναν ἐν τῇ διανοίᾳ μου καθημέραν, solicitudinem in mente mea per diem. *In alijs editionibus, & apud Theodoretum est*, ἡμέρας, καὶ νυκτὸς, die, ac nocte. [ζ] Cantabo Domino.] *Hesychius:* hunc versiculum duo ordines ipsorum lxxij. interpretum dixerunt: quare appositum est signum illud, quod atramento fit, & vocatur lemniscus: per mediam quidem virgulam significat versiculum: per duo autem puncta vnum supra, alterum infra, indicauit duos ordines ipsorum interpretum. *Item de sequenti versiculo*, καὶ ψαλῶ τῷ ὀνόματι κυρίου τοῦ ὑψίστου, *ita legitur in Scholio:* non est positus apud vllum in Tetrasselido, neque in exemplari Eusebij Pamphili, neque in hebraico.

C

In finem psalmus ipsi Dauid. XIII.

DIXIT imprudens in corde suo, non est Deus: [α] corruperunt, & abominabiles facti sunt in [β] studijs: non est qui faciat [γ] bonitatem, non est vsque ad vnum. Dominus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. [δ] Sepulchrũ patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant: venenum aspidum labia eorum; quorum os maledictione, & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundẽdum sanguinem. Contritio & infelicitas in vijs eorũ: & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorũ. [ε] Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem, qui deuorant populum meum cibo [ζ] panis? Dominum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, [η] vbi non erat timor. Quoniam Deus in generatione iusta est: consilium inopis confundistis, quoniam Dominus spes eius est. Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum [θ] conuerterit Dominus captiuitatem plebis suæ, [ι] exultet Iacob, & lætetur Israel.

D

E

[α] Corruperunt.] διεφθειραν, *& sic est in hebræo: est enim subintelligendum*, seipsos, *aut*, viam suam. *Alij libri habent* διεφθάρησαν, corrupti sunt, *quemadmodum est in latinis translationibus.* [β] In studijs.] ἐπιτηδεύμασιν, *vulgata*, studijs suis. *S. August.* affectionibus suis. [γ] Bonitatem.] *Bonitatem legisse S. Augustinum apparet ex eius explanatione, quod græce est* χρηστότητα, *sed vulgata hic, & in ep. ad* Rom. *ca.* 3, *habet*, bonum. [δ] Sepulchrum patens.] *Hæc, & quæ sequuntur vsque ad*, Nonne cognoscent, *absunt à plerisque libris. Habent tamen Iustinus, & psalteria*, Romanum, Arabicum, Æthiopicum, *& S. August. In comm. græcis addita sunt margini cum hoc Scholio.* Nullibi in psalmis posita sunt: vnde autem Apostolus ea sumpserit, quærendum. *In alio Scholio referuntur ex Diodoro, Theodoro, Cyrillo, Didymo: sed additur, in hexaplo non esse inuenta. S. Cyprianus in libro de zelo, & timore ea citat ex Apostolo.* [ε] Nonne cognoscent.] *Aquila*, μὴ οὐκ ἐπέγνωσαν, nunquid non cognouerunt? *Symmachus*, μὴ γνώσονται, nonne cognoscent. [ζ] Cibo panis.] βρώσει ἄρτου, *in alijs tamen codd. & comment. & editionibus est*, ἐν βρώσει, in cibum. *Symm.* ὡσεὶ ἄρτον, tanquam panem. *S. Aug.* sicut cibum panis, *vulgata*, sicut escam panis. [η] Vbi non erat timor.] *Schol.* Illud, οὗ οὐκ ἦν φόβος, non est dictum ab alijs

nibus.

tribus. θ Conuerterit.] ἐν τῷ ἐπιστρέψαι, *& apertius S.Hier.* quando reduxerit. *S.Aug. & vulgata habent*, cum auerterit, *quasi legerint*, ἐν τῷ ἀποστρέψαι. ι Exultet.] ἀγαλλιάσθω. *Sic etiam in psalterio Romano. In cæteris vero libris est*, ἀγαλλιάσεται ἰακώβ, καὶ εὐφρανθήσεται ἰσραήλ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel, *quemadmodum est in vulgata, & apud S. Augustinum.*

Psalmus ipsi Dauid. XIV.

DOMINE quis α habitabit in tabernaculo tuo? & quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua. Nec fecit proximo suo malum: & opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat. Qui β iurat proximo suo, & non decipit: pecuniam suam non dedit ad vsuram: & munera super γ innocentes non accepit. Qui facit hæc; non commouebitur in æternum.

α Quis habitabit.] παροικήσει *S.Aug. habet*, peregrinabitur, *& ita exponunt Patres græci. Cæterum S.Hier. ad Suniam in quæstione de quinto psalmo, & agnoscit hoc loco, & non improbat vocabulum habitandi.* β Qui iurat proximo suo, & non decipit.] καὶ οὐκ ἀθετῶν, *non reddit iuramentum factum proximo irritum, vt interpretatur Didymus. Symm.* ὀμόσας ἑταῖρος εἶναι, καὶ μὴ ἀλλαγείς, iurans amicus esse, & non mutatus. *Aquila, & Theodotio*, τοῦ κακῶσαι, vt se affligat, *& ita S.Hier.* γ Innocentes.] ἐπ' ἀθῴοις. *Sic S. Aug. Vulgata autem*, innocentem. *Aqu.* ταπεινόφρονος, καὶ ἁπλοῦ, humilem, & simplicem. *Sym.* ταπεινόφρονος, καὶ ἀμώμου, humilẽ, & immaculatum.

Tituli α inscriptio ipsi β Dauid. XV.

CONSERVA me γ Domine, quoniam in te speraui: dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam δ bonorum meorum non eges. Sanctis, qui sunt in terra eius, ε mirificauit omnes voluntates suas in eis. ζ Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt. Non η congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: insuper autem, & vsque ad noctem erudierunt me renes mei. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Propter hoc lætatũ est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper autem & caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: neque dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ: adimplebis θ me lætitia ι cum vultu tuo: κ delectationes in dextera tua in finem.

α Tituli inscriptio.] στηλογραφία, *de qua Græci Patres multa, Eusebius, Didymus, Theodoretus, & alij.* β Ipsi Dauid.] *Eusebius*, vel iuxta cæteros interpretes, τοῦ δαυίδ, ipsius Dauid. γ Domine.] *Aquila, & Theodotio*, ἰσχυρέ, fortis, *est enim hebraice. el.* δ Bonorum meorum.] *Aquila*, ἀγαθωσύνη μου οὐ μὴ ἐπὶ σέ, bonitas mea non super te. *Symm.* ἀγαθόν μοι οὐκ ἔστιν ἄνευ σοῦ, *quod S.Hieron.* bene mihi non est sine te. ε Mirificauit.] *vulgata*, mirificauit omnes voluntates meas in eis. *S.Aug.* mirificaui omnes voluntates meas in illis. *Theodoretus*, ἐθαυμάστωσεν ὁ κύριος, ὅτι πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ ἐν αὐτοῖς, mirificauit Dominus, quoniam omnes voluntates suæ in eis. *Et in alijs quoque codicibus inuenitur vox* κύριος, *& illud* πάντα, *est initium sequentis partis versus. Eusebius tamen, & Theodorus videntur legisse vt hic, itemque Athanasius. Aquila*, ὑπερμεγέθεσί μου πᾶν θέλημα ἐν αὐτοῖς, ingentibus meis omnis voluntas in eis. *Symmachus*, εἰς τοὺς μεγάλους πᾶν τὸ θέλημά μου ἐν αὐτοῖς, in magnos omnis voluntas mea in eis. ζ Multiplicatæ sunt.] *Aquila*, πληθυνθήσονται διαπονήματα αὐτῶν, multiplicabuntur labores eorum. *Symmachus*, πολλαὶ αἱ κακοπάθειαι αὐτῶν ἀκολουθοῦσαι ταχέως, multæ calamitates eorum sequentes cito. *Theodotio*, ἐπληθύνθησαν τὰ εἴδωλα αὐτῶν, εἰς τὰ ὀπίσω ἐτάχυναν, multiplicata sunt idola eorum: retrorsum accelerauerunt. *Id tamen Theodorus Antiochenus tribuit Symm.* η Non congregabo.] *Cyrillus putat per*

A *tit per interrogationem esse proferenda, sed non Eusebius, & Didymus. Aquila,* οὐ μὴ σπείσω σπονδὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων, *quod S. Hieronymus*, non libabo libamina eorum de sanguine. θ Adimplebis me.] *Aquila, Theodotio,* πλησμονὴ εὐφροσυνῶν, saturitas lætitiarum. *Theodotio,* ἑπτὰ εὐφροσύνας, septem lætitias. ι Cum vultu.] *Symmachus,* παρὰ τῷ προσώπῳ σου, *quod S. Hieronymus,* ante vultum tuum. κ Delectationes.] *Apud Theodoretum, & in Complut. est,* τερπνότης, *& S. Augustinus,* delectatio.

Oratio ipsius Dauid. XVI.

EXAVDI Domine [α] iustitiam meam: intende [β] deprecationi meæ. Auribus percipe orationem meam; [γ] non in labijs dolosis. A vultu tuo iudicium meum [δ] prodeat: [ε] oculi mei videant [ζ] æquitates. Probasti cor B meum, visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Vt non loquatur os meum opera hominum; propter verba labiorum tuorum ego [η] custodiui vias duras. [θ] Perfice gressus meos in semitis tuis: vt nō moueantur vestigia mea. Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuā mihi, & exaudi verba mea. Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te, à resistentibus dexteræ tuæ, custodi me, vt pupillam oculi. In [ι] tegmine alarum tuarum protege me, à facie impiorum, qui me afflixerunt. Inimici mei animam meam circundederunt: adipem [κ] suum concluserunt: os eorum C loquutum est superbiam. [λ] Proijcientes me circunderunt me: oculos suos statuerunt [μ] declinare in terram. [ν] Susceperunt me, sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in occultis. Exurge Domine, [ξ] præueni eos, & supplanta eos. Erue animam meam ab impio, [ο] frameam tuam ab inimicis manus tuæ. Domine [π] perdens de terra, dispertire eos in vita eorum, & [ρ] de absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Saturati sunt [σ] porcina, & dimiserunt reliquias paruulis suis. Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo; satiabor, [τ] cum apparuerit gloria tua.

D α Iustitiam meam.] δικαιοσύνης μου, *quod posset etiam verti,* iustitiæ meæ, *idque vidit Nicephorus. Theodoretus:* Alij pronomen μου non addiderunt: sed Symmachus quidem, & Theodotio ipsum Deum nominauerunt Dominum iustitiæ, Aquila autem, εἰσάκουσον δίκαιον, exaudi iustum, pro, iuste. *Sed S. Hieronymus,* audi Domine iustitiam. β Deprecationi.] δεήσει. *Sic S. Augustinus: vulgata autem,* deprecationem meam. *Aquila,* αἰνέσει μου, laudationi meæ. γ Non in labijs dolosis.] *Theodoretus:* Illud autem, οὐκ ἐν χείλεσιν δολίοις, Symmachus sic dixit, οὐ διὰ χειλέων δολίων, non per labia dolosa. δ Prodeat.] ἐξέλθοι. *Symmachus,* ἐξελεύσεται, prodibit. ε Oculi mei.] *Sic plerique codices, & comm. & S. August. Aliquot tamen codd. habent* ὀφθαλμοί σου, oculi tui, *vt vulgata, & psalterium Romanum. Et in Scholo, quod tribuitur Asterio, scribitur, oculos Dei Apostolos esse intelligendos, pro quibus propheta oret, vt videant æquitatem.* S. *Hieronymus ad Suniam rectius esse putat,* oculi tui. ζ Æquitates.] εὐθύτητας. *In aliquot codd. & comment. est,* εὐθύτητα, æquitatem, *& sic S. Augustinus, S. autem Hieronymus,* æquitates. η Custodiui vias duras.] *Symmachus,* ὁδοὺς ἐφυλαξάμην παραβάτου, *quod ita videtur vertisse S. Hieronymus,* ego obseruaui vias latronis. θ Perfice.] κατάρτισαι. *S. Augustinus videtur legisse accentum in penultima: habet enim,* ad perficiendum. *Symmachus,* συγκράτησον, corrobora, E *Theodotio,* πλήρωσον, perfice. ι In tegmine alarum tuarum protege me.] *Ita S. Augustinus: vulgata autem,* sub vmbra alarum tuarum. κ Adipem suum.] *Symmachus,* τῷ στέατι αὐτῶν ἀπεφράγησαν, adipe suo conclusi sunt, *aut,* concluserunt, *vt S. Hieronymus propius ad hebraismum.* λ Proijcientes me.] *Eusebius. Symmachus,* μακαρίζοντές με παραχρῆμα περιεκύκλωσαν, qui beatificabant me, repente circundederunt. μ Declinare in terram.] ἐκκλῖναι ἐν τῇ γῇ. *Aquila,* τοῦ ἐκκλῖναι ἐν τῇ γῇ, ad declinandum in terram. *Theodoretus.* Symmachus, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἔταξαν ἑτεροκλινεῖν ἐν τῇ γῇ, oculos suos statuerunt detorquere, & quasi altera ex parte declinare in terram. ν Susceperunt.] *Theodorus Antiochenus.* Illud ὑπέλαβον, dictum est pro περιμένουσιν, vndique expectant, & inhiant mihi. ξ Præueni eos, & supplanta eos: erue animam meam ab impio.] *S. Augustinus,* præueni eos, & subuerte eos: erue animam meam ab impijs. *S. Hieronymus omnia hæc melius legi putat in numero singulari. Aquila,* πρόφθασον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ὄκλασον αὐτόν, *quæ S. Hieronymus vertit.* præueni faciem eius, incurua eum. ο Frameam tuam.] *In aliquot vetustis codicibus, & apud Theodoretum legitur* ῥομφαία σου, framea tua, *& addit Theodoretus sic vertisse Symmachum,* εἰς μάχαιράν σου, in gladio tuo.

dio tuo. *Theodorus autem Antiochenus agnoscit hanc lectionem in dandi casu; sed magis probat alteram in genetiuo* **A**
randi casu ῥομφαίας, quo etiam inquit Aquilam esse vsum: idque propius ad hebræa, quæ sic vertit S. Hieronymus,
ab impio, qui est gladius tuus. ϖ Perdens,] ἀπολύων, *quod etiam posset verti*, absoluens. *Theodoretus ad hunc locum ita scribit*. Etenim tuo, inquit, decreto homines transmittis ad mortem: tu enim dixisti: terra es, & in terram redibis. *Ad verba autem sequentia*, διαμέρισον αὐτούς, (*quæ nos ex S. Augustino vertimus*, dispertire eos, *vulgata autem habet*, diuide eos) *idem Theodoretus subiungit hæc, quæ etiam leguntur apud Eusebium, fortasse ab alio inserta*. Ego vero, quamuis tibi facile sit ad mortem transmittere, attamen obsecro, ipsos, dum viuunt, dissipari, & malam eorum conspirationem dissolui. *Suidas*, ἀπολύων, valet τῷ θανάτῳ παραπέμπων, transmittens ad mortem. David, κύριε ἀπολύων ἀπὸ γῆς διαμέρισον αὐτοὺς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν. Alius autem interpres inquit, ἀπ᾽ ὀλίγων, à paucis. *Psalterium vetus habet*, perdens de terra, *& S. Augustinus in ep. lviij. ad Paulinum testatur in vno græco codice se reperisse, quod latini sui haberent*, perdẽs de terra. *Cæteri vero codices, & Eusebius & Cyrillus, & Didymus habent*, ἀπ᾽ ὀλίγων ἀπὸ γῆς. *& S. Augustinus in eadem epistola fatetur, ita se in alio græco exemplari reperisse, quemadmodum ipse Paulinus posuerat*, à paucis de terra. *Aquila*, κύριε ἀπὸ τεθνηκότων ἐν καταδύσεως, μέρος αὐτῶν ἐν ζωῇ, Domine à mortuis de profunditate: pars eorum in vita. *Symmachus*, κύριε ἀπὸ **B**
τῶν νεκρῶν (*Eusebius addit* ἀπὸ) ἐνδεδυκότων, ἡ μερὶς αὐτῶν ἐν ζωῇ, *al.* ἐν ζῶσιν Domine à mortuis, à depressis: pars eorum in vita, *al.* inter viuentes. *Apud S. Hieronymum totus hic versus sic habet*, à viris manus tuæ Domine, qui mortui sunt in profundo, quorum pars in vita. ρ De absconditis.] τῶν κεκρυμμένων σου. *Eusebius ex Symmacho*, τῶν ἀποθέτων, de reconditis. σ Porcina.] ὑείων, *liber Vaticanus*. *Quòd autem in antiquioribus libris scriptum esset sine accentu, & librarijs vsitatum esset ad ι, literam adiungere ε, vicissimque ad ε, adiungere ι, inde videtur duplex scriptura fluxisse (quod etiam innuit S. Augustinus, vt in græcis codicibus partim sit* υἱῶν, *quod significat*, filijs, *partim* ὑείων, *&* ὑῶν: *quæ significant*, porcinis, *&* porcis. *In scholio quidem ad marginem Vaticani codicis apposito, hæc ad verbum* ὑῶν *leguntur*, pro ἀκαθαρσίας, immunditia: non solum enim ipsi immundi fuerunt: sed etiam filijs suis immunditiam communicauerunt. *In alijs etiam commentarijs est* ὑῶν, *atque ad eum locum sic legitur*, ἐχορτάσθησαν τῶν παρανομιῶν, impleti sunt iniquis. Et aliter. Omni, inquit, transgressione repleti sunt, & ad filios suos transmiserunt. *Apollinarius in Metaphrasi*, impleti porcellis, reliquerunt filijs reliquias conuiuij. *In psalterijs Romano, & Arabico, & apud Arnobium est*, porcina. *Paulinus in epistola vltima ad S. Augustinum vtramque lectionem agnoscit*, saturati sunt porcina: vel, sicut in quibusdam psalterijs scriptum audio, **C**
saturati sunt filijs. *Eandem varietatem notat S. Augustinus in epistola, qua respondet Paulino: & in hunc psalmum affert hæc*, sane illo versu, vbi dictum est (saturati sunt porcina) nonnulla exemplaria, saturati sunt filijs, habent. Ex ambiguo enim græco interpretatio duplex venit. *Omnino in græcis codicibus lectio* υἱῶν, *frequentior est. In codicibus Theodoreti partim est* ὑῶν, *partim* υἱῶν, *partim etiam*, υἱοί, filij, *quam etiam habet Theodorus Antiochenus. Ac Theodoretus quidem continuo subiungit huic lectioni, valde similem interpretationem Symmachi, quam etiam refert Eusebius*, χορτασθήσονται υἱοί, καὶ ἀφήσουσι τὰ λείψανα αὐτῶν τοῖς νηπίοις αὐτῶν, saturabuntur filij, & dimittent reliquias suas paruulis suis. τ Cum apparuerit.] ἐν τῷ ὀφθῆναι. *S. Augustinus*, dum manifestabitur. *Theodotio*, ἐν τῷ ὀφθῆναι τὴν δεξιάν σου, cum apparuerit dextera tua. *Aquila*, ἐν τῷ ἐξυπνισθῆναι ὁμοιώσεώς σου, *Symmachus*, ἐξυπνισθεὶς τῆς ὁμοιώσεώς σου, *quæ S. Hieronymus vertit*, cum euigilauero similitudine tua.

In finem puero Domini ipsi Dauid, quæ locutus est Domino, verba cantici huius, in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit. XVII. **D**

DILIGAM te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meũ, & refugium meum, & liberator meus. Deus meus adiutor meus: sperabo in eũ. Protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus. Laudans inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Circundederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferni circundederunt me: præuenerunt me laquei mortis. In tribulatione mea inuocaui **E**
Dominum, & ad Deum meum clamaui. Audiuit de templo sancto suo vocem meam: & clamor meus in conspectu eius, introibit in aures eius. Et [α] commota est, & contremuit terra: & fundamẽta montiũ conturbata sunt, & [β] cõmota sunt, quoniã iratus est eis Deus. Ascendit fumus in ira eius: & ignis à facie eius [γ] exarsit: carbones succẽsi sunt ab eo. Et inclinauit cælum, descendit: & caligo sub pedibus eius. Et ascendit super Cherubin, & volauit: & volauit super pennas ventorum. Et posuit tenebras latibulum suum: in circuitu eius tabernaculum eius:

A eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris. Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt: grando, & carbones ignis. Et intonuit de cælo Dominus, & altissimus dedit vocem [δ] suam. Et emisit sagittas, & dissipauit eos: & fulgura multiplicauit, & conturbauit eos. Et apparuerunt fontes aquarum: & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ. Misit de summo, & accepit me: assumpsit me de aquis multis. Eruet me de inimicis meis potentibus, & ab his, qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me. Præuenerunt me in die [ε] afflictionis meæ: & factus est Dominus firmamentum meum. Et eduxit me in latitudinem: [ζ] eruet me, quoniam voluit me. Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam: & secundum B puritatem manuum mearum retribuet mihi. Quia custodiui vias Domini: nec impie gessi à Deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu [η] meo: & iustitiæ eius non recesserunt à me: & ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius. Cum sancto [θ] sanctificaberis, & cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris, & cum peruerso [ι] peruerteris. Quoniam tu populum [κ] humilem saluum facies; & oculos superborum humiliabis. Quoniam tu illuminabis lucernam meam Domine: Deus meus illuminabis tenebras meas. Quoniam in te C eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. Deus meus, immaculata via eius: [λ] eloquia Domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se. Quoniam quis Deus præter Dominum? & quis Deus præter Deum nostrum? Deus qui præcinxit me virtute, & posuit immaculatam viam meam. Qui perficit pedes meos tanquam [μ] cerui: & super excelsa [ν] statuit me. Qui docet manus meas ad prælium: & posuisti arcum æreum brachia mea. Et dedisti mihi [ξ] protectionem [ο] salutis meæ: & dextera tua suscepit me, & disciplina tua correxit me in finem: [π] & disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos subter me: & non sunt infirmata vestigia mea. Persequar inimicos meos, D & comprehẽdam illos: & non reuertar, donec deficiant. Confringam illos, nec poterunt stare: cadẽt subtus pedes meos. Et præcinxisti me virtute ad bellum: supplantasti [ρ] omnes insurgentes in me subter me: & inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odio habentes me disperdidisti. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret: ad Dominum, nec exaudiuit eos. Et comminuam eos, vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum, delebo eos. [σ] Erue me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium. Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Filii alieni mẽtiti sunt mihi: filij alieni [τ] inueterati sunt, & claudicauerũt à semitis suis. Viuit Dominus, & bene- E dictus Deus meus: & exaltetur Deus salutis meæ. Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me: liberator meus de [υ] inimicis iracundis. Ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me. Propterea confitebor tibi in gentibus Domine: & nomini tuo psallam. Magnificans salutes regis eius: & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius in seculum.

[α] Commota est, & contremuit terra.] *Eusebius ex Aquila*, καὶ ἐκινήθη, καὶ ἐσείσθη ἡ γῆ & mota est. & concussa est terra. [β] Et commota sunt.] *Eusebius ex Symm.* περιετράπησαν, circumuecta sunt. [γ] A facie eius exarsit.] κατεφλόγισεν, *sic Vulgata. In aliquot codicibus, & apud Theodoretum est*, καταφλεγήσεται, exardescet.

Apud S. August. exardescit. *Aquila,* ἀπὸ στόματος αὐτοῦ φάγεται. *Symmachus,* ἐκ στόματος αὐτοῦ ἀναλίσκον, *quæ S. Hieron. reddidit,* ex ore eius deuorans. δ Vocem suam.] *Post hæc in vulgata repetuntur illa,* grando, & carbones ignis, *quæ neque græci, neque* S. Aug. *habent. Et notat S. Hieron. ad Suniam, de hebraico, & de Theodotione in lxx. interpretatione sub asterisco esse addita.* ε Afflictionis.] κακώσεως. *Symm.* ταλαιπωρίας, miseriæ, calamitatis. ζ Eruet me] ῥύσεταί με. *S. August.* eruit me, *vulgata,* saluum me fecit. η In conspectu meo.] *Apud S. Aug. adiungitur,* sunt semper. *Quæ autem sequuntur,* & iustitiæ eius non recesserunt à me, *eodem modo habentur apud Theodoretum,* καὶ τὰ δικαιώματα αὐτοῦ οὐκ ἀπέστησαν ἀπ' ἐμοῦ: *sed in alijs codicibus est,* οὐκ ἀπέστησα ἀπ' ἐμοῦ, *& in vulgata, & apud S. Augustinum,* & iustitias eius non repuli à me. θ Sanctificaberis.] ὁσιωθήσῃ. *Sic etiam Theodoretus, & ita vertit Tertullianus. S. autem Cyprianus,* iustificaberis, *alij vero libri habent,* ὅσιος ἔσῃ, *vt vulgata, & S. Aug.* sanctus eris. *Sym.* πρὸς ὅσιον ὁσίως πράξεις, erga sanctum sancte ages. *Aliud Scholium,* μετὰ κεχαριτωμένου χαριτωθήσῃ, cum gratioso gratiosum te reddes. ι Peruerteris.] διαστρέψεις *proprie valet,* peruertes, *sed est hebraismus, nam subintelligendum,* te. κ Humilem.] *Symmachus,* πρᾷον, mitem, & mansuetum. λ Eloquia Domini examinata.] *Symm.* ῥῆσις τοῦ κυρίου δόκιμος, loquutio domini probata. μ Tamquam cerui.] *Sic libri græci, & S. Aug. S. tamen Hieron. asseuerat omnes interpretes transtulisse pluralem numerum: & sic vulgata,* ceruorum. ν Statuit me.] S. *August.* statuet, *Aquila,* καὶ ἐπὶ τὰ ὑψώματά μου στήσεις με, & super excelsa mea statues me. ξ Protectionem.] ὑπερασπισμόν, *sexta editio,* ὑπερασπιστήν, τὸν σωτῆρά μου, protectorem, saluatorem meum. ο Salutis meæ.] *Sic Theodoretus, & S. Aug. Alij libri græci non habent,* μου. S. *Hieronymus scribit omnes interpretes transtulisse, vt habet vulgata,* tuæ. π Et disciplina tua ipsa me docebit.] *Schol.* hæc sunt Theodotionis pro eo quod à lxx. dictum est, καὶ ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέν με εἰς τέλος, & disciplina tua correxit (*aut, vt S. Aug.* direxit) me in finem. *Eusebius autem ex Symm. quidem refert,* καὶ τὸ ὑπακούειν με αὐξήσει με, & obedientia mea augebit me, *ex Aquila autem,* καὶ πραότης μου ἐπλήθυνέν με, *quæ S. Hieron. vertit,* & mansuetudo mea multiplicauit me. ρ Omnes insurgentes.] *S. Hieron. ad Suniam,* sed, omnes, additum est. *Aquila,* κάμψεις ἐπανεστηκότα μοι, incuruabis eum, qui insurrexit in me. σ Erue me à contradictionibus.] ῥῦσαί με ἐξ ἀντιλογιῶν. *Aliquot codices, & Theodoretus habent,* ῥύσῃ με ἐξ ἀντιλογίας, erues me de contradictione. *S. August.* erues me de contradictionibus: *vulgata,* eripies. *Aquila,* διασώσεις με ἀπὸ δικασιῶν, saluabis me à contentionibus. *Symm.* ῥύσῃ με ἀπὸ ἀντιλογιῶν, erues me à contradictionibus. τ Inueterati sunt.] ἐπαλαιώθησαν. *S. August.* inueterauerunt. *Schol. ex Symma.* ἠτιμώθησαν, dehonestati sunt. *Sed Theodoretus.* Illud, ἐπαλαιώθησαν, καὶ ἐχώλαναν, Symm. dixit, ἀτιμωθήσονται, καὶ ἐντραπήσονται, dehonestabuntur, & confundentur. υ De inimicis iracundis.] *In aliquot codicibus, & apud Theodoretum est,* ἐξ ἐχθρῶν μου ὀργίλων, *& sic S. Aug. & vulgata,* de inimicis meis iracundis. *Sunia, & Fretella, in suo codice habuerunt,* μου δυνατῶν, meis fortibus, *siue,* potentibus. *Sed S. Hieron* In hebræo nihil aliud habetur, nisi hoc, liberator meus ab inimicis meis: septuaginta autem, iracundis addiderunt.

In finem psalmus ipsi Dauid. XVIII.

CAELI enarrant gloriam Dei, & opus manuum eius annunciat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti annunciat scientiam. Non α sunt loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. In β sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Exultabit vt Gigas ad currendam viam γ suam: à summo cælo egressio eius. Et occursus eius vsque ad summum cæli: nec est, qui se abscondat à calore eius. Lex Domini immaculata conuertens animas: testimonium Domini fidele sapientiam præstans paruulis. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes cor: præceptum Domini lucidum illuminans oculos. Timor Domini castus permanens in seculum seculi: iudicia Domini vera, iustificata in idipsum: desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum: & dulciora super mel & fauum. Etenim seruus tuus custodit ea; in custodiendis illis retributio multa. δ Delicta quis intelliget? ab occultis meis munda me: & ab ε alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & mundabor à delicto magno. Et erunt ζ in beneplacitum eloquia oris mei; & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine adiutor meus, & redemptor meus.

Non-

α Non sunt loquelæ.] *Theodoretus*. Hoc manifestius Symmachus est interpretatus, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγελεῖ γνῶσιν, οὐ ῥῆσιν, οὐδὲ λόγους, ὧν οὐκ ἀκούονται φωναί, ἀλλ' εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ ἦχος αὐτῶν, & nox nocti indicabit scientiam, non dictionem, neque sermones, quorum non audiuntur voces: sed in omnem terram exiuit sonus eorum. Aut secundum Aquilam, ὁ κανὼν αὐτῶν, canon, & regula eorum. *β* In Sole posuit.] ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο, *Nicephor. inquit vacare illud* ἐν. *Theodoretus*. Et hæc manifestius tres illi sunt interpretati, τῷ ἡλίῳ ἔθετο σκήνωμα ἐν αὐτοῖς. *Ea autem S. Hierony. vertit*, Soli posuit tabernaculum in eis. *Eusebius ista tribuit Aquilæ, & Theodotioni, & quintæ editioni. Symmacho autem hæc*, τῷ ἡλίῳ ἔταξε σκηνὴν ἐν αὐτοῖς, *quæ tamen idem valent*. *γ* Suam.] αὐτοῦ. *Sic etiam in psalterio Arabico, & Æthiopico. Sed abest ab alijs libris græcis, & à S. Augustino, & vulgata. S. Hierony. testatur illud se sub veru additum reperisse.* *δ* Delicta.] παραπτώματα. *Aquila*, ἀγνοίας, *quod S. Hieron. videtur vertisse*, errores. *ε* Et ab alienis.] *Eusebius*, Aquila (*al. Symm.*) καί γε ἀπὸ ὑπερηφάνων σωτήρησον τὸν δοῦλόν σου. S. Hiero. à superbis quoque libera (*quamuis propius ad græcum esset*, conserua) seruum tuum. *ζ* In beneplacitum.] εἰς εὐδοκίαν. *S. August. & vulgata*, vt complaceant. *Sic etiam Ecclesiastici. 29.* εὐδοκίαν ἔχε, *redditur*, placeat tibi.

In finem psalmus ipsi Dauid. XIX.

EXAVDIAT te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob. Mittat tibi auxiliũ de sancto: & de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuũ [α] pingue faciat. DIAPSALMA. [β] Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne consilium tuum compleat. Exultabimus in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur. Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui, quoniam saluum fecit Dominus Christum suum. Exaudiet illum de cælo sancto suo: in potentatibus salus dexteræ eius. Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri [γ] magnificabimur. Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus. Domine saluum fac regem: & exaudi nos, in [δ] quacumque die inuocauerimus te.

α Pinguefaciat.[πιανάτω. *S. Aug. & vulgata*, pinguefiat. *Origenes*, φαιδρυνάτω, στεατούτω, nitidum faciat, adipe farciat. *Theodoretus*: Illud, τὸ ὁλοκαύτωμά σου πιανάτω, Symmachus ita est interpretatus, καὶ τὴν ἀναφορήν σου πίονα ποιήσῃ, & oblationem tuam pinguem faciat. *β* Tribuat tibi.] *In alijs codicibus sequitur* κύριος, *& apud S. Augustinum*, Dominus. *sed monet S. Hieron. ex superioribus* ἀπὸ κοινοῦ, *subaudiri*. *γ* Magnificabimur.] μεγαλυνθησόμεθα. *Sic psalterium Arabicum, & Æthiopicum, & metaphrasis Apollinaris. Sic S. Hiero. in Osee. c. 10. & in vita Hilarionis, & psalterium Romanum, & alij patres. S. Aug. habet*, exultabimus. *In cæteris libris græcis est* ἐπικαλεσόμεθα, inuocabimus. *vt vulgata. Apud S. Cypr. de exhort. mart. in impressis est*, magnificabimus, *sed in aliquot manuss.* inuocabimus. Ipsis copulati sunt pedes, & ceciderunt. *δ* In quacumque die.] *Ita reddendum illud* ἐν ᾗ ἄν, *fatetur S. Hier. ad Suniam, quamuis eum hebræo concordare dicat illud*, in die, qua, *quod est in vulgata, & apud S. Aug.*

In finem psalmus ipsi Dauid. XX.

DOMINE in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer. Desiderium [α] animæ eius dedisti ei: & [β] petitione labiorum eius non fraudasti eum. DIAPSALMA. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti super caput eius coronam de lapide pretioso. Vitam petijt à te, & dedisti ei longitudinem dierum in [γ] seculum seculi. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam, & magnum decorem impones super eum. Quoniam dabis ei benedictionem in seculũ [δ] seculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Quoniam rex sperat super Dominum, & in misericordia altissimi non commouebitur. [ε] Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt. Pones eos vt clibanũ ignis, in tempore vultus tui: Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Fructum illorum de terra perdes, & semen eorum à filijs hominum. Quoniam [ζ] declinauerunt in te mala: cogitauerunt [η] consilium, quod non po-

terunt ſtabilire. Quoniam [θ] pones eos dorſum in [ι] reliquis tuis, præparabis vultum eorum. Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus, & pſallemus virtutes tuas.

A

[α] Animæ eius.] *Ita S. Aug. & Rom. In cæteris fere libris græcis eſt*, καρδίας αὐτοῦ, *& in vulg.* deſiderium cordis eius tribuiſti ei. [β] Petitione labiorum.] δέησιν τῶν χειλέων, *& Chaldæus*, & prolationem labiorum eius non prohibuiſti in æternum. *In aliis libris eſt*, θέλησιν, *& S. Aug. & vulgata*, voluntate labiorum eius. [γ] In ſeculum ſeculi.] *S. Auguſt. & vulgata*, in ſeculum, & in ſeculum ſeculi. *Aquila, Theodotio, & quinta editio*, καὶ ἔτι, & vltra. *Symmac.* καὶ εἰς ἀπέραντον, & in infinitum. [δ] Lætificabis eum.] *Euſebius*. Symmachus ait, χαροποιήσεις αὐτὸν ἐν εὐφροσύνῃ παρὰ τῷ προσώπῳ σου, *quod S. Hier.* Exhilarabis eum in lætitia apud vultum tuum, *quæ poſtrema verba referuntur etiam à Theodoreto*. [ε] Inueniatur manus tua.] *Theodoretus*. Hoc rurſus manifeſtius Symmachus dixit, καταλήψεται ἡ χείρ σου πάντας τοὺς ἐχθρούς σου, ἡ δεξιά σου εὑρήσει τοὺς μισοῦντάς σε, comprehendet, (*aut vt S. Hieron.* inueniet) manus tua omnes inimicos tuos: dextera tua inueniet odientes te.

B

[ζ] Declinauerunt.] *Euſebius*. Symmachus dixit, ὅτι συνέφραξαν κατὰ σοῦ εἰς κακόν, quoniam obſtruxerunt contra te in malum. [η] Conſilium, quod.] *Sic S. Aug.* διελογίσαντο βουλὴν, ἣν οὐ μὴ δύνωνται στῆσαι. *In aliis codicibus partim eſt*, βουλὰς, ἃς, conſilia, quæ, *vt vulgata: partim*, βουλὰς αἷς, *& habent* στῆναι, *quæ varietas videtur etiam agnoſci à Theodoreto: & fortaſſe hic ſenſus poſſet elici*, cogitauerunt conſilia, quibus non poterunt ſtare. *Idem Theodoretus refert Symm. hoc loco ita dixiſſe*, ἐλογίσαντο ἐννοίας ἀδυνάτους, cogitauerunt cogitationes infirmas, quæ ad exitum perduci non poſſunt. [θ] Pones eos dorſum.] *Theodoretus*. Symmachus autem ita, ὅτι θήσεις αὐτοὺς ἀποστρόφους, quoniam pones eos auerſos. *Sch. pro*, θήσεις, *habet* τάξεις. [ι] Reliquis tuis.] *Aut vt S. Aug. & vulg.* reliquiis: *græce eſt*, περιλοίποις. *Aquila*, ἐν τοῖς κάλοις σου ἑδράσεις ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, in funibus tuis firmabis in faciem eorum, *nec multo aliter S. Hieron. Symmachus autem*, τοῖς περιλειπομένοις σου ἑδράσεις κατὰ πρόσωπον αὐτῶν, ſuperſtitibus tuis firmabis ad faciem eorum. *Schol.* Oportebat pro illo quidem, σου, ponere, αὐτῶν, pro illo autem, αὐτῶν, ponere illud σου, vt eſſet, ἐν τοῖς περιλοίποις αὐτῶν ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπόν σου, in reliquis eorum parabis faciem tuam. Hoc autem videtur accidiſſe ex compoſitione metrica: ſicut etiam apud poetas exteros frequentius talia licet inuenire, & præſertim in lyricis. *Hoc hyperbaton agnoſcit etiam Nicephorus. Sed Theodoretus minime neceſſarium putat iſto modo exponere.*

C

In finem pro ſuſceptione matutina pſalmus ipſi Dauid. XXI.

DEVS Deus meus reſpice in [α] me: quare me dereliquiſti? longe à ſalute mea verba [β] delictorum meorum. Deus meus clamabo ad te per diem, & non exaudies; & nocte, & non ad [γ] inſipientiam mihi. Tu autem in [δ] ſancto habitas, [ε] laus Iſrael. In te ſperauerunt patres noſtri: ſperauerunt, & eruiſti eos. Ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt, & non ſunt confuſi. Ego autem ſum vermis & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Omnes qui conſpiciebant me, ſubſannauerunt me: locuti ſunt labiis, mouerunt caput: ſperauit in Dominũ; eruat eum: ſaluum faciat eum; quoniam vult eum. Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre, ſpes mea ab vberibus matris meæ: in te proiectus ſum ex vtero. De vẽtre matris meæ Deus meus es tu: ne diſcedas à me. Quoniam tribulatio proxima eſt: quoniam non eſt qui adiuuet. Circundederunt me vituli multi: [ζ] tauri pingues obſederunt me. Aperuerunt ſuper me os ſuũ, ſicut leo rapiens, & rugiens ſicut aqua [η] effuſus ſum, & diſperſa ſunt omnia oſſa mea. Factum eſt cor meum, ſicut cera liqueſcens, de medio ventris mei. Exaruit velut teſta, virtus mea: & lingua mea adhæſit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxiſti me. Quoniam circundederunt me canes multi: conſilium malignantium obſedit me. Foderunt manus meas, & [θ] pedes: dinumerauerunt omnia oſſa mea. Ipſi vero conſiderauerunt, & inſpexerunt: diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Tu autem Domine ne elongaueris [ι] auxilium meum: in defenſionem meam reſpice. Erue à framea animam meã: & de manu canis [κ] vnicam meam. Saluũ me fac de ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Narrabo

D

E

nomen

A nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiæ cantabo te. Qui timetis Dominum; laudate eum: vniuersum semen Iacob λ magnificate eum. Timeat eum omne semen Israel; quoniam non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis. Neque auertit faciem suam à me: & cum clamarem ad eum; exaudiuit me. μ A te laus mea ν in Ecclesia magna: vota mea reddã in conspectu timentium eum. Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculum seculi. Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ: & adorabunt in conspectu eius vniuersæ ξ familiæ gentium. Quoniam Domini est regnum: & ipse dominabitur gẽtium.

B Manducauerunt, & adorauerunt omnes ο pingues terræ: in conspectu eius π procident omnes, qui descendunt in ρ terram. Et anima σ mea ipsi viuet, & semen meum seruiet illi. Annunciabitur τ Domino generatio ventura: & υ annunciabunt iustitiam eius, populo, qui nascetur, quem fecit Dominus.

α Respice in me.] *Eusebius.* Illud πρόσχες μοι, tamquam quod in hebraico non sit, sed apud solos lxx. saluator etiam omisit. β Delictorum meorum.] τῶν παραπτωμάτων μου. *Symm.* τῶν ὀδυρμῶν μου, querimoniarum mearum, *quinta editio*, τῆς βοήσεώς μου, clamoris mei, *sexta*, τῆς δεήσεώς μου, deprecationis meæ, *Aquila*, τοῦ βρυχήματός μου, rugitus mei, *& sic habet* S. *Hieronymus. Eusebius etiam illud* (clamoris mei) *tribuit quintæ editioni: Theodoretus, Theodotioni.* γ Et non ad insipientiam mihi.] *Quinta editio*, σιωπή, *sexta editio*, σιγή μοι. *Theodoretus*, aut secundum cæteros, καὶ νυκτός, καὶ οὐ σιγή. *S. Hieron.* & nocte, nec est silentium mihi. δ In sancto.] *Symm.* ἐν ἁγίοις, in sanctis, *aut vt S. Hieron.* sancte. ε Laus.] *Theodoretus.* Cæteri interpretes pro, ἔπαινος, posuerunt ὕμνος, hymnus. ζ Tauri pingues.] πίονες. *Aquila*, λιπαροί, opimi. *Symmac.* σιτιστοί, altiles. *Alius*, δυνάσται βασὰν διεδικτύωσάν με, potentes Basan traduxerunt me. η Effusus sum.] ἐξεχύθην. *Ita in psalterio Arabico, & apud* Didymum: *Ita vulgata, & apud S. Augustinum. Psalterium autem Romanum*, effusa sunt, *quod conuenit cum multis græcis codicibus, qui habent*, ἐξεχύθη. *Scholium.* Illud autem ἐξεχύθην, cum ν, ponitur in hexaplo apud omnes. Ita autem, & Apollinarius, & Eusebius scribit. θ Pedes.] *Ita fere Iustinus*, ὤρυξάν μου πόδας, καὶ χεῖρας, foderunt meos pedes, & manus. *Eodem autem prorsus modo videtur legisse Tertullianus*, foderunt manus meas, & pedes, *& rursus*, exterminauerunt manus meas, & pedes. *In plerisque tamen libris græcis est* χεῖράς μου, καὶ πόδας μου, *& S. August. & vulgata*, manus meas, & pedes meos. *Aquila*, ᾔσχυναν, confuderunt. ι Auxilium meum.] τὴν βοήθειάν μου, *& ita scribit ad Suniam S. Hier. legendum esse. Apud S. Augustinum, & in vulgata legitur*, auxilium tuum à me. κ Vnicam meam.] μονογενῆ μου. *Aquila*, μοναχήν, solitariam, *&* S. *Hieron. addit*, meam. *Symm.* μονότητα, solitudinem. λ Magnificate eum.] *Ita S. August. quod græce est* δοξάσατε, *& hanc versionem probat* S. *Hieron. ad Suniam: vulgata tamen habet*, glorificate. μ A te laus mea.] παρὰ σοῦ. *Ita omnes codices collati, sed* S. *August. & vulgata habent*, apud te, *vt videantur legisse* παρὰ σοί. ν In ecclesia magna.] *In cæteris libris sequitur*, ἐξομολογήσομαί σοι, *& S. August.* confitebor tibi, *quod non est apud Tertullianum, neque in metaphrasi* Apollinaris, *neque in vulgata.* ξ Familiæ.] *Sic vulgata, quod græce est* πατριαί. *S. August. & S. Cypr. lib. 2. aduersus Iudæos*, patriæ. *Aquila, & Symmachus*, αἱ συγγένειαι, cognationes, *& ita S. Hieron.* ο Pingues.] πίονες. *Aquila, & Symm.* λιπαροί, opimi. π Procident.] *Ita S. Aug. quod græce est*, προπεσοῦνται, *vulgata*, cadent. *Theodotio*, κάμψουσι, flectent. *Eusebius ex Symmacho*: ἔμπροσθεν αὐτοῦ ὀκλάσουσιν ἅπαντες οἱ καταβαίνοντες εἰς κόνιν, οὗ ἡ ψυχὴ ζήσει, σπέρμα δὲ λατρεύσει αὐτῷ, ante faciem eius curuabunt genu vniuersi, qui descendunt in puluerem, cuius anima viuet, semen autem seruiet ei: *quæ fere sunt S. Hieronymi, nisi quòd habet*, & anima eius non viuet. ρ Terram.] *Theodotio*, χοῦν, puluerem. σ Et anima mea ipsi viuit.] *S. Aug. & vulgata*, viuet. *Theodotio*, καὶ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ζῇ, & anima eius viuit. *Aquila*, αὐτῷ ζῇ, ipsi viuit. *Quinta, & sexta, editio, vt lxx.* ἡ ψυχή μου, anima mea. τ Annunciabitur.] *Symm.* ἀναγραφήσεται ἐν βιβλίῳ τῷ κυρίῳ, in libro perscribetur Domino. υ Annunciabunt.] *Apud S. Augustinum, & in vulgata sequitur*, cæli, *quod in græcis codicibus non est inuentum.* φ Quem fecit.] *Aquila, & Theodotio*, ὅτι ἐποίησεν, quia fecit.

E

Psalmus ipsi Dauid. XXII.

DOMINVS pascit me, & nihil mihi deerit: in loco α pascuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: β animam meam conuertit. Deduxit me super γ semitas iustitiæ, propter nomen suum. Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis; non timebo mala: quoniam tu mecum es. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum, & calix δ tuus inebrians quàm præclarus est. Et misericordia tua

dia tua subsequetur me, omnibus diebus vitæ meæ. Et vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum. A

α In loco pascuæ.] *Aquila, & Symm.* ἐν ὡραιότητι πόας κατεσκήνωσέν με, in venustate herbæ collocauit me. β Animam meam conuertit.] *Symm.* ἀνεκτήσατό με, refecit me. *S. Hier.* animam meam refecit. γ Super semitas.] *S. Aug.* in semitis. *Symm.* δι' ἀτραπῶν, per calles. δ Calix tuus.] τὸ ποτήριόν σου. *Ita habent multi libri græci, & psalterium* Arabicum. *S. Aug. & psalterium Romanum,* & poculum tuum inebrians, quàm præclarum est. *S. Cypr. li. 2. ep. 3.* calix tuus inebrians per quàm optimus. *At in vulgata,* calix meus, *cum qua facit psalterium Æthiopicum. Didymus vtramque lectionem agnoscit. S. Hieron. asseuerat illud* σου, *esse in* κοινῇ, *septuaginta vero, & hebræos, & omnes interpretes habere,* calix meus. *Schol.* Theodotio, ποτήριόν μου. Symmac. ποτήριον μεθύσκον πάνυ ἀγαθόν, poculum inebrians maxime bonum. *Item quinta editio, nisi, quòd habet,* ποτήριόν μου, *sexta autem,* τὸ ποτήριόν μου μεθύσκον ὡς κράτιστον, calix meus inebrians per quàm optimum. *S. Hierony. habet tantum,* calix meus inebrians. ε Et vt inhabitem.] καὶ τὸ κατοικεῖν με, *quod posset etiam verti,* habitatio mea, *& ita Symmachus,* ἡ κατοίκησίς μου. B

Psalmus ipsi Dauid α vna sabbati. XXIII.

DOMINI est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. β Ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum. Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco γ sancto eius? Innocẽs manibus, & mundus corde: qui non accepit in vano animam suam: & non iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiã à Deo δ salutari suo. Hæc est generatio quærentium eum, ε quærentium faciem ζ Dei Iacob. DIAPSALMA. η Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste θ rex gloriæ? Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio. Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ. C

α Vna sabbati.] τῆς μιᾶς σαββάτων, *quod apud S. Augustinum, & in vulgata redditur,* prima sabbati. *Theodoretus inquit hoc se inuenisse in nonnullis exemplaribus, sed in hexaplo minime esse appositum.* β Ipse super maria.] *Sic etiam apud S. Augustinum. Apud Theodoretum est,* αὐτὸς γὰρ, *& vulgata,* quia ipse. *Symmachus,* οὗτος ἐπὶ θαλάσσας ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, καὶ σὺν ποταμοῖς ἥδρασεν αὐτήν, hic super maria fundauit eum, & cum fluminibus stabiliuit eum. *Theodotio, vt lxx.* γ Sancto.] *Aquila, & Theodotio,* ἁγιάσματος, sanctificationis. δ Saluatore.] σωτῆρος, *apud S. Augustinum, & in vulgata est,* salutari, *vt videantur legisse* σωτηρίου. ε Quærentium eum.] *Sic in vulgata, & apud S. Cyprianum. In alijs libris græcis est,* τὸν κύριον, *& S. August.* Dominum. ζ Dei Iacob.] *Schol.* Aquila, Symm. lxx. quinta editio, & sexta, πρόσωπόν σου Ἰακώβ, faciem tuam Iacob, *quod etiam habet S. Hieron. sed in nullo ex collatis codicibus, aut editionibus repertum est.* η Tollite.] *S. Cypr. lib. 2. aduersus Iudæos ita reddit hunc locum.* Auferte portas principes vestras, & extollimini portæ æternales: & introibit rex claritatis. *Aquila,* ἄρατε πύλαι κεφαλὰς ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε ἀνοίγματα αἰώνια, *quomodo fere S. Hierony.* leuate portæ capita vestra, & eleuamini ianuæ sempiternæ. *& scribens ad Damasum, inquit, Aquilam esse interpretatum,* attollite portæ capita vestra. *Theodotio, & quinta editio, vt lxx. Symm.* μετάρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, ὑψώθητωσαν δὲ αἱ πύλαι αἰώνιοι, transferte portas principes vestras: & exaltentur portæ sempiternæ. θ Iste rex.] αὐτός ἐστιν οὗτος, *ita fere Iustinus,* αὐτὸς οὗτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης, ipse iste est rex gloriæ: *ab alijs libris abest illud,* οὗτος. *& S. Aug & vulgata,* ipse est rex gloriæ. *In hebræo autem post hæc verba sequitur,* Selah, *& apud S. Hieronymum,* semper. D

α Psalmus ipsi Dauid. XXIV. E

AD te Domine leuaui animã meã: Deus meus in te confidi, non erubescã. Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur. Confundãtur inique β agentes superuacue. Vias tuas Domine notas fac mihi, & semitas tuas edoce me. γ Deduc me in veritatem tuam, & doce me: quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die. Reminiscere miserationum tuarum Domine: & δ quia misericordiæ tuæ à seculo sunt. Delicta iuuentutis meæ, & ε ignorantias meas ne memineris. Secundum misericor-

diam

A diam tuam ζ memor esto mei, propter bonitatem tuam Domine. Dulcis, & rectus Dominus: propter hoc legem η dabit delinquentibus in via. Deducet mansuetos in iudicio, docebit mites * vias suas. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas requirentibus testamentum eius, & testimonia eius. Propter nomen tuum Domine, θ & propitiaberis peccato meo: multum est enim. Quis est homo, qui timet Dominum? legẽ ι statuet ei in via, quam elegit. Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hæreditabit terram. Firmamentum est κ Dominus timentiũ eum: & λ testamentum ipsius ad manifestandum eis. Oculi mei semper ad Dominũ: quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice
B in me, & miserere mei: quoniã μ vnicus, & pauper ν sum ego. Tribulationes cordis mei ξ multiplicatæ sunt: de necessitatibus ο meis erue me. Vide humilitatẽ meã, & laborem meũ: & dimitte omnia peccata mea. Vide inimicos meos, quoniã multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me. Custodi animam meã, & erue me: nõ cõfundar, quoniã speraui in te. Innocentes, & recti adhæserũt mihi: quoniam sustinui te Domine. Redime Deus Israel ex omnibus tribulationibus eius.

α Psalmus ipsi Dauid.] *Testatur Eusebius nihil fuisse inscriptum, sed tantum à cæteris interpretibus dictum esse,* τῷ δαυὶδ. ipsius Dauid. *Apud Theodoretum,* εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ δαυὶδ, *&* S. *August.* in finem psalmus Dauid. *In vulgata,* in finem, psalmus. β Inique agentes superuacue.] οἱ ἀνομοῦντες διακενῆς. *S. August.* inique facientes vana. *Schol.* cæteri, & quinta editio, οἱ ἀποστατοῦντες, qui rebellant. *S. Hier. ad Suniam*, inique agentes.
C *Notat autem quod in quibusdam codicibus legebatur,* omnes, *& nunc est in vulgata, additum esse in lxx. sub veru.* γ Deduc me in veritatem tuam.] ὁδήγησόν με ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν σου. *S. Hier.* deduc me in veritate tua. *S. Aug. & vulgata,* dirige me in veritate tua. δ Et quia misericordiæ.] *Ita S. Aug. quod græce est,* καὶ τὰ ἐλέη σου, ὅτι ἀπὸ τοῦ αἰῶνος εἰσίν. *Vulgata,* & misericordiarum tuarum, quæ à seculo sunt. ε Et ignorantias meas.] S. Aug. & ignorantiæ meæ, *quod facile ferunt verba græca,* καὶ ἀγνοίας μου. *Aquila,* καὶ ἀθεσιῶν μου, & præuaricationum mearum. *Symm.* καὶ παραπτωμάτων μου, & prolapsionum mearum. ζ Memor esto mei.] *S. Aug. addit,* Deus. *In vulgata est,* memento mei tu, *& ita est in aliquot codicibus græcis, & apud Theodoretum,* μνήσθητί μου σύ. η Dabit delinquentibus.] νομοθετήσει ἁμαρτάνοντας. *S. August.* legem statuit. *Aquila,* φωτίσει ἁμαρτωλούς, illuminabit peccatores. *Symm.* ὑποδείξει ἁμαρτάνουσιν ὁδὸν, demonstrabit peccantibus viam. * Vias suas.] *Eusebius ex Aquila, &* Symmacho, ὁδὸν ἑαυτοῦ, viam suiipsius. θ Et propitiaberis.] καὶ ἱλάσῃ. *In aliquod codd. & apud Theodoretum est,* καὶ ἱλάσθητι, & propitiare. *Apud S. Augustinum & in vulgata*, propter nomen tuum domine propitiaberis. ι Legem statuet ei in via.] *Rursus S. Aug. & vulgata,* statuit. *Symm.* ᾧ ὑποδείξει ὁδὸν, ἣν ἐκλέξεται, cui demonstrabit viam, quam eligit. *Aquila*, φωτίσει αὐτὸν ἐν ὁδῷ, ᾗ ἐκλέξεται, illuminabit eum in via,
D quam eliget. κ Firmamentum est Dominus timentium eum.] *Hoc videtur potius esse sextæ editionis, vt ex scholio deprehendetur. Theodoretus quidem tanquam lectionem septuaginta agnoscit,* τοῖς φοβουμένοις αὐτόν, *& sic apud S. Augustinum, & in vulgata,* timentibus eum. *Scholium ita habet. Aqu.* ἀπόρρητον κυρίου τοῖς φοβουμένοις αὐτόν, Secretum Domini timentibus eum. *Symmac.* ὁμιλία κυρίου τοῖς φοβουμένοις αὐτόν, colloquium domini timentibus eum. *Sexta editio,* κραταίωμα κύριος τῶν φοβουμένων αὐτόν, firmamentum dominus timentium eum. *Theod.* μυστήριον κυρίου, mysterium Domini. *Ita Scholiastes, & fere eodem modo Eusebius. Theodoretus tamen totum hoc & Theodotioni, & Symmacho tribuit,* μυστήριον κυρίου τοῖς φοβουμένοις αὐτόν, καὶ τὴν συνθήκην αὐτοῦ δηλώσει αὐτοῖς, mysterium (*siue* secretum, vt S. *Hier.*) Domini timentibus eum: & pactum suum ostendet eis. λ Et testamentum ipsius ad manifestandum eis.] καὶ ἡ διαθήκη αὐτοῦ τοῦ δηλῶσαι αὐτοῖς, *videtur ad verbum esse expressum ex hebræo: vulgata tamen, & S. Aug. habent,* vt manifestetur illis. *In alijs libris græcis est,* καὶ ἡ διαθήκη αὐτοῦ δηλώσει αὐτοῖς, & testamẽtum ipsius manifestabit eis *Quomodo sint interpretati Symm. & Theodotio, proxime ex Theodoreto retulimus. In Scholio autem hoc ex Aquila refertur,* καὶ τὴν συνθήκην αὐτοῦ γνωρίσει αὐτοῖς, & pactum suum notum faciet eis. μ Vnicus.] μονογενής. *De hoc vocabulo disputat Didymus. Aqu.* μοναχός, solitarius, *Sym.* μόνος, solus, *& ita S. Hier.*
E *Theodoretus autem hoc tribuit cæteris interpretibus præter lxx.* ν Sum ego.] εἰμὶ ἐγώ. *Schol,* Aquila, & Theodotio, dicunt ἐγώ. pro εἰμί. *Symm. vt lxx.* ξ Multiplicatæ sunt.] ἐπληθύνθησαν. *Schol.* Aquila, & quinta editio, vt lxx. At vj. & Theodotio, ἐπληθύνθησαν. Symmac. πλατεῖαι, latæ. *Ita cum Scholiastes illud,* ἐπληθύνθησαν, *tribuat Theodotioni, dubium esse potest, id ne habuerint lxx. an aliquid aliud, & fortasse* ἐπλατύνθησαν. *Nam in graduali missæ Dominica secunda quadragesimæ legitur,* tribulationes cordis mei dilatatæ sunt. ο De necessitatibus meis educ me.] *Vulgata,* erue me. *Aquila,* ἐκ τῶν συνοχῶν μου, de angustijs meis, *vt S. Hieronymus.*

α Ipsius Dauid. XXV.

IVDICA β me Domine, quoniam ego in γ innocentia mea ambulaui: & in Domino sperãs non δ mouebor. Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos, & cor meum. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: & com-

&complacui in veritate tua. Non ſedi cum conſilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo. Odio habui eccleſiam malignantium: & cum impijs non ſedebo. Lauabo [ε] inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuũ Domine. Vt audiam vocem [ζ] laudis, & enarrem vniuerſa mirabilia tua. Domine dilexi [η] decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Ne ſimul perdas cum impijs animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam. In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus. Ego autem in innocentia mea ambulaui: redime me, & miſerere mei. Pes meus ſtetit in [θ] rectitudine: in eccleſijs benedicam te Domine.

α Ipſius Dauid.] *Apud S. Auguſtinum,* ipſi Dauid, *in vulgata,* in finem pſalmus Dauid. *Ita aliquot codicibus græcis, & apud Theodoretum,* ψαλμὸς τῷ δαυὶδ, *aut* τῷ δαυὶδ ψαλμός. β Iudica me.] κρῖνόν με *& ſic vulg. & S. Aug. In aliquot codicibus græcis eſt,* κρῖνόν μοι, iudica mihi. *Schol.* In hexaplo apud lxx. & cæteros omnes interpretes eſt, κρῖνόν με. *Heſychius tamen videtur habuiſſe* μοι, *& cum docuiſſet verbum iſtud, cum ſignificat condemnare, caſum accuſandi poſtulare, cum vero ius dicere, & diſceptare, caſum dandi; hæc adiungit.* Hoc igitur loco, κρῖνόν μοι κύριε, iudica mihi domine, dictum eſt pro, iudica inter me & Babylonios: quoniam ego equidem omni innocentia vſus ſum erga illos, ipſi vero in me omni malignitate. γ In innocentia mea ambulaui.] *Ita S. Aug. quod græce eſt,* ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην. *Vulgata, & hic, & inferius in hoc eodem pſalmo,* ingreſſus ſum. *Aquila,* ἐν ἁπλότητι, in ſimplicitate. *Symmac.* ἐν ἀμωμότητι, in puritate à maculis. δ Non mouebor.] οὐ μὴ σαλευθῶ, *in alijs libris græcis eſt,* οὐ μὴ ἀσθενήσω, *& vulgata, & S. Aug. in prima enarratione,* non infirmabor. *Schol.* οὐκ ἀσθενήσω. *Aquila,* οὐκ ἀπονήσω, non deficiam, *& ita S. Hier. Symm.* οὐ διαστραφήσομαι, non circumuertar. *Sexta* οὐ μὴ σαλευθῶ, non mouebor, non vacillabo. ε Inter innocentes.] ἐν ἀθῴοις. *Aquila,* ἐν ἀθῳότητι, in innocentia, *vt S. Hier.* ζ Laudis.] *In multis libris græcis eſt,* αἰνέσεώς σου. *Euſebius tamen in pſ. 26. recitans hunc locum non habet* σου. *S. Aug. in prima enarratione habet,* laudis tuæ, *in ſecunda,* laudis. *In vulgata etiam codices variant.* η Decorem.] εὐπρέπειαν. *Theodoretus.* Pro, εὐπρεπείας, Symmachus poſuit, ἀδύτου, adytum: & pro ἀνδρῶν αἱμάτων, viris ſanguinum, poſuit ἀνδρῶν μιαιφόνων, viris homicidis. θ In rectitudine.] *Ita S. Aug.* ἐν εὐθύτητι. *vulgata,* in directo. *Symmachus,* ἐν ὁμαλῷ, in plano.

α Ipſius [β] Dauid, priuſquam liniretur. XXVI.

DOMINVS illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Dum appropinquant ſuper me nocẽtes, vt edant carnes meas. Qui tribulãt me, & inimici mei, ipſi infirmati ſunt, & ceciderunt. Si conſiſtãt aduerſum me caſtra; non timebit cor meũ. Si inſurgat in me bellum; in [γ] hac ego ſpero. Vnam petij à Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnes dies vitæ meæ: [δ] contempler delectationem Domini, & [ε] viſitem templum eius. Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo in die malorum meorum: protexit me in abſcondito tabernaculi ſui. In petra exaltauit me: & nunc [ζ] ecce exaltauit caput meum ſuper inimicos meos. [η] Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam [θ] vociferationis: cãtabo, & pſallam Domino. Exaudi Domine vocem meam, qua clamaui ad te: miſerere mei, & exaudi me. [ι] Tibi dixit cor meum: [κ] quæſiui vultum tuum: vultum tuũ Domine requirã. Ne auertas vultum tuum à me: ne declines in ira à ſeruo tuo. Adiutor meus eſto, [λ] ne derelinquas me: neque deſpicias me Deus Saluator meus. Quoniã pater meus, & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem aſſumpſit me. [μ] Legem pone mihi Domine in via tua, & dirige me in ſemita iuſta propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam inſurrexerũt mihi teſtes [ν] iniqui: & mentita eſt iniquitas ſibi. Credo [ξ] videre bona Domini in terra viuentium. Suſtine Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.

α Ipſius

A α Ipſius Dauid, priuſquam liniretur.] *In multis codicibus eſt,* τοῦ Δαυὶδ, *vt S. Aug.* ipſi Dauid. *Didymus autem, & Theodoretus hanc inſcriptionem teſtantur ſe in aliquot exemplaribus inueniſſe, ſed non in hexaplo.* β Dauid.] *Scholion.* Nomen Dauid exponitur ἐξουδένημα, abiectio. *Heſychius inquit multa ſignificare, fortem manu, dilectum, ſolum, ſed etiam abiectionem; atque hanc præcipue notionem huic pſalmo conuenire; vt ad eos pertineat, qui ante baptiſmum abiecti, ideſt catechumeni erant.* γ In hac ego ſpero.] ἐν ταύτῃ ἐγὼ ἐλπίζω, *vulgata,* in hoc ego ſperabo: *in aliquibus S. Aug. codicibus eſt,* in hac. *eſt enim hebraiſmus, fœmininum pro neutro, vt paulo poſt,* vnam petij. δ Vt contempler delectationem.] *Sic S. Auguſt. quod reſpondet græco,* τοῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα. *In vulgata eſt,* vt videam voluntatem, *quamuis in aliquot eius exemplaribus legatur,* voluptatem. ε Et viſitem templum eius.] καὶ ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτοῦ. *in nonullis codicibus legitur,* τὸν ναὸν τὸν ἅγιον αὐτοῦ, templum ſanctum eius. *S. Auguſtinus videtur habuiſſe* ἐπισκέπεσθαι, *ita enim apud eum legitur,* & protegat à templo eius. *Symmachus pro* τὴν τερπνότητα, τὸ κάλλος, pulchritudinem, decorem. ζ Et nunc ecce exaltauit.] καὶ νῦν ἰδοὺ ὕψωσε, *ita in pleriſque codicibus. S. Hieronymus ad Suniam notat illud,* ecce, *eſſe ſuperfluum: & abeſt à vulgata. Theodoretus,* Aquila pro ὕψωσεν κεφαλήν μου dixit, ὑψωθήσεται ἡ κεφαλή μου, exaltabitur caput meum. η Circuiui.] *Schol.* Cæteri, τοὺς κύκλῳ μου, eos qui circa me ſunt. θ Vociferationis.] *Ita vulgata, quod græce eſt* ἀλαλαγμοῦ, *& à Theodoreto explicatur vox bellica edita ab audacioribus in eos, qui timent S. Auguſtinus*

B *habet,* iubilationis. *In pleriſque libris græcis eſt,* θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀλαλαγμοῦ. *Theodoretus habet* αἰνέσεως, *ſed notat in nonullis exemplaribus addi etiam* καὶ ἀλαλαγμοῦ. *Idemque obſeruauit Heſychius. In pſalterio Arabico, & Æthiopico eſt vt in noſtra.* * Tibi dixit.] *Symmachus,* σοὶ προσελάλει, te alloquebatur cor meum. κ Quæſiui vultum tuum.] *Ita apud S. Auguſtinum, & in pſalterio Romano, quod græce eſt* ἐξεζήτησα τὸ πρόσωπόν σου, *& ita in pſalterio Arabico, & Æthiopico, & in metaphraſi Apollinaris. In alijs libris eſt* κύριον ζητήσω, ἐξεζήτησέ σε τὸ πρόσωπόν μου. Dominum quæram, exquiſiuit te facies mea. *A Theodoreto abeſt prius membrum, vt etiam à vulgata. S. Hieronymus putat legendum,* exquiſiuit facies mea. *Symmachus,* σὲ ἐζήτει τὸ πρόσωπόν μου, te quærebat facies mea. *Quinta, ſexta editio, Theodotio, vt lxx.* λ Ne derelinquas.] *Sic apud Sanctum Auguſtinum, & in editionibus latinis, quod græce eſt,* μὴ ἐγκαταλίπῃς με, καὶ μὴ ὑπερίδῃς με ὁ θεὸς ὁ σωτήρ μου. *In cæteris libris eſt,* μὴ ἀποσκορακίσῃς με, καὶ μὴ ἐγκαταλίπῃς με ὁ θεὸς ὁ σωτήρ μου, ne cum odio eijcias me, neque derelinquas me Deus, ſaluator meus. *Euſebius:* Pro quo ἀποσκορακίσῃς, Symmachus quidem dixit, ἀπορρίψῃς με, abijcias me: Aquila autem μὴ ἐάσῃς με, ne ſinas me. *Theodoretus.* Illud, ἀποσκορακίσῃς, alij interpre-

C tes dixerunt, μὴ ἀπορρίψῃς με, ne proijcias me, lxx. autem nomen iſtud fecerunt ex gentili eruditione. Nam illud, ἀποσκορακίσαι (*aut vt refertur in Scholio*) ἐς κόρακας, erat contumelia quædam apud veteres, orta ex quadam fabula. *Nicephorus autem tum hanc Etymologiam affert, tum iſtam alteram,* ἀπὸ τῆς σκορίας, *à ſcoria, quæ quidem tanquam inutile excrementum ferri, reijcitur.* μ Legem pone.] *Sanctus Auguſtinus,* legem conſtitue, νομοθέτησόν με, *Aquila, & Theodotio,* φώτισόν με illumina me. *Symmachus,* ὑπόδειξόν μοι, *& Sanctus Hieronymus,* oſtende mihi Domine viam tuam, *ſic etiam fere pſalmo 24.* ν Teſtes iniqui, & mentita eſt.] *Theodoretus:* Aquila hoc manifeſtius dixit, ἀντέστησάν μοι μάρτυρες ψευδεῖς, καὶ ἐξεφάνη ἡ ἀδικία, ſteterunt contra me teſtes falſi, & apparuit iniuſtitia. ξ Credo videre.] *Euſebius refert Aquilam dixiſſe* ἐπίστευσα τοῦ ἰδεῖν ἐν ἀγαθῷ κυρίου, credidi videre in bono Domini; *Symmachum vero,* ἐπίστευον ἰδεῖν τὴν ἀγαθωσύνην κυρίου, credebam videre bonitatem Domini.

D

α Ipſius Dauid. XXVII.

AD te Domine β clamaui: Deus meus ne ſileas γ ſuper me. Ne δ quando ſileas ſuper me, & aſsimilabor deſcendentibus in lacum. ε Exaudi vocem deprecationis meæ, dum oro ad te: dum extollo manus meas ad ζ templum ſanctum tuum. Ne ſimul trahas cum peccatoribus η animam meã, & cum operantibus iniquitatẽ. Ne comperdas me cum his, qui loquuntur pacem cum proximis ſuis: mala autem in cordibus eorum. Da illis ſecundum opera eorum, & ſecundum malignitatem adinuentionum ipſorum, ſecundum opera manuum illorum da eis: redde retributionem eorum ipſis. Quoniam

E non intellexerunt in operibus Domini, & in operibus manuum eius: deſtrues illos, & non ædificabis eos. Benedictus Dominus, quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ: Dominus adiutor meus, & protector meus. In ipſo ſperauit cor meum, & adiutus ſum. θ Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei. Dominus fortitudo plebis ſuæ, & protector ſalutarium Chriſti ſui eſt. Saluum fac populum tuum, & benedic hæreditatem: & paſce illos, & extolle illos vſque in ſeculum.

α Ipsius Dauid.] S. Aug. psalmus Dauid. In multis codicibus græcis, τῷ δαυὶδ, & vulgata, huic Dauid. Notat autem Eusebius ex traditione hebraica huiusmodi psalmis, qui absque vlla additione, vel, Dauidis, vel Dauid, inscripti sunt, conuenire inscriptionem illius psalmi, qui proxime istos præcessit, vt inscriptionem vigesimi secundi psalmi ijs, qui post eum sequuti sunt. β Clamaui.] ἐξέκραξα. sic est in veteri psalterio Æthiopico, & Arabico, & apud S. Augustinum. In alijs est, κεκράξομαι, & vulgata, clamabo. γ Super me.] ἐπ' ἐμοί. In alijs libris græcis est, ἀπ' ἐμοῦ, & S. Augustinus, & vulgata, à me. Aquila, μὴ κωφώσῃς, & S. Hieronymus, ne obsurdescas mihi. Eusebius ex Symmacho, μὴ σιγήσῃς ἐξ ἐμοῦ, μήποτε ἡσυχάσαντός σου ἀπ' ἐμοῦ ὁμοιωθῶ τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον, ne taceas à me, ne forte silente te procul à me, assimiler descendentibus in lacum. δ Ne quando sileas super me.] Hæc repetitio in multis græcis codicibus non est; habetur tamen in editione vulg. latina, & in veteri psalterio, item in Æthiopico, & Arabico, & apud S. Augustinum, & Theodoretum. ε Exaudi vocem.] In alijs libris, & græcis, & latinis est, exaudi domine, sed testatur Sanctus Hieronymus ad Suniam & istud additum esse. ζ Ad templum sanctum suum.] Aquila, & Symm. χρηματιστήριον, oraculum. Theodotio, Dabir. η Animam meam.] τὴν ψυχήν μου, ita S. Augustinus, & vetus psalterium. In alijs est, μὴ συνελκύσῃς με. S. Augustinus, & vulgata, ne simul tradas me. Sed in codicibus emendatioribus est, ne simul trahas me. θ Refloruit caro mea.] Aquila, καὶ ἐγαυριάσατο ἡ καρδία μου, & exultauit cor meum. Symmachus, καὶ ἱλαρώθη ἡ καρδία μου, & gauisum est cor meum, vt S. Hieronymus. Eusebius eodem modo de Aquila, at de Symmacho, ἀνθήσει (al. ἀνθήσαι) ἡ καρδία μου, florebit cor meum, ex Theodotione, καὶ ἀνέθαλεν ἡ καρδία μου, & refloruit cor meum, ex quinta editione, ἐκραταιώθη ἡ καρδία μου corroboratum est cor meum. ι Ex voluntate mea.] ἐκ θελήματός μου. Aquila, καὶ ἀπὸ ᾄσματός μου ἐξομολογήσομαι αὐτῷ, & de cantico meo confitebor ei. Symm. καὶ ἐν ᾠδαῖς μου ὑμνήσω αὐτόν, & in canticis meis collaudabo eum.

Psalmus ipsi Dauid exodij α tabernaculi. XXVIII.

AFFERTE Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum. β Afferte Domino γ gloriam, & honorem: afferte δ gloriam nomini eius: adorate Dominũ in aula * sancta eius. Vox Domini super aquas: Deus maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas. Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificẽtia. Vox Domini confringẽtis cedros: cõfringet Dominus cedros Libani: & ε comminuet eos tanquã ζ vitulum, libanũ: & dilectus, sicut filius vnicornium. Vox Domini η intercidentis flammã ignis: vox Domini θ concutientis desertum: ι commouebit Dominus desertum Cades. Vox Domini κ perficientis ceruos: & reuelabit syluas: & in templo eius λ vnusquisque dicet gloriã. Dominus diluuium μ inhabitare facit: & sedebit Dominus rex in æternum. Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populum suum in pace.

α Exodij tabernaculi] ἐξοδίου σκηνῆς, de qua dictione alibi est notatum. In alijs libris est, ἐξόδου, quod etiam hoc loco videtur significare pompam, & celebritatem. Sanctus tamen Basilius interpretatur exitum, itemque Nicephorus. S. Aug. habet, consummationis tabernaculi, vulgata, in consummatione tabernaculi. Theodoretus qui habet ἐξόδου, testatur hanc inscriptionem non se inuenisse in hexaplo, sed in quibusdam exemplaribus. In scholio etiã ita legitur, in hexaplo non est inuenta inscriptio ista, ἐξοδίου σκηνῆς. Eam tamen vt significauimus, habet Sanctus Basilius, sed legit ἐξόδου. Vide de huiusmodi inscriptionibus apud Hesychium in psal. 30. β Afferte Domino filij Dei.] Eusebius: Iuxta hebræorum traditionem non affertur illud, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὶ θεοῦ. Quare & apud lxx. obeló notatum est, tamquam quod neque in hebraico habeatur, neque apud cæteros interpretes. Sanctus Basilius inquit, hoc se in multis exemplaribus additum reperisse. Sanctus tamen Hieronymus habet hunc versiculum: Afferte Domino filij Dei, & non habet sequentem, afferte Domino filios arietum: nam dictionum hebræarum, quarum vna significat arietes, altera Deum, magna inter se similitudo est. Eusebius autem in hebræo putat legi, filij arietum, & exponit ex alijs interpretibus, patriæ gentium, aut, cognationes populorum. γ Gloriam.] Aquila, κράτος, imperium. Symmachus, δύναμιν, potentiam, virtutem. Sanctus Hieronymus habet, gloriam, & imperium. * In aula sancta eius.] Pro hoc refert Eusebius Aquilam esse interpretatum ἐν διαπρεπείᾳ ἡγιασμένῃ, in decore sanctificato. Symmachum vero ἐν διαπρεπείᾳ ἁγίᾳ, in decore sancto, & ita Sanctus Hieronymus. δ Gloriam nomini eius.] Schol. Cæteri, διαπρέπειαν ὀνόματος, decus nominis. ε Et comminuet eas.] Aquila, καὶ σκιρτώσει, & exultabit, idest, exultare faciet, Symmachus. καὶ ὀρχεῖσθαι ἐποίησεν αὐτούς, & saltare fecit eas. Quinta editio, καὶ σκιρτοποιήσει αὐτοὺς ὡσεὶ μόσχον, & exultare faciet eas sicut vitulum. ζ tamquam vitulum, Libanum.] τὸν λίβανον. Ita est in aliquot codicibus, & apud Sanctum Basilium, qui interpretatur fore vt totus libanus comminuatur, sicut vitulus ille aureus. In multis autem codicibus est, τοῦ λιβάνου & apud Chrysostomum, & Theodoretum, & Apollinarium, & in editionibus latinis, vitulum Libani. Sanctus Hieronymus, quasi vitulum Libani. η Intercidentis.] διακόπτοντος. Sanctus Augustinus, procidentis. Symmachus κατα-διαιροῦντος, diuidentis. S. Hieronymus habet, diuidens, & sic deinceps. θ Concutientis desertum.] Sic vulgata. S. Aug. commouentis solitudinem. Symm. ἐκτοκίζοντος, parturire facientis. Aquila ὠδίνοντος, ac videtur idem significare voluisse. ι Commouebit Dominus.] Aquila, ὠδινήσει, Sym. ἐκτοκίσει, parturire faciet. κ Perficientis.]

A cientis.] *Ita S. Augustinus: vulgata*, præparantis. *Aquila*, ὠδίνοντος ἐλάφους, parturire facientis ceruos. *Symmachus*, πληθύνοντος πεδία, multiplicātis campos. *Quinta editio*, μαιευμένη ἐλάφους, obstetricantis ceruos: *vt S. Hieronymus: Theodotio, vt lxx.* λ Vnusquisque.] *Ita S. Augustinus*, πᾶς τις. *S. Hieronymus ad Suniam putat recte verti*, omnes dicent (*& sic habet vulgata*) *aut*, omnis dicit. μ Inhabitare faciet.] κατοικεῖ, *& ita videntur legisse Athanasius, & Nicephorus. In alijs libris est*, κατοικεῖ, *quod etiam agnoscit S. Hieronymus, sed putat duobus modis reddi posse*, inhabitat, *&* inhabitare facit: *atque hanc secundam interpretationem huic loco magis conuenire putat: Atque ita est in vulg.. Aquila* κύριος εἰς κατακλυσμὸν ἐκάθισεν, Dominus in diluuio sedit. *Symmachus*, κύριος ἐπὶ τῷ κατακλυσμοῦ ἐκάθισεν, Dominus super diluuium sedit.

In ᵃ finem psalmus cantici dedicationis domus ipsius Dauid. XXIX.

B EXALTABO te Domine, quoniam ᵝ suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me. Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Domine reduxisti ab inferno animam meam. ᵞ Saluum fecisti me à descendentibus in lacum. Psallite Domino sancti eius: & confitemini ᵟ memoriæ sanctitatis eius. Quoniam ᵋ ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius. Vespere dominabitur fletus: & in matutinum exultatio. Ego autem dixi, ᶎ in abundantia mea non mouebor in æternum. Domine in voluntate tua ᵑ præstitisti ᶿ decori meo virtutem: ᶥ auertisti autem faciem tuam, & factus sum conturbatus. * Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor. C Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Nunquid ᵏ confitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatem tuam? Audiuit Dominus, & misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum: & accinxisti me lætitia: vt ᶫ psallat tibi gloria mea, & non compūgar. Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

α In finem.] *Ita S. Aug. nisi quòd habet*, ipsi Dauid, *quemadmodum etiam plerique libri græci*, τῷ Δαυὶδ, *& Theodoretus hoc loco habet illud*, in finem, εἰς τὸ τέλος τῷ Δαυὶδ; *vulgata neutro loco.* β Suscepisti.] ὑπέλαβες. *Aquila* ἀνεβίβασας, exaltasti, ascendere fecisti. γ Saluum fecisti.] *Aut*, saluasti, *vt vulgata. Symmachus*, ἀνεζώωσάς με, ad vitam reduxisti. *Theodotio, vt lxx.* δ Memoriæ.] τῇ μνήμῃ. *Aquila*, τῷ μνημοσύνῳ, memoriali. D *Symm.* ἀναμιμνήσκοντες τ̃ ἁγιασμὸν, rememorantes sanctificationem. ε Ira in indignatione.] ὀργὴ ἐν τῷ θυμῷ. *Quinta editio*, ὅτι συντέλεια ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ, quoniam consummatio in furore eius. *Aqu.* ὁ ἀθρισμὸς, subitum, & confertum quiddam. ζ In abundantia.] ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου, in prosperitate mea. *Symmachus*, ἐν τῇ ἡσυχίᾳ, in quiete. η Præstitisti.] παρέσχου. *In aliquot libris græcis, & in psalterio Arabico, & apud Apollinarium legitur* παράσχου, præbe. θ Decori meo.] τῷ κάλλει μου, *Aquila, & quinta editio*, τῷ ὄρει, monti. *Theodoretus*. Symmachus, κύριε ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου, ἔστησας τῷ προπάτορί μου κράτος. Domine in beneplacito tuo statuisti propatri meo potentiam. *In quodam tamen scholio pro* ἐν τῇ εὐδοκίᾳ, *refertur ex Symmacho*, ἐν τῇ διαλλαγῇ, in reconciliatione. ι Auertisti autem.] *Aquila*, ἀπέκρυψας τὸ πρόσωπόν σου, abscondisti faciem tuam. * Ad te Domine.] *Eusebius*: At secundum Symmachum, ἐν τοῖς κακοῖς γενόμενος ἔλεγον, πρὸς σὲ κύριε βοήσω καὶ σὲ τὸν δεσπότην μου ἱκετεύσω, cum in mala incidissem, dicebam, ad te Domine clamabo, & te Dominum meum supplicabo. κ Confitebitur tibi.] *S. Cyprianus in extremo 3. libro ad Quirinum*. Nunquid exomologesin faciet tibi puluis? *qua loquutione sæpe vtitur.* λ Vt psallat tibi.] *Aut*, cantet, *vt habet S. Augustinus, & vulgata. Theodoretus. Symmac.*, ἵνα ᾄδῃ σε δόξα, καὶ μὴ ἀποσιωπήσῃ, *aut, vt est in scholio*, μὴ σιωπήσῃ, *quæ ita videtur vertere* E *S. Hieron.* vt laudet te gloria, & non taceat.

In finem psalmus ipsi Dauid, ᵃ ecstasis. XXX.

IN te Domine speraui, non confundar in æternum: * in iustitia tua erue me, & exime me. Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eximas me. Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluum me facias. Quoniam ᶜ fortitudo mea, & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me,

ces me, & γ enutries me. Educes me de laqueo hoc quem abſconderunt mihi: quoniam tu es protector meus δ Domine. In manus tuas ε commendabo ſpiritum meum: redemiſti me Domine Deus veritatis. Odiſti obſeruantes vanitates ſuperuacue. Ego autem in Domino ſperaui: exultabo, & lætabor in miſericordia tua. Quoniam reſpexiſti humilitatem meam: ſaluam feciſti de neceſsitatibus animam meam. Nec concluſiſti me in manus inimici: ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos. Miſerere mei Domine, quoniam ζ tribulor: η conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. Quoniam θ defecit in dolore vita mea: & anima mea in gemitibus. Infirmata eſt in ι paupertate virtus mea: & oſſa mea conturbata ſunt. Super κ omnes inimicos meos factus ſum opprobrium, & vicinis meis valde, & timor notis meis. Qui videbant me, foras fugerunt à me: obliuioni datus ſum, tanquam mortuus à corde. Factus ſum tanquam vas perditum: quoniam audiui vituperationem multorum λ accolentium in circuitu. Dū congregarentur ipſi ſimul aduerſum me, vt acciperent animam meam, conſiliati ſunt. Ego autem in te ſperaui Domine; dixi, tu es Deus meus: in manibus tuis μ ſortes meæ. Erue me de manu inimicorum meorum, & à perſequentibus me. Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuum: ſaluum me fac in miſericordia tua. Domine non confundar, quoniam inuocaui te. Erubeſcant impij, & ν deducantur in infernum: muta fiant labia doloſa, quæ loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem in ſuperbia, & ξ contemptu. ο Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te? Perfeciſti π ſperantibus in te, in conſpectu filiorum hominum. Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum: proteges eos in ϱ tabernaculo à contradictione linguarum. Benedictus Dominus, quoniam mirificauit miſericordiam ſuam, in ciuitate circumſtantiæ. Ego autem dixi in σ ecſtaſi mea: proiectus ſum à facie oculorum tuorum. Ideo exaudiſti Domine vocem orationis meæ, dum clamarem ad te. Diligite Dominum omnes ſancti eius, quoniam τ veritates requirit Dominus: & retribuet υ ijs, qui abundanter faciunt ſuperbiam. Viriliter agite, & confortetur cor veſtrū, omnes, qui ſperatis in Domino.

α Ecſtaſis.] *Sic S. Auguſtinus, quod græce,* ἐκστάσεως, *in vulgata eſt,* pro ecſtaſi. *Theodoretus teſtatur hunc titulum neque ſe inueniſſe in hebræo, neque apud alios interpretes, ſed in aliquibus exemplaribus. Scholium ex verbis Euſebij concinnatum,* illud ἐκστάσεως, minime apud alios poſitum, addidit quis, vt videtur, propterea quod dicatur, ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου, ego autem dixi in exceſſu meo. *In aliquo codice eſt,* ψαλμὸς τῷ δαυὶδ εἰς τέλος ἐκστάσεως, pſalmus ipſi Dauid in finem ecſtaſeos. *Verum multa de inſcriptionibus hoc loco apud Heſychium.*
* Iuſtitia tua.] *Euſebius ex Symmacho,* ἐν τῇ ἐλεημοσύνῃ σου, in miſericordia tua. β Fortitudo mea.] κραταίωμά μου, *Aquila, & Symmachus,* πέτρα μου, petra mea. γ Enutries me.] *Theodoretus.* Iſtud autem, διατρέψεις. Symmachus poſuit, ἐπιμελήσεις με, curabis me: hoc autem ſibi vult, omni me prouidentiæ cura dignum facies propter nomen tuum, in quo confiſus ſum. δ Domine.] *Ita eſt in multis exemplaribus græcis,* κύριε. *In aliquo potuit eſſe* κύριος. *Sic enim legitur in ſcholio,* illud, κύριος, neque apud lxx, neque apud alios ponitur, *& S. Hieronymus ad Suniam notat, & hoc loco quemadmodum alibi ſæpe, additum eſſe nomen domini. In vulgata quidem, & apud S. Auguſtinum hic non habetur.* ε Commendabo.] παραθήσομαι, *S. Auguſtinus & vulgata habent,* commendo. ζ Quoniam tribulor.] *Euſebius.* Aquila, ὅτι στενὸν ἐμοί, quoniam anguſtia mihi. η Conturbatus eſt in ira.] *Aquila,* ηὐχμώθη ἐν παροργισμῷ, ſqualuit in irritatione. *Theodoretus:* Symmachus, ἐθολώθη διὰ παροργισμὸν ὁ ὀφθαλμός μου, conturbatus eſt propter irritationem oculus meus. θ Defecit.] *Symmachus,* ἀνηλώθη, conſumpta eſt. ι In paupertate virtus mea.] *S. Auguſtinus,* infirmatus eſt in egeſtate vigor meus. *Euſebius.* Symmachus, διὰ τὴν κάκωσίν μου ἡ ἰσχύς μου, καὶ τὰ ὀστᾶ μου διεφθάρησαν, propter afflictionem meam fortitudo mea, & oſſa mea putruerunt. *Aquila,* καὶ τὰ ὀστᾶ μου ηὐχμώθη, & oſſa mea ſqualuerunt. κ Super omnes.] παρὰ πάντας, *quod etiam poſſit verti,* apud omnes, *&*, ab omnibus. *Aquila* παρὰ πάντων, ab omnibus. λ Accolentium.] *Sic S. Auguſtinus,* παροικούντων, *vulgata,* commorantium. *Aquila,* συστροφῆς, coniurationem. μ Sortes meæ.] *Sic apud S. Auguſtinum, & in vulg. & hanc lectionem agnoſcit Euſebius.*

A *Eusebius, Didymus, & alij multi,* οἱ κλῆροί μου, *consentientibus psalterijs,* Arabico, *Æthiopico,* Apollinarij. *Vt autem hoc loco est,* οἱ κλῆροί μου; *sic Iud. 21. in libro Vatic. est* ὡς κλῆρος, ἐπλημμελήσατε, *vbi in editione communi est,* ὅτι οὐκ ἐπλημμελήσατε, *& vtroque loco idem est hebraicum vocabulum. Scholium:* hebræi, & cæteri dixerunt, οἱ καιροί μου. *Et in psalterio Romano,* tempora mea. *Theodoretus,* καιρούς, vel κλήρους, vocat ipsas rerum mutationes, diuitias, & paupertatem, seruitutem, & dominationem, pacem, & bellum, & cætera huiusmodi similiter. ν Deducantur in infernum.] *Eusebius.* Symmachus, & Aquila, σιωπησάτωσαν εἰς ᾅδην, taceant in inferno, *& sic B. Hier.* ξ Contemptu.] *Sic* S. Aug. ἐξουδενώσει, *vulgata,* in abusione. ο Quàm magna.] ὡς πολύ. *Theodoretus,* rursus illud, ὡς, non comparationem, sed intensionem, & amplificationẽ significat. Quare Aquila, & Symmachus, ita sunt interpretati, τί πολὺ τὸ ἀγαθόν σου, ὃ ἔκρυψας ἀπόθετον τοῖς φοβουμένοις σε, quàm multa est bonitas tua, quam abscondisti repositã timentibus te: *in Scholio hæc tribuuntur* Symmacho, *& additur,* Theodotio, & sexta editio, vt lxx. ϖ Sperantibus.] *Sic* S. *Aug.* ἐξειργάσω τοῖς ἐλπίζουσιν, *& S. Hieronymus,* operatus es sperantibus, *vulgata habet,* eos, qui sperant. ρ Tabernaculo.] *S. August.* tabernaculo tuo. *Symm.* ἐν σκέπῃ, in tegmine. *Eusebius, & Theodoretus.* Symmachus hoc ita dixit, εὐλογητὸς κύριος ὁ παραδοξάσας τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐμοὶ, ὡς ἐν πόλει περιπεφραγμένῃ, Benedictus Dominus, qui mirabilem fecit misericordiam suam mihi,

B tamquam in ciuitate circummunita. *atque ita fere S. Hieron. Vulgata autem hanc postremam partem sic habet,* quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita. σ In ecstasi mea.] *Ita* S. *August. quod in vulgata, & apud S.* Hieronymum *ad Suniam,* in excessu mentis meæ. *Aquila,* εἶπον ἐν θαμβήσει μου. *Symm.* εἶπον ἐν τῇ ἐκπλήξει μου, *quæ S. Hieronymus videtur ita vertisse,* ego dixi in stupore meo (*aut vt ad Suniam*) in stupore, & admiratione. *Testatur autem in latinis codicibus, antea legi solitum,* in pauore meo. τ Veritates.] ἀληθείας, *& in eo vim facit Didymus, & alij. S. August. & vulgata,* veritatem. υ Ijs qui abundanter,] *Ita S. Augustinus,* τοῖς περισσῶς ποιοῦσιν. *Nam vulgata habet ambiguitatem,* retribuet abundanter facientibus.

Intelligentiæ α ipsi Dauid. XXXI.

C BEATI, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non β imputabit Dominus peccatum, nec est in γ ore eius dolus. δ Quoniã tacui, inueterauerunt ossa mea, à * clamãdo me tota die. Quoniam die, ac nocte grauata est super me manus tua; conuersus sum ε in ærumna, dum configeretur mihi spina. DIAPSALMA. Peccatum meum ζ cognoui, & iniustitiam meam non operui. Dixi, pronuntiabo aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem η cordis mei. DIAPSALMA. Pro θ hac orabit ad te omnis sanctus, in tempore opportuno. Verumtamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non appropinquabunt. Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circundedit me: exultatio mea redime me à circundantibus me. DIAPSALMA. ι Intellectum dabo tibi, & in

D struã te in via hac, qua gradieris; obfirmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus nõ est intellectus. In freno, & chamo maxillas eorum constringe, qui non appropinquant ad te. Multa flagella peccatoris: sperãtem autem in Domino misericordia circundabit. Lætamini in Domino, & exultate iusti: * & gloriamini omnes recti corde.

α Intelligentiæ.] συνέσεως. *S. Aug. in prima enarratione habet,* ipsi Dauid intelligẽtia, *in secũda,* huic Dauid intellectus, *& vulg.* ipsi Dauid intellectus. *In aliquot codd. græcis, & apud Theodor. est,* ψαλμὸς τῷ δαυὶδ συνέσεως, psalmus ipsi Dauid intelligẽtiæ. β Cui non imputabit.] ᾧ οὐ μὴ λογίσηται, *& ita vt vertimus, habetur in aliquot exemplaribus vulgatæ, hic, & in ep. ad Ro. c. 4. In alijs tamen libris, & apud S. Augustinum est,* imputauit. γ In

E ore.] ἐν τῷ στόματι. *Ita etiam* S. Aug. *& psalterium vetus, & Romanum, &* Arabicum. *Æthiopicum vero,* in corde eius. *S. Hier. testatur solum Symmachum posuisse,* ἐν τῷ στόματι, *nam & lxx. interpretes, & Theodotionem, & quintam, & sextam editionem, & Aquilam, & ipsum hebraicum habere,* in spiritu meo, *quemadmodum nunc, & vulgata habet. Eusebius,* aut ἐν τῷ πνεύματι, vtrumque enim legitur. δ Quoniam tacui.] *Eusebius.* Theodotio, ὅτι ἐκοπίασα, quoniam laboraui. Aquila, ὅτι ἐκώφευσα, κατετρίβη τὰ ὀστᾶ μου ἐν βρυχήματί μου, quoniam obmutui, attrita sunt ossa mea in rugitu meo, *quomodo fere S. Hier. Symm. autem,* ὅτι ἀπεσιώπησα, (*al.* ἀπηύγησα) ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου, ἀπὸ τοῦ ὀδύρεσθαι πᾶσαν ἡμέραν, quoniam absilui; inueterata sunt ossa mea, ex eo, quod lugerem tota die. * A clamando.] ἀπὸ τοῦ κράζειν. S. Aug. acclamando. *Vulgata,* dum clamarem. ε In ærumna.] *Apud S. Augustinum, & in vulgata, additur,* mea: *quod S. Hier. testatur ex hebraico, & tralatione Theodotionis, sub asterisc. additum esse. Symm.* μετεστράφη μοι εἰς διαφθορὰν, ὡς ἐν αὐχμοῖς θερινόν, conuersus est mihi in corruptionem, sicut siccitatem æstiuam. *Aquila,* ἐστράφην εἰς προνομήν μου ἐν ἐρημώσει θερείᾳ, versus sum in vastitate mea in squalorem æstiuum. *Quinta editio,* ἐστράφη εἰς ταλαιπωρίαν ἐν τῷ ἐρημωθῆναι ὀπώραν, versus est in miseriam, cum fructuum

solitudo

ſolitudo fit. S. *Hier.* verſatus ſum in miſeria mea, cum exarſerit (*al.* exardeſcet) æſtus. ζ Cognoui.] τὴν ἁμαρτίαν μου ἐγνώρισα. *Sic S. Aug. quamuis poſsit etiam reddi,* notum feci. *Apud Theodoretum legitur,* ἐγνώρισά σοι, *& ſic vulgata,* cognitum tibi feci. η Cordis mei.] *Ita etiam S. Auguſtinus. Apud Theodoretum legitur,* καὶ σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς ἁμαρτίας μου, & tu abſtuliſti impietatem peccati mei, *quod quidem,* peccati mei, *habetur in vulgata.* Aquila, καὶ σὺ ἦρας ἀνομίαν ἁμαρτίας μου, ἀεί, & tu tuliſti iniquitatem peccati mei. Semper, *quomodo fere S. Hier. Theodotio,* καὶ σὺ ἀφῆκας ἁμαρτίαν τῆς ἀσεβείας μου, & tu dimiſiſti peccatum impietatis meæ. *Euſebius.* Alij autem non, τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας, ſed τὴν ἀσέβειαν τῆς ἁμαρτίας μου, expoſuerunt. pro quo exquiſitius interpretatus eſt Symm. dicens, ἵνα σὺ ἀφέλῃς τὴν ἁμαρτίαν μου, vt tu auferas peccatum meum. *In ſcholio tamen refertur ex Symmacho,* τὴν ἄνομον ἁμαρτίαν, iniquum peccatum. θ Pro hac orabit.] *Euſebius, & Theodoretus.* Symmachus ita eſt interpretatus, περὶ (*al.* ὑπὲρ) τούτου προσεύξεται πᾶς ὅσιος καιρὸν εὑρών, ὥστε ἐπικλύζοντα ὕδατα πολλὰ πρὸς αὐτὸν μὴ ἐγγίσαι. Pro hac orabit omnis ſanctus, cum tempus inuenerit; vt cum inundauerint aquæ multæ, ad illum non accedant: *nec multo aliter S. Hier.* ι Intellectum dabo tibi.] *Euſebius.* Aquila, ἐπιστημώσω σε καὶ φωτίσω σε ἐν ὁδῷ ᾗ πορεύσῃ. ſcire te faciam, & illuminabo te in via, qua gradieris. *Symm.* συνετιῶ σε, καὶ ὑποδείξω σοι ὁδὸν ἣν ὁδεύσεις, βουλεύσομαι περὶ σοῦ τῷ ὀφθαλμῷ μου, *quæ ita videtur vertiſſe S. Hierony.* Docebo te, & monſtrabo tibi viam, per quam ambules: cogitabo de te oculo meo. κ Gloriamini.] *Aquila,* καὶ αἰνέσατε. *Symm.* καὶ εὐφημεῖτε. *S. Hier.* & laudate eum.

ª Ipſi Dauid. XXXII.

EXVLTATE ᵇ iuſti in Domino: rectos ᵞ decet laudatio. Confitemini Domino in cithara; in pſalterio decachordo pſallite ei. Cantate ei canticum nouum; bene pſallite in ᵟ vociferatione. Quia rectum eſt verbum Domini, & omnia opera eius in fide. Diligit miſericordiam, & iudicium: miſericordia Domini plena eſt terra. Verbo Domini cæli ᵋ firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis ᶎ virtus eorum. ᵑ Congregans, ſicut vtrem, aquas maris: ponens in theſauris abyſſos. Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem ᶿ commoueantur omnes inhabitantes orbem. Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Dominus diſsipat conſilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum. Conſilium vero Domini manet in æternum: cogitationes cordis eius ᶥ à generationibus in generationes. Beata gens, cuius eſt Dominus Deus eius: populus, quem elegit in hæreditatem ſibi. De cælo reſpexit Dominus: vidit omnes filios hominum. De ᵏ præparato habitaculo ſuo, reſpexit ſuper omnes, qui inhabitant terram. Qui finxit ᶺ ſingillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum. Non ſaluatur rex per multam virtutem: & gigas non ᵘ ſaluabitur in multitudine fortitudinis ſuæ. Fallax equus ad ſalutem: in abundantia autem virtutis ſuæ non ſaluabitur. Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum, ᵛ ſperantes ſuper miſericordia eius. Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Anima noſtra patiens ξ eſt Domino, quoniam adiutor, & protector noſter eſt. Quia in eo lætabitur cor noſtrum, & in nomine ſancto eius ſperauimus. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos, quemadmodum ſperauimus in te.

α Ipſi Dauid.] *Ita etiam S. Aug. in prima concione. Vulgata:* In finem pſalmus Dauid. *Schol.* Sine inſcriptione apud hebræos, & apud tres. Quinta, & ſexta editio, τῷ Δαυίδ. *Theodoretus autẽ hæc ipſa verba,* ἀνεπίγραφος παρ' ἑβραίοις, *putat apposita eſſe ab ipſis lxx.* β Exultate.] *Theodoretus.* Multis locis illud ἀγαλλιᾶσθε, Aquila quidem αἰνεῖτε, laudate, & ſimiliter Symmachus ſunt interpretati. *In Scholio tamen ex Symmacho refertur,* εὐφημεῖτε, benedicite, & prædicate. γ Rectos decet laudatio.] *Aut, vt eſt in multis codicibus vulgatæ,* collaudatio. *Aquila,* τοῖς εὐθέσιν ὡραῖωται ὕμνησις, rectis ſpecioſa fit hymnorum decantatio. δ Vociferatione.] ἀλαλαγμῷ, *quod S. Aug.* iubilatione: *quid autem proprie ſignificet vocabulum iſtud; docent hoc etiam loco Baſilius, & Theodoretus. Symm.* μετὰ σημασίας, cum ſignificatione, *&* clangore. ε Firmati ſunt.] *Aquila,* ἐποιήθησαν, *Symm.* ἐγένοντο, facti ſunt. ζ Virtus.] ἡ δύναμις. *Aquila,* πᾶσα στρατιὰ αὐτῶν, omnis militia eorum. *Symmachus,* ἡ διακόσμησις αὐτῶν, ornatus eorum. *Theodotio, vt lxx.* η Congregans, ſicut vtrem.] συνάγων ὡσεὶ ἀσκόν. *Hanc lectionem agnoſcunt Baſilius, & Nicephorus. Teſtatur tamen S. Baſilius inueniſſe ſe in nonnullis exem-*

A *exemplaribus*, ὡς ἐν ἀσκῷ, sicut in vtre, *vt vulgata, & Romanum psalterium. S. August. & vetus psalt.* in vtrem, *& aliqui exemplaria vulgatæ. Symm.* συνήγαγεν ὡς ἐν ἀσκῷ ὕδατα, congregauit tanquam in vtre aquas. θ Commoueantur.] *Theodoretus:* Symmachus quidem illud σαλευθήτωσαν, dixit, εὐλαβείσθωσαν, vereantur: Aquila autem, ἀποπτηχήσονται, formidabunt. ι A generationibus in generationes.] *In aliquot libris græcis est*, εἰς γενεὰν, καὶ γενεὰν, *vulgata*, in generatione, & generationem. S. *Aug.* in secula seculorum. κ De præparato.] *Eusebius.* Aquila, ἀπὸ ἑδράσματος καθέδρας αὐτοῦ, à stabilitate, *aut*, stabili collocatione cathedræ suę. Symmachus, ἀπὸ ἕδρας κατοικίας αὐτοῦ, à sede habitationis suæ. λ Singillatim.] κατὰ μόνας. *Aquila, & quinta editio*, ἅμα, *Symmachus*, ὁμοῦ, simul, pariter, *vt* S. *Hieron. Eusebius illud*, κατὰ μόνας, *exponit* ἀφωρισμένως, καὶ κεχωρισμένως παρὰ τὰ λοιπὰ ζῶα, proprie & separatim præter cætera animalia. μ Gigas non saluabitur in multitudine.] *In catena Barbari hæc referuntur ex Symmacho*, neque fortis effugiet per ingentem fortitudinem suam, *sed in scholio hoc tantum*, διὰ γὰρ πλῆθος, nam per multitudinem. ν Sperantes.] τοὺς ἐλπίζοντας. *& sic* S. *Aug. In vulgata est*, & in eis qui sperant. ξ Patiens est Domino.] ὑπομένει τῷ κυρίῳ. S. *Aug.* patiens erit Domino, *vulgata*, sustinet *Dominum*.

B

ᵃ Ipsi Dauid, cum mutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abijt. XXXIII.

BENEDICAM Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætentur. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in ᵝ idipsum. Exquisiui Dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus ᵞ parœcijs meis eripuit me. Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur. Iste C pauper clamauit: & Dominus exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius saluauit eum. Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus. Beatus vir, qui sperat in eum. Timete Dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timẽtibus eum. Diuites eguerunt, & esurierunt; inquirentes autem Dominum, non minuentur omni bono. DIAPSALMA. Venite filij, ᵟ audite me; timorem Domini docebo vos. Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos? Contine linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Declina à malo, & fac bonum: quære pacem, & persequere eam. Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Vultus autem Domini super faciẽtes mala; vt per D dat de terra memoriam eorum. Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Iuxta est Dominus ijs, qui ᵋ contrito sunt corde: & humiles spiritu saluabit. Multæ tribulationes iustorũ; & de omnibus his liberabit eos Dominus. Custodit omnia ossa eorum: vnum ex eis non conteretur. Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum, delinquent. Redimet Dominus animas seruorum suorum: & non delinquent omnes qui ᶻ sperant in eum.

ᵃ Ipsi Dauid.] *Vulgata*, Dauidi. **Apud S. Augustinum**, psalmus Dauid, *& ita in aliquot codd. græcis. apud* E *Theodoretum non leguntur vltima illa verba*, & dimisit eum, & abijt. *Eusebius.* Aquila, & quinta editio, τοῦ δαυὶδ ὅτε ἠλλοίωσεν τὸ γεῦμα αὐτοῦ εἰς πρόσωπον ἀβιμέλεχ, καὶ ἐξέβαλεν αὐτὸν, καὶ ἀπῆλθεν. Dauidis, cum mutauit gustum suum, ad faciem Abimelech: & eiecit eum, & abijt. *Symmachus*, τοῦ δαυὶδ, ὅτε μεμόρφωκεν τὸν τρόπον ἑαυτοῦ ἔμπροσθεν ἀβιμέλεχ, ipsius Dauid, quando transformauit modum suum coram Abimelech. β In idipsum.] ἐπὶ τὸ αὐτό. *Aquila*, ὁμοθυμαδὸν, vnanimiter, pariter, *vt* S. *Hieronymus.* γ Parœcijs.] παροικιῶν, *quasi dicas*, peregrinationibus, *&* incolatibus. *In alijs libris est* θλίψεων. *& ita* S. *Augustinus, & vulgata*, tribulationibus. *Symmachus*, καὶ ἐκ πασῶν τῶν περιστάσεων με ἐξείλετό με, & ex omnibus angustijs (*aut*, circunstantijs) meis eripuit me. δ Accedite] *Aquila*, ἀποβλέψατε, respicite. ε Qui contrito.] τοῖς συντετριμμένοις τὴν καρδίαν *S. Augustinus*, his qui obtriuerunt cor. *vulgata*, ijs qui tribulato sunt corde. ζ Sperant in eum.] ἐπ' αὐτόν. *Aquila*, ἐν αὐτῷ, *& sic vulgata fere semper*, in eo. *Theodotio, & Symmachus*, ἐπ' αὐτῷ, *quod potest etiam verti*, super eum.

Ipsi

α Ipsi Dauid. XXXIV.

IVDICA Domine β nocentes me: impugna γ impugnantes me. Apprehende arma, & scutum: & exurge in adiutorium mihi. δ Effunde frameam, & conclude aduersus eos, qui persequuntur me. Dic animæ meæ, salus tua ego sum. Confundantur & reuereantur, quærentes animam meam: auertantur retrorsum, & confundantur cogitantes mihi mala. Fiant tanquam puluis ante faciem venti: & angelus Domini tribulans eos. Fiat via eorum tenebræ, & lubricum: & angelus Domini persequens eos. Quoniam ε gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: ζ superuacue exprobrauerunt animam meam. Veniat illis η laqueus, quem ignorant: & captio, quam occultauerunt, comprehendat illos, & in laqueum cadant in ipsum. Anima autem mea exultabit in Domino, delectabitur super θ salutare eius: omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi? Eripiens inopem de manu fortiorum eius, & egenum, & pauperem à diripientibus eum. Insurgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me. Retribuebant mihi mala ι pro bonis, & κ sterilitatem animæ meæ. Ego autem, cum mihi molesti λ essent, induebar cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinum meum μ conuertetur. Quasi ν proximum, quasi fratrem nostrum, ita complacebam: ξ quasi lugens, & contristatus, sic humiliabar. Et aduersus ο me lætati sunt, & conuenerunt. Congregata sunt super me π flagella, & ignoraui. Dissipati ρ sunt, nec compuncti: σ tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione; frenduerunt super me dentibus suis. Domine quando respicies? restitue animam meam à τ malignitate eorum, à leonibus υ vnicam meam. Confitebor tibi, & φ in ecclesia magna, in populo χ graui laudabo te. Non supergaudeant mihi, qui aduersantur mihi ψ vane, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis. Quoniam mihi quidem ω pacifice loquebantur, & in iracundia αα dolos cogitabant. Et dilatauerunt super me os suum: dixerunt euge, euge, viderunt oculi nostri. Vidisti Domine, ne ββ sileas: Domine ne discedas à me. Exurge Domine, & intende iudicio meo Deus meus, & Dominus meus in causam γγ meam. Iudica me secundum iustitiam δδ tuam Dominus Deus meus: & non supergaudeant mihi. Non dicant in cordibus suis, euge, euge, animæ nostræ: nec dicant, deuorauimus eum. Erubescant, & reuereantur simul, qui gratulantur malis meis. Induantur confusione, & verecundia, qui εε magna loquuntur super me. Exultent, & lætentur, qui volunt iustitiam meã: & dicant semper magnificetur Dominus, qui volunt pacem serui eius. Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota ζζ die laudem ηη tuam.

α Ipsi Dauid.] *Ita etiam S. Augustinus, & vulgata*, huic Dauid, *in aliquot codicibus græcis & apud Theodoretum est*, ψαλμὸς τῷ δαυὶδ, psalmus ipsi Dauid. *Aquila*, τοῦ δαυὶδ, ipsius Dauid. β Nocentes.] τοὺς ἀδικοῦντάς με, qui mihi iniuriam faciunt, *sed notat Didymus verbum istud hoc loco valere, damnum inferre.* γ Impugna impugnantes me.] *Ita verbũ è verbo*, πολέμησον τοὺς πολεμοῦντάς με, *quod apud S. Aug. & in vulgata est*, expugna impugnantes me. δ Effunde frameam, & conclude.] *Aquila, Symmachus, Theodotio, quinta editio*, καὶ γύμνωσον λόγχην καὶ περίφραξον, nuda lanceam, & circumsepi, hoc est (*inquit Theodorus*) prohibe illis fugam, ne euadant. ε Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui.] S. *Augustinus*, muscipulam corruptionis suæ. *Eusebius Symmachus* ὅτι ἀναιτίως κατέκλυψαν, (*sed ex sequentibus patet esse legendum*, κατέκρυψαν) μοι διαφθορὰν δικτύων αὐτῶν, quia sine causa occultauerunt mihi corruptionem retium suorum. *In quodam tamen scholio pro*, κατέκρυψαν, *refertur ex Symmacho*, ὤρυξαν, foderunt. ζ Superuacue,] μάτην. *S. Augustinus*, vane. *Eusebius*. Symmachus, ἀναιτίως ὑπώρυξαν τὴν ψυχήν μου, sine causa suffoderunt animã meam,

A meam, *atque idem verbum refertur à Theodoreto. In quodam tamen scholio est*, διέῤῥηξαν, disciderunt. η Illis laqueus.] *Ita S. Augustinus, & psalterium vetus, & Romanum: Itemque cætera, quæ ex hoc principio pendent, in numero multitudinis. Sed in cæteris libris græcis, & apud Eusebium, & cæteros explanatores est*, ἐλθέτω αὐτῷ παγὶς, ἣν οὐ γινώσκει. *& vulgata*, veniat illi laqueus, quem ignorat, *& sic sequentia. Theodorus Antiochenus notat*, αὐτῷ, *dictum esse, pro* αὐτοῖς. *Sed non ita Eusebius, & alij. Aquila*, οὐ γινώσκοντι, non cognoscenti. *Symmac.* ὃ μὴ οἶδεν, quod non nouit. θ Salutare eius.] ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ αὐτοῦ, *& ita S. Aug. In vulgata*, super salutari suo, *vt videatur legisse interpres* αὐτῆς. ι Pro bonis.] ἀντὶ καλῶν. *Aquila*, ἀγαθωσύνης, bonitate. *Symm.* ἀγαθοῦ, bono, *& ita S. Hier. Theodotio*, ἀγαθῶν, bonis. κ Sterilitatem.] ἀτεκνίαν, *nec multo aliter Aquila*, ἀτεκνωσιν, orbicatem. *Symm. autem, quantum refert Eusebius*, ἀντεστραμμένα κατὰ τῆς ψυχῆς μου. *In scholijs partim est*, συνεστραμμένα, *partim* ἀντεστραμμένα, *atque idem videtur sensus elici*, contraria, & quasi coniurata aduersus animam meam. λ Cum mihi molesti essent, induebar.] *Aut, vt S. Aug.* induebam me. *Eusebius*: Pro his valde mirabiliter Aquila quidem dixit, καὶ ἐγὼ ἐν ἀῤῥωστίᾳ αὐτῶν ἔνδυσίς μου σάκκος, & ego in ægritudine eorum, indumentum meũ cilicium. Symm. autem, ἐμοῦ ἐν ταῖς ἀῤῥωστίαις αὐτῶν τὸ ἔνδυμα σάκκος, meum in illorum infirmitatibus indumentum erat cilicium. Theodotio autem, & quinta editio, ἐγὼ δὲ ἐν τῷ παρενοχλεῖσθαι αὐτούς, ego autem, cum illi

B perturbarentur. μ Conuertetur.] ἀποστραφήσεται. *Symm.* ἀπέστρεφεν. *S. Hier.* conuertebatur. ν Quasi proximum.] *Symm.* ὡς πρὸς ἑταῖρον, ὡς πρὸς ἀδελφὸν ἀνεστράφην, quasi ad amicum, quasi ad fratrem conuersus sum, *aut vt S. Hier.* ita ambulabam. ξ Quasi lugens.] *Schol.* ὡς περὶ τῶν ὁμομητρίων σκυθρωπῶς ἐκύφθην, quasi lugens ex eadem matre natum, cum mœrore procubui. ο Aduersus me lætati sunt.] *Eusebius*: Aquila seruiens hebraicæ dictioni inquit, καὶ ἐν σκάσμῷ μου ηὐφράνθησαν, καὶ συνελέγησαν, & in claudicatione mea lætati sunt, & coiuerunt. Symm. autem, σκάζοντος δέ μου ηὐφραίνοντο, ἠθροίζοντο, claudicante autem me lætabantur, coibant, quinta autem editio, καὶ ἐν τῇ ἀσθενείᾳ μου ηὐφράνθησαν, & in infirmitate mea lætati sunt. π Super me flagella, & ignoraui.] *S. August.* & ignorauerunt. *Theodoretus*; Hoc ita Symm. est interpretatus, συνήγοντο κατ' ἐμοῦ πλῆκται, καὶ οὐκ ᾔδειν, congregati sunt contra me percussores, & ignorabam. ρ Dissipati sunt, nec compuncti.] *Eusebius*: Symmachus autem inquit καὶ ἀποῤῥήσσοντες (*al.* ἀποῤῥήξαντες) οὐκ ἠρέμουν, & proscindentes non quieuerunt. Aquila, ἔῤῥηξαν, καὶ οὐκ ἐσιώπησαν, sciderunt, & non tacuerunt: *nec multo aliter S. Hier.* σ Tentauerunt me.] *Eusebius*. Pro, ἐπείρασάν με, ἐξεμυκτήρισάν με μυκτηρισμῷ, Symm. dixit, ἐν ὑποκρίσει, φθέγμασι (*al.* ῥήμασι) πεπλασμέ-

C νοις, ἔπρισον (*al.* ἐπρίζον) κατ' ἐμοῦ ὀδόντας αὐτῶν, *quæ ita videtur vertisse S. Hier.* in simulatione verborum fictorum, frendebant contra me dentibus suis. τ Malignitate.] ἀπὸ τῆς κακουργίας αὐτῶν. *S. Aug.* ab astutijs eorum. υ Vnicam meam.] *Eusebius*: Pro, τὴν μονογενῆ μου, Aquila quidem interpretatus est, τὴν μοναχήν μου, solitariam meam, Symm. autem, τὴν μονότητά μου, solitudinem meam. φ Tibi, &.] *Illud*, &, *abest à cæteris libris græcis, & latinis: cuius loco S. Aug. habet*, Domine. χ Graui.] *Eusebius*, Pro βαρεῖ Aquila reddidit, ὀστείνῳ, osseo, id est ἰσχυρῷ, robusto, forti (*& sic S. Hier.*) Symm. autem παμπληθεῖ, valde multo. ψ Vane.] ματαίως, *in hoc etiam versiculo refert Eusebius ex Aquila*, ἀναιτίως, sine causa. *Cæterum hoc loco in editionibus latinis est*, inique: *& in cæteris libris græcis*, ἀδίκως. ω Pacifice.] *Symm.* οὐ γὰρ εἰς εἰρήνην λαλοῦσιν, ἀλλὰ περὶ συναρπαγῆς ἐν τῇ γῇ λόγους δολίους λογίζονται, non enim in pace loquuntur; sed de rapina in terra sermones dolosos cogitant: *quinta editio*, ὅτι οὐκ εἰρήνην λαλοῦσιν, καὶ ἐπὶ συντελείᾳ γῆς ῥήματα δόλια λογίζονται, *quæ S. Hier. ita videtur vertisse*: non enim pacem loquuntur, sed in rapina terræ verba fraudulenta concinnant. αα Et in iracundia dolos.] *S. Aug.* & super (*al.* insuper) iram dolose cogitabant. *Nam & in multis exemplaribus græcis, & apud Eusebium legitur*, ἐπ' ὀργήν, *in psalterio Arabico additur*, terræ, *& vulgata*, in iracundia terræ. *Eam dictionem videtur agnoscere Theodoretus, cum ita scribit*: amicis sermonibus vtentes, quasi in terra quadam oc-

D cultare iram conabantur, doli plenam mentem habentes. *Schol.* Illud, γῆς ἐλάλουν, scriptum quidem visitur apud lxx. (*videtur deesse*, in hexaplo, *aut huiusmodi quiddam*) in simplicibus autem exemplaribus non ponitur. *Quare abest etiam à cæteris græcis libris, & latinis editionibus. Quomodo Symmachus, & quinta editio habuerint, in proxima superiore notatione dictum est, Aquila autem*, καὶ ἐπ' ἀδρὰ γῆς ῥήματα ἀπατεώνων λογίζονται, & super conferta terræ verba deceptionum concinnant. ββ Ne sileas.] μὴ παρασιωπήσῃς. *Symmachus*, μὴ ἡσυχάσῃς, ne quiescas, ne taceas. γγ Causam.] τὴν δίκην μου. *Symmachus*, τὴν δικαίωσίν μου, iustificationem meam. δδ Iustitiam tuam.] *Sic omnes libri græci collati, & latini. S. tamen Aug. habet*, iustitiam meam. εε Qui magna.] *Ita in aliquot vetustis exemplaribus vulgatæ. Sed in multis, & apud S. Augustinum*, maligna: *græce est*, μεγαλοῤῥημονοῦντες. ζζ Tota die.] *Theodoretus*: Symmac. illud ὅλην τὴν ἡμέραν, dixit πᾶσαν ἡμέραν, omni die. ηη Laudem.] τὸν ἔπαινόν σου. *Aquila*, ὑμνήσει σε, hymnos tibi dicet.

ᵅ In finem seruo Domini Dauidi. XXXV.

E

DIXIT ᵝ iniustus, vt delinquat in semetipso: non est timor Dei ante oculos eius. Quoniam dolose egit in conspectu eius; ut ᵞ inueniret iniquitatem suam, & odisset. Verba oris eius iniquitas, & dolus: noluit intelligere, vt bene ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni viæ non bonæ: ᵟ malitiam autem non odiuit. Domine in cælo misericordia tua: & veritas tua ᵉ vsque ad nubes. Iustitia ᶻ tua, sicut montes Dei; iudicia tua ᵑ sicut abyssus multa. Homines, & iumenta saluabis Domine: ᶿ quemadmodum

dum multiplicasti misericordiam tuam Deus. Filij autem hominum ι in tegmine alarũ tuarũ sperabunt; inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & κ torrentẽ voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ: in lumine tuo videbimus lumen. Prætende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam λ tuam ijs qui recto sunt corde. Non veniat mihi pes superbiæ: & manus peccatorum non moueat me. Ibi ceciderunt μ omnes, qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, & non potuerunt stare.

α In finem seruo.] *Apud S. Augustinum non legitur inscriptio: apud Theodoretum*, εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ. *S. Ambrosius*. In finem seruo Domini, psalmus Dauid. *Eusebius habet vt hic, & in vulgata; atque hæc scribit*, neque ψαλμὸς, neque ᾠδὴ, neque quicquam huiusmodi inscriptum est: sed continet doctrinam, &c. β Dixit iustus, vt delinquat in semetipso.] τοῦ ἁμαρτάνειν ἐν ἑαυτῷ. *S. Ambr. non longe à fine enarrationis*, vt sibi delinquat, vel in se delinquat. Habet enim græcus codex, ἐν ἑαυτῷ, idest in seipso: sed non omnes. *Nicephorus*, illud τοῦ, aut ponitur pro ὥστε, vt, aut vacat: *si vacat*; sensus est, putat iniquus se clam posse delinquere; *si non vacat*, sensus est, iniquus cogitat intra se vt peccet. *Eusebius*: hæc manifestius interpretatus est Symmachus hunc in modum reddens, φησὶ περὶ ἀσωτείας τοῦ ἀσεβοῦς ἔνδοθεν ἡ καρδία μου, οὐ πρόκειται φόβος θεοῦ ἀντικρὺς τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, ὅτι ἐξολισθαίνειν τὰ περὶ αὐτοῦ δοκεῖ, τοῦ εὑρεθῆναι τὴν ἀδικίαν αὐτοῦ εἰς τὸ μισηθῆναι αὐτήν. Dicit de incompositione impij intus cor meum: non proponitur timor Dei ex aduerso oculorum eius: sua enim ipsius perdidisse videtur, ad inueniendam iniustitiã suam, ad odio habendam eam. γ Vt inueniret iniquitatem suam & odisset.] *Ita S. Aug. quod græce est*, τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ, καὶ μισῆσαι. *S. Ambrosius*, vt inueniret iniquitatem suam, & odium. *vulgata*, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. *Legenda sunt, quæ ab Eusebio, & alijs vetustis scriptoribus afferuntur in hunc locum*. δ Malitiam autem non odiuit.] *Aut*, non odio habuit, *vt S. Ambrosius, & S. Augustinus*, τῇ δὲ κακίᾳ οὐ προσώχθισε. *Theodoretus*, οὐ προσώχθισε, posuit pro οὐκ ἐβδελύξατο, nõ est abominatus. *Symm*. κακὸν οὐκ ἀποδοκιμάσει, malum non reprobabit. *Aquila*, οὐκ ἀπέῤῥιψε, non abiecit, *vt S. Hieronymus: Theodotio*, οὐκ ἀπώσατο, non repulit. ε Vsque ad nubes.] *Eusebius*, vel secundum Symmachum, μέχρι τῶν αἰθέρων, vsque ad ætheras, *si latine dici potest. In scholio ita refertur*, ἡ βεβαιότης σου ἕως αἰθερίων, stabilitas tua vsque adætherea. ζ Sicut montes Dei.] *Eusebius*: Aquila, δικαιοσύνη σου, ὡς ὄρη ἰσχυροῦ. Iustitia tua, sicut montes validi: *& ita refert ex eo* S. Ambr. *In scholijs partim est*, ἰσχυρὲ, ὁ fortis, *partim* ἰσχυροῦ, fortis: *in hebræo enim est dictio illa, quam notauit, vt alibi diximus S. Hier. à lxx. solere verti Deum, ab* Aquila, *fortem*. η Sicut abyssus.] *Ita S. August. & S. Ambr. A vulgata abest, illud*, sicut, *quemadmodum & à plerisque libris græcis*. θ Quemadmodum multiplicasti.] *S. Ambr*. sicut multiplicasti. S. *August*. sicut multiplicata est misericordia: *græce est*, ὡς ἐπλήθυνας, *quod poterat etiam reddi*, quàm multiplicasti. *Symmachus*, τί τίμιον. *S. Hieronymus*, quàm preciosa est misericordia. ι In tegmine.] S. *Ambr*. in protectione. *S. Aug*. sub tegmine. *Eusebius*, aut secundum Symmachum, ὑπὸ σκιὰν τῶν πτερύγων σου ἀμεριμνοῦσι, sub vmbra alarum tuarum, sine solicitudine degunt. κ Et torrentem.] *Sic S. Ambr. atque istam loquutionẽ perpendit: græce enim est*, καὶ τὸν χειμάῤῥουν, *atque ita Eusebius, & multi alij. In nonnullis tamen codicibus est*, καὶ χειμάῤῥους, *in nonnullis*, καὶ τῶν χειμάῤῥων, *quod non multum refert. S. Aug. & vulgata*, & torrente. λ Et iniustitiam tuam his.] *Eusebius*. Symmachus, καὶ τὴν ἐλεημοσύνην σου τοῖς ἁπλοῖς τὴν καρδίαν, & misericordiam tuam simplicibus corde. μ Ceciderunt omnes.] *Sanctus Ambrosius, & vulgata non habent*, omnes. *Theodoretus*: Hæc Symmachus ita est interpretatus, ὅπου πίπτουσιν οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ὠθοῦνται, καὶ οὐ δυνήσονται στῆναι, vbi cadunt operantes iniquitatem, impelluntur, & non poterunt stare. A*tque etiam apud lxx. illud*, οὐ μὴ δύνωνται, *videtur pertinere ad futurum tempus: sed collatæ editiones latinæ habent*, potuerunt.

Ipsi Dauid. XXXVI.

NOLI α æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem. Quoniam, tamquam fœnum, velociter arescent: & quemadmodum olera β herbarum, cito decident. Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram: & γ pasceris in diuitijs eius. Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela ad δ Dominum viam tuam; & spera in eo, & ipse faciet. Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tamquam meridiem. ε Subditus esto Domino, & ora eum. Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias. Desine ab ira, & derelinque furorem. Noli æmulari vt maligneris: quoniam qui malignantur, exterminabuntur: sustinentes autem Dominum, ipsi hæreditabunt terram. Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies. Mansueti autem

autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Obseruabit peccator iustum: & stridebit super eum dentibus suis. Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit, quòd veniet dies eius. Gladium euaginauerunt peccatores: intenderunt arcum suum: vt deijciant inopem, & pauperem, vt trucident rectos corde. Gladius eorum intret in cor eorum: & arcus eorum conterantur. Melius est modicum iusti, super diuitias peccatorum multas. Quoniam brachia peccatorum conterentur: [ζ] confirmat autem iustos [η] Dominus. [θ] Nouit Dominus vias immaculatorum: & hæreditas eorum in æternum erit. Non confundentur in tempore morbi: & in diebus famis saturabuntur. Quia peccatores peribunt: inimici [ι] vero Domini statim, vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fumus, [κ] defecerunt. Mutuatur peccator, & non soluet: iustus autem miseretur, & commodat. Quia [λ] benedicentes eum hæreditabunt terram: maledicentes autem [μ] eum disperibunt. A Domino gressus hominis diriguntur: & viam eius [ν] volet: cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus [ξ] confirmat manum eius. [ο] Iunior fui, etenim senui: & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panes. Tota die miseretur, & [π] commodat: & semen illius in benedictione erit. Declina à malo, & fac bonum: & inhabita in seculum [ρ] seculi. Quia Dominus amat iudicium, & non derelinquet sanctos suos: in æternum conseruabuntur: immaculati [σ] vindicabuntur, & semen impiorum peribit. Iusti autem hæreditabunt terram: & inhabitabunt in seculum seculi super eam. Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius. [τ] Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum; [υ] cum iudicabitur illi. Expecta Dominum, & custodi viam eius: & exaltabit te, vt hæreditate capias terram: cum pereunt peccatores, videbis. Vidi [φ] impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat: & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. [χ] Custodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Iniusti autem disperibunt [ψ] in idipsum: reliquiæ impiorum interibunt. Salus autem iustorum à Domino: & protector eorum est in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos: & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerũt in eum.

[α] Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris.] *μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις, μηδὲ ζήλου, Eusebius:* Quoniam παραζηλοῦν, aliud est à ζηλοῦν, dices, παραζηλοῦν, esse irritare, & excitare ad zelotypiam. Quare Aquila quidem interpretatus est, *μὴ διαμάχου ἐν πονηρευομένοις*, noli concertare in malignantibus. Symm. autem, *μὴ φιλονείκει κακούργοις, (al. ἐν κακούργοις)* noli contendere cum malignis: *quomodo habet S. Hier. & hæc referuntur fere omnia à S. etiam Ambrosio: apud quem initio explanationis legitur,* Noli malignari inter malignantes, neque æmulatus fueris, *& interpretatur fere quemadmodum Eusebius. Deinde in progressu vtitur duabus istis dictionibus,* subæmulari, *&* æmulari: *quod etiam S. Aug. facit. In scholio notatur quintam, & sextam editionem habere, vt Symm. atque additur Theodotionem vertisse, μὴ παρερεθίζου,* ne irriteris: *quod etiam refert Theodoretus. Eusebius autem paulo inferius hoc ipsum refert ex quinta editione, μὴ ἐρεθίζεσθαι ἐν πονηρευομένοις. In exemplari quo vsus est Barbarus, refertur etiam initio explanationis.* [β] Olera herbarum.] *ὡσεὶ λάχανα χλόης. S. Aug.* sicut olera prati cadent. *Symm. χλωρόν. S. Hier.* olus viride. [γ] Et pasceris.] *Eusebius:* Pro isto, *καὶ ποιμανθήσῃ ἐπὶ τῷ πλούτῳ αὐτῆς,* Symm. quidem reddidit, *καὶ ποίμαινε διηνεκῶς,* & pascere perpetuo: Aquila autem, *καὶ νέμου πίστιν,* & pascere fide. *Atque ita S. Hier.* [δ] Reuela ad Dominum.] *Vel, vt vulgata,* Domino. *Aquila, κύλιε,* volue, *vt habet S. Hier.* Symm. *ἐπικύλισον* euolue. [ε] Subditus esto Domino.] *Eusebius:* Pro *ὑποτάγηθι κυρίῳ, καὶ ἱκέτευσον αὐτόν,* Aquila, inquit, *σίγησον τῷ κυρίῳ, καὶ ἀποκαραδόκει αὐτόν,* tace Domino, & expecta eum (*sic & S. Hier.*) Symm. autem *ἡσύχαζε τῷ κυρίῳ, καὶ ἱκέτευε αὐτῷ,* quiesce Domino, & supplica ei. [ζ] Confirmet autem.] *Symmachus, ἀντιλαμβάνεται αὐτῶν,* suscipit eos. [η] Arcus eorum conterantur.] *S. Augustinus,* contera-

conteratur, *vulgata*, confringatur. S. *Ambrosius*, arcus peccatorum Dominus confringat. θ Nouit Dominus.] *Ita S. Ambr. S. Aug. & vulgata, quod græce est*, γινώσκει, cognoscit. *Eusebius*, pro γινώσκει, Symmachus reddidit, προεῖδεν, (*al.* προεῖδεν) ὁ κύριος τὰς ἡμέρας τῶν ἀμώμων, prænouit (*aut* præuidit,) Dominus dies immaculatorum. *Hesychius*, dies, posuit pro vias. ι Inimici vero.] οἱ δὲ ἐχθροί. *Theodoretus*: Aquila, & Symm. pro, δὲ, ponentes coniunctionem, καὶ, eosdem ostenderunt esse peccatores, & inimicos Domini. κ Defecerunt.] *Notat S. Ambr. ita habere græcum, est enim*, ἐξέλιπον. *Ipse tamen cum S. Augustino, & vulgata legit*, deficient. λ Quia benedicentes.] *Symm.* οἱ εὐλογημένοι ὑπ' αὐτοῦ, *&* S. *Hieron.* qui benedicti fuerint ab eo. μ Eum.] *Sic S. Ambr. & S. Aug. Vulgata autem*, ei. *Symm. rursus* ὑπ' αὐτοῦ, ab eo. ν Et viam eius volet.] *Aut*, cupiet, *vt* S. *Ambr. In multis libris græcis additur* σφόδρα, nimis: *sed notat S. Hieron. hoc additum esse, neque apud quemquam haberi interpretum. Symm.* καὶ ἡ ὁδὸς αὐτοῦ εὐδοκεῖται, & via eius beneplacet. ξ Confirmat.] *Sic* S. *Ambr. quod græce est*, ἀντιστηρίζει χεῖρα αὐτοῦ, *nec multo aliter S.* Aug. firmat manus eius, *vulgata autem*, quia Dominus supponit manum suam. ο Iunior fui.] *Aut, vt* S. *Ambr. &* S. *Aug.* iuuenis fui. *Eusebius*, aut secundum Symmachum, νέος ἐγενόμην, ἀλλὰ καὶ ἐγήρασα, iuuenis fui, sed & senui. π Et commodat.] καὶ δανείζει, *quod S. Amb. habet*, & fenerat, *& S. Aug. probat istam interpretationem. Aquila*, ὅλην τὴν ἡμέραν δωρεῖται, καὶ δανείζει, *&* S. *Hier.* tota die donat, & commodat. ρ Seculi.] *Aut, vt* S. *Ambr. &* S. *Aug.* seculorum. *Eusebius*: Pro quo Symm. καὶ ἠρεμήσεις εἰς αἰῶνα, & quiesces in seculum. σ Immaculati autem vindicabuntur.] ἄμωμοι ἐκδικηθήσονται. *Ita est in psalterio Æthiopico, atque ita legitur, & exponitur à Cyrillo, quantum in catena Barbari refertur. In plerisque græcis libris est*, οἱ δὲ ἄνομοι ἐκδιωχθήσονται, iniusti autem punientur, expellentur. *Eusebius tamen habet*, ἄμωμοι ἐκδικηθήσονται, *est enim verbum istud ambiguum, quemadmodum apud latinos*, vindicare. *Omnino in hebræo ista particula non est: & apud multos Patres, licet sit in contextu cæterorum verborum, tamen non explanatur. In scholio refertur ex Symmacho*, ἐξαρθήσονται, tollentur. τ Considerat.] κατανοεῖ. *Schol.* περισκοπεῖ, vndique speculatur. υ Cum iudicabitur illi.] ὅταν κρίνηται αὐτῷ. *Aquila*, ἐν τῷ κρίνεσθαι αὐτόν, dum iudicatur, *& ita S. August. De hac autem phrasi, multa hoc loco Origenes, & Theodoretus in Hieremiam, & alij.* φ Vidi impium.] *Schol.* sexta editio sic habuit, εἶδον ἀσεβῆ, καὶ ἀναιδῆ αὐτοποιούμενον ἐν σκληρότητι, καὶ λέγοντα, εἰμὶ ὡς αὐτόχθων, περιπατῶν ἐν δικαιοσύνῃ, vidi impium, & impudentem iactantem se in duritia, & dicentem, sum sicut indigena, ambulans in iustitia. χ Custodi innocentiam, & vide æquitatem.] *S. Ambr. inquit, alios, pro*, innocentiam, *posuisse*, perfectionem. *S. Aug pro*, æquitatem, *habet*, directionem: *græce illud est*, ἀκακίαν, *hoc* εὐθύτητα. *Eusebius, & Theodoretus*: Symm. ita hoc exposuit, φύλασσε ἁπλότητα, καὶ ὅρα εὐθύ, ὅτι ἐστὶ μέλλοντα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ, custodi simplicitatem, & vide rectum; quoniam sunt futura homini pacifico. *Addit Scholiastes, Aquilam dixisse*, ἔσχατον, ad extremum. *S. Hier. priora habet, vt Symm. posteriora autem ita*, quia erit ad extremũ viro pax. ψ In idipsum.] *Ita S. August. quod græce est*, ἐπὶ τὸ αὐτό, *vulgata*, simul. *Theodoretus*: Hoc rursus Symm. sic exposuit, οἱ δὲ ἀθετοῦντες ἐξαλειφθήσονται ὁμοῦ, τὰ ἔσχατα τῶν ἀνόμων ἐκκοπήσεται, præuaricatores autem delebuntur pariter, nouissima iniquorum excidentur. *Addit Schol. Aquilam, pro* τὰ ἔσχατα, *dixisse*, καὶ ἔσχατον, & nouissimum, *quemadmodum vertit & S. Hieronymus.*

Psalmus ipsi Dauid in [α] rememorationem pro sabbato. XXXVII.

DOMINE ne [β] in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Quoniam sagittæ tuæ [γ] infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea à [δ] facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à [ε] facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ [ζ] supergressæ sunt caput meum: sicut onus graue, grauatæ sunt super me. [η] Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. Miser factus sum, & curuatus sum [θ] vsque in finem: tota die contristatus [ι] ingrediebar. Quoniam [κ] anima mea impleta est illusionibus: & non est sanitas in carne mea. Afflictus sum, & humiliatus sum vsque nimis: [λ] rugiebã à gemitu cordis mei. Et ante te omne desideriũ meũ: & gemitus meus à te non est abscõditus. Cor meũ conturbatũ est; dereliquit me virtus mea: & lumẽ oculorũ meorũ non est mecũ. [μ] Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterũt: & qui iuxta me erant de longe steterunt: & vim faciebant, qui quærebant animã meã. Et qui [ν] inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditabantur. Ego autẽ tãquam surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiẽs os suum. Et factus sum, sicut homo non audiens, & non habẽs in orẽ suo redargutiones. Quoniam in te Domine speraui: tu exaudies Domine Deus meus. Quia dixi, nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei in me

in me [ξ] magna locuti sunt: quoniam ego in [ο] flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & curam geram pro peccato meo. Inimici autem mei [π] viuunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt, qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis [ρ] detrahebant mihi: quoniam [σ] persequutus sum iustitiam. Ne derelinquas me Domine Deus meus, ne discesseris a me. [τ] Intende in adiutorium meum Domine salutis meæ.

α In rememorationem.] εἰς ἀνάμνησιν. S. Augustinus, in recordationem sabbati. *Vulgata*, in rememorationem die sabbati. *Eusebius, & Theodoretus, & aliquot exemplaria græca habent tantum*, εἰς ἀνάμνησιν. β Ne in furore.] μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με. S. *Aug.* ne in indignatione tua arguas me, neque in ira tua emendes me. S. *Ambr.* ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me: *ac de istis vocibus diligenter agit.* γ Infixæ sunt mihi.] *Basil.* vel secundum Symmachi editionē, καθίκετό μου, attigerūt me. δ A facie iræ tuæ.] *Siue, vt S. Ambr. & S. Augustinus*, à vultu iræ tuæ. *Eusebius, & Basilius*: Pro τῆς ὀργῆς, Aquila & Symmachus concorditer interpretati sunt, ἀπὸ προσώπου τῆς ἐμβριμήσεώς σου, à facie fremitus tui. ε A facie peccatorum meorum.] *Eusebius, & Basilius*: Symm. διὰ τὰς ἁμαρτίας μου, propter peccata mea. ζ Supergressæ sunt.] ὑπερῆρεν. *S. Augustinus*, sustulerunt caput meum: sicut fascis grauis, grauatæ sunt. S. *Ambrosius*, superposuerunt, *& explicat*, supertransierunt caput meum, & supereminent mihi, vt sensus meos deprimant. η Putruerunt, & corruptæ sunt.] προσώζεσαν, καὶ ἐσάπησαν οἱ μώλωπές μου. *S. Augustinus*: computruerunt, & putruerunt liuores mei. *S. Ambrosius videtur habuisse*, corruptæ sunt, & computruerunt cicatrices. *Poterat etiam illud* προσώζεσαν, *verti*, fœtuerunt. *S. Hieronymus*, computruerunt, & tabuerunt. θ Vsque in finem.] *Quædam exemplaria. S. Basilij habent*, ἕως τέλους σφόδρα, vsque in finem valde, *& fortasse sunt duæ interpretationes.* ι Ingrediebar.] σκυθρωπάζων ἐπορευόμην. *Basilius*, aut iuxta Symmachum, σκυθρωπὸς περιεπάτουν. *S. Augustinus*, contristatus ambulabam. κ Anima mea.] *Sic S. Ambr. & S. Augustinus: & in psalterio veteri, & Romano, & Ambrosiano ecclesiæ Mediolanensis, & in responsorio lectionis septimæ in Dominica de passione. quod græce est*, ἡ ψυχή μου ἐπλήσθη, *& ita psalterium Arabicum, & Æthiopicum, & metaphrasis Apollinaris, & Eusebius, & Cyrillus. Ac S. Ambrosius testatur Symmachum dixisse lumbos. lxx. autem animam. In plerisque tamen libris græcis est*, αἱ ψόαι (*al.* ψοίαι) μου ἐπλήσθησαν, *& ita vulgata*, lumbi mei impleti sunt. *S. Basilius hanc habet, & deinde addit, pro hac Aquilā reddidisse*, ὅτι ἐπληρώθησαν αἱ λαγόνες μου ἀτιμίας, quoniam impleta sunt fœmora mea dedecore. *Scholiastes eodem modo refert ex Aquila, & subiūgit Symmachum esse interpretatum*, ὅτι αἱ ψόαι μου ἐπλήσθησαν ἐμπαιγμάτων, ἤτοι ἀτιμίας, *quare* S. *Hieronymus ita vertit*, quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. *Ita scholio conuenit cum* Sancto Ambrosio. λ Rugiebam.] ὠρυόμην. *Sanctus Basilius*, aut secundum Aquilam, ἐβρυχόμην ἀπὸ βρυγμοῦ τῆς καρδίας μου, fremebam à fremitu cordis mei. μ Amici mei, & proximi mei.] *Theodoretus*, hoc Symmachus ita est interpretatus, οἱ φίλοι, καὶ οἱ ἑταῖροί μου ἐξ ἐναντίας τῇ (*al.* ἐν τῇ) πληγῇ μου ἀντέστησαν, *al.* ἔστησαν, amici mei, & sodales mei ex aduerso in plaga mea restiterunt, *al.* steterunt. *Quare, quæ in nostris exemplaribus coniuncte leguntur*, ἤγγισαν, καὶ ἔστησαν, *fortasse duæ interpretationes sunt.* ν Mala mihi.] *Aquila*, κακίαν μου, κακόν μου, malum meum. ξ Magna loquuti sunt.] ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλοῤῥημόνησαν. *Symmachus*, καταμεγαλαύχονταί μου, super me magnificantur, *vt S. Hieronymus.* ο In flagella.] *Symmachus*, εἰς τὸ σκάζειν περισκελίσαι, ad claudicandum paratus sum. π Viuunt, & confortati sunt.] *Symmachus*, ζῶντες ὑπερισχύουσι, viuentes præualent, *aut vt* S. *Hieron.* confortati sunt. ρ Detrahebant mihi.] *Symmachus*, ἀντέκειντό μοι, aduersabantur mihi, *& ita S. Hieronymus.* σ Persequutus sum iustitiam.] *Ita S. Augustinus, quod græce est*, κατεδίωκον δικαιοσύνην. S. *Ambrosius*, subsequutus sum iustitiam. *Cum hac lectione conuenit psalterium Arabicum, Æthiopicum, Romanum, & metaphrasis Apollinarij. In aliquot tamen codicibus est*, ἀγαθωσύνην, *& vulgata*, quoniam sequebar bonitatem. *Post hunc autem versum testatur. S. Ambrosius, in aliquot codd. græcis, & latinis fuisse hæc*, & proiecerunt me, sicut mortuum abominatum; sed tu ne derelinquas me, &c. τ Intende.] πρόσχες. *Schol. cæteri*, σπεῦσον, *&* S. *Hieronymus*, festina.

In finem [α] ipsi Idithum canticum ipsi Dauid. XXXVIII.

DIXI, [β] custodiam vias meas; vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam; cum consisteret peccator aduersum me. Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus [γ] renouatus est. [δ] Concaluit cor meum intra me; & in meditatione mea exardescet ignis. Locutus sum in lingua mea, notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum, qui est; vt sciam, quid desit mihi. Ecce [ε] veteres posuisti dies meos: & [ζ] substantia mea, tanquam nihil ante te. Verumtamen [η] vniuersa, vanitas, omnis homo [θ] viuens. DIAPSALMA. [ι] Verumtamen in imagine pertransit homo: sed frustra conturbatur. Thesaurizat, & ignorat [κ] cui congregabit ea. Et

 [λ] nunc

λ nunc, quæ est expectatio mea? nonne Dominus, & substantia mea μ apud te est? DIAPSALMA. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobriũ insipienti dedisti me: obmutui, & non aperui os meum: quoniam tu es, qui ν fecisti me: amoue à me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defeci: in increpationibus propter ξ iniquitatem corripuisti hominem: & ο tabescere fecisti sicut araneam, animam eius. Verumtamen vane π conturbatur omnis homo. DIAPSALMA. Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam: ρ auribus percipe lachrymas meas. Ne sileas, quoniam aduena ego sum σ in terra, & peregrinus, sicut omnes patres mei. τ Remitte mihi, vt refrigerer, priusquam abeam; & amplius iam non ero.

α Ipsi Idithum.] *Schol.* τῷ ἑνὶ κριτῇ τῷ ἐρχομένῳ, vni iudici, qui instabat. *Alius*: Idithum significat ἀπάτην, deceptionem, fallaciam. *Aliud scholium*, cæteri, ὑπὲρ ἰδιθοὺμ, *& ita S. Ambr. S. August. & vulgata*, pro Idithum. β Dixi, custodiam.] *Eusebius*: Hæc autem Symm. ita est interpretatus, εἶπον, φυλάξω τὰς ὁδούς μου, μὴ ἁμαρτεῖν διὰ τῆς γλώσσης μου. φυλάξω τὸ στόμα μου φιμῷ, ἔτι ὄντος ἀσεβοῦς ἐξ ἐναντίας μου, ἄλαλος ἐγενόμην, σιγῇ ἐσιωπήθην, μὴ ὢν ἐν ἀγαθῷ. Dixi custodiam vias meas; vt non peccem per linguam meam: custodiam os meum capistro: dum adhuc est impius aduersum me: mutus factus sum: silentio silui, cum non sum in bono. γ Renouatus est.] *Symm.* ἀνεταράχθη, *& S. Hier.* conturbatus est. δ Concaluit.] *Theodor.* Hoc Sym. ita est interpretatus, ἐξεθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου, ἐν τῷ ἀναπολεῖν με, ἀνεκαυσάμην πυρὶ, excalefactum est cor meum intra me: & dum ego animaduerterem; accensus sum igni. ε Veteres.] *Ita psalterium Romanum, &* S. *Aug. &* S. *Ambr. apud quem hæc leguntur*, ecce veteres posuisti dies meos: Alius habet, palæstas posuisti dies meos. Si secundũ lxx. viros veteres accipimus dies, &c. *Ita S. Ambr.* παλαιάς, *agnoscit tãquam lectionem lxx. & eandem habent psalterium Arabicum, & Æthiopicum, & metaphrasis* Apollinarij. *In cæteris libris græcis est*, παλαιστὰς, *Itemque apud S. Gregorium Nazianzenum in oratione in Cæs. fratrem. Eusebius*: Pro quo Symm. reddidit, ἰδοὺ ὡς σπιθαμὰς ἔδωκας τὰς ἡμέρας μου, ecce tanquam palmas dedisti dies meos: Alius autem dixerit, παλαιστὰς, vocatos esse hominis dies, eo quòd pleni sunt certaminis, & luctæ, & tentationum. *Quæ Eusebij interpretatio placuit etiam S. Amb. Quod si pro genere mensuræ accipiatur; de eo agit S. Hier. in Ezech. cap. xl. Ad hunc locum ponitur in vno libro veteri scholium hoc ex Chrys.* παλαιστὴν δὲ λέγει τὴν τῆς παλάμης ἔκτασιν, palæstam autem vocat extensionem ipsius palmæ. *In lib. Vaticano est* παλαιάς, *postea alia manu additum fuit* ς. ζ Et substantia.] *Euseb.* Pro quo Aquila interpretatus est, καὶ κατάδυσίς μου ὡς οὐκ ἔστιν ἐναντίον σου, & latibulum meum (*al.* occasus, depressio mea) quasi non est ante te: Sym. autem, καὶ ἡ βίωσίς μου ὡς οὐδὲν ἄντικρύ σου, & vita mea, quasi nihil in conspectu tuo: *quomodo fere* S. *Hier.* η Vniuersa vanitas.] σύμπαντα ματαιότης, *& S. Hier. clarius*, omnia enim vanitas. *Symm.* ἀτμίς, vapor. θ Viuens.] *Eusebius*, aut secundum Aquilam, πᾶς ἄνθρωπος ἑστηλωμένος, omnis homo erectus: vel secundum Symmachum, πᾶς ἄνθρωπος ἑστώς, omnis homo stans; *quod est etiam S. Hier.* ι Veruntamen.] μέντοιγε, *quod notat Nicephorus hoc loco valere*, certe, & vere. *S. Aug.* quamquam in imagine ambulet homo. *S. Ambr.* quamquam in imagine Dei ambulet homo: *& diligenter ista verba perpendit.* κ Cui congregabit.] *Aqu. & Theodotio*, τίς συλλέξει αὐτά, quis colliget ea. λ Et nunc.] *Euseb.* Proposita verba Symm. ita reddidit, καὶ νῦν τί προσδοκῶ δέσποτα; ἡ ἀναμονή μου εἰς σὲ ἐστιν, ἀπὸ πασῶν τῶν ἀθεσιῶν μου ἐξελοῦ με. ἐπονείδιστον ἄφρονι μὴ τάξῃς με. ἄλαλος ἐγενόμην, οὐκ ἀνοίξω (*in aliquo exemplari legitur*, ἀνοίξεις, *sed corrupte, vt videtur*) στόμα μου. σὺ γὰρ ἐποίησας: *quæ ita videtur fere vertisse* S. *Hier.* Nunc ergo quid expecto Domine? præstolatio mea tu es. Ab omnibus iniquitatibus meis libera me: opprobrium stulto ne ponas me. obmutui, non aperiam os meum, quia tu fecisti. *Idẽ vero Eusebius paulo post notat, quod Symm. dixit*, ἐπονείδιστον ἄφρονι μὴ τάξῃς με, *Aquilam quidem dixisse*, ὄνειδος ἀπορρέοντι μὴ θῇς με, opprobrium defluenti ne ponas me: *quintam vero editionem*, ὄνειδος ἄφρονι μὴ δῷς με, opprobriũ insipienti ne dederis me. μ Apud te est.] *Ita vulg.* παρά σοι. *In multis tamen codicibus est*, παρά σου, à te. *Ac notat Theodor.* Aquilam, *quod hic est* ὑπόστασις, *dixisse* καραδοκίαν, expectationem. ν Qui fecisti me.] *Ita* S. *Aug. quod græce est*, ὅτι σὺ εἶ ὁ ποιήσας με. *S. Ambr.* quoniam tu fecisti me: *& cum hac lectione faciunt psalterium Arabicum, & Æthiopicum, & metaphrasis Apollinarij. & Chrys. siue Cyrillus, qui ita hunc locum explicat*: Ipse igitur, inquit, fecisti me, & plasmasti, & tanquam opifex insitam humanæ naturæ imbecillitatem perspectam habes. *In alijs libris græcis est*, ὅτι σὺ ἐποίησας, *& vulg.* quoniam tu fecisti. ξ Propter iniquitatem.] S. *Amb. verbũ è verbo ita reddit*, in increpationibus pro iniquitate erudisti hominem: *eodemque modo S. Aug. nisi quòd habet*, in argutionibus. *Symm.* δι' ἀδικίαν propter iniustitiam. ο Et tabescere fecisti.] *Symm.* καὶ διαλύεις ὡς βρῶμα τὸ ἐπιθυμητὸν αὐτοῦ, & dissoluis, tanquam cariem, desiderabile illius. π Vane conturbatur omnis homo.] *Sic habent editiones latinæ, excepto Romano psalterio. Et S. Aug. addit*, viuens. *Vocem* ταράσσεται *habet etiam Theodor. abest tamen à multis libris: quãquam in aliquo eorum est apposita ad marginẽ. Et fortasse hoc illud est quod S. Hier. ad Suniã dixit sub veru additũ esse in lxx. Psalteriũ Romanũ habet vt supra*, verũtamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens. ρ Auribus percipe.] *Sic interpungunt S.* Ambrosius, *& S. Augustinus, qui etiam habent*, ne sileas à me, *quod etiam habuit & Nicephorus, & fortasse Eusebius: quinimo S. Augustinus, videtur addere*, ne obsurdescam in æternum. *sed in alijs libris ita distinguitur*: exaudi Domine orationem meam, & deprecationem meam auribus percipe: à lachrymis meis ne sileas: *quod græce est*, μὴ παρασιωπήσῃς, *pro quo Symmachus dixit*, μὴ παρακούσῃς, ne spernas audire. *S. Hier.* ad lachrymã meã ne obsurdescas. σ In terra.] *Sic est in psalterio Arabico, & Æthiopico, & metaphrasi Apollinaris. In alijs lib. græcis est*, ὅτι πάροικος ἐγώ εἰμι παρὰ σοί, *& ita vulg.*

quo-

quoniam aduena ego ſum apud te. *& Sanctus Auguſtinus,* quoniam inquilinus ego ſum apud te. *In pſalterio Romano, & apud* S. *Ambroſium coniungitur vtrumque,* apud te in terra. *Theodoretus neutrum habet. Et de iſtis quidem nominibus,* incola, accola, aduena, *videndus eſt S. Ambroſius.* τ Remitte mihi.] *Ita vulgata, & S. Ambroſius. S. Auguſtinus,* dimitte me, ἄνες μοι. *Schol.* ἄφες, συγχώρησον, ἀνάπαυσον, dimitte, condona, da recreationem, & quietem. *Euſebius:* Pro quo Symmachus, ἀπόσχου μου, ἵνα μειδιάσω, πρὶν ἀπελθεῖν με, καὶ μὴ ὑπάρχειν, recede à me, vt ſubrideam, antequam ego abeam, & non ſubſiſtam.

In finem ipſi Dauid, pſalmus. XXXIX.

EXPECTANS, expectaui Dominum, & attendit mihi: & exaudiuit deprecationem meam. Et eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fecis. Et ſtatuit ſuper petram pedes meos, & direxit greſſus meos. Et immiſit in os meum canticum nouum, carmen Deo noſtro. Videbunt [α] multi, & timebũt; & ſperabunt in Domino. Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius: & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas. [β] Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non eſt, qui ſimilis ſit tibi. [γ] Annunciaui, & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum. Sacrificium, & oblationem noluiſti: [δ] corpus autem perfeciſti mihi. Holocauſtum, & pro peccato non poſtulaſti: [ε] tunc dixi, ecce venio. In [ζ] capite libri ſcriptum eſt de me: vt [η] facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio [θ] cordis mei. [ι] Bene nunciaui iuſtitiã in Eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo. [κ] Domine tu cognouiſti iuſtitiã meã: non abſcondi in corde meo veritatẽ tuã: & ſalutare tuum dixi. Non abſcondi [λ] miſericordiam tuam, & veritatẽ tuã à [μ] congregatione multa. Tu autẽ Domine ne longe facias miſerationes tuas à me: miſericordia tua, & veritas tua ſemper [ν] ſuſceperunt me. Quoniam circundederunt me mala, quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui, vt viderẽ. Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meũ dereliquit me. Complaceat tibi Domine, vt eruas me: Domine ad adiuuandũ me [ξ] reſpice. Confundantur, & reuereantur ſimul, qui quærunt animam meam, vt auferant eam. Conuertantur retrorſum, & reuereantur, qui volunt mihi [ο] mala. Ferant [π] confeſtim confuſionem ſuam, qui dicunt mihi, [ρ] euge, euge. Exultẽt, & lætentur ſuper te omnes quærentes te Domine: & dicant ſemper, magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum. Ego autem mendicus ſum, & pauper: Dominus curam habebit mei. Adiutor meus, & protector meus es tu: Deus meus ne tardaueris.

α Videbunt multi.] S. *Auguſtinus habet,* videbunt iuſti, *quod alibi non eſt inuentum.* β Multa feciſti.] *Euſebius:* Symmachus autem inquit, πολλὰ ἐποίησας σὺ κύριε ὁ θεός μου τὰ τεράστιά σου, καὶ τοὺς διαλογισμούς σου τοὺς ὑπὲρ ἡμῶν, οὐκ ἔστιν ἐκθέσθαι ἐπὶ σοῦ, *al.* ἐκθέσθαι σοι. Multa feciſti tu Domine Deus meus: prodigia tua, & cogitationes tuas pro nobis non eſt exponere ſuper te *(al.* exponere tibi.) *Barbarus habet,* de te. *Sanctus Hieronymus.* non inuenio ordinem coram te. γ Annunciaui, & loquutus ſum.] *Euſebius:* Hæc Symmachus hunc in modum eſt interpretatus, ἐὰν ἀπαγγέλλω καὶ ἀπαγγέλλω, πλείω ἐστὶν τοῦ διηγηθῆναι, *quam ſententiam ita expreſſit. Sanctus Hieronymus,* ſi narrare voluero, & numerare; plura ſunt, quàm vt narrari queant. δ Corpus autem perfeciſti.] *In vno codice, & commentarijs græcorum eſt,* ὠτία δὲ μοι κατηρτίσω, *& apud Euſebium,* τὰ ὦτά μου, aures mihi, aut meas, perfeciſti. *Scholium,* τὰ ὠτία δὲ κατηρτίσω μοι, Beatus Paulus, in τὸ σῶμα (corpus) mutans dixit: non ignorans, quod erat in hebraico, ſed ad ſuum ſcopum hoc vſus. *Aliud Scholium,* ὠτία δὲ ἐσκαψάς μοι, ὠτία δὲ κατεσκεύασάς μοι, aures autem fodiſti mihi, aures autem apparaſti mihi. *Sanctus Hieronymus habet,* aures fodiſti mihi. *Sanctus Auguſtinus habet, vt poſuimus in contextu. Sanctus Ambroſius,* corpus præparaſti mihi. *Vulgata,* aures autem perfeciſti mihi. ε Tunc dixi.] τότε εἶπον. *Symmachus,* ὅτε εἶπον, quando dixi. ζ In capite libri.] *Euſebius,* aut iuxta Symmachum, ἐν τῷ τεύχει τοῦ ὁρισμοῦ σου γέγραπται περὶ ἐμοῦ, in volumine definitionis tuæ ſcriptum eſt de me. *Theodoretus, (quod in quodam ſcholio tribuitur Chryſoſtomo,)* τὴν κεφαλίδα Aquila, & Symmachus dixerunt εἴλημα, inuolucrum. Hoc autem

autem modo consueuerunt Hebræi, & ad hunc vsque diem sacras scripturas concinnare, & munire. *De eius etiam re Nicephorus. In alio scholio,* ἐν τῷ εἰλήματι, *tribuitur Aquilæ, Symmacho autem, vt etiam ex Eusebio attulimus,* ἐν τῷ τεύχει, *atque additur alium dixisse,* ἐν τόμῳ, in tomo. ς Vt facerem.] *Siue, vt S. Ambrosius,* vt faciam, τοῦ ποιῆσαι. *Notat autem Nicephorus redundare articulum,* τοῦ, *vt sæpe aliàs: quare ita verti posset,* facere voluntatem tuam Deus meus volui. ϑ In medio cordis mei.] *Ita S. Augustinus, & S. Ambrosius, & vulgata: quibuscum facit Apollinarius, & psalterium* Arabicum: *& ita etiam legitur in quibusdam commentariis græcis. Sed in plerisque libris est,* τῆς κοιλίας, ventris: *quod est in psalterio Romano: & á patribus græcis multipliciter explanatur. Hanc lectionem inquit etiam* S. *Ambrosius alios habere: & S. Hieronymus fatetur propter euphoniam, illud,* ventris, *apud latinos in,* cordis, *translatum esse. Eusebius,* aut iuxta Symmachum, προεθυμήθην τὸν νόμον σου ἐνδοθεν ἐγκάτων μου, prælegi, (*vel.* studiose suscepi) legem tuam intra viscera mea. ι Bene nunciaui.] *Sic S. Ambrosius, & S. Augustinus, quod græce est,* εὐηγγελισάμην, *& in vulgata,* annunciaui, *quòd autem addunt,* iustitiam tuam, *illud,* tuam, *in paucis græcis codicibus est inuentum.* κ Domine tu cognouisti.] *Sententia quæ ex hac interpunctione, & lectione elicitur, est etiam in psalterio Æthiopico, & ab Apollinario tribus versibus exprimitur, qui hoc sonant,* ipse meam in præcordijs iustitiam cognouisti: Nam veritatem tuam obscuro cordi commisi occultans, palam vero pronunciaui lumen tuum salutare. *In aliis autem libris græcis, & legitur, & interpungitur hoc modo,* κύριε σὺ ἔγνως, τὴν δικαιοσύνην σου οὐκ ἔκρυψα. *In psalterio* Arabico *vtrumque coniungitur,* Domine tu cognouisti iustitiam meam, non abscondi iustitiam tuam in corde meo. S. *Augustinus,* Domine tu cognouisti, iustitiam tuam non abscondi in corde meo. Veritatem tuam, & salutare tuum dixi, *& item vulgata, nisi quod pro,* cognouisti, *habet,* scisti. *Sanctus Ambrosius,* tu cognouisti. Iustitiam meam non abscondi in corde meo, veritatem tuam, & salutare tuum dixi. λ Misericordiam tuam.] *Symmachus,* τὴν χάριν σου, gratiam tuam. μ Congregatione.] *Sic Sanctus Augustinus,* ἀπὸ συναγωγῆς, *vulgata,* à consilio multo, *Symmachus,* ἐν πλήθει, in multitudine. Aquila, *& Theodotio,* ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ, in ecclesia magna. ν Susceperunt me.] Symmachus, περιφρουρείτω με, circummuniat me. ξ Respice.] πρόσχες *Cum Sunia, & Fretela haberent græcum exemplar, in quo erat* σπεῦσον, festina, *testatur Sanctus Hieronymus apud lxx. scriptum esse,* πρόσχες. ο Mihi mala.] Aquila, κακίαν μου, malum meum. *Symmachus,* κάκωσίν μου, afflictionem meam. π Confundantur, & reuereantur.] καταισχυνθείησαν, καὶ ἐντραπείησαν. *Eusebius refert Symmachum, his verbis vsum esse,* ἐντρέπονται καὶ ἀσχημονοῦσιν, confunduntur, & dedecorantur. ρ Euge, euge.] *Eusebius:* Pro quo Symmachus interpretatus est, ἆ ἆ, ipsa, quæ sic habet, hebraica voce vsus. *& Sanctus Hieronymus satis prope ad hebræum,* vah, vah.

In finem psalmus ipsi Dauid. XL.

BEATVS qui intelligit super egenum, & [α] pauperem: in die [β] mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruet eum, & [γ] viuificet eum: & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in [δ] manus inimici eius. Dominus opem ferat illi super [ε] lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. [ζ] Ego dixi, Domine miserere mei: sana animam meam, [η] quia peccaui tibi. Inimici mei [θ] dixerunt mala mihi: quando morietur, & peribit nomen eius? Et si [ι] ingrediebatur, vt videret; vana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur in [κ] idipsum: aduersus me susurrabant omnes inimici mei; aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerunt aduersum me: nunquid [λ] qui dormit, non adijciet vt resurgat? Etenim [μ] homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit [ν] super me supplantationem. Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam illis. In hoc [ξ] cognoui, quoniã voluisti me: quoniã non [ο] gaudebit inimicus meus super me. Me autem propter [π] innocentiam suscepisti: & [ρ] confirmasti me in conspectu tuo in æternum. Benedictus Dominus Deus Israel à [ς] seculo, & in seculum: fiat, fiat.

α Et pauperem.] *Eusebius:* Illud autem, πένητα, neque in hebræo, neque apud cæteros interpretes extat. *Idem notat Theodor. atque addit, neque in Syro haberi, se tamen inuenisse in quibusdam exemplaribus.* β In die mala.] *Euseb.* aut iuxta Symm. ἐν ἡμέρᾳ κακώσεως, in die afflictionis. *Idem refertur à Didymo, & Theodor.* γ Et viuificet, καὶ ζήσαι αὐτόν. *Aquila,* καὶ ζωώσαι, *quod idem valet. Eusebius:* aut iuxta Sym. φυλάξει αὐτόν, καὶ περιποιήσει αὐτόν, καὶ μακαριεῖ.

A καὶ μακαριεῖ ἐστι, *quomodo fere S.Hieron.* custodiet eum, & viuificabit eum, & beatus erit in terra. S. *Ambrosius habet,* & viuificet eum, & beatum faciat eum, & emundet in terra vitam eius, *nec multo aliter psalterium Romanum.* δ In manus inimici eius.] *Ita S.Ambrosius, & S.Augustinus. In alijs libris græcis est,* εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτοῦ, in manus inimicorum eius. *Eusebius*: Pro quo Symmachus ait, καὶ ἐκ ἐκδώσει αὐτὸν εἰς ψυχὰς ἐχθρῶν αὐτοῦ, & non exponet eum in animas inimicorum eius. *S. Ambrosius*. Alij habent græci, & non tradat eum in animas inimicorum eius: *& ita vulg. nisi quòd habet,* animam. *Scholium vero*: Aquila, ἐν ψυχῇ ἐχθροῦ, in anima inimici. *Theodotio,* εἰς ψυχὴν, in animam. *Symmachus,* ψυχαῖς, animabus. ε Super lectum doloris eius.] *S. Ambrosius*: Symmachus lectum miseriæ dixit, Aquila grabatum miseriæ: expressius lxx. viri, lectum doloris putauerunt esse dicendum. ζ Ego dixi.] *Symmachus,* ἐμοῦ λέγοντος, me dicente. η Quia peccaui tibi.] *Theodoretus*: Animaduertendum est Symmachum non dixisse, ὅτι ἥμαρτόν σοι, sed καὶ εἰ ἥμαρτόν σοι, etiam si peccaui tibi: *quod etiam notauit Didymus.* θ Dixerunt mala mihi.] *Symmachus,* ἔλεγον κακὰ περὶ ἐμοῦ, dicebāt mala de me. ι Et si ingrediebatur.] καὶ εἰ εἰσεπορεύετο. *A multis libris græcis abest, illud,* εἰ, *neque agnoscitur à S. Ambrosio, neque à S. Augustino, qui habet,* & ingrediebantur, vt viderent. *S. tamen Hieronymus ad Suniam testatur hoc manifestissime, & in hebræo, & apud lxx. & omnes interpretes esse: & habetur in vulgata. Aquila,* ἐὰν ἔλθῃ τοῦ ἰδεῖν, εἰκῆ λαλήσει. *Symmachus,* καὶ εἰσερχόμενος ἐπισκοπῆσαι, μάταια λαλεῖ, *quæ ita fere reddidit*

B *S.Hieronymus,* & si veniret, vt visitet; vana loquetur. *Cæterum quod sequitur,* cor eius. *In multis codicibus græcis, & latinis coniungitur cum præcedentibus: in multis alijs cum subsequentibus: & ita testatur S. Ambrosius se inuenisse distinctum græcis in codicibus.* κ In idipsum.] *Idem de istis euenit. Nam apud multos coniunguntur cum proxime sequentibus,* in idipsum aduersum me &c. λ Nunquid qui dormit.] *Aquila,* ὁ κοιμηθεὶς, ἐ προσθήσει τοῦ ἀναστῆναι, qui dormierit; non addet, vt resurgat? *quomodo fere S. Hieronymus. Symmac.* καὶ πεσὼν, ἐκ ἐπαναστήσεται, & cum ceciderit, non resurget. μ Etenim homo pacis meæ.] *Eusebius*, at iuxta Symmachum, ἀλλὰ, καὶ ἄνθρωπος ὁ εἰρηνεύων μοι, ᾧ ἐπεποίθειν συνεσθίων μοι ἄρτον ἐμὸν, κατεμεγαλύνθη μου, ἀκολουθῶν, sed etiam homo, qui mecum pacifice agebat, cui fidebam, comedens mecum panem meum, magnificatus est contra me, insequens: aut iuxta Aquilam, κατεμεγαλύνθη μου πτέρνα, al. πτέρναν, magnificatus est contra me calcaneo. *Theodoretus autem hæc refert ex Aquila, & Theodotione,* καὶ γε ἀνὴρ εἰρήνης μου, ᾧ ἐπεποίθησα, & quidem vir pacis meæ, in quo confisus sum. ν Magnificauit super me supplantationem.] *S. Ambrosius,* ampliauit: *sed notat græ-*

C *cum* ἐμεγάλυνεν, *valere,* magnificauit. *S. Augustinus,* ampliauit super me calcaneum. *Admonet autem Eusebius, Aquilam, cum pro* πτερνισμὸν, *quod est apud lxx. dixit* πτέρναν, *hebraicam lectionem esse sequutum: quare & Ioannem Euangelistam, vt hebræum ex hebræis, ca. 13. inducere Saluatorem dicentem* πτέρναν, calcaneum. ξ Cognoui.] ἔγνων. *Symmachus,* γνώσομαι, cognoscam. ο Quoniam non gaudebit.] ὅτι ἐ μὴ ἐπιχαρῇ. *Symmachus,* ἐὰν μὴ, si non gauisus fuerit. π Innocentiam.] ἀκακίαν. *Eusebius*, aut iuxta Aquilam, & Symmachū, διὰ τὴν ἁπλότητα, propter simplicitatem. ρ Confirmasti.] ἐβεβαίωσας. *Symmachus,* στήσεις με, statues me, *& ita S.Hieronymus.* σ A seculo, & in seculum, fiat, fiat.] *S. Ambrosius,* in æternum, à seculo, in seculum: fiat, fiat. *S. Augustinus,* à seculo, & in seculum, & dicet omnis populus, fiat, fiat. *Notat autem Eusebius, pro,* γένοιτο, γένοιτο, *Aquilam quidem dixisse,* πεπιστωμένως, πεπιστωμένως, fideliter, fideliter: *Symmachum vero,* ἀμὴν, ἀμὴν, *qua dictione sæpe etiam vsus fuerit Dominus. Eam nunc attulit etiam S. Hieronymus. Chrysostomus (aut, vt alij, Athanasius)* Scire licet eos, qui hanc psalmorum prophetiam in quinque libros diuidunt, primum protendere vsque ad hunc psalmum: quòd in extremo tamquam benedictionem in Deum continet. Quare hoc etiam modo distinguunt, & sequentes quatuor: *sed de hac re multa S. Ambrosius, Eusebius, & alij.*

D

In finem α in intellectum filijs Chore. XLI.

QVEMADMODVM β desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad γ Deum viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi lachrymæ meæ δ panis die, ac nocte: dum dicitur mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus? Hæc ε recordatus sum, & effudi super me animam meam. Quoniam transibo in ζ locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei: In voce exultationis, & confessionis soni η festum celebrantium. Quare θ tristis es anima

E mea? & quare conturbas me? Spera in Deo: ι quoniam confitebor illi, salutare vultus mei, Deus meus. Ad me ipsum κ anima mea turbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonijm à monte paruo. λ Abyssus abyssum inuocat in voce chataractarum tuarum. μ Omnes suspensiones tuæ, & fluctus tui super me transierunt. In die mandabit Dominus misericordiam suam, & ν nocte declarabit. Apud me oratio Deo vitæ meæ: Dicam Deo ξ susceptor meus es: quare oblitus es mei? Quare contristatus incedo, dum affligit ο inimicus meus, dum confringit ossa mea? Exprobrauerunt mihi, qui π tribulant me,

dum dicunt mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus? Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo; quoniam confitebor illi ρ salus vultus mei, & σ Deus meus.

α In intellectum.] εἰς σύνεσιν. Ita etiam Eusebius. In alijs libris est συνέσεως, & ita S. Augustinus, & vulgata, intellectus. Addit etiam Eusebius, pro τοῖς υἱοῖς κορὲ, Aquilam, & Symmachum concorditer dixisse τῶν υἱῶν κορὲ, filiorum Core. β Desiderat ceruus.] Notat Eusebius Symmachum vsum esse verbo ἱμείρεσθαι, quod item significat desiderare, & cupidum esse: sed in scholio ita scribitur. Symmachus, ὡς σπεύδει ἔλαφος, sicut festinat ceruus, sexta editio, ὃν τρόπον πεδίον προσδοκᾷ ὑετὸν, quemadmodum campus sitiet imbrem. Ita enim S. Hieron. Ioel 1. Aquila, ὡς αὐλὼν πεπρασιασμένη, quemadmodum conuallis sitiet imbrem. γ Ad Deum viuum.] Ita S. August. S. Ambrosius de Isaac, cap. 1. & S. Hilarius in ps. 62. Psalterium Romanum, Æthiopicum, Arabicum, & metaphrasis Apollinaris. In multis autem græcis codicibus est τὸν θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα, Deum fortem, viuum: vnde potest in vulgatam irrepsisse illud, fontem: nam in aliquot vetustis codicibus est, fortem. Credibile autẽ est illud ἰσχυρὸν, esse Aquilæ. Nam in hebræo est vox illa, quam, vt alibi diximus, obseruauit S. Hieronymus ab Aquila verti, fortem, à lxx. Deum. δ Panis, die, ac nocte.] S. Augustinus, & vulgata, panes. Symmachus, ὡς ἄρτος σιτήσεώς μου, tamquam panis demensi mei. ε Recordatus.] S. Augustinus, meditatus. Symmachus, ἀναπολῶν, animaduertens. ζ Transibo in locum.] S. Augustinus, ingrediar. Eusebius: Symmachus, ὅτι εἰσελεύσομαι εἰς τὴν σκηνὴν, διαβασταχθήσομαι ἕως τοῦ οἴκου μετὰ φωνῆς εὐφημίας, καὶ ἐξομολογήσεως πλήθους πανηγυριζόντων, quoniam introibo in tabernaculum, peruehar vsque ad domum (catena Barbari addit, Dei) cum voce laudationis, & confessionis, multitudinis celebrantium solemnitatem. Refert etiam nonnulla ex Aquila, sed plenius Theodoretus, εἰσελεύσομαι ἐν συσκίῳ προβιβάζων αὐτοὺς ἕως οἴκου τοῦ θεοῦ, ἐν φωνῇ αἰνέσεως καὶ εὐχαριστίας ὄχλου ἑορτάζοντος, ingrediar in vmbrosum adducens eos vsque ad domum Dei in voce laudationis, & gratiarum actionis turbæ festiuitatem celebrantis. η Festa celebrantium.] Ita S. Hieronymus epist. 140. & psalterium Arabicum, & Æthiopicum. Alij libri græci habent, ἑορτάζοντος, & ita S. Augustinus, festiuitatem celebrantis, vulgata autem, sonus epulantis. θ Quare tristis es.] Eusebius, aut iuxta Symmachum, τί κατακάμπτῃ ἡ ψυχή μου, καὶ τί θορυβῇ κατ᾽ ἐμοῦ; ἀνάμεινον τὸν θεὸν, ὅτι διηνεκῶς ἐξομολογήσομαι αὐτῷ τὰς σωτηρίας τοῦ προσώπου αὐτοῦ, Quare incuruaris anima mea, & quare conturbaris super me? expecta Deum; quia assidue confitebor ei salutes faciei eius: aut secundum Aquilam, ταῖς σωτηρίαις τοῦ προσώπου αὐτοῦ, salutaribus vultus eius, quod habet S. Hieronymus. In scholio tamen ex Aquila refertur, τί κατακύπτεις, quid inclinas te? ex Symmacho, τί κατατήκῃ, quid tabescis? ι Quoniam confitebor.] In vulgata est, quoniam adhuc confitebor; quod S. Hieronymus fatetur sub asterisco additum esse. κ Ad meipsum anima mea.] Eusebius, & Theodoretus: Ita autem, & Symmachus est interpretatus, ἡ ψυχή μου κατατήκεται, ὅτ᾽ ἂν ἀναμιμνήσκωμαί σου ἀπὸ γῆς ἰορδάνου, καὶ ἀπὸ ἑρμωνιεὶμ ὄρους μικροτάτου, anima mea liquefit, quotiescunque recordor tui à terra Iordanis, & ab Hermonijm monte minimo. λ Abyssus.] Eusebius, & Theodoretus: Et hæc Symmachus ita est interpretatus, ἄβυσσος ἀβύσσῳ ἀπαντᾷ (al. ἀπαντᾶ) ἀπὸ ἤχου τῶν κρουνῶν σου, abyssus, abysso occurrit à sono aquæductuum tuorum. μ Suspensiones tuæ.] Sic S. Augustinus, & in explanatione, suspensuræ, quod græce est, οἱ μετεωρισμοί σου. Vulgata, omnia excelsa tua. Aquila, οἱ συντριμμοί σου, illisiones tuæ. Eusebius, & Theodoretus, Symmachus, αἱ καταιγίδες σου, καὶ τὰ κύματά σου ἐπάνω μου παρῆλθον, quod ita videtur vertisse S. Hieronymus, gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt. ν Et nocte declarabit.] δηλώσει, quod etiam est in nonnullis commentarijs græcis. In psalterio veteri, & Romano, & apud S. Augustinum, declarauit, & conuenit Apollinarij metaphrasis, & psalterium Æthiopicum. Cæteri libri græci habent, νυκτὸς ᾠδὴ αὐτοῦ, vulgata, nocte canticum eius. Eusebius habet, καὶ νυκτὸς ᾠδὴ αὐτοῦ παρ᾽ ἐμοὶ, & nocte canticum eius apud me: & addit, iuxta Aquilam vero, καὶ ἐν νυκτὶ ᾆσμα αὐτοῦ μετ᾽ ἐμοῦ, & in nocte canticum eius mecum. In scholio autem refertur ex Symmacho, καὶ κατὰ νύκτα ᾠδὴ παρ᾽ αὐτοῦ, & per noctem canticum ab eo. ξ Susceptor meus.] Eusebius: Aquila, & Symmachus, πέτρα μου, petra mea. ο Dum affligit inimicus meus.] S. Augustinus, affligit me inimicus, vulgata, dum affligit me inimicus, dum confringuntur ossa mea: quem etiam sensum verba græca ferunt. Aquila, ἐν τῷ φονεύειν με ἐν ὀστέοις μου, quod S. Hieronymus, dum me interficerent in ossibus meis. Eusebius: Epilogum facit, iuxta Symmachum, ἵνα τί σκυθρωπὸς περιπατῶ θλίβοντος ἐχθροῦ, καὶ ὡς σφαγὴν διὰ τῶν ὀστῶν μου ὠνείδιζόν οἱ ἐναντίοι μου, ἢ, ἐν τῷ θλᾶσθαι τὰ ὀστᾶ μου, ὠνείδιζόν με οἱ θλίβοντές με. Quare tristis ambulo, affligente inimico, & quasi occisionem per ossa mea, exprobrabant aduersarij mei. Aut (videtur hoc addi ex alia editione) dum confringuntur ossa mea, exprobrabant me, tribulantes me. π Qui tribulant me.] Sic apud S. Augustinum, & in psalterio Romano, & hanc tamquam lxx. lectionem agnoscit S. Hieronymus ad Suniam. In cæteris libris græcis est, οἱ ἐχθροί μου, & vulgata vtrumque coniunxit, qui tribulant me, inimici mei. ρ Salus vultus mei.] Ita S. Augustinus, ἡ σωτηρία, cæteri libri græci, σωτήριον, & vulgata, salutare. σ Et Deus.] Coniunctio, καὶ in loco superiori vbi hoc idem positum est, in multis libris græcis est, in multis non est, itemque in latinis: in hoc autem est fere in omnibus, sed notat S. Hieronymus, sub asterico additam esse.

α Psalmus ipsi β Dauid. XLII.

IVDICA γ me Deus, & discerne causam meam: de gente non sancta, ab δ homine iniquo, & doloso erue me. Quia tu es Deus fortitudo mea; quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit ε inimicus meus? Emitte lucem

A lucem tuam,& veritatem tuam: ζ ipsa me deduxerunt,& adduxerunt in montem sanctum tuum,& in tabernacula tua. Et η introibo ad altare Dei,ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam. Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus. Quare θ tristis es anima mea,&quare conturbas me? Spera in Deo; quoniam confitebor illi: salutare vultus mei, ι Deus meus.

α Psalmus.] *Notat Eusebius, quemadmodum & multi, psalmum hunc sine inscriptione esse apud hebræos, & cæteros interpretes, viderique partem esse præcedentis psalmi.* β Ipsi Dauid.] *Schol.* Δαυὶδ, *exponitur* ἐξουθενημένος, καὶ ἠλεημένος, contemptus,& misericordiam consequutus. γ Iudica me.] κρῖνόν με. *In multis codicibus græcis, & apud Theodoretum, & Nicephorum est* κρῖνόν μοι, iudica mihi: *eamque lectionem videtur etiam Eusebius probare. Ex Symmacho autem hæc refert,* κρῖνόν μοι, καὶ ὑπερδίκησον τῆς δίκης μου, iudica mihi,& defende in iudi-B cio causam meam. δ Ab homine iniquo.] *Aquila,* ἀπὸ ἀνδρὸς ἐπιθέσεως, καὶ ἀνομίας, à viro doli,& iniquitatis. ε Dum affligit inimicus meus.] A *multis græcis codicibus, & Eusebio, & Theodotio abest illud,* μου, *S. Aug & vulgata habent,* me. ζ Ipsa me deduxerunt.] *Theodoretus (quod in commentarijs græcis etiam Origeni, & Chrysostomo tribuitur.)* Hoc loco tempus mutarunt lxx.& quæ futura sunt, dixerunt tamquam facta. Cæteri autem clariorem attulerunt interpretationem, ἀπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου, ἅπερ ὁδηγήσει με, καὶ ἄξει με εἰς τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν σου, καὶ εἰς τὰς σκηνώσεις σου, *quæ ita fere vertit S. Hier.* mitte lucem tuam, & veritatem tuam, ipsa ducent me,& introducent me ad montem sanctũ tuũ & in tabernaculũ tuũ. η Et introibo.] *Theodor.* Hoc Sym. ita est interpretatus, ἵνα τι ἔλθω πρὸς τὸ θυσιαστήριον τοῦ θεοῦ, πρὸς τὸν θεὸν τὴν εὐφροσύνην τῆς εὐθυμίας μου, καὶ ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ψαλτηρίῳ ὁ θεός, ὁ θεός μου, vt veniam ad altare Dei,ad Deum lætitiam iucunditatis meæ. Et confitebor tibi in psalterio Deus, Deus meus. θ Tristis es.] *Quinta editio,* ταπεινοῦσαι, humiliaris, & deprimeris. *Eusebius:* Symmachus autem, τί κατωῤῥέεις (*al.* κατωῤῥεῖς) ψυχή μου, καὶ τί θορυβεῖς ἐπ' ἐμοῖς; ἀνάμεινον τὸν θεόν. εἰς ἀεὶ γὰρ ἐξομολογήσομαι αὐτῷ τῇ σωτηρίᾳ τοῦ προσώπου μου, καὶ θεῷ μου. quare defluis anima mea, & quid turbas super me? Expecta Deum: nam in æternum confitebor illi, saluti vultus mei, & Deo meo,
C ι Deus meus.] *Etiam hoc loco in multis libris græcis, & latinis est,* & Deus meus.

In finem filijs Core ad α intellectum Psalmus XLIII.

DEVS β in auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis: opus, quod operatus es in diebus eorum, γ in diebus antiquis. Manus tua gentes disperdidit,& plantasti eos: afflixisti populos,& δ expulisti eos. Non enim in gladio suo possederunt terram; & brachium eorum non saluauit eos: sed dextera tua,& brachium tuum,& ε illuminatio vultus tui, quo-
D niam complacuisti in eis. Tu es ipse ζ rex meus,& Deus meus, qui mandas salutes Iacob. In te η inimicos nostros ventilabimus cornu: & in nomine tuo θ spernemus insurgentes in nos. Non enim in arcu meo sperabo; & gladius meus non saluabit me. Saluasti enim nos de affligentibus nos; & eos, qui oderunt nos confudisti. In Deo ι laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in seculũ. DIAPSALMA. Nunc κ autem repulisti,& confudisti nos:& non λ egredieris in virtutibus nostris. Auertisti μ nos retrorsum præ inimicis nostris:& qui oderunt nos, diripiebant sibi. Dedisti nos tãquam oues escarum; & in gentibus dispersisti nos. Vendidisti populum tuum sine pretio;& non fuit multitudo in ν iubilationibus eorum. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris:
E subsannationem, ξ & derisum his, qui sunt in circuitu nostro. Posuisti nos in similitudinem gentibus, ο commotionem capitis in populis. Tota die π verecundia mea contra me est; & confusio faciei meæ operuit me. A voce exprobrantis,& ρ obloquentis, à facie inimici,& persequentis. Hæc omnia venerũt super nos: nec obliti sumus te,& inique σ non egimus in testamento tuo. Et non τ recessit retro cor nostrum;& υ declinasti semitas nostras à via tua. Quoniam φ humiliasti nos in loco afflictionis:& cooperuit nos vmbra mortis. Si obliti sumus nomen Dei nostri;& si expandimus manus nostras ad Deum alienum; nonne Deus

ne Deus χ requiret ista? ipse enim nouit occulta cordis. Quoniam propter te mortificamur tota die; æstimati sumus, sicut oues occisionis. ψ Exurge, quare ω obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem. Quare faciem tuã αα auertis? obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ? Quoniam ββ humiliata est in puluere anima nostra: conglutinatus est in terra venter noster. Exurge γγ Domine, adiuua nos: & redime nos propter nomen tuum.

A

α Ad intellectum psalmus.] *S. Ambrosius, & S. Augustinus habẽt,* intellectus. *Addit autem S. Ambrosius. Aquilam posuisse,* psalmum disciplinæ. *Eusebius notat, neque propositos sermones præscribi, psalmum, aut odam, aut hymnum, aut quippiam eiusmodi.* β In auribus nostris.] *Notat S. Ambrosius lxx. & Theodotionem dixiße,* in auribus. *Symmachum vero,* auribus: *quomodo fere habent editiones latinæ.* γ In diebus antiquis.] *Chrysostomus:* Alius, ἐν ἡμέραις ταῖς πρὶν, in diebus pristinis: Alius, τὰς ἀρχῆθεν, qui ab antiquo. δ Et expulisti eos.] ἐξέβαλες αὐτοὺς. *Aquila,* καὶ ἐξαπέστειλας αὐτοὺς, & emisisti eos, *quod habet S. Hieronymus. Symmachus,* καὶ ἐξήλασας αὐτοὺς, *quod item valet,* expulisti, & eiecisti. ε Illuminatio.] *Chrysostomus.* Alius, τὸ φῶς, ὅτι ηὐδόκησας ἐν αὐτοῖς, lux, quoniam complacuisti in eis: *aut, quemadmodum est apud S. Ambrosium,* complacuit tibi in illis. ζ Tu es ipse.] *Eusebius:* Pro quo Symmachus, σὺ εἶ ὁ βασιλεύς μου ὁ θεὸς, ἔντειλαι περὶ τῆς σωτηρίας ἰακώβ, tu es rex meus, Deus: manda de salute Iacob. η Inimicos nostros ventilabimus.] *Chrysostomus:* Alius τοὺς θλίβοντας ἡμᾶς, eos, qui tribulant nos. *Quod autem in vulgata est,* ventilabimus cornu. *græce est,* κερατιοῦμεν, *quasi cornupetemus & in codicibus Sancti Augustini, & S. Ambrosii non est vox,* cornu: *sed S. Ambrosius in explanatione manifesto eam agnoscit.* θ Spernemus.] ἐξουδενώσομεν. *Aquila, & Symmachus,* συμπατήσομεν, conculcabimus, *vt est apud S. Hieronymum.* ι Laudabimur.] *Ita dicitur modo verbi deponentis; quod græce est,* ἐπαινεθησόμεθα. *Eusebius,* aut iuxta Aquilam, ἐν τῷ θεῷ καυχησόμεθα, vel iuxta Symmachum τὸν θεὸν ὑμνοῦμεν ὅλην τὴν ἡμέραν, al. κατὰ πᾶσαν ἡμέραν. *S. Ambros.* Aquila tamen posuit, in Domino gloriabimur tota die. Symmachus ait, Deo hymnum dicemus per omnem diem. κ Nunc autem repulisti.] νυνὶ δὲ ἀπώσω. *Chrys.* Alius, καί περ ἀπώσω, atque etiam repulisti: Alius, καί γε ἀπώσω, (*quod idem valet:*) *Alius,* ἀλλὰ πρὸς τούτοις ἀπέβαλες, sed præterea abiecisti. λ Non egredieris in virtutibus.] *S. Ambr.* quia non progredieris Deus in virtutibus, *& vocem,* Deus, *habent etiam S. Aug. & vulg. sed admonet S. Hier. superuacuam esse. Sym.* καὶ οὐ προέρχῃ ἐν τοῖς στρατεύμασιν ἡμῶν, & non progredieris in exercitibus nostris. μ Auertisti nos.] *Euseb.* aut iuxta Sym. ἔταξας ἡμᾶς ἐσχάτους παντὸς ἐναντίου, καὶ οἱ μισοῦντες ἡμᾶς διαρπάζουσιν ἑαυτοῖς, ἔδωκας ἡμᾶς, ὡς βοσκήματα βρώσεως, καὶ εἰς τὰ ἔθνη ἐλίκμησας ἡμᾶς. ἀπέδου τὸν λαόν σου ἐχ ὑπάρξεως, καὶ ἐ πολλὴν ἐποίησας τὴν τιμὴν αὐτῶν, περιγελασμὸν μετὰ χλευασμοῦ τοῖς κύκλῳ ἡμῶν ἐποίησας ἡμᾶς παραβολὴν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, κίνησιν κεφαλῆς ἐν ταῖς φυλαῖς. δι' ὅλης ἡμέρας ἡ ἀσχημοσύνη μου ἀντικρύ μου, καὶ ὁ καταισχυμμὸς τοῦ προσώπου μου καλύπτει με, ἀπὸ φωνῆς ὀνειδίζοντος, καὶ βλασφημοῦντος, ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ, καὶ τιμωροῦντος ἑαυτὸν, Ordinasti nos nouissimos ab omni aduersario (*ita enim S. Ambr.*) & qui odio habent nos, diripiũt sibi. Dedisti nos tãquã pecora escæ (pascua edentiũ, *S. Ambr.*) & in gẽtibus vẽtilasti nos, vẽdidisti (*tradidisti. S. Ambr.*) populũ tuũ sine substãtia; nec multũ fecisti pretiũ eorũ: illusionẽ (*in catena Barbari additur,* posuisti nos) cum derisu ijs, qui sunt in circuitu nostro. fecisti nos parabolã in gentibus, commotionẽ capitis in tribubus. Per totã diẽ confusio mea contra me, & ignominia faciei meæ cooperit me. A voce exprobrãtis, & blasphemantis, à facie inimici, & vindictam sibi facientis. *Quorum multa sunt in tralatione S. Hier. S. Ambr. autẽ multa etiam affert ex Aqu. & Theodotione, quæ apud ipsum operæ pretium fuerit legere.* ν In iubilationibus.] *Ita S. Augustinus, & psalterium vetus, quod græce est,* ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν, *quomodo plerique libri habent, & cum hac eadem lectione facit psalterium Æthiopicum. Aliquot vero codd. habent,* ἀλλάγμασι, *cui lectioni concordat psalterium Arabicum, & Apollinarius & S. Ambrosius, & vulgata,* commutationibus eorum. *In commentarijs græcis leguntur hæc.* Hesichius, ἀλαλαγμὸς, est oda pro victoria parta, itemque ἀλάλαγμα. *Cyrillus.* Quidam scribunt, οὐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν ἡμῶν. ἀλαλαγμὸς, igitur est vox victorum pro victoria parta. *Diodorus:* Vendidisti nos, inquit, gentibus pro nihilo: hoc enim significat, οὐδὲ τιμῆς, tamquam inutiles seruos, & nullius precij. Atque idem explanans infert, καὶ οὐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλλάγμασιν, idest venditionibus, ἄλλαγμα enim vocat ipsam vẽditionem, ac si diceret nullius precij fecisti commutationem nostram. *Et paulo post,* idest in emptione nostra: ipsum enim precium est ἄλλαγμα. *Sed rursus aliquãto post, quasi ad alterius lectionis explicationem, inquit:* et non est qui clamet ad te cum clamore valido, & deprecatione, & lachrymis vehementibus. *Et in alio commentariorum græcorum libro.* Quòd si scribitur, ἐν ἀλαλάγμασιν, hoc significat, eo calamitatis venimus, vt capti imperiose, & à paucis hostibus subiugati simus. Pauci enim nobis ἐπηλάλαξον, ac voce victorum insultarunt. est enim ὁ ἀλαλαγμὸς, vox pro victoria parta. *Theodotio,* καὶ οὐκ ἦν πλεόνασμα ἐν τῷ ἀλλάγματι ἡμῶν, & non fuit abundantia in commutatione nostra. ξ Et derisum.] καταγέλωτα. *Quinta editio, & Theodotio* χλευασμόν, *sexta editio, vt septuaginta,* καταγέλωτα. *Chrysostomus:* Alius, τιμὴν τοῖς κύκλῳ ἡμῶν, *S. Ambr.* Vnde pulchre posuit Aquila, spretionem, & pompam posuisti nos, ijs qui in circuitu nostro sunt. * Gentibus.] *Fatetur S. Hieronymus ad Suniam verbum è verbo dicendum fuisse,* in gentibus: *sed potuisse sine damno sensus interpretationis elegantiam conseruari.* ο Commotionem capitis.] *Chrysostomus:* Alius, μετακίνημα, transmutationem: hebræus autem, μάνωδ, manoud. *S. Ambrosius videtur referre ex Aquila,* ἀλάλαγμα, *& addit,* hoc est transmutationem, quæ de loco ad locum, de Iudæa ad populos nationum: *sed etiam apud ipsum videtur legendum* ἄλλαγμα, *aut putauit idem valere* ἀλάλαγμα. π Verecundia.] ἐντροπή. *Chrysost.* Alius, ἀσχημοσύνη μου, dedecus meum. *S. Ambrosius declarat, quid sit,* ἐντροπή, *& subdit Symmac. dixisse,* tota die confusio mea contra me est. ρ Obloquentis.] παραλαλοῦντος, *sed in plerisque libris est* καταλαλοῦντος, derrahentis.

B

C

D

E

A detrahentis. σ Et inique non egimus.] *Eusebius*, aut iuxta Symmachum, οὐδὲ παρελογισάμεθα τὴν συνθήκην σου, nec dolose tractauimus testamentum tuum. τ Non recessit.] οὐκ ἀπέστη. *Chrys.* alius, οὐκ ἀπεχώρησεν, alius, καὶ οὐκ ἀπεστράφη, *quæ idem fere valent.* υ Et declinasti.] *Eusebius*, *& Theodoretus*. Hoc Symmachus ita est interpretatus, οὐδὲ μετετέθη (*al.* μετεκλίθη) τὰ κατορθοῦντα ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου, neque transposita sunt (*al.* inclinata) quæ dirigebant nos, à via tua. *Chrys. refert ex alio*, καὶ ἔκλινε βήματα ἡμῶν, & declinauerunt gressus nostri. φ Humiliasti nos in loco afflictionis.] *S. Ambrosius videtur legisse*, in loco afflictationis. *S. Augustinus autem*, de loco infirmitatis. *Eusebius*, aut iuxta Aquilam, συνέθλασας ἡμᾶς ἐν τόπῳ ἀοικήτῳ, καὶ ἐπεπώμασας ὑμῖν σκιὰν θανάτου, confregisti nos in loco deserto, & aperuisti super nos vmbram mortis. *Chrysost.* Alius, ἐν τόπῳ σειρήνων. S. *Ambr. hæc ex Aquila refert*, quoniam humiliasti nos in loco sirenũ. *Item in scholio illud*, καὶ ἐπεπώμασας ἡμῖν, *tribuitur quintæ editioni: Aquilæ autem hoc*, καὶ ἐκάλυψας ἡμᾶς ἐν σκιᾷ θανάτου, & operuisti nos in vmbra mortis. χ Requiret.] ἐκζητήσει. *Aquila*, ἐξιχνιάσει, *Symmachus*, ἐξερευνήσει. *S. Ambr.* Aquila, inuestigabit ista, dixit: Symmachus, inueniet ista. *Addit etiam Aquilam dixisse*, visiones cordis, *& paulo post*, in te morte afficimur. ψ Exurge.] *Chrys.* Alius, ἐξυπνίσθητι, alius, ἐξύπνισον expergiscere, euigila è somno. ω Quare obdormis.] *Eusebius: Symmachus*, ἵνα τί ὡς ὑπνῶν εἶ δέσποτα; ἐξύπνισον, ὁ μὴ ἀποβάλῃ εἰς τέλος, Quare, sicut obdormiens es Domine? euigila, & ne abjcias in finem. αα Auertis.] *Eusebius*: Symmachus, ἵνα τί τὸ πρόσωπόν σου κρύπτεις; ἐπιλανθάνῃ τῆς κακώσεως ἡμῶν, καὶ θλίψεως; quare faciem tuam abscondis? obliuisceris afflictionis nostræ, & tribulationis nostræ. S. *Ambrosius autem refert Symmachũ pro tribulatione, posuisse afflictationem. Et in scholio refertur ex Symmacho*, κακουχίας, *& ex alio* τῆς κακίας ἡμῶν. ββ Humiliata est.] ἐταπεινώθη. *Aquila*, κατέκυψεν, procubuit, *Symm.* κατεκάμφθη, incuruata est. γγ Exurge Domine.] *Notat S. Hieronymus more solito in græco additum esse*, Domine. *Chrysost.* Alius, στῆθι ἀντιλαμβανόμενος ἡμῶν, καὶ ῥῦσαι ἡμᾶς διὰ τὸ ἔλεός σου, sta suscipiens nos, & erue nos propter misericordiam tuam. *In scholio illud*, διὰ τὸ ἔλεός σου, *tribuitur Aquilæ, & Symmacho.*

In * finem pro ijs, qui commutabantur, filijs Core ad intellectum, canticum pro ddilecto. XLIV.

C ERVCTAVIT β cor meum verbum bonum: dico ego γ opera mea regi. Lingua mea δ calamus scribæ velociter scribentis. ε Speciosus forma præ filijs hominum: ζ diffusa est gratia in labijs tuis: η propterea benedixit te Deus in æternum. Accingere θ gladio tuo super femur tuum potentissime. ι Specie tua, & pulchritudine tua: κ & intende, & λ prospere, procede, & μ regna. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & ν deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ ξ potentissime, populi sub te cadent, in ο corde inimicorum regis. π Sedes tua Deus in seculum seculi: virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti ρ iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo σ exultationis τ præ participibus tuis. Myrrha, & gutta, & casia, à υ vestimentis tuis: à domibus φ eburneis, ex quibus delectauernnt te filiæ regum in honore tuo. χ Astitit regina à dextris tuis, in vestitu ψ deaurato, ω circumamicta, variegata. Audi filia, & vide, & inclina autem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Quoniam αα concupiuit rex decorem tuum: quia ipse est ββ Dominus tuus. Et γγ adorabunt eũ filiæ δδ Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur diuites εε plebis terræ; omnis gloria ζζ eius filiæ regis Esebon, in fimbrijs ηη aureis, circumamicta. variegata. θθ Afferentur regi virgines post eam: ιι proximæ eius afferentur tibi. E Afferentur in lætitia, & exultatione: adducentur in templum regis. Pro κκ patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram. Memores λλ erunt nominis tui in omni generatione, & generatione: propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in seculum seculi.

α In finem.] *S. Hieron. inquit se reperisse in titulo*, In finem pro his qui commutabuntur, filiorum Core intelligentiæ canticũ pro dilecto. *S. Aug. habet*, filijs, *&* in intellectu. *Aquila*, τῷ νικοποιῷ ἐπὶ τοῖς κρίνοις τῶν υἱῶν κορὲ ἐπιστήμονος ᾆσμα προσφιλίας, vincenti pro lilijs filiorum Core, scientis canticum amoris. *Symm.* ἐπινίκιον ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν τῶν υἱῶν κορὲ συνέσεως, ᾆσμα εἰς τὸν ἀγαπητόν, triũphus, (*ita n. vertit S. Hier.*) pro floribus filiorũ Coræ intelligentiæ

ligentiæ canticum in dilectum. *In scholio autem refertur ex Chrysostomo pro*, ᾆσμα προσφιλίας, *alium dixisse* τοῖς ἠγαπημένοις, dilectis, *quod hebraice sit Idithot.* β Eructauit.] *Eusebius*: Pro ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου, Symmachus inquit, ἐκινήθη ἡ καρδία μου λόγῳ ἀγαθῷ, *quod interpretatur S. Hieronymus*, commotum est cor meum verbo bono. *Chrysostomus*: Alius, ἐξήρπυσεν, ex prompsit. γ Opera mea.] *Chrysostomus*: Alius, τὰ ποιήματά μου, opificia mea. *Eusebius*: aut iuxta Aquilam, & Symmachum, τὰ δικαιώματά μου ἐξαγγελῶ, iustificationes meas enunciabo. δ Calamus scribæ.] *Eusebius*, pro hoc Aquila quidem σχοῖνος γραμματέως ταχινοῦ, iuncus scribæ velocis. Symmachus autem inquit, ἡ γλῶσσά μου γραφεῖον γραφέως ταχινοῦ, lingua mea stylus scriptoris velocis. ε Speciosus forma.] ὡραῖος κάλλει, *quod posset etiam verti*, speciosus decore, & pulchritudine, *aut*, decorus specie, *vt S. Cypria. 2. lib. aduersus Iudæos, & de hac re hoc loco S. Basilius. Eusebius, & S. Basilius*: Aquila istud hoc modo est interpretatus, κάλλει ἐκαλλιώθης (*al.* ἐκαλλωπίσθης) ἀπὸ υἱῶν ἀνθρώπων (*al.* παρὰ τοὺς υἱοὺς) pulchritudine pulchruisti (*si ita fas est dicere*) à filijs hominum. Symmachus autem, κάλλει καλὸς εἶ παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, pulchritudine pulcher es præter filios hominum: quinta autem editio, κάλλει ὡραιώθης παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, pulchritudine floruisti præ filiis hominum. *Addit etiam Eusebius hæc apud lxx. coniungi cum præcedentibus, apud cæteros autem cum sequentibus.* ζ Diffusa est gratia.] Aut effusa, *vt S. Cyprianus, & S. Hierony. Chrysostomus*: Alius, ἀνεχύθη χάρις τοῖς χείλεσί σου, refusa est gratia labijs tuis. η Propterea.] διὰ τοῦτο *Chrysostomus*: Alius, ἐπὶ τούτῳ, *itemque paulo inferius: quod idem videtur valere. Notat autem S. Hieronymus ad Principiam in editione vulgata legi solitum pro*, benedixit, vnxit, *& deprauate.* θ Accingere gladio tuo.] *Aut*, gladium tuum, *quemadmodum habet S. August. Chrys.* Alius, ζῶσαι μάχαιράν σου ἐπὶ μηρὸν, cingere gladium tuum super femur: *Alius*, περίθου ὡς μάχαιράν σου ἐπὶ μηροῦ, circumpone quasi gladium tuum super femur. ι Speciei tuæ.] *S. Cypr. 2. lib. aduersus Iudæos*: Decori, & speciei tuæ. *Chrys.* Alius, τὸν ἔπαινόν σου, καὶ τὸ ἀξίωμά σου, laudem tuam, & dignitatem tuam: Alius, ἐπὶ δόξῃ σου, καὶ διαπρεπείᾳ σου, in gloria tua, & decore tuo. κ Et intende.] *Coniunctio*, &, *abest à vulgata: sed habent S. Cyprianus, S. Augustinus, S. Hieronymus ad Principiam, & est in omnibus collatis exemplaribus græcis. Chrysostomus*: per hoc demonstrauit arcũ, & sagittam. λ Et prospere procede.] καὶ κατευοδοῦ. *S. Cypr.* & dirige. *Chrysostomus*: Alius, πρόκοπτε, profice. μ Propter veritatem.] *Apud Sanctum Cyprianum hæc sine interpunctione leguntur*, & regna propter veritatem &c. ν Et deducet te.] *Chrysostomus*: Alius, καὶ φωτίσει σε ἐπὶ φοβερὰ ἡ δεξιά σου, & illuminabit te super terribilia dextera tua: Alius, ὑποδείξει σοι, ostendet tibi. ξ Potentissime.] δυνατέ. *Notat S. Hieronymus ad Sunïam hoc redundare, & additum esse de superiore tertio versiculo. Abest quidem ab Eusebio.* ο In corde.] *Sic S. Hieronymus in sua tralatione*, ἐν καρδίᾳ, *& posset etiam verti*, in cor. *Vulgata, & S. Augustinus*, in corda. *Chrysost.* Aquila, & Symmachus, κατὰ καρδίας οἱ ἐχθροὶ τοῦ βασιλέως, super corda (*aut*, contra cor) hostes regis. π Sedes tua.] *Eusebius*: aut iuxta Aquilam, ὁ θρόνος σου θεὲ, εἰς αἰῶνα, καὶ ἔτι, sedes tua Dee, in seculum, & vltra: *de qua re disputant Eusebius hoc loco, & S. Hieronymus ad Principiam. Chrysostomus*: Symmachus, ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς αἰώνιος, καὶ ἔτι, thronus tuus Deus, æternus, & vltra. ρ Iniquitatem.] *Testatur Eusebius Aquilam dixisse*, ἀσέβημα, impietatem. σ Oleo exultationis.] *Sic S. Augustinus, & S. Hier. quod græce est*, ἀγαλλιάσεως, *vulg.* lætitiæ. *Eusebius*: vel iuxta Aquilam, ἐλαίῳ χαρᾶς, oleo gaudij: vel iuxta Symmachũ, ἐλαίῳ ἀγλαϊσμοῦ: oleo nitoris, & splendoris. *Chrysostomus*: hebræus, sason, idest venustatis, gloriæ, ornamenti. τ Præ principibus.] *Theodoretus*, aut iuxta Symmachum, παρὰ τοὺς ἑταίρους σου, præ socijs, & sodalibus tuis. υ A vestimentis tuis.] *Chrysostomus*: Alius, εἰς τὸν ἱματισμόν σου, in vestimento tuo: Alius, πάντα τὰ ἱμάτιά σου, omnia vestimenta tua. φ A domibus eburneis.] *De hac voce*, βάρεων. *S. Hier. ad Principiam. Chrysostomus*: Alius, ἀπὸ ναῶν ἐλεφαντίνων, ὅθεν εὔφρανάν σε ἐν τῷ τιμᾷν σε, à templis eburneis, unde lætificarunt te, dum te honorant: Alius, ἐν τοῖς ἐνδόξοις σου, in ornamentis tuis. *Illud de templis Eburneis, Theodoretus tribuit Aquilæ, & Symmacho, sed Scholiastes hoc vtrique*, ἀπὸ ναῶν ὀδόντος, à templis dentis. *Eusebius autem soli Aquilæ. Domorum Eburnearum fit mentio 4. Reg. de Achab.* χ Astitit regina.] παρέστη. *Chrysostomus*: Alius, ἐστάθη, erecta stetit. *S. Hieronymus ad Principiam notat lxx. Theodotionem, & sextam editionem interpretatos esse*, reginam. *Aquilam autẽ* συγκοίτην, concubinam. *Symmachum & quintam*, παλλακὴν, pellicem. ψ In vestitu deaurato.] *Aquila*, ἐν βάμματι ὀφείρ, in tinctura Ophir. *Theodotio*, ἐν διαδήματι χρυσῷ ἐκ σουφείρ, in diademate aureo de Supphir. *Symmachus*, ἐν χρυσῷ πρωτείῳ, in auro primo: *quod etiam refert S. Hier. eodem loco.* ω Circumamicta.] *Græce est*, περιβεβλημένη, πεποικιλμένη, *aut* καὶ πεποικιλμένη, *vt sæpe apud Eusebium. Latini videntur legisse sine coniunctione, & in casu dandi. Ita enim verterunt*, circumamicta (*aut*, circundata) varietate) *idest, varia veste. Idem autem Eusebius notat ista neque in hebraica lectione, neque apud cæteros interpretes haberi: quare obelo notata esse. Admonuit etiam S. Hieron. ibidem ea nullum interpretum excepta editione vulgata transtulisse. Et apud S. Cyprianum lib. 2. aduersus Iudæos non referuntur: ita enim habet*: Assistit regina ad dexteram tuam, in veste inaurata. Audi filia &c. αα Quoniam concupiuit.] *Ita S. Augustinus, & psalterium Romanum: & S. Cyprianus ibidem.* quoniam desiderauit rex, *quod græce est*, ἐπεθύμησεν, *& conuenit psalterium Æthiopicum, & Arabicum, & metaphrasis Apollinarii. In alijs libris græcis est*, καὶ ἐπιθυμήσει, *& vulgata*, & concupiscet. *Chrys.* Alius, ἵνα ἐπιθυμήσῃ, vt concupiscat. ββ Dominus tuus.] *S. Augustinus, & S. Cyprianus, & vulgata habent*, Dominus Deus tuus. *S. Hieron. ad Principiam videtur legisse*, ipse est rex tuus, & Dominus tuus. γγ Et adorabunt eum filiæ.] *Ita S. Augustinus, & psalterium Romanum, nec multo aliter Apollinarius, & psalterium Æthiopicum*, adorabit eum filia Tyri. *Vulgata autem*, & adorabunt eum, & filiæ Tyri. *Theodoretum item ac Basilium videtur posse conijci ex explanatione habuisse*, προσκυνήσουσιν. *Et S. Hieron. ibidem testatur lxx. interpretes non dixisse*, & adorabis eum, *sed*, adorabunt eum. *In alijs tamen libris græcis est*, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ, καὶ θυγάτηρ τύρου ἐν δώροις, & adorabis eum, & filia Tyri cum muneribus. *Iustinus autem martyr, in dial. cum Triphone vtroque modo legit. Theodoretus*: Aquila quidem, & Theodotio interpretati sunt, καὶ προσκύνησον αὐτῷ, & adora eum. *Symmachus autem*, αὐτὸς γὰρ κύριός σου, καὶ προσκύνει αὐτῷ, ipse enim est Dominus tuus, & adora eum. δδ Filia Tyri.] *Symmachus*, ἡ θυγάτηρ κραταιὰ δῶρα οἴσει, filia fortis dona afferet. *Aquila, Theodotio, & sexta editio*, θυγάτηρ σόρ, filia Sor.

Sed Sanctus

A Sed S. Hier. ibidem testatur lxx. Aquilam, Theodotionem, & quintam editionem, interpretatos esse Tyrum, sextam posuisse verbum hebraicum, Sor, Symmachum, κράτιστον, idest, fortissimam. ιε Plebis terræ.] τοῦ λαοῦ τῆς γῆς. Ita quoque est in psalterio Arabico, & Æthiopico. Apollinarius, ἀφνειοὶ χθονὸς, locupletes terræ: cæteri autem libri græci, πλούσιοι τοῦ λαοῦ, diuites plebis: sicut habent editiones latinæ: ita, vt hæc, plebis, terræ, duplex interpretatio videri queat. ζζ Eius filia regis Esebon.] Illud, eius, quod græce est, αὐτῆς, habet etiam S. August. In alijs libris est τῆς, & in vulgata, gloria filiæ regis. Quod autem pertinet ad illud ἐσεβὼν, eandem lectionem habuit Didymus, & ita explicat, ἐσεβὼν exponitur λογισμὸς, cogitatio: rex enim cogitationum iustarum est ipse Dominus. Eodem modo hunc locum recitat Cyrillus lib. 2. de adoratione in spiritu, & veritate. Aethiopicum psalterium habet, hesbon: testatur etiam S. Hieronymus ad Principiam in quibusdam exemplaribus inueniri, ἐξ ἐννοιῶν, ex cogitationibus, quam Didymus dixit esse interpretationem dictionis hebraicæ, Esebon. Quamquam dictio illa significat etiam opus textile, & variegatũ: quod huic loco satis apte conueniret. In alijs vero libris est ἔσωθεν, quod etiã in lib. Vat. ex emendatione ascriptũ est, & à Didymo etiam ponitur, & à S. Hieronymo, tamquam lxx. agnoscitur: & ita omnes latinæ editiones habent, intrinsecus. ηη In fimbrijs aureis.] Chrysostomus: Alius, διὰ συσφιγκτήρων χρυσῶν ἠμφιεσμένη ποικίλα, per fascias aureas amicta, distincta varietate. Et in scholio legitur, ἔνδυσις αὐτῆς ἐν ποικιλτοῖς, indumentũ

B eius in variegatis. θθ Afferentur regi.] Aut vt vulgata, adducentur. Chrysostomus: Alius, ἀκολουθήσουσι, sequentur: alius, ἀνενεχθήσονται, quasi dicas, sursum adducentur. ιι Proximæ.] αἱ πλησίον αὐτῆς: quinta editio, αἱ φίλαι, amicæ: & ita S. Hieronymus. κκ Pro patribus.] Eusebius: Hanc sententiam clarius reddiderunt cæteri, Aquila quidem dicens, ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἔσονταί σοι υἱοὶ, pro patribus tuis erunt tibi filij. Symmachus autem, ἀντὶ πατέρων ἐγένοντο υἱοί σου, pro patribus facti fuerunt filij tui. λλ Memores erunt.] μνησθήσονται. Ita vulgata in plerisque libris, Romanum psalterium, Aethiopicum, & Arabicum, & S. Augustinus. In alijs libris græcis est μνησθήσομαι, & S. Hieronymus ad Principiam, memor ero: Didymus vtramque lectionem explanat. Theodoretus: Ita enim & tres ipsi reddiderunt, ἀναμνήσω τὸ ὄνομά σου καθ' ἑκάστην γενεάν, διὰ τοῦτο λαοὶ ὑμνήσουσί σε εἰς αἰῶνα διηνεκῶς. Hymnis efferam nomen tuum per singulam quamque generationem: propterea populi laudabũt (ita refert etiam S. Hieronymus ex Symmacho) te in seculum perpetuo. Schol. Alius, ἐπὶ τούτῳ λαοὶ ἐξομολογήσονταί σοι, super hoc populi confitebuntur tibi.

C

In finem pro α filijs Core, pro β arcanis psalmus. XLV.

DEVS noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ γ inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus, dum δ turbatur terra, & ε transferuntur montes in ζ corda marium. η Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius. θ DIAPSALMA. Fluminis impetus ι lætificant ciuitatem Dei: κ sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius λ non commouebitur: adiuuabit eam Deus μ vultu. ν Conturbatæ sunt gentes, ξ inclinata sunt regna: dedit vocem

D ο suam: mota est terra. Dominus virtutum nobiscum susceptor noster Deus π Iacob. DIAPSALMA. Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram, ς auferens bella vsque ad fines terræ. Arcum conteret, & ρ confringet arma: & τ scuta comburet in igne. υ Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus, exaltabor in terra. Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Iacob.

α Pro filijs.] Ita S. Aug. S. Ambrosius. In finem pro filijs Core, pro occultis psalmus ipsi Dauid. Eusebius notat pro, τῶν υἱῶν, aliam appositam esse ad marginem lectionem υἱοῖς, filijs: & ita vulgata. Notat etiam Sym-

E machum, & Aquilam dixisse υἱῶν, filiorum. β Pro arcanis.] Siue vt S. Ambrosius, & S. Augustinus, occultis. Aquila, νεανιοτήτων, quod S. Hieronymus, pro iuuentutibus. Symmachus, τῶν αἰωνίων, æternis. γ Quæ inuenerunt.] Schol. cæteri, ὤφθη δ' εὑρισκόμενος, inuentus est, dum inuenitur. δ Dum turbatur.] S. etiam Ambrosius habet, turbatur, & transferuntur, vt græcus: vulgata, & S. Augustinus, turbabitur, transferentur. ε Transferuntur.] Aquila, σφάλλεσθαι, dum labitur. Quinta editio, σαλεύεσθαι, commouetur. ζ Corda marium.] ἐν καρδίαις θαλασσῶν. Eusebius habet καρδίᾳ, editiones latinæ, in cor maris. η Sonuerunt.] Eusebius, Symmachus, ἠχούντων, καὶ θολουμένων τῶν ὑδάτων, καὶ σειομένων ὀρέων ἐν τῷ ἐνδοξασμῷ αὐτοῦ, sonantibus, & turbatis (aut, intumescentibus, vt S. Hieronymus) aquis, & agitatis montibus in glorificatione (S. Hieronymus, potentia) eius: Aq. quinta, & sexta editio ὑπερηφανίᾳ, elatione. θ Diapsalma.] Chrysostomus: Alius, ἀεὶ, semper: & ita S. Hieronymus sed de hoc alibi dictum est. ι Lætificant.] Hanc lectionem manifeste agnoscunt S. Ambrosius, & S. Augustinus, licet in ipsis libris, vt in vulgata, sit scriptum, lætificat. Græce enim est, τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι. Eusebius, & Theodoretus: Aquila vero, & Symmachus (Theodoretus addit etiam Theodotionem)

chum,

inquiunt, τοῦ ποταμοῦ αἱ διαιρέσεις εὐφραίνουσι, fluminis diuisiones lætificant. *In scholio, hoc tribuitur quintæ editioni. Chrysostomus*: Hebræus autem φαλαγᾶν, Phalagan. κ Sanctificauit.] *Eusebius*: at iuxta Symmachum, τὸ ἅγιον τῆς σκηνώσεως (*al.* κατασκηνώσεως) τοῦ ὑψίστου, sanctum habitaculi altissimi. λ Non commouebitur.] *In aliquot codicibus, & apud Theodoretum est*, καὶ οὐ σαλευθήσεται, & non commouebitur, *atque hæc verba nonnulli ex patribus referunt ad Deum ipsum, alij ad ciuitatem Dei.* μ Vultu.] S. *Ambr. & Cyrillus testantur ita inueniri in aliquot exemplaribus. S. Augustinus, & psalterium Romanum*, vultu suo. *In alijs libris græcis est*, τὸ πρὸς πρωὶ, πρωὶ, *eaque repetitione admonet Nicephorus summam indicari celeritatem. S. Ambrosius*, diluculo, *Vulgata*, mane diluculo. *Apollinarius videtur vtrumque coniunxisse, & in metaphrasi, vbi inquit*, ab aurora adiutorem habet oculum, omnia speculantem, *& in explanatione (si tamen est idem Apollinarius) quæ refertur in catena Barbari: in qua docet, & quid sit diluculum, & qui vultus Ecclesiæ. Chrys.* Alius, περὶ τὸν ὄρθρον, circa diluculum. Aquila, τοῦ νεῦσαι πρωΐαν, cum hora matutina respicit. ν Conturbatæ sunt.] *Schol.* Alius, συνήχθησαν ἔθνη, congregatæ sunt gentes: *& in alio libro.* Alius συνήχθη ἔθνη, *quod idem valet.* ξ Inclinata sunt.] *Aquila*, ἐσφάλησαν, prolapsa sunt. *Symmachus*, κατεστράφησαν, euersa sunt. ο Vocem suam.] *Ita in vulgata, & apud Apollinarium, & in psalterio Arabico. In cæteris libris græcis sequitur*, ὁ ὕψιστος, *& sic in psalterio Aethiopico; & in Romano, & apud S. Ambrosium, & S. Augustinum*, altissimus. π Iacob.] *Schol.* Iacob exponitur, κρατῶν ἔσχατα, obtinens extrema. ρ Et confringet.] *Chrysostomus*: alius, συνέκλασε, confregit. σ Auferens.] ἀντανειρῶν. *Notat Hesychius ita esse dictum, & non ἀναιρῶν, vt ostendatur oppositio contra improbitatem diaboli.* τ Et scuta.] *Chrysostomus*: alius, καὶ ἁμάξας ἐμπρήσει ἐν πυρί, & plaustra comburet igni: *quomodo habet S. Hieronymus.* υ Vacate.] *Schol.* alius, ἱλάσθητε, propitiamini: alius, ἐάσατε, ἵνα γνῶτε, remittite, vt cognoscatis. *Chrysostomus*: alius, ἰάσατε, curate, *aut* curamini.

In finem [a] pro filijs Core psalmus. XLVI.

OMNES gentes plaudite [b] manibus: iubilate [c] Deo in voce exultationis. Quoniam Dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. Subiecit [d] populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Elegit nobis [e] hæreditatem suam: [f] speciem Iacob, quem dilexit. DIAPSAMA. Ascendit Deus in iubilo, Dominus in voce tubæ. Psallite Deo nostro, psallite: psallite regi nostro, psallite. Quoniam rex omnis terræ Deus: psallite intelligenter. Regnauit Deus [g] super gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam. Principes [h] populorum congregati sunt cum Deo Abraham. Quoniam Dei fortes terræ valde eleuati sunt.

α Pro filijs Core.] *Eusebius*, videntur mihi, quæ in inscriptione, non optime se habere: oportuit enim non pro filijs Core, sed filijs, aut filiorum Core inscribi iuxta priores inscriptiones. Cæteri quidem interpretes, & hebraicum eodem modo habent, ac superiora. *Cyrillus admonet dici, fieri pro illis; quoniam per eos fiat, quibus cantandi munus iniunctum est.* β Manibus.] *Schol.* alius, χειρὶ, manu. γ Iubilate.] *Schol.* alius, σημάνατε, signum date: alius, εὐφημήσατε, læte acclamate. δ Populos.] *Aut*, plebes, *vt S. Augustinus* λαούς. *Theodoretus*, pro populis, Symmachus dixit βασιλεῖς, reges. ε Suam.] αὐτοῦ, aut, ἑαυτοῦ, *vt aliquot codices, & Eusebius, & conueniunt latinæ editiones. In plerisque vero libris græcis est*, ἑαυτῷ, sibi. *Eusebius*: verum pro κληρονομίαν ἑαυτοῦ, cæteri reddiderunt τὴν κληρονομίαν ἡμῶν, hæreditatem nostram, aut τὴν κληρουχίαν ἡμῶν, sortitionem, & partem nostram. *Nicephorus autem illud*, nobis, *interpretatur*, per nos. ζ Speciem.] τὴν καλλονήν. *Eusebius*, aut iuxta Aquilam, τὸ ὑπερφερὲς ἰακώβ. (*Theodoretus habet* ὑπέρογκον,) excellentiam, & elationem Iacob: iuxta Symmachum vero, τὴν ἐνδόξασμὸν ἰακώβ, glorificationem Iacob: iuxta quintam vero editionem, τὸ καύχημα ἰακώβ, gloriationem Iacob. η Super gentes.] ἐπὶ τὰ ἔθνη. *Chrysostomus*: alius, ἐπάνω τῶν ἐθνῶν, *quod idem valet.* θ Principes populorum.] *Eusebius*: Hoc ita mirifice reddidit Symmachus dicens, ἄρχοντες λαῶν ἠθροίσθησαν, λαὸς τοῦ θεοῦ ἀβραάμ, principes populorum collecti sunt, populus Dei Abraam: *eodemque modo inquit reddidisse Theodotionem: nisi quod pro* ἠθροίσθησαν, *dixit*, συνήχθησαν, *vt lxx. Notat autem varietatem lectionis ex ambiguitate vocis hebraicæ proficisci, quæ ijsdem elementis scribat*, τὸ μετ, *&* τὸ λαός. ι Dei fortes.] θεοῦ, *licet editiones latinæ habeant*, Dij. *& Cyrillus exponit, illos qui sunt fortes diuina gratia, valde eleuatos esse à terra. Athanasius valde esse eleuatos in terra, quæ militibus assignatur, vt ista coniunctè sint legenda*, τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν. *In scholio legitur duplicem esse scripturam, vnam*, οἱ τοῦ θεοῦ κραταιοὶ τῆς γῆς σφόδρα ἐπήρθησαν, ipsius Dei fortes à terra (aut super terram) valde eleuati sunt, *alteram*, κραταιοὶ οἱ τῆς γῆς τοῦ θεοῦ ἀβραὰμ σφόδρα ἐπήρθησαν, fortes, qui terræ Dei Abraam, valde eleuati sunt. *Theodoretus totum hoc, vt multi alij Patres, Apostolis accommodans, inquit hos à lxx. esse vocatos* κραταιούς, *ab Aquila*, θυρεούς, scuta, *à Theodotione, & Symmacho* ὑπερασπισμούς, propugnacula.

[a] Psalmus

A

Psalmus [α] cantici filijs Core secunda sabbati. XLVII.

MAGNVS Dominus, & laudabilis [β] nimis: in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius. [γ] Bene radicans exultatione vniuersæ terræ montes [δ] Sion, [ε] latera, Aquilonis, ciuitas regis magni. Deus in [ζ] domibus eius cognoscitur, cum suscipiet eam. Quoniam ecce [η] reges terræ congregati sunt, [θ] venerunt in vnum. Ipsi videntes sic [ι] admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt; tremor apprehendit eos. Ibi dolores, vt parturientis: in spiritu [κ] vehementi conteres naues Tharsis. Sicut audiuimus, ita [λ] & vidimus in ciuitate Domini virtutum; in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in æternum.

B

DIAPSALMA. [μ] Suscepimus Deus misericordiam tuam, [ν] in medio populi tui. Secundum nomen tuum Deus; sic & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua. [ξ] Lætetur mons Sion, exultent filiæ Iudææ, [ο] propter iudicia tua Domine. Circundate Sion, [π] & complectimini eam; [ρ] narrate in turribus eius. [σ] Ponite corda vestra in virtute eius: & distribuite domus eius, vt enarretis in [τ] progenie altera. Quoniam hic est Deus noster in æternum, & in seculum seculi: ipse reget nos in [υ] secula.

C

α Psalmus cantici.] *Sic S. Ambrosius, & vulgata, & multi libri græci. Eusebius autem* ᾠδὴ ψαλμός, canticum psalmus. *S. Augustinus*, laus cantici. β Et laudabilis nimis.] σφόδρα, *quod apud Sanctum Augustinum est*, valde. *Eusebius*, aut secundum, alios, ὑμνητὸς σφόδρα, hymnis celebrandus valde. γ Bene radicans.] εὔριζον. *Ita L. Vat. in quo tamen, vt etiam in alio, postrema littera ita expuncta est, vt nihilominus antiquæ lectionis vestigium appareat. In commentarijs autem aliquot patrum græcorum partim hoc modo legitur, partim* εὐριζῶν, *atque exponitur à Chrysostomo*, καλῶς ῥιζῶν, καλῶς πηγνὺς, καλῶς βεβαιῶν αὐτὴν ἐν χαρᾷ, καὶ εὐφροσύνῃ πάσης τῆς οἰκουμένης, bene radices faciens, bene figens, bene firmans eam in gaudio, & lætitia vniuersi orbis terrarum, & *Theodoretus*, παγίως θεμελιῶν, solide fundans. *In aliquot libris est, (quod Scholiastes inquit esse in hebraica lectione,)* εὔριζον ἀγαλλίαμα, bene radicatam exultationem, *& Sanctus Ambrosius testatur in quibusdam exemplaribus legi*, εὔριζον ἀγαλλίασιν. *Apollinarius in metaphrasi habet* εὐρυνῶν χάρμα, *& in quibusdam commentarijs græcis illud ipsũ* εὐριζῶν, *ita explanatur, ac si esset*, εὐρυνῶν, vel *potius* εὐρίζων. *Ita. n. habẽt*, pro πλατύνων τὸ ἀγαλλίαμα, καὶ εὐφροσύνην αὐτῆς, dilatans exultationem, & lætitiam eius, *& ita Sanctus Ambrosius*, dilatans exultationem. *Sanctus Augustinus autem & psalterium Romanum*, dilatans exultationes. *In multis autem libris græcis est*,

D

εὐρίζῳ ἀγαλλιάματι, *& Eusebius coniungit illud* εὐρίζῳ, *cum præcedentibus: ita enim inquit*, ἐν ὄρει ἁγίῳ αὐτοῦ εὐρίζῳ, *idest*, τῷ εὖ τεθεμελιωμένῳ καὶ ἐρριζωμένῳ καὶ τῷ ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς, bene fundato, & radicibus nixo, & exultatione vniuersæ terræ. *Didymus vero, & alij coniungunt illud cum sequentibus*, εὐρίζῳ ἀγαλλιάματι, *eadem vocabuli notione, idest vt scribitur in quibusdam commentarijs græcis*, βεβαίῳ, ἑδραίῳ, ἀμετακινήτῳ, firmo, stabili, immobili: tale enim est, quod est εὔριζον, quod bonas radices habet. *Quinta editio*, εὐκλάδῳ, bene ramis, aut germinibus prædito. *Theodotio*, εὐρίζῳ, *de quo iam dictum est. Chrysostomus*: Aquila, καλῷ βλαστήματι, χάρματι πάσης τῆς γῆς, specioso germine (*ita enim vertit Sanctus Hieronymus*,) gaudio vniuersæ terræ. *Symmachus*, ἀπ᾽ ἀρχῆς ἀφωρισμένῳ ἀγλαΐσματι πάσης τῆς γῆς. ab initio, præfinito splendore vniuersæ terræ. δ Montes Sion.] *Schol.* exponitur σκοπιαί, speculæ. *Vidit autem Sanctus Ambrosius græcum dixisse*, montes. *Sed in editionibus latinis est*, mons Sion. ε Latera.] *Quinta editio*, οἱ μηροὶ, fæmora. ζ In domibus eius.] βάρεσιν, *quod S. Ambrosius, & hic, & paulo inferius dicit*, gradibus, & gradus. *Quid autem significet dictio græca; & ipse, & omnes fere patres græci hic, & S. Hieronymus in psal. 44. explanauit. Chrysostomus*: quinta editio, ὁ θεὸς ἐν τοῖς βασιλείοις αὐτῆς γνωσθήσεται εἰς ὀχύρωμα, Deus in regijs, & palatijs eius cognoscetur ad munimentum: alius, ὁ θεὸς ἐν ταῖς

E

βάρεσιν αὐτῆς ἐγνώσθη εἰς τὸ ἐξελέσθαι αὐτήν, Deus in palatijs eius cognitus est in eruendo eam. *Aquila*. εἰς ὑπέρταρσιν, ad eleuationem. *Eusebius tamen illa*, ἐν τοῖς βασιλείοις αὐτῆς γνωσθήσεται, tribuit Symmacho. *In editionibus latinis est*, cognoscetur, *aut*, dignoscetur. η Reges congregati sunt.] *In psalterio Arabico est*, reges eius, *quod etiam Sunia, & Fretela in suo codice habebant. In alijs libris est*, οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, reges terræ, *vt est in vulgata, in psalterio Aethiopico, apud Sanctos Ambrosium, & Augustinum. Verum testatur Sanctus Hieronymus, neque* αὐτῆς. *neque* γῆς, *esse in hebræo, aut in lxx. idcirco à se sublatum.* θ Venerunt.] ἦλθοσαν. *In alijs libris est*, διῆλθοσαν, *& Sanctus Ambrosius*, & transierunt in vnum. *Sanctus Augustinus*, & conuenerunt. *Vulgata*, conuenerunt. *Eusebius*: aut iuxta Symmachum, ἰδοὺ γὰρ οἱ βασιλεῖς συνετάξαντο, ἦλθον ὁμοῦ, ecce enim reges coniuncti sunt, venerunt simul. ι Admirati sunt.] *Aquila*, ἐθαμβήθησαν, obstupuerunt, *vt Sanctus Hieronymus. Eusebius*, quare secundum Symmachum dictum est, αὐτοὶ ἰδόντες οὕτως ἐθαύμασαν, ἐταράχθησαν, ἐξεπλάγησαν, φρίκη κατέσχεν αὐτούς, ipsi videntes sic admirati sunt, turbati sunt, obstupefacti sunt: horror occupauit eos. κ Vehementi.] *Aut*, violento, *vt Sanctus Augustinus*, βιαίῳ. *Eusebius*, aut iuxta Aqui-

lam,

lam, ἐν πνεύματι καύσωνος συντρίψεις νῆας θαρσεῖς, in spiritu vredinis (*ita enim Sanctus Hieronymus*) conteris naues Tharsis: aut iuxta Symmachum, δι' ἀνέμου βιαίου καταῤῥάξεις ναῦς θαρσεῖς, per ventum violentum confringes naues Tharsis. *De qua quidem dictione Tharsis, ita in scholio:* exponitur κατασκοπὴ χαρᾶς, κατασκοπὴ εὐφροσύνης, speculatio gaudij, speculatio lætitiæ. *& videtur esse Didymi, quantum ex catena Barbari conijcitur. Sanctus autem Ambrosius videtur interpretari,* speculatorij gratiæ. λ Ita & vidimus.] *Sanctus Hieronymus inquit redundare illud, &, quare in vulgata non est: habetur tamen in libris græcis, & apud Sanctum Ambrosium, & Sanctum Augustinum.* μ Suscepimus.] *Chrysostomus:* alius, εἰκάσαμεν ὁ θεὸς, imaginati sumus, æstimauimus (*ita Sanctus Hieronymus*) Deus: hebræus, διμμίνυ, idest, sperauimus, expectauimus, cognouimus humanitatem tuam. *Et vero dictio* ὑπελάβομεν, *qua vsi sunt lxx. potest idem significare, eoque modo exponitur ab Athanasio.* ν Populi tui.] τοῦ λαοῦ σου. *Ita legisse Sanctum Augustinum constat ex interpretatione, itemque Theodoretum, & Apollinarium; & sic est in psalterijs Arabico, & Aethiopico.* At ναοῦ σου, *est apud Didymum, Theodoretum, Cyrillum, & Sanctus Hieronymus testatur ita habuisse lxx. & Sanctus Ambrosius, & vulgata,* templi tui. *Schol.* Symmachus, Aquila, Theodotio, quinta, sexta editio, ναοῦ σου. ξ Lætetur.] *Schol.* lxx. Symmachus Theodotio, εὐφρανθήτω τὸ ὄρος σιὼν, καὶ ἀγαλλιάσθωσαν αἱ θυγατέρες τῆς ἰουδαίας, Lætatur mons Sion, & exultant filiæ Iudææ, *& Sanctus quidem Ambrosius habet,* iudææ, *vulgata autem, & Sanctus Augustinus,* Iudæ. ο Propter iudicia tua.] ἕνεκεν τῶν κριμάτων σου. *Chrysostomus:* alius, διὰ κρίσεις σου, *quod idem valet.* π Complectimini.] περιλάβετε αὐτήν. *Chrysostomus:* alius, καὶ περιέλθετε, & circuite. *Eusebius*, nimirum iuxta Symmachum, περιτειχίσατε, muro circundate. ρ Narrate.] *Eusebius:* Aquila quidem inquit, ψηφίσατε πύργους αὐτῆς, computate turres eius. *Symmachus autem,* ἀριθμήσατε, numerate. *Chrysostomus:* alius, ἐπαινέσατε, laudate. σ Ponite corda vestra.] *Eusebius,* at iuxta Symmachum, τάξατε τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὸν περίβολον αὐτῆς, διαμετρήσατε τὰ βασίλεια αὐτῆς, ponite corda vestra in mœnibus eius (*ita enim Sanctus Hieronymus:*) dimetimini regias eius: *Chrysostomus:* Symmachus, εἰς τὸν περίβολον. Aquila, εἰς εὐπορίαν, ad opulentiam. τ In progenie altera.] *Symmachus,* γενεᾷ μεταγενεστέρᾳ, in progenie post futura. υ In secula.] *Symmachus,* τὸ διηνεκὲς, perpetuum.

In finem filijs Core psalmus. XLVIII.

AVDITE α hæc omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis β orbem. Quique γ terrigenæ, & filij hominum; in δ vnum diues, & pauper. Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei ε intelligentiam. Inclinabo in ζ parabolam aurem meam: aperiam in psalterio η propositionem meam. Cur θ timebo in die ι mala? iniquitas κ calcanei mei circũdabit me. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum λ gloriantur. Frater non redimit; redimet homo? non dabit Deo propitiationem suam, & pretium redemptionis animæ suæ. μ Et laborauit in æternum, & viuet in finem. Quoniam non videbit interitum; cum viderit sapientes morientes: ν simul insipiens, & stultus peribunt. Et relinquent alienis diuitias suas: & ο sepulchra eorum, domus eorum in æternum, ξ tabernacula eorum in progeniem, & progeniem, inuocauerunt nomina sua in terris suis. Et homo cum in honore esset; non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Hæc via illorum ο scandalum ipsis, & postea in ore suo π benedicent. DIAPSALMA. ρ Sicut oues in inferno positi sunt: mors pascet eos. Et σ dominabuntur eis recti mane: & τ auxilium eorum veterascet in inferno à υ gloria eorum. Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferni, cum acceperit φ me. DIAPSALMA. Ne timueris, cum diues factus fuerit homo, & cum χ multiplicata fuerit gloria domus eius. ψ Quoniam non cum morietur, sumet omnia: neque descendet cum eo gloria eius. Quoniam anima eius in vita ipsius benedicetur: ω confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Introibit αα vsque in progenies patrum suorum: vsque in æternum non ββ videbit lumen. Homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis.

α Audite

A α Audite hæc.] *Chrysostomus*: alius, ἀκούσατε τοῦτο, audite hoc. β Orbem.] *S. Ambrosius*, orbem terræ, τὴν οἰκουμένην. *Eusebius*, aut iuxta Aquilam, & Symmachum, οἱ κατοικοῦντες τὴν καταδύσιν. Ita autem vocat ciuitates, & pagos, & domos, in quas καταδύνουσι, idest subeunt, & se tegunt ij, qui in ipsis habitant. *Chrysostomus*: alius, ἐγκατάδυσιν, alius τὴν κατάδυσιν, hebræus autem, ἀλδ, Ald. *S. Hieronymus habet*, vniuersi habitatores Occidentis. γ Quique terrigenæ, & filij hominum.] *Eusebius*, *& Theodoretus*: Pro his Symmachus dixit, ἥτε ἀνθρωπότης, καὶ προσέτι καὶ υἱοὶ ἑκάστου ἀνδρός, ipsa humana natura, & præterea etiam filij cuiusque viri. *S. Hieronymus*, tam filij Adam, quàm filij singulorum. δ In vnum.] ἐπὶ τὸ αὐτὸ, *quod etiam solet verti* in idipsum. *Chrysostomus*: alius, ὁμοῦ, simul: *& in editionibus latinis videtur vtrumque esse coniunctum*, simul in vnum. ε Intelligentiam.] *Sic S. Augustinus, quomodo solet verti illud*, σύνεσις. *S. Ambrosius tamen, & vulgata*, prudentiam. *Schol.* alius, καὶ μινυρίσει ἡ καρδία μου σύνεσιν, & succinet cor meum intelligentiam. ζ Inclinabo in parabolam.] *siue*, ad parabolam, *vt S. Ambrosius. Chrysostomus*: alius, κλινῶ πρὸς παραβολὴν τὸ οὖς μου, inclinabo parabolæ aurem meam. Hebræus autem inquit, λαμασάλ, lamasal. η Propositionem meam.] τὸ πρόβλημά μου. *Chrysostomus*: alius, αἴνιγμα μου, hebræus autem, ἰδάθι, idathi. *Ita S. Hieronymus*, ænigma meũ. θ Cur timebo.] *Aut, vt SS. Ambrosius, & Augustinus*, vt quid timebo: *Athanasius autem hoc loco interpungit, & apponit interrogationis notam: deinde putat sequi responsionem, hoc modo*, cur timebo? in die mala iniquitas calcanei circundabit me. ι Mala.] πονηρᾷ. *Chrysostomus*: alius, πονηρούς, maligni: *alius*, κακούς, mali. *Syrus autem* רע, Rha. κ Calcanei.] *Symmachus*, τῶν ἰχνῶν μου, vestigiorum meorum. λ Gloriantur.] καυχώμενοι. *Chrysostomus*: alius, ἀλαζονευόμενοι, superbiunt, *& ita S. Hieronymus*. μ Et laborauit.] καὶ ἐκοπίασεν: *editiones latinæ habent*, laborabit. *Aquila*, καὶ ἐπαύσατο εἰς αἰῶνα, καὶ ζήσεται εἰς νῖκος, & quieuit in seculum, & viuet in finem. *Symmachus*, ἀλλὰ παυσάμενος τῷ αἰῶνι τούτῳ ζῶν ἀεὶ διατελέσει, sed desinens seculo huic, viuens semper perseuerabit. *Eusebius in catena Barbari refert hæc præterea ex quinta editione*, laborauit in seculum, & viuet in victoriam. ※ Simul insipiens & stultus.] ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἄφρων, καὶ ἄνους. *S. Augustinus*, imprudens, & insipiens. *Theodoretus*: sic Symmachus est interpretatus, ὁμοῦ ἀνόητος, καὶ ἀμαθὴς ἀπολοῦνται, simul amens, & indocilis peribunt. ν Et sepulchra.] *Chrysostomus*: alius, τὰ ἐντὸς τῶν οἰκιῶν αὐτῶν εἰς αἰῶνα, interiora domorum eorum in seculum. ξ Tabernacula.] *Chrysostomus*: alius, κατασκηνώσεις αὐτῶν εἰς γενεάν, ὀνομάσαντες ἐπ' ὀνόμασιν αὐτῶν τὰς γαίας, tabernacula eorum in generationem, nominantes in nominibus suis terras. *Aquila*, ἐκάλεσαν ἐν ὀνόματι αὐτῶν ἐπὶ χθόνας, vocauerunt in nomine suo super terras. *Theodotio*, ἐπεκαλέσαντο

C τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐπὶ γαιῶν αὐτῶν, inuocauerunt nomina sua super terras suas. *S. Ambrosius habet*, inuocauerunt nomina eorum, in terris ipsorum. *S. Augustinus*, inuocabunt nomina eorum, in terris ipsorum, *& vox græca*, αὐτῶν, *potest vtramque interpretationem ferre, & vtroque modo à græcis exponitur: Plerique tamen videntur conuenire cum vulgata*, nomina sua in terris suis. ο Scandalum.] *S. Ambrosius*, in offendiculum. *Symmachus*, ἄγνοια, ignoratio, insipientia: *& ita S. Hieronymus*. π Benedicent.] *Ita S. Augustinus, & psalterium Romanum; quod græce est*, εὐλογήσουσιν, *cum qua lectione conuenit psalterium Arabicum, & Apollinarij metaphrasis. In alijs libris græcis, in psalterio Æthiopico, & apud multos patres græcos est*, εὐδοκήσουσιν, *atque ita S. Ambrosius, & vulgata*, complacebunt. *Gregorius, & Cyrillus vtramque lectionem agnoscunt. In catena Barbari Athanasius hæc refert ex Symmacho*, hæc via illorum dementiæ ipsis; posteri vero illorum sermonem probabunt. *Certe S. Hieronymus non multo aliter habet*. ρ Sicut oues in inferno positi sunt.] *Sic vulgata, sed in ea sequitur*, mors depascet eos. *S. Augustinus*, sicut oues in inferno positæ, mors pastor est eis. *S. Ambrosius*, sicut oues in infernum deducentur, mors depascet eos. *Eusebius, & Theodoretus*. Symmachus, ὡς πρόβατα (*in scholio* βοσκήματα) ᾅδου ἔταξεν αὐτούς, θάνατος νεμήσει αὐτούς, sicut oues inferni constituit eos: mors reget eos.

D σ Et dominabuntur eis recti mane.] *Ita S. Augustinus. S. Ambrosius vero*, & dominabuntur eorum iusti in matutinum, *vulgata*, in matutino. *S. Hieronymus ad Suniam probat, pro* εὐθεῖς, *verti*, iusti. *Scholiastes hoc loco refert ex Theodotione*, κατάξουσιν, deducentur. *In catena autem Barbari, Eusebius ex Aquila quidem*, obtinebunt, *ex Symmacho autem*, subijcient eos, *quod etiam habet S. Hieron.* τ Et auxilium eorum.] *Aquila*, χαρακτὴρ αὐτῶν κατατρίψαι ᾅδην ἐκ κατοικητηρίου αὐτῶν, character eorum conterat infernum ex domicilio eorũ. *Symm.* τὸ κράτος δὲ αὐτῶν παλαιώσει ᾅδης, fortitudinem illorum antiquabit Infernus. *In catena Barbari Eusebius eadem refert ex Aquila, sed ex Symmacho hoc modo*, fortitudo autem eorum olim, tanquam infernus ab honorata domo eorum, *vt videatur legisse*, πάλαι, ὡσεί. *S. Hier.* & figura eorum conteretur in inferno post habitaculum suum. υ A gloria eorum.] *Ita S. Ambr. & vulgata*, cum qua conuenit psalterium Æthiopicum. *S. Aug.* & à gloria eorũ. *In alijs libris græcis, & apud multos Patres*, ἐκ τῆς δόξης αὐτῶν ἐξώσθησαν, *itemque in psalterio Arabico, & in Romano*, à gloria eorum expulsi sunt. φ Cum acceperit me.] *S. Ambr.* Verumtamen Deus liberabit animam meam de manu inferni, cum acceperit eam. χ Et cum.] *In alijs libris græcis est*, ἢ ὅταν, aut cum. ψ Quoniam non cum.] *Non multo aliter vulgata. S. Aug.* quoniam non cum morietur,

E accipiet hæc omnia: neque simul descendet cum eo gloria domus eius. *Itemque S. Ambr. nisi quòd non habet illud*, hæc. ω Confitebuntur tibi.] *Eusebius, & Theodoretus*. Symm. ἐπαινέσουσί σε, ἐὰν καλῶς ποιήσῃς ἑαυτῷ (*al.* σαυτῷ ποιῇς) laudabunt te, si bene feceris tibi, *& ita fere S. Hier.* αα Introibit.] *Theod.* Pro εἰσελεύσεται, *tres illi interpretes dixerunt*, εἰσελεύσῃ, introibis. ββ Non videbit lumen.] *Schol.* Quinta, οὐκ ὄψεται, non videbit. Aquila, Theodotio, sexta, lxx. οὐκ ὄψονται, non videbunt. Symmachus, οὐ βλέποντες, non videntes.

Psalmus ipsi Asaph. XLIX.

DEVS ᵃ Deorum Dominus locutus est: & vocauit terram. A solis ortu, vsque ad occasum: ex Sion species decoris eius. Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu

eius [β] tempestas valida. Aduocabit cælum sursum, & terram discernere populum suum. Congregate illi [γ] sanctos eius, qui disponunt testamentum eius super sacrificia: & annunciabunt cæli iustitiam eius, quoniam Deus iudex est. DIAPSALMA. Audi populus meus, & loquar tibi: Israel, & testificabor tibi. Deus, Deus tuus ego sum. Non in sacrificijs tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis [δ] hircos. Quoniam meæ sunt omnes bestiæ [ε] syluæ, pecora in montibus, & boues. Cognoui omnia volatilia cæli: & species agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo? Immola Deo sacrificium laudis; & redde altissimo [ζ] vota tua. Et inuoca me in die [η] tribulationis: & eruam te; & honorificabis me [θ]. DIAPSALMA. Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Si videbas furem, currebas cum eo: & cum [ι] adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundauit malitia: & lingua tua [κ] concinnabat dolositatem. Sedens aduersus fratrem tuum [λ] loquebaris: & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Hæc fecisti, & tamen [μ] suspicatus es iniquitatem, quòd ero tibi similis. Arguam te, & [ν] statuam contra faciem tuam. Intelligite vtique hæc, qui obliuiscimini Deum: ne quando [ξ] rapiat, & non sit, qui eripiat. [ο] Sacrificiũ laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendã illi salutare [π] Dei.

α Deus Deorum.] *Theodoretus:* Tres illi aliter sunt interpretati, ἰσχυρὸς θεὸς λαλήσας, ἐκάλεσεν τὴν γῆν. Fortis Deus loquutus vocauit terram. β Tempestas.] καταιγὶς, *de qua dictione hoc loco Chrys. S. Cypr. de bono patientiæ*, procella nimia. *Aquila*, ἐλαιλαπίσθη, excitatus est turbo. *Theodotio, & septima*, κατῃγίσθη, excitata est tempestas. γ Sanctos eius.] *Aut*, iustos, *vt* S. *Cypr. &* S. *Aug. Schol.* hebræus, & cæteri, συναγάγετέ μοι τοὺς ὁσίους μου, *& sic* S. *Hier.* congregate mihi sanctos meos. δ Hircos.] χιμάρους. *Schol.* lxx. dixerunt τράγους. Aquila, Symmachus, & quinta editio, κερατινοὺς, (*fortasse*, κερατίνους) *quasi*, cornutos. ε Syluæ.] *Ita* S. *Aug.* δρυμοῦ, *cum qua lectione conuenit* Apollin. *Vulgata*, syluarum: *in alijs libris græcis est*, ἀγροῦ, agri. ζ Vota tua.] S. *Aug.* preces tuas. S. *Hier. ad Suniam de ps.* 131. *notat vocem* εὐχῶν, *vtrumque valere, & pro locorum qualitate varie esse interpretandam: Innuit autem hoc loco magis conuenire*, vota. η Tribulationis.] *Ita* S. *Cyp. & vulgata, & Iustinus. In alijs libris græcis est*, τῆς θλίψεώς σου, *&* S. *Aug. & psalterium Romanum*, tribulationis tuæ. θ DIAPSALMA.] *Hoc non est in alijs libris, neque hodie in hebræo, sed ita videtur posse conuenire huic loco, ac cæteris, vbi passim inuenitur: nimirum ad indicandam sententiæ diuersitatem.* ι Adulteris.] *Ita latinæ editiones, & multi patres etiam græci, & psalteria Arabicum, & Æthiopicũ. In alijs libris græcis est* μοιχοῦ, adultero. κ Concinnabat dolositatem.] S. *Aug.* amplexa est dolositatem, περιέπλεκε δολιότητα. *In aliquot exemplaribus græcis, & apud Theodoretum est* δολιότητας, dolos, *& sic vulgata*. S. *Cypr. lib.* 2. *ep.* 10. complectebatur insidias. λ Loquebaris.] *Sequuti sumus iudicium* S. *Hiero, qui ita putat recte verti*, κατελάλεις, *nec tamen improbamus lectionem* S. *Aug.* detrahebas. μ Suspicatus es iniquitatem.] *Ita* S. *Aug. verbum de verbo* ὑπέλαβες ἀνομίαν, *vulg.* existimasti inique. *Theodotio, vt lxx. Aquila*, ὑπέλαβες, ἐσόμενος ἔσομαι ὅμοιός σοι, suspicatus es, futurus ero similis tibi. *Symm.* ὅμοιος ἔσεσθαί με, ὡς σε, existimasti me futurum sicut te. ν Statuam.] *Aut, vt* S. *Aug.* constituã, παραστήσω. Theodotio, στοιβάσω, struam. *In aliquot exempp græcis, & apud Theodoretum est*, παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου τὰς ἁμαρτίας σου, statuam contra faciem tuam peccata tua. ξ Ne quando rapiat.] S. *Aug. addit*, sicut leo. ο Sacrificium.] *Theodoretus:* Hoc Symmac. planius est interpretatus, θυσιάζων ὑπὲρ αἰνέσεως, δοξάσει με, καὶ τῷ ἀπταίστως ὁδεύοντι δείξω σωτήριον θεοῦ, qui immolat pro laude, glorificabit me, & ordinate incedenti ostendam salutare Dei. π Salutare Dei.] *Ita* S. *Cypr. &* S. *Aug. & vulgata, & psalteria Romanum, & Æthiopicum. In alijs libris græcis est* σωτήριόν μου, salutare meum, *quod habet psalterium Arabicum.*

In finem psalmus ipsi Dauid, cum venit ad eum Nathan, quando intrauit ad [α] Bersabee. L.

MISERERE [β] mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam: Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea; & a peccato meo munda me.

A me. Quoniam iniquitatem meā ego cognoſco: & peccatum meū coram me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui,& malū coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,& γ vincas,cum iudicaris.Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis δ concepit me mater mea.Ecce enim veritatem ε dilexiſti:incerta, & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Aſperges me Domine hyſſopo,& mūdabor: lauabis me,& ſuper niuem dealbabor. ζ Audire me facies exultationem & lætitiam: exultabunt oſſa humiliata. Auerte faciē tuā à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Ne proijcias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuū B ne η auferas à me. Redde mihi exultationem ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur. Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: θ exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. Domine labia mea aperies,& os meum annunciabit laudem tuam. Quoniam, ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem vtique: holocauſtis non delectaberis. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor ι contritum,& humiliatum Deus nō deſpiciet. κ Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Hieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ oblationem,& holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

C α Berſabee.] *Symmachus, vt lxx. Aquila, Theodotio,* βεθσαβεὲ, Bethſabeth. β Miſerere mei.] *Aquila,* δώρησαί μοι θεὲ κατὰ ἔλεόν σου, dona mihi Deus ſecundum miſericordiam tuam. *Symmachus,* οἰκτειρόν με ὁ θεὸς κατὰ τὸ ἔλεός σου, miſerere mei Deus ſecundum miſericordiam tuam. *Aquila, vt lxx.* γ Et vincas.] καὶ νικήσῃς, *qua dictione vtitur etiam Theodotio.* Aquila, ὑπερκριθῆς, & ſuperiudices. *Symmachus,* νικᾶν κρίνοντα, vincere iudicantem. δ Concepit.] S. *Auguſtinus,* in vtero aluit. *Theodoretus:* Pro iſto ἐκίσσησε. Symmachus poſuit ὠκύησε, vtero geſſit. *In catena Barbari Theodoretus Symmacho, & Aquilæ tribuit hoc,* cum dolore parturijt me mater. ε Dilexiſti.] ἠγάπησας, *Aquila,* ἐβουλήθης, voluiſti. *Symmachus,* θέλεις, vis. ζ Audire me facies exultationem.] ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν. S. *Auguſtinus,* auditui meo dabis exultationem, *vulgata,* gaudium. η Ne auferas à me.] *Rurſus Heſychius notat dictum eſſe non,* ἀφέλῃς, *ſed* ἀνταφέλῃς, *quaſi,* ne iterum auferas. θ Exultabit.] S. *Auguſtinus, & vulgata,* & exultabit. *Theodoretus:* Hoc Symmachus ita eſt interpretatus, διαλαλήσει ἡ γλῶσσά μου τὴν ἐλεημοσύνην σου, prædicabit lingua mea miſericordiam tuam. ι Contritum.] συντετριμμένην, *Symmachus,* κατεαγυῖαν, confractum. κ Benefac.] *Aquila,* ἀγάθυνον ἐν δεκίᾳ σου τὴν σιών, beni D gne fac beneplacito tuo ipſi Sion. *Symmachus,* εὐεργέτησον, benefac.

In finem intellectus ipſi Dauid, cum venit Doec Idumæus, & annunciauit Sauli, & dixit ei: venit Dauid in domum α Abimelech. LI.

QVID gloriaris in malitia, potens iniquitate? Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta, feciſti dolum. Dilexiſti malitiā ſuper benignitatem, iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem. DIAPSALMA. Dilexiſti omnia verba γ præcipitationis, linguam doloE ſam. Propterea Deus δ deſtruat te in finem; euellat te,& emigret te de ε tabernaculo,& radicem tuam de terra viuentium. DIAPSALMA. Et videbūt iuſti,& timebunt: & ſuper eum ridebunt, & dicent: ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum: ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum: ζ & præualuit in vanitate ſua. Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei, ſperaui in miſericordia Dei in æternum,& in ſeculū ſeculi. Confitebor tibi in ſeculum, quia feciſti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctorum tuorum.

α Abimelech.] *Ita etiam S. Augustinus, & S. Hieronymus: quamuis in eius commentarijs, si illius sunt, videatur subesse mendum. S. Hilarius, & vulgata,* Achimelech: *Theodoretus hoc eodem modo inquit legi hic, & in trigesimo tertio psalmo, & habuisse duo nomina. Sch.* Theodotio, & Symmachus, ἀχιμέλεχ, Achimelech. Aquila, ἀιμέλεχ, Acimelech. β Quid gloriaris,] τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ ὁ δυνατὸς ἀνομίαν, ὅλην τὴν ἡμέραν ἀδικίαν ἐλογίσατο ἡ γλῶσσά σου. *S. Hilarius:* Quid gloriatur in malitia potens iniquitate tota die? iniustitiam &c. *S. Augustinus,* quid gloriatur in malitia, qui potens est? in iniquitate tota die iniustitiam cogitauit. *Vulgata,* quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate. *Quod autem hic est,* ὅλην τὴν ἡμέραν, *refert Theodoretus Symmachum dixisse,* καθ' ἑκάστην ἡμέραν, per singulos dies. γ Præcipitationis.] S. *Augustinus,* submersionis, *& notauit etiam S. Hilarius hoc significari vocabulo græco,* καταποντισμοῦ. δ Destruat.] *Omnes editiones latinæ habent,* destruet, *& pleræque,* euellet, & emigrabit. *Sed S. Hilarius,* euellat, & emigret. *Græce est* καθέλοι, *in plerisque codicibus: sed apud Theodoretum* καθελεῖ, destruet: *sequentia quidem apud ipsum, etiam ita habent,* ἐκτίλαι, καὶ μεταναστεῦσαι, euellat, & emigret: *more scripturæ vsitato, vt imprecando videantur proferri, quæ prædicuntur ventura.* ε De tabernaculo.] *In plerisque libris græcis est,* ἀπὸ σκηνώματός σου, *& ita fere editiones latinæ,* de tabernaculo tuo: *abest tamen illud,* tuo, *ab aliquot vetustis codicibus vulgatæ, & S. Hilarius, & S. Hieronymus in explanatione non videntur agnoscere.* ζ Præualuit.] ἐδυναμώθη, *Aquila* ἐνεγκρατεύθη. *Symmachus,* ἐνισχυρίσατο, *quæ idem valent.*

In finem pro [α] Maleth intellectus ipsi Dauid. LII.

DIXIT insipiens in corde suo: non est Deus. [β] Corruperunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est qui faciat bonum. Deus de cælo prospexit super filios hominum: vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum. Omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Nonne scient omnes, qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam [γ] cibo panis? Deum non inuocauerunt: ibi [δ] timuerunt timore, vbi non erat timor. Quoniam Deus dissipauit ossa [ε] eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos. Quis dabit ex Sion salutare Israel? In [ζ] auertendo Dominus captiuitatem populi sui, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

α Maeleth.] *Theodoretus.* Istud, ὑπὲρ μαελέθ, Theodotio, interpretatus est, ὑπὲρ τῆς χορείας, pro choræa. Symmachus autem διὰ χοροῦ, per chorum (*& sic S. Hieronymus*) Aquila autem, ἐπὶ χορείᾳ, *al.* ἐπὶ χορεία, tripudia, *al.* super chorea. *Schol,* μαελέθ, exponitur, ἀπαρχή, primitiæ. *In editionibus latinis, & apud patres latinos partim est,* Ameleth, *partim,* Abimelech, *partim,* Amalech, *partim,* Mahalath. & *S. Hieronymus in comm. & S. Augustinus exponunt,* pro parturiente, *siue,* dolente. β Corruperunt.] *Est vsitatus hebraismus: & subintelligitur,* viam suam, *aut huiusmodi quiddam. Schol.* Quinta editio, & sexta, vt lxx. Symmachus, διεφθάρησαν, corrupti sunt: *& ita fere in omnibus exemplaribus græcis, & latinis.* γ Cibo panis.] βρώσει ἄρτου. *In alijs codicibus, & apud Theodoretum est,* ἐν βρώσει ἄρτου, *& S. Augustinus,* in cibo panis: *vulgata autem, & S. Hilarius,* vt cibum panis. δ Ibi timuerunt.] *Ita S. Augustinus verbum fere è verbo. S. Hilarius,* illic timuerunt, vbi non fuit timor. *Vulgata,* illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. *Aquila,* ἐκεῖ ἐπτοήθησαν, ibi exterriti sunt. *Symmachus,* φοβηθήσονται, timebunt. *Theodotio,* ἐθαμβήθησαν θάμβῳ, οὗ οὐκ ἦν θάμβος, stupuerunt stupore, vbi non erat stupor. ε Eorum qui hominibus placent.] *Aut,* hominibus placentium, *vt SS. Hilarius, & Augustinus,* ἀνθρωπαρέσκων. *Aquila,* ὁ θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ παρεμβαλόντων περὶ σέ, Deus dispersit ossa eorum, qui castrametati sunt circa te. ζ In auertendo.] *Sic S. Augustinus verbum è verbo,* ἐν τῷ ἀποστρέψαι. *S. Hilarius,* dum auertit Dominus. *Vulgata,* cum conuerterit Deus captiuitatem plebis suæ.

In finem in hymnis intellectus Dauid, cum venissent Ziphæi, & dixissent ad Saul, nonne ecce Dauid absconditus est apud nos? LIII.

DEVS in nomine tuo saluum me fac; & in virtute tua [α] iudica me. Deus exaudi orationem meam; auribus percipe verba oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me: & fortes quæsiuerunt animam meã; non proposuerunt Deum in conspectu suo. DIAPSALMA. Ecce enim Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ. [β] Auertet mala inimicis meis:

A cis meis: in veritate tua disperde illos. Voluntarie sacrificabo tibi: confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

α Iudica me.] *κρῖνόν με, Theodotio, vt lxx. Symmachus, δικάσεις,* iudicio persequeris, iudicabis. *Aquila, & quinta editio, κρινεῖς με,* iudicabis me: *quod est in multis codicibus, & apud Theodoretum. Schol.* Quidam, *κρινεῖς με,* per, μ, &, ε. Legendum vero, *κρινεῖς μοι,* per μ, & ο, & ι, iudicabis mihi: *de qua loquutionum diuersitate dictum est alibi.* β Auertet.] *ἀποστρέψει, & sic in hebræo: in omnibus autem editionibus latinis inuentum est,* auerte.

In finem in α hymnis intellectus ipsi Dauid. LIV.

B EXAVDI β Deus orationem meam: & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. Contristatus sum in γ exercitatione mea: & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniam declinauerunt in me δ iniquitatem: & in ira ε molesti erant mihi. Cor meum conturbatum est in me: & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me: & contexerunt me tenebræ. Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbæ? & volabo, & requiescam. Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. DIAPSALMA. Expectabam eum, qui me saluum faceret à ζ pusillanimitate, & tempestate. η Præcipita Domine, & diuide C linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. Die, ac nocte circundabit eam super muros eius: θ iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia: & non defecit de plateis eius vsura, & dolus. Quoniam ι si inimicus exprobrasset mihi; sustinuissem vtique: &, si is, qui κ oderat, super me magna locutus fuisset; abscondissem me vtique ab eo. Tu vero λ homo vnanimis dux meus, & notus meus. Qui μ simul dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum consensu. Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes. Quoniam nequitia in ν hospitijs eorum, in medio eorum. Ego ad Deum clamaui, & Dominus exaudiuit me. Vespere, & mane, & meridie narrabo, & an-D nunciabo: & exaudiuit vocem meam. Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi: quoniam in ξ multis erant mecum. Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est ante secula. DIAPSALMA. Non enim est illis ο commutatio, & non timuerunt Deum; extendit π manum suam in retribuendo. ρ Contaminauerunt testamentum eius: diuisi sunt ab σ ira vultus eius, & appropinquauit cor illius. Molliti sunt sermones eius super oleum: & ipsi sunt iacula. τ Iacta super Dominum curam, & ipse enutriet te: non dabit in æternum fluctuationem iusto. Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus. Viri sanguinum, & dolositatis non dimidiabunt dies suos; ego autem sperabo E in te Domine.

α In hymnis.] *Vulgata,* carminibus. *S. Hilarius,* hymnos aliqui translatores nostri carmina nuncupauerunt: plerique autem hymnos ex ipsa græcitatis vsurpatione posuerunt. β Exaudi.] *ἐνώτισαι, quod in scriptura solet verti,* auribus percipe. *Sanctus Hilarius nunc habet,* inauri, *& explicat, quid isto verbo significetur.* γ Exercitatione.] *ἐν τῇ ἀδολεσχίᾳ μου. Schol. μετεωρισμὸς, μέριμνα, φλυαρία,* suspensio, solicitudo, fabulatio. *Aquila, ὁμιλίᾳ μου,* collocutione mea. *Theodoretus ἀδολεσχίαν* diuina scriptura vocat, *τὴν συνεχῆ μελέτην,* assiduã meditationem. Hoc autem Symmachus ita est interpretatus, *κατηνέχθην προσλαλῶν ἐμαυτῷ, καὶ συνεχύθην ἀπὸ φωνῆς ἐχθροῦ, ἀπὸ ἐνοχλήσεως ἀσεβοῦς,* collapsus sum alloquens me ipsum, & cõfusus sum à voce inimici, à perturbatione impij. δ Iniquitatem.] *Omnes fere latinæ editiones habent,* iniquitates, *& apud Theodoretum est.*

εσ, ἀνομίαν, qui etiam hæc affert, manifestius Symmachus dixit, ὅτι ἐπέρριψαν κατ' ἐμοῦ εἰς ἀσέβειαν, καὶ μετ' ὀργῆς ἐναντιοῦντό μοι, *quæ ita videtur fere vertisse S. Hieronymus*, quoniam proiecerunt super me iniquitatem, & in furore aduersabantur mihi. *Pro* ἀνομίαν *vero Schol. refert Theodotionem esse interpretatum, vt lxx. Aquilam vero* ἀνωφελὲς, rem inutilem. ε Molesti erant mihi.] *S. Augustinus*, adumbrabant me. *græce est*, ἐσκότιζόν μοι. *Schol.* ἐμνησικάκουν, ἐμήνιαζον, malorum memoriam retinebant, alte irascebantur. ζ Pusillanimitate.] *Sic S. Hilarius*, ὀλιγοψυχίας. *S. Augustinus*, pusillo animo. *In vulgata est*, pusillanimitate spiritus: *quod inde additum esse innuit S. Hieronymus ad Suniam, quòd pro* ὀλιγοψυχία, *Aquila & Symmachus, & Theodotio, & quinta editio interpretati sunt*, ἀπὸ πνεύματος, à spiritu. η Præcipita.] καταπόντισον. *S. Augustinus*, submerge, *& S. Hilarius admonet verbo græco significari, in profundum demergi.* θ Iniquitas.] *Symmachus*, ὀδύνη, καὶ ταλαιπωρία, dolor, & miseria. ι Inimicus exprobrasset.] *Ita S. Augustinus, at S. Hilarius*, inimicus meus improperasset mihi. *Vulgata*, inimicus meus maledixisset mihi, *& S. Hieronymus ad Suniã inquit inter maledicta, & opprobria sensum non discrepare.* κ Qui oderat.] *In alijs græcis codicibus est* ὁ μισῶν με, *& ita S. Augustinus, & vulgata*, qui oderat me, *& S. Hilarius*, odiens me. λ Homo vnanimis.] *Symmachus*, ἀλλὰ σὺ ἄνθρωπος ὁμότροπος, καὶ συνήθης μου, καὶ γνώριμος, sed tu homo eorumdem morum, & familiaris meus, & notus. μ Qui simul dulces.] ὃς δὲ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐγλύκανας ἐδέσματα, *& posset etiam reddi*, qui simul dulces faciebas cibos. *In aliquot codicibus, & apud Theodoretum est* ἐγλύκανάς μοι, dulces faciebas mihi, *editiones latinæ*, qui simul mecum dulces capiebas cibos. *Aquila*, οἱ ὁμοῦ ἐγλυκάναμεν ἀπόρρητον, qui simul dulce faciebamus (*aut*, habuimus, *vt S. Hieronymus*,) secretum. *Symmachus*, οἵ τινες ἐκοινολογούμεθα γλυκεῖαν ὁμιλίαν, qui quidem communicando reddebamus dulcem consuetudinem, & colloquutionem. ν In hospitijs.] *Ita S. Hilarius, & S. Augustinus, quod græce est*, παροικίαις, *& in vulgata*, habitaculis. *Theodoretus*, παροικίαν autem vocat præsentem vitam, in qua παροικοῦμεν, οὐ κατοικοῦμεν, in qua diuersamur, non habitamus. ξ Quoniam in multis.] *Aut*, inter multos, *vt vulgata. Theodoretus*, Symmachus, πολλοὶ γὰρ ἐγένοντο πρὸς με, *quod S. Hieronymus*, multi enim fuerunt aduersum me. ο Commutatio.] ἀντάλλαγμα. *Aquila*, οἷς οὐκ εἰσὶν ἀλλαγαὶ αὐτοῖς, quibus non sunt mutationes eis. *Theodoretus*, hoc Symmachus ita est interpretatus, οὐ γὰρ ἀλλάσσονται, οὐδὲ φοβοῦνται τὸν θεὸν, *quod S. Hieronymus*, non enim mutantur, neque timent Deum. π Extendit.] *Aquila*, ἀπέστειλε χεῖρα αὐτοῦ ἐν εἰρηνικοῖς αὐτοῦ, misit manum suam in pacificos suos: *sed Theodoretus tamen ita scribit*, hoc tres illi sic sunt interpretati, ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τοὺς εἰρηνεύοντας ἐν αὐτῷ, πρὸς αὐτὸν, extendit manum suam in eos, qui pacem habebant in ipsum, erga ipsum. *Videtur enim significare in hac tantum postrema particula aliquam fuisse varietatem. In scholio ex Theodoreto refertur tantum*, πρὸς αὐτόν. ρ Contaminauerunt.] Aut, polluerunt, *vt S. Augustinus. Symmachus*, παρέβησαν συνθήκην, transgressi sunt testamentum. σ Diuisi sunt ab ira.] Aut, præ ira, *vt S. Augustinus. Theodoretus*: Ita enim Symmachus est interpretatus, λειότερα βουτύρου τὰ στόματα αὐτῶν, πολεμεῖ δὲ ἡ καρδία ἑκάστου αὐτῶν, nitidiora (*aut* leuiora) butyro ora eorum: pugnat autem cor cuiusque eorum. *Scholiastes in hac postrema parte, hanc aliunde lectionem affert*, καὶ συνεκλείσθησαν αἱ καρδίαι αὐτῶν, & conclusa sunt corda eorum. τ Iacula.] βολίδες. *Schol.* ἀκόντια, λογχάρια, tela, lanceæ. *Theodoretus ex Aquila* λόχους, insidias.

In finem [a] pro populo, qui à sanctis longe factus est ipsi Dauid in tituli inscriptionem, cum tenuerunt eum Allophyli in Geth. LV.

MISERERE mei Deus, quoniam conculcauit me homo: tota [b] die pugnans tribulauit me. Conculcauerunt me inimici mei, tota die ab [c] altitudine diei: quoniã multi qui debellant me, timebunt: ego vero in te sperabo. In Deo laudabo sermones meos; tota die in Deo speraui: non timebo, quid faciat mihi caro. Tota die [d] verba mea aspernabãtur: aduersum me omnes cogitationes eorum in malum. [e] Incolẽt, & abscondent, ipsi calcaneum meum obseruabunt, sicut [f] sustinui anima mea; pro nihilo [g] saluos facies illos: in ira populos [h] deduces: [i] Deus vitam meam annunciaui tibi: [k] posuisti lachrymas meas in conspectu tuo: sicut & in promissione tua. [l] Conuertentur inimici mei retrorsum: in quacumque die inuocauero te, ecce cognoui, quoniam Deus meus es tu. In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonẽ. In Deo speraui: non timebo, quid faciat homo. In me sunt Deus vota, quæ reddam laudationis tibi. Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu: vt placeam coram Deo in lumine viuentium.

α In finem pro populo.] *Schol.* Aquila, τῷ νικοποιῷ ὑπὲρ περιστερᾶς ἀλάλου μακρυσμῶν τοῦ δαυὶδ ταπεινοῦ, τελείου, ἐν τῷ κρατῆσαι αὐτοῦ φυλιστιαίους ἐν γέθ, Vincenti pro colũba muta elongationum Dauidis humilis, perfecti, quando eum tenuerunt Phyliſtæi in Geth. Symmachus autem, ἐπινίκιος ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς, ὑπὲρ τοῦ ἀλλοφύλου ἀπωσαμένου τὸν δαυὶδ, τοῦ ταπεινόφρονος, καὶ ἀμώμου, ὅτε κατεῖχον αὐτὸν οἱ φυλιστιαῖοι ἐν γέθ, trimphus pro columba, pro allophylo, qui expulit Dauidem, humilem animo, & immaculatum, (*in græco tamen conſtructio non videtur cohærere, quemadmodum & alibi ſæpe*) cum detinuerunt eum Phyliſtæi in Geth: *quinta autem editio*, τῷ νικοποιῷ ὑπὲρ τῆς περιστερᾶς τῆς μογιλάλου κεκρυμμένῳ τῷ δαυὶδ εἰς στηλογραφίαν, vincenti pro columba muſſicante abſcondito ipſi Dauid in tituli inſcriptionem. β Tota die pugnans.] *Ita S. Hilarius. S. Auguſtinus*, bellans, *vulgata*, impugnans. *Theodoretus*: illud autem, ὅλην ἡμέραν. Symmachus eſt, interpretatus, πᾶσαν ἡμέραν, omni die, ideſt, ἐνδελεχῶς, καὶ διηνεκῶς, aſſidue, & perpetuo. γ Ab altitudine diei.] *Ita legitur, & interpungitur apud S. Auguſtinum, & in pſalterio veteri, & in Romano. Apud S. Hilarium vero*, ab altitudine dierum non timebo, quia multi, qui debellant me, timebunt *In cæteris græcis libris legitur*, ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντές με ἀπὸ ὕψους ἡμέρας οὐ φοβηθήσομαι: *quamuis S. Hieronymus ad Suniam dicat illud* οὐ *additum eſſe, & abſit à vulgata. Neque vero iſta verba eodem modo ab omnibus diſtinguuntur. Quidam enim illud* ἀπὸ ὕψους, ab altitudine, *coniungunt cum antecedentibus: ac deinde illud* ἡμέρας, *coniungunt cum ſequentibus, dicendo*, die (*aut* dies) non timebo: *Quidam vero (vt etiam notatur in ſcholio, & patet apud Theodoretum, & alios) ſimul proferunt* ἀπὸ ὕψους ἡμέρας, *ſed horum nonnulli omnia iſta connectunt ſuperioribus, vt Apollinarius in metaphraſi; nonnulli ſequentibus, vt plerique. In pſalterio Æthiopico eſt*, tota die ab altitudine diei; quoniam multi, qui impugnant me; & timui. *Aquila*, ὅτι πολλοὶ πολεμοῦσίν με ὕψιστε, ἡμέρας φοβηθήσομαι ἐγώ, πρὸς σὲ πεποιθήσω, quoniam multi impugnant me altiſſime; interdiu (*aut* dies) timebo ego, in te confidam. *Symmachus*, ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντές με ὑψηλότεροι· ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φοβηθῶ, σοὶ πέποιθα, quoniam multi ſunt, qui impugnant me altiores; quacunque die timuero, in te confidi. *Theodotio*, ἡμέρας φοβηθήσομαι, ἐγὼ δὲ ἐπὶ σὲ ἐλπιῶ, interdiu timebo: ego autem in te ſperabo. *Theodoretus tamen hæc refert ex Symmacho*, ἡμέρας οὐ φοβηθήσομαι· σοὶ γὰρ πέποιθα, die non timebo: tibi enim confidi. δ Tota die verba mea execrabantur.] *Aut*, abominabantur, *vt S. Auguſtinus. Symmachus*, διὰ πάσης ἡμέρας λόγους περὶ ἐμοῦ ἐφρόντιζον, per omnem diem ſermones de me ſolicite tractabant. ε Incolent.] *Sic S. Auguſtinus, quod græce eſt* παροικήσουσι, *& admonet vt alibi, eſſe habitare in terra non ſua. S. Hilarius*, habitabunt, *vulgata*, inhabitabunt. *Theodoretus*: Hoc Symmachus manifeſtius eſt interpretatus, συνήγοντο λάθρα, καὶ τὰ ἴχνη μου παρετήρουν προσδοκῶντες τὴν ψυχήν μου, cõgregabantur clanculum, & veſtigia mea obſeruabant, expectantes animam meam: *nec multo aliter S. Hieronymus. In quodam ſcholio*: illud παροικήσουσι, poſitum eſt pro συναχθήσονται, congregabuntur. ζ Sicut ſuſtinui.] S. *Auguſtinus*, ſicut ſuſtinuit anima mea: *pſalterium Romanum*, expectauit. *In alijs exemplaribus græcis eſt*, καθάπερ ὑπέμειναν τὴν ψυχήν μου, *cum qua lectione conueniunt pſalteria, Arabicum, & Æthiopicum, & metaphraſis Apollinarij, & explanatores. Ita in vulgata eſt*, ſicut ſuſtinuerunt animam meam. η Pro nihilo ſaluos facies.] *Ita editiones latinæ, quod in græco eſt*, ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς σώσεις, *in alijs libris græcis eſt* ὤσεις, expelles, *& cum ea lectione conſentit Apollinarius. Schol.* ὅτι ἀνωφελὲς διέσωσεν αὐτούς, propter rem inutilem ſeruauit eos. *Symmachus*, διὰ τὴν ἀδικίαν ῥύσῃ ἀπ' αὐτῶν, propter iniuſtitiam erues ab eis: *quinta editio*, ὑπὲρ τοῦ μὴ εἶναι διασεσωσμένον αὐτοῖς, *quod fere S. Hieronymus ita vertit*, quia nullus eſt ſaluus in eis. θ Deduces.] *Sic S. Hilarius, & S. Auguſtinus, quod græce eſt*, κατάξεις, *& ſignificat etiam*, confringes, *quod eſt in vulgata. Sed admonet S. Hieronymus ad Suniam melius dici*, deijcies, *aut quiddam eiuſmodi: in hebræo autem eſſe modum imperandi, ac ſi diceretur*, depone, *& Symmachum reddidiſſe* κατάπεμψον, decute. ι Deus vitam.] *Theodoretus*: ita enim & Symmachus eſt interpretatus, τὰ ἔνδον μου ἐξηρίθμηταί σοι, quæ intra me ſunt, annumerata ſunt tibi. κ Poſuiſti lachrymas.] *Symmachus*, ἔθου τὰ δάκρυά μου ἔνδοθέν σου, μὴ οὐχὶ ὅταν ἐξαριθμῇς, poſuiſti lachrymas meas intra te; nonne quando enumeraueris? λ Conuertentur.] ἐπιστρέψουσιν. *S. Hilarius, & S. Auguſtinus*, conuertantur. *Aquila, Symmachus, Theodotio, quinta editio*, τότε ἐπιστρέψουσιν, tunc conuertentur.

In finem ne diſperdas, ipſi Dauid in tituli inſcriptionem, cum fugeret a facie Saul in ſpeluncam. LVI.

MISERERE mei Deus, miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea. Et in vmbra alarum tuarum ſperabo: donec tranſeat α iniquitas. Clamabo ad Deum altiſsimum, Deum qui benefecit mihi. DIAPSALMA. Miſit de cælo, & ſaluum fecit me: dedit in opprobrium conculcantes me. Miſit Deus miſericordiam ſuam, & veritatem ſuam: & eripuit animam meam de medio catulorum leonum: β dormiui conturbatus. Filij hominum, dentes eorum, γ arma, & ſagittæ: & lingua eorum, gladius acutus. Exaltare ſuper cælos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua. δ Laqueos parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam. Foderunt ante faciem meã foueam, & inciderunt in eam. DIAPSALMA. ε Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & ζ pſalmum dicam. Exurge gloria mea,

exurge

exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis Domine; psalmum dicam tibi in gentibus. Quoniam magnificata est vsque ad cælos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua. Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua.

α Iniquitas.] *Aquila,* ἡ ἐπιβουλὴ, insidiæ, *vt S. Hieronymus, Symmachus,* ὁ ἐπηρεαστὴς, calumniator, oppugnator. β Dormiui.] *Theodoretus:* Hoc Theodotio sic est interpretatus, ἐκοιμήθην μετὰ ἀναλισκόντων, dormiui cum absumentibus: Aquila vero μετὰ λάβρων (*al.* λαύρων,) cum vehementibus (*al.* abundantibus:) Symmachus vero μετὰ φλεγόντων, cum ardentibus. *In scholio plenius hoc refertur ex Symmacho,* θαρρῶν ἐκοιμήθην μεταξὺ φλεγόντων, benefidens dormiui inter ardentes. γ Arma.] *in L.V. est* ὅπλον, *in alijs autem* ὅπλα. *Theodotio* τόξον, arcus, telum. *Symmachus* δόρατα, lanceæ (*& ita S. Hieronymus*) *Aquila,* δόρυ, lancea, *quinta, & sexta editio perinde ac lxx.* ὅπλον. δ Laqueos.] παγίδας, *& ita S. Hilarius. In alijs libris græcis est* παγίδα, *& ita vulgata,* laqueum, *& S. Augustinus,* muscipulam. ε Paratum.] *Theodoretus:* Hoc ita Symmachus, ἑδραία ἡ καρδία μου, stabile cor meum. ζ Et psalmum dicam.] *Aut,* psallam, *vt S. Augustinus, vulgata addit,* domino. *S. Hilarius,* tibi. *In plerisque autem libris græcis est,* καὶ ψαλῶ ἐν τῇ δόξῃ μου, & psallam in gloria mea, *cum qua lectione consentit metaphrasis Apollinaris, & psalterium Arabicum. Æthiopicum vero cum editionibus latinis.*

In finem ne disperdas, ipsi Dauid in tituli inscriptionem. LVII.

SI vere vtique iustitiam loquimini: recta iudicate filij hominum. Etenim in corde iniquitates operamini in terra: α iniustitiā manus vestræ concinnant. Alienati sunt peccatores à vulua: errauerunt ab vtero, β locuti sunt falsa. Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas. Quæ non exaudiet vocem γ incantantium, & δ medicamenti medicati à sapiente. Deus ε contriuit dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confregit Dominus. Ad ζ nihilum deuenient, velut aqua decurrens: intendit arcum suum, donec infirmentur. Sicut cera η liquefacta, auferentur: θ cecidit ignis, & non viderunt solem. ι Priusquam intelligant spinæ vestræ rhamnum, sicut κ viuentes, sicut in ira absorbebit vos. Lætabitur iustus, cum viderit vindictam λ impiorum: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et dicet homo, si vtique est fructus iusto: vtique est Deus iudicans eos in terra.

α Iniustitiam.] *Ita in codicibus græcis collatis,* ἀδικίαν, *& in quibusdam paulo ante,* ἀνομίαν, iniquitatem. *Latinæ editiones vtroque loco habent numerum multitudinis, nisi S. Hilarius, qui primo loco habet,* iniquitates, *secundo,* iniquitatem. *Pro,* concinnant *etiam S. Hilarius dixit,* complectuntur. *S. Augustinus,* connectunt, *satis prope ad græcum.* συμπλέκουσιν. γ Incantantium.] *Schol. Aquila, Theodotio, eodem modo ac lxx. Symmachus,* ψιθυριζόντων, murmurantium, *& ita S. Hieronymus.* δ Et medicamenti.] *In L.V. est* φαρμακοῦ τε φαρμακευομένου, *ita vt illud* φαρμακου τε, *non habeat accentum. Quod si scribatur* φαρμακοῦ τε, *ea versio locum habet, quam nos ex S. Augustino posuimus: nec multo aliter S. Hilarius,* medicamentis medicatis à sapiente: *videturque etiam non discrepare metaphrasis Apollinarij. sin autem scribatur* φαρμακοῦ τε φαρμακευομένου *videri posset ea esse lectio, quam sequuta est vulgata, nisi additio illa* παρὰ σοφοῦ, *obstaret. ea enim indicat illud* φαρμακευομένου, *passiue accipi, cum vulgata actiue habeat.* venefici incantantis. *Ac fortasse auctor vulgatæ habuit* σοφῶς, *quod in nullo ex collatis codicibus est inuentum. In alijs græcis libris partim est* φαρμακοῦ τε φαρμακευομένη παρὰ σοφοῦ, *& sic in psalterio Romano,* & venefici, quæ incantatur à sapiente, *eamque lectionem sequitur Lucifer: Posset autem & ita verti,* & à medico medicata sapiente. *Partim vero* φαρμακοῦται φαρμακευομένη, medicatur medicata, *quomodo etiam corrigere quispiam voluit exemplar Vaticanum. Schol.* legendum est φαρμακοῦ τε, vt illud, τε, interiectum sit conuenienter concentus gratia, & non verbaliter, φαρμακοῦται. *Aliud Scholium,* legendum est, φαρμακοῦ τε, (*etiam Scholiastes iste non apponit accentum*) genitiuum à recto nominis φάρμακον, *&* φαρμακὸς, cum coniunctione τε, & non φαρμακοῦται, passiuum verbum. *Aquila,* ἐπᾴδειν ἐπαοιδὴν σεσοφισμένου, docti, incantare incantationem. *Symmachus,* ἐπαστοῦ ἐπῳδὰς σεσοφισμένου, incantatoris docti incantationes. *Theodotio,* φαρμάκου φαρμακευομένου παρὰ σοφοῦ, medicamenti medicati à sapiente. *Quinta editio,* φαρμακευομένου φαρμακοῖς, medicata, (*videtur enim in significatione passiua accepisse*) medicamentis, *aut,* accipiens medicamenta. *Theodoretus tamen ex Symmacho refert,* ἐπαστοῦται ἐπῳδαῖς σεσοφισμένου, incantatur incantationibus sapientis. ε Contriuit.] *Sic S. Hilarius, & S. Augustinus, quod græce est* συνέτριψεν. *In alijs græcis codicibus, & apud Theodoretum, est* συντρίψει, *& sic vulgata,* conteret. *Quod autem proxime sequitur,* confregit, *ita inuentum est in collatis græcis codicibus* συνέθλασεν, *licet vulgata hoc etiam loco habeat,* confringet. ζ Ad nihilum deuenient.] *Sic vulgata,* ἐξουδενωθήσονται, *S. Hilarius, & S. Augustinus habent,* spernentur:

A spernentur: *quomodo solet sæpe verti verbum illud.* η Sicut cera liquefacta.] *Aut*, quæ fluit, *vt vulgata. Aquila*, ὁμοίως γῆς ἐντέρῳ, τακὲν πορεύεται ἔκτρωμα γυναικὸς, οὐ μὴ θεωρήσωσιν ἥλιον, similiter ac vermis terræ, liquefactum vadit abortiuum mulieris: non videbunt solem. *Theodotio*, ὡσεὶ κηρὸς τακεὶς ἀνταναιρεθήσεται, ὡς ἔκτρωμα γυναικὸς, οὐκ εἶδεν ἥλιον, sicut cera liquefacta auferetur, tanquam abortiuum mulieris, non vidit solem. *Symmachus*, ὥσπερεὶ χόριον διαλυθὲν διαφωνεῖ, ἢ ἔκτρωμα γυναικὸς, ἵνα μὴ ἴδωσιν ἥλιον, sicut secunda membrana dissoluta dissonat (*idest*, deficit, *vt alibi*) aut abortiuum mulieris, vt non videant solem. θ Cecidit.] ἔπεσεν, *editiones tamen latinæ habent*, super cecidit. *In aliquot codicibus græcis, & apud Theodoretum est*, ἔπεσεν πῦρ ἐπ' αὐτοὺς, cecidit ignis super eos. ι Priusquam intelligant.] *S. Hilarius, & S. Hieronymus, & S. Augustinus*, priusquam producat spinas vestras rhamnus. *Arnobius*, priusquam producant spinæ vestræ rhamnos. *Theodoretus*: Symmachus hoc clarius dixit, πρὶν ἢ αὐξηθῶσιν αἱ ἄκανθαι ὑμῶν, ὥστε γενέσθαι ῥάμνον, ἔτι ζῶντες (*al.* ζῶντα) ὡς ὁλόξηρος λαίλαψ ἀρεῖ, priusquam auctæ sint spinæ vestræ, ita vt fiant rhamnus; adhuc viuentes (*al.* viuentem) tamquam omnia siccans turbo tollet. *Schol.* Aquila, λαιλαπίσει, tempestate quatiet. *Theodotio*, καταπίεται, absorbebit. κ Sicut viuentes, sicut in ira absorbebit vos.] *Ita S. Hilarius, nisi quod habet*, sic in ira. *S. Augustinus*, tanquam viuentes, tamquam in ira combibit eos. *Psalterium Æthiopicum consentit cum lectione Hilarij*, absorbebit vos. *In Arabico, & alijs libris græcis est*, καταπίεται αὐτοὺς, absorbebit eos. *vulgata*, absorbet eos. λ Impiorum.] *Ita* S. Ambrosius *serm. 7. in psal. 118. & S. Hieronymus in extrema tertia apologia contra Rufinum, sic quoque est in in Romano psalterio. A cæteris psalterijs, & libris græcis, & editionibus latinis abest dictio ista.*

In finem, ne disperdas, ipsi Dauid in tituli inscriptionem, quando misit Saul, & custodiuit domum eius, vt interficeret eum. LVIII.

C ERIPE me de inimicis meis Deus: & ab insurgẽtibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris sanguinum salua me. Quia ecce venati sunt animam meam: irruerunt in me fortes. Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine: sine α iniquitate cucurri, & direxi. Exurge in β occursum meum, & vide: & tu Domine Deus virtutum, Deus Israel intende ad visitandas omnes gentes: ne miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem. DIAPSALMA. Conuertẽtur ad vesperam, & famem patientur, vt γ canis, & circuibunt ciuitatem. Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labijs eorum: quoniam quis audiuit? Et tu Domine deridebis eos: pro δ nihilo D habebis omnes gentes. Fortitudinem meam ad te custodiam: quia ε tu Deus susceptor meus es. Deus meus, misericordia eius præueniet me: Deus meus ζ ostẽdet mihi in inimicis meis. Ne occidas eos; ne quando obliuiscantur η legis tuæ. θ Disperge illos in virtute tua: & ι depone eos protector meus Domine. κ Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum: & λ comprehendantur in superbia sua. Et de execratione, & mendacio μ annunciabuntur consummationes, in ira consummationis, & non erunt: & scient, quia ν Deus Iacob dominatur ξ finium terræ. DIAPSALMA. ο Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canis. & circuibunt ciuitatem. Ipsi dispergentur ad mãducandum: si vero non fuerint saturati, & murmurabunt. Ego autem cantabo π virtuti tuæ, E & exultabo mane misericordiam tuam. Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ. Adiutor meus tibi psallam Deus meus: susceptor meus es Deus meus, misericordia mea.

α Sine iniquitate cucurri, & direxi.] *Aut*, dirigebar, *vt S. Augustinus*, κατεύθυνα, *Theodoretus*, ita autem Symmachus est interpretatus, μὴ οὔσης ἁμαρτίας ἐπιτρέχουσιν (*al.* ἔτι τρέχουσιν,) ἵνα πατάξωσί με, cum non sit peccatum; accurrunt, vt percutiant me. *Schol.* ἀναιτίου, καὶ ἀναμαρτήτου, cum in culpa, & peccato non sim, *quamquã hæc pro illis fortasse afferuntur proxime præcedentibus*, οὔτε ἡ ἀνομία μου, οὔτε ἡ ἁμαρτία μου χώρει. β In occursum meum.] *S. Augustinus*, mihi. *Symmachus*, ἐξ ἐναντίας ὑπὲρ ἐμοῦ, quod S. Hieronymus, ex aduerso pro me. γ Vt canis.] ὡς κύων, *latinæ editiones habent*, canes. *Totum autem locum ita refert* Scholiastes *ex Symmacho*, ἀνακάμψουσιν

λύσουσιν ἑσπέρας, καὶ συνηχήσουσιν, ὡς κύνες κυκλοῦντες πόλιν. αὐτοὶ μὲν ἀποβλύζουσι τοῖς στόμασιν αὐτῶν, ὡς μάχαιρας τοῖς χείλεσιν αὐτῶν, ὡς οὐδενὸς ἀκούοντος. Reflectent se vesperi, & simul sonum emittent, velut canes circumeuntes ciuitatem: ipsi autem singultiunt comedentes ore suo, tanquam gladios labijs suis, quasi nemo audiat. δ Pro nihilo habebis.] *Ita S. Hilarius, & S. Augustinus, quod græce est,* ἐξουδενώσεις. *Vulgata,* ad nihilum deduces. ε Quia tu.] *Illud,* tu, *abest ab editionibus latinis. Notat autem S. Hieronymus ad Suniam & istud,* tu, *& sequens,* es, *apud lxx. solos inueniri.* ζ Deus meus ostendet mihi in inimicis meis.] *Ita vertit S. Hieronymus ad Suniam, aut,* inter inimicos meos, *quod habet etiam S. Hilarius. Rursus autem admonet S. Hieronymus illud,* meus, *additum esse. Vulgata,* Deus ostendet mihi super inimicos meos. *S. Augustinus:* Deus meus demonstrauit mihi de inimicis meis. η Legis tuæ.] *Ita apud S. Hilarium, &* S. Augustinum, *& in psalterijs Romano, & veteri: &* νόμου σου, *est in omnibus libris græcis, qui collati sunt S. Hieronymus tamen affirmat in lxx. vt in hebræo, haberi,* populi mei, *& ita à se esse versum, quod etiam est in vulgata. Aquila, & Theodotio,* λαοῦ μου populi mei. *Symmachus,* ὅπως ἐπιλάθωνται ὁ λαός σου τοῦ νόμου σου obliuiscantur populus tuus legis tuæ. θ Disperge.] *Theodoretus:* Symmachus, *ἀναστάτωσον αὐτοὺς ἐν τῇ δυνάμει σου, καὶ κάθελε αὐτούς, ὑπερασπιστὰ ἡμῶν κύριε τῇ ἁμαρτίᾳ τοῦ στόματος αὐτῶν, τῷ λόγῳ τῶν χειλέων αὐτῶν, quæ ita fere vertit S. Hieronymus:* Disperge eos in fortitudine tua, & destrue eos protector noster Domine in peccato oris sui, in sermone labiorum suorum. ι Depone.] *Sic vulgata, quod græce est,* κατάγαγε. *S. Augustinus,* deduc. *S. Hilarius,* destrue. κ Delictum.] *Ita vulgata* ἁμαρτίαν. *S. Hilarius, & S. Augustinus,* delicta. *In aliquot exemplaribus græcis, & apud Theodoretum est* ἁμαρτία, *&* λόγος, *in recto. Sed in accusandi casu videtur magis redolere hebraismum, in quo subintelligitur,* propter, *aut huiusmodi quiddam: idque S. Augustino aliquem laborem exhibuit.* λ Et comprehendantur.] *Theodoretus:* Hoc Symmachus manifestius est interpretatus, συλληφθήτωσαν μετὰ τῆς ὑπερηφανίας αὐτῶν ἀρὰν καὶ ψεῦδος λαλοῦντες, (*al.* λαλοῦντας) συντέλεσον ἐν θυμῷ, ἀνάλωσον ἵνα μὴ ὦσιν, capiantur cum superbia sua, maledictionem, & mendacium narrantes, consumma in furore, consume, vt non sint, *nec multo aliter S. Hieronymus.* μ Annunciabuntur consummationes.] *Sic vetus psalterium, &* S. Aug. *& cum hac lectione consentit psalterium Aethiopicum, & metaphrasis Apollinarij. S.* Hilarius, conuellentur in consummatione: consummatio in ira consummationis, & non erũt. *In alijs vero libris græcis,* διαγγελήσονται ἐν συντελείᾳ, ἐν ὀργῇ συντελείας, *& sic vulg.* annũciabũtur in cõsummatione in ira consummationis. *Ad hebræum fortasse propius accederet, si verteretur,* annunciabunt. ν Quia Deus Iacob.] *Ita etiam habet psalterium Aethiopicum, &* S. Hilarius, *nisi quòd habet* dominabitur. *At in cæteris libris græcis est,* ὁ θεὸς δεσπόζει τοῦ Ἰακώβ, καὶ τῶν περάτων τῆς γῆς, Deus dominatur Iacob, & finium terræ, *quomodo habent* S. *Aug. & vulgata, excepto quod habent* dominabitur. *Ac sane S. etiam Hier. ad Suniam habet,* δεσπόσει. *Qui quidẽ inquit cõiunctionẽ & esse additã, ordinemque verborũ esse.* Scient quia Deus Iacob dominabitur finiũ terræ. ξ Finium terræ.] *Aquila,* εἰς πέρατα τῆς γῆς ἀεὶ, Ad fines terræ, semper. *Theodotio,* τῶν περάτων τῆς γῆς, finium terræ. *Sym.* εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς, ad fines terræ. ο Conuertentur ad vesperã.] *S. Hilar.* in vesperum. *Theodoretus.* Symmachus ita inquit, ἀνακαμπτέτωσαν ἑσπέρας, θορυβείτωσαν, ὡς κύνες περιερχόμενοι πόλιν, ῥεμβόμενοι, ἵνα μὴ ἀχόρταστοι αὐλισθῶσιν, reflectant se vesperi, tumultuentur tanquam canes, circumeuntes ciuitatem vagantes, ne non saturati pernoctent. *Schol. addit hæc:* Theodotio vt lxx. Aquila, ἐὰν μὴ ἐμπλησθῶσιν, nisi fuerint satiati. π Virtuti tuæ.] *Ita S. Hilarius, quod græce est,* τῇ δυνάμει σου. *In alijs libris græcis est,* τὴν δύναμίν σου, *& S. Augustinus,* potentiam tuam, *vulgata,* fortitudinem tuam.

In finem [a] ijs, qui immutabuntur, in tituli inscriptionem ipsi Dauid in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal, & conuertit Ioab, & [b] percussit vallem Salinarum duodecim millia. LIX.

DEVS repulisti nos, & destruxisti nos: [g] iratus es, & misertus es nobis. Commouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est. Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino [d] compunctionis. Dedisti metuentibus te significationẽ, vt fugiant à facie arcus. DIAPSALMA. Vt liberentur dilecti tui, saluum fac dextera tua, & exaudi me. Deus loquutus est in sancto suo: exultabo, & partibor Sicimam; & conuallem tabernaculorum dimetiar. Meus est Galaad, & meus est Manasse, & Ephræm [e] fortitudo capitis mei. [z] Iudas, rex meus: Moab olla spei meæ. In Idumæã extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatem [h] circumstantiæ? quis deducet me vsque in Idumæam? Nonne tu Deus, qui repulisti nos, & non egredieris Deus in virtutibus nostris? Da nobis auxilium de tribulatione: & [th] vana salus hominis. In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

α Ijs qui

A

α Ijs qui immutabuntur.] *Editiones latinæ habent*, pro his. *Aquila*, ἐπὶ κρίνων, *&* S. *Hieronymus*, pro lili- *Eusebius de hoc titulo.* Symmachus, ἐπινίκιον ὑπὲρ τῶν ἀνθῶν τοῦ ταπεινόφρονος, καὶ ἀμώμου δαυὶδ εἰς διδαχήν. Epinicium pro floribus humilis, & immaculati Dauid ad doctrinam. β Et percussit vallem.] *Quidam codices Theodoreti habẽt*, φάλαγγα, *Phalangem: sed videtur mendum. In alijs autem græcis codicibus est*, καὶ ἐπάταξεν τὴν ἐδὼμ ἐν τῇ φάραγγι τῶν ἁλῶν, *quod S. Augustinus*, & percussit Edom in valle salinarum. *Itemque vulg.* & percussit Idumæam. *S. Hilarius tamen*, & percussit in valle salinarum duodecim millia. γ Iratus es.] *Aquila*, θυμωθεὶς μετέστρεψας ἡμᾶς, indignatus transuertisti nos. *Symmachus*, ὀργισθεὶς, καὶ περιήγαγες ἡμᾶς, iratus es, & circumduxisti nos. δ Compunctionis.] *S. Aug.* stimulationis. *Theodoretus*: Aquila, ἐπότισας ἡμᾶς οἶνον καρώσεως, potasti nos vino soporationis, *aut*, consopiente, *vt. S. Hiero. Schol, ex Symmacho* σάλου, conturbationis. ε Fortitudo capitis mei.] *Theodoretus*, pro τῆς κεφαλῆς μου, Symmachus posuit τῆς ἀρχῆς μου, principatus mei. ζ Iudas rex meus.] *Aquila*, ἰούδας ἀκριβαστής μου, μωὰβ λέβης τοῦ λουτροῦ μου. Iudas legifer (*hac enim notione solent dictionem istam accipere*) meus, Moab olla lauacri mei, *&* *ita S. Hiero. Syrus autem*, κάδος τῆς πλύσεώς μου, situla lotionis meæ. *Aliud scholium*: Syrus, λεκάνη, catinus: Theodotio, ἰούδας ἀκριβαζόμενός μου, Iudas præscribens meus: cæteri vt lxx. *Symmachus*, ἰούδας προστάσσων ὁ ἐμός, μωὰβ λέβης ἀμεριμνίας μου, Iudas præordinans meus, Moab olla tranquillitatis, & securitatis meæ. η Circunstantiæ.] *Ita S. Hilarius*, *&* S. Aug. *quod græce est* περιοχῆς. *Theodoretus ex Symmacho* πεφραγμένην, munitam, *&* *sic vulgata.* θ Et vana.] *Theodoretus ex Symmacho* ματαία γὰρ σωτηρία ἀνθρώπου, vana enim salus hominis.

B

In finem in hymnis ipsi Dauid. LX.

EXAVDI Deus deprecationem meam: intende orationi meæ. A finibus terræ ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me. Deduxisti me, quia factus es spes mea; turris fortitudinis à facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamine alarum tuarum. DIAPSALMA. Quoniam tu α Deus exaudisti β orationes meas: dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum. Dies super dies regis adijcias, annos eius vsque in diem generationis, & generationis. Permanebit in æternum in conspectu Dei: misericordiam, & veritatem eius quis γ requiret? Sic psallam nomini tuo in seculum seculi, vt reddam vota mea de die in diem.

C

α Quoniam tu Deus.] *Apud S. Augustinum, & in vulgata sequitur* meus, *quod tamen S. Hieronymus notat non esse in hebræo, neque in lxx.* ε Orationes.] τῶν προσευχῶν, *in aliquot libris græcis, & apud S. Hieronymum ad Suniam, est* εὐχῶν, *&* *posset verti*, vota. *omnes tamen latinæ editiones habet*, orationem

D

In α finem pro Idithum, Psalmus ipsi Dauid. LXI.

NONNE Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Nam & ipse Deus meus, & β Saluator meus: susceptor meus, non mouebor amplius. Quousque γ apponitis super hominem (δ interficitis vniuersi) tamquam parieti inclinato, & maceriæ impulsæ? Verumtamen ε honorem meum cogitauerunt repellere. ζ Cucurri in siti: ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. DIAPSALMA. Verumtamen Deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea. Quia ipse Deus meus, & Saluator meus: susceptor meus non emigrabo. In Deo salutare meum, & gloria mea. Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est. Sperate in eo omnis congregatio η populi; effundite corã illo corda vestra: quia Deus adiutor θ noster. DIAPSALMA. ι Verumtamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris: vt κ decipiant λ ipsi de vanitate in idipsum. Nolite sperare super inquitatem, & μ super rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Semel loquutus est Deus; duo hæc audiui: quia potestas Dei est, & ν tua Domine misericordia: quia tu reddes vnicuique secundum opera sua.

E

α In finem.]

α In finem.] *Theodoretus*: Symmachus autem ita est interpretatus, ἐπινίκιος διὰ ἰδιθοὺμ ᾠδὴ εἰς Δαυὶδ, triumphalis per idithum oda in Dauid. β Saluator.] *Ita S.Hilarius, quod græce est* σωτήρ. *In vulgata, & apud S.Augustinum est*, salutaris. γ Apponitis.] *Dictio*, ἐπιτίθεσθε, *multa significat, imprimis autem insidiari, & irruere: quam quidem irruendi vocem habent hic S.Hilarius, & S.Ambrosius, & vulgata. Nos S.Augustinum sequuti sumus, vt æque communem, & ambiguam vocem, ac græca est, retineremus.* δ Interficitis vniuersi.] *Sic S.Hilarius. S. Augustinus*, interficite omnes, *quod facile fert græca vox*, φονεύετε. *In vulgata est*, interficitis vniuersi vos, *& quidem in aliis codicibus græcis, & apud Theodoretum est*, φονεύετε πάντες ὑμεῖς, *qui Theodoretus putat hæc per parenthesim esse interiecta. S.Ambrosius habet*, interficientes vniuersos. ε Honorem.] *Ita S. Hilarius, & S.Augustinus, & ea notione accipit nunc Theodoretus* τιμὴν, *quamuis significet etiam* precium, *vt habet vulgata, & S.Ambrosius, & ea notione accipit S.Basilius.* ζ Cucurri.] *Ita editiones, & patres latini: græce est*, ἔδραμον, *quod etiam significare potest*, cucurrerunt, *& ita fere græci interpretantur, S.Ambrosius vtroque modo exponit. Additque Symmachum dixisse*, πῶς θέλω αὐτῶν ἐν ψεύδει, hoc est placuit illis in mendacio, *ex qua explanatione fortasse colligi potest pro* ἐν δίψει, *legendum* ἐν ψεύδει. *Sanctus Hieronymus*, placuerunt sibi in mendacio. η Populi.] λαοῦ. *S.Hilarius*, omnis cœtus plebis. *S.Ambrosius*, omnes conuentus plebis meæ. *S. Augustinus*, omne consilium plebis. *In plerisque tamen græcis libris est*, λαῶν, populorum. θ Noster.] *Ita S.Hilarius, & S.Augustinus. In vulgata sequitur*, in æternum: *sed S.Hieronymus fatetur obelum esse; ac fortasse irrepsit in locum diapsalmatis, quod ab Aquila redditur*, semper. ι Verum tamen vani.] *Theodoretus*: Hoc Theodotio manifestius est interpretatus, πλὴν ἀτμὶς υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, ψευδεῖς υἱοὶ ἀνδρὸς, ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ. Verumtamen vapor filij hominum, mendaces filij viri, vt momentum stateræ. κ Vt decipiant.] *Græci fere hæc coniungunt cum antecedentibus, vt* ἐν ζυγοῖς τοῦ ἀδικῆσαι, *valeat*, in stateris factis ad decipiendum, & fraudandum. λ Ipsi de vanitate in idipsum.] *Aut*, in vnum, *vt S.Augustinus. Theodoretus*: Ita Symmachus hoc est interpretatus, αὐτοὶ ματαιοῦνται ὁμοῦ, ipsi euanescunt simul. μ Super rapinas.] ἐπὶ ἁρπάγματα, *latinæ tamen editiones non habent illud*, super: *Aquila*, καὶ ἐν βίᾳ μὴ ματαιοῦσθε, & in violentia nolite euanescere. *Theodotio*, καὶ ἐπὶ ἁρπάγματι μὴ ματαιοῦσθε, & in rapina ne euanescatis. *Symmachus*, καὶ ἐπὶ ἅρπαγμα μὴ γίνεσθε ἀτμὶς, & super rapinā nolite fieri vapor. ν Tua.] σου, *tamen latinæ editiones habent*, tibi.

Psalmus ipsi Dauid, cum esset in deserto Idumææ. LXII.

DEVS, Deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit α tibi anima mea, β quàm multipliciter tibi γ caro mea. In terra deserta, & in via, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi; vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. Quoniam melior est misericordia tua super vitas; labia mea laudabunt te. Sic benedicam te in vita mea: in nomine tuo leuabo manus meas. δ Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea: ε & labia exultationis laudabunt nomen tuū. Si ζ memoratus sum tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te; quia fuisti adiutor meus: & in velamento alarum tuarum exultabo. Adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua. Ipsi vero in vanum quæsierunt animam meam: introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij: partes vulpium erunt. Rex vero lætabitur in Deo: laudabitur omnis, qui iurat in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

α Sitiuit tibi.] *Ita psalterium vetus, & S.Hilarius, & S. Augustinus, & ita omnes interpretes vertisse affirmat S.Hieron. Aliæ editiones latinæ habent*, in te. *Plerisque autem libri græci*, ἐδίψησέ σε, sitiuit te. β Quàm multipliciter.] *Theodoretus*: Theodotio, ποσαχῶς, multipliciter: Aquila vero, ἐπετάθη, intendit se: Symmachus autem, ἱμείρεται, appetit. Omnes attuli interpretationes, docens illud ποσαπλῶς, non esse duas particulas, diuidendo πῶς, ab ἁπλῶς, sed esse vnam orationis partem significantem intentionem desiderij. *S.Hilarius tamen habet*, quàm simpliciter. *S.Hier. in Ezech. cap. 16. lib. 5. in extremo testatur quædam exemplaria habuisse*, quomodo consumpta est caro mea, *itemque in cap. 44.* γ Caro mea.] *S.Aug.* & caro mea in terra deserta, & in inuio, & inaquoso. δ Sicut adipe.] *S.Augustinus*, tanquam adipe. *In aliquot codicibus græcis, & apud Theodoretum est*, ὡς ἐκ στέατος tamquam de adipe. ε Et labia.] *Ita Sancti Hilarius, & Augustinus, & vetus psalterium, & Romanum, & Æthiopicum. In cæteris græcis codicibus partim est*, καὶ χείλη ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου, & labia exultationis laudabit os meum, *partim ac fortasse emendatius*, καὶ χείλει ἀγαλλιάσεως αἰνέσει τὸ στόμα μου, & labio exultationis laudabit os meum: *non longe ab vulgata, quæ habet*, & labijs, *& ab Arabico*. ζ Si memoratus sum tui.] *Ita Sancti Hilarius, & Augustinus. Vulgata autem*, sic (aut, si) memor fui tui. *Theodoretus*: Hoc Symmachus ita est interpretatus, ἀναμιμνήσκομαί σου ἐπὶ τῆς στρωμνῆς μου, καθ' ἑκάστην φυλακὴν ἐμελέτων σε, καὶ σκεπόμενος ἐν ταῖς πτέρυξί σου ηὐφήμουν, reminiscor tui super stratum meum, per singulas vigilias, (*sic S. Hieronymus*) meditabar te, & tectus in alis tuis benedicebam.

In finem

A

In finem psalmus ipsi Dauid. LXIII.

EXAVDI Deus [a] orationem meam, cum [b] deprecor ad te: à timore inimici eripe animam meam. [g] Protexisti me à [d] conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem. Qui exacuerunt vt gladium linguas suas: intenderunt arcum rem [e] amaram, vt sagittent in [z] occultis immaculatum. Subito sagittabunt eum, & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem [h] malignum. Narrauerunt, vt absconderent laqueos: dixerũt, quis videbit eos? Perscrutati sunt iniquitatem: defecerunt [th] scrutantes scrutinio. Accedet [i] homo, & cor altum: & exaltabitur Deus. Sagittæ infantium factæ sunt plagæ eorum, pro [k] nihilo habuerunt eum linguæ eorum. Conturbati sunt omnes, qui videbant eos: & timuit omnis homo. Et annunciauerunt opera Dei; & facta eius intellexerunt. Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

B

[a] Orationem meam.] *Ita editiones latinæ: & Sancti Hilarius, & Augustinus, quod græce est,* τῆς προσευχῆς μου. *In alijs exemplaribus græcis est,* φωνῆς μου, vocem meam. *Schol.* lxx. προσευχῆς μου. [b] Cum deprecor ad te.] *Ita libri græci,* ἐν τῷ δέεσθαί με πρὸς σέ. *S. Hilarius primum habet,* cum precor ad te, *deinde,* cum tribulor. *S. Augustinus & vulgata,* cum deprecor. [g] Protexisti.] *Ita apud latinos: quod græce* ἐσκέπασάς με, *sed in cæteris libris græcis est, (psalterijs, Æthiopico, & Arabico consentientibus)* σκέπασόν με, protege me. [d] Conuentu.] *Theodoretus,* συστροφὴν vocat concordiam, & consensum ad mala: *quare verti posset,* coniuratione. [e] Rem amaram.] πρᾶγμα πικρόν. *Theodoretus:* Aquila dixit ῥῆμα πικρὸν, verbum amarum, *& Theodotio,* λόγον πικρὸν, sermonem amarum, *& Symmachus,* ἐπλήρωσαν τὸ τόξον ἑαυτῶν λόγον πικρὸν, (*al.* λόγῳ πικρῷ) impleuerunt arcum suum, sermonem amarum, *al.* sermone amaro.

C

[z] In occultis.] ἐν ἀποκρύφοις. *S. Hilarius interdum hoc modo, interdum,* in obscuro. *S. Augustinus,* in abscondito. *Theodoretus:* Symmachus, κρυφῆ, clanculum, idest insidijs, & dolis vsi. [h] Sermonem malignum.] *Ita S. Augustinus, quod græce* λόγον πονηρόν. *Vulgata,* sermonem nequam, *eodemque interdum modo S. Hilarius, interdum vero,* verbum malum. *Theodoretus,* hoc manifestius Symmachus dixit, ἐκράτυναν λόγον πονηρὸν, ἐσκέψαντο κρύψαι παγίδας, tenuerunt sermonẽ malignum, deliberauerunt occultare laqueos. *S. Hilarius pro,* narrauerunt, *habet,* disputauerunt. [th] Scrutantes scrutinio.] *Ita vulgata, & S. Hilarius quod græce est* ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσει. *In alijs libris græcis est* ἐξερευνήσεις, *& S. Aug. & vetus psalterium,* scrutantes scrutationes. *Schol.* Aquila, σκαλεύσει σκαλευόμενοι, fossione fodientes: Theodotio, ἐξερευνῶντες ἐξερευνήσει, perscrutantes perscrutatione. [i] Accedet homo, & cor altum.] *Apud latinos fere est,* ad cor: *apud Sanctum Augustinum vtroque modo:* Aquila, ἔγκατον ἀνδρὸς, καὶ καρδία βαθεῖα, καὶ ῥοιζήσει αὐτοῖς ὁ θεός. βέλη

D

παραχρῆμα ἐγενήθησαν αἱ πληγαὶ αὐτῶν, καὶ ἐσκανδάλισαν αὐτὸν ἐπ᾽ αὐτοῖς αἱ γλῶσσαι αὐτῶν. Intimum viri, & cor profundum, & insequetur eos Deus: sagittæ subito fuerunt plagæ eorum, & impingere fecerunt eam in semetipsos linguæ ipsorum. *Symmachus,* ἐξ ἐγκάτων ἕκαστος καρδίας βαθείας. ἀκοντίσει οὖν αὐτοὺς ὁ θεὸς, βέλος αἰφνίδιον ἔσονται αἱ πληγαὶ αὐτῶν, καὶ πταίσει καθ᾽ ἑαυτῶν ταῖς γλώσσαις αὐτῶν, ex intimis vnusquisque cordis profundi: sagittabit igitur illos Deus, sagitta repentina erunt plagæ eorum, & corruunt contra seipsos linguis suis. *Theodotio,* διάνοια ἀνδρὸς, καὶ καρδία βαθεῖα. κατατοξεύσει αὐτοὺς ὁ θεὸς, mens viri, & cor profundum: sagittabit eos Deus: *Theodoretus ita refert hanc Theodotionis interpretationem,* καὶ διάνοιαν ἀνδρὸς, καὶ καρδίαν βαθεῖαν κατατοξεύσει ὁ θεὸς, & mentem viri, & cor profundum sagittabit Deus. [k] Pro nihilo habuerunt eum.] καὶ ἐξουθένησαν αὐτὸν, *Ita psalterium Romanum. S. Hilarius,* & nihil habuerunt contra ipsos linguæ eorum: *sed in cæteris libris græcis est* ἐξουθένησαν ἐπ᾽ αὐτοῖς, *cum qua lectione consentiunt psalteria, Æthiopicum, & Arabicum, & metaphrasis Apollinarij. Et vulgata latina, & psalterium vetus, & S. Augustinus,* & infirmatæ sunt contra eos.

E

In finem psalmus ipsi Dauid, [a] canticum. LXIV.

TE decet hymnus Deus in [b] Sion: & tibi reddetur [g] votum. Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet: verba [d] impiorum præualuerunt super nos; & [e] impietates nostras tu propitiabis. Beatus quem elegisti, & assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuũ, mirabile in iustitia. Exaudi nos Deus Saluator noster, spes omnium finium terræ, & in mari longe. [z] Præparans montes in fortitudine tua, [h] circumcinctus in potentatu. Qui [th] conturbas [i] fundum maris, [k] so-

nos fluctuum eius. Turbabuntur gentes, & timebunt, qui inhabitant fines, à ſignis tuis. Exitus matutini, & veſperæ delectabis: viſitaſti terram, & inebriaſti eam: λ multiplicaſti locupletare eam. Flumen Dei repletum eſt aquis: μ paraſti cibum illorum; quoniam ita eſt ν præparatio. Riuos eius inebria, multiplica genimina eius: in ſtillicidijs eius lætabitur germinans. Benedices coronam anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate. ξ Pingueſcent ο montes deſerti, & exaltatione colles accingentur. Induti ſunt arietes ouium, & valles π abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

α Canticum.] *Abeſt hoc à S. Hilario, & Theodoreto, qui quidem hæc ſcribit,* in nonnullis autem exemplaribus adiungitur, ᾠδὴ ἱερεμίου, καὶ ἰεζεκιὴλ, ἐκ τοῦ λαοῦ τῆς παροικίας, ὅτε ἔμελλον ἐκπορεύεσθαι. *Apud Sanctum Auguſtinum,* canticum Hieremiæ, & Ezechielis ex populo tranſmigrationis, cum inciperent exire. *In vulgata,* canticum Hieremiæ, & Ezechiæ, populo tranſmigrationis, quando incipiebant proficiſci. *Addit Theodoretus iſta neque in hebraico, neque apud cæteros interpretes, neque apud lxx. in hexaplo haberi: dictio tamen illa,* ᾠδὴ, canticum, *reſpondet hebræo, & S. Hilarius in pſal. 65 inquit,* in anteriore, ideſt, in hoc editum eſſe, pſalmus cantici. β Sion.] *Schol.* Sion exponitur διψῶσα, ſitiens. γ Votum.] *In pleriſque libris græcis & latinis ſequitur,* in Hieruſalem, *non tamen in hebræo.* δ Verba iniquorum.] *Theodoretus:* Symmachus autem ita, λόγοι ἀνόμων κατεδυνάστευσάν με, ſermones iniquorum ſubiecerunt, & oppreſſerunt me. *Scholiaſtes autem hæc præterea refert, ex Aquila quidem,* ἐδυναμώθησαν παρ' ἐμὲ, roborati ſunt præ me, *ex quinta autem editione,* ἐκραταιώθησαν ὑπὲρ ἐμὲ, inualuerunt ſuper me. ε Et impietates noſtras tu propitiabis.] *Ita S. Hilarius in explanatione; quod græce eſt,* καὶ τὰς ἀσεβείας ἡμῶν σὺ ἱλάσῃ. *ſed in multis libris græcis eſt,* ταῖς ἀσεβείαις. *& vulgata,* & impietatibus noſtris tu propitiaberis. *Sanctus Auguſtinus partim hoc modo, partim,* & impietates noſtras tu propitiaberis. ζ Præparans.] *Theodoretus,* iſtud ἑτοιμάζων, Symmachus dixit, ἑδράζων, firmans. *Scholium autem ex Symmacho,* ὃς ἥδρασας ὄρη τῇ δυνάμει ἑαυτοῦ, qui firmaſti montes potentia tua ipſius. η Circumcinctus in potentatu.] *Sic Sanctus Auguſtinus, quod græce* περιεζωσμένος ἐν δυναστείᾳ. *Sanctus* Hilarius, *& vulgata,* accinctus potentia. θ Qui conturbas.] *Theodoretus,* iſtud συνταράσσων, Theodotio dixit, καταπραΰνων, mulcens, & ſedans. ι Fundum.] *Aut,* profundum, *vt vulgata,* τὸ κύτος. *Schol.* κοίλωμα, πλάτος, ἢ βάθος, cauitas, latitudo, aut profunditas. *Aliud Scholium,* quod alibi dixit περιβόλαιον, amictum, & veſtimentum. κ Sonos fluctuum eius.] *Aut,* ſonum, *vt fere latini: græce tamen eſt* ἤχους. *Poſt iſta verba in cæteris libris græcis ſequitur,* τίς ὑποστήσεται, *& Sanctus* Auguſtinus, quis ſufferet? *Itemque Romanum pſalterium, & Æthiopicum, & metaphraſis* Apollinarij: *abſunt tamen ab Arabico, à Sancto* Hilario, *& vulgata: ac Sanctus* Hieronymus *docet id ſuperfluum eſſe.* λ Multiplicaſti locupletare.] *Aut,* ditare, *vt Sanctus Auguſtinus. Theodoretus:* Symmachus autem tria iſta poſuit modo optantis, ἐπισκέψαιο τὴν γῆν, καὶ ποτίσαις αὐτήν, πολυκαρπίᾳ πλουτίσαις αὐτήν, ὀχετοῖς θεοῦ μεστοῖς ὑδάτων. Viſita terram, & potabis eam, vbertate fructuum ditabis eam, riuulis Dei plenis aquarum. μ Paraſti.] *Theodoretus:* Symmachus autem hoc modo, τελεσφορήσεις τὴν κατασπορὰν αὐτῆς, οὕτως ἥδρασας αὐτήν, ad maturitatem, ac fructum perduces omne ſemen eius: ita firmaſti eam. ν Præparatio.] *Ita in multis codicibus græcis, & in eo, quo vſi ſunt Sunia, & Fretela. Sanctus* Hieronymus *tamen probat,* præparatio eius: *quod eſt in vulgata, & in pſalterijs* Arabico, *& Æthiopico: & Sanctus* Hilarius *interdum,* præparatio ſua. *Idem vero interdum habet,* tua, *& ita Sanctus* Auguſtinus, *& pſalterium vetus, & Romanum. Et in aliquot codicibus græcis eſt* ἑτοιμασία σου, *& ita habet Theodoretus in explanatione, & in L.V. additum eſt illud,* σου, *minoribus litteris.* ξ Pingueſcent.] *Symmachus,* γνοφωθήσονται τὰ ὡραῖα τῆς ἐρήμου, caligine obtegentur ſpecioſa deſerti. *Aliud Scholium.* ὁμιχλωθήσονται αἱ νομαὶ τῆς ἐρήμου, nebula obtegentur paſcuæ deſerti. ο Montes.] ὄρη. *Ita quoque eſt apud Apollinarium* ὄρεα, *& in Æthiopico pſalterio. Sancti autem Hilarius, & Auguſtinus,* fines, *vt videantur* legiſſe. ὅροι. *In cæteris libris græcis eſt,* ὡραῖα, *& vulgata,* ſpecioſa. π Abundabunt frumento.] πληθυνοῦσι σῖτον, multiplicabunt frumentum. *Aquila,* ἐκλεκτόν, electum. *Theodotio,* σῖτον, frumentum. *Symmachus,* τροφήν, alimentum.

In finem canticum pſalmi α reſurrectionis. LXV.

IVBILATE Deo β omnis terra: pſalmum dicite nomini eius. Date gloriam laudi eius: Dicite Deo, quàm terribilia ſunt opera tua Domine? In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te, & pſallat tibi; pſalmum dicat nomini γ tuo. DIAPSALMA. Venite, & videte opera Domini: δ terribilis in conſilijs ſuper filios hominum. Qui ε conuertit mare in aridam: in flumine pertranſibunt pede. Ibi lætabimur in ipſo, qui dominatur in virtute ſua ζ ſeculo. Oculi eius ſuper gentes reſpiciunt: qui η exaſperant;

A ſperant; non exaltentur in ſemetipſis. DIAPSALMA. Benedicite gentes Deum noſtrum: & [θ] auditam facite vocem laudis eius. Qui poſuit animam meã ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos. Quoniam probaſti nos Deus: igniſti nos, ſicut ignitur argentum. Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro: impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Tranſiuimus per ignem, & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium. Introibo in domum tuam in holocauſtis: reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea; & loquutum eſt os meum in tribulatione mea. Holocauſta medullata offeram tibi cum [ι] incenſo, & arietibus, [κ] faciam tibi boues cum hircis. DIAPSALMA. Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. Ad [λ] ipſum ore meo clamaui, & exaltaui ſub lingua mea. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo; nõ [μ] exaudiat Dominus. Propterea exaudiuit [ν] me Deus: attendit voci orationis meæ. Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me.

[α] Reſurrectionis.] *Abeſt hoc à S. Hilario. Theodoretus*: neque hanc additionem hebraicum habet, neque alij interpretes, neque lxx. in hexaplo: ſed & hanc, vt videtur, quidam appoſuerunt. [β] Omnis terra.] *Theodoretus*: Symmachus, πάντες οἱ ἐν τῇ γῇ (al. ἐπὶ γῆς) προσκυνήσουσί σοι, μελῳδοῦντές σοι ᾄσουσι τὸ ὄνομά σου, omnes, qui in terra, adorabunt te, melos dantes canent nomen tuum. [γ] Nomini tuo.] *Sic in vulgata, & in pſalterijs Arabico, & Æthiopico. In alijs libris græcis ſequitur* ὕψιστε *& SS. Hilarius, & Auguſtinus.* altiſſime. *Itemque pſalterium vetus, & Romanum.* [δ] Terribilis in conſilijs.] *Theodoretus*: Symmachus autem φοβερὰ μηχανήματα ὑπὲρ υἱῶν ἀνθρώπων, *quæ S. Hieronymus videtur vertere*, terribilia conſilia ſuper filijs hominum. [ε] Qui conuertit.] ὁ μεταστρέφων. *Theodoretus*: Symmachus ſic dixit, μετέβαλε θάλασσαν εἰς ξηρὰν, ποταμὸν διέβησαν ποδὶ, tranſmutauit mare in aridam, fluuium tranſierunt pede. [ζ] Seculo.] τῷ δεσπόζοντι ἐν τῇ δυναστείᾳ αὐτοῦ τοῦ αἰῶνος, *& reſpondet hebræo, quare ita etiam habet in ſua tralatione S. Hieronymus, & S. Hilarius vidit illud, quod eſt in editionibus latinis*, in æternum, *non ſatis reſpondere græco: per id enim quod* τοῦ αἰῶνος *dicitur, ſignificari dominationem deſignati, & tanquam demonſtrati ſeculi.* [η] Qui exaſperant.] *S. Auguſtinus*, qui amaricant. *S. Hilarius*, qui in iram prouocant οἱ παραπικραίνοντες. *Theodoretus*: Hos Theodotio quidem vocauit ἐκκλίνοντας, declinantes: Aquila autem ἀφισταμένους, deſciſcentes: manifeſtius autem Symmachus dixit, οἱ ἀπειθεῖς μὴ ὑψούσθωσαν ἐν ἑαυτοῖς, qui increduli ſunt, non exaltentur in ſemetipſis, *& ita Sanctus Hieronymus.* [θ] Auditam facite.] *Theodoretus*: Symmachus illud ἀκουτίσατε, dixit ἀκουστὴν ποιήσατε, al. ποιεῖτε, *quod idem valet, & eſt expreſſius. S. Auguſtinus habet*, audite. S. Hilarius, obaudite. [ι] Incenſo, & arietibus.] *Ita Sancti Auguſtinus, & Hilarius, & omnes fere græci* μετὰ θυμιάματος καὶ κριῶν. *Attamen S. Hieronymus ad Suniam putat melius legi* μετὰ θυμιάματος τῶν κριῶν, *& ſic vulgata*, cum incenſo arietum. [κ] Faciam.] ποιήσω. *In pleriſque libris græcis eſt* ἀνοίσω, *& ita latini*, offeram. [λ] Ad ipſum ore meo.] *Theodoretus*: Symmachus autem ita, αὐτὸν τῷ στόματί μου ἐπεκαλεσάμην, καὶ ὑψώθη παραχρῆμα ἡ γλῶσσά μου, ipſum ore meo inuocaui, & eleuata eſt ſubito lingua mea. [μ] Non exaudiat.] μὴ εἰσακουσάτω. *Theodoretus*: Symmachus autem ἀδικίαν εἰ προεῖδον ἐν τῇ καρδίᾳ μου, μὴ εἰσακούσῃ κύριος, iniuſtitiam ſi præuidi in corde meo; non exaudiet Dominus. *Et fere latini omnes habent*, non exaudiet. [ν] Me.] *Ita Sancti Hilarius, & Auguſtinus, & græci codices collati. Sed Sanctus Hieronymus putat id eſſe ſuperfluum, & abeſt à vulgata.*

In finem in hymnis [α] pſalmus ipſi Dauid. LXVI.

DEVS miſereatur noſtri, & benedicat nos: illuminet vultum ſuum [β] ſuper nos. DIAPSALMA. Ad [γ] cognoſcendum in terra viam tuam, in omnibus gentibus ſalutare tuum. Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes. Lætentur, & exultent gentes: quoniam [δ] iudicabis populos in æquitate, & gentes in terra diriges. DIAPSALMA. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructũ ſuum. Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

nos fluctuum eius. Turbabuntur gentes, & timebunt, qui inhabitant fines, à signis tuis. Exitus matutini, & vesperæ delectabis: visitasti terram, & inebriasti eam: λ multiplicasti locupletare eam. Flumen Dei repletum est aquis: μ parasti cibum illorum; quoniam ita est ν præparatio. Riuos eius inebria, multiplica genimina eius: in stillicidijs eius lætabitur germinans. Benedices coronam anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate. ξ Pinguescent ο montes deserti, & exaltatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouium, & valles π abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

α Canticum.] *Abest hoc à S. Hilario, & Theodoreto, qui quidem hæc scribit,* in nonnullis autem exemplaribus adiungitur, ᾠδὴ Ἱερεμίου καὶ Ἰεζεκιήλ, ἐκ τοῦ λαοῦ τῆς παροικίας, ὅτε ἔμελλον ἐκπορεύεσθαι. *Apud Sanctum Augustinum,* canticum Hieremiæ, & Ezechielis ex populo transmigrationis, cum inciperent exire. *In vulgata,* canticum Hieremiæ, & Ezechiæ, populo transmigrationis, quando incipiebant proficisci. *Addit Theodoretus ista neque in hebraico, neque apud cæteros interpretes, neque apud lxx. in hexaplo haberi: dictio tamen illa,* ᾠδὴ, canticum, *respondet hebræo, & S. Hilarius in psal. 65 inquit,* in anteriore, idest, in hoc editum esse, psalmus cantici. β Sion.] *Schol.* Sion exponitur διψῶσα, sitiens. γ Votum.] *In plerisque libris græcis & latinis sequitur,* in Hierusalem, *non tamen in hebræo.* δ Verba iniquorum.] *Theodoretus:* Symmachus autem ita, λόγοι ἀνόμων κατεδυνάστευσάν με, sermones iniquorum subiecerunt, & oppresserunt me. *Scholiastes autem hæc præterea refert, ex Aquila quidem,* ἐδυναμώθησαν παρ' ἐμὲ, roborati sunt præ me, *ex quinta autem editione,* ἐκραταιώθησαν ὑπὲρ ἐμὲ, inualuerunt super me. ε Et impietates nostras tu propitiabis.] *Ita S. Hilarius in explanatione; quod græce est,* καὶ τὰς ἀσεβείας ἡμῶν σὺ ἱλάσῃ. *sed in multis libris græcis est,* ταῖς ἀσεβείαις. *& vulgata,* & impietatibus nostris tu propitiaberis. *Sanctus Augustinus partim hoc modo, partim,* & impietates nostras tu propitiaberis. ζ Præparans.] *Theodoretus,* istud ἑτοιμάζων, Symmachus dixit, ἑδράζων, firmans. *Scholium autem ex Symmacho,* ὃς ἥδρασας ὄρη τῇ δυνάμει ἑαυτοῦ, qui firmasti montes potentia tua ipsius. η Circumcinctus in potentatu.] *Sic Sanctus Augustinus, quod græce* περιεζωσμένος ἐν δυναστείᾳ. *Sanctus* Hilarius, *& vulgata,* accinctus potentia. θ Qui conturbas.] *Theodoretus,* istud συνταράσσων, Theodotio dixit, καταπραΰνων, mulcens, & sedans. ι Fundum.] *Aut,* profundum, *vt vulgata,* τὸ κύτος. *Schol.* κοίλωμα, πλάτος, ἢ βάθος, cauitas, latitudo, aut profunditas. *Alius Scholium,* quod alibi dixit περιβόλαιον, amictum, & vestimentum. κ Sonos fluctuum eius.] *Aut,* sonum, *vt fere latini: græce tamen est* ἤχους. *Post ista verba in cæteris libris græcis sequitur,* τίς ὑποστήσεται, *& Sanctus* Augustinus, quis sufferet? *Itemque Romanum psalterium, & Æthiopicum, & metaphrasis* Apollinarij: *absunt tamen ab Arabico, à Sancto* Hilario, *& vulgata: ac Sanctus* Hieronymus *docet id superfluum esse.* λ Multiplicasti locupletare.] *Aut,* ditare, *vt Sanctus Augustinus. Theodoretus:* Symmachus autem tria ista posuit modo optantis, ἐπισκέψαι τὴν γῆν, καὶ ποτίσεις αὐτὴν, πολυκαρπίᾳ πλουτίσεις αὐτὴν, ὀχετοῖς θεοῦ μεστοῖς ὑδάτων. Visita terram, & potabis eam, vbertate fructuum ditabis eam, riuulis Dei plenis aquarum. μ Parasti.] *Theodoretus:* Symmachus autem hoc modo, τελεσφορήσεις τὴν πανσπερμίαν αὐτῆς, οὕτως ἥδρασας αὐτὴν, ad maturitatem, ac fructum perduces omne semen eius: ita firmasti eam. ν Præparatio.] *Ita in multis codicibus græcis, & in eo, quo vsi sunt Sunia, & Fretela. Sanctus Hieronymus tamen probat,* præparatio eius: *quod est in vulgata, & in psalterijs* Arabico, *& Æthiopico: & Sanctus* Hilarius *interdum,* præparatio sua. *Idem vero interdum habet,* tua, *& ita Sanctus* Augustinus, *& psalterium vetus, & Romanum. Et in aliquot codicibus græcis est* ἑτοιμασία σου, *& ita habet Theodoretus in explanatione, & in L.V. additum est illud,* σου, *minoribus litteris.* ξ Pinguescent.] *Symmachus,* γνοφωθήσονται τὰ ὡραῖα τῆς ἐρήμου, caligine obtegentur speciosa deserti. *Aliud Scholium.* ὁμιχλωθήσονται αἱ νομαὶ τῆς ἐρήμου, nebula obtegentur pascuæ deserti. ο Montes.] ὄρη. *Ita quoque est apud Apollinarium* ὄρεα, *& in Æthiopico psalterio. Sancti autem Hilarius, & Augustinus,* fines, *vt videantur* legisse. ὅροι. *In cæteris libris græcis est,* ὡραῖα, *& vulgata,* speciosa. π Abundabunt frumento.] πληθυνοῦσι σῖτον, multiplicabunt frumentum. *Aquila,* ἐκλεκτὸν, electum. *Theodotio,* σῖτον, frumentum. *Symmachus,* τροφὴν, alimentum.

In finem canticum psalmi α resurrectionis. LXV.

IVBILATE Deo β omnis terra: psalmum dicite nomini eius. Date gloriam laudi eius: Dicite Deo, quàm terribilia sunt opera tua Domine? In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum dicat nomini γ tuo. DIAPSALMA. Venite, & videte opera Domini: δ terribilis in consilijs super filios hominum. Qui ε conuertit mare in aridam: in flumine pertransibunt pede. Ibi lætabimur in ipso, qui dominatur in virtute sua ζ seculo. Oculi eius super gentes respiciunt: qui η exasperant;

A ſperant; non exaltentur in ſemetipſis. DIAPSALMA. Benedicite gentes Deum noſtrum: & [θ] auditam facite vocem laudis eius. Qui poſuit animam meã ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos. Quoniam probaſti nos Deus: igniſti nos, ſicut ignitur argentum. Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro: impoſuiſti homines ſuper capita noſtra. Tranſiuimus per ignem, & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium. Introibo in domum tuam in holocauſtis: reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea; & loquutum eſt os meum in tribulatione mea. Holocauſta medullata offeram tibi cum [ι] incenſo, & arietibus, [κ] faciam tibi boues cum hircis. DIAPSALMA. Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. Ad [λ] ipſum ore meo clamaui, & exaltaui ſub lingua mea. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo; nõ [μ] exaudiat Dominus. Propterea exaudiuit [ν] me Deus: attendit voci orationis meæ. Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me.

[α] Reſurrectionis.] *Abeſt hoc à S. Hilario. Theodoretus:* neque hanc additionem hebraicum habet, neque alij interpretes, neque lxx. in hexaplo: ſed & hanc, vt videtur, quidam appoſuerunt. [β] Omnis terra.] *Theodoretus:* Symmachus, πάντες οἱ ἐν τῇ γῇ (*al.* ἐπὶ γῆς) προσκυνήσουσί σοι, μελῳδοῦντές σοι ᾄσουσι τὸ ὄνομά σου, omnes, qui in terra, adorabunt te, melos dantes canent nomen tuum. [γ] Nomini tuo.] *Sic in vulgata, & in pſalterijs Arabico, & Æthiopico. In alijs libris græcis ſequitur* ὕψιστε *& SS. Hilarius, & Auguſtinus.* altiſſime. *Itemque pſalterium vetus, & Romanum.* [δ] Terribilis in conſilijs.] *Theodoretus:* Symmachus autem φοβερὰ μηχανήματα ὑπὲρ υἱῶν ἀνθρώπων, *quæ S. Hieronymus videtur vertere*, terribilia conſilia ſuper filijs hominum. [ε] Qui conuertit.] ὁ μεταστρέφων. *Theodoretus:* Symmachus ſic dixit, μετέβαλε θάλασσαν εἰς ξηρὰν, ποταμὸν διέβησαν ποδὶ, tranſmutauit mare in aridam, fluuium tranſierunt pede. [ζ] Seculo.] τῷ δεσπόζοντι ἐν τῇ δυναστείᾳ αὐτοῦ τοῦ αἰῶνος, *& reſpondet hebræo, quare ita etiam habet in ſua tralatione S.* Hieronymus, *& S. Hilarius vidit illud, quod eſt in editionibus latinis,* in æternum, *non ſatis reſpondere græco: per id enim quod* τοῦ αἰῶνος *dicitur, ſignificari dominationem deſignati, & tanquam demonſtrati ſeculi.* [η] Qui exaſperant.] *S. Auguſtinus,* qui amaricant. *S. Hilarius,* qui in iram prouocant οἱ παραπικραίνοντες. *Theodoretus:* Hos Theodotio quidem vocauit ἐκκλίνοντας, declinantes: Aquila autem ἀφισταμένους, deſciſcentes: manifeſtius autem Symmachus dixit, οἱ ἀπειθεῖς μὴ ὑψούσθωσαν ἐν ἑαυτοῖς, qui increduli ſunt, non exaltentur in ſemetipſis, *& ita Sanctus Hieronymus.* [θ] Auditam facite.] *Theodoretus:* Symmachus illud ἀκουτίσατε, dixit ἀκουστὴν ποιήσατε, *al.* ποιεῖτε, *quod idem valet, & eſt expreſſius. S. Auguſtinus habet,* audite. *S. Hilarius,* obaudite. [ι] Incenſo, & arietibus.] *Ita Sancti Auguſtinus, & Hilarius, & omnes fere græci* μετὰ θυμιάματος καὶ κριῶν. *Attamen S. Hieronymus ad Suniam putat melius legi* μετὰ θυμιάματος τῶν κριῶν, *& ſic vulgata,* cum incenſo arietum. [κ] Faciam.] ποιήσω. *In plerisque libris græcis eſt* ἀνοίσω, *& ita latini,* offeram. [λ] Ad ipſum ore meo.] *Theodoretus:* Symmachus autem ita, αὐτὸν τῷ στόματί μου ἐπεκαλεσάμην, καὶ ὑψώθη παραχρῆμα ἡ γλῶσσά μου, ipſum ore meo inuocaui, & eleuata eſt ſubito lingua mea. [μ] Non exaudiat.] μὴ εἰσακουσάτω. *Theodoretus:* Symmachus autem ἀδικίαν εἰ προεῖδον ἐν τῇ καρδίᾳ μου, μὴ εἰσακούσῃ κύριος, iniuſtitiam ſi præuidi in corde meo; non exaudiet Dominus. *Et fere latini omnes habent,* non exaudiet. [ν] Me.] *Ita Sancti Hilarius, & Auguſtinus, & græci codices collati. Sed Sanctus Hieronymus putat id eſſe ſuperfluum, & abeſt à vulgata.*

In finem in hymnis [α] pſalmus ipſi Dauid. LXVI.

DEVS miſereatur noſtri, & benedicat nos: illuminet vultum ſuum [β] ſuper nos. DIAPSALMA. Ad [γ] cognoſcendum in terra viam tuam, in omnibus gentibus ſalutare tuum. Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes. Lætentur, & exultent gentes: quoniam [δ] iudicabis populos in æquitate, & gentes in terra diriges. DIAPSALMA. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructũ ſuum. Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

[α] Psalmus.] *In multis libris græc. est* ψαλμὸς ᾠδῆς τῷ Δαυίδ, *& sic vulgata*, psalmus cãtici Dauid: *quæ verba agnoscit etiam* S. *Hilarius.* [β] Super nos.] *In cæteris libris græcis sequitur*, καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς, *& in vulgata*, & misereatur nostri, *& S. Hilarius*, & misereatur nobis, *quorum loco est in psalterio Aethiopico*, & viuemus. *Absunt tamen à metaphrasi Apollinarij, à S. Augustino & vetere psalterio. Scholion*, illud, καὶ ἐλεήσαι ἡμᾶς, non scribitur. [γ] Ad cognoscendum.] *Editiones latinæ habent*, vt cognoscamus: *sed notat S. Hilarius*, τὸ γνῶναι, *esse sine personæ definitione.* [δ] Iudicabis.] κρινεῖς, *& paulo post*, ὁδηγήσεις. *Apud latinos fere est*, iudicas, *&* dirigis. *S. Augustinus tamen habet*, diriges.

In finem ipsi Dauid psalmus cantici. LXVII.

EXVRGAT [α] Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut liquefit cera à facie ignis, sic pereant [β] peccatores à facie Dei. Et iusti [γ] lætentur, exultent in conspectu Dei: delectentur in lætitia. Cantate Deo, psallite nomini eius: [δ] iter facite ei, qui ascendit super occasum: [ε] Dominus nomen illi. Et exaltate in conspectu eius: turbabuntur à facie eius, patris orphanorum, & iudicis viduarum. [ζ] Deus in loco sancto suo. Deus inhabitare facit vnius [η] moris in domo. Qui educit vinctos in fortitudine. Similiter eos, qui [θ] exasperant, qui habitant in sepulchris. Deus [ι] cum egredereris in conspectu populi tui, cum [κ] pertransires desertum. DIAPSALMA. Terra mota est: etenim cæli distillauerunt à facie Dei [λ] Sinai, à facie Dei Israel. Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ: & infirmata [μ] est: tu vero perfecisti eam. Animalia tua inhabitabunt in ea: parasti in dulcedine tua [ν] pauperi. Deus [ξ] Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa: Rex virtutum [ο] dilecti, dilecti, & speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & [π] posteriora dorsi eius in [ρ] viriditate auri. Dum discernit [σ] cælestis reges super eam, niue dealbabuntur in [τ] Selmon. Mons Dei, mons pinguis; mons [υ] coagulatus, mons pinguis: vt quid [φ] suspicamini montes coagulatos? Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus inhabitabit in finem. Currus Dei decem millibus multiplex millia lætantium: Dominus in eis, in Sina, in Sancto. [χ] Ascendens in altum captiuasti captiuitatem, accepisti dona in homine: etenim [ψ] non credentes inhabitare. Dominus Deus benedictus, benedictus de die in diem: prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum. DIAPSALMA. Deus noster, Deus saluos faciendi, & Domini exitus mortis. Verumtamen Deus cõfringet capita inimicorum suorum, [ω] verticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit Dominus, ex Basan [αα] conuertam: conuertam in [ββ] profundis maris. Vt [γγ] intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Visi [δδ] sunt ingressus tui Deus: ingressus Dei mei, regis, qui est in sancto. Præuenerunt principes [εε] coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum. In ecclesijs benedicite Deum, Dominum de fontibus Israel. Ibi Beniamin adolescentior in [ζζ] ecstasi: principes Iuda, duces eorum: principes Zabulon, principes Nephtali: Manda Deus [ηη] virtuti tuæ; confirma hoc Deus, [θθ] quod perfecisti in nobis. A templo tuo in Hierusalem tibi offerent reges munera. Increpa feras [ιι] calami: [κκ] congregatio taurorum in vaccis populorum: vt [λλ] non excludantur ij, qui probati sunt argento. Dissipa gentes, quæ bella volunt: venient legati ex Aegypto: Aethiopia [μμ] præueniet manum suam Deo. Regna terræ cãtate Deo, psallite

A lite Domino. DIAPSALMA. Psallite [π] Deo, qui ascendit super cælum cæli ad orientem. Ecce dabit in [ξξ] voce sua vocem virtutis: date gloriam Deo: super Israel magnificentia eius: & virtus eius in nubibus. Mirabilis Deus in sanctis suis: Deus Israel ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ: benedictus Deus.

α Exurgat.] *Schol.* Numerorum 10. ἐξεγέρθητι κύριε, καὶ διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροί σου, expergiscere Domine, & dissipentur inimici tui. β Peccatores.] *Theodoretus*: Quos lxx. dixerunt ἁμαρτωλοὺς; cæteri omnes interpretes nominauerunt ἀσεβεῖς, impios: ita autem eos, & hebræus, & Syrus vocat. γ Lætentur.] *Ita S. Hilarius, quod græce* εὐφρανθήτωσαν, *vulgata*, epulentur. *S. Augustinus*, iocundentur. δ Iter facite ei.] *Theodoretus*, hoc quidem Symmachus ita est interpretatus, μεταστρώσατε (*al.* κατασρώσατε) τῷ ἐποχουμένῳ ἐν τῇ ἀοικήτῳ, sternite viam ei, qui vehitur in deserto: *quem sensum reddidit etiam* S. *Hieronymus*. *Scholiastes autem refert ex Aquila*, ἀποσκολοπίσατε, *quasi*, purgate, & complanate. ε Dominus nomen illi.] *Symmachus*, διὰ τῷ ἰὰ ὀνομασία αὐτῷ, per Ia nominatio eius. *Quinta editio*, ἐν ἰά, in Ia. *Schol.* Dominus quidem apud hebræos solet dici Adonai. hic autem dicitur apud hebræos ἰὰ σημῶ, Ia semo. *De isto, quod vnum est ex decem Dei nominibus. S. etiam Hieronymus in epistola ad Marcellam.* ζ Deus in loco sancto suo.] *Symmachus*, ἐν ἡγιασμένῳ κατοικητηρίῳ αὐτῷ, in sanctificato habitaculo suo. *Aqu.* ἐν βασιλείοις ἁγίοις αὐτῷ, in palatijs sanctis suis. η Vnius moris.] *Aut*, vniusmodi, *vt S. Augustinus*, μονοτρόπους. *Symmachus*, δίδωσι μοναχοῖς οἰκεῖν οἰκίαν, dat solitarijs habitare domum. *Aquila*, καθίζει μονογενεῖς ἐν οἴκῳ, sedere facit vnigenitos in domo. *Quinta editio*, κατοικίζει μονοζώους (*al.* μονοζῶνες) ἐν οἴκῳ, habitare facit eos, qui eiusdem vitæ (*al.* eiusdem studij, ac præstantiæ) sunt, in domo. θ Qui exasperant.] S. *Augustinus*, similiter amaricantes. *S. Hilarius*, similiter eos, qui exacerbabant. *Symmachus*, οἱ δὲ ἀπειθεῖς κατοικήσουσι καύσωνος ξηρότητα, increduli autem habitabunt æstus siccitatem. *Aquila*, οἱ ἀφιστάμενοι ἐσκήνωσαν λεοπετρίαν, rebelles habitauerunt rupem. *Theodotio*, ἐκκλίνοντες, declinantes. ι Deus cum egredereris.] *Theodoretus*: Hoc Symmachus ita est interpretatus, ὁ θεὸς προπορευομένου σου πρὸ τῶ λαοῦ σου, βαίνοντος διὰ τῆς ἀοικήτου, γῆ ἐσείσθη, οὐρανὸς δὲ ἔσταξε. Deus, cum tu præcederes ante populum tuum transeuntem per desertum; terra concussa est, cælum autem stillauit. κ Cum pertransires desertum.] ἐν τῷ διαβαίνειν σε τὸν ἔρημον. *In alijs libris est*, ἐν τῇ ἐρήμῳ, *& sic latini*, in deserto, *aut*, in desertum, *vt S. Hilarius.* λ Dei Sinai.] *Sic vulgata quod in cæteris græcis est*, τῶ θεοῦ τῶ σινᾶ, *Sancti Hilarius, & Augustinus*, à facie Dei. Mons Sina à facie Dei Israel. *Cæterum per typographi incuriam isthæc lectio in nostram editionem irrepsit. In codice enim Vaticano est* τῦτο σινᾶ, *quemadmodum & Iud. 5. & respondet hebræo, qui habet*, hic, *vel*, iste Sinai. *S. autem Hieronymus*, hoc est in Sinai. μ Et infirmata est: tu vero.] *Theodoretus.* Sic autem & Symmachus est interpretatus, ἣν ἐξεπόνησας, καὶ ἥδρασας, quam adoptasti, & stabilisti; Aquila autem manifestius, καὶ μεμοχθηκυῖαν σὺ ἥδρασας, *quod ita videtur reddidisse S. Hieronymus*, & laborantem tu confortasti. ν Pauperi. Deus Dominus.] *Sic habet S. Hilarius, & sic interpungit: cæteri vero græci, & latini illud*, Deus, *coniungunt cum antecedentibus. S. Augustinus.* Parasti in tua suauitate egenti Deus. Dominus dabit. ξ Dominus dabit.] *Theodoretus*: Symmachus autem ita, κύριος ἔδωκε ῥήσεις τοῖς εὐαγγελιζομένοις στρατιᾷ πολλῇ. βασιλεῖς τῶν στρατιωτῶν ἠγαπήθησαν, ἀγαπητοὶ ἐγένοντο, καὶ ἡ δίαιτα τῶ οἴκου διανεμεῖ λάφυρα, Dominus dedit sermones euangelizantibus exercitu multo: reges militum amati fuerunt, amabiles facti sunt, & habitatio domus distribuet spolia. ο Dilecti, dilecti.] *In vulgata etiam repetitur: S. autem Hilarius*: Euagelizantibus virtutibus multis: rex virtutum dilecti, & pulchritudini domus diuidere spolia. *S. Aug. vt vulgata: admonet tamen in codicibus diligentioribus eam repetitionem asterisco esse prænotatam, quasi habeatur in hebræo, sed non in interpretatione lxx. Abest omnino à multis libris græcis.* π & posteriora dorsi.] καὶ τὰ μετάφρενα, *quod S. Hilarius inquit significare*, inter scaplia, *& S. Aug. habet*, & inter scapulas: *sed interpretatur partem, quæ est circa regionem cordis, à posterioribus tamen, idest à dorso.* ρ In viriditate.] *Ita Sancti Hilarius, & Augustinus, quod græce* ἐν χλωρότητι, *& S. Hilarius inquit significari vigorem quemdam æternum. Vulgata*, in pallore. σ Cælestis.] *Ita S. Hilarius, & vulgata. S. Augustinus*, supercælestis, *quod græce est* ἐπουράνιος, *hebraice est Saddai, quod à lxx. solet verti*, ἱκανὸς, potens, & sibi sufficiens. *S. Hieronymus hic habet*, robustissimus. τ Selmon.] *Theodotio*, ἐν σκιᾷ, in vmbra. υ Mons coagulatus.] *S. Hilarius*, mons consecratus. S. *Augustinus, & psalterium vetus in accusandi casu (quod verba græca fuerunt)* montem Dei, montem vberem, montem incaseatum, vel montem pinguem. *Et S. Hilarius in sequentibus, vbi & ipse habet*, montes caseatos, *admonet vocẽ græcam, idest*, τετυρωμένον, *complecti, & coaguli, & casei speciem.* φ Vt quid suspicamini.] *S. Hilarius*, vt quid suspicit? *Symmachus*, ἵνα τί περισπουδάζετε, vt quid affectatis. *Theodoretus*: Aquila autem hoc modo, εἰς τί ἐρίζετε ὄρη ὀφρυώμενα τὸ ὄρος ὃ ἐπεθύμησεν ὁ θεὸς τῶ καθίσαι ἐν αὐτὸ, *suspicor autem legendum* ἑαυτῷ, *aut* ἑαυτὸν, *ea enim ita videtur reddidisse S. Hieronymus*, quare contenditis montes excelsi aduersus montem, quem dilexit Deus, vt habitaret in eo? χ Ascendens.] ἀναβὰς. *In alijs libris græcis, atque etiam in L. Vaticano ex emendatione est*, ἀνέβης, *& S. Augustinus*, ascendisti. *Iustinus in dialogo cum Tryphone ita citat hunc locum*, ἀνέβη εἰς ὕψος, καὶ ᾐχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν ἔδωκε δόματα τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ascendit in altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona filijs hominũ *eodemque modo habet S. Paulus ad Ephesios 4. nisi quod habet* ἀναβὰς, *&* τοῖς ἀνθρώποις. *Et sane hoc loco in cæteris codicibus græcis est* ἐν ἀνθρώποις, *atque in ipso etiam Vaticano adscriptum ex emendatione: sed tamẽ illud* ἐν ἀνθρώπῳ, *respondet hebræo. Istum vero* S. *Pauli locum recitans hic* S. *Augustinus dicit*, ascendit, *& ipsemet Apostolus in explicatione inquit*, τὸ δὲ ἀνέβη, τί ἐστιν, *vt videri possit legisse* ἀνέβη, *de hac autem inter prophetam, & Apostolum varietate idem S. Augustinus, & cæteri patres legendi sunt. Eodẽ fere modo ac Iustinus, habet psalteriũ Arabicum Romanum*,

manum, dedit dona hominibus. *S. Hilarius in textu*, dedit, *in explicatione*, accepit, *& Apollinarius* εἶλε δωτίνας. *Verbum hebraicum quod hic transfertur* ἔλαβες, *prouerb. 7. inflexum ad formam nominis, à lxx. transfertur* ὁμιλία, *quasi captatione dulcis sermonis, à Theodotione* δομάτων, donorum. ʇ Etenim non credentes inhabitare.] καὶ γὰρ ἀπειθοῦντες τοῦ κατασκηνῶσαι. *In multis codicibus græcis est* ἀπειθοῦντας, *quomodo etiam videtur legisse S. Hieronymus ad Suniam, & pro* κύριος, *quod sequitur legisse* κύριον, *& coniunxisse cum præcedentibus. ita enim scribit:* Nos enim trãstulimus, etenim non credentes inhabitare Dominum: vt hic sit sensus, & pendeat ex superioribus, ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus, & eos qui non credebant Deum inhabitare posse mortalibus. *Vulgata habet*, inhabitare Dominum Deum: *certe lectionem quæ in L.V. est, non valde probat S. Hieronymus eadem epistola. Theodoretus*: Hoc manifestius Aquila est interpretatus, καὶ περ ἀπειθεῖς τοῦ κατασκηνῶσαι, etiam rebelles ad inhabitandum. ω Verticem Capilli.] *Symmachus*, κορυφὴν ἐντεῦχεν ἀναστρεφομένην ἐν ταῖς πλημμελείαις αὐτῆς, verticem capillatum volutantem se in delictis suis. αα Conuertam.] ἐπιστρέψω. S. Hilarius, conuertar: *quam lectionem haberi in aliquot codicibus testatur etiam S. Augustinus*. ββ In profundis maris.] ἐν βυθοῖς θαλάσσης *quam lectionem agnoscit etiam S. Augustinus, & interpretatur, quod etiam ibi Deus conuertat ad se de profundis clamantes. In alijs editionibus latinis est*, in profundum. *Theodoretus*: Symmachus autem sic, εἶπε κύριος, ἀπὸ βασὰν ἐπιστρέψω, ἀπὸ βυθῶν θαλάσσης, dixit Dominus, è Basan conuertam, è profundis maris. γγ Vt intingatur.] *Theodoretus*. Symmachus autem ita. ὅπως ἂν συγκαταπάξῃ ὁ πούς σου μετ' αἵματος, καὶ λάψῃ γλῶσσα τῶν κυνῶν σου ἀπὸ ἑκάστου τῶν ἐχθρῶν σου, vt confringatur pes tuus cum sanguine; & lambat lingua canum tuorum, ex vnoquoque inimicorum tuorum. δδ Visi sunt gressus.] *Ita psalterium vetus, & Romanum, &* S. *Augustinus. Hilarius autem*, visa sunt itinera, *& ita fere exemplaria græca.* S. *Hieronymus ad Suniam scribit, in lxx. & in hexaplis se reperisse*, ἐθεώρησαν τὰς πορείας σου, *& Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem, & quintam, sextamque editionem interpretatos esse*: viderunt itinera tua Deus, itinera Dei mei regis, qui est in sancto. *Vulgata*, viderunt ingressus tuos, *& cum hac lectione consentit metaphrasis Apollinarij. Idem vero S. Hieronymus paulo post contendit legendum*, regis mei, *quod habet vetus psalterium, & vulgata, &* S. *Augustinus, non autem Romanum, neque* S. *Hilarius*. εε Coniuncti psallentibus.] *Symmachus*, ἀκόλουθα τοῖς μελῳδοῖς, post modulatrices. ζζ Adolescentior in ecstasi.] *Ita S. Augustinus, & vetus psalterium, quod græce* νεώτερος ἐν ἐκστάσει. S. *Hilarius*, iunior in pauore, *Romanum*, adolescentior in pauore, *vulgata*, adolescentulus in mentis excessu. *Aquila*, νεώτερος κρατῶν αὐτῶν, *quod S. Hieronymus*, paruulus continens eos. *Theodotio*, παιδευτὴς αὐτῶν, eruditor eorum. ηη Virtuti tuæ.] *Ita etiam legisse S. Hilarium apparet ex explanatione. S. Augustinus, & psalterium vetus, & Romanum*, virtutem tuam. *Theodoretus*: Symmachus autem ita, πρόσταξον ὁ θεὸς περὶ ἰσχύος σου, ἐνίσχυσον ὁ θεὸς τοῦτο, ὃ ἐποίησας ἡμῖν, διὰ τὸν ναόν σου, τὸν ἐπάνω τῆς ἱερουσαλήμ. Præcipe Deus de fortitudine tua; corrobora Deus hoc quod fecisti nobis, per templum tuum, quod est super Hierusalem. θθ Quod perfecisti.] ὃ κατηρτίσω. *Sic est in psalterio Æthiopico. In cæteris libris græcis est* κατειργάσω, *& in metaphrasi Apollinarij* τίκτινας, *& in libris latinis*, quod operatus es. ιι Calami.] *Ita vetus psalterium, &* S. *Augustinus, quod græce* τοῦ καλάμου, *vulgata*, arundinis. *Theodoretus*: Quædam vero exemplaria habent δρυμοῦ, *& S. Hilarius*, feras syluæ, *& Romanum*, feras syluarum. κκ Congregatio taurorum.] S. *Hilarius, & Romanum*, concilium taurorum inter vaccas populorum. *Symmachus*, συνόδῳ παμμεγεθῶν μετὰ συστροφῶν λαῶν τοῖς διαλακτίζουσι τοὺς δοκίμους (al. δοκιμαστοὺς) ὡς ἀδόκιμον ἀργύριον, conuentu prægrandium, cum conspirationibus populorum, ijs, qui calcibus petunt probatos, tanquam improbatum argentum. λλ Non excludantur.] *Ita S. Hilarius, & psalterium Æthiopicum. In cæteris libris græcis est* τοῦ ἐκκλεισθῆναι, *& ita S. Augustinus, & psalterium vetus, & Romanum*, vt excludantur ij, *vulgata*, vt excludant eos. μμ Præueniet manum suam Deo.] προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ θεῷ, *& videtur verbum istud habere vim actiuam, quasi dicat*, præmittet, & festinabit dare, *vt inquit. S. Hieronymus, & S. Augustino placeret verti*, manus suas. *In omnibus tamen libris latinis inuentum est*, præueniet manus eius Deo: *tantum apud S. Hilarium illud*, Deo, *coniungitur cum sequentibus, hoc modo*, Æthiopia præueniet manus ejus: Deo regna terræ. νν Psallite Deo.] *Hæc sunt apud S. Hilarium, & S. Augustinum, & in psalterio veteri, & Romano, & vulgata: sed absunt à cæteris libris græcis. Et S. Hieronymus inquit non esse in libris authenticis, sed obelo prænotari*. ξξ In voce sua.] ἐν τῇ φωνῇ αὐτοῦ, *vulgata*, voci suæ, *in multis libris græcis est* φωνὴν αὐτοῦ, *& ita Sancti Hilarius, & Augustinus, & psalterium vetus, & Romanum*, vocem suam.

In finem pro his qui commutabuntur, ipsi Dauid. LXVIII.

SALVVM me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. ᵃ Infixus sum in limo profundi; & non est substantia. Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me. Laboraui clamans: raucæ factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, ab ᵝ sperando me in Deum meum. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Confortati sunt ᵞ inimici mei, qui persequuntur me iniuste: quæ non rapui, tunc ᵟ exoluebam. Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita. Non erubescant in me, qui expectant te ᵋ Domine virtutum. Non confundantur super me,

A per me, qui quærunt te Deus Israel. Quoniam propter te sustinui ζ exprobrationem: operuit ʜ confusio faciem meam. θ Alienatus factus sum fratribus meis, & hospes filijs matris meæ. Quoniam zelus domus tuæ ι comedit me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderūt super me. Et κ incuruaui in ieiunio animam meam: & factum est mihi in opprobrium. Et posui vestimentum meum saccū: & factus sum illis in parabolam. Aduersus me λ loquebantur, qui sedebant in porta: & in me psallebant, qui bibebant vinum. Ego vero μ oratione mea ad te Domine: tempus ν beneplaciti Deus. In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me: in veritate salutis tuæ. Saluum me fac de luto, vt nō infigar: eruar ex ijs, qui B oderunt me, & de profundo aquarum. Non me demergat tempestas aquæ: neq; absorbeat me profundum: neque coarctet super me puteus os suum. Exaudi me Domine, quoniam suauis est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me: & ne auertas faciem tuam à puero tuo. Quoniā tribulor; velociter exaudi me: intende animæ meæ, & redime eam: propter inimicos meos eripe me. Tu enim agnoscis opprobrium meum, & confusionem meam, & verecundiam meam. In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me: opprobrium expectauit ξ anima mea, & miseriam. Et sustinui, qui simul contristaretur, & qui consolaretur; & non inueni. Et dederunt in escam meam fel: & C in siti mea potauerunt me aceto. Fiat mensa eorum coram ipsis in ο laqueum, & in retributionem, & in scandalum. Obscurentur oculi eorum, ne videant: & dorsum eorum semper incurua. Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos. Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum non sit, qui inhabitet. Quoniam quem tu percussisti, ipsi persequuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorum: & non intrent in tua iustitia. Deleantur de libro viuentium: & cum iustis non scribantur. Pauper, & dolens ego sum: & π salus vultus tui suscepit me. Laudabo nomen Dei mei cum cantico: magnificabo eum in laude. Et D placebit Deo super vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas. Videant pauperes, & lætētur: quærite Deum: & ρ viuetis. Quoniam exaudiuit pauperes Dominus, & compeditos suos non spreuit. Laudēt illum cæli, & terra, mare, & omnia repentia in eis. Quoniam Deus saluam faciet Sion, & ædificabuntur ciuitates Iudææ: & inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam. Et semen seruorum eius obtinebunt eam: & qui diligunt nomen eius, inhabitabunt in ea.

α Infixus sum in limo profundi.] *Theodoretus*: Symmachus autem ἐβαπτίσθην εἰς ἀπεράντους καταδύσεις, καὶ οὐκ ἔστι στάσις, mersus sum in voragines interminatas, & non est status. β Ab sperando me in Deum meum.] *S. Augustinus, & psalterium vetus*, ab sperando in Deum meum; *& videtur significantius quodammodo exprimi phrasis græca*, ἀπὸ τοῦ ἐλπίζειν με ἐπὶ τὸν θεόν μου *quàm quomodo habet S. Hilarius, & vulgata*, dum spero in Deū E meum. γ Confortati sunt inimici.] *Sic S. Augustinus, & psalterium vetus, quod est græce*, ἐκραταιώθησαν οἱ ἐχθροί μου, οἱ ἐκδιώκοντές με ἀδίκως. *S. Hilarius*, conualuerunt, qui persequuntur me, inimici mei iniuste. *vulgata*, confortati sunt, qui persequuti sunt me, inimici mei iniuste. δ Tunc exoluebam.] S *Hilarius*, tunc exoluere repetebar. *Aquila*, ἃ οὐκ ἐβιασάμην τότε ἐπέστρεφον, quæ non extorsi, tunc reddebam. ε Te Domine virtutum.] *Ita S Hilarius. S. autem Augustinus, & vetus psalterium*, qui expectant te Domine Deus virtutum. *vulgata*, Domine, Domine virtutum. *& in plerisque exemplaribus græcis est*, κύριε, κύριε δυνάμεων. *Aquila* κύριος ὁ θεὸς στρατιῶν, Dominus Deus exercituum. *Theodotio*, κύριε ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, Domine Deus virtutum. *Symmachus*, κύριε θεὲ τῶν δυνάμεων, Domine Dee virtutum. ζ Exprobrationem.] *Ita S. Augustinus, & vetus psalterium: quod græce est* ὀνειδισμόν. *S. Hilarius*, improperium. *Vulgata*, opprobrium. ʜ Operuit confusio.] ἐντροπή. *S. Augustinus, & vetus psalterium*, irreuerentia. *S. Hilarius*, reuerentia. *Symmachus*, ἀσχημοσύνη, dedecus, & turpitudo. θ Alienatus factus sum fratribus meis.] *Ita psalterium vetus verbum è verbo*, ἀπηλλοτριωμένος ἐγενήθην τοῖς ἀδελφοῖς μου. *S. Augustinus*, alienatus factus sum à fratribus meis. *S. Hilarius*, alienus factus

factus ſum fratribus meis. *Vulgata*, extraneus. *Quod autem ſequitur*, hoſpes, *ita fere eſt apud latinos alios præter vulgatam, quæ habet*, peregrinus. ι Comedit me.] *Theodoretus*: Iſtud quidem, κατέφαγέ με. Symmachus dixit κατηνάλωσέ με, conſumpſit me. κ Incuruaui in ieiunio.] καὶ συνέκαμψα ἐν νηστείᾳ. *Ita quoque eſt in pſalterio Aethiopico. In Arabico*, humiliaui: *Apollinarius* κατέκλασα, confregi. *Theodoretus hunc locum explanans*, ἐπὶ τούτοις ἀνιῶμαι καὶ νηστείᾳ κατατήκω τὸ σῶμα, propterea diſcrucior, & ieiunio macero corpus. *In pleriſque autem exemplaribus græcis eſt*, συνεκάλυψα, *&* *apud latinos*, cooperui, *vel*, operui. λ Loquebantur.] ἠδολέσχουν. *S. Auguſtinus, & vetus pſalterium*, inſultabant. *Sanctus Hilarius*, detrahebant. μ Ego vero oratione mea.] ἐγὼ δὲ τῇ προσευχῇ μου, *& eſt hebraiſmus. Subintelligitur enim*, conuerti me, *aut quiddam huiuſmodi. Sanctus Auguſtinus, & vetus pſalterium*, ego autem, oratio mea ad te Domine. *Sanctus Hilarius, & vulgata*, ego vero orationem meam: *Aquila*, καὶ ἐγὼ προσευχῇ μου σοὶ κύριε, & ego oratione mea tibi Domine. *Symmachus*, ἐμοῦ δὲ ἡ προσευχή σοι κύριε, mea autem oratio tibi Domine. *Theodotio*, ἐμοῦ δὲ ἡ προσευχὴ πρὸς σὲ κύριε, mea autem oratio ad te Domine. ν Tempus beneplaciti.] *Theodoretus ex Symmacho*, καιρὸς διαλλαγῆς ὁ θεὸς, *quod S. Hieronymus*, tempus reconciliationis eſt Deus. ξ Anima mea.] *Ita omnes collati græci codices, latini autem*, cor meum. ο In laqueum.] *S. Auguſtinus, & vetus pſalterium*, in muſcipulā. *S. Hilarius*, in laqueum, & in captionem, & in retributionem, & in ſcandalum. *Theodoretus ex Symmacho*, γένοιτο ἡ τράπεζα αὐτῶν ἔμπροσθεν αὐτῶν εἰς παγίδα, καὶ εἰς τιμωρίαν, ὥστε συλληφθῆναι, fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in ſupplicium, vt comprehendantur. *Scholiaſtes autem notat Aquilam pro* σκάνδαλον, *dixiſſe* σκῶλον, *quod idem valet.* π Et ſalus vultus tui.] *Ita Sancti Hilarius, & Auguſtinus, & vetus pſalterium, & Romanum: cum qua lectione conuenit metaphraſis Apollinarij: eamque habet etiam textus commentariorum Theodoreti. In alijs libris græcis eſt*, ἡ σωτηρία σου ὁ θεὸς ἀντελάβετό μου, *aut* ἀντιλάβοιτό μου, ſalus tua Deus ſuſcepit me, (*quod habet vulgata, & pſalterium* Arabicum) *aut*, ſuſcipiat me. ρ Et viuetis.] καὶ ζήσεσθε. *In cæteris libris græcis eſt*, καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν, & viuet anima veſtra, *quod eſt in libris latinis*.

In finem ipſi Dauid in rememorationem, eo [α] quod ſaluum me fecit Dominus. LXIX.

DEVS in adiutorium meum [β] intende: confundantur, & reuereantur, qui quærunt animam meam. Auertantur retrorſum, & erubeſcant, qui volunt mihi mala. Auertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi euge, euge. Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te: & dicant ſemper magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum. Ego vero egenus, & pauper ſum: Deus adiuua me. Adiutor, & liberator meus es tu: Domine ne tardaueris.

α Eo quod ſaluum me.] *Ita S. Hilarius. Vulgata*, quod ſaluum fecerit eum Dominus. *Vetus pſalterium hoc tantum*: Pſalmus Dauid: *quare nulla eius apud S. Auguſtinum mentio. De hac inſcriptione Theodoretus*: Hoc vero in quibuſdam quidem exemplaribus inueni: verumtamen neque apud hebræum, neque apud cæteros interpretes inuenitur. β Intende.] *In vulgata ſequitur*: Domine ad adiuuandum me feſtina, *in veteri pſalterio*, Domine vt adiuues me, feſtina. *Itemque in cæteris libris græcis*, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον, *quæ etiam in Vaticano ſunt poſtmodum addita. Eorum tamen neque S. Auguſtinus inter latinos, neque Apollinarius in metaphraſi mentionem faciunt, Sanctus etiam Hilarius hoc tantum habet*: Domine Deus in adiutorium meum intende.

Ipſi Dauid [α] filiorum Ionadab, & eorum qui primi captiui ducti ſunt. LXX.

IN te Domine ſperaui; non confundar in æternum. In iuſtitia tua erue me, & exime me. Inclina ad me aurem tuā, & ſalua me. Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum; vt ſaluum me facias. Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu. Deus meus erue me de manu peccatoris: de manu contra legem agentis, & iniqui. Quoniā tu es patientia mea Domine: Domine ſpes mea à iuuētute mea. In te cōfirmatus ſum ex vtero; de ventre matris meæ tu es protector meus. In te cantatio mea ſemper; tamquam prodigium factus ſum multis: & tu adiutor fortis. Repleatur os meum laude; vt [ς] cantem gloriam tuam, tota die [γ] magnificentiam tuam. Ne proijcias me tempore ſenectutis: cum deficiet virtus mea, ne derelinquas me. Quia dixerunt inimici mei

A mei mihi: & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum: Dicentes, Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum, quia non est qui eripiat. Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice. Confundantur, & deficiant [δ] detrahentes animæ meæ: induantur confusione, & verecundia, qui quærunt mala mihi. Ego autem semper sperabo; & adijciam super omnem laudem tuam. Os meum annunciabit iustitiam tuam, tota die salutem tuam. Quoniam non cognoui [ε] negociationes; introibo in potentia Domini: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. [ζ] Docuisti me ex iuuentute mea: & vsque nunc annunciabo mirabilia tua, & vsque in senectam, & senium. Deus ne

B derelinquas me; donec annunciem brachium tuũ omni generationi, quæ ventura est. Potentiam tuam, & iustitiam tuam Deus [η] vsque in altissima, quæ fecisti magnalia: quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas, & [θ] malas? & cõuersus viuificasti me: & de abyssis terræ iterum reduxisti me. Multiplicasti [ι] iustitiam tuam: & conuersus consolatus es me: & [κ] de abyssis terræ iterum reduxisti me. Nam & ego confitebor tibi in [λ] vase psalmi veritatem tuam Deus: psallam tibi in cithara sanctus Israel. Exultabunt labia mea, cum psallam tibi, & anima mea, quam redemisti. Adhuc autem & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuã: cum confusi fuerint, & erubuerint, qui quærunt

C mala mihi.

[α] Filiorum Ionadab, & eorum, qui primi captiui ducti sunt.] *Sic enim S. Augustinus. Vulgata autem*, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum. *In alijs libris græcis additur*, ἀνεπίγραφος παρ' ἑβραίοις, sine inscriptione apud hebræos. *Quare Theodoretus ita scribit*, confessus est & ipse, qui istam inscriptionem fecit, non eam se inuenisse apud hebræum: sed à se positam esse. *Schol.* hæc additio non est inuenta apud hebræum. [β] Cantem gloriam.] ὅπως ὑμνήσω τὴν δόξαν σου, *pro*, cantem. *S. Augustinus*, hymnodicam. *Vetus psalterium*, hymnidicam, *& varietas videtur librarij, aut typographi esse: nec tamen ausus sum dictionem istam antiquam restituere.* [γ] Magnificentiam.] *Sic vetus psalterium, & S. Augustinus, quod græce*, μεγαλοπρέπειαν. *Vulgata*, magnitudinem. [δ] Detrahentes animæ meæ.] οἱ ἐνδιαβάλλοντες τὴν ψυχήν μου. *S. Augustinus, & vetus psalterium*, committentes animam meam, *idest vt S. Augustinus interpretatur*, prouocantes ad rixandum. *Theodoretus ex Symmacho*, καταισχυνθήτωσαν, ἀναλωθήτωσαν οἱ ἀντικείμενοι τῇ ψυχῇ μου, *quod S. Hieronymus ita videtur vertisse*, confundantur, & consumantur aduersarij animæ meæ. [ε] Negociationes.] *Ita psalterium vetus, & Romanum, & S.*

D *Aug. quod græce est* πραγματείας, *& cum hac lectione cõsentit metaphrasis Apollinarij. In alijs libris græcis est* γραμματείας, *& vulgata*, literaturam: *cuius etiam lectionis facit mentionem S. Augustinus. Theodoretus, ex Symmacho*, οὐ γὰρ οἶδα ἐξαριθμῆσαι, ἐλεύσομαι ἐν δυναστείᾳ κυρίου, non enim noui dinumerare: ingrediar in potentiam, *aut*, potentia domini. [ζ] Deus docuisti me.] *Ita apud latinos: quod græce est* ἐδίδαξάς με ὁ θεὸς, *In alijs lib. græc. est*, ὁ θεὸς μου ἃ ἐδίδαξάς με, Deus meus, quæ docuisti me. *Admonet autem S. Hieronymus ad Suniam, illud*, meus, *superfluũ esse. Aquila* θεὲ ἐδίδαξάς με, Dee docuisti me. *Theodotio, & Symmachus, vt lxx.* [η] Vsque in altissima.] *Theodoretus ex Aquila, & Symmacho*, ὁ θεὸς ἕως ὕψους ἃ ἐποίησας μεγάλεια, Deus vsque in excelsũ, quæ fecisti magnalia, *& ita fere S. Hieronymus.* [θ] Et malas.] *Symmachus*, καὶ κακώσεις, & afflictiones. [ι] Iustitiam.] *Ita etiam S. Augustinus, & vetus psalterium, & Romanum, & Aethiopicum. In Arabico est*, super me iustitiam tuã: *cum quo facit Apollinarius. At in cæteris libris græcis*, ἐπλεόνασας ἐπ' ἐμὲ μεγαλωσύνην σου, multiplicasti super me magnificentiam tuam, *& sic vulgata, nisi quod non habet illud*, super me. *Theodoretus ex Symmacho*, αὐξήσεις τὴν μεγαλειότητά μου καὶ περικυκλώσεις (*al.* περικυκλώσεις) με παραμυθίᾳ, augebis magnitudinem meam, & circundabis me consolatione. *Scholiastes ex Aquila, & Theodotione*, πληθυνεῖς, multiplicabis. [κ] Et de abyssis terræ iterum reduxisti me.] *Hæc sunt apud S. Augustinum, & in plerisque exemplaribus græcis, & metaphrasi Apollina-*

E *rij. Absunt tamen à vulgata, & à psalterio vetere: quod mirum est: nunquam enim non solet ei conuenire cum S. Augustino.* [λ] Vase.] ἐν σκεύει, *& respondet hebræo. In alijs codicibus græcis est*, ἐν σκεύεσι, *& sic apud latinos*, in vasis.

In Salomonem. LXXI.

DEVS iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis. Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio Suscipiant montes pacem populo tuo, & colles. [α] In iustitia iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum: & humiliabit callumniatorem. & [β] permanebit.

cum

cum sole, & ante lunam, [γ] generationes generationum. Descendet, sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram. Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis; donec auferatur luna. Et dominabitur à mari vsque ad mare, & à [δ] flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procidens Æthiopes: & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent: reges Arabum, & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes [ε] reges: omnes gentes seruient ei. Quia liberauit egenum à potente, & pauperem, cui non erat adiutor. Parcet inopi, & pauperi: & animas pauperum saluas faciet. Ex vsura, & iniquitate redimet animas eorum: & [ζ] honorabile nomen eorum coram illo. Et viuet, & dabitur ei de auro [η] Arabiæ: & [θ] orabunt de ipso semper: tota die benedicent ei. Erit firmamētum in terra in summis montium: super extolletur super Libanum fructus eius: & florebunt de ciuitate, sicut fœnum terræ. [ι] Sit nomen eius benedictum in secula: ante solem [κ] permanebit nomen eius, & benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum. Benedictus Dominus [λ] Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen gloriæ eius in æternum, & in sæculum sæculi. Et replebitur gloria eius omnis terra: Fiat, Fiat.

α In iustitia.] *Eodem fere modo psalterium Æthiopicum*, suscipiant montes, & colles pacem populo tuo: iudicabit in iustitia inopes populi tui: *& cū hac lectione facit metaphrasis Apollinarij. Etiam in psalterio Romano est*, in sua iustitia iudicabit: *& Tertull. lib. 4. aduersus Marcionē*, in iustitia iudicabit mendicos. *Quod si istud* in iustitia, *coniungeretur membro superiori; esset ad verbum ex hebræo. In alijs libris græcis legitur*, ἀναλαβέτω τὰ ὄρη εἰρήνην τῷ λαῷ, καὶ οἱ βουνοὶ δικαιοσύνην, κρινεῖ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, *& sic vulgata, & psalterium vetus, &* S. *Augustinus*, suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam: iudicabit pauperes populi: *quamuis S. Augustinus priorem lectionem in aliquibus inueniri codicibus testetur.* β Et permanebit cum sole.] *Vetus psalterium*, & permanebit soli: *sed* S. *Augustinus cum hanc lectionem haberet, addit*, vel permanebit cum sole: sic enim melius interpretandum quidam nostri putauerunt: quod in greco est, συμπαραμενεῖ. Quod si latine vno verbo dici posset, compermanebit, dicendum esset, &c. *Symma.* φοβηθήσονταί σε, ἐφόσον ὁ ἥλιος, καὶ ἔμπροσθεν τῆς σελήνης, *quæ S.* Hieronymus *videtur vertisse*, & timebunt te, quamdiu erit sol, & vltra lunam: *quamuis hæc secunda pars verti posset*, & ante lunam. γ Generationes generationum.] S. *Augustinus, & vetus psalterium*, & generationes generationum, *vulgata*, in generatione, & generationem. δ A flumine.] *Ita apud latinos. In alijs libris græcis est*, ἀπὸ ποταμῶν, à fluminibus, *quemadmodum etiam Zach. 9. Theodoretum vero legisse*, ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ, *apparet ex interpretatione. Schol.* Aquila, lxx. ἀπὸ ποταμοῦ. ε Omnes reges.] *Ita vulgata, &* S. *Hilarius in psal.* 144. *& Tertullianus lib. 5. in Marcionem. At in cæteris libris græcis est*, πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, *& S. Augustinus, ac vetus psalterium*, omnes reges terræ. *S. quidem Hieronymus ad Suniam notat illud*, terræ, *superfluum esse.* ζ Et honorabile.] *Vetus psalterium, &* S. *Augustinus*, & honorabile nomen eius coram ipsis. *Testatur tamen S. Augustinus aliquos codices habere*, & honorabile nomen eorum coram ipso. *Aquila*, καὶ τιμωθήσεται τὸ αἷμα αὐτῶν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, *quæ S. Hieronymus*, & preciosus erit sanguis eorum coram oculis eius. η Arabiæ.] *Theodoretus*: Pro ἀρραβίας, cæteri interpretes posuerunt σαβά, Saba. θ Et orabunt.] *Sic vetus psalterium, & S. Augustinus, quod græce est*, καὶ προσεύξονται περὶ αὐτοῦ, *&* S. *Augustinus admonet illud*, περὶ αὐτοῦ, *aliquos etiam interpretatos esse*, pro ipso, *vel*, pro eo. *In vulgata est*, & adorabunt de ipso. ι Sit nomen eius benedictum.] *Ita fere latini: in alijs exemplaribus græcis, & apud Theodoretum legitur* ἔσται, erit, *& Theodoretus addit illud*, εὐλογημένον, benedictum, *apud nullum haberi, neque in hexaplo, neque apud hebræos.* κ Permanebit.] διαμενεῖ. *In alijs exemplaribus est*, διαμένει, *& sic latini*, permanet. λ Deus Israel.] *Notat S. Hieronymus ad Suniam, & in hebraico, & apud lxx. legi*, Dominus Deus, Deus Israel. μ Gloria.] *Ita vetus psalterium, & S. Augustinus, quod græce*, τῆς δόξης, *vulgata, & paulo superius habet pro ea dictione*, maiestatis, *& nunc*, maiestate. *Itemque S. Ambrosius in psal. xl.* ν Fiat, fiat.] *Schol.* Prioris quidem psalmorum libri terminus fuit quadragesimus dictus in Christum; secundi autem lxxj. tertij vero octuagesimus octauus. Vnicuique autem pro epilogo apponitur, Amen: Aquila, πεπιστευμένως πεπιστευμένως (*al.* πεπιστωμένως) fideliter, fideliter. *De hac re notatum est nonnihil ad psal. xl.*

De fecerunt [α] hymni Dauid filij Iesse, psalmus ipsi Asaph. LXXII.

QVAM [β] bonus [γ] Deus Israel rectis corde. Mei autem pene commoti sunt pedes: [δ] paulominus effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum intuens. Quia non est [ε] declinatio in morte

A morte eorum,& firmamentum in flagello ζ eorum. In η laboribus hominum nō sunt:& cum hominibus non flagellabuntur. Ideo θ obtinuit eos superbia : circumamicti sunt iniquitate,& impietate sua. ι Prodibit quasi ex adipe iniquitas eorum:transierunt in κ dispositionem cordis. Cogitauerunt, & loquuti sunt λ in malignitate: iniquitatem in altum loquuti sunt. Posuerunt in cælum os suum: & lingua eorum transiuit super terram. Ideo μ reuertetur populus meus huc: ν & dies pleni inuenientur in eis. Et ξ dixerunt: quomodo sciuit Deus? & si est scientia in altissimo? Ecce ipsi peccatores,& abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias. Et dixi: ο ergo sine causa π iustificaui cor meum:& laui inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die:& castigatio mea in matutinis. Si B dicebam, narrabo sic; ecce ρ generationem filiorum tuorū reprobaui. Et σ suscepi cognoscere; hoc labor est ante me. Donec intrem in sanctuarium Dei, intelligam in τ nouissima. Verumtamen propter dolositates υ posuisti eis: φ deiecisti eos, dum extollerentur. Quomodo facti sunt in desolationem? subito defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium χ exurgentis Domine in ciuitate tua; imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Quia ψ delectatum est cor meum,& renes mei mutati sunt:& ego ad ω nihilum redactus sum, & nō cognoui. Vt αα iumentum factus sum apud te:& ego semper tecum. Tenuisti ma C num dexteram meam : in ββ consilio tuo deduxisti me:& cum gloria assumpsisti me. Quid enim γγ mihi est in cælo? & à te quid volui super terram? Defecit δδ cor meum,& caro mea: Deus cordis mei,& pars mea Deus in æternum. Quia ecce, qui elongant se à te, peribunt: perdidisti omnem, qui fornicatur abs te. Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in Domino spem meam. Vt annunciem omnes εε laudes tuas in ζζ portis filiæ Sion.

α Hymni.] *Ita S. Aug. Vulgata*, laudes. *Scholium*, sciendum est eos, qui non intelligunt subtilem, atque exquisitam rationem lectionis, non accepisse illud ἐξέλιπον οἱ ὕμνοι δαυὶδ, tanquam partē totius psalmi. Manifeste autem & vox ipsa hebraica demonstrat, ista etiam verba partem esse totius psalmi. *Sanctes Pagninus ea cum præcedenti psalmo coniungit.* β Quàm bonus.] *Sobol.* principium tertij libri secundum hebræos. D γ Deus Israel. [τῷ ἰσραὴλ, ipsi Israel. *Theodoretus habet*, τοῦ ἰσραὴλ, ipsius Israelis, *itemque Apollinarius. Latini*, quàm bonus Israel Deus rectis corde, *aut vt vulgata*, his, qui recto sunt corde. δ Paulominus.] *Sic S. Augustinus, & vetus psalterium, quod græce est*, παρ' ὀλίγον. *Vulgata*, pęne. *Theodoretus:* Symmachus autem ita, παρ' οὐδὲν ἐλύθη τὰ ὑποστηρίζοντά με, propius nihil factum est, quàm, vt soluerentur ea, quæ me sustentabant. ε Declinatio.] *S. Aug. & vetus psalterium*, quia non est declinatio mortis eorum: *græce*, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνάνευσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν. *Theodoretus inquit*, ἀνάνευσιν, *significare*, ἀπαγόρευσιν, *repudiationem, ita ad verbum verteretur*, renutio: nam, cum quippiam (*inquit*) repudiare volumus; solemus renuere. *Verum interdum*, ἀνάνευσις, *significat respectum. Quare vulgata*, non est respectus morti eorum. *Idem Theodoretus:* Aquila autem, οὐκ εἰσὶν δυσπάθειαι τῷ θανάτῳ αὐτῶν, non sunt acerbitates, & dolores morti ipsorum. Symmachus autem, οὐκ ἀνεθυμοῦντο περὶ θανάτου αὐτῶν. *quod S. Hieron. videtur vertisse*, quòd non recogitauerint de morte sua. ζ In flagello.] ἐν τῇ μάστιγι. *Ita S. Augustinus, & vetus psalterium. Vulgata*, in plaga, *Symma.* στερεὰ γὰρ ἦν τὰ πρόπυλα αὐτῶν, *nec multo aliter S. Hier* & quod firma sint vestibula eorum. η In laboribus.] ἐν κόποις. *Vulgata*, in labore. *Theodotio*, ἐν μέσῳ ἀνθρώπων, in medio hominum. θ Obtinuit eos superbia.] *Aut*, tenuit, *vt vulgata. In aliquot codicibus græ-* E *cis, & apud Theodoretum est*, ἐκράτησεν αὐτοὺς ἡ ὑπερηφανία εἰς τέλος, obtinuit eos superbia in finem. ι Prodibit.] ἐξελεύσεται, *apud latinos tamen*, prodijt, *& S. Hier. ad Suniam testatur apud lxx. esse* ἐξῆλθεν. *Symmachus* προέπεσον ἀπὸ λιπαρότητος ὀφθαλμῶν (*nisi legendum*, ὀφθαλμοὶ) αὐτῶν, exciderunt præ pinguedine ab oculis suis. S. *Hier.* processerunt à pinguedine oculi eorum. κ In dispositionem.] *Siue*, affectum, *vt vulgata, græce* εἰς διάθεσιν. *Symm.* παρέβαινον τὰ φαινόμενα τῇ καρδίᾳ, prætergressi sunt apparentia cordi, *aut*, corde: *sed puto voluisse significare, eos trāsilire cogitationes, quas naturaliter cor suggerit, neque vsitatis cogitationibus esse contentos.* λ In malignitate.] S. Aug. *& vetus psalterium*, malignitatem. *Vulgata*, nequitiam, *græce est* ἐν πονηρίᾳ, *& posset etiam coniungi cum eo quod sequitur, hoc modo*, loquuti sunt in malignitate iniquitatem: in altum (*aut vt vulgata*, in excelso) loquuti sunt. μ Ideo reuertetur populus meus huc.] *Ita S. Aug. & vetus psalterium: & ita fere hebræus, nisi quòd habet*, populus eius. *Theodoretus interpretatur de reditu post captiuitatem in Hierusalem. Alij de reditu ad hanc quæstionem. vulgata habet*, ideo conuertetur populus meus hic: *quod etiam ferunt verba græca.* ν Et dies pleni.] *S. Aug. & vetus psalterium*, cum dies pleni. ξ Et dixerunt.] *Theodor-*

Symm, autem dilucidius, οἱ δὲ ἔλεγον, πῶς ἔγνω ὁ θεός, καὶ εἰ ἔστι ἐπίγνωσις τῷ ὑψίστῳ, illi vero dicebant, quomodo nouit Deus, & si est scientia ipsi altissimo? [ο] Ergo.] *ἄρα, abest autem à S. Augustino, & vetere psalterio. Symm.* ἴσως οὖν, fortasse igitur, *aut*, ergo ne. *Theodotio*, πλὴν, verumtamen. [π] Iustificaui.] *Aquila*, ἐκαθάρισα, mūdaui; *& sic S. Hier.* [ρ] Generationem.] *Aut*, nationem, *vt vulg. græce est*, τῇ γενεᾷ τῶν υἱῶν σου ἠσυνθέτηκα. *Nam quod in aliquot codicibus legitur*, ᾗ συντέθεικα, *videtur esse erratum; licet psalterium Romanum habeat*, ecce natio filiorum tuorum, quibus disposui. *In alijs vero est*, ἠσυνθέτηκας, *& Theodor. ita interpretatur*, ἢ παρέβης τὰς συγκειμένας συνθήκας; nunquid transgressus es pacta conuenta? [σ] Suscepi cognoscere.] ὑπέλαβον τοῦ γνῶναι, *neque isto modo videntur male interpretati S. Aug. & vetus psalterium. Hoc enim sibi volūt, aggressus sum, conatus sum cognoscere, mentem adhibui ad cognoscendum. Vulgata*, existimabam, vt cognoscerem hoc. *Sym.* εἰ ἐλογιζόμην ἐπιγνῶναι τοῦτο μόχθος ἐφαίνετο ἐμοί, si cogitabam cognoscere hoc, labor apparebat mihi. [τ] Intelligam in nouissima.] S. Aug. *& vetus psalterium*, & intelligam in nouissima. *In alijs codicibus græcis, & apud Theodoretum est*, καὶ συνῶ εἰς τὰ ἔσχατα αὐτῶν, *& Romanum*, & intelligam in nouissima eorum, *aut*, in nouissimis eorum: *vt vulg. S. Hier. ad Suniā retinet illud* αὐτῶν, *sed* καὶ, *putat superfluum.* [υ] Propter dolositates.] *Aut*, dolos, *vt vulg. S. Aug. & vetus psalterium*, propter dolositatem. *In alijs codicibus græcis est*, πλὴν διὰ τὰς δολιότητας αὐτῶν ἔθου αὐτοῖς κακά, *& Romanum*, verumtamen propter dolos disposuisti eis mala. [φ] Deiecisti eos.] κατέβαλες αὐτούς. *Scholium:* In Tetraselido, pro, κατέβαλες, erat κατέλαβες, apprehendisti: sed nunquid fortasse erratū est? cæteri enim inquiunt κατέβαλες. [χ] Exurgentis.] *Ita S. Aug. & vetus psalterium, qui deinde habent*, imagines. *Apud Theodoretū est* ἐξεγειρομένων, *& sic vulg.* surgentium. [ψ] Delectatum est.] *Ita apud S. Aug. & in psalterio veteri, & Romano, quod græce*, ηὐφράνθη. *In cæteris libris græcis est*, ἐξεκαύθη, *& vulg.* inflammatū. [ω] Ad nihilum redactus.] *Theodor.* Hoc manifestius Sym. dixit, ἤμην δὲ ἀνεπιστήμων, καὶ μὴ εἰδώς, erā autem insipiens, & nesciens: *& ita fere S. Hier.* [αα] Vt iumentū.] *S. Aug. & vetus psalteriū*, quasi pecus, *græce est*, κτηνώδης, *iumenti, ac pecoris naturā referens.* [ββ] In consilio tuo.] ἐν τῇ βουλῇ σου, *& respondet hebræo: apud latinos tamen est*, in voluntate tua. [γγ] Quid.n. mihi est in cælo.] *Theodor.* Aquila autem manifestius, τίς μοι ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ μετὰ σοῦ οὐκ ἐβουλήθην ἐν τῇ γῇ. Quis mihi in cælo? & tecū nolui in terra, *aliū tibi coordinans, addit Theodor.* [δδ] Cor meum, & caro mea.] *Ita S. Aug. & vetus psalt. & libri græci. Vulg. antē*, caro mea, & cor meū: *quem ordinē probat* S. Hier. *ad Suniam.* [εε] Laudes.] *Ita S. Aug. et vetus psalt. & Romanū, quod græce est*, τὰς αἰνέσεις. *S. Hier. ibidē testatur lxx. dixisse* τὰ ἀπαγγέλματά σου, prædicationes tuas, (*quod habet vulgata*) *aut*, promissa: *Aquilam vero* ἀγγέλους σου, angelos, & nuncios tuos. [ζζ] In portis filiæ Sion.] *S. August. & vetus psalt.* in atrijs, *græce*, ἐν ταῖς πύλαις, *in hebræo non sunt ista verba.*

Intellectus ipsi Asaph. LXXIII.

VT [α] quid repulisti Deus in finem? iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ. Memento congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. Redemisti [β] virgam hæreditatis tuæ, montem [γ] Sion hunc, in quo habitasti in eo. Leua manus tuas in superbias eorum in finem. Quanta maligne operatus est inimicus in [δ] sanctis tuis: & gloriati sunt, qui oderunt te, in medio [ε] solemnitatis tuæ. Posuerunt signa sua signa, & non cognouerunt, sicut in [ζ] ingressu desuper. Quasi in sylua lignorum, securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi, et ascia deiecerunt eam. Incenderunt in igne sanctuarium tuum: In terra posuerunt tabernaculum nominis tui. Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul: [η] Heus quiescere faciamus solemnitates Domini à terra. [θ] Signa nostra non vidimus: iā non est amplius propheta, & nos non cognoscet [ι] amplius. Vsquequo Deus improperabit inimicus? irritabit aduersarius nomen tuum in finem? Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem? Deus autem rex noster ante sæculum: operatus est salutem in medio terræ. Tu confirmasti in virtute tua mare: tu contriuisti capita [κ] draconum in [λ] aqua. Tu [μ] contriuisti capita [ν] draconis: dedisti eum escam populis Aethiopibus. Tu dirupisti [ξ] fontes, & torrentes: tu siccasti fluuios [ο] Etham. Tuus est dies, & tua est nox: tu perfecisti [π] Solem, & Lunam. Tu [ρ] fecisti omnes [σ] terminos terræ: æstatem, & ver tu fecisti. Memor esto huius [τ] creaturæ tuæ: inimicus improperauit Domino: & populus imprudens exacerbauit nomen tuum. Ne tradideris bestijs animam confitentem tibi: animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. Respice in testamentum tuū: quoniam repleti sunt, qui obscurati sunt terræ, domibus [υ] iniquitatū. Ne auertatur humilis [φ] factus, & confusus: egenus, & pauper laudabunt nomē tuum. Exurge Deus, iudica causam [χ] tuam: memēto oppro-

A to opprobriorum tuorum eorum, quæ ab imprudente ſunt tota die. Ne obliuiſcaris vocem ✝ deprecantium te: ſuperbia eorum, qui te oderunt, ✱ aſcendat ſemper ad te.

α Vt quid repuliſti Deus.] *S. Aug. vetus pſalterium, & Romanum*, repuliſti nos Deus. *In alijs libris græcis eſt*, ἱνατί ὁ θεὸς ἀπώσω, *& vulg.* vt quid Deus repuliſti: *hanc ordinis varietatem notauit etiam S. Hieron.* Aquila, τί θεὲ ἀπώσω εἰς νῖκος: cur Dee repuliſti ad victoriam, *ideſt*, in finem, *vt alibi dictum eſt*. β Virgam.] *Theodor. habet*, ῥάβδῳ, *vt intelligatur Deum redemiſſe hæreditatẽ ſuam virga, ideſt ſceptro regio; ſed cæteri libri vt hic* ῥάβδον κληρονομίας σου, *quod tamen Scholiaſtes refert ex Aquila, ex Symmacho autem*, ἐλυτρώσω σκῆπτρον κληρουχίας σου, redemiſti ſceptrum hæreditatis tuæ, *& ex quinta editione*, σαβὰτ φυλῶν, Sabat tribum. γ Montem Sion hunc.] ὄρος σιὼν τοῦτο, ὃ κατεσκήνωσας ἐν αὐτῷ. *S. Aug. & vetus pſalt.* montem Sion, in quẽ habitaſti in ipſo, *vulg. & Romanũ*, mons Sion, in quo. *Symm.* καὶ ἤγαγες εἰς τὸ σιὼν ὄρος τὸ ἅγιόν σου τοῦτο, & duxiſti ad Sion montem ſanctum tuũ iſtum. δ In ſanctis tuis.] *Ita etiam in alio libro græco: & in pſalterio vetere, & Arabico & apud S. Aug. In alijs libris græcis eſt*, ἐν τῷ ἁγίῳ σου. *Theodor.* neque hebræus, neque cæteri interpretes; neque ipſi lxx. in hexaplo poſuerunt numerum multitudinis, ἐν τοῖς ἁγίοις, ſed ſingulariter, ἐν τῷ ἁγίῳ σου. *Idemque de græcis teſtatur. S. Hier. ad Suniam. Aquila* ἐν ἡγιασμένῳ, in ſanctificato. ε Solennitates tuæ.] *Romanum*, in medio atrio tuo: *quod fortaſſe non abhorret ab hebræo.* ζ In ingreſſu.] ὡς εἰς τὴν εἴσοδον ὑπεράνω. *Apollinarius*, εἰσίθμης, *quod idem valet. In cæteris libris græcis eſt* ἔξοδον, *vulgata*, ſicut in exitu ſuper ſummũ. *Pſalt. Romanum*, ſicut in via ſupra ſummum. *Vetus, & S. Aug.* ſicut in egreſſu deſuper: *Aquila*, ἐγνώσθη ὡς εἴσοδος εἰς ἄνω, innotuit, ſicut introitus in ſublime. *Theodotio*, καὶ γνωσθήτω ὡς εἴσοδος ὑπεράνω, & innoteſcat, ſicut introitus ſuperne. *Symm.* ἔθηκαν τὰ σημεῖα αὐτῶν ἐπισήμως γνώρισμα κατὰ τὴν εἴσοδον ἐπάνω, ἐν ἀμμένοις ξυλίνοις, poſuerũt ſigna ſua inſigniter indicium ad ingreſſum ſuperne in inſtrumentis ligneis. η Heus quieſcere faciamus.] *In alijs codicibus græcis, & apud Theodoretũ additur*, καὶ δεῦτε, καὶ καταπαύσωμεν, *& S. Hieron. ad Suniam teſtatur ſe tranſtuliſſe*, heus, & quieſcere faciamus. *Vulgata habet tantum*, quieſcere faciamus. *S. Aug. & pſalt. vetus, & Romanũ*, venite comprimamus. *Idem S. Hier. addit lxx. iuxta hexaplorum veritatem tranſtuliſſe*, κατακαύσωμεν, *Itemque ſextam editionem, Theodotionem vero* ἐμπυρίσωμεν, ſuccendamus, *quintam* κατέκαυσαν, combuſſerunt: *Aquilam, & Symmachũ* ἐνεπύρισαν πάσας τὰς ἑορτὰς θεοῦ ἐπὶ τῆς γῆς, incenderunt omnes ſolennitates Dei in terra. *Verum Scholiaſtes de quinta quidẽ & ſexta editione habet, vt S. Hier. de Aquila autẽ, & Theodotione hoc modo:* Aquila, ἐνεπύρισαν πάσας συναγωγὰς ἰσχυροῦ ἐπὶ τῆς γῆς, incẽderunt omnes cõuentus ipſius fortis ſuper terram: Theodotio, ἐνεπύρισαν πάντας καιροὺς ἰσχυροῦ ἐν τῇ γῇ, incẽderunt omnia tẽpora ipſius fortis in terra. *Atque vt notat Didymus in pſ. 20. dictionem iſtam*, καιρὸς, *ibi ſignificare non tempus, ſed ſtatum quemdam eorum, qui vultum Dei poſſunt intueri; ita videtur hoc locó poſſe ſignificare dies ſolennes ad colendum Deum.* θ Signa noſtra non vidimus.] *Sic vulg. & vetus pſalterium, & vt puto. S. Aug. licet in quibuſdam codicibus abſit negatio: ſed in explanatione apparet. Romanum*, ſigna noſtra non videmus, *etiã Theodor. habet* ἡμῶν, *in alijs libris græcis eſt* σημεῖα αὐτῶν, ſigna ipſorum. *Schol.* lxx. Aquila, Theodotio, Sym. τὰ σημεῖα ὑμῶν. ι Irritabit.] παροξυνεῖ, *apud latinos fere eſt*, irritat. *Symm.* προπηλακίσει, contumelijs afficiet. κ Draconum.] *Symm*, κητῶν, cetorum. λ Aqua.] *S. Hier. teſtatur Aquilam dixiſſe*, ὑδάτων, in aquis. μ Contriuiſti capita.] συνέτριψας τὰς κεφαλὰς, *& vulg etiam habet*, capita. *In cæteris libris græcis eſt*, σὺ συνέθλασας τὴν κεφαλὴν, *& ita S. Aug. pſalterium vetus, & Romanum*, tu confregiſti caput. ν Draconis.] *Pſalterium Romanum*, draconis magni. *Schol.* leuiathan. ξ Fontes.] *Schol.* lxx. & quinta editio, πηγὴν, fontem: *Theodoretus autem*, hebræus, & cæteri interpretes dixerunt, πηγὰς. ο Etham.] *Aquila*, στερρὰς, fortes (*quod habet S. Hier.*) *Symm.* ἀρχαίους, antiquos: *quod etiã refert, & explanat Theodor.* π Solem, & lunam.] *Ita pſalterium vetus, & S. Aug. nec multo aliter Romanum*, tu feciſti Solem, & Lunam. *Itemque apud Apollinarium, & in pſalterio Arabico, & Æthiopico. In cæteris libris græcis eſt*, φαῦσιν, καὶ ἥλιον, illuminationem, & ſolem, *ac vulg.* fabricatus es auroram, & ſolem. *Schol.* ſexta editio, σελήνην, καὶ ἥλιον, lunam, & ſolẽ: Aquila, φωστῆρα, καὶ ἥλιον, luminare, & ſolem: Theodotio, φῶς, καὶ ἥλιον, lucem, & ſolem. ρ Feciſti.] *Theodor.* Aquila quidẽ, & Theodotio dixerunt, ἐστήλωσας, ſtabiliſti: Symm. vero, ἔστησας, ſtatuiſti, *quod habet etiam S. Hier.* σ Terminos.] ὅρια. *Ita Theodor. & Apollin*, πέρατα *& omnia pſalteria latina, & S. Aug. Multi autem libri græci habent* ὡραῖα, ſpecioſa. τ Creaturæ tuæ.] *Hæc verba ſunt in pſalterijs Romano, & veteri, & apud S. Auguſtinum & in pſalterijs Arabico, & Æthiopico, eaque Apollinarius metaphraſi expreſſit & Schol.* quare & inquit μνήσθητι ταύτης τῆς κτίσεως. *Abſunt autem à cæteris libris græcis & à vulgata. Ac Theodor. illud* ταύτης, *abſolute dictum refert ad ſynagogam.* υ Domibus iniquitatum.] *Ita vulgata, vetus vero & S. Aug.* domorum iniquarum: *Romanum*, domorum iniquitatum. *Græce eſt* ὅτι ἐπληρώθησαν οἱ ἐσκοτισμένοι τῆς γῆς οἴκων ἀνομιῶν, *& videtur dictum eſſe*, οἱ ἐσκοτισμένοι τῆς γῆς, obſcurati terræ, *ſicut dicitur* diuites terræ, pauperes terræ. *Symm.* ὅτι ἐπλήσθησαν ἐσκοτισμένα γῆς ὡραιοτήτων ἀδικίας, quoniam impleta ſunt tenebroſa terræ, ſpeciebus iniquitatis. φ Humilis factus, & confuſus.] τεταπεινωμένος, καὶ κατῃσχυμμένος, *à multis autem libris græcis abeſt illud* καὶ, *itemque à latinis*, &. *Vetus quidem pſalterium, & S. Aug. habent*, ne reuertatur humilis confuſus. χ Tuam.] *Ita cæteri libri græci, & latini præter S. Auguſtinum qui habet*, meam, *& mirum eſt illum à vetere diſcrepare.* ✝ Deprecantium te.] *Ita pſalterium vetus, & S. Aug. Romanum vero*, quærentium te, *græce eſt* ἱκετῶν σου, *quomodo habet etiam alius codex manu ſcriptus, & Theodor. & pſalterium Arabicum, neque ſecus Apollinarius* λισσομένων. *In alijs libris græcis eſt* οἰκετῶν, famulorum. *S. Hier. ad Suniam, & Fretelam, qui & ipſi in ſuo codice habebant*, ἱκετῶν, *ſcribit Aquilam dixiſſe*, hoſtium tuorum, *Symm.* bellantiũ contra te. *lxx. & ſextam editionem*, inimicorum tuorum: *quomodo etiam habet vulgata.* ✱ Aſcendat ſemper ad te.] ἀναβαίη διὰ παντὸς πρὸς σὲ, *& cum hac lectione facit metaphraſis* Apollinarij, *Pſalterium* Arabicum, *& Æthiopicum. Romanum, & vetus, & S. Aug.* aſcendit ſemper ad te, *vulg.* aſcendit ſemper, *& ita in pleriſque græcis*, ἀνέβη διὰ παντὸς, *& S.* Hier. *interpretatur*, διὰ παντὸς, per omnia, ſiue omnino.

In finem ne [α] corrumpas, [β] psalmus cantici ipsi Asaph. LXXIV.

CONFITEBIMVR tibi Deus, [γ] confitebimur, & inuocabimus nomen tuum. [δ] Enarrabo omnia mirabilia tua: [ε] cum accepero tempus; ego iustitias iudicabo. Liquefacta est terra, & omnes inhabitantes in ea: ego confirmaui columnas eius. DIAPSALMA. Dixi iniquis, nolite inique agere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Nolite [ζ] extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem. Quoniam neque ab oriẽte, neque ab occidente, neque à desertis montium. Quoniam Deus iudex est: hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu Domini vini meri plenus misto. Et inclinauit ex hoc in [η] hunc: Verumtamen [θ] fex eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ. Ego autem in sæculum [ι] gaudebo: psallam Deo Iacob. Et omnia cornua peccatorũ [κ] cõfringã: & exaltabũtur cornua [λ] iusti.

α Ne corrumpas.] *Sic est in libris latinis, quod græce,* μὴ διαφθείρῃς, *attamen S. Hieronymus ad Suniam in notationibus ad ps. 77, melius putat verti,* ne perdas. *Ipse autẽ in sua tralatione habet,* vt non disperdas. β Psalmus cantici.] *Ita in vulgata. Romanum vero, & S. Hieronymus*, psalmus Asaph cantici. *In alijs libris græcis,* τῷ ἀσὰφ ψαλμὸς ᾠδῆς, ipsi Asaph psalmus cantici. *Theodoretus*: Symmachus autem, ἐπινίκιος περὶ ἀφθαρσίας ψαλμὸς τῷ ἀσάφ. triumphalis de incorruptibilitate, psalmus ipsi Asaph. γ Confitebimur.] *S. Augustinus, & psalterium vetus, & Romanũ,* confitebimur tibi, *& in multis etiam libris græcis additur* σοι. δ Enarrabo.] *S. Hieronymus ad Suniam putat rectius esse,* narrabimus mirabilia tua, *vt est in vulgata*. ε Cum accepero tempus.] *Theodoretus*: Aquila autem, & Symmachus ita, ὅτ' ἂν λάβω τὴν συναγωγήν, cum accepero Synagogam. *Scholiastes tamen ex Aquila refert,* συνταγὰς, mandata, & præcepta, *ex Symmacho,* συνταγήν. ζ Nolite extollere in altum.] *Sic in vulgata, & Romano. S. Augustinus, & vetus*, nolite ergo efferri, ne loquamini aduersus Deum iniquitatem. η In hunc.] *Ita S. Augustinus, vt respondeat calici. Græce est,* τοῦτον, *ideo in cæteris libris latinis legitur,* ex hoc in hoc. *Symmachus,* ὥστε ἕλκειν ἀπ' αὐτοῦ, vt trahant de eo. θ Verumtamen fex eius.] *Symmachus*, πλὴν τὰς τρυγίας αὐτοῦ ἐκπιοῦνται πίνοντες οἱ φαῦλοι τῆς γῆς, *quæ ita videtur vertisse. S. Hieronymus*, verumtamen feces eius epotabunt bibentes omnes impij terræ. ι Gaudebo.] *Ita S. Aug. & psalteriũ vetus, & Romanũ, quod græce est,* ἀγαλλιάσομαι. *Vulg. autẽ,* annunciabo in seculum, *quod Scholiastes quintæ editioni tribuit,* ἀπαγγελῶ. κ Confringam.] *In L.V. est* συγκλάσω. *alij* συνθλάσω. *Schol.* lxx. & Th. συγκλάσω. *Aquila* περικόψω, concidam. *Symmachus,* μετακλάσω, diffringam. λ Iusti.] *Schol.* lxx. τὰ κέρατα τῶν δικαίων, cornua iustorum. *Aquila, & Symmachus,* κέρατα δικαίου, cornua iusti. *Theodotio,* κέρας δικαίων, cornu iustorum.

In finem in hymnis psalmus ipsi Asaph, canticum ad [α] Assyrium. LXXV.

NOTVS in Iudæa Deus, in Israel magnũ nomen eius. Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion. Ibi confregit potentias arcuũ, scutũ, & gladiũ, & bellũ. DIAPSALMA. [β] Illuminas tu mirabiliter à mõtibus æternis: turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierũt somnũ suũ, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarũ [γ] manibus suis. [δ] Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerũt, qui ascenderũt equos. Tu terribilis es: & quis [ε] resistet tibi ab ira tua? De cælo [ζ] auditũ fecisti iudiciũ: terra timuit, & quieuit: cũ exurgeret in iudiciũ Deus; vt saluos faceret omnes [η] mites corde. DIAPSALMA. [θ] Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festũ agent tibi. Vouete, & reddite Domino Deo [ι] nostro. Omnes, qui in circuitu eius, afferẽt munera: terribili, & ei, qui aufert [κ] spiritus principũ: terribili apud reges terræ.

α Ad Assyrium.] *In vulgata,* ad Assyrios. A *psalterijs latinis absunt. Theodoretus*: Additionem illam, τῷ ἀσσυρίῳ, non inueni in hexaplo, sed in quibusdã exẽplaribus. *Schol.* illud, πρὸς τὸν ἀσσύριον, non est in Tetraselido, neque apud lxx. neque apud cæteros, neque in libro Eusebij Pamphili, neque in Octaselido. β Illuminas.] φωτίζεις. *licet apud latinos sit,* illuminans. *Theodor. ex Symm.* ἐπιφανὴς εἶ ὑπερμεγέθης ἀπὸ ὀρέων θήρας, illustris es, immẽsus à montibus venationis. *Scholiastes autem ex eodem* Symmacho, φωτίζεις σὺ θαυμαστῶς ἀπὸ ὀρέων θήρας, illuminas tu mirabiliter à montibus prædæ, *ex Theodotione*, φοβερὸς εἶ θαυμαστὸς ἀπὸ ὀρέων καρπίμων, terribilis es, admirabilis à montibus fructuosis, *ex Aquila,* φωτισμὸς σὺ ὑπερμεγέθης ἀπὸ ὀρέων αἰχμαλωσίας, *quæ videtur fere vertisse S Hier.* lumen tu es magnifice à montibus captiuitatis. γ Manibus suis.] ταῖς χερσὶν αὐτῶν, *sed apud latinos inualuit,* in manibus suis: *quamuis id deprauatum esse admoneat S. Hier. ad Suniã. Theodor. ex Symmacho,* πάντες οἱ ἄνδρες οἱ ἰσχυροὶ ταῖς χερσὶν αὐτῶν, omnes viri, qui robusti manibus suis. δ Ab increpatione.] *Sym.* ἀπὸ ἐμβριμήσεώς σου θεὲ ἰακὼβ ἐκαρώθη καὶ ἅρμα καὶ ἵππος, *nec multo aliter S. Hier.* ab increpatione tua Deus Iacob cõsopitus est,

tus est, & currus, & equus. *Aquila κατεφέρετο, quod idem fere significat, atque ἐνύσταξαν.* [ε] Et quis resistet tibi ab ira tua?] *Sic quoque est in psalterio Æthiopico S. Augustinus,* & quis resistet tibi, tunc ab ira tua? *Vetus psalterium,* nunc. *In alijs libris græcis est, ἀπὸ τότε ἡ ὀργή σου, cum qua lectione facit, metaphrasis Apollinarij. Et psalterium Romanum, & vulgata,* ex tunc ira tua. [ζ] Auditum fecisti iudicium.] *Sic vulgata, quod græce est ἠκούτισας, & Theodoretus inquit, Symmachum dixisse, ἀκουστὴν ποιήσεις, quod S. Hieronymus videtur vertisse,* annunciabis. *Verum in nonnullis græcis codicibus est ἠκόντισας, & S. Augustinus, & vetus psalterium,* iaculatus es iudicium. *Romanum vero,* de cælo iudicium iaculatus est. [η] Mites corde.] *Ita S. Augustinus, & vetus psalterium, quod græce est, πραεῖς τῇ καρδίᾳ, & ita etiam in psalterio Æthiopico. Cæteri libri græci habent, πραεῖς τῆς γῆς, quæ lectio fuit etiam adscripta codici Vaticano, & vulgata,* mansuetos terræ, *Romanum,* quietos terræ. [θ] Cogitatio.] *ἐνθύμιον, quod Scholiastes idem inquit valere, ac λογισμόν. Symmachus θυμὸς ἀνθρώπου ἐξομολογήσεται, λείψανον θυμοῦ περιζώσῃ,* ira hominis confitebitur, residuum iræ accinctum. [ι] Nostro.] *Ita in græcis collatis, & in psalterio veteri, & apud Sanctum Augustinum. Vulgata autem, & Romanum,* vestro, *ac paulo post vulgata quidem,* affertis, *Romanum autem,* offertis. [κ] Spiritus.] *πνεύματα, idque agnoscit etiam S. Hieronymus ad Suniam: sed tamen in libris latinis est,* spiritum.

In finem pro [α] Idithum, psalmus ipsi Asaph. LXXVI.

VOCE mea ad [β] Dominum clamaui, & [γ] vox mea ad Deum: & attendit mihi. In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte [δ] coram eo, & non sum deceptus. Renuit [ε] consolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus sum: [ζ] garriui, & defecit spiritus meus. DIAPSALMA. Anticipauerunt vigilias [η] omnes inimici mei: turbatus sum, & non sum loquutus. Cogitaui dies antiquos: & annorum æternorum memor fui. Et meditatus sum nocte, cum corde meo garriebam, & [θ] scarriebam spiritum meum. Numquid in [ι] secula proijciet Deus? & non [κ] apponet, vt beneplaceat ei adhuc? Aut in finem abscidet [λ] misericordiã à generatione, & [μ] generatione? aut obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira miserationes suas? DIAPSALMA. Et dixi, [ν] nunc cœpi: [ξ] hæc immutatio dexteræ excelsi. Memor [ο] fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in [π] adinuentionibus tuis garriam. Deus in [ρ] sancto via tua: quis Deus magnus, sicut Deus noster? Tu es Deus, qui facis [σ] mirabilia. Notam fecisti in populis virtutem tuam; redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob, & [τ] Ioseph. DIAPSALMA. Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ, & timuerunt: & turbatæ sunt abyssi. Multitudo sonitus aquarum: [υ] vocem dederunt nubes. Etenim sagittæ tuæ transeunt: vox tonitrui tui in [φ] rota. Apparuerunt fulgura tua orbi terrarum; commota est, & contremebunda facta est terra. In mari via tua: & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscẽtur. Deduxisti sicut oues, populũ tuũ in manu [χ] Moysi & Aaron.

[α] Pro Idithum.] *Alij legunt,* Iditnum. *Theodoretus:* Symmachus autem *διὰ Ἰδιθούμ,* per Idithum. *Schol. Ἰδιθοὺν* exponitur *ἀπάτη,* deceptio. [β] Ad Dominum.] *Schol.* Aquila, & Theodotio, *πρὸς κύριον.* Symmachus, quinta, sexta, lxx. *πρὸς τὸν θεόν,* ad Deum. [γ] Et vox mea.] *Ita S. Aug. & psalterium vetus, & Romanum; quod græce, καὶ ἡ φωνή μου. In alijs libris græcis est, φωνῇ μου, & sic vulgata,* voce mea. [δ] Coram eo.] *Sic in psalterio Rom. & vet. & apud S. Augustinum, quod græce ἐναντίον αὐτοῦ, vulgata,* contra eum. *Theodoretus:* Symmachus autem *ἡ χείρ μου νυκτὸς ἐξετέτατο (al. ἐκτεταμένη) διηνεκῶς,* manus mea noctu extensa est assidue. [ε] Renuit.] *Sic vulgata: & codices græci collati, ἀπηνήνατο. Vetus tamen psalt. & Romanum, & S. Augustinus habent,* negaui consolari animam meam. *Apollinarius ἠρνεόμην πραπίδεσσι παρηγορέοντος ἀκοῦσαι,* renuebam præcordijs audire consolantem. [ζ] Garriui.] *Ita S. Augustinus, & vetus psalterium, quod græce, ἠδολέσχησα. S. Hieronymus ad Suniam, ἀδολεσχίαν interpretatur decantationem quandam, & meditationem: & quod paulo post in hoc psalmo est, ἠδολέσχουν, vertit,* argutabar. *In Romano, & in vulgata est,* exercitatus sum, *& in Romano sequitur,* & defecit paulisper spiritus meus. *Theodoretus ex Symmacho διελάλουν ἐμαυτῷ καὶ ἐλιποθύμουν,* mecum ipse colloquebar, & animo deficiebam. [η] Omnes inimici mei.] *Sic est apud S. Augustinum, & in psalterio veteri, Arabico, & Æthiopico. In cæteris libris græcis est, οἱ ὀφθαλμοί μου, & sic vulgata, & Romanum,* oculi mei.

Aquila, κατέσχες φυλακὰς ὀφθαλμῶν, cohibuisti vigilias oculorum. *Theodotio*, ἐκράτησας φυλακὰς ὀφθαλμῶν μου, tenuisti vigilias oculorum meorũ. *Sym.* ἐκώλυον τὰς ἀναβλέψεις τῶν ὀφθαλμῶν μου, *quod fere S. Hieronymus*, prohibebam suspectum oculorum meorum. θ Sarriebam.] *Hoc putat S. Hieronymus ad Suniam significari verbo* ἔσκαλλον, *quo quidem lxx significare voluerunt frequentem retractatum cogitationum. Addit autem Symmachum & quintam editionem habuisse* ἀνηρεύνων, *siue, vt est in scholio*, ἀνηρεύνων, perscrutabar, *siue*, quærebam. *Ita S. Augustinus, & vetus psalterium habent*, scrutabar, *Romanum*, ventilabam, *vulgata*, scopebam. *in scholio istud* ἔσκαλλον τὸ πνεῦμά μου, *tribuitur Theodotioni. Et in alijs codicibus græcis hic legitur*, ἔσκαλλε, sarriebat spiritus meus. *Teodoretus*, istud autem ἔσκαλλον, Theodotio quidem dixit ἐξηρεύνησεν, scrutatus est. Aquila autem, ἔσκάλλωσεν, quasi effodit, & scalpsit. *In scholio refertur ex Aquila*, καὶ σκαλεύσει τὸ πνεῦμά μου, & effodiet spiritus meus. ι Nunquid in secula.] μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας, *psalteria latina*, nunquid in æternum. S. *Augustinus*, non in æternum repellet Deus. κ Et non apponet vt beneplaceat.] *S. Augustinus, & vetus psalterium*, & non apponet vltra, vt beneplaceat ei adhuc? *Vulgata, & psalterium Romanum*, aut non apponet, vt complacitior sit adhuc? λ Misericordiam.] *In plerisque libris græcis est* τὸ ἔλεος αὐτοῦ, *& sic apud latinos*, misericordiam suam. μ Et generatione.] καὶ γενεᾶς, *sed in plerisque græcis est*, εἰς γενεάν, *& apud latinos*, in generationem. *Verum in multis codicibus græcis hic locus ita habet*, τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀποκόψει, συνετέλεσε ῥῆμα ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν, misericordiam suam abscidet, consummauit verbum à generatione in generationem. *Ac Theodoretus:* Symmachus autem sic, συνετέλεσε ῥῆσιν περὶ γενεᾶς ἑκάστης, consummauit eloquium de generatione qualibet: *scribit tamen S. Hieronymus*, συνετέλεσε ῥῆμα, *recte non haberi in latino, quia & in nullo habetur interpretum. Certe præter editiones latinas neque metaphrasis Apollinarij, neque psalterium Æthiopicum habent: est tamen in tralatione Arabica.* ν Nunc cœpi.] *Aquila*, ἀῤῥωστία μοι αὕτη, imbecillitas mihi hæc. *Theodotio*, ὠδῖνες εἰσίν, dolores sunt. ξ Immutatio.] *Aut, vt vulgata*, mutatio, ἀλλοίωσις. *Sym.* ἐπιδευτερώσεις, *iterationes, & quasi secundi ordines.* ο Memor fui operum.] *Symmachus*, ἀνεμιμνησκόμην τὰς προνοίας κυρίου, ἀναπολῶν τὰ ἀρχαῖα τεράστιά σου, καὶ διεμελέτων πάσας τὰς πράξεις σου, καὶ τὰ μηχανήματά σου διηγούμην, memoria repetebam prouidentias Domini, animaduertens antiqua prodigia tua, & meditabar omnes actiones tuas, & molimina tua narrabam. ϖ Et in adinuentionibus tuis garriam.] καὶ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασί σου ἀδολεσχήσω. *S. Augustinus, & vetus psalterium*, & in affectionibus tuis garriã. *Romanum*, & in obseruationibus tuis exercebor. *Vulgata*, & in adinuentionibus tuis exercebor. ρ In sancto via tua.] *Theodor.* Symmachus autem ita, ὁ θεὸς, ἐν ἁγιασμῷ ἡ ὁδός σου, Deus, in sanctificio via tua. Aquila autem ἐν ἡγιασμένῳ, in sanctificato. σ Mirabilia.] *Apud S. Augustinum, & in psalterio veteri, & Romano additur*, solus. τ Ioseph.] *Schol.* Ioseph exponitur, ὀνείδους ἀφαίρεσις, ablatio opprobrij. υ Vocem dederunt nubes.] *Theodoretus:* Symmachus autem, ἦχον ἔδωκεν αἰθὴρ, sonitum dedit æther. φ In rota.] ἐν τῷ τροχῷ. *Symmachus*, ἐν τοῖς τροχοῖς, in rotis. χ Moysi, & Aaron.] *Schol.* Moyses exponitur, ἀναίρεσις ὕδατος, sublatio aquæ: Aaron autem, ὄρος δυνάμεως, mons potentiæ. *Aliud scholium:* Moyses exponitur, ψηλάφημα, contrectatio, & palpatio: Aaron, πνεῦμα, spiritus.

Intellectus ipsi Asaph. LXXVII.

ATTENDITE populus meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab [α] initio. Quanta audiuimus, & cognouimus ea: & patres nostri narrauerunt nobis. Non sunt occultata à filijs eorum in [β] generationem alteram. Annunciantes laudes Domini, & potentias eius, & mirabilia eius, quæ fecit. Et [γ] suscitauit testimonium in Iacob: & legem posuit in Israel. [δ] Quam mãdauit patribus nostris, vt notam facerent eam filijs suis; vt cognoscat generatio altera, filij qui nascentur. Et exurgent, & [ε] annunciabunt ea filijs suis. Vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei, & mandata eius exquirant. Ne fiat sicut patres eorum, [ζ] generatio praua, & exasperans. Generatio quæ non direxit in corde suo: & non est creditus cum Deo spiritus eius. Filij Ephræm intendentes, & mittẽtes [η] arcum, conuersi sunt in die belli. Non custodierunt testamentum Dei: & in lege eius noluerunt ambulare. Et obliti sunt beneficiorum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis. Coram patribus eorum quæ [θ] fecit mirabilia in terra Aegypti, in cãpo Taneos. Dirupit mare, & perduxit eos: statuit aquas, [ι] quasi vtrem. Et deduxit eos in nube die, [κ] & tota nocte in illuminatione ignis. Dirupit petram in Eremo; & potauit eos, velut in abysso multa. Et eduxit aquam de petra, & deduxit tanquam flumina aquas. Et apposuerunt adhuc peccare ei: exacerbauerunt altissimum in [λ] inaquoso. Et tentauerunt

A runt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis. Et detraxerunt de Deo, & dixerunt: numquid poterit Deus parare mensam in deserto? Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ: & torrentes inundauerunt. Numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Propter hoc audiuit Dominus, & distulit, & ignis accensus est in Iacob: & ira ascendit in Israel. Quia non crediderunt in Deo: nec sperauerunt in salutare eius. Et mandauit nubibus desuper: & ianuas cæli aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum: & panē cæli dedit eis. Panem Angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia. Transtulit Austrum de cælo: & induxit in virtute sua Africum. Et pluit

B super eos, sicut puluerem, carnes, & sicut arenam marium, volatilia pennata. Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum. Et manducauerunt, & saturati sunt nimis; & desiderium eorum attulit eis: non sunt priuati à desiderio suo. Adhuc esca eorum erat in ore ipsorum. Et ira Dei ascendit super eos. Et occidit in pinguibus eorum: & electos Israel compediuit. In omnibus his peccauerunt adhuc: & non crediderunt mirabilibus eius. Et defecerunt in vanitate dies eorum: & anni eorum cum festinatione. Cum occideret eos; quærebant eum, & reuertebantur: & diluculo veniebāt ad Deum. Et rememorati sunt, quoniam Deus adiutor est eorum, & Deus excelsus, redem

C ptor eorum est. Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem ipsorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius. Ipse autē est misericors, & propitius fiet peccatis eorum: & non disperdet. Et multiplicabit ad auertendam iram suam, & non accēdet omnem iram suam. Et recordatus est, quia caro sunt, spiritus vadens, & non rediens. Quoties exacerbauerunt eum in deserto; in iram concitauerūt eum in terra sine aqua. Et cōuersi sunt, & tentauerūt Deum: & sanctum Israel exacerbauerūt. Non sunt recordati manus eius, diei, qua redemit eos de manu tribulantis. Sicut posuit in Aegypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos. Et conuertit in sanguinem flumina eorum, & imbres eorum; ne biberēt. Misit in eos cynomyam,

D & comedit eos: & ranam, & disperdidit eos. Et dedit ærugini fructum eorum: & labores eorum locustæ. Occidit in grandine vineā eorum, & moros eorum in pruina. Et tradidit in grandine iumenta eorum, & substantiam eorum igni. Misit in eos iram indignationis suæ: indignationem, & iram, & tribulationem, immissionem per angelos malos. Viam fecit semitæ iræ suæ: non pepercit à morte animabus eorum: & iumenta eorum in morte conclusit. Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti: primitias laborum eorum in tabernaculis Cham. Et abstulit, sicut oues, populum suum, & perduxit eos tamquam gregem in deserto. Et deduxit eos in spe, & non timuerunt: &

E inimicos eorum operuit mare, & induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem hunc, quem acquisiuit dextera eius. Et eiecit à facie eos gentes: & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel. Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum. Et testimonia eius non custodierunt. Et auerterunt se, & non seruauerunt pactū, quemadmodum & patres eorum: conuersi sunt in arcum prauum. Et in iram concitauerunt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerunt. Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilum redegit valde Israel. Et

repulit

repulit tabernaculum Selom, tabernaculum ſuum, vbi habitauit in hominibus. A
Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinẽ eorum in manũ inimici. Et concluſit in gladio populum ſuum: & hæreditatem ſuam ſpreuit. Iuuenes eorum comedit ignis: & virgines eorum non ſunt λλ lamentatæ. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & viduæ eorum non μμ plorabuntur. Et excitatus eſt, tamquam dormiens, Dominus: tamquam potens crapulatus à vino. Et percuſsit inimicos ſuos in poſteriora: opprobrium ſempiternum dedit illis. Et repulit tabernaculum Ioſeph: & tribũ Ephræm non elegit. Et elegit tribum Iuda, montem Sion, quẽ dilexit. Et ædificauit ſicut νν vnicornium ξξ ſanctificationẽ ſuam: in οο terra fundauit eam in æternũ. Et elegit Dauid ſeruũ ſuum: & aſſumpſit eum de gregibus ouium. De poſt ππ fœtantes accepit eum: paſcere Iacob B
ſeruum ſuum, & Iſrael hæreditatem ſuam. Et pauit eos in innocentia cordis ſui: & in ρρ intellectu manum ſuarum deduxit eos.

α Ab initio.] ἀπ' ἀρχῆς. *Pſalterium Romanum habet*, ab initio ſeculi. *Apollinarius*, ἐκ παλαιῆς προτέρης γενεῶν, ex priore antiquitate generationum: *Matt.* 13. ἐρεύξομαι κεκρυμμένα ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi. β In generationem alteram.] *Apud latinos legitur*, in generatione altera. *Græce eſt*, εἰς γενεὰν ἑτέραν, *& poſſet etiam coniungi cum ſequentibus*, εἰς γενεὰν ἑτέραν ἀπαγγέλλοντες, in generationem alteram annunciantes. γ Suſcitauit teſtimonium.] *Symmachus*, ἀνέστησε διαμαρτυρίαν τῷ ἰακώβ, *quod S. Hieronymus*, ſtatuit conteſtationem Iacob. δ Quam mandauit patribus noſtris, vt notam facerent eam.] *Ita pſalterium Romanum. In alijs libris græcis eſt*, ὅσα ἐνετείλατο τοῖς πατράσιν ἡμῶν τοῦ γνωρίσαι αὐτά. *Et ita in cæteris editionibus latinis*, quanta mandauit patribus noſtris, nota facere ea. ε Et annunciabunt ea] *Ita fatetur S.* Hieronymus *ad Suniam vertendum eſſe, quod græce eſt*, καὶ ἀπαγγελοῦσιν αὐτά, *ſed Aquilam, & Symmachum dixiſſe*, narrabunt: *quod remanſit in editionibus latinis*. ζ Generatio praua, & exaſperans, &c.] S. *Auguſtinus, & vetus pſalteriũ*, generatio praua, & amaricans: generatio, quæ non direxit cor ſuum: *Romanum*, genus prauum, & peramarum: genus, quod non direxit cor ſuum. *Et certe in multis codicibus græcis pro* ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς, *habetur* τὴν καρδίαν ἑαυτῆς. *ſed noſtra ſapit hebraiſmum*. η Arcum.] *Sic vulgata. S. Auguſtinus, & vetus pſalteriũ*, arcus. *In alijs libris græcis eſt*, τόξοις, arcubus, *cuius lectionis mentionem etiam facit*. S. *Auguſtinus. In Romano legitur*, intendentes arcum, emittentes ſagittas ſuas. θ Quæ fecit.] *Apud latinos non eſt illud*, quæ. ι Quaſi vtrem.] ὡσεὶ ἀσκόν, *apud latinos autem partim*, quaſi in vtre, *partim*, quaſi in vtrem, *aut*, quaſi in vtres. κ Die.] *Hoc enim ſolet ſignificare*, ἡμέρας, *ſed apud latinos eſt*, dici. λ In inaquoſo.] *S. Auguſtinus hanc etiam lectionem agnoſcit. Sed ipſe habebat, vt pſalteriũ vetus, & Romanum*, in ſiccitate, ἐν ἀνύδρῳ. *Symmachus*, φιλονεικεῖν τῷ ὑψίστῳ ἐν δίψει, ad contendendum cum excelſo in ſiti. μ Et diſtulit.] *Symmachus*, ἐχολώθη, ad iram commotus eſt. ν Cibaria.] *Ita cæteri libri latini. Romanum pſalterium* frumentationem: *græce eſt* ἐπισιτισμόν, *& multi intelligunt de eodem Manna, quod erat quaſi triticum cæleſte*. ξ Tranſtulit auſtrum.] *Sic cæteri latini, Romanum vero*, & excitauit auſtrum, ἀπῆρεν νότον, *quaſi*, promouit auſtrum. *Schol.* ὥρμησεν καύσωνα, impulit æſtum. ο In pinguibus.] ἐν πίοσιν, *ſic habet phraſis hebraica. Sed S. Hieronymus ad latinam formam transferens dixit*, pingues. *In alijs libris græcis eſt*, πλείοσιν. *S. Auguſtinus*, in plurimis. *Romanum pſalterium*, plurimos. *Vetus vtramque lectionem coniunxit*, in plurimis pingues eorum. *S. Hieronymus ad Suniam inquit vocem hebraicam Aquilam eſſe interpretatum*, ἐν πίοσιν αὐτῶν, opulentis eorum: *Symmachũ*, τοῖς εὐπορωτέροις, opulẽtioribus, *lxx. & Theodotionem, & quintam editionem*, ἐν τοῖς πίοσιν αὐτῶν. *Sed Scholiaſtes hoc modo*, lxx. Theodotio, ἐν τοῖς πίοσιν αὐτῶν. Aquila, ἐν λιπαροῖς αὐτῶν, in nitidis, & pinguibus: Symmachus, τοὺς λιπαρωτέρους αὐτῶν, nitidiores, & pinguiores eorum. π Excelſus, redemptor.] *Symmachus*, ὕψιστος ὑπερμάχησεν αὐτῶν, pugnauerat pro eis. ρ Nec fideles habiti ſunt.] *Ita S. Auguſtinus, & vetus pſalteriũ, & vulgata. Romanum autem*, nec fides habita eſt illis: *græce*, οὐδὲ ἐπιστώθησαν, *quod poſſet etiam verti*, non fuerunt fideles. σ Et non diſperdet.] *Latini*, & non diſperdet eos. *Sed fatetur* S. *Hieronymus ad Suniam id additum eſſe, ne ſententia pendeat*. τ Et multiplicabit ad auertendum.] καὶ πληθυνεῖ τοῦ ἀποστρέψαι, *& reſpondet hebræo*. *S. Auguſtinus vetus pſalterium, & vulgata*, abundauit vt auerteret, *Romanum*, multiplicauit, vt auerteret. *Theodoretus ex Symmacho*, καὶ ἐπὶ πολὺ ἀπέστρεψε τὴν ὀργὴν αὐτοῦ, καὶ οὐ διήγειρεν ὅλον τὸν θυμὸν αὐτοῦ, & multum auertit iram ſuam, *&* non excitauit totum furorem ſuum. υ In terra ſine aqua.] *Sic pſalterium Romanum, quod græce*, ἐν γῇ ἀνύδρῳ. *Cæteri libri latini*, in inaquoſo. φ Diei, qua.] *S. Auguſtinus*, in die, qua. *Vetus, & vulgata*, die, qua *Romanum*, qua die. *Et has etiam interpretationes ferunt verba græca, ſed noſtra videtur magis reſpondere hebræo*. χ Et imbres.] *Sanctus Auguſtinus*, vel potius emanationes aquarum: ſicut nonnulli melius intelligunt, quod græce ſcriptum eſt, τὰ ὀμβρήματα, quas latine ſcaturigines dicimus, ab imo aquas ebullientes. *Romanum pſalterium habet*, pluuiales aquas eorum, *& ita etiam interpretatur Theodoretus. S. autẽ Hieronymus reddidit*, & riuos. *Alij*, fluenta. ψ Cynomyam.] *Ita in collatis codicibus græcis, & latinis & in Romano*, muſcam caninam. *Attamen S. Hieronymus ad Suniam in fine epiſtolæ inquit iuxta hebraicam intelligentiam ſcribendum eſſe per æ, diphthongon, vt ſit* κοινόμυια, *ideſt omne genus muſcarum. Aquila autem* πάμμυιαν, ideſt

C D E

A idest omnimodam muscam interpretatus est. ε Ærugini.] ἐρυσίβῃ. Scholiastes, ὡς κονιορτώδης φθορὰ τοῦ σίτου, quasi pulverulenta corruptio frumenti. Aliud scholium, ἐρυσίβη est secundum Herodianum, pruinosum illud insidens fructibus, & eos corrumpens. αα Locustæ.] Symmachus, τῷ σκώληκι, vermi. ββ Vineam.] ἄμπελον, quod etiam vitem significare potest. Apud latinos est, vineas. γγ Moros.] Theodoretus: Quod hic est, τὰς συκαμίνους, cæteri interpretes interpretati sunt, συκομόρους, Sycomoros. δδ In pruina.] ἐν τῇ πάχνῃ. Aquila ἐν κρύει, & ita S. Hieronymus, in frigore. εε Et tradidit in grandine.] ἐν χαλάζῃ. Alij codices græci habent εἰς χάλαζαν, in grandinem, latini, grandini. Theodoretus ex Symmacho, τοῦ ἐκδόντος λοιμῷ τὰ κτήνη αὐτῶν, καὶ τὰ κτήματα αὐτῶν οἰωνοῖς, qui tradidit pestilentiæ iumenta eorum, & possessiones eorum volucribus. Schol. præsens sermo scyniphum non meminit, neque tenebrarum: pro his autem posuit æruginem, & pruinam. Verum de hac re videndus S. Augustinus. ζζ Angelos malos.] Theodoretus: Symmachus pro, ἀγγέλων πονηρῶν, dixit ἀγγέλων κακούντων, angelos affligentes. ηη Laborum.] In alijs libris græcis est, παντὸς πόνου, & sic Romanum, & vulgata, omnis laboris. S. Augustinus, & vetus, laborum suorum. θθ Montem hunc.] Ita Romanum, & S. Hieronymus ad Suniam agnoscit tanquam ipsorum lxx. ὄρος τοῦτο. Sed inquit Symmachum esse interpretatum, montem, quem acquisiuit dextera eius, & ita in cæteris editionibus latinis. ιι Et auerterunt se.]

B Illud, se, est additum à latinis ad linguæ latinæ euphoniam. Nam in græco est absolute ἀπέστρεψαν. κκ Non seruauerunt pactum.] ἠσυνθέτησαν. S. Hieronymus ad Suniam: Scio, quòd pactum non habeatur in hebræo. sed quoniam omnes voce simili transtulerunt, ἠσυνθέτησαν, & apud græcos pactum dicitur συνθήκη, ex vno verbo significatur, non seruauerunt pactum: licet lxx. ἠθέτησαν, posuerunt. Ac certe in plerisque codicibus est ἠθέτησαν, præuaricati sunt. Psalterium Romanum, & non obseruauerunt. λλ Non sunt lamentatæ.] In actiua significatione videtur accipere S. Hieronymus in tropologia. Et in L.V. est ἐπένθησαν, eodemque modo videtur exposuisse Apollinarius: vt virgines ipsæ non sint lamentatæ iuuenes pereuntes. Cæteri tamen libri græci habent ἐπενθήθησαν, idest nemo eas luxit. Schol. sexta similiter, ac lxx. Aquila, οὐχ ὑμνήθησαν, non sunt hymnis celebratæ. Symmachus, Theodotio, quinta, οὐκ ἐπῃνέθησαν, non sunt laudatæ. μμ Non plorabuntur.] οὐ κλαυσθήσονται. Apud cæteros latinos, non plorabantur. Romanum psalterium, non plorauerunt. νν Sicut vnicornium.] Theodotio, vt lxx. Aquila ὑψηλῶς, excelse. Symmachus ὡς τὰ ὑψηλά, sicut excelsa. ξξ Sanctificationem.] Ita S. Augustinus, & vetus psalteriū, & Romanum, quod græce ἁγίασμα. S. Augustinus: vel, sicut quidam interpretes verbum nouum fecerunt, sanctificium suum: & ita est in vulgata. οο In terra fundauit.] Ita fere Ro-

C manum: Theodoretus ex Symmacho, ὡς τὴν γῆν, ἣν ἐθεμελίωσεν εἰς τὸν αἰῶνα, sicut terram, quam fundauit in æternum, aut, in seculum, aut, in secula, quod tamen S. Augustinus testatur à se in græcis codicibus non esse inuentum. S. autem Hieronymus ad Suniam refert ex Symmacho, εἰς τὴν γῆν, & sic latini præter Romanum, in terra, quam fundauit. ππ Post fœtantes.] Symmachus, ἀκολουθοῦσας ἐγκύμονας ἤγαγεν αὐτόν, sequentem fœtas adduxit eum. Aquila, τῶν ἐν γαστρὶ ἐχόντων, vtero gerentes. ρρ In intellectu.] Sic S. Augustinus, & vetus psalt. nec multo aliter Romanum, & in sensu manuum suarum. In cæteris libris græcis est, ἐν ταῖς συνέσεσι. quod etiam testatur S. Hieronymus. & vulgata, in intellectibus, cuius lectionis facit etiam mentionem S. Augustinus. Aquila, καὶ ἐν φρονήσει, & in prudentia: Theodotio, καὶ ἐν τῇ συνέσει τῶν χειρῶν ὡδήγησεν αὐτούς, & in intellectu manuum deduxit eos.

Psalmus ipsi Asaph. LXXVIII.

D DEVS venerunt gentes in hæreditatem tuam: polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Hierusalem in [α] pomorum custodiam. Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Effuderunt sanguinem eorum, sicut aquam in circuitu Hierusalem: & non erat, qui sepeliret. Facti sumus [β] in opprobrium vicinis nostris: [γ] subsannatio, & irrisio ijs, qui in circuitu nostro sunt. Vsque quo Domine irasceris in finem? exardescet, velut ignis, zelus tuus? Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt. Quia comederunt Iacob, & [δ] locum eius desolauerunt. Ne memineris ini-

E quitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. Adiuua nos Deus salutaris noster: propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum: ne quando dicant [ε] in gentibus, vbi est Deus eorum? Et innotescat in nationibus coram oculis nostris vltio sanguinis seruorum tuorum, qui effusus est: intret in conspectum tuum gemitus compeditorum. Secundum magnitudinem brachij tui [ζ] posside filios mortificatorum. Redde vicinis nostris septuplum in sinum eorum: opprobrium ipsorum, quod exprobauerunt tibi Domine.

mine. Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ confitebimur tibi in seculum: in generationem & generationem annunciabimus laudem tuam. A

[α] Pomorum custodiam.] *Sic latini: & scribit. S. Hieronymus ad Suniam non posse aliter verti, quod in græco* ὀπωροφυλάκιον *dicitur (quamuis alibi sit interpretatus,* pomarij custodiam.) *Aquilam vero dixisse,* λιθώριον, *id est, aceruum, & cumulum lapidum, quibus vineæ, & agri purgari solent.* [β] In opprobrium.] *Sic in psalterio Romano, quod græce,* εἰς ὄνειδος *Sed in multis libris græcis abest illud,* εἰς, *& ita etiã à cæteris latinis illud,* in. [γ] Subsannatio, & irrisio.] *Addit* S. *Augustinus,* vel, vt quidam interpretati sunt, illusio, *& sic vulgata. Romanum autem,* derisui, & contemptui, *græce est,* μυκτηρισμὸς, καὶ χλευασμός. [δ] Et locum eius.] *Theodoretus:* Aquila quidem ὡραῖον αὐτοῦ, speciosum eius: Symmachus autem καλλονὴν αὐτοῦ, pulchritudinem eius: Theodotio autem, εὐπρέπειαν αὐτοῦ, decorem eius, *& ita S. Hieronymus.* [ε] In gentibus.] *Sic vulgata: græce* ἐν τοῖς ἔθνεσι. *Sed in multis codicibus græcis est,* τὰ ἔθνη, *& sic* S. *Augustinus, & Romanum,* ne quando dicant gentes. *Theodoretus:* Cæteri autem interpretes tanquam factum, hoc dixerunt, εἰς τί λέγει τὰ ἔθνη, ποῦ ἐστιν ὁ θεὸς αὐτῶν; quare dicant gentes, vbi est Deus eorum? *& ita S. Hieronymus.* [ζ] Posside.] *Sic vulgata. Romanum,* posside filios morte punitorum, *cuius lectionis mentionem facit S.* Augustinus. *Sed ipse habebat,* recipe in adoptionem filios mortificatorum. *A vetere abest illud,* in adoptionem: *sed potuit esse peccatum librarij. nam raro vetus à S. Augustino discrepat. Græce est,* περιποίησαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων, *& posset etiam verti illud,* περιποίησαι, *apte ad sententiam,* superstites, atque incolumes velis. B

In finem pro ijs, qui immutabuntur, testimonium [α] ipsi Asaph pro Assyrio. LXXIX.

QVI pascis Israel, intende: qui deducis, velut [β] oues, [γ] Ioseph. Qui sedes super Cherubim, appare coram [δ] Ephræm, & Beniamin, & Manasse. C Excita potentiam tuam, & veni: vt saluos facias nos. Deus conuerte nos: & [ε] ostende faciem tuam; & salui erimus. Domine Deus virtutum, quousque irasceris super [ζ] orationem serui tui? [η] Cibabis nos pane lachrymarum, & potabis nos in lachrymis in [θ] mensura? Posuisti nos in [ι] contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerunt nos. Domine Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus. DIAPSALMA. Vineam de [κ] Aegypto transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam. Viam [λ] fecisti in conspectu eius: & plantasti radices eius: & [μ] repleta est terra. Operuit montes vmbra eius, & [ν] arbusta eius cedros Dei. [ξ] Extendit palmites eius vsque ad mare, D & vsque ad flumen propagines eius. Vt quid destruxisti maceriam eius? & vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam? [ο] Deuastauit eam [π] aper de sylua: & singularis ferus depastus est eam. Deus virtutum [ρ] conuertere vero: respice de cælo, & vide, & visita vineam istam. Et perfice eam, quam plantauit dextera tua, & super filium hominis, quem confirmasti tibi. [σ] Incensa igni, & effossa ab increpatione vultus tui peribunt. Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis, quem confirmasti tibi. Et non discedemus à te: viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus. Domine Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus. E

[α] Ipsi Asaph pro Assyrio.] S. *Augustinus habet,* testimonium ipsius Asaph pro Assyrijs. *Romanum autem, & vulgata hoc tantum,* testimonium Asaph. [β] Velut oues.] *Ita S. Augustinus, & vetus psalterium. In alijs libris græcis est,* ὡσεὶ πρόβατον, *& ita Romanũ, et vulg.* velut ouẽ. *Id Scholiastes tribuit Theodotioni,* ὡσεὶ πρόβατον ἰωσήφ, *Aquilæ autem,* ὡς ποίμνια, τὸν ἰωσήφ, sicut gregẽ, Ioseph. *Symm.* ὡς ποίμνια τὸ ἰωσήφ, sicut greges Ioseph. [γ] Ioseph.] *Schol.* ἰωσήφ, exponitur ὀνείδους ἀφαίρεσις, opprobrij ablatio. *Aliud Sch.* ἰωσήφ, exponitur κυρίου πρόσθεσις, Domini appositio. [δ] Ephræm.] *Schol.* ἐφραΐμ, exponitur καρποφορῶν, fructum ferens, *μανασσῆς* autẽ ἐπιλησμονή oblitio. [ε] Ostende.] S. *Augustinus, & vetus psalt.* illumina, *græcis est,* ἐπίφανον. [ζ] Super orationem serui tui.] S. *Augustinus videtur habuisse,* vsquequo irasceris in orationem inimici tui, adhuc irasceris in orationem serui tui. *Vetus tamen psalterium habet tantum,* vsquequo irasceris in orationem serui tui, *itemque Romanum, nisi quòd habet,* quousque. *In alijs libris græcis est* τῶν δούλων σου, seruorum tuorum. *Theodoretum legisse in singulari*

A *in singulari explanatio ostendit*, seruum autem suum nominat populum. Nam & alij interpretes, ἐπὶ τῇ προσευχῇ τοῦ λαοῦ σου, super orationem populi tui, *& ita S. Hier.* η Cibabis.] *Theodoretus*: Tempus hoc loco mutatum est. Nam & cæteri hæc tanquam facta dixerunt, ἐψώμισας ἡμᾶς ἄρτον δακρύων, καὶ ἐπότισας ἡμᾶς ἐν δακρύων μέτρῳ, cibasti nos pane lachrymarum, & potasti nos cum lachrymis mensura. θ In mensura.] *Schol.* idest, πλήρες, plenum. *Theodoretus*, ἀντιμετρήσας τῆς ἁμαρτίαις τὴν τιμωρίαν, vicissim dimensus peccatis supplicium. ι In contradictionem.] *Symmachus*, διὰ μάχης, ad prelium, & pugnam. κ Ægypto.] *Schol.* αἴγυπτος, exponitur ἐκθλίβων, affligens. λ Viam fecisti.] *Ita S. Augustinus, & vetus psalterium, & Romanum, quod græce*, ὡδοποίησας, *& videtur significantius, quàm quod in vulgata*, dux itineris fuisti. μ Repleta est.] *Sic est in psalterio Romano. Cæteri libri græci habent*, καὶ ἐπλήρωσε τὴν γῆν, *& ita S. Augustinus, & vulgata*, & impleuit terram. ν Arbusta.] *Sic latini: græce est*, αἱ ἀναδενδράδες, *& posset etiam verti*, rami. ξ Extendit.] *In alijs, præterquam in vulgata, est*, extendisti. *S. Hieron. Abacuc* 3. extendisti propagines eius vsque ad mare, & vsque ad flumina flagella eius. *Aquila*, ἀποστελεῖ θερισμὸν αὐτῆς, mittet messem eius: *Theodotio, & quinta editio*, ἐξαπέστειλεν τὰ κλήματα αὐτῆς, emisit palmites eius. *Symmachus, & sexta editio*, ἐξέτεινεν τὰς χαίτας αὐτῆς, *quod S. Hieronymus videtur vertisse*, expandit comas suas. ο Deuastauit.] *Sic vetus psalterium, & S.*

B *Augustinus; licet alicubi*, deuastabit: *græce est*, ἐλυμήνατο. *Vulgata, & Romanum*, exterminauit. π Aper de sylua.] *Symmachus*, ζῶα ἐρημίας, animalia solitudinis. ρ Conuertere vero.] *Ita vetus, & S. Augustinus. Romanum autem*, conuertere nunc: *græce est* ἐπίστρεψον δή, *& posset etiam verti*, reuertere obsecro: *nam sæpe talem vim habet illud* δὴ *vt alibi dictum est.* σ Incensa.] *Est nominatiuus singularis*, ἐμπεπυρισμένη πυρὶ, καὶ ἀνεσκαμμένη, *& est hebraismus, in quo subintelligendum*, vinea, *aut*, pars, *aut quiddam huiusmodi: ac manca ista oratio dolorem indicat. Vetus psalterium habet*, succensam igni, & effossam.

In finem pro torcularibus psalmus α ipsi Asaph. LXXX.

C EXVLTATE β Deo auditori nostro: iubilate Deo Iacob. Sumite psalmum, & date tympanum: γ psalterium iucundum cum cithara. δ Buccinate in Neomenia tuba, clangite in insigni die solemnitatis vestræ. Quia præceptum ipsi Israel est, & iudicium Deo Iacob. Testimonium in Ioseph posuit ε ipsum, cum exiret de terra Aegypti; linguam, quam non nouerat, audiuit. Auertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierũt. In tribulatione inuocasti me, & liberaui te. Exaudiui te in abscondito tempestatis: probaui te super aquam contradictionis. DIAPSALMA. Audi populus meus, ζ & loquar tibi: Israel, & testificabor tibi. Si audieris me; non erit in te Deus recens: neque adorabis Deum alienum. Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi

D te de terra Aegypti: dilata os tuum, & adimplebo illud. Et non audiuit populus meus vocem meam: & Israel non attendit mihi. Et dimisi eos secundum η affectiones cordium eorum: ibunt in affectionibus suis. Si populus meus audisset me, Israel si in vijs meis ambulasset; in θ nihilo vtique inimicos eorum humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam. Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit tempus eorum in æternum. Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra, melle saturauit eos.

α Psalmus ipsi Asaph.] *Apud S. Augustinum, & in psalterio Romano, & in vulgata additur præterea*, quinta sabbati. β Exultate.] *Theodoretus*: Symmachus autem dixit, εὐφημεῖτε, benedicite: Aquila autem

E αἰνοποιεῖτε, laudate. γ Psalterium.] *Theodoretus*: Symmachus psalterium vocauit lyram. δ Buccinate in Neomenia tuba.] *Sic in vulgata, quod græce est*, σαλπίσατε ἐν νεομηνίᾳ σάλπιγγι. S. *Augustinus, & vetus psalt.* Tuba canite in initio mensis tubæ, *nimirum vt intelligeretur mensis septimus. Non enim habent sequentia verba, quibus hoc declaratur*, in insigni die solennitatis vestræ. *Romanum autem*, canite in initio mensis tuba, in die insignis solennitatis vestræ. *De Neomenia S. Hieronymus in fine epistolæ ad Suniam.* ε Posuit ipsum.] *Apud latinos est*, illud: *sed græce est* αὐτόν, *& fortasse potest significare* αὐτὸν τὸν νόμον, ipsam legem. ζ Et loquar tibi.] *S. Augustinus, & vetus*, & loquar, & testificabor tibi, Israel si me audieris: *Romanum*, & loquar: Israel, & testificabor tibi: Israel, si me audieris. *In multis græcis codicibus, & apud Theodoretum hoc modo legitur*, ἄκουσον λαός μου, καὶ διαμαρτύρομαί σοι. ἰσραὴλ ἐὰν ἀκούσῃς μου. Audi popule meus, & contestor te. Israel, si audieris me. *Et sic vulgata, nisi quòd habet*, contestabor. η Affectiones.] *Ita S. Augustinus, & vetus (nisi quòd habet*, cordis*) quod græce est*, κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν. *Romanum, & vulgata*, secundum desideria cordis eorum. *Eadem autem vox*, ἐπιτηδεύμασι, *apud S. Augustinum eodem modo*, affectionibus: *Romanum*, voluntatibus,

iuntatibus, *vulgata*, adinuentionibus: *quemadmodum sæpe verti solet*. *Theodoretus*: Symmachus autem sic, ἀφῆκα οὖν αὐτοὺς τῇ ἀφροσύνῃ τῆς καρδίας αὐτῶν, ὁδεύειν ταῖς βουλαῖς αὐτῶν, dimisi igitur eos voluntati eorum, vt eant cō filijs suis. *Sic autem, & Aquila*, καὶ ἐξαπέστειλα αὐτὸν, (*licet in vno codice legatur*, ἐξαπέστειλεν αὐτοὺς) ἐν σκολιότητι καρδίας αὐτῶν, (*in eodem* αὐτῶν) πορεύσονται ἐν βουλεύμασιν αὐτῶν, *Quæ ita videtur reddidisse S. Hieronymus*, & dimisi eū in prauitate cordis sui: ambulabunt in consilijs suis. θ In nihilo vtique.] ἐν τῷ μηδενὶ ἄν. *Vulgata*, pro nihilo forsitan. *S. Augustinus, & vetus*, in nihilum omnes: *Romanum*, ad nihilum. *Theodoretus*: Nam illud, ἐν τῷ μηδενὶ, facilitatem indicat: ac si diceret ἀπονητὶ, καὶ ἀπόνως, καὶ ἐν ἀκαρεῖ, facile, sine labore, in momento temporis. ι Inimici Domini.] *Theodoretus, & Schol. ex* Aquila, μισοῦντες κύριον ἀρνήσονται αὐτὸν, *& S. Hieronymus*, qui oderunt Dominum; negabunt eum. *Ex Symmacho autem*, μισοποιοὶ κυρίου οἱ ψευσάμενοι αὐτῷ. ἀλλ᾽ ἔσται ὁ καιρὸς αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα. Osores Domini, qui mentiti sunt ei. Sed erit tempus eorum in æternum. καιρὸν autem, idest tempus vocat calamitates. Ita enim & Syri, & Hebræi nominare consueuerunt, & multi etiam apud nos.

Psalmus ipsi Asaph. LXXXI.

DEVS stetit in synagoga Deorum: in [α] medio autem Deus discernet. Vsquequo iudicatis iniquitatem; & facies peccatorū sumitis? DIAPSALMA. Iudicate [β] pupillum, & egenum: humilem, & pauperem iustificate. Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate. Nescierunt, neque intellexerunt: in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes. [γ] Vos autem sicut homines, moriemini; & sicut vnus de principibus, caditis. Surge Deus, iudica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.

α In medio.] *Aquila*, ἐν ἐγκάτῳ, in intimo. β Pupillum, & egenum.] *In plerisque libris græcis est*, ὀρφανῷ, καὶ πτωχῷ, *& ita apud latinos*, pupillo, & egeno, *vel*, egeno, & pupillo. *Aquila*, ἀραιῷ, καὶ ὀρφανῷ, imbecilli, & pupillo. *Theodotio*, πτωχὸν, καὶ ὀρφανὸν, egenum, & pupillum. *Symmachus*, ἀγόνῳ καὶ ὀρφανῷ, infœcundo (*aut fortasse*, parentibus destituto) & pupillo. γ Vos autem.] *Theodoretus*: Symmachus autem, ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθανεῖσθε, καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πεσεῖσθε, vos autem sicut homines, moriemini, & sicut vnus de principibus, cadetis, *& sic latini*. δ Hæreditabis.] *Sic vulgata, & psalterium Romanum, & omnes libri græci, qui collati sunt*, κατακληρονομήσεις. *Vetus tamen, & Sanctus Augustinus habent*, disperdes, *ac S. Cyprianus. 2. testim.* exterminabis.

Canticum psalmi ipsi Asaph. LXXXII.

DEVS, quis similis erit tibi? ne taceas, neque [α] compescaris Deus. Quoniam ecce inimici tui [β] sonuerūt: & qui oderunt te, extulerunt caput. Super populum tuum astute [γ] cogitauerunt consilium, & cogitauerunt aduersus sanctos tuos. Dixerunt: Venite, & disperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Israel vltra. Quoniam cogitauerunt vnanimiter simul: aduersus te testamentum disposuerunt. Tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ, Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec, & [δ] alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Etenim & [ε] Assur simul venit cum illis: facti sunt in [ζ] susceptionem filijs [η] Lot. DIAPSALMA. Fac illis, sicut Madiam, & Sisaræ, sicut Iabin in torrente Cison. [θ] Disperierunt in Aendor: facti sunt, vt stercus terræ. Pone principes eos, sicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana, omnes principes eorum. Qui dixerunt, [ι] hæreditate possideamus nobis [κ] altare Dei. Deus meus pone illos, vt rotam, sicut stipulam ante faciem venti. Sicut ignis, qui comburet syluam, velut si flamma [λ] incendat montes. Ita persequeris illos in tempestate tua: & in ira tua turbabis eos. Imple [μ] facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine. Erubescant, & conturbentur in sæculum sæculi, & confundantur, & pereant. Et cognoscant, quia nomen [ν] tibi Dominus: tu solus altissimus super omnem terram.

α Neque

A α Neque compescaris Deus.] μὴ δὲ καταπραΰνῃς, *quod S. Aug. testatur ab alijs esse versum*, neque mitescas Deus, *& satis quidem apte. Theodoretus ex Symmacho*, μὴ ἠρεμήσῃς, *& S. Hier.* non quiescas. β Sonuerunt.] *Symm.* συνηχῆσαν, *quod Scholiastes interpretatur*, ὁμοφωνῆσαι, consonant, & consentiunt. γ Astute cogitauerunt.] *Ita psalterium Romanum: cuius lectionis facit etiam mentionem, S. Aug. Ipse autem primo habuit illam, quæ est in vetere, & vulgata*, malignauerunt: *græce est*, κατεπανουργεύσαντο γνώμην, *aut*, γνώμῃ, *Symm.* κατὰ τοῦ λαοῦ σου πανούργως ὁμιλοῦσι, καὶ συμβουλεύονται κατὰ τοῦ ἀποκρύφου σου, contra populũ tuum astute colloquuntur, & consultant contra reconditum tuum. *Aquila*, κατὰ τοῦ συγκεκρυμμένου σου (*al.* σοι,) contra conclusum, & absconditum tuum, *eodemque modo Theodotionem dixisse testatur Theodoretus. S. Hier.* aduersus arcanum tuum. δ Alienigenæ.] *Theodoretus:* ἀλλοφύλοις cæteri interpretes dicunt, φυλιστιαίοις, quos non dicimus Palæstinos. *Idem sæpe notauit S. Hier.* ε Etenim & Assur.] καὶ γὰρ καὶ ἀσσούρ. Latini, etenim Assur. *Aquila, & Theodotio*, καί γε ἀσσούρ, atque etiam Assur. *Symm.* ἔτι καὶ ἀσσούρ, præterea & Assur. ζ In susceptionem.] *Sic Romanum psalterium, quod græce*, εἰς ἀντίληψιν. *Cæteri*, in adiutorium. η Lot.] *Schol.* λὼτ *exponitur* προκεκλημένος, aduocatus. *Aliud Schol.* λὼτ exponitur ἐγκεκλεισμένος, inclusus. θ Disperierunt.] *Aquila*, ἐξετρίβησαν ἐν ἀενδώρ, ἐγενήθησαν κόπριον τῆς χθονός, contriti sunt in Aendor: fuerunt stercus terræ. ι Hæreditate possideamus nobis.]

B *Ita psalt. Romanum. A vetere, & S. Aug. abest illud*, nobis, *quod facile subintelligi putat S. Hier.* κ Altare.] τὸ θυσιαστήριον. *Sic quoque habet Aethiopicum psalterium, & Apollinarius*, θεοῦ περικαλλέα βωμόν, Dei perpulchram aram. *In cæteris græcis libris est*, τὸ ἁγιαστήριον τοῦ θεοῦ, *& latini*, sanctuarium Dei. *Theodoretus:* Symm. autem τὸ ἁγιαστήριον, dixit δίαιταν, habitaculum. λ Incendat montes.] *Ita Romanum, quod græce*, ὡσεὶ φλὸξ κατακαύσαι ὄρη. *In alijs græcis est*, ἡ κατακαύσει ὄρη, quæ comburet montes. *S. Aug. & vulgata*, sicut flamma comburens montes. μ Facies.] τὰ πρόσωπα. *Schol.* Aquila, & Symm. vt lxx. Theodotio πρόσωπα, *vt tantum in eo differre videatur, quòd omittit articulum; si Scholion, aut textus recte habet.* ν Nomen tibi Dominus.] *Schol.* lxx. ipsi & tres illi, σοὶ ὄνομα κύριε, tibi nomen Domine.

In finem pro torcularibus filijs Core psalmus. LXXXIII.

C QVAM α amabilia sunt tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Nam & passer inuenit sibi domum, & & turtur nidum sibi, vbi β ponet pullos suos. Altaria tua Domine virtutum, rex meus, & Deus meus. Beati, qui habitant in domo tua: in secula seculorum laudabunt te. DIAPSALMA Beatus vir, cuius est γ susceptio eius abs te Domine: ascensiones in corde δ suo disposuit, in cõualle plorationis, in ε loco, quem posuit. Etenim benedictiones dabit legis lator: ibunt de virtute in virtutem; videbitur Deus Deorum in Sion. Domine Deus virtutũ exaudi orationem meã: auribus percipe Deus Iacob. DIAPSALMA. Protector noster aspice Deus:

D & respice in faciem Christi tui. Quia melior est dies vna in atrijs tuis, super ζ millia. Elegi abijci in domo η Dei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Quia θ misericordiam & veritatem diligit Dominus Deus: gratiam, & gloriam dabit Dominus. ι Non prohibebit bona ambulantibus in innocentia: Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te.

α Amabilia.] *Sic S. Aug. & psalt. vetus & Romanum, quod græce*, ἀγαπητά. *Vulgata*, dilecta, *S. Cypr. 3. testim. & alibi*, quàm dilectissimæ habitationes tuæ Deus virtutum: desiderat & properat anima mea ad atria Dei. β Vbi ponet.] θήσει. *Latini autem*, ponat. *Theodoretus ex Aquila*, καί γε ὄρνεον εὗρεν ἑαυτῷ οἶκον καὶ στρουθὸς νοσσιὰν αὐτῇ, ἣ ἔθετο νεοσσοὺς αὐτῆς. Et quidem auis inuenit sibi domũ, & passer nidũ sibi, vbi posuit pullos suos. γ Susceptio.] *Sequuti sumus S. Augustinum, & vetus psalter. quamuis S. Hier. ad Suniam agnoscat, tamquam*

E *suum*, cui est auxilium abs te. *Et certe in aliquot codicibus græcis est*, ᾧ ἐστιν ἀντίληψις αὐτῷ, *& in nonnullis*, οὗ ἐστιν ἀντίληψις αὐτῷ. *Vulgata*, cuius est auxilium abs te. δ Corde suo.] *Siue, eius, vt S. August. vetus psalt. & Romanum. Notat autem Scholiastes hic nonnullos punctum figere: vt sequatur deinde quasi ex alio principio*. Disposuit in conualle plorationis &c. *atque ita etiam interpungit Theodor.* ε In loco, quem posuit.] *S. Aug. & vetus*, in locum, quẽ disposuit: *Romanum*, in locum, quem disposuisti eis. ζ Super millia.] ὑπὲρ χιλιάδας. *Schol.* vel, χιλιάδα. ita enim inuentum est in scriptura hebraica. η In domo Dei.] *S. Aug. & Romanum*, domini. *In multis græcis est*, θεοῦ μου, *& vulgata*, Dei mei. θ Quia misericordiam.] ὅτι ἔλεον, καὶ ἀλήθειαν ἀγαπᾷ κύριος ὁ θεός. *in aliquot codicibus est*, ἔλεος. *Eadem vero in scholio tribuuntur Theodotioni, nisi si in interpunctione aliquod discrimen est. Nam latini etiã variant. Ex Aquila vero hæc referunt*, ἥλιος, καὶ θυρεὸς κύριος ὁ θεός, Sol, & clypeus Dominus Deus. *Ex Symmacho*, ἥλιον γὰρ, καὶ ὑπερασπισμὸν κύριος ὁ θεός, Solem enim & protectionem Dominus Deus. ι Non prohibebit.] οὐχ ὑστερήσει. *In cæteris græcis est*, οὐ στερήσει, *& in latinis*, non priuabit bonis ambulantes, *aut*, eos, qui ambulant.

In finem filiis Core pſalmus. LXXXIV.

BENEDIXISTI [a] Domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. Remiſiſti iniquitates [b] plebi tuæ: operuiſti omnia peccata eorum. DIAPSALMA. Sedaſti omnem iram tuam: [g] auertiſti ab ira indignationis tuæ. Conuerte nos Deus [d] ſanitatum noſtrarum: & auerte iracundiam tuam à nobis. [e] Numquid in æternum iraſceris nobis? aut intendes iram tuam à generatione in generationem? Deus tu [z] conuertens viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis. [h] Audiā, quid loquetur in me Dominus Deus: quoniā loquetur pacem in plebē ſuā: Et ſuper ſanctos ſuos, & in eos, qui [th] conuertunt cor ad ipſum. Verumtamē prope timentes eum ſalutare ipſius: vt inhabitet gloria in terra noſtra. Miſericordia, & veritas [i] occurrerunt: iuſtitia, & pax oſculatæ ſunt. Veritas de terra orta eſt: & iuſtitia de cælo proſpexit. Etenim Dominus dabit benignitatē: & terra noſtra dabit fructū ſuū. Iuſtitia ante eū præibit, & pone tin via greſſus [k] eius.

[a] Benedixiſti.] εὐδόκησας. *Notat S. Hier. ad Suniam ita verſum eſſe ad proprietatem linguæ latinæ: alioqui dicendum fuiſſe*, beneplacuit Domine terra tua. *Theodor.* εὐδοκῆσαι, eſt τὸ ἀγαθόν τι θελῆσαι, bonum aliquid velle. [b] Plebi tuæ.] *Apud latinos eſt*, iniquitatem plebis tuæ. [g] Auertiſti.] *Eſt hebraiſmus vſitatus: nam ſubintelligitur*, te, *quare in nonnullis exemplaribus antiquis legitur*, auerſus es. [d] Sanitatum noſtrarum.] τῶν σωτηρίων ἡμῶν. *Ita S. Auguſt. & vetus pſalt. pro*, ſalutum: *Romanum, & vulgata*, ſalutaris noſter. [e] Nunquid in æternum.] *Romanum*, vt non in æternum iraſcaris nobis, neque extendas iram tuam à progenie in progenies. *S. Aug. & vetus*, non in æternum iraſcaris nobis, vel extendas, &c. [z] Conuertens.] *Ita S. Aug. & vetus &. Romanum: quamuis hic etiam ſubintelligatur*, te, *& ideo vulgata*, conuerſus. *S. Aug autē ſubintelligit*, nos. [h] Audiam, quid loquetur.] *Latini*, loquatur: *Aquila*, ἀκούσομαι τί λαλήσει ὁ ἰσχυρὸς κύριος, audiam, quid loquetur fortis Dominus. *Symm.* ἀκούσω, τί λαλήσει ὁ θεὸς κύριος, audiam, quid loquetur Deus Dominus. [th] Conuertunt cor.] *Ita S. Aug. & vetus pſalt. nec multo aliter* S. *Ambr. ſerm. 45. in pſ.* 118. & in eos, qui conuertūt ad ipſum cor ſuum. *Romanum autem*, qui conuertuntur ad ipſum, *& vulg.* qui conuertuntur ad cor. [i] Occurrerunt.] *Admonet* S. Hier. *illud*, ſibi, *quod apud latinos additur, obelo prænotatum fuiſſe: nec tamen fruſtra addi: quare paulo poſt apud* S. *Auguſtinum additur*, ſe, oſculatæ ſunt ſe, *& in Romano*, complexæ ſunt ſe. [k] Eius.] *Apud latinos legitur*, ſuos. *ſed apud græcos eſt non* αὐτῆς, *ſed* αὐτοῦ.

Oratio ipſi Dauid. LXXXV.

INCLINA Domine aurē tuā, & exaudi me: quoniā egenus, & pauper ſum ego. Cuſtodi animā meā, quoniā ſanctus ſum: ſaluum fac ſeruū tuū Deus ſperantē in te. Miſerere mei Domine, quoniā ad te [a] clamabo tota die. Lætifica animā ſerui tui: quoniā ad te Domine leuaui animā meā. Quoniā tu Domine ſuauis, [g] ac mitis, [d] & multæ miſericordiæ omnib. inuocātibus te. Aurib. percipe Domine orationē meā, & intende voci deprecationis meæ. In die tribulationis meæ [e] clamaui ad te: quoniā exaudiſti me. Non eſt ſimilis tui in Dijs Domine: & nō eſt ſecundū opera tua. Omnes gētes, quaſcūque feciſti, veniēt, & adorabūt corā te Domine: & glorificabūt nomen tuū. Quoniā magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus ſolus [z] magnus. Deduc me Domine in via tua; & ambulabo in veritate tua. [h] Lætetur cor meū, vt timeat nomen tuū. Cōfitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomē tuū in æternū. Quoniā miſericordia tua magna eſt ſuper me: & eruiſti animā meā ex inferno inferiore. Deus iniqui [th] inſurrexerunt ſuper me: & ſynagoga potentium quæſierunt animā meā: & nō propoſuerūt te in conſpectu ſuo. Et tu Domine Deus miſerator, & miſericors: longanimis, & multæ miſericordiæ, & verax. Reſpice in me, & miſerere mei: da [i] poteſtatem tuam puero tuo; & ſaluum fac filium ancillæ tuæ. Fac mecum ſignum in bono: & videant, qui oderunt me, & confundantur. Quoniam tu Domine adiuuiſti me: & conſolatus es me.

[a] Clamabo.]

A α Clamabo.] κεκράξομαι. *Latini tamen habent*, clamaui. β Tota die.] *Theodoretus ex Symmacho*, καθ' ἑκάστην ἡμέραν, per singulos dies. γ Mitis.] ἐπιεικὴς, *quam virtutem interpretes Aristotelis solent equitatē nominare. Aquila, & Theodotio*, ἱλαστὴς, propitiabilis. *Symm.* ἀφιεὶς, dimittens, & parcens. δ Multæ misericordiæ.] *Sic vulgata, quod græce est* πολυέλεος. *S. Augustinus, & vetus psalterium*, multum misericors: *Romanum*, copiosus in misericordia. ε Clamaui ad te.] *Symm.* ἐπικαλέσομαί σε, ὅτι εἰσακούσῃ με, quod *S. Hieronymus*, inuocabo te, quia exaudies me. ζ Magnus.] *Ita S. Augustinus, & vetus psalt. itemque Æthiopicum, & Arabicum. A cæteris libris græcis abest dictio*, μέγας, *& à latinis*, magnus. η Lætetur.] *Aut*, iocundetur, *vt S. Augustinus: Aquila*, μοναχῶς, vnice. *Symm.* ἑνωσον, vni, *aut*, vnicum fac, *vt S.Hieron.* θ Iniqui.] *Sic vulgata & nunc & plerumque, quod græce est* παράνομοι. *S. Augustinus, & vetus psalt.* prætereuntes legem: *Romanum*, iniusti. ι Potestatem tuam puero tuo.] κράτος σου τῷ παιδί σου. *S. Aug. psalt. vetus, & Romanum*, potestatē puero tuo, *vulgata*, imperium tuum puero tuo. *Symm.* δὸς ἰσχὺν παρὰ σοῦ τῷ δούλῳ σου, da fortitudinem à te seruo tuo.

Filijs α Core psalmus cantici. LXXXVI.

B FVNDAMENTA β eius in mōtibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. DIAPSALMA. Memor ero Raab, & Babylonis γ sciētibus me. Et ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Aethyopū, hi fuerūt illic. δ Mater Sion dicet homo: & homo ε factus est in ea: & ipse fundauit eam altissimus. Dominus narrabit in ζ scriptura populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea. DIAPSALMA. Sicut lætantium η omnium habitatio in te.

α Filijs Chore.] *Aquila, & Symmachus*, τῶν υἱῶν κορὲ, filiorum Core. β Fundamenta eius.] οἱ θεμέλιοι αὐτῆς. *Sic est in omnibus græcis collatis codicibus, & Apollinarius* θεοῖο. *In comm. qui inscribuntur S. Hieronymo*, siue Dei, siue certe Ecclesiæ. *Aquila*, θεμελίωσις αὐτῆς ἐν ὄρεσιν ἡγιασμένοις, fundatio eius in montibus sanctificati.

C γ Scientibus me.] *Ita S. Aug. & vetus psalt. & græce*, τοῖς γινώσκουσί με, *vulgata, & Romanum*, scientium me. δ Mater Sion.] *Ita habent Tertullianus, S. Ambr. S. Augustinus, psalterium vetus, & Romanum, & libri græci*, μήτηρ σιὼν, *itemque psalterium Arabicum, & Æthiopicum, & Apollinarius. In commentarijs S. Hier. legitur, lxx. ita scripsisse*, μὴ τῇ σιὼν, nunquid Sion: *sed multos cū id minime intelligerent, addidisse*, ρ, *& fecisse* μήτηρ. *Item in scholio quodam*: illud ρ, per additionem positum est in interpretatione lxx. in Tetrasēlido. In Octasēlido autem est, μήτηρ σιών. *Aquila*, καὶ τῇ σιὼν, & ipsi Sion. *Symmachus*, περὶ δὲ σιὼν λεχθήσεται, ἀνὴρ καὶ ἀνὴρ ἐτέχθη ἐκεῖ, αὐτὸς δὲ ἡδράσει αὐτὴν ὁ ὕψιστος, κύριος ἀριθμήσει γράφων λαοὺς· οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ de Sion autem dicetur, vir, & vir natus est ibi, & ipse stabiliuit eam excelsus: Dominus numerabit scribens populos: hic natus est ibi, *nec multo aliter S. Hieron. Aquila*, οὗτος ἐτέχθη ἐκεῖ, ἀεὶ ipse natus est in ea, semper. *Schol.* περὶ δὲ σιὼν φὰς λεχθήσεται; de Sion autem homo dicetur? (Ita enim Symmachus,) ἀνὴρ καθ' ἕκαστον, ἄνθρωπος ἐτέχθη ἐκεῖ, vir quisque, homo natus est ibi. ε Factus est.] *Sic S. Ambrosius, & S. Augustinus, & psalt. vetus & Romanum: quod græce*, ἐγενήθη, *& in aliquo codice sequitur*, ἐν αὐτοῖς, in eis. *Plerique tamen habent* ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, *quibuscum facit psalt. Arabicum, & Æthiopicum. Et Tertullianus, & vulgata*, natus est in ea. *Schol.* Theodotio, Quinta, & sexta, ἐγενήθη. ζ In scriptura.] *Sic in commentarijs S. Hieronymi, & græce est*, ἐν γραφῇ. *Cæteri latini habent ferè*, in scripturis, *& multi*, narrauit.

D η Omnium.] *Romanum*, omnium nostrum. *Vide notas sequentis psalmi.*

α Canticum psalmi filijs Core in finem pro β Maeleth ad respondendum, intellectus Aeman γ Israelitæ. LXXXVII.

DOMINE Deus salutis meæ, in die clamaui, & in nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam δ Domine. Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit. Aestimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Sicut vulnerati ε proiecti dormientes

E in sepulchro, quorum non meministi amplius: & ipsi de manu tua expulsi sunt. Posuerūt me in lacu ζ infimo, in tenebrosis, & in vmbra mortis. Super me confirmatus est η furor tuus, & omnes θ elationes tuas induxisti super me. DIAPSALMA. Longe fecisti notos meos à ι me: posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum, & non egrediebar: oculi κ mei infirmati sunt præ inopia. Et λ clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas. Numquid mortuis facies mirabilia? aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi? Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione? Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra

 oblita?

oblita? [μ] Et ego ad te Domine clamaui: & mea oratio mea præueniet te. Vt quid Domine repellis orationẽ [ν] meã auertis faciẽ tuã à me? Inops sum ego, & in laboribus à iuuẽtute mea: exaltatus autẽ, humiliatus sum, & confusus. In me transierũt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerũt me. Circũdederũt me, sicut aqua: tota die circũdederunt me simul. Elongasti à me amicũ, [ξ] & notos meos à miseria.

[α] Canticum psalmi.] *Schol.* præcedens quidem hunc psalmus generationem significat Christi, cuius generationis tempus quinta editio demonstrauit, dicens, ἐν ἀπογραφῇ πεχθήσεται, fore, vt in descriptione nasceretur. Hic autem, qui in manibus est, mortem. *Aliud Schol.* Generatio Saluatoris per præcedentem ostensa est psalmum eo loco, ᾄδοντες χοροί, πᾶσαι πηγαὶ ἐν σοί. *Est autem hic præcedentis psalmi vltimus versiculus ex aliqua alia editione. Nam & S. Hieron. ita illum transtulit:* Et cantabunt quasi in choris, omnes fontes mei in te. [β] Maeleth.] *Theodor.* Symmachus autem pro illo, ὑπὲρ μαελέθ, dixit, διὰ χοροῦ, per chorum, *al.* διχόρου, duplicis chori: Aquila autem, ἐπὶ χορείας, super choræam. *S. Aug. habet,* Melech, *& interpretatur,* chorũ. [γ] Israelitæ.] *Sic græci, & cæteri latini præter vulgatam, quæ habet,* Ezrahitæ. [δ] Domino.] *Sic psalt. Romanum: à cæteris libris græcis, & latinis abest.* [ε] Proiecti.] *Abest hoc à cæteris libris græcis, & latinis, præterquam à psalt. Romano, & S. Ambrosio. Apollinarius,* οἷά περ ἐκτεθέντες ἀκήδεστοι περὶ τύμβους εὕδουσι, quemadmodum vulnerati temere proiecti, & incurati circa sepulchra dormiunt. *Theodoretus ex Symmacho,* ὡς οἱ τετρωμένοι οἱ κείμενοι ἐν τάφῳ, ὧν οὐ μνημονεύεις (*al.* μνημονεύσεις) οὐκέτι, οἵτινες ἀπὸ τῆς χειρός σου ἐξεκόπησαν, sicut vulnerati, qui iacent in sepulchro, quorum non recordaris (*al.* recordaberis) amplius; qui quidem à manu tua excisi sunt. *Schol ex Aquila,* ὁμοίως ἀνῃρημένοις, similiter atque illi, qui sublati sunt. [ζ] Infimo.] *Vidit S. Aug. ita vertendum esse, quod græce est,* κατωτάτῳ, *tamen & hic, & alibi apud latinos est,* inferiori. [η] Furor tuus.] ὁ θυμός σου. *Putat S. Aug.* θυμὸν, *melius verti indignationem, quàm furorem, quòd furor apud latinos non soleat esse sanorum. Sed vsus obtinuit, vt Deo etiã tribueretur. S. Cyprianus, vt alibi notauimus, animationem solet dicere. Theodoretus ex Symmacho,* ἐμοὶ ἐπέβρισεν (*al.* ἐπέσφριγσεν) ὁ θυμός σου, καὶ τοῖς καταιγισιν σου ἐκάκωσάς με, in me irrupit, atque incubuit furor tuus, & procellis tuis afflixisti me. [θ] Elationes.] *Vocem græcam,* μετεωρισμοὺς, *notat S. Augustinus, ab aliis redditam hoc modo esse, ab aliis,* fluctus, *ab aliis,* suspensiones. [ι] A me.] ἀπ' ἐμοῦ. *Schol.* apud lxx. in Tetraselido positũ est, ἐπ' ἐμοῦ super me, ne forte erratũ sit in Octaselidò, ἀπ' ἐμοῦ. [κ] Oculi mei.] *Theodor. ex Symmacho,* ὁ ὀφθαλμός μου ἐξέῤῥευσεν ἀπὸ τῆς κακώσεως, oculus meus effluxit præ afflictione. [λ] Et clamaui.] *Sym.* ἐμοῦ δὲ πρὸς σὲ κύριε ἡ οἰμωγὴ, meus autem ad te Domine ploratus. [μ] Oblita.] Sic *S. Aug. & vetus psalt. idest,* obliuioni tradita, *græce enim est,* ἐπιλελησμένη. *Vulgatã, & Romanum,* obliuionis. [ν] Orationem.] *Sic est apud latinos, & in psalt. Arabico, & Aethiopico: & Apollinarius habet* εὐχωλήν. *Plerique autẽ libri græci habent,* ψυχήν μου, animã meam. *Aquila,* εἰς τί κύριε ἀπώσῃ ψυχήν μου, ad quid Domine expelles animã meã? *Theodotio,* ἵνα τί κύριε ἀπωθεῖς τὴν προσευχήν μου, vt quid Domine repellis orationem meam? *Sym.* ἵνα τί κύριε ἀποβάλλῃ τὴν ψυχήν μου, quare Domine abiicis animam meam? *& ita S. Hieron.* [ξ] Amicum.] *In cæteris libris latinis additur,* & proximum, *& in græcis,* καὶ πλησίον. *Schol.* Illud, πλησίον, non est in Tetraselido apud lxx. neque apud Theodotionem.

Intellectus Aetham [α] Israelitæ. LXXXVIII.

MISERICORDIAS [β] tuas Domine in æternum cantabo: in generationem, & generationem annunciabo veritatem tuam in ore meo. Quoniam dixisti, in æternũ misericordia [γ] ædificabitur: in cælis præparabitur veritas [δ] tua. Disposui testamentum electis meis: iuraui Dauid seruo meo. Vsque in æternum præparabo semen tuum: & ædificabo in generationem & generationem sedem tuam. DIAPSALMA. Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine, [ε] & veritatẽ tuam in ecclesia sanctorũ. Quoniã quis in [ζ] nubibus æquabitur Domino? & quis similis erit Domino inter filios Dei? Deus, qui glorificatur in [η] consilio sanctorum, magnus, & [θ] terribilis super omnes, qui in circuitu eius sunt. Domine Deus virtutum, quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuũ eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum: & in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos. Tui sunt cæli, & tua est terra: orbẽ terrarũ, & plenitudinẽ eius tu fundasti. [ι] Aquilonem, & mare tu creasti: Thabor, & Hermon in nomine tuo [κ] exultabũt. Tuũ brachiũ cũ [λ] potẽtia: [μ] firmetur manus tua: exaltetur dextera tua. Iustitia, & iudiciũ præparatio sedis tuæ: misericordia & veritas præibunt ante faciẽ tuã. Beatus populus, qui scit iubilationẽ Domine in lumine vultus tui ambulabũt: & in noĩe tuo exultabũt tota die: & in tua iustitia exaltabuntur. Quoniã gloria virtutis eorũ tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur

A tabitur cornu nostrum. Quoniam Domini est [f] susceptio, & sancti Israel regis nostri. Tunc loquutus es in [g] visione filijs tuis, & dixisti: posui adiutorium super potentem: exaltaui electum de populo meo. Inueni Dauid seruum meum: in [h] misericordia sancta vnxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum. Non proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis [*] nō apponet nocere ei. Et concidam à facie ipsius inimicos eius: & odientes eum in fugam conuertam. Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocabit me: Pater meus es tu: Deus meus, & susce-

B ptor salutis meæ. Et ego primogenitum ponam illum, excelsum [f] apud reges terræ. In æternum seruabo illi misericordiam meam: & testamentum meum fidele ipsi: & ponam in sæculum sæculi semen eius, & thronum eius, sicut dies cæli. Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis nō ambulauerint, si iustificationes meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint; visitabo in virga iniquitates eorum, & in flagellis peccata eorum. Misericordiam vero meam non dispergam ab eo: non [σ] nocebo in veritate mea. Neque prophanabo testamentum meum: & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. Semel iuraui in sancto meo (si Dauid mentiar) semen eius in æternū manebit. Et sedes eius, sicut Sol, in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternum,

C &[τ] testis in cælo fidelis. DIAPSALMA. Tu vero repulisti, &[υ] spreuisti: distulisti Christum tuum. [φ] Euertisti testamentum serui tui: prophanasti in terra [χ] sanctitatem eius. Destruxisti omnes macerias eius: posuisti munitiones eius formidinem. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis. Exaltasti dexteram [ψ] inimicorum eius: lætificasti omnes inimicos eius. Auertisti adiutorium gladij eius: & nō es auxiliatus ei in bello. Dissoluisti [ω] eum ab emundatione: sedem eius in terram collisisti. Minuisti dies [αα] sedis eius: perfudisti eum confusione. DIAPSALMA. Quousque Domine [ββ] auerteris in finem? exardescet, sicut ignis, ira tua? Memento, quæ est

D substantia mea: numquid enim vane [γγ] constituisti omnes filios hominum? Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? eruet animam suam de manu inferi? DIAPSALMA. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, quas iurasti Dauid in veritate tua? Memento Domine opprobrij seruorū tuorum, [δδ] quod continui in sinu meo multarum gentium. Quod exprobrauerunt inimici tui Domine, quod exprobrauerunt, [εε] commutationem Christi tui. Benedictus Dominus in æternum, fiat, [ζζ] fiat.

α Ætham Israelitæ.] *Schol.* αἰθὰμ τοῦ ζαραίτου Ætham Zaraitæ, *vulgata,* Ezrahitæ, *vt etiam notatum est in titulo præcedentis psalmi.* β Misericordias tuas Domine.] *Ita etiam S. Augustinus, & vetus psalterium, & Romanum. Vulgata autem.* Misericordias Domini: *Aquila,* ἔλεος κυρίου αἰῶνα ᾄσομαι misericordiā Domini æternum cantabo. *Symmachus,* τὰ ἐλέη κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα ᾄσω, *quod respondet vulgatæ. Theodotio vt lxx.* γ Ædificabitur.] *Theodoretus:* Illud enim, οἰκοδομηθήσεται, dictum est pro, αὐξηθήσεται, crescet: Symmachus autem dixit, ἑδρασθήσεται, stabilietur. δ Veritas tua.] *Sic græci, & latini præter vulgatam, in qua additur,* in eis, *vt in hebræo.* ε Et veritatem tuam.] *Ita etiam S. Augustinus, & psalterium vetus, & Romanum. In aliquot codicibus græcis est,* καὶ γὰρ τὴν ἀλήθειάν σου, *& sic vulgata,* etenim veritatem tuam. *Theodoretus ex Theodotione,* καὶ γε τὴν πίστιν σου ἐν ἐκκλησίᾳ ἁγίων, atque etiam fidem tuam in ecclesia sanctorum. ζ Quis in nubibus.] *Theodoretus ex Symmacho,* τίς γὰρ ἐν αἰθέρι ἀντιπαραταθήσεται τῷ κυρίῳ, ἐξισώσει τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς θεῶν; Quis enim in æthere opponet se Domino, æquabit se Domino in filijs Deorum? η Consilio.] *S. Augustinus:* Deus glorificandus in consilio iustorum, *græce est,* ἐνδοξαζόμενος ἐν βουλῇ ἁγίων. *In latinis editionibus est,* concilio. *Theodoretus:* βουλὴν ἁγίων nominat hoc loco τῶν ἁγίων τὸν σύλλογον, sanctorum conuentum, & cætum. θ Terribilis super omnes.]

omnes.] Aut, in omnes, vt S. Augustinus, & vetus. Romanum vero, metuendus super omnes. S. Hieronymus ad Suniam videtur habuisse, horrendus. ι Aquilonem, & mare.] Aquila. βορρᾶν, καὶ δεξιὰν, Aquilonem, & dexteram: & ita S. Hieronymus: Theodotio, τὸν βορρᾶν, καὶ νότον, Aquilonem, & Austrum. Symmachus, εἰς βορρᾶν, καὶ εἰς δεξιὰν, ad Aquilonem, & ad dexteram. κ Exultabunt.] Theodoretus: Illud, ἀγαλλιάσονται Aquila quidem dixit, αἰνέσουσιν, laudabunt: Symmachus autem, εὐφημήσουσιν, benedicent. λ Potentia.] Theodoretus: Aquila pro, δυναστείας posuit δύναμιν, quod clarius significat potentiam, & efficaciam. μ Firmetur.] Aut, confirmetur, vt S. Augustinus, & vetus. Theodoretus ex Symmacho, ἀήττητος ἡ χείρ σου, ὑψηλὴ ἡ δεξιά σου, inexpugnabilis manus tua, excelsa est dextera tua. ν Susceptio.] Ita S. Augustinus, & vetus, quod græce, ἀντίληψις. Romanum, assumptio. Vulgata, assumptio nostra, & alicui codici græco ad marginem est adscriptum, ἡμῶν. ξ In visione.] S. Augustinus, & vetus, & Romanum, in aspectu, vulgata, in visione sanctis tuis. Græci collati codices, τοῖς υἱοῖς σου. Sed S. Hieronymus ad Suniam testatur, omnes hebraicam dictionem transtulisse, τοῖς ἁγίοις σου, idest, sanctis tuis, & solam sextam editionem interpretatam esse, prophetis tuis, sensum magis, quam verba exprimentem, & in κοινῇ tantum pro sanctis filios se reperisse. Ad marginem comm. Theodoreti adscriptum est hoc scholium, τότε ἐλάλησας διὰ τῶν ἁγίων σου προφητῶν περὶ τοῦ χριστοῦ σου, tunc loquutus es per sanctos tuos prophetas de Christo tuo. Ipse autem Theodoretus ex Symmacho, τότε ἐλάλησας δι᾽ ὁράσεως τοῖς υἱοῖς σου, tunc loquutus es per visionem filijs tuis. ο In misericordia sancta.] ἐν ἐλέει ἁγίῳ. Ita legit S. Hieronymus in 55. cap. Esaiæ. In cæteris libris græcis est, ἐν ἐλαίῳ ἁγίῳ μου. Sic S. Augustinus, & vetus, in oleo sancto meo. Romanum, oleo sancto meo, vulgata, oleo sancto vnxi eum. π Non apponet.] Romanum, non nocebit ei. Schol. lxx. & Symmachus, οὐ κακώσει αὐτὸν quod S. Hieronymus, non affliget eum. Theodotio, οὐ κακουχήσει, quod idem valet. ρ Apud reges terræ.] Ita S. Augustinus, & vetus. Romanū autem, & vulgata, præ regibus terræ, παρὰ τοῖς βασιλεῦσι. Theodoretus: Aquila, ὕψιστον τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς, altissimum regibus terræ: Symmachus, ἀνώτατον τῶν βασιλέων τῆς γῆς, supremum regum terræ. σ Non nocebo.] Sic Romanum, & vulgata. S. Augustinus, & vetus, non nocebo eos. Sed græce est οὐδὲ μὴ ἀδικήσω, quod sæpe valet, neque iniuste agam, neque decipiam. Theodoretus, & Schol. Symmachus, οὐ παραβήσομαι, non transgrediar: Aquila, οὐ ψεύσομαι, non mentiar. τ Testis.] Theodoretus ex Symmacho, ὁ διαμαρτυράμενος, al. διαμαρτυρόμενος, qui testificatus est, al. qui testificatur. υ Spreuisti.] Sic Romanum, quod græce est, ἐξουδένωσας. S. Hieronymus ad Suniam, despexisti, & pro nihilo duxisti, vulgata habet, despexisti. S. Augustinus, & vetus, ad nihilum deduxisti. φ Euertisti.] Latini codices, auertisti: sed potuit primorum librariorum error esse, quem cæteri sint sequuti. Græce est, κατέστρεψας. Theodoretus ex Symmacho, σὺ δὲ αὐτὸς ἀπεβάλε, καὶ ἀπεδοκίμασας, ἐχολώθης πρὸς τὸν χριστόν σου. εἰς κατάραν ἔδωκας τὴν συνθήκην τοῦ δούλου σου. Tu vero ipse abiecisti, & reprobasti: iratus es aduersus Christum tuum: in maledictionem dedisti pactum serui tui. χ Sanctitatem.] Ita S. Augustinus, psalterium vetus, & Romanum: vulgata vero, sanctuarium. Theodoretus ἁγίασμα, vocat ipsum templum: posset autem & alia significare. ψ Inimicorum eius.] Ita S. Augustinus psalteriū vetus, & Romanum: vulgata autem, deprimentium eum, & in aliquot græcis codicibus est, τῶν θλιβόντων αὐτὸν. ω Dissoluisti.] Ita S. Augustinus, psalterium vetus, & Romanum, quod græce est, κατέλυσας ἀπὸ καθαρισμοῦ, vulgata, destruxisti. Theodoretus ex Symmacho, ἀπέπαυσας τὴν καθαριότητα, (al. καθαρότητα) αὐτοῦ, cessare fecisti puritatem eius. αα Sedis eius.] Ita S. Augustinus, & vetus psalterium, itemque Æthiopicum. In alijs libris græcis est, χρόνου, sic vulgata, temporis eius: Romanum vero, temporum eius. Aquila, νεοτήτων αὐτοῦ, iuuentutum eius. Symmachus, νεότητος αὐτοῦ, adolescentiæ eius, & sic S. Hieronymus. ββ Auerteris.] ἀποστρέφῃ. Ita S. Augustinus, & vetus. Vulgata autem, auertis: Romanum, irasceris. Theodoretus ex Symmacho, ἕως τίνος κύριε ἀποκρυβήσῃ εἰς τέλος; φλεγήσεται, ὡς πῦρ ὁ θυμός σου, & S. Hieronymus, vsquequo Domine absconderis in finem? succendetur, quasi ignis, indignatio tua? γγ Constituisti.] Sic latini: græce est, ἔκτισας, & posset verti, creasti, quod habet S. Hieronymus in tralatione sua. δδ Quod continui.] Theodoretus ex Symmacho, καὶ ἐβάστασα ἐν τῷ κόλπῳ μου παμπόλλων ἐθνῶν, & portaui in sinu meo plurimarum gentium. Et fortasse illud, παμπόλλων, in duas dictiones diuidendum. Nam hebræus videtur habere, omne multorum populorum, vt intelligatur, omne opprobrium, vel, omnem iniuriam. εε Commutatio.] ἀντάλλαγμα. Theodoretus: Symmachus autem & Theodotio sic, ὠνείδισαν τὰ ἴχνη τοῦ χριστοῦ σου, & S. Hieronymus, exprobrauerunt vestigia Christi tui: idem autem fere significare lxx. ostendit idem Theodoretus: Apolinarius dixit, εἰκόνα, imaginem. ζζ Fiat, fiat.] Theodoretus ex Aquila, πεπιστωμένος, καὶ πεπιστωμένος, idest verax es, & valde verax. Schol. completus est secundum hebræos tertius etiam liber psalmorum, qui cœpit à lxxij. psalmo.

Oratio [a] Moysi homini Dei. LXXXIX.

DOMINE refugium factus es nobis in generatione, & [b] generatione. Priusquam [c] montes fierent, & formaretur terra, & orbis terræ, & à sæculo vsque in sæculum tu es. Ne auertas hominem in humilitatem: & dixisti, [d] conuertimini filij hominum. Quoniam mille anni in [e] oculis tuis, tam quam dies hesterna, quæ præterijt, & [f] custodia in nocte. Quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt: mane, sicut herba transeat. Mane floreat, & transeat: vespere decidat, induresecat, & arescat. Quia defecimus in ira tua: & in furore tuo [η] turbati sumus. Posuisti [θ] iniquitates nostras in conspectu tuo: [ι] sæculum nostrum

A ſtrum in illuminatione vultus tui. Quoniam omnes dies noſtri defecerunt: & in ira tua defecimus. Anni noſtri, ſicut aranea [κ] meditati ſunt; dies annorum noſtrorum in [λ] ipſis ſeptuaginta anni. Si autem in [μ] potentatibus; octoginta anni; & amplius eorum, labor, & dolor. Quoniã ſuperuenit manſuetudo [ν] ſuper nos; & corripiemur Quis [ξ] noſcit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore [ο] iræ tuæ dinumerare? Dexteram tuam ſic notam fac, [π] & eruditos corde in ſapientia. Conuertere Domine: [ρ] vſquequo? & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. [σ] Repleti ſumus mane miſericordia tua: & exultauimus, & delectati ſumus, in omnibus diebus [τ] noſtris. Lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti, annis, quibus B vidimus mala. Et reſpice in ſeruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum. Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos: & opera manuũ noſtrarum dirige ſuper [υ] nos.

[α] Moyſi.] τοῦ μωυσῆ, *vel* μωυσεῖ ἀνθρώπῳ τοῦ θεοῦ. In aliquo græco codice eſt, μωϋσέως ἀνθρώπου τοῦ θεοῦ. *& latini:* Moyſi hominis Dei: *idque agnoſcit S. Hieronymus ad Cyprianum. Schol.* Moyſes exponitur, ἀνάληψις, aſſumptio, recreatio. [β] Generatione.] *Sic videtur habuiſſe S. Auguſtinus, quamuis apud ipſum, & in vetere legatur,* generationem: *Romanum,* à generatione, & progenie, *vulgata,* à generatione in generationem. *Symmachus,* ἐν ἑκάστῃ γενεᾷ, in vnaquaque generatione. *S. Hieronymus ad Cyprianum hæc tribuit ipſis lxx.* in omni generatione, & generatione. [γ] Priuſquam montes.] *Hunc etiam locum ita ex lxx. refert S. Hieronymus,* antequam montes firmarentur, & fingeretur terra, & orbis; à ſeculo, & vſque in ſeculum tu es Deus, *& ad Suniam teſtatur apud lxx. & omnes alios interpretes legi,* σὺ εἶ θεὸς, *& vulgata,* tu es Deus. *Abeſt tamen illud,* θεὸς, C *à collatis græcis codicibus, & cum ijs conuenit S. Auguſtino, & pſalterio veteri, & Romano.* [δ] Conuertimini.] ἐπιστρέψατε. *S. Hieronymus ad Cyprianum,* conuertimini, ſiue reuertimini, *& in græco eſſe hebraiſmum alibi notatum eſt. Theodoretus ex Aquila,* καὶ ἐρεῖς, ἐπιστράφητε υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων, & dices, reuertimini filij hominum. [ε] In oculis tuis.] *Ita S. Hieronymus ad Cyprianum: Cæteri,* ante oculos tuos. [ζ] Et cuſtodia in nocte.] *Sic etiam interpungunt S. Hieronymus, & S. Auguſtinus, licet vulgata, & Romanum hæc coniungant cum ſequentibus: ijdem vero Patres, & vetus pſalteriũ habent,* ſicut vigilia in nocte: *& vtroque modo quarta noctis pars ſignificatur.* [η] Turbati ſumus.] S. *Hieronymus ad Cyprianum teſtatur Aquilam, & Symmachum tranſtuliſſe,* accelerauimus. [θ] Poſuiſti.] *Theodoretus ex Symmacho,* προέθηκας τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀντικρύ σου, τὰς ἀμελείας ἡμῶν, φαίνεσθαι τῷ προσώπῳ σου. Appoſuiſti iniquitates noſtras coram te, negligentias noſtras, vt apparerent faciei tuæ. [ι] Seculum.] ὁ αἰών. *Teſtatur* S. *Hieronymus ad Cyprianum, dictionem hebræam, quam ipſe ex Symmacho reddiderit,* negligentias, *quintam editionem reddidiſſe,* adoleſcentiam, *Aquilam,* νεότητος, *quod valeat,* errores, *ſiue,* ignorantias. *Alij tamen ex hebræo verterunt,* ſecretum, *&,* abſconſionem. [κ] Meditati ſunt.] *Sic S. Hieronymus ad Cyprianum, quod græce,* ἐμελέτων, *cæteri,* meditabuntur. *Schol.* Ita, inquit, vita noſtra om- D nis eſt imbecilla, ſicut telæ aranearum: vocat autem μελέτην, ideſt meditationem, τὴν συνεχῆ ταλαιπωρίαν, aſſiduam ipſam afflictationem, & miſeriam. *Sed S. Hieronymus ibidem putat dictam meditationem araneæ, infirmitatem operis illius.* [λ] In ipſis.] *Teſtatur ibidem. S. Hieronymus pro hoc* Symmachum *ſignificantius tranſtuliſſe,* ὁλόκληροι, *ideſt,* vniuerſi. [μ] In potentatibus.] ἐν δυναστείαις, *quod alius vertit ex hebræo,* in fortitudinibus. *S. Hieronymus,* multum. *Scribit autem ibidem S. Hieronymus, Symmachum dixiſſe,* contra opinionem. [ν] Super nos.] *Ita Romanum, & S. Hieronymus ad Cyprianum ex ipſis lxx. licet ad Suniam dicat id eſſe ſuperfluum. Notat autem in eadem epiſtola ad Cyprianum, verbum ſequens,* παιδευθησόμεθα, *eſſe ambiguum, & tam correptionẽ, quàm eruditionẽ, doctrinamque ſignificare. Aquila,* ὅτι διεπέρασεν ἀνὴρ, καὶ ἐπτάσθη, quoniam præteriuit vir, & auolauit. *Symmachus,* τμηθέντες γὰρ ἄφνω ἐκπετάννυμεθα, *quæ ita reddit S. Hieronymus,* ſuccidimur enim repente, & auolamus. *Theodotio,* ὅτι ἐπῆλθε πραΰτης, καὶ παιδευθησόμεθα, quoniam ſuperuenit manſuetudo, & corripiemur, *& ſic vulgata, & S. Auguſtinus. Addit autem S. Hieronymus, ſextam etiam editionem tranſtuliſſe,* manſuetudinem: *quintam vero,* quoniam tranſiuimus celeriter, & diſſoluimur. [ξ] Quis noſcit.] *Latini,* nouit. *Theodoretus ex Symmacho,* τίς οἶδεν τὴν ἰσχὺν τοῦ θυμοῦ σου, καὶ κατὰ τὸν φόβον σου τὴν ὀργήν σου; *quæ ita reddit S. Hieronymus:* E Quis nouit fortitudinem iræ tuæ, & ſecundum timorem tuum indignationem tuam? [ο] Iræ tuæ.] *Ita etiam pſalterium Arabicum, & Æthiopicum, & fortaſſe Apollinarius. Cæteri libri græci habent,* τὸν θυμόν σου, *& ſic latini,* iram tuam. *Notat S. Hieronymus inter hebraicum, & lxx. diuerſam diſtinctionem eſſe. lxx. enim dinumerationem timori, & furori Domini copulare: hebraicum vero ſequenti aptare verſiculo, vt ſequatur,* vt numerentur dies noſtri: ſic oſtende, & veniemus corde ſapienti. *Theodoretus tamen & ipſe illud* ἐξαριθμήσασθαι, *coniungit cum ſequenti, vt ita conſtruamus. Dinumerare dexteræ tuæ dona vt poſſim, oſtende mihi, & da imitari eos, qui gratia tua eruditi alios etiam ad tui cognitionem deducunt.* [π] Eruditos.] *Hanc lectionem habet vulgata, & Romanum, & agnoſcit etiam S. Auguſtinus, licet ipſe primum haberet vt vetus,* compeditos: *nam & in aliquo græcis codicibus eſt,* πεπεδημένους, *de qua re S. Hieronymus in eadem epiſt. ad Cyprianum.* [ρ] Vſquequo.] *S. Auguſtinus, & vetus,* quouſque: *Romanum,* aliquantulum, *& mox,* & deprecare, *cuius lectionis etiam S. Auguſtinus mentionem facit.* [σ] Repleti ſumus.] *Theodoretus:* Tempus mutatum eſt apud lxx. Aquila enim & cæteri ſic dixerunt, ἐμπλῆσον ἡμᾶς ἐν τῇ πρωΐᾳ ἐλέους σου, καὶ αἰνέσομεν, καὶ εὐφρανθησόμεθα ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις ἡμῶν. *& S. Hieronymus*

ronymus: Imple nos matutina misericordia tua, & laudabimus, & lætabimur in cunctis diebus nostris. *π* Diebus nostris.] *Apud latinos sequitur*, delectati sumus, *& in cæteris libris græcis, præterquam in metaphrasi Apollinarij*, εὐφρανθείημεν, *aut* εὐφράνθημεν: *ac Theodoretus*: Et hic similiter tempus mutatum est. Symmachus enim, & cæteri dixerunt εὔφρανον ἡμᾶς, lætifica nos, *quemadmodum etiam S. Hier.* *υ* Super nos.] *Sic est in psalterio Romano, atque Æthiopico, & metaphrasi Apollinarij. In cæteris libris græcis sequitur*, καὶ τὸ ἔργον τῶν χειρῶν ἡμῶν κατεύθυνον, & opus manuum nostrarum dirige, *quæ S. Hieronymus in epist. ad Cyprianum refert ex lxx. Sed S. Augustinus inquit à diligentibus, & doctis prænotari asterisco.*

α Laus cantici ipsi Dauid. XC.

QVI habitat in adiutorio altissimi; in protectione Dei cæli commorabitur. Dicet Domino, susceptor meus es, & refugiũ meum Deus meus: sperabo in eum. Quoniam ipse *β* liberabit te de laqueo venantiũ, & à *γ* verbo aspero. *δ* Inter scapulas suas obũbrabit tibi: & sub alis eius sperabis. Scuto circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno. A sagitta volante per diem, à negocio perambulante in tenebris: à *ε* ruina & dæmonio meridiano. Cadent à *ζ* latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabunt. Verumtamen oculis tuis considerabis, & retributionẽ peccatorum videbis. *η* Quoniã tu Domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuũ Non accedent ad te mala: & flagellũ non appropinquabit tabernaculo tuo Quoniam angelis suis mandabit de te: vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus tollent te: ne *θ* quando offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem, & basiliscum *ι* ambulabis: & conculcabis leonem, & draconem. Quoniam in me sperauit; & eruam eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meũ. *κ* Inuocabit me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: & eximam eum, & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum.

α Laus cantici.] *Theodoretus*, sine inscriptione apud hebræos. *β* Liberabit te.] *Ita S. Hieronymus, in Esa. ca. 23. & est in aliquot græcis codicibus*, ῥύσεταί σε. *Sed plerique, & metaphrasis Apollinarij, & Eusebius, & psalterium Arabicum, & Æthiopicum habent*, με, *itemque latini. Ac S. Augustinus quidem, & vetus*, eruet me. *Romanum autem, & vulgata*, liberauit me. *γ* A verbo aspero.] *Theodoretus*, τὸν λόγον ταραχώδη Symmachus dixit, λόγον ἐπηρείας, sermonem violenti insultus, contumeliæ, iniuriæ. *δ* Inter scapulas.] *Ita S. Augustinus, & vetus psalterium: græce*, ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ, *Romanum, & vulgata*, scapulis suis. *ε* A ruina.] *Sic S. Augustinus, & vetus & Romanum: vulgata autem*, ab incursu, *græce est*, συμπτώματος. *Aquila*, ἀπὸ δηγμοῦ δαιμονίζοντος μεσημβρίας, *quæ S. Hieronymus videtur vertisse*, à morsu insidiantis meridie. *Symmachus*, συγκύρημα δαιμονιῶδες μεσημβρίας, incursum dæmoniacum in meridie. *ζ* A latere.] *Theodoretus*: Pro, τοῦ κλίτους σου. Symmachus, & Aquila posuerunt, ἐκ πλαγίου, *quod idem videtur valere.* *η* Tu Domine.] *Latini fere*, tu es Domine. *Sed Theodoretus ita potius putat supplẽdum*: Dixisti enim tu Domine spes mea, *vt quæ sequuntur, sint verba Dei ad prophetam*, τὸν ὕψιστον, *&c.* *θ* Ne quando.] *Ita S. Augustinus, & vetus: Romanum autem*, ne vmquam, *vulgata*, ne forte, *græce*, μή ποτε. *ι* Ambulabis.] *Sic latini, quod græce est*, ἐπιβήσῃ, *& significat inscendere, & calcare.* *κ* Inuocabit me.] *Latini*, inuocauit, *græce est*, ἐπικαλέσεταί με, *& in multis codicibus*, κεκράξεται πρός με, clamabit ad me.

Psalmus cantici in die sabbati. XCI.

BONVM est confiteri Domino, & psallere *α* nomini tuo altissime. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. In dechacordo psalterio, cum cantico in cithara. Quia delectasti me Domine in factura tua: & in operibus manuũ tuarum exultabo. Quàm magnificata sũt opera tua Domine: nimis *β* profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. Vir imprudens non cognoscet: & stultus nõ intelliget hæc. Cum exorti fuerint pecca-

A peccatores ſicut fænum, & [γ] apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem: vt intereant in ſæculum ſæculi: tu autem altiſsimus in æternum Domine. [δ] Quoniã ecce inimici tui peribunt: & diſpergentur omnes, qui operantur iniquitatem. Et exaltabitur, ſicut vnicornis, cornu meum: & ſenectus mea in [ε] miſericordia pingui. Et [ζ] reſpexit oculus meus in inimicis meis: & in eis qui inſurgunt in me malignantibus, audiet auris mea. Iuſtus ſicut palma, florebit: velut cedrus, quæ in libano eſt, multiplicabitur. [η] Plantati in domo Domini, in atrijs Dei noſtri florebunt. [θ] Tunc multiplicabuntur in ſenecta vberi: & [ι] tranquilli erunt, vt annuncient. Quoniam rectus Dominus Deus [κ] meus: & non eſt iniquitas in eo.

B

α Pſallere nomini tuo.] *S. Aug. & vetus*, tunc pſalles nomini Domini altiſſimi. β Profundæ factæ ſunt.] σφόδρα ἐβαθύνθησαν. *Schol.* Symmachus, σφόδρα βαθεῖς, Aquila, & Theodotio, ἐβαθύνθησαν. γ Et apparuerint.] *Sic Romanum, & vulgata, quod græce*, καὶ διέκυψαν. *Vetus, & S. Auguſtinus*, & proſpexerint, *putauitque ſequens*, omnes, *eſſe accuſandi caſum, cum tamen ſit*, πάντες. *Theodoretus ex Aquila, & Symmacho*, ἤνθησαν, floruerunt. δ Quoniam ecce inimici tui peribunt.] *Ita S. Auguſtinus, & pſalterium Romanum, & Aethiopicum, & aliquot græci codices. In alijs libris græcis eſt*, ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου κύριε, ὅτι ἰδοὺ οἱ ἐχθροί σου ἀπολοῦνται, *& vulgata*, quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt, *nec multo aliter vetus.* ε Miſericordia pingui.] *Vt S. Auguſtinus, & vetus, aut*, vberi, *vt Romanum, & vulgata. In alijs libris græcis eſt*, ἐν ἐλαίῳ, in oleo. *Theodoretus ex Symmacho*, ἡ παλαίωσίς μου, ὡς ἐλαία διαθαλής, vetuſtas mea, ſicut oliua uigẽs & bene germinans. *Schol.* Et iuxta lxx. οἷόν τινι ἐλαίῳ πιανθήσομαι τῇ θυμηδίᾳ, quaſi oleo quodam impinguabor voluptate. ζ Et reſpexit.] καὶ ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμός μου ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου. *S. Auguſtinus, & vetus, & Romanum*, & reſpexit oculus meus inimicos meos. *Vulgata*, & deſpexit. *Theodoretus*: Illud, ἐπεῖδεν, & Symmachus, &

C Theodotio, & ipſe hebræus dixit, ἐπόψεται, reſpiciet. η Plantati.] *Schol.* cæteri, μεταφυτευθέντες, *& ſic S. Hieronymus*, tranſplantati. θ Tunc.] τότε. *In multis codicibus græcis eſt*, ἔτι, *& apud latinos*, adhuc. *Schol.* Aquila, ἔτι γεννηματίζοντες ἐν πολιᾷ πίονες, adhuc germinantes in canicie pingues. *Symmachus*, ἔτι πληθυνθήσονται ἐν γήρει πίονες, adhuc multiplicabuntur in ſenectute pingues. *Theodotio*, ἔτι καρποφορήσουσι γηρῶντες πίονες, (*quod S. Hieronymus* adhuc fructificabunt in ſenectute pingues:) *Quinta editio*, ἔτι γεννηματίσουσι, adhuc germinabunt: *ſexta editio*, ἔτι πληθυνθήσονται, adhuc multiplicabuntur: *Theodoretus ex Symmacho*, ἔτι καρποφορήσουσι γηρῶντες πίονες, καὶ διαθαλεῖς ἔσονται, ἀπαγγέλλοντες, ὅτι ὀρθὸς κύριος, ὁ περιφράξας με καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ, adhuc fructum ferent ſeneſcentes pingues: & vigentes, ac bene germinantes erunt, annunciantes, quòd rectus Dominus, qui circumſepit me, & non eſt iniquitas in eo. ι Tranquilli.] *Sic S. Auguſtinus, & vetus, quod græce*, εὐπαθοῦντες, *& in vulgata, & Romano*, benepatientes. *Schol.* εὐπαθεῖν, ideſt, σφριγᾶν, καὶ ἀκμάζειν, iuueneſcere, & vigere. κ Deus meus.] *Abſunt à S. Auguſtino, & vetere. Romanum autem, & vulgata*: Deus noſter, *& eſt in multis codicibus græcis*, κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν.

D

In die [α] ante ſabbatum, quando fundata eſt terra, laus cantici ipſi Dauid. XCII.

DOMINVS regnauit, decorẽ induit: induit Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe. Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. Parata ſedes tua ex tunc: à ſæculo tu es. Eleuauerunt flumina Domine, Eleuauerunt flumina voces [β] ſuas: à vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris, [γ] mirabilis in excelſis Dominus. Teſtimonia tua [δ] credita facta ſunt nimis: domum tuã decet ſanctificatio Domine, in longitudinem dierum.

E

α In die, &c.] *Apud Theodoretum hæc pro titulo leguntur*, αἶνος ᾠδῆς τῷ δαυίδ, ἀνεπίγραφος παρ' ἑβραίοις, laus cantici ipſi Dauid, ſine inſcriptione apud hebræos. *Deinde ipſe hæc affert*: Illud, ἀνεπίγραφος παρ' ἑβραίοις, non eſt in hexaplo, neque apud Euſebium. *Contra vero apud Euſebium leguntur pro titulo tantum iſta*, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ προσαββάτου, ὅτε κατῴκισται ἡ γῆ. β Voces ſuas.] *Ita pſalterium Romanum, & Aethiopicum. In alijs libris græcis ſequitur*, ἀροῦσιν οἱ ποταμοὶ ἐπιτρίψεις αὐτῶν, eleuabunt flumina illiſiones ſuas. S. *Auguſtinus, & vetus*, eleuauerunt flumina vocem ſuam: eleuauerunt flumina voces ſuas: *vulgata autem pro*, voces ſuas, *habet*, fluctus ſuos. *Theodoretus autem illa, quæ ſequuntur*, à vocibus aquarum multarum, *coniũgit cum ſubſequentibus. Schol.* Aquila, ἐπήρθη ποταμῶν βάθη αὐτῶν, eleuatæ ſunt fluminum profunditates ipſorum, lxx. & Aquila, φωνήν, vocem: Theodotio, & cæteri, φωνάς, voces. γ Mirabilis.] *Theodoretus ex Aquila*, ὑπερμεγέθης ἐν ὕψει κύριος, immenſus in altitudine Dominus. δ Credita.] *Sic S. Auguſtinus, & vetus, quod græce eſt*, ἐπιστώθησαν, *vulgata autem, & Romanum*, credibilia.

Pſalmus

Psalmus [a] ipsi David quarta sabbati. XCIII.

DEUS ultionum Dominus, Deus ultionum [b] fidenter egit. Exaltare, qui iudicas terram; redde retributionem superbis. Usquequo peccatores Domine, usquequo peccatores gloriabuntur? [c] Effabuntur, & loquentur iniquitatem: loquentur omnes, qui operantur iniustitiam. Populum tuum Domine humiliaverunt: & hæreditatem tuam vexaverunt. [d] Viduam & pupillum interfecerunt, & proselytum occiderunt. Et dixerunt: non videbit Dominus: neque intelliget Deus Iacob. Intelligite nunc insipientes in populo: & stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem, non audit? aut qui finxit oculum, non considerat? Qui erudit gentes, non arguet? qui docet hominem scientiam? Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & ex lege tua docueris eum. Ut mitiges eũ à diebus malis: donec fodiatur peccatori fovea. Quia non repellet Dominus plebem suam: & hæreditatem suam non derelinquet. [e] Quoadusque iustitia convertatur in iudicium, & iuxta illam, omnes qui recto sunt corde. DIAPSALMA. Quis [f] exurget mihi adversus malignantes? aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatẽ? Nisi, quia Dominus adiuvit me; paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam, motus est pes meus; misericordia tua Domine adiuvabat me. Domine secundum multitudinem dolorũ meorum in corde meo, consolationes tuæ [g] dilexerunt animam meam. Numquid adhærebit tibi sedes iniquitatis, [h] formans laborem in præcepto? Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt. Et factus est mihi Dominus in refugium: & Deus meus in adiutorium spei meæ. Et reddet illis iniquitatem ipsorum, & malitiam eorum: disperdet illos Dominus Deus noster.

[a] Psalmus ipsi.] *Apud Theodoretum additur,* ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις. *Et ipse ita de ista inscriptione scribit,* manifestum est alios quosdam inscriptionem apposuisse, minime vero prophetam, aut eos, qui ab initio sunt interpretati. *Schol.* sine inscriptione est apud tres illos, & in quinta, & sexta. *Eusebius & ipse notat esse sine inscriptione apud hebræos. Docet autem propterea dici,* quarta sabbati, *vel quod eo die caneretur, vel quòd quartus mensis significetur, in quo cœpit calamitas sanctæ civitatis bello petitæ à Babylonijs, ut narrat Hieremias.* [b] Fidenter egit.] *Aut,* libere, *ut vulgata, & Romanum. Theodoretus:* Pro ἐπαρρησιάσατο, Aquila dixit ἐπιφάνηθι, ostende te, sic autem & cæteri interpretes. [c] Effabuntur.] *Sic vulgata, quod græce est,* φθέγξονται. *S. Augustinus, & vetus,* respondent: *Romanum,* pronunciabunt. [d] Viduam, & pupillum.] *Latini,* pupillos, *& in vulgata, & Romano alius est ordo,* viduam, & advenam interfecerunt: & pupillos occiderunt. *Theodotio,* χήραν, καὶ ὀρφανοὺς ἐφόνευσαν, καὶ προσήλυτον ἐκάκωσαν, viduam, & pupillos occiderunt, & advenam afflixerunt. [e] Quoadusque.] *S. Augustinus, & vetus,* quousque iustitia tua convertatur in iudicium; & qui habent eam; omnes recti sunt corde: *Romanum,* quoadusque iustitia convertatur in iudicium: & qui tenent eum? omnes, qui recte sunt corde. *Vulgata, ut nostra; nisi quod habet,* & qui iuxta illã. *Græce est sine articulo,* ἐχόμενοι, *& videtur significari omnes, qui recto sunt corde, libenter sequi iustitiam illam, aut iudicium: nam & iudicium græce est generis fœminini,* κρίσις. *Theodoretus ex Aquila, & Theodotione,* καὶ ὀπίσω αὐτῆς (al. αὐτῶν) πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ & post illam (*al.* post illa) omnes recti corde. [f] Quis exurget mihi.] τίς ἀναστήσεταί μοι, *quæ scholiastes refert etiam ex Aquila, & Theodotione. Theodoretus ex Symmacho,* τίς ἀναστήσεται ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς κακούργους; τίς συστήσεται ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς ἐργάτας ἀδικίας; *Quæ S. Hieronymus ita videtur vertisse.* Quis stabit pro me adversus malos? quis stabit pro me adversus operarios iniquitatis? [g] Dilexerunt.] ἠγάπησαν. *In alijs libris græcis est,* εὔφραναν: *& latini,* consolationes tuæ lætificaverunt, *aut, ut S. Augustinus, & vetus,* exhortationes tuæ iocundaverunt. *Didymus in lib. de spiritu sancto, interprete S. Hieronymo, utramque lectionem agnoscit.* [h] Formans laborem.] ὁ πλάσσων κόπον. *Latini,* qui fingis, *sed tutius videtur hoc modo reddi: ut possit etiam ita construi,* sedes formans laborem; *Aqu.* μὴ μεθέξει σου θρόνος ἐπιβουλῆς, ὁ πλάσσων κόπον ἐπὶ ἀκριβασμοῖς Numquid particeps erit tui thronus insidiarum formans laborem super preceptum? *Symmachus,* μὴ συναφθήσεταί σοι θρόνος ἐπηρείας, ὁ πλάσσων ταλαιπωρίαν κατὰ προστάγματος; nunquid coniungetur tibi thronus iniuriæ, formans miseriam super præceptum? *Theodotio, ut lxx.* [i] Et malitiam eorum.] *In alijs codicibus græcis est,* καὶ κατὰ τὴν πονηρίαν αὐτῶν, *& sic* S. Augustinus, *et vetus,* secundum malitiam eorum, *vulgata autem, & Romanum,* in malitia eorum. *De hoc loco disputat etiam S. Hieronymus ad Suniam.*

Laus

Laus cantici ipsi [α] Dauid. XCIIII.

VENITE, exultemus Domino: iubilemus Deo salutari nostro. Praeueniamus faciem eius in confessione: & in psalmis iubilemus ei. Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes [β] Deos: Quoniam non repellet Dominus plebem suam: quoniam in manu eius fines terrae: & altitudines montium ipsius sunt. Quoniã ipsius est mare, & ipse fecit illud: & aridam manus eius formauerunt. Venite adoremus, & procidamus ei: & ploremus ante Dominum, qui fecit nos. Quoniam ipse est Deus noster: nos autem populus [γ] pascuae eius, & oues manus eius. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto: vbi tentauerunt me patres vestri: [δ] probauerunt, & viderunt opera mea. [ε] Quadraginta annis [ζ] offensus fui generationi illi, & dixi: semper errant corde; & ipsi non cognouerunt vias meas [η]. Sicut iuraui in ira mea, si introibunt in [θ] requiem meam.

α Dauid.] *In alijs codicibus additur*, ἀνεπίγραφος παρ' ἑβραίοις, sine inscriptione apud hebraeos. β Super omnes Deos.] *In alijs libris graecis est*, ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, super omnem terram, *& non sequuntur illa*, ὅτι οὐκ ἀπώσεται κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ, quoniam non repellet Dominus plebem suam. *quae absunt etiam à vulgata, sed non à S. Augustino, neque à vetere psalt. neque à Romano, & canuntur in Inuitatorio, praeterquam in Epiphania. Schol.* καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς θεοὺς, ὅ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ ἐξιχνιασμοὶ γῆς & rex magnus super omnes Deos: cuius in manu eius inuestigationes terrae, *Symmachus*, καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπάνω πάντων τῶν θεῶν, ὅ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ κατώτατα γῆς; & rex magnus super omnes Deos: cuius in manu eius infima terrae. *Theodotio, & lxx.* καὶ βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πάντας τοὺς θεοὺς, *quemadmodum est in nostra editione.* γ Populus pascuae.] *Solum fere Romanum habet*, nos autem populus eius, & oues pascuae eius. δ Probauerunt.] *Sic vulgata, & Romanum. S. Augustinus vero, & vetus*, probauerunt me, *& multi codices graeci*, ἐδοκίμασάν με. ε Quadraginta annis.] *Apud Theodoretum haec coniunguntur cum antecedentibus: deinde sequitur*, διὸ προσώχθισα, *idque ita debere fieri putauit Scholiastes.* ζ Offensus fui.] *Sic vulgata: caeteri vero libri latini*, proximus fui: Aquila, *& Symmachus*, τεσσαράκοντα ἔτη δυσηρεστήθην, *quod item valet*, offensus fui, fastidiui. η Sicut.] ὡς, *& posset etiam verti*, propterea, *apud latinos est*, quibus. θ Requiem.] κατάπαυσιν. *Schol.* alij, ἀνάπαυσιν, *quod parum differt ab illo.*

[α] Quando domus aedificabatur post captiuitatem, [β] canticum ipsi Dauid. XCV.

CANTATE Domino canticum nouum: Cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, benedicite nomen eius: benenunciate de die in diem salutare eius. Annuntiate in gẽtibus gloriã eius, in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes Deos. Quoniam omnes Dij gentium, [γ] daemonia: Dominus autem caelos fecit. Cõfessio, & pulchritudo in conspectu eius: sanctitas, & magnificentia in sanctificatione eius. Afferte Domino patriae gentium: afferte Domino gloriam, & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius. Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate Dominum in atrio sancto eius. [δ] Cõmoueatur à facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus, Dominus [ε] regnauit. Etenim correxit orbem terrae, qui non commouebitur: iudicabit populos in aequitate. Laetentur caeli, & exultet terra: [ζ] commoueatur mare, & plenitudo eius. [η] Gaudebunt campi, & omnia, quae in eis sunt: Tunc [θ] exultabunt omnia ligna syluae ante faciem Domini: quoniam venit, quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terrae in aequitate, & populos in veritate sua.

α Quando

α Quando domus.] *Schol*, sine inscriptione apud tres illos & in quinta, & in sexta, *qua de re etiam Theodoretus.* β Canticum ipsi Dauid.] *In aliquibus libris hæc præponuntur: in aliquibus græcis est*, τῷ δαυὶδ, ipsius Dauid, *& in aliquo*, αἶνος ᾠδῆς τῷ δαυὶδ, laus cantici ipsi Dauid. γ Dæmonia.] *Symmachus*, ἀνύπαρκτοι, non subsistentes: *Aquila*, ἐπίπλαστοι, ficti. δ Commoueatur.] *Theodoretus ex Aquila, & Symmacho*, ὠδινήσατε ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ, parturite à facie eius vniuersa terra. ε Regnauit.] *Apud S. Augustinum, & in psalterio veteri, & Romano sequitur*, à ligno, *eoque modo affertur à S. Cypriano, Iustino martyre, Tertulliano, S. Leone Papa: & in hymno Ecclesiastico*, regnauit à ligno Deus: *Theodoretus ex Symmacho*, κύριος ἐβασίλευσεν, καὶ ἥδρασεν τὴν οἰκουμένην ἀσάλευτον, Dominus regnauit, & stabiliuit orbem terræ immobilem. ζ Commoueatur mare.] *Idem ex Theodotione, & Symmacho*, ἠχήσει ἡ θάλασσα σὺν πληρώματι αὐτῆς, sonabit mare cum plenitudine eius. η Gaudebunt.] *Idem ex Symmacho*, γαυριάσει ἀγρὸς, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, gestiet ager, & omnia, quæ in eo sunt. θ Tunc exaltabunt.] *Idem ex Aquila*, τότε αἰνέσουσι πάντα τὰ ξύλα τοῦ δρυμοῦ, tunc laudabunt omnia ligna syluæ.

Ipsi Dauid, cum terra eius constituta est. XCVI.

DOMINVS regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ. Nubes, & caligo in circuitu eius: iustitia, & iudicium directio sedis eius. Ignis ante ipsum præibit, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Illuxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra. Montes, sicut cera, fluxerunt à facie Domini: à facie Domini omnis α terræ. Annunciauerunt cæli iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius. Confundantur omnes, qui adorant sculptilia: qui gloriantur in simulachris suis. Adorate eum omnes angeli eius. Audiuit, & lætata est Sion: & exultauerũt filiæ Iudææ, propter iudicia tua Domine. Quoniam tu es Dominus altissimus super omnẽ terrã: nimis exaltatus es super omnes Deos. Qui diligitis Dominum, odite β malignum: custodit Dominus animas γ sanctorum suorum: de manu δ peccatorũ liberabit eos. Lux orta est iusto: & rectis corde lætitia. Lætamini iusti in Domino: & confitemini memoriæ sanctitatis eius.

α Omnis terræ.] πάσης τῆς γῆς, *latini fere*, omnis terra, *& Romanum*, tremuit omnes terra: *Attamen Sanctum Augustinum legisse*, terræ, *videtur colligi ex explanatione.* β Malignum.] *Ita Sanctus Augustinus, & vetus, quod græce est*, πονηρόν. *In aliquot codicibus est*, πονηρά, maligna: *Theodoretus*: vocabulo hoc τῆς πονηρίας, detestatus est omnes species τῆς κακίας, improbitatis, & malitiæ. *Schol.* Quinta, Sexta, Aquila, Theodotio codẽ modo, ac lxx. Symmachus, κακὸν, malum: *quod habet vulgata, & Romanum: licet hoc etiam modo sæpe vertatur*, πονηρόν. γ Sanctorum.] ὁσίων. *Sanctus Augustinus, vetus, Romanum*, seruorum. δ Peccatorum.] *Ita Romanum: Aquila*, ἀσεβῶν, impiorum. *Symmachus*, παρανόμων, transgredientium legem: *Theodotio*, ἁμαρτωλοῦ, *quod est in multis codicibus græcis, & latinis*, peccatoris.

Psalmus ipsi Dauid. XCVII.

CANTATE Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit Dominus. α Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius. Notum fecit Dominus salutare suum: ante conspectum gentium reuelauit iustitiam suam. Memor fuit misericordiæ suæ β Iacob, & veritatis suæ domui Israel. Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & psallite. Psallite Domino in cithara, in cithara, & voce psalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. Iubilare in conspectu regis γ Domino: δ commoueatur mare, & plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habitant in eo. Flumina plaudent manu in idipsum: montes ε exultabunt, quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

α Saluauit sibi.] *Sic vulgata. S. Augustinus, & vetus,* sanauit ei. *Cæteri libri græci,* ἔσωσεν αὐτὸν, *&* Romanum, saluauit eum: *sed Theodoretum legisse,* αὐτῷ, *constat ex explanatione.* β Iacob.] τῷ ἰακώβ. *Sic latini præter vulgatam, à qua abest: & inquit S. Hieronymus ad Suniam esse superfluum.* γ Domino.] *Sic psalterium Romanum. In cæteris libris græcis est,* κυρίῳ, *& latinis,* Domini. δ Commoueatur.] *Theodoretus ex Symmacho,* ἠχείτω ἡ θάλασσα σὺν πληρώματι αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη, καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτήν, resonet mare cum plenitudine sua, orbis terrarum, & habitantes eum. ε Exultabunt.] *Ita etiam psalterium Æthiopicum. In cæteris libris græcis sequitur,* ἀπὸ προσώπου κυρίου, ὅτι ἔρχεται, ὅτι ἥκει, *&c. Romanum,* exultauerunt ante faciem Domini, quoniam venit, quoniam veniet, &c. *S. Augustinus,* exaltabunt à facie Domini, quoniam venit, quoniam veniet, &c. *Vetus non habet illa,* quoniam venit. *Vulgata,* à conspectu Domini, quoniam venit iudicare terram. *In fine quidem psalmi 95. omnes græci, & latini libri habent illam repetitionem.*

Psalmus ipsi Dauid. XCVIII.

DOMINVS regnauit; irascantur populi: qui sedet super Cherubim; commoueatur terra. Dominus in Sion magnus, & excelsus est super omnes populos. Confiteantur nomini tuo [α] magno: quoniam terribile, & sanctum est: & [β] honor regis iudicium diligit. Tu parasti [γ] directiones: iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti. Exaltate Dominum Deum nostrum: & adorate scabellum pedum eius, quoniam [δ] sanctus est. Moyses, & [ε] Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. Inuocabant Dominum: & ipse [ζ] exaudiebat: in columna nubis loquebatur ad eos. [η] Custodiebant testimonia eius, & [θ] præcepta, quæ dedit illis. Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & [ι] vlciscens in omnes adinuentiones eorum. Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

α Magno.] *Romanum,* magno, & terribili, quoniam sanctum est. β Et honor regis.] *Symmachus,* ἰσχὺν βασιλεὺς τοῦ κρίματος ἀγαπᾷ, fortitudinem rex iudicij diligit. *Aquila,* καὶ κράτος βασιλέως κρίσιν ἠγάπησεν, & imperium regis iudicium dilexit. γ Directiones.] *Sic vulgata, quod græce est,* εὐθύτητας, rectitudines. *Cæteri fere latini,* æquitatem. δ Sanctus.] ἅγιός ἐστιν, *& ita S. Hieronymus. In commentarijs Theodoreti est,* ἅγιον, *& ita apud latinos,* quoniam sanctum est. ε Aaron.] *Schol.* ἀαρὼν exponitur ὄρος δυνάμεως, mons virtutis. ζ Exaudiebat.] *In multis codicibus græcis sequitur,* αὐτῶν, *& ita latini,* exaudiebat eos. *Schol.* quinta, Symmachus, Theodotio, sicut lxx. Aquila, ἐπακούσεται αὐτῶν, exaudiet eos: *sexta,* ἐπήκουσεν, exaudiuit. η Custodiebant.] *In alijs libris græcis est,* ὅτι ἐφύλασσον, quoniam custodiebant. θ Præcepta.] *Multi codices græci,* προστάγματα αὐτοῦ, *& sic latini,* præcepta eius, *præter vulgatã, quæ habet,* præceptum, quod dedit eis. ι Vlciscens.] *Sic vulgata. Romanum,* & vindicans in omnia studia eorum. *S. Augustinus, & vetus,* & vindicans in omnes affectiones eorum. *Theodoretus ex Symmacho,* καὶ ἔκδικος ἐπὶ ταῖς ἐπηρείαις αὐτῶν, & vltor super iniurias eorum.

Psalmus in confessionem. XCIX.

IVBILATE Domino omnis terra: seruite Domino in lætitia. Introite in conspectu eius in [α] exultatione. Scitote, quòd Dominus ipse est Deus: ipse fecit [β] nos, & non nos. [γ] Populus eius, & oues pascuæ eius, introite portas eius in confessione, atria eius in [δ] hymnis. Confitemini illi: laudate nomẽ eius. Quoniam suauis est Dominus: in æternum misericordia eius: & vsque in generationem, & generationem veritas eius.

α In exultatione.] *Theodoretus:* Symmachus, μετ' εὐφημίας, cum benedictione: Aquila autem dixit, ἐν αἰνέσει, in laudatione. β Et non nos.] καὶ οὐχ ἡμεῖς. *Latini,* & non ipsi nos. *Eusebius, & Theodoretus ex Symmacho,* αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς οὐκ ὄντας, ipse fecit nos, cum non essemus. γ Populus eius.] *Sic vulgata. Cæteri autem fere latini:* Nos autem populus eius. *Atque in multis græcis codicibus est,* ἡμεῖς δὲ λαὸς αὐτοῦ, *apud Eusebium vero,* ἡμεῖς δὲ λαὸς νομῆς αὐτοῦ, καὶ πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ, nos autem populus pascuæ eius, & oues manus eius. δ In hymnis.] *Ita etiam vulgata. Romanum vero,* in hymnis confessionum. Laudate, &c. *S. Augustinus, & vetus,* in hymnis confessionum confitemini ei. Laudate, &c.

[α] Psalmus ipsi Dauid. C.

A

MISERICORDIAM, & iudicium cantabo tibi Domine: [β] psallam, & intelligam in via immaculata: quando venies [γ] ad me? Deambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes præuaricationes odiui. Non adhæsit mihi cor prauum: cũ [δ] declinaret à me malignus, non cognoscebam. Detrahentem occulte proximo suo, hunc persequebar. Superbo oculo, & insatiabili corde, huic nõ conuescebar. Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Non habitauit in medio domus meæ faciens superbiam: loquens iniqua non direxit in conspectu oculorũ meorum. In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ: vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

B

[α] Psalmus ipsi Dauid.] *Theodoretus:* Quædam exemplaria habent, τετράδι σαββάτῳ, quarta sabbati: verum neque apud hebræum, neque apud alios interpretes, neque apud ipsos lxx. hanc inuenimus additionẽ. [β] Psallam.] *Idem ex Symmacho,* μελῳδήσω· συννοήσω ὁδὸν ἄμωμον, canam: considerabo viam immaculatam. [γ] Quando venies ad me.] *Per interrogationem legunt Theodoretus, & alij. Non desunt tamen, qui & sine interrogatione.* [δ] Cum declinaret.] *Ita S. Augustinus, & vetus, & Græco respondet.* Hoc *enim significat (inquiunt Eusebius, & Theodoretus) discedente illo, se ne sentire quidem illius discessum: quippe qui illum ne præsentem quidem sibi habuisset. Vulgata,* declinantem à me malignum, *Romanum,* declinantes.

Oratio [α] pauperi, cum anxius fuerit, & coram Domino effuderit precem suam. CI.

C

DOMINE exaudi orationem meam: & [β] clamor meus ad te veniat. Ne auertas faciem tuam à me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. In quacumque die inuocauero te, velociter exaudi me. Quia defecerunt, sicut fumus, dies mei: & ossa mea, sicut [γ] cremium, confrixa sunt. [δ] Percussus sum, sicut fœnũ, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei, [ε] adhæsit os meum carni meæ. Similis factus sum Pelicano, [ζ] qui habitat in solitudine: factus sum, sicut nycticorax in [η] parietinis: vigilaui, & factus sum, sicut passer [θ] solitarius in tecto. Tota die exprobrabant me inimici mei: & [ι] qui laudabant me, aduersus me iurabant. Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. A facie iræ tuæ, & indignationis tuæ, quia eleuans allisisti me. Dies mei, sicut vmbra declinauerunt: & ego, sicut fœnum, arui. Tu autem Domine in æternũ permanes: & memoriale tuum in generationem, & generationem. Tu exurgẽs misereberis [κ] Sion, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. Quoniam beneplacitum [λ] habuerunt serui tui in lapides eius: & pulueris eius miserebuntur. Et timebunt gẽtes nomen tuum Domine, & omnes reges gloriam tuam. Quoniam ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria sua. Respexit in orationem humilium: & non spreuit preces eorũ [μ]. Scribatur hæc in generationem alteram: & populus, qui creatur, laudabit Dominum. Quoniam prospexit de excelso sancto suo: Dominus de cælo in terram aspexit: vt audiret gemitũ compeditorũ: vt soluat filios mortificatorũ. Vt annuncient in Sion nomen Domini: & laudẽ eius in Hierusalẽ. In cõueniẽdo populos in vnũ, & [ν] reges, vt seruiãt Domino. Respõdit ei in via [ξ] fortitudinis suæ: exiguitatẽ dierũ meorũ annũtia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierũ meorũ: in [ο] generatione generationũ anni tui.

D

E

In prin-

A In principio terram tu Domine fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt: tu autem permanes. Et omnes, sicut vestimentum, veterascent: & sicut opertorium, [π] volues eos, & mutabuntur. Tu autem idem ipse es: & anni tui non deficient. Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in sæculum [ρ] dirigetur.

[α] Pauperi,] *Sic græci libri, in quorum aliquo adduntur in fine tituli hæc verba,* καὶ κϛ πόνω προσεύχεται, & cum labore orat. *Apud latinos est,* oratio pauperis. [β] Clamor.] *Theodoretus,* τὴν γὰρ κραυγὴν Symmachus dixit, οἰμωγήν, fletum. [γ] Sicut cremium.] *Partim in huius interpretatione versiculi vulgatam, partim S. Augustinum, & vetus, ac Romanum sequuti sumus: nam illa quidem,* sicut cremium aruerunt: *hi vero,* sicut in frixorio confrixa sunt, *græce est,* ὡσεὶ φρύγιον συνεφρύγησαν, *& poterat fortasse apte verti,* sicut cremium, concremata sunt. *Nomine autem cremij voluit qui hoc vocabulum formauit, significare illud, quod ex concrematione torridum remansit. Nam & Theodoretus interpretatur,* δαλὸν ξηρόν, torrem aridum, *& ita inquit Aquilam esse interpretatum,* καὶ τὰ ὀστᾶ μου ὡς καύσις ἐψαθυρώθη, & ossa mea, sicut cinis, obriguerunt. *Scholiastes autem hæc addit:* Symmachus, καὶ τὰ ὀστᾶ μου, ὡς ἀπόκαυμα, ἄφαυα γέγονεν, & ossa mea, sicut incendium, torres facta sunt: Theodotio, & lxx. ὡς φρύγιον. [δ] Percussus sum.] *Sic græci libri, & latini præter S. Augustinum, & vetus psalterium, vbi legitur,* percussum est, *quemadmodum habet etiam S. Hieronymus ex hebræo.* [ε] Adhæsit.] *S. Augustinus, vetus psalt. & Romanum,* adhæserunt ossa mea. [ζ] Qui habitat in solitudine.] *Ita S. Augustinus, & vetus, quod græce est,* ἐρημικῷ. *Vulgata,* pelicano solitudinis. *Romanum,* pelicano in solitudine. [η] Parietinis.] *Ita Sanctus Augustinus, & vetus: & propius id accedit ad græcam dictionem,* οἰκόπεδον, *quod fere significat aream, & solum ædificij collapsi, & locum ruderatum. Vulgata, & Romanum,* in domicilio. *Theodoretus:* Etenim τὰ οἰκόπεδα Symmachus dixit, ἐρείπια, rudera, & parietinas. [θ] Solitarius.] *Romanum,* vnicus. *S. Augustinus, & vetus,* singularis. [ι] Et qui laudabant me.] *Schol.* καὶ οἱ καταστασιάζοντές μου, ἐμοὶ ὅρκον ἐποίουν, & qui seditionem concitabant aduersus me; me execrationem faciebant. [κ] Sion.] *Schol.* σιὼν vtroque modo exponitur, & ἄβατος, imperuia, & διψῶσα, sitiens. [λ] Beneplacitum.] *Ita S. Augustinus, & vetus, quod græce est,* ὅτι εὐδόκησαν οἱ δοῦλοί σου τοὺς λίθους αὐτῆς, *Romanum,* quia beneplacitum habuerunt serui tui lapides eius. *Vulgata,* quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius. [μ] Scribatur hæc.] *Est hebraismus pro,* scribatur hoc: *latini autem habent,* scribantur hæc, *& plerique,* in generatione altera. *S. Augustinus tamen, & vetus,* in generationem alteram. [ν] Reges.] *Sic vulgata, & græci codices, S. Augustinus vetus, Romanum,* regna, *quemadmodum & S. Hieronymus ex hebræo.* [ξ] Fortitudinis.] *Aut,* virtutis, *vt vulgata, & Romanum. Symmachus* ἐκάκωσεν ἐν ὁδῷ τὴν ἰσχύν μου, *quæ S. Hieronymus vertit,* afflixit in uia fortitudinem meam. [ο] In generatione generationum.] *Sic ad verbum è græco. S. Augustinus, & vetus. Vulgata,* in generatione, & generationem. *Romanum,* in seculum seculi. [π] Volues.] ἑλίξεις, *pro quo notat Theodoretus Symmachum dixisse,* ἀλλάξεις, *& sic latini,* mutabis. [ρ] Dirigetur.] *Theodoretus ex Symmacho,* διαμενεῖ, permanebit.

B

C

[α] Ipsi Dauid. CII.

D BENEDIC anima mea Dominum: & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Benedic anima mea Dominum: & noli obliuisci omnes [β] laudationes eius. Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de corruptione vitam tuam: qui coronat te in misericordia & [γ] miserationibus: qui satiat in bonis desiderium tuum. Renouabitur, sicut aquilæ iuuentus tua. Faciens misericordias Dominus, & iudiciũ omnibus iniuriam patientibus. Notas fecit vias suas Moysi, filijs Israel voluntates suas. Miserator, & misericors Dominus: longanimis, & multæ misericordiæ. Non in finem irascetur: neque in æternum [δ] indignabitur. Non secundum

E peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniam secundum altitudinem cæli à terra, corroborauit Dominus misericordiam suam super timentes eum. Quantum distat ortus ab occidente; longe fecit à nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum; misertus est Dominus timentibus eum: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. [ε] Memento, quòd puluis sumus: homo, sicut fœnum, dies eius: sicut flos agri, ita efflorebit. Quoniam [ζ] spiritus pertransibit in eo, & non subsistet: & nõ cognoscet amplius locum suum. Misericordia autem Domini à seculo, & in seculum super

timentes eum. & iustitia eius super filios filiorum, custodientibus testamentum eius, & memoria retinentibus mandata eius, vt faciant ea. Dominus in cælo parauit sedem suam: & regnum eius omnium [η] dominatur. Benedicite Dominum omnes angeli eius, potentes fortitudine, facientes verbum eius, ad audiendam vocem sermonum eius. Benedicite Dominum omnes virtutes eius, ministri eius, qui facitis voluntates eius. Benedicite Dominum omnia opera eius, in omni loco dominationis eius: benedic anima mea Dominum.

α Ipsi David.] *Apud Theodoretum inscribitur,* Alleluia. β Laudationes.] αἰνέσεις, *quod etiam habetur in psalt. Æthiopico. In cæteris libris græcis est,* ἀνταποδόσεις, *& latinis,* retributiones. *Theodoretus ex Symmacho* εὐεργεσίας, beneficia. γ Miserationibus.] *Schol.* Aquila, & Symmachus, οἰκτιρμοῖς, miserationibus, lxx. & Theodotio, οἰκτιρμῷ, miseratione. δ Indignabitur.] *Sic S. Aug. & vetus, & Romanum, quod græce est,* μηνιεῖ. *Vulgata,* comminabitur. ε Memento.] *Sic S. Aug. & vetus psalt. & Romanum: itemque Arabicum, & Æthiopicum, & metaphrasis Apollinarij. In cæteris libris græcis est,* ἐμνήσθη, *& vulgata,* recordatus est. *Schol.* lxx. & Theodotio, μνήσθητι, memento: Symmachus μνημονεύων, in memoria habens. ζ Quoniam spiritus.] *Theodoretus ex Symmacho,* ὅτι πνεῦμα διέρχεται αὐτὸν, εἶτα οὐχ ὑπάρχει πνεῦμα, quoniam spiritus pertransit ipsum: deinde non subsistit spiritus. η Dominatur.] δεσπόζει, *latini tamen,* dominabitur.

Ipsi David. CIII.

BENEDIC anima mea Dominum: Domine Deus meus, [α] magnificatus es vehementer. Confessionem, & [β] decorem induisti, amictus lumine, sicut vestimento, extendens cælum, sicut pellem. Qui [γ] tegit in aquis superiora eius: qui ponit nubes ascensum [δ] suum. Qui ambulat super pennas ventorum: qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem [ε] flagrantem. Qui fundat terram super [ζ] stabilitatem eius: non inclinabitur in seculum seculi. Abyssus, sicut vestimentum, [η] amictus eius: super montes stabunt aquæ. Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt. Ascendunt montes, & descendunt campi in locum, quem fundasti eis. Terminum posuisti, quem non transgredientur: neque reuertentur operire terram. Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aquæ. Potabunt omnes bestiæ agri: [θ] suscipient onagri in sitim suam. Super [ι] ea volucres cæli habitabunt: de medio petrarum dabunt vocem. Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra. Producens fœnum iumentis; & herbam seruituti hominum. Vt educat panem de terra: & vinum [κ] lætificat cor hominis. Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmat. Saturabuntur ligna [λ] campi, cedri libani, quas plantauit. Illic [μ] passeres nidificabunt: [ν] erodij domus dux est eorum. Mõtes excelsi ceruis, petra refugium [ξ] herinacijs. Fecit Lunã in tẽpora: Sol cognouit occasum suum. Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ. Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi. Ortus est Sol, & [ο] congregabuntur: & in cubilibus suis cubabunt. Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Quàm magnificata sunt opera tua Domine? omnia in sapientia fecisti. Repleta est terra [π] creatura tua: hoc mare magnum, & [ρ] spaciosum: illic reptilia, quorum non est numerus: animalia pusilla cum magnis: illic naues [σ] pertranseunt. Draco hic, quem finxisti, ad [τ] illudendum ei. Omnia [υ] ad te expectant, vt des illis escam in tempore. Dante te illis, colligent: aperiente autem te manum, [φ] vniuersa implebuntur bonitate: auertente autem te faciem turbabuntur. Auferes spiritum eorum, & deficient: & in puluerẽ suum reuertentur. Emittes spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.

Sit gloria

A sit gloria Domini in sæculum: lætabitur Dominus in operibus suis. Qui respicit super terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant. Cantabo Domino in vita mea: psallam Deo meo, quamdiu sum. χ Iocundum sit ei eloquium meum: ego vero lætabor in Domino. Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita vt non sint: Benedic anima mea Dominum.

α Magnificatus es.] *Theodoretus habet*, ὡς ἐμεγαλύνθης, quàm magnificatus es, *& notat illud*, ὡς, *hoc etiam loco esse amplificationis. Refert autem Symmachum ita dixisse*, καὶ ὁ θεός μου μέγας (*al.* μέγας εἶ) σφόδρα, & Deus meus magnus (*al.* magnus es) valde. β Decorem.] εὐπρέπειαν. *Alij libri græci*, μεγαλοπρέπειαν, *quasi magnificentiam, aut magnidecentiam. Schol.* Aquila, ἐπιδοξότητα, καὶ διαπρέπειαν, claritatem, & decorem. Symmachus, ὕμνον, καὶ δόξαν ἠμφιάσω, hymnum, & gloriam induisti: Theodotio, μεγαλοπρέπειαν. γ Qui tegit in aquis.] B *Sic Romanum. S. Augustinus vero, & vetus*, qui protegit. *Vulgata*, qui tegis: *potest enim in secunda item vt in tertia persona accipi illud*, ὁ στεγάζων. *Videtur tamen potius accipiendum in tertia, vt etiam in sequentibus: & non desunt, qui hoc etiam loco*, superiora eius, *non superiora cæli, sed ipsius Dei intelligant. Attamen S. Hieronymus ad Suniã videtur ita correxisse, vt nunc est in vulgata. Quod autem pertinet ad verbum*, στεγάζειν, *valde illud significans est: significat enim fulcimentum, & quasi contignationem.* δ Suum.] *Sic Romanum. S. Augustinus autem, & vetus*, eius, *ambiguum enim est illud* αὐτοῦ, *Vulgata autem rursus*, tuum. ε Flagrantem.] *Vt S. Augustinus, & vetus: aut*, lucentem, *vt vulgata, & Romanum. Græce est*, πῦρ φλέγον. Aquila, πῦρ λάβρον, ignem vehementem. *Symmachus*, πυρίνην φλόγα, igneam flammam. ζ Stabilitatem eius.] *Vt Romanum, aut*, firmitatem eius, *vt S. Augustinus, & vetus. Est autem græce*, ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν αὐτῆς, *idest ipsiusmet terræ. Theodoretus*: Aquila autem, & Symmachus, ἐπὶ τῆς ἕδρας αὐτῆς, super sede, & base ipsius. η Amictus eius.] τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ. *Theodoretus*: Illud, αὐτοῦ, pro, αὐτῆς, posuit. Ita enim & Aquila, & Theodotio est interpretatus, ἄβυσσον ὡσεὶ ἔνδυμα περιέβαλες αὐτήν. *Et ita S. Hieronymus*, abysso, quasi vestimento operuisti eam. θ Suscipient.] *Sic S. Augustinus, & vetus, quod græce*, προσδέξονται ὄναγροι εἰς δίψαν αὐτῶν. *Vulgata, & Romanum*, expectabunt onagri in siti C sua. *Theodoretus ex Symmacho*, ἀνακτήσεται ὄναγρος δίψαν ἑαυτοῦ, recreabit onager sitim suam. ι Super ea.] ἐπ᾽ αὐτά. *Ita vulgata, & Romanum, & videtur intelligendum super aquas, aut super montes. Nam & aqua, & mons apud græcos neutri generis est. Sanctus Augustinus habuit, vt vetus*, super illos, *& interpretatur*, super montes. κ Lætificat.] εὐφραίνει, *& est hebraismus: sicut etiam paulo post*, cor hominis confirmat, στηρίζει. *Latini tamen habent*, lætificet, confirmet. *Theodoretus ex Symmacho*, ἐκβλαστῶν χόρτον τοῖς κτήνεσιν, καὶ χλόην τῇ δουλείᾳ τῶν ἀνθρώπων, εἰς τὸ ἐκφῦναι τροφὴν ἀπὸ γῆς, καὶ οἶνον εὐφραίνειν καρδίαν ἀνθρώπου, στίλβειν πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ, καὶ ἄρτον καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζειν, germinare faciens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum, vt enascatur alimentum de terra, & vinum lætificet cor hominis, niteat facies in oleo, & panis cor hominis confirmet. λ Ligna campi] *Quinta, & sexta editio, & Symmachus*, τοῦ κυρίου, Domini. *Aquila, & Thodotio*, τοῦ πεδίου κυρίου, campi Domini. *Theodoretus*, hebræus autem, & cæteri posuerunt κυρίου. μ Passeres.] *Theodoretus ex Aquila*, ἐκεῖ ὄρνεα νοσσεύσουσιν, ἐρωδιῷ ἐλάται οἶκος αὐτῷ. Ibi aues nidificabunt: herodio abietes domus ei. *Schol. addit ex Symmacho*, ὅπου στρουθία ἐννοσσεύσει τοῦ ἰκτῖνι βορρᾶ οἴκησις, vbi passeres nidificabunt miluo (*ita enim interpretatur S. Hieronymus ad Suniam.*) Borat habitatio. ν Erodij] *S. Augustinus, vetus, & Romanum*, fulicæ. *Græce est*, τοῦ ἐρωδιοῦ ἡ οἰκία ἡγεῖται, *& posset intelligi domum huius auis, idest abietem, aut quiddam eiusmodi, altiorem esse nidis* D *passerum.* ξ Herinacijs.] τοῖς χοιρογρυλλίοις, *quomodo omnes interpretes transtulisse testatur ad Suniam Sanctus Hieronymus præter lxx qui dixerint* λαγωοῖς, leporibus: *quod etiam reperitur in multis codicibus. S. Augustinus, & vetus habent vtrumque*, petra refugium hericijs, & leporibus. ο Congregabuntur.] *Symmachus*, ἀποχωρήσουσι, recedent, *quomodo S. Hieronymus.* π Creatura tua.] τῆς κτίσεώς σου. *Sic S. Augustinus, & vetus, & Romanum: Apud Theodoretum in textu eodem modo legitur: sed cum in explanatione dicatur*, κτήσεως *cæteri reddiderunt, videtur alterutro loco habuisse*, κτήσεως, possessione, *& sic vulgata.* ρ Spaciosum.] *Sic S. Augustinus, & vetus, & Romanum, ac S. Hieronymus Naum. 1. Qui scribens ad Suniam fatetur illud*, manibus, *quod additur in vulgata, ex hebraico, & Theodotionis editione in lxx. sub asterisco additum esse, & Aquilam sic esse interpretatum*, εὐρύχωρος χερσίν, *& omnes interpretes.* σ Pertranseunt.] διαπορεύονται, *latini tamen*, pertransibunt, *aut*, commeabunt. *Aquila*, περιπατεῖ, ambulant. τ Ad illudendum ei.] *Theodoretus*: Draconis nomine significat magnos cetos, qui in magnis pelagis libenter degunt. Illud vero, ἐμπαίζειν αὐτῷ, posuit pro, αὐτῇ, idest, τῇ θαλάσσῃ, maris. Nam hebræus, & Syrus ipsum masculine nominant. υ Ad te expectant.] πρὸς σέ, *& hic est hebraismus: latini autem*, à te expectant. φ Vniuersa.] τὰ σύμπαντα. *Aquila*, ἀνοίξεις χεῖρά E σου, ἐμπλησθήσονται ἀγαθοῦ, aperies manum tuam, implebuntur bono. *Theodotio*, ἀνοίξαντός σου τὴν χεῖρα, πλησθήσονται ἀγαθωσύνης, aperiente te manum, implebuntur bonitate. *Symmachus*, ἀνοίξαντός σου τὴν χεῖρά σου χορτασθήσονται ἀγαθῶν, aperiente te manum tuam satiabuntur bonis. *Sexta sola, & lxx. habent illud*, τὰ σύμπαντα. χ Iocundum sit ei eloquium meum.] *Theodoretus*, τὴν διαλογήν Symmachus quidem dixit διάλεξιν, Aquila autem, ὁμιλίαν. *S. Augustinus, & vetus*, suauis sit ei disputatio mea: *Romanum*, suauis sit ei laudatio mea.

α Alleluia. CIV.

CONFITEMINI Domino, & β inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius. Cantate ei, & psallite ei: narrate omnia mirabilia eius. γ Laudamini in nomine sancto eius: lætetur cor quærentium Do-

 minum

minum. Quærite Dominum, & [δ] confortamini: quærite faciem eius semper. Mementote mirabilium eius, quæ fecit: prodigia eius, & iudicia oris eius. Semen Abraham serui eius, filij Iacob electi eius. Ipse Dominus Deus noster: in omni terra iudicia eius. Memor fuit in sæculum testamenti sui: verbi, quod mandauit in mille generationes, quod disposuit ad Abraham, & iuramenti sui ad Isaac. Et statuit illud Iacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum: Dicēs, tibi dabo terram Chanaam, funiculum hæreditatis vestræ. Cum essent numero breues, paucissimi, & incolæ in ea. Et transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Non permisit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges. Nolite tangere Christos meos: & in prophetis meis nolite malignari. Et vocauit famem super terram: & omne firmamentum panis contriuit. Misit ante eos hominem: in seruum venundatus est Ioseph. Humiliauerunt in compedibus pedes eius: ferrum pertransiuit [ε] anima eius: donec veniret verbum eius. Eloquium Domini inflammauit eum: misit rex, & soluit eum: princeps [ζ] populorum, & dimisit eum. Constituit eum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ. Vt erudiret principes eius, sicut semet ipsum, & seniores eius sapientiam doceret. Et intrauit Israel in Aegyptum: & Iacob accola fuit in terra Cham. Et auxit populum suum vehementer: & firmauit eum super inimicos eius. Et conuertit cor eorum, vt odirent populum eius, & dolum facerent in seruis eius. Misit Moysem seruum suum, Aaron, quem elegit ipsum. Posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham. Misit tenebras, & obscurauit: & [η] exacerbauerunt sermones eius. Conuertit aquas eorum in sanguinem: [θ] & occidit pisces eorum: edidit [ι] terra eorum ranas, in penetralibus regum ipsorum. Dixit, & venit cynomya, & cyniphes in omnibus finibus eorum. Posuit pluuias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum. Et percussit vites eorum, & ficus eorum: & contriuit omne lignum finis eorum. Dixit, & venit locusta, & bruchus, cuius non erat numerus. Et comedit omne fœnum in terra eorum: & [κ] comedit fructum terræ eorum. Et percussit omne primogenitum [λ] de terra eorum, primitias omnis laboris eorum. Et eduxit eos in argento, & auro: & non erat in tribubus eorum infirmus. Læta est Aegyptus in profectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos. Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem, vt luceret eis per noctem. [μ] Petierunt, & venit coturnix: & pane cæli saturauit eos. Dirupit petrā, & fluxerūt aquæ: [ν] ierunt in siccis flumina. Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod habuit ad Abraham seruum suum. Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia. Et dedit eis regiones gentium, & labores populorum possederunt. Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius exquirant.

α Alleluia.] *Sic etiam Eusebius, & Theodoretus, ac S. Hieronymus in sua ex hebræo interpretatione. Alij tamen in hebraico coniungunt cum extremis verbis præcedentis psalmi.* β Inuocate.] *Eusebius, & Theodoretus:* Istud, ἐπικαλεῖσθε, Symmachus dixit, κηρύσσετε, prædicate. *Idem Eusebius testatur alium interpretem dixisse,* καὶ ἐπικαλεῖσθε ἐν ὀνόματι αὐτοῦ, & inuocate in nomine eius. γ Laudamini.] *Eusebius, & Theodoretus:* Pro, ἐπαινεῖσθε, Aquila posuit καυχᾶσθε, gloriamini. δ Confortamini.] *S. Augustinus:* Hoc enim de græco expressius interpretatum est: quamuis verbum minus latinum videatur; Vnde & alij codices habent, confirmamini, alij, corroboramini. ε Anima eius.] ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, *Latini tamen,* animam. *Theodoretus:* Hoc quidē Symmachus ita dixit, *εἰς σίδηρον ἦλθεν (al. διῆλθεν)* ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, in ferrum venit anima eius, idest, *μέχρι σφαγῆς ἐκινδύνευσεν,* vsque ad cædem est periclitatus. ζ Populorum.] *In alijs libris græcis est,* λαοῦ, populi. *Schol.* Aquila, & *Symmachus,* vt lxx. Theodotio autem λαοῦ. η Et exacerbauerunt.] S. *Augustinus, & vetus*

non ha-

A non habent, & *in alijs codicibus græcis, & apud Theodoretum legitur,* ὅτι παρεπίκραναν, quia exacerbauerunt, & *it*[a] *Romanum. S. Augustinus testatur in duobus codicibus se legisse,* non exacerbauerunt. *Vulgata*, & non exacerbauit sermones suos. Aquila, καὶ οὐ φιλονείκησαν, & non contenderunt. Symmachus, καὶ οὐκ ἠπίστησαν, & non fuerunt increduli (*sic enim S. Hieronymus:*) Theodotio, & quinta editio, καὶ οὐ παρεπίκραναν, & non exacerbauerunt. Sexta editio, vt lxx. θ Et occidit.] *Aquila, & Symmachus,* καὶ ἐθανάτωσεν, & morti tradidit. *Theodotio, & sexta editio, vt lxx.* ι Edidit.] ἐξῆρψεν. *Apud S. Hieronymum ad Suniam legitur* ἐξέρψεν, & *ipse interpretatur,* ebulliuit. S. *Augustinus, & vetus*, & dedit terra eorum ranas: *Romanum,* misit in terra eorum ranas. κ Et comedit fructum terræ eorum.] *Hæc absunt à Romano, nec leguntur apud Theodoretum. Aquila,* καὶ ἔφαγον τοὺς καρποὺς χθονὸς αὐτῶν, & comederunt fructus terræ eorum. *Symmachus*, καὶ ἐξέφαγον πᾶν γέννημα τῆς χώρας αὐτῶν; & exederunt omne genimen regionis eorum: *Theodotio,* καὶ κατέφαγον τὸν καρπὸν τῆς γῆς αὐτῶν, & deuorauerunt fructum terræ eorum. λ De terra eorum.] ἐκ τῆς γῆς αὐτῶν. *In alijs codicibus est*, ἐν τῇ γῇ αὐτῶν, & *sic vulgata, &* S. *Augustinus,* in terra eorum. *Apud Theodoretum legitur* ἐν γῇ αἰγύπτῳ, & *in Romano*, in terra Ægypti. μ Petierunt.] *Sic vulgata, & græci codices. Psalterium Romanum, & vetus, & S. Augustinus,* petierunt carnes. ν Et iuerunt in siccis.] ἐπορεύθησαν ἐν ἀνύδροις. *Latini,* abierunt in sicco. B

Alleluia. CV.

CONFITEMINI Domino, quoniam [a] bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Beati qui custodiuit iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. [β] Memento nostri Domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo: ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ, ad [γ] laudandum cum hæreditate tua. Peccauimus cum patribus nostris, iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua, & non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ. Et irritauerũt ascendẽtes in [δ] rubrum mare: & saluauit eos propter nomen suum: vt notam faceret potentiam suam. Et increpauit mare rubrum, & exiccatum est: & deduxit eos in abysso, sicut in deserto. Et saluauit eos de manũ odientium: & redemit eos de manu inimici. Operuit aqua tribulãtes eos: vnus ex eis non remansit. Et crediderunt [ε] verbis eius, & [ζ] laudauerunt laudem eius. [η] Festinauerunt, obliti sunt operum eius: non sustinuerunt consilium eius. Et concupierunt concupiscentiam in deserto: & tentauerunt Deum in inaquoso. Et dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in [θ] animam eorum. Et irritauerunt Moysem in castris, & Aaron sanctum Domini. Aperta est terra, & deglutiuit Dathan, & operuit super synagogam Abyron. Et exarsit ignis in synagoga eorum: & flamma combussit peccatores. Et fecerunt vitulum in Choreb: & adorauerunt sculptile: & mutauerunt gloriam suam in similitudine vituli comedentis fœnum. Obliti sunt Deum, qui saluauit eos, qui fecit magna in Aegypto, mirabilia in terra Cham, [κ] & terribilia super mare rubrum. Et dixit vt disperderet eos; si non Moyses electus eius stetisset in [λ] confractione in conspectu eius; vt auerteret [μ] ab indignatione iræ eius, ne disperderet. Et pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, & non crediderunt verbo eius. Et murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem Domini. Et eleuauit manũ suam super eos, vt prosterneret eos in deserto: & vt deijceret semen eorũ in gẽtibus, & dispergeret eos in regionibus. Et initiati sunt Beelphegor, & comederunt sacrificia mortuorum. Et irritauerunt eum in adiuuentionibus suis: & multiplicata est in eis ruina. Et stetit Phinees, & placauit: & cessauit [ν] quassatio. Et reputatum est ei in iustitiam, in generationem, & generationem vsque in sæculum. Et irritauerunt eum super aquam contradictionis: & vexatus est Moyses pro-

ses propter eos: Quia exacerbauerunt spiritum eius: & ξ distinxit in labijs suis. Non disperdiderunt gentes; quas dixit Dominus illis: & commisti sunt in gentibus: & didicerunt opera eorum. Et seruieruut sculptilibus eorum: & factum est illis in scandalum. Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs: & effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, quos sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Et ο interfecta est terra in sanguinibus: & contaminata est in operibus eorum: & fornicati sunt in ϖ adiuentionibus suis. Et iratus est ρ furore Dominus in populum suum: & abominatus est hæreditatem suam. Et tradidit eos in manus inimicorum: & dominati sunt eorum, qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorum: & humiliati sunt sub manibus eorũ. Sæpe liberauit eos: ipsi autem exarcerbauerunt eum in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et vidit Dominus, cũ tribularentur, cum σ exaudiret orationem eorum. Et memor fuit testamenti sui: & pænituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ. Et dedit eos in misericordias in conspectu omnium, qui ceperant eos. Saluos nos fac Domine Deus noster, & congrega nos de gentibus. Vt confiteamur nomini sancto tuo, vt gloriemur in laude tua. Benedictus Dominus Deus Israel à sæculo, & vsque in sæculum: & dicet omnis populus Fiat, Fiat.

α Bonus.] χρηστός, *quod vocabulum notat S. Hieronymus ad Suniam vtile, & bonum, & suaue verti posse, quod etiam paulo inferius in hoc eodem psalmo notat*. S. Augustinus. β Memento nostri.] *Schol.* Aquila, Symmachus, Theodotio, quinta, sexta, vt lxx. S. *Hieronymus ex hebræo*, recordare mei. γ Ad laudandum.] *Latini*, vt lauderis. *Sed vidit S. Augustinus vnam, eandemque esse in his tribus versibus græcam eloquutionem, ad videndum, ad lætandum, ad laudandum.* δ In rubrum mare.] *Sic Romanum, quod græce est*, ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. *Et sic plures codices græcos, & latinos, quos inspicere potuit, habuisse testatur S. Augustinus*, in mare rubro: *quamuis codex, quem tunc intuebatur, haberet, vt etiam vetus, & vulgata, & S. Hieronymus ad Suniam*, in mari, mare rubrum, *quamuis sub asterisco.* ε Verbis.] *Sic vulgata, & græci. In Romano, & vetere psalterio est*, in verbis: *itemque apud S. Augustinum, qui & istam loquutionem notat.* ζ Et laudauerunt.] *Sic S. Augustinus, & vetus, & vulgata, quod græce est*, ᾔνεσαν. *In alijs tamen codicibus græcis est*, ᾖσαν, *& in Romano*, & cantauerunt. η Festinauerunt.] *Sic clarius verti illud*, ἐτάχυναν, *indicauit S. Augustinus, quàm quomodo est apud cæteros latinos*, cito fecerunt. θ In animam.] *Sic S. Hieronymus ex hebræo. In alijs codicibus græcis est*, εἰς τὰς ψυχὰς, *& sic latini*, in animas. ι In similitudine.] *Et hanc loquutionem notat S. Augustinus, cum tamen idem valeat, atque*, in similitudinem, *quod est in vulgata, & Romano.* κ Et terribilia.] *A multis græcis, & latinis abest illud*, &. λ Confractione.] S. *Augustinus*, in confractione, idest in plaga: *græce est*, ἐν τῇ θραύσει. μ Ab indignatione iræ eius.] ἀπὸ θυμοῦ ὀργῆς αὐτοῦ. *In alijs codicibus græcis est*, τὸν θυμὸν αὐτοῦ, *& in latinis*, iram eius. ν Quassatio.] S. *Augustinus*: quæ autem hic posita est quassatio, hæc superius confractio: nam in græco vnum verbum est. *Theodoretus*, τῶν θραυσμ Symmachus dixit πληγὴν, *quomodo diximus S. Augustinum esse interpretatum confractionem.* ξ Et distinxit.] καὶ διέστειλεν. Aquila, διέκρινεν, diiudicauit. ο Interfecta.] *Sic vulgata, & vetus, & S. Augustinus, qui etiam notat sic habere græcos codices: Romanum*, infecta est. ϖ Adinuentionibus.] ἐπιτηδεύμασιν. *Disputat* S. Augustinus *de notione istius dictionis, & inquit alios ex latinis non adinuentiones, sed studia, alios affectiones, vel affectationes, alios voluptates dicere maluisse. Romanum plerumque habet*, studia, *hoc autem loco*, obseruationibus. ρ Furore.] *Notat* S. Augustinus *vocabulum* θυμὸς, *alios reddere iram, alios indignationem, alios animum, quemadmodum hic Romanum.* σ Cum exaudiret.] *Sic Romanum. Vetus vero, & S. August.* cum audiret. *Vulgata*, & audiuit, *græce est*, ἐν τῷ αὐτὸν εἰσακοῦσαι.

Alleluia. CVI.

CONFITEMINI Domino, quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius. Dicant, qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregauit eos: ab oriente, & occasu, & Aquilone, & mari. Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Esurientes, & sitientes: anima eorum in ipsis defecit. Et clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur: & de necessitatibus eorum eripuit

A puit eos. Et deduxit eos in viam rectam, vt irent in ciuitatem habitationis. Confiteantur Domino misericordiæ eius, & [β] mirabilia eius filijs hominum. Quoniam satiauit animam inanem: & [γ] esurientem impleuit bonis. Sedentes in tenebris, & vmbra mortis, compeditos in mendicitate, & ferro Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & consilium altißimi irritauerunt. Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sunt, nec fuit, qui adiuuaret. Et clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur: & de necesßitatibus eorũ saluos fecit eos. Et eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis: & vincula eorũ dirupit. Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominũ. Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorũ: propter B iniustitias enim suas humiliati sunt. Omnem escam abominata est anima eorũ: & appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Et clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur: & de necesßitatibus eorum saluos fecit eos. Misit verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de [δ] corruptelis eorum. Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Et sacrificent ei [ε] sacrificium laudis: & annuncient opera eius in exultatione. Qui descendunt in mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis. Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. Dixit, & stetit spiritus procellæ: & exaltati C sunt fluctus eius. Ascendunt vsque ad cælos: & descendunt vsque ad abyssos. Anima eorum in malis tabescebat: turbati sunt, moti sunt, sicut ebrius: & omnis sapientia eorum absorpta est. Et clamauerunt ad Dominum, cum tribularẽtur: & de necesßitatibus eorum eduxit eos. Et [ζ] imperauit procellæ: & stetit in auram: & siluerunt fluctus eius. Et lætati sunt, quia siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis [η] eorum. Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum. Et exaltẽt eum in ecclesia populi, & in cathedra seniorum laudent eum. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim. Terram fructiferam in salsuginem, à malitia inhabitantium in ea. Posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitus aquarum. Et collocauit illic esu- D rientes: & constituerunt [θ] ciuitates habitationis. Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas: & fecerunt fructum [ι] geniminis. Et benedixit eos, & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non [κ] minorauit. Et [λ] pauci facti sunt: & vexati sunt, à tribulatione malorum, & dolore. Effusus est [μ] contemptus super principes eorum, & errare [ν] fecit eos in inuio, & non in via. Et adiuuit pauperem à [ξ] mendicitate, & posuit sicut oues, familias. Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os suum. Quis sapiens, & custodiet hæc, & intelliget misericordias Domini?

E [α] Alleluia.] *S. Augustinus inquit huic psalmo, sicut etiam præcedenti, præponi pro titulo duplex alleluia; quod tamen in collatis libris non est inuentum. Quinimo hebræi & hoc simplex* Alleluia *ponunt pro fine præcedentis psalmi.* [β] Et mirabilia.] *Theodoretus ex Symmacho,* καὶ τὰ τεράστια αὐτοῦ, τὰ εἰς τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, & prodigia eius, quæ in filios hominum. [γ] Et esurientem.] *Plerique græci codices habent,* καὶ ψυχὴν πεινῶσαν, *&* *latini,* & animam esurientem. [δ] De corruptelis.] ἐκ τῶν διαφθορῶν. *S. Augustinus, & vetus,* de corruptela: *Romanum*, de interitu, *vulgata*, de interitionibus. [ε] Sacrificium laudis.] *Theodoretus ex Aquila,* θυσίαν εὐχαριστίας, sacrificium Eucharistiæ, idest gratiarum actionis. [ζ] Et imperauit.] *Ita S. Augustinus, & vetus psalt. & græci codices, quamuis. S. Hieronymus ad Suniam aliquid in ijs verbis superflui agnoscat: Aquila,* ἀναστήσει λαίλαπα εἰς αὔραν, restituet turbinem in auram. *Symmachus,* στήσαντος αὐτοῦ τὴν καταιγίδα εἰς γαλήνην, statuente eo tempestatem in tranquillitatem, *Theodotio,* καὶ ἔστησεν τὴν καταιγίδα αὐτῶν εἰς αὔραν, & statuit procellam eorum in auram. *& vulgata, & Romanum eodem modo, nisi quòd vulgata (vt etiam S. Hieronymus ad Suniam) pro,* eorum, *habet,* eius: *Romanum verò neutrum, & respondet hebræo. Schol.* καὶ ἀποχεῦμα ἡ καταιγὶς τῇ αὔρᾳ ἀπεχώρει,

& statim

& statim tempestas auræ cedit. η Eorum.] *Sic latini, & hanc lectionem probat S. Hieronymus ad Suniam. In multis autem codicibus græcis (quemadmodum & in codice Suniæ) & apud Theodoretum est*, θελήματος αὐτοῦ, voluntatis suæ. θ Ciuitates.] Schol. Aquila, Symmachus lxx, πόλιν, ciuitatem: *& sic latini.* ι Geniminis.] καρπὸν γεννήματος. *S. Augustinus, & vetus*, fructum frumenti. *Vulgata, & Romanum*, fructum natiuitatis. *Hac notione sumitur sæpe natiuitas in Ecclesiastico.* κ Non minorauit.] οὐκ ἐσμίκρυνε. *Romanum*, non sunt minorata. *S. Augustinus, & vetus*, non sunt diminuta. *Aquila*, οὐκ ὀλιγώσει, non minuet. *Symmachus*, οὐκ ὀλίγα ἐποίησεν, non pauca reddidit. *Theodotio, vt lxx.* λ Et pauci.] *Symmachus*, ὠλιγώθησαν, καὶ κατεφθάρησαν ἀπὸ συνοχῆς κακῆς, καὶ ταλαιπωρίας. Imminuti, & corrupti sunt à pressura mala, & calamitate. μ Contemptus.] *Sic S. Augustinus, & vetus, quod græce est*, ἐξουδένωσις. *Romanum, & vulgata*, contentio: *sed videtur legendum*, contemptio. ν Errare fecit.] *Aut*, seduxit, *vt S. Augustinus, & vetus. Romanum vero*, seduxerunt. *Theodoretus ex Symmacho*, καὶ πλανήσει αὐτοὺς (*huc usque Schol. tribuit etiam Aquilæ*) ἐν ματαιότητι διανοίας, & errare faciet eos in vanitate mentis. ξ A mendicitate.] *Aut*, de inopia, *vt Romanum, & vulgata. Symmachus*, καὶ ὀχυρώσει πένητα ἀπὸ κακώσεως, καὶ τάξει ὡς ποίμνια τὰς συγγενείας, & muniet pauperem ab afflictione, & statuet tanquã greges cognationes. *Theodoretus ex Aquila*, καὶ ἐπαρεῖ πτωχὸν ἐκ πενίας, καὶ θήσει ὡς ποίμνιον συγγενείας, *quæ sic videtur vertisse S. Hieronymus*, & subleuabit pauperem de inopia, & ponet quasi gregem familias.

Canticum psalmi ipsi Dauid. CVII.

PARATVM cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psallam in gloria ^α mea. Exurge psalterium, & cithara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis Domine: psallam tibi in gentibus. Quia magna est super cælos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua. Exaltare super cælos Deus: & super omnem terram gloria tua. Vt liberentur dilecti tui: saluum fac dextera ^β & exaudi me. Deus loquutus est in sancto suo: ^γ exaltabor, & diuidam Sicima, & vallẽ tabernaculorum dimentiar. Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephræm susceptio capitis mei: Iudas rex meus. Moab lebes spei ^δ meæ: super Idumæam proijciam calceamentũ meum: mihi alienigenæ ^ε subditi sunt. Quis adducet me in ciuitatem ^ζ circunstantiæ? aut quis deducet me vsque in Idumæam? ^η Nonne tu Deus, qui repulisti nos, & non ^θ exibis Deus in virtutibus nostris? Da nobis auxiliũ de tribulatione: & vana salus hominis. In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

α Gloria mea.] *In alijs libris græcis hæc sequuntur*, ἐξεγέρθητι ἡ δόξα μου. *& psalt. vetus, & Romanum*, exurge gloria mea. *Absunt tamen à vulgata, & S Hieronymus ad Suniam inquit apud nullum interpretum reperiri: sed ex psalmo 56. huc esse ab aliquo translata.* β Dextera.] *In alijs græcis codicibus est*, τῇ δεξιᾷ σου, *& in latinis*, dextera tua. γ Exaltabor.] ὑψωθήσομαι. *S. Augustinus*, exultabo. *Romanum, & vetus*, lætabor, *vt in psalmo 59.* δ Spei meæ.] *Aquila*, λέβης λουτροῦ μου, *quod S. Hieronymus*, peluis meæ. *Symmachus*, ἀμεριμνίας μου, tranquillitatis meæ. *Theodotio, vt lxx.* ε Subditi sunt.] ὑπετάγησαν. *Sic habent libri græci, quibuscum facit metaphrasis Apollinarij. In libro quodam manuscripto ad marginem est appositum*, ἐφιλίασαν. *S. Hieronymus ad Suniam scribit illud quidem esse in psal. 59. sed in hoc apud omnes translatores inueniri*, ἐφιλιώθησαν, *al.* φίλωσαν, *& vulgata*, amici facti sunt. ζ Circumstantiæ.] περιοχῆς. *Ita vetus psalt. & S. Hieronymus ex hebræo. Vulgata, & Romanũ*, munitam: *Symmachus*, περιπεφραγμένην, circumseptam, circummunitã. η Nonne tu Deus.] οὐχὶ σὺ ὁ θεὸς, *Symmachus* εἰμὴ σὺ ὁ θεὸς; nisi tu Deus. θ Et non exibis.] *Theodoretus ex Symmacho*, καὶ μὴ προελθὼν θεὲ ἐν τοῖς στρατεύμασιν (*al.* τοῖς στρατεύσασιν) ἡμῶν; & qui non præiuisti Dee in exercitibus nostris? ι Et vana.] *Ita vetus psalt. & Romanum: vulgata autem*, quia vana.

In finem psalmus ipsi Dauid. CVIII.

DEVS ^α laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est. Loquuti sunt aduersum me lingua dolosa: & sermonibus odij circumdederunt me: & expugnauerunt me gratis. Pro eo, vt diligerent me, detrahebant mihi: ego autem orabam. Et posuerunt aduersum me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea. Constitue super eum peccatorem: & diabolus stet à dextris eius: cum iudicatur, exeat condemnatus: & oratio eius

A tio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci: & episcopatum eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. Nutantes transferantur filij eius, & mendicent: eijciantur de [β] parietinis suis. [γ] Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius: & diripiant alieni labores eius. Non sit illi adiutor: nec sit, qui misereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur. Fiant contra Dominum semper: & dispereat de terra memoriale eorum. Pro eo, quod non est recordatus facere misericordiam: & persequutus est hominem inopem, & mendicum, & compunctum B corde mortificare. Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Et induit maledictionem, sicut vestimentum: & intrauit, sicut aqua, in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. Fiat ei, sicut vestimentum, quo operitur: & sicut zona, qua semper præcingitur. Hoc opus eorum, qui [δ] detrahunt mihi apud Dominum, & qui loquũtur mala aduersus animam meam. Et tu Domine, Domine fac mecũ propter nomen tuum; quia suauis est misericordia tua. Libera me, quia egenus, & pauper sum ego: & cor meũ cõturbatum est intra me. Sicut vmbra, cum declinat, ablatus sum: excussus sum sicut locustæ. Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro [ε] mea immutata est C propter oleum. Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me, mouerunt capita sua. Adiuua me Domine Deus meus: & saluum me fac secundum misericordiam tuam. Et sciant, quia manus tua hæc: & tu Domine fecisti eam. Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgunt aduersus me, confundantur: seruus autem tuus lætabitur. Induantur, qui detrahunt mihi, pudore: & operiantur, sicut diploide, confusione sua. Confitebor Domino [ζ] nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum. Quia astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequentibus animam meam.

α Deus laudem meam.] *Aquila*, θεὲ ὑμνήσεώς μου, Dee laudationis meæ. *Symmachus*, ὁ θεὸς ὑμνήσεώς μου. D *Theodotio, vt lxx.* β Parietinis.] ἐκ τῶν οἰκοπέδων αὐτῶν. *Ita est apud S. Augustinum, & in vetere in psalmo* 101. *quare & hoc loco ita vertendum iudicauimus: licet hic apud latinos sit*, habitationibus. *Theodoretus*, secundum alios autem, ἐκ τῶν ἐρειπίων, ex ruderibus, & ruinis. γ Scrutetur fœnerator.] *Theodoretus ex* Symmacho, συγκρούσαι πράκτωρ πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ, concutiat exactor omnem substantiam ipsius. δ Qui detrahunt mihi.] *Theodoretus*, alij autem dixerunt, τῶν ἀντικειμένων, qui aduersantur, *& sic S. Hieronymus. Eandem varietatem notat & paulo post idem Theodoretus.* ε Et caro mea.] *Theodoretus ex Symmacho*, καὶ ἡ σάρξ μου ἠλλοιώθη ἀπὸ ἀναλειψίας (*al.* ἀνηλειψίας,) caro mea immutata est ab omissione vnctionis. ζ Nimis.] *Notat S. Augustinus, quod græce est*, σφόδρα, *latinos interdum interpretari*, nimis, *interdum*, valde, *& cum ita ponitur*, nimis, *posse & in laude poni.* η A persequentibus.] *Aquila*, ἀπὸ κρινόντων, *Symmachus* ἀπὸ τῶν κρινόντων, à iudicantibus: *Theodotio*, ἐκ διωκόντων. *sexta editio*, ἐκ τῶν διωκόντων, ab insequentibus, *quinta editio*, ἐκ τῶν δικαζομένων, à iudicium exercentibus.

E

Psalmus ipsi Dauid. CIX.

DIXIT Dominus Domino meo; sede à dextris meis: Donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tuæ [α] emittet tibi Dominus ex Sion: [β] dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ, in [γ] splendoribus sanctorum tuorum: [δ] ex vtero ante Luciferum genui te. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Dominus à dextris tuis: confregit in die iræ suæ reges. Iudicabit in gentibus, implebit ruinas: conquassabi

ſabit capita ſuper terram multorum. De torrente in via bibit: propterea exaltabit caput. A

α Virtutis emittet tibi.] *Græci collati codices,* ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ σοι. *Sed S. Hieronymus ad Suniam teſtatur manifeſte, & in hebræo, & in lxx. interpretibus haberi,* virtutis tuæ: *ſicut & latini habent.* β Dominare.] κατακυρίευε. *In multis codicibus additur,* καὶ, *quod idem S. Hieronymus negat apud lxx. haberi. Apud Tertullianum eſt,* & dominabitur. *apud S. Cyprianum, S. Auguſtinum, & in pſalterio veteri,* & dominaberis. *Aquila,* ἐπικράτει ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν σου, inualeſce propter inimicos tuos. *Symmachus,* σὺ δὲ παίδευε ἔνδον τοὺς ἐχθρούς σου, tu autem corripe intus inimicos tuos. *quinta editio,* κατακυρίευσον, dominare: *ſexta,* κατακυριεύσεις, dominaberis. γ In ſplendoribus ſanctorum tuorum.] *Vulgata,* in ſplendoribus ſanctorum. *S. Auguſtinus, & vetus,* in ſplendore ſanctorum. *Chryſoſtomus:* alius, ἐν δόξῃ ἁγίων, in gloria ſanctorum. δ Ex vtero.] *Aquila,* ἀπὸ μήτρας ἐξορθριζομένης σοι δρόσος παιδιότητός σου, de vulua diluculo ſurgentis tibi ros pueritiæ tuæ. *Symmachus,* ὡς κατ' ὄρθρον σοι δρόσος ἡ νεότης σου, ſicut iuxta diluculum tibi ros adoleſcentia tua. *Quinta editio,* ἐκ μήτρας ἐπ' ὄρθρου σοι δρόσος ἡ νεότης σου, de vulua ſuper auroram tibi ros adoleſcentia tua. ε Super terram multorum.] ἐπὶ γῆς πολλῶν. *Vulgata,* in terra multorum. *Vetus,* ſuper terram multam. *S. Auguſtinus,* ſuper terram multa, *S. Hieronymus ex hebræo,* percuſſit caput in terra multa. B

Alleluia. CX.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde [α] meo: in conſilio iuſtorum, & congregatione. Magna opera Domini, [β] exquiſita in omnes voluntates eius. [γ] Confeſſio, & magnificentia opus eius: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors, & miſerator Dominus: [δ] eſcam dedit timentibus ſe. Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui: fortitudinẽ operum ſuorum annunciauit populo ſuo: Vt det illis hæreditatem gentium: opera manuum eius [ε] veritas, & iudicium. Fidelia omnia mandata eius, facta in veritate, & æquitate. Redemptionem miſit populo ſuo: mandauit in æternum teſtamentum ſuum. Sanctum, & terribile nomen eius: initium ſapientiæ timor Domini. Intellectus autem bonus omnibus [ζ] facientibus eum: laudatio eius manet in ſeculum ſeculi. C

α Corde meo.] *Illud,* meo, *ſuperfluum eſſe dicit S. Hieronymus, & Apollinarius non habet.* β Exquiſita.] ἐξεζητημένα. *Chryſoſtomus:* alius, ἠκριβωμένα, accurata: alius, παρεσκευασμένα, parata, inſtructa. γ Confeſſio.] *Chryſoſtomus:* alius, ἔπαινος καὶ ἀξίωμα ἡ ἐργασία αὐτοῦ, laus, & dignitas, operatio eius. δ Eſcam dedit.] *Theodoretus ex Symmacho,* θήραν ἔδωκεν τοῖς φοβουμένοις αὐτοῦ *(fortaſſe* αὐτὸν*)* μνημονεύων αἰωνίας συνθήκης αὐτοῦ, venationem (*aut,* prædam) dedit timentibus ſe, recordatus ſempiterni teſtamenti ſui. *S. Hieronymus in tradit. inquit,* θήραν, *apud Ægyptios ſignificare far.* ε Veritas.] *Chryſoſt.* Vſitatum ſæpe ſcripturæ ipſam etiam clementiam dicere veritatem, &c. ζ Facientibus eum.] *S. Auguſtinus, & vetus non habent,* eum. D

Alleluia. CXI.

BEATVS vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis. Potẽs in terra erit ſemen eius: generatio rectorũ benedicetur. Gloria, & diuitiæ in domo eius: & [α] iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Exortum eſt in tenebris lumen [β] rectis: miſericors, & miſerator, & iuſtus. [γ] Suauis vir, qui miſeretur, & commodat: diſponet ſermones ſuos in iudicio: quoniam in æternum non commouebitur. In memoria æterna erit iuſtus: ab [δ] auditione mala non timebit. [ε] Paratum cor eius ſperare in Domino: confirmatum eſt cor eius: [ζ] non timebit, [η] donec videat ſuper inimicos ſuos. Diſperſit, dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi: cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator videbit, & iraſcetur: dentibus ſuis fremet, & tabeſcet: deſiderium peccatoris peribit. E

α Iuſtitia.]

A α Iustitia.] *Chrysostomus*: alius, ἡ ἐλεημοσύνη, misericordia: alius, ἡ φιλανθρωπία, humanitas, & clementia β Rectis.] *S. Augustinus, & vetus*, rectis corde: *Theodoretus*, ἔθνεσιν, gentibus. *Sed facilis lapsus ab* εὐθέσιν, *ad* ἔθνεσιν. γ Suauis.] *Vt S. Augustinus, & vetus: aut*, iocundus, *vt vulgata*, χρηστὸς ἀνήρ. *Theodoretus ex Symmacho*, ἀγαθὸς ἀνὴρ χαριστικὸς, καὶ κιχρῶν, οἰκονομῶν τὰ πράγματα αὐτοῦ μετὰ κρίσεως, bonus vir beneficus, & commodans, disponens res suas cum iudicio. δ Ab auditione mala.] *Chrysostomus*: alius, ἀγγελίαν κακὴν οὐ φοβηθήσεται, nuncium malum non timebit. ε Paratum.] *Symmachus*, ἑδραία ἡ καρδία αὐτοῦ, ἀμέριμνος ἐν κυρίῳ. Firmum cor eius, expers solicitudinis in Domino. ζ Non timebit.] οὐ φοβηθῇ, *latini*, non commouebitur. η Donec videat super.] *Sic S. Augustinus, & vetus: nec multo aliter S. Hieronymus ex hebræo*, donec aspiciat in hostibus suis. *Vulgata*, donec despiciat inimicos suos: *græce est*, ἕως οὗ ἐπιδῇ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ.

Alleluia. CXII.

B LAVDATE α pueri Dominum: laudate nomen Domini. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & vsque in seculum. A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini. Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria eius. Quis sicut Dominus Deus noster; qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo, & in terra? Qui suscitat à terra inopem, & de stercore erigit pauperem. Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui. Qui habitare facit sterilem in domo, matrem β super filijs lætantem.

α Pueri.] *Theodoretus*, παῖδας hoc loco non iuuenes, vt quidam existimant, *sed* τοὺς δούλους, seruos ipsos vocat. Ita enim & Aquila, & Symmachus, & Theodotio sunt interpretati, & hebræus inquit ἀβδὴ, Abde: C sic autem & Syrus. β Super filijs.] ἐπὶ τέκνοις, *latini tamen*, filiorum.

Alleluia. CXIII.

IN exitu Israel de α Ægypto, domus Iacob de populo barbaro. Facta est Iudæa sanctificatio eius: Israel potestas eius. Mare vidit, & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum. Montes β gestierunt velut arietes, & colles velut agni ouium. Quid est tibi mare; quòd fugisti? & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum? Montes γ quia gestijstis, velut arietes? & colles velut agni ouium? D A facie Domini δ commota est terra, à facie Dei Iacob. Qui ε conuertit petrã in stagna aquarum, & ζ rupem in fontes aquarum. Non nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam. η Super misericordia tua, & veritate tua: nequando dicant gentes, vbi est Deus eorum? Deus autẽ noster in cælo, & θ in terra: omnia, quæ voluit, fecit. ι Simulachra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt. Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt. Manus habent, & non contrectabunt: pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. E Domus Israel sperauit in Domino: adiutor, & protector eorum est. Domus Aaron sperauit in Domino: adiutor, & protector eorum est. Qui timent Dominũ sperauerunt in Domino: adiutor, & protector eorum est. Dominus κ recordatus nostri benedixit nos: benedixit domum Israel, benedixit domum Aaron. Benedixit eos, qui timent Dominum: pusillos cum magnis. Adijciat Dominus super vos: super vos, & super filios vestros. Benedicti vos λ Domino, qui fecit cælum, & terram. Cælum cæli Domino: terram autem dedit filijs hominum. Non mortui laudabunt te Domine: neque omnes qui de-

ſcendunt in infernum. Sed nos, qui viuimus, benedicemus Dominum ex hoc nunc & vſque in ſeculum. A

α Ægyptus.] *Schol.* Ægyptus interpretatur, σκότος, tenebræ. β Geſtierunt.] *Ita S. Auguſtinus, & vetus: vulgata*, exultauerunt, *græce*, ἐσκίρτησαν. γ Quia geſtiiſtis.] τὰ ὄρη, ὅτι ἐσκιρτήσατε. *S. Auguſtinus, & vetus*, quare geſtiiſtis. *Vulgata*, montes exultaſtis. δ Commota.] *Vel*, mota, *vt vulgata. Aquila*, ὠδινήσατο, parturiuit. ε Qui conuertit.] *Symmachus*, τοῦ μεταβάλλοντος, qui tranſmutat. ζ Rupem.] S. *Auguſtinus, & vetus*, rupes. *Chryſoſt.* ἀκρότομον dicit eam, quæ ferro non facile cedit, ſed à ſummo vix frangitur. η Super miſericordiam tuam.] *Chryſoſtomus* alius, διὰ τὸ ἔλεός σου, propter miſericordiam tuam, *quemadmodum & S. Hieronymus.* θ Et in terra.] *Sic plerique libri græci*, καὶ ἐν τῇ γῇ, *quod S. Hieronymus ad Suniam ſuperfluum eſſe dicit: & abeſt à vulgata, & veteri. Romanum vero*, Deus autem noſter in cælo ſurſum: in cælo, & in terra omnia, &c. *cum quo faciunt pſalt. Æthiopicum, & Apollinarius: nec multo aliter videtur habuiſſe* S. *Auguſtinus.* ι Simulachra.] *Schol.* principium ſecundæ partis pſalmi. Nam apud hebræos in duos diuiſus eſt hic pſalmus. Ita in quibuſdam exemplaribus inuentus eſt, vt inquit Euſebius. *Sed fortaſſe potuit hoc ſcholion pertinere ad illa verba*, non nobis Domine, &c. κ Recordatus noſtri.] μνησθεὶς ἡμῶν εὐλόγησεν ἡμᾶς, *latini*, memor fuit noſtri, & benedixit nos, *vel*, nobis. λ Domino.] κυρίῳ. & eſt hebraiſmus: *latini*, à Domino. μ Benedicemus.] εὐλογήσομεν τὸν κύριον, *& reſpondet hebræo. latini*, benedicimus. *In alijs codicibus græcis eſt*, εὐλογήσωμεν, benedicamus. *Theodoretus*, εὐλογήσομέν σε κύριε, benedicemus te Domine.

Alleluia. CXIV.

DILEXI: quoniam exaudiet Dominus vocẽ deprecationis meæ. Quia inclinauit aurem ſuam mihi: & in diebus meis inuocabo. Circundederunt me dolores mortis: pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem, & dolorem inueni: & nomẽ Domini inuocaui. O [α] Domine erue animam meã: miſericors Dominus, & iuſtus: & Deus noſter miſeretur. Cuſtodiens paruulos Dominus: [β] humiliatus ſum, & ſaluũ me fecit. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi. Quoniam exemit animam meam de morte: oculos meos à lachrymis, & pedes meos à lapſu. Placebo in [γ] conſpectu Domini, in regione viuorum. C

α O Domine.] *Chryſ.* alius, ἀξιῶ κύριε ἐξελοῦ τὴν ψυχήν μου, quæſo Domine, exime animam meam: alius, ὦ δὴ κύριε σῶσον τὴν ψυχήν μου, Hem Domine ſalua animam meam. β Humiliatus ſum.] *Theodoretus ex Symmacho*, ἠτόνησα, καὶ ἔσωσέν με, langui, & ſaluauit me. γ In conſpectu.] *Ita S. Auguſtinus, & vetus, & omnes græci* ἐνώπιον κυρίου: *quamuis S. Hieronymus ad Suniam id dicat eſſe ſuperfluum, & probet, quod eſt in vulgata*, placebo Domino. *Chryſ.* alius, ἔμπροσθεν κυρίου, ante Dominum: alius, ἐμπεριπατήσω. *Et ſic S. Hier.* deambulabo. D

Alleluia. CXV.

CREDIDI, [α] propter quod locutus ſum: ego autem [β] humiliatus ſum nimis. Ego [γ] autẽ dixi in ecſtaſi mea, omnis homo mendax. Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo. [δ] Vota mea Domino reddam coram omni populo eius: precioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius. O Domine, ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Dirupiſti vincula mea: tibi ſacrificabo ſacrificium laudis: & in nomine Domini inuocabo. Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi eius: in atrijs domus Domini, in medio tui Hieruſalem. E

α Credidi.] *Theodoretus*: Hebræus, & cæteri interpretes, & ipſe etiam Syrus hunc pſalmum præcedenti coniungunt: eidem. n. inhæret ſententiæ. Nonum autem in duos diuidentes, hac horũ pſalmorũ coniunctione æqualẽ pſalmorũ ſeruant numerum. β Humiliatus ſum.] ἐταπεινώθην. *Sym.* ἐκακώθην, afflictus ſum, *& ſic S. Hier. Aliud ſchol.* Sym. ἠτόνησα, langui. γ Ego autẽ dixi in ecſtaſi mea.] *Ita S. Aug. & vetus. Vulg. vero*, ego dixi in exceſſu meo. *Theodor.* Aquila autẽ ſic, ἐγὼ εἶπα, ἐν τῷ θαμβεῖσθαί με, πᾶς ἄνθρωπος διάψευσμα, ego dixi in pauore meo, omnis homo mendacium (*& ſic S. Hier.*) Theodotio autem, πᾶς ἄνθρωπος ἐκλείπει, omnis homo deficit: Symmachus autem καὶ εἶπον ἀδημονῶν, πᾶς ἄνθρωπος διαψεύδεται, & dixi, cum anxius, ac mœrens eſſem, omnis homo mentitur. δ Vota mea domino reddam coram omni populo eius.] *Hæc deſunt apud S. Auguſtinum, & in veteri: itemque paulo poſt*, & in nomine Domini (*vel*, & nomen Domini) inuocabo.

Alleluia.

Alleluia. CXVI.

A

LAVDATE Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Alleluia. CXVII.

CONFITEMINI Domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc domus Israel, [α] quoniam bonus: quoniam in seculũ misericordia eius. Dicat nunc domus Aaron, quoniã bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Dicant nunc omnes, qui timẽt Dominum, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudiuit me in latitudinem. Dominus mihi adiutor: & nõ timebo, quid faciet mihi homo. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine. Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus. Omnes gentes circun dederunt me: & [β] nomine Domini vltus sum eos. [γ] Circundantes circundederunt me: & nomine Domini vltus sum eos. Circundederunt me, sicut apes [δ] fauum: & [ε] exarserunt, sicut ignis in spinis: & nomine Domini vltus sum eos. [ζ] Impulsus, euersus sum, vt caderem: & Dominus suscepit me. Fortitudo mea, & laudatio mea Dominus: & factus est mihi in salutem. Vox exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum. Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me: dextera Domini fecit virtutem. Non moriar, sed viuam: & enarrabo opera Domini. [η] Castigans castigauit me Dominus: & morti non tradidit me. Aperite mihi portas iustitiæ: ingressus in eas confitebor Domino. [θ] Hæc porta Domini: iusti intrabunt in eam. Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem. Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in [ι] caput anguli. A Domino [κ] facta est hæc: & est mirabilis in oculis nostris. Hæc est dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea. O Domine salua [λ] nunc: O Domine bene [μ] prosperare nunc: benedictus, qui venit in nomine Domini: benediximus vos de domo Domini. Deus Dominus, & illuxit nobis: [ν] constituite diem solennem in condensis vsque ad cornua altaris. Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te. [ξ] Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

α Quoniam bonus.] *In græcis codicibus & hic, & in duobus sequentibus versiculis hæc repetuntur: in veteri psalt. & apud S.* Augustinum *hic, & in sequenti: in vulgata hic tantum.* β Nomine Domini.] *Est hebraismus, vt subintelligatur præpositio. Quare S. Augustinus, & vetus,* & in nomine Domini vltus sum eos. *Vulgata,* & in nomine Domini, quia vltus sum in eos: *itemque S.*Hieronymus *ad Suniam, qui etiam inquit requiri illud,* quia. *Symmachus,* διέθρυψα, fregi. γ Circumdantes.] *Theodoretus:* Symmachus, ἐκύκλωσάν με, καὶ πάλιν περιεκύκλωσάν με, circundederunt me, & rursus vndique circundederunt me: idest, sibi inuicem perpetuo succedentibus incursionibus usi sunt, atque omni genere oppugnationum. δ Fauum.] κηρίον, *& ita S. Augustinus, & vetus. A vulgata, quemadmodum & ab hebræo, abest.* ε Exarserunt.] ἐξεκαύθησαν, *Aquila, & Symmachus,* καὶ ἀπεσβέσθησαν ὡς πῦρ ἀκανθῶν, & extinctæ sunt, quasi ignis spinarum, *& ita etiam* S.*Hieronymus, sed sine coniunctione,* &. ζ Impulsus.] S.*Augustinus, & fortasse etiam vetus habuit,* tanquam cumulus arenæ impulsus sum, ut caderem. η Castigans.] *S. Augustinus, & vetus,* emendans emendauit, παιδεύων ἐπαίδευσε. θ Hæc porta.] *Ita græci collati codices.* S. Augustinus, *& vetus,* hæ portæ Domini: iusti intrabunt in eas. ι In caput anguli.] *Theodoretus ex* Symmacho, ἀκρογωνιαῖος, in summo angulo positus. κ Facta est hæc.] *Ita græci, & est hebraismus, onere fœmininum pro neutro: vulgata autem posuit neutrum: vt sæpe solet. S.Hieronymus, Sanctus Augustinus, & vetus,* à Domino factum est ei: & est mirabilis in oculis nostris:

Aquila, παρὰ κυρίου ἐγένετο τοῦτο, αὐτὸ παράδοξον ἐφάνη ἡμῖν, à Domino factum est hoc: id incredibile uisum est nobis. *Symmachus,* αὕτη ἐστὶ θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, hæc est mirabilis in oculis nostris. λ Nunc.] *Ita & alibi, & initio huius psalmi redditur particula,* δή, *cuius loco nihil hic apud latinos ponitur. Habet autem sæpe vim quandam deprecandi, vt apud latinos,* hem, amabo, obsecro: *quod & hoc loco in dictione hebræa agnoscit* S. *Hieronymus in epistola ad Damasum de Osianna: vbi etiam illud* δή *videtur potius ex alijs interpretibus agnoscere, quã ex lxx. quamuis ita coniungat* ὦ δή. μ Bene prosperare.] εὐόδωσον, *& posset etiam verti,* bene prospera (*ita enim S. Augustinus in explanatione*) prospere deduc. ν Constituite.] S. *Aug. & vetus*, constituite diem festum in confrequentationibus, *quasi pro,* πυκάζουσιν, *quod habent collata exemplaria, legerint,* πυκάσμασιν. *Chrysostomus:* Alius, δήσατε ἑορτὴν ἐν πιμελέσι, ligate solennitatem in pinguibus: alius, συνδήσατε ἐν πανηγύρει πυκάσματα, colligate in celebri conuentu densitates, *atque hunc locum iuxta vtrumque interpretem diligenter explanat. Scholiastes primam interpretationem tribuit* Aquilæ, *secundam Symmacho: & ad verbum* πυκάζουσιν *hæc adnotat,* σκιάζουσιν, καλύπτουσιν, κοσμοῦσιν, obumbrantibus, tegentibus, ornantibus. ξ Confitebor tibi.] *Schol.* hi duo uersiculi non ponuntur in Tetraselido apud ullum, neque apud lxx. neque in libro Eusebij. *Aliud Scholion,* totus ipse uersiculus apud neminem est inuentus. *Nam vltimus quidem,* confitemini, &c. *est etiam in hebræo, & magnam vim habet, vt Patres ostendunt.*

Alleluia. CXVIII.

BEATI α immaculati in via, qui ambulãt in lege Domini. Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. Vtinã dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Tunc non confundar, dum β inspicio in omnia mandata tua. Confitebor tibi in directione cordis, in eo, quòd didici iudicia iustitiæ tuæ. Iustificationes tuas custodiã: ne derelinquas me vsque γ valde. In quo δ corriget adolescentior vias suas? in custodiendo sermones tuos. In toto corde meo exquisiui te: ne me repellas à mandatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua; vt non peccem tibi. Benedictus es Domine: doce me iustificationes tuas. In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. In mandatis tuis ε exercebor, & considerabo vias tuas. In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos. Retribue seruo tuo: ζ viuam, & custodiam sermones tuos. Reuela oculos meos: & considerabo η mirabilia de lege tua. θ Incola ego sum in terra: ne abscondas à me mandata tua. ι Concupiuit anima mea desiderare iudicia tua, in omni tempore. Increpasti superbos: maledicti, qui declinant à mandatis tuis. Aufer à me opprobrium, & contemptum: quia testimonia tua exquisiui. Etenim sederunt principes, & aduersus me obloquebãtur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis. Nam & testimonia tua meditatio mea est: & κ cõsilia mea iustificationes tuæ. Adhæsit pauimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuum. Vias meas enunciaui, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas. Viam iustificationum tuarum λ fac me intelligere: & exercebor in mirabilibus tuis. μ Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis. Viã iniquitatis amoue à me, & lege tua miserere mei. Viã veritatis elegi: & iudicia tua non sum oblitus. Adhæsi testimonijs tuis Domine; noli me confundere. Viã mandatorum tuorũ cucurri, cũ dilatasti cor meũ. ν Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarũ: & exquiram eam semper. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & custodiam illã in toto corde meo. Deduc me in semita mandatorũ tuorũ, ξ quia ipsam volui. Inclina cor meũ in testimonia tua, & non in auaritiã. Auerte oculos meos ne videãt vanitatẽ: in via tua

viuifica

A viuifica me. Statue seruo tuo eloquium tuum, ꝰ in timorem tuum. Amputa opprobrium meum, quod ᵀ suspicatus sum, quia iudicia tua iocunda. Ecce concupiui mandata tua: in tua iustitia viuifica me. Et veniat super me misericordia tua Domine, salutare tuum ᵖ secundum verbum tuum. Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speraui in sermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsque valde: quia in iudicijs tuis supersperaui. Et custodiam legem tuam semper, in seculum, & in seculum seculi. Et ambulabam in latitudine; quia mandata tua exquisiui. Et loquebar in testimonijs tuis in conspectu regũ, & non confundebar. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi ᵟ ni B mis. Et leuaui manus meas ad mandata ᵀ tua, quæ dilrexi: & ᵛ exercebar in iustificationibus tuis. Memento ᵠ verborum tuorum seruo tuo, in quibus mihi spem dedisti. Hæc me consolata est in humilitate mea; quia eloquium tuum viuificauit me. Superbi inique agebant vsque valde: à lege autem tua non declinaui. Memor fuit iudiciorum tuorum à seculo Domine: & χ consolatus sum. ᚹ Tædium tenuit me à peccatoribus derelinquẽtibus legem tuam. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco ʷ incolatus mei. Memor fui in nocte nominis tui Domine: & custodiui legem tuam. ᵃᵃ Hæc facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisiui. Portio mea es Domine: dixi custodire legem tuam. C Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum. Cogitaui vias ᵝ tuas: & conuerti pedes meos in testimonia tua. Paratus sum, & non sum turbatus, ad ᵞ custodiendum mandata tua. Funes peccatorum ᵟ circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus. Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super iudicia iustitiæ tuæ. ᵋ Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Misericordia tua Domine plena est terra: iustificationes tuas doce me. ϛ Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine, secundum verbum tuum. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi. Priusquam humiliarer, ego D deliqui: propterea eloquium tuũ custodiui. Bonus es tu Domine: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. ᶯ Coagulatum est sicut lac, cor eorum: ego vero legem tuam meditatus sum. ᶿ Bonum mihi, quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas. Bona mihi lex oris tui, super millia auri, & argenti. Manus tuæ fecerunt me, & ᶥ plasmauerunt me: da mihi intellectum, & discam mandata tua. Qui timent te videbunt me, & lætabũtur: quia in verba tua supersperaui. Cognoui Domine, quia iustitia iudicia tua: & ᵏ veritate humiliasti me. Fiat ᶺ nunc misericordia tua, vt consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo. Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam: E quia lex tua meditatio mea est. Confundantur superbi, quoniam iniuste iniqui tatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis. ᵘ Conuertantur ad me, qui timent te, & qui cognoscunt testimonia tua. Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, vt non confundar. Defecit in salutare tuum anima mea: in verba tua supersperaui. Defecerunt oculi mei in eloquiũ tuum, dicentes: quando consolaberis me? Quia factus sum, sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus. Quot sunt dies serui tui? quando facies mihi de persequentibus me iudicium? Narrauerunt mihi iniqui ᵛ fabulationes, sed non

vt lex tua Domine. Omnia mandata tua veritas: ξ iniuste persequuti sunt me, adiuua me. Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua. Secundum misericordiam tuam viuifica me: & custodiam testimonia oris tui. In æternum Domine verbum tuum permanet in cælo: in generationẽ & generationem veritas tua. Fundasti terram, & permanet: ordinatione tua perseuerat dies: quoniam ° omnia seruiunt tibi. Nisi quòd lex tua meditatio mea est; tunc ◦ vtique perijssem in humilitate mea. In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Tuus sum ego: saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui. ρ Me substinuerunt peccatores, vt perderent me: testimonia tua intellexi. Omnis σ consummationis vidi finem: latum mandatum tuum valde. τ Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea est. Super inimicos meos υ sapere me fecisti mandatum tuum: quoniam in æternum, φ meum est. Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. Super seniores intellexi: quia mandata tua exquisiui. Ab omni via mala χ prohibui pedes meos: & custodiam verba tua. À iudicijs tuis non declinaui, quia tu legem posuisti mihi. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. A mandatis tuis intellexi: propterea odio habui omnem viam iniquitatis. Lucerna pedibus meis ψ lex tua, & lumen semitis meis. Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Humiliatus sum vsque valde Domine: viuifica me secundum verbum tuum. Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me. Anima mea in manibus ω tuis semper: & legis tuæ non sum oblitus. Posuerunt peccatores laqueũ mihi: & à mandatis tuis non erraui. Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei sunt. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem. Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi. Adiutor meus, & susceptor meus es tu: in verba tua supersperaui. Declinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei mei. Suscipe me secundum ααα eloquium tuum, & β viuifica me: & ne confundas me ab expectatione mea. Adiuua me, & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper. γ Ad nihilum deduxisti omnes discedentes à iustificationibus tuis: quia iniusta cogitatio eorũ. δ Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua. Cõfige ε clauis à timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui. Feci ζ iudicium, & iustitiam: ne tradas me η ijs, qui mihi iniuriam faciunt. θ Excipe seruum tuum in bonum: non calumnientur me superbi. Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium iustitiæ tuæ. Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me. Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum; & sciam testimonia tua. Tempus faciendi ι Domino: κ dissipauerunt legem tuam. Ideo dilexi mandata tua super aurum, & topazion. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui. Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea. Manifestatio sermonum tuorum λ illuminabit, & intelligere faciet paruulos. Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam. Respice in me, & miserere mei, secundum iudicium diligentium nomen tuum. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniquitas. Redime me à calumnia hominum: & custodiam mandata tua. Faciem tuam illumina super seruum

A uum tuum: & doce me iustificationes tuas. Exitus aquarum ζ descenderunt oculi mei, quia non η custodiui legem tuam. Iustus es Domine, & recta iudicia tua. Mandasti iustitiam testimonia tua, & veritatem valde. Tabefecit me ς zelus tuus, quia obliti sunt verba tua inimici mei. ι Ignitum eloquium tuum valde: & seruus tuus dilexit illud. Iunior ego sum, & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus. Iustitia tua, iustitia in æternum, & lex tua veritas. Tribulatio, & necessitates inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est. Iustitia testimonia tua in æternũ: intellectum da mihi, π & viuam. Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine: iustificationes tuas exquiram. Clamaui ρ tibi, saluũ me fac: & custodiam testimonia tua. Præueni σ in immaturitate, & clamaui: in

B verba tua supersperaui. Præuenerunt oculi mei ad matutinum, vt meditarer eloquia tua. Vocem meam audi Domine secundum misericordiam tuam: secũdum iudicium tuum τ viuifica me. Appropinquauerunt persequentes me υ iniquitate: à lege autem tua longe facti sunt. Prope es Domine: & omnes viæ tuæ veritas. Initio cognoui de testimonijs tuis: quia in æternum fundasti ea. Vide humilitatem meam, & eripe me; quia legem tuam non sum oblitus. Iudica iudicium meum, & redime me: φ propter verbum tuum viuifica me. Longe à peccatoribus salus; quia iustificationes tuas non exquisierunt. Miserationes tuæ multæ Domine: secundum χ iudicium tuum viuifica me. Multi, qui perse-

C quuntur me, & tribulant me: à testimonijs tuis non declinaui. Vidi ψ insensatos, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in misericordia tua viuifica me. Principium verborum tuorum veritas: & in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ. Principes persequuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum. Exultabo ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. Iniustitiam odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi ω Septies in die αααα laudaui te, super iudicium iustitiæ tuæ. Pax multa diligentibus legem tuam: & non est eis scandalum. Expectabã salutare tuum Domine: & mandata tua dilexi. Custodiuit anima mea testimo-

D monia tua, & dilexit ea valde. Custodiui mandata tua, & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo Domine. Appropinquet oratio mea in conspectu tuo Domine: secundum eloquium tuum da mihi intellectum. Intret postulatio mea in conspectu tuo Domine: secundum eloquium tuum eripe me. β Eructent labia mea hymnum; cum docueris me iustificationes tuas. Pronunciet lingua mea eloquia tua: quia omnia mandata tua iustitia. Fiat manus tua vt saluet me: quia mandata tua γ elegi. δ Concupiui salutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea est. Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me. Erraui sicut ouis perdita: quære seruum tuum; quia mandata

E tua non sum oblitus.

α Beati immaculati in via.] *Schol.* nondum versus est. Dicebat enim quidam versus esse metricos apud hebræos, hexametros quidem, qui in cantico Deuteronomij, psalmos autem esse trimetros, & tetrametros. Est igitur primus versus vsque ad illud, in lege Domini. β Dum inspicio.] *Ita S. Augustinus, & vetus, quod græce,* ἐν τῷ με ἐπιβλέπειν. *S. Hilarius,* cum respicio. *S. Ambrosius,* cum perspiciam, *vulgata*, cum perspexero in omnibus mandatis tuis. γ Vsque valde.] *Sic rursus. S. Augustinus, & vetus, quod græce,* ἕως σφόδρα. *S Hilarius,* vsque nimis, *cuius etiam lectionis facit mentionem S. Augustinus, S. vero Ambrosius, & vulgata,* vsquequaque, *& huiusmodi varietas in dictione ista sæpe vsu uenit in hoc psalmo.* δ Corriget.] κατορθώσει, *vbi fere latini,* corrigit. *Symmachus,* ἐν τίνι λαμπρυνεῖ νεώτερος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, in quo illustrabit iunior viam suam? ε Exercebor.] *Ita S. Hilarius, & S. Ambrosius, & vulgata: Vetus,* garriam: *cuius vtriusque lectioni,*

lectionis mentionem facit. S. Augustinus: græce enim est, ἀδολεσχήσω, *quod Apollinarius reddidit* κελαδήσω, *& videtur accedere ad illud,* garriam. ζ Viuam.] ζήσομαι, *& sic etiam Apollinarius, & SS. Hilarius, Augustinus, & vetus, & Romanum, & S. Hieronymus in sua tralatione ex heb. S. Ambr.* vt viuam. *In alijs libris græcis est* ζῆσόν με, *& vulgata,* viuifica me. η Mirabilia.] *Symmachus,* τεράστια, prodigiosa. θ Incola.] πάροικος. *Notat S. Augustinus aliquos ex nostris,* inquilinus, *aliquos,* incola, *nonnullos etiam,* aduena, *esse interpretatos. S. Hilarius,* accola. ι Concupiuit.] ἐπεπόθησεν. *Theodotio, quinta, & sexta editio,* ἐπεποίθησεν, confidit. *Symmachus,* τελεία ἦν perfecta fuit. *Aquila, vt lxx.* κ Consilia mea.] *Ita S. Hilarius, & S. Ambrosius: cæteri latini,* consilium meum. λ Fac me intelligere.] *Sic putat, S. Augustinus expressius de græco dici, quam,* insinua mihi, *aut,* instrue me. μ Dormitauit.] *Sic latinæ editiones, & Æthiopica:* ἐνύσταξεν *græci libri, & Apollinarius,* ἤμυσε, inclinabatur, & cadebat. *S. Ambrosius, licet testetur quosdam codices habere,* dormitauit; *ipse tamen habuit,* stillauit, *& inquit Origenē hanc interpretationem esse sequutum* ἔσταξεν. *S. Hilar. hoc alijs interpretibus tribuit,* ἐνύσταξεν *vero lxx.* ν Legem pone mihi.] νομοθέτησον, *quod posset etiam verti,* doce, ostende. *S. Hilarius,* legem statue, *& inquit latinum non potuisse satis explicare virtutem verbi græci, & hebraici. S. Ambrosius,* legem mihi constitue. *Theodoretus:* Illud, νομοθέτησον, Symmachus dixit, ὑπόδειξον, ostende: Aquila, & Theodotio, φώτισον illumina. ξ Quia ipsam volui.] ὅτι αὐτὴν ἠθέλησα. *Aquila,* ὅτι ἐν αὐτῇ ἐβουλήθην, quia in ipsa volui. *Theodotio, & sexta editio,* ὅτι αὐτὴν ἠθέλησα, *quinta editio,* ὅτι ἐν αὐτῇ. *Symmachus vt lxx. Ex quo scholio videtur colligi aliquid discriminis interfuisse inter lectionem lxx. & Theodotionis: & consideranda sunt, quæ hoc loco dicuntur à S. Hilario.* ο In timorem tuum.] εἰς τὸν φόβον σου, *& sic vertit. S. Hieronymus ex hebræo. Latini tamen libri habent,* in timore tuo. π Quod suspicatus sum.] *Theodoretus:* Aquila autem pro, ὑπώπτευσα, dixit, ὑπεστάλην, timui. Et sic etiam Theodotio. Symmachus autem, ὃν εὐλαβοῦμαι, quod reuereor. *S. Hieronymus,* quod reueritus sum. ρ Secundum verbum tuum.] κατὰ τὸν λόγον σου, *Symmachus vt lxx. Aquila, & Theodotio* κατὰ τὸ λόγιόν σου, *& sic latini,* secundum eloquium tuum. σ Nimis.] *Ita Romanum, & S. Ambrosius. S. Hilarius,* vehementer, *&,* valde. *A vetere abest. Græci fere omnes hoc loco habent,* σφόδρα, *pauci autem in sequenti versiculo.* S. *Augustinus,* quæ dilexi: siue, quod nonnulli codices habent in vtroque versu, dilexi valde, aut nimis, aut vehementer, sicut interpretari placuit, quod græce σφόδρα dicitur. S. *Hieronymus ad Suniam inquit esse superfluum.* τ Tua.] *Mirum est, quomodo & hoc S. Hieronymus dicat esse superfluum: cum non modo cæteri codices habeant græci, & latini, sed ipse etiam in sua versione.* υ Et exercebor.] *S. Augustinus,* quod plures interpretes dicere maluerunt, quàm lætabar, aut garriebam, quod aliqui interpretati sunt ex eo, quod græcus ἠδολέσχουν. φ Verborum.] *Sic græci* τῶν λόγων, *sed latini,* verbi tui, in quo. χ Consolatus sum.] *S. Augustinus,* vel, sicut alij codices habent, & exhortatus sum, id est exhortationem accepi: Vtrumque enim potuit interpretari de verbo græco παρεκλήθην. *Id habet S. Hilarius. Sed S. Ambrosius,* & me consolatus sum. ψ Tædium.] *Sic S. Augustinus, & vetus, quod græce* ἀθυμία. *Romanum,* defectio animi. *S. Hilarius, & vulgata,* defectio. *S. Ambrosius,* pusillanimitas. ω Incolatus mei.] *S. Augustinus,* vel, sicut alij codices habent, in loco peregrinationis meæ. *Theodoretus:* Ita enim interpretati sunt, & cæteri interpretes, ᾄσματα ἦν μοι πάντα τὰ προστάγματά σου ἐν τόπῳ τῆς παροικίας μου, cantica erant mihi omnia præcepta tua in loco peregrinationis meæ. αα Hæc facta est mihi.] *Laborat S. Augustinus in ista eloqutione explicanda: sed est hebraismus: quare S. Hieronymus, ita vertit,* hoc factum est mihi, *id est hoc mihi boni contigit.* β Vias tuas.] *Ita græci codices, & metaphrasis Apollinarij, & Ambrosiana editio Mediolanensis Ecclesiæ, & Romana, & Æthiopica, &* Arabica, *cæteræ vero editiones latinæ, & SS. Hilarius, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus habent,* vias meas. *Theodoretus:* hebræus autem habet, τὰς ὁδούς μου, vias meas. Ita autem & cæteri interpretes sunt interpretati, & ipsi lxx. in hexaplo. *addit autem Schol. pro eo quod sequitur,* conuerti, *id est,* ἐπέστρεψα, *Symmachum dixisse,* ἐπέστρεφον, conuertebam. *Nonnulli ex nostris habent,* auerti, *quod non placuit S. Hieronymo.* γ Ad custodiendum.] *S. Augustinus, vt cæteri fere latini, habet,* vt custodiam, *sed hæc addit,* quod aliqui interpretati sunt, ad custodiendum mandata tua, *aliqui,* vt custodirem aliqui, custodire: quod græcus posuit, τοῦ φυλάξασθαι. δ Peccatorum.] *Recte admonet. S. Augustinus hoc non esse declinatum ab eo, quod sunt peccata, sed ab eo, quod sunt peccatores: est enim,* ἁμαρτωλῶν. ε Particeps.] *Theodoretus:* Symmachus autem pro, μέτοχος dixit συνημμένος, coniunctus. Syrus autem φίλος, amicus. *Addit Schol. Aquilam, & Theodotionem dixisse, vt lxx.* ζ Bonitatem.] S. *Augustinus:* Quod ait græcus χρηστότητα, aliquando suauitatem, aliquando bonitatem nostri interpretes transtulerunt. *S. Ambrosius,* iocunditatem, *eamque dictionem perpendit. Symmachus,* ἀγαθὰ ἐποίησας τὸν δοῦλόν σου, *quod S.* Hieronymus, benefecisti seruo tuo. η Coagulatum.] *Schol.* ἐσκληρύνθη, ἀπελιθώθη, induratum est, in lapidem degenerauit. θ Bonum mihi.] *Theodotio, vt lxx. Symmachus,* συνήνεγκέ μοι, ὅτι ἐκακώθην ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν τὰ προστάγματά σου, contulit mihi, quòd afflictus sum, vt discerem præcepta tua. ι Plasmauerunt.] *Aut,* finxerunt, *vt S. Augustinus, & alij. S. Ambrosius,* parauerunt. *Symmachus,* ἀπήρτισάν με, perfecerunt me. κ Veritate.] *Ita græci, quod nostræ editiones,* in veritate. *S. Hilarius tamen habet,* vere, *quemadmodum etiam vertit S. Hieronymus.* λ Nunc.] *Sic Romanum, & S. Ambrosius, quod græce,* δή, *& diximus sæpe habere vim quandam obsecrationis.* μ Conuertantur ad me.] *S. Augustinus:* In nonnullis codicibus inuenimus, & græcis, & latinis, conuertantur mihi: quod tantumdem valere existimo, quantum si dicatur, ad me. *In græcis collatis codicibus est,* ἐπιστρεψάτωσάν με, *quod Theodoretus inquit Symmachum clarius dixisse,* ἀναστρεψάτωσάν με οἱ φοβούμενοί σε, reuocent me (*aut,* reuertantur ad me) qui timent te. ν Fabulationes.] ἀδολεσχίας. *S. Augustinus,* quod vsque adeo vno verbo nequaquam dici latine potest, vt aliqui delectationes, aliqui fabulationes eas dicerent, vt non immerito accipiatur esse quidem illas exercitationes, sed in sermone cum quadā delectatione. *SS. Hilarius, & Ambrosius habēt,* exercitationes: *Aquila,* ἐσκαλλόν μοι ὑπερήφανοι βρόχους, sarriebant mihi superbi laqueos. *Symmachus,* ὑπώρυξάν μοι ὑπερήφανοι ὑπόγεια, suffoderunt mihi superbi subterranea. *Quinta editio,* ὤρυξάν μοι ὑπερήφανοι βοθύνους, foderunt mihi superbi foueas, *& ita S. Hieronymus.* ξ Iniuste.] *Sic S. Ambrosius (quod indicat explanatio) & fortasse S. Augustinus,* inique. *S. Hilarius, & psalterium*

rium Æthiopicum: editiones latinæ, iniqui, aut, iniusti. In Arabico vtrumque coniungitur, iniqui inique. ο Omnia seruiunt tibi.] Sic latini, græce est, τὰ σύμπαντα δοῦλα σά, omnia (si latine dici posset) sunt serua tua. An autem ita prorsus dixerint lxx. dubitari potest ex isto scholio: Theodotio, & Symmachus, vt lxx. Aquila, δοῦλα σά. π Tunc vtique.] Sic solet sæpe verti illud, ἄν. S. Ambrosius in explanatione, alioqui perijssem. Plerique tamen hic habent, forte, aut, forsitan. ρ Sustinuerunt.] Theodoretus: Illud, ὑπέμειναν, Symmachus, & Theodotio dixerunt, προσεδόκησαν, expectauerunt, & ita latini. σ Omnis consummationis.] Romanum, omni consummationi, quod videtur respondere interpretationi Aquilæ, quæ refertur in scholio, τῇ πάσῃ τελέσει. Theodoretus ex Symmacho, πάσης κατασκευῆς εἶδον πέρας: εὐρύχωρος ἡ ἐντολή σου, omnis apparationis vidi terminum: spaciosum est mandatum tuum. De ista voce πέρας, disputat SS. Hilarius, & Ambrosius, nec putant vocabulo latino satis exprimi eius vim. τ Quomodo.] ὡς, & posset verti, Quàm: & sic S. Hieronymus ex hebræo. υ Sapere me fecisti.] Ita S. Augustinus, & vetus, quod græce ἐσόφισάς με. Romanum, & vulgata, & S. Hilarius, prudentem me fecisti. φ Meum est.] ἐμή ἐστιν. Latini, mihi est. Aquila, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα αὐτή μοι, quia in sempiternum hoc est mihi (& ita S. Hieronymus:) Theodotio, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνά μοι, Symmachus, διὸ εἰς αἰῶνα αὐτή μοι, quæ idem sibi volunt. χ Prohibui pedes meos.] ἐκώλυσα τοὺς πόδας μου. Aquila, εἶρξα πόδας μου, coercui pedes meos. Theodotio, quinta, & sexta editio, ἐκώλυσα. Symmachus vt lxx. ψ Lex tua.] Ita S. Hieronymus in cap. 1. Aggæi, & psalterium Æthiopicum, & ita codices græci, & Theodoretus, ὁ νόμος σου, & metaphrasis Apollinarij, σὸς θεσμός: editiones vero latinæ, SS. Hilarius, Ambrosius, Augustinus, verbum tuum. ω Tuis semper.] Sic Romanum psalt. & Æthiopicum, & Arabicum, & ijdem sancti Patres, & codices græci, & Theodoretus, χερσί σου, & metaphrasis Apollinarij, παλάμῃσι σῇσιν. Cæteræ vero editiones latinæ habent, in manibus meis, quam SS. Augustinus, & Ambrosius fatentur nonnullos codices habere, licet plures illam. S. Hieronymus ad Suniam testatur, & lxx. & omnes alias interpretes habuisse, in manibus meis, & Schol. Aquila, ἡ ψυχή μου ἐν ταρσῷ μου, anima mea in vola mea: Symmachus, ἡ ψυχή μου μετὰ χεῖρά μου, anima mea ad manum meam: Theodotio, vt lxx. Quinta editio, ἐν χειρί μου, in manu mea, & ita S. Hieronymus. ααα Eloquium.] λόγιον. Schol. lxx. Theodotio, & Symmachus, τὸν λόγον σου, sermonem tuum: Aquila, τῷ ῥήματί σου, verbo tuo. Theodoretus habet, κατὰ τὸ ἔλεός σου, secundũ misericordiam tuam. β Et viuifica me.] καὶ ζῆσόν με. Latini, & psalterium Arabicum, & Æthiopicum, & viuã: neutrum videtur Apollinarius habuisse. γ Ad nihilum deduxisti.] aut, spreuisti, vt Romanũ, & vulg. & SS. Hilarius, & Ambrosius: Aquila, ἀπεσκολόπισας πάντας τοὺς ἀποστρεφομένους ἀπὸ ἀκριβασμοῦ, ὅτι ψευδεῖς συνεπιθέσεις αὐτῶν, confixisti omnes auertentes se à lege, quoniam mendaces sunt dolosæ coitiones eorum. Symmachus, ἀπήλεγξας πάντας τοὺς ῥεμβομένους ἀπὸ τῶν προσταγμάτων σου, ματαία γὰρ πᾶσα ἡ δολιότης αὐτῶν, reprobasti omnes vagantes à præceptis tuis: vana enim omnis dolositas eorum. Theodotio, et quinta editio, ἐξουδένωσας πάντας τοὺς πλανωμένους ἀπὸ τῶν ἀκριβασμάτων σου, ὅτι ἄδικον τὸ ἐνθύμημα αὐτῶν, ad nihilum deduxisti omnes errantes à præceptis tuis, quoniam iniusta cupiditas eorum. δ Præuaricantes.] Aut, præuaricatores, vt S. Ambrosius: Aquila, σέμφυλα ἐλογίσω πάντας ἀσεβεῖς τῆς γῆς, vinacea deputasti omnes impios terræ. Symmachus, σκωρίαν, (al. σκαιωρίαν, sed Theodoretus habet σκωρίαν) ἐλογίσω πάντας παρανόμους, Scoriam (al. dolum) putasti omnes transgressores legis: Theodotio, & quinta editio, εἰς οὐδὲν διέκοψας τοὺς ἀσεβεῖς τῆς γῆς, ad nihilum concidisti impios terræ. ε Confige clauis.] Ita putat S. Augustinus, recte verti illud, καθήλωσον, eodem modo S. Ambrosius: Theodotio, vt lxx. Symmachus, ὀρθοτριχεῖ ἀπὸ φόβου σου ἡ σάρξ μου, quod S. Hieronymus videtur vertisse, horripilauit à timore tuo caro mea. Aquila, ἡλώθη ἀπὸ πτοήσεώς σου ἡ σάρξ μου, clauis fixa est à pauore tui caro mea. ζ Feci iudicium.] ἐποίησα κρίμα. Aquila, quinta, & sexta editio, ἐποίησα κρίσιν, quod idem valet. Symmachus, ἐποίησα τὰ κρίματά σου, feci iudicia tua. η Ijs, qui mihi iniuriam faciunt.] τοῖς ἀδικοῦσί με. SS. Hilarius, Ambrosius, & Augustinus, & vetus psalterium, nocentibus me, vulgata, calumniantibus me. Romanum, persequentibus me, quarum lectionum mentionem facit etiam S. Augustinus, ac miratur in nullo se codice legisse, aduersantibus, cum in suo græco haberet, τοῖς ἀντιδίκοις, quod tamen in nullo ex collatis exemplaribus est inuentum. θ Excipe.] Ita SS. Hilarius, & Augustinus, & vetus, quod græce est, ἔκδεξαι. Romanum, elige, vulgata, & S. Ambrosius, suscipe. Symmachus, ἀνάδεξαι, recipe. Aquila, & Theodotio, ἐγγύησαι, sponde, quod etiam est. S. Hieronymi. ι Domino.] Ita S. Hilarius, & vetus, & S. Augustinus, licet testetur in quibusdam etiam haberi codicibus, quod est in vulgata, & Romano et apud S. Ambrosium, domine. Symmachus, καιρὸς κράξαι τῷ κυρίῳ, ὅταν διασκεδάζωσι τὸν νόμον σου, Tempus clamandi Domino, quando dissipant legem tuam. κ Dissipauerunt.] διεσκέδασαν. Schol. Aquila, ἠκύρωσαν, irritam fecerunt, cætera autem, vt lxx. Quinta, & sexta, διεσκέδασαν. λ Illuminabit.] Latini habent in præsenti tempore, illuminat, intelligere facit, aut, intellectum dat, sed græci codices, φωτιεῖ, καὶ συνετιεῖ. μ Descenderunt.] Ita vetus, & S. Ambrosius, & S. Augustinus quod græce est, κατέβησαν, & significat, descendere fecerunt. In nonnullis autem codicibus, κατέδυσαν, quod hoc loco idem videtur valere. S. Augustinus mentionem etiam facit lectionis, quam habent. S. Hilarius, & Romanum, transierunt. S. Ambrosius testatur fuisse aliquos codices, qui haberent, κατεβίβασαν, vnde vulgata, deduxerunt. Idem S. Ambrosius, lib. 2. de pœnit. cap. 10. & alibi habet, per exitus aquarum descenderunt oculi mei, vt videatur aut putasse legendum δι' ἐξόδους, aut præpositionem addidisse ad locum explicandum: nam & hoc loco dicit in explanatione, oculi tanquam in decursus descendunt aquarum: qua de re disputat etiam S. Augustinus hic. ν Custodiui.] Ita S. Ambrosius, & Arabicum, & Æthiopicum: cuius lectionis mentionem etiam facit S. Augustinus, licet ipse habeat illam, quam cæteri latini, & quam probat S. Hieronymus, custodierunt. ξ Zelus tuus.] Sic S. Hilarius. Romanum, & S. Ambrosius, zelus domus tuæ, quarum lectionum mentionem facit S. Augustinus, licet ipse habeat, vt vetus, & vulgata, zelus meus: Aquila, ἐξώλεσέν με ὁ ζῆλός σου, consumpsit me zelus tuus. Symmachus, ἀπεσιώπησέν με ὁ ζῆλωσίς μου, tacere me fecit zelus meus. ο Ignitum.] S. Hilarius. Non explicat proprietatem verbi huius, latinitatis translatio. Quod enim nobiscum ignitum; id græce πεπυρωμένον scribit: πεπυρωμένον autem id significat, quod, tanquam conflatum, igne purgatum fit. π Et viuam.] In multis græcis codicibus est, καὶ ζῆσόν με, & viuifica me. S. Hilarius, intellectum da mihi eorum, & viuificet. ρ Tibi.] Romanum, & vulgata, ad te, à vetere vtrumque abest, itemque à S. Augu-

à S. Augustino, qui tamen hæc addit, vel sicut nonnulli codices habent & græci, & latini; clamaui te, & saluũ me fac. Quid est, clamaui te, nisi clamando inuocaui te? σ In immaturitate.] ἐν ἀωρίᾳ, *quam dictionem explicat rectè S. Ambrosius*: S. Hilarius, *&* Romanum, *&* vulgata, in maturitate. *Vetus*, intempesta nocte. *S. Augustinus*: Plures codices non habent intempesta nocte, sed immaturitate. Vix autem vnus inuentus est, qui haberet geminatam præpositionem, idest, in immaturitate, &c. τ Viuifica me.] ζῆσόν με. *Schol*. Theodotio ζῆσον με. Aquila, ζώωσόν με, *quod idem valet*. *Symmachus*, ἀναζώωσόν με, reuiuifica me. υ Iniquitate.] *Ita vetus, & S. Augustinus, quod græce est*, ἀνομίᾳ, *& posset etiam verti*, iniquitati, *quod habet S. Hilarius, & vulgata*. Romanum, iniqui. *S. Augustinus testatus quosdam codices habere*, inique, *& ita S. Ambrosius*. *Symmachus*, ἐσπούδασαν οἱ διώκοντές με, festinauerunt persequentes me. φ Propter verbum tuum.] *Ita S. Ambrosius, quod græce*, διὰ λόγον σου. *Theodoretus*, διὰ τῶν λόγων σου, per verba tua: *latini*, propter eloquium tuum, *quomodo solent vertere* λόγιον. χ Secundum iudicium tuum viuifica me.] *Aquila*, κατὰ κρίσεις σου ζώωσόν με, secundum iudicia tua viuifica me, *quod habet S. Ambrosius*. ψ Insensatos.] *Sic vetus, & S. Augustinus, quod græce* ἀσυνετοῦντας, *Romanum*, SS. Hilarius, *&* Ambrosius, non seruantes pactum, *vulgata*, præuaricantes, *quæ videntur ex alijs esse interpretationibus*. *Nam ita scholiastes*: Aquila, Theodotio, sexta, ἀσυνθετοῦντας, Symmachus, & Quinta, ἀσυνθετοῦντας. ω Septies.] *Theodoretus*: Quidam illud ἑπτάκις, interpretati sunt, πλεονάκις, sæpenumero. αααα Laudaui.] *Sic vetus, & S. Augustinus*: *Alij*, laudem dixi tibi: *Aquila, &* Symmachus, ὕμνησά σε, hymnis celebraui te. β Eructent.] ἐξερεύξαιντο, *& sic in sequentibus*. *Latini tamen*, eructabunt, pronunciabit. γ Elegi.] ᾑρετισάμην. *Theodoretus*: Symmachus quidem εἱλόμην, Aquila autem, & Theodotio, ἐξελεξάμην dixerunt, *quæ idem fere valent*. δ Concupiui.] ἐπεπόθησα. *Theodotio, quinta, & sexta editio*, ἐπήλπισα, *quod valet*, speraui, & confidi; *Aquila*, ἐξεκρεμάμην, auide pendebam. *Symmachus*, ὑπερεπεθύμησα, super concupiui, *si satis latine dici potest*.

α Canticum graduum. CXIX.

AD Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Domine erue animam meam à β labijs iniustis, & à lingua dolosa. γ Quid detur tibi, & quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus δ desolatorijs. Heu me, quia incolatus meus ε prolongatus est: inhabitaui cum ζ tabernaculis Cedar: multum incola fuit anima mea. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cum η loquebar illis, impugnabãt me gratis.

α Canticum graduum.] ᾠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν. *Notat S. Augustinus hic gradus ascendentes significari*. *Theodoretus*: Theodotio, ᾆσμα τῶν ἀναβάσεων, canticum ascensionum: Symmachus autem, & Aquila, εἰς τὰς ἀναβάσεις, ad ascensiones. β A labijs iniustis.] *Sic S. Augustinus, & vetus*, ἀπὸ χειλέων ἀδίκων, *alij autem latini*, iniquis. *Chrysostomus*: alius, ἀπὸ χείλους ψευδοῦς, à labio mendaci. γ Quid detur tibi.] *Chrysostomus*: alius, τί παρέξει σοι, ἢ τί προσθήσει σοι γλῶσσα δολία; quid præbebit tibi, aut quid apponet tibi lingua dolosa? alius autem, τί δῴη σοι, καὶ τί προσθείη σοι γλῶσσα κατεπιθέσεως, quid dederit tibi, & quid adiecerit tibi lingua insidiosæ inuasionis? quod nam, inquit, inuentum fuerit hac improbitate dignum supplicium? δ Desolatorijs.] *S. Augustinus*, vel vastatoribus: τοῖς ἐρημικοῖς. *Chrysostomus*: alius, βέλη τοῦ δυνατοῦ ἠκονημένα μετ' ἀνθράκων ἐσβεσμένων, sagittæ potentis acutæ cum carbonibus constipatis: & alius, σὺν ἀνθρακιαῖς ἀρκευθίναις, cum carbonibus iuniperinis. *Hoc scholiastes tribuit Aquilæ*. ε Prolongatus est.] *Aut*, longinquus factus est, *vt S. Augustinus, & vetus*. *Chrysostomus*: Alius, ὤμοι, ὅτι παροικῶν παρείλκυσα, hei mihi, quia protraxi incolatum: alius, ὅτι προσηλύτευσα ἐν μακρυσμῷ, quia proselytus fui in longitudinem. ζ Cum tabernaculis.] *Ita etiam S. Augustinus, & vetus*: *cæteri fere latini*, cum habitantibus. η Cum loquebar illis.] *Aquila*, ὅταν ἐλάλουν αὐτοῖς, εἰς πόλεμον, cum loquebar illis, ad bellum: *Theodotio fere, vt lxx*. ὅταν ἐλάλουν αὐτοῖς, ἐπολέμουσάν με. *Symmachus*, ἐλάλουν αὐτοῖς, πολεμικῶς, loquebar illis? bellantium, & oppugnantium more.

Canticum graduum. CXX.

LEVAVI α oculos meos ad montes, vnde veniet auxilium meum. Auxilium meum à Domino; qui fecit cælum, & terram. Non des β in commotionem pedem tuũ: neque dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit, neque obdormiet, qui custodit Israel. Dominus custodiet te: Dominus protectio tua, γ super manum dexteram tuam. Per diem Sol non vret te, neque luna per noctem. Dominus δ custodiat te ab omni malo: custodiet animã tuam Dominus. Dominus custodiet ε introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc, & vsque in seculum.

α Leuaui.]

A α Leuaui.] *Vetus, & S. Augustinus*, leuent oculos suos in montes, vnde veniet auxilium illis: *quod in nullo ex collatis græcis codicibus est inuentum.* β Non des.] *Ita codices græci, & Chrysostomus, & Theodoretus, & Apollinarius: at psalterium vetus, & S. Augustinus*, ne des ad mouendum pedem meum. *Cæteræ editiones latinæ, & S. Hilarius*, non det in commotionem pedem tuum. *Psalterium Æthiopicum*, non det pedem meum. *Chrysostomus autem, & Theodoretus, quod sequitur*, μὴ δὲ νυστάξῃ *ipsi videntur legisse*, μὴ δὲ νυστάξῃ, non dormitabit. *Aquila*, μὴ δῷης εἰς σφαλμὸν πόδας σου, ne des in prolapsionem pedes tuos. *Theodotio*, μὴ δῷης εἰς σάλον (*quod item est in nostris græcis*) *Symmachus*, μὴ δῷης περιτραπῆναι, ne des circumuerti. γ Manum dexteram tuam.] *S. Augustinus, & vetus*, protegat te Dominus super manum dexteræ tuæ. *Chrysostomus*: alius, παρὰ τὴν χεῖρα τὴν δεξιάν σου, iuxta manum dexteram tuam. δ Custodiat.] φυλάξαι, *multi codices græci habent*, φυλάξει, custodiet, *latini*, custodit: *multæque aliæ similes varietates & in hoc, & in alijs psalmis sunt.* ε Introitum.] *Chrysostomus*: alius, τὴν προσέλευσίν σου, accessum tuum.

Canticum graduum. CXXI.

B LÆTATVS sum in α ijs, qui dixerunt mihi: in domum Domini ibimus. Stantes erant pedes nostri, in atrijs tuis Hierusalem. Hierusalem, β quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. Illuc enim ascenderunt tribus, γ tribus Domini: testimonium Israel, ad confitendum nomini Domini. Quoniam ibi sederunt sedes in iudicium: sedes super domum Dauid. δ Interrogate quæ ad pacem sunt Hierusalem: & ε abundantia diligentibus te. Fiat pax in ζ virtute tua, & η abundantia in turribus tuis. Propter fratres meos, & proximos meos θ loquebar pacem de te. Propter domum Do- C mini Dei nostri quæsiui bona tibi.

α In ijs, qui dixerunt mihi.] *Ita videtur legisse Sanctus Augustinus, licet habeat, vt vetus*, in his, quæ. *Nam sic inquit in explanatione*: Iocundatus sum in prophetis, iocundatus sum in Apostolis. Omnes enim isti dixerunt nobis, in domum Domini ibimus. *Cæteri latini*, in his, quæ dicta sunt mihi. *Chrysostomus*: alius, εὐφράνθην εἰπόντων μοι, εἰς τὸν οἶκον κυρίου ἤλθομεν, lætatus sum, cum dicerent mihi, in domum Domini venimus. β Quæ ædificatur.] *Symmachus*, ἱερουσαλὴμ τὴν ᾠκοδομημένην ὡς πόλιν, συνάφειαν ἔχουσαν ὁμοῦ, Hierusalem ædificatam, vt ciuitatem, habentem connexionem simul: *quam etiam interpretationem expendit Chrysostomus.* γ Tribus.] *Chrysostomus*: alius, σκῆπτρα, sceptra. δ Interrogate.] *Ita S. Augustinus, quod græce*, ἐρωτήσατε. *Notat Chrysostomus idem valere, ac petite, & rogate: quam dictionem cæteri fere latini habent. Idem testatur aliū interpretem dixisse*, ἀσπάσασθε τὴν ἱερουσαλήμ, salutate, amplectimini Hierusalem. ε Et abundantia.] εὐθηνία. *Chrysostomus*: alius, ἠρεμήσουσι, quiescent: alius, εὐπαθήσουσιν ἀγαπῶντές σε, bonis afficiantur diligentes te. *Theodoretus hoc totum ex Symmacho*, ἀσπάσασθε τὴν ἱερουσαλήμ, ἠρεμήσουσιν οἱ ἀγαπῶντές σε. ζ Virtute tua.] *Chryso-* D *stomus*: alius, ἐν τῷ προτειχίσματί σου, in antemurali tuo: alius, ἐν τῷ περιβόλῳ σου, in ambitu tuo. η Et abundantia in turribus tuis.] καὶ εὐθηνία ἐν ταῖς πυργοβάρεσί σου, *& poterat etiam verti*, & prosperitas in turritis palatijs tuis. *Schol.* βάρεις, apud Syros vernacula lingua dicuntur domus magnæ, *de qua re S. Hieronymus in ps. 44. ad Principiam. Chrysostomus*: alius, εὐπάθεια, prosperitas: alius, ἠρεμία, quies: alius, ἡσυχία ἐν τοῖς βασιλείοις σου, trāquillitas in regijs tuis. *Theodoretus hoc totum ex Symmacho*, εἴη εἰρήνη ἐν τῷ περιβόλῳ, ἡσυχία ἐν τοῖς βασιλείοις σου. θ Loquebar.] ἐλάλουν δὴ *sed nostri omittunt illud* δὴ. *Chrysost.* alius, λαλήσω εἰρήνην ἐν σοί, loquar pacem in te.

Canticum graduum. CXXII.

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cælo. Ecce sicut oculi seruorum ad manus dominorū suorū, sicut oculi ancillæ ad manus dominæ suæ; ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. E Miserere nostri Domine, miserere nostri: quoniam multum repleti sumus despectione. In α plurimum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

α In plurimum.] *Ita S. Augustinus, & vetus, quod græce* ἐπὶ πλεῖον *Romanum*, & multum. *S. Hilarius, & vulgata*, quia multum. *Theodoretus*: Symmachus autem sic, πολλὰ ἐχορτάσθη ἡ ψυχὴ ἡμῶν ἐπιλαλούντων τῶν εὐθηνούντων, ἐξουθενιζόντων τῶν ὑπερηφάνων, multum satiata est anima nostra, obloquentibus abundantibus, & spernentibus superbis. *Chrys. hæc eadem refert, & addit*: alius, τῷ μυχθισμῷ (*fortasse* μυκτηρισμῷ) τῶν ὑπερφρόνων, subsannatione elatorum, alius, ἐξουδενώσεως αὐτῶν τῶν εὐθηνούντων, despectione eorum qui bonis affluunt. *Schol. ex Aquila*, πολλὰ ἐνεπλήσθη, multum impleta est.

Canticum.

Canticum graduum CXXIII.

A

NISI [α] quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia Dominus erat in nobis. Cũ insurgerent homines super nos; forsitan viuos deglutissent nos. Cum irasceretur furor eorum super nos; [β] forsitã aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransiuit anima nostra: [γ] fortasse petransiuit anima nostra aquã [δ] intolerabilem. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venationem dentibus eorum. Anima nostra sicut passer, erecta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est: & nos eruti sumus. Auxilium nostrum in nomine Domini: qui fecit cælum, & terram.

B

α Nisi quia Dominus.] *Symmachus*, εἰ μὴ κύριος, ὃς ἐγένετο ἡμῖν, nisi Dominus, qui factus est nobis. β Forsitan aqua absorbuisset.] *Aut*, demersisset, *vt S. Augustinus, & vetus. Chrysostomus*: alius, τότε ἂν τὰ ὕδατα παρέκλυσεν ἡμᾶς, ὡς φάραγξ, παρελθόντα κατὰ τῆς ψυχῆς ἡμῶν, tunc vtique aquæ inundassent nos, tanquam gurges, transeuntes super animam nostram. γ Fortasse pertransiuit.] *Ita S. Augustinus, & vetus, quod græce* ἄρα διῆλθεν, *ac posset tamen verti, vt alij latini*, forsitan pertransisset. *Notat autem S. Augustinus illud* ἄρα, *non esse proprie*, forsitan: *sed hoc valere*, putas pertransijt anima nostra aquam sine substantia? *additque*. Et quare dicunt, putas? quia magnitudo periculi uix facit credibile, quòd euasit. *Poterat tamen in hoc psalmo verti*, vtique, profecto. *Chrysostomus*: alius, τότε παρῆλθον ὑπὲρ τὴν ψυχὴν ἡμῶν, ὡς τὰ ὕδατα, οἱ ὑπερήφανοι, tunc transierunt super animam nostram superbi, velut aqua. δ Intolerabilem.] *S. Augustinus, & vetus*, sine substantia. S. *Hieronymus in Commentarijs*: Verbum ἀνυπόστατον apud græcos ambiguum est: & potest sonare, quod non subsistat (*ita enim legendum*,) & quod intolerabile sit, hoc est, quod nemo ferre queat. Pro quo & Aquila, & Symmachus, & Theodotio, & omnes interpretes pari voce consentiunt, superbas aquas, & arrogantes pro ἀνυπόστατον, transferentes.

C

Canticum graduum. CXXIV.

QVI confidunt in Domino; sicut mons Sion, non [α] commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc & vsque in seculũ. Quia non relinquet Dominus virgam peccatorũ super sortem iustorum: [β] vt non extendãt iusti ad iniquitates manus suas. Benefac Domine bonis, & rectis corde: declinantes autem in [γ] strangulationes abducet Dominus cum operantibus iniquitatem: pax super Israel.

D

α Non commouebitur.] *Chrysostomus*: alius, ἀπερίτρεπτον εἰς τὸν αἰῶνα οἰκοῦμεν περὶ Ἱερουσαλήμ, immutabilem in æternum, qui habitat circa Hierusalem. β Vt non extendant.] *Chrysostomus*: alius, διὰ τοῦτο οὐκ ἐκτείνουσιν οἱ δίκαιοι εἰς ἀνομίαν χεῖρας αὐτῶν, propterea non extendunt iusti ad iniquitatem manus suas. γ Strangulationes.] στραγγαλιάς. *S. Augustinus, & vetus*, strangulationem. *S. Hilarius*, ad obligationes: *Romanum*, ad obligationem, *vulgata*, in obligationes. *Theodoretus*: Aquila quidem interpretatus est διαπλοκάς, implicationes, simultates: Symmachus vero, σκολιότητας, obliquitates, & tortuositates. *Theodotio autem* διεστραμμένα, peruersa.

Canticum graduum. CXXV.

E

CVM [α] conuerteret Dominus captiuitatem Sion; facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra [β] exultatione. Tunc dicent inter gentes: magnificauit Dominus facere cum eis. Magnificauit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes. Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut [γ] torrentes in austro. Qui seminant in lachrymis; in exultatione metent. Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient in exultatione, portantes manipulos suos.

A

ᵃ Cum conuerteret.] *Sic videtur legisse S. Augustinus in progressu explanationis, licet initio habeat, vt vetus,* cum conuerterit. *S. etiam Hilarius in progressu,* dum auertit. *Vulgata autem, & Romanum,* in conuertendo Dominus: *& si diceretur,* dominum; *responderet hebræo, & græco. Chrysostomus* : alius, ὅταν ἐπιστρέψει κύριος τὴν αἰχμαλωσίαν Σιών, ἐσόμεθα παρακεκλημένοι, cum redire faciet Dominus captiuitatem Sion, erimus consolati: alius interpres, ὡσεὶ ἐνυπνιαζόμενοι, sicut somniantes. *De ista voce,* sicut, *disputat S. Augustinus: & Theodoretus ita inquit:* Illud, ὡσεὶ, hoc loco significat ἐπίτασιν, intentionem, & amplificationem. ᵝ Exultatione.] *Theodoretus,* τὴν ἀγαλλίασιν Aquila quidem αἴνεσιν, laudationem, Symmachus autem εὐφημίαν, benedictionem, sunt interpretati. ᵞ Torrentes.] χειμάρρους, *quod latini,* torrens: *sed illud magis respondet hebræo, & cæteris interpretibus. Chrysostomus:* alius interpres, ὡς καταῤῥοίας, sicut fluenta: alius, ὡς ὀχετούς, sicut riuos (*& ita S. Hieronymus:*) alius, ὡς ἀφέσεις, vt emissiones. *Scholiastes primum tribuit Aquilæ, secundum Symmacho, tertium quintæ editioni.*

Canticum graduum. CXXVI.

B

NISI Dominus ædificauerit domum, ᵃ in vanum laborauerunt ᵃ ædificantes. Nisi Dominus custodierit ciuitatem; frustra vigilat, qui custodit. ᵝ In vanum est vobis ante lucem surgere: ᵞ surgite postquam sederitis, qui manducatis ᵟ panem doloris. Cum dederit dilectis suis somnum; ecce hæreditas Domini, filij, ᵋ merces fructus ventris. Sicut sagittæ in manu potentis; ita ᶻ filij excussorum. ᵑ Beatus, qui impleuit desiderium suum ex eis: non confundentur, cum loquentur inimicis suis in porta.

C

ᵃ Ædificantes.] *Latini addunt,* eam, *& paulo post,* custodit eam. ᵝ In vanum.] εἰς μάτην. *Vulgata,* vanum. *Aquila,* εἰκῇ ὑμῖν ὀρθρίζουσιν ἀνίστασθαι, βραδύνουσιν καθῆσθαι, frustra vobis ante lucem euigilantibus surgere, tardantibus sedere. *Symmachus,* μάταιον ὑμῖν ἐξ ὄρθρου ἀνίστασθαι εἰς τὸ οἰκῆσαι, vanum vobis à diluculo surgere ad habitandum. *Chrysostomus* : alius, χρονίζουσιν τοῦ καθῆσθαι, differentibus sedere. ᵞ Surgite.] *Theodoretus inquit esse,* ἐγείρεσθαι, *modo infinito, & non imperandi, & editio gallicana habet,* surgere. ᵟ Panem doloris.] *Scholiastes ex Theodotione, & Symmacho affert,* εἰδώλων, idolorum, *ex sexta editione,* πλάνης, erroris. *S. Hieronymus ad Marcellam de sexta eodem modo, itemque de Theodotione, cui coniungit quintam, Symmacho autem tribuit,* ἄρτον κακοπαθούμενον, quod exponitur, *inquit,* panem ærumnosum, *& Aquilæ,* ἄρτον διαπονημάτων, *qua de re diligenter disputat.* ᵋ Merces fructus.] ὁ μισθὸς τοῦ καρποῦ. *Schol. ex Chrysostomo*; alius, μισθὸς ὁ καρπὸς τῆς γαστρός, merces ipse fructus ventris. ᶻ Ita filij excussorum.] *Theodoretus:* Theodotio autem, ὡς βέλη ἐν χειρὶ δυνατοῦ, οὕτως υἱοὶ νεότητος, sicut sagittæ in manu potentis; ita filij iuuentutis. Secundum hanc autem & Aquila, & Symmachus sunt interpretati S. *Hieronymus ad Marcellam*, quod Aquila interpretatus est, Sicut filij pubertatum: Symmachus, & Theodotio, sicut filij iuuentutis. Sexta, ἠκονημένους νοῦς, quod nos dicere possumus, exacuti sensus, *Chrysostomus*: alius, πεδητῶν, alligatorum. ᵑ Beatus, qui.] *Schol. ex Aquila, & Symmacho,* ἀνήρ, vir. *Sed S. Hieronymus ad Suniam testatur hoc etiam in lxx. haberi.* ᶿ Implebit desiderium.] *Sic S. Hieronymus ad Suniam; quamuis in libris latinis fere omnibus sit,* impleuit, *Chrysostomus*: alius, τὴν φαρέτραν αὐτοῦ, pharetram suam. ᶦ Confundentur.] *Ita Romanum, & S. Hilarius: quamuis cæteri latini habeant,* confundetur, loquetur.

D

Canticum graduum. CXXVII.

BEATI omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius. Labores ᵃ palmarum tuarum manducabis: beatus es, & bene tibi erit. Vxor tua, sicut ᵝ vitis abundans, in ᵞ lateribus domus tuæ. Filij tui, sicut ᵟ nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum. Benedicat te Dominus ex Sion, ᵋ & videas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ: Et videas filios filiorum tuorum: ᶻ pax super Israel.

E

ᵃ Palmarum tuarum.] τῶν καρπῶν σου. *Theodoretus:* Symmachus autem, κόπον χειρῶν σου ἐσθίων, laborem manuum tuarum comedens: vt perspicuum sit etiam lxx. καρπούς non vocasse fructuum perceptioné, sed particulam manus. *Quod etiam notauit S. Hieronymus ad Marcellam, cum libri latini haberent.,* fructuum tuorum. *Etiam primo reg. cap. 5.* καρποὶ *eodem notione accipiuntur pro particula manus. Schol. refert ex Aquila,* κόπον ταρσῶν σου,

σῶν σου, laborem volarum tuarum. β Sicut vitis abundans.] *S.Augustinus, & vetus*, sicut vinea fertilis. γ In lateribus.] *Chrysostomus*: alius, ἐν τοῖς ἐσωτάτοις, in penetralibus, (*nam sic S.Hieronymus*:) alius, ἐν τοῖς μηροῖς in fœmoribus. δ Nouellæ.] νεόφυτα S. *Augustinus, & vetus*, nouellatio. ε Et videas bona.] *Chrysostomus*: alius, καὶ ὅρα ἐν ἀγαθοῖς ἱερουσαλήμ, & vide in bonis Hierusalem. ζ Pax.] *Sic græci, & cæteri latini præter* S. *Hilarium, & vulgatam, vbi est*, pacem.

Canticum graduum. CXXVIII.

SÆPE α impugnauerunt me à iuuentute mea: dicat nunc Israel. Sæpe impugnauerunt me a iuuentute mea: etenim β non potuerunt mihi. Supra dorsum meum γ fabricauerunt peccatores: δ prolongauerunt iniquitatem suam. Dominus iustus ε concidet ceruices peccatorum: confundantur, & ζ auertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion. Fiant sicut fœnum tectorum: quod priusquam η euellatur, exaruit. De quo nõ θ impleuit manum suam, qui metit, & sinum suum, qui manipulos colligit. Et non dixerunt, qui præteribãt, benedictio Domini super vos, benediximus vos in nomine Domini.

α Impugnauerunt.] *Sic S.Hilarius, & melius hoc modo videtur verti*, ἐπολέμησαν, *quàm quomodo cæteri*, expugnauerunt. β Etenim non potuerunt mihi.] *Chrysostomus*: alius, ἀλλ' οὐκ ἐδυνήθησάν μοι, sed non potuerunt mihi: alius, ἀλλ' οὐχ ὑπερίσχυσάν μοι, sed non præualuerunt mihi. γ Fabricauerunt.] *Theodoretus ex Aquila, & Theodotione*, ἠροτρίασαν, arauerunt. δ Prolongauerunt.] ἐμάκρυναν, *quod S. Augustinus, & vetus*, longe fecerunt iniustitiam suam. *Theodoretus*: Aquila autem, ἐμήκυναν, in longum protraxerunt. Symmachus autem, παρέτειναν κακοῦντες, protenderunt affligentes. ε Concidit ceruices.] συνέκοψεν, *latini fere*, concidet. *Theodoretus*, τοὺς αὐχένας Aquila quidem, & Symmachus sunt interpretati βρόχους, laqueos: Theodotio autem, κλοιούς, numellas, *quod in quodam scholio tribuitur quintæ editioni*. ζ Et auertantur.] *Ita S.August. & vetus: vulgata*, & conuertantur. *S.Hilarius*, & reuertantur. *Romanum*, & reuereantur omnes, *Chrysost.* alius, ἀναστραπήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω, euertantur retrorsum. η Euellatur.] πρὸ τοῦ ἐκσπασθῆναι. *Theodoretus videtur habuisse*, πρὸ τοῦ ἐξανθῆσαι, priusquam floruerit. *Ita enim scribit*: Quædam exemplaria non habẽt, ἐξανθῆσαι, sed, ἐκσπασθῆναι. *Quod habetur etiam in scholio, & additur*. Aquila, ὃ ἀρχῆθεν ἀνέθαλεν, ἐξηράνθη, quod olim germinauit, exaruit: Theodotio, & Quinta editio, ἐκσπασθῆναι, Symmachus, ἐκκαυλῆσαι, caulem emitteret. Sexta editio, ἐκστερεῶσαι, firmaret. θ Impleuit manum.] ἐπλήρωσε τὴν χεῖρα, *licet multi latini*, implebit. *Chrysostomus testatur pro* χεῖρα, *alium dixisse*, δράκα, pugnum. ι Benediximus.] *Schol.* lxx. dixerunt, εὐλογήκαμεν, Symmachus, εὐλογοῦμεν, benedicimus.

Canticum graduum. CXXIX.

DE profundis clamaui α tibi Domine: Domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis meæ. Si iniquitates obseruaueris Domine; Domine quis sustinebit? Quoniam apud te propitiatio est: propter β nomen tuum sustinui te Domine. Sustinuit anima mea in γ verbum tuum: sperauit anima mea in Dominum. A custodia matutina vsque ad noctem, speret Israel in Dominum. Quoniam apud Dominum misericordia, & multa apud illum redemptio. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

α Clamaui tibi] σοι. *Latini*, ad te. *Theodoretus* ἐκέκραξά σε clamaui te: *de qua loquutione diximus etiam supra ex S.Augustino. Et Schol.* Theodotio, vt lxx. ἐκέκραξά σε κύριε. Aquila, ἐκ βαθέων ἐπικαλεσάμην σε κύριε, de profundis inuocaui te Domine: Symmachus, ἐκ βαθυτάτων ἐκάλεσά σε κύριε de profundissimis vocaui te Domine: quinta, & sexta editio, ἐκέκραξά σε κύριε clamaui te Domine. β Nomen tuum.] *Sic est in editione Ambrosianæ Ecclesiæ Mediol. & in psalterio Arabico, & Aethiopico, & in plerisque libris græcis & apud Theodoretum, qui hæc refert*: Pro τοῦ ὀνόματος Aquila quidem, & Theodotio interpretati sunt φόβου, timorem, Symmachus autem, νόμου legem, *quod habent cæteræ editiones latinæ, & SS.Hilarius, & Aug. Scholiastes addit quintã dixisse*: ὅπως φοβερὸς ἔσῃ, vt terribilis sis. *Chrys. habet*, νόμου, *& hæc offert*: alius, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, propter nomen tuum: alius, ἕνεκεν τοῦ γνωσθῆναι τὸν λόγον σου, vt cognoscatur verbum tuum: alius, ἕνεκεν φόβου ὑπέμεινα κύριον, propter timorem sustinui Dominum: alius, ἕνεκεν νόμου ὑπέμεινα κύριον, propter legem expectaui Dominum.

S.Hiero-

A *S. Hiero. ad Suniam,* Pro nomine enim siue lege apud hebræos legitur thira: quod Aquila interpretatus est, φόβον, hoc est timorē, Sym. & Theodotio, νόμον, id est legem, putantes thora propter litterarum iod, & uau, similitudinem, & formam, quæ tantum magnitudine distinguuntur. Quinta editio terrorem interpretata est: sexta verbum. *Apollinarius ita reddidit,* propter tuam sapientiam virtutem regalem sustinui. γ In verbum tuum.] *Sic vetus & SS. Augustinus & Hilarius. Vulgata autem, & Romanum,* in verbo eius. *Chrysostomus:* alius, προσεδόκησεν ἡ ψυχή μου τῷ ῥήματι αὐτοῦ, expectauit anima mea verbum eius: alius, ὑπέμεινεν ἡ ψυχή μου, καὶ τὸ ῥῆμα αὐτοῦ ἐκαραδόκησα, sustinuit anima mea, & verbum eius expectaui. *Scholiastes hoc tribuit Aquilæ, & hæc addit,* ψυχή μου εἰς κύριον ἀπὸ φυλασσόντων τὴν πρωΐαν, anima mea ad Dominum præ custodientibus matutinam vigiliam.

Canticum graduum. CXXX.

B DOMINE non est exaltatum cor meum: neque in [a] altum elati sunt oculi mei. Neque ambulaui in [b] magnis, [c] neque in mirabilibus super me. Si [d] non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam. Sicut ablactatus super matrem suam; sic [e] retribues in animam meam. Speret Israel in Domino ex hoc nunc, & vsque in seculum.

α Neque in altum elati.] *Sic vetus & S. Augustinus, quod græce,* ἐμετεωρίσθησαν, *cæteri latini tantum,* elati sunt. *Chrysostomus:* alius, οὐδὲ ὑψώθησαν, neque exaltati sunt. β In magnis.] *Theodoretus:* Symmachus autem ἐν μεγαλειότησιν, Aquila autem, ἐν μεγαλωσύναις, in magnificentijs: *Hoc secundum in Scholio tribuitur Theodotioni,* γ Neque in mirabilibus.] *Theodoretus ex Symmacho,* οὐδὲ ὑπερβάλλουσιν ὑπὲρ με. neque transcendentibus super me: *quod item in Schol. tribuitur Theodotioni.* δ Si non humiliter.] *Theodoretus ex Symmacho,* εἰ μὴ ἠξίωσα, καὶ ὡμοίωσα τὴν ψυχήν μου ἀπογαλακτισθέντι πρὸς μητέρα αὐτοῦ, οὕτως ἀνταποδοθείη τῇ ψυχῇ μου. si non dignatus sum, & C similem reddidi animam meam ablactato erga matrem suam, sic retribuatur animæ meæ. *Putat autem S. Ioannes Chrysostomus esse hyperbaton: vt ita sit intelligendum,* si non humiliter sentiebam, sicut ablactatus super matrem suam, sed exaltaui animam meam; ita retribuatur animæ meæ. ε Sic retribues.] *Ita Romanum, nec multo aliter Ambrosianū. S. Hilarius,* sicut ablactato super matre sua, sic retribues in animam meam. *Græce est,* ἀνταποδώσεις. *in commentarijs quibusdam est inuentum,* ἀνταπόδοσις, *& sic cæteri latini,* retributio.

Canticum graduum. CXXXI.

MEMENTO Domine Dauid, & omnis [a] mansuetudinis eius. [b] Sicut iurauit Domino: votum vouit Deo Iacob. Si introiero in taberna D culum domus meæ: si ascendero super lectum strati mei. Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & [c] requiem temporibus meis: Donec inueniam locum Domino: tabernaculum Deo Iacob. Ecce audiuimus eam in Ephratha: inuenimus eam in [d] campis syluæ. [e] Intremus in tabernacula eius: adoremus in loco, vbi steterunt pedes eius. Surge Domine in requiem tuam, tu, & arca [f] sanctificationis tuæ. Sacerdotes tui [g] induentur iustitiam: & sancti tui exultabunt. Propter Dauid seruum tuum, non [h] auertas faciē Christi tui. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non [i] frustrabitur eam: de fructu ventris tui ponam super [k] sedem tuam. Si custodierint filij tui testamentū E meum, & testimonia mea hæc, quæ docebo eos; Et filij eorum vsque in seculū sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit Dominus Sion, [l] præelegit eam in habitationem sibi. Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniā præelegi eam. [m] Venationem eius benedicens benedicam; pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salute: & sancti eius [n] exultatione exultabunt. Ibi [ξ] suscitabo cornu Dauid: paraui lucernam Christo meo. Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit [o] sanctificatio mea.

 α Mansue-

α Mansuetudinis.] *Aquila*, κακουχίας. *Symmachus*, κακώσεως, *quæ vexationem*, *& afflictionem significant. Quinta editio*, ταπεινώσεως, humiliationis. β Sicut.] ὡς, *Romanum habet*, quis, *vt videatur legi potuisse in græco*, τίς. *Notat S. Hiero. in comm. hoc respondere hebræo*, γ Et requiem.] *Schol.* hic versus non est positus in Tetraselido. Apud solum Theodotionem pro τοῖς βλεφάροις μου palpebris meis, positum est, τοῖς κροτάφοις μου νυσταγμὸν, temporibus meis dormitationem. In octaselido autem apud solos lxx. positus est obelo notatus. δ Campos syluæ.] *S. Augustinus, & vetus*, in campis saltuum, *Aquila, & Symm.* ἐν χώρᾳ, in regione, *Quinta editio*, ἐν ἀγρῷ, in agro. ε Intremus.] εἰσελευσόμεθα, *& paulo post*, προσκυνήσωμεν. *Romanum*, introiuimus, adorauimus, *S. Augustinus & vetus*, intrauimus, adorabimus. *S. Hilarius*, intrabimus, adorabimus, *vulgata*, introibimus, adorabimus. *Et in multis codicibus græcis legitur*, εἰσελευσόμεθα. ζ Sanctificationis tuæ.] *Chrys.* alius, τῆς ἰσχύος σου, fortitudinis tuæ, (*quod etiam est S. Hieronymi:*) alius, τοῦ κράτους σου, potentiæ tuæ. η Induentur.] ἐνδύσονται. *Latini fere omnes habent*, induantur iustitia, *aut*, induent iustitiam. *Chrysostomus*: alius, ἀμφιεσθήτωσαν, vestiantur: alius, ἐνδυσάσθωσαν δικαιοσύνην, induantur iustitiam, idest sanctitatem, sacerdotium, latriam. θ Non auertas faciem.] *Aquila*, μὴ ἐπιστρέψῃς τὸ πρόσωπον τοῦ χριστοῦ σου, ne conuertas faciem Christi tui: *Theodotio* μὴ ἀποστρέψῃς. *Symmacho*, μὴ ἀποστραφῇς, non auertas. ι Non frustrabitur eam.] μὴ ἀθετήσει αὐτὴν, non irritam faciet eam, non recedet ab ea: *latini autem habent*, non frustrabitur eum, *aut*, non pænitebit eum, *vt S.* Augustinus, *& vetus*. κ Sedem tuam.] *S. Cyprianus* 2. *testim.* super thronum meum. *S. Ambrosius*, super sedem meam, *eodemque modo habuisse S. Hilarium videtur explanatio indicare*. λ Præelegit.] *Ita fere latini omnes præter vulgatam: quæ habet*, elegit. *Græce priore loco est*, ἐξελέξατο, *posteriore* ᾑρετίσατο, *quod videtur maiorem quamdam vim habere*. μ Venationem.] θήραν. *Scribit* S. Hieronym. *in comm. ita habere ipsos lxx. Sed propter nouitatem verbi, & vnius litteræ demutationem paulatim obtinuisse vt pro*, θήραν *legeretur*, χήραν, viduam: *quod est in latinis editionibus, in psalt.* Arabico, *& Æthiopico, & in aliquot libris græcis, & metaphrasi* Apollinarij. *S. Hilarius refert quemdam ita esse interpretatum*, captionem eius: *Sed putauit apud lxx. esse*, viduam, *eamque translationem sequendam tanquam consignatam ad Ecclesiæ doctrinam. Vtriusque lectionis fit mentio in Scholijs. Quinimo ex simili fortasse litteræ mutatione factum est, vt in quibusdam codicibus, & apud Cyrillum in cap. 60. Esaiæ sit*, θύραν, portam. *Theodoretus ex Symm.* τὴν σιτησιν αὐτῆς εὐλογῶν εὐλογήσω, annonam eius benedicens benedicam. *Scholiastes adiungit*, Aquila, ἐπισιτισμὸν αὐτῆς εὐλογῶν εὐλογήσω (*quod idem valet*) Theodotio, & quinta editio, vt lxx. *De hac re S. Hieronym. scribit etiam in tradit. in Gen. cap.* 45. ν Exultatione exultabunt.] Aquila, αἰνέσει αἰνέσουσιν, laudatione laudabunt. *Sym.* εὐφημοῦντες εὐφημήσουσιν, benedicentes benedicent. ξ Ibi suscitabo.] *Ita S. Augustinus et vetus quod græce est*, ἐκεῖ ἐξανατελῶ, *& poterat etiam verti, vt vertit S. Hier. ex hebræo*, ibi oriri faciam: *cæteri autem latini*, illuc producam. ο Sanctificatio mea.] τὸ ἁγίασμά μου. *Sym.* ὁ ἁγιασμός μου, *quod idem valet. Chrys.* alius, τὸ κέρας, cornu: alius, ἀφόρισμα αὐτοῦ, segregatio eius: alius, ἀφωρισμένον αὐτοῦ, segregatum eius.

Canticum graduum. CXXXII.

ECCE α nunc quid bonum, vel quid iocundum, nisi habitare fratres in vnum? Sicut β vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron: quod descendit in oram vestimenti eius. Sicut ros Æ rmon, qui descendit super γ montes Sion. Quoniam ibi mandauit Dominus benedictionem, vitam vsque in seculum.

α Ecce nunc.] *Sic græci. Latini autem non discedentes à sententia*, Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum. *Chrys.* alius, ἰδοὺ δὴ τί ἀγαθὸν, καὶ τί καλὸν, ἀλλ᾽ ἢ, τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἐπὶ τὸ αὐτό; Ecce nunc quid bonum, & quid pulchrum, nisi habitare fratres in vnum? β Sicut vnguentum.] *Aquila*, ὡς ἔλαιον ἀγαθὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς καταβαῖνον ἐπὶ τὸν πώγωνα, τὸν πώγωνα ἀαρὼν, τὸ καταβαῖνον ἐπὶ στόμα ἐνδυμάτων αὐτοῦ, sicut oleum bonum super caput, descendens in barbam, barbam Aaron, descendens in os indumentorum eius. *Symma.* ὡς τὸ μύρον τὸ κάλλιστον ἐπὶ κεφαλὴν καταῤῥέον ἐπὶ πώγωνα τὸν ἀαρὼν, τὸ καταῤῥεῦσαν ἐπὶ τὴν ᾤαν τῶν περιμέτρων αὐτοῦ, sicut vnguentum optimum super caput, defluens in barbam Aaron, quod defluxit ad oram vestimentorum circummetientium illum. *Alius*, ἐνδυμάτων αὐτοῦ, indumentorum eius. Theodotio, vt lxx. γ Montes.] τὰ ὄρη, *nam & supra*, montes in circuitu eius: *latini tamen*, montem.

Canticum graduum. CXXXIII.

ECCE nunc benedicite Dominum omnes serui Domini: qui statis in domo Domini, in α atrijs domus Dei nostri. In β noctibus extollite manus vestras γ in sancta, & benedicite Dominum. Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cælum, & terram.

α In atriis

A α In atrijs.] *S.Hilarius:* Repperi autem quosdam ambiguos circa hoc in atrijs domus Domini, fuisse dicentes, idcirco hoc à translatoribus primis adiectum esse, quia sub hisdem versibus sequenti psalmo cõtinetur, opinantibus ipsis scriptorum vitio in libris hebraicis fuisse præteritum. Sed noui interpretes, quæ volunt, tractent: nobis vero obsequendum est, & auctoritati tralationum, & vetustati. *Eiusmodi quiddam scribitur in comm.* S.Hieronymi. *In omnibus quidem collatis libris græcis, & latinis verba illa habentur.* β In noctibus.] *Qui vertunt ex hebræo; hæc cum antecedentibus coniungunt.* γ In sancta.] *Chrysostomus:* alius, ἁγίως, sancte: alius ἡγιασμένως, sanctificate.

α Alleluia. CXXXIV.

LAVDATE nomen Domini: laudate serui Dominum. Qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri. Laudate Dominum, quia α bonus Dominus: psallite nomini eius, β quoniam decens. Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Israel in γ possessionem sibi. Quoniam ego cognoui, quòd magnus est Dominus, & Deus noster super omnes Deos. Omnia, quæcumque voluit Dominus fecit, in cælo, & in terra: in maribus, & in omnibus abyssis. δ Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit. Qui ε educit ventos de thesauris ζ suis. Qui percussit primogenita Ægypti: ab homine vsque ad pecus. Emisit signa, & prodigia sua in medio tui Ægypte: in Pharaonem, & in omnes seruos eius. Qui percussit gentes multas, & occidit reges fortes: Seon regem Amorræorum, & Og regem Basam, & omnia regna Chanaan. Et dedit terrã eorum hæreditatem: hæreditatem η Israel populo suo. Domine nomen tuum in seculum: Domine θ memoriale tuum in generationem, & generationem. Quoniam iudicabit Dominus populum suum: & in seruis suis ι deprecabitur. Idola gentium argentum, & aurum: opera manuum hominum. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt. Aures habent, & non κ audient: neque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant, qui faciunt ea: & λ omnes: qui confidunt in eis. Domus Israel benedicite Dominum: domus Aaron benedicite Dominum. Domus Leui benedicite Dominum: qui timetis Dominum; benedicite Dominum. Benedictus Dominus in μ Sion, qui habitat in Hierusalem.

α Bonus.] ἀγαθός. *Chrysostomus:* alius, ὅτι χρηστός, *quod interdum diximus verti,* bonum, *interdum,* suaue. *Psalterium Romanum, & S.Hilarius habet,* quoniam benignus. β Quoniam decens.] *Ita vertit S.Hieronymus ex hebræo, & optime conuenit dictioni græcæ,* ὅτι καλόν. *S.Hilarius, & vulgata,* quoniam suaue. *S.Augustinus, & vetus, & Romanum,* quoniam suauis. *Aquila,* ὅτι εὐπρεπές, quoniam decorum. *Theodotio,* ὅτι ἡδύ, quoniam dulce. *Symmachus, vt lxx.* γ In possessionem sibi.] εἰς περιουσιασμὸν ἑαυτῷ. *Theodoretus ex Symmacho,* εἰς ἐξαίρετον ἑαυτῷ, in selectum quiddam sibi. δ Educens nubes ab extremo terræ.] *Chrysostomus:* alius ἀναβιβάζων, faciens ascendere: alius, ἀνασπᾷ ἀπ' ἄκρων, attrahit ab extremis: alius, ἐκ τελέσματος, de fini, & summitate. ε Qui educit.] ὁ ἐξάγων. *Scholiastes videtur alio quodam modo legisse apud lxx. & fortaße ἀνάγων, vt paulo superius: aut hæc, quæ affert, ad locum illum pertinent:* Aquila, quinta, & sexta editio, ἐξάγων, Symmachus, προφέρων, proferens: Theodotio, vt lxx. ζ Suis.] αὐτοῦ. *Schol.* Tres illi, quinta, & sexta, αὐτῶν, eorum. η Israel.] *Schol.* lxx. & tres illi, τῷ ἰσραὴλ, ipsi Israel, *quod est expreßius.* θ Memoriale tuum.] *Chrysostomus:* alius, ἡ ἀνάμνησίς σου, recordatio tui. ι Deprecabitur.] *Ita vulgata, quasi,* exorabitur, *quod græce est,* παρακληθήσεται, *& poterat etiam verti, vt vertit* S.Hieronymus *ex hebræo,* erit placabilis. *S.Augustinus, & vetus,* aduocabitur: *Romanum, & S.Hilarius,* consolabitur. κ Non audient.] *Hic in cæteris libris latinis, præterquam in vulgata, interijciuntur multa ex ijs, quæ habentur psal.* 113. λ Omnes qui confidunt.] *Aquila,* πᾶς, ὃς πέποιθεν ἐπ' αὐτοῖς, omnis, qui confidit in eis. *Theodotio,* καὶ πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπ' αὐτά, & omnes, qui sperant super ea. *Symmachus,* πᾶς ὁ πεποιθὼς αὐτοῖς, omnis fretus eis. *Quinta editio,* πᾶς, ὃς ἐλπίζει ἐπ' αὐτοῖς, omnis, qui sperat in eis. *Sexta,* πᾶς ὁ ἐλπίζων ἐπ' αὐτά, omnis sperans super ea. μ In Sion.] ἐν σιών. *Sic* S. *Hilarius. cæteri fere,* ex Sion: *& in aliquot libris græcis est,* ἐκ σιών.

[a] Alleluia. CXXXV.

CONFITEMINI Domino, quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Confitemini Deo Deorum: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Confitemini Domino dominorum: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Qui facit mirabilia magna ſolus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Qui fecit cælos in intellectu: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Qui [b] firmauit terram ſuper aquas: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Qui fecit [c] luminaria magna ſolus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Solem in [d] poteſtatem diei: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Lunam, & ſtellas in poteſtatem noctis: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Qui percuſsit Ægyptum cum primogenitis eorum: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et qui eduxit Iſrael de medio eorum: quoniam in ſeculum miſericordia eius. In manu potenti, & brachio excelſo: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Qui diuiſit mare rubrum in [e] diuiſiones: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et traduxit Iſrael per medium eius: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et excuſsit Pharaonem, & virtutem eius in mare rubrum: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Qui traduxit populum ſuum in deſerto: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Qui percuſsit reges magnos: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et occidit reges fortes: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Seon regem Amorræorum: quoniam in ſeculnm miſericordia eius. Et Og regem Baſan: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Et dedit terram eorum hæreditatem: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Hæreditatem Iſrael ſeruo ſuo: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri Dominus: quoniã in ſeculum miſericordia eius. Et redemit nos ab inimicis noſtris: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Qui dat [f] eſcam omni carni: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Confitemini Deo cæli: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

[a] Alleluia.] *Schol.* propoſita inſcriptio habet alleluia. In quibuſdam vero exemplaribus inuenimus poſt alleluia inſcriptum, τῆς διπλῆς, duplicis, *aut*, duplæ. [b] Qui firmauit.] *Chryſoſtomus*; alius, τῷ πλήσαντι, qui conſtrinxit. [c] Luminaria.] *Aut*, lumina: *Nam græce eſt*, φῶτα, *in Geneſi autem*, φωστῆρας. *Schol.* Theodotio, τὰ ἄστρα, ſydera: Aquila, & Symmachus, vt lxx. [d] In poteſtatem.] *Chryſoſtomus*: alius, ἐπικρατεῖν τῆς ἡμέρας, ad dominandum diei. [e] Diuiſiones.] *Aquila*, εἰς ἀποτμήματα, in ſegmenta. *Symmachus*, εἰς τομάς, in ſectiones. [f] Eſcam.] *Chryſ.* alius, διδοὺς ἄρτον πάσῃ σαρκί, dans panem omni carni: alius, ὃς δίδωσι, qui dat.

Ipſi Dauid [a] Hieremiæ. CXXXVI.

SVPER flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus: dũ [b] recordaremur Sion. In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus [c] organa noſtra. Quoniam illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba canticorum: & qui [d] abduxerunt nos: Cantate nobis de canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Si oblitus fuero tui Hieruſalem; [e] obliuiſcatur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis; ſi non meminero tui. Si non præpoſuero Hieruſalẽ, ſicut in [f] principio lætitiæ meæ. Memento Domine filiorum [g] Edom in die Hieruſalem. Qui dicunt, exinanite, exinanite vſque ad [h] fundamenta eius. Filia Babylonis [i] miſera: beatus, qui retribuet tibi retributio-

A tributionem tuam, quam * retribuisti nobis. Beatus qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petram.

a Hieremiæ.] *S.Hilarius*, maxime, cum quibusdam placuerit, eum tanquam Hieremiæ titulo inscribi, quia ab ipso sit, antequam accidit, denunciata captiuitas. *Romanum habet tantum*, Psalmus Dauid, *quod & alij libri græci. Vulgata autem*, psalmus Dauid propter Ieremiam. *Theodoretus*: Psalmus hic sine inscriptione est apud hebræos. Quidam vero impudens facinus ausi sunt, inscribentes, τῷ δαυὶδ διὰ ἱερεμίου, &c. *Schol.* sine titulo apud hebræos. In libro Eusebij tantummodo inscriptum est, τῷ δαυὶδ, & extra (*significat fortasse*, ad marginem) ἀνεπίγραφος παρὰ τοῖς γ, sine titulo apud tres illos. In octaselido item apud solos lxx. inscriptũ est illud, τῷ δαυὶδ. β Recordaremur Sion.] *Sic SS. Augustinus & S. Hilarius, & vetus, & græce*, τῆς σιών. *Vulgata, & Romanum*, dum recordaremur tui Sion. γ Organa.] *Chrysostomus*: alius, citharas: *alius*: lyras. δ Et qui abduxerunt.] *Chrysostomus*: alius, οἱ καταλαζονευόμενοι ἡμῶν, superbe se iactantes in nos. ε Obliuiscatur.] ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου, *& ab aliquibus subintelligitur*, me, *quod expresserunt*. SS. *Augustinus, & Hilarius, & psalterium vetus, & Romanum*, obliuiscatur me: *ab alijs accipitur passiue, vt in vulgata*, obliuioni detur, *& ita etiam putat accipiendum*. S. *Hilarius. Chrysostomus, & Theodoretus videntur ita accepisse*, obliuiscatur mei dextera. ζ Sicut in principio.] *A latinis fere omnibus abest illud*, sicut: *& S. Hilarius habet*, principium. Aquila, ἐπὶ κεφαλῆς εὐφροσύνης μου, super caput lætitiæ meæ. *Symmachus*, ἐν ἀρχῇ εὐφροσύνης, in principio lætitiæ. *Theodotio, quinta, & sexta, editio, vt lxx.* η Filiorum Edom.] *Chrysostomus*: alius, τοῖς υἱοῖς ἐδώμ, filijs Edom: *& iste fortasse, si postea dixit*, τὴν ἡμέραν ἱερουσαλήμ, *vt habet nostra, noluit accipi*, in die, *vt nostri acceperũt, sed hoc sibi voluit*, in memoriam redigito filijs Edom diem Hierusalem. θ Ad fundamenta eius.] *Sic græci. latini autem*, ad fundamentum in ea. ι Misera.] *Aut*, infelix, *vt S. Augustinus, & vetus. Symmachus*, ἡ λῃστρίς, prædatrix. *Aquila*, ἡ τεταλαιπωρημένη, vastata (*vt S. Hieronymus*) *Theodotio*, διαρπαγησομένη, diripienda. κ Quam retribuisti.] *Chrysostomus*: alius, ὃ προεποίησας ἡμῖν, quam antea fecisti nobis.

C

Psalmus ipsi Dauid, a Aggæi, & Zachariæ. CXXXVII.

CONFITEBOR tibi Domine in toto corde meo; & β coram angelis psallam tibi: γ quoniam audisti omnia verba oris mei. Adorabo ad templum sanctum tuum: & confitebor nomini tuo. Super misericordia tua, & veritate tua; quoniam magnificasti super δ omne nomen sanctum tuum. In ε quacumque die inuocauero te; cito exaudi me: ζ multiplicabis me in anima mea virtute tua. Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ; quoniam audierunt omnia verba oris tui. Et cantent in η vijs Domini: quoniam magna est gloria Domini. Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit: & θ excelsa à longe cognoscit. Si ι ambulauero in medio tribulationis; viuificabis me. Super D iram inimicorum meorum extendisti manus tuas: & saluum me fecit dextera tua. Domine κ retribues pro me: Domine misericordia tua in seculum: opera manuum tuarum ne despicias.

a Aggæi, & Zachariæ.] *Ista à plerisque libris absunt: à multis etiam illud*, psalmus. *Schol.* Theodotio, Ipsi Dauid: apud Aquilam, & sextam sine titulo. β Et coram angelis.] *Schol.* alius, ἐναντίον θεῶν ᾄσω σοι, coram Dijs canam tibi. *Chrysostomus*: alius, παῤῥησιάσω σε, *al.* παῤῥησίᾳ θεάσω σε, libere, & fidenter prædicabo te, *al.* cum fiducia intuebor te: alius, ἔναντι θεῶν μελῳδήσω σοι, coram Dijs modulabor tibi. *Explanat autem diligenter locum & de angelis, & de Dijs.* γ Quoniam audisti omnia verba oris mei.] *Notat. S. Hieronymus in comm. hunc versiculum abesse ab hebræo. Abest etiam à textu Theodoreti: attamen in explanatione videtur eum indicare.* E *Apud latinos alio ordine legitur*, confitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audisti (*al.* exaudisti) verba, (*al.* omnia verba) oris mei. δ Super omne.] *Ita etiam S. Augustinus, & vetus, & vulgata. S. Hilarius*, super omnia. *Romanum*, super nos: *Sunia, & Fretela ad S. Hieronymum scripserant in suis se codicibus reperisse* ἐπὶ πάντας, super omnes. *Sed testatur S. Hieronymus in lxx. legi*, ἐπὶ πᾶν, *quod S. Chrysostomus videtur accipere*, in omni re. *Idem vero hæc addit*: alius, ἐμεγάλυνας γὰρ ὑπὲρ πάντα τὰ ὀνόματά σου τὴν ῥῆσίν σου, magnificasti enim super omnia nomina tua verbum tuum: alius, τὸ λόγιόν σου, eloquium tuũ: *atque ita fere interpretatur ex hebræo S. Hieronymus in epist. ad Suniam, & in suo psalterio.* ε In quacunque die.] *Chrysostomus*: alius, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε, ἐπήκουσάς με, in quacunque die inuocaui te; exaudisti me. ζ Multiplicabis me.] *Ita fere S. Hilarius*, multiplicabis me in anima virtute tua. *S. Augustinus*, multiplicabis me in anima mea, virtutem. *A vetere, & vulgata abest illud*, me. *Romanum*, multiplicabis in anima mea virtutem tuam. *Græce autem est*, πολυωρήσεις, *quod, vt Chrysostomus, & Theodoretus explanat poterat verti*, euehes, exaltabis, confirmabis. *sed non sumus*

sumus ausi mutare contra consensum communem: præsertim cum eodem modo versa sit ista dictio in ps. 11. multiplicasti filios hominum. *De isto verbo accurate S. Hieronymus disputat in Esa. c. 52. Idem Chrysostomus*: alius, συνέστησας, al. συνέστης τῇ ψυχῇ μου δυνάμεις, constituisti, & collegisti animæ meæ (*aut*, in anima mea) virtutes. *Theodoretus ex Symmacho*, συνέστης τῆς ψυχῆς μου δυνάμει, affuisti virtuti animæ meæ. η In vijs Domini.] *Ita latini præter Romanum, in quo est*, in canticis Domino, *& in aliquot codicibus græcis est*, ταῖς ᾠδαῖς, *& in metaphrasi Apollinarij* θεσπεσίοις μελέεσσιν. *Schol.* cantica Dei monumentis mandauit, quæ prænunciat fore, vt omnes qui ex gentibus, canant. *Multi tamen habent*, ὁδοῖς, *& nonnulli* ἐν ταῖς ὁδοῖς σου κύριε, in vijs tuis Domine, *quam lectionis varietatem videtur agnoscere etiam Chrysostomus. Idem*: alius, καὶ ᾀσάτωσαν τὰς ὁδοὺς κυρίου, & cantent vias Domini: *Vias Domini Theodoretus interpretatur*, οἰκονομίας, rationes administrandi. *Scholiastes*, virtutes, quæ ducunt ad cognitionem Dei. θ Et excelsa.] *Chrysostomus*: alius, καὶ ἐπηρμένον μακρόθεν γινώσκει, & elatum de longinquo cognoscit. ι Si ambulauero.] *Symmachus*, ἐὰν πορευθῶ διὰ μέσου θλίψεως περισώσεις με. κατὰ τῆς ἀπονοίας ἐχθρῶν μου ἐκτενεῖς χεῖρά σου, καὶ σώσει με ἡ δεξιά σου. κύριος ἐπιτελέσει ὑπὲρ ἐμοῦ. Si ambulauero per mediam tribulationem, saluum præstabis me: contra spiritus inimicorum meorum extendes manum tuam: & saluũ me faciet dextera tua: Dominus perficiet pro me. *Chrysostomus*: alius, κύριος συντελέσει, Dominus consummabit. κ Retribues.] *Ita etiam SS. Ambrosius, in ps.* 118. *serm.* 10. *& Augustinus, & vetus. Romanum*, retribue. *S. Hilarius*, Dominus retribuit. *Vulgata*, Dominus retribuet, *& ita plerique codices græci, & Chrysostomus, & Theodoretus*, κύριος ἀνταποδώσει.

In finem psalmus ipsi [a] Dauid. CXXXVIII.

DOMINE probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meã, & resurrectionem meam. Tu intellexisti cogitationes meas de longe: [β] semitam meam, & [γ] funiculum meum inuestigasti. Et omnes vias meas præuidisti: quia non est sermo [δ] iniustus in lingua mea. Ecce Domine tu cognouisti omnia nouissima, & antiqua. Tu formasti me, & posuisti super me manum tuam. [ε] Mirificata est scientia tua ex me: [ζ] inualuit; [η] non potero ad illam. Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cælũ; tu illic es: si descẽdero in infernum, ades. Si recipiam pennas [θ] meas in directũ, & [ι] habitauero in extremis maris. Nam & ibi manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua. Et [κ] dixi, forsitan tenebræ [λ] conculcabunt me: & nox [μ] illuminatio in delitijs meis. Quoniam tenebræ non [ν] obtenebrabuntur à te: & nox sicut dies illuminabitur: sicut [ξ] tenebræ eius; ita & lumen eius. Quoniam tu possedisti renes meos Domine: [ο] suscepisti me de vtero matris meæ. Confitebor tibi, quoniam terribiliter mirificatus es. [π] Mirabilia opera tua: & anima mea [ρ] cognoscit valde. Non est absconditum [σ] os meum à te, quod fecisti in abscondito: & substantia mea in infimis terræ. [τ] Inoperatum meum viderunt oculi tui: & in libro tuo omnes scribentur. [υ] Dies formabuntur: & nemo in eis. Mihi [φ] autem valde honorificati sunt amici tui Deus: valde [χ] confortati sunt principatus eorum. Dinumerabo eos: & super arenam multiplicabuntur: [ψ] exurrexi, & adhuc sum tecum. Si occideris Deus [ω] peccatores: viri [αα] sanguinum declinate à me. Quoniam [ββ] dices in cogitatione: accipient in vanitate ciuitates suas. Nonne eos, qui oderant te, Domine odio habui, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi. Proba me Deus: & cognosce cor meum. Scrutare me: & cognosce semitas meas. Et vide, si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.

α Dauid.] *In Compl. & in alijs quibusdam editionibus legitur*, εἰς τὸ τέλος τῷ δαυὶδ ψαλμὸς ζαχαρίου ἐν τῇ διασπορᾷ, in finem ipsi Dauid psalmus Zachariæ in dispersione. *Theodoretus*: In quibusdam exemplaribus adiunctum est, ζαχαρίου εἰς τὴν διασποράν. Id neque apud hebræum, neque apud lxx. neque apud alios interpretes inueni, sed quispiam arbitratu suo psalmum intelligens, tituli additionem fecit. β Semitam.] τὴν τρίβον μου. *S. Hilarius*, tritam nuncupant, idest, frequenti gressu, discursuque contritam. *Scholiastes ex Symmacho*, τὴν ὁδόν μου. *Theodoretus ex Theodotione*, τὴν τρίβον μου, καὶ τὴν ὁδόν μου ἐξιχνίασας, semitam meam, & viam meam inuestigasti.

A uestigasti. γ Funiculum.] *Sic vulgata, quod græce,* σχοῖνον, *S. Augustinus, & vetus,* limitem. *S. Hilarius, & Romanum,* directionem. *putatque S. Hilarius ea dictione significari certum, & constitutum modū itineris. vt apud nos milliarium. Aliam vero eius notionem aperiunt Theodoretus, & alij.* δ Iniustus.] *Ita etiam in psalterio Æthiopico, quocum facit metaphrasis Apollinarij,* ἀθέμιστον. *A vulgata abest: eamque lectionem probat S. Hieronymus ad Suniam. In alijs codicibus græcis est,* οὐκ ἔστι δόλος, *& in Romano, & vetere, & apud Sanctos Hilarium, & Augustinum,* non est dolus: *quomodo testatur S. Hier. solam sextam editionem esse interpretatam. Schol.* Aquila, λαλιά, (*quod ibidem S.* Hier. *interpretatur,* eloquium) Theodotio, δόλος, Symm. ἐπιλογία, contradictio: Quinta editio, vt lxx. ε Mirificata est.] *Sic habet hic versiculus in vetere, & apud S. Aug. cæteri vero,* mirabilis facta est scientia, (*aut,* cognitio, *vt S. Amb. in exaem. lib. 6. c. 8.*) tua ex me: confortata est, &c. *Symm.* ὑπερβάλλει με ἡ γνῶσίς σου, superat me cognitio tua. ζ Inualuit.] *Chrysostomus:* alius, ὑπερῆρθη, superlata est. η Non potero ad illam.] *Aquila,* οὐ δυνήσομαι αὐτήν, non potero eam. *Theodotio, quinta, & sexta editio,* πρὸς αὐτήν, ad eā. *Symmachus,* πρὸς ἣν οὐ δύναμαι, ad quam neutiquam potero. θ Meas in directum.] *Ita S. Augustinus, & vetus: eandemque lectionem videtur sequutus Apollinarius, qui ita scribit,* ἢν δὲ καὶ ἰθυντῆρος πτέρυγας ἀνέμοισι πετάσσω, si autem & pennas explicaro ventis recta procedentibus. *Cæteri libri græci,* κατ' ὄρθρον *Theodoretus interpretatur,*

B ad orientem. *Vulgata,* diluculo. *S. Hilarius, & Romanum,* ante lucem. *& S. Ambrosius in psal.* 118. *serm.* 19. ι Habitauero.] κατασκηνώσω. *Aquila,* σκηνώσω, Symmachus, καταμενῶ, *Theodotio, vt lxx. ita parum discrepant.* κ Et dixi.] *Theodoretus ex Symmacho,* ἐὰν εἴπω, ἴσως σκότος ἐπισκεπάσει με, ἀλλὰ καὶ νὺξ φωτεινὴ περὶ ἐμέ, si dixero, forsitan tenebræ circuntegent me; at nox etiam lucida circa me. *Aquila,* καὶ νὺξ φῶς περὶ ἐμέ, & nox lux circa me. *S. Hieronymus in comm. ex Symmacho refert,* & nox lux circum me sedet. λ Conculcabunt.] *Chrysostomus:* alius, καλύψει με, operient me. μ Illuminatio.] *Sic S. Hilarius. Apud cæteros latinos fere est:* illuminatio mea. ν Non obscurabuntur a te.] *Chrysostomus:* alius, παρὰ σοί, apud te, *Theodoretus ex Symmacho,* ὅτι σκότος σκοτεινὸν ἔσται ὑπὸ σοῦ, ἀλλὰ καὶ νὺξ, ὡς ἡμέρα, φαίνεται *al.*, φανεῖ) neque tenebræ erunt tenebricosæ super te: sed & nox, sicut dies, lucet, *al.* lucebit. ξ Sicut tenebræ.] *Chrysostomus:* alius, ὅμοιον τὸ σκότος, καὶ τὸ φῶς αὐτῆς, similes sunt tenebræ, & lux eius. ο Suscepisti.] *S. Hieronymus in comm.* Quinta editio ita transtulit, conflasti me de ventre matris meæ. π Mirabilia.] *Symmachus,* παράδοξα, opinionem superantia. ρ Cognoscit.] γινώσκει. *Ita videtur ex explanatione habuisse S. Augustinus: Romanum,* nouit nimis.

C S. *Hilarius,* nouit valde. σ Os meum.] *Theodoretus ex Aquila,* οὐκ ἐπεκαλύφθη ὀστᾶ μου ἀπὸ σοῦ, οἷς ἐποιήθην ἐν ἀποκρύφῳ, non cooperta sunt ossa mea à te, quibus factus sum in abscondito. *Addit Schol.* Theodotio, vt lxx. Symmachus, οὐκ ἔλαθέν σε ἡ κραταίωσίς μου, ἣν ἐποιήθην ἐν τῷ κρυφῇ, ἐποικίλθην ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς, non latuit te potentia mea, qua factus sum in occulto: varie formatus sum in infimis terræ. τ Inoperatum.] *S. Hilarius habet,* imperfectum tuum viderunt oculi mei. *Sed putat, quod græce est,* τὸ ἀκατέργαστον, *melius reddi,* inoperatum, *quomodo etiam est in editione Ambrosiana. Cæteri libri latini,* imperfectum meum viderunt oculi tui. *& græci,* τὸ ἀκατέργαστόν μου εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου. *Schol refert idem ex Aquila, nisi quòd non habet* τό. *Theodoretus ex Symmacho, cuius lectionis facit etiam mentionem Chrysostomus:* ἀμόρφωτόν με, (*al* μου) προεῖδον (*al.* εἶδον) οἱ ὀφθαλμοί σου σὺν τοῖς ἐν τῇ βίβλῳ σου πᾶσι γεγραμμένοις, ἡμέρας πλασσομένοις οὐκ ἐνδεούσης οὐδεμιᾶς, informem me (*al.* informe meum) præuiderunt (*al.* viderunt) oculi tui cum ijs, qui in libro tuo omnes scripti sunt, die ijs, qui formantur, nulla deficiente. *In comm. Sancti Hieronymi hæc vltima pars ita redditur,* dies, quibus formati sunt, ne vna quidem ex eis deest. υ Dies formabuntur.] ἡμέρας, *aut est casus generandi. & posset reddi,* per diem, *sicut habet S. Augustinus, & vetus: aut est casus accusandi: & sicut in græco subintelligitur* κατά, *sic poterit in latino,*

D per, *aut,* in, *idest:* in dies formabuntur. *In eodem vetere, & apud S. Augustinum sequitur,* errabunt, *quasi* πλανηθήσονται, *sit à* πλάζομαι, *quod significat,* erro, *non à* πλάσσομαι, *quod,* formor, & fingor. *Quomodo hanc particulam sit interpretatus Symmachus, paulo antea ex Theodoreto dictum est: atque eadem referuntur à Chrysostomo. Schol. addit, Theodotionem dixisse, fere, vt lxx.* ἡμέρας πλασθήσονται, καὶ οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς. *Aquilam vero,* καὶ οὐ μία ἐν αὐταῖς, & nemo in eis, *genere fœminino, vt possit referri ad dies.* φ Mihi autem.] *Schol. ex Chrysostomo:* alius, τίμιοι ἐγένοντο οἱ ἑταῖροί σου, preciosi fuerunt familiares tui: alius, τί ἐτιμήθησαν, quàm honorati sunt? χ Valde confortati sunt.] *Sic S. Augustinus, & vetus: & respondet græco. Sed S. Hilarius, & Romanum, & vulgata,* nimis confortatus est. *Theodoretus ex Theodotione:* ἐκραταιώθησαν οἱ πένητες αὐτῶν, corroborati sunt pauperes eorū. *Chrysostomus:* alius, τί πεπληθύνθησαν αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν, quàm copiosa capita eorum. ψ Exurrexi.] *Theodoretus ex Symmacho,* ἐξυπνίσω, (*al.* ἐξυπνίσω, *al.* ἐξυπνήσω,) καὶ ἀεὶ, (*al.* εἰς ἀεὶ) ἔσομαι παρὰ σοί, *al.* μετὰ σοῦ, exurgam è somno, & semper ero apud te (*al.* tecum.) ω Peccatores.] *S. Hilarius,* peccatorem: *Chrysost.* alius παραβάτην, trangressorem. αα Viri sanguinum.] *Symmachus,* ἄνδρες μιαιφόνοι ἀπονεύσατε ἀπ' ἐμοῦ, viri homicidæ recedite à me. ββ Dices.] *Ita S. Augustinus, & vetus, & metaphrasis Apollinarij,* ἐρεῖς. *In codice Vaticano erat,* ἐρεις, *sine accen-*

E *tu, & postea mutata fuit in* ἔρις, contentio, *cuius lectionis fit etiam mentio in commentarijs græcis, eamque probat S. Hilarius. In alijs libris græcis est,* ὅτι ἐριστεὶ ἐστε, quia litigiosi estis. *Vulgata, & Romanum,* quia dicitis: *vt videantur legisse,* ἐρεῖτε. *Aquila,* ὅτι ἀντιλέξουσί σοι εἰς ἀπόνοιαν. ἦραν εἰς εἰκῇ ἀντιζηλοί σου, quia contradicent tibi in praua cogitatione; eleuauerunt frustra æmulatores tui. *Theodotio* ὅτι ἐρίσουσί σοι εἰς διαλογισμόν, quoniam concertabunt tecum in cogitatione. *Symmachus,* οἵτινες ἀντελάλησάν σοι διαλογισμῷ ἐπήρθησαν ματαίως οἱ ἐναντίοι σου, qui quidem locuti sunt contra te cogitatione: eleuati sunt frustra aduersarij tui. *Quinta editio,* ὅτι παρεπίκρανάν σε ἐν κακοβουλίᾳ, quoniam exacerbauerunt te in malo consilio.

In finem ipsi Dauid psalmus. CXXXIX.

ERIPE me Domine ab homine maligno: à viro iniusto erue me. Qui cogitauerunt iniustitias in corde: tota die constituebant prælia. Acuerunt α linguam

[a] linguã ſuam, ſicut ſerpentis: venenum aſpidum ſub labijs eorum. DIAPSALMA. Cuſtodi me Domine de manu peccatoris: ab hominibus iniuſtis erue me. Qui cogitauerunt ſupplantare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi. Et funes extenderunt laqueos pedibus meis: iuxta ſemitam ſcandalum poſuerunt mihi. DIAPSALMA. Dixi Domino, Deus meus es tu: auribus percipe Domine vocem deprecationis meæ. Domine, Domine [β] virtus ſalutis meæ: obumbraſti ſuper caput meum in die belli. Ne [γ] tradas me Domine à deſiderio meo peccatori: cogitauerunt aduerſus me: ne [δ] derelinquas me, nequando exaltentur. DIAPSALMA. [ε] Caput circuitus eorum: labor labiorum ipſorum operiet eos. Cadent ſuper eos carbones ignis in [ζ] terra: & [η] deijcies eos in [θ] miſerijs, non ſubſiſtent. Vir linguoſus non [ι] dirigetur ſuper terram: virum iniuſtum mala [κ] venabuntur in interitum. Cognoui, quia faciet Dominus iudicium inopis: & [λ] cauſam pauperum. Verumtamen iuſti confitebuntur nomini tuo: [μ] inhabitabunt recti [ν] cum vultu tuo.

α Linguam ſuam ſicut ſerpentis.] *Latini fere habent*, linguas ſuas ſicut ſerpentes. β Virtus] *δύναμις. Chryſoſtomus* alius, *κράτος*, robur, poteſtas. γ Ne tradas.] *Theodoretus*: Symmachus autem ſic, *μὴ δῷς κύριε τὰς ἐπιθυμίας τοῦ παρανόμου*, ne des Domine deſideria iniqui: ſimiliter autem & Aquila, & Theodotio, *Scholiaſtes ex Aquila*, *ἐπιποθήματα ἀσεβοῦς*, cupiditates impij. δ Ne derelinquas.] *Chryſ.* alius, *μὴ ἀποβαίη, μή ποτε ὑψωθῶσι* ne ſuccedat, nequando exaltentur. ε Caput circuitus eorum.] *Theodoretus ex* Symmacho, *ὁ πικρασμὸς τῶν κυκλούντων με, ὁ μόχθος τῶν χειλέων αὐτῶν πωμασάτω (al. ἀλωσάτωσαν) αὐτούς*· acerbitas circundantium me, labor labiorum eorum operiat (*al.* comprehendãt) eos. *Schol.* Aquila, *κεφαλὴ καταστρεφόντων με*, caput euertentium me. *Theodotio, vt lxx.* ζ In terram.] *ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ καταβαλεῖς αὐτούς*: *& ſic S. Auguſtinus. Fieri autem poteſt vt ita ſit conſtruendum, coniungendo iſtud*, in terram, *cum ſequentibus*. In terram, & deijcies eos: *ideſt*, & in terram. *Nam ſic habet pſalterium Æthiopicum, & Apollinarius*, *καθέλοις εἰς χθόνα*, *& S. Hilarius in explanatione*, ſuper terram deijcies eos. *In alijs libris græcis eſt*, *πεσοῦνται ἐπ' αὐτοὺς ἄνθρακες, ἐν πυρὶ καταβαλεῖς αὐτούς*, *& ſic vulgata*, cadent ſuper eos carbones: in ignem deijcies eos. *Editio Ambroſiana*: cadent ſuper eos carbones ignis: in ignem deijcies eos, *& ſic fere Romanum. Vetus autem*, decident ſuper eos carbones ignis, & deijcies eos. *Apollinarius*, *ἄνθρακες ἀκαμάτοιο πυρὸς μετ' τοῖσι πέσοιεν, ὑψόθεν ἐσσυμένῃ καθέλοις σφέας εἰς χθόνα πυρσῷ*, carbones indomiti ignis in eos cadant; ex alto irruente deijcias ipſos in terram flamma. η Deijcies eos.] *Aquila*, *πτωματίσεις αὐτούς*, cadere facias eos, *Thedotio, quinta, & ſexta editio*, *καταβαλεῖς αὐτούς*, deijcies eos, *Symm.* *καταβληθήτωσαν*, deijciantur. θ In miſerijs non ſubſiſtent.] *In multis codicibus græcis eſt*, *καὶ οὐ μὴ ὑποστῶσιν*, & non ſubſiſtent, *quare illud ἐν ταλαιπωρίαις· poſſet verti vt alibi*, in miſerias. *Latini autem coniungunt fere cum ſequentibus*, in miſerijs non ſubſiſtent: *Chryſoſt.* alius, *πεσούντων εἰς βοθύνους, μή ποτε ἀναστῶσιν*, cadentibus in foueas, ne quando reſurgant: alius, *ἐπισπευδομένως, καὶ οὐ μὴ ἀναστῶσιν*, propere, & non reſurgant. *Schol. ex Symm.* *εἰς βοθύνους, ὧν μήποτε ἀναστῶσιν*, in foueas, e quibus nunquam reſurgant. ι Non dirigetur.] *Chryſ.* alius, *οὐχ ἑδρασθήσεται*, non ſtabilietur. κ Venabuntur.] *Aut* capient, *vt alij præter S. Auguſtinum & vetus. Symm.* *παρανομίαι ἄνδρα ἀγρεύσουσιν*, iniquitates virum venabuntur. λ Cauſam. *Ita S. Auguſtinus, & vetus quod græce, τὴν δίκην, cæteri latini* vindictam. μ Inhabitabunt.] *Aquila*, *καὶ καθεδοῦνται*, ſedebunt, *Symm.* *διαμενοῦσιν*, permanebunt *Theodotio, vt lxx.* ν Cum vultu tuo.] *Symm.* *παρὰ τῷ προσώπῳ σου*, apud vultum tuum.

Pſalmus Dauid. CXL.

DOMINE clamaui ad te, exaudi me: intẽde voci [α] deprecationis meæ cum clamauero ad te. [β] Dirigatur oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo: eleuatio manuum mearum [γ] ſacrificium veſpertinum. Pone Domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circumſtantiæ circa [δ] labia mea. Ne [ε] declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatem: & non [ζ] communicabo cum electis eorum. [η] Corripiet me iuſtus in miſericordia, & arguet me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quoniam [θ] adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: abſorpti ſunt [ι] iuxta petram potẽtes eorũ. Audient verba mea, quoniã [κ] dulcuerunt: ſicut [λ] craſsitudo terræ dirupta eſt ſuper terram; diſsipata ſunt oſſa

A sunt ossa [μ] nostra secus infernũ. Quoniam ad te Domine, Domine oculi mei: in te speraui: ne [ν] auferas animã meam. Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi, & à scandalis operantium iniquitatem. Cadent in retiaculo [ξ] eius peccatores: [ο] singulariter sum ego, donec transeam.

[α] Deprecationis.] *Aut*, orationis, *vt S. Hilarius, & Romanum. Vulgata vero*, voci meæ. [β] Dirigatur.] *Chrysostomus*: alius, ταχθήτω ἡ προσευχή μου, ὡς θυμίαμα ἔμπροσθέν σου, statuatur oratio mea, sicut thymiama coram te: alius, ἑτοιμασθήτω, paretur. [γ] Sacrificium.] *Chrysostomus*: alius, δῶρον ἑσπέρας, donum vesperæ: alius, προσφορὰ ἑσπερινή, oblatio vespertina. [δ] Circa labia mea.] *S. Augustinus, & vetus*, & ostium continentiæ circa labia mea: *alij vero*, circunstantiæ labijs meis. *Schol.* lxx. Aquila, & Theodotio, ἐπὶ τὰ χείλη μου, super labia mea. Symmachus, ἐπὶ τοῖς χείλεσί μου, in labijs meis. [ε] Ne declines.] *S. Augustinus, & vetus, & Romanum*, vt non declines. *Chrysostomus*: alius, μὴ παρατρέψῃς τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους πονηρούς, ἐννοεῖν ἐννοίας παρανόμους, ne peruertas cor meum in verba maligna, ad cogitandum cogitationes iniquas: *quæ postrema verba Theodoretus refert ex Symmacho. Ac S. etiam Augustinus, vt vetus psalterium, habet*, in verba maligna, (*licet paulo inferius dicat*, in verba malitiæ) *& Romanum*, in verbum malum. [ζ] Communicabo.] συνδοιάσω. *In plerisque autem alijs est*, συνδυάσω, *& ita S. Augustinus, & vetus*, combinabo. *S. Hilarius, & Cassiodorus*, combinabor. *Exemplaria psalterij Romani partim*, combinabor, *partim*, commicabor, *partim*, comminabor, *partim*, communicabo. *Arnobius videtur habuisse*, communicabor. *Symm.* μὴ συμφάγοιμι τὰ ἡδέα αὐτῶν, ne simul comedam iucunda eorum: *quod etiam Chrysostomus refert: & addit*: alius vero, μὴ συναλισθῶ ἐν ταῖς τερπνότησιν αὐτῶν, ne conueniam in delectationibus eorum. [η] Corripiet.] *Aut*, emendabit, *vt S. Augustinus, & vetus. In aliquo codice est*, παιδεύσει, corripiat. *Chrysostomus*: alius, κατελεησάτω με δίκαιος ἐλέει, καὶ ἐλεγξάτω, misereatur mei iustus misericordiæ, & arguat. [θ] Quoniam adhuc.] *Aquila*, ὅτι ἔτι καὶ προσευχή μου ἐν κακίαις αὐτῶν, quoniam adhuc & oratio mea in malicijs eorum. *Theodotio*, ἐν ταῖς εὐδοκίαις αὐτῶν, in beneplacitis eorũ. *Symmachus*, ἔτι γὰρ καὶ ἡ προσευχή μου ἐντὸς τῶν κακιῶν αὐτῶν, adhuc enim & oratio mea intra malitias eorum. [ι] Iuxta petram potentes eorum.] ἐχόμενα πέτρας οἱ κραταιοὶ αὐτῶν, *& conuenit cum psalterio Aethiopico. Vetus autem, & S. Augustinus*, iuxta petram iudices eorum. *S. Hilarius, & Romanum*, continuati petræ iudices eorum. *Vulgata*, iuncti. *Et in cæteris quidem libris græcis est*, κριταί. *Schol.* Symmachus, ἐκπλήσσονται ἐν χερσὶ πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν, euellentur in manu petræ iudices eorum: alius autem, κατεπόθησαν, sublati sunt, *& sic S. Hieronymus*. [κ] Dulcuerunt.] ἡδύνθησαν. *Sic plerique codices græci, & Chrysostomus, & Theodoretus. Aliqui tamen* ἠδυνήθησαν, *& latini*, potuerunt, *aut*, præualuerunt. *Schol.* lxx. & Theodotio, ἠδυνήθησαν, potuerunt. Aquila, εὐπρεπίσθησαν, bene culta, & parata sunt. Symmachus, ἀκούσονται ῥήσεις μου ἡδίστας, audient verba mea iucundissima. *Aliud Schol.* Symmachus, ὅτι εὐπροσώπησαν, quoniam speciosa fuerunt: *cuius lectionis facere etiam videtur mentionem Chrysostomus, licet in codice, quem habuimus, apud eum legatur*, ὅτι εὐπροσωπίσθησαν. *Idem vero & hoc offert*: alius, ὅτι ἐδορυφορήθησαν, quoniam satellitibus muniebantur. [λ] Sicut crassitudo.] *Symmachus*, ὥσπερ γεωργὸς ὅταν ῥήσσῃ τὴν γῆν, οὕτως ἐσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ ἡμῶν εἰς στόμα ᾅδου, sicut agricola, cum rumpit terram, sic dissipata sunt ossa nostra in ore inferni. *Aquila*, ὁμοίως ἀποκλῶντι, καὶ διαχίζοντι ἐν τῇ γῇ (*apud Chrysostomum*, τὴν γῆν) ἐσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ ἡμῶν εἰς τὸν ᾅδην, similiter frangenti, & discindenti terram dissipata sunt ossa nostra in inferno. *Quinta editio*, ὡς καλλιεργῶν, καὶ σκάπτων ἐν τῇ γῇ, διεσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ ἡμῶν παρὰ τὸν ᾅδην, vt qui bene colit, & fodit in terrã, dissipata sunt ossa nostra iuxta infernum. [μ] Nostra.] *Sic latini, & plerique græci. In quibusdam tamen est*, αὐτῶν, eorum, *quibuscum facit metaphrasis* Apollinarij, *& psalterium Arabicum, & Aethiopicum*. [ν] Ne auferas.] *Aquila*, μὴ ἐκκενώσῃς, *Theodotio*, μὴ ἀποκενώσῃς, ne euacues, *& ita S. Hieronymus*. [ξ] Eius.] *Sic latini, & græci. Symmachus autem*, ἐμπέσοιεν εἰς τὰ δίκτυα ἑαυτῶν οἱ παράνομοι, incidant in retia sua iniqui. [ο] Singulariter.] καταμόνας. *S. Augustinus, & vetus*, singularis.

B

C

D

Intellectus ipsi Dauid, cum esset in spelunca, [α] oratio. CXLI.

VOCE me ad Dominum clamaui: voce mea ad Dominum deprecatus sum. Effundam ante eum precem meam: tribulationem meam in conspectu eius annunciabo. In deficiendo ex me spiritum meum, & tu [β] cognouisti semitas meas. In via hac, qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Considerabam ad dexteram, & videbam: [γ] quia non erat, qui cognosceret me. Perijt fuga à me: & non est, qui requirat animam meam. Ad te [δ] Domine clamaui: & dixi, tu es spes mea, portio mea in terra viuentium. [ε] Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis. Erue me à persequẽtibus me: quoniam corroborati sunt super me. Educ de [ζ] custodia animam meam, vt confiteatur nomini tuo. Me [η] sustinebunt iusti, quoadusque retribuas mihi.

E

α Oratio.] *Apud Theodoretum, & in quibusdam codicibus est,* προσευχόμενοι orantes. β Et tu cognouisti.] *Chrysostomus:* alius, σὺ γὰρ οἶδας, tu enim nosti. γ Quia non erat.] *S.Hilarius,* quia non est: *In aliis codicibus græcis est,* καὶ οὐκ ἦν, *& latinis,* & non erat. δ Ad te Domine.] *In aliis codicibus est,* ἐκέκραξα πρὸς σὲ κύριε, εἶπα, *& ita latini,* clamaui ad te Domine, dixi. ε Intende.] *Theodoretus ex Symmacho,* ἀκρόασαι τῆς λαλιᾶς μου (*al.* τὰς λαλιάς μου) ὅτι ἠτόνησα σφόδρα, ausculta loquelam meam (*al.* loquelas meas) quoniam langui valde. ζ De custodia.] *Aut,* de carcere, *vt SS.Hilarius, & Augustinus, & vetus, & Romanum. Græce est* φυλακῆς. *Theodoretus ex Aquila,* ἐξάγαγε ἐξ ἀποκλεισμοῦ τὴν ψυχήν μου, educ de clausura animam meam. *Scholiastes ex Symmacho,* ἔξω ποίησον ἀπὸ συγκλεισμοῦ τὴν ψυχήν μου, *quæ idem valent.* η Sustinebunt.] *Ita S.Augustinus, & vetus, quod græce,* ὑπομενοῦσι. *cæteri,* expectant: *Theodoretus ex Symmacho,* τὸ ὄνομά σου στεφανώσονται δίκαιοι, ὅταν εὐεργετήσῃς με, nomen tuum coronabant iusti, cum benefeceris mihi. *Schol.* alius, ὅτι εὐεργέτησάς με, quoniam benefecisti mihi.

Psalmus ipsi α David, quando eum filius persequebatur. CXLII.

DOMINE exaudi orationem meam: auribus percipe precem meam, in β veritate tua, exaudi me in tua iustitia. Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quoniã persequutus est inimicus animam meã, humiliauit in γ terram vitam meã. Collocauit me in tenebrosis, sicut mortuos seculi: & δ anxiatus est super me spiritus meus: In me turbatum est cor meum. Memoratus sum dierum antiquorum: & meditatus sum in omnibus operibus tuis: in ε facturis manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te: anima mea, sicut terra sine aqua tibi. DIAPSALMA. Cito exaudi me Domine: defecit spiritus meus. Ne ζ auertas faciem tuam à me, & similis ero descendentibus in lacum. Auditam fac mihi η mane misericordiam tuam, quia in te speraui. Notam fac mihi Domine viam, in qua ambulem: quoniam ad te leuaui animam meam. Exime me de inimicis meis Domine: quia ad te confugi: Doce me vt faciam voluntatem tuam: quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in θ rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me: in tua ι iustitia educes de tribulatione animam meam. Et in tua misericordia disperdes inimicos meos Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: quoniam seruus tuus sum ego.

α Ipsi David.] *Schol.* Alius inquit inscriptum esse, ψαλμὸς τοῦ δαυίδ, ὅτε αὐτὸν ὁ υἱὸς κατεδίωκεν. Verumtamen non per omnes interpretationes hoc appositum est. *Theodoretus:* In quibusdam exemplaribus inueni, ὅτε αὐτὸν ἐδίωκεν ἀβεσσαλὼμ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, quando cũ persequebatur Absalom filius eius. Sed neque apud hebræũ, neque apud alios interpretes hanc inueni additionem. Attamen inhæret veritati: nam hoc habet argumentum psalmus. *Talis quædam varietas est etiam in latinis codicibus.* β In veritate.] *Chrysostomus:* alius, ἐν τῇ πίστει σου in fide tua: alius, ἐν τῇ βεβαιότητί σου, in tua stabilitate. γ In terram.] εἰς τὴν γῆν, *& videtur significantius, quàm, quomodo habent fere latini,* in terra. δ Anxiatus est.] *Aut,* tædium passus est, *vt S.Augustinus, & vetus: Chrysostomus:* alius, καὶ περιειλεῖτο ἐπ' ἐμὲ ἡ ψυχή μου, & circumuoluit se super me anima mea. ε Facturis.] *Aut,* factis, *vt vulgata, & Romanum, & S.Hilarius. Chrysostomus:* alius, τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου, opera manuum tuarum. ζ Ne auertas.] *Chrysostomus:* alius, μὴ κρύψῃς τὸ πρόσωπόν σου, ne abscondas faciem tuam. η Mane.] *Chrysostomus:* alius, ἐξ ὄρθρου, ex diluculo: idest, ταχέως, cito, velociter. θ In rectam.] *S.Ambrosius lib.3. de spiritu sancto, cap.16.* in viam rectam: *& ita est in psalt. Romano, & Arabico. In cæteris libris græcis est,* ἐν γῇ εὐθείᾳ. *& in latinis,* in terram rectam. *Chrysostomus:* alius, διὰ γῆς ὁμαλῆς, per terram planam. ι In tua iustitia.] *Chrysostomus:* alius, ἐν τῇ ἐλεημοσύνῃ σου, in misericordia tua.

Ipsi David α ad Goliam. CXLIII.

BENEDICTVS Dominus Deus meus; qui docet manus meas ad prælium, digitos meos ad bellum. Misericordia mea, & refugium meum, susceptor meus, & liberator meus. Protector meus, & in ipso speraui, subijciens populum meum sub me. Domine, quid est homo, quia β innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum? Homo γ vanitati similis factus est: dies eius, sicut

eius ſicut vmbra prætereunt. Domine [δ] inclina cælos tuos,& deſcende: tange montes,& fumigabunt. Coruſca coruſcationem, & diſsipabis eos: emitte ſagittas tuas,& conturbabis eos. Emitte manum tuam ex alto: exime me,& erue me de aquis multis, de manu filiorum alienorum. Quorum os locutum eſt vanitatem,& dextera eorum dextera iniquitatis. Deus cãticum nouum cantabo tibi: in pſalterio dechacordo pſallam tibi. Qui dat ſalutem regibus, qui redimit Dauid ſeruum ſuum de gladio maligno. Erue me, & exime me de manu filiorum alienorum: quorum os locutum eſt vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij ſicut nouellæ plantationes, [ε] conſtabilitæ in iuuentute ſua. Filiæ eorum [ζ] compoſitæ: circumornatæ vt ſimilitudo templi. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc. Oues eorum fœtoſæ, multiplicantes in egreſsibus [η] ſuis: boues eorum craſſæ. Non eſt ruina ſepis, neque tranſitus, neque clamor [θ] in villis eorũ. Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt: Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.

[α] Ad Goliam.] *vt S. Auguſtinus, & Romanum, aut*, aduerſus Goliath, *vt vulgata. Theodoretus*: In nonnullis exemplaribus inſcriptioni additum iuueni, πρὸς τὸν γολιάθ. Verum neque apud hebræum, neque apud alios interpretes, neque apud ipſos lxx. iuueni in hexaplo. [β] Quia innotuiſti ei.] ὅτι ἐγνώσθης αὐτῷ. *Theodoretus refert Symmachum pro*, ἐγνώσθης, *eſſe interpretatum*, γνωρίζῃ, cognoſceris. *Sed Scholiaſtes*, γνωρίζεις αὐτὸν, agnoſcis eum, *& ſic S. Hieronymus. Schol. ex Chryſoſtomo*: alius, τί ἄνθρωπος, καὶ γνώσῃ αὐτὸν, quid homo, & cognoſces eum? [γ] Vanitati.] *Theodoretus*: Theodotio autem dixit, ἄνθρωπος ἀτμίδι ὡμοιώθη, homo vapori ſimilis factus eſt: Symmachus autem, ἀτμῷ, *quod idem valet.* [δ] Inclina.] *Chryſoſtomus*: alius, κλίναντός σου οὐρανοὺς καὶ καταβάντος, καὶ ἁψαμένου τῶν ὀρέων, ἐκαπνίσθησαν, cum inclinaſſes tu cælos, & deſcendiſſes, & tetigiſſes mõtes; fumauerunt. [ε] Conſtabilitæ.] *Ita cæteri libri latini, aut quiddam ſimile, præter vulgatam, à qua abeſt: græce eſt*, ἱδρυμένα, *aut* ἁδρυμένα, *& vocabulo hebraico optime conueniret* ἡδρυμμένα, adultæ, & auctæ. *Nam & 2. reg. c. 12. ſub principium idem verbum hebræum hoc græco verbo exponitur*, καὶ ἡδρύνθη μετ᾽ αὐτοῦ. *Schol. hoc loco*, filios habere florentes, & vigentes, tanquam nouellas plantas robuſtas, & bene pullulantes. *Aquila*, μεμεγαλυμμένα, grandes factæ. *Symmachus*, ηὐξημένα, auctæ. [ζ] Compoſitæ.] *Aquila*, ὡς ἐπιγώνια διεσκεδασμένα, quaſi anguli diffuſi. *Symmachus*, κεκοσμημένα, ornati, *& ſic S. Hieronymus.* [η] Suis.] αὐτῶν. *Et poſſet etiam verti*, eorum. [θ] In villis.] ἐν ταῖς ἐπαύλεσιν *& ſic etiam in pſalterio Æthiopico, eſt autem vocabulum, quod multa ſignificat. In alijs libris græcis eſt*, ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῶν, *& in latinis*, in platæis eorum. *Chryſoſtomus*: alius, ἐν ταῖς ἐπαύλεσιν αὐτῶν. *Theodoretus*: Symmachus autem ſic, οὐκ ἔστι διακοπὴ, οὔτε ἐκφορὰ, οὔτε κωκυτὸς ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῶν, non eſt fractura, neque elatio funeris (*aut fortaſſe*, euagatio, *aut*, egreſſus, *vt S. Hieronymus*) neque vlulatus in platæis eorum. Ita autem & alij interpretes.

[α] Laudatio ipſi Dauid. CXLIV.

EXALTABO [β] te Deus meus, [γ] rex meus: & benedicam nomen tuum [δ] in ſeculum, & in ſeculum ſeculi. Per ſingulos dies benedicam te, & laudabo nomen tuum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi. Magnus Dominus, & laudabilis valde: & magnitudinis eius non eſt [ε] finis. Generatio, & generatio laudabit opera tua: & virtutem tuam annunciabunt. Et [ζ] magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur: & mirabilia tua narrabunt. Et virtutem terribilium tuorum dicent: & [η] magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantiæ [θ] ſuauitatis tuæ eructabunt: & [ι] iuſtitia tua exultabunt. Miſerator, & miſericors Dominus, longanimis, & multũ miſericors. Suauis eſt Dominus [κ] ſubſtinentibus: & miſerationes [λ] eius ſuper omnia opera eius. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua: & ſancti tui benedicãt te. Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. Vt notam faciant filijs hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui. Regnum tuum, regnum omnium ſeculorum: & dominatio tua in omni generatione, & generatione. [μ] Fidelis Dominus in verbis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis. [ν] Suffulcit Do-

cit Dominus omnes, qui ruunt: & erigit omnes elisos. Oculi omnium in te sperant: & tu das escam illorum in tẽpore opportuno. Aperis tu manus tuas: & imples omne animal benedictione. Iustus Dominus in omnibus vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Prope est Dominus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet: & deprecationem eorum exaudiet: & saluos faciet eos. Custodit Dominus omnes diligentes ipsum: & omnes peccatores disperdet. Laudationem Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomen sanctum eius in seculum, & in seculum seculi.

α Laudatio.] *Sic fere latini. In aliquot autem codicibus græcis est*, αἰνέσεως, laudationis. *Schol.* Aquila, ὕμνησις τοῦ δαυὶδ, hymnus ipsius Dauid. β Exaltabo te.] *Schol.* τῷ διὰ τοῦ μέλανος παρακειμένῳ τῷ στίχῳ ὄνομα τὸ ἄλεφ, ἑρμηνεύεται διδασκαλία, versui per nigrum adiacenti, nomen Aleph exponitur doctrina. *Theodoretus:* Per elementa autem & hic hymnus componitur. *Ita & psalmus lxi. & cxviij. licet disparibus modis.* γ Rex meus.] *Ita etiam S. Augustinus, & vetus.* S. Hilarius, rex meus, & Deus meus. *Romanum*, Deus rex meus. *Vulgata, &* S. *Hieronymus:* Deus meus rex. δ In seculum.] *Chrysostomus:* alius, εἰς τὸν αἰῶνα διηνεκῶς, in seculum perpetuo. ε Finis.] *Chrysostomus*: alius, ἐξεύρεσις, inuentio, *aut*, inuestigatio. *Ita enim* S. *Hieronymus.* ζ Et magnificentiam.] *S. Hilarius, & Romanum*, magnificentiam maiestatis tuæ, & sanctitatem tuam loquentur. *Chrysostomus*: alius, ὡραιότητα τοῦ ἐπαίνου σου, καὶ τοὺς λόγους τῶν παραδόξων σου διηγήσονται, decorem laudis tuæ, & verba mirabilium tuorum narrabũt. *Schol.* alius inquit, τὴν μεγαλοπρέπειαν τῆς δόξης τοῦ ἐπαίνου σου, magnificentiam gloriæ laudis tuæ. η Et magnitudinem.] *Aquila*, καὶ μεγαλωσύνας σου διηγήσομαι αὐτάς, & magnitudines tuas narrabo eas. *Theodotio*, καὶ τὴν μεγαλωσύνην σου διηγήσομαι αὐτήν, & magnitudinem tuam narrabo eam. *Symmachus*, καταλέξω αὐτήν, recensebo eam. *Quinta editio*, διηγησόμεθα, narrabimus: *sexta*, ἀριθμήσομεν, numerabimus. θ Suauitatis.] *Chrysostomus*: alius, τῆς ἀγαθωσύνης σου, bonitatis tuæ, *& ita S. Hieronymus.* ι Et iustitia.] *S. Hilarius*, & iustitiam tuam. *Chrysostomus*: alius, καὶ τὰς ἐλεημοσύνας σου εὐφημήσουσιν, & misericordias tuas benedicent. κ Substinentibus.] τοῖς ὑπομένουσιν. *Sic etiam psalterium Æthiopicum. Cæteri libri græci*, τοῖς σύμπασιν, *& latini*, vniuersis. λ Super.] *S. Augustinus, & vetus*, in omnia. *S. Hieronymus*, in vniuersa: *græce est*, ἐπὶ πάντα. μ Fidelis.] *Schol.* Illud, πιστὸς κύριος per totum versum notatur obelo, cum neque apud hebræos feratur, neque apud alios interpretes. *Quare neque S. Hieronymus habet: habent tamen cæteri libri latini, & græci. Et verisimile est hebræum habuisse, cum alioqui desideretur versus incipiens á litera Nun, quæ quidem litera prima est dictionis hebraicæ respondentis dictioni* πιστὸς, *&*, fidelis: *quod apparet in versu illo psalmi cx.* fidelia omnia mandata eius. ν Suffulcit.] *Sic S. Hilarius exprimens græcum*, ὑποστηρίζει. *S. Augustinus, & vetus*, confirmat Dominus omnes decidentes. *Vulgata, & Romanum*, alleuat Dominus omnes, qui corruunt.

Alleluia, [a] Aggæi, & Zachariæ. CXLV.

LAVDA anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo, [b] quam diu sum. Nolite confidere in principibus, [c] & in filijs hominum, quibus [d] non est salus. Exibit spiritus eius, & [e] reuertetur in terram suam: in illa die [f] peribunt omnes cogitationes [g] eorum. Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius: Qui fecit cælum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt. Qui custostit veritatem in seculum; facit iudicium iniuriam patientibus, dat escam esurientibus. Dominus soluit compeditos: Dominus [h] sapientes facit cæcos: Dominus erigit elisos. Dominus diligit iustos: Dominus custodit [i] proselytos, pupillum, & viduam suscipiet: & viam peccatorum exterminabit. Regnabit Dominus in seculum, Deus tuus Sion in generationem, & generationem.

α Aggæi, & Zachariæ.] *Ita S. Hilarius, & vulgata. Theodoretus:* In quibusdam exemplaribus additum est, ἀγγαίου καὶ ζαχαρίου. Id vero neque apud hebræum, neque apud alios interpretes inueni, neque apud lxx. in hexaplo, id etiam de sequentibus titulis intelligendum. β Quamdiu sum.] *Ita S. Augustinus, & vetus. Potest tamen illud* ἕως ὑπάρχω, *verti*, quamdiu ero, *aut*, quamdiu fuero, *quemadmodum habent alij latini.* γ Et in filijs.] *S. Augustinus, & vetus*, & in filios, *vulgata*, neque in filijs. *cæteri vero latini*, in filiis, *& multi græci non habent* καὶ. δ Quibus non est salus.] *Latini*, in quibus. *Chrysostomus*: alius, τῷ οὐκ ἔχοντι σῶσαι, ei, qui non potest saluare, *& S. Hieronymus*, in filio hominis, cui non est salus. ε Reuertetur.] ἐπιστρέψει. *Aquila, & Theodotio*, ἀποστρέψει, *quod tamen idem videtur valere. S. Hilarius*, exibit spiritus eorum, & reuertentur. ζ Peribunt.]

A bunt.] ἀπολοῦνται. *Schol.* Aquila, Symmachus, Quinta, & sexta, & lxx. ἀπώλοντο, perierunt. η Cogitationes eorum.] *Sic etiam S. Hilarius, & Romanum, & vulgata: at S. August. & vetus*, cogitationes eius, *& multi græci*, αὐτοῦ, *quemadmodum, & Theodoretus, & Chrysostomus, qui addit alium dixisse*, αἱ προθέσεις αὐτοῦ, consilia, & proposita ipsius. θ Sapientes facit.] *Ita S. Aug. & vetus. S. Hilarius*, sapientificat, *quod græce est*, σοφοῖ. *Chrysostomus*: alius, φωτίζει, illuminat: *& ita Romanum, & vulgata.* ι Proselytos.] *Sic S. Augustinus, & vetus. S. Hilarius*, proselytum, *Romanum*, aduenam, *vulgata*, aduenas, *quomodo etiam interpretatur S. Augustinus*, proselytos.

Alleluia, Aggæi, & Zachariæ. CXLVI.

LAVDATE Dominum, quoniam α bonum est psalmus: Deo nostro iucunda β sit laudatio. γ Ædificãs Hierusalem Dominus: & δ dispersiones Israelis congregabit. Qui sanat ε contritos corde: & alligat ζ contritiones eorum. Qui numerat η multiudines stellarum, & θ omnibus eis nomina vocat. Magnus Dominus noster, & magna virtus eius, & ι intelligentiæ eius non est numerus. κ Suscipiens mansuetos Dominus, humilians autem peccatores vsque ad terram. λ Incipite Domino in confessione, psallite Deo nostro in μ cithara. Qui cooperit cælum in nubibus, qui parat terræ pluuiam. Qui exoriri facit in montibus fœnũ, & ν herbam seruituti hominũ: Et dat pecoribus escã ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Non in ξ potentatu equi ο voluntatem habebit: neque in filijs π viri ρ bene sentit. Bene sentit Dominus in timentibus eum, & σ in omnibus qui sperant super misericordia eius.

B

C

α Bonum.] ὅτι ἀγαθὸν ψαλμός, *& videtur quodammodo significantius, quàm quomodo est apud latinos*, bonus est psalmus. *Theodoretus*: Symmachus quidem sic dicit, ἀλληλούϊα, ὅτι ἀγαθὸν ψαλμός, alleluia, quoniam bonum est psalmus: Theodotio autem, αἰνεῖτε τὸν Ἰα, laudate ipsum Ia, *quod est vnum ex nominibus Dei.* β Iucunda sit.] *Ita SS. Hilarius, & Augustinus, & vetus, & Romanum, & græci codices: vulgata autem habet*, sit iocunda, decoraque laudatio. γ Ædificans.] *Symmachus*, οἰκοδομήσει, ædificabit. δ Et dispersiones.] *S. Augustinus, & vetus*, & dispersiones Israelis colligens. *S. Hilarius, & Romanum*, & dispersiones Israel congregans. *Vulgata*, dispersiones Israelis congregabit. *Et certe illud*, καὶ, *abest etiam à multis codicibus græcis. Symmachus*, τοὺς ἐξωσμένους, expulsos. ε Contritos.] *Symmachus*, τοὺς κεκλασμένους, fractos. ζ Contritiones.] *Chrysostomus*: alius, τὰ κατεαγμένα, confracta. η Multitudines.] πλῆθη. *Latini tamen*, multitudinem. θ Et omnibus eis.] *Chrysostomus*: alius, τοῖς πᾶσιν ὀνόματα καλῶν, omnibus nomina vocans: alius, πάντας αὐτοὺς ὀνομαστὶ καλέσει omnes eos nominatim vocabit. ι Intelligentiæ.] *Sic S. Augustinus, & vetus, quod græce est*, συνέσεως, *cæteri fere*, sapientiæ. κ Suscipiens.] *Theodoretus ex Symmacho*, ἀνακτώμενος, reficiens, recuperans. λ Incipite.] *Ita S. Augustinus, & vetus, quod græce est*, ἐξάρξατε. *S. Hilarius*, inchoate, *Romanum, & vulgata*, præcinite, *quæ alibi etiam est verbi istius notio. Chrysostomus*: alius, καταλέξατε, enumerate, recensete. μ In cithara.] *Chrysostomus*: alius, διὰ λύρας, per lyram. ν Et herbam.] *S. Hilarius*. In pluribus autem codicibus insertum hunc versum deprehendimus: & herbam seruituti hominum: vt ea, quę superius dicta sunt, de homine dicta esse per nuncupationem ipsius hominis intelligerentur. Sed nos non egemus hoc sensu, &c. *In cæteris quidem libris latinis, & græcis collatis habetur, licet non in hebræo.* ξ Potentatu.] *Ita S. Augustinus, & vetus, quod græce*, ἐν τῇ δυναστείᾳ. *S. Hilarius, & Romanum*, in viribus. *Vulgata*, in fortitudine. ο Voluntatem habebit.] θελήσει *Schol.* Aquila, βούλεται, vult, Theodotio, Quinta, & sexta editio, θελήσει, Symmachus, εὐδοκεῖται, bene sentit. π Filijs.] *Ita etiam vulgata. SS. autem Hilarius, & Augustinus, & psalt. vetus, & Romanum*, tabernaculis. ρ Bene sentit.] *Visum est bene exprimi hoc verbo (quo S. Aug. & vetus vtuntur, licet in tempore futuro) græcum illud*, εὐδοκεῖ, *cæteri vero*, beneplacitum *est ei, aut*, erit, *vt vulgata.* σ Et in ijs, qui sperant.] *Chrysostomus*: alius, τοῖς ἀναμένουσι τὸ ἔλεος αὐτοῦ, expectantibus misericordiam eius.

D

E

Alleluia, α Aggæi, & Zachariæ. CXLVII.

COLLAVDA Hierusalem Dominum, β lauda Deum tuum Sion. Quoniam confirmauit vectes portarum tuarum; benedixit filios tuos in te. Qui ponit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Qui emittit eloquium suum terræ: γ vsque in velocitatem currit verbum eius. Qui dat niuem sicut lanam, δ nebulam, sicut cinerem spargit. Qui mittit chrystallũ suã, sicut ε buccellas: ante faciẽ frigoris eius quis ζ subsistet? Emittet η verbum suũ,

&liquefaciet ea: ſpirabit ſpiritus eius, & fluent aquæ. Qui annunciat verbum ſuum Iacob, θ iuſtificationes, & iudicia ſua Iſrael. Non fecit ι ſic omni nationi: & iudicia ſua non manifeſtauit eis. A

α Aggæi, & Zachariæ.] *Hoc primum loco videtur S. Auguſtinus iſta verba habuiſſe. Apud Theodoretum neque hic, neque in alijs pſalmis ſunt. Atque in hebræo quidem hic pſalmus cum ſuperiore coniungitur.* ϛ Lauda.] *Sequuti ſumus S. Auguſtinum, & vetus pſalt. vt in priore parte huius verſiculi diceremus*, collauda, *in hac autem poſteriore,* lauda. *Nam & in hebræo, & in græco eſt aliqua diuerſitas: & S. Auguſtinus aliqua affert ad hãc diſtinctionem pertinentia. Schol.* Aquila, ὕμνει θεόν σου. Symmachus, αἴνει τὸν θεόν σου, *Theodotio,* ὕμνει τὸν θεόν σου. γ Vſque in velocitatem.] *Ita vetus, & S. Auguſtinus, qui etiam loquutionem iſtam conſiderat: cæteri latini,* velociter, *græce eſt:* ἕως τάχους. δ Nebulam.] *Chryſoſtomus*: alius, δρόσον πεπηγμένην, rorem concretum: hebræus autem, χαφφέ. ε Buccellas.] ψωμούς. *S. Auguſtinus, & vetus, & Romanum*, fruſta panis. ζ Quis ſubſiſtet.] *Aut,* ſuſtinebit, *vt Romanum, & vulgata, & S. Hilarius. Chryſoſtomus*: alius, εἰς πρόσωπον ψύχους τίς ςήσεται, in faciem frigoris quis ſtabit? η Verbum.] τὸν λόγον. *In quibuſdam codicibus eſt,* τὸ λόγιον, eloquium. *Schol.* Aquila, ῥῆμα, Theodotio, & ſexta, τὸν λόγον, quinta, λόγον. θ Iuſtificationes.] *Aut,* iuſtitias, *vt alij græce eſt,* δικαιώματα. *Chryſoſtomus*: alius, ἀκριβασμοὺς, præcepta: alius, προστάγματα, conſtitutiones. ι Sic.] *Aut,* taliter, *vt vulgata, & Romanum. Chryſoſtomus*: alius, ὅμοια, ſimilia. B

Alleluia, Aggæi, & Zachariæ. CXLVIII.

LAVDATE Dominum de cælis: laudate eum in excelſis. Laudate eũ omnes angeli eius: laudate eum α omnes virtutes eius. Laudate eum ſol & luna: laudate eum β omnes ſtellæ, & lumen. Laudate eum cæli cælorum, & γ aqua, quæ ſuper cælos. Laudent nomen Domini, quoniã ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. δ Statuit ea in ſeculum, & in ſeculũ ſeculi: præceptum poſuit, & non præteribit. Laudate Dominũ de terra, dracones, & omnes abyſsi. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus ε tempeſtatis facientia verbum eius: Montes, & omnes colles, ligna fructifera, & omnes cedri: Beſtiæ, & omnia pecora reptilia, & volatilia pennata: Reges terræ, & ζ omnes populi, principes, & omnes iudices terræ. η Iuuenes, & virgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen Domini: θ quia exaltatum eſt nomen eius ſolius. ι Confeſsio eius ſuper cælum, & terram: & κ exaltabit cornu populi ſui. λ Hymnus omnibus ſanctis eius: filijs Iſrael, populo appropinquanti μ ſibi. C D

α Et omnes virtutes eius.] *Symmachus,* πᾶσαι αἱ ςρατιαὶ αὐτοῦ, omnes exercitus eius, *& ſic S. Hieronymus*. β Omnes ſtellæ, & lumen.] *Theodoretus ex Symmacho,* ὑμνεῖτε αὐτὸν πάντες ἀςέρες φωτός, hymnis celebrate eum omnes ſtellæ luminis. *Etiam S. Hieronymus,* ſtellæ luminis. γ Et aqua.] *Sic habent Græci,* τὸ ὕδωρ, *& ita fere diſtinguunt. Latini autem,* & aquæ, quæ ſuper cælos ſunt, laudent, &c. δ Statuit ea.] *Chryſoſtomus*: alius, ἔστησεν αὐτὰ διαμένειν αἰωνίως, ſtatuit ea ad permanendum perpetuo. ε Tempeſtatis.] *Aut,* procellarum, *vt Romanum, & vulgata, aut,* procellæ, *vt fortaſſe S. Hilarius. Scholiaſtes ex Chryſoſtomo*: alius, ἄνεμος, ventus: alius, τυφῶνες, Typhones. ζ Omnes populi.] *Chryſoſtomus*: alius, πάντα φῦλα, omnes tribus. η Iuuenes.] *Chryſoſtomus*: alius, ἐκλεκτοὶ, electi. θ Quia exaltatum eſt.] *Chryſoſtomus*: alius, ὅτι ὑπερέχον, quoniã ſuperexcedens. ι Confeſſio eius.] *Chryſ.* alius, καὶ ὁ ὕμνος αὐτοῦ, & hymnus eius. κ Exaltabit.] ὑψώσει. *Latini tamen,* exaltauit. λ Hymnus.] *Chryſ.* alius, ἔπαινος, laus. μ Sibi.] *Ita vulgata, itẽque Romanum, & S. Hilarius: at S. Aug & vetus,* filij Iſrael, populi appropinquantes ſibi. *Poſſet tamen illud,* αὐτῷ, *verti,* ei. E

Alleluia. CXLIX.

CANTATE Domino canticum nouum: laus eius in Eccleſia ſanctorum. Lætetur Iſrael in eo, qui fecit eum: & α filij Sion exultent in rege ſuo. Laudent nomen eius in choro, in tympano, & pſalterio pſallant ei. Quia β beneplacitum eſt Domino in populo ſuo: & γ exaltabit manſuetos in ſalute. δ Exultabunt ſancti in gloria: & lætabuntur in cubilibus ſuis. ε Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladij ζ ancipites in manibus eorum.

A rum. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis: ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis: ad faciendum in eis iudicium * conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius.

α Filij.] *Sola fere vulgata habet*, filiæ. β Beneplacitum.] S. *Augustinus, & vetus*, quoniam bene facit Dominus. γ Et exaltabit.] *Ita S. Augustinus, & vetus. Vulgata*, exaltauit. *Romanum*, & exultabunt mansueti. δ Exultabunt.] *Noluimus discedere à recepta ab omnibus lectione: sed magis propriè verteretur*, gloriabuntur sancti in gloria, & exultabunt super cubilibus suis. ε Exaltationes.] *αἱ ὑψώσεις, quamuis latini*, exultationes. *Chrysostomus*: alius, ὑμνολογίαι, celebrationes cum hymnis. ζ Et gladij ancipites.] *Recte etiam S. Augustinus, & vetus*, & framea bis acutæ.] η Conscriptum.] κρίμα ἔγγραπτον. *Schol.* Aquila, κρίμα γεγραμμένον, iudicium scriptum. *Symmachus*, κρίσιν γεγραμμένην, iudicationem scriptam, vt lxx. *Et fortasse le-* B *gendum*: Theodotio, vt lxx. *aut quiddam eiusmodi.*

Alleluia. CL.

LAVDATE Dominum in α sanctis eius: laudate eum in firmamento β virtutis eius. Laudate eum in γ potentatibus eius: laudate eũ secundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in δ sono tubæ: laudate eum in ε psalterio, & cithara. Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in ζ chordis, & organo. Laudate eum in cymbalis bene sonantibus: laudate C eum in cymbalis η iubilationis: omnis θ spiritus laudet Dominum.

α In sanctis.] *Aquila*, ἐν ἡγιασμένῳ αὐτοῦ, in sanctificato eius. *Symmachus*, ἐν τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ, in sancto eius. β Virtutis.] δυνάμεως. *Theodoretus ex Symmacho*, ὑμνεῖτε αὐτὸν ἐν στερεώματι τῷ ἀκαθαιρέτῳ αὐτοῦ: hymnis celebrate eum in firmamento inexpugnabili eius. *Addit Schol. ex Aquila*, κράτους αὐτοῦ, potentiæ eius. γ In potentatibus.] *Ita Romanum, nec S. Augustinus eam lectionem reprobat: & ita solet verti*, δυναστεία. *Chrysostomus*: alius, διὰ τῶν δυναστειῶν αὐτοῦ, per potentatus eius. δ In sono tubæ.] *Symmachus*, δι' ἤχου κερατίνης, per sonum corneæ. ε Psalterio.] *Chrysostomus*: alius, διὰ ναύλας, καὶ λύρας, per naulam, & lyram. *Schol.* Aquila, ἐν ναύλῳ καὶ λύρᾳ, in naulo, & lyra. ζ In chordis, & organo.] *Chrysostomus*: alius, διὰ χορδῶν, καὶ κιθάρας, per chordas, & citharam. η Iubilationis.] *Symmachus*, σημασίας, significationis. θ Spiritus.] πνοή, *& melius fortasse redderetur*, spiratio. *Chrysostomus*: alius, ἀναπνοή, respiratio.

D

Hic psalmus Idiographus α in Dauid, & extra β numerum, quando monomachiam iniit cum Goliad.

PARVVS eram in fratribus meis, & iunior in domo patris mei, pascebam oues patris mei. Manus meæ fecerunt organum: & digiti mei concinnauerunt psalterium. Et quis annunciabit Domino meo? Ipse Dominus, ipse exaudit. Ipse emisit angelum suum, & tulit me de ouibus patris mei: & vnxit me in oleo vnctionis suæ. Fratres mei pulchri, & magni: & non bene sensit in eis Dominus. Exiui in occursum alienigenæ, & maledixit me in idolis suis: E ego vero trahens gladium, qui ab illo, capite truncaui eum, & abstuli opprobrium ex filijs Israel.

α In Dauid.] εἰς Δαυίδ. *Alij codices*, τοῦ Δαυίδ, ipsius Dauid. β Extra numerum.] *In alijs additur*, τῶν ρν´ ψαλμῶν, centum quinquaginta psalmorum.

PROVERBIA SALOMONIS.

A

B

CAP. I.

PROVERBIA α Salomonis filij Dauid, qui regnauit in Iſrael ad ſciendam ſapientiam,& diſciplinam,& β intelligendum verba prudentiæ, & γ ſuſcipiendum verſutias ſermonum, & intelligendam iuſtitiam veram, & iudicium dirigendum: vt det δ ſimplicibus aſtutiam, & puero nouo & ſenſum,& ε cogitationem. Hæc enim audiens ſapiens ſapientior erit: intelligẽs autem, rationem gubernandi poſſidebit. Animaduertetque ζ parabolam,& tenebroſum ſermonem, dictaque ſapientum, & ænigmata. Principium ſapientiæ timor η Domini: intellectus autem bonus omnibus facientibus eum. Pietas autem in Deum principium ſenſus: ſapientiam autem,& diſciplinam θ impij ſpernent. Audi fili ι diſciplinam patris tui: & ne abijcias leges matris tuæ. κ Coronam enim gratiarum recipies vertici tuo,& λ torquem aureum circa tuum collum. Fili, ne te ſeducant viri impij, neque ϰ velis. Si aduocauerint te, dicentes, veni nobiſcũ, μ particeps eſto ſanguinis, abſcondamus autem in terram virum ν iuſtum iniuſte, deglutiamus autem eum, ſicut infernus viuentem,& tollamus eius memoriam de terra, ξ poſſeſſionem eius ο precioſam occupemus, impleamus autem domos noſtras π ſpolijs, ρ tuam autem ſortem mitte in nobis, σ communem autẽ crumenam poſsideamus omnes,& marſupium vnum ſit τ nobis; υ ne ambules in via cum eis, φ declina autem pedem tuum à ſemitis χ eorum. Non ψ enim inique tenduntur retia auibus. Ipſi enim qui homicidij participes ſunt, theſaurizant ſibiipſis mala. ω Euerſio autem virorum iniquorum mala. Hæ viæ ſunt αα omnium conſummantium iniqua. ββ Impietate enim ſuam ipſorum animam auferunt. Sapientia in exitibus γγ canitur, in plateis autem cum libertate agit; & ſuper ſummos muros δδ clamitat, & εε in portis dynaſtarum aſsidet,& in portis ciuitatis confidenter ait: Quanto tẽpore ſimplices ζζ inhærent iuſtitiæ, non erubeſcent: inſipientes autem dũ contumeliæ cupidi, ſunt impij ηη facti oderunt ſenſum, θθ & ſubiecti facti ſunt opprobrijs. Ecce ιι proferam vobis mei ſpiritus dictionem: docebo autem vos meum ſermonem. Quoniam vocabam,& non obediſtis: & extendebam κκ verba,& non attendiſtis: ſed λλ irrita faciebatis mea conſilia,& meis increpationibus μμ rebelles fuiſtis. Itaque & ego veſtra νν perditione ridebo: ξξ gaudebo autem, cum venerit vobis interitus, & cum aduenerit vobis ſubito tumultus; euerſio autem ſimilis οο procellæ

C

D

E

A cellæ affuerit, & cum venerit vobis tribulatio, & ππ oppressio, vel cum venerit vobis interitus. ρρ Erit enim, cũ inuocabitis me, ego autem non exaudiam vos: quærent me mali, & non inuenient. σσ Oderunt enim sapientiã: ττ verbũ autem Domini non assumpserunt: υυ neque volebant meis attendere consilijs: φφ subsannabant autem meas redargutiones. Ergo comedent viæ suæ fructus, & sua ipsorum χχ impietate saturabuntur. Pro ψψ eo enim, quòd iniuriam inferebant paruulis, occidentur, & ωω examinatio impios perdet. Qui autem me audit; * habitabit in spe, & quiescet sine timore ab omni malo.

α Prouerbia.] *Aquila*, παραβολαὶ parabolæ, *vt in vulgata hoc loco, licet titulus sit*, liber prouerbiorum. *De hac dictione S. Basilius in principium prouer.* β Intelligendum verba prudentiæ.] *Symmachus*, συνοεῖν ῥήσεις συνετὰς percipiendum eloquia intelligentiæ plena. γ Suscipiendum versutias sermonum.] *Aquila*, τοῦ λαβεῖν παιδείαν ἐπιστήμης, ad accipiendum eruditionem scientiæ. *Symmachus*, παιδείαν φρονήσεως, eruditionem prudentiæ. *Post hæc autem sequuntur in multis*, καὶ λύσεις αἰνιγμάτων & solutiones ænigmatum: *quæ non sunt in hebræo, neque referuntur ab Eusebio de præpar. Euang. ac videri possunt translata ex cap. 8. S. p. S. Hieronymus in Ezech. cap. 18. hunc locum sic refert*; scire sapientiam, & disciplinam, & intelligere verba prudentiæ, suscipere versutias sermonum, & nosse iustitiam veram, & post omnia corrigere iudicium. δ Simplicibus.] ἀκάκοις, *quod etiam sæpe solet verti*, innocentibus: *legendus ibidem S. Basilius. Aquila*, θελγομένοις, ijs, qui se facile palpari, & lactari sinunt. *Symmachus*, νηπίοις paruulis: *vt vulgata. Theodotio*, ἀπατωμένοις, deceptis. ε Cogitationem.] *Theodotio*, συλλογισμὸν ratiocinationem. *Symmachus*, αἴσθησιν, sensum: *quare pro illo*, αἴσθησιν, *quod proxime præcessit, ipse aliud quiddam potuit habere: vulgata habet*, scientia, & intellectus. *Et nomine quidem sensus internam ipsam intelligendi vim sæpe significari multi obseruarunt, quamuis S. Basilius proprie tribuat cognitioni præsentium.* ζ Parabolam.] *Aquila*, ἑρμηνείαν, interpretationem. *Symmachus*, πρόβλημα, problema. *Vulgata coniungit illa duo*, parabolam, & interpretationem. η Domini.] *Schol.* θεοῦ, Dei. θ Impij.] *Aquila, Symm. Theod.* ἄφρονες, imprudentes. *Lucifer pro S. Athanasio*, Timor Domini initium sensus: sapientiam autem, & disciplinam impij spernunt. ι Disciplinam.] *Sic etiam vulgata. Alij autem codices*, νόμους, leges. κ Coronam.] *Aquila*, ὅτι προσθήκη χάριτος εἰσὶ τῇ κεφαλῇ σου, quoniam accessio gratiæ sunt capiti tuo. λ Torquem.] *Aquila*, περιτραχήλια, ornamenta colli. *Schol.* περίθεμα, *eodem sensu.* * Neque velis.] *Lucifer*, neque acquiescas. *Et totus hic locus apud illum legi potest.* μ Particeps esto sanguinis.] *Aquila, Sym. Theod.* ἐνεδρεύσωμεν εἰς αἷμα, *quod vulgata*, insidiemur sanguini. ν Iustum.] *Aquila*, ἀθῷον, insontem, *vt vulgata.* ξ Possessionem.] *Aquila, & Theod.* ὕπαρξιν, substantiam, *vt vulgata. Symmac.* πλοῦτον diuitias. ο Preciosam.] *A. S. Th.* τιμίαν, *eodem sensu.* π Spolijs.] *Aquila*, λαφύρων, *sed sæpe ista nomina confunduntur.* ρ Tuam autem sortem mitte.] *Schol.* κλῆρός σου πεσέτω sors tua cadat. σ Communem autem crumenam possideamus omnes.] *Absunt hæc à Compl. & videri possunt altera interpretatio sequentis sententiæ.* τ Nobis.] *Schol.* μέσῳ ἡμῶν, medio nostri: *quamuis suspicemur hanc varietatem pertinere ad illud paulo ante positum*, tuam autem sortem mitte in nobis. *Nã ibi in aliquo exemplari est*, ἐν μέσῳ ἡμῶν, *et hebræus habet*, sortem tuam fac cadere in medio nostrum. υ Ne ambules in via.] *Alij*, ὁδοῖς, vias, *itemque Schol. qui affert hanc aliam lectionem*, υἱὲ μὴ πορεύσῃς ἐν ὁδῷ, Fili ne ambules in via. φ Declina.] *Aquila, & Th.* κώλυσον, prohibe, *vt vulgata. Symmachus*, ἀπόστρεψον, auerte. *Lucifer*, nec abieris vias cum illis, ne declinaueris pedem tuũ ad semitas eorum. χ Eorum.] *Sic quoque est in alio libro, & apud Luciferum. In cæteris vero hæc adduntur*, οἱ γὰρ πόδες αὐτῶν εἰς κακίαν τρέχουσι, ταχινοὶ (*al.* καὶ ταχινοί εἰσι) τοῦ ἐκχέαι αἷμα, pedes enim illorum ad malum currunt, veloces (*al.* & veloces sunt) ad effundendum sanguinem. *Ita Orig. in epist. ad Rom. cap. 3.* Veloces (inquit) pedes eorum ad effundendum sanguinem, vel in Esaia inuenies, vel in prouerbijs. ψ Non enim inique.] *Sic Lucifer ibidem: & sic solet hic locus afferri à Patribus græcis, vt à B. Cyrillo in Io. lib. 2. ca. 54. & alijs.* ω Euersio autem virorum iniquorum mala.] *Ita collati codices. Absunt autem à Compl. & à Lucifero non referuntur.* αα Omnium consummantium iniqua.] *Sic idem Lucifer. Aquila, Symm. Theod.* παντὸς πλεονεκτοῦντος πλεονεξίαν, Omnis auare sequentis auaritiam. ββ Impietate enim.] *Lucifer*, sua enim impietate suam animam auferunt. *Symmachus*, τὴν ψυχὴν αὐτῶν παρ' αὐτῶν λήψεται animam eorum ab eis tollet. γγ Canitur.] *Ita S. Hilarius. sed videtur passiuum accipiendum pro deponente, id est cantat, & prædicat, vt vulgata. Legenda sunt, quæ de hoc loco scribit S. Hilarius. Eodem modo infra cap. 8.* δδ Clamitat.] *Aq. S. Th.* δώσει φωνὴν αὐτῆς, dabit vocem suam: *quomodo fere vulgata.* εε Et in portis dynastarum assidet.] *Hæc absunt à Compl. & vulgata.* ζζ Inhærent iustitiæ.] *Compl.* ἔχονται. *Lucifer*, quanto tempore innocentes tenuerint iustitiam. *Aquila*, ἕως πότε νήπιοι ἀγαπήσετε νηπιότητα, *quod vulgata*, vsquequo paruuli diligitis infantiam? ηη Impij facti oderunt sensum.] *Lucifer*, intellectum. *Symmachus*, καὶ ἀσύνετοι μισήσουσι γνῶσιν, *& vulgata*, & imprudentes odibunt scientiam? θθ Et subiecti.] *Sic idem Lucifer. Symmachus*, ἐπιστράφητε ἐπὶ τὸν ἔλεγχόν μου, *quod vulgata*, conuertimini ad correptionem meam. ιι Proferam vobis.] *Aquila & Theod.* ἀναβλύσω ὑμῖν πνεῦμά μου, effundam vobis spiritum meum, *quomodo fere vulgata.* κκ Verba.] *Aq. S. Th.* τὴν χεῖρά μου, *& vulgata*, manum meam. λλ Sed irrita faciebatis.] *Sic Lucifer. Schol.* ἐποιήσατε, fecistis. *Symm. & Theod.* καὶ διεσκεδάσατε, & dissipastis. μμ Rebelles fuistis.] *In alijs libris est*, οὐ προσείχετε, *& Lucifer*, non intendebatis. νν Perditioni.] *Sic idem Lucifer. S. Augustinus in Io. tract. 33.* & ego vestræ perditioni super ridebo. *Aquila*, ἐπικλυσμῷ inundatione, *Sym.* συντάγῇ collocatione. ξξ Gaudebo.] *Lucifer*, gratulabor autem

aduersus

aduerſus vos, *Aq. S. Th.* μυκτηριῶ, ſubſannabo, *vt vulgata.* οο Procellæ] *Aqu.* σεισμῷ, concuſſioni, terræmotui. ππ Oppreſſio.] *Aquila,* ἐπίχυσις, ſuperfuſio. *Th.* καταιγὶς, conturbatio, præcipitatio. ρρ Erit enim cum.] *Schol.* τότε ἐπικαλέσονταί με, *& vulgata,* tunc inuocabunt me. σσ Oderunt enim.] *Symm. & Th.* ἀνθ' ὧν ἐμίσησαν, pro eo, quòd oderunt. ττ Verbum autem Domini non aſſumpſerunt.] *Sic Lucifer: & S. Cyprianus lib. 1. aduer. Iudæos,* ſermonem autem Domini non receperunt. *Et præter Vaticanum in alio etiam codice margini adſcriptum eſt,* λόγον. *In cæteris autem libris eſt,* τὸν δὲ φόβον κυρίου, *quod vulgata,* & timorem Domini. *Schol.* τὴν δὲ θεοσέβειαν pietatem. *Sic enim vertit S. Auguſtinus de ſpiritu & litera. Ac ſæpe pro ea dictione hebraica, quæ timorem ſignificat, ipſos etiam lxx. ponere* θεοσέβειαν, *vel* εὐσέβειαν, *ab alijs notatum eſt.* υυ Neque volebant meis attendere conſilijs.] *Aq. S. Th.* οὐκ ἐξεδέξαντο, non receperunt. φφ Subſannabant.] *Aquila,* διέσυρον, detrahebant, *ſic enim videtur accepiſſe vulgata. S. & Th.* παρώξυναν, irritauerunt. χχ Impietate.] *Lucifer,* & ſua impietate ſaturabunt animas. *S. & Th.* διαβουλιῶν. *Aquila,* βουλευμάτων, *quod vulgata,* conſilijs. ψψ Pro eo enim quòd iniuriam inferebant paruulis.] *Lucifer:* Nam quia decipiebant paruulos. *Symmachus,* ὅτι ἀποστροφὴ νηπίων ἀνελεῖ αὐτοὺς, quoniam auerſio paruulorum interficiet eos: *quomodo fere vulgata.* ωω Examinatio.] *Aquila, & Symmachus,* καὶ εὐθηνία ἀφρόνων ἀνελεῖ αὐτοὺς, *quod eadem vulgata,* proſperitas ſtultorum perdet eos. * Habitabit in ſpe.] *Schol.* ἀναπαύσεται ἐν εἰρήνῃ πεποιθὼς, requieſcet in pace ſecurus.

CAP. II.

FILI, ſi ſuſcipiens eloquium mei mandati abſconderis penes te; [α] obediet ſapientiæ auris tua, [β] & adijcies cor tuum ad intellectum: adijcies autem ipſum ad monitionem filio tuo. Si enim [γ] ſapientiam inuoces, & intellectui des vocem [δ] tuam, &, ſi exquiras eam tanquam argentum, & tanquã [ε] theſauros inueſtiges eam; tunc intelliges timorem Domini, & ſcientiam Dei reperies: Quia Dominus dat ſapientiam, & à [ζ] facie eius cognitio, & intellectus. Et theſaurizat [η] recte agentibus ſalutem: proteget greſſum eorum, ad cuſtodiendas [θ] vias iuſtificationum; & viam reuerẽtium ſe cuſtodiet Tunc intelliges iuſtitiam, & iudicium: & diriges omnes [ι] ſemitas bonas. Si enim venerit ſapientia in tuam [κ] mentem, & ſenſus eſſe animæ tuæ [λ] pulcher videbitur; conſilium bonum cuſtodiet te, & [μ] cogitatio ſancta ſeruabit te: vt eruat te à via mala, & à viro loquente nihil fidele. O qui dereliquiſtis vias rectas abeũdo in vias tenebrarũ, qui lætamini in malis, & gaudetis in euerſione mala: Quorũ ſemitæ [ν] prauæ, & [ξ] flexuoſi curſus eorũ ad longe te faciendum [ο] à via recta, & alienum à iuſta ſententia. Fili, ne te comprehẽdat malum conſiliũ. [π] Quæ dereliquit [ρ] doctrinam iuuentutis, & [σ] teſtamenti diuini oblita eſt. [τ] Poſuit enim iuxta mortem domum ſuam, & penes infernum cum terrigenis [υ] orbitas ſuas. Omnes euntes in ea non [φ] reuertent, neque apprehendent ſemitas rectas: non enim apprehenduntur ab annis vitæ. Nam ſi ambularent ſemitas bonas; inueniſſent vtique [χ] ſemitas iuſtitiæ leues. [ψ] Quoniam recti [ω] inhabitabunt terram, & ſancti remanebunt in ea. Viæ impiorum è terra perdentur: & * iniqui expellentur ab ea.

α Obediet ſapientiæ.] *Propius quidem ad hebræum, quàm quod in alijs,* ὑπακούσεται σοφίας τὸ οὖς σου, obediet ſapientia auri tuæ. *Sed Aq. S. Th.* τοῦ προσέχειν τῇ σοφίᾳ, ad attendendum ſapientiæ. β Adijcies.] *A.* ἀνακλινεῖς, inclinabis. γ Sapientiam.] *Schol.* σύνεσιν, φρόνησιν, intellectum, prudentiam. δ Tuam.] *Plura non referuntur neque à S. Hilario in pſalm. 127 cuius verba poſuimus, neque à S. Hieronymo in cap. 50. Eſa. neque à S. Ambroſio ſerm. 5. in pſalmum 118. qui eodem fere modo habent. Et cum Vaticano alius etiam liber conuenit. At in cæteris hæc adduntur,* τὴν δὲ αἴσθησιν ζητήσῃς μεγάλῃ τῇ φωνῇ, ſenſum autem quæſieris magna voce: *quæ etiam in hoc Vaticano ad marginem ſunt adſcripta: in alio autem notata ſunt aſteriſco.* ε Theſauros.] S. *& Th.* τὰ ἀπόκρυφα, abſcondita. ζ Facie.] A. S. *Th.* στόματος, *& vulgata,* ex ore. η Recte agentibus.] τοῖς κατορθοῦσι, *& vulgata,* rectorum. *Sed S. Auguſtinus lib. 1. contra aduerſ. leg. & proph. cap. 17.* Et in prouerbijs legitur, quia Deus theſaurizat diligentibus ſe ſalutem. θ Vias.] *In alijs libris eſt,* ὁδὸν, viam: *& Schol. notat tanquam alteram lectionem,* ὁδοῖς. ι Semitas.] ἄξονας. *A.* καμπτοῖς, flexus. *Symmach.* ἐπικυλισμοῖς, inuolutiones. κ Mentem.] *A. S. Th.* καρδίαν, cor, *vt vulgata.* λ Pulcher videbitur.] *ideſt iucundus, & ſuauis.* A. εὐπρεπώσει, decorus, & venuſtus erit. μ Cogitatio.] *A. S. Th.* φρόνησις, prudentia, *vt vulgata.* ν Prauæ.] *S.* σκαμβαὶ, *Th.* στρεβλαὶ, *eodem ſenſu.* ξ Et flexuoſi curſus eorum.]

A rum.] *Ita S. Ambrosius in psal. 36. à quo totum hunc locum sumpsimus: etsi aliter etiam verti potuisset Aq.* καὶ θρυλλέσιν ἐν καμπαῖς αὐτῆς, & iactant se in flexuris suis. *Th.* καὶ μυκτηρίζουσιν ἐν τοῖς ἐπικυλισμοῖς αὐτῆς, & subsannant in inuolutionibus suis. ο A via recta, & alienum à iusta sententia.] Symmachus ἀπὸ γυναικὸς ἀλλοτρίας, ἀπὸ ξένης, ἧς οἱ λόγοι ὀλισθηροί, à muliere aliena, ab extranea, cuius verba lubrica: *qui sensus exprimitur in vulgata.* π Quæ dereliquit.] *Quod præcessit,* malum consilium, *græce est,* κακὴ βουλή. *Quare videbatur nunc vertendum,* quod dereliquit: *Sed hæc visa est esse huius loci sententia,* malum consilium illius mulieris, quæ dereliquit. ρ Doctrinam iuuentutis.] S. μάθησιν, disciplinam. *Th.* ἡγούμενον, ducem, *vt vulgata.* σ Diuini.] A. S. *Th.* θεοῦ, Dei. τ Posuit.] *S.* ὥρισεν, terminauit. *Schol. Alius,* ἔκυψε γὰρ εἰς θάνατον οἶκος αὐτῆς. inclinata est enim ad mortem domus eius, *vt vulg. S. Ambr. de Cain lib. 1. ca. 5. huc videtur spectare, cum inquit.* Viæ inferorum domus eius, deducentes in secessum mortis. υ Orbitas.] A. καμπάς. S. ὁδούς. *Th.* κυλισμούς. *Schol.* αἱ τροχιαὶ αὐτῆς, *eodem sensu.* φ Reuertent.] *A. S. Th.* ἐπιστρέψουσι, *quod idem valet.* χ Semitas iustitiæ.] *Affertur hic locus à S. Augustino in libro de natura, & gratia, cap. 69. Schol.* ὁδοὺς δικαίων, vias iustorum. ψ Quoniam recti.] *Optime hæc respondent hebræo, & vulgatæ. In alijs libris hæc antecedunt,* χρηστοὶ ἔσονται οἰκήτορες γῆς, ἄκακοι δὲ ὑπολειφθήσονται ἐν αὐτῇ, boni erunt habitatores terræ, & innocentes remanebunt

B in ea. *In vno codice sunt hæc, & non nostra: sed statim sequitur,* ὁδοὶ δὲ ἀσεβῶν: *quare videri possunt duæ interpretationes eiusdem sententiæ. Scholiastes quidem de istis, quæ in alijs esse diximus, loquens hæc affert,* hi duo versus neque in cæteris sunt, neque in omnibus communis editionis exemplaribus. ω Inhabitabunt.] *S.* κατακληρονομήσουσιν, hæreditabunt. *& sic istum locum affert. S. Basilius.* * Iniqui.] *A. S. Th.* ἀσεβεῖς, impij.

CAP. III.

FILI, mearum legum ne obliuiscaris: verba autem mea seruet tuum cor. Longitudinem enim ætatis, & annos vitæ, & pacem apponent tibi. α Eleemosynæ, & fides ne deserant te: β alliga autem eas super collum γ tuum:

C & inuenies gratiam: & δ prouide bona ε coram Domino, & hominibus. ζ Esto fidens in toto corde super Deum: in tua autem sapientia η ne exalteris. θ Omnibus vijs tuis cognosce illam; ι vt rectas faciat vias tuas. Ne sis κ prudens apud temetipsum: time autem Deum, & declina ab omni malo. Tunc sanitas erit corpori tuo, & λ curatio ossibus tuis. Honora Dominum de iustis tuis laboribus: & primitias da ei de μ tuis fructibus iustitiæ: vt impleantur ν cellaria tua ξ saturitate, frumento: & vino torcularia tua ο redundent. Fili, noli π negligere disciplinam Domini: neque ρ fatigeris, dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, σ arguit: flagellat autem omnem filium, quem suscipit. Beatus τ homo, qui inuenit sapientiam, & υ mortalis, qui vidit prudentiam. Melius est

D enim illam mercari, quàm auri, & argenti thesauros. Preciosior est enim lapidibus: non resistet illi vllum malum: bene nota est omnibus φ appropinquantibus ei: omne autem preciosum non est illa dignum. * Longitudo enim ætatis, & anni vitæ in dextera eius: in sinistra autem eius diuitiæ, & gloria. Ex ore eius procedit iustitia: legem autem, & misericordam χ in lingua portat. Viæ eius viæ bonæ: & omnes ψ semitæ eius in pace. Lignum vitæ est omnibus, qui complectuntur eam, & qui incumbunt in eam, sicut in Domino, ω secura. Deus sapientia fundauit terram: parauit autem cælos prudentia. In αα sensu abyssi eru-

E perunt, nubes autem manauerunt ββ rores. Fili, ne diffluas: serua autem meum consiliũ, & sentẽtiam: vt viuat anima tua, & gratia sit circa collum tuũ: erit autẽ sanitas carnibus tuis, & curatio tuis ossibus: vt ambules fidens, in pace omnes vias tuas, & pes tuus non impingat. Si enim sederis; sine timore eris: si vero dormieris; suauiter dormies: & non γγ timebis pauorem superuenientem, neque impetus impiorum ingruentes. Dominus enim erit super vias tuas, δδ & firmabit tuum pedem; vt non εε commouearis. Ne abstineas benefacere egeno; quandocumque habuerit manus tua auxiliari. Ne * dixeris: Reuertẽs redi, cras

dabo,

dabo, cum potens tu sis benefacere: Non enim scis, quid pariat sequens dies. Ne fabriceris in tuum inimicum mala, incolam, & fidentem super te. Noli ζζ inimicitias exercere aduersus hominem sine causa: ne quod tibi operetur malum. Ne acquiras malorum virorum opprobria; ηη neque zelaueris vias corũ. Immundus enim coram Domino omnis iniquus: in θθ iustis autem non facit concilium. Maledictio Dei in domibus impiorum: tuguria autem iustorum benedicuntur. ιι Dominus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Gloriam sapientes hæreditabunt: κκ impij autem exaltabunt ignominiam.

α Eleemosynæ, & fides.] *Aquila*, ἔλεος καὶ ἀλήθεια, misericordia, & veritas, *vt vulgata*. S. *Ioan. Chrysostomus in epist. ad Phil. hom.* 1. *vna cum hac sententia, quam habet nostra, coniungit, & istam*, ἐλεημοσύνη, καὶ πίστις ἔστω σοι ἀληθής, misericordia, & fides sit tibi vera. β Alliga.] *Aquila*, σύνδησον, *eodem sensu*. γ Tuum.] *In cæteris libris hæc subnectuntur*, γράψον αὐτὰς ἐπὶ πλακὸς καρδίας σου, scribe eas super tabulam cordis tui, *in vno autem libro pro* πλακὸς, *est*, πλάτος, latitudinem: *quomodo est infra cap.* 7. *Alterutrum quidem locum innuens. S. Hieronymus in Abacuc cap.* 2. *dicebat.* Sed & Salomon tale quid significat in Prouerbijs, dicens: Describe eam super latitudinem cordis tui. *Symmachus*, ἐπὶ τοῦ στήθους, super pectus. δ Et prouide.] *Indicatur hic locus* 2. *Cor.* 8. *S. Ambrosius in Lu. lib.* 1. *habet*, prouide bona semper coram Deo, & coram hominibus. *A. S. Th.* περινόησαι, circumspice. ε Coram Domino.] *Iidem*, ἐν ὀφθαλμοῖς κυρίου, in oculis Domini. ζ Esto fidens.] *S.* ἔλπισον κυρίῳ, spera in Domino. η Ne exalteris.] *Th.* μὴ ἐπερείδου, ne innitaris, *vt vulgata. Symm.* μὴ ἴσθι πεποιθὼς, ne sis confidens. θ Omnibus.] *Multi codices habent*, ἐν πάσαις, in omnibus. *S. Hieronymus lib.* 3. *aduers. Pelag. vbi multa ex hoc loco affert, habet*, in omnibus vijs tuis cognosce eum: *& in vulgata*, cogita illum. ι Rectas faciat.] *Sic ibidem S. Hieronymus, quod græce est*, ὀρθοτομῇ, *& Symmachus planius expressit*, εὐθεῖς ποιήσῃ. κ Prudens.] *A. S. Th.* σοφὸς, sapiens. λ Curatio.] *A.* ποτισμὸς, irrigatio, *vt vulgata. Symmachus*, πότης, pinguedo, medulla. *Th.* καταβροχὴ, *quod item valet*, irrigatio, perfusio. μ De tuis fructibus iustitiæ.] *A. S. Th.* παντὸς γεννήματός σου, de omni genimine tuo. *S. Hieronymus in Ezech. cap.* 45: *hanc partem sic refert*, & da ei de fructibus iustitiæ tuæ. ν Cellaria.] *A.* αἱ ἀποθῆκαι, apothecæ, horrea, *vt vulgata. Symmachus*, θησαυροὶ, thesauri. ξ Saturitate frumento.] *In alijs est*, πλησμονῆς, *aut* πλησμονῇ σίτου, saturitate frumenti. *S. Hieronymus ibidem habet tantum*, vt impleantur cellaria tua frumento: *Vulgata tantum*, saturitate: *quare videri possunt iunctæ duæ interpretationes.* ο Redundent.] *Schol.* ὑπερεκβλύζωσιν, *quod etiam est significantius.* π Noli negligere.] *Sic S. Paulus ad Heb.* 12. *Sed habet*, υἱέ μου, fili mi. *Aquila*, μὴ ἀποδοκίμαζε, ne reprobes. *Symmachus*, μὴ ἀπωθῇς, ne abijcias, *vt vulgata. S. Hieronymus in Ezech. cap.* 20. Fili ne contristeris ad disciplinam Domini: neque deficias, quando ab eo argueris. Quem enim diligit, &c. *S. Cyprianus de habitu virg.* Fili ne neglexeris disciplinam Domini, nec defeceris ab eo correptus, *itemque* 3. *lib. ad Quirinum.* ρ Fatigeris.] *Th.* μηδὲ ἐγκακήσῃς, neque reprehendas, neque fastidias. σ Arguit.] *Nonnulli codices habent*, παιδεύει, *& S. Paulus ibid. vbi vulgata*, corripit, *itemque S. Hieronymus, & S. Cyprianus locis allatis.* τ Homo.] *Aliqui* ἀνὴρ *& S. Augustinus contra Adimantum cap.* 19. Beatus vir, &c. υ Mortalis, qui videt.] *S. Augustinus ibidem*, & immortalis, qui videt. *Schol.* ἔσχεν, tenuit. φ Appropinquantibus] *Idem S. Augustinus*, appropinquantibus ei, & eis, qui considerant eam diligenter, omne autẽ preciosum non est illi dignum. * Longitudo.] *S. Ambrosius in ps.* 118. *serm.* 5. Longitudo enim vitæ in dextera eius. χ In lingua.] *Sic S. Augustinus contra aduers. legis lib.* 2, *cap.* 11. *& de gratia, & lib. arb. cap.* 18. ψ Semitæ.] *Sic S. Ambrosius ibidem. Schol.* οἱ ἄξονες, *& in vno libro est inuentum*, καὶ πάντες οἱ ἄξονες αὐτῆς μετ' εἰρήνης, & omnes orbitæ eius cum pace. ω Secura.] *Ista dictio non habetur apud S. Hilarium in psal.* 1. *neque apud Int. Origenis in epist. ad Rom. cap.* 6. αα In sensu.] *In aliquot codicibus additur* αὐτοῦ, *& Irenæus*, sensu eius abyssi eruperunt. *Schol.* ἐν γνώσει, in cognitione, in scientia. ββ Rores.] *Schol.* δρόσῳ, *& Irenæus*, manauerunt ros. γγ Et non timebis pauorem superuenientem.] *S. Hieronymus in Ezech. cap.* 44. *addit*, tibi, *& in Zach. cap.* 4. terrorem superuenientem tibi. *Schol. Cæteri*, ἐὰν πτοηθῇς, οὐ φοβηθήσῃ, si animo percellaris, ne timueris, *idest, si ingruat tibi res aliqua, quæ suapte natura sit terroris plena; tu ne timueris, quoniam Dominus custodit te.* δδ Firmabit.] *Schol.* τηρήσει, seruabit. εε Commouearis.] *Schol.* ἁλῷς, capiaris. * Ne dixeris.] *S. Cyprianus lib.* 3. *ad Quir.* Nec dixeris; abi, & reuertere, cras ego dabo, cum possis continuò benefacere: non enim scis, quid contingat sequenti die. ζζ Inimicitias exercere.] *Sic Lucifer pro S. Athan. S. Hieronymus aduer. Rufin.* ne inimiceris. *Aquila*, μὴ δικάζου, *quod vulgata*, non contendas. ηη Neque zelaueris.] *Schol.* μηδὲ ζήλου, *eodem sensu.* θθ In iustis autẽ non facit concilium.] *Absunt ab vno codice. Videntur autem hoc significare, cũ iustis non agere Deum quasi pro tribunali, & longo subsellio, sed amice, ac familiariter: hebræus enim hanc habet sententiam. cum rectis esse secretum, colloquium, familiarem sermocinationem Dei.* ιι Dominus.] 1. *Pet.* 5. *est* Θεὸς, Deus, *itemque Iac.* 4. *in vulgata.* κκ Impij autem.] *S. Hieronymus in Apol. contra Rufinum*, Impij exaltant contumeliam.

CAP. IV.

A

AVDITE pueri disciplinam patris, & attendite, vt sciatis [α] cogitationem. Donum enim bonum donabo vobis: meam [β] legem ne derelinquatis. Filius enim fui & ego patri obediens, & [γ] dilectus in facie matris. Qui dicebant, & [δ] docebant me: [ε] Firmetur noster sermo in tuo corde: custodi [ζ] præcepta, [η] non obliuiscaris. Neque despexeris eloquium oris mei. Ne dereliqueris eam; & [θ] adhærebit tibi: ama illam; & [ι] seruabit te. Circunda illam, & exaltabit te. Honora eam: vt te amplexetur: vt det tibi capiti coronam gratiarum: Corona autem [κ] deliciarum protegat te. Audi fili, & suscipe

B

mea verba: & multiplicabuntur anni vitæ tuæ, vt tibi sint multæ viæ vitæ. Vias enim sapientiæ [λ] doceo te: & ingredi te facio [μ] orbitis rectis. Si enim ambulaueris; non [ν] concludentur tui gressus: si autem cucurreris; non [ξ] laborabis. Tene meam disciplinam: ne dimittas: sed custodi eam tibi ad vitam tuam. Vias impiorum ne intres: neque [ο] zelaueris vias iniquorum. In quocumque loco castrametati fuerint; ne superuenias illuc: declina autem ab eis, & [π] abscede. Non enim somnum capient; nisi malefecerint: ablatus est somnus [ρ] eorum, & non dormiunt. Hi enim edunt [σ] escas impietatis: [τ] vino autem iniquo inebriantur.

C

Viæ autem iustorum similiter, vt lux fulgent: [υ] procedunt, & illuminant, donec [φ] dirigat se dies. Viæ autem impiorum tenebrosæ: non norunt, quomodo [χ] offendunt. Fili, meo eloquio attende: & meis verbis [ψ] appone aurem tuam. Vt non [ω] derelinquant te fontes tui: custodi eos in corde. Vita enim est inuenientibus eos, & omni carni sanitas. [αα] Omni custodia serua cor tuũ: ex his enim [ββ] exitus vitæ. [γγ] Aufer à te [δδ] prauum os: & iniusta labia longe à te [εε] propelle. Oculi [ζζ] tui recta videant, palpebræ tuæ annuant iusta. [ηη] Rectas orbitas fac tuis pedibus: & vias tuas [θθ] dirige. Ne declines in dextera, neque in sinistra: & auerte pedem tuum à via mala. Vias enim quæ à dextris, nouit Deus: peruersæ

D

autem sunt, quæ à sinistris. Ipse autem rectas faciet orbitas tuas: & gressus tuos in pace promouebit.

α Cogitationem.] *Aq.* σύνεσιν, intellectum. *Symmachus,* φρόνησιν, prudentiam. β Legem.] *Sic etiam vulgata. In alijs plerisque* λόγον, orationem. γ Dilectus.] A.S.*Th.* μονογενὴς, vnigenitus. δ Docebant.] A. ἐφώτιζόν με, illuminabant me. ε Firmetur.] S. κατεχέτω λόγους μου, teneat verba mea. ζ Præcepta.] *A.S.Th. addunt,* καὶ ζήσῃ, *quod vulgata,* & viues. η Non obliuiscaris.] *Hæc sunt etiam in Compl. licet non in vulgata. In Compl. autem sequitur,* κτῆσαι σοφίαν, κτῆσαι σύνεσιν, μὴ ἐπιλάθῃ, μὴ δὲ παρίδῃς. Posside sapientiam, posside intelligentiam: ne obliuiscaris, & ne despexeris, &c. S. *Hieronymus ep. 2. habet ista, sed hanc vltimam partem sic affert,* & ne declinaueris à verbis oris mei, &c. *Verum cum istud,* declinaueris, *fuerit A.* S. *& Theod. (ita enim illi* ἐκκλίνῃς*) & cætera etiam, quæ eo loco apud* S. *Hieronymum sequuntur, sint valde similia vulgatæ; facile fieri potuit, vt etiam omnia ista ab alijs potius interpretibus, quàm à lxx acceperit antiqua illa vulgata. In aliquo quidem codice vtraque ista lectio coniungitur,* μὴ δὲ παρίδῃς ῥῆσιν ἐμοῦ στόματος, μὴ δὲ ἐκκλίνῃς ἀπὸ ῥημάτων στόματός μου.

E

θ Et adhærebit tibi.] *A.S.Th.* καὶ φυλάξει σε, & custodiet te, *quomodo vulgata.* S. *Hier. epistola illa 2.* & apprehendet te. *In Ezech. cap. 18.* Ama illam, & amplexabitur te: dilige illam, & custodiet te. ι Et seruabit te; circunda.] *Sic S. Hieronymus in cap. 44. Ezech. quo loco videtur referre lectionem lxx.* & circunda, *dictum est, quod græce,* περιχαράκωσον, *quasi,* circumualla, *& firmissime retine. Aquila dixit* ἀνάλαβε αὐτήν, suscipe, retine eam, *aut,* arripe, *vt vulgata, Symmachus,* βάσταζε αὐτήν, porta eam. *In alijs autem libris ante hoc verbum,* περιχαράκωσον, *ponuntur hæc,* ἀρχὴ σοφίας, κτῆσαι σοφίαν, καὶ ἐν πάσῃ κτήσει σου κτῆσαι σύνεσιν, *& apud* S. *Hieronymum in epistola, vbi, vt diximus, non videtur referre lectionem puram lxx.* Principium sapientiæ: posside sapientiam: & in omni possessione tua posside intelligentiam. *In vno libro ponuntur cum asterisco. Quod autem sequitur,* vt te amplexetur. S. *Hieronymus in Eccl. 3. habet,* & amplexabitur te. κ Deliciarum.] *A.* αὐχήσεως, gloriationis. *Symmachus,* δόξης, gloriæ. *Th.* ὡραιότητος, decoris. λ Doceo te.] A. ὡδήγησά σε, deduxi te. μ Orbitis.] A. ἐν καμπαῖς εὐθύτητος, in tramitibus rectitudinis. *Symmachus,* ἐν τρίβῳ εὐθείᾳ, in semita recta. ν Concludentur.] στενωθήσεται, arctabun-

arctabuntur. *Symmachus*, μὴ θλιβήσεται, non tribulabuntur. [ξ] Laborabis.] *Aq.* σκανδαλισθήσῃ, in ſcandalum impinges, corrues. [ο] Zelaueris vias iniquorum.] *A. & Th.* μακαρίσῃς ὁδοὺς πονηρῶν, beatas putes vias malorum. [π] Abſcede.] Aut, deuita, *vt Lucifer de non conu. cum hær.* *A. S. Th.* πάρελθε, tranſi. [ρ] Eorum.] *In multis eſt*, ἀπ' αὐτῶν, *& Lucifer*, ab eis. [σ] Eſcas.] *A.* ἄρτον, panem, *vt vulgata. Lucifer*, cibantur cibis impietatis. [τ] Vino autem.] *A. & S.* καὶ οἶνον ἀδικιῶν πίονται, & vinum iniuſtitiarum bibent. [υ] Procedunt.] *Ita etiam Lucifer, quod græce eſt*, προπορεύονται. *In alijs pleriſque*, πορεύονται, vadunt. [φ] Dirigat ſe.] κατορθώσῃ, *id eſt bene proceſſerit, et aſſequutus ſuum vigorem fuerit. Lucifer*, donec corrigat dies. *Th.* ὡς φῶς φέγγους πορευόμενον καὶ φωτίζον ἕως ἑτοιμασίας ἡμέρας, tanquam lux ſplendoris vadens, & illuminans vſque ad ſtabilitatẽ diei. *Aquila*, ἑτοίμης ἡμέρας, paratum diem. *S.* ἑδραίας ἡμέρας, ſtabilem diem. [χ] Quomodo offendunt.] *Sic idem Lucifer. Symmachus*, ἐν τίνι ἀσθενήσουσιν, in quo infirmabuntur. *Compl. vtrũque videtur coniunxiſſe*, ἐν τίνι πῶς. [ψ] Appone.] *Aut*, adijce. *A. S. Th.* κλῖνον, inclina. [ω] Non derelinquant.] *Symmachus*, μὴ παραρρυήσωσαν ἐξ ὀφθαλμῶν σου, *quod vulgata*, ne recedant ab oculis tuis. *Th.* μὴ χλευασθήτωσαν ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου, ne ſubſannentur ab oculis tuis. [αα] Omni cuſtodia.] *A. & Th.* ἀπὸ παντὸς φυλάγματος, ex omni cuſtodia. [ββ] Exitus.] ἔξοδοι, *quaſi*, proceſſiones, *& ideo. Symmachus*, προελεύσεις. [γγ] Aufer à te.] *S. Ambroſius de Cain li. 1. ca. 5. non habet iſtud*, à te. *Aquila*, ἀπόστησον, remoue. [δδ] Prauum os.] A. *& Th.* σκολιότητα στόματος, peruerſitatem oris. [εε] Propelle.] *A. S. Th.* μάκρυνον, elonga. [ζζ] Recta.] *Symmachus*, εἰς τὸ εὐθύ, in rectum. *A. & Th.* εὐθύνέτωσαν κατέναντι, *quod putamus pertinere ad id, quod ſequitur*, palpebræ tuæ annuant iuſta. *Nam ita hebræus*, palpebræ tuæ dirigant coram te. [ηη] Rectas orbitas.] *Aquila*, ὁδοποίει καμπύλην ποδῶν σου, cura, muni viam pedum tuorum. *Symmachus*, διατήρησον τοῖς ποσί σου, obſerua pedibus tuis. [θθ] Dirige.] *A. S. Th.* ἑτοίμαζε, para, firma.

CAP. V.

FILI, meæ ſapientiæ attende: & [α] meis ſermonibus appone aurem tuam: vt cuſtodias [β] cogitationem bonam. * Senſus autem meorum labiorum mandat tibi. Noli intendere fallaci mulieri. Mel enim deſtillat à labijs mulieris [γ] fornicariæ: [δ] quæ ad tempus impinguat fauces tuas: poſtea vero [ε] amariorẽ felle inuenies, & acutam magis gladio bicipiti. Imprudentiæ enim pedes deducunt vtentes ea [ζ] cum morte ad infernum: & veſtigia eius non firmantur. Vias enim vitæ non ingreditur: lubricæ autem [η] orbitæ eius, & non bene veſtigabiles. Nunc igitur fili audi me: & [θ] ne irritos facias ſermones meos. Longe fac ab ea viam tuam: ne appropinques ad ianuas domorum eius: vt non [ι] prodat alijs vitã tuam, & [κ] ætatem tuam immitibus: vt non impleantur alieni fortitudine tua, & labores tui in domos [λ] alienorum veniant: & [μ] pœnitebit te in [ν] nouiſsimis, quando contritæ fuerint carnes corporis tui. Et dices: quomodo odio habui diſciplinam, & increpationes [ξ] deuitauit cor meum? Non audiebam vocem [ο] corripientis me, & docentis me, neque adhibebam aurem meam. [π] Pene fui in omni malo, in medio Eccleſiæ, & ſynagogæ. Bibe aquas [ρ] de tuis vaſis, & de [σ] puteorum tuorum fonte: [τ] non ſuper effundantur tibi aquæ extra tuum fontem, & in tuas plateas pertranſeant aquæ tuæ. Sint tibi ſoli poſſeſſæ: & nemo alienus particeps ſit tibi. Fons aquæ tuæ ſit tibi proprius, & iocũdare cum vxore, quæ à [φ] iuuẽtute tua. Ceruus amicitiæ, & [χ] pullus gratiarũ confabuletur tecum, & [ψ] propria ducat te, & adſit tibi in omni tempore. In huius enim amicitia conuerſatus diuturnus eris. Ne multus ſis ad alienam; neque contineaaris vlnis non propriæ. Sunt enim [ω] coram Dei oculis viæ viri: & in omnes [αα] orbitas eius ſpeculatur. [ββ] Iniquitates virum capiunt: & [γγ] catenis ſuorum peccatorum vnuſquiſque [δδ] conſtringitur. Hic moritur [εε] cum ijs qui non habent diſciplinam, & ex multitudine [ζζ] vitæ ſuæ deiectus eſt, & perijt propter imprudentiam.

Et meis

A α Et meis sermonibus appone.] *Th.*τῇ φρονήσει μου κλῖνον τὸ οὖς σου, *quod vulgata*, prudentiæ meæ inclina aurem tuam. β Cogitationē.] *A.S.Th.*γνῶσιν, scientiam. * Sensus autem meorū labiorum mandat tibi.] *Alij,*αἴσθησιν ἐντέλλομαι, sensum mando. *vbi vulg.*& disciplinam labia tua conseruent. γ Fornicariæ.] *Idem* ἀλλοτρίας, alienæ. *Vulg. tamen,* meretricis. *& S.Hier. in Ezech. cap.3. & cap.6. S.Amb. De Cain cap.5.* mella n destillabant à labijs mulieris fornicariæ. δ Quæ ad tempus.] *S & Th.*καὶ λεῖος ὑπὲρ ἔλαιον φάρυγξ αὐτῆς, *quod vulg.*& nitidius oleo guttur eius. ε Amariorem felle.] A.ὡς ἀψίνθιον, *& vulg.* quasi ab ynthium. *Sequuti autem sumus interpretationem. S. Ambrosii: nā licebat etiam vertere propius ad hebræum,* nouissimum autem amarius felle inuenies, & acutum, *nec multo aliter Lucifer de non conuen. cū hær.* ζ Cum morte.] *S.h.*μετ' ὀδύνης, cum dolore. η Orbitæ.] *A.*χαμπαί. *S.*ἐπικυλισμοί, *eodem sensu.* θ Ne irritos facias.] *A.*μὴ ἀπόστῃς, ne recedatis. ι Non prodat alijs.] *Sym.*μήποτε δῷ ἑτέρῳ τὴν δόξαν σου, ne forte det alteri gloriā tuā. κ Ætatem.] *A.S. Th.*τὰ ἔτη σου, annos tuos. λ Alienorū.] *Alij,*ἀλλοτρίους, alienas. *Sch.*ἀλλοτρίων. μ Pœnitebit.] *Alij,*μεταμεληθῇς, pœniteat. *A.S.Th.*στενάξεις, gemes. ν In nouissimis.] *S.*ἐν τῷ ἐκλείπειν, in deficiendo. ξ Deuitauit.] *Th.*παρώξυνεν, exacerbauit. ο Corripientis.] *A.S.Th*φωτιζόντων, illuminantiū. π Adhibebam.] παρέβαλλον μου, παρέβαλον. *A.S.Th.*ἔκλινα, inclinaui. ρ Pene fui.] *Sic vulg. quod græce est,* παρ' ὀλίγον ἐγενόμην, *posset tamen etiā verti,*

B parū abfuit, quin fuerim. *A.*ὡς ὀλίγον ἐγενόμην. *Sch.*ἐν ἐσχάτῳ *eodē sensu.* σ De tuis vasis.] A.S.*Th.*ἐκ λάκκου σου, de cisterna tua, *vt vulg.* τ Puteorū.] *Schol.*ὑδάτων, aquarū. *S.Hier. in Ezech. cap.32* Bibe aquā de tuis aquis, & de puteorū tuorū fontibus. υ Non superessundantur.] A.μὴ διασκορπιζέσθωσαν αἱ πηγαί σου ἔξω, ne dispergantur fontes tui extra. *In multis codicibus non est illud* μὴ, *sed tantum,* ὑπερεκχείσθω, superessundantur. *Origenis Int. ho.12. in Num.* Bibe aquas de tuis vasis, & de puteorū tuorū fonte, & non superessundātur tibi aquę extra tuū fontē. Quāuis in alijs exemplarib. legerimus, & effundantur tibi aquæ extra tuū fontē. *Clemens Alex. strom. lib.2.* μὴ δὲ ὑπερεκχείσθω σοι ὕδατα ἔξω πηγῆς σου. φ Propius.] *A.S.Th.*εὐλογημένη, *& vulg* sit vena tua benedicta. χ Pullus gratiarū.] *Sic S.Amb. lib.3. off. cap.1. S Hier.*& pullus gratiarū loquantur tibi. *Sym & Th.*καὶ ἔλαφος χάριτος, & ceruus gratiæ. ψ Propria.] *S.h.*φιλία, dilectio, amicitia. *Aq.*τίτθοι αὐτῆς μεθυσκέτωσαν, *quod vulg.* vbera eius inebrient. ω Corā.] *S.& Th*κατέναντι *eodē sensu.* αα Orbites.] *A*χαμπαί. *S.*ἐπικυλισμοῖς *vt superius.* ββ Iniquitates.] *A.S.Th.*ἀνομίαι *eodē sensu.* γγ Catenis.] *Aq.*καὶ ἐν σχοινίοις ἁμαρτίας αὐτοῦ, & in funibus peccati sui. δδ Constringitur.] *Sym.*συλληφθήσεται comprehendetur. εε Cū ijs, qui non habent disciplinā.] *Symm.*διὰ ἀπαιδευσίαν, propter inopiam disciplinæ. ζζ Vitæ suæ deiectus est, & perijt propter im-

C prudentiam.] *Illud,* βιότητος *in Compl. transfertur,* violentiæ. *Symm.*ἀφροσύνης αὐτοῦ πλανηθήσεται, *quod vulgata,* stultitiæ suæ decipietur, *neque aliud est in hebræo, aut vulg. In Schol. tamen ad illa verba vltima,* δι' ἀφροσύνην, *adscribitur hæc varietas.* Symm. & Theod. ἐν τῷ μὴ εἰδέναι παιδείαν, in non cognoscendo disciplinam.

CAP. VI.

FILI, si spopōderis α amicū tuū; β trades manū tuā inimico. γ laqueus enim fortis viro propria labia: & δ capitur labijs proprij oris. Fac fili, quæ ego tibi mando, & saluare: venisti in manus malorū propter tuum amicū. ε Esto non remissus. ζ ita nula autē η & amicū tuū, quē spopondisti. Ne dederis θ somnū oculis, ι neq. indormites palpebris tuis; vt salueris tanquā damula è laqueis, & tanquā auis è κ reti. λ Vade ad formicā ò piger, & æmulare vidēs vias eius: & esto

D illa sapiētior. Nā cū ei non sit agellus, neque habeat μ qui cogat, neque sub domino sit; parat æstate alimentū, & ν multā in messe facit aceruationē. Aut vade ad apē, & disce quomodo operaria est: operationem quoque quàm venerabilem ξ facit; cuius labores reges, & idiotæ ad sanitatem afferūt. Appetibilis autem est omnibus, & clara, etiā cū sit robore infirma, sapientiā honorans euecta est. ο Vsquequo piger π iaces? quando autem è somno ρ excitaberis? Paulum quidem dormis, paulum autem sedes, parum autem dormitas, paulum autem σ amplecteris manibus pectora: Deinde τ superuenit tibi, tanquam malus viator, paupertas, & egestas υ tanquam bonus cursor. φ Si autem impiger fueris, veniet tan-

E quam fons messis tua: egestas autem tanquam malus cursor, aufugiet. Vir insipiens, & iniquus ambulat χ vias non bonas. Ipse autem innuit ψ oculo, ω significat autem pede, αα docet autem nutibus digitorum. ββ Peruersum cor fabricatur mala: in omni tempore, qui talis est, γγ turbationes affert ciuitati. Propter hoc δδ extemplo venit perditio ipsius, intercisio, & contritio insanabilis: Quoniam gaudet omnibus, quæ odit εε Deus: ζζ conteritur autem propter immunditiam animæ. Oculus ηη contumeliosi, lingua iniusta, manus effundentes sanguinem θθ iusti, & cor fabricans cogitationes malas, & pedes ιι festinantes ad

malefaciendum. [κκ] Accendit falsa testis iniustus: & immittit [λλ] iudicia inter fratres. Fili, custodi leges patris tui: & ne expellas iura matris tuæ. Liga [μμ] autem ea super [νν] animam tuam semper, & [ξξ] quasi torquẽ circunda circa tuũ collum. Quandocumque ambulaueris; [οο] adducito eam, & tecum sit: & quandocumque dormieris; custodiat te, vt [ππ] expergefacto colloquatur tibi. Quoniam lucerna mandatum [ρρ] legis, & lumen viæ vitæ, & [σσ] correptio, & disciplina ad conseruandum te à muliere [ττ] nupta, [υυ] & à calumnia linguæ alienæ. [φφ] Non te vincat formæ concupiscentia: neque [χχ] capiaris tuis oculis, neque abripiaris ab eius palpebris. Precium enim meretricis, quantum & vnius panis: mulier autem virorum preciosas animas capit. [ψψ] Alligabit quis ignem in sinu, vestes autem non comburet? Aut ambulabit quis super prunas ignis, & pedes non comburet? Sic qui intrat ad mulierem [ωω] nuptam, non erit innoxius, neque omnis tãgens eã. Non [α] mirũ, si deprehendatur furans: furatur enim, vt impleat animã [β] esuriens: si autem deprehensus fuerit; reddet septupla, & omnem substantiam suam dans liberabit seipsum. Adulterans [γ] autẽ propter inopiã cordis perditionẽ animæ suæ acquirit [δ] ac dolores, & ignominias sustinet: & opprobriũ eius nõ delebitur in seculũ. Plenus enim zeli furor viri eius non parcet in die [ε] iudicij. Non [ζ] cõmutabit vlla redẽptione inimicitiã: neque dissoluetur [η] multis donis.

α Amicum tuum.] *Simili loquutione affert locum, qui paulo post sequitur. S. Amb. de Tobia cap. 23.* stimula ciuem tuum, quem spopondisti, *idest*, quem sponsione facta præstare debes. *Aq.* ἑταῖρον, sodalẽ. *Sym. & Th.* πλησίον, proximum. β Trades.] *Sch.* ἐνέπηξας εἰς ἅλυσιν χεῖρά σου, infixisti in catenã manum tuam. γ Laqueus.] *Sym.* ἐπαγιδεύθης ἐν ῥήμασι στόματός σου, *quod vulg.* illaqueatus es verbis oris tui. δ Et capitur.] *Sym.* καὶ ἑάλως ἐν ῥήμασιν, & captus es in verbis, *nec multo aliter vulg.* ε Esto non remissus.] A. *S. Th.* πορεύου, vade. ζ Stimula.] *S. & Th.* παρόρμησον, incita. η Et amicum.] *Schol.* πολίτην, ciuem, *quemadmodũ & S. Amb. loco allato.* θ Somnum.] *A. S. Th.* νυσταγμὸν, dormitationem. ι Neque indormites.] *Sch.* καὶ ἐξεγέρθητι, & expergiscere. κ Reti.] *Sym.* ἐκ χειρὸς ἰξευτοῦ, de manu aucupis. λ Vade.] A. *S. Th.* πορεύου, *eodẽ sensu.* μ Qui cogat.] *A. & Th.* ἐκβιαστὴν, qui extorqueat. *Sym.* γραμματέα, scribam. ν Et multam.] *Schol.* συστρέφει ἐν θερισμῷ βρώματα αὐτοῦ coaceruat in messe escas suas. *Sym.* συνάγει ἐν ἀμητῷ τὰ δέοντα αὐτοῦ, cõgregat in messe necessaria sua. ξ Facit.] *Sch.* ἐμπορεύεται, mercatur, *vt habet S. Ambr. Hexam. lib. 5. ca. 21. quo ex loco totũ fere hunc locum de ape sumpsimus; qui à Compl. & vulg. abest. S. Hier. in Ezech. cap. 3.* Et in prouerbijs de ape dicitur, quamquam hoc hebræa non habeant exemplaria: Vade ad apem, & disce, quomodo operatrix sit, & opus suum castum faciat: cuius laboribus reges, & imperiti pro sanitate abutuntur: *quam vltimam sententiam ita refert S. Ambr.* cuius laborem reges, & mediocres ad salutem sumunt. ο Vsquequo.] *Schol.* πότε, *eodem sensu.* π Iaces.] A. *S. Th.* κοιμηθήσῃ, dormies, *vt vulgata.* ρ Excitaberis.] *A. S. Th.* ἀναστήσῃ, surges. σ Amplecteris.] *Aq.* περιλαμβάνεις, *eodem sensu.* τ Deinde superuenit.] *Aq.* καὶ ἐλεύσεται, *Sym. & Th.* καὶ ἥξει, & veniet. υ Tanquam bonus cursor.] *Sym.* ὡς ἀνὴρ ἀσπίδος, tanquam vir clypei. *Th.* ὡς ἀνὴρ δορυφόρος, tanquam vir hastifer. φ Si autem.] *Hæc vsque ad,* vir insipiens, *absunt à Compl. & vulgata.* χ Vias non bonas.] *Sym.* στρεβλώμασι στόματος, peruersitatibus oris. ψ Innuit.] *Aq. & Th.* ἀνίζει, carpit. ω Significat.] *A.* τρίβων, *Symm* προστρίβων, *vulg.* terit pede. αα Docet autem nutibus digitorũ.] *Compl.* digito. *Sym.* δακτυλοδεικτῶν, digitis monstrans. *Schol.* συμβιβάζει δὲ τοῖς δακτύλοις αὐτοῦ, docet autem digitis suis. ββ Peruersum.] *Sch.* στρεβλότητος, peruersitatis. γγ Turbatione.] *Schol.* ἀντιδικίας, contentiones, iurgia. δδ Extemplo.] *A.* παραχρῆμα. *S.* ἄφνω, *eodem sensu.* εε Deus.] *In alijs libris est,* ὁ κύριος, Dominus, *& Sch.* ὁ θεὸς. *Verum pro hac sententia in vulg. ex hebræo est,* sex sunt, quæ odit Dominus. ζζ Conteritur autem propter immunditiam animæ.] A. *S. Th.* καὶ ἑπτὰ βδελύγματα ψυχῆς αὐτοῦ, & septem, abominationes animæ eius, *quod vulgata planius dixit,* & septimũ detestatur anima eius. ηη Contumeliosi] *Sic S. Hier. in Naum cap. 2. in extrema autem apologia adu. Rufinum,* oculos contumeliosi, linguam iniqui, &c. *Lucifer pro S. Athan.* oculus contumeliosus, lingua iniqua, &c. *Aq. & Sym.* ὑψηλὸς, sublimis. θθ Iusti.] *Sic Lucifer, & S. Hier. adu. Ruf. Aliꝫ,* δίκαιον, iustum. *Aq.* ἀθῷον, *Sym.* ἀναίτιον, innoxium. ιι Festinantes.] *A. S. Th.* ταχύνοντες δραμεῖν εἰς κακίαν, *quod vulg.* veloces ad currendum in malum. κκ Accendit falsa.] *Sic putamus melius ad sententiã reddi, quàm quomodo in Compl.* exurit mendacem. *Hoc enim sibi vult,* excitat mendacia, *aut,* mendacijs accendit homines. *Symm. & Th.* ἐκφαίνει, profert, *& vulgata,* proferentem mendacia. λλ Iudicia.] *Schol.* ἀντιδικίας, lites, iurgia, discordias, *vt vulgata.* μμ Liga.] *Aq. & Th.* σύνδησον, colliga. νν Animam.] *Schol.* καρδίᾳ, *& vulgata,* in corde tuo. ξξ Et quasi torquem circunda.] *S.* σφίγξον, constringe. οο Adducito eam.] A. *S. Th.* ὁδηγείτω σε, deducat te. ππ Vt expergefacto.] *Schol.* ὡς δ' ἂν διεγερθῇς, & cum expergefactus fueris. ρρ Legis & lumen.] *A. S. Th.* καὶ νόμος φῶς, *quod vulgata,* & lex lux. σσ Et correptio, & disciplina.] *Iidem* ἔλεγχοι παιδείας, increpationes disciplinæ, *vt fere vulg.* ττ Nupta.] *Schol.* τοῦ φίλου σου, amici tui. *Aq.* ἑταίρου σου, sodalis tui. *Th.* πόρνης, meretrice, υυ Et à calumnia linguæ alienæ.] *Symm. & Th.* ἀπὸ λειογλώσσου ξένης, *quod vulgata.*

A *vulgata*, à blanda lingua extraneæ. φφ Non te vincat formæ.] *Sic S. Ambrosius de Cain cap. 5. & S. Hieronymus in Ezech. cap. 27.* Non te decipiat pulchritudinis desiderium, ne capiaris oculis tuis. *In aliquibus codicibus additur υἱὲ, fili: quod tamen neque in vulgata est. Aq.* Sym. *Th.* μὴ ἐπιθυμήσῃς κάλλους αὐτῆς ἐν καρδίᾳ σου, ne concupieris pulchritudinem eius in corde tuo. χχ Capiaris.] *Schol.* μὴ δὲ ἕλῃ σε, neque capiat te. ψψ Alligabit.] A. *S. Th.* μὴ ὑποτάξει, nunquid subagitabit. ωω Nuptam.] *A. & Th.* ἑταίρου αὐτοῦ, sodalis sui. *Symm.* τοῦ πλησίον, proximi, *vt vulgata.* ααα Non mirum, si deprehendatur.] *Sym.* οὐκ ἐξουδενώσουσιν. *Aq.* οὐκ ἐξουδενώσουσι τὸν κλέπτην, non spernent furem. βββ Esuriens.] *Alij*, πεινῶσαν, esurientem. *Schol.* ψυχὴν αὐτοῦ, ὅταν πεινάσῃ, animam suam, cum esurierit. γγγ Autem propter inopiam cordis.] *Aq.* γυναῖκα, στερεῖται καρδίας, nuptam, deficit corde. δδδ Ac dolores, & ignominias.] *Symm.* μάστιγα, καὶ ὕβριν εὑρήσει, plagam, & contumeliam inueniet. εεε Iudicij.] *Aq. & Th.* ἐκδικήσεως, vindictæ. ζζζ Non commutabit.] *Th.* οὐ λήψεται πρόσωπον πάσης λυτρώσεως, non accipiet personam vllius satisfactionis. ηηη Multis donis.] *Aq.* δωροκοπίᾳ, munerum oblatione.

B

CAP. VII.

FILI, custodi meos sermones: & mea mandata reconde apud teipsum. [α] Fili, honora Dominum, & valebis: prætereum autem ne timeas alterum. Custodi mea mandata (& [β] viues) & meos sermones tanquam pupillas oculorum. [γ] Circumpone autem illos tuis digitis: inscribe autem super latitudinem [δ] cordis tui. Dic sapientiam [ε] tuam sororem esse: & [ζ] prudentiam notam redde tibi: vt te seruet à muliere aliena, & mala; [η] si te sermonibus, qui ad gratiam, adorta fuerit. De fenestra enim è domo sua in platæas prospiciens, quẽcumque viderit insipientum filiorum adolescentem inopem cordis, prætereun- C tem [θ] iuxta angulum in transitibus domorum suarum, & loquentem in tenebris vespertinis, simulac quies nocturna, & caliginosa; & vero mulier occurrit ei, [ι] speciem habens meretriciam, quæ facit iuuenum volare corda: [κ] vaga autẽ est, & [λ] luxuriosa, & in domo non quiescunt pedes eius. Interdum enim foras circumuertitur: interdum vero in platæis apud omnem angulum insidiatur. Deinde apprehendens osculata est eum, & [μ] impudenti facie alloquitur eum. Sacrificium pacificum mihi est, hodie reddo vota mea. Hac ex causa progressa sum obuiam tibi, desiderans tuam faciem inueni te. [ν] Institis texui lectũ meũ: & [ξ] tapetibus ab Ægypto straui. [ο] Aspersi cubile meum croco, & domum meã D cinamomo. Veni, & [π] fruamur amicitia vsque in diluculum. Veni, & [ρ] colluctemur cupidine. Non enim adest vir meus in domo, abijt autem viam longam [σ] inuolucro pecuniæ accepto in manu sua: [τ] per dies multos redibit in domũ suam. [υ] Seduxit autem eum multa [φ] colloquutione, & laqueis qui ex labijs, [χ] attraxit eum. Ipse autem obsequutus est ei [ψ] infatuatus: & tanquam bos ad mactationem agitur, & tanquam canis [ω] ad vincula, aut tanquam ceruus sagitta [αα] vulneratus in iecore. Festinat autem tanquam auis in laqueum, nesciens, quia pro anima currit. Nunc igitur fili audi me, & intende verbis oris mei. Non declinet in vias eius cor [ββ] tuum. Multos enim vulnerando deiecit: & [γγ] innu- E merabiles sunt, quos trucidauit. Viæ inferorum domus eius, deducentes in secessus mortis.

α Fili, honora.] *Hæc vsque ad,* custodi, *sunt etiam apud Luciferũ pro S. Athan. & in Compl. licet non in vulgata.* β Et viues.] *A. S. Th.* καὶ ζήσῃ, & viue. γ Circumpone.] *A.* σύνδησον. *S. & Th.* ἄφαψαι, liga, *vt vulgata.* δ Cordis.] S. τοῦ στήθους, pectoris. ε Tuam sororem esse.] A. *S. Th.* ἀδελφή μου εἶ σύ, *quod vulgata,* soror mea es tu: *quare credibile est apud illos etiam præcessisse,* dic sapientiæ. ζ Et prudentiam notam redde tibi.] *A. & Th.* καὶ γνωστὴν τὴν σύνεσιν καλέσεις, & notam (*idest propinquam*) intelligentiam vocabis. η Si te sermonibus.] *Huc spectans, S. Ambrosius de Cain lib. 1. cap. 4. vbi totum hunc locum optime tractat, dicebat,* sermonibus adoritur gratiosis. *Th.* ἧς ῥήματα αὐτῆς ὀλισθηρά, cuius verba eius lubrica, mollia. θ Iuxta angulum.] *In alijs libris,* ἐν γωνίᾳ, *& Schol.* παρὰ γωνίαν. *S. Ambr. eod. cap. 4. sic hunc locum reddit,* quemcunque viderit sensu dubio prætereuntem in angulo transitus domus suæ. ι Speciem habens meretriciam.]

quila, θέσιν πόρνης. Sym. τάξιν πόρνης, *quod vulgata*, ornatu meretricio. κ Vaga.] *Sic videtur reddidisse S. Am-* *brosius, quod græce est,* ἀνεπτερωμένη, *quasi volatica. Aq.* χολάζουσα, vacans, ocio diffluens. λ Luxuriosa.] *Aq.* ῥεμβομένη, *Sym.* ἀφεστηκυῖα, declinans peruersa, *aut*, faciens declinare, ac peruertens. μ Impudenti.] *Sym.* ἐπλάστη πρόσωπον αὐτῆς καὶ εἶπεν, audacia indurauit faciem suam, & dixit. *Th.* ἠναιδεύσατο ἐν προσώπῳ αὐτῆς, impudenter egit in vultu suo. ν Instituis texui.] *Sic S Ambr. quod poterat etiam verti,* funibus tetendi. *Aq. & Th.* περιστρώματα περιέστρωσα, peristromatis circumstraui. ξ Tapetis ab Ægypto.] *Ex eodem S. Ambr. Compl.* τοῖς αἰγύπτου. *Th.* ἐγέγραμμαι ζωγραφίαν αἰγύπτου, descripsi picturam Ægypti. ο Aspersi.] *Th.* ἐκαλλώπισα, ornaui, compsi. π Fruamur amicitia.] *A. S. Th.* μεθυσθῶμεν τιτθῶν, *quod vulgata*, inebriemur vberibus. ρ Colluctemur.] *Idem S. Ambr. Aq. & Th.* συμπεριπλακῶμεν ἐν ἀγάπαις, circumplicemur in amoribus. σ Inuolucro.] *Ex eodem S. Ambr. quod græce est,* ἔνδεσμον ἀργυρίου λαβὼν, ligamen argenti accipiens. *Schol.* βαλάντιον, sacculum. τ Per dies multos.] *Aq.* εἰς ἡμέραν πανσελήνου, *quod vulgata*, in die plenæ lunæ. *Alius,* ἐν ἡμέρᾳ ἑορτῆς, in die solennitatis. υ Seduxit.] *S.* ἐξέκλινεν, declinare fecit. *Aq.* ἦγξεν, *quasi* obtorto collo duxit. φ Colloqutione.] *S. Amb.* multo blandimento sermonum, *Th.* ἐν πλήθει δομάτων, in multitudine donorum. χ Attraxit.] *Sic videtur verisse S. Ambr. quod græce est,* ἐξώκειλεν. *A. S. T.* ἐξῶσεν, pepulit. ψ Infatuatus.] κεπφωθείς. *S. Ambr.* At ille sequutus eam circumuenitur. *Aq.* παραχρῆμα. *Sym.* ἐξαίφνης, *& vulgata*, statim. ω Ad vincula.] *Symm.* σκιρτῶν ἐπὶ δεσμῶν ἄφρων, exultans super vinculis stultus. αα Vulneratus.] *Th.* ἕως διασπαρῇ βέλος ἧπαρ αὐτοῦ, donec transfigat sagitta iecur eius, *vt vulgata.* ββ Tuum.] *Sic etiam S. Ambr. cap. 5. In cæteris libris subiungitur,* καὶ μὴ πλανηθῇς ἐν ἀτραποῖς αὐτῆς, *quæ in vulgata*, nec decipiaris semitis eius. γγ Innumerabiles.] *Sic idem S. Ambr. Sym. vero & Th.* ἰσχυροὶ πάντες, *quod vulgata*, fortissimi quique.

CAP. VIII.

TV [α] sapientiam prædicabis, vt prudentia tibi obediat. Nam super excelsas summitates est, & inter medium semitarum stetit. Apud portas enim potentum assidet, [β] & in introitibus canitur: Vos o homines aduoco, & profero meam vocem filijs hominum. Intelligite simplices astutiam: & qui non habetis disciplinam, [γ] apponite cor. Exaudite me: [δ] præclara enim dicam, & proferam è labijs recta: quoniam veritatem meditabitur guttur meũ: abominata autem coram me labia mendacia. Cum iustitia omnia verba oris mei: nihil [ε] ipsis prauum, neque [ζ] tortuosum. Omnia [η] præsentia intelligentibus, & recta inuenientibus scientiam. Accipite disciplinam, & non argentum, & scientiam super aurum probatum. Melior enim sapientia lapidibus [θ] preciosis: omne autẽ præciosum non est illa dignum. Ego sapientia inhabitaui [ι] consilium, & scientiam, & [κ] cogitationem ego inuocaui. Timor Domini odit [λ] iniustitiam, & contumeliam, & superbiam, & vias malorum: [μ] odi autem ego peruersas vias malorũ. Meum est consiliũ, [ν] & securitas, mea prudentia, & mea [ξ] fortitudo. Per me reges regnant, & dynastæ [ο] scribũt iustitiã. Per me [π] magnates magnificantur: [ρ] & tyranni per me tenent terram. Ego me amantes diligo: & quærentes me, [σ] inuenient. Diuitiæ, & gloria [τ] mihi est: & [υ] possessio multorum, & iustitia. [φ] Melius me pro fructu percipere super aurum, & lapidem preciosum: & mea genimina meliora argento electo. In vijs [χ] iustitiæ ambulo, & inter semitas iustificationis versor: vt [ψ] distribuam amantibus me substantiam, & thesauros eorum impleam bonis. Si [ω] annunciauero vobis, quæ in diem fiunt, memorero, quæ à seculo, numerare. [αα] Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua: ante seculum fundauit me, in principio, antequam terram faceret, & antequam abyssos constitueret, priusquã procederent fontes aquarum. Antequàm montes collocarentur, & ante omnes colles [ββ] generat me. Dominus [γγ] fecit regiones, & inhabitabiles, & summitates habitatas eius, quæ sub cælo. Cũ pararet cælũ, aderã illi, & cum secerneret suã [δδ] sedẽ super vẽtos, & cũ validas faceret desuper [εε] nubes, & [ζζ] cũ confirmares ponebat fontes eius, quæ sub cælo, [ηη] & quando fortia faciebat fundamenta terræ, erã penes illũ [θθ] dispones: ego erã, cui ad gaudebat. Quotidie autẽ [ιι] iocundabar

A cundabar in facie eius in omni tempore, cum lætaretur orbe perfecto, & lætaretur in filijs hominum. Nūc igitur fili, ϰϰ audi me: beatus vir, qui exaudiet me, & homo, qui meas vias custodiet, vigilans ad meas fores quotidie, λλ seruās limina meorum introituum. μμ Egresſiones enim meæ, egresſiones vitæ: νν & paratur voluntas à Domino. Qui autem peccant in me, ξξ impie agunt in suas ipsorum animas: & qui oderunt me, diligunt mortem.

α In sapientiam.] *Th.* ἰδοὺ ἡ σοφία κεκράξεται, καὶ ἡ σύνεσις δώσει φωνὴν αὐτῆς. Ecce sapientia clamabit, & intelligentia dabit vocem suam. β In introitibus.] *Th.* εἰσόδων θυρῶν, ingressum ostiorum. *Nam in hebræo antecedit*, ad os ciuitatis. *Quod autem sequitur*, canitur, *videantur, quæ notata sunt cap.* 1. γ Apponite cor.] *Symmachus*, νοήσατε τῇ καρδίᾳ, intelligite corde. δ Præclara.] *Symmachus, & Th.* ἡγεμονικά, principalia. ε Ipsis.] *Aliqui*, ἐν αὐτοῖς in eis, *vt vulgata.* ζ Tortuosum.] *Aq.* διεστραμμένον, peruersum. *Th.* πεπλεγμένον, καὶ διεστραμμένον, circumplicatum, & peruersum. η Præsentia.] *Th.* εὐθεῖα, recta. *Schol.* εὔκοπα, al. εὔσκοπα, facilia, al. euidentia. θ Preciosis.] *Symmachus*, τῶν ἐσωτάτων, intimis. ι Inhabitaui consilium.] *Symmachus*, πανουργίαν, astutiam. ϰ Ego inuocaui.] *Th.* διαβουλιῶν εὑρήσω, cogitationum inueniam. λ Iniustitiam.] *Schol.* κακίαν, *quod vulgata*, malum. μ Odi autem ego peruersas vias malorum.] *S. & Th.* καὶ στόμα στρεβλὸν ἐμίσησα, & os peruersum odi. ν Securitas.] *Aq.* εὐνομία bona legum constitutio. ξ Fortitudo.] *Symmachus*, κράτος, *eodem sensu.* ο Scribunt iustitiam.] A. S. *Th.* ἀκριβάσονται δίκαιον, decernent iustum. π Magnates magnificantur.] A. & S. ἄρχοντες ἄρξουσιν, principes imperabunt. ρ Tyranni.] *Aq. & Th.* ἑκουσιαζόμενοι, magnifici, qui vltro dant: *ac significantur tamen isto nomine ij, qui sedent ad gubernacula, vt alibi nomine beneficorum.* σ Inuenient.] *Sic & in alio codice. In cæteris additur*, χάριν, gratiam. τ Mihi est.] *Aq.* σὺν ἐμοί, *Th.* μετ' ἐμοῦ, mecum. *Symmachus*, παρ' ἐμοῦ, à me. υ Possessio multorum.] *Symmachus*, βίος παλαιός, vita antiqua. *Th.* ὕπαρξις παλαιά, substantia antiqua. *Aq.* ὕπαρξις μετ' εἰρήνης, substantia cum pace. φ Melius.] *Symmachus*, κρείσσων καρπός μου χρυσίου ἀφάζ, melior fructus meus auro Ophaz. *A.* ἀγαθὸς καρπός μου ὑπὲρ χρυσίον, καὶ ὑπὲρ κιρρόν, bonus fructus meus præ auro, & præ obrizo, *aut*, obrusso. χ Iustitiæ.] *Schol.* δικαιώματος, iustificationis. ψ Vt distribuam.] A. S. *Th.* τοῦ κληροδοτῆσαι, ad faciendum hæreditare. ω Si annunciauero.] *Hæc vsque ad*, Dominus condidit, *sunt etiam in Compl. sed non in vulgata.* αα Dominus condidit.] *S. Ambrosius* 3. *de fide cap.* 4. Dominus creauit me: *sed in hoc loco sequuti sumus præcipue S. Cyprianum lib.* 2. *adu. Iud. videndi tamen sunt, quæ à S. Hieronymo hic, & in* 26. *Esa. in* 4. *Mich. in* 2. *Eph. & in ep.* 139. *præter eos, quæ à S. Hilario, à Tertulliano, à Lactantio, à cæteris patribus latinis, & græcis afferuntur.* Aq. κύριος ἐκτήσατό με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, προτοῦ κατεργασμάτων αὐτοῦ, Dominus possedit me ab initio opificiorum suorum. *Symmachus*, ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ πρὸ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ, principium viarum suarum ante opificium suum. *Th* πρὸ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ ἀπὸ τότε, καὶ ἐκ τότε πρὸ αἰῶνος κεχειροτόνημαι, ante opificium eius à tunc, & ex tunc ante seculum præparata sum. ββ Generat me.] *S. Cyprianus*, genuit me Dominus. Fecit, &c. *In hebræo non est hoc loco*, Dominus. *Aq. & Th.* ὠδινήθην, per partum erupi. *Symmachus*, ἐμαιώθην, quasi obstetricis opera conformata sum. γγ Fecit regiones, & inhabitabiles, & summitates habitatas eius, quæ sub cælo.] *S. Cyprianus*: Fecit regiones, & inhabitabilia (*aliquis codex habet*, habitabilia) & fines inhabitabiles sub cælo. *S. Hilarius*, & cacumina, quæ habitantur sub cælo. *Aq. et Symmachus*, πρὶν ἢ ἐποίησε γῆν, καὶ ἐξόδους, priusquam faceret terram, & exitus, *aut*, plateas. δδ Sedem.] *Aq. & Sym.* πύργον, turrim. *Tertullianus videtur hanc particulam non habuisse. Ita enim refert*, cum pararet cælum, aderam illi, & cum fortia faciebat super ventos, quæ sursum nubila, & cum firmos ponebat fontes eius, quæ sub cælo, ego eram compingens cum ipso. *Sed S. Hilarius*, cum pararet cælum, eram cum illo, & cum secerneret suam sedem, quando super ventos validas faciebat in summo nubes. *Quo etiam loco notandum est illud*, super ventos, *coniungi cum nubibus, non cum sede: & ita etiam. S. Cyprianus*, cum super ventos validas faceret desuper nubes. εε Nubes.] *Aq.* ῥοπάς, momenta, *Symmachus*, αἰθέρα, æthera, *vt vulgata.* ζζ Et cum confirmatos.] *Aq. & Th.* ἐν τῷ ἀκριβάζειν γῦρον ἐπὶ πρόσωπον ἀβύσσου, in statuendo gyrum super faciem abyssi. ηη Et quando.] *Aliqui*, ἡνίκα, *& S. Cyprianus*, quando. *Tertullianus hanc partem non refert. In alijs autem codicibus non modo ista pars ponitur, sed hæc etiam antecedunt*, ἐν τῷ τιθέναι τῇ θαλάσσῃ ἀκρίβασμὸν αὐτῆς, καὶ ὕδατα οὐ (*abest istud* οὐ, *ab vno libro*) παρελεύσονται στόματος, (*in eodem ad marginem est adscriptum*, στόμα) αὐτοῦ καὶ ἰσχυρά, in ponendo mari præscriptionem suam, & aquæ non transibunt os suum (*idest*, litus) & fortes, &c. *Quæ vt diximus à S. Cypriano, & Tertulliano non referuntur. Procopius priorem partem habet, non posteriorem.* θθ Disponens.] *Aut*, compingens, *aut*, modulans, *vt Tertullianus*, *aut*, componens, *vt S. Hilarius*, *& vulgata. Aq.* τιθηνουμένη, nutrita (*quamuis dictionem hebræam nonnulli interpretentur*, nutricium.) *Symmachus, & Th.* ἐστηριγμένη, firmata. ιι Iocundabar.] *A. S. Th.* παίζουσα, ludens. ϰϰ Audi me.] *In alijs libris hæc subiunguntur*, καὶ μακάριοι οἱ ὁδούς μου φυλάξουσιν (*Compl.* φυλάσσοντες) ἀκούσατε σοφίαν, καὶ σοφίσθητε, καὶ μὴ ἀποφραγῆτε, *& beati*, qui vias meas custodient. Audite sapientiam, & sapite, & ne obstruamini. *Quæ in vno libro notata sunt asterisco.* λλ Seruans limina.] *Th.* φλιὰς θυρῶν μου, postes ostiorum meorum. μμ Egresſiones enim meæ, egresſiones vitæ.] A. S. *Th.* ὁ γὰρ εὑρών με εὑρήσει ζωήν, qui enim inuenerit me, inueniet vitam. νν Paratur voluntas.] *De hac sententia, S. Augustinus. epist.* 107 *& alibi sæpe. Symmachus*, καὶ ἀρύσεται εὐδοκίαν παρὰ κυρίου, *quod vulgata*, & hauriet salutem à Domino. ξξ Impie agunt.] *A. & Symmachus*, ἀδικεῖ ψυχὴν αὐτοῦ, *quod eadem vulgata*, lædet animam suam.

CAP. IX.

SAPIENTIA ædificauit sibi domum, & [α] subdidit columnas septem: [β] mactauit hostias suas: miscuit in cratera vinum suum, & [γ] parauit suam mēsam: misit [δ] seruos suos, conuocans [ε] cū excelsa prædicatione ad craterem dicens: Qui est [ζ] insipiens, declinet ad me: Et egentibus sensu dixit: Venite, edite de meis panibus, & bibite vinum, quod miscui vobis. [η] Derelinquite stultitiam, vt in seculum regnetis: & quærite prudentiam, & [θ] corrigite in scientia intelligentiam. Qui erudit malos, accipiet sibi ignominiam: & arguens impium, maculabit [ι] seipsum. [*] Non arguas malos, ne odio habeant te: corripe sapientem, & diliget te. Da sapienti occasionem: & sapientior erit: notifica iusto: & addet ad recipiendum. Initium sapientiæ timor Domini, & consilium sanctorum intelligentia. Cognoscere enim legē, mentis est bonæ: hoc enim modo multum viues tempus, & adijcientur tibi anni vitæ tuæ. Fili, si sapiens fueris tibi, eris & proximis: si [κ] autem malus euaseris, solus [λ] vtique hauries mala. Qui fidens est in falsis, hic pascit ventos: idem autem ipse sequetur aues volantes: deseruit enim vias vineæ suæ, semitis vero agelli sui errauit: ingreditur autem per auia loca, atque arida, & terram destinatam in sitim: contrahit autem manibus infructuosa. [μ] Mulier insipiens, & audax, indiga bucellæ fit, quæ non nouit pudorem: sedet in foribus suæ domus, super sellam palam in plateis, aduocans prætereuntes, & eos, qui recta pergunt in vijs suis. Qui est vestrum insipientissimus, diuertat ad me: & indigentibus sapientia præcipio dicens: Panes occultos libenter attingite, & aquam furti [ν] dulcem. Ipse autem non nouit, quia [ξ] terrigenæ apud eam pereunt, & in [ο] profundum inferni occurrit. Sed resili, ne moreris in loco, neque inijcias oculum tuum ad eam: ita enim transibis aquam [π] alienam. Ab aqua autem aliena abstine te: & de fonte alieno ne biberis: vt longum viuas tempus, adijciantur etiam tibi anni vitæ.

α Subdidit.] *Imitati magna ex parte sumus. S. Cyprianum in epist. ad Cæcilium de sacramento Dominici calicis, & lib. 2. adu. Iudæ. quamuis eadem fere habeantur apud S. Ambrosium lib. 1. de fide cap. 7. & alibi, & apud alios. Aq. & Symmachus,* ἐξελατόμησε, excidit, *vt vulgata.* β Mactauit.] *Sic S. Cyprianus.* S. Ambrosius *in ps. 118. in prol. (nam in loco ante indicato est mendum in multis codicibus)* interfecit suas hostias. *Tertul. adu Gnost.* pronunciatur voce Salomonis, Sophia iugulauit filios suos. γ Parauit.] *Aq.* παρέταξεν, disposuit. *Symmachus,* προσέθηκεν, apposuit. *Theod.* ἐστοίβασεν, stipauit. δ Seruos.] *Aq.* παιδίσκας, ancillas. *Symmachus,* κοράσια, puellas. *Th.* νεανίδας, adolescentulas. ε Cum excelsa prædicatione ad craterem dicens.] *S. Ambrosius in eodem primo de fide,* cum altissima prædicatione dicens. *Aq.* ἐπὶ ὑψέων, super excelsa. *S. & Th.* ciuitatis: *quod fortasse sequitur ad illud. Nam hebræus habet,* super alas excelsorum ciuitatis. ζ Insipiens.] *Symmachus,* νήπιος, paruulus. η Derelinquite stultitiam.] *A. S. Th.* καταλίπετε, *eodem sensu. Quod autem in plerisque sequitur,* καὶ ζήσεσθε, & viuetis, *non est apud* S. *Cyprianum, lib. 2. adu. Iud. neque etiam illa, quæ & in nostra, & in alijs præter Compl. subiunguntur,* vt in seculum regnetis, *neque illa, quæ adhuc in alijs, sed non in nostra,* ἵνα βιώσητε, vt viuatis. θ Et corrigite in scientia intelligentiam.] S. *Cyprianus ibid.* & corrigite scientiam, & intelligentiam, *al.* scientiæ intelligentiam. *Aq. & Symm* καὶ κατευθύνθητε ἐν ὁδῷ συνέσεως, & recta ite in via intelligentiæ. ι Seipsum.] *In plerisque hæc adduntur,* οἱ γὰρ ἔλεγχοι τῷ ἀσεβεῖ, μώλωπες αὐτῷ, correptiones enim impio, liuores sibi. *Schol.* hic versiculus non ponitur neque in cæteris, neque apud lxx. * Non arguas.] *S. Cyprianus. 3. testim.* qui corripit impium, odietur ab eo. κ Si autem malus euaseris.] *Symmachus,* κἂν λοιμὸς γένῃ, & si pestilens fueris. λ Solus vtique hauries mala.] *Symmachus, & Th.* μόνος βαστάξεις, solus portabis. *In quibusdam vero codicibus hæc adduntur,* υἱὸς πεπαιδευμένος σοφὸς ἔσται, τῷ δὲ ἄφρονι διακόνῳ χρήσεται, filius disciplinam nactus sapiens erit, imprudente autem ministro vtetur, *quæ sunt in cap. sequenti. Ab Compl. autem non modo ista absunt, sed etiam, quæ sequuntur,* qui fidens est, *vsque ad* Mulier, *quemadmodū & à vulgata. Referuntur tamē ista apud S. Cyprianum in Concilio Carthaginensi.* μ Mulier.] *Totus fere hic locus optime tractatur à S. Ambrosio de Cain lib. 1. cap. 4 & 5.* ν Dulcem.] *In aliquot codicibus additur,* πίετε, bibite. *S. Ambrosius cap. illo 4.* Panibus absconditis suauiter vtimini, & aquam furtim dulciorem bibite. S. *Hieronymus in Osee cap. 13.*

cap. 13. Panes occultos libenter attingite, & aquæ furtiuam dulcedinem. ξ Terrigenæ.] *Aq. & Symm.* ῥαφαΐμ, Raphaim. *Schol.* θεομάχοι, pugnantes cum Deo. *Th.* γίγαντες, gigantes, *vt vulgata, licet alij interpretentur dictionem hebræam,* manes, *aut,* inferos. ο Et in profundum inferni occurrit.] *S. Hieronymus in Osee. cap.* 13. & nescit insipiens, quoniam terrigenæ apud eam pereunt, & in profundum inferni incurrunt. *Aq. Symmachus Th.* καὶ ἐπὶ τοῖς βάθεσι τοῦ ᾅδου οἱ κλητοὶ αὐτῆς, & in profundis inferni inuitati eius: *quomodo fere vulgata.* π Alienam.] *In aliquot codicibus hæc sequuntur,* καὶ ὑπερβῇσῃ ποταμὸν ἀλλότριον, & tranicendes fluuium alienum: *& in vno sunt sub asterisco. Verum à Complutensi, & vulgata absunt omnia ab illo,* sed resili, *vsque in finem. Postremam tamen sententiam,* ab aqua autem aliena, &c. *refert apud Sanctum Cyprianum idem Concilium Carthag. & ipse S. Cyprianus in epist. 12. primi libri ad Ianuarium, & cæteros.*

CAP. X.

FILIVS [α] sapiens lætificat patrem: filius vero stultus mæstitia matri. Non proderunt thesauri iniquis: iustitia autem liberabit à morte. Non [β] occidet Dominus fame animam iustam: viam autem impiorum euertet. Paupertas virum humiliat: manus autem fortium ditant. [γ] Filius eruditus sapiens erit: imprudente autem ministro vtetur. [δ] Incolumis euasit ab æstu filius intelligens: corruptus autem à vento fit in messe filius [ε] iniquus. Benedictio Domini super caput iusti: os autem impiorum operiet [ζ] luctum intempestiuum. Memoria iustorum [η] cum encomijs: nomen autem impij [θ] extinguitur. Sapiens corde suscipiet mandata: qui autem non est tectus labijs, [ι] peruerse agens supplantabitur. qui ambulat [κ] simpliciter, ambulat fidens: qui autem [λ] distorquet vias suas; cognoscetur. Qui innuit oculis cum dolo; congregat viris mærores: qui autem arguit cum libertate; pacificat. Fons vitæ in [μ] manu iusti: os autem impij operiet perditio. Odium suscitat [ν] contentionem: omnes autem [ξ] non contentiosos operit amicitia. [ο] Qui è labijs profert sapientiam; [π] virga percutit virum excordem. [ρ] Sapientes occultabunt sensum: os autem temerarij appropinquat contritioni. Possessio diuitum ciuitas [σ] munita: [τ] contritio autem impiorum paupertas. Opera iustorum vitam faciunt: [υ] fructus autem impiorum [φ] peccata. [χ] Vias iustas vitæ custodit disciplina: [ψ] disciplina autem carens increpatione errat. Operiunt inimicitiā labia [ω] iusta: qui autem proferunt [αα] contumelias; insipientissimi sunt. Ex multiloquentia non [ββ] effugies peccatum: parcens autem labijs sensatus eris. Argentum igne [γγ] examinatum, lingua iusti: cor autem impij [δδ] deficiet. Labia iustorum sciunt [εε] excelsa: insipientes autem in [ζζ] egestate moriuntur. Benedictio Domini super caput iusti: hæc ditat, & non adijcietur ei tristitia in corde. In [ηη] risu insipiens agit mala: sapientia autem viro parit prudentiā. In perditione impius circumfertur: desiderium autem iusti acceptabile. Pretereunte procella deletur impius: iustus autē [θθ] declinans saluatur in seculum. Sicut vua acerba dentibus noxia, & fumus oculis; sic iniquitas eis, qui vtuntur ea. Timor Domini addit dies: anni autem impiorum minentur. [ιι] Immoratur iustis lætitia: spes autem impiorum perit. [κκ] Munitio sancti, timor Domini: [λλ] contritio autem operantibus mala. Iustus in seculum non [μμ] nutabit: impij autem non habitabunt terram. Os iusti destillat sapientiam: lingua autem iniusti peribit. Labia virorum iustorum [νν] destillant gratias: os autem impiorum [ξξ] peruertit.

α Filius

α Filius.] *In hebtæo,& in vulgata antecedit,* Parabolæ Salomonis. β Non occidet Dominus fame.] *Sic S.Cyprianus de opere,& eleem.& de orat.Dom. S.Hieronymus in Esa. cap. 65.* non interficiet fame Dominus. *Sym.& Th.* οὐ λιμαγχονήσει, non suffocabit fame, quasi angina. γ Filius, eruditus.] *Refert hanc sententiam S.Augustinus 16 de ciuit.cap.2.& alibi. In quibusdam codicibus diximus etiam esse in capite proxime præcedente. A vulgata autem abest vtroque loco.* δ Incolumis euasit ab æstu.] *Symmachus,* συνάξας ἐν ἀμητῷ υἱὸς φρόνιμος. *& vulgata,* qui congregat in messe; filius sapiens est. ε Iniquus.] *Aq.* αἰσχύνης, confusionis, *vt vulgata.* ζ Luctum intempestiuum.] *Aq.& Symm.* ἀδικίαν, *& vulgata,* iniquitatem. *Th.* ἁρπαγὴν, rapinam. η Cum encomijs.] *Aq* εἰς εὐλογίαν, in benedictionem. θ Extinguitur.] Aq.& *Symm.* σαπήσεται, putrescet. ι Peruerse agens supplantabitur.] *Aq.* δαρήσεται, cædetur, vapulabit. *Symm.* βασανισθήσεται, torquebitur. *Th.* φυρήσεται, macerabitur. κ Simpliciter.] *Aq.& Symmachus,* ἁπλότητι, simplicitate. *Quod autem sequitor,* ambulat fidens, *sic est in aliquo codice.S.Cypriani lib 3 ad Quir.quamuis in alijs sit,* fidenter. λ Distorquet.] *Symm.* στρεβλῶν, *eodem sensu.* μ In manu.] Aq.& *Symm.* στόμα, os, *vt vulgata.* ν Contentionem.] *Symm.& Th.* μάχας, pugnas. ξ Non contentiosos.] *Schol.* ἀδικοῦντας, prçuaricantes, iniuriam facientes: *quare vulgata,* vniuersa delicta operit charitas, & *1.Pe.4.* quia charitas operit multitudinem peccatorũ. ο Qui è labijs profert sapientiam.] *A.S.Th.* ἐν χείλεσι συνετοῦ εὑρεθήσεται σοφία, *quod vulgata,* in labijs sapientis inuenitur sapientia. π Virga percutit virum excordem.] *Th.* καὶ ῥάβδος ἐν νώτῳ ὑστερουμένῳ καρδίας, *quod eadem,* & virga in dorso eius, qui indiget corde. ρ Occultabunt sensum.] *Aq.* συγκρύψουσιν γνῶσιν, cooperient scientiam. σ Munita.] *Th.* κράτους αὐτοῦ *quod in vulgata,* fortitudinis eius. τ Contritio autem impiorum.] *Schol.* δειλία ἀσεβῶν, pauor impiorum: *vulgata,* pauor pauperum. υ Fructus.] *A.S.Th.* γεννήματα, genimina. φ Peccata.] ἁμαρτίας, *& videtur subintelligenda præpositio* εἰς, ad: *nam vulgata,* ad peccatum. *In multis tamen codicibus est,* ἁμαρτίαι peccata, *in recto,& in Compl.* ἁμαρτίαις peccatis. χ Vias iustas vitæ custodit disciplina.] *Illud,* iustas, δικαίας, *abest à multis. Schol.* ὁδὸς ζωῆς φυλάσσει ἀκάκους, via vitæ custodit innocẽtes. *Symm.* τρίβος εἰς ζωὴν φυλασσόντων παιδείαν, semita ad vitam, custodientium disciplinam. ψ Disciplina autem carens increpatione.] A.S. *Th.* ὁ δὲ ἐγκαταλιμπάνων ἐλέγχους, qui autem increpationes relinquit, *vt vulgata.* ω Iusta.] *Aq.& Th.* ψεύδους, falsitatis, *aut,* mendacis. *Vulgata,* labia mendacia. *Symm.* ἄδικα, iniusta. αα Contumelias.] Aq.& *Th.* ψόγον, vituperationem. ββ Non effugies peccatum.] *Sic S.Cyprianus eodem.3.lib.Symm.* πλημμέλημα, delictum, vitium. γγ Igne examinatum.] *Aq.& Symm.* ἐκλεκτὸς, electum. δδ Deficiet.] *Aq.* ὡς ὀλίγον. *Th.* ὡς μικρὸν, vt parum. *Symm.* εὐτελὴς, vilis. *Vulgata,* pro nihilo. εε Sciunt excelsa.] *Aq.* ποιμαίνουσι πολλούς, *quod vulgata,* erudiunt plurimos. ζζ In egestate moriuntur.] *Aq.* ἐν ἐνδείᾳ καρδίας ἀποθανοῦνται, *quod eadem,* in cordis egestate morientur. ηη In risu.] *Aq.* ὡς γέλως τῷ ἀνοήτῳ ποιῆσαι ἀνομίαν, *quod vulgata exposuit,* quasi per risum stultus operatur scelus. θθ Iustus autem declinans.] *A.S.Th.* ὁ δὲ δίκαιος θεμέλιος αἰώνιος, iustus autem fundamentum sempiternum, *quomodo fere vulgata.* ιι Immoratur iustis.] Aq εὐδοκία. *Symm.* ὑπομονὴ, *Th.* προσδοκία δικαίων, *& vulgata,* expectatio iustorum. κκ Munitio sancti] *Symm.& Th.* κραταίωμα τῷ τελείῳ, fortitudo perfecto. *Aq.* τῷ ἁπλῷ, *alius Int.* τῷ ἀκάκῳ, *vulgata,* fortitudo simplicis. λλ Contritio.] *Symm.* δειλία, pauor. μμ Non nutabit.] *Aq.* οὐ μὴ σφάλῃ, non offendet, non succumbet. *Symma.& Th.* οὐ σαλευθήσεται, non commouebitur, *vt vulgata.* νν Destillant gratias.] *Schol.* ἐπίστανται, sciunt. Aq.& *Th* γνώσονται, cognoscent. *Vulgata,* considerant placita. ξξ Peruertit.] *Schol.* καταστρέφεται, subuertit. *Videtur enim hoc potius modo vertendum, quàm,* peruertitur, subuertitur. *quamuis neque istum reprehendamus.*

CAP. XI.

STATERÆ [α] dolosæ, abominatio coram Domino: pondus autem [β] iustum acceptum ei. Quocumque intrauerit contumelia; illuc & ignominia: [γ] os autem humilium meditatur sapientiam. Moriens iustus relinquit pænitentiam: facilis autem fit, & iucundus impiorum interitus. Iustitia [δ] immaculatas dirigit vias: impietas autem [ε] incidit in iniustitiã. Iustitia virorum [ζ] rectorum liberat eos: sua autem [η] perditione capiuntur iniqui Mortuo viro iusto non perit spes: [θ] gloriatio autem impiorum perit. Iustus è [ι] captura exit: pro eo autem traditur impius. In [κ] ore impiorum laqueus ciuibus: [λ] sensus autẽ iustorum prospere procedens. In bonis iustorum [μ] bene se gessit ciuitas: ore autem impiorum [ν] diruta est. [ξ] Subsannat ciues indigens corde: vir autem prudens silentium ducit. Vir [ο] bilinguis reuelat [π] consilia in consessu: fidelis autem [ρ] spiritu [σ] abscondit res. [τ] Quibus non est gubernatio; cadunt tanquam folia: salus autem est in [υ] multo consilio. Malus malefacit, [φ] cum cõmistus fuerit iusto: [χ] odit autem sonum securitatis. Mulier [ψ] gratiosa suscitat viro gloriam: thronus autem ignominiæ, mulier odio habens iusta. Diuitiarum

pigri

A pigri fiunt indigi: ψ fortes autem nituntur diuitijs. Animæ suæ ω bonum fac vir misericors: αα perdit autẽ suũ ipsius corpus immisericors. impius facit op ra iniusta: semen autẽ iustorum merces veritatis. Filius iustus gignitur ad vita ββ persequutio autem impij ad mortem. Abominatio Domino γγ peruers viæ: δδ accepti autem ei omnes immaculati in vijs suis. Manu manus εε ini ciens iniuste, non impunitus ζζ erit: qui ηη autem seminat iustitiam; accipi mercedem fidelem. Sicut θθ inauris in naribus porcæ; sic mulieri male pruden pulchritudo. Desiderium iustorum omne, bonum: spes autem impiorum ιι pe ribit. Sunt, qui propria κκ seminantes, plura faciunt. Sunt autem, & qui λλ con B gregantes minuuntur. Anima benedicta, μμ omnis simplex: νν vir autem ani mosus inhonestus est. Qui ξξ continet frumentum; relinquat illud οο nationibus benedictio autem in eius capite, ππ qui communicat. ρρ Fabricans bona, quæ rit gratiam bonam: exquirentem autẽ mala comprehendent eum. Fidens in di uitijs, hic cadet; qui autem inhæret iustis; σσ germinabit. Qui ττ non conuersa tur domi suæ; hæreditabit ventum: seruiet autem imprudens prudenti. υυ De fructu iustitiæ nascitur arbor vitæ: auferuntur autem intempestiuæ animæ iniquorum. Si iustus quidem vix saluatur; impius, & peccator vbi parebunt?

α Stateræ dolosæ.] *Aq. & Symm.* ζύγια ἐπιθέσεως, bilances fraudis. *Lucifer pro S. Athan.* statera doli. C β Iustum.] *Symm.* πλῆρες, plenum. *Aq.* τέλειον, perfectum. γ Os autem humilium meditatur sapientiam.] *Symm.* παρὰ δὲ τοῖς ἐπιμελέσι σοφία, apud accuratos sapientia. *Th.* καὶ μετ' ἐπιεικῶν σοφία, & cum modestis (*aut*, æquis) sapientia. *In Compl. subnectuntur hic ea, quæ in plerisque libris afferuntur post illa*, & iucundus impiorum interitus. *Sunt autem hæc*, τελειότης δικαίων ὁδηγήσει αὐτοὺς, καὶ ὑποσκελισμὸς ἀθετούντων προνομεύσει αὐτούς. οὐκ ὠφελήσει ὑπάρχοντα ἐν ἡμέρᾳ θυμοῦ, δικαιοσύνη δὲ ῥύσεται ἀπὸ θανάτου. Perfectio rectorum diriget eos: & supplantatio præuaricantium peruastabit illos. Non proderunt substantiæ in die furoris: iustitia autem liberabit à morte: *quæ in vno libro sub asterisco habentur.* δ Immaculatas.] *Alij*, ἀμώμων, immaculati. ε Incidit in iniustitiam.] *A. S. Th.* καὶ ἐν ἀσεβείᾳ αὐτοῦ πεσεῖται ὁ ἀσεβής, *quod vulgata*, & in impietate sua corruet impius. ζ Rectorum.] A. S. *Th.* δικαίων, *eodem sensu. Quod autem sequitur*, liberat, *in multis est*, ῥύσεται, liberabit. η Sua autem perditione.] *In alijs libris est*, ἀβουλίᾳ, inopia consilij. *Procopius*, ἀσεβείᾳ *& Schol.* ἀσεβείᾳ αὐτῶν, impietate sua. *A. S. Th* ἐν δὲ τῇ ἀδικίᾳ οἱ ἀδικοῦντες συλληφθήσονται, & in iniustitia iniuste agentes capientur. θ Gloriatio.] *Th.* προσδοκία, expectatio, *vt vulgata.* ι E captura erit.] *Symm. & Th.* ἐκ θλίψεως ἐρρύσθη, *quod eadem*, de angustia liberatus est. κ In ore impiorum.] *A. S. Th.* ἐν στόματι ὑποκριτοῦ διαφθείρει τὸν πλησίον αὐτοῦ, in ore hy- D pocritarum corrumpit proximum suum. λ Sensus autem.] καὶ ἐν γνώσει δίκαιοι ῥυσθήσονται, *quod vulgata*, iusti autem liberabuntur scientia. μ Bene se gessit ciuitas.] *Symm.* ἀγαλλιάσονται πόλεις, exultabunt ciuitates. *Th.* εὐφρανθήσονται, lætabuntur. *In plerisque autem libris hæc sequuntur*, καὶ ἐν ἀπωλείᾳ ἀσεβῶν ἀγαλλίαμα. ἐν εὐλογίᾳ δικαίων ὑψωθήσεται πόλις, & in perditione impiorum exultatio. In benedictione rectorum exaltabitur ciuitas: *quæ in vno sunt notata asterisco.* ν Diruta est.] *In nonnullis est*, κατασκαφήσεται, diruetur. *A. S. Th.* καθαιρεθήσεται, deijcietur. ξ Subsannat.] *A. S. Th.* ἐξουδενοῖ, spernit. ο Bilinguis.] *Aq.* διάβολος, delator. *Symm.* δολιός, fraudolentus. π Consilia.] *Aq.* ἀπόρρητον, arcanum. *Sym.* μυστήριον, mysterium. ρ Spiritu.] *Aq. & Symmachus*, πνεύματι, *eodem sensu.* σ Abscondit res.] *Symm.* σκεπεῖ λόγους, custodit verba. τ Quibus.] *Th.* ἐν ἀβουλίᾳ πεσεῖται λαός, in incogitantia corruet populus. υ In multo consilio.] *Symm. & Th.* πολυβούλῳ, *eodem sensu, aut*, homine multi consilij. φ Commistus.] *Fieri potest, vt significet quasi*, obses *vt alibi*, & fideiussor: *vulgata enim*, qui fidem facit pro extraneo. χ Odit autem sonum securitatis.] *Sym* ὁ δὲ μισῶν ἐμπαγάς, πέποιθεν, qui autem odit capciones (*& videtur significare laqueos stipulationum*,) confidit *Th.* καὶ μισῶν παγιδευθῆναι, πεποιθήσει, & odio habens laqueis implicari, confidet. ∗ Gratiosa suscitat ui ro gloriam.] *Symm.* ἀγαθὴ ἀνθέξεται δόξης, bona assequetur gloriam. *Quæ autem sequuntur vsque ad*, fortes E *absunt à vulgata, sed non à Compl.* ψ Fortes autem.] *Th.* διακόπτοντες ἐπιλήψονται πλούτου, irrumpentes apprehendent diuitias. ω Bonum facit.] *Aq. & Th.* ἀμείβεται, retribuit. *Symmachus*, εὐεργετεῖ ψυχὴν αὐτοῦ, bene facit animæ suæ, *vt vulgata.* αα Perdit autem.] *Symm.* ταράσσει δὲ οἴκους ἑαυτοῦ, turbat suas ipsius domos ββ Persequutio autem.] A. S. *Th.* καὶ καταδιώκων κακίαν εἰς θάνατον αὐτοῦ, & sequens malum ad mortem suam γγ Peruersæ viæ.] *A. S. Th.* σκολιοκάρδιοι, peruersi corde. δδ Accepti autem.] *Aq. & Th.* εὐδοκία, beneplacitum. *Symm.* θέλημα δὲ αὐτοῦ, voluntas eius, *vt vulgata.* εε Inijciens.] *Schol.* συμβάλλων, conferens ζζ Erit.] *In multis adiungitur*, κακῶν, malorum. *Vulgata*, manus in manu non erit innocens malus: *& sunt qui putent illud*, manus in manu, *aut*, manus ad manum, *significare*, mox mox; *quamuis aliter Chaldæus. S. Hieronymus adu. Ruf.* manus infereus iniuste non erit impunitus. ηη Qui autem seminat iustitiam.] *A.* καὶ σπέρμα δικαίων περισωθήσεται, & semen autem iustorum saluabitur, *vt vulgata.* θθ Inauris.] *Sic S. Hieronymus in Ezech. 28. & Clemens Alex. lib. 3. Pædag. Sed in cæteris libris est*, ἐνώτιον χρυσοῦν, *& idem S. Hieronym in Ezech*

s Ezech.cap. 16.sicut inauris aurea in naribus porcæ;sic mulieri male moratæ pulchritudo,*& in opere imp. in Matt.hom* 45.*Quomodo autem inauris dicatur ornamentum narium , vide ibid.S.Hieronymum . Pro hac autem secunda parte Symmachus , & Th. dixerunt* , γυνὴ καλὴ, καὶ ἀκαιρόφρων *quod in vulgata* , mulier pulchra , & fatua. *ι* Peribit.] *Schol.*ἀπόλλυται,ἀπέρχεται,perit,abscedit. *κκ* Seminantes.] A.*S.Th.*σκορπίζοντες,dispergentes. *λλ* Congregantes.] *In multis libris additur*,ἀλλότρια,aliena.*Aq.& Symm.*ὁ δὲ φειδόμενος. Parcens autem.*Th.*ἀπὸ δ᾽εὐθύτητος εἰς ὑστέρημα,à rectitudine in defectum. *μμ* Omnis simplex.] *A.S.Th.*πιανθήσεται,impinguabitur.*S.Hier.adu.Ruf.*anima benedicta omnis simplex vir animosus inhonestus est. *νν* Vir autem animosus inhonestus est.] *Symm.*ὁ δὲ μέθυσος καὶ γε αὐτὸς πρωϊνὸς,ebrius autem (*aut* , qui inebriat,*vt vulgata*) & ipse etiam præcox,*quod eadem*,ipse quoque inebriabitur. *ξξ* Qui continet.] *Symm.& Th.* ὁ κωλύων, qui prohibet. *οο* Nationibus.] *In nonnullis libris hæc adduntur*,ὁ πιμπλῶν σῖτον,δημοκατάρατος, *vt* S. *Chrys. in* 1.*Cor.hom.*39.*aut*,δημοκατάρατος.S.*Cyprianus lib.*3.*testim.hæc refert,non autem præcedentia*,captans annonam maledictus in plebe est:*& S.Ambrosius* 3.*off.cap.*6.*in principio*,captans precia frumenti , maledictus in plebe est.*Idem vero in extremo eodem cap.*Qui continet frumentum,relinquet illud nationibus.Et addidit,Captans annonam maledictus in plebe est, &c. *Videri possunt duæ interpretationes eiusdem sententiæ . Nam Aq.* καταράσονται αὐτὸν,maledicent eum. *Symm.*λαοκατάρατος.maledictus à populo.*Th.* δημοκατάρατος, maledictus à plebe. *ππ* Qui communicat.] *Sic S.Cypr.ibid.S.Ambr.*qui participat.*Aq.& Th* πωλοῦντος,qui venale exponit.*Symmachus* πωλοῦντος.qui vendit. *ρρ* Fabricans.] *Aq.* ὀρθρισμὸς ἀγαθοῦ ζητεῖ εὐδοκίαν, matutina consurrexio boni,quærit beneplacitum. *σσ* Germinabit.] *Symmachus*,ὡς θαλλὸς δίκαιοι βλαστήσουσιν, *quod vulgata*,iusti autem,quasi uirens folium germinabunt. *ττ* Qui non conuersatur domi suæ.] *A.S.Th.* ταράσσων οἶκον,qui conturbat domum:*vulgata addit*,suam. *υυ* De fructu.] *A.S.Th.*καρποὶ δικαίου ξύλον ζωῆς, *quod eadem*,fructus iusti lignum vitæ .

CAP. XII.

QVI diligit disciplinam ; [α] diligit sensum : qui autem odit increpationes; insipiens. [β] Melior,qui inuenit gratiam à Domino: vir autem iniquus tacebitur . Non [γ] prosperabitur homo ex iniquo :radices au-[δ]tem iustorum non auferentur . Mulier [ε] fortis,corona viro suo:sicut autem [ζ] in ligno vermis,sic virum disperdit mulier malefica . Cogitationes iustorum iudicia: [η] gubernant autem impij dolos.Verba impiorum [θ] dolosa: os autem [ι]rectorum liberabit eos.Quocumque se verterit impius; deletur: domus autem iustorum permanent. [κ] Os intelligentis laudatur à viro : socors autem [λ] subsannatur.Melior vir in [μ] vilitate seruiens sibi, quàm [ν] honorem sibi circumponens,& egens pane. Iustus [ξ] miseratur animas iumentorum suorum:[ο] viscera autem impiorum immisericordia.Qui operatur suam terram; replebitur panibus:[π] qui autem sequuntur varia, indigentes corde . Qui est iucundus in vinorum conuersationibus; in suis munitionibus relinquet ignominiam . Cupiditates impiorum malæ: radices autem [ρ] piorum in munitionibus.Propter peccatum labiorum incidit in laqueos peccator : effugit autem ex eis iustus. [σ] Qui videt leuia; misericordia dignus habebitur:qui autem occurrit in portis; vexabit animas. De fructibus oris anima viri implebitur bonis : [τ] & retributio labiorum eius dabitur ei . Viæ insipientum rectæ coram ipsis; [υ] exaudit autem consilia sapiens. Imprudens eadem die [φ] enunciat iram suam : [χ] abscondit autem inhonorationem vir astutus. [ψ] Planam fidem annunciat iustus: [ω] testis autem iniustorum dolosus . [αα] Sunt,qui dicentes vulnerant,enses: linguæ autem sapientum sanant.Labia veracia [ββ] dirigunt testimonium:testis autem [γγ] citus linguam habet iniustam . Dolus in corde [δδ] fabricantis mala: qui autem [εε] volunt pacem; [ζζ] lætabuntur.Non placebit iusto quicquam iniustum: impij autem implebuntur malis . Abominatio Domino labia mendacia: qui autem facit fides; [ηη] acceptus apud eum. Vir [θθ] intelligens, [ιι] thronus sensus: cor autem insipientum [κκ] occurret execrationibus . Manus [λλ] electorum dominabitur facile: dolosi autem erunt in [μμ] direptionem. [νν] Terribilis sermo cor turbat viri

A viri iuſti : nunciatio autem bona lætificat eum. ξξ Cognitor iuſtus, ſuiipſius °° amicus erit: eos autem qui peccant, perſequentur mala: & via impiorum ſeducet eos. Non conſequetur doloſus venationes: poſſeſsio autem precioſa vir mundus. In vijs iuſtitiæ vita: viæ autem eorum, qui memores ſunt iniuriarum, in mortem.

α Diligit ſenſum.] *Schol.* ἀγαπηθήσεται, diligetur. A.*S.Th.* γνῶσιν, ſcientiam, *vt vulgata*. β Melior.] *Compl.* κρείσσον, melius. *Aq.* ἀγαθὸς ὑπερεκχέει εὐδοκίαν παρὰ κυρίου, bonus ſupereffundit (*aut fortaſſe*, affluenter hauriet) beneplacitum, & gratiam à Domino. γ Proſperabitur homo ex iniquo.] *Aq & Symm.* ἑτοιμασθήσεται ἄνθρωπος ἐν ἀσεβείᾳ, ſtabilietur homo in impietate. δ Iuſtorum.] *Schol.* ἀσεβῶν, piorum. ε Fortis.] *Symm.* εὐπορίας, abundantiæ. *Th.* ἰσχύος, fortitudinis. ζ In ligno.] *Schol* ἐν ὀχυρώμασι, in firmamentis: *& videtur ſignificare*, in oſſibus, *vt vulgata*. η Gubernant autem impij.] *Schol.* καὶ ἐννοήματα ἀσεβῶν, & cogitationes impiorum. θ Doloſa.] *In pleriſque additur*, εἰς αἷμα, ad ſanguinem. *Aq. & Th.* ἐνεδρεύουσιν εἰς αἷμα, inſidiabuntur in ſanguinem. ι Rectorum.] A.*S.Th.* εὐθείων, *eodem ſenſu*. κ Os intelligens laudatur à viro.] *Symmachus*, κατὰ τὴν φρόνησιν αὐτοῦ ἐπαινεθήσεται ἀνήρ, ſecundum prudentiam ipſius laudabitur vir. λ Subſannatur.] *Aq.* ἔσται εἰς ἐξουδένωσιν, erit in contemptum. *Symmachus*. εἰς καταφρόνησιν, *eodem ſenſu*. μ In vilitate ſeruiens.] *Symmachus*, ἄτιμος, καὶ δουλεύων ἑαυτῷ, vilis, & ſeruiens ſibi. ν Quàm honorem ſibi circumponens.] *Symm.* ἢ δοξαζόμενος, quàm glorioſus, *vt vulgata*. ξ Miſeratur.] *Sic S. Chryſoſtomus in ep. ad Rom. hom.* 29. A.*S.Th.* γινώσκει, cognoſcit. ο Viſcera.] *Aq.* καὶ οἱ οἰκτιρμοὶ, & miſerationes. π Qui autem ſequuntur vana.] *Symm* ὁ δὲ ἐπιδιώκων εἰς ἀπραγίαν, *quod in vulgata dictum eſt*, qui autem ſectatur otiũ. *Aq. & Th.* κενά, vacua. ρ Piorum.] *In aliquot libris, & in Schol.* τῶν δικαίων, iuſtorum. σ Qui videt leuia; miſericordia dignus habebitur: qui autem occurrit in portis: vexabit animas.] *Hæc abſunt à Compl. & vulg. Schol. ad illud*, qui videt leuia, *affert pro explanatione*, ἐπιεικὴς, καὶ ἀπερίεργος, probus, modeſtus, & non curioſus: *ad illud autem*, qui occurrit in portis, ὁ δὲ περίεργος, καὶ πολυπράγμων, curioſus autem, & qui ſe intrudit in negocia. τ Et retributio labiorum.] *Aq. & Symmachus*, καὶ ἀμοιβὴ χειρῶν αὐτοῦ, & retributio manuum eius. υ Exaudit autem conſilia.] *Sic Lucifer pro S. Ath. Symmachus*, ὁ δὲ ἀκούων βουλῆς, qui vero audit conſilium. φ Enunciat iram ſuam.] *Sic S Cypr. lib. 3. teſtim. Sch.* δηλώσει θυμὸν αὐτοῦ, patefaciet furorem ſuum. *Th.* γνωρίσει, notum faciet. χ Abſcondit autem inhonorationem ſuam. *Sym.* ὁ δὲ σκέπων ἀτιμίαν αὐτοῦ, qui autem tegit ignominiam ſuam. *Th.* καὶ καλύπτων ὕβριν, & operiens iniuriam. ψ Planam fidem annunciat iuſtus.] *Sym.* ἐκφαίνων πίστιν, ἀπαγγέλλει δικαιοσύνην, qui patefacit fidem (*ideſt rem veram, & certam*;) annunciat iuſtitiam. ω Teſtis autem iniuſtorum doloſus.] *Symma.* μάρτυς ψευδὴς, δόλος, teſtis falſus, dolus. *Aq.* ἐπίθεσις, fraus. αα Sunt, qui dicentes vulnerant, enſes.] *In multis eſt*, ὡς μάχαιρα, vt enſis. *Th.* ἔστι πεποιθὼς ἐν κεντήματι μαχαίρας, eſt fidens in punctione gladij. *Symm.* ὥσπερ κέντημα, tanquam punctio. ββ Dirigunt teſtimonium.] A.S. *Th.* ἑτοιμασθήσεται εἰς ἔτι, *quod vulgata*, labium veritatis firmum erit in perpetuum. γγ Citus.] *Schol.* θυμώδης, iracundus. δδ Fabricantis.] A.*S.Th.* τεκταινόντων, fabricantium. εε Volunt.] *Aq. & Th.* συμβουλεύουσιν, inibunt conſilia. ζζ Lætabuntur.] *Symm.* εὐφραίνονται, lætantur. ηη Acceptus apud eum.] *A.S.Th.* εὐδοκία, beneplacitum. θθ Intelligens.] *Schol.* πανοῦργος callidus. ιι Thronus ſenſus.] *Symmachus*, καλύψει γνῶσιν, *quod vulgata*, celat ſcientiam. κκ Occurret execrationibus.] *Aq. & Th.* καλέσει ἀφροσύνην, *quod eadem*, prouocat ſtultitiam. λλ Electorum dominabitur.] *Aq.* συντεμνόντων, abbreuiantium, ſolicitorum. *Th.* ἀνδρείων κυριεύσει, fortium dominabitur, *vt vulgata*. μμ In direptionem.] *Aq. & Sym.* εἰς φόρον, in tributum: *quod vulgata*, tributis ſeruiet. νν Terribilis ſermo cor turbat viri iuſti.] *Iſtud*, iuſti, δικαίου, *abeſt à nonnullis. Th.* μέριμνα ἐν καρδίᾳ ἀνδρὸς κατισχύει αὐτόν, *quod vulg.* mœror in corde viri humiliabit illum. ξξ Cognitor iuſtus.] *Aq.* περισσεύων τὸν πλησίον αὐτοῦ δίκαιος, abundans præ proximo ſuo iuſtus. οο Amicus erit.] *In multis libris additur*, αἱ δὲ γνῶμαι τῶν ἀσεβῶν ἀνεπιεικεῖς, ſententiæ autem impiorum immites. *A Compl. vt etiã à vulgata non modo abſunt iſta, ſed etiam quæ ſequuntur*, eos autem, qui peccant, perſequentur mala, *quæ quidem habentur cap. ſequenti: & de quibus ſcribit Sch.* Huius verſiculi omnino non meminit Origenes: inuentus eſt autem in quibuſdam exemplaribus. Neque enim apud lxx. neque apud cæteros ponitur.

C A P. XIII.

E FILIVS α aſtutus, obediens patri: filius autem inobediens in perditione. De fructibus iuſtitiæ comedet bonus: animæ autem iniquorum β peribunt immaturæ. Qui cuſtodit ſuum os; ſeruat ſuam animam: & qui temerarius eſt labijs, γ terrebit ſeipſum. In deſiderijs eſt δ omnis ocioſus: manus autem fortium in ε ſedulitate. Verbum iniuſtum odit iuſtus: impius autem confunditur, & ζ non habebit libertatem loquendi. Sunt qui ditant ſe, nihil habentes: & ſunt, η qui humiliant ſe in multis diuitijs. θ Redemptio viri propriæ diuitiæ:

diuitiæ: inops autem [ι] non sustinet comminationem. Lux iustis perpetuo: lux autem impiorum extinguitur. Animæ dolosæ errant in peccatis: iusti autem miserantur, & miserentur. [κ] Malus cum contumelia agit mala: qui autem [λ] suiipsorum cognitores, sapientes. Substantia [μ] festinata cum iniquitate, minor fit. Cō[n]gregans autem sibi cum pietate multiplicabitur. [ν] Iustus miseretur, & commodat. Melior, qui incipit auxiliari corde, eo, qui promittit, & in spem adducit: arbor enim vitæ desiderium bonum. Contemnens rē [ξ] contemnetur ex ea: timens autem mandatum, hic [ο] sanus est. Filio doloso nullum erit bonum: famulo autem sapienti prospere procedent actiones, & dirigetur via eius. Lex sapientis fons vitæ: [π] demens autem sub laqueo morietur. Intellectus bonus dat gratiam: noscere autem legem, mentis est bonæ: viæ autem contemnentium, in perditione. Omnis astutus agit cū scientia: insipiens autem expandit [ρ] suā nequitiam. [σ] Rex audax incidit in mala: nuncius autem [τ] sapiens liberabit eum. [υ] Paupertatem, & ignominiam aufert disciplina: qui autem custodit increpationes, glorificabitur. Desideria [φ] piorum delectant animam; [χ] opera autē impiorum longe à scientia. [ψ] Ambulans cum sapientibus sapiens eris: & qui[ω] ambulat cum insipiētibus, [αα] agnoscetur. Eos, qui peccant, persequentur mala: iustos autem comprehendent bona. Bonus vir [ββ] hæreditare faciet filios filiorum: [γγ] thesaurizantur autem iustis, diuitiæ impiorum. Iusti facient in diuitijs annos multos: iniusti autem peribunt breui. Qui parcit* baculo; odit filium suū: qui autem diligit; [δδ] diligenter erudit. Iustus comedens [εε] implet animam suam: [ζζ] animæ autem impiorum egenæ.

α Astutus.] *Aq. S. Th.* σοφὸς, sapiens. β Peribunt immaturæ.] *Schol.* ἀφανισθήσονται, abripientur. γ Terrebit seipsum.] *Sic S. Hier. adu. Ruf. Th.* αἰσχύνη αὐτοῦ, confusio ipsius. δ Omnis ociosus.] *Sic etiam Cassianus collat. 24. cap. 2. Sed S. Hier. epist. 8. & alibi,* in desiderijs est omnis anima otiosi. *Symmachus,* ἐπιθυμεῖ, καὶ οὐ θέλει ὀκνηρὸς, *quod vulgata,* vult & non vult piger. ε In sedulitate.] *Symm.* πιανθήσονται, impinguabuntur. ζ Et non habebit libertatem loquendi.] *Schol.* καὶ ἀτιμασθήσεται, & ignominia afficietur. *In plerisque vero libris adiunguntur hæc,* δικαιοσύνη φυλάσσει ἀκάκους, (*& Compl. addit,* ὁδῷ) τοὺς δὲ ἀσεβεῖς φαύλους ποιεῖ ἁμαρτία, iustitia custodit innocentes, (*al.* innocentes via): impios autem nequam facit peccatum: *quæ in vno libro habentur sub asterisco: in alio ad secundam partem hoc Schol. est appositum.* Symm. ἀδικία δὲ ἐπισπάσεται ἁμαρτίαν, iniustitia autem attrahet peccatum. η Qui humiliant se.] *Symm.* πτωχευόμενοι, mendicantes. *Th.* πτωχοφανὴς, qui apparet mendicus, qui mendici speciem præbet. θ Redemptio.] *Celebris apud Patres sententia: A. S. Th.* ἐξίλασμα, propitiatio. ι Non sustinet comminationem.] *Shol.* οὐ φέρει, non fert. *A. S. Th.* ἐπιτίμησιν, increpationem. κ Malus cum contumelia agit mala.] *Sic S. Hier. ibid. & Lucifer pro S. Athan. A. S. Th.* ἐν ὑπερηφανίᾳ δώσει μάχην, in superbia dabit pugnam. λ Sui ipsorum cognitores.] *Th.* καὶ ἐν συμβουλευομένοις σοφία, & in ijs, qui consilium adhibent, sapientia. μ Festinata.] *Aq.* ἀπὸ ματαιότητος, ex vanitate. ν Iustus miseretur, & commodat.] *Hæc absunt ab aliquot codicibus: à Complutensi autem ea, quæ sequuntur vsque ad, arbor: & videtur subesse aliqua mistio interpretationum.* ξ Contemnetur.] *Schol.* καταφθαρήσεται, corrumpetur. ο Sanus erit.] *Aq. & Symm.* εἰρηνεύει, in pace degit. π Demens autem sub laqueo morietur.] *Lucifer pro S. Athan. non habet illud,* sub. *Compl. autem,* ἁλοὺς ὑπὸ παγίδος, captus à laqueo. *Symm. & Th.* τοῦ ἐκκλῖναι ἀπὸ σκανδάλων θανάτου, *quod vulgata,* vt declinet à ruina mortis. ρ Nequitiam.] *A. S. Th.* ἀφροσύνην, insipientiam. σ Rex audax.] *Sic Lucifer ibid.* A. S. *Th.* ἄγγελος ἀσεβὴς, nuncius impius. τ Sapiens liberabit eum.] *Schol.* πίστεως ἰώμενος, fidei sanans. *A. & Symm.* ὅμηρος πίστεως ἴασις, obses fidei, sanitas. *Vulgata,* legatus fidelis sanitas. *Th.* φύλαξ πίστεως ἴασις, custos fidei sanitas. υ Paupertate.] *Symm.* πενία καὶ ἀτιμία διαλύει παιδείαν. Egestas, & ignominia, dissoluit disciplinam. *Propius ad vulgatam accederet, si esset,* dissoluenti. φ Piorum.] *Alij,* ἀσεβῶν, impiorum. *Vulgata,* desiderium si compleatur, delectat animam. χ Opera.] *Aq.* βδέλυγμα δὲ ἀνοήτων, ἀποστῆναι ἀπὸ κακοῦ, abominatio malorum recedere à malo. ψ Ambulans cum sapientibus; sapiens eris.] *Alij,* ὁ συμπορευόμενος, (*Compl.* συμπεριφερόμενος) σοφοῖς, σοφὸς ἔσῃ, *& Sch. & Compl.* σοφισθήσεται, qui ambulat cum sapientibus; sapiens erit. ω Qui ambulat.] *In aliquot libris est,* συμπεριφερόμενος, qui vnà circumuertitur. *Schol.* συμπλανώμενος, qui simul errat. αα Agnoscetur.] *Aq. & Th.* κακωθήσεται *Symm.* κακουργηθήσεται, malo afficietur. ββ Hæreditare faciet.] *Sumendum est enim transitiue, vt alibi sæpe, illud* κληρονομήσει. *Schol.* κληροδοτήσει, *eodem sensu.* γγ Thesaurizantur.] *Symm.* πεφύλακται, custoditæ sunt. * Baculo.] S. *Cyp.* 3. *testim.* qui parcit baculo, odit filium. S. *Ambr. epist.* 7. *&* S. *Hieron. in Zach.*

A *Zach.c.8.* qui parcit baculo suo, odit filium suum. δδ Diligenter erudit.] *S.Hieronymus in Zach.cap.8.* qui autem diligenter corripit, diligit. *Sch.* ὀρθρίζει αὐτῷ παιδείαν, diluculo adhibet ei disciplinam. εε Implet animam suam.] *Schol.* ἐμπιμπλήσι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ, implet ventrem suum. ζζ Animæ.] *Schol.* κοιλίαι, ventres.

CAP. XIV.

SAPIENTES mulieres ædificarunt domos: imprudens autem demolita est suis manibus. Qui ambulat α recte, timet Dominum: qui autem tortuose incedit vijs suis; afficietur ignominia. Ex ore imprudentum β baculi B contumeliæ: labia autem sapientum * custodiunt ipsos. Vbi γ non sunt boues; præsepia munda: vbi autem multa genimina; manifesta bouis virtus. Testis fidelis non mentitur: δ accendit autem falsa testis iniustus. ε Quæres sapientiam apud malos, & non inuenies: ζ sensus autem apud prudentes η facilis. Omnia contraria viro imprudenti: θ arma autem sensus, labia sapientia. Sapientia astutorum cognoscet vias ipsorum: dementia autem imprudentum in ι errore. κ Domus iniquorum debebunt mundationem: domus autem iustorum acceptabiles. Cor viri sensitiuum, λ tristis anima eius: μ quando autem lætabitur; nõ miscetur contumeliæ. Domus impiorum delebuntur: tabernacula autem recte C agentium stabunt. Est via, quæ videtur apud homines recta esse: ν nouissima autem eius vadunt in ξ fundum inferni. In ο lætitijs non admiscetur tristitia: ω nouissime autem gaudium in luctum vadit. Suis ρ itineribus saturabitur temerarius: & de cogitationibus suis vir bonus. σ Simplex credit omni verbo: astutus autem vadit in pœnitentiam. τ Sapiens timens declinauit à malo: imprudens autem sibi fidens miscetur iniquo. υ Impatiens agit cum temeritate: vir autem φ prudens multa suffert. χ Diuident imprudentes ψ malum: astuti autem ω tenebunt sensum. Labentur mali coram bonis: & impij colent portas iustorum. Amici odio habebunt amicos mendices: amici autem diuitum multi. Qui inhonorat pauperes; peccat: qui autem miseretur mendicorum; beatis-D simus. αα Errantes fabricantur mala: misericordiam autem & veritatem fabricantur boni. Non sciunt misericordiam, & fidem fabricatores malorum: eleemosynæ autem, & fides apud fabricatores bonos. In omni solicito inest abundantia: dulcis autem, & carens dolore in egestate erit. Corona sapiẽtum ββ astutus: γγ conuersatio autem imprudentum mala. δδ Liberabit de malis animam testis fidelis: accẽdit autem falsa dolosus. In timore Domini spes fortitudinis: filijs autem suis relinquet εε firmamentum. ζζ Præceptum Domini fons vitæ: facit autem declinare de ηη laqueo mortis. θθ In multa gente gloria regis: ιι in E defectu autem populi contritio principis. Longanimis vir, multus in prudentia: κκ pusillanimis autem λλ valde imprudens. Mansuetus vir, cordis medicus: tinea autem ossium μμ cor sensitiuum. νν Qui calumniatur pauperem; irritat eum, qui fecit illum: ξξ qui autem honorat illum; miseretur inopis. In malitia sua οο repelletur impius: qui ππ autem fidit suæ sanctitati, iustus. In corde ρρ bono viri sapiẽtia: in corde autẽ imprudentum σσ non dignoscitur. Iustitia exaltat gentem: ττ minuunt autẽ tribus peccata. υυ Acceptus regi minister intelligens: φφ sua autem agilitate aufert ignominiam.

α Recte.] *A.S.Th.* ἐν εὐθύτητι, in rectitudine. β Baculi contumeliæ.] *S.Hieronymus adu.Rufinum*, In ore stulti baculus contumeliæ. *Th.* ῥάβδιον ὕβρεως, virgula superbiæ. * Custodiunt.] *Schol.* ἰᾶται, sanant. γ Vbi non sunt boues.] *Aq.* ἐν τῷ μὴ εἶναι βόας, φατνιάζεται γέννημα ἐκλεκτὸν, eo quòd non sint boues, fit fænum genimen electum. *Symm.* ἐν τῷ μὴ εἶναι βόας, φάτνης γέννημα, καὶ πλῆθος γεννημάτων ἐν ἰσχύει μόσχου. eo quòd non sint boues; genimen præsepis: & multitudo geniminum in fortitudine iuuenci. *Th.* ἐν ἰσχύει βοῶν φατνωθήσεται γέννημα, καὶ πλῆθος γεννημάτων ἐν δυνάμει ταύρου, in fortitudine boum, in præsepe cogetur genimen: & multitudo geniminum in potentia tauri. *S. Hieronymus in Abacuc cap. 3. sic scribit*, de quibus & Salomon loquitur in prouerbijs: Adhibe curam his, quæ in campo sunt, regionibus: & attonde herbas, & congrega fænum: vt habeas oues ad vescendam. Boues quoque non erunt in præsepibus: quia, vbi plena sunt præsepia, manifesta est fortitudo bouis. δ Accendit.] *A.S Th.* ἐκφαίνει, enunciat. *De hoc prouerbio supra dictum est.* ε Quæres.] *Sic S.Hier.adu.Ruf.* *Aq.* ἐζήτησε χλευαστὴς σοφίαν, καὶ οὐκ ἔστιν, quæsiuit derisor sapientiam, & non est. *Symm.* ἐζήτησε λοιμὸς σοφίαν, καὶ οὐκ ἔστιν, quæsiuit pestilens sapientiam, & non est. ζ Sensus.] *A.S.Th.* γνῶσις, scientia. η Facilis.] *Th.* κούφη, leuis. θ Arma autem sensus.] *Aq & Th.* καὶ οὐ μὴ γνῷς, & nescies. *Vulgata*, & nescit labia prudentiæ. ι In errore.] *Aq.& Th.* ἐπίθεσις, fraus. *Sym.* δόλος, dolus. κ Domus.] *Aq. & Th.* ἄφρονας χλευάζει πλημμέλεια, *quod vulgata*, stultis illudet peccatum. *Symm.* ἄφρονες ἐγχλευάζουσι πλημμέλειαν, καὶ ἀναμέσον εὐθείων εὐδοκία, imprudentes irrident delictum: & inter rectos gratia. λ Tristis anima eius.] *Aq.& Th.* γινώσκει πικρίαν ψυχῆς αὐτοῦ, cognoscit amaritudinem animæ suæ. μ Quando autem.] *Symma.* καὶ ἐν τῇ εὐφροσύνῃ αὐτῆς οὐ συμμιγήσεται ἀλλοτρίοις, & in gaudio eius non miscebitur extraneis. *Vulgata*, extraneus. ν Nouissima.] *Aq.& Th.* ἔσχατα αὐτῆς, extrema eius. ξ Fundum.] *A.S.Th.* ὁδὸν, viam. ο In lætitijs non admiscetur tristitia.] *Symm.* ἀλλά καίγε ἐν γέλωτι πονέσει καρδία, sed etiam in risu laborabit cor. π Nouissime autem gaudium.] *In multis est.* τελευταῖα δὲ χαρᾶς, nouissima autem gaudij. *Schol.* τὰ δὲ ἔσχατα αὐτῆς εὐφροσύνη κακή, & extrema eius lætitia mala. ρ Itineribus.] *Sic S.Hier.adu.Rufinum.* σ Simplex.] *Aq.* θελγόμενος, delenitus, palpatus *Symm.* νήπιος, paruulus. τ Sapiens timens.] *S.Hier. adu. Rufi.* Sapiens timendo declinat malum: stultus confidens miscetur ei. *Lucifer pro S. Athan.* Sapiens timendo declinabit in malo: insipiens autem miscetur confidens iniquo. υ Impatiens.] *Aq.& Sym.* ἄφρων, imprudens. φ Prudens.] *Symm.* συμβουλευτικὸς, consiliatiuus, *vt inquiunt, qui accurate consilium init.* *Th.* διαβουλιῶν μισηθήσεται, versans consilia odio habebitur. χ Diuident.] A.S.*Th.* ἐκληρονόμησαν, hæreditarunt. ψ Malum.] *Sch.* ἀφροσύνην, stultitiam, *vt vulgata.* ω Tenebunt sensum.] *Aq.* ἀναμένουσι γνῶσιν, expectant scientiam. *Th.* στεφθήσονται γνῶσιν, coronabuntur scientia. αα Errantes.] *Th.* ἰδοὺ πλανηθήσονται, ecce errabunt. ββ Astutus.] *In plerisque*, πλοῦτος αὐτῶν, diuitiæ eorum, *vt vulgata. Quod Schol. tribuit Aquilæ, & Theod.* γγ Conuersatio.] *Symm.* ἡ δὲ ἀκακία ἀνοήτων ἀφροσύνη, *quod vulgata*, fatuitas stultorum imprudentia. δδ Liberabit.] *S. Cyprianus 3. testim.* liberat de malis animam martyr fidelis, *al.* martyris fidelis. εε Firmamentum.] *In aliquot libris additur.* εἰρήνης, pacis. *quod non est in hebræo.* ζζ Præceptum.] *Nonnulli*, φόβος, timor. ηη Laqueo.] *Symm.& Th.* σκανδάλων, scandalis. θθ In multa gente.] *A.S Th.* ἐν πλήθει λαοῦ, in multitudine populi, *vt vulgata.* ιι Defectu.] *Symm.* σπάνει, raritate. κκ Pusillanimis.] *Aut*, pusillanimus, *vt S. Hier.adu Rufi.Schol.* μικρόψυχος, *eodem sensu.* λλ Valde.] *Sic S.Hier. In nonnullis libris est*, ἰσχυρὸς, fortis: *quod recentiore manu est adscriptum Vaticano.* μμ Cor sensitiuum.] A.S.*Th.* ζῆλος, zelus, inuidia, *vt vulgata.* νν Qui calumniatur.] *S. Hieronymus ibidem*, qui calumniatur pauperem; lacessit factorem eius. *Lucifer pro S. Athan.* Qui contumeliam facit pauperi; irritat eum, qui fecit illum. *Aq & Symm. pro* παροξύνει, *dixerunt*, ὠνείδισεν, exprobrauit, *vt vulgata.* *Th.* ἐβλασφήμησεν, blasphemauit. ξξ Qui autem.] *Symm.* δοξάζει δὲ αὐτὸν ὁ ἐλεῶν πένητα, *quod vulgata*, honorat autem eum, qui miseretur pauperis. οο Repelletur.] *Schol.* ἀπολεῖται, ἐξωσθήσεται, peribit, expelletur. ππ Qui autem fidit suæ sanctitati; iustus.] Aquila, S.*Th.* πεποιθεν ἐν τῷ θανάτῳ ἑαυτοῦ δίκαιος, *quod vulgata*, sperat autem iustus in morte sua. ρρ Bono viri.] Aquila, & *Th.* συνετῷ ἀναπαύσεται, intelligentis requiescet: *atque istud quidem verbum in multis libris additum est.* σσ Non dignoscitur.] *Aquila, & Th.* οὐ γινώσκεται, non cognoscitur. *Ab hebræo tamen abest negatio. Hoc enim significatur, sapientiam etiam in medio stultorum cognosci.* ττ Minuunt.] *Symmachus*, ὄνειδος δὲ λαοῖς ἁμαρτίαι, opprobrium autem populis peccata. υυ Acceptus.] *Aquila, S. Th.* εὐδοκία, beneplacitum, gratia. φφ Sua autem agilitate aufert ignominiam.] *Th.* καὶ θυμὸς αὐτοῦ καταισχύνων, & furor eius confundens.

CAP. XV.

IRA α perdit & prudentes: responsio autem β submissa auertit furorem: sermo autem γ tristis suscitat iras. Lingua sapientum bona nouit, & os stultorum δ pronunciat mala. In omni loco oculi Domini speculantur & ε bonos, & malos. ζ Sanitas linguæ arbor vitæ: qui autem * conseruat eam; implebitur spiritu. Imprudens η subsannat disciplinam patris: qui autem custodit ι mandata; astutior. In abundanti iustitia fortitudo multa: κ impij autem radicitus de terra peribunt. Domibus iustorum fortitudo multa: fructus autem

A autem impiorum peribunt. Labia ſapientum λ alligata ſunt ſenſu: corda autẽ imprudentum non μ ſecura. Sacrificia impiorum abominatio Domino: vota autem ν rectè ambulantium ξ accepta apud eum. Abominatio Domino viæ impij: ſequentes autem iuſtitiam diligit. Diſciplina ο innocentis cognoſcitur à prætereuntibus: qui autem oderunt correptiones, π moriuntur turpiter. Infernus, & perditio ρ manifeſta apud Dominum: quomodo non & corda hominũ? Non diliget σ indiſciplinatus caſtigantem ſe. cum ſapientibus autem non conuerſabitur. τ Cordis læti facies floret: in triſtitijs autem poſiti mæſta eſt. Cor rectum quærit ſenſum: os autem indiſciplinatorum υ cognoſcet mala. φ Omni B tempore oculi malorum ſuſcipiunt mala: boni autem quieſcunt ſemper. Melius parua pars cum timore Domini, quàm theſauri magni ſine timore. Melior hoſpitalitas cum χ oleribus ad amicitiam, & gratiam, quàm ψ appoſitio vitulorum cum inimicitia. Vir animoſus ω parat rixas; longanimis autem & eam, quæ futura erat, mitigat. Longanimis vir extinguet iudicia: impius autem ſuſcitat magis. Viæ αα ocioſorum ſtratæ ſpinis: ββ fortium vero tritæ. Filius ſapiẽs lætificat patrem: filius autem imprudens γγ ſubſannat matrem ſuam. δδ Dementis ſemitæ, indigentes corde: vir autem prudens rectà tendens vadit. εε Differunt cogitationes, qui non honorant conſeſſus. ζζ In cordibus autem conſultan C tium manet conſilium. Non obediet malus illi: neque dicet opportunũ quid, & bonum communi. Viæ vitæ, excogitationes intelligentis; vt declinans ex inferno ſaluetur. Domos contumelioſorum diruit Dominus: firmauit autem terminum viduæ. Abominatio Domino, cogitatio iniuſta: ηη purorum autem eloquia honeſta. θθ Diſperdit ſeipſum ιι acceptor munerum: qui autem odit munerum acceptiones, ſaluatur. κκ Eleemoſynis, & fide purgantur peccata: timore autem Domini declinat omnis à malo. Corda iuſtorum meditantur fides: os autem impiorum reſpondet mala. Acceptæ apud Dominum viæ hominum iuſtorum: per ipſos autem & inimici fiunt amici. Longe abeſt Deus ab impijs: D preces autem iuſtorum exaudiet. Melior parua acceptio cum iuſtitia, quàm multa genimina cum λλ iniuſtitia.

α Ira perdit, & prudentes.] *Hæc in Compl. ponuntur in extremo cap. præcedente: à vulgata autem abſunt.* β Submiſſa.] *Symm.* ἁπαλὴ, mollis, *vt vulgata Th.* ἀποκρινόμενοι ζυφερῶς, qui reſpondent delicate. γ Triſtis.] *Aq.* σκληρὸς, durus. *S* θρασὺς, audax. *Th.* πονικὸς, moleſtus. δ Pronunciat.] *Sic S. Hieronymus adu. Rufin. Aq. & Sym.* ἀναβλύει, effundit. ε Et bonos.] *Non habet iſtud, & S. Cyprianus 3. teſtim. & de orat. dom.* ζ Sanitas linguæ.] *Aq* πραΰτης γλῶσσα, *quod vulgata*, lingua placabilis. η Conſeruat.] *Schol.* φυλάσσων, *eodem ſenſu.* θ Subſannat.] *Schol* διασύρει, detrectat. ι Mandata.] *Aq.* ἐλέγχοις, increpationes. κ Impij autem.] *Schol.* λογισμοὶ δὲ ἀσεβῶν, ἐκριζωθήσονται, cogitationes autem impiorum eradicabuntur. λ Alligata ſunt ſenſu.] *Sic S Ambroſius in pſ. 36. Symm.* φυλάσσει γνῶσιν cuſtodiunt ſcientiam. μ Non ſecura.] *Schol.* οὐχ οὕτως, non ſic. ν Recte ambulantium.] *A. S. Th* εὐθείων, rectorum. ξ Accepta.] *Sch.* στήσονται, ſtabunt, ſtabilientur. ο Innocentis.] *Schol.* πονηρὸν τῷ καταλιπόντι ὁδὸν, malum derelinquenti viam. π Moriuntur.] *S. Cypr, lib. 1. epiſt.* 11. conſumentur. ρ Manifeſta apud Dominum.] *Symm.* ἐνώπιον, *Th.* ἐναντίον, *quod vulgata*, coram Domino. σ Indiſciplinatus.] *Sic S. Cyprianus ibid. Symm.* λοιμὸς, peſtilens. τ Cordis læti.] *Sic Int. Orig. homilia 4. in Cantica.* υ Cognoſcet mala.] *Symm.* ποιμαίνει ἀνομίαν, paſcit iniquitatem: *vulgata*, paſcitur imperitia. φ Omni tempore.] *Symm.* πᾶσαι αἱ ἡμέραι τοῦ πτωχοῦ πονηραὶ, ὁ δὲ ἀγαθὸς ὡς ἐν πότῳ διαπαντὸς, *quod vulgata*, omnes dies pauperis mali: ſecura mens, quaſi iuge conuiuium. χ Cum oleribus.] *Nonnulli*, ξενισμὸς λαχάνων, hoſpitalitas olerum. ψ Appoſitio.] *Th.* ὑπὲρ βοῦν σιτευτὸν, ſuper bouem ſaginatum. ω Parat rixas.] *Sic S Hieronymus adu Ruf.* Aq. ἐρεθίζει. *Symm.* ἀκκίζει *eodem ſenſu.* αα Ocioſorum.] *Aq. & Th.* ὀκνηρῶν, pigrorum. *Symm.* ὁδοὶ ὀκνηροῦ, ὥσπερ φραγμὸς ἐξ ἀκάνθης, *quod vulta*, iter pigrorum, quaſi ſepes ſpinarum. ββ Fortium.] A. S. *Th.* εὐθείων, rectorum. γγ Subſannat.] *Symm.* ἐκφαυλίζει, vilipendit. δδ Dementis.] *Symm.* ἀφροσύνη χαρὰ τῷ ἐνδεεῖ φρενῶν, *quod in vulgata*, ſtultitia gaudium ſtulto. εε Differunt.] *Th.* διασκεδάζονται λογισμοὶ μὴ ὄντος συμβουλίας, diſſipantur cogitationes, vbi non

E

vbi non sit consilium. ζζ In cordibus.] A.*S.Th.* ἐν πλήθει συμβουλευόντων στήσεται, in multitudine consiliariorum firmabitur. ηη Purorum.] *Symm.* ἁγναί, puræ. *Th.* καθαραί, mundæ. θθ Disperdit.] *Schol.* ταράσσει οἶκον αὐτοῦ, conturbat suam domum. ιι Acceptor munerum.] *Symm.* ὁ πλεονεκτῶν πλεονεξίαν, quod *vulgata*, qui sectatur auaritiam. κκ Eleemosynis, & fide.] *Sic S. Cypr. de opere & eleem. & 3. testim. quamuis græce sit in numero multitudinis,* πίστεων, *& significatur*, actionibus fidelibus, veracibus, *vt etiam paulo post. Verum & hæc tota sententia, vsque ad illud*, corda, *& rursus tota illa*, Acceptæ, &c. *& postrema*, Melior, *(quamuis in ea notetur ex* Symmacho *varietas.) non sunt in vulgata: (Sed videntur reponi cap. sequenti) sunt tamen in Compl.* λλ Iniustitia.] *Symm.* ἀσεβείας, impietate.

CAP. XVI.

COR viri cogitet iusta, α vt à Deo dirigantur gressus eius. β Spectans oculus pulchra, lætificat cor: fama autem bona γ impinguat ossa. Qui expellit disciplinam; odit seipsum: qui autem seruat correptiones; diligit animam suam. Timor Domini disciplina, & sapientia: δ & principium gloriæ respondebit ei. ε Omnia opera humilis manifesta apud Deum: impij autem in die mala peribunt. Immundus apud Deum omnis sublimis corde: manu autem manus ζ inferens iniuste, non erit innocens. η Initium viæ bonæ facere iusta: accepta autem sunt apud Deum magis, quàm immolare hostias. Qui quærit Dominum; inueniet scientiam cum iustitia: & qui recte quærunt eum, inuenient pacem. Omnia opera Domini cum iustitia: seruatur autem impius in diem malam. Diuinatio in labijs regis: in iudicio autem non θ errabit os eius. ι Momentum stateræ iustitia apud Dominum: opera autem eius κ pondera iusta. Abominatio regi is, qui facit mala: nam λ cū iustitia paratur solium principatus. μ Accepta regi labia iusta: sermones autē rectos diligit. Furor regis, nuncius mortis: vir autem sapiens placabit eum. In lumine ν vitæ filius regis: ξ qui autem valde accepti sunt ei, tanquam nubilum serotinum. Nidi sapientiæ magis eligendi auro: & nidi prudentiæ sunt magis eligendi super argentum. Semitæ vitæ declinant à malis: longitudo autem vitæ, viæ iustitiæ. Qui suscipit disciplinam; in bonis erit: qui autem custodit correptiones; sapiens fiet. ο Qui custodit vias suas, seruat suam animam: & qui diligit vitam π suam; parcet ori suo. ρ Ante contritionem præcedit contumelia: & ante ruinam mala cogitatio. Melior mansuetus cum humiliatione, quàm qui diuidit spolia cum σ contumeliosis. Intelligens in negotijs, inuentor bonorum: & qui fidit in Deo; beatissimus. τ Sapientes, & intelligentes vocant malos: dulces autem in sermone plura audient. Fons vitæ, υ cogitatio possidentibus: φ disciplina autē imprudentum mala. Cor sapientis cogitabit, quæ ab ore proprio: & in labijs χ portabit doctrinam. Faui ψ mellis sermones boni: ω dulcedo autem eius sanitas animæ. Sunt viæ, quæ videntur esse rectæ homini: attamen nouissima eorum spectant in fundum inferni. αα Vir in laboribus laborat sibi, & vim facit in interitum suum. ββ Peruersus in ore suo portat perditionem: vir γγ imprudēs fodit sibi mala: & in labijs suis δδ ignem condit. Vir peruersus εε transmittit mala: ζζ & facē doli accendet malis, & disiungit amicos. Vir iniquus ηη palpat amicos: & abducit eos per vias nō bonas. θθ Qui autem obfirmat oculos suos; cogitat ιι peruersa, κκ & statuit labijs suis omnia mala: hic fornax est mali. Corona gloriationis senectus: & in vijs iustitiæ inuenitur. Melior vir λλ longanimis forti: & qui continet iracundiam, melior est, quàm qui vrbem capit. In sinus veniunt omnia μμ iniustis: à Domino autem omnia iusta.

α Vt à Deo dirigantur.] *S.Cypr.de zelo*,& à Deo dirigentur.*Hæc sententia abest à vulgata. Est tamen etiam in Compl. in cap.15. quemadmodum & aliquot aliæ ex sequentibus.* β Spectans oculus.] *Aq.* φῶς ὀφθαλμῶν, *Symm.* φωτισμὸς *quod vulgata*, lux oculorum. γ Impinguat ossa.] *Schol.* λιπαίνει, *eodem sensu. In aliquot autem libris (non tamen in Compl.) hæc adijciuntur*, ὁ εἰσακούων ἐλέγχους ζωῆς ἐν μέσῳ σοφῶν αὐλισθήσεται, qui exaudit increpationes vitæ, in medio sapientum commorabitur: *quæ respondent vulgatæ.* δ Et principium gloriæ respondebit ei.] *Symm. & Th.* καὶ ἔμπροσθεν δόξης πραΰτης, & ante gloriam modestia, *aut*, mansuetudo: *vulgata*, & gloriam præcedit humilitas. *In plerisque autem libris hæc subiunguntur*, προπορεύεται δὲ ταπεινοῖς δόξα, præcedit autem humiles gloria: *quæ videri possunt altera interpretatio prædictæ sententiæ: neque ea habet Procopius.* ε Omnia opera humilis.] *Schol.* πᾶσαι ὁδοὶ ἀνδρὸς, *& in alio scholio ad ea, quæ sequuntur*, manifesta apud Deum, *affertur ex Aquila*, διαυγεῖς ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, *quam totam sententiam ita expressit vulgata*, omnes viæ hominis patent oculis eius. *Quoniam autem in ea præcedit hæc sententia*, Hominis est animum præparare, & Dei gubernare linguam; *sciendum est in vno codice sub asterisco hæc haberi hoc loco*, τῷ ἀνθρώπῳ προθέσεις καρδίας, καὶ παρὰ κυρίου ἀπόκρισις γλώσσης. ὅσῳ μέγας εἶ, ταπείνου σεαυτόν, καὶ ἔναντι κυρίου εὑρήσεις χάριν. πάντα τὰ ἔργα τοῦ ταπεινοῦ φανερὰ παρὰ τῷ θεῷ, καὶ ἑδράζων πνεύματα κύριος. κύλισον ἐπὶ κύριον τὰ ἔργα σου, καὶ ἑδρασθήσονται οἱ λογισμοί σου. πάντα τὰ ἔργα εἰργάσατο κύριος δι' ἑαυτόν, οἱ δὲ ἀσεβεῖς ἐν ἡμέρᾳ κακῇ ὀλοῦνται. Homini applicationes cordis: & à Domino responsa linguæ. Quanto maior es, humilia teipsum: & coram Domino inuenies gratiam. Omnia opera humilis, manifesta apud Deum: & firmans ipsos spiritus Dominus. Deuolue super Dominum opera tua, & firmabuntur cogitationes tuæ. Omnia opera operatus est Dominus propter se ipsum: impij autem in die mala peribunt, &c. *Quorum nonnulla satis respondent vulgatæ & sententia illa*, Deuolue super Dominum, &c. *affertur à S.Hieronymo adu.Pelagianos.* ζ Inferens iniuste.] *Schol.* μιγνύων, miscens. *Vulgata*, etiam si manus ad manum fuerit. *Similis sententia est supra cap.11. & videnda, quæ illic notata sunt.* η Initium.] Sic *Lucifer pro S.Athan. Verum magna varietas inter hæc, & ea, quæ afferuntur in vulgata: quorum nonnulla videntur respondere ijs, quæ in græcis habentur cap. præcedenti.* θ Errabit.] *Aq. & Th.* παραβήσεται, præuaricabitur. *Symm.* οὐκ ἀδικήσει, non faciet iniuriam. ι Momentum stateræ iustitia.] *Aq.* σταθμὸς, καὶ ζύγια δίκαια, pondus, & stateræ iustæ. κ Pondera iusta.] *Th.* πάντα στάθμια μαρσίππου, omnia pondera marsupij: *quæ in vulgata*, omnes lapides sacculi. λ Nam cum iustitia paratur.] *Symmachus*, ἐν γὰρ δικαιοσύνῃ ἑδρασθήσεται, *quod vulgata*, quoniam iustitia firmabitur. μ Accepta.] *Aq. & Th.* εὐδοκία, beneplacitum. *Symmachus.* θέλημα, voluntas, *vt vulgata.* ν Vitæ filius regis.] *A.S.Th.* προσώπου βασιλέως ζωή, *quod vulgata dixit*, in hilaritate vultus regis vita. *Schol. tamen ad illud*, filius regis, *notat*, υἱοῦ βασιλέως ζωή, filij regis vita. ξ Qui autem valde accepti sunt ei.] *Aq.* καὶ ἡ εὐδοκία αὐτοῦ, & beneplacitum eius. *Symmachus*, καὶ ἡ εὐμένεια αὐτοῦ, & beneuolentia eius: *vulgata*, & clementia eius. ο Qui custodit.] *Th.* τηρεῖ ψυχὴν αὐτοῦ φυλάσσων ὁδοὺς αὐτοῦ, seruat animam suam, qui custodit vias suas. π Suam.] *Non habet istud*, suam, *S.Hieronymus citans hanc sententiam adu.Rufinum.* ρ Ante contritionem præcedit contumelia.] *Sic S.Hieronymus ibid. Aq.* εἰς πρόσωπον συντριβῆς ὑπερηφανεία, ad faciem contritionis superbia. σ Contumeliosis.] *Schol.* ὑπερηφάνων, superbis, *vt vulgata.* τ Sapientes, & intelligentes.] *Schol* φρονίμους, prudentes, *nisi fortasse hæc varietas pertinet ad illud* φαύλοις, malos. *Nam vulgata*, qui sapiens est corde, appellabitur prudens. υ Cogitatio.] *Aq.* ἐπιστήμη, scientia. *Symmachus*, φρόνησις, prudentia. φ Disciplina.] *Symmachus*, ἔννοια, cogitatio. χ Portabit doctrinam.] *Aut*, prudentiam, *est enim*, ἐπιγνωμοσύνη, *& videtur significari accessio quædam: nam vulgata*: addet gratiam. *Quare notatur in Schol. Aq. dixisse*, λῆψιν, *Symmachum, & Theod.* ἐπιδοχήν. ψ Faui mellis.] *Ita S. Ambr. de bono mortis cap.5.* ω Dulcedo autem eius, sanitas animæ.] *Symmachus, & Th.* γλυκύτης ψυχῆς, καὶ ἴαμα ὀστέων, *quod vulgata*, dulcedo animæ, & sanitas ossium. αα Vir in laboribus.] *Ita S.Hieronymus lib.2.adu.Iouin. Aq.* ψυχὴ πονοῦντος ἐπόνεσεν ἑαυτῷ, anima laborantis laborauit sibi: *quomodo fere vulgata: & eodem sensu Symmachus*, ψυχὴ κοπιάσαντος ἐκόπιασεν ἑαυτῷ. *Th. autem*, ὁ ἐν πόνοις πονῶν ἀμέτρως, ἐπισπᾶται θάνατον, qui in laboribus laborat immodice, attrahit mortem. ββ Peruersus in ore suo portat perditionem.] *Affert hæc S. Cyprianus lib.1. epist.3. non autem sequentia*, vir imprudens fodit sibi mala: *contra in vulgata hæc sunt euidenter, non item illa.* γγ Imprudens.] *Aq.* ἀποστασίας, rebellionis. *Symmachus*, ἀνυπόστατος, intolerabilis. *Schol.* hebræus, βελίαλ, Belial. δδ Ignem condit.] *Sic S. Cyprianus, quod græce est.*, θησαυρίζει thesaurizat. *Th.* ὡς πῦρ καῖον, tanquam ignis ardescens. εε Transmittit mala.] *Schol.* ἀποστέλλει ἀντιδικίαν, immittit discordiam. *Symmachus*, μάχας, lites, pugnas. ζζ Et facem doli accendit malis, & disiungit amicos.] *In aliquot libris est*, πυρσεύει, accendit. *Aq.* τονθρυστής, susurro, murmurator, *& eodem sensu Th.* γόγγυσος. *Symmachus*, ὁ δὲ ἀποκρινόμενος διαγγέλλει ἡγούμενον, & qui calumniatur, diffamat ducem: *quamuis illud*, διαγγέλλει, *videri posset positum pro*, separat: *nam ita hebræus*, diuidit ducem, *& vulgata*, separat principes. ηη Palpat amicos.] *Id videtur hoc loco significari verbo*, ἀποπειρᾶται. *Aq. & Th.* ἀπατήσει φίλον, decipiet amicum. θθ Qui autem obfirmat.] *Aq. & Th.* στερεῶν, *eodem sensu.* ιι Peruersa.] *Schol.* κακά, mala. κκ Et perficit.] *In aliquot libris est*, ἐπιδάκνων δὲ τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ, ὁρίζει, mordens autem labijs suis (*aut fortaße*, labia sua, *vt vulgata*) statuit, *&c. A.S.Th.* κνίζων, carpens, pungens. *S.Hieronymus adu.Ruf. ita affert hanc sententiam*, qui obfirmat oculos suos, cogitat peruersa, & prouocat labijs suis mala: *vt videatur pro*, ὁρίζει, *habuisse* ὀρίνει, *nec fortaße habuisse, quæ sequuntur*, hic fornax est mali. λλ Longanimis.] *Caßianus coll.12. cap.6. & alibi*, patiens, *& S.Cyprianus lib.3.testim.* patiens forti: qui enim iracundiam, &c. *Neuter autem habet, quæ in multis, & in Compl. interijciuntur*, καὶ ἀνὴρ φρόνησιν ἔχων γεωργίου μεγάλου, & vir prudentiam habens agro magno: *habentur autem infra cap.24.* μμ Iniustis.] *Compl.* τοῖς δικαίοις, iustis: *& fortasse vtrumque aduentitium est: nam & vulgata absolute*, sortes mittuntur in sinu.

CAP. XVII.

A

MELIOR buccella α cum voluptate in pace, quàm β domus multorum bonorum, & iniuſtarum victimarum cum iurgio. Seruus intelligens reget γ dominos ſtultos: in fratribus autem δ diuidet partes. Sicut probatur in camino argentum, & aurum; ita ε electa corda apud Dominum. Malus obedit linguæ iniquorum: ζ iuſtus autem non intendit labijs mendacibus. Qui irridet inopem, η irritat eum qui fecit illum: qui autem lætatur pereunte; non erit innocens: ille autem, cuius viſcera commouentur, miſericordiã conſequetur. Corona ſenum filij filiorum; θ gloriatio autem filiorum patres eorum. ι Eius, qui fidelis eſt, totus mundus diuitiarum: illius autem, qui infidelis eſt, neque obolus. Non κ congruent imprudenti labia fidelia, λ neque iuſto μ labia mendacia. ν Merces gratiarum, diſciplina ijs, qui vtuntur: quocumque ſe verterit; proſperabitur. Qui celat iniuſte facta; quærit amicitiam: ξ qui autem odit celare; diuidit amicos, & domeſticos. ο Conterunt minæ cor prudentis: imprudens autem flagellatus non ſentit. π Contradictiones ſuſcitat omnis malus: Dominus autem angelum ρ immiſericordem emittet ei. σ Incidet ſollicitudo viro intelligenti: imprudentes autem excogitabunt mala. Qui reddit mala pro bonis; non mouebuntur mala è domo eius. τ Poteſtatem dat ſermonibus principium iuſtitiæ: præcedit autem egeſtatem contentio, & iurgiũ. Qui iuſtum iudicat eum, qui iniuſtus, iniuſtum autem eum, qui iuſtus; υ immundus, & abominabilis apud Deum. Vt quid ſunt diuitiæ imprudenti? acquirere enim ſapientiam excors non poterit. Qui excelſam facit ſuam domum; quærit contritionem: qui autem tortuoſe accedit ad diſcendum, φ incidet in mala. In omne χ tempus amicus ſit tibi: fratres autem in neceſsitatibus vtiles ſint: huius enim rei gratia naſcuntur. Vir imprudens ψ plaudit, & congaudet ſibi, cum etiam ſpondens ſpoponderit ω ſuos ipſius amicos. Amans peccata gaudet αα rixis: & ββ durus corde non occurrit bonis. Vir facile mutabilis lingua, incidet in mala: cor autem imprudentis, dolor poſsidenti illud. Non lætatur pater ſuper γγ filio indiſciplinato: filius autẽ prudẽs lætificat matrem ſuam. Cor lætum facit δδ bene habere: εε viri autem triſtis ſiccantur oſſa. Accipientis munera ζζ iniuſte in ſinibus non proſperantur viæ: impius autem declinat vias iuſtitiæ. ηη Vultus intelligens viri ſapientis: oculi autem imprudentis ad extrema terræ. Ira patri filius imprudens: θθ & dolor ei, quæ peperit ipſum. Damnum inferre viro iuſto non bonum: neque fas inſidiari ιι principibus iuſtis. Qui parcit verbum promere durum; κκ bene ſentiens: longanimis autem vir prudens. Dementi interroganti λλ ſapientiam ſapientia reputabitur: μμ mutum autem quis ſe faciens, videbitur prudens eſſe.

B

C

D

E

α Cum voluptate.] S. *Ambr. 2. off. c. 21.* melior eſt panis in ſuauitate cum pace. *Aq.* ἐξηραμμένος, ſicca, *vt vulgata.* Th. καθ' ἑαυτόν, per ſe. β Domus.] *Ita etiam Procopius. In multis codicibus additur,* πλήρης, plena. γ Dominos ſtultos.] *Symm. & Th.* υἱοῦ καταισχύνοντος, filium confundentem. *S. Ambroſius epiſt. 7.* Denique famulo ſapienti multi, vt ſcriptum eſt, ſeruiunt liberi: & eſt ſeruus intelligens, qui regat dominos ſtultos. δ Diuidet partes.] *A. S. Th.* μεριεῖται κληρονομίαν, hæreditatem diuidet, *vt vulgata.* ε Electa corda apud Dominum.] *In vno codice, & in Schol.* ἐκλέγεται καρδίας κύριος, *& Caſsianus collatione 7. cap. 25.* ita eligit corda Dominus. *A. S. Th.* καὶ δοκιμάζων καρδίας κύριος, & probans corda Dominus. ζ Iuſtus autem non intendit.] *Sic S. Cyprianus lib. 1. epiſt. 3. Compl.* ἄδικος δὲ προσέχει, *& vulgata,* fallax obtemperat. η Irritat.] *A. S. Th.* ὠνείδισεν, exprobrauit. *Similis varietas obſeruata eſt ſupra cap. 14.* θ Gloriatio autem filiorum.]

A rum.] *S.* καὶ δόξα υἱῶν & gloria filiorum, *vt vulgata.* ι Eius, qui fidelis.] *Sic S. Hier.* in Ezech. cap. 45. *In Compl. ponitur paulo superius: quæ ordinis varietas fortasse argumento esse potest, primæ editioni aliunde accessisse istam sententiam: in vulgata quidem non est.* κ Non congruent.] *Symm.* οὐ πρέπει, non decent. λ Neque iusto.] *Th* ἡγουμένῳ, principi. μ Labia.] *Aq.* χεῖλος, labium. ν Merces gratiarum.] *Symmachus*, σταθμὸν, pondus. *Th.* λίθος, lapis: *quod vulgata*, gemma gratissima. ξ Qui autem odit celare, diuidit.] *Complut. non sine mendo*, ἵστησι, statuit, erigit. *Symmachus*, ὁ δὲ δευτερῶν λόγον, διαχωρίζει συνήθειαν, qui iterat, & reperit sermonem, separat consuetudinem. *Th.* καὶ δευτερῶν ἐν λόγῳ διορίζει ἡγούμενον, & iterans in verbo, separat ducem. ο Conterunt minæ.] *Th.* ἥξει ἐπιτίμησις εἰς τὸν συνετὸν ὑπὲρ τὸ πλῆξαι ἄφρονα, veniet correptio in intelligentem, plusquam percussio in imprudentem. *Aq.* πλῆξις ἐπιτιμήσεως ἐπὶ συνιέντι, percussio correptionis in intelligente. π Contradictiones. *Symm.* ἐρεθισμοὺς, contentiones. *Th.* παραπικρασμὸν, exacerbationem. ρ Immisericordem.] *Schol.* ὠμὸν, crudelem. *Symm.* ἄσπλαγχνον, sine visceribus. σ Incidet.] *Th* συναντήσει ἄρκτῳ ἠτεκνωμένῃ ἀνδρα, καὶ μὴ ἀσυνέτῳ ἐν ἀφροσύνῃ αὐτοῦ, occurrere vrsæ orbatæ virum, & non stulto in stultitia eius. τ Potestatem dat sermonibus principium iustitiæ.] *Th.* ἀπολύων ὕδωρ ἀρχὴ μάχης, *quod vulgata*, qui dimittit aquam, caput est iurgiorum. υ Immundus, & abominabilis.] *Lucifer pro S. Athan. habet tantum*, abo-

B minabilis, *& S. Ambrosius primo off. cap. 27.* Qui enim iustum iudicat iniustum, iniustum vero iustum; execrabilis erit apud Deum. Vt quid abundant iustitiæ imprudenti, ait Salomon? *vt videatur aliter in suo codice habuisse hanc postremam partem, ac sit in collatis codicibus. Aq. autem, & Theod. ita illam reddiderunt*, ἵνα τί τοῦτο ἀντάλλαγμα ἐν χειρὶ ἄφρονι, vt quid hoc precium in manu dementis? φ Incidet.] *Schol.* ἐμπεσεῖται, irruet. *Verum tota hæc sententia abest hic à vulgata: nam prior pars paulo post videtur reponi.* χ Tempus.] *Schol.* χρόνον, *eodem sensu.* ψ Plaudit.] *Th.* ἐπικροτήσει χεῖρα, plaudet manu. ω Suos ipsius amicos.] *De hac eloquutione supra dictum est. In multis autem libris est*, τὸν ἑαυτοῦ φίλον, suum ipsius amicum, *& sequuntur hæc*, ἐπὶ δὲ τῶν ἑαυτοῦ χειλέων πῦρ θησαυρίζει, & in suis labijs condit ignem: *quæ tamen absunt etiam à Compl. & vulgata, & habentur supra cap. præcedente.* αα Rixis.] *Symm. & Th. addunt*, ὑψῶν θύραν αὐτοῦ, ζητεῖ συντριβήν, *quæ in vulgata*, & qui exaltat ostium suum, quærit ruinam: *pro quibus paulo ante in græcis videntur haberi illa*, qui excelsam facit suam domum, quærit contritionem. ββ Durus corde.] *Symm. & Th.* σκολιοκάρδιος, *& vulgata*, qui peruersi cordis est. γγ Indisciplinato.] *Aq.* ἀπορρέοντι, diffluente. *Symm.* μωρῷ, fatuo, *vt vulgata.* *Th.* ἀναισθήτῳ, insensato. δδ Bene habere.] *Symm.* ἀγαθύνει ἡλικίαν, *quod vulgata*, ætatem floridam facit.

C εε Viri autem tristis.] *Aq.* καὶ πνεῦμα πεπληγμένον, & spiritus percussus. *Symm.* τεταπεινωμένον, humiliatus. *Th.* κατανενυγμένον, compunctus. ζζ Iniuste.] *Schol.* δῶρα, *& vulgata*, munera de sinu impius accipit. ηη Vultus intelligens viri sapientis.] *Symm.* κατὰ πρόσωπον συνετοῦ σοφία, *quod vulgata explicauit*, in facie prudentis lucet sapientia. θθ Dolor.] *Aq. & Symma.* πικραίνων, exacerbans. *Th.* πικρασμὸς, exacerbatio. ιι Principibus.] *Symm.* ἐκουσιαζόμενον, magnificum: *quomodo solent hebræi appellare principem. Quod autem sequitur*, iustis, *Aq. dixit*, ἐπὶ εὐθύτητι, super rectitudinem: *hebræus enim habet*, percutere magnificos super rectitudinem. κκ Bene sentiens.] *Aq* ἐπιστήμων, sciens. *Alius interpres*, γινώσκει γνῶσιν, scit scientiam. λλ Sapientiam.] *Deest in Compl. Aq. Symm. & Th.* καί γε ἄφρων κωφεύων, σοφὸς λογισθήσεται, *quod vulgata*, stultus quoque, si tacuerit, sapiens reputabitur. μμ Mutum autem quis se faciens.] *Aq. & Th.* φράσσων, obstruens, *alius interpres*, φιμῶν χείλη αὐτοῦ, συνετὸς, obturans labia sua, intelligens.

D

CAP. XVIII.

OCCASIONES ᵃ quærit vir, qui vult recedere ab amicis: in omni autem tempore erit exprobrabilis. Non ᵇ opus habet sapientia is, qui indiget corde: magis enim ducitur insipientia. Cum ᵞ venerit impius in profundum malorum; contemnit: superuenit autem ei inhonoratio, & opprobrium. Aqua profunda, sermo in ᵟ corde viri: flumen autem ᵋ scaturit, & ᶎ fons ᵑ vitæ. ᶿ Mirari personam impij non bonum: neque sanctum declinare iustum in iudicio. Labia stulti ducunt eum ᶥ in mala: & os eius audax mortem inuocat. Os imprudentis, ᵏ contritio ei: labia autem eius ᶺ laqueus ani-

E mæ eius. Pigros deijcit timor: animæ autem effœminatorum esurient. ᵘ Qui non medetur sibi in operibus suis; frater est perdentis seipsum. Ex ᵛ magnificentia fortitudinis, nomen Domini: ξ ei autem accurrentes iusti exaltantur. Substantia diuitis viri, vrbs ᵒ munita: gloria autẽ eius magnopere obumbrat. ᵖ Ante contritionem exaltatur cor viri: & ᵖ ante gloriam humiliatur. Qui respondet verbum, priusquam audiat; imprudentia ei est, & opprobrium. ᶥ Furorem viri mitigat seruus prudens: ᵗ pusillanimem autem virum quis sustinebit? Cor prudentis ᵘ possidet sensum: aures autem sapientum quærunt ᵠ cogitationem.

nem. Donum hominis dilatat eum: & apud principes ſedere facit eum. Iuſtus ſui eſt accuſator χ in principio ſermonis: cum vero adiecerit aduerſarius, arguitur. Contradictiones ſedat ψ taciturnus; & in potentatibus ω definit. αα Frater à fratre adiutus, tanquam vrbs munita, & excelſa: ββ inualeſcit autem, tanquam fundatum regnum. De fructibus oris vir implet ventrem ſuũ, γγ & de fructibus labiorum ſuorum implebitur. Mors, & vita in manu linguæ: qui autem δδ continent eam; comedent fructus eius. Qui inuenit mulierem εε bonam; inuenit gratias, & accepit à Deo ζζ hilaritatem. Qui eijcit mulierem bonam; eijcit bona: qui autem tenet adulteram; ſtultus & impius. Imprudentia viri ηη vaſtat vias eius: θθ Deum autem accuſat corde ſuo.

α Occaſiones quærit.] *Aquila, & Symma.* εἰς ἐπιθυμίαν, ad deſiderium. β Non opus habet.] *Aq.* οὐ θελήσεται ἄφρων ἐν φρονήσει, non volet demens in prudentia. *quod autem ſequitur, eſt apud Caſsianum coll.* 14. *cap.* 17. magis autem ducitur inſipientia. γ Cum venerit impius.] *Sententia celebris apud patres. A.S. Th.* ἐν τῷ ἐλθεῖν ἀσεβῆ, ἦλθεν καὶ ἐξουδένωσις, in veniendo impium, venit etiam contemptus. δ Sermo in corde.] *Schol.* λόγος στόματι, verbum ori. ε Scaturit.] *In multis eſt,* ἀναπηδῶν, proſiliens. *Th.* ἀνομβρῶν, redundans. *Aq. & Symm.* ἀναβλύζων, erumpens. ζ Et fons.] *Aq.* φλέψ, vena. η Vitæ.] A.S.*Th.* σοφίας, ſapientiæ: *vt tota ſententia ſit*, fluuius redundans, vena ſapientiæ. θ Mirari.] *Sic Lucifer pro* S. *Athan. A. S.Th.* λαβεῖν, accipere, ſumere. ι In mala.] *Ita S. Hieronymus adu. Rufin. Aq.* ἐν δικασίᾳ, in litem. *Symmachus,* εἰς μάχην, in rixam. κ Contritio.] *A.S.Th.* πτῆξις pauor. λ Laqueus.] A.*S.Th.* σκῶλον, offendiculum. μ Qui non medetur ſibi.] *Aq.* νωχελευόμενος, ignauus. *Symm,* στραγγευόμενος, ceſſans. *Th.* ἀνειμένος, remiſſus. ν Ex magnificentia fortitudinis.] *Alius interpres,* ἐν μεγέθεσι ἔργων, ex magnitudine operum. *Aq. & Th.* πύργος κράτους, turris potentiæ. ξ Ei autem accurrentes iuſti exaltantur.] *A.S.Th.* ἐν αὐτῷ δραμεῖται δίκαιος, καὶ ὑψωθήσεται, *quod vulgata*, ad ipſam curret iuſtus, & exaltabitur. ο Munita.] *Symm.* ἰσχύος αὐτοῦ *& eadem,* roboris eius. π Ante contritionem.] S. *Hieronymus epiſt.* 32. ante gloriam humiliabitur cor viri, & ante ruinam exaltatur. ρ Et ante gloriam humiliatur.] *S. & Th.* καὶ ἔμπροσθεν δόξης πραότης, & ante gloriam manſuetudo. σ Furorem viri mitigat ſeruus prudens.] *A. & Th.* πνεῦμα ἀνδρὸς διοικήσει ἀρρωστίαν αὐτοῦ. ſpiritus viri reget infirmitatem eius, *quomodo fere vulgata.* τ Puſillanimem.] *Th.* καὶ πνεῦμα πεπληγμένον, τίς βαστάσει αὐτόν, & ſpiritum percuſſum, quis portabit eum? υ Poſſidet ſenſum.] S. κτήσεται γνῶσιν poſſidebit ſcientiam, *vt vulgata.* φ Cogitationem.] ἔννοιαν, excogitatam rationem. *A.S.Th.* γνῶσιν, ſcientiam, *aut,* doctrinam, *vt vulgata.* χ In principio ſermonis.] *Et hæc valde celebris ſententia eſt. Symm.* ἐν κρίσει αὐτοῦ, in iudicio ſuo: *& ſic Chaldæus,* iuſtus eſt primus in iudicio ſuo. ψ Taciturnus.] *Ita aliquot libri, & etiam Compl. In alijs eſt,* κλῆρος, *& Schol.* Scribitur, παύει κλῆρος, *& Int. Orig. hom.* 23. *in Ioſue,* contradictiones cohibet ſors, & inter potentes definit, *ac certe in plerìſque eſt,* δυνάσταις, *vbi in noſtra,* δυναστείαις. ω Definit.] *A.* διαλείψει. *S. & Th.* διαστελεῖ, diuidet, diiudicabit. αα Frater à fratre adiutus, tanquam vrbs munita, & excelſa.] *Sic fere vulgata. S. Cyprianus* 14. *ep.* 2. frater fratrẽ adiuuans exaltabitur. *Aq.* ἀδελφὸς ἀθετούμενος ἀπὸ πόλεως κράτους, frater rebellans, præ ciuitate forti. ββ Inualeſcit autem tanquam fundatum regnum.] μεμοχλευμένον, clauſum vecte. *Aq.* καὶ δικασία, ὡς μοχλὸς βάρεως, & lis, tanquam vectis palatij. *Vulgata tamen,* & iudicia, quaſi vectes vrbium. γγ Et de fructibus labiorum ſuorum implebitur.] *Symm.* τὰ γενήματα τῶν χειλέων αὐτοῦ ἐμπλησθήσεται, *quod vulgata,* & genimina labiorum ipſius ſaturabunt eum. δδ Continent.] *A. &* S. ἀγαπῶντες, diligunt, *vt vulgata.* εε Bonam.] *Schol* χρηστήν, *eodem ſenſu. Sed vulgata habet.* qui inuenit mulierem, inuenit bonum. *Quare Schol. ad illud,* χάριτας, *adſcribit,* ἀγαθόν. ζζ Hilaritatem.] A.*S.Th.* εὐδοκίαν, beneplacitum gratiam: *ſententia autem, quæ ſequitur, non eſt in hebræo, neque in aliquot exempp vulgatæ: ſecunda eius pars de adultera eſt apud S. Hieronymum in* 19. *cap. Matthæi. Poſt hanc vero ſententiam ſequuntur hæc in Compl. quæ ſatis reſpondent vulgatæ.* ἱκετείας φθέγγεται πένης, ὁ δὲ πλούσιος ἀποκρίνεται σκληρά. ἀνὴρ ἑταίρων πρὸς ἑταιρίαν, καὶ ἔστι φίλος προσκολληθεὶς ὑπὲρ ἀδελφόν. κρείσσων δὲ πτωχὸς πορευόμενος ἐν ἁπλότητι αὐτοῦ, ἢ στρεβλὸς τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ἄφρων. καίγε χωρὶς ἐπιστήμης ψυχὴ οὐκ ἀγαθή, καὶ ὁ σπεύδων τοῖς ποσὶν ἁμαρτάνει, Preces loquitur pauper: diues autem loquitur dura. Vir amicorum ad amicitiam: & eſt amicus adhærens ſuper fratrem. Melior eſt inops ambulans in ſimplicitate ſua, quàm peruerſus labijs ſuis, & ipſe inſipiens. Etiam ſine ſcientia anima non eſt bona: & qui feſtinat pedibus, peccat. ηη Vaſtat.] *A. & S.* διασκεδάσει, diſſipabit. *Th.* σκελίσει, ſupplantabit. *Vulgata in cap. ſequenti (Nam vt diximus in ea, & in Complut. multa hic interijciuntur,) habet.* ſtultitia hominis ſupplantat greſſus eius. θθ Deum autem.] *Symm.* καὶ κατὰ κυρίου ὀργισθήσεται ἡ καρδία αὐτοῦ, & contra Dominum iraſcetur cor eius.

CAP. XIX.

DIVITIÆ addunt amicos multos: inops autem & ab amico, qui erat, α deſeritur. Teſtis falſus β non impunitus erit: & qui accuſat inique; γ non effugiet. Multi colunt facies regum: δ omnis autem malus fit opprobrium

A probrium viro. Omnis qui fratrem inopem odit; etiam ab amicitia longe erit Cogitatio bona ſcientibus eam appropinquabit: & vir prudens inueniet eam. Multa malefaciens, perficit malitiam: qui autem ε contendit verbis; non ſaluabitur. Qui poſsidet ζ prudentiam; diligit ſeipſum; qui autem cuſtodit prudentiam, inueniet bona. Teſtis falſus non impunitus erit: qui autem accenderit malum; peribit ab eo. Non η conferunt imprudenti deliciæ, θ & ſi famulus incipiat cum contumelia dominari. ι Miſericors vir longanimis eſt; κ gloriatio autem eius ſuperuenit iniquis. Regis comminatio ſimilis λ fremitui leonis: tanquam autem ros ſuper herbam, ſic μ hilaritas eius. ν Confuſio patri filius imprudens; ξ nõ pura vota de mercede meretricis. B Domũ, & ſubſtantiã diuidunt patres pueris: à Domino autem aptatur mulier ο viro. π Pauor detinet effœminatum: anima autem ocioſi eſuriet. Qui cuſtodit mandatum; ſeruat ſuam animam: qui autem negligit ſuas vias; peribit. Fœnerat Deo qui miſeretur pauperis: ρ ſecundum datum autem eius retribuet ei. Erudi filium tuum: ſic enim erit bonæ ſpei: σ ad contumeliam autem ne eleueris animo tuo. τ Male cogitans vir multa damna patietur: υ ſi autẽ corruperit; & animam ſuã addet. φ Audi fili diſciplinam patris tui; vt ſapiens ſis in nouiſsimis tuis. Multæ cogitationes in corde viri: conſilium autem Domini in ſeculum manet. Fructus viro miſericordia: C melior autem pauper iuſtus, quàm mendax diues. Timor Domini ad vitam viro: χ carens autem timore, morabitur in locis, vbi non conſideratur ſcientia. Qui abſcondit in ψ ſinum ſuum manus iniuſte; neque ori quidem ω admouebit eas. Peſtilente flagellato αα ſtultus aſtutior fit: ſi autem corripueris virum prudentem; cogitabit ββ ſenſum. Qui inhonorat patrem, & γγ expellit matrem ſuam; confundetur, & exprobrabilis erit. δδ Filius omittens cuſtodire diſciplinam patris, meditabitur eloquia mala. Qui εε ſpondet puerum imprudentem; ζζ contumelia afficiet iuſtificationem. Os autem impiorum ηη deuorabit iudicia. Parantur θθ intemperantibus flagella, ιι & ſupplicia ſimiliter imprudentibus.

D

α Deſeritur.] *Symm.* χωρίζεται, ſeparatur. β Non impunitus erit.] *Sic Lucifer pro S. Athan. Aquila, & Th.* οὐκ ἀθωωθήσεται, non erit innocens. γ Non effugiet.] *Aq. & Symm.* οὐ διασωθήσεται, non euadet ſaluus. δ Omnis autem malus fit opprobrium viro.] *Symm.* καὶ πᾶς φίλος ἀνδρὸς δομάτων, & omnis amicus viri donorum. ε Contendit verbis.] ἐρεθίζει λόγοις, *aut* λόγους, *vt in quibuſdam. In nonnullis etiam eſt*, κεντεῖ, pungit, ſtimulat. ζ Prudentiam.] *Schol.* καρδίαν, cor. η Non conferunt.] *Symm.* οὐ πρέπει, non decent. θ Et ſi famulus incipiat cum contumelia dominari.] *Th.* οὐδὲ δούλῳ ἐξουσιάζειν ἀρχόντων *quod vulgata*, nec ſeruum dominari principibus. *Schol. cæteri*, δεσπότῃ, δυνάστῃ, domino, dynaſtæ. ι Miſericors vir longaminis eſt.] S & *Th.* φρόνησις ἀνθρώπου μακροθυμία αὐτοῦ, prudentia hominis, longanimitas eius. κ Gloriatio autem eius ſuperuenit iniquis.] *Schol.* δικαίου καύχημα τιμωρήσασθαι παρανόμους, iuſti gloriatio punire iniquos. *Aq.* καύχησις αὐτοῦ παρέρχεσθαι ἐπὶ ἀθεσίᾳ, gloriatio eius prætergredi ſuper præuaricationem. *Symmachus*, καὶ ἀγλάϊσμα αὐτοῦ ὑπερβαίνειν ἀδίκημα, & ſplendor eius ſupergredi iniuſtitiam. λ Fremitui.] *Schol.* στεναγμῷ, gemitui, *& Lucifer pro S. Athan.* gemitibus. μ Hilaritas.] *A. S. Th.* εὐδοκία, beneplacitum, gratia. ν Confuſio.] *Aq. & Th.* ἐπιβολή, accuſatio, damnum. *Symm.* ὀδύνη, dolor, *vt vulgata*. ξ Non pura vota de mercede meretricis.] *Symm.* καὶ σταγόνες κατασπεύδουσαι, μάχαι γυναικός, & guttæ feſtinantes, rixæ mulieris. *Aq.* καὶ σταγὼν συνεχής, ἀντιδικίαι γυναικός, & ſtillicidium continuum, contentiones mulieris. ο Viro.] *Symm.* συνετῷ, intelligens, *aut*, prudens, *vt vulgata*. Aq. & *Th.* ἐπιστήμων, ſciens. *S. Ambr. 8. lib. in Lu.* A Deo præparabitur viro vxor. π Pauor detinet effœminatum.] *Sym. & Th.* ὀκνηρία ἐπιβάλλει ἔκστασιν, *quod vulgata*, pigredo immittit ſoporem. *Aq.* καταφορὰν, *eodem ſenſu. Significat autem ſoporem validum, vt alibi dictum eſt.* ρ Secundum datum.] *Sic S. Ambroſius de Tobia cap. 16. Sym. & Th.* κατὰ τὸ ἀνταπόδομα αὐτοῦ ἀνταποδώσει αὐτῷ, ſecundum retributionem eius retribuet ei. σ Ad contumeliam autem ne eleueris animo tuo.] *Aq.* καὶ πρὸς θανατῶσαι αὐτὸν μὴ ἄρῃς ψυχήν σου, *quod vulgata*, ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam. τ Malecogitans.] *Th.* μεγαλόθυμος, homo magnæ iræ. υ Si autem corruperit.] λοιμεύηται, *aut* λυμαίνηται, *vt alij. Aquila, & Th.* ὅτι ἐὰν ἀφέλῃς, ῥύσῃ (*ex his duobus verbis idem ſignificantibus vnum videtur fuiſſe Aquilæ, alterum Theod.*)

E

Theod.) καὶ ἔτι προσθήσει, quoniam si eripueris, erueris; etiam adhuc adijciet. φ Audi fili disciplinam patris tui.] *Symm.* ἀκούων βουλῆς ἐπιδέξεται παιδείαν, audiens consilium, suscipiet disciplinam. χ Carens autem timore.] *Schol.* πλανώμενος, καὶ ἐμπλησθεὶς αὐλισθήσεται ἄνευ ἐπισκοπῆς πονηρᾶς, errans, & satur morabitur sine visitatione mala. ψ Sinum.] *Aq.* μασχάλῃ. *Symm.* μάλῃ, *quod vulgata*, sub ascella. ω Admouebit.] προσοίσει. *Cæteri,* προσαγάγῃ *eodem sensu.* αα Stultus.] *Sic S. Hieronymus in Ezech.* 31. *Aq.* θελγόμενος, deceptus. ββ Stultum.] *A. S. Th.* γνῶσιν, scientiam. γγ Expellit.] *Aq.* ἀποδιδράσκων, fugat. δδ Filius omittens.] *Schol.* Cæteri, χάλασον υἱέ μου, *quamuis verisimile sit legendum μου. Nam sic hebræus,* Cessa fili mi. εε Qui spondet puerum imprudentem.] *Aq. & Th.* μάρτυς παράνομος, testis iniquus. ζζ Contumelia afficit iustificationem.] *Aq. & Th.* χλευάσει κρίσιν, deridebit iudicium. ηη Deuorabit iudicia.] *Aquila, & Th.* νόμον καταπίεται, καταπίνει, legem deglutiet. *Symmachus,* ἀνομίαν, iniquitatem, *quemadmodum vulgata.* θθ Intemperantibus.] *Aquila,* χλευασταῖς, irrisoribus. *Symmachus,* λοιμοῖς, pestilentibus. ιι Supplicia.] *Symmachus,* σφυροκόπιαι *quod vulgata,* mallei percutientes. *Th.* συγκλάσεις νώτῳ ἀφρόνων, confractiones dorso dementium.

A

B

CAP. XX.

PRODIGVM α est vinum, & contumeliosa ebrietas: β omnis autem imprudens talibus complicatur. Non differt comminatio regis à γ furore leonis: qui autem δ irritat eum, peccat in suam ipsius animam. Gloria viro ε auersari contumeliam: omnis autem imprudens ς talibus complicatur. ζ Exprobratus piger non cofunditur: similiter & qui fœnore accipit frumentũ in messe. Aqua profunda consilium in corde viri: vir autem prudẽs exhauriet illud. θ Magnum homo, & preciosum vir misericors: hominem autem ι fidelem opus est inuenire. Qui conuersatur sine vituperatione in iustitia, beatos κ filios suos relinquet. Cum rex iustus sederit super thronum; λ non aduersatur in oculis eius omne malum. Quis gloriatur castum se habere cor? aut quis μ gloriabitur mundum se esse à peccatis? ν Maledicentis patrem, aut matrem extinguetur fax: pupillæ autem oculorum eius ξ videbunt tenebras. ο Pars festinata inprimis, in nouissimis non benedicetur. Ne dixeris: π vlciscar inimicum: sed sustine Dominum, vt tibi auxilio sit. Pondus magnum, & pusillum, & mensuræ duplices, immunda sunt apud Dominum ρ & vtraque, & qui facit ea. In adinuentionibus suis cõpedietur adolescens: cum sancto, & recta via eius. Auris audit, & oculus videt: Domini opera & vtraque. Noli diligere σ detrahere: ne extollaris. τ Aperi oculos tuos, & implere panibus. Abominatio Domino duplex pondus: & statera dolosa non bonum coram eo. A Domino diriguntur gressus viro: mortalis autẽ quomodo cogitauerit vias suas? υ Laqueus viro cito quid ex proprijs sanctificare: postea enim, quàm vouerit, euenerit pœnitere. Ventilator impiorũ rex sapiens: & immittet illis φ rotam. χ Lux Domini, ψ spiraculum hominum, qui scrutatur secreta ventris. Misericordia, & veritas, ω tutela regi, & circuibunt in iustitia sedem eius. Ornatus adolescentibus αα sapientia: ββ gloria autem seniorum γγ canicies. δδ Liuores, & contritiones εε occurrunt malis: plagæ autem in secreta ventris.

C

D

E

α Prodigum.] *Ita S. Ambrosius 2. off. cap. 1. posset tamen etiam verti,* infrænatum, incastigatum, immoderatum, luxuriosa res, *vt vulgata. Schol.* ἀπαιδευσία οἶνος, incastigatio vinum. *Aq. & Th.* χλευαστὴς derisor. *Symmachus,* λοιμὸς, pestilens. β Omnis autem imprudens talibus complicatur.] *Sic etiam est in vno alio codice, & ad marginem alterius, & apud Procopium, in alio,* ὁ συμμιγνύμενος τοιούτοις οὐκ ἔστι σοφὸς, qui commiscetur his, non est sapiens. *In cæteris autem libris,* πᾶς δὲ ὁ λυμαινόμενος οὐκ ἔσται σοφὸς omnis autem, qui se perdit; non erit sapiens. γ Furore.] *Schol.* βρυγμοῦ, rugitu. δ Irritat eum.] *Aq. S. Th.* ὑπερβαίνων, qui insultat. *In nonnullis autem codicibus sequitur,* καὶ ἐπιμιγνύμενος *& S. Ambrosius in apol. 2. Dauid cap. 3.* Non distat ira regis ab ira leonis: sed qui stimulat illum, & admiscet, peccat in animam suam. ε Auersari contumeliam.] *Aquila,* καθίσαι ἀπὸ ἀντιδικασίας, super sedere à lite. *Symmachus,* ἀποχωρῆσαι ἀπὸ ἀηδίας, separari ab odiosa contentione.

A tione. ζ Talibus complicatur.] *Aq.* ἐξυβρισθήσεται, *quod vulgata videtur vertisse*, miscentur contumelijs. *Symm.* ἀποκαλυφθήσεται, reuelabitur. η Exprobratus.] *Totam hanc sententiam Symm. sic reddidit*, διὰ ψύχος ὀκνηρὸς οὐκ ἀροτριάσει, καὶ αἰτήσει ἐν ἀμήτῳ, καὶ οὐχ εὑρήσει. Propter frigus piger non arabit: & poscet in messe, & non inueniet. θ Magnum homo.] *De hac sententia S. Chrysostomus in epist. ad Philip. hom.* 4. ι Opus est inuenire.] *Sic S. Ambrosius in psal.* 118 *ser.* 10. *A. S. Th.* τίς δ' εὑρήσει, quis inueniet? *vt vulgata.* κ Filios suos.] *S. Cyprianus de opere, & eleem. &* 3. *testim.* filios relinquit. λ Non aduersatur.] *Idest, non subsistit. Th.* λικμᾷ, *& vulgata*, dissipat. μ Gloriabitur.] *Ita S. Cyprianus de opere, & eleem. S. Hieronymus, lib.* 1. *adu. Pelag.* & quis confidet: *graece est*, παρρησιάσεται. *Symmachus*, τίς ἐρεῖ, ἐκαθάρισα τὴν καρδίαν μου, καθαρός εἰμι ἀπὸ ἁμαρτίας μου, Quis dicet, mundaui cor meum, purgatus sum à peccato meo? ν Maledicentis.] *Tres sequentes sententiæ in Compl. & vulgata ponuntur paulo post.* ξ Videbunt tenebras.] *Symmachus*, ἐν σκοτομήνῃ, in nocte illuni. ο Pars festinata.] *Symmachus*, *& Th.* κληρονομία σπευδαζομένη, hæreditas festinata. π Vlciscar inimicum.] *S. Cyprianus* 3. *testim. & ad Demetrianum*, vlciscar me de inimico meo. ρ Et vtraque.] *A multis codicibus abest illud*, &. *In vno autem vetusto codice sequitur*, καί γε οἱ ποιοῦντες αὐτὰ ἐν αὐτοῖς συμποδισθήσονται, καίγε ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτοῦ συμποδισθήσεται ἀνήρ. νεανίσκος μετ' ὁσίου, καὶ εὐθεῖα, etiam, qui faciunt

B ea, in ipsis impedientur: & quidem in suis adinuentionibus impeditur vir. Adolescens cum sancto, & recta, &c. *In quibusdam codicibus pro* συμποδισθήσεται, *est* ὑποσκελισθήσεται, subuertetur. *S. Hieronymus in Ezech.* 45. *hæc refert:* Statera grandis, & minor, abominabile est vtrumque in conspectu Dei. *Cassianus coll.* 21. *cap.* 22. pondus magnum, & pusillum, & mensuræ duplices, immunda sunt apud Dominum, & vtraque: & qui facit ea, in adinuentionibus suis compeditur. *Symmachus*, ἐπιγνωρισθήσεται νέος, *& pro eo, quod sequitur*, cum sancto, & recta via eius. *Theod. dixit*, εἰ λαμπρὰ καὶ εὐθὺς ἐργασία αὐτοῦ, *quare in vulgata sic expletur sententia*, ex studijs suis intelligitur puer, si munda, & recta sint opera eius. σ Detrahere, ne extollaris.] *Sic S. Cyprianus* 3. *testim. in multis codicibus: nam in aliquo est*, ne eradiceris: *& vtramque interpretationem fert verbum græcum*, ἐξαρθῇς. *Symmachus*, ὕπνον, ἵνα μὴ ἀπορηθῇς, *quod vulgata*, somnum, ne te egestas opprimat. τ Aperi.] *Sic S. Hieron. in Esa.* 1. *Alij* διάνοιξον δέ, aperi autem. *Verum post hanc sententiam in vno vetusto codice hæc sequitur*, πονηρὸν, πονηρὸν, ἐρεῖ ὁ κτώμενος, καὶ πορευθεὶς τότε καυχήσεται. ἔστι χρυσός, καὶ πλῆθος λίθων πολυτίμων, καὶ σκεῦος τίμιον χείλη γνώσεως. λάβε τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, ὅτι ἐνεγγύησατο ἀλλότριον, καὶ ὑπὲρ ξένης ἐνεχύρασον αὐτόν. ἡδὺς ἀνθρώπῳ ἄρτος ψεύδους, καὶ μετὰ τοῦτο πλησθήσεται τὸ στόμα αὐτοῦ ψηφίδος. λογισμὸς ἐν βουλῇ ἑτοιμασθήσεται, καὶ ἐν κυβερνήσειν ποίει πόλεμον. ἀποκαλύπτων μυστήριον πορεύεται

C ται δόλῳ, καὶ ἀπατῶντι χείλη αὐτοῦ μὴ συναναμίσγου. βδέλυγμα κυρίῳ. malum, malum, dicet, qui emit: &, cum recesserit, tunc gloriabitur. Est aurum, & multitudo pretiosissimorum, & vas preciosum labia scientiæ. Tolle vestimentum eius, qui fideiussor extitit alieni, & pro extranea oppignerauit se. Suauis est homini panis mendax, & postea implebitur os eius calculo. Cogitationes in consilio roborabuntur: & in rationibus gubernandi fac bellum. Reuelans mysterium ambulat fraudulenter: & seducenti labijs suis ne commiscearis. Abominatio Domino, &c. *Eædem sententiæ sunt in Compl. sed alijs verbis. Illa quidem de pignore hoc modo habet*, ἀφελοῦ τὸ ἱμάτιον τοῦ ἐγγυῶντος αὐτὸ ἀλλοτρίας, καὶ ἀντὶ ἀλλοτρίας λάβε ἐνέχυρον παρ' αὐτοῦ, aufer vestimentum spondentis pro alieno: & pro aliena, accipe pignus ab eo. *Et in ea quæ sequitur pro*, ψεύδους, *est* ψεύδος, mendacij, *& pro* ψηφίδος, *est* χαλίκων, salicibus. *S. Hieronymus adu. Rufin. vbi cæteras sententias, quas multas simul colligit, ex lxx. affert*, suauis est homini panis mendacij: postea implebitur os eius calculo, *nec multo aliter lib.* 1. *adu. Pelag. In vltima sententia pro* ἀπατῶντι χείλη αὐτοῦ *quod non abhorret ab hebræo, in Complut. est*, μετὰ πλατύνοντος τὰ ἑαυτοῦ, cum dilatante sua. *Et post hanc in ea sequitur illa de maledicente patrem, & cæteræ, de quibus iam notauimus.* υ Laqueus.] *Orig. hom.* 11. *in Leuit.* Laqueus est viro fortis cito, &c. *Sed S. Hieronymus in Ezech.* 44. Laqueus est viri, cito

D quid de suis sanctificare: cum enim votum fecerit, surrepit pænitentia. *Aq.* σκῶλον ἀνθρώπῳ καταπίεται ἡγιασμένους. *Sed ex S. Hieronymi versione videtur posse colligi Aquilam dixisse*, ἡγιασμένους: *ita enim inquit*, ruina est homini deuorare sanctos. *hebræus habet*, sanctitatem, *idest res sanctificatas, & deuotas Deo: quare potuit etiam Aquila dixisse*, ἡγιασμένον. φ Rotam.] *S. Augustinus in psal.* 11. *addit*, malorum, *sed non hebræus.* χ Lux.] *A. S. Th.* λύχνος, lucerna, *vt vulgata. Cæteri*, λαμπτὴρ, fax. ψ Spiraculum.] *Schol.* πνεῦμα, spiritus. ω Tutela.] *Aq. & Symm.* διατηρήσουσι, conseruabunt. *Lucifer pro S. Athan.* tutela est regi, & circumeunt iusti sedem eius. αα Sapientia.] *A. S. Th.* ἰσχὺς αὐτῶν, fortitudo eorum, *vt vulgata.* ββ Gloria.] *Th.* δ' πρέπεια, decor. γγ Canicies.] *In numero multitudinis*, πολιαί. *Sed A. S. Th. in singulari*, πολιά. δδ Liuores, & contritiones.] *Aquila, & Th.* μώλωπες τραυμάτων, liuores vulnerum. εε Occurrunt.] *Schol.* ἀπαντᾷ, *eodem sensu.*

CAP. XXI.

E SICVT impetus aquæ; ita cor regis in manu Dei: quocumque ᵃ voluerit innuere; illuc inclinauit illud. Omnis vir videtur sibi iustus: ᵝ dirigit autem corda Dominus. Facere iusta, & veracem esse, placita apud Deum magis, quàm hostiarum sanguis. Magna sapiens, in contumelia audax corde; fax autem impiorum, ᵞ peccatū. Qui ᵟ operatur thesauros lingua mendaci; vana sectatur ᵋ in laqueos mortis. ᶎ Perditio impijs hospitio suscipietur: non enim volunt agere iusta. Ad peruersos peruersas vias mittit Deus: munda enim & recta ope-

cta opera eius. Melius habitare super angulum * sub diuo, η quàm in calce litis cum iniquitate, & in domo communi. θ Anima impij non consequetur misericordiam ab vllo hominum. Mulctato intemperante ι astutior fit simplex: intelligens autem sapiens, suscipiet scientiã. Intelligit iustus κ corda impiorum: & λ vilipendit impios in malis. Qui obturat aures suas, ne audiat imbecillum, & ipse μ inuocabit, & non erit, qui exaudiat. Munus occultũ ν auertit iras: muneribus autem qui parcit, furorem suscitat fortem. Lætitia iustorum facere iudicium: ξ sanctus autem immundus est apud malos. Vir errans à via iustitiæ, in synagoga ο gigantum requiescet. Vir π egenus amat lætitiam, diligens vinum, & oleum, ρ ad diuitias: σ circumpurgatio autem iusti τ iniquus. Melius habitare in deserto, quàm cum muliere rixosa, & linguosa, & iracunda. υ Thesaurus desiderabilis requiescet super os sapientis: imprudentes autem viri φ deuorabunt illum. χ Via iustitiæ, & misericordiæ ψ inueniet vitam, & gloriam. ω Ciuitates munitas ingressus est sapiens: & diruit munitionẽ, in qua confidebant impij. Qui custodit os suum, & linguam; conseruat de tribulatione animam suam. αα Audax, & arrogans, & ostentator, pestilens vocatur: ββ qui autem iniuriarum memor est, iniquus. γγ Desideria pigrum interficiũt; non enim eligunt manus eius facere quicquam. Impius concupiscit tota die cõcupiscentias malas: iustus autẽ δδ miseretur, & miseratur non parce. Hostiæ impiorum abominatio Domino: εε etenim inique offerunt eas. Testis falsus peribit: vir autem obediens ζζ custoditus loquetur. ηη Impius vir imprudenter subsistit facie: rectus autem ipse θθ intelliget vias suas. Non est sapientia, non est fortitudo, non est consilium ιι apud impium. Equus paratur ad diem belli: à Domino autem auxilium.

α Voluerit innuere.] *Alij* θέλων νεύσῃ, *aut* θέλη νεῦσαι, *eodem sensu.* β Dirigit.] *S. & Th.* ἑτοιμάζει, parat, firmat. γ Peccatum.] *In aliquot vetustis codicibus (nam in impressis sunt quidem, sed cum aliqua insigni varietate) hæc sequuntur,* λογισμοὶ συντέμνοντος (*al.* συντέμνοντες) πλὴν εἰς περίσσειαν, καὶ πᾶς ἐπισπεύδων πλὴν εἰς ὑστέρημα. Cogitationes collecti (*idest soluiti hominis, al.* collectæ) tantum ad abundantiam: & omnis festinãs tantum ad inopiam. *In Compl. eadem fere sententia, sed longe alia verba.* δ Qui operatur.] *Th.* ὁ ἐργαζόμενος θησαυροὺς ἐν γλώσσῃ ψευδεῖ, ἀτμὶς φερόμενος, qui operatur thesauros in lingua mendaci, vapor agitatus. ε In laqueos.] *In nonnullis,* καὶ ἔρχεται ἐπὶ παγίδας θανάτου, & venit super laqueum mortis. *Alij,* καὶ ἔρχεται εἰς πυθμένα ᾅδου, & venit in fundum inferni. S. *Hieronymus adu. Rufinum.* Qui operatur thesauros lingua mendacij, vana sectatur, & veniet in laqueos mortis. *Symm.* ζητῶν θάνατον, quærens mortem. ζ Perditio impijs hospitio suscipietur.] *Aq.* προνομὴ ἀσεβῶν κατασπάσει αὐτούς, rapina impiorum diruet eos. * Sub diuo.] *S. Hier. in Soph. cap. 1.* Melius est habitare sub diuo. *A. S. Th.* δώματος, *& vulgata*, in angulo domatis. η Quàm in calce litis cum iniquitate, & in domo communi.] S. *Hieron. ibid.* & in domo noua, *quasi pro* κοινῷ, *habuerit* καινῷ, *vt Procopius. Symm. & Th.* ἢ μετὰ γυναικὸς μαχίμης, καὶ οἴκου ἑταιρικοῦ, quàm cum muliere rixosa, & domo sodalitia, *aut* meretricia. θ Anima impij.] *In aliquo codice additur,* ἐπιθυμήσει πονηρῶ, καὶ, desiderabit mala, &: *in Compl.* ἐπιθυμεῖ κακῶν, *eodem sensu. Symm.* ψυχὴ ἀθέμου ἐπόθησε πονηρὸν, οὐκ ἐλεήσει ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ τὸν πλησίον αὐτοῦ, anima impij desiderauit malum: non miserebitur in oculis suis proximo suo. ι Astutior fit simplex.] *Symm.* σοφισθήσεται ὁ νήπιος, *quod vulgata*, sapientior erit paruulus. κ Corda.] *Schol.* ψυχὰς, animas. λ Et vilipendit impios in malis.] *Symm.* ὑποσκελίζει ἀσεβεῖς εἰς κακὸν, subuertit impios in malum. μ Inuocabit.] *S. Cypr. de opere, & eleem. & 3. testim.* inuocabit Deum. ν Auertit iras.] *Symma.* σβέσει ὀργὴν, extinguet iram. ξ Sanctus autem.] *Sic Lucifer pro S.* Athan. *Sym. & Th.* καὶ δειλία τοῖς ἐργαζομένοις ἀνομίαν· *quod vulgata*, & pauor operantibus iniquitatem. ο Gigantum.] *Aq.* ῥαφαεὶν, *de qua dictione alibi dictum est. Sym.* θεομάχων, cum Deo pugnantium. π Egenus.] *Symm.* ἐνδεήσεται ἀγαθῶν, egebit bonis. ρ Ad diuitias.] A. *S. Th.* οὐ πλουτήσει, non ditabitur, *vt vulgata.* σ Circumpurgatio.] *Quasi pro emundatione, & redemptione iusti.* A. *S. Th* ἐξίλασμα, propitiatio. τ Iniquus.] *A. S. Th.* ἀσεβὴς, impius. *Alius,* ἄδικος, iniustus. υ Iracunda.] *Sym.* θυμώδους, *eodem sensu.* φ Deuorabunt.] *Schol.* καταποντίσουσιν, deglutient. χ Via iustitiæ.] A. *S. Th* διώκων δικαιοσύνην, qui sequitur iustitiam, *vt vulgata.* ψ Inueniet.] *Schol.* θησαυρίζει, thesaurizat. ω Ciuitates munitas.] *S. Hier. in Amos cap. 5.* ciuitates robustas, *in Ezech. cap. 33.* ciuitates firmas ascendit iustus. *A. S. Th.* πόλιν δυνατῶν ἀνέβη σοφὸς, *quod vulgata*, ciuitatem fortium ascendit sapiens. αα Audax.] *Lucifer pro S. Athan.* temerarius, & superbus, pestilentia vocabitur. ββ Qui autem iniuriarum memor est, iniquus.]

A est, iniquus.] ποιέσων ἐν ὀργῇ ὑπερήφανος, qui operatur in ira, superbus. γγ Desideria pigrum interficiunt.] *Aut*, ἀποκτενοῦσιν, interficient. *Symmachus*, *& Th.* ἐπιθυμία ὀκνηροῦ θανατώσει αὐτόν, concupiscentia pigri interficiet eum. *Alius interpres*, καταβάλλουσιν, deijciunt. δδ Miseretur.] ἐλεᾷ, *quod in alijs est*, ἐλεεῖ. εε Etenim inique offerunt eas.] *Aqu.* χεῖρον ὅτι ἔννοια οἴσει αὐτόν, etiam, quia cogitatio afferet illud. *Videri potest deesse aliquid. Nam hebræus*, etiam, quia in cogitatione male afferet illud. ζζ Custoditus loquetur.] *Aquila*, *S. Th.* εἰς νῖκος πορεύσεται, ad victoriam ibit. ηη Impius.] *Th.* ἀνεγκαίωσεν ἀνὴρ ἀσεβὴς πρόσωπον αὐτοῦ, obfirmauit vir impius faciem suam. θθ Intelliget.] *Aquila*, *& Symma.* ἑτοιμάσει, parabit. ιι Apud impium.] *Imitati sumus Cassianum*, *qui habet*, apud impios. *Aquila*, *S. Th.* κατέναντι κυρίου, *quod vulgata*, contra Dominum.

CAP. XXII.

B ELIGIBILIVS α nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: super argentum vero, & aurum gratia bona. Diues, & pauper obuiauerunt sibi: vtrosque autem Dominus fecit. Callidus β videns malignum punitum valde ipse eruditur: imprudentes autem prætereuntes damno affecti sunt. γ Progenies sapientiæ timor Domini, & diuitiæ, & gloria, & vita. Tribuli, & laquei in vijs peruersis: qui autem custodit animam suam; δ abstinebit ab eis. Diuites pauperibus imperabunt: ε & famuli proprijs dominis fœnerabunt. Qui ζ seminat mala; metet mala: plagam autem operum suorum consummabit. Virum hilarem, & datorem η benedicit Deus: vanitatem vero operum eius consum- C mabit. Qui miseretur pauperis; ipse enutrietur: de suis enim panibus dedit pauperi. θ Victoriam, & honorem acquirit, qui dat munera: & animam quidem aufert possidentium. Eijce è consessu ι pestilentem: & exibit simul cũ eo κ iurgium: nam cũ sederit in consessu; omnes inhonorat. Diligit Dominus λ sancta corda: accepti autem sunt ei omnes μ immaculati. ν Labijs pascit rex: oculi autem Domini conseruant ξ sensum; vilipendit autem verba iniquus. Excusationem affert, & dicit piger: leo in vijs, & in platæis ο sicarij. Fouea profunda os iniqui: qui autem odio habetur à Deo; incidet in π illam. Sunt viæ malæ coram viro: & non diligit reuerti ab eis: auertere autem se oportet D à via peruersa, & mala. Dementia ρ pendet è corde iuuenis: virga autem, & disciplina longe ab eo. Qui calumniatur pauperem; multa facit σ sua: dat autem diuiti τ ad minus. Sermonibus sapientum admoue aurem tuam, & audi meum sermonem, & cor tuum firma, vt cognoscas, quia boni sunt. Et si immiseris eos in cor tuum; υ ædificabunt te simul in tuis labijs: vt tua fiat super Dominum spes, & notam tibi faciat viam φ tuam. Et tu vero describe χ ea tibi tripliciter in consilio, & scientia super latitudinem cordis tui. Doceo igitur te verum sermonem, & scientiam obaudire; ψ vt respondeas sermones veritatis his qui proponunt tibi. Non ω facias violentiam pauperi, inops enim est E neque in honores imbecillum in portis: αα Dominus enim iudicabit eius iudicium: & erues tuam animam tutam. Noli ββ esse sodalis viro furioso: neque cũ amico iracundo cohabites: ne forte discas vias eius, & accipias γγ laqueos animæ tuæ. Ne dederis te in fideiussionem, reueritus faciem: si enim non habueris, vnde soluas; tollent stratum, quod sub costis tuis. Noli transferre terminos æternos, quos posuerunt patres tui. Peruidentem virum, & acutum in operibus suis oportet regibus assistere, & non assistere δδ viris socordibus.

 α Eligibilius.]

α Eligibilius.] *Aq. & Th.* ἐκλεκτόν, eligendum, *aut*, electum. β Videns malignum.] *Aq. & Th.* εἶδε κακίαν, καὶ ἀπεκρύβη, *quod vulgata*, videt malum, & abscondit se. γ Progenies sapientiæ, timor Domini.] *S.* ὕστερον πραΰτητος φόβος κυρίου, *quod vulgata*, finis modestiæ, timor Domini. δ Abstinebit ab eis.] *Aq. S. Th.* μακρυνθήσεται, longe recedet. *Post hanc vero sententiam in vno peruetusto sequuntur hæc*, ἐγκαινισμὸς νέου κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καίγε ὅταν γηράσῃ, οὐκ ἀποστήσεται ἀπ' αὐτῆς, dedicatio iuuenis secundum viam eius: etiam, cum senuerit, non recedet ab ea. *Compl.* ἐγκαίνισον τὸ παιδίον, institue, initia, dedica puerum, *& pro* αὐτοῦ, *quod refertur ad* ἐγκαινισμὸν, *habet*, αὐτῆς, *quod refertur ad viam*. ε Et famuli.] *Symmachus, & Th.* καὶ δοῦλος δανειζόμενος ἀνδρὶ δανείζοντι, & qui accipit mutuum; seruus est fœnerantis, *vt vulgata*. ζ Qui seminat.] *Th.* ὁ σπείρων ἀδικίαν, θερίσει ἀνομίαν, qui seminat iniustitiam, metet iniquitatem. *Aq.* ἀνωφελὲς, damnum. *Symmachus*, ὁ σπείρων ἀνομίαν, θερίσει ἀδικίαν, qui seminat iniquitatem; metet iniustitiam. η Benedicit.] *Sic & in alio codice adscriptum est margini: in cæteris autem*, ἀγαπᾷ, diligit, *vt 2. Cor. 9.* θ Victoriam.] *Tota hæc sententia abest à vulgata.* ι Pestilentem.] *Aq. S. Th.* χλευαστὴν, derisorem. κ Iurgium.] *S. & Th.* μάχη, rixa. λ Sancta.] *Aq. & Th.* καθαρὰ, munda, *vt S. Hieronymus in epist. ad Celantiam. Symmachus*, ἁγνὰς, casta, pura. μ Immaculati.] *Sic S. Hieronymus ibid. In plerisque autem libris additur*, ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, in vijs suis. ν Labijs pascit rex.] *Schol.* χάρις χειλέων, ὁ φίλος αὐτοῦ βασιλεύς, gratia labiorum, amicus eius rex. ξ Sensum.] *A. S. Th.* γνῶσιν, scientiam. ο Sicarij.] *Aq. S. Th.* φονευθήσομαι, occidar. π In illam.] *A. S. Th.* ἐκεῖ, illuc. *Sequens autem sententia tota abest à Complut. & vulgata. In vno autem vetusto hæc præterea adduntur*, εἰσὶν ὁδοὶ αἷς οὐ πορεύεσθαι ἀνδρὶ, ὁ δὲ ἀσεβὴς ὁδοὺς θανάτου καὶ ἀπωλείας φιλεῖ, sunt viæ, quibus non est ambulandum viro: impius autem vias mortis, & perditionis diligit. ρ Pendet e corde.] *Symmachus*, ἐνδέδεται. *Aq. S. Th.* ἐν καρδίᾳ, *quod vulgata*, colligata est in corde. σ Sua.] *In plerisque additur*, κακά, mala: *sed illud propius hebræo.* τ Ad minus.] *Hoc videtur valere*, ἐπ' ἐλάσσονι, ad defectũ, atque inopiã ipsi erit. *Symmachus*, δώσει πλουσίῳ, δι' ὅλου ὑστέρημα, dabit diuiti, omnino egestas. *Schol.* contra minorem dat occasiones maleficentiæ. υ Lætificabunt te.] *Aq. S. Th* ἑτοιμασθήσονται, parabuntur. φ Tuam.] *In aliquot codicibus est*, αὐτοῦ, *& apud Procopium*, τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, vias suas. *Similis varietas notata est ps. 5. Aq. & Symma.* γνωστὴν ἐποίησά σοι ζωήν, notam feci tibi vitam. χ Tibi.] *Sic Cassianus coll. 14. cap. 8. & Origenes lib. 4. Periarch. A nonnullis codicibus abest illud*, σεαυτῷ, *& S. Hieronymus lib. 5 in 16. Ezech.* Tu autem scribe ea tripliciter. ψ Vt respondeas.] *Multa ex verbis præcedentibus non referuntur ibi à S. Hieronymo, apud quẽ sequitur*, vt respondeas sermones veritatis, qui (*al.* his, qui) proponuntur tibi, *neque ab Origene, qui sic habet*, & tu describe tibi hæc tripliciter in consilio, & scientia; vt respondeas verba veritatis his, qui proposuerunt tibi. *Aquila, & Th.* τοῖς ἀποστείλασι, qui miserunt. ω Non facias violentiam.] *Symmachus*, μὴ ἁρπάσῃς πτωχόν, ne diripias pauperem. αα Dominus.] *Aquila*, ὅτι κύριος δικάσει τὴν δίκην αὐτοῦ, καὶ καθηλώσει τοὺς καθηλώσαντας αὐτόν, quia iudicabit Dominus causam eius, & configet eos, qui confixerunt eum, *quomodo fere vulgata. Symmachus*, καὶ κολάσηται τοὺς κολαζομένους ψυχὴν αὐτοῦ, & torquebit eos, qui torquebant animã eius. ββ Noli esse sodalis.] *Symmachus*, μὴ φιλιάσῃς, ne amicitiam contraxeris. γγ Laqueos.] *Aq.* σκῶλον, offendiculum. *Symmachus*, σκάνδαλον, scandalum. δδ Viris socordibus.] *Th.* σκοτεινοῖς, tenebrosis.

CAP. XXIII.

SI sederis cœnare ad mensam potentis; α sapienter intellige, quæ apponuntur tibi. Et β mitte manum tuam, sciens, quòd oportet te talia præparare. Si autem insatiabilis es; noli concupiscere escas eius: hæc γ enim obtinent vitam falsam. Ne δ extendas te, cum sis pauper, ad diuitem: tua autem consideratione abstine. Si intenderis oculum tuum erga eum; nusquam apparebit: paratæ enim sunt ei alæ, tanquam aquilæ, ε & reuertit in domum præsidis sui. Ne cænes vnà cum viro ζ inuido, neque concupiscas η escas eius: quemadmodum enim θ si quis deglutiat pilum; sic comedit, & bibit. Neque ad te introducas eum, & comedas buccellam tuam cum eo: euomet enim illam, & ι contaminabit sermones tuos bonos. In aures imprudentis noli quicquam dicere: ne forte irrideat κ sapientes sermones tuos. Ne λ transponas terminos æternos: & in possessionem orphanorum ne ingrediaris. μ Qui enim redimit eos Dominus, validus est, & iudicabit iudicium eorum tecum. Da in disciplinam cor tuum: aures autem tuas adhibe sermonibus ν sensus. Ne destiteris paruulum emendare: quoniam, si percusseris eum virga; non morietur. Nam tu quidem percutis eum virga: animam autem eius è morte erues. Fili, si sapiens fuerit tuum cor; lætificabis & meum cor. ξ Et immora-

A immorabuntur ſermonibus tua labia ad mea labia, ſi recta fuerint. Non æmuletur cor tuum peccatores: ſed in timore Domini eſto tota die. Nam ſi ſeruaueris ea, erunt tibi nepotes: ſpes autem tua [o] non recedet. Audi fili, & ſapiens eſto & dirige [π] cogitationes cordis tui. Ne fueris bibax vini, neque extendas te [ρ] ad ſymbolas, & carnium emptiones. Omnis enim ebrius, [σ] & ſcortator mendicabit; & induetur diſruptis, & laceris omnis ſomnolentus. Audi fili patrem, qui genuit te: & non contemnas, quoniam ſenuit [τ] mater tua. Bene educat pater iuſtus: & in filio ſapiente lætatur anima eius. Lætetur pater, & mater ſuper te, & gaudeat, quæ peperit te. Da mihi fili cor tuum; & oculi tui meas vias [υ] ſeruent.

B [φ] Dolium enim perforatum eſt aliena domus, & puteus anguſtus, [χ] alienus. Hic enim breui peribit, & [ψ] omnis iniquus abſumetur. Cui væ? cui tumultus? cui iudicia? cui autem moleſtiæ, & tricæ? cui contritiones [ω] ſuperuacuæ? [αα] cui lucidi oculi? nonne immorantium in vinis? [ββ] nonne veſtigantium, vbi compotationes fiant? Nolite inebriari in vinis; ſed conuerſamini cum hominibus iuſtis, & conuerſamini in locis deambulationis. Nam ſi in phialas, & pocula dederis oculos tuos; poſtea ambulabis nudior piſtillo: nouiſsime autem tanquã à ſerpente percuſſus extenditur, & tanquam à ceraſte diffunditur ei venenum. Oculi tui cum viderint alienam; os tuum tunc loquetur [γγ] peruerſa, & [δδ] iacebis tanquam in corde maris, & tanquam gubernator in multa tempeſtate.

C Dices autem: [εε] feriunt me, & non dolui, & [ζζ] illuſerunt mihi, ego autem non ſenſi: [ηη] quando erit diluculum, vt vadens quæram quibus cum conueniam?

α Sapienter.] *Sic Caſsianus collat 2. cap. 1. & S. Ambroſius 1. off. c. 31. à quo totum fere hunc locum ſumpſimus. Legendus. S Aug. tract. 47 & 84 in Io.* β Et mitte manum tuam.] *Th.* θήσεις μάχαιραν τῷ φάρυγγί σου, pones cultrum guttari tuo. *Aq.* καὶ θήσεις μάχαιραν ἐν καταπόσει σου, & pones cultrum in gula tua. γ Hæc n. adhærent vitæ mendaci.] *Aq & Th* καὶ αὐτὸς ἄρτος ψευσμάτων, & ipſe, panis mendaciorum. δ Ne extendas.] *Aq.* μὴ κοπία τοῦ πλουτῆσαι, ἀπὸ τῆς συνέσεώς σου, noli laborare, vt diteris, ab intelligentia tua. *Th* ἀπὸ τῆς συνέσεώς σου παῦσαι, ab intelligentia tua ceſſa. ε Et reuertit] *A S. Th* καὶ πετασθήσεται εἰς τὸν οὐρανόν, & volabit in cælum. ζ Inuido.] *Sch.* πονηροφθάλμου, mali oculi. η Eſcas.] *A. & Symm.* ἐδεσμάτων, obſonia. θ Siquis deglutiat pilum.] *Symm.* εἰκάζων ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, coniectans in animo ſuo. ι Contaminabit.] *Sic S. Hier. Ezech. 6.* κ Sapientes.] *Sic idem adu. Ruſinum. S. Cyprianus ad Demetrianum, & 3. teſtim.* ne quando audierit, irrideat ſenſatos ſermones tuos. λ Transponas.] *Sym.* μετακινήσῃς (*ita enim corrigendum*) tranſmoueas. μ Qui enim redimit.] *Aq. S. Th.* ἀγχιστεὺς αὐτῶν ἰσχύων, αὐτὸς δικάσεται, vindex (*aut*, propinques, *vt vulgata*,) corũ fortis, ipſe iudicabit. ν Senſus.] *A S. Th* γνώσεως, ſcientiæ. ξ Et immorabuntur.] *Symm.* καὶ γαυριάσουσιν οἱ νεφροί μου ἐν τῷ λαλεῖν τὰ χείλη σου εὐθῆ, *Aq.* εὐθεῖα *quod vulgata*, & exultabunt renes mei, cum loquuta fuerint recta, labia tua. ο Non recedet.] *Aq. & Symm.* οὐκ ἐξολοθρευθήσεται, non exterminabitur. π Cogitationes.] *Aqu S. Th.* ἐν ὁδῷ, in via. ρ Ad ſymbolas, & carnium emptiones.] *Th.* ἐν συμβολοκοπεῖσι κρέας ἐν ἑαυτοῖς, in ijs (*id eſt*, cum ijs, *more hebraico*,) qui ex ſymbolis edunt carnes inter ſe. σ Scortator.] *A. S. Th* συμβολοκόπος *quod vulgata*, dantes ſymbola. τ Mater tua.] *In pleriſque libris hæc ſequuntur*, ἀλήθειαν κτῆσαι, καὶ μὴ ἀπώσῃ σοφίαν, καὶ παιδείαν, καὶ σύνεσιν veritatem acquire, & ne expellas ſapientiã, & diſciplinam, & intellectum: *quæ Procopius non habet, & in alio libro ſunt notata aſteriſco.* υ Seruent.] *Symm.* θελησάτωσαν, velint. φ Dolium enim perforatum.] *Alij.* τετρημένος, fractum. *Symm.* ὅτι ὄρυγμα βαθὺ πόρνη, *& vulgata*, fouea enim profunda eſt meretrix. χ Alienus.] *Symm.* ἀλλοτρία, aliena. *Th* ξένη extranea. ψ Et omnis iniquus abſumetur.] *Th.* καὶ ἀσυνθετοῦντας ἐν ἀνθρώποις ἀπαλλάξει, & præuaricantes in hominibus tollet. ω Superuacue.] *A. S. Th.* δωρεάν gratis. αα Liuidi.] *A* [illegible] καθαροί, vacui, *& fortaſſe legendum*, κατάρροι, laborantes deſtillatione & ſuffuſione, *vt vulgata. Symm.* χαροποί, rubicundi. ββ Nonne veſtigantium.] *Th.* οὐ τοῖς ἐξερχομένοις τοῦ ἐξερευνῆσαι κεράσματα, nonne euntibus ad inueſtigandas miſturas? *Sequens autem ſententia videtur abeſſe ab hebræo, & vulgata.* γγ Peruerſa.] *Symma.* στρεβλά, *eodem ſenſu.* δδ Et iacebis.] *Aq. S. Th.* καὶ ἔσῃ ὥσπερ κοιμώμενος, *quod vulgata*, & eris, ſicut dormiens. εε Feriunt me.] *Schol.* ἔτυπτον, *feriebant, quod eſt etiam in aliquot libris. Caſsianus collat. 20. cap. 9.* ferierunt me: *ſed collat. 23. c. 7.* feriunt me. ζζ Et illuſerunt mihi.] *Th.* ἀνεκρότησάν με, plauſu exceperunt me. ηη Quando erit diluculum.] *A. S. Th.* ἐξυπνισθήσομαι, euigilabo, *vt vulgata.*

D E

A

CAP. XXIV.

FILI, ne æmuleris malos viros: nec desideres esse cum eis. Falsa.n meditatur cor eorum: & labores labia eorum loquuntur. Cum sapientia ædificatur domus: & cum intellectu erigitur. Cum[α] sensu implentur cellaria ex omnibus diuitijs preciosis, & bonis. Melior sapiens forti, & vir prudentiam habens [β] agro magno. Cum ratione gubernandi fit bellum: [γ] auxilium autem cum corde consilium habente. Sapientia, & cogitatio bona in portis sapiētum: sapientes non declinant [δ] ab ore Domini: sed cogitant in consessibus. Indisciplinatis occurrit mors: [ε] moritur autem imprudens in peccatis. [ζ] Immunditia autem viro pestilenti, [η] inquinabitur in die mala, & in die tribulationis, quoadusque deficiat. [θ] Libera eos, qui ducuntur ad mortem, & [ι] redime eos, qui interficiuntur, ne parcas. Si autem dixeris, nescio hunc; scito, [κ] quoniam Dominus corda omnium noscit: & [λ] qui figurauit spiritū omnibus, ipse nouit omnia, qui reddit vnicuique secundū opera eius. Comede mel fili: bonus enim est fauus, vt dulcescat guttur tuum. Sic sentiet sapientiam animo tuo: si enim inueneris; erit bonus obitus tuus, & spes te nō deseret. [μ] Noli applicare impiū ad [ν] pascua iustorum: neque seducaris saturitate ventris. Septies enim cadet iustus, & resurget: impij autem infirmabūtur in malis. Si ceciderit inimicus tuus; ne gaudeas super eum: & in supplantatione eius ne [ξ] extollaris: [ο] quoniam videbit Dominus, & non placebit ei: & auertet [ω] indignationem suam ab eo. [ρ] Ne gaudeas in malefactoribus, [σ] neque æmuleris peccatores. Non enim fient posteri maligno: [τ] fax autem impiorum extinguetur. Time Deum fili, & regem: & neutri eorum [υ] sis inobediens: Subito enim vlciscentur impios: supplicia autem vtrorumque quis cognoscet?

B

C

[φ] Verbum custodiens filius extra perditionem erit: excipiens autem excepit illud. Nihil falsi de ore regi dicatur, & nihil falsi ex lingua ipsius exeat. Gladius lingua regis, & non carnea: quicumque autem traditus fuerit; conteretur. Si enim irritatus fuerit furor eius; cum neruis homines absumit, & ossa hominum deuorat, & cōburit tanquam flamma, ita vt sint inæpta esui pullis aquilarum. Mea verba fili timeto, & suscipiens ea pœnitentiam age. [χ] Hæc dicit vir [ψ] credentibus Deo, & quiesco. [ω] Insipientissimus enim sum omnium hominum: & prudentia [αα] hominum non est in me. Deus docuit me sapientiam, & scientiam sanctorum cognoui. Quis ascendit in cælum, [β] & descendit? [γ] quis congregauit ventos in sinu? quis [δ] conuertit aquam in vestimento? [ε] quis tenuit omnia extrema terræ? quod nomen ei? aut quod nomen [ζ] filijs eius? [η] omnia enim verba Dei ignita: [θ] protegit autē ipse eos, qui [ι] reuerētur ipsum. Ne addas verbis eius, vt non arguat te, & fias mēdax. Duo peto a te; ne [κ] auferas à me gratiā, antequam ego moriar. [λ] Vanum verbum, & mendax longe fac à me: diuitias autem, & paupertatem ne dederis mihi: [μ] constitue autem mihi, quæ sunt necessaria, & sufficientia: ne saturatus [ν] mendax fiam, & dicam, quis me videt? aut [ξ] egens furer, & periurem nomen Dei. Ne [ο] tradas famulum in manus Domini, ne quando maledicat te, [π] & dalearis. Filius malus patrem maledicit, & matrem non benedicit. Filius malus iustum se iudicat: exitum vero

D

E

A tum vero ſuum non lauit. Filius malus ſublimes oculos habet, palpebris autem ſuis extollitur. Filius malus gladios dentes habet, & cultros molas, vt conſumat, & [σ] comedat [τ] humiles de terra, & pauperes eorum ex hominibus.

Hæc [υ] autem dico vobis ſapientibus [φ] cognoſcere: erubeſcere perſonam in iudicio non eſt bonum: qui dicit impium, iuſtus eſt; maledictus populis erit, & odibilis in gentibus: qui autem arguunt; meliores parebunt: in ipſos autem veniet benedictio. [χ] Labia autem deoſculabuntur, quæ reſpondent verba bona. Præpara [ψ] in egreſſu opera tua, & præparare in agro, & vade poſt me, & ædificabis domum tuam. [ω] Non ſis falſus teſtis in tuum ciuem, neque [ααα] dilateris tuis labijs. Ne dixeris, quemadmodum vſus eſt me; vtar eo: vlciſcar autem B eum de iniurijs, quibus me affecit. [ε] Tanquam ager, vir imprudens, & tanquã vinea, homo egens ſenſu. Si dimiſeris eum; deſertus fiet, & ſylueſcet totus, & fit derelictus: ſepes autẽ lapidum eius deſodiẽtur. Nouiſsime ego egi pœnitentiã: reſpexi [γ] vt eligerem diſciplinam. Paululum [δ] dormito, paululum autem ſomnum capio: paululum vero amplexor manibus [ε] pectora. Si autem hoc feceris; veniet procedens paupertas tua, & egeſtas tua tanquã bonus curſor. [ζ] Sanguiſugæ [η] tres filiæ erant dilectione dilectæ, & [θ] tres ipſæ non ſaturauerũt eã, & quartæ non [ι] ſuffecit dicere, ſatis eſt: infernus, & [κ] amor mulieris, & terra quæ non C ſatiatur aqua, & aqua, & ignis [λ] non dicent, ſatis eſt. Oculum, qui irridet patrẽ, & qui deſpicit ſenectutem matris, effodiant eum corui de [μ] conuallibus, & comedant eum pulli aquilarum. Tria ſunt [ν] impoſsibilia mihi intelligere, & quartum non agnoſco: veſtigia aquilæ [ξ] volantis, & [ο] vias ſerpentis in petra, & ſemitas nauis nauigantis, & [π] vias viri in iuuentute. Talis eſt via mulieris adulteræ; [ρ] quandocumque egerit; lota nihil inquit feciſſe abſurdum. Per tria concutitur terra, [σ] quartum autem ferre non poteſt: ſi famulus regnet, & imprudens ſaturatus fuerit cibis, & famula ſi eiecerit ſuam ipſius dominam, & [τ] odibilis mulier ſi ſortita fuerit virum bonum. Quatuor autem minima ſuper terD ram: hæc autem ſunt [υ] ſapientiora ſapiẽtibus: formicæ, quibus nõ eſt fortitudo, & parant æſtate cibũ: & [φ] chœrogrylli gens non fortis, qui [χ] fecerunt in petris domos ſuas: ſine rege eſt locuſta, & pergit in acie ab vna iuſsione [ψ] ordinate & calabotes manibus [ω] innitens, & captu facilis, habitat in [ααα] munitio nibus regum. Tria autem ſunt, quæ proſpere vadunt, & quartum [β] quod bene incedit: catulus leonis fortior beſtijs, qui non auertitur, neque horret [γ] beſtiam: & gallus [δ] conſcendens fœminas alacer: & hircus ducens gregem: & rex, qui concionatur in gente. Si profuderis [ε] te in lætitia, & [ζ] extenderis manum tuam cum rixa; inhonoraberis. Mulge lac, & erit butyrum: ſi [η] autem expreſſeris naE res; exibit ſanguis: ſi autem extraxeris ſermones; exibunt lites, & rixæ. [θ] Verba mea dicta ſunt à Deo, [ι] regis admonitio quem erudiuit mater ſua. Quid fili ſeruabis? quid? dictiones Dei primogenite tibi dico fili: quid fili mei vẽtris? quid fili mearum orationum? Ne dederis mulieribus [κ] tuas diuitias, & mentem tuã & [λ] vitam [μ] in ſeram conſilij mutationem. Cum conſilio omnia fac: cum conſilio vinum pota. Potentes iracundi ſunt, [ν] vinum autem non bibant; ne bibentes obliuiſcantur ſapientiæ, & [ξ] recta iudicare non poſsint imbecillos. Date inebriamentum ijs, [ο] qui in mæroribus, & vinum bibere ijs, qui in doloribus; vt obliuiſcantur paupertatis, [π] & laborum non recordentur vltra. Aperi os

tuum ς verbo Dei, & σ iudica omnes integre. Aperi os tuum, & iudica iuste: dijudica autem τ pauperem, υ & imbecillum.

α Cum sensu.] Schol. ἐν γνώσει, in scientia. β Agro magno.] Sic alibi obseruauimus solere verti à patribus γεώργιον, & sic inferius in hoc eodem capite. Alij tamen hic vertunt, agricola. Symm. ὥσπερ κράτος ἰσχύος, tanquam robur fortitudinis. γ Auxilium autem cum corde consilium habente.] Symm. & Th. καὶ σωτηρία ἐν πολυβούλῳ, quod vulgata, & erit salus, vbi multa consilia sunt. δ Ab ore.] Alij, ἐκ νόμου, à lege. ε Moritur.] Aq. & Th. ἔννοια ἀφροσύνης ἁμαρτία, cogitatio stultitiæ, peccatum, nec multo aliter vulgata. ζ Immunditia autem.] Istud δὲ, abest à nonnullis. Symm. καὶ βδέλυγμα ἀνθρώποις λοιμὸς, & abominatio hominibus pestilens: quod vulgata inquit, detractor, alij, derisor. η Inquinabitur in die mala.] Sym. σπαγγίζεσθαι ἐν ὥρᾳ θλίψεως, cessare quasi desperantem (quod vulgata, si desperaueris lapsus) in hora tribulationis. Aq. νωχελευόμενος, tardus, ignauus. Th. ἐξελύθη, sed fortasse legendum ἐξελύθης, nam hebræus, remissus fuisti. θ Libera eos.] Sic Lucifer pro S. Athan. S. Ambrosius in psal. 118. serm. 8. eripe eum, qui ducitur ad mortem. Sym. σῶσον εἰλημμένους εἰς θάνατον, salua captos ad mortem. ι Et redime.] Plerique libri, καὶ ἐκπριοῦ. S. Chrysostomus in epist. ad Philip. serm. primo in manuscriptis, καὶ ἐκπριῶν. Lucifer, & redimere eos, qui interficiuntur, ne parcas. κ Quoniam Dominus.] Aq. μήτι οὐχὶ ὁ σταθμίζων καρδίας, αὐτὸς συνήσει; nonne ponderans corda, ipse intelliget? λ Et qui figurauit spiritum omnibus, ipse.] Lucifer, omnibus illis. Aq. & Th. διατηρῶν ψυχήν σου, qui custodit animam tuam. μ Noli applicare impium.] Sic Lucifer de non conueniendo, & Cassianus collat. 14. c. 17. S. Hieronymus in Mich. c. 3. ne inducas. S. Cypr. ne adduxeris. Symm. μὴ ἐνεδρεύσῃς ἀσέβειαν, quod vulgata explicauit, ne insidieris, & quæras impietatem. ν Ad pascua iustorum.] Lucifer, & Cassianus, ad pascua iusti. Aq. & Th. εἰς ὡραιότητα δικαίου, in decore iusti. Sym. εἰς δίαιταν δικαίου, quod vulgata, in domo iusti. Idem S. Hieronymus in Mich. in tabernaculum iustorum. S. Cyprianus. 3. testim. in habitaculum iustorum. Vocabulum hebraicum & habitaculum, & pascua significat. ξ Extollaris.] Aq. S. Th. ἀγαλλιάσθω ἡ καρδία σου, exultet cor tuum, vt vulgata. ο Quoniam videbit.] Schol. ἵνα μὴ ἴδῃ, vt ne videat. π Indignationem suam ab eo.] Symmachus, ἀπάνωθεν αὐτοῦ ὀργὴν αὐτοῦ, desuper eo iram suam. ρ Ne gaudeas in malefactoribus.] A. & Th. μὴ διαμάχου ἐν πονηρευομένοις quod vulgata, ne contendas cum pessimis. σ Neque æmuleris.] Symm. μὴ παραζήλου, ne alterceris, & fortasse hæc etiam varietas ad præcedentem locum pertinet. τ Fax.] A. S. Th. λύχνος, lucerna. υ Sis inobediens.] Schol. ἐπιμίγνυσο, commiscearis, quomodo etiam vulgata: sed tota sententia diuersa est, & cum detractoribus non commiscearis, & ita etiam in Ezech. c. 16. φ Verbum custodiens.] Hæc vsque ad illa: Hæc autem dico vobis sapientibus, absunt ab vno peruetusto codice. Schol. Hinc transposita est series eorum, quæ deinceps interiecta: & hæc quidem ferebantur post ea, quæ ad finem ante illud, γυναῖκα ἀνδρείαν, mulierem fortem. Verum, neque ista sententia de mulieri forti, quæ in vulgata est cap. 31. in græcis omnibus eodem loco est posita: multisque omnino modis discrepat ordo. Quod autem pertinet ad hanc sententiam, verbum custodiens filius extra perditionem erit; ea in impressis vulgatæ codicibus est in extremo cap. 29. abest autem à multis vetustis, quemadmodum ab hebræo vna cum cæteris, quæ hic sequuntur vsque ad illud: Hæc dicit vir credentibus Deo. S. Augustinus in lib. de mendacio ad Consent. hæc refert, & explanat: Verbum excipiens filius, à perditione longe aberit: excipiens autem excipit illud sibi, & nihil falsi de ore ipsius procedit. χ Hæc dicit vir.] Hæc vsque ad illud, hæc autem dico vobis, in Compl. sunt cap. 30. & nonnihil respondent vulgatæ. ψ Credentibus Deo, & quiesco. Aq. τῷ Ἐθιὴλ, καὶ τέλεσον, ad Ethiel, & perfice. Th. τῷ Ἐθιὴλ, καὶ δυνήσομαι, ad Ethiel, & potero. Vulgata ponens interpretationes nominum loco nominum, sicut etiam in verbis antecedentibus, hæc ita videtur proferre, qui Deo secum morante confortatus ait. ω Insipientissimus.] Aq. ἀσύνετος ἐγώ εἰμι παρὰ ἄνδρα, stolidus ego sum præ viro. αα Hominum.] Sic etiam vulgata. In alijs, ἀνθρώπου, & S. Hieronymus 2. adu. Pelag hominis. β Descendit.] Aq. & Symm. κατήνεγκεν, detulit. γ Quis congregauit ventos.] Aq. τίς συνέλεξεν πνεῦμα ἐν δρακί; quis collegit spiritum in palmis? Symm. τίς συνήγαγεν ἀνέμους ἐν ταῖς δραξίν; quis congregauit ventos in pugillis? δ Conuertit.] Th. ἀνέδησεν, colligauit. ε Quis tenuit.] Aq. & cæteri interpretes, τίς ἔστησεν πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς; quis statuit omnes terminos terræ? ζ Filijs eius.] In aliquo codice est τέκνῳ. S. Augustinus epist. 49. quæst. 5. filij eius. A. S. Th. & cæteri, τῷ υἱῷ αὐτοῦ, filio eius. η Omnia enim verba Dei ignita.] Pro his in vno peruetusto, & in Compl. est, ἵνα γνῷς, vt cognoscas. In plerisque autem est vtrumque, ἵνα γνῷς (Sch. ὅτι γνώσῃ) πάντες γὰρ λόγοι, vt cognoscas (Schol. quoniam cognosces.) Omnia enim verba, &c. θ Protegit.] Schol. ὑπερασπιεῖ, proteget. ι Qui reuerentur.] Schol. φοβουμένων, qui timent. κ Ne auferas à me.] μὴ ἀφέλῃς με. In aliquo est, μὴ ἀφέλῃς ἀπ' ἐμοῦ πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν, à me antequam moriar, ita vt absit illud χάριν. Symm. μὴ κωλύσῃς ἀπ' ἐμοῦ πρὸ τοῦ ἀποθανεῖν με, ne prohibeas à me, antequam ego moriar. λ Vanum verbum.] Aq. εἰκαιότητα, vanitatem. μ Constitue autem.] Ita S. Hieronymus in Esa. 55. nec multo aliter in Ezech. 16. & in Eccl. 2. S. Ambrosius in ps. 118. serm. 8. sed ordina mihi, quæ opus sunt, & quæ abundent, &c. quamuis fortasse legendum, & ne abundent. Symm. διάταξον μοι δίαιταν ἱκανήν, constitue mihi victum sufficientem. Aq. ἄρτον ἀκριβασμῶν μου, panem statutorum meorum, id est, qui conueniat mihi. ν Mendax fiam.] Aq. & Sym. καὶ ἀρνήσωμαι, καὶ εἴπω τίς ἐστι κύριος; & negem, & dicam, quis est Dominus? ξ Egens.] Alij, πένης γενηθεὶς, alij, & Schol. πενόμενος, eodem sensu. S. Hieronymus interdum, egens, interdum, pauper effectus. S. Ambrosius, pauper. ο Ne tradas.] Symm. μὴ διαβάλῃς, accuses, vt vulg. Th. μὴ καταλαλήσῃς, ne detrahas. π Et delearis.] A. S. Th. καὶ πλημμελήσῃς, & delinquas. ρ Filius malus.] S. Hieronymus lib. 1. adu. Pelag. filius malus iustum se facit, & non lauat exitum suum. Schol. καὶ ἀπὸ ῥύπου οὐκ ἀπελούσατο, & a sorde non est lotus. σ Et comedat.] Abest à Compl. & S. Hieronymo adu. Rufin. A. S. Th. κατεσθίουσι, comedentes. τ Humiles.] In multis est, τοὺς ἀσθενεῖς & S. Hieronymus, infirmos. Schol. ταπεινούς.

υ Hæc

υ Hæc autem.] *Schol.* Hucuſque, quæ ſunt tranſpoſita: & hinc vero ad præcedentia ſequebantur. *Quare etiam in vulgata ſunt cap. 24.* φ Cognoſcere, erubeſcere.] *Videri poſſunt duæ interpretationes: nam pro* αἰδεῖσθαι, *A.S.Th.dixerunt,* ἐπιγινώσκειν, *& vulgata,* cognoſcere perſonam. *Alius interpres* αἰσχύνεσθαι, *eodem ſenſu, ac noſtra. Affert hunc locum Lucifer pro S. Athan.* χ Labia autem.] *Th.* χείλεσιν καταφιληθήσεται ἀποκρινόμενος ὀρθὰ ῥήματα, labijs oſcula accipiet, *aut,* dabit reſpondens recta verba. ψ In egreſſu.] *Sic S.Hieronymus in Sophon.3. Cyrillus tamen in Io.lib.3.c.27.explanat,* in exitum, & finem vitæ. ω Non ſis.] *A.S.Th.* μὴ γίνου, *eodem ſenſu.* ααα Dilateris.] *Schol.* ἀπατῶν, ſeducens. β Tanquam ager.] *S.Ambroſius.1.off.31.& epiſt.7.* ſicut agricultura, eſt homo inſipiens. γ Vt eligerem.] *Sic S. Hieronymus in Ezech.43. Schol.* καὶ ἐξελεξάμην παιδείαν, & elegi diſciplinam. δ Dormito.] *Schol.* νυστάζεις, καθυπνοῖς, dormitas, ſomnum capis. ε Pectora.] *A.S.Th.* τοῦ κοιμηθῆναι, ad dormiendum. ζ Sanguiſugæ.] *Sic fere S.Hieronymus lib.1.in Iouin. Sunt autem hæc in Compl. & vulgata cap.30. Schol.* Hucuſque quæ ſunt propoſita. Hæc autem ſequuntur ad ea, quæ ſuperius. η Tres filiæ.] *Symmachus,* δύο θυγατέρες, φέρε, φέρε, *& vulgata,* duæ ſunt filiæ dicentes affer, affer. θ Et tres ipſæ.] *Aut,* iſtæ, *vt S.Hieronymus. Aq.S.Th.* τρία δέ ἐστιν, ἃ οὐ πλησθήσεται, tria autem ſunt, quæ non ſaturabuntur. ι Non ſuffecit.] *A.S.Th.* οὐκ εἶπαν, ἀρκεῖ, non dixerunt, ſufficit. κ Amor mulieris.] *A.* καὶ ἐποχὴ μήτρας. *Symmachus,* καὶ συνοχὴ μήτρας, conſtrictio vuluæ. λ Non dicent.] *Schol.* οὐκ εἶπε, non dixit. μ De conuallibus.] *Aq.& Th.* χειμάρρου, torrente. ν Impoſſibilia.] *Sic S.Ambroſius de obitu Valent. Aq.* ἐθαυμαστώθησαν, mirabilia facta ſunt. *Alius interpres,* ἀδυνατοῦντα, *eodem ſenſu, ac noſtra.* ξ Volantis.] *Schol.* ἐν οὐρανῷ in cælo. ο Vias.] *A.S.Th.* ὁδὸν, viam. π Et vias viri in iuuentute.] *A.& Th.* ὁδὸν, viam. *Symm.* ἐν νεανίδι, in adoleſcentula. ρ Quandocumque egerit; lota.] *A.S.Th. & cæteri,* ἀπὸ φαγούσης, καὶ ἀπονιψαμένης, *vulgata,* quæ comedens, & tergens, &c. σ Quartum.] *Symmachus,* τὰ δὲ τέσσαρα, quatuor autem. τ Et odibilis.] *Symmachus,* καὶ γυνὴ μισουμένη, ὅταν συνοικήσῃ, & mulier odioſa, cum matrimonio aſſumpta fuerit. υ Sapientiora ſapientibus.] *Sic etiam vulgata. Th.* σοφίᾳ σεσοφισμένα, per ſapientiam ſapienter edocta. φ Chœrogrylli.] *Schol.* genus piſcis, vel lepores, vel ij, qui vocantur œſtri. *Vulgata,* lepuſculus, *alij,* cuniculi. χ Fecerunt.] *Symmachus,* ἔταξαν, poſuerunt. ψ Ordinate.] *Symmachus,* ὡς ψῆφις, πᾶσα, tanquam calculus, tota. ω Innitens.] *Th.* ἐλλαμβανόμενος, capiens, tractans. *Hoc enim animal nonnulli putant eſſe araneam, & ita Chaldæus. Vulgata ſtellionem.* αααα Munitionibus.] *A.S.Th.* ναοῖς, ædibus. ϛ Quod bene incedit.] *A.& Th.* ἀγαθύνοντα πορείαν, bonum facientia greſſum. *Sed fortaſſe pro quarto dixerunt,* τέσσαρα, quatuor, *vt hebræus.* γ Beſtiam.] *A.S.Th.* ἀπὸ προσώπου παντός, a facie cuiuſquam. δ Gallus conſcendens.] *Aq.& Th.* ἀλεκτρυὼν νώτῳ, gallus dorſo. *Symmachus,* περιεσφιγμένος τὴν ὀσφὺν, *quod vulgata,* ſuccinctus lumbos. ε In lætitia.] *Plerique,* εἰς εὐφροσύνην, ad lætitiam. *Th.* εἰ ἀφρόνησας ἐν τῷ ἐπαίρεσθαι, ſi ſtultè egiſti in eleuando te. ζ Et extenderis.] *Th.* καὶ ἐννοηθῆς, χεῖρα εἰς στόμα, & in mẽte habuiſti, manũ ad os. η Si autẽ expreſſeris.] *Aq.* καὶ ἐκμύζησις θυμοῦ ἐξοίσει αἷμα, & expreſſio furoris proferet ſanguinem, *quomodo fere Chaldæus.* θ Verba mea.] *Hæc in Compl. ſunt ca.31. & quodãmodo reſpondent vulgatæ. Aq.* ῥητὰ λαμμουὴλ, Dicta Lammun. *Th.* ῥήματα ῥεβουὴλ, verba Rebuel. *Symmachus,* λόγοι ἰαμουὴλ, ſermones Iamuel. ι Regis admonitio.] *Sic S.Ambroſius ad Virgines. Sed poſſet etiam verti,* a Deo, rege. Admonitio, *vel,* reſponſum, *vel,* oraculum. *Aq.* ἆρμα, onus, *vt Hier.24. Symm.& cæteri,* λῆμμα, aſſumptionem. *Vtroque autem modo ſolent vocare prophetiam.* κ Tuas diuitias.] *Symmachus,* τὴν ἰσχύν σου, fortitudinem tuam. λ Vitam.] *A.S.Th.* τὰ σὰ χρήματα, tuas pecunias. μ In ſeram conſilij mutationem.] *Th.* εἰς μεταμέλειαν, in pænitentiam. ν Vinum autem.] *Illud* δὲ, *abeſt à multis. S.Hieronymus in Eſa.c.5.* Potentes, ſi iracundi ſunt, vinum non bibant, &c. ξ Et recta iudicare.] *Aq.& Th.* καὶ ἀλλοιώσει κρίσιν υἱῶν πένητος. & mutabit cauſam filiorum pauperis, *quomodo ferè vulgata.* ο Ijs, qui in mæroribus.] *Symm.* τῷ ἀπολλυμένῳ, pereunti. π Laborum.] *Symm.* κόπων αὐτοῦ, moleſtiarum ſuarum. ρ Verbo Dei.] *Sic Lucifer pro S. Ath. A.S.Th.* ἀλάλῳ, muto, *vt vulgata.* σ Et iudica omnes.] *Lucifer,* omnibus. *Sym.* εἰς κρίσιν πάντων υἱῶν ἀποιχομένων, *quod vulgata,* & cauſis omnium filiorum, qui pertranſeunt. τ Pauperem.] *Shol.* πτωχόν, inopem. υ Et imbecillum.] *In aliquot libris hoc loco ponuntur illa,* γυναῖκα ἀνδρείαν, mulierem fortem, *quæ in noſtra habebuntur cap.29. & in vulgata, 31. Schol.* Hucuſque; deinde finis prouerbij.

CAP. XXV.

HÆ α ſunt diſciplinæ Salomonis indiſtinctæ, quas deſcripſerunt amici Ezeciæ regis Iudææ. Gloria Dei celat verbum: gloria autem regis β honorat res. Cælum excelſum, terra autem γ profunda. Cor autem regis δ quod redargui non poteſt. ε Percute argentum improbatum, & mundabitur mundum totum. ζ interfice impios à facie regis; & η recta procedet in iuſtitia thronus eius. Ne glorioſe te oſtentes coram rege: neque in locis principum θ ſteteris. Melius enim tibi dici, aſcende ad me, quàm humiliare te in facie potentis. ι Quæ viderunt oculi tui; dic: ne procurras ad iurgium cito: vt non te pœniteat in nouiſſimis. Cum te exprobrauerit amicus tuus; κ recede in poſteriora: ne con-

ne contemnas: ne te quidem exprobret amicus, rixa autẽ tua, & inimicitia tua non aberit, sed erit tibi æqualis morti. Gratia, & amicitia liberat: quas serua tibi, ne exprobrabilis fias: sed custodi vias tuas composite. Malum aureum [μ] in monili sardij, sic [ν] dicere verbum. [ξ] In auream inaurem etiam sardium preciosum ligatum est, sermo sapiens in aurem obedientem. Sicut exitus niuis in messe [ο] per æstum prodest; sic nuncius fidelis ijs, qui miserunt eum: animas enim eorum, qui ipso vtuntur, iuuat. Sicut venti, & nubes, & pluuiæ [π] clarissima; sic qui gloriatur super dono [ρ] falso. In longanimitate prosperitas regibus: lingua autem [σ] mollis conterit ossa. Mel inueniens comede, quod sufficit; ne forte repletus euomas. [τ] Rarum introduc pedem tuum ad tuum amicum: ne forte satiatus te, oderit te. Claua, & gladius, & sagitta [υ] acuta: sic & vir, qui contra amicum suum dicit falsum testimonium. [φ] Via mali, & pes iniqui peribit in die mala. [χ] Sicut acetum trahit inutile; sic accidens passio in corpore cor contristat. Sicut [ψ] tinea vestimento, & vermis ligno; ita tristitia viri lædit cor. Si esurierit inimicus tuus; ciba illum: Si sitit; potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius: Dominus autem retribuet tibi bona. Vẽtus Aquilo [ω] suscitat nubes: facies autem imprudens linguam irritat. Melius habitare super angulum domatis, quàm cum muliere contumeliosa, in domo communi. Sicut aqua frigida animæ sitienti blanda; sic nuncius bonus de terra longinqua. Sicut, si quis fontem obstruat, & aquæ exitum disperdat, sic indecens est iustum cecidisse coram impio. Comedere mel multum, non bonum: [αα] honorare autem oportet sermones gloriosos. Sicut vrbs muros deiectos habens, & non murata; sic vir, qui non cum consilio quid agit.

α Hæ sunt disciplinæ.] *In nonnullis est*, αὗται αἱ παροιμίαι, hæc sunt prouerbia. *Aquila*, καί γε αὗται παραβολαὶ ἃς μετῆρεν ἄνδρες Ἐζεκίου, Etiam hæ parabolæ, quas transtulerunt viri Ezeciæ. *Symmachus*, καὶ ἔτι αὗται αἱ παραβολαί, & adhuc hæ parabolæ. Honorat res.] *Sic & alius codex. In alijs est*, τιμᾶν honorare, *aut*, τιμᾷ πρόσταγμα αὐτοῦ, honorat præceptum eius. *Procopius*, τιμᾶν προστάγματα, honorare præcepta. *Etiam Schol. habet* προστάγματα. *Aquila, & Symmachus*, ἐξιχνιάσει ῥήματα, inuestigabit verba. γ Profunda.] *Aq.* εἰς βάθος, in profundum. δ Quod redargui non potest.] *Aq.* ἀνεξέταστος, *Symmachus*, ἀνεξερεύνητος, inscrutabile. Percute argentum improbatum.] *Symm.* καθαραι σκώρια ἐξ ἀργυρίου, purga scorias ex argento. ζ Interfice.] *Aq. & Th.* ἀπέλασον, expelle. η Et recta procedet.] *Aq. & Symm.* καὶ ἑδρασθήσεται, *Th.* ἑτοιμασθήσεται, firmabitur. θ Steteris.] *A.S.Th.* στῇς, *eodem sensu.* ι Quæ viderunt.] *Symmachus*, ἃ εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, μὴ ἐξενέγκῃς εἰς πλῆθος ταχύ, quæ viderunt oculi tui, ne proferas in multitudinem cito. κ Recede in posteriora.] *Aq.S.Th.* δικασίαν σου δίκαζε ἐν ἑταίρῳ σου, *quod vulgata*, causam tuam tracta cum amico tuo. λ Rixa autem tua.] *Th.* καὶ ὁ ψόγος σου οὐκ ἀποστραφήσεται, & vituperatio tua non reuertetur. μ In monili sardij.] *Symm. & Th.* ἐν περιβλέπτοις ἀργυρίου, in conspicuis argenti, *supplendum*, thecis, *aut*, figuris, *aut quiddam eiusmodi. Vulgata*, in lectis argenteis. ν Dicere verbum.] *Aq. & Th.* λαλῶν ῥῆμα ἐπὶ ἁρμόζουσιν αὐτῷ, qui loquitur verbum in ijs, quæ sibi conueniunt. *Symmachus*, λαλῶν λόγον ἐν καιρῷ αὐτοῦ, *quod vulgata*, qui loquitur verbum in tempore suo. ξ In auream.] *Schol.* ἐνώτιον χρύσεον, καὶ πίνακες χρυσῆ, inauris aurea, & poculum aureum. ο Per æstum prodest.] *In nonnullis est vnica dictio*, καταίκαυμα, æstui prodest. π Clarissima.] *Alij*, ἐπιφανέστατοι, clarissimæ. *Vulgata autem ex hebræo*, non sequentes. ρ Falso.] *Symmachus*, ἀδίκῳ, iniusto. σ Mollis.] *Aq.* ἁπλῆ simplex, *al.* ἁπαλή, tenera. τ Rarum introduc.] *Sic fere hebræus Symmachus*, ἀπόστειλον, φίμωσον (*ista duo verba videntur duæ interpretationes*) πόδα σου ἀπὸ οἴκου ἑταίρου σου, subtrahe, cohibe pedem tuum a domo amici tui. υ Acuta.] *Hoc visum est hoc loco significare*, ἀκιδωτὸν, *quasi in cuspidem desinens: nam & cæteri interpretes*, ἠκονημένον. *S. Hieronymus adu. Rufinum*, & sagitta perniciosa sunt. φ Via.] ὀδὸς, *sed fortasse legendum*, ὀδοὺς, dens: *nam sic vulgata. S. Ambr. 3. off. cap. 16.* sagitta ferrata. χ Sicut acetum.] *Symmachus*, ὥσπερ ὄξος ἐπὶ νίτρῳ, καὶ ᾄδων ἐν ᾄσμασιν ἐπὶ καρδίαν λυπηράν, tanquam acetum in nitro, & qui cantat in canticis ad cor triste. ψ Sicut tinea.] *S. Hier. lib. 1. adu. Iouin. habet*, sicut in ligno vermis; ita perdit virum suum vxor malefica. *Origenes in Matth. c. 13.* Quemadmodum in ligno vermis; sic dolor viri lædit cor. *Tota ista sententia abest à vulgata.* ω Suscitat nubes.] *Aq.* ὠδίνει ὄμβρον, parturit imbrem. *Symmachus*, διαλύει βροχήν, *quod vulgata*, dissipat pluuias. αα Honorare.] *Symm.* ἐξερευνᾶν δὲ τιμὴν ἑαυτοῦ δόξαν, inuestigare autem honorem sibi, gloriam. *Th.* καὶ ἐξερευνῶντι δεδοξασμένα, δόξαν, & inuestiganti ea, quæ glorificata sunt, gloriam.

CAP.

A

CAP. XXVI.

QVOMODO ros in messe, & quomodo pluuia in æstate, sic [α] non est insipienti honor. Sicut aues auolant, & passeres; sic [β] maledictum vanum non superueniet vlli. Sicut [γ] flagellum equo, & stimulus asino; sic virga genti [δ] iniquæ. Noli respondere imprudenti ad imprudentiam eius; ne similis ei fias: sed responde stulto [ε] ad stultitiam eius: vt non videatur sapiens apud se. Ex [ζ] vijs suis opprobrium facit, qui misit verbum per nuncium imprudentem. [η] Aufer gressum crurum, [θ] & iniquitatem ex ore imprudentum. B Qui alligat lapidem in funda; similis est ei, qui dat imprudenti gloriam. Spinæ nascuntur in manu temulenti, seruitus autem in manu imprudentum. Multis procellis iactatur omnis caro imprudentum: [ι] conteritur enim ecstasis eorum. Sicut canis cum redierit ad suum vomitũ, & odibilis efficitur; sic [κ] imprudens sua malitia reuertens ad peccatum suum. [λ] Est cõfusio adducens peccatum, & est confusio, gloria, & gratia. Vidi virum, qui videtur apud se sapiens esse; spem quidem habet magis insipiens eo. Dicit piger missus ad viam: leo in vijs, & in platæis sicarij: sicut ianua vertitur [μ] super cardinem; ita piger super lectum suũ. Abscondens piger manum in [ν] sinu suó, [ξ] non poterit mittere ad os. Sapientior sibi piger videtur [ο] eo, qui in saturitate refert nunciũ: sicut qui tenet [π] caudam canis; sic qui præsidet alieno iudicio. C Sicut qui [ρ] curantur, proijciunt verbam homines, qui autem occurrit verbo, primus supplantabitur; sic omnes, qui [σ] insidiantur suis amicis: cum autem [τ] visi fuerint; dicunt, quia ludens feci. In [υ] multis lignis germinat ignis: vbi autem non est [φ] dissentiens; quiescit rixa. Craticula carbonibus, & ligna igni: vir autem [χ] maledicus [ψ] ad tumultum rixæ. Sermones [ω] assentatorũ molles: hi vero [αα] percutiunt in penetralia [ββ] viscerum. Argentum datum cum dolo, tanquam testa reputandum. Labia [γγ] læuigata cor occultant [δδ] triste. [εε] Labijs omnia annuit deplorans inimicus: in D corde autem fabricatur [ζζ] dolos. Si te rogauerit inimicus [ηη] magna voce, ne credideris: septem enim sunt nequitiæ in anima eius. [ηη] Qui occultat inimicitiam; componit dolum: reuelat autem sua peccata bene notus in consessibus. Qui fodit [θθ] foueam proximo; incidet in eam: qui autem voluit lapidem; super seipsum voluit. Lingua mendax odit veritatem: os autem [ιι] non tectum facit [κκ] ruinas.

[α] Non est.] *Symm. & Th.* οὐκ ἔπρεψεν, non decuit. [β] Maledictum vanum.] *Ita S. Hier. adu. Rufi. A. S. Th.* κατάρα δωρεάν, maledictum gratis. [γ] Flagellum.] *Sic Lucifer pro S. Athan. Aq. & Th.* κημὸς, camus. *Symm.* φιμὸς, frænum. *Vulgata tamen ex hebræo camum asino attribuit.* [δ] Genti iniquæ.] *Lucifer*, genti insipienti. *Th.* σώματι ἀνοήτῳ, corpori dementis. [ε] Ad stultitiam.] *Sic S. Hieronymus adu. Rufin. In lib de singularitate Cleri. inter opera S. Cypriani*, contra ipsius insipientiam. [ζ] Vijs.] *Procopius habet*, ποδῶν, pedibus. E [η] Aufer gressum.] *Compl.* πορίαν, facultatem. *Symm.* ἐξέλιπον κνῆμαι ἀπὸ χωλοῦ, καὶ παραβολὴ ἐν στόματι, defecerunt tibiæ à claudo, & parabola in ore. [θ] Iniquitatem.] *Sic etiam Procopius, & plerique ex impressis. In alijs est*, παροιμίαν, prouerbium. [ι] Conteritur enim ecstasis eorum.] *In vno libro est*, ἔκτασις, extensio. *Th.* καὶ φιμῶν ἄφρονα φιμοῖ χόλους, & frænans imprudentem frænat iras. *Symm.* καὶ ὁ φράσσων ἄφρονα ἐμφράσσει ὀργὰς αὐτοῦ, & qui cohibet imprudentem, obstruit iras eius. [κ] Imprudens.] *Aq. & Th.* ἀνόητος δευτερῶν ἐπὶ ἀφροσύνῃ αὐτοῦ, demens iterans in stultitia sua, *quomodo fere vulgata.* [λ] Est confusio.] *Abest hæc sententia à Compl. & vulg. tractatur autem à S. Ambr. in ps. 43.* [μ] Super cardinem.] *Aq* ἐπὶ στροφέα αὐτῆς, super cardinem suum. [ν] Sinu.] *A. S. Th.* ἐν τῇ μάλῃ, in axilla. [ξ] Non poterit.] *Aut*, οὐ δύναται, non potest, *vt alij. Aq. & Th.* ἐμόχθησεν, laborauit. *Symm.* ἀπενάρκησεν, obtorpuit. [ο] Eo, qui in saturitate refert nuncium.] *Symm.* ὑπὲρ ἑπτὰ ἀποκρινομένους γνώμην, super septem respondentes sententiam. [π] Caudam.] *Th.* ὤτων, aures. *Symm.* ὠτὸς, aurem. [ρ] Qui curantur.] *Quasi insanientes. Hoc enim visum est hoc loco significare*, οἱ ἰώμενοι.

Nonnulli

Nonnulli libri habent, πειρώμενοι, lacessentes: *quod Sch. tribuit Symmacho, sicut Aquila*, κακουχούμενοι, male mcrati. σ Qui insidiantur.] *Symm.* ἀνὴρ δολιῶν, vir fraudum. τ Visi fuerint.] *S. Hier. adu. Rufin.* Qui insidiatur amicis suis, cum visus fuerit, dicit, ludens feci. *Procopius, & Complut.* φωραθῶσι, deprehensi fuerint. υ In multis lignis.] *Symm.* μὴ ὄντων ξύλων ἀποσβεσθήσεται πῦρ, si non sint ligna, extinguetur ignis. φ Dissentiens.] *Nonnulli*, ὀξύθυμος, cerebrosus, iracundus. *In aliquo est*, οὗ δὲ ἔστι θυμὸς, οὐχ ἡσυχασθήσεται μάχη, vbi autem est furor; non silebit pugna. χ Maledicas.] *Sic S. Hier. adu. Rufi. Aq.* τοῦ θρυσοῦ, susurro. *Symm.* δόλιος, dolosus. *Th.* γογγυστὴς, murmurator. ψ Ad tumultum rixæ.] *Aq. & Th.* ἀνάξαι δικασίαν, ad succendendam litem. ω Assentatorum.] κερκώπων, *quasi caudatorum, & cauda blandientium. Aq.* λόγοι τοῦ θρυσοῦ γοητικοὶ, verba susurronis decipientia. *Symm.* λόγοι γογγυστοῦ ἐν παρέργῳ, verba murmuratoris obiter dicta. *Th* λόγοι ἐνθυμίου (*al.* ἐνθυμία) ὡς ἐξαπλούμενοι, verba astuti, quasi simplicia. αα Percutiunt.] *A. S. Th.* κατέβησαν, descenderunt. ββ Viscerum.] *Schol.* κοιλίας, ventris. γγ Leuigata.] *In quibusdam*, δόλια, dolosa. *Aq. & Th.* καιόμενα. *Sym.* φλεγόμενα, ardentia. δδ Tristi.] *In nonnullis est*, πονηρὸν, malignum. εε Labijs.] *A. S Th.* ἐν χείλεσιν αὐτοῦ ἐπιγνωσθήσεται μισῶν, *quod vulgata*, labijs suis intelligitur inimicus. ζζ Dolos.] *Aquila*, ἐπίθεσιν, fraudem. ηη Magna voce.] *Sic Cassianus coll. 5. cap. 25. S. autem Hieronymus adu. Rufin.* inimicus tuus parcens (*fortasse*, precans) voce magna. ηη Qui occultat.] *Symm.* καλύπτων μῖσος διὰ λήμματα, ἀποκαλυφθήσεται κακία αὐτοῦ ἐν ἐκκλησίᾳ, qui occultat odium per captiones; (*aut*, assumptiones,) reuelabitur malitia eius in ecclesia. θθ Foueam.] *Aq. & Symm.* διαφθορὰν, corruptelam, perniciem. ιι Non tectum.] *A. S. Th.* λεῖον, læuigatum, lubricum. κκ Ruina.] *Aut*, ἀκαταστασίαν, ruinam. *Symm.* ὀλίσθημα, *eodem sensu*.

A

B

CAP. XXVII.

NE glorieris in ijs, quæ in crastinum: non enim cognoscis, quid pariet α superueniens dies. Laudet te vicinus, & non os tuum, β alienus, & non tua labia. Grauis est lapis, & vix portabilis arena: sed ira stulti grauior vtroque. γ Crudelis est indignatio, & acuta ira: sed δ nihil sustinet zelus. Meliores correptiones manifestæ ε abscondita amicitia. Fideliora sunt vulnera amici, quàm ζ spontanea oscula inimici. Anima, quæ in saturitate est, fauis illudit: animæ autem η egenti etiam amara dulcia videntur. Sicut cum auis deuolauerit è proprio nido; sic homo seruus fit, θ cum peregrinatus fuerit è proprijs locis. Vnguentis, & vinis, & odoramentis delectatur cor: ι disrumpitur autem à calamitatibus anima. Amicum tuum, vel amicum paternum ne dereliqueris: in domum autem fratris tui ne ingrediaris κ improspere agens. Melior λ amicus, qui prope, quàm frater procul habitans. Sapiens esto fili, vt lætetur cor tuum, & μ auerte à te exprobrabiles sermones. Astutus malis superuenientibus abscondit se: imprudentes autem superuenientes damnum ν patientur. ξ Aufer vestimentum eius: ο præterijt enim iniuriosus, π qui quidem aliena vastat. Qui benedixerit amicum mane ρ grandi voce; à maledicente nihil differre videbitur. Stillicidia eijciunt hominem in die hiemali de domo sua: similiter & mulier σ maledica de propria domo. τ Aquilo durus ventus, nomine autem dexter vocatur. Ferrum acuit ferrum: vir autem exacuit faciem amici. υ Qui plantat ficum, comedet fructus eius: qui autem custodit suum dominum, honorificabitur. Sicut non similes facies faciebus, ita neque φ cogitationes hominum. Infernus, & perditio non implentur: similiter & oculi hominum insatiabiles. Abominatio Domino obfirmans oculos, & indisciplinati incontinentes lingua. Probatio argento, & auro χ ignitio: vir autem probatur per os laudãtium eum. Cor iniqui exquirit mala: cor autem rectum quærit scientiam. ψ Si flagellaueris imprudentẽ in medio consessus inhonorans; non auferes imprudentiam eius. ω Euidenter cognosces αα animas gregis tui: ββ & applicabis cor tuum tuis armentis: quoniam non in seculũ viro robur, & fortitudo: neque tradit ex generatione in generationem. Adhibe curam his, quæ in campo sunt, γγ viriditus, & attondebis herbam, & congrega fœnum æstiuũ, vt habeas oues in ve-

C

D

E

A in vestimentum: cole campum, vt sint tibi * agni. Fili à me habes verba fortia ad vitam tuam, & ad ** vitam ministrorum tuorum.

α Superueniens.] *Aq. S. Th.* ἡμέρα, dies. β Alienus.] *Aq. & Symm.* ξένος, extraneus. γ Crudelis est indignatio.] *Sic S. Hier. adu. Rufin. Symm.* καταπνίζων θυμός vellicās furor. δ Sed nihil sublinet zelus.] *S. Hieron. ibid.* & zelus impatiens est. *Schol.* ζῆλος τῶν ἀμφοτέρων χαλεπώτερος, zelus vtriusque difficilior. Alius interpres, τίς δὲ ὑποστήσεται κατὰ πρόσωπον, quis subsistet ad faciem: *& hebræus addit*, inuidiæ. ε Abscondita amicitia.] *Symm.* ἡ φιλία κεκρυμμένη, quam amicitia abscondita. ζ Spontanea.] *Aq.* ἱκετηρία supplicantia. *Sym. & Th.* πεπληθυμένα, turbata, *nimirum præ frequentia.* η Egenti.] *Cæteri interpretes*, πεινῶντι, esurienti, *& sic Cassianus.* θ Cum peregrinatus fuerit.] *Sym.* μετακινούμενος, translatus. ι Dirumpitur autem à calamitatibus anima.] *Aq.* καὶ γλυκαίνει ἑταῖρον ἀπὸ βουλῆς ψυχῆς, & dulcedine perfundit amicum suum consilio animæ. κ Improspere agens.] *Sym.* ἐν ἡμέρᾳ κακώσεώς σου, *quod vulgata*, in die afflictionis tuæ. *Th.* ἐπαγωγῆς, *eodem sensu, vt multis alijs locis patebit.* λ Amicus.] *Cæteri interpretes*, γείτων, vicinus, *vt vul-*

B *gata.* μ Et auerte à te exprobrabiles sermones.] *Symm.* καὶ ἀποκριθήσομαι τῷ ὀνειδίζοντί με ῥῆμα, & respondebo probris afficienti me verbum. ν Patientur.] *Sic S. Amb. de Thobia cap* 20. ξ Aufer vestimentum eius.] *S. Ambr. ibid. aut aliter in suo codice habuit, aut istud* αὐτῶ, *sumpsit pro* σαυτῶ, *vt alibi. Ita enim inquit*, aufer vestimentum tuum, *& explanat. Sch. autem*, ὧν ἀφελοῦ τὸ ἱμάτιον ὕβρεις γὰρ ὄντες ἀλλοτρίοις λυμαίνονται, quorum aufer vestimentum: nam cum iniuriosi sint, alienis perniciem afferunt. ο Præterijt.] *S. Amb.* præterit. *A. S. & cæteri*, ὅτι ἐνεγγυήσατο ἀλλότριον, quia spopondit alienum. π Qui quidem aliena vastat.] *Aq. & Th.* καὶ περὶ ξένης ἐνεχυράσατε αὐτόν, & pro extranea capite pignus eius. *Similis sententia notata est supra.* ρ Grandi voce.] *Abest à Complut. sed non ab alijs, neque à vulgata.* σ Maledica.] *Ita S. Hier* 1. *adu. Iouin. Symm.* μαχίμη, rixosa. τ Aquilo.] *A. S. & cæteri*, κεκρυμμένος Σοφίας ἄνεμος καὶ ἔλαιον, (*ita enim corrigendum erratum typographi*) δεξιᾶς αὐτοῦ καλέσει, absconditus Aquilo ventus: & oleum dexteræ suæ vocabit. υ Qui plantat.] *A. & S.* διατηρῶν. *Th.* φυλάσσων, qui seruat, *vt vulgata.* φ Cogitationes.] *In multis* αἱ καρδίαι τῶν ἀνθρώπων ὅμοιαι, *& in aliquo*, τοῖς καρδίαις ὅμοιαι, *Origenes hom* 2 *in Num.* sicut diuersi sunt vultus vultibus, ita & diuersa sunt corda hominum. χ Ignito.] *Schol* χωνευτήριον, conflatorium. *Sequens autem sententia*,

C Cor iniqui, &c. *abest à Compl. & vulgata.* ψ Si flagellaueris.] *Aq. & Th.* ἐὰν κόψῃς τὸν ἄφρονα ἐν ὅλμῳ ἐν μέσῳ ὀμφακισμῶν ἐν ὑπέρῳ, si cædas imprudentem in pila in medio pistorum in pistillo. ω Euidenter.] *Sch.* ἐκ τῶν καρπῶν, ex fructibus. αα Animas.] *A. S. Th.* πρόσωπα, facies. ββ Applicabis.] *A. & Th.* δῷς, *Symm.* τάξον, pone. γγ Viridibus.] *S. Hier. in Abacuc cap.* 3. *vt legitur legisse*, χωρῶν, *habet enim* regionibus. * Agni.] *Sch* βουκόλια, armēta boum. ** Ad vitam ministrorum tuorum.] *A* εἰς ἄρτον οἴκου σου, ad panem domus tuæ. *Sym. & Th.* εἰς τὰ δέοντα τοῦ οἴκου σου, ad necessaria domus tuæ. *Aliud Sch. Sym.* τῶν κορασίων σου, puellaru tuarum.

CAP. XXVIII.

FVGIT impius nemine persequente: iustus autem tanquam leo, confidit. Propter peccata impiorum α iudicia suscitantur: vir autem astutus extinguet ea. β Fortis in impietatibus calumniatur pauperes: tanquam pluuia γ vehemens, & inutilis, sic δ qui derelinquentes legem, lau-

D dant impietatem: qui autem diligunt legem; circundant sibi murum. Viri mali non intelligent iudicium: quærentes autem Dominum intelligent in ε omni. Melior est pauper ζ vadens in veritate, diuite mendaci. Custodit legem filius intelligens: η qui autem pascit luxuriam; inhonorat patrem. Qui multiplicat diuitias suas cum vsuris, & excrescentijs; ei θ qui miseretur inopum, congregat eas. Qui declinat aurem suam, ne exaudiat legem; & ipse orationem suam ι abominabilem fecit. Qui seducit rectos in viam malam; in corruptionem ipse incidet: iniqui autem κ transibunt bona, & non ingredientur in ea. Sapiens apud se vir diues: pauper autem intelligens λ condemnabit

E eum. Per auxilium iustorum multa fit gloria: in locis autem impiorum capiuntur homines. Qui cooperit impietatem suam; non prosperabitur: qui autem μ narrat redargutiones; ν diligetur. Beatus vir, qui ξ veretur omnia per metū: durus autem corde incidet malis. Leo esuriens, & lupus sitiens, qui, cum inops sit, tyrannide dominatur genti pauperi. ο Rex egens prouentuum, π magnus sycophanta: qui autem odit iniustitiam; longum ρ tempus viuet. Virum, qui in causa mortis, spondens, profugus erit, & non in securitate. Erudi filium, σ & diliget te, & dabit ornatum animæ tuæ, non obediet genti iniquæ. Qui ambulat

τ iuste,

τ iuste; adiutus est: qui autem peruersus vijs vadit; implicabitur. Qui operatur suam terram; implebitur panibus: qui autem sectatur υ ocium; implebitur paupertate. Vir φ fidelis multa benedicetur: χ malus autem non impunitus erit. Qui non reueretur facies iustorum; non bonus: qui talis est; buccella panis vendet virum. Festinat ditescere vir ψ inuidus: & non nouit, quia ω misericors obtinebit eum. Qui corripit hominis vias; gratias reportabit magis αα eo, qui lingua gratificatur. ββ Qui abijcit patrem, vel matrem, & videtur non peccare; hic γγ consors est viri impij. δδ Infidelis vir iudicat temere: qui autem confidit super Dominum; in cura diligenti erit. Qui confidit εε audacia cordis; talis est imprudens: qui autem ambulat sapientia; saluabitur. Qui dat pauperibus, non egebit: qui autem auertit oculum suum; ζζ in multa penuria erit. In locis impiorum ηη gemunt iusti: in illorum autem perditione abundabunt iusti.

α Iudicia.] *Compl.* ϐρίσεις depressiones. *Aq. & Th.* πολλοὶ ἄρχοντες αὐτῶν, multi principes eorum. β Fortis in impietatibus.] *Nonnulli*, ἐν ἀσεβείᾳ, inter impios. *S. Hieronymus adu. Rufin.* Impius calumniatur pauperes. *Aq. & Th.* ἀνὴρ ἄπορος, καὶ συκοφαντῶν πτωχούς, vir pauper, & calumnians pauperes. γ Vehemens, & inutilis.] *Aq. S. Th.* ἀνεχκινῶς, καὶ οὐκ ἔστιν ἄρτος, non cohibens se, (*idest redundans*,) & non est panis. δ Sic, qui.] *S. Hieronymus in Eccles.* 11. Sic, qui derelinquunt sapientiam, & impietatem laudant. ε In omni.] *Cæteri interpretes*, πάντα, omnia. ζ Vadens in veritate.] *A. S. Th.* περιπατῶν ἐν ἁπλότητι αὐτοῦ, ambulans in simplicitate sua. η Qui autem pascit luxuriam.] *Aq.* καὶ νέμει συμβολοκόπους, & pascit comessatores. θ Qui miseretur.] τῷ ἐλεῶντι, *aut, vt alij*, ἐλεοῦντι. ι Abominabilem fecit.] *Non est inusitatum hoc modo accipi*, ἐβδέλυκται. *A. S. Th.* καίγε προσευχὴ αὐτοῦ βδέλυγμα, etiam oratio ipsius, abominatio. κ Transibunt.] *A. & Th.* κληροδοτηθήσονται, διελοῦνται, hæreditate accipient, partientur. *Verisimile est eos totam sententiam expressisse, quemadmodum vulgata*, & simplices possidebunt bona. λ Condemnabit.] *A. & Th.* ἐξιχνιάσει, scrutabitur. μ Narrat.] *A. & Th.* ὁμολογῶν, confitetur. *Symm.* ἐξαγορεύων, enunciat. ν Diligetur.] *Symmachus*, εὐοδωθήσεται, prosperabitur. ξ Veretur omnia per metum.] *Sic S. Cyprianus 3. testim.* ο Rex egens prouentuum.] *S.* ἡγούμενος (ἢ δυνάστης) ἐνδεὴς συνέσεων, *quod vulgata*, dux indigens prudentia. π Magnus sycophanta.] *Schol.* καὶ πολύστρεβλον, & abundans in extorsionibus. ρ Tempus viuet.] *Sch.* ζήσεται ζωήν, viuet vitam. σ Diliget te.] *Schol.* ἀναπαύσει σε, requiem dabit tibi. *Verum hæc sententia magna ex parte est etiam cap. sequenti, & hic abest à Compl. & vulgata. Contra autem in alijs quibusdam post eam, idest post illa verba*, gẽti iniquæ, *hæc sequuntur*, ὃς φράσσει τὰ ὦτα μὴ εἰσακοῦσαι ἀσθενοῦς, καὶ αὐτὸς ἐπικαλέσεται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ εἰσακούων, qui obturat aures, ne exaudiat imbecillum; & ipse inuocabit; & non erit, qui exaudiat, *quæ sententia est in cap. 21.* τ Iuste.] *Aut*, δίκαιος, iustus, *vt nonnulli codd. Aq. & Th.* τέλειος, perfectus. υ Ocium.] *Aq. & Th.* κενά, vacua: *alius interpres*, ἀπραγίαν, vacuitatem negociorum. φ Fidelis.] *Aq.* πιστῶν, fidem faciens, *idest, cui recte creditur: nam hæc videtur hoc loco istius verbi notio. Symma.* ἀληθής, verax. χ Malus autem.] *Schol.* ὁ δὲ σπεύδων τοῦ πλουτεῖν, οὐκ ἀθωωθήσεται, *quod vulgata*, qui autem festinat ditari; non erit innocens. ψ Inuidus.] *Schol.* φθονερός, *eodem sensu*. ω Misericors obtinebit eum.] *Symm.* ἔνδεια ἐπελεύσεται αὐτῷ, egestas superueniet ei. αα Eo, qui lingua gratificatur.] *Aq.* παρὰ λεαίνοντα γλῶσσαν, præ leniente linguam. ββ Qui abijcit.] *Compl.* ἀποβιάζεται, *& Schol.* ἀποσιάζεται, ἀτιμάζει, violat, inhonorat. *Aq. & Th* ἁρπάζων, diripiens. *Sym.* ἀδικῶν, iniurijs afficiens. γγ Consors.] *A. S. Th.* μέτοχος, particeps. δδ Infidelis.] *In alijs est*, ἄπληστος, insatiabilis. *Aq.* πλατὺς ψυχῇ ἐρεθίζει ἀντιδικίαν, latus animo concitat iurgium. *Symm.* πλατύψυχος παροξυνεῖ κρίσιν, latianimus acuit litem. εε Audacia cordis.] *S. Hieronymus adu. Rufin. in multis codicibus*, & qui confidit in cordis auaritia, stultissimus est. *In aliquo tamen est*, in cordis audacia. ζζ In multa penuria erit.] *Sic S. Cyprianus 3. testim. sed in lib. de opere, & eleem.* in magna: *vtrobique autem*, auertit oculos suos. *Sch.* οὐκ εὐοδωθήσεται, non prosperabitur. ηη Gemunt.] *Sic idem. 3. testim. Aq. S. Th.* κρυβήσονται, abscondentur.

CAP. XXIX.

MELIOR vir α correptionum, viro duræ ceruicis: repente enim β ardente eo non est medela. γ Dum laudantur iusti; lætabuntur populi: imperantibus autem impijs, gemunt viri. Viri amantis sapientiam lætatur pater eius; qui autem δ pascit meretrices, disperdet diuitias. Rex iustus erigit regionem: vir autem iniquus ε destruit. Qui præparat ad faciem sui amici rete; ζ illud circundat suis pedibus. η Peccanti viro magnus laqueus: iustus autem in gaudio, & in lætitia erit. Nouit iustus iudicare pauperibus: impius autem θ non cogitat scientiam: & inopi non inest mens cognoscens. Viri ι iniqui

κexusse-

A ꝝ exsufflerunt ciuitatem: sapientes autem auerterunt iram. Vir sapiens iudicabit gentes: vir autem nequam succensens deridetur, & non terret. Viri sanguinum participes odio habent sanctum: recti autem λ exquirent animam eius. Totam iram suam profert insipiens: sapiens autem μ dispensat per partem. Rege exaudiente verbum iniustum, omnes, ν qui sub eo, iniqui. Fœneratore, & debitore ξ inuicem concurrentibus, ο visitationem vtriusque facit Dominus. Regis in veritate iudicantis pauperes, sedes eius in π testimoniũ constituetur. Plagæ, & correptiones dant sapientiam: ρ puer autem errans confundit σ parentes suos. Cum multi sunt impij; multa fiunt peccata: iusti autem illis cadentibus timidi fiunt. B Erudi filium tuum: & requiem dabit tibi, & dabit τ ornatum animæ tuæ. υ Non erit enarrator genti iniquæ: custodiens autem legem beatissimus. Verbis non erudietur famulus durus: nam etsi intellexerit; sed non obediet. Si videas virum velocem in verbis; cognosce, quia spem habet magis insipiens eo. Qui deliciatur à puero; famulus erit: nouissime autem φ dolebit super se. Vir indignabundus χ suscitat contentionem; & vir iracundus effodit peccatum. ψ Contumelia virum humiliat: ω humiliter autem sentientes firmat gloria Dominus. Qui participat αα furi; odit suam animam: si autem iuramentum propositum audientes non annunciauerint, timentes, & reueriti homines β supplantati sunt: qui autem confidit in Domino; lætabitur. C Impietas viro dat prolapsionem: qui autem confidit in Domino; saluabitur. Multi colunt facies Ducũ: à Domino autem fit iustum viro. Abominatio * iustus vir viro iniusto: abominatio autem iniquo recte pergens via. γ Mulierem fortem quis inueniet? preciosior autem est lapidibus preciosis, quæ talis est. Confidit super eam cor viri eius, quæ talis est, pulchris δ spolijs non egebit. Operatur enim viro ε ad bona omni vita: ζ filans lanas, & linum, fecit, η quod vtile est, manibus suis. Facta est tanquam nauis mercaturam exercẽs de longe: congregat θ autem hæc vitam. Et surrexit de ι noctibus, & dedit κ escas domui, & opera ancillis. D Considerans agrum emit: & de fructibus manuum suarum plantauit possessionem. Præcincta fortiter λ lumbũ suum, μ firmauit brachia sua ad opus. Et gustauit, quia bonum est ν operari, & non extinguitur lucerna eius totam noctem. Cubitos suos extendit ad ξ vtilia, & manus suas ο firmat ad fusum. Manus autem suas aperuit pauperi, & palmam extendit inopi. Non est solicitus de ijs, quæ in domo vir eius, sicubi moratus fuerit. Omnes enim qui ab ea, π induti sunt. Duplices ρ vestes fecit viro suo, de bysso autẽ, & purpura sibi indumenta: σ conspicuus autem fit vir eius in portis; quandocumque sederit in cõsessu cum τ senibus habitatoribus terræ. Sindonas fecit, & vendidit υ cingula Chananæis. Os suum aperuit φ attente, & legitime, & χ ordinem posuit linguæ suæ. E Fortitudinem, & decorem induit, ψ & lætata est in diebus nouissimis. ω Constrictæ mansiones domorum eius: ααα cibos autem pigros non manducauit. Os autem aperit sapienter, & congruenter legibus: eleemosyna autem β eius γ suscitauit filios eius, δ & ditati sunt, & vir eius laudauit eam. Multæ filiæ ε acquisierunt diuitias, multæ fecerunt virtutem: tu autem emines, supergressa es vniuersas. Fallaces gratiæ, & vana pulchritudo mulieris: mulier enim ζ intelligens benedicitur: timorem autem Domini ista laudet. Date ei de fructibus η labiorum eius, θ & laudetur in portis vir eius.

ꝝ Correptio-

a Correptionum.] *Hoc aptius hebræo, & sententiæ, quàm si vertatur,* corripiens. *Significat enim eum, qui corripi se sinit.* β Ardente eo.] *A.S.Th.* συντριβήσεται, contereturr. γ Dum laudantur.] *Aq.* ἐν τῷ πληθύνειν δικαίους, *quod vulgata,* in multiplicatione iustorum. δ Pascit.] *Aq.* νέμων πόρνας, *eodem sensu.* ε Iniquus.] *Aq. & Th.* ἀφαιρεμάτων, demptionum, *aut,* oblationum: *de qua dictione alibi notatum.* ζ Illud suis pedibus.] *Pro,* αὐτό. *Compl. habet* περιβαλεῖ αὐτῷ, *& sic interpretatur, & interpungit,* qui præparatur ad vultum sui amici, rete circumiacies ei suis pedibus. *In comm. in prou. inter opera. S. Hier.* Denique clausulam prioris versiculi antiqua editio manifeste posuit, retia circundat suis pedibus. υ Peccanti.] *Aq.* ἐν ἁμαρτίᾳ ἀνδρὸς παρανόμου πρόσκομμα, in peccato viri iniqui offensio. *Sym.* ἐν ἀδικίᾳ ἀνδρὸς πονηρὸν σκάνδαλον, in viri iniustitia malum scandalum. θ Non cogitat scientiam.] *In aliquo libro, & Compl. est,* οὐ συνήσει δίκην, non intelliget causam. ι Iniqui.] *In nonnullis libris est,* λοιμοί, pestilentes, *& pro scholio est appositum,* ἄνομοι. κ Exusserunt.] *Sym.* ἐθυμίασαν, incenderunt. λ Exquirent.] *Sym.* ἐπιζητήσουσιν, *eodem sensu.* μ Dispensat per partem.] *Cassianus coll. 16. cap. 27.* per partes. *S. Hier. adu. Rufin.* in partes. *Sym.* ἐπ' ἐσχάτων καταπαύσει αὐτόν, in nouissima mitigat eam. ν Qui sub eo.] *A.S.Th.* λειτουργοὶ αὐτοῦ, ministri eius. *Sch.* ὑπηρέται, *eodem sensu.* ξ Inuicem concurrentibus.] *Sch.* ἐλθόντων ἐπὶ τὸ αὐτό, venientibus in idipsum. ο Visitationem.] *A.S.Th.* φωτίζων ὀφθαλμοὺς ἀμφοτέρων ὁ κύριος, illuminans oculos vtriusque Dominus. π In testimonium constituetur.] *Lucifer pro S. Athan.* in testimonium resurget. *A.* εἰς ἔτι, in posterum. *Sym.* εἰς ἀεί, in sempiternum. *Alius interpres,* εἰς αἰῶνα, in seculum. ρ Puer autem errans.] *Aq.* ἐξαποστελλόμενος, dimissus. *Sym.* νέος δὲ ἀφειμένος, iuuenis autem dimissus. σ Parentes.] *Sch.* μητέρα, matrem. τ Ornatum.] *Sym. & Th.* τρυφάς, delicias. υ Non erit enarrator genti iniquæ.] *Pro his in capite præcedenti, vbi etiam prædicta sententia habetur, videtur dictum,* non obediet genti iniquæ. *Aq.* ἐν τῷ μὴ ὄντος ὁράματος ἀποσκεδασθήσεται λαός, *quod vulgata,* cum prophetia defecerit, dissipabitur populus. φ Dolebit super se.] *Sym.* ἔσται γογγυσμός, erit murmuratio. χ Suscitat.] *Nonnulli,* ὀρύσσει, fodit. *Sym.* ἐρεθίζει μάχην, irritat pugnam. ψ Contumelia.] *Cæteri interpretes,* ὑπερηφάνεια ἀνδρὸς ταπεινώσει αὐτόν, superbia uiri humiliabit eum. ω Humiliter autem sentientes firmat.] *In aliquot libris est,* ἐγείρει, erigit. *Sch.* καὶ ταπεινόφρονα ἀντιλήψεται δόξης, & humilis spiritu suscipiet gloriam. αα Furi.] *Aq.* μετὰ κλέπτου, cum fure. ϐ Supplantati sunt.] *In aliquot libris,* ὑποσκελισθήσονται, supplantabuntur. * Iustus vir.] *In aliis,* δικαίῳ ἀνὴρ ἄδικος, iusto vir iniustus, *quod respondet vulgatæ. Quod autē in aliquot libris nostræ editionis pro,* ἀδίκῳ, *irrepsit* δικαίῳ, *vitium typographi est.* γ Mulierem.] *Hæc etiam in vulgata sunt in extremo prouerbiorum cap. 31. itemque in Compl. & initijs sententiarum sunt apposita literæ alphabeti hebraici, singulis singulæ. In multis autem libris græcis sunt ad finem capitis 24.* δ Spolijs.] *Sch.* λαφύρων, *eodem sensu.* ε Ad bona omni vita.] *In aliquot libris est,* ἀγαθόν, καὶ οὐ κακὸν πάντα τὸν βίον, bonum, & non malum omni vita. *Schol.* χρόνον tempore. *A.S.Th.* πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτῆς, omnibus diebus vitæ suæ. ζ Filans.] *Aq. S. Th.* ἐζήτησεν quæsiuit: *alius interpres,* εὑραμένη, cum inuenisset. η Quod vtile est.] *Aq. & Th.* ἐν βουλῇ, in consilio. *Sym.,* ἐν θελήματι, in voluntate. θ Autem hæc vitam.] *A nonnullis abest illud* δέ, *& coniunguntur hæc cum antecedente,* de longe congregat, *& sequitur,* αὐτῆς τὸν πλοῦτον, suas diuitias. *In Sch. autem apponitur,* βίον. ι De noctibus.] *A.S.Th.* ἔτι οὔσης νυκτός, dum adhuc est nox. κ Escas.] *Th.* σύνταξιν, constitutionem. *Sym.* πρόσταγμα, præceptum: *sed fortasse hæc varietas pertinet ad id, quod sequitur,* opera. *nam ibi hebræus habet,* statutum, *idest pensum, vel quod conuenit.* λ Lumbum.] *Aq. & Th.* τὸν νῶτον, dorsum. μ Firmauit.] *Sym.* ἐνεδυνάμωσεν, roborauit. *Aq. & Th.* ἐκαρτέρωσεν, durauit. ν Operari.] *Symm. & Th.* ἐμπορία, negociatio. ξ Vtilia.] *A.S.Th.* ἀνδρεία, *& vulgata,* fortia, *quod alij interpretantur,* vertibulum. ο Firmat ad.] *Sch.* ἐκράτησε, tenuit. π Induti sunt.] *Sch.* ἐνδιδύσκονται, induuntur. ρ Vestes.] *Et proprie crassas, vt clamydes, aut penulas. Hoc enim videtur valere* χλαίνας. *S. Ambr. 2. de fide cap. 1. dixit,* binas vestes. *Aq. & Th.* περιστρώματα, peristromata, *Sym.* ἀμφιτάπης, tapetia. σ Conspicuus.] *Sym.* γνωστός, notus. τ Senibus.] *Sch.* πρεσβυτέρων, senioribus, *& à quibusdam abest illud, quod sequitur,* κατοίκων. υ Cingula.] *Schol.* ζώνην, zonam. *In aliquo autem libro est,* περιζώματα δέ cingula autem, *in nonnullis,* καὶ ἀπέδοτο τοῖς φοίνιξι, καὶ περιζώματα τοῖς χαναναίοις. & vendidit Phœnicibus, & cingula Chananæis. φ Attente.] *Sch.* ἐν σοφίᾳ, in sapientia. χ Et ordinem posuit linguæ suæ.] ἐστείλατο, *aut* ἐτείλατο. *Sym.* καὶ νόμος ἐπίχαρις τῇ γλώσσῃ αὐτῆς. *Th.* χάριτος ἐπὶ γλώσσῃ αὐτῆς, *quod vulgata,* & lex clementiæ in lingua eius. *Verum tota hæc sententia abest à Compl. & in vulgata non est hoc loco, sed tantum post sequentem. Ac fortasse hæc & illa, quæ paulo post in nostra sequitur,* os autem aperit sapienter, *sunt duæ interpretationes eiusdem sententiæ.* ψ Læta est.] *In aliquo libro est,* εὐφρανθήσεται, lætabitur. *Aq. S. Th.* γελάσεται, ridebit, *vt vulgata.* ω Constrictæ mansiones.] *Idest diligenter obseptæ, & custoditæ. Symmachus,* σκοπεύει πορείας, considerat itinera, & vias. ααα Cibos autem pigros.] *Schol.* ἄρτον ὀκνηρίας, panem socordiæ. ϐ Autem eius.] *In Compl. additur,* ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτῆς, in lingua eius, *& sequitur sententia, quæ in nostra præcessit,* constrictæ mansiones, &c. γ Suscitauit filios eius.] *Compl.* ἀνέστησαν τὰ τέκνα αὐτῆς, surrexerunt filij eius. δ Ditati sunt.] *A.S.Th.* ἐμακάρισαν αὐτήν, beatificauerunt eam. ε Acquisierunt diuitias, multæ fecerunt virtutem.] *In aliquot libris est,* ἐποίησαν δύναμιν, πολλαὶ ἐποίησαν δυνατά, Fecerunt virtutem, multæ fecerunt potentia. *Sed in scholio notatur pro* δύναμιν, *alium interpretem dixisse* δυνατά. *Omnino hæc repetitio non est in hebræo: in quo eadem dictio in vulgata transfertur,* diuitias, *ab alijs,* virtutem. ζ Intelligens benedicitur: timorem autem Domini ista laudet.] *Aq.* φοβουμένη κύριον, αὕτη ὑμνηθήσεται, timens Dominum, ipsa laudabitur. η Labiorum.] *A.S.Th.* χειρῶν, manuum. θ Et laudetur in portis vir eius.] *Symmachus,* αἰνείτω τὰ ἔργα αὐτῆς, laudent opera eius. *Aquila,* καὶ ὑμνήσουσιν αὐτὴν ἐν πύλαις ποιήματα αὐτῆς, & laudabunt eam in portis opificia eius.

ECCLE-

ECCLESIASTES.

CAP. I.

VERBA Ecclesiastæ filij Dauid regis [α] Israel in Hierusalem. [β] Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. [γ] Quid superest homini in omni [δ] labore suo, quo laborat sub sole? Generatio vadit, & generatio venit, & terra [ε] in seculum stat. Et oritur Sol, & occidit Sol, & ad locum suum [ζ] ducit, oriens ipse ibi, [η] vadit ad Austrum, & gyrat ad Aquilonem: [θ] gyrat gyrãs vadit spiritus, & in circulos suos reuertitur spiritus. Omnes torrentes vadunt in mare, & mare [ι] non est impletum. Ad locum, [κ] quo torrentes erunt, illuc ipsi reuertuntur ad eundum. Omnes sermones [λ] graues, [μ] non poterit vir loqui. Et non satiabitur oculus vidẽdo: & non implebitur auris ex auditu. Quid est, quod fuit? ipsum quod [ν] futurum est. Et quid est, quod factum est? ipsum, [ξ] quod faciendum est. Et non est omne [ο] recens sub Sole. [π] Quis loquetur, ac dicet, vide, hoc nouum est? iam fuit in seculis, quæ fuerunt ante nos. Non est memoria primis: & quidem nouissimis, cum facta fuerint, non erit [ρ] eorum memoria [σ] cum eis, qui futuri sunt in nouissimo. Ego Ecclesiastes fui rex super Israel in Hierusalem: & [τ] dedi cor meum ad inquirendum, & [υ] considerandum in sapientia de omnibus, quæ fiunt sub Sole. [φ] quoniam distentionem malam dedit Deus filijs hominum; vt distendantur in ea. Vidi vniuersa opera, quæ facta sunt sub Sole: & ecce omnia [χ] vanitas, & [ψ] præsumptio spiritus. Peruersum non poterit adornari: & [ω] imminutio non poterit numerari. Loquutus sum ego [αα] in corde meo, dicens: Ecce ego magnificatus sum, & [ββ] adieci sapientiam super omnes, qui fuerunt ante me in Hierusalem: [γγ] & dedi cor meum, vt noscerem sapientiam, & scientiam. Et cor meum vidit multa, sapientiam, & scientiam, [δδ] parabolas, & scientiam. Cognoui ego, quia [εε] & hoc est præsumptio spiritus. Quia in multitudine sapientiæ multitudo [ζζ] cognitionis: & qui apponit scientiam; apponit [ηη] dolorem.

[α] Israel.] *S. Hieron. in comm. inquit superfluum hic esse*, Israel. [β] Vanitas vanitatum.] *S. August. sole dicere*, vanitas vanitantium. *Schol.* Cæteri, ἀτμὶς ἀτμῶν. *S. Hieron.* quod nos possumus vaporem fumi, & auram tenuem, quæ cito resoluitur, appellare. [γ] Qui superest.] *Sic S. Hieron. in tralatione, quam ipse vulgatam nominat, nos vulgatam antiquam dicemus, & à qua nos illum imitati raro discederemus, nisi esset admista cum alijs interpretationibus. Aq. & Symm.* τί πλέον τῷ ἀνθρώπῳ. *&* S. Hieron. *in sua*, quid habet amplius homo. *S. Ambr. in psal.* 118. *serm.* 12. Quæ abundantia homini, &c. [δ] Labore suo, quo laborat.] *Aqu.* κόπῳ, ᾧ ἐκοπίασεν *eodem sensu.* [ε] In seculum.] *Symma.* αἰῶνας, *eodem sensu.* [ζ] Ducit.] *Sic S. Hieron. ex vulgata tum* editione

A

editione, & in explanatione pro eodem accipit, ducit, &, trahit. *Schol. ex* Aquila, ἑλκυσεῖ. S. *Hier.* quod Aquila interpretatur, προσπνεῖ, id est aspirat, Symmachus vero, & Theodotio recurrit. η Vadit.] Sym. κατανττᾷ. S *Hieron*. Symmachus hunc locū ita interpretatus est. Vadit ad meridiem, & circuit ad boreā; perambulans vadit ventus, & per quæ circuierat, reuertitur ventus. θ Gyrat gyrans.] *S. Hieron.* gyrans gyrando. ι Non est impletum.] *Idem*, non impletur. *Symm.* οὐ πλημμυρεῖ, non redundat, *vt S. Hieron. in sua*. κ Quo torrentes eunt.] *Sic hebræus fere ad verbum, licet apud* S. *Hieronymū in vulgata tunc editione*, de quo torrentes exeunt, illuc ipsi reuertuntur vt introeant: *quæ satis congruunt verbis, quæ in Schol. referuntur ex Symmacho*, εἰς τὸν τόπον ἀφ' οὗ οἱ ποταμοὶ πορεύονται, κἀκεῖ αὐτοὶ ἀναστρέφουσιν. λ Graues.] *Idest laboriosi. Symma.* κοπώδεις, *eodem sensu. Aq.* κοπιῶσι laborem afferunt. μ Non poterit vir loqui.] *Symm.* ἀδύνατόν ἐστιν ἄνθρωπον ... λέγοντα, fieri non potest, vt homo peruincat dicere. ν Quod futurum est.] *Sic S. Hieron. in sua. Sym.* τὸ ἐσόμενον, quod erit; *quemadmodum idem in vulgata antiqua.* ξ Quod faciendum est.] *Symmac.* τὸ μέλλον ἔσεσθαι, *quod futurum est.* ο Recens.] *Aq. Symm.* καινὸν, nouum. π Quis loquetur.] *Visum est aptius hoc modo verti per interrogationem. S. Hieron. translationem tunc vulgatam hoc modo ponit in textu*, est ne verbum, de quo dicatur, vide, hoc nouum est, *sed in explanatione, referens tamen, vt videtur, quæ legerat in quodam libro, coniungit cum antecedentibus hoc modo*, non est omne recens sub sole, quod loquatur, & dicat, ecce hoc nouum est. *Symm.* ἆρα ἔστι τὸ ἐρεῖ τις. *S. Hieron.* Apertius hoc Symm. transtulit, putas ne est, qui possit dicere, vide, hoc nouum est, & iam factum est in seculo, quod fuit ante nos. *Et quod nostra habet*, ἔμπροσθεν ἡμῶν, *Schol. refert Symmachum dixisse* πρὸ ἡμῶν. ρ Eorum.] *Nonnulli*, αὐτοῖς, *& apud S. Hieronymum*, eis. σ Cum eis, qui futuri sunt in nouissimo.] *Symm.* παρὰ τοῖς ἐσομένοις μετὰ ταῦτα, apud eos, qui futuri sunt in posterum. τ Dedi.] *Sym* προέθηκα, proposui. υ Considerandum.] *Aqu.* ἐξερευνῆσαι inuestigare. φ Quoniam distentionem.] *S. Hier. in textu*, hanc occupationem. *In explanatione autem*, Aquila lxx. Theodotio περισπασμὸν similiter transtulerunt, quod distentionem latinus interpres expressit, eo quòd in varias sollicitudines mens hominis distenta lanietur Symm. vero ἀσχολίαν, idest occupationem transtulit *Quod notatur etiam in Sch. & paulo post pro* περισπᾶσθαι, *dixisse*, ἀσχολεῖσθαι, vt occuparetur. χ Vanitas.] *Aq.* ἀτμὸς, vapor. ψ Et præsumptio spiritus.] *Aq.* καὶ νομὴ ἀνέμου, & pastio venti. *S. Hier.* Aquila, & Th. νομὴν, Sym. βόσκησιν, translationem, lxx. autem interpretes non hebræum sermonem expressere, sed syrum, dicentes, προαίρεσιν. Siue ergo νομὴ, siue βόσκησις, à pastione vocabulum est, προαίρεσις autem melius voluntatem, quàm præsumptionem ... &c. ω Imminutio.] *Sym.* ὑστέρημα μὴ δυνάμενον ἀναπληρῶσαι ἀριθμὸν, defectus, qui non potest expleri ... αα In corde meo.] *Aq. & Sym.* μετὰ τῆς διανοίας μου cū mente mea. ββ Et adieci.] *Sym.* καὶ ὑπερέβαλον σοφίᾳ, & præcessi sapientia. γγ Et dedi cor meum, vt noscerem sapientiam, & scientiam.] *Absunt hæc à Complut. nos vero* S. *Hier. in vulgata antiqua, & sua habet post ista*, & cor meum vidit multa, sapientiam, & scientiam: & dedi, &c. δδ Parabolas.] *Aq.* πλάνας, errores. *Th.* παραφορὰς prolapsiones. *S. Hier. etiam in vulgata antiqua, nullaque in explanatione facta varietatis mentione habet*, errores, & stultitiam. *In sequenti quidem capite, simili prope loco est*, καὶ παραφορὰν, καὶ ἀφροσύνην. εε Quia & hoc.] *Sch.* ὅτι περὶ, τοῦτό ἐστι νομὴ ἀνέμου quia etiā hoc est pastio venti. *Vtraque interpretationem affert S. Hier. & hæc addit.* De præsumptione spiritus, siue pastione venti, quia sæpius in hoc libro dicitur, supra disseruisse sufficiat. ζζ Cognitionis.] *S. Hier. etiam in vulgata antiqua*, furoris: *nullamque vllius varietatis mentionem facit.* ηη Dolorem. *Aq.* βάσανον, tormentum.

B

C

CAP. II.

D

DIXI ego in corde meo: Veni nunc, tentabo te in lætitia, & vide in bono: & ecce etiam hoc α vanitas. Risui dixi β circumlationem, & iucunditati, quid γ hoc facis? δ Et consideraui, si cor meum trahet tanquam vinum carnem meam: & cor meum ε deduxit in sapientia, & ζ vt obtinerem lætitiam; donec viderem, quid sit η bonum filijs hominum, quod facient sub Sole, numero dierum vitæ suæ. θ Magnificaui opus meum, ædificaui mihi domos, plantaui mihi vineas, feci mihi hortos, & pomaria, & plantaui in illis lignum ι omne fructus. Feci mihi κ piscinas aquarum ad irrigandum ex eis saltū germinantem ligna. Mercatus sum mihi seruos, & ancillas: & vernaculi fuerint mihi: & quidem possessio armenti, & ouium multa fuit mihi super omnes, qui fuerunt ante me in Hierusalem. λ Congregaui mihi etiam argentum, etiam aurum, & μ opes regum, & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & ν delicias filiorum hominum, ξ ministrum vini, & ministras. Et ο magnificatus sum, & adieci π super omnes, qui fuerunt ab ante me in Hierusalem: & quidem sapientia mea adstitit mihi. Et omne, quod ρ postulauerunt oculi mei; nō abstuli ab eis. Non prohibui cor meum ab omni lætitia mea: quia cor meū lætatum est in σ omni labore meo. Et hoc fuit portio meo ex omni labore meo.

E

A meo. Et respexi ego ad omnia opera mea, quæ fecerunt manus meæ, [ν] & in laborem, quo laborauerã faciendo. Et ecce omnia [ο] vanitas, & voluntas, & spiritus: & non est abundantia sub sole. Et respexi ego, vt viderẽ sapientiã, & [χ] errorẽ, & [ψ] stultitiã; quia quis est homo, [ω] qui ingredietur post consilium? [αα] ea, quæ fecerũt ipsum? Et vidi ego, quia abũdantia est sapientiæ super [ββ] stultitiam, sicut abundantia lucis super tenebras. Sapientis oculi eius in capite eius: & stultus in tenebris ambulat. Et cognoui etiam ego, quia [γγ] euentus vnus eueniet omnibus eis. Et dixi ego in corde meo; sicut euentus stulti, ita & mihi eueniet: & vt quid [δδ] sapiens factus sum ego? [εε] Abundanter locutus sum in corde B meo: quoniam hoc quoque vanitas: [ζζ] quoniam insipiens ex abũdantia loquitur: quia non est memoria sapientis cum stulto in æternum, eo [ηη] quòd iam dies superuenientes, vniuersa obliuio operuit: & quomodo morietur sapiens cum stulto? Et odiui quidem vitam; quia [θθ] malum super me opus, quod factum est sub sole, quia omnia vanitas, & præsumptio spiritus. Et odiui ego omnem laborem meum, quem ego laboro sub sole: quia dimitto illum homini, [ιι] qui fit post me. Et quis nouit, vtrum sapiens sit, vel stultus? & [κκ] an potestatem habeat in omni labore meo, [λλ] quo laboraui, & quo sapiens factus sum sub sole? Etiam hoc vanitas. Et [μμ] conuersus sum ego, vt [νν] renunciarem cordi C meo in omni labore meo, quo laboraui sub sole: quia est homo, [ξξ] quia labor eius est in sapientia, & in scientia, & in [οο] virtute: [ππ] & homo, cui non laborauit in eo, dabit illi partem suam. Et quidem hoc vanitas, & nequitia magna, [ρρ] quoniam fit in homine in omni labore suo, & in voluntate cordis sui, quo ipse laborat sub sole: quia omnes dies eius [σσ] dolorum, & [ττ] iracundiæ distentio eius: & quidem in nocte non dormit cor eius. Sed & hoc vanitas est. Non est bonum homini, [υυ] quod comedet, & quod bibet, & quod ostendet animæ suæ bonum [φφ] in labore suo. Et quidem hoc vidi ego, quia de manu Dei est. Quis enim comedet, & quis [χχ] bibet sine illo? [ψψ] quoniam homini bono coram se dedit sapientiam, & scientiam, & lætitiam: & peccanti dedit [ωω] solicitudinem, vt D [ααα] augeat & congreget ad dandum bono ante faciem Dei. Quoniam & hoc vanitas, & præsumptio spiritus.

α Vanitas.] *Aq. ἀτμὸς, vt supra.* β Circumlationem.] *S. Gregorius Thaumaturgus in metaphrasi id sic explicat,* καὶ γέλωτα μὲν εἰκῇ φερόμενον ἐπέχον, & risum quidem, qui temere feratur, cohibui. *Symma.* τὸν γέλωτα εἶπον θόρυβον. *Aq.* πλάνησις. *S. Hier.* quod Aquila πλάνησιν, idest errorem, Sym. θόρυβον, hoc est tumultum interpretati sunt lxx. vero, & Theodotio, sicut in pluribus locis, ita & in hoc quoque concordant, & transtulerunt περιφοράν, quam nos verbum de verbo exprimentes, circumlationem possumus dicere. γ Quid hoc facis.] *Symm.* τί αὐτὴ ποιεῖς, quid ipsa facis? δ Et consideraui, si cor meum trahet.] *In aliquot libris est,* ἑλκύσει, dissoluet. *Aq. & Symm.* καὶ ἐνοήθην ἐν τῇ καρδίᾳ μου. S. Hieronymus *in vulgata antiqua,* consideraui in corde meo, vt traherem in vino carnem meam. ε Et cor meum deduxit.] *In multis codicibus additur,* με, me, *itemque apud S. Hieronymum. Symm.* ἵνα τὴν καρδίαν μου μεταγάγω εἰς σοφίαν, *quod in vulgata nostra,* vt animum E meum transferrem ad sapientiam. ζ Et vt obtinerem lætitiam.] καὶ τοῦ κρατῆσαι ἐπ' εὐφροσύνῃ, *idest regerem imperio, ac dominarer in exultantem lætitiam, ac gestientem voluptatem. S. Gregorius Thaum.* ἐγκράτεια δὲ δουλοῦται ἐπιθυμίαν, continentia autem in seruitutem redigit cupiditatem. S. *Hieronymus in textu vulgatæ antiquæ,* vt obtinerem stultitiam, *quasi habuerit,* ἀφροσύνην. *Sed in explanatione:* Eleganter autem voluptatem ebrietati comparauit (siquidem ebrietas euertit animi vigorem) quam qui potuerit sapientia commutare, & (vt in quibusdam codicibus habetur) obtinere; is poterit, &c. η Bonum.] *Sym.* τὸ σύμφορον, vtile. θ Magnificaui opus meum.] *S. Hier.* opera mea. *Schol.* μεγάλα ἐποίησά μοι ἔργα, magna feci mihi opera. ι Omne fructus.] *Idest fructiferum, aut omnis fructus. S. Hieronymus.* Plantantur arbores, non omnes fructiferæ, vt in latinis codicibus habemus, sed omnis fructus, hoc est diuersarum frugum, &c. κ Piscinas.] *Aq.* λίμνας *Symm.* δεξαμενάς, *eodem sensu.* λ Congregaui mihi.] *Symm.* ἤθροισα ἐμαυτῷ, *eodem sensu.* μ Opes.] *Aq.* ὕπαρξιν, substantias, *vt S. Hieronymus etiam in vulgata antiqua. Sym.* πεκούλια, peculia, res peculiares. ν Delicias.] *Aqu.* τρυφάς, *Symma.* σπατάλας, *eodem sensu.* ξ Ministrum vini, & ministras.] *In aliquo codice est,*

οἰνοχόους, & S. Hieronymus in textu, ministros vini, & in explanatione, vini fusores, & vini fusitrices. Aq. κυλίκιον, καὶ κυλίκια. S. Hieronymus videtur legisse, κυλίκια, καὶ κύλικας, minora vascula, & craterem, idque explanat: additque Symmachū dixisse, mensurarum species, & appositiones: Quare in sua tralatione est, scyphos, & vrceolos, &c. ε Magnificatus sum.] Symm. μεγέθει ὑπερέβαλον, magnitudine superaui. ς Super omnes, qui fuerunt ab ante me.] Illud, ab, abest à multis, & in scholio affertur ex Symmacho, ὑπὸ ἔμπροσθεν ἐμοῦ S. Greg. Thaum. τοσοῦτον ὑπερέβαλον τούτους τοὺς πρὸ ἐμοῦ βασιλεύσαντας, tam supergressus sum his eos, qui ante me regnauerunt. In alijs vero libris est, καὶ προσέθηκα σοφίαν παρὰ πάντας, ac S. Hier. & adieci sapientiam super omnes. ρ Astitit.] Agnoscit S. Hieronymus in hoc verbo, quod græce est, ἐστάθη, statum quendam permanentem, qui semper in plenitudine est. σ Postulauerunt.] Symm. ἐπεθύμησαν, concupiuerunt. τ In omni labore meo.] Sym. ἐν πάσῃ φιλοπονίᾳ μου, ex omni studio laborum meo. υ Et in laborem, quo laborraueram faciendo.] S. Hier. faciens. Symm. καὶ τὸν πόνον, ὃν ἐπόνησα διαπραττόμενος, & laborem, quem laboraui peragens. φ Vanitas, & voluntas spiritus.] Aq. ἀτμίς, καὶ νομὴ ἀνέμου, vt supra. χ Errorem.] S. Hier. errores. In quibusdam libris est, περιφοράν, circumlationem (vt etiam in nostra paulo superius) & Schol. παραφοράν. ψ Stultitiam.] Aq. & Symm. ἀφροσύνην, eodem sensu. ω Qui ingredietur post consilium.] S. Greg. Deinde seipsum tenens, quo oportet, conuerterit. Aq. τί δὲ ὁ ἄνθρωπος, ἵνα παρακολουθήσῃ βουλῇ, Quid autem homo, vt sequatur consilium. αα Ea, quæ fecerunt ipsum.] In vno libro pro τὰ est σὺν, & vtrumque nihil videtur ad sententiam facere, sed tantum respondere articulo hebræo. Putant autem multi his verbis, quæ prorsus respondent hebræo, hoc significari, qui non sit facturus ea, quæ fecerunt alij? In plerisque autem libris est, πάντα, ὅσα ἐποίησεν ἐν αὐτῇ, omnia, quæcumque fecit in eo. S. Hieronymus in vulgata antiqua sic habet totum hunc locum, quia quis est hominum, qui possit ire post regem ante factorem suum? in sua autem, quæ est nostra vulgata, quid est, inquam, homo, vt sequi possit regem factorem suum? Fatetur autem interpretationem lxx. longè ab hoc sensu discrepare: & non longè ab initio capitis, vbi sensum breuiter indicat, hæc videtur afferre ad hunc locum pertinentia, consequenter in laudem illius hominis erupi, qui post vitia se refrænans, virtutum possit esse sectator. S. Gregorius tamen ad hunc locum habet, φερόμενος ἀλόγως, qui fertur sine ratione. ββ Stultitiam.] Symm. ἀμαθίαν, vacuitatem disciplinæ. γγ Euentus.] Schol. ἓν τέλος τὸ δὲ πάντων φρονίμων, καὶ ἀφρόνων, vnus finis, in omnibus prudentis, & imprudentis. δδ Sapiens factus sum.] Symmachus, καὶ εἰς τί μοι ἡ σοφία μου, & ad quid mihi sapientia mea? εε Abundanter loquutus sum.] In nonnullis libris est, τὸ περισσόν, in aliquo, τότε περισσόν, & hebræus coniungit cum antecedentibus, vt quid sapui ego tunc excellentius? & loquutus sum, &c. De S. Hieronymo in sequenti notatione dicemus. ζζ Quoniam hoc quoque vanitas, quoniam insipiens ex abundantia loquitur.] Hæc eodem ordine habētur apud S. Gregorium, qui inquit, ὅπου γε τὰ φλυαρίας ῥεύματα ὥσπερ ἐκ πηγῆς ὁρμᾶται τῆς ἀφροσύνης, quandoquidem garrulitatis fluenta tanquam ex fonte erumpunt stultitiæ. In alijs libris græcis alius ordo est, διότι ἄφρων ἐκ περισσεύματος λαλεῖ ὅτι καί γε τοῦτο ματαιότης. Et S. Hieronymus, qui in textu hanc tantum secundam partem habet, in commentarijs confessus lxx. sensum hebraicum apertius transtulisse, licet verborum ordinem non sequutos, ita ex illis totum hunc locum refert: &, vt quid sapiens factus sum ego? tunc abundanter loquutus sum in corde meo, quoniam insipiens ex abundantia loquitur, quoniam hoc quoque vanitas, quia non est memoria, &c. ηη Eo quod iam dies.] In aliquo libro, & in Complut. est, καθότι ἤδη τῶν ἡμερῶν τῶν ἐρχομένων. S. Hieronymus, eo quòd ecce diebus, qui superuenient, vniuersa obliuio operiet. θθ Malum super me.] Symm. κακὸν γάρ μοι ἐφάνη τὸ ἔργον τὸ γινόμενον, malum enim mihi visum est opus, quod fit. ιι Qui fit.] In plerisque, γενόμενον, qui factus est: in nonnullis, γενησόμενον, & S. Hieronymus, qui futurus est post me. κκ Et an potestatem habeat.] Ab vno codice abest illud, εἰ. Aq. κυριεύσει. S. Hieronymus, & dominabitur. λλ Quo.] Symm. εἰς ὅ, in quo. μμ Conuersus sum.] Symm. περιῆλθον, circumegi me. νν Vt renunciarem.] Sch. ἀποταξασθαι, vt recusarem laborem. ξξ Quia.] S. Hier. cui. οο Virtute.] Schol. γρηγόρσει, vigore. ππ Homo, cui.] Videtur esse transpositio casuum, ac si diceretur, ἀνθρώπῳ, ὃς, homini qui, & ita S. Hier. ρρ Quoniam fit in homine.] Ab aliquo libro abest illud, ἐν. à Compl. etiam illud, ὅτι, quod tamen respondet hebræo, & videtur valere, quoniam quid. Sæpe valet, quid, &, qui. S. Hier. quid enim fit homini. Symm. ὅτι γὰρ περιγέγονε, quid enim amplius fuit. σσ Dolorum.] Aq. βάσανος, καὶ θυμός, tormentum, & ira. ττ Et iracundiæ distentio eius.] Schol. μόχθος, laboris, & ærumnæ. S. Hier. dolorum, & iracundiæ, curarumque. υυ Quod comedet.] Est hebraismus, & volunt suppleri, nisi quod comedit. φφ In labore suo.] Symm. ἀπὸ κόπου αὐτοῦ, de labore suo. χχ Bibet.] Symm. ἀναλώσει, sumptus faciet. Aq. φείσεται, & S. Hier. parcit. ψψ Quoniam homini bono coram se.] Rursus S. Hier. illud, ὅτι, qui. Symm. ἀρέσαντι αὐτῷ, qui placuit ei. ωω Solicitudinem.] Sic S. Hier. quod antea, dictionem. Sym. ἀσχολίαν, occupationem. ααα Vt augeat, & congreget.] Aquila, τὸ συλλέγειν, καὶ τὸ συναγαγεῖν, vt colligat, & congreget. Symm. ἀθροίσαι, καὶ ἀποθέσθαι, ἵνα δοθῇ ἐκείνῳ, ὃ ἀρέσει τῷ θεῷ, vt coaceruet, & reponat, vt dentur illi, cui placuerit Deo.

CAP. III.

OMNIBVS ᵅ tempus est, & tempus ᵝ omni rei sub cælo. Tēpus pariendi, & tēpus moriendi: tēpus plantādi, & tempus ᵞ euellendi, quod plantatū est: tempus occidēdi, & tempus sanandi: tempus destruendi, & tempus ædificandi: tempus flendi, & tempus ridendi: tempus plāgendi, & tēpus saltandi, tēpus ᵟ mittendi lapides, & tēpus colligēdi lapides: tēpus amplexandi, & tempus longe fieri ab ᵋ amplexu: tempus acquirendi, & tempus perdēdi: tēpus cu-

A pus custodiendi, & tempus proijciendi: tempus scindendi, & tempus consuendi: tempus tacendi, & tempus loquendi: tempus ζ amandi, & tempus odiendi: tempus belli, & tempus pacis. Quæ abundantia est facientis, in quibus ipse laborat? Vidi omnem distentionem, quam dedit Deus filijs hominum, vt distendantur in ea. Vniuersa, quæ fecit η bona in tempore suo. Et quidem θ omne seculum dedit in corde eorum, vt ι non inueniat homo opus, quod fecit, Deus ab initio, κ & vsque in finem. Cognoui, quia non est bonum in eis, nisi lætari, & facere bonum in vita sua. Et quidem omnis homo, qui comedet, & bibet, & viderit bonum in omni labore suo, donum Dei est. Cognoui, quia omnia, quæ fecit Deus, ipsa λ erunt in æternum. Super illud non potest adijci, & ab illo non potest auferri. Et Deus fecit, vt timeant à facie eius. Quod fuit, iam est: & quæ futura sunt, iam fuerunt. Et Deus quæret μ eum, qui persequutionem patitur. Et adhuc vidi sub sole locum iudicij, illic impius: & locum iusti, ν illic pius. Et dixi ego in corde meo: ξ iustum, & impium iudicabit Deus: quia tempus est ο omni rei, & super omne factum ibi. Dixi ego in corde meo de loquela filiorum hominis: π quia separabit illos Deus, & vt ostendat, quia ipsi iumenta sunt. ρ Et quidem eis euentus filiorum hominis, & euentus pecoris, euentus vnus eis. Sicut mors huius, ita & mors illius: & σ spiritus vnus omnibus: & quid abundauit homo à pecore? nihil: quia omnia vanitas. Omnia ad locum τ vnum: omnia facta sunt de υ puluere, & omnia reuertentur in puluerem. Et quis nouit spiritus filiorum hominis, si ascendat ipse sursum? & spiritus pecoris, si descendat ipse deorsum in terram? Et vidi, quia non est bonum, nisi quòd lætetur homo in operibus suis: quia hæc est pars eius. Quis φ enim adducet eum, vt videat in illud, quod futurum est post ipsum?

α Omnibus tempus.] *Sym.* παντὸς ὥρα, omnis rei est hora. β Omni rei sub cælo.] *Sym.* πάσης χρείας, omnis negocij, ac ministerij. γ Euellendi.] *Symm.* ἐκριζῶσαι, eradicandi. δ Mittendi.] *Sic S. Hier. in comm. ex lxx in textu autem*, spargendi, *&* Schol. ῥίψαι. ε Amplexu.] *Quidam libri habent*, περιλήμματος, *& Schol.* περιλήψεως, *sed idem sensus.* ζ Amandi.] *A.* ἀγαπᾶν, diligendi. η Bona in tempore suo.] *Sym.* καλὸν ἕκαστον ἐν καιρῷ ἰδίῳ, bonum vnumquodque in tempore proprio. θ Omne.] *Abest à S. Hieronymo, vt ab hebræo.* ι Vt non inueniat homo.] *Aquila*, ὡς οὐχ εὑρήσει ἄνθρωπος, quomodo non inueniet homo. κ Et vsque.] *Abest illud*, &, *à Compl. & S. Hieronymo, sed non ab hebræo.* λ Erunt.] *Sym.* διαμενεῖ, permanebunt. μ Eum, qui persequutionem patitur.] *Sic S. Hieronymus in vulgata antiqua, & Lucifer pro S. Athan. sed idem S. Hieron. in comm. interpretatur*, τὸν διωκόμενον, (*perinde ac scriptum esset*, τὸ διωκόμενον.) quod perijt, quod expulsum est, quod esse cessauit. *Sym.* ὁ δὲ θεὸς ἐπιζητήσει ὑπὲρ τῶν ἐκδιωκομένων, Deus autem inquiret pro ijs, qui vexati expelluntur. ν Illic pius.] *Ita & alij quidam codices, & Lucifer ibidem. S. Grego. Thaum.* εἶδον ἐν τοῖς κάτω μέρεσι κολάσεως μὲν βάραθρον τοὺς δυσσεβεῖς δεχόμενον, ὁσίοις δὲ χῶρον ἕτερον ἀνειμένον, vidi in infimis partibus, punitionis quidem barathrum impios recipiens, pijs autem locum alium tranquillum. *In plerisque vero libris est*, ἐκεῖ ὁ ἀσεβής, illic impius. *S. Hieronymus*, locum iudicij, vbi impietas; & locum iustitiæ, vbi iniquitas. ξ Iustum.] Sic *S. Hieronymus, quod græce est*, σὺν τὸν δίκαιον, *& illa* σύν, τόν, *videri possunt duæ interpretationes, quod in præcedente capite notatum est de* σύν, *&* τά, *vtrumque enim respondet articulo hebræo. Interdum tamen etiam apud S. Hieronymum vertitur*, simul. ο Omni rei.] *Aq.* πάσης χρείας, omnis negocij, *aut*, commoditatis. π Quia separabit illos Deus, & vt ostendat.] *S. Hieronymus*, separat vt ostendat. *Sch.* τοῦ ἐλέγξαι αὐτοὺς ὁ θεός, καὶ τοῦ δεῖξαι αὐτοῖς, vt argueret eos Deus, & vt ostenderet eis. ρ Et quidem eis euentus.] *S. Hieron.* siue quia euentus filiorum hominum. *Symm. pro*, συνάντημα, *dixit* σύμβαμα, *eodem sensu.* σ Et spiritus vnus omnibus: & quid abundauit homo à pecore? nihil.] *Symmachus*, καὶ ἀναπνοὴ ὁμοία πᾶσιν, καὶ τί πλέον ἄνθρωπος κτήνους; & respiratio similis omnibus: & quid amplius homo pecore? *Th.* καὶ τίς περίσσεια τοῦ ἀνθρώπου; & quæ præstantia homini? *Sanctus Hieronymus*, & amplius homini à pecore nihil est. τ Vnum.] *In plerisque additur*, πορεύεται, *& Sanctus Hieronymus*, omnia vadunt ad locum vnum. υ Puluere.] *Symmachus*, τῆς γῆς. *Sanctus Hieronymus*, humo. φ Quis enim adducet.] Symmachus, τί γὰρ αὐτὸν ἄξει θεάσασθαι τὰ ἐσόμενα μετ' ταῦτα; quid enim eum adducet ad videndum, quæ erunt post hæc? *S. Hieron. refert ex Symmacho*, vt videat antea, quæ futura sunt post hæc.

CAP.

CAP. IV.

ET conuerti me ego,& vidi vniuersas ᵅ calũnias, quæ ᵝ factæ sunt sub sole. Et ecce ᵞ lachryma eorum,qui calumnias sustinent:& nõ est, qui ᵟ consoletur eos:& de manu calumniantium eos fortitudo,& non est eis consolator. Et ᵋ laudaui ego ᶎ omnes mortuos,qui iam mortui sunt,super viuẽtes, quicumque ipsi viuunt vsque nunc. Et bonus super hos duos,qui nondum ᶯ factus est, qui non vidit ᶿ omne opus malum, quod factum est sub sole. Et vidi ego vniuersum laborem,& simul ᶥ omnem virtutem operis:quia ᵏ ipsum æmulatio viri à sodali eius. Et quidem hoc vanitas,& præsumptio spiritus. Stultus ᶺ cõplexus est manus suas,& comedit carnes suas. Bona plenitudo pugilli ᵘ requietis super ᵛ plenitudines duorum pugillorum laboris, & præsumptionis spiritus. Et ᵡ conuersus sum ego,& vidi vanitatem sub sole. Est vnus & ᵒ non est secundus:& quidem filius,& frater non est ei:nec est ᵖ finis omni labori eius. Et quidem oculus eius non satiatur diuitijs. Et cui ego laboro, & fraudo animam meam ᵖ bonitate? Sed & hoc vanitas,& ᶳ distẽtio pessima est. ᵗ Boni duo super vnum,quibus est eis merces bona in labore suo:quia si ceciderint; vnus eriget ᵘ participem suum. Et væ ipsi vni,cum ceciderit, & ᵠ non fuerit secundus,qui erigat eum. Et quidem,si dormient duo;etiam calor erit illis:& vnus quomodo calefiet? Et si ᵡ inualuerit vnus,duo stabunt aduersus eum:& funiculus ᵠ triplex non cito rumpetur. Bonus est puer pauper,& sapiens super regem seniorem, & stultum, ω qui nescit prouidere in posterum. ᵅᵅ Quoniam de domo vinctorũ egredietur,vt regnet:quia etiam in regno suo factus est pauper. Vidi vniuersos viuentes,qui ambulant sub sole, ᵝᵝ cum adolescente secundo, qui* stabit pro illo. Non est finis omni ᵞᵞ populo,vniuersis,qui fuerunt ante illos. Et quidem nouissimi non lætabuntur in eo. Sed & hoc vanitas,& præsumptio spiritus. Custodi pedem tuum, cum vadis in domum Dei, & ᵟᵟ propinquus ad audiendum. Super donum insipientium,sacrificium tuum:quia nesciunt, quod faciunt ᵋᵋ malum.

α Calumnias.] *Symm.* τοὺς συκοφαντουμένους, eos,qui calumnijs opprimuntur. β Factæ sunt.] *Compl.* γινομένας, *& S. Hieronymus*, quæ fiunt. γ Lachryma.] *Sic etiam hebræus. Symm.* δάκρυα *& S. Hieronymus*, lachrymæ. δ Qui consoletur.] *Symmachus.* παρηγορῶν παραμυθούμενος, *eodem sensu.* ε Laudaui.] *Sym.* ἐμακάρισα, beatificaui. ζ Omnes.] *Abest ab aliquo libro, & à* S. Hieron. *S. Ambr. in psal.* 118. *serm.* 18. & laudaui ego mortuos magis,quàm viuentes:& optimum iudicaui super hos eum qui nondum natus est, qui non vidit hoc opus mali. η Factus est.] *Symm.* ἐγεννήθη, natus est, *vt S. Hieron.* θ Omne opus malum.] *Rursus istud*, omne, *abest ab aliquo libro, & à S. Hier.* Symm. τὰ κακὰ ἔργα τὰ γινόμενα, mala opera,quæ fiunt. ι Omnem virtutem.] *Symm.* σύμπασαν γοργότητα, omnem vigorem,& alacritatem. κ Ipsum.] *Est hebraismus, & significat*, est. *S. Hieron. habet tantum*, quia æmulatio. λ Complexus est.] *Symmachus*, περιπλέκεται ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, complicatur manibus suis. *Apud* S. Ambrosiũ *epist.* 36 *sequitur*, & deuorauit viscera sua. μ Requietis.] *Symm.* μετ' ἀναπαύσεως. *S. Hieron.* melior est plenus pugillus cum requie. ν Plenitudines duorum.] *Symma.* πληρώματα ἀμφοτέρων χειρῶν . . . καὶ κακώσεως πνεύματος, plenitudine vtrarumque manuum . . . & afflictio spiritus. *S. Hieron.* quàm plenitudo manuum laboris, &c. ξ Et conuersus sum.] *Symm.* καὶ πάλιν ἀναστρέψας κατέμαθον. Et rursus reuertens didici. ο Non est.] *Sym.* οὐ μὴ ἔσται δεύτερος, non erit secundus. π Finis.] *Aq.* τέλος, *eodem sensu.* ρ Bonitate.] *Symm.* ἀγαθοῦ, bono. σ Distentio.] *Symm.* ἀσχολία, occupatio. τ Boni duo.] *S. Ambr. epist.* 17. optimi duo super vnum. *S. Hier.* meliores duo, quam vnus. *Symm.* εἰσὶν ἀμείνους δύο ἑνός. ἔχουσι γὰρ κέρδος ἀγαθόν, sunt meliores duo vno: habent enim emolumentum bonum. υ Participem.] *Aq.* φίλον amicum. *Symm.* ἑταῖρον, sodalem. *In aliquot libris legitur*, ὅτι ἐὰν πέσῃ ὁ εἷς, ὁ ἕτερος ἐγείρει τὸν μέτοχον αὐτοῦ. *S. Ambr. ibid.* quia si ceciderit vnus;alter erigit sociũ suum. *S. Hier.* quia, si ceciderit vnus,eriget particeps socium suum. φ Non fuerit.] *Schol.* οὐκ ἔστιν, non est, *vt* S. Hieron. χ Inualuerit vnus.] *Symma.* ἐπισχύσῃ τις ἑνός, inualuerit quis super vnum. *S. Hieron.* super

eum vnus

A eum vnus. ϟ Triplex.] *Symm.* τετριπλωμένον, ἢ τριπλοῦν, *eodem sensu.* ω Qui nescit prouidere.] *Aq.* ὃς οὐ γινώσκει τοῦ φυλάξασθαι, qui nesciet cauere. αα Quoniam de domo.] *Symm.* ὁ μὲν γὰρ ἐκ φυλακῆς ἐξῆλθε βασιλεῦσαι. ὁ δὲ καίπερ βασιλεὺς γεννηθεὶς ἠπορήθη: *paulo post verborum Symmachi interpretationem totam simul afferemus.* ββ Adolescente.] *Sym.* παιδός. * Stabit.] *In aliquo libro est* ἀναστήσεται, *& S.Hieron.* consurget. γγ Populo.] *S.Hieron.addit,* eius. *Aquila,* οὐκ ἔστι τέλος τῷ παντὶ λαῷ, *eodem sensu. S.Hieronymus ex Symmacho sic refert totum hunc locum, vsque ad,* custodi. Melior est puer cum sapientia, rege sene, & insipiente, qui nescit præcauere vicissitudinem. Alter enim exit de carcere ad regnandum: alter vero, cum esset rex natus, paupertate oppressus est. Vidi omnes viuentes, qui gradiuntur sub Sole cum adolescente secundo, qui surrexit pro eo. Infinitus omnis populus, qui fuit ante vtrumque: & posteri non lætabuntur in eo. Sed & hoc aura, & pasto venti. δδ Propinquus.] *Sic hebræus. Aq* καὶ ἔγγιζε ὥστε ἀκούειν, *& S.Hier.tam in vulgata antiqua, quàm in sua,* & appropinqua, vt audias. εε Malum.] *S.Hieronymus,* quid faciunt malum, *in sua autem,* quid faciunt mali. *In plerisque vero codicibus est pro* κακὸν, *est* καλὸν, bonum.

B

CAP. V.

NOLI [a] festinare in ore tuo: & cor tuum non festinet ad proferendum verbum in conspectu Dei: quia Deus in cælo sursum, & tu super [β] terram. [γ] Propter hoc sint verba tua pauca: quia [δ] aduenit somnium, in multitudine solicitudinis: & vox stulti in multiplicatione sermonum. * Prout voueris votum Deo, ne moreris reddere illud: quia [ε] non est voluntas in insipientibus. Tu igitur quæcumque voueris, redde. [ζ] Bonum est non vouere te, C quàm vouere te, & non reddere. Non des os tuum, [η] vt peccare facias carnem tuam: & ne dixeris in conspectu [θ] Dei, quia [ι] ignorantia est, ne irascatur Deus super vocem tuam, & [κ] disperdat opera manuum tuarum. Quia in multitudine somniorum, [λ] & vanitatum, & verborum plurimorum: [μ] quare tu Deum time. Si calumniam pauperis, [ν] & direptionem iudicij, & iustitiæ videris in regione, ne mireris super negocio: quia excelsus super excelsum [ξ] ad custodiendũ, & [ο] excelsi super eos: [π] & præstantia terræ in omni est, rex agri culti. Qui diligit argentum; non implebitur argento: [ρ] & quis dilexit in multitudine eorũ fructum? sed & hoc vanitas. In multitudine [σ] bonitatis multiplicati sunt, qui comedunt eam. Et [τ] quid fortitudo ei, qui ab ea? [υ] quia principium videre D oculis suis. Dulcis somnus serui, siue paululũ, & siue multum comederit: & [φ] ei, qui saturatus est ditescendo, non est dimittens eum dormire. Est [ϟ] languor, quem vidi sub Sole, [ω] diuitias custoditas ei, qui ab eis, in malum ei: & [αα] peribunt diuitiæ illæ in distentione pessima. Et genuit filium, & non est in manu eius quicquam. Sicut exiuit de vtero matris suæ nudus; reuertetur, vt eat, sicut venit: & nihil accipiet in labore suo, vt [ββ] eat in manu sua. Sed & hoc languor pessimus. Sicut enim aduenit; ita & abibit. Et [γγ] quæ abundantia eius, qua laborat in ventum? Et quidem [δδ] omnes dies eius in tenebris, & in luctu, & iracundia multa, & languore, & insania. [εε] Ecce ego vidi E bonum, quod est pulchrum, comedere, & bibere, & cernere bonitatem in omni labore suo, quocumque laborauerit sub Sole, [ζζ] numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus: hoc quippe est pars eius. [ηη] Et quidem omnis homo, cui dedit ei Deus diuitias, & substantiam, concessitque ei, vt vesceretur ex eis, [θθ] & tolleret partem suam, & lætaretur in labore suo; hoc Dei donum est. Non enim multum recordabitur dierum vitæ suæ, quia Deus [ιι] occupat eum in lætitia cordis eius.

a Noli.]

α Noli festinare.] *Symm.* μὴ προπετὴς γίνου τῷ στόματί σου, ne sis præceps, & temerarius ore tuo. β Terram.] *In aliquot libris additur,* κάτω, deorium: *sed apud S. Hier. neque hoc est, neque illud,* sursum, *quod præcessit; quemadmodum neque in vulgata.* γ Propter hoc.] *Quidam libri habent,* ὅτι τοῦτο, *& Schol.* διὰ τοῦτο, *sed idem sensus.* δ Quia aduenit.] *S. Hier.* veniet. *Symm.* παρέσται ὄνειρος διὰ πλῆθος ἀνομίας, accidet somnium propter multitudinem iniquitatis. * Prout voueris.] *Sic S. Cypr. 3. testim. S. Hier.* cum votum voueris Deo. ε Quia non est voluntas.] *S. Hier.* subauditur Dei. *Symm.* οὐ πάρεστι χρεία ἀφρόνων, non est opus insipientibus. ζ Bonum.] *Symm.* βέλτιον. *S Hier.* melius est non vouere, quàm vouere, & non reddere. η Vt peccare.] τοῦ ἐξαμαρτεῖν, *Sym. pro* τοῦ, *habet* ὥστε *eodem sensu.* θ Dei.] *S. Hier.* angeli. ι Ignorantia.] *Testatur S. Hier. Aquilam dixisse,* ἀκούσιον, non spontaneum. κ Disperdat.] *Aq.* διαλύσῃ, dissoluat. λ Vanitatum, & verborum plurimorum.] *Supplendum esse,* ne credas, *videtur significare S. Hier. ex hebræorum sententia. Symm.* διὰ γὰρ πλῆθος ὀνείρων ματαιότητες, καὶ λόγοι πολλοί, nam propter multitudinem somniorum vanitates, & verba plurima: *& ita etiam refert postremam hanc partem, S. Hier. in textu tralationis vulgatæ antiquæ.* μ Quare.] ὅτι. *S. Hier.* sed. ν Direptionem iudicij, & iustitiæ.] *S. Hier.* ruinam iudicij, & iniustitias. ξ Ad custodiendum.] φυλάξαι. *Alij codices,* φυλάξει, *aut,* φυλάξεται. *S. Hier.* custodit. ο Et excelsi super eos.] *Symm.* καὶ ὑψηλότερος ἐπάνω αὐτῶν *& S. Hier.* & excelsior est super illos. π Et præstantia terræ in omni est, rex agri culti.] *Si suppleatur, quod in hebræo videtur exprimi,* seruus est, *sententia esse poterit, vt multi putant, tanti ponderis esse agriculturam, vt vel ipse rex necesse habeat seruire agro culto. S. Hieron. in tralatione antiqua,* & amplius terræ in omnibus est rex in agro culto. *& satis bonam sententiam elicit. Symm.* ἐπὶ παντὶ αὐτὸς ἐστι βασιλεὺς τῇ χώρᾳ εἰργασμένῃ, super omne ipse est rex regioni cultæ. ρ Et quis dilexit in multitudine eorum fructum?] *Quasi dicat pugnare hæc inter se, vt quis diligat multitudinem, & copiam diuitiarum; atque ex ipsis capiat fructum. S. Hieron. etiam in antiqua,* & qui diligit diuitias; non fruetur eis. σ Bonitatis.] S. Hier. bonorum multi sunt, qui comedunt ea. τ Et quid fortitudo ei, qui ab ea?] *In aliquo libro est,* καὶ τίς. *S. Hier.* & quæ est fortitudo habenti illam, *nimirum multitudinem opum.* υ Quia principatus.] *Hæc videtur elici posse sententia. Possessor ex hac copia nullum alium principatum, nihil amplius præ alijs habet, quàm spectare aceruos pecuniarum suarum; cæteroqui plus quàm vnius hominis, vt inquit. S. Hier.* cibum capere non potest. *Quare idem in tralatione antiqua,* nisi, vt videat oculis suis: *nec multo aliter Sym.* εἰ μὴ μόνον θεωρία ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. φ Et ei, qui saturatus est.] *Symm.* ὁ δὲ πληρωθεὶς τοῦ πλούτου οὐκ ἐᾷ καθεύδειν, *quod in eadem vulgata antiqua,* & saturitas diuitis non sinit eum dormire. χ Languor.] *Symm.* νόσος κακή. *S. Hier. est* languor pessimus, *& apud S. Ambr. in ps. 1.* est languor malus. ω Diuitias custoditas ei, qui ab eis, in malum ei.] *Aq.* εἰς πονηρὸν αὐτῷ, *eodem sensu. Satis autem respondet hebræo ista constructio. Sed in vulgata antiqua,* diuitias custodiri in malum possidentis eas, *vt etiam apud S. Ambr. ibid.* αα Et peribunt diuitiæ illæ in distentione pessima.] *S. Hier.* peribunt. *Symm.* ἐπὶ ἀσχολίαν κακήν, super occupationem malam. ββ Vt eat in manu sua.] *S. Hier.* vt teneat in manu ipsius. *Symm.* ὃ συναπελεύσεται, quod simul abibit. γγ Quæ abundantia eius, qua laborat.] *S. Hier.* qui laborat. *Symm.* τί οὖν περισσὸν αὐτῷ μοχθήσαντι; Quid igitur amplius ei, qui laborauit? δδ Omnes dies eius in tenebris.] *S. Hier.* omnibus diebus suis in tenebris comedit. εε Ecce ego vidi bonum.] *Aliqui,* ἰδοὺ ὃ εἶδον ἐγὼ, *& S. Hier.* ecce quod vidi ego bonum, quod est optimum. *Symma.* ἐμοὶ οὖν ἐφάνη, Mihi igitur visum est. ζζ Numero.] *Symm.* ψήφῳ, calculo. ηη Et quidem.] *Aquila,* ἀλλὰ καί. *Quare S. Hier. sæpe pro,* & quidem, *in tralatione etiam antiqua habet,* sed &. θθ Et tolleret partem suam, & lætaretur in labore suo.] *S. Hier. habet tantum,* & tolleret de labore suo. *Symm.* καὶ ἀπολαῦσαι τῆς μερίδος αὐτῶν, & frueretur parte ipsorum, *fortasse* ὑπαρχόντων. ιι Occupat.] *Notat S. Hier. hoc loco* περισπασμὸν *in meliori parte accipi.*

CAP. VI.

EST malum quod vidi sub Sole: & multum est α sub homine: vir, cui dabit ei Deus diuitias, & substantiam, & gloriam: & β non est deficiens anima sua ex omnibus, quæ desiderabit: & non γ dabit ei Deus potestatem, vt manducaret ex eo: quia vir alienus comedet illud. Hoc vanitas est, & languor pessimus. Si genuerit vir δ centum, & annis multis vixerit, & ε multitudo quæcumque fuerint dies annorum eius, & anima eius non ζ repleatur ex η bonitate, nec sepulchrum fuerit illi; dixi bonum super eum abortiuum. In vanitate quippe venit, & in tenebris vadit, & in tenebris nomen eius abscondetur. Et quidem Solem non vidit, θ nec cognouit requietes huic super hunc, & ι vixit mille annorum reditus, & bonitatem non vidit; nonne ad locum vnum vadunt omnia? Omnis labor hominis in ore ipsius: & quidem anima non implebitur. κ Quoniam abundantia sapienti super insipientem, λ eo quòd pauper nouit ire ad faciem vitæ. μ Bonum est aspectus oculorum super ambulantem anima. Hoc etiam vanitas, & præsumptio spiritus. Si ν quid fuit; iam vocatum est nomen

A est nomen eius, & cognitũ, quod est homo, & non poterit iudicari cum [ξ] fortiore super se. Quia sunt verba multa multiplicantia vanitatem,

[α] Sub homine.] *Aliqui codices*, ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους, super homines. *hebræus*, super hominem. *Symmachus*, παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, *quod etiam est in Complut. & S. Hieron. etiam in vulgata antiqua*, frequens apud homines. [β] Non est deficiens.] *Ad verbum ex heb. S. Hieron.* & nihil deest animæ eius ex omnibus bonis, quæ desiderauit. [γ] Dabit ei Deus potestatem.] *Symm.* δίδωσι, dat. *S. Hieron.* dedit. [δ] Centum.] *Sic hebræus: & S. Hier. in epist. ad Eph. c. 6. ac subintelligendum tamen*, libros, *quod exprimit S. Hieron. hic.* [ε] Multitudo quæcumque.] πλῆθος ὅτι. *S. Hieron.* & plures fuerint dies. [ζ] Non repleatur.] *Sic S. Hieron. quod græce*, οὐ πλησθήσεται, *aut* οὐ πληρωθήσεται, *aut* οὐκ ἐμπλησθήσεται. *Th.* οὐ χορτασθήσεται, non erit saturata. [η] Ex bonitate.] *S. Hier.* bonis. [θ] Nec cognouit requietes huic super hunc.] *Quidam*, ἀνάπαυσιν, requietem. *Et in vno codice post hæc sequitur*, οὐδὲ ἐπιγνώσθη διαφορὰς ἑτέρου πρὸς ἕτερον, *quod videtur ex alia interpretatione, & conuenire cum*

B *tralatione S. Hieronymi*, neque cognouit distantiam boni, & mali. *Sed apud eumdem in tralatione antiqua est alia constructio, quam multi putant respondere hebræo*, et quidem Solem non vidit, nec cognouit; requies huic magis, quàm illi. [ι] Et vixit mille annorum reditus.] *In vno libro vetere, itemque in Compl. est*, καὶ εἰ ἔζησε. *S. Hier.* & si vixerit mille annos duplices. [κ] Quoniam abundantia.] *Valet interdum istud*, ὅτι, *ac si diceretur*, quid enim, *aut*, quæ enim, *aut*, quis enim: *quare hic alij codices*, ὅτι τίς περισσεία, quæ enim præstantia, *non raro autem redundat.* [λ] Eo quòd pauper.] *S. Hier.* quid pauperi, nisi scire, vt vadat contra vitam? [μ] Bonus est.] *Symm.* βέλτιον προβλέπειν, ἢ ὁδεύειν ὡς ἀρέσκει, *quæ S. Hier sic interpretatur*, melius est prouidere, quàm ambulare, vt libet. [ν] Siquid fuit.] *S. Hier.* Quid est, quod futurum est. [ξ] Fortiore.] *In aliquot libris est*, ἰσχυρού, forti; *& Schol.* ἰσχυροτέρου. *S. Hier.* cum fortiore se.

CAP. VII.

C QVID plus homini? Quis enim cognouit [α] bonum homini in vita? numerum dierum vanitatis eius, & [β] fecit ea in vmbra? Quia, quis annunciabit homini, quid erit post eum sub Sole? Bonũ est nomen [γ] super oleum bonum, & dies mortis super diem natiuitatis. Bonum ire ad domũ luctus, quàm ire ad domum conuiuij, eo quòd hic est finis omnis hominis: & qui viuit, dabit [δ] bonum ad cor suum. Bonum est ira super risum, quia in [ε] malo vultus fiet bonum cor. Cor sapientum in domo luctus, & cor insipientum in domo lætitiæ. Bonum est audire increpationem sapientis super virum audientem carmen stultorum. [ζ] Sicut vox spinarũ sub olla; ita risus stultorum. Etiam

D hoc vanitas: quoniam calumnia [η] circumfert sapientem, & perdit [θ] cor vigoris eius. [ι] Bonum est nouissimum sermonum super principium. Bonum est longanimis super [κ] excelsum spiritu. Ne festines [λ] in spiritu tuo irasci: [μ] quia furor in sinu stultorum requiescet. Ne dixeris, [ν] quid factum est; quia dies priores erant boni super hos? [ξ] quia non in sapientia interrogasti de hoc. Bona est sapientia cum hæreditate, & amplius videntibus Solem: [ο] quia in vmbra eius sapiẽtia, sicut vmbra argenti: & [π] abũdantia scientiæ sapientiæ viuificabit eũ, qui ab ea. [ρ] Vide opera Dei: quoniam quis poterit adornare, quem Deus peruerterit eum? In die bonitatis [σ] viue in bono, & [τ] vide in die mali, vide. Et qui-

E dem [υ] huic congruenter istud fecit Deus de loquela, vt nõ inueniat homo post eum quicquam. Omnia vidi in diebus vanitatis meæ. Est iustus periens in [φ] iusto suo: & est impius [χ] manens in malitia sua. Noli esse iustus [ψ] multum, & noli [ω] argumentari plusquam oportet: nequando obstupescas. Ne impie agas multum, & noli esse durus; ne moriaris in tempore non tuo. Bonum est inhærere te in hoc: & quidem ab hoc [αα] ne contamines manum tuam: quoniam [ββ] timentibus Deum egredientur omnia. Sapientia [γγ] adiuuabit sapientem super decem potestatem habentes, qui sint in ciuitate: quia homo nõ est iustus in terra, qui

ra, qui faciet bonum, & non peccabit. Et quidem ββ in omnes sermones, quos loquentur impij, ne posueris cor tuum; vt non audias seruum tuum γγ maledicentem tibi. Etenim frequenter δδ malignabitur in te, & multis modis male afficiet cor tuum, nempe quia etiam tu εε maledixisti alijs. Omnia hæc tentaui in ζζ sapientia. ηη Dixi sapiens efficiar: & ipsa elongata est à me θθ longe super id, quod eram: & alta profunditas: ιι quis inueniet eam? κκ Circuiui ego, & cor meum, vt cognoscerem, & λλ considerarem, & quærerem sapientiam, & μμ numerum, & vt cognoscerem impij stultitiam, & turbulentiam, & νν circumlationem. Et inuenio ego eam, & dicam amariorem super mortem mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagænæ cor eius, vinculum in ξξ manibus eius. οο Bonus coram Deo, eructur ab ea: ππ & qui peccat, capietur in illa. Ecce hoc inueni, dixit Ecclesiastes: ρρ vna ad vnam, vt inuenirem rationem, quam quæsiuit anima mea: & non inueni. Et hominem vnum de mille inueni: & mulierem in omnibus his non inueni. σσ Solummodo ecce hoc inueni, quod fecit Deus hominem rectum: & ipsi ττ quæsierunt cogitationes multas. Quis nouit υυ sapientes, & quis nouit solutionem verbi?

α Bonum.] *In aliquo libro est*, τὸ ἀγαθὸν, *&* S. Hier. quid sit bonum. *Symmachus*, τίς γὰρ οἶδεν, ὃ συμφέρει, quis enim nouit, quod confert. β Et fecit ea in vmbra.] *Apud S. Hier.* & faciet ea, quasi vmbram. *In vno vetusto est*, καὶ ἐποίησεν αὐτοὺς ὡς σκιὰν & fecit eos (*videtur enim referri ad illud* ἡμερῶν,) quasi vmbram. *Compl.* αὐτοὺς ἐν σκιᾷ, eos in vmbra. γ Super oleum bonum.] *Symmachus*, κρεῖσσον μύρου εὐώδους, *&* *S. Hieronymus ex Symmacho*, melius est nomen bonum, quàm vnguentum bene olens. δ Dabit bonum.] *Apud Sanctum Hieronymum*, dabit ad cor suum, *idest*, figet ibi mentem suam. *Symmachus*, προσέξει τῇ διανοίᾳ, attendet mente, *aut, vt refert S. Hieronymus*, &, qui viuit, respiciat ad mentem. ε In malo.] *Aquila*, ἐν κακώσει, in afflictione. *Apud S. Hieronymum*, quia in mœrore vultus emendabitur cor. *Ex Symmacho autem refert hæc*, per tristitiam quippe vultus melior fiet animus. ζ Sicut vox spinarum.] *Ita S. Ambrosius ad Virg. In aliquo codice est*, ὅτι ὡς, *&* *apud* S. Hieronymum, quia sicut. *Schol.* διὰ γὰρ φωνῶν ἀπαιδεύτων ἐν δεσμωτηρίῳ γίνεταί τις, *&* *S. Hieronymus ex* Symmacho *hæc refert*, per vocem imperitorum, vinculis quippiam colligatur. η Circumfert.] *Aquila*, πλανήσει, seducet. *Symmachus*, θορυβήσει, turbabit. *S. Hieronymus in vtroque textu*, calumnia conturbat sapientem. θ Cor vigoris eius.] *Nonnulli habent*, εὐτονίαν (*ita enim corrigendum in editione græca*) τῆς καρδίας αὐτοῦ, vigorem & constantiam cordis eius. *S. Hieronymus in comm.* Pro eo, quod lxx. & Aquila, & Th. interpretati sunt, perdit cor, εὐγενείας αὐτοῦ, idest fortitudinis, siue vigoris eius, Symmac. ait, & perdit donum: *at multi ex hebræo vertunt*, & perdet cor donum. ι Bonum est nouissimum sermonum.] *S. Hieronymus*, melius est nouissimum sermonis: *&* *in vno libro est*, λόγου. *Symmachus*, βέλτιον τέλος λόγου τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ, melior est finis sermonis principio eius. κ Excelsum spiritu.] *Symmachus*, ὑψηλοκάρδιον, excelsum corde. λ In spiritu tuo.] *Sic etiam S. Ambrosius ad Virg. Schol.* ἐπὶ στόματί σου, in ore tuo. *Symmachus*, διὰ λόγων σου παροργίσαι, per verba tua ad iracundiam prouocare. μ Furor.] *Symmachus*, ὀργή, ira, *vt apud S. Hieronymũ.* ν Quid factum est.] *Aquila*, διατί, propter quid. ξ Quia non in sapientia.] *Symmachus*, οὐ γὰρ φρονίμως, non enim prudenter. ο Quia in vmbra eius.] *Apud* S. *Hieronymum*, quia, quomodo vmbra sapientiæ, sic vmbra argenti. *Symmachus*, σκέπει σοφία, ὡς σκέπει τὸ ἀργύριον, *S. Hieronymus ex Symmacho*, quomodo protegit sapientia, similiter protegit pecunia. π Abundantia scientiæ sapientiæ viuificabit eum, qui ab ea.] *S. Hieronymus*, &, quod plus est, (*in comment.* & amplius.) scientia sapientiæ viuificabit habentem se. *Schol.* ἡ σοφία διασώσει τοὺς ἔχοντας αὐτήν, sapientia saluabit habentes ipsam. ρ Vide opera.] *S. Hieronymus ex Symmacho*; Disce opera Dei, quia nemo poterit corrigere, quod ille imminuit. σ Viue.] *Symmachus*, ἔσο, *&* *apud S. Hieronymũ*, esto. τ Et vide in die mali, vide.] *Ab aliquo abest hoc secundum*, ἴδε. *Ab hebræo abest potius priore loco*, *&* *apud* S. *Hieronymum*, & in die malo vide. υ Huic congruenter.] *In aliquo codice est*, καί γε τοῦτο τούτῳ σύμφωνον, *&* *apud S.* *Hieronymum*: Et quidem istud congruum huic fecit Deus ad loquendum. *Symmachus*, καὶ γὰρ τοῦτο ἀνάλογον τούτου ἐποίησεν ὁ θεὸς τοῦ μὴ εὑρεῖν ἄνθρωπον κατ᾽ αὐτοῦ μέμψιν. *S. Hieronymus ex Symmacho*: In die bono esto in bono: diem vero malum intuere. Siquidem hoc simile huic fecit Deus; vt non inueniret homo, quod contra eum quæreret. φ Iusto suo.] Symmachus, τῇ δικαιοσύνῃ αὐτοῦ, *&* *apud* *S. Hieronymum*, iustitia sua. χ Manens in malitia sua.] *Aquila*, μακρύνων ἐν πονηρίᾳ αὐτοῦ, *alius interpres*, μακρόβιος, *Apud* S. *Hieronymum*, longæuus in malitia sua. ψ Multum.] *Symmachus*, πλέον, amplius, nimis. ω Argumentari.] *Sic S. Cyprianus 3. testim. S. Hieronymus in textu*, & ne quæras amplius, ne obstupescas. *in comm.* noli quærere amplius, ne turberis, siue, ne obstupescas. *Symmachus*, ἵνα μὴ ἀδημονῇς περισσῶς, vt non angaris nimium. αα Ne contamines.] *Schol.* μὴ ἀνῇς. *Apud S. Hieronymum totus hic locus sic habet*: Bonum est retinere iustum: & quidem ab hoc ne dimittas manum tuam. ββ Timentibus.] *In vno vetusto ad marginem est adscriptum*, ὁ φοβούμενος, qui timet Deum, egredictur

dietur omnia. *Apud S.Hier.* egredietur ad omnia. *Symm.* ὁ γὰρ φοβούμενος τὸν θεὸν διεξελεύσεται τὰ πάντα, timens.n. Deum pertransibit omnia. γγ Adiuuabit.] *Aq.* ἐνισχύσει τὸν σοφόν, *& apud S.Hier.* confortabit sapientem. *Sed in comm. fatetur, apud lxx. esse,* adiuuabit. δδ In omnes sermones.] *Symm.* ἀλλὰ μηδὲ πᾶσι τοῖς λαλουμένοις πρόσεχε τῇ καρδίᾳ σου, sed neque omnibus, qui loquuntur, attendas corde tuo. εε Maledicentem.] *Sym.* λοιδοροῦντος, conuicia ingerentem. ζζ Malignabitur in te, & multis modis male afficiet.] *Videri possunt duæ interpretationes. S.Hier. habet tantum:* Etenim frequenter scit cor tuum, quia & tu maledixisti alijs. *Aq.* ὅτι πρὸς πλεονάκις καιροὺς πονηρεύσεται καρδία σου, quia frequentissimo tempore male habebit cor tuum. ηη Maledixisti alijs.] *Sym.* καὶ σὺ ἐλοιδόρησας ἄλλους, & tu conuicia ingessisti alijs. θθ Hæc tentaui.] *Sym.* τούτων ἐπειράθην ἐν σοφίᾳ, *eodem sensu.* ιι Dixi, sapiens efficiar.] *Symm.* ὑπέλαβον σοφὸς γενέσθαι, putaui sapiens fieri. κκ Longe super id, quod eram.] *Apud S.Hier. &* ipsa longius facta est à me, magis, quàm erat. λλ Quis.] *Sym.* οὐδείς, nemo. μμ Circuiui ego, & cor meum.] *Ita S.Hier. in comm. ex lxx. licet in textu*, circuiui cor meum, vt scirem, *de S. Ambr. dicemus paulo post. Aq.* περιώδευσα, *eodem sensu. S.Hier. ex Sym.* pertransiui vniuersa sensu meo, scire, & discere, & inuestigare. νν Considerarem.] *Sym.* καὶ διαθρῆσαι, *quod S.Hier. vt diximus, videtur transtulisse,* & discere, *aut,* & inuestigare. ξξ Numerum.] *Aq.* λογισμὸν, rationem, *vt apud S.Hier. qui etiam paulo post obseruat dictionem hebræam Hesebon, quam illi omnes voce consona transtulerint* λογισμοὺς, *significare numerũ, summam, rationem, cogitationem. S. Ambr. de bono mortis cap. 7.* circuiuit cor meum, vt scirẽ impij lætitiam, & vt considerarem, & quærerem sapientiam, & numerum, & vt scirem per imperium lætitiam, & molestiam, & iactationem, & inueni ego eam amariorem, quàm mortem. οο Circumlationem.] *Sym.* ἔννοια θορυβώδη, cogitationem tumultuosam. ππ In manibus.] *Sym.* αἱ χεῖρες, *& apud S.Hier.* vincula sunt manus eius. *Pro quo inquit Aquilam esse interpretatum,* vinctæ sunt manus eius. ρρ Bonus coram Deo.] *Sym.* ἀρεστὸς τῷ θεῷ, acceptus Deo. σσ Et qui peccat.] *Sym.* ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς ἁλώσεται, *& apud S.Hier.* & qui peccator est, capietur. ττ Vna ad vnam.] *Apud S.Hier.* vnam ad vnam, *& de hac loquutione accurate disputat, ac testatur Sym. dixisse,* vnam ad vnam inuenire rationem. *Sch. ex Aquila,* ἓν πρὸς ἓν εὑρεῖν λογισμὸν ἐπιζητεῖ ἡ ψυχή μου, καὶ οὐχ εὗρον, vnum ad vnum inuenire rationem quærit anima mea, & non inueni. υυ Solummodo ecce.] *Abest istud,* ecce, *à S.Hier. Aq.* μόνον ἴδε, tantum vide. φφ Quæsierunt cogitationes.] *Sym.* περιειργάσαντο πολυπραγμοσύνην, operati sunt curiositatẽ. χχ Sapientes.] *Aq.* τίς οἶδε σοφόν; quis nouit sapientẽ? *Apud S.Hier.* Quis ita, vt sapiens? *sed fatetur lxx. ita vertisse,* quis nouit sapientes. *Facit autẽ hic initiũ seq. cap.*

CAP. VIII.

SAPIENTIA hominis illuminabit vultum eius: & α imprudens vultu suo odietur. Os β regis custodi; & γ de verbo iuramenti Dei ne festines, à facie eius ambulabis; ne stes in verbo malo: quoniam omne, quod voluerit, faciet, * sicut rex potestatem habens: & quis dicet ei, quid facis? Qui custodit mandatum; δ non cognoscet verbum malum: & tempus ε iudicij cognoscit cor sapientis: ζ quia omni negotio est tempus, & iudicium: η quia scientia hominis multa super eum: θ quia non est, qui cognoscat, quid futurum sit: sicut enim erit, quis annunciabit ei? Non est homo potestatem habens in spiritum, vt prohibeat spiritum: & non est potestas in die mortis: & non est ι emisio in die belli: & non saluabit impietas κ eum, qui ab ea. Et omne hoc vidi, & dedi cor meum in omne opus, quod factum est sub Sole, λ quæ pro potestate fecit homo in hominem, vt affligeret eum. Et tunc vidi impios in sepulchra introductos, & de μ sancto: & iuerunt, & laudati sunt in ciuitate, quia sic fecerant. Etiã hoc vanitas. ν Quia non est facta contradictio à faciẽtibus malum cito; ξ ideo repletum est cor filiorum hominum in eis, vt faciant malum. Qui peccauit, fecit malum ex tunc, & ex longitudine eorum. Quare, & cognosco ego, quia est bonum timentibus Deum, vt timeant à facie eius. Et bonum non erit impio, & non prolongabit dies in ο vmbra, qui non est timẽs à facie Dei. π Est vanitas, quæ facta est super terrã, quia sunt iusti, ρ quia venit super eos, quasi factum impiorũ: & sunt impij, quia venit ad eos quasi factũ iustorũ: Dixi, quia hoc etiam σ vanitas est. Et laudaui ego lætitiam: quia non est bonum homini sub Sole, nisi comedere, & bibere, & lætari. τ Et ipsum simul aderit ei in labore eius diebus vitæ eius, quos dedit ei Deus sub Sole. In υ quibus dedi cor meum, vt cognoscerem sapientiam, & viderem φ distentionem, quæ facta est

ſuper terram: quia & in die, & in nocte ſomnum oculis ſuis non eſt videns. χ Et vidi omnia opera Dei, quia non poterit homo inuenire opus, quod factum eſt ſub Sole: quæcumque laborabit homo quærere, & non inueniet. Etiam quæcumque dixerit ſapiens cognoſcere; non poterit inuenire. Quare omne hoc dedi in corde meo: & ψ cor meum omne vidit hoc. A

α Et imprudens.] Sic vertit S.Hier. in cõm. ex lxx. aut, & improbus facie ſua odietur; licet in textu habeat, & fortis faciẽ ſuã commutabit. β Os regis cuſtodi.] Sic fatetur S.Hier. dictũ à lxx. licet in textu habeat, ego os regis cuſtodio. γ Et de verbo.] S.Hier. in com. ex lxx. transfert, & de iuramento verbi Dei ne feſtines à facie eius ambulare. Noſtra reſpondet hebræo, ſi ita interpungamus, & de iuramento verbi Dei. Ne feſtines, à facie eius ambulabis, vt priorem partẽ cum præcedentibus coniungamus, nimirum eſſe obſeruandum os regis, & magnam curam habendam de iuramento verbi Dei: poſteriorem autem ita accipiamus, non eſſe tibi feſtinandam, quaſi à facie Dei abire poſſis. Quare ita S.Hier. in textu: Ego os regis coſtudio, & loquelam iuramenti Dei. Ne feſtines à facie eius abire. Sed Sym. iſtud, ne feſtines, videtur coniunxiſſe cum præcedentibus. Hæc enim refert Sch. ex eo ad hunc locum, καὶ παραβῆναι ὅρκον θεοῦ μὴ σπεύσῃς, & tranſgredi iuramentum Dei ne feſtinaueris. B ✱ Sicut rex poteſtatem habens.] In aliquo codice additur λαλεῖ, loquitur. Apud S.Hier. ſicut dixerit rex, poteſtatem habet. Symm. διὰ τὸν λόγον βασιλέως ἐξουσιαστικὸν εἶναι, eo quòd ſermo illius poteſtate plenus ſit, quomodo fere S. Hier. in tralatione ſua. δ Non cognoſcet verbum malum.] Sym. ὁ περιεσθήσεται πράγματος πονηροῦ. S. Hier. ex Symm. Qui cuſtodierit mandatum; non experietur rem malam. ε Iudicij.] S.Hier. & iudicium. ζ Quia omni.] Sym. ὅτι παντὶ πράγματι ἐστὶ καιρὸς χρείας, καὶ τρόπος, quia omni negocio eſt tempus commoditatis, & modus. η Quia ſcientia.] Sym. ἡ γὰρ κάκωσις τοῦ ἀνθρώπου πολλὴ κατ' αὐτοῦ quod apud S.Hier. afflictio quippe hominis multa ſuper eum: ac de iſta varietate diſputat in comm. θ Quia non eſt, qui cognoſcat.] Sym. ὅτι οὐκ ἐπίσταται, & apud S.Hier. quia neſcit, quod futurum eſt; quamuis in comm. dicat ita ad verbum ex hebræo reddi, quia neſcit, quod factum ſit: & quid futurum ſit poſt eum, quis annunciabit ei? quam poſteriorem partem ſic refert Sch. ex Symm. τίς γὰρ τὰ ἐσόμενα ἀναγγελεῖ αὐτῷ; quis enim quæ futura ſunt, annunciabit ei? ι Emiſſio.] Sic S.Hier. quamuis poſſet etiam verti, miſſio, aut, dimiſſio. Sym. οὐδὲ ἔστι παρατάξασθαι εἰς πόλεμον, neque eſt inſtruere aciem in prælium. C κ Eum, qui ab ea.] Sym. ἔχοντα αὐτήν, & apud S.Hier. habentem ſe. λ Quæ pro poteſtate.] Aq. καιρὸς, ὡς ἐκυρίευσεν ὁ ἄνθρωπος, tempus, quo dominatus eſt homo. Apud S. Hier. & dominatus eſt homo homini, vt affligeret eum. Symm. ἔστιν ὅτε ἐξουσίασεν ἄνθρωπος ἀνθρώπου εἰς κακὸν ἑαυτοῦ, & S.Hier. in tralatione ſua, interdum dominatur homo homini in malum ſuum. μ Et de ſancto.] Aq. καὶ ἦλθον ἐκ τόπου ἁγίου, & venerunt de loco ſancto. Sym. καὶ ὁπότε περιῆσαν, ἐν τόπῳ ἁγίῳ ἀνεστρέφοντο, & quando ſuperſtites erant, in loco ſancto conuerſabantur: quomodo fere S.Hier. in ſua: ſed in vulgata antiqua, vidi impios ſepultos, & venerunt, & de loco ſancto egreſſi ſunt, & laudati ſunt in ciuitate, quia ſic fecerunt, pro qua poſtrema parte hæc refert Sch. ex Sym. ὡς δίκαια πράξαντες, tanquam, qui iuſta egiſſent. ν Quia non eſt facta.] Apud S.Hier. Quia non eſt contradictio facientibus malum cito. Symm. διὰ γὰρ τὸ μὴ γίνεσθαι τὴν ἀπόφασιν, etenim quia non fit ſententia, & decretum. ξ Ideo repletum eſt.] Aq. ἐτόλμησαν, auſi ſunt. Sym. ἀφόβῳ καρδίᾳ οἱ υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων κακουργοῦσιν, ἁμαρτῶν γὰρ ὁ κακοῦργος ἀπέθανεν μακροθυμίας γενομένης αὐτῷ, intrepido corde filij hominum malefaciunt. Peccans enim malus mortuus eſt longanimitate præſtita ei: quamuis S. Hieron. hanc poſtremam partem ſic ex Symm. referat, longa ætate conceſſa ei. Atque idem teſtatur pro eo, quod lxx. dixerint, ἀπὸ τότε, ex tunc, ipſe autem, centies. Aquilam, Sym. Th. interpretatos eſſe, mortuus eſt. D ο In vmbra.] Sic S.Hieron. in comm. ex lxx. licet in textu habeat, quaſi vmbra, & alijs etiam locis diſcrepet. π Vanitas.] Sym. ἄπορον. S.Hier. ex Sym. Eſt difficile cognitu, quod fit ſuper terram. ρ Quia venit ſuper eos.] Apud S.Hier. ſuper quos veniunt, quaſi facta. Symm. οἷς συμβαίνει κατὰ τὰ ἔργα τῶν ἀσεβῶν, καὶ εἰσὶ παράνομοι, οἷς συμβαίνει ὡς πράξασι κατὰ τὰ ἔργα τῶν δικαίων, quibus euenit ſecundum opera impiorum: & ſunt iniqui, quibus euenit, ac ſi egiſſent ſecundum opera iuſtorum. σ Vanitas.] Rurſus Symm. ἄπορον. τ Et ipſum ſimul aderit.] Apud S.Hieronymum: Et ipſum egredietur cum eo de labore ſuo. Symm. ὃ μόνον συμπαρέσται αὐτῷ, quod ſolum ſimul aderit ei. υ In quibus dedi.] Apud S.Hier. Quapropter dedi. Symm. διὸ ἔταξα, quapropter poſui. φ Diſtentionem.] Symm. ἀσχολίαν, occupationem, vt ſupra. χ Et vidi.] Symm. καὶ κατέμαθον, ὅτι πάντων τῶν ἔργων τοῦ θεοῦ οὐ δύναται ὁ ἄνθρωπος ἐξευρεῖν οὐδὲ ἓν ἔργον πρασσόμενον, & didici, quia de omnibus operibus Dei non poteſt homo inuenire ne vnum quidem opus, quod agitur. ψ Et cor meum.] Apud S. Hieronymum initio ſequentis capitis, vt conſiderarem vniuerſa, & in comm. refert ex Symmacho, omnia hæc ita ſtatui in corde meo, vt ventilarem vniuerſa, quia, & iuſti, & ſapientes, & opera eorum in manu Dei ſunt. E

CAP. IX.

QVOMODO iuſti, & ſapientes, & operationes eorum in manu Dei, α & quidem charitatem, & quidem odium non eſt cognoſcens homo: omnia ante faciem eorum. β Vanitas in omnibus. Euentus vnus iuſto, & impio, bono, & malo, & mundo, & immundo, & ſacrificanti, & non

A non ſacrificanti. Sic bonus, vt peccator: ſic iurans, ſicut iuramentum timens. Hoc eſt peſſimum in γ omni, quod factum eſt ſub Sole; quia euentus vnus omnibus. Et quidem cor filiorum hominis repletum eſt malo: & δ circumlatio in corde eorum in vita eorum; & ε poſt hæc ad mortuos: quia quis eſt, qui communicet in omnes viuentes? Eſt ſpes, quoniam ζ canis viuens ipſe bonus ſuper leonem mortuum: quia viuentes ſcient, quòd morientur: & mortui non ſunt cognoſcentes quicquam: & non eſt eis amplius merces: in obliuionem enim venit memoria eorum. Etiam dilectio eorum, etiam odium eorum, etiam zelus eorum iam perijt: etiam pars non eſt eis vltra in B ſeculum in omni, quod factum eſt ſub Sole. Veni, comede in lætitia panem tuum, & bibe in η corde bono vinum tuum; quoniam iam θ complacuerunt Deo opera tua. In omni tempore ſint veſtimenta tua * candida: & oleum ſuper caput tuum ι non deſit. Et κ vide vitam cum muliere, quam dilexiſti λ omnibus diebus vitæ vanitatis tuæ, qui dati ſunt tibi ſub Sole: quia hoc eſt pars tua in vita tua, & in labore tuo, quo tu laboras ſub Sole. Omnia, quæ μ inuenerit manus tua facere; prout virtus tua, fac: quia non eſt opus, & cogitatio, & ſcientia, & ſapientia in inferno, quo tu vadis illuc. Conuerti me, & vidi ſub Sole; quoniam non eſt ν velocibus curſus, nec potentibus ξ C prælium, nec quidem ο ſapienti panis, nec quidem intelligentibus diuitiæ, nec qui dē ſcientibus gratia: quoniam tempus & euentus π occurret omnibus illis. Quia etiam neſcit homo ρ tempus ſuum, quaſi piſces, qui tenentur in retiaculo σ malo & ſicut volucres, quæ capiuntur in laqueo. Sicut ea, illaqueantur filij τ hominis in tempore malo: cum ceciderit ſuper ipſos ſubito. Etiam hoc vidi ſapientiam ſub Sole, & magna eſt υ ad me: ciuitas parua, & viri pauci in ea; & venit ſuper eam rex magnus, & circundedit eam, & ædificauit aduerſus eam φ aggeres magnos: & inuenit in ea virum pauperem ſapientem: & ſaluauit hic ciuitatem in ſapientia ſua: & homo non recordatus eſt viri pauperis illius. Et dixi ego, bona ſapientia ſuper potentiam: & ſapientia pauperis χ pro D nihilo habita, & verba eius non exaudita. Verba ſapientum, ψ in quiete audiuntur ſuper clamorem eorum, qui poteſtatem habent in ſtultitijs. Bona ſapientia ſuper vaſa ω belli: & peccans vnus perdet αα bonitatem multam.

α Et quidem charitatem.] *Symm.* φέρε τι δὲ ὁ φιλίαν, ὁ δὲ ἔχθραν ἐπίσταται ὁ ἄνθρωπος. *Interpretationem paulo poſt afferemus.* β Vanitas.] *Abeſt iſtud à S. Hieron. ac tantum legitur:* In omnibus euentus vnus. *Symm.* ἅπαντα ὅμοια, *& S. Hier. coniunctè cum præcedentibus, quæ ad finem octaui capitis ſunt allata, hæc refert ex Symm.* Et inſuper neque amicitias, neque inimicitias ſcit homo: ſed omnia coram eis incerta; propterea quòd omnibus eueniunt ſimilia iuſto, & iniuſto. γ In omni, quod factum eſt.] *Sym.* πᾶσι τοῖς συμβαίνουσιν, omnibus quæ accidunt. δ Circumlatio.] *Aq.* πλάνη, error, *& apud* S. *Hier. in textu*, errores. *Symm.* αὐθάδεια, *de quo paulo poſt dicemus.* ε Et poſt hæc.] *Sym.* τὰ πλαστεῖα εἰς νεκρούς. τίς γὰρ εἰς ἀεὶ διατελέσει ζῶν. *S. Hier. ex Symm.*
E *hunc totum locum ſic refert*: Sed & cor filiorum hominum repletur malitia, & procacitate iuxta cor eorum in vita ſua: nouiſſima autem eorum veniunt ad mortuos. Quis enim in ſempiternum poteſt perſeuerare viuens? ζ Canis viuens.] *Sym.* κυνὶ ζῶντι βέλτιόν ἐστιν, ἢ λέοντι τεθνηκότι, cani viuenti melius eſt, quàm leoni mortuo. η In corde bono.] *Sym.* μετ' εὐφροσύνης, cum gaudio. θ Complacuerunt Deo.] *Aut*, placuerunt, *vt S. Ambr. ad Virg. Sym.* ἐξήτασε, exquiſiuit. * Candida.] *S. Ambr. de fide reſurr.* munda. ι Non deſit.] *Sym.* ὁ μὴ διαλιπέτω, *eodem ſenſu.* κ Vide vitam.] *Sym.* ἀπόλαυσον ζωῆς, fruere vita. λ Omnibus diebus.] *Sic quoque S. Hier. In quibuſdam vero libris eſt*, πάσας τὰς ἡμέρας ζωῆς νεότητός σου τὰς δοθείσας σοι ὑπὸ τὸν ἥλιον, πάσας τὰς ἡμέρας ματαιότητός σου, omnibus diebus vitæ iuuentutis tuæ, qui dati ſunt tibi ſub Sole, omnibus diebus vanitatis tuæ. *Aq.* πᾶσαι αἱ ἡμέραι ἀτμοῦ σου, omnes dies vaporis tui. μ Inuenit.] *Sym.* ἐφίκηται, peruenit. ν Velocibus curſus.] *S. Hier.* velocium, *& ſic cætera eodem caſu generandi. Symm.* τὸ φθάσαι δρόμον, perficere curſum. ξ Prælium.] *Sym.* τὸ κρατῆσαι πολέμου, vincere prælium. ο Sapienti panis.] *In pleriſque*, τοῖς σοφοῖς ὁ ἄρτος, ſapientibus panis, *& ita S. Hier. in comm. licet in textu*, ſapientum panis. *Symm.* πορίσαι

 σοφιῶ

τροφὴν, præbere alimentum. π Occurret.] *Sym.* συγκυρήσει, *eodem sensu.* ρ Tempus.] *Sym.* τὴν εὐκαιρίαν αὐτοῦ, oportunitatem suam. σ Malo.] *Aq.* πονηρῷ. *S.Hier.in comm.* in captione pessima. τ Hominis.] *Apud S.Hier.fere semper est,* hominum: *sed idem in comm.hæc scribit.* Notandum etiam, quòd per totum librum, vbicumque dicitur filij hominum, in hebræo habet, filij hominis, hoc est filij Adam, &c. υ Ad me.] *Aq.* παρ' ἐμοί, *&* S.Hier. apud me. *Sym.* καὶ μεγάλη δοκεῖ μοι, & magna videtur mihi. φ Aggeres.] *Sym.* ἀποτείχισμα, *quod fortasse apud S.Hier.est,* machinam, *quæ nimirum apta sit ad mœnia diruenda.* χ Pro nihilo habita.] *Sym.* κατεφρονήθη, contempta est. ψ In quiete.] *Sch.* μετ' ἠρεμίας μᾶλλον ἢ κραυγὴ ἐξουσιάζοντος ἐν ἀνοήτοις, cum beneuolentia magis, quàm clamor potestatem habentis in stultis, *& ita habet hæc vltima verba. S.Hier.* ω Belli.] *Aq.* πολεμικά, bellica. αα Bonitatem multam.] *Symm.* ἀγαθὰ πολλὰ, bona multa. *Notat autem S.Hier.in hebræo posse legi,* & qui peccat vnum, perdet bonitatem multam.

CAP. X.

MVSCÆ [α] morientes putrefaciunt compositionem olei suauitatis. Preciosum paululum sapientiæ super gloriam insipientiæ [β] magnam. Cor sapientis in [γ] dextro eius: & cor stulti in sinistro eius. Etiam in via, cum stultus ambulat, cor eius [δ] deficiet: & [ε] quæ cogitabit, omnia stultitia sunt. Si spiritus [ζ] potestatem habentis ascenderit super te; locum tuum ne dimiseris: quia sanitas requiescere faciet peccata magna. Est [η] malum, quod vidi sub Sole: [θ] quasi non spontaneum exiuit a facie potestatem habentis. [ι] Datus est stultus in sublimitatibus magnis: & diuites in humili sedebunt. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes quasi seruos super terram. Qui fodit [κ] foueam, in ipsam incidet: & qui dissipat sepem, mordebit eum serpens. Qui [λ] subtrahit lapides, dolebit in eis: scindens ligna, periclitabitur in eis, [μ] si exciderit ferrum, & ipse faciem turbauit. Et fortitudines confortabit, & abundantia viro [ν] non sapientia. Si momorderit serpens in [ξ] non susurro; & [ο] non est amplius in cantanti. Verba oris sapientis gratia: & labia insipientis [π] deglutient eum. Initium verborum eius insipientia, & nouissimum oris eius [ρ] circumlatio pessima: & [σ] stultus multiplicat verba. Ignorat homo quid sit, quod factum est; & quid, quod futurum est, [τ] quod post eum, quis annunciabit ei? Labor [υ] stultorũ affliget eos, qui [φ] nescit ire in ciuitatem. Væ tibi [χ] ciuitas, cuius rex tuus iunior, & principes tui mane comedunt. Beata tu terra, cuius rex tuus, filius ingenuorum, & principes tui ad tempus comedent [ψ] in fortitudine, & [ω] non confundentur. In pigritijs humiliabitur contignatio: & in segnitie manuum stillabit domus. In risu faciunt panem, & [αα] vinum, & oleum ad lætificandum viuentes: & argento [ββ] humiliatione obedient omnia. Etiam in conscientia tua regi ne maledixeris: & in penetralibus cubilium tuorum ne [γγ] maledixeris diuiti: quia volucris cæli auferet vocẽ tuã: & [δδ] habens pennas annunciabit verbũ tuũ.

α Morientes.] *Compl.* θανοῦσαι, mortuæ. *Apud S.Hier.* morituræ exterminant oleum compositionis. *Sch.* μυιῶν θάνατος σήψει ἔλαιον εὐώδες μυρεψοῦ, muscarum mors putrefaciet oleum beneolens vnguentarij. β Magnam.] *Compl.* μεγάλης, magnę. *Sed apud S.Hier.hic locus sic habet,* preciosa est super sapientiam, & gloriã stultitia parua. γ Dextro.] *Apud S.Hier.* in dextera, *itemque,* in sinistra. δ Deficiet.] *Apud S.Hier.in textu,* minuitur, *in com.* indiget. ε Quæ cogitabit.] *Sym.* ἃ ὑπολαμβάνει. *S.Hier. in comm.* Denique Sym. ita interpretatus est: sed & in via stultus cum ambulat, ipse insipiẽs suspicatur de omnibus, quia stulti sunt. lxx. vero alium fecere sensum, quo dicerent, omnia, quæ insipiens cogitat, esse vanissima. ζ Potestatẽ habentis.] *Sym.* ἄρχοντος ἐπέλθη σοι, τῦ τόπυ σου μὴ ἐκστῇς, ὅτι σωφροσύνη παύσει ἁμαρτήματα πολλά. S.Hier. *in comm.* Sym. verbum hebræum, quod omnes ἴαμα, hoc est sanitatem, vel curationem similiter transtulerunt, interpretatus est ad sensum, & ait, si spiritus principis irruerit tibi; de loco tuo ne recedas; quia pudicitia comprimit peccata magna. *Cyril. in Esa.* I. *pro,* τὸν τόπον σου, *habet* τὴν καρδίαν σου, cor tuũ ne dimiseris. η Malum.] *Sym.* ἔστι κακόν, *codẽ sensu.* θ Quasi non spontaneum.] *Sym.* ἐν ἀγνοίᾳ ἐξελθὸν ἐξ ἔμπροσθεν τῦ ἐξουσιάζοντος. *Apud S.Hier. paulo aliter est,* quasi ignorantia egrediens à facie potentis. *Quod autem est in nostra, testatur esse Aquilæ, Theodotionis, & lxx.* ι Datus est.] *S.Hier.in sua,* dari, &, sedentes. *Aq.* ἔδωκε τὸν ἄφρονα ἐν ὑψώμασι μεγάλοις, dedit insipientem in sublimitatibus magnis. **S. *Hieron. refert ex Symmacho*,** positum stultum in sublimitate magna, diuites autem sedere humiles, *& Schol. ex eodem,* πλουσίους δὲ ταπεινοὺς καθημένους. κ Foueam.] *Theod.* βόθυνον, *eodem*

A *eodem sensu.* λ Qui subtrahit.] *Aq.* μεταπαίρων λίθους σπαδήσεται. Symmachus, μεταφέρων λίθους κακωθήσεται. *S. Hieronymus in comm.* signanter Aquila, & Symmachus dixerunt, qui trāsfert lapides; dilacerabitur in eis: postea tormenta patietur. μ Si exciderit ferrum.] *S. Cyprianus 3. testim. coniungit cum antecedentibus: sed apud S. Hieronymū, quasi ex nouo principio*: si retusum fuerit ferrum, & hoc non, vt prius, sed conturbatum fuerit, virtutibus corroborabitur, &c. *Testatur autem in comm. hanc postremam partem ita protulisse lxx.* & fortitudine confortabitur, & superflua roboratus sapientia, *in hebræo autem esse*, & fortitudinibus corroborabitur. ν Non sapientia.] *Hoc S. Greg. Thaum. sic explicat*, qui non ad bonum colligit, & qui adauget ipse suas iniustas, & cito perituras opes. *In plerisque vero libris est*, περίσσεια τοῦ ἀνδρείου σοφία, præstantia ipsius fortis sapientia. *In Complut.* τῷ ἀνδρὶ ἡ σοφία, viro, cuius sapientia. *Symmachus*, περισσεύει δὲ ὁ γοργευσάμενος εἰς σοφίαν, procedit autem, qui vigorem adhibuit, ad sapientiam. *S. Hieronymus quomodo ex lxx. attulerit; paulo ante dictum est: in sua versione sequitur Symmachū: in textu vulgatæ antiquæ habet*, & reliquum fortitudinis sapientia est. ξ In non susurro.] *Aq.* ἀπούσης ἐπῳδῆς, absente incantatione. *Symmachus*, ἐν οὐκ ἐπαοιδῷ, absque incantatore. *Apud S. Hieronymum*, in silentio. ο Et non est amplius incantāti.] *Apud S. Hieronymum*, non est amplius habenti linguam. ϖ Deglutient.] *Apud eundem*, præcipitabunt. ρ Circumlatio

B pessima.] *Apud eundem*, error pessimus: *testatur autem Symm. dixisse*, tumultus. σ Stultus.] *Symmachus*, καὶ ἀνόητος πολλὰ λαλήσει, & demens multa loquetur. τ Quod.] *Abest istud*, quod, *à S. Hier. & certe illud* ὅτι, *interdum redundat. Symmachus*, τὰ γενόμενα, ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἐσόμενα, quæ facta sunt, sed neque, quæ futura sunt. υ Stultorum affliget eos.] *Sic S. Hieronymus, in aliquot libris*, κοπώσει αὐτὸν, laborare faciet eum, *& Schol.* τοῦ ἄφρονος κακώσει, stulti affliget. φ Qui nescit.] *Apud Sanctum Hieronymum*, qui nesciunt. *Symmachus*, οὐ γὰρ ἐπίσταται ἀπελθεῖν εἰς πόλιν, nescit enim abire ad ciuitatem. χ Ciuitas.] *Sym* γῆ *& S. Hier.* terra. ψ In fortitudine.] *Symmachus*, μετ' ἀνδραγαθίας, cum probitate virili. ω Et non confundentur.] *Apud S. Hier.* & non in confusione: *in sua autem*, & non ad luxuriam. αα Vinum, & oleum ad lætificandum.] *Apud S. Hieron.* vinum & epulentur. *In Complut.* καὶ οἶνος εὐφραίνει ζῶντας, & vinum lætificat viuentes. ββ Humiliatione.] *Abest istud à S. Hieronymo, & Complut. & vno vetusto. Symmachus*, ἀργύριον δὲ ἀχρηστήσει εἰς πάντα, argentum vtile erit ad omnia. γγ Maledixeris.] *Symmachus*, λοιδορήσῃς, conuicijs incenas. δδ Habens pennas.] *Aquila*, πτερωτὸ, prædita alis.

C

CAP. XI.

D MITTE panem tuum super faciem aquæ: quia in multitudine dierum inuenies illum. Da partem ipsis septem, & quidem ipsis octo: quia non scis, quid futurum malum sit super terram. Si repletæ fuerint nubes pluuia, super terram [α] effundunt. Et si ceciderit [β] lignum ad Austrum &, si ad Aquilonem, loco, vbi ceciderit lignum; [γ] ibi erit. Qui obseruat ventum, nō seminat: & qui aspicit nubes, non metet. In [δ] quibus non est cognoscens, quæ sit via spiritus, sicut ossa in vtero prægnantis; sic non cognosces opera Dei, quæ faciet omnia. In [ε] matutino semina semen tuum: & [ζ] ad vesperum [η] ne remittat manus tua: quoniam nescis, quid [θ] recte procedet, aut hoc, an illud: &, si duo in idipsum; bona. Et dulce lumen, & bonum oculis videre Solem: quia etsi annis multis vixerit homo; in [ι] omnibus his lætabitur, & [κ] recordabitur dierum tenebrarum, quia multi erunt. Omne veniens est vanitas. Lætare adolescens in iuuentute tua: & [λ] bonum faciat te cor tuum in diebus adolescentiæ tuæ: & ambula in vijs cordis tui [μ] immaculatus, & non in intuitu oculorum tuorum. Et scito, quia super omnibus his adducet te Deus in iudicium. Et repelle iram à corde tuo: & aufer

E malitiam à carne tua; quia adolescentia, & stultitia vanitas est.

α Effundunt.] *Aliqui*, ἐκχέουσιν. *S. Hieron.* si repletæ fuerint nubes; imbrem super terram effundent. *Aq.* ἐκκενώσουσιν, euacuabunt. β Lignum.] *Symmachus*, δένδρα, arbores. γ Ibi erit.] *Symm.* ἐκεῖ ἔσονται, aderunt. δ In quibus.] *Est loquutio, quæ valet*, quemadmodum: *itemque ista Aquilæ*, ἐν ᾧ οὐκ εἶ σὺ εἰδὼς, in quo non es tu sciens. *Symm.* μὴ εἰδὼς πότερον παρέσται ὁ ἄνεμος, non nosti, verum aderit ventus. *Apud S. Hieronymum*: Quomodo non cognoscis tu. ε In matutino.] *Symmachus*, πρώϊμον, præcox. ζ Et ad vesperum.] *Symmachus*, ἀλλὰ καὶ ὄψιμον, sed & serotinum. η Ne remittat.] *Idest*, ne remittat se, non desistat ab opere. *Symmachus*, καὶ μὴ καταλιμπανέτω ἡ χείρ σου, & ne cesset manus tua, *quomodo fere S. Hieronymus in sua versione. In antiqua autem*, ne dimittas manum tuam. θ Recte procedet.] κατευθύνει, proficiet. *Symmachus*,

machus, διώξεται assequetur. *Apud* S.*Hieron.* quoniam nescis, quid placeat, aut hoc, an illud: &, si vtrumque, quasi vnum bonum est. ι In omnibus his.] *Symmachus*, καὶ διὰ πάντων εὐφρανθήσεται, S.*Hieron. totam hanc clausulam sic refert ex Symm.* si annis multis vixerit homo, & in omnibus his lætatus fuerit; recordari debet & dierum tenebrarum, quia multa erunt, in quibus omnibus veniet esse desinere. κ Et recordabitur.] A*q.* μνησθήσεται τῶν ἡμερῶν, *& apud S. Hieron. in textu vulgatæ antiquæ*, meminerit dies. λ Bonum faciat te.] *Symm.* καὶ ἐν ἀγαθῷ ἔσω, *& apud S.Hieron.* & in bono sit. μ Immaculatus.] *Abest à* S.*Hieron. in vtraque versione. Apud S.* A*mbrosium ad Virg. hæc referuntur*, & oblectet te cor tuum in diebus adolescentiæ tuæ, & ambula in via cordis tui sine macula, & in aspectu oculorum tuorum, & non in audacia oculorum tuorum.

CAP. XII.

ET memento α creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ; β vsquequo non veniant dies malitiæ, & appropinquent anni, in quibus dices, non est mihi in illis voluntas. Vsquequo non obtenebrescat Sol, & lumen, & Luna, & stellæ: & reuertentur nubes post pluuiam. In die, quo commoti fuerint custodes domus, & γ peruersi fuerint viri fortitudinis: & δ cessauerunt molentes, quoniam imminutæ sunt: & contenebrescent, ε quæ vident in foraminibus: & claudent ostia in platæa, in ζ infirmitate vocis molentis. Et consurget ad vocem η passeris: & θ humiliabuntur omnes filiæ carminis. Et in ι sublime aspicient; & κ terrores in via. Et florebit amygdalum, & impinguabitur locusta, & λ dissipabitur capparis: quoniam iuit homo in domum æternitatis suæ, & circumierunt in platæa plangentes. μ Vsquequo non euertatur funiculus argenti, & ν conteratur vitta auri, & conteratur hydria super fontem, & ξ conuoluatur rota ad cisternam, & reuertatur puluis in terram, sicut erat, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. ο Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes, omnia vanitas. Et π amplius, quia factus est Ecclesiastes sapiens, ρ quia docuit scientiam hominem; σ & auris scrutabitur ornatum parabolarum. Multum τ quæsiuit Ecclesiastes, vt inueniret verba υ voluntatis, scriptum rectitudinis, verba veritatis. Sermones sapientum tanquam stimuli, & quasi claui φ plantati. Quià χ concilijs, dati sunt à pastore vno. Et amplius ab ipsis fili mi ψ caue, faciendi libros multos, non est finis, & meditatio plurima, labor est carnis. ω Finis verbi, omne audi: Deum time, & mandata eius custodi: αα hoc est enim omnis homo: quia omne ββ factum Deus adducet in iudicium γγ in omni contempto, siue bonum, & siue malum.

α Creatoris.] *Sic etiam S.Hieron. Complut. autem*, τοῦ κτήσαντός σε, eius, qui possedit te. β Vsquequo non venient.] *Symm.* πρὶν ἐλθεῖν τὰς ἡμέρας τῆς κακώσεώς σου, antequam veniant dies afflictionis tuæ: *itemque paulo post pro*, ἕως ὅ μή, *dicit* πρίν, *& apud* S.*Hieron. sic redditur*, antequam veniant, antequam obtenebrescat. γ Peruersi fuerint.] *Sic fere hebræus: & multi putant significare*, incuruauerint se. *Sym.* διαφθαρῶσιν οἱ ἄνδρες οἱ ἰσχυροί, perierint viri fortes: *quod notat etiam S.*Hieron. *esse Symm.* A*quilam vero transtulisse*, errabunt: *& ipse in sua habet*, nutabunt, *aut*, nutabuntur. δ Et cessauerunt,] *Apud* S.*Hieron.* & cessabunt molentes. *Symm.* καὶ ἀργήσωσιν οἱ μύλοι, & cessauerint molæ. ε Quæ vident.] S*ymm.* αἱ ὁράσεις διὰ τῶν ὀπῶν, aspectiones per foramina. ζ Infirmitate.] *Apud* S.*Hier.* humilitate. S*ymm.* ἀχρειωθείσης τῆς φωνῆς, inutili reddita voce. η Passeris.] A*pud* S.*Hier. in vtraque versione*, volucris. θ Humiliabuntur.] *Aq.* καὶ κλιθήσονται πάντα τὰ τῆς ᾠδῆς, & inclinabuntur omnia, quæ ad cantionem faciunt. *Apud* S.*Hier.* obmutescent, *sed putat in hebræo melius haberi*, surdescent. ι In sublime aspicient.] *In alijs libris est*, καί γε ἀπὸ ὕψους ὄψονται, etiam ab excelso videbunt. *Apud* S.*Hier.* sed & ab excelsis timebunt, & formidabunt in via. *Sunt autem valde similia in hebræo verba, quorum alterum significat timere, alterum videre. In hebræo quidem est*, timebunt: *& videri potest. S.Hier. ex lxx. agnoscere, ex* S*ymm. autem*, videbunt: *cuius verba paulo post afferemus.* κ Terrores in via.] *Aq.* θάμβῳ τρομήσουσιν ἐν τῇ ὁδῷ, tremore trement in via. λ Et dissipabitur.] S*ymm.* καὶ διαλυθῇ ἡ ὑπομονή. *S.*Hier. Symm. nescio quid in hoc loco sentiés, multo aliter, interpretatus est. Ait enim. Super hæc etiã

de excelso

A de excelso videbunt, & terror erit in via, & obdormient vigilantes, & dissoluetur spiritus fortitudo. Ibit.n. homo in domum æternitatis suæ: & circumibunt in platæa plangentes. Cuius interpretationem Laodicenus sequutus nec Iudæis placere potest, nec Christianis: dum & ab hebræis procul est, & sequi lxx. interpretes dedignatur. μ Vsquequo non euertatur.] *Sym.* καὶ πρινὴ κοπῆναι ἀπὸ χοινίου ἀργυρίου, & antequam succidatur à funiculo argenti. *Apud S.Hier.* antequam rumpatur funiculus argenti, *& fortasse illud,* ἀναβατῆ, *hoc valet,* interrumpatur. ν Conteratur vitta.] *Apud S. Hier. in vtraque versione, & in comm. nulla varietatis mentione facta,* & recurrat vitta aurea. *Symm.* καὶ ἐλαθῇ τὸ περιφερὲς, καὶ συνθραυσθῇ, & percussus fuerit orbis, & conuulneratus. ξ Conuoluatur.] *Apud S.Hier.* & confringatur: *atque in comm.* & rota, per quam de lacu, & puteis leuantur aquæ, si confracta fuerit, siue, vt alij interpretes voluerũt, in suo funiculo cõuoluta, &c. ο Vanitas vanitatum.] *Aq.* ἀτμὸς ἀτμίδων, vapor vaporum. π Amplius.] *Symm.* περισσὸν, quod excedit. ρ Quia docuit.] *Apud S.Hier.* adhuc docuit. *vt pro,* ὅτι, *videatur habuisse* ἔτι. *Complut.* καὶ ἐδίδαξεν, & docuit. *In multis coniungitur vtrumque,* καὶ ὅτι. σ Et auris scrutabitur ornatum.] *Aq.* ἐνωτίσατο, καὶ ἠρεύνησεν. *Apud S.Hier.* & audire eos fecit, & scrutans composuit prouerbia. τ Quæsiuit Ecclesiastes.] *Symm.* κατεσκεύασεν παροιμιαστής, apparauit auctor prouerbiorum. υ Voluntatis, scriptum rectitudinis.] *Aquila,*
B χρείας. (*Schol.* χρειώδεις) καὶ συνέγραψεν ὀρθῶς, vtilitatis (*Sch.* vtilia, *vt S.Hier. in sua*) & conscripsit recte. *Apud S. Hier. in vulgata antiqua,* voluntatis, & scriberet recte. φ Plantati.] *In alijs,* πεπυρωμένοι, igniti. *S.Gregor. Thaum.* suscitant animas sapientum præcepta, & pungunt non minus, quàm afficiantur corpora stimulo, aut clauo traiecta. *Schol.* Aquila, Th. πεφυτευμένοι, πεπηγότες. *Apud S.Hier. in vtraque versione,* in altum defixi: confixi *autem in Esa.29.* χ Qui à concilijs.] *Sic S.Hier. Esa.29. In versione autem sua,* verba, *&c.* quæ per magistrorum consilium data sunt. *In vulgata antiqua,* habẽtibus cœtus data sunt. *Sch.* συνταγμάτων, συναγμάτων, *multi ex hebræo vertunt,* auctores collectionum, congregationum. ψ Caue.] φύλαξαι. *Alij* φυλάσσου. *Schol.* φύλαξαι *Cum hoc autem à multis coniungitur id, quod sequitur,* faciendi libros multos, *deinde puncto interposito.* Non est finis, &c. *& apud S.Hier. est,* quibus non est finis. *Sed magis respondet hebræo, & vulgatæ nostræ, si post,* caue, *interpungatur, ac deinceps sequatur:* faciendi libros multos non est finis. ω Finis verbi, omne audi.] *Apud S.Hier.* Finis sermonis verbi vniuersi, auditu perfacilis est. *In sua autem versione,* finem loquendi pariter omnes audiamus. αα Hoc est enim omnis homo.] *Schol.* τοῦτο γὰρ ὅλος ὁ ἄνθρωπος, hoc enim totus homo. ββ Quia omne factum.] *Aq.* πᾶσαν γὰρ πρᾶξιν, omnem enim actionem. γγ In omni con-
C tempto.] *Symm.* περὶ παντὸς παροραθέντος ἐάν τε ἀγαθὸν, ἐάν τε κακόν, de omni contempto, siue bonum, siue malum. *Apud S.Hier.* de omni abscondito: *in sua autem versione* (*licet aliter in aliquot codicibus nostræ vulgatæ*) pro omni errato. *In comm.* Pro eo autẽ quod nos posuimus, de omni abscondito, siue bonum, siue malum sit; Symm. & lxx. interpretati sunt, de omni contemptu, vel certe, de omni ignoratu.

CANTI-

A

*CANTICVM.

B

CAP. I.

CANTICVM canticorum, quod est [α] Salomon. Osculetur me [β] ab osculis oris sui: quoniam [γ] bona vbera tua super vinum: & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata: oleum [*] effusum est nomen tuum. Propterea adolescentulæ dilexerunt te, [δ] traxerunt te: [ε] post te in odorem vnguentorum tuorum curremus. [ζ] Introduxit me rex in cubiculum suum. [η] Exultemus, & lætemur in te: diligemus vbera tua super vinum; [*] rectitudo dilexit te. [θ] Nigra sum ego, & [ι] formosa filiæ Hierusalem, vt tabernacula Cedar, vt [*] pelles Salomonis. Nolite aspicere me, quia ego [λ] denigrata sum: quia [μ] despexit me Sol. Filij matris meæ pugnauerunt in [ν] me. Posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non custodiui. Annuncia mihi, quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie: ne forte efficiar sicut [ξ] adoperta super greges sodalium tuorum. Nisi cognoueris te ò pulchra inter mulieres, egredere tu in [ο] vestigijs gregum, & pasce hœdos tuos in tabernaculis [π] pastorum. [ρ] Equæ meæ in curribus Pharaonis assimilaui te proxima mea. Quàm speciosæ factæ sunt genæ tuæ, tanquam turturis: ceruix tua, sicut [σ] redimicula. [τ] Similitudines auri faciemus tibi cum [υ] distinctionibus argenti, quoadusque rex sit in [φ] recubitu suo. Nardus mea dedit [χ] odorem suum. [ψ] Alligamentum guttæ [ω] fratruelis meus mihi: in medio vberum meorum [αα] demorabitur. Botrus [ββ] cypri fratruelis meus mihi in vineis [γγ] Engaddi. Ecce es [δδ] speciosa proxima mea, ecce es speciosa. Oculi tui [εε] columbæ. Ecce es bonus fraternus meus, & quidē es [ζζ] speciosus: [ηη] ad cubile nostrum [θθ] vmbrosus. Trabes domorum nostrarum cedri, [ιι] lacunaria nostra cypressi.

C

D

E

* Canticum.] *Alij*, ᾆσμα ᾀσμάτων, canticum canticorum. α Salomon.] *In aliquo libro additur articulus*, τῷ σαλωμῶν, Salomoni. β Ab osculis.] *In homilia prima Origenis initio est*, ab osculo: *sed in explanatione satis ostendit legendum in numero multitudinis, & sic etiam* S. Ambrosius *in psal.* 118. *serm.* 1. *& de Isaac cap.* 3. *sed in homilia Origenis versa à S. Hieron. est*, osculo. γ Bona vbera.] *Idem Origenes testatur inuenisse se in quibusdam exemplaribus scriptum*, quia bonæ sunt loquelæ tuæ super vinum, *sed se lxx. interpretum scripta per omnia custodire.* * Effusum.] *Vt* S. Hieronymus *in homilia Origenis, aut*, exinanitum, *vt alij.* δ Traxerunt.] *Sic Orig. & Theodoretus, & S. Ambrosius de Virg. lib.* 1. & attraxerunt te. *Aquila*, ἕλκυσόν με, *Symmachus*, ἕλκε με, trahe me. S. *Ambrosius de Isaac*, attrahe nos, *& in lib. de ijs, qui myster. initiātur, cap.* 6. *primum habet*, & attraxerunt te, *deinde*, attrahe nos post te. ε Post te.] *Ita Theodoretus. S. Ambrosius de Isaac*, attrahe nos: post odorē vnguentorū tuorū curramus. *In lib. de ijs, qui myst.* attrahe nos post te: in odorem vestimentorum tuorum curremus. *Origenes*, ac traxerunt te post se: in odorem vnguentorum tuorum curremus. *hom. tamen* 3. *indicans hunc locum ait*, post te curremus. ζ Introduxit.] *Symmachus*,

εἰσαγαγέτω

A εἰσαγαγέτω με introducat me. η Exultemus.] *Symmachus*, ἱλαρυνώμεθα, iocundemur, hilares simus. ✱ Rectitudo.] *Symm.* εὐθεῖς οἱ ἀγαπῶντές σε, recti sunt, qui diligunt te. *In homilia versa à* S. *Hieronymo est*, æquitas. θ Nigra.] *S. Ambr. in Apologia Dauid*, fusca, *itemque Origenes: qui tamen testatur in alijs exemplaribus legi*, nigra sum. ι Formosa.] *Sic in homilia Origenis: quamuis postea ad eum locum*, nisi cognoueris te, *quod græce item est* καλή, *vertatur*, ò bona, siue pulchra. *Sch.* ὡραία. *&* S. *Ambr.* decora. κ Pelles.] Aq. *&* *Symm.* σκηναί, tentoria. λ Denigrata.] *In hom. Orig.* Infuscata, siue denigrata. *S. Ambr. de Isaac c.* 4. obfuscata. μ Despexit.] *In eadẽ hom.* despicere, hoc est oblique aspicere. *S. Ambr. de Isaac*, quoniam non est intuitus me Sol. *S. Hieronymus*, quia despexit me Sol, siue, vt melius in hebræo continetur, decolorauit me Sol. *Aq.* ὅτι συνέκαυσέ με, quoniam combussit me. *Symm.* παρέβλεψέ με, torue inspexit me. *Theod.* περιέφρυξέν με, torrefecit me. ν In me.] S. *Ambr. ibid.* aduersum me: *in hom. Orig.* dimicauerunt in me. *Sym.* διεμαχέσαντό μοι κατεστάθην φύλαξ ἀμπελώνων impugnauerunt me: constituta sum custos vinearum. ξ Adoperta.] *Sic in hom. in ea autem, quæ versa à S. Hier.* cooperta, *& respondet dictioni hebraicæ. Alij tamen interpretantur*, circumducta. *Theodoretus, & Sch. ex* Symm. ῥεμβομένη, errabunda, & vaga. ο Vestigijs.] *Sic in eadem hom. S. Ambr. de Isaac*, calcaneis, *quod proprie respondet græco. Symm.* ἔξελθοῦσα πορεύου κατὰ τὰ ἴχνη τῶν ποι-

B μνίων, egressa vade secundum vestigia gregum. *A.* ἔξελθε σεαυτῇ, egredere tibi: *alius interpres*, ἔξελθε σὺ ὄπισθεν, egredere tu post. π Pastorum.] *Schol.* ποιμνίων σου, gregum tuorum. Symma. περὶ τὰς σκηνὰς τῶν ποιμένων, iuxta tentoria pastorum. ρ Equæ meæ.] *Sic* S. *Ambr. de Isaac, & in psal.* 118. *serm.* 2. *vbi tamen inquit non vnam equam diuitis regis accipiendam, sed absolute pro equitatu: & in homilia Origenis est*, equitatui meo: *quod ambiguitas græcæ vocis facile patitur.* σ Redimicula.] *Sic* S. Ambr. *in ps.* 118. *serm.* 3. *& in hom. Origenis, in qua etiam explanatur, quid istud sit, in ea autem, quæ versa à S. Hier.* monile. τ Similitudines auri.] *Sic in eadem hom. Sym.* περιβλέπτα χρυσία, insignia aurea: *quinta editio*, στρεπτοὶ χρυσοῖ, tortilis auri. υ Distinctionibus.] *Symm.* ποικιλμάτων, varietatibus, *quinta editio*, ἐν κέγχροις, in milijs, *id est punctis minutis: alius interpres*, μετὰ ῥαντῶν, cum variegatis. φ In recubitu.] *Sic in homilia.* S. *Hieron. primo adu.* Iouin. in accubitu suo est. *Apud* S. *Ambr. in ps.* 118. *serm.* 3. in declinatione sua. Aq. ὅτε ὁ βασιλεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ, quando rex in recubitu suo. *Symm.* ἐν ἀναπαύσει, in requietibus, cessationibus. χ Odorem suum.] *Sic* S. Ambr. *ibid. Et in homilia Orig. sed ibi additur*, siue odorem eius, *& vtroque modo explanatur.* ψ Alligamentum.] *Ita in homilia: sed in ea, quæ versa à* S. *Hier.* fasciculus. S. *Ambr. in ps.* 118. *serm.* 3. colligatio guttæ consobrinus meus, botryo

C cypri frater meus mihi: intermedia vbera mea requiescit: nardus cypri, consobrinus meus in vineis Engaddi. *Aq.* ἀπόδεσμος σμύρνης, susceptus myrrhæ. *Theodoretus etiam refert & Aquilam, &* Symma. *pro stacte dixisse myrrham.* ω Fratruelis.] *In hom. interdum hoc modo, interdum*, fraternus, *dicitur: à* S. *Ambr. vt ex recitatis verbis patet*, frater, *&*, consobrinus. *Alij*, sororis filius: *sed Origenes exponit fratris filium. Symm. vt refert Theodoretus, & Sch.* ἀγαπητός μου, *& vulgata*, dilectus meus: *quinta editio*, ὁ ἑταῖρός μου, sodalis meus. αα Demorabitur.] *Sic apud* S. *Hier. In alia hom. Orig.* manebit siue commorabitur. *Sym.* αὐλιζόμενος, commorans. ββ Cyperi.] *Sic in hom.* S. *Ambr.* cypri, *quinta editio*, κύπρινος, *eodem sensu. legendus Origenes.* γγ Engaddi.] Sym. *addit articulum*, τοῖς ἐνγαδδί. δδ Speciosa proxima.] *Ita in homilia.* S. *Ambr. ibid.* bona. *Aq.* φίλη μου, amica mea. *Symm.* ἑταίρα μου, sodalis mea. εε Columbæ.] *Est rectus multitudinis, vt docet Theodoretus, & Origenes, licet interdum in homilia legatur*, columbarum. ζζ Speciosus.] *S.* Ambr. *in ps.* 118. *serm.* 4. pulcher: *quinta editio*, καίγε τερπνός, & quidem iocundus. ηη Ad cubile.] *Sic Psellus*, ad lectum nostrum vmbrosus accessisti. *Propius hebræo esset, si in casu nominandi diceretur*, πρὸς κλίνη, præterea cubile. *Origenes* cubile, *aut*, lectus vmbrosus, *aut*, acclinatio vmbrosa, *quasi* προσκλίνη, *sit vnica dictio. Ita etiam* S. *Ambr.* acclinatio no-

D stra opaca. θθ Vmbrosus.] *Aq.* εὐθαλής, viridis, floridus. ιι Lacunaria.] *Sic* S. *Ambr. ibidem. Sym.* αἱ φατνώσεις, *eodem sensu. In homilia*, tigna domorum nostrarum cedri, trabes nostræ cypressi. *Aq. pro*, cypressi, *dixit*, βορατίναι.

CAP. II.

EGO flos campi, α lilium conuallium: sicut lilium in medio spinarum; ita β proxima mea in medio filiarum. Tanquam γ malum in lignis syluæ, ita δ fraternus meus inter medium filiorum. In ε vmbra eius concupiui, & sedi: & fructus eius dulcis ζ faucibus meis. Introducite me in η domum vini:

E θ ordinate in me charitatem: confirmate me in ι vnguentis: κ stipate me in malis: quia λ vulnerata charitatis ego sum. Læua eius sub capite meo, & dextera eius μ amplectetur me. Adiuraui vos filiæ Hierusalem in virtutibus, & in viribus agri; si suscitaueritis, & ν resuscitaueritis charitatem, ξ quoadusque velit. Vox ο fraterni mei: ecce hic venit saliens super montes, transiliens super colles. Similis est fraternus meus capreæ, vel π hinnulo ceruorum in montibus Bæthel. Ecce ρ hic post parietem nostrum, incumbens per fenestras, prospiciens per retia. σ Respondet fraternus meus, & dicit mihi: Surge, veni proxima mea, formosa

mosa mea, columba mea: quoniam ecce hiems [τ] transijt, pluuia abijt, recessit sibi. Flores visi sunt in terra: tempus [υ] sectionis aduenit: vox turturis audita est in terra nostra: arbor fici [φ] produxit germina sua: [χ] vites florent, dederunt odorem. [ψ] Surge, veni, proxima mea, formosa mea, columba mea, & veni, tu colũba mea in tegimento petræ iuxta promurale. Ostende mihi faciẽ tuã, & auditam [ω] fac mihi vocem tuam: quia vox tua suauis, & facies tua speciosa. [αα] Capite nobis vulpes pusillas [ββ] exterminantes vineas: & vineæ nostræ florentes. Fraternus meus mihi, & ego [γγ] ei: qui pascit in lilijs, [δδ] donec respiret dies, & [εε] amoueantur vmbræ. [ζζ] Reuertere, similis efficere fraterne mi capræ, vel hinnulo ceruorum super montes ciuitatum.

A B

α Lilium conuallium.] *Aq.* καλύκωσις τοῦ σαρών, caliculus Saron. β Proxima.] *Aq.* φίλη, amica, *quinta editio,* ἀγαπητή, dilecta. γ Malum.] *Melum dicitur in hom. Orig. ad euitandam ambiguitatem.* δ Fraternus.] *Symm,* ὁ ἀγαπητός μου, dilectus meus. ε In vmbra.] *Symm.* ὑπὸ τὴν σκέπην αὐτοῦ ἐπεθύμησα, sub vmbra eius concupiui. ζ In faucibus.] *Sic S. Hier. & S. Ambr. Symm.* τῷ φάρυγγί μου, faucibus meis. η In domum vini. *Symm.* εἰς τὸν οἰνῶνα, in cellam vinariam. θ Ordinate in me.] *Sic in hom. Orig. S. Ambr. in ps. 118. serm. 5.* constituite me in dilectionem. *Symmachus,* ἐπισωρεύσατέ μοι ἀγάπην, coaceruate mihi charitatem. ι Vnguentis.] *In Orig. hom.* In græco quidem habetur, confirmate me in myrrhis: myrrhim genus quoddam arboris nominans, quod latini putantes myra dictum, vnguenta interpretati sunt. *In homilia autem versa à S. Hieronymo refertur ex alio interprete,* οἰνανθίναις, œnanthinis. *Symm.* ἐπανακλίνετέ με ἐν ἄνθει, recumbere me facite in flore. κ Stipate.] *Sch.* περικυκλώσατέ με, circundate me. λ Vulnerata.] *Sic apparet ex explanatione legisse etiam Origenem, licet in plerisque codicibus legatur,* vulneratæ, *sicut etiam apud S. Ambrosium. Sym.* τετρωμένη γὰρ φίλτρῳ, vulnerata enim filtro. μ Amplectetur me.] *Symm.* περιπλέκεταί μοι, circumplicetur mihi. ν Resuscitaueritis.] *Sic S. Ambr. eodem serm. 5. In homilia,* eleuaueritis, & suscitaueritis. *Schol.* ἐξυπνίσητε, è somno excitaueritis. ξ Quoadusque.] *Vel,* vsquequo voluerit, *vt S. Ambr. Schol.* ἕως ἄν. ο Fraterni.] *Symm.* ἀγαπητοῦ μου, dilecti mei, *cæteri interpretes,* ἀδελφιδοῦ μου, patruelis mei. π Hinnulo ceruorum.] *Aq.* τῷ πώλῳ τῶν ἐλάφων, *eodem sensu.* ρ Ecce hic.] *In multis codicibus additur,* ἕστηκεν, stetit, *& in hom. Orig. & apud S. Ambr.* σ Respondet.] *Symm.* φθεγξάμενος, loquutus. τ Transijt.] *Symm.* διεπέρασεν, terminũ accepit. υ Sectionis.] S. *Ambr.* secandi. *Sym.* τῆς κλαδεύσεως ἤγγικεν, putationis appropinquauit. *Theodoretus testatur etiam Aquilam eodem verbo vsum esse: atque ita in hom. Orig. & apud alios patres.* φ Produxit.] *Aq.* προέβαλεν, *eodem sensu.* χ Vites florent.] *Symm.* καὶ τῶν ἀμπέλων ἡ οἰνάνθη, & vitium flos. *In homilia,* vites florentes dederunt odorem suum, *& magnum pondus fit in illo,* suum. ψ Surge.] *In hom. hæc tantum leguntur,* Surge, & veni proxima mea, columba mea, in velaminibus petræ, &c. *& S. Hieron. primo aduersus Iouinianum,* surge, veni proxima mea, speciosa mea, & veni tu columba mea. *Apud Theodoretum etiam est aliqua varietas. Apud S. Amb. serm. 6.* Et veni ò columba mea in tegimento petræ iuxta præmunitionem. ω Auditam fac mihi vocem.] *S. Ambr.* & insinua vocem tuam. *Schol.* τοὺς λόγους σου, verba tua. αα Capite nobis.] *Sch.* συλλάβετε ἡμῖν, *eodem sensu.* ββ Exterminantes.] *Sym.* διαφθείροντας, corrumpentes. γγ Ei, qui pascit.] *Symm.* κἀγὼ αὐτοῦ, τοῦ ποιμαίνοντος τὰ ἄνθη, & ego eius, pascentis flores. *Apud interpretem Theodoreti ex Symma.* pascentes flores. *Schol.* ὁ νεμόμενος ἐν τοῖς κρίνοις, qui pascitur in lilijs. δδ Donec respiret.] *Sic in hom. Aq.* ἕως κοπάσῃ, donec cesset. εε Et amoueantur.] *Sic in hom. Symma.* καὶ κλιθῶσιν αἱ σκιαί, & inclinentur vmbræ: *quomodo etiam est apud Theodoretum.* ζζ Reuertere.] *S. Amb. 3. de virgin.* Fuge fraternus meus, & similis efficere ceruo, aut hinnulo cerui in montes aromatum.

C D

CAP. III.

IN cubili meo, in noctibus quæsiui, quem dilexit anima mea: quæsiui eum, & non inueni eum: vocaui eum, & non obaudiuit me. Exurgam nunc: & circuibo in ciuitate, in [α] foris, & in platæis, & quæram, quem dilexit anima mea: quæsiui eum, & non inueni [β] eum. Inuenerunt me [γ] custodes, qui circumeunt in ciuitate. Nunquid, quem dilexit anima mea, vidistis? [δ] Quàm modicũ fuit, cum transiui ab ipsis, quoadusque inueni, quem dilexit anima mea. Tenui eum, & non [ε] dimisi eum; donec introduxi eum in domũ matris meæ, & in [ζ] cubiculum eius, quæ concepit me. Adiuraui vos filiæ Hierusalem [η] in virtutibus, & in viribus agri: si suscitaueritis, & exuscitaueritis charitatem, quoadusque velit. Quæ

E

A lit. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit è deſerto, tanquam [θ] truncus fumi incenſus myrrham, & thus ex omnibus [ι] pulueribus vnguentarij? Ecce lectus Salomonis: ſexaginta potentes in circuitu eius ex potentibus Iſrael, omnes tenentes gladiũ, docti bellum: [κ] vir, gladius eius ſuper fœmur eius à [λ] pauore in noctibus. [μ] Lectum fecit ſibi rex Salomon ex lignis Libani; columnas eius fecit [ν] argentum, & acclinatorium eius aureum: aſcenſus eius purpura: [ξ] intimum eius lapidibus conſtratum, charitatem à filiabus Iſrael. Filiæ Sion egredimini, & intuemini in regem Salomon in corona, qua coronauit eum mater eius in die ſponſalium eius, & in die iocunditatis cordis eius.

B [α] Foris.] *S. Ambr. 3. de Virg.* foro. [β] Eum.] *Hic apud S. Ambr. repetuntur illa,* vocaui eum, & non obaudiuit me, *quemadmodum & in multis codicibus græcis. In hebræo neque hic, neque ſuperius habentur.* [γ] Cuſtodes, qui circumeunt.] *Aq.* οἱ φυλάσσοντες, *Sym.* οἱ φύλακες οἱ περιοδεύοντες, *eodem ſenſu.* [δ] Quàm modicum.] *Sequuti ſumus S. Ambr. 3. de Virg.* [ε] Non dimiſi.] *Ita etiam* S. Ambr. *in pſal.* 118. *ſerm.* 17. *Schol.* οὐκ ἀφήσω, non dimittam, *& ita etiam* Pſellus, *& S. Ambr. in pſal.* 36. [ζ] Cubiculum.] S. *Ambr.* ſecretum. [η] In virtutibus, & viribus.] *Sic ſupra ex hom. Orig. Sch.* Cæteri, κατὰ τῶν δορκάδων, καὶ κατὰ τῶν ἐλάφων τοῦ ἀγροῦ, *quod vulgata,* per capreas, ceruosque camporum. [θ] Truncus.] *Aut,* virgula. *Symm.* ὡς ἀναθυμίασις, tanquam incenſi euaporatio. *Apud Theodoreti interpretem ex Aquila, & Symm. refertur,* ſicut ſimilitudo fumi ex ſuffimento, *atque additur hos rem clarius explicaſſe, quàm lxx. qui linguæ hebraicæ ſeruiunt.* S. *Ambr. ep.* 62. quæ eſt hæc, quæ aſcendit à deſerto, ſicut vitis propago, fumo incenſa odorificata myrrha, & thure ab omnibus pulueribus vnguenti. [ι] Pulueribus.] *Sch.* χνοός, puluere. [κ] Vir.] *Et hic eſt hebraiſmus. Aq.* ἀνδρὸς μάχαιρα αὐτοῦ, viri, enſis eius. [λ] A pauore in noctibus.] *Aq.* ἀπὸ πτοήσεως, *eodem ſenſu. Sym.* διὰ φόβους νυκτερινούς, propter timores nocturnos: *cuius interpretationis facit etiam mentionem Theodoretus.* [μ] Lectum.] *Sequuti ſumus* S. Ambroſium. 3. *de Virg. licet alij ferculum interpretentur, alij,* thalamum, *aut,* templum.

C [ν] Argentum.] *Compl.* ἀργυρίου, argenti, *& paulo poſt,* ἐπιβάσεις αὐτοῦ πορφύραν, aſcenſiones eius purpuram, *ſicut etiam apud Theod. ex tribus patribus.* [ξ] Intimum.] *Quinta editio,* τὸ μέσον αὐτοῦ ἐψηφολόγησεν, medium eius calculis compoſuit. *Atque etiam apud Theodoretum eſt,* τὸ μέσον αὐτοῦ, *ſed ſequitur,* λιθόστρωτον. *S. Ambr.* 3. *de Virg.* columnæ eius argenteæ erant, acclinatorium eius aureum, dorſum eius gemmatum ſtratum. *Vulgatæ magis reſponderet, ſi coniungeretur,* λιθόστρωτον τὴν ἀγάπην, conſtratum charitate, *quod etiam videntur ſenſiſſe tres patres apud Theodoretum. S. Ambr. de inſtit. Virg. cap.* 16. Egredimini, & videte regem Salomonem in corona, qua coronauit eum mater eius in die ſponſalium eius, & (*in pſ.* 118. *ſerm.* 15. *addit,* in die) iocunditatis cordis eius: quia fecit ſibi, inquit, charitatem à filiabus Hieruſalem.

CAP. IV.

D ECCE es pulchra proxima mea, ecce es pulchra. Oculi tui colũbæ [α] extra taciturnitatem tuam. Capillamentum tuum, ſicut greges caprarum, quæ reuelatæ ſunt de Galaad. Dentes tui, ſicut greges tonſarum, quæ aſcẽderunt de lauacro: quæ omnes [β] geminantes, & infœcunda non eſt in eis. Sicut [γ] funiculus coccineus, labia tua, & eloquium tuum decorum. Sicut cortex mali punici [δ] gena tua extra taciturnitatem tuam. Sicut turris Dauid, collum tuum, quæ ædificata eſt in [ε] Talpioth: mille clypei pendent ſuper eam, omnia iacula potentium. Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ, qui paſcuntur in lilijs, [ζ] donec aſpiret dies, & amoueantur vmbræ. Ibo mihi ad montem

E myrrhæ, & ad [η] collem thuris. Tota pulchra es proxima mea, & macula non eſt in te. Veni à Libano ſponſa, veni à Libano: venies, & trãſibis à principio [θ] fidei, à capite Sanir, & Ermon, à [ι] latibulis leonum, à montibus pardorum: [κ] cor abſtuliſti nobis ſoror mea ſponſa, cor abſtuliſti nobis [λ] vno ex oculis tuis, in vno [μ] ornamento ceruicum tuarum. Quàm [ν] pulchra facta ſunt vbera tua ſponſa? quàm pulchra facta ſunt vbera tua [ξ] à vino? & odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata. [ο] Fauum deſtillant labia tua, ſponſa: mel, & lac ſub lingua tua: & odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris. Hortus conclusus

clusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum fructu [π] nucũ. Cyperi cum nardis, nardus, & crocus, calamus, & cinnamomum cum omnibus lignis Libani: mirrha, [ρ] aloth cum omnibus primis vnguentis. Fons horti, & puteus aquæ viuentis, [σ] & cum strepitu fluentis è Libano. Exurge Aquilo, & veni Auster, & aspira hortum meum, & [τ] fluant aromata [υ] mea.

α Extra taciturnitatem tuam.] *Sic S. Ambr. in ps.* 118. *serm.* 16. *quinta editio*, ἀπὸ πλήθους τοῦ κάλλους σου, ex multitudine pulchritudinis tuæ. β Geminantes.] *Respondet hebræo. Aq.* διδυμοτόκοι, *& S. Ambr. loco allato*, geminos creant, *vbi multa alia ex sequentibus referuntur.* γ Funiculus coccineus.] *Apud S. Ambrosium in ps.* 118. *serm.* 18. sicut resticula coccinea, *alibi resticulum. Aq.* ἐκ κόκκου, è cocco. δ Gena tua extra.] *Sym.* αἱ παρειαί σου σκεπόμεναι καλύμματι, genæ tuæ tectæ operimento. ε In Thalpioth.] *Aq.* εἰς ἐπάλξεις, in propugnacula. *Sym.* ὕψη, altitudines: *quarum editionum facit etiam mentionem Theodoretus. S. Ambr. in ps.* 118. *serm.* 4. Sicut turris Dauid ceruix tua, quæ ædificata est in Thalpio: mille ostia pendent in ea, omnia iacula potentium. ζ Aspiret dies, & amoueantur.] *Aq.* κοπάσῃ ἡ ἡμέρα, καὶ κλιθῶσιν, cesset dies, & inclinentur, *vt supra.* η Collem.] *Sym.* εἰς τὴν νάπην, *eodem sensu.* θ Fidei.] *Sic fere S. Ambr.* 1. *de Virg. nec multo aliter lib. de Noe cap.* 15. *& in ps.* 118. *serm.* 15. *Aq* ἀμανά, *& vulgata*, Amana. ι Latibulis] *Aquila* ἐκ τοῦ κατοικητηρίου, habitaculo. κ Cor abstulisti.] *Idem enim videtur valere hoc loco*, ἐκαρδίωσας, *atque illud quod est in aliis*, ἐνεκαρδίωσας: *Sic hebræus. S. Ambr. in ps.* 118. *serm.* 11. corde nos cepisti ab vno oculorum tuorum. *sed in serm.* 16. cor meum cepisti. *quinta editio*, ἐθάρσυνάς με, ἐθάρσυνας, fidere me fecisti, fecisti fidere. *Apud interpretem Theodoreti ex Sym.* excitasti. λ Vno.] *Aq.* ἐν ἑνί, in vno. *Symm.* δι' ἑνός, per vnum. μ Ornamento.] *Aq.* ἐν ἑνὶ πλοκάμῳ ἀπὸ τραχήλου σου, in vno serto à collo tuo. *Symm.* τῶν ὁρμίσκων τοῦ τραχήλου σου, monilium colli tui. ν Pulchra facta sunt.] *Aq.* ἐκαλλωπίσθησαν, *Symm.* ὡραιώθησαν, *eodem sensu.* ξ A vino.] *Sym.* ὑπὲρ οἶνον, super vinum. ο Fauum.] *Aq* γλυκασμόν, dulcedinem, *Sym.* μέλι, mel. π Nucum.] *Sym.* ὀπωρῶν, pomorum. ρ Aloth.] *Aq.* καὶ ἀλωή, & aloe. *Sym.* καὶ θυμίαμα, & thymiama. σ Cum strepitu fluentis.] *Quinta editio*, ῥεόντων, fluentium. *S. Ambr. in ps.* 118 *serm.* 17. & impetus descendens à Libano. τ Fluant.] *Aq.* ῥυήτωσαν, *eodem sensu.* υ Mea.] *Sic S. Hieron. in Abacuc cap.* 3. *& apud Theodoretum, & apud S. Ambr.* 1. *de Virg. Alij* σου, tua. *Vulgata*, illius.

CAP. V.

DESCENDAT fraternus meus in hortum meum: & comedat fructũ [α] nucum eius. Introiui in hortum meum soror mea sponsa: vindemiaui myrrham meam cum aromatibus meis: [β] manducaui panem meũ cum melle meo: bibi vinum meũ cũ lacte meo. Comedite proximi, & bibite, & inebriamini [γ] fratres. Ego dormio, & cor meũ vigilat. Vox fraterni mei pulsat ad ostium: aperi mihi proxima mea, soror mea, columba mea, perfecta mea. Quia caput meum impletum est rore, & cincinni mei guttis [δ] noctis. Exui tunicam meam: quomodo induam illam? Laui pedes meos; quomodo inquinabo illos? Fraternus meus emisit manum suam de prospectu: & venter meus conturbatus est super [ε] ipsum. Exurrexi ego aperire fraterno meo: manus meæ stillauerunt myrrham: digiti mei myrrham plenam super [ζ] manus pessuli: aperui ego fraterno meo: fraternus meus [η] transijt: [θ] anima mea egressa est in sermone eius. Quæsiui eum, & non inueni eum: vocaui eum, & non obaudiuit me. Inuenerunt me custodes, qui circumeunt in ciuitate; percusserunt me, [ι] vulnerauerũt me: tulerunt [κ] theristrum meum à me custodes murorum. Adiuraui vos filiæ Hierusalem in virtutibus, & viribus agri: si inueneritis fraternum meum; quid annunciabitis ei? quoniam vulnerata charitatis ego sum. Quid fraternus tuus à fraterno, pulchra in mulieribus? Quid fraternus tuus à fraterno; quia sic adiurasti nos? Fraternus meus [λ] candidus, & rubicundus [μ] electus è decem millibus. Caput eius aurum [ν] Cephaz: cincinni eius elatæ nigri tanquam currus: oculi

eius,

A eius, ſicut columbæ ſuper ξ plenitudines aquarum lotæ in lacte, ſedentes ſuper plenitudines: maxillæ eius, ſicut ο phialæ aromatis germinantes vnguentaria: labia eius lilia ſtillantia myrrham π plenam: manus eius tornatæ aureæ impletæ ρ Tharſis: venter eius pixis eburnea ſuper lapidem ſapphirum: crura eius columnæ σ marmoreæ fundatæ ſuper baſes aureas: ſpecies eius, vt Libanus, electus ſicut cedri: guttur eius dulcedines: & totus deſideriũ. Hic fraternus meus, & hic proximus meus, filiæ Hieruſalem. Quo τ abijt fraternus tuus, pulchra in mulieribus? quo reſpexit fraternus tuus? & quæremus eum tecum.

α Nucum.] S. *Ambr. 3. de virg.* inuitatur Dei verbum in hortum nucis. *Sed 1. de virg.* manducet fructum pomorum ſuorum. *Aq. & Symm.* ὀπωρῶν, pomorum, *vt ſupra*, β Manducaui panem meum.] *Sym.* ἐνεμήθην τὸν δρυμόν μου, depaſtus ſum ſyluam meam. B γ Fratres.] *Aq. & Symm.* ἑταῖροι, ἀδελφιδοί, ſodales, fraterni. δ Noctis.] *Aq. & Sym.* νυκτερινῶν, nocturnus. ε Ipſum.] *Sic hebræus: quod tamen, vt alibi, putant nonnulli ſignificare,* me. *S. Ambr. in pſ. 118. ſerm. 12.* ſuper eum. *Sed vulgata,* ad tactum eius. *Symmachus,* τὰ ἔντερά μου ἐταράχθη, viſcera mea turbata ſunt. ζ Super manus peſſuli.] *Sch.* ἐπὶ θύρας, ſuper oſtia. S. *Ambroſius in ſerm. illo 12. hæc tantum refert,* digiti mei myrrha pleni: *& in aliquo libro eſt,* σμύρνης πλήρεις. η Tranſijt.] *Aq.* ἔκλινεν, παρῆλθεν, declinauit, præterijt. *Sym.* ἀνανεύσας παρῆλθεν, renuens præterijt. θ Anima mea.] *Symm.* ψυχή μου ἐξήρχετο λαλοῦντος αὐτοῦ, anima mea exibat eo loquente. ι Vulnerauerunt.] *Aq.* ἐμωλώπισάν με, flagellarunt me. κ Theriſtrum.] *S. Amb.* pallium. *De hoc alibi dictum eſt. Schol.* τὸ κάλυμμά μου, operimentum meum. λ Candidus.] *Symm.* λαμπρός, ſplendens. μ Electus.] *Aq.* ἐκλελεγμένος: *Symm.* ἐπίλεκτος, *eodem ſenſu.* ν Aurum Cephaz.] *Aut,* Cephas, *vt S. Ambr. videtur factum ex duabus dictionibus hebraicis, quæ ſignificant maſſam auri obryzi. Aq.* λιθέα τοῦ χρυσίου, lapidea auri. *Symm.* χρυσίον, aurum. *Th.* ἐπίσημοι ἐν χρυσίῳ, inſignes in auro. ξ Plenitudines.] *Aquila,* ἐκχύσεις, effuſiones. ο Phialæ.] *Aq.* πρασιαί, ſulci. C π Plenam.] *Ita etiam S. Ambr. in pſal. 118. ſerm. 18. Aquila,* ἐπιλεκτήν, electam. *Symm.* πρωτείαν, primam. ρ Tharſis.] *Symmachus,* πλήρεις ὑακίνθων, *& vulgata,* plenæ hyacinthis. *Sexta editio,* χρυσολίθων, Chryſolithis. σ Marmoreæ.] *Aq. & Th.* πάριοι, Pariæ. τ Abijt.] *Aq.* ἐπορεύθη, iuit. *Symm.* ἀνεχώρησεν, receſſit.

CAP. VI.

FRATERNVS meus deſcendit in hortum ſuum ad α phialas aromatis, β paſcere in hortis, & colligere lilia. Ego fraterno meo, & fraternus meus mihi, γ qui paſcit in lilijs. Pulchra es proxima mea, δ ſicut beneplacitum, decora, ſicut Hieruſalem, ε pauor, vt ordinatæ. Auerte oculos tuos è ζ regione mei: quia ipſi auolare fecerunt me. Capillamentum tuum, ſicut greges caprarum, quæ η apparuerunt è Galaad. Dentes tui, ſicut greges θ tonſarum, D quæ aſcenderunt de lauacro, omnes geminantes, & infœcunda non eſt in eis. Sicut ι funiculus coccineus, labia tua, & κ eloquium tuum decorum. Sicut cortex mali punici, gena tua λ extra taciturnitatem tuam. Sexaginta ſunt reginæ, & octuaginta concubinæ, & adoleſcentulæ, quarum non eſt numerus. Vna eſt columba mea, perfecta mea, vna eſt matri ſuæ, electa eſt ei, quæ peperit ipſam. Viderunt eam filiæ, & μ beatificabunt eam reginæ, & concubinæ, & laudabunt eam. Quæ eſt iſta, quæ ν progreditur, ſicut aurora, pulchra vt Luna, electa vt Sol, ξ pauor, vt ordinatæ? In hortum nucis deſcendi ο videre in genimina torrentis, videre ſi floruit vitis, effloruerunt mala punica. Ibi dabo vbera E mea tibi. π Non nouit anima mea. ρ Poſuit me currus Aminadab: conuertere conuertere σ Sunamitis, conuertere, conuertere, & τ videbimus in te.

α Phialas.] *Aq. & Sym.* πρασιάς, ſulcos, areolas. β Paſcere.] Sic *S. Ambr. de Inſtit. virg. cap. 15. Aq. Symm. Sexta editio,* τοῦ νέμεσθαι, ad paſcendum. γ Qui paſcit.] *Sexta editio,* τῷ νεμομένῳ ἐν τοῖς κρίνοις, ei qui paſcitur in lilijs. *Theodor. ex Sym.* qui paſcit flores. δ Sicut beneplacitũ.] A. κατ' εὐδοκίαν, iuxta beneplacitũ. *Sym.* εὐδοκητή, bene accepta. *Quinta editio,* ἕως εὐδοκῶ, quouſque bene probo. *Nonnulli putant dictionem hebræam ſignificare ipſammet ciuitatem Therſam.* ε Pauor, vt ordinatæ.] *Eſt hebraiſmus: nam hebræus habet,* vexillatæ, *& valet,* acies. caſtra. *Sym.* ἐπίφοβος, ὡς τάγματα παρεμβολῶν, terribilis vt acies caſtrorũ. ζ E regione mei.] *Aq.* ἀπὸ κατέναντί μου, *eodem ſenſu.* η Apparuerunt.] *In aliquot libris eſt,* ἀνέβησαν, aſcenderunt, *&* *Sch.* ἀνεφάνησαν. θ Tonſa-

θ Tonſarum.] *Sym.* τῶν ἀμνάδων, agnarum. ι Funiculus coccineus.] *Sch.* ὡς νῆμα κόκκινον, ſicut filum coccineum. *Aq.* τῆς κόκκου, cocci. κ Eloquium.] *Sym.* διάλεξίς σου καλή, alloquutio tua bona. *Abeſt tamen hoc loco iſta pars à vulgata.* λ Extra taciturnitatem tuam.] *Symm.* σκεπόμεναι καλύμματι, tectæ operimento. μ Beatificabunt.] *Aq. & Symm.* καὶ ἐπῄνεσαν, & laudauerunt. ν Progreditur.] *Reſponderet etiam hebræo, ſi illud,* ἐπικύπτουσα, *verteretur*, reſpiciens. ξ Pauor, vt ordinatæ.] *Sym.* ἐπίφοβος ὡς τάγμα, terribilis cum acie: *alius interpres,* ὡς ἐπιφάνεια, tanquam aduentus ſplendoris. *Quinta editio,* ἐπιφανὴς ὡς μεγαλυνόμεναι, illuſtris, ſicut illæ, quæ magnificantur. *Sexta editio,* καταπληκτικὴ ἐν μεγαλυμμέναις, terrefaciens inter eas, quæ ſunt magnificatæ. ο Videre in genimina torrentis.] *Sym.* καταμαθεῖν τὰς ὀπώρας τῆς φάραγγος, ad conſiderandos fructus conuallis: *alius interpres,* ἰδεῖν τὸν καρπὸν τῶν χειμάῤῥων, ad videndum fructum torrentium. π Non nouit.] *In aliquo libro eſt,* οὗ ἔγνω, vbi nouit, *& ex Aquila, vt eſt in noſtra. Sym.* οὐκ οἶδα, ἡ ψυχή μου ἐτάραξέν με, *quod vulgata,* neſciuit: anima mea conturbauit me. ρ Poſuit me currus Aminadab.] *S. Ambr. de Abraam cap.* 8. poſuiſti me currus Aminadab. *Quinta editio,* ἔθου με εἰς ἅρμα λαοῦ ἡγεμένου, poſuiſti me in currum populi ducis. *Theodoretus tribuit Symmacho,* anima mea dubitauit à curribus populi ducentis: *Aquilæ autem,* curribus populi ſponte imperantis. σ Sunamitis.] *Sym.* ἡ ἐσκυλευμένη, ſpoliata. *Aq.* ἡ εἰρηνεύουσα, quæ in pace degis. τ Videbimus.] *Sic S. Amb. de obitu Valent. Sch.* ἐνατενισόμεθα, intuebimur quaſi in ſpectaculū.

CAP. VII.

QVID α videbitis in Sunamitide, quæ venit, β ſicut chori caſtrorum? Specioſi facti ſunt greſſus tui in calceamentis tuis filia γ Nadab: moduli fœmorum ſimiles torquibus, δ opus artificis. Vmbilicus tuus crater tornatilis, non deficiens miſto: venter tuus ε aceruus frumēti vallatus in lilijs: duo vbera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ: collum tuum, ſicut turris eburnea: oculi tui, tanquam ζ ſtagna in Eſebon in portis filiæ η multorum. Naris tua, ſicut turris Libani proſpiciens faciem Damaſci. Caput tuum ſuper te, ſicut Carmelus, θ & plexus capitis tui, ſicut purpura. Rex ligatus in tranſcurſibus. Quàm pulchra, & quàm ſuauis facta es charitas ι in delicijs tuis? Hæc κ magnitudo tua, ſimilis facta es palmæ, & vbera tua botris. Dixi, aſcendam in palmam, tenebo λ cacumina eius: & erunt nunc vbera tua, ſicut botri vitis: & odor naſi tui, ſicut poma: & guttur tuum, ſicut vinum bonum μ vadens fraterno meo in rectitudinem, ν ſufficiens labijs meis, & dentibus. Ego fraterno meo, & ſuper me conuerſio eius. Veni fraterne mi, exeamus in agrum, requieſcamus in caſtellis, diluculo ſurgamus in vineas. Videamus, ſi ξ floruit vitis, floruit propago, ο floruerūt mala punica. Ibi dabo vbera mea tibi: mandragoræ dederunt odorem. Et in oſtijs noſtris omnes nuces nouas ad veterers fraterne mi π ſeruaui tibi.

α Quid videbitis in ſunamitide.] *Aq.* τί ἐνατενιεῖτε ἐν εἰρηνευούσῃ; Quid intuebimini in pacifica? β Quæ venit, ſicut chori.] *S. Ambr. de obitu,* de qua venit, ſicut chori. *Compl. non ſine mendo,* ὡς χορτὸς, ſicut herba. *Sch.* διερχομένην ὡς χορὸν τῶν παρεμβολῶν, accedentem tanquam chorum caſtrorum. *Sym.* τὴν ἐσκυλευμένην ἐν τρώσεσι τῶν παρεμβολῶν, ſpoliatam in vulnerationibus caſtrorum. γ Filia Nadab.] *S. Hier.* 1. *adu. Iouin.* in calceamentis filii Aminadab. *S. Ambroſius de Inſtitutione virg. capite* 14. *& de obitu Valentiniani*, in calceamentis filia Aminadab, hoc eſt filia principis, *& Theodoretus ex Aquila,* ἑκουσιαζομένου, ſponte dantis, munifici, *ex Symm.* ἡγεμόνος, ducis. *S. Ambr. ex Aq. videtur vertiſſe in ſerm. in pſ.* 118. voluntatis, vel beneplaciti, δ Opus artificis.] *S. Ambr. de Inſtit. virg. c.* 14. opera manuum artificis, *in pſ.* 118. *ſerm.* 17. opere artificis. ε Aceruus frumenti.] *S. Ambr. de Inſtit. vir. c.* 14. ſicut aceruus tritici minuti inter lilia: *ſed de obitu Valent.* aceruus tritici muniti inter lilia. *Sym.* ὡς σωρός, tanquam cumulus. ζ Stagna.] *Sic S. Amb. Sym.* κολυμβῆθραι, piſcinæ. η Filiæ multorum.] *Sym.* θυγατέρων πλήθους, filiarum multitudinis. θ Et plexus.] *S. Ambr. ſerm.* 17. *in pſ.* 118. & ornatus. *Sch.* καὶ ἡ διακόσμησίς σου ὡς πορφύρα βασιλέως περιδεδεμένη εἰλήμασι, & ornatus tuus, ſicut purpura regis circumligata inuolucris. *Alind Schol.* δεδεμένη ῥεραττείμ, ligata Beratim, *quod ſignificat,* in canalibus. ι In delicijs tuis.] *Sic S. Amb. in illo ſerm.* 17. *& alibi. Aquila,* θυγάτηρ τρυφῶν, filia deliciarum: *alius interpres,* ἀγαπητὴ ἐν σπατάλαις, dilecta in delicijs. κ Hæc magnitudo.] *S. Ambr. Hexae. l.* 3. *c.* 17. ſtatura tua, ſimilis facta eſt palmæ. *Aq.* αὕτη ἀνάστασίς σου, hæc ſuſcitatio tua. *Sym.* αὕτη ἡλικία σου, hæc ætas tua. λ Cacumina.] *Sym.* τῶν βαΐων, ramos. *Theodoretus ex Aquila,* elatas eius. μ Vadens.] *Sym.* ἁρμόζων τῷ ἀγαπητῷ μου εἰς εὐθύτητα, conueniens dilecto meo in rectitudinem. ν Sufficiens.] *Symmachus,* προστιθέμενος χείλεσι, accedens labijs. *Aq.* χείλεσι, καὶ ὀδοῦσι, labijs, & dentibus. ξ Floruit.] *Aquila, & ſexta editio,* εἰ ἐβλάστησεν, ſi germinauit. ο Floruerunt.] *Aquila,* ἤνοιξαν, aperuerunt ſe. π Seruaui.] *Aq. & Symmachus,* ἀπέκρυψά σοι, abſcondi tibi.

CAP.

CAP. VIII.

QVIS det te [α] fraterne mi lactentem vbera matris meæ? [β] Inueniens te foris osculabor te: [γ] & quidem non spernent me. Assumam te, introducam te in domum matris meæ, & in cubiculum eius, quæ concepit [δ] me. Potabo te de vino [ε] vnguentato, de latice malorum punicorum meorum. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adiuraui vos filiæ Hierusalem in [ζ] viribus agri, si suscitaueritis, & si exuscitaueritis charitatem, quoadusque voluerit. Quæ est ista, quæ [η] ascendit dealbata, [θ] innitens super fraternum. [ι] Sub malo exuscitaui: [κ] Ibi peperit te mater tua, ibi peperit te, quæ genuit te. [λ] Pone me vt signaculum super cor tuũ, vt signaculum super brachiũ tuum. [μ] Quia valida, vt mors, charitas, durus, sicut infernus, zelus: [ν] alæ eius, alæ ignis, flammæ eius. Aqua multa non poterit extinguere charitatem, & flumina non vndabunt eam. Si dederit vir [ξ] omnem vitam suam [ο] in charitate; contemptu contemnent eum. Soror nostra [π] parua, & vbera non habet. Quid faciemus sorori nostræ in die, qua [ρ] loquetur in ea? Si murus est; ædificemus super eam propugnacula argentea: & si ianua est; [σ] sculpamus super eam tabulam cedrinam. Ego murus, & vbera mea sicut turres. Ego eram in oculis [τ] eorum tanquam inueniens pacem: vinea facta est Salomoni in [υ] Beelamon: dedit vineam suam ijs, qui seruant. Vir feret in [φ] fructu eius mille argenti. Vinea [χ] mihi mea in conspectu meo: mille Salomoni, & [ψ] ducenti seruantibus fructum eius. Qui [ω] sedes in hortis, amici sunt [αα] intendentes voci tuæ: vocem tuam insinua mihi. Fuge fraterne mi, & similis esto capræolæ, aut hinnulo ceruorum super montes [ββ] aromatum.

α Quis det te fraterne mi.] *S. Ambr. de inst. virg.* Quis dabit te fratrem mihi, *nec multo aliter serm.* 19. *in psal.* 118. *Atque omnino sæpe pro fraterno, aut fratruele apud Patres est frater. Aqu.* τίς δώσει σε ὡς ἀδελφὸν ἐμοί, quis dabit te vt fratrem mihi? β Et inueniens.] *Sic S. Ambr. Symm.* ἵνα εὕρω σε ἔξω, φιλήσω σε, vt, cum inuenero te foris, osculer te. *Alius interpres,* ἐν ἀγρῷ, in agro: *alius,* εὑρήσω σε ἐν ἀγορᾷ, φιλήσω σε, inueniam te in foro, osculabor te. γ Et quidem non spernent.] *Sexta editio,* καὶ μηδεὶς ἐξουδενίζῃ με, & nemo vilipendat me. *Aq.* οὐκ ἔτι μυκτηρίσουσί με, non vltra subsannabunt me. δ Me.] *In aliquot libris, & apud Theodoretum additur,* διδάξεις με, *& apud S. Ambr. serm. illo* 19. ibi docebis me. ε Vnguentato.] *Sym.* ἠρτυμένῳ, condito. ζ In viribus agri.] *In Compl. & apud Theodoretum est,* ἐν ταῖς δυνάμεσι, καὶ ἐν ταῖς ἰσχύεσι τοῦ ἀγροῦ, *vt supra. Totum vero istud abest à S. Amb. & à vulgata. Sch.* ἐν ταῖς δορκάσιν, ἢ ἐν ἐλάφοις τῆς χώρας, in capræis, vel in ceruis regionis. η Ascendit.] *Ita etiam S. Ambr. ibidem, & Theodoretus. Schol. adiungit,* ἐκ τῆς ἐρήμου, *& vulgata,* de deserto. θ Innitens.] *Sic S. Ambr. Sexta editio,* ἐπιστηριζομένη, *eodem sensu Sed in* 1. *hom. Orig. versa à S. Hieronymo in recentioribus editionibus.* Et quo manifestius hoc mysterium describatur; non ait, vt in plerisque codicibus legitur, innixa super fratruelem suum, idest, ἐπιστηριζομένη, sed, ἐπιστηθιζομένη, idest super pectus eius recumbens. ι Sub malo.] *Aq.* ὑποκάτω τοῦ μήλου ἐξήγειρά σε. *Sym.* ὑπὸ τὴν μηλέαν, eodẽ sensu. κ Ibi peperit te.] *A.* ἐκεῖ διεφθάρη, ibi corrupta est. *Sym.* ὅπου, vbi. λ Pone.] *Schol.* περίθου, circumpone. μ Quia valida.] *Sym.* ὅτι ἀκαταμάχητος ὡς θάνατος ἡ ἀγάπη, quia inexpugnabilis, vt mors, dilectio. ν Alæ.] *Sic S. Ambr. Sch.* λαμπάδες αὐτῆς, λαμπάδες πυρός. lampades eius, lampades ignis. *Symm.* αἱ ὁρμαὶ αὐτῆς, ὁρμαὶ πύριναι, impetus eius, impetus ignis. *Sexta editio,* σπινθῆρες αὐτῆς, σπινθῆρες πυρός, scintillæ eius, scintillæ ignis. *Huius lectionis facit etiam mentionem Theodoretus, quasi ex diuersitate exemplarium.* ξ Omnem vitam suam.] *Aq.* σύμπασαν ὕπαρξιν τοῦ οἴκου αὐτοῦ, vniuersam substantiam domus suæ. ο In charitate.] *Sym.* ὑπὲρ τῆς ἀγάπης, ἐξουδενιζόμενος ἐξουδενωθήσεται, pro charitate, spretus spernetur. π Parua.] *Quinta editio,* ἀδελφὴ ἡμῶν εἶ μικρά, καὶ μαστοὺς οὐκ ἔχεις, soror nostra es parua, & vbera non habes. ρ Loquetur.] *S. Ambr. in ps.* 118. *serm.* 22. vel, vt Symm. qua loquatur ei. *Sed posset etiam verti,* sermo fiet. σ Sculpamus super eam tabulam.] *S. Ambr.* tabulas. *Quinta editio,* ἐπάνω αὐτῆς, desuper eam. *Symm.* περισφίγξωμεν αὐτὴν σανίσι κεδρίναις, compingamus eam tabulis cedrinis. τ Eorum.] *Aliqui codices* αὐτοῦ, *& S. Ambr.* eius, *& sic Aq.* τότε ἐγενήθην ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ εὑρίσκουσα εἰρήνην, tunc facta sum in oculis eius inueniens pacem. υ Beelamon.] *Theodoretus,* Symm. vertit, ἐν κατοχῇ ὄχλου, in retentione turbæ. *Aq.* ἐν ἔχοντι πλῆθος, in habente multitudinem. φ In fructu.] *Aliqui,* ἐν καιρῷ, in tempore. *Sch.* ἐνέγκῃ ὑπὲρ καρποῦ αὐτοῦ χιλίους ἀργυρίου, afferat pro fructu eius mille argenti. χ Vinea mihi mea.] *S. Amb.* vitis mea in conspectu meo. *Sch.* ἀμπελὼν ἐμὸς εἰς πρόσωπόν μου, vinea mea ad faciem meam. ψ Ducenti.] *Si cæteri omnes. Sch.* δισχίλιοι, bis mille. ω Qui sedes.] *Sym.* οἱ καθήμενοι, qui sedetis. αα Intendentes.] *Scho.* ἀκροῶνται, auscultant. ββ Aromatum.] *Symm.* ἡδυσμάτων, suauitatum.

SAPIENTIA SALOMONIS.

CAP. I.

DILIGITE iustitiam, qui iudicatis terram.[*] Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illũ. Quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum. Peruersæ enim cogitationes separant à Deo: probata autem virtus corripit insipientes. Quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia, neque habitabit in corpore subdito[α] peccatis. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet dolum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus[β] sapientia, & non liberabit maledicum à labijs suis: quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguæ auditor. Quoniam spiritus Domini repleuit orbẽ terrarũ, &[γ] hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc, qui loquitur iniqua, nemo latebit, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit, sermonũ autẽ illius auditio ad Deũ veniet, ad correptionem iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia: & tumultus murmurationum nõ abscondetur. Custodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodest: & à detractione parcite linguæ. Quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit: os autem, quod mentitur, occidit animam. Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ: neque acquiratis perditionem operibus manuum vestrarum. Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim vt essent omnia; &[δ] salutares generationes mundi: & non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra. Iustitia enim[ε] immortalis est. Impij autem manibus, & verbis accersierunt illam: æstimantes illam amicam defluxerunt, & sponsionem posuerunt ad illam, quoniam[ζ] digni sunt, qui sint ex parte illius.

[*] Sentite.] S. *Hier. in Esa. 55.* sapite. [α] Peccatis.] *Græce est in numero singulari: sed auctor vulgatæ videtur vitasse ineptam compositionem: à qua quidem vulgata inuiti, & raro discedemus, præsertim vbi illi conuenit cum recitatione Patrum.* [β] Sapientia.] *In vno vetusto ad marginem est,* σοφίας, sapientiæ, *vt vulgata. S. Aug. de mendacio ad Consent. cap. 16. vbi multa ex hoc loco affert, & explicat*, humanus est enim spiritus sapientiæ. [γ] Et hoc, quod continet.] *Si referatur ad spiritum, quemadmodum referri potest in græco; verti posset*, & qui continet, *vt apud S. Augustinum in speculo*, & *Orig. in epist. ad Rom. cap. 9. lib. 7.* [δ] Et salutares.] *Sic S. Hier. sed vulgata*, & sanabiles fecit nationes orbis terrarum. [ε] Immortalis est.] *In multis vulgatæ codicibus sunt plura*, perpetua est, & immortalis, iniustitia autem mortis acquisitio. [ζ] Digni.] *In vulgata additur*, morte: *quæ tamen dictio minime necessaria est, & abest ab aliquot vetustis codicibus vulgatæ.*

CAP.

CAP. II.

A

DIXERVNT enim cogitantes [α] apud ſe non rectè: Exigua eſt, & cum tædio vita noſtra, & non [β] eſt remedium in fine hominis: & nõ eſt agnitus, qui ſit reuerſus ab inferis. Quia [γ] ex nihilo nati ſumus: & poſt hæc erimus, tanquam non fuerimus. Quoniam fumus eſt afflatus in naribus noſtris, & [δ] ſermo ſcintilla ad commouẽdum cor noſtrum. [ε] Qua extincta cinis euadet corpus, & ſpiritus diffundetur tanquam mollis aer. Et [ζ] nomen noſtrum obliuionem accipiet in tempore, & nemo memoriam habebit operum noſtrorum. B Et tranſibit vita noſtra tanquam veſtigium nubis, & ſicut nebula diſſoluetur, quæ fugata eſt à radijs Solis: & à calore illius aggrauata. Vmbræ enim tranſitus eſt vita noſtra: & non eſt reuerſio finis noſtri: quoniam conſignata eſt, & nemo reuertitur. Venite ergo, & fruamur bonis, quæ ſunt, & vtamur [η] creatura, tanquam iuuentute celeriter. Vino precioſo, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos [θ] temporis. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant: nemo noſtrum exors ſit luxuriæ noſtræ: vbique relinquamus ſigna lætitiæ: quoniam hæc eſt pars noſtra, & ſors noſtra. Opprimamus pauperem iuſtum, non parcamus viduæ, [ι] nec veterani reuereamur canos multi temporis. Sit autem C fortitudo noſtra lex [κ] iuſtitiæ: quod enim infirmũ eſt, inutile inuenitur. Circumueniamus ergo iuſtum, quoniam inſuauis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & exprobrat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ. Promittit ſe ſcientiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum. Grauis eſt nobis etiam ad videndum: quoniam diſsimilis eſt alijs vita illius, & immutatæ ſunt viæ eius. Tãquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe à vijs noſtris, tanquam ab immunditijs: præfert nouiſsima iuſtorum, & [λ] gloriatur patrem Deum. Videamus, ſi ſermones illius veri ſunt, & tentemus, quæ ventura ſunt illi. Si enim iuſtus eſt filius Dei, ſuſcipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorũ. D Contumelia, & tormento interrogemus eum, vt ſciamus reuerentiam illius, & [μ] probemus patientiam illius. Morte turpiſsima condemnemus eum. Erit enim ei reſpectus ex ſermonibus illius. Hæc cogitauerunt, & errauerunt: excæcauit enim illos malitia eorum. Et neſcierunt ſacramenta Dei, neque mercedẽ ſperauerunt iuſtitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum ſanctarum. Quoniã Deus creauit hominem inexterminabilem, [ν] & ad imaginem ſuæ ſimilitudinis fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. [ξ] Imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius.

E [α] Apud ſe.] *In multis libris eſt*, ἐν ἑαυτοῖς, *& poſſet etiam verti*, intra ſe. [β] Remedium.] *Vulgata*, refrigerium. [γ] Ex nihilo.] *Videtur bene expreſſa ſententia, quamuis* αὐτοσχεδίως, *ſignificet*, temere, caſu. [δ] Sermo ſcintilla.] *Sic vaticani, & cæteri manuſcripti*, ὁ λόγος σπινθήρ. *& eadem videri poteſt fuiſſe lectio vulgata, licet nunc ſit*, ſermo ſcintillæ. *Nonnulli autem putarunt legendum*, ὀλίγος σπινθήρ, parua ſcintilla. *Quod autem ſequitur*, ad commouendum cor noſtrum, *poſſet etiam verti*, in motione cordis noſtri. [ε] Qua extincta.] *Ideſt, qua ſcintilla extincta. Vulgata, niſi ſubeſt mendum*, quia extinctus cinis. [ζ] Et nomen.] *In vulgata hæc ſententia ponitur poſt ſequentem.* [η] Creatura, tanquam iuuentute.] *Compl.* τῇ κτίσει, ὡς ἐν νεότητι, poſſeſſione, tanquam in iuuentute. *Vulg.* creatura, tanquam in iuuentute. [θ] Temporis.] *Sic vulgata, & S. Ambroſius in pſal.* 118. *ſerm.* 8. *nec longe abeſt à dictione*, ἀέρος. [ι] Nec veterani reuereamur.] *Sic aliquot codices vulgatæ, licet alij*, nec veterano, nec reuereamur. [κ] Iuſtitiæ.] *Ita etiam gloſſa, & aliquot codices vulgatæ. Alij*, iniuſtitiæ. [λ] Gloriatur patrem Deum.] *Ideſt*, iactat. *Et ita S. Cypr. lib.* 2. *aduer. Iudæos. in aliquot vetuſtis exempl. licet in alijs ſit*, & gloriatur patrem ſe habere Deum, *vt in vulgata. Multa autem ex his eodem modo referuntur*

feruntur in vulgata, apud S. Cyprianum loco indicato, apud Lactantium lib. 4. cap. 16. apud Luciferum pro S. Ath. apud S. Aug. 17. de ciuit. c. 20. & alios: quare à vulgata minime recedendum putauimus. μ Probemus.] *Sic etiam S. Cypr. & Lactantius, & S. Aug. Aliquot libri habent,* διελέγξωμεν, iudicemus. ν Ad imaginem suæ similitudinis.] *Sic etiam Lucifer: quamuis ad verbum redderetur,* imaginem suæ, (*aut,* propriæ) proprietatis. *In plerisque autem codicibus pro,* ἰδιότητος, *est* ἀϊδιότητος, æternitatis. ξ Imitantur autem illum.] *Sic etiam Lucifer, & Sanctus Cyprianus de zelo, sed illud,* πειράζουσι δὲ αὐτὸν, *posset etiam significare,* experiuntur autem illam, *nimirum mortem.*

CAP. III.

IVSTORVM autem animæ in manu Dei sunt: & non tanget illos [α] tormentum. Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est [β] afflictio exitus illorum: & quod à nobis est iter, exterminium. Illi autem sunt in pace. Etenim coram hominibus tormenta passi sunt; spes eorum immortalitate plena est: & in paucis vexati, in multis bene disponentur. Quoniam Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos, quasi [γ] holocausti hostiam accepit illos; & in tempore [δ] respectus ipsorum fulgebunt, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus eorum in perpetuum. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi: quoniam [ε] donum, & pax est electis eius. Impij autem secundum quæ cogitauerunt, correptionem habebunt, qui neglexerunt iustum, & à Domino recesserũt. Sapientiam enim & disciplinam qui abijcit, infelix est: & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum: mulieres eorum insensatæ sunt, & nequissimi filij eorum. Maledicta [ζ] creatura eorum; quoniam felix est sterilis [η] incoinquinata, quæ nesciuit thorum in delicto: habebit fructum in respectione [θ] animarum: Et spado, qui non operatus est in [ι] manu iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum nequissima. Dabitur enim illi fidei donum electum, & sors in templo Domini acceptissima. Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & quæ non concidit, radix sapientiæ. Filij autem adulterorum [κ] inconsummati erunt: & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Et si quidem longæ vitæ erunt; in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus illorum: &, si celerius defuncti fuerint; non habebunt spem, nec in die agnitionis [λ] alloqutionem. [μ] Nationis enim iniquæ, diræ sunt consummationes.

α Tormentum.] *Sic etiam apud Luciferum pro S. Athan. in vulgata additur,* mortis. β Afflictio.] *Lucifer ibid. habet,* malitia, *& S. Aug. in Exo. q. 143. vbi tamen docet malitiæ nomine significari pœnam. Apud Luciferum totus locus sic habet,* & æstimata est malitia exitus illorum ab itinere iusto: abierunt in exterminium: illi autem, *&c.* In vulgata, & æstimata est afflictio exitus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in exterminium: & quod à nobis est, iter exterminij: illi autem, *&c.* γ Holocausti hostiam.] *Propius esset græco,* holocaustum hostiæ. *Apud Luciferum, & in multis codicibus S. Cypriani est,* holocaustam hostiam: *quamuis in alijs interdum sit,* holocausta hostiæ. δ Respectus.] *Idest,* visitationis, *vt cap. præcedenti etiam apud S. August. 17. de ciuit.* erit enim ei respectus ex sermonibus illius: *& in hoc ipso cap. paulo post,* in respectione animarum, *& alibi. Sed quod ad præsentem locum pertinet, apud Luciferum, & S. Cyprianum est, vt in vulgata,* & in tempore erit respectus illorum, *& apud Luciferum sequitur,* fulgebunt tanquam scintillæ: *apud S. Cyprianum.* Iudicabunt nationes, *sed ep. 1. lib. 4. in aliquo vetusto codice,* fulgebunt iusti, & tanquam, *vt vulgata.* ε Donum, & pax.] *Sic etiam S. Augustinus in speculo, quamuis græca sic reddi soleant,* quoniam gratia, & misericordia electis eius. *In multis autem codicibus græcis est,* ἐν τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ, καὶ ἐπισκοπὴ ἐν τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ, in sanctis eius, & visitatio in electis eius, *sed non apud S. Augustinum. Similia habentur cap. sequenti.* ζ Creatura.] *Idest generatio,* γένεσις. η Incoinquinata.] *Etiam à S. Hieronymo abest, &, vt dicemus. Vulg. & S. Aug. in speculo, &* coinquinata. θ Animarum.] *Sic S. August. ibidem, & S. Hier. vt dicemus. In vulgata additur,* sanctarum. ι In manu.] *Vulg. & S. Aug.* per manus suas. *S. Hier. in Esa. c. 56. hunc locum sic refert:* Beata sterilis immaculata,

A culata, quæ non cognouit stratum in delicto: habebit fructum in respectione animarum: & eunuchus, qui non est operatus manu iniquitatem, neque cogitauit contra Dominum mala. Dabitur enim fidei eius electa gratia, & pars in templo Domini delectabilis. κ Inconsummati.] *Idest*, non perfecti: *vt cap. sequenti, non enim probanda videtur versio Complut.* non initiati. *Vulgata fortasse mendose*, in consummatione. λ Alloquutionem.] *Idest*, solatium, *vt alibi*. μ Nationis.] *Sic etiam aliquot vetusti codices vulgatæ, licet aliter in alijs.*

CAP. IV.

MELIVS est esse sine filijs cū [α] virtute. Immortalis est enim memoria illius: quoniā & apud Deum nota est, & apud homines: cum præsens est; imitantur illā: & desiderant eam, cū se abduxerit: & in perpetuum B coronata triumphat, incoinquinatorum [β] certaminum prælium vincens. Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & [γ] adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. Nam etsi in ramis ad tempus germinauerint; infirmiter posita à vento commouebuntur, & à violentia ventorum eradicabuntur. Confringentur rami inconsummati, & fructus illorum inutilis, acerbus ad manducandum, & ad nihilum aptus. Ex iniquis enim [δ] somnis filij qui nascuntur, testes sunt nequitiæ parentum in interrogatione sua. Iustus autem, si morte præocupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est, nō diuturna, nec quæ annorum numero computa- C ta: canicies autem est prudentia hominibus: & ætas senectutis, vita immaculata. Placens Deo factus, dilectus est: & uiuens inter peccatores, translatus est. Raptus est, ne malitia mutaret intellectum illius, aut fictio deciperet animam illius. Fascinatio nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ trāsuertit sensum sine malitia. Consummatus in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat Domino anima illius. Propter hoc properauit de medio iniquitatis. Populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordijs talia: quoniam gratia, & misericordia in electos eius, & respectus in sanctos illius. Condemnat autem iustus mortuus viuos impios: & iuuentus celerius con- D summata [ε] longæuam senectutem iniusti. Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent, quid cogitauerit de illo, & quare munierit illum Dominus. Videbunt, & contemnent: illos autem Dominus irridebit. Et erunt post hæc decidentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam disrumpet illos [ζ] sine voce inflatos, & commouebit illos à fundamentis, & vsque ad supremum desolabuntur: & erunt [η] in dolore, & memoria illorum periet. Venient in [θ] cogitationem peccatorum suorum timidi: & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum.

E α Virtute.] *In lib. de singul. cleric. inter opera S. Cypriani est*, claritate: *cætera huius loci inde sumpsimus: magis enim respondent græcis, quàm vulgata*, ò quàm pulchra est casta generatio cum claritate: *quemadmodum etiam & illud*, abduxerit, *vbi in vulgata*, eduxerit. β Certaminum prælium.] *Sic in eodem libro. In vulgata est*, præmium. *Poterat etiam pro*, certaminum, *dici*, præmiorum: *quoniam ἄθλων, potest vtrumque significare. Sed ab auctoritate vulgatæ, & eius libri recedere noluimus; præsertim cum optima sententia elici possit.* γ Adulterinæ.] *Mutauimus nonnihil vulgatam auctoritate S. Augustini lib. 2. de doctr. Christ. c. 12.* δ Somnis.] *Fieri potest, vt in vulgatam mendum irrepserit, & pro*, somnis, *sit factum*, omnes. ε Longæuam senectutem.] *Vulg.* longam vitam. *Lucifer*, longæuitatem. ζ Sine voce inflatos.] *Hoc eodem ordine Lucifer, licet in vulgata sit*, inflatos sine voce. *Posset etiam pro inflatos dici*, pronos, demissos. η In dolore.] *Sic Lucifer: vulgata*, gementes. θ Cogitationem.] *Lucifer*, cognitionem: *vulgata*, cogitatione. *Dictio græca significat supputationem.*

CAP.

CAP. V.

A

TVNC ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis: dicent intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes. Hi ſunt, quos habuimus aliquando in [α] riſum, & in ſimilitudinem improperij. Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. [β] Quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorũ eſt? Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & [γ] Sol non eſt ortus nobis. [δ] Laſſati ſumus in vijs iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus [ε] ſolitudines difficiles: viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit ſuperbia? & quid [ζ] diuitiarũ iactatio contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tãquam vmbra, & tanquam nuncius [η] præcurrens: tanquam nauis, quæ pertranſit fluctuantem aquam, cuius, cum præterierit, non eſt veſtigium inuenire, neque ſemitam [θ] carinæ illius in fluctibus: aut tanquam auis, quæ tranſuolat in aere, nullum inuenitur argumentum itineris, ſed [ι] percuſsione alarum verberans leuem ventum, & ſcindens per vim ſtridoris, commotis alijs tranſuolauit: & poſt hoc nullum ſignum inuenitur itineris in eo: aut tãquam ſagitta emiſſa in locum deſtinatum, diuiſus aer continuo in ſe recluſus eſt, vt ignoretur tranſitus illius. Sic & nos nati deſiuimus eſſe, & virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtendere: in malignitate autem noſtra conſumpti ſumus. Quoniam ſpes impij tanquam [κ] puluis eſt, quæ à vento tollitur, & tanquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur, & tanquam fumus à vento diffuſus eſt, & tanquam memoria hoſpitis vnius diei prætérijt. Iuſti autem in perpetuum viuunt, & apud Dominum eſt merces illorum, & cogitatio eorum apud altiſsimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema ſpeciei de manu Domini: quoniam dextera teget eos, & brachio defendet illos. Accipiet armaturam zelum ſuum, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace iuſtitiam, & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet ſcutum inexpugnabile æquitatem: acuet autem diram iram in lanceam: & pugnabit ſimul cum illo orbis terrarum cõtra inſenſatos. Ibunt directæ emiſsiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu nubium ad certum locum inſilient: & à petroſa ira plenæ mittentur grãdines. Excandeſcet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Contra illos ſtabit ſpiritus virtutis, & tanquam turbo venti diuidet eos, & ad eremum perducet omnem terram iniquitas; & malignitas euertet ſedes potentium.

B

C

D

E

α In riſum.] *Apud S. Cyprianum in aliquot manuſcriptis, & apud Luciferum eſt,* in riſu, *in alijs, & vulgata,* in deriſum. *Sequuti autem ſumus iſtorum auctoritatem, vt quæ græcus in ſingulari habet de iuſto, in numero multitudinis redderemus. Id enim ſententiæ nihil officit.* β Quomodo.] *Sic Lucifer, & S. Cyprianus in aliquot codicibus: in alijs,* Quomodo ergo: *vulg.* Ecce quomodo. γ Sol.] *Ita ijdem, & S. Ambr. ſerm. 3. & 16. & S. Greg. 34. mor. c. 6. In multis autem libris eſt,* ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, Sol iuſtitiæ, *& in vulgata:* Sol intelligentiæ. δ Laſſati ſumus.] *Græce eſt,* ἐνεπλήσθημεν, impleti, & ſatiati ſumus. *Sed quoniam repletio laſsitudinem facit; ſatis bene videtur dictum,* laſſati. ε Solitudines.] *Sic S. Cypr. de exhort. mart. & alibi. Lucifer,* heremias: *vulgata,* vias. ζ Diuitiarum iactatio.] *Sic etiam S. Cypr. & ſatis bene ad ſententiam. Lucifer,* diuitiæ cum exultatione contulerunt. η Præcurrens.] *Lucifer,* percurrens. θ Carinæ.] *Sic vulgata. In alijs eſt,* τρίβων, ſemitarum. ι Percuſſione.] *In multis eſt,* πληγῇ, percuſſio. *Vulgata,* ſed tantum ſonitus. κ Puluis.] χοῦς. *In alijs,* χνοῦς, *quod poteſt etiam ſignificare,* lanugo, *vt in vulgata.*

CAP.

CAP. VI.

AVDITE ergo reges, & intelligite: discite iudices finium terræ: præbete aures vos, qui continetis [α] multitudinem, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo: qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, neque custodistis [β] legem, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende, & cito apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum in his, qui præsunt, fit. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam [γ] cuiusque Dominus, nec reuerebitur [δ] magnitudinem: quoniam pusillum, & magnũ ipse fecit: & æqualiter cura est illi de omnibus. Fortioribus autẽ fortior instat cruciatio. Ad vos ergo ò [ε] tyranni sunt sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excidatis. Qui enim custodierint [ζ] iuste iusta; iustificabuntur: & qui didicerint [η] ista; inuenient quid respondeant. Concupiscite ergo sermones meos, diligite, & habebitis disciplinam. Clara est, & quæ numquam marcescat, sapientia: & facile videtur ab his, qui diligunt eam, & inuenitur ab his, qui quærunt illam. Præoccupat, qui se concupiscũt, vt illis se prior ostendat. Qui de luce vigilauerit ad illam; non laborabit: assidentem enim illam inueniet foribus suis. Cogitare enim de illa [θ] sensus est consummatus: & qui vigilauerit propter illam, cito erit securus. Quoniam dignos se ipsa circumit quærens, & in [ι] vijs ostendit se illis hilariter, & in omni prouidentia occurrit illis. Initium enim illius verissima est disciplinæ concupiscentia, cura autem disciplinæ dilectio, & dilectio custoditio legum illius est, custoditio autem legum confirmatio incorruptionis est, incorruptio autem facit esse proximum Deo. Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum. Si ergo delectamini sedibus, & sceptris tyranni populorum; diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis. Quid est autem sapientia, & quemadmodum facta sit, referam, & non abscondam vobis sacramenta: sed ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponam in lucem scientiam illius, & non præteribo veritatem: neque cum inuidia tabescente iter habebo: quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ. Multitudo autem sapientum, sanitas est orbis terrarum: & rex sapiens populi stabilimentum est. Ergo accipite disciplinam per sermones meos, & proderit vobis.

[α] Multitudinem.] *Ita Lucifer, licet apud S. Aug. in speculo, & in multis codicibus vulgatæ sit,* multitudines. [β] Legem.] *Sic etiam Lucifer. Apud* S. *Aug. & in plerisque codicibus vulg. additur,* iustitiæ. [γ] Cuiusque Dominus.] *Ita Lucifer, quod satis videtur respondere græco,* οὐ γὰρ ὑποστελεῖται πρόσωπον ὁ πάντων δεσπότης, non enim subtrahet vultum (*quasi præ timore,*) omnium Dominus. *Apud* S. *Augustinum,* non enim subtrahit personam cuiusquam Dominus, *cum qua lectione conueniunt aliquot codices vulgatæ, licet in multis addatur,* qui est omnium dominator. [δ] Magnitudinem.] *Apud omnes fere latinos additur,* cuiusquam: *Sed in nullo græco est inuentum.* [ε] O tyranni.] *Lucifer,* ò mali tyranni. *Sanctus Augustinus,* mali reges. *Vulg.* reges. [ζ] Iuste iusta; iustificabuntur.] *Sic in lib. de singular. cler.* S. *August.* Qui enim custodierint iustitiam iuste, iustificabuntur: *atque ita in aliquot codicibus vulgatæ, licet in alijs sit,* iudicabuntur. [η] Ista.] *Sic apud* S. *Augustinum, quamuis in vulgata sit factum,* iusta. *Simile mendum, sed maiore cum damno sententiæ, alibi obseruauimus irrepsisse in librum de vera, & falsa pœnitentia,* quæ nouit iustis ignoscere, *cum legendum sit,* istis. [θ] Sensus est consummatus.] *Sic etiam* S. *August. & significat,* perfecta prudentia, *aut,* perfectio prudentiæ, *quod ad verbum responderet græco.* [ι] Vijs.] *Ita apud* S. *Aug. &* S. *Greg. 26. mor. c. 8. & in aliquot codicib. vulgatæ: licet in alijs addatur* suis. *Cætera etiam in quibus nonnihil à vulgata discessimus, sunt fere ex* Sancto *Augustino.*

CAP.

CAP. VII. A

SVM quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere [a] terreni illius, qui prior factus est: & in ventre matris figuratus sum caro decem mensium tempore, coagulatus in sanguine, ex semine hominis, & de lectamento [β] somno conueniente. Et ego natus hausi communem aerem, & in similiter factam decidi terram, primam vocem similem omnibus [γ] æque plorans: in inuolumentis nutritus sum, & in [δ] curis. Nemo enim ex regibus habuit aliud natiuitatis initium. Vnus ergo est omnibus introitus ad vitam, & similis exitus. Propter hoc optaui; & datus est mihi sensus: inuocaui, & venit in B me spiritus sapientiæ. Præposui illam regnis, & sedibus: & diuitias nihil esse duxi in comparatione illius; nec comparaui illi lapidem [ε] preciosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem, & speciem dilexi eam, & proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Et lætatus sum in omnibus, quoniam antecedebat ista sapientia: & ignorabam, quoniam horum ipsa [*] mater est. Et sine fictione didici, & sine inuidia communico, honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus C est hominibus: quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati. Mihi autem Deus [ς] det dicere ex sententia, & præsumere digna horum, quæ mihi sunt data: quoniam ipse, & sapientiæ dux est, & sapientum emendator. In manu enim illius & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia, & [η] operum scientia. Ipse enim dedit mihi horum, quæ sunt, scientiam veram, vt sciam dispositionem orbis terrarum, & [θ] virtutem elementorum, initium, & consummationem, & medietatem temporum, vicissitudinum permutationes, & mutationes temporum, annorum cursus, & stellarum dispositiones, naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias plantarum, & virtutes radicum: quæcumque D sunt absconsa, & [ι] euidentia, didici. Omnium enim artifex docuit me sapiẽtia. Est enim in illa [*] spiritus intelligens, sanctus, vnicus, multiplex, subtilis, bene mobilis, disertus, immaculatus, manifestus, inuiolabilis, bonum amans, acutus, quem nihil vetat, munificus, benignus, stabilis, securus, sine solicitudine, omnipotens, omnia spectans, & per omnes penetrans spiritus intelligibiles mundos subtilissimos. Omnibus enim motibus mobilior est sapientia. Attingit autem, & penetrat per omnia propter mundiciam. Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio omnipotentis gloriæ sincera. Ideo nihil inquinatum in E illam incurrit. Splendor est enim, & speculum sine macula operationis Dei, & imago bonitatis illius. Et cum sit vna, omnia potest, & in se permanens omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transferens, amicos Dei, & prophetas constituit. Neminem enim diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. Est enim hæc speciosior Sole, & super omnem dispositionem stellarum luci comparata prior inuenitur. Illi enim succedit nox: sapientiam autem non vincit malitia.

[a] Terreni.

A α Terreni.] *Sic est in aliquo codice vulgatæ, licet in alijs, & apud S. Ambr. in ps.* 118. *fit,* terreno. *Apud eundem est,* fictus; *quem sequuti sumus etiam aliquot alijs locis.* β Somno conueniente.] *Idest, quod conuenit somno. Apud eundem, & in aliquot vulg. cod. est,* somni conuenientis, *in alijs,* somnij conueniente. γ Æquè.] *In vulgata, & apud S. Ambr. est,* emisi, *& in Compl. est,* ἴσω. *Fieri potest, vt istud,* emisi, *sit additum ab interprete ad sententiæ perspicuitatem.* δ Curis.] *Etiam S. Ambr. addit,* magnis. ε Preciosum.] *Hoc videtur postulare sententia, & in Compl. est,* τίμιον. *Quare,* ἀτίμητον, *quod est in alijs, aut mendosum est, aut significat, lapidem, qui preciosus vulgo dicitur, vere esse vilem pro illa.* * Matrem.] *In aliquo est,* γένεσιν, generationem. ζ Det.] *Sic S. Greg.* 23. *mor. cap.* 17. *licet in vulgata,* dedit. η Et operum scientia.] *Ita in lib.* 1. *de vocat. gentium ca.* 9. *licet addatur,* & disciplinæ: *vulgata autem,* & operum scientiæ disciplina. θ Virtutem.] *Conferentes vulgatam cum ijs, quæ à S. Ambr. afferuntur lib.* 2. *de Abraam cap.* 7. *& lib. de Salomone, & lib. de fide resurr. elegimus ea, quæ visa sunt magis respondere græcis.* ι Euidentia.] *Non sumus ausi,* ἐμφανῶ, *dicere,* improuisa, *licet etiam S. Ambr. de Abraam sic habeat. Fortasse habuerunt,* ἀφανῶ, *aut huiusmodi quiddam.* κ Spiritus intelligens.] *In toto hoc loco, qui sequitur, recessimus nonnunquam à vulgata diligenter conferentes quæ à S. Ambr. in lib. de incarn. Domin. mysterio in extremo,* 3. *de spiritu sancto cap.* 19. *&* 23. *S. Augustino lib.* 4. *super Gen. c.* 12. *lib. de natura boni. cap.* 29. *lib. de Incarnatione Verbi cap.* 13. *& sequentibus, & ab Origene Periarchon afferuntur.* B

CAP. VIII.

ATTINGIT ergo à fine ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Hanc amaui, & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui sponsam mihi assumere, & amator factus sum formæ illius. Generositatem glorificat, contubernium habens Dei, & omnium Dominus dilexit illam. Doctrix enim est disciplinæ Dei, & α electrix operum illius. Et si diuitiæ sunt desiderabilis C possessio in vita; quid sapientia locupletius, quæ operatur omnia? Si autem sensus operatur; quis horum, quæ sunt, magis, quàm illa, est artifex? Et si iustitiam quis diligit; β labores huius sunt virtutes. Sobrietatem enim, & prudentiam docet, iustitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil in vita hominibus. Et, si γ multitudinem scientiæ desiderat quis, scit præterita, & de futuris æstimat, scit versutias sermonum, & dissolutiones δ argumentorum, signa, & monstra scit, antequam fiant, & euentus temporum, & seculorum. Proposui ergo hanc adducere mihi ε ad conuiuendum, sciens, quoniam erit mihi consultrix bonorum, & erit ζ alloquutio curarum, & tædij. Habebo propter hanc, claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis. Acutus inueniar in iudicio, & in D conspectu potentium admirabilis ero. Tacentem me substinebunt, & loquentem me respicient: & sermocinante me plura, manum ori suo imponent. Habebo per hanc, immortalitatem: & memoriam æternam his, qui post me futuri sunt, relinquam. Disponam populos, & nationes erunt mihi subditæ. Timebunt me audientes reges horrendi: in multitudine bonus videbor, & in bello fortis. Intrans in domum meam conquiescam cum illa. Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiam, & gaudium. Hæc cogitās apud me, & cōmemorans in corde meo, quoniam immortalitas est in η cognatione sapientiæ, & in amicitia illius delectatio bona, & in E laboribus manuum eius honestas sine defectione, & in coexercitatione conuersationis illius prudentia, & præclaritas in communicatione sermonum ipsius; circumibam quærens, vt mihi illam assumerem. Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam: θ magis autem cum essem bonus, veni ad corpus incoinquinatum. Et, vt sciui, quoniam aliter non possem esse ι continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire, cuius esset hoc donum; adij Dominum, & deprecatus sum illum, & dixi ex totis præcordijs meis.

α Electrix.] *Ad marginem vnius codicis peruetusti est,* εὑρετὶς, inuentrix. β Labores huius sunt virtutes.] *Quasi dicat, opera sapientiæ sunt ipsæ virtutes speciales, quæ componunt iustitiam tanquam virtutem generalem. Vulgata tamen, & S. Augustinus in speculo non dissimili sententia,* labores huius magnas habent virtutes. γ Multitudinem scientiæ.] *Videtur sic vertisse* πολυπειρίαν, *quoniam ex multa experientia solent multæ oriri scientiæ.* δ Argumentorum.] *Quoniam aduersariorum argumenta magnam in quæstionibus obscuritatem, ac difficultatem pariunt, idcirco non inepte hoc nomine appellauit ea, quæ græce sunt* αἰνίγματα. ε Ad conuiuendum.] *Sic correctiores codices vulgatæ, licet alij,* ad conuiuandum. *S. Amb. lib. de viduis,* in coniugium. ζ Alloquutio.] *Idest,* solatium, *vt alibi sæpe: hic autem mutauimus nonnulla propemodum necessario.* η Cognatione.] *Mendose in plerisque Biblijs legebatur,* immortalis est in cogitatione sapientia. θ Magis autem.] *Vt ex hoc loco possint elici sententiæ, quæ eliciuntur è græco; paululum immutauimus verborum ordinem. Nam vulg. & S. Aug. 10. de Gen. cap. 17. habent,* & cum essem magis bonus. ι Continens.] *Idest compos. Quod autem sequitur,* erat sapientiæ, *sic est apud eundem, & in nonnullis biblijs: nam in alijs,* erat summa sapientia. *Græce est,* φρονήσεως, *idest,* prudentiæ, *aut,* sensus, *vt sæpe solet noster interpres vertere.*

CAP. IX.

DEVS patrū, & Domine misericordiæ[α] tuæ, qui fecisti omnia in verbo tuo, & sapientia tua constituisti hominem, vt dominetur creaturis, quæ à te factæ sunt, & disponat orbem terrarum in æquitate, & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicet; da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis: quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ: homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicij, & legum. Nam, etsi quis erit consummatus inter filios hominum; si ab illo fugerit sapientia tua, in nihilum computabitur. Tu elegisti me regem populi tui, & iudicem filiorum tuorum, & filiarum. Dixisti ædificare templum in monte sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, similitudinem tabernaculi sancti, quod præparasti ab initio. Et tecum sapientia, quæ nouit opera tua, quæ & adfuit tunc, cum orbem terrarum faceres, & scit, quid placitum sit in oculis tuis, & quid directum in præceptis tuis. Emitte illam de cælis sanctis, & à sede maiestatis tuæ mitte illam, vt mecum sit, & mecum laboret, & sciam, quid acceptum sit apud te. Scit enim illa, omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis sobrie, & custodiet me in sua potentia. Et erunt accepta opera mea: & disponam populum tuum iuste, & ero dignus sedium patris mei. Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare, quid velit Dominus? Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. [β] Corruptibile enim corpus aggrauat animā, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa [γ] curantem: & difficile æstimamus, quæ in terra sunt: & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore: quæ autē in cælis sunt, quis inuestigauit? Sensum autem tuum quis sciuit, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis? Et sic correctæ sunt semitæ eorum, qui in terris sunt, & quæ tibi placent, didicerunt homines, & [δ] per sapientiam sanati sunt.

α Tuæ.] *Sic fere omnes codices græci, & latini. Abest tamen à Compl. Lucifer pro S. Athan.* Deus parentum, & Domine misericordiarum. β Corruptibile.] *Sic S. Aug. 13. de ciuit. cap. 16. Vulgata,* corpus enim quod corrumpitur. γ Curantem.] *Sic idem lib. 2. contra Pelagia. Sed in vulgata, & in lib. de singular. clericorum,* cogitantem. δ Et per sapientiam.] *Sic in eodem lib. de singul. quare hanc potius constructionem retinuimus, quàm alteram, quam ferent verba græca. Et S. Hier. totum hunc locum sic reddit,* quæ autem in cælis sunt, quis inuestigauit? & consilium tuum quis cognouit? nisi quòd tu dedisti sapientiam, & spiritum sanctum tuum misisti de excelsis: & sic correctæ sunt semitæ eorum, qui versantur in terra, & quæ tibi placent, eruditi sunt homines.

A

CAP. X.

HÆC illum, qui primus formatus eſt, patrem orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit illum à delicto [α] ſuo, & dedit ei virtutem continendi omnia. Ab hac autem vt receſsit iniuſtus in ira ſua; [β] fratricidis furoribus ſimul perijt. Propter quem inundatam terram rurſus ſaluauit ſapientia, per contemptibile lignum, iuſtum gubernans. Hæc & in conſenſu ſuperbiæ nationibus confuſis [γ] inuenit iuſtũ, & cõſeruauit eum ſine querela Deo, & ſuper filij viſcera fortem cuſtodiuit. Hæc iuſtum pereũtibus impijs liberauit fugientem à deſcendente igne in Pentapolim: quibus [δ] in teſtimonium nequitiæ, fumigabunda conſtat deſerta terra, & imperfectis germinibus fructificãtes arbores, incredulæ animæ memoria ſtans figmentum ſalis. Sapientiã enim prætereuntes non tantum in hoc læſi ſunt, vt ignorarent bona; ſed & inſipientiæ ſuæ reliquerunt [ε] hominibus memoriam, vt in his, quæ peccauerunt, nec latere potuiſſent. Sapientia autem hos, qui ſe obſeruarunt, à laboribus liberauit. Hæc profugum iræ fratris iuſtum deduxit per vias rectas, oſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiam ſanctorum, honeſtauit illum in laboribus, & compleuit labores illius: in fraude circumuenientium illum affuit, & honeſtum fecit illum, cuſtodiuit illum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit. Et certamen forte dedit illi vt vinceret; vt ſciret, quoniam omnium potentior eſt pietas. Hæc venditum iuſtum non dereliquit, ſed à peccato liberauit eum. Deſcendit cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum; donec afferret illi ſceptrum regni, & potentiam aduerſus eos, qui eum deprimebãt. Et mendaces oſtendit, qui maculauerant illum, & dedit illi claritatem æternam. Hæc populum iuſtum, & ſemen ſine querela liberauit à natione eorum, qui illum opprimebant. Intrauit in animam ſerui Domini, & ſtetit contra reges horrendos in portentis, & ſignis. Reddidit iuſtis mercedem laborum ſuorum, deduxit eos in via mirabili, & fuit illis in velamentum die, & in lucem ſtellarum per noctem. Tranſtulit illos per mare rubrum, & tranſuexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demerſit, & de profundo abyſsi eiecit eos. Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum, & decantauerunt Domine nomen ſanctum tuum, & victricem manum tuam laudauerunt pariter. Quoniam ſapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit diſertas.

B C D

α Suo.] *In multis Biblijs, non tamen omnibus, additur*, & eduxit illum de limo terræ, *quæ neque apud S. Aug. ſunt epiſt. 99. vnde nonnulla mutauimus.* β Fratricidis.] *Græcis, quæ nunc habemus, vix reſpondere poteſt vulgata. Int. Orig. in Ioannem,* iniuſtus in ira ſua perijt cum animis fratricidis. γ Inuenit.] *Compl.* ἔγνω, *& vulg.* ſciuit. δ In teſtimonium.] *Sic etiam vulgata. In alijs eſt,* ἧς ἔτι μαρτύριον, cuius adhuc teſtimonium. ε Hominibus.] *Græce eſt,* τῷ βίῳ, vitæ, *quaſi diceret,* hominibus ad vitam degendam: *quare interpres videtur ſequutus ſententiam. Quæ deinde mutauimus, neceſſario videmur mutaſſe.*

E

CAP. XI.

DIREXIT opera eorum in manu prophetæ ſancti. Iter fecerunt per deſertum, quod non habitabatur, & in inuijs fixerunt caſas. Steterunt contra hoſtes, & de inimicis ſe vindicauerunt. Sitierunt, & inuocauerunt te: & data eſt illis aqua de petra duriſsima, & requies ſitis de lapide duro. Per quæ enim pœnas paſsi ſunt inimici illorum; per hæc cum ijs, quibus deerat, bene

bene actum est. Nam pro fonte sempiterni fluminis sanguine immundo [α] turbati inredargutionem præcepti de occidendis paruulis; dedisti ipsis abundantem aquam insperate: ostendens per sitim, quæ tunc fuit, quomodo aduersarios puniuisses. Cum enim tentati sunt, & quidem cum misericordia disciplinam accipientes; scierũt, quemadmodum cum ira iudicati impij tormẽta passi sint. Hos siquidem tanquam pater monens probasti: illos autem, tanquam rex durus condemnans interrogasti. Et absentes autem, & præsentes similiter torquebantur. Duplex enim tædium accepit illos, & gemitus cum memoria præteritorum. Cum enim audirent per sua tormenta bene cum illis agi; senserunt Dominum. Quem enim in expositione olim proiectum repudiauerunt deridentes; in fine euentuũ mirati sunt, non similiter iustis sitientes. Pro cogitationibus autem insensatis iniquitatis illorum, quia quidem errantes colebant mutos serpentes, & bestias superuacuas; immisisti illis multitudinem mutorũ animalium in vindictam; vt scirent, quia per quæ peccat quis, per hæc torquetur. Non enim impotens erat omnipotens manus tua, & quæ creauit orbem terrarum ex [β] informi materia, immittere illis multitudinem vrsorum, aut audaces leones, aut noui generis ira plenas ignotas bestias, aut vaporem igneum spirantes, aut proferentes odores fumi, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes. Quarum non solum læsura poterat illos exterminare, sed & aspectus per timorem occidere. Sed & sine his vno spiritu poterant occidi, persequutionem passi ab ipso iudicio, & dispersi per spiritum virtutis tuæ. Sed omnia mensura, & numero, & pondere disposuisti. Multum enim valere tibi superest semper: & virtuti brachij tui quis resistet? Quoniam tanquam momentum stateræ, sic est totus orbis terrarum ante te, & tanquam gutta roris antelucana, quæ descendit in terram. Sed misereris omnium, quoniam omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Diligis enim omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. Neque enim odio habens aliquid, [γ] constituisses. Quomodo autem posset aliquid permanere; nisi tu voluisses? aut, quod à te vocatum non esset, conseruaretur? Parcis autem omnibus, quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.

α Turbati.] *Valet, vt alibi nonnunquam, ac si diceretur*, turbatis, *nimirum inimicis, quorum comparatio fit cum populo Dei. Turbatis ergo illis inimicis, dedisti ipsis, id est hebræis amicis tuis aquam, &c. Vulgata multis modis videtur mendosa.* β Informi.] *Sic habuisse quædam exemplaria testatur S. Aug. lib. de fide & symb. cap 2. & apud Origenem 4. Periarchon cap. penult.* non enim deerat omnipotenti manui tuæ, quæ creauerat mundum ex informi materia, immittere eis multitudinem vrsorum, vel feroces leones. γ Constituisses.] *Ita apud S. Aug. lib. 1. de diuersis quæstionibus ad Simplic. S. Hier.* condidisti. *Codices Bibliorum variant.*

CAP. XII.

INCORRVPTVS [α] enim spiritus tuus est in omnibus. Ideo hos, qui exerant, [β] partibus corripis, & de quibus peccãt, admonens [γ] alloquens, vt relicta malitia credant in te Domine. Et illos enim antiquos inhabitatores sanctæ terræ tuæ odiens, quoniam odibilia opera faciebant per medicamina, & [δ] sacrificia iniusta, & filiorum suorum necatores sine misericordia, & [ε] comestorum viscerum humanarum carnium conuiuium, & sanguinis à [ζ] medio sacramento suo, & auctores [η] cædis parentes animarum inauxiliatarum, voluisti perdere per manus parentum nostrorum; vt dignam [θ] peregrinationem

A nem perciperet puerorum Dei, quæ tibi omnium charior est terra. Sed & his, tanquam hominibus pepercisti: & misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarent: non, quia impotens eras in bello subijcere impios iustis, aut bestijs sæuis, aut verbo duro simul exterminare: sed partibus iudicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans, quoniam ' iniqua est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non mutabitur cogitatio illorum in perpetuum. Semen enim erat maledictum ab initio. Nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum. Quis enim dicet, quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? Quis autem imputabit tibi; si perierint nationes, B quas tu fecisti? Aut quis ad standum contra te veniet vindex pro iniquis hominibus? Nec enim est alius Deus, quàm tu: cui cura est de omnibus: vt ostendas, quoniam non iniuste iudicasti. Neque rex, neque tyrannus in conspectu tuo poterit inquirere de his, quos perdidisti. Cum autem sis iustus; iuste omnia disponis, ipsum, qui non debet puniri, [κ] condemnare exterum extimās à tua virtute. Virtus enim tua iustitiæ initium est: & hoc ipsum, quòd omnium dominus es, omnibus te parcere facit. Virtutem enim ostendis tu, cum non crederis in virtute esse consummatus, & in [λ] his, qui sciunt, audaciam traducis. Tu autem dominator virtutis cum [μ] trāquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis C nos. Subest enim tibi, cum volueris, posse. Docuisti autem populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse humanum: & bonæ spei fecisti filios tuos, quoniam das in peccatis pœnitentiam. Si enim inimicos seruorum tuorum, & debitos morti cum tanta cruciasti attentione, [ν] & parsimonia, dans tempora, & locum, per quæ possent mutari à malitia; cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramenta, & conuentiones dedisti bonarum promissionum? Cum ergo nobis des disciplinam; inimicos nostros multipliciter flagellas; vt bonitatē tuam cogitemus iudicantes; & cum de nobis iudicatur, speremus misericordiam. Vnde & illis, qui in vita insensate, & iniuste D vixerunt, per proprias abominationes dedisti tormenta. Etenim ab ipsis erroris vijs longius errauerunt, Deos extimantes hæc, quæ etiam in animalibus inimicorum sunt superuacua, infantium insensatorum more decepti. Propter hoc tanquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. Qui autem ludibrijs increpationis non sunt correcti; dignum Dei iudicium [ξ] experturi sunt. In his enim in aliquibus patientes indignabantur, in his, quos putabant Deos, in ipsis, cum exterminarentur, videntes illum, quem olim negabant se nosse, verum Deum agnouerunt. Propter quod & finis condemnationis venit super illos.

E

[α] Incorruptus.] *Sic S. Hier.* [β] Partibus.] *Idest per pártes, & paulatim, quomodo item,* κρίνων κατὰ βραχύ, *paulo inferius redditur,* partibus iudicans, *& ita apud Luciferum de regib. apostat.* [γ] Alloqueris.] *Ita idem Lucifer: in vulgata,* admones, & alloqueris. *Alloqui autē valet hoc, & similibus locis, corripere, & leniter, quasi verbis castigare.* [δ] Sacrificia.] *Lucifer,* sacramenta. *Sed fortasse melius verteretur, & aptius præcedentibus, ac sequentibus,* & quoniam erant initiati, (*aut,* quoniam erant sacerdotes initiantes) sacris impijs. [ε] Et comestorum.] *Hæc vsque,* ad voluisti perdere, *non referuntur à Lucifero. Horum verborū hæc potest esse constructio, subintelligendo ex superioribus,* ὅτι πρὸ ... , & quoniam faciebant conuiuium eorum, qui comederent viscera carnium humanarum, & sanguinis. *Compl. habet,* σπλαγχνοφάγους, viscerum comestores, *ac deinde,* καὶ θοίναν αἵματος, *quod tamen non satis tuto vertunt,* & deuoratorem sanguinis. [ζ] A medio sacramento tuo.] *Sic etiam vulgata, & hoc eodem loco in vetustioribus codicibus, licet in multis sit post,* perdere voluisti, *quo tamen loco neque apud Luciferum habentur. Hic autem græci codices valde discrepant. Compl.* ἐκ μέσου μύστας θείας σου, *quod videtur*

videtur factum ex μυσαθίος. Plerique autem manuscripti, ἐκ μέσου μύστας θιάσου, mystæ è medio thiaso, *idest choro bacchantium.* ν Cædis.] *Addita est dictio ista ad sententiam explicandam. Hoc enim notant grammatici antiquitus significasse αὐθέντα, idest αὐτόχειρα, qui manus sibi, aut alijs affert.* θ Peregrinationem.] *Ita dictum est, quemadmodum sæpe transmigrationem, idest homines, qui transmigrauerant: apte autem redderetur*, coloniam. ι Iniqua.] *Lucifer*, nequam. κ Condemnare.] *Ita legitur in omnibus collatis codicibus, & optimus est sensus. In vulg. & apud S. Augustinum lib. 83. quæst. cap. 53. & S. Greg. 3. mor. c. 11. est*, condemnas, & exterum æstimas. λ Et in his, qui sciunt.] S. *August. ibidem*, sed in ijs, qui sciunt, *& sententia videtur esse, aut, inter eos, idest in conspectu eorum, qui sciunt, redargui audaciam ignorantium, aut eorum, qui sciunt voluntatem Domini, sed non faciunt, audaciam puniri. Codices bibliorum valde discrepant & inter se, & à græcis.* μ Tranquillitate.] *Ita etiam S. August. sed videtur significare*, æquitate: *item quod sequitur*, reuerentia, *videtur dictum, pro*, indulgentia. ν Et parsimonia.] *καὶ φείσεως, quasi careres supplicijs, quibus illos afficeres. In vulg. est*, & liberasti. *A Compl. vtrumque abest.* ξ Experturi sunt.] *Sic videtur habuisse* S. Aug. *in psal. 9. quantum explanatio indicat: in recitatione tamen textus est*, experti sunt, *vt in vulgata: & potest futurum more hebraico positum esse pro præterito. Contra autem, vbi in græcis est ἐπῆλθεν, in vulgata est*, veniet super illos.

CAP. XIII.

VANI enim omnes homines natura, quibus aderat Dei ignoratio: & ex his, quæ videntur, bonis non potuerunt intelligere eum, qui est: neque operibus attendentes agnouerunt quis esset artifex: sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut luminaria cæli, rectores orbis terrarum Deos putauerunt. Quorum si specie delectati Deos putauerunt; sciant, quanto his Dominus sit speciosior. [α] Speciei enim primus generator ea constituit. Aut si virtutem, & operationem mirati sunt, intelligant ab ipsis, quanto, qui hæc constituit, fortior est illis. [β] Magnitudine enim speciei creaturarum, per proportionem potest horum creator videri. Sed tamen in his minor est querela. Et hi enim fortasse errant Deum quærentes, & volentes inuenire. Etenim cum in operibus illius conuersentur; inquirunt, & persuadentur aspectu, quoniam bona sunt, quæ videntur. Iterum autem nec his debet ignosci. Si enim tantum potuerunt [γ] scire, vt possent æstimare seculum; quomodo horum Dominum non facilius inuenerunt? Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum, qui appellauerunt Deos opera manuum hominũ, aurum, & argentum, artis inuentionem, & similitudines animalium, aut lapidẽ inutilem, opus manus antiquæ: aut si quis lignarius faber lignum bene [δ] mobibile secuerit, & huius docte eradat corticem omnem, & arte vsus decore fabricet vas vtile ad ministerium vitæ, reliquias autem operis ad præparationẽ escæ insumens satiatus sit reliquum autem horum, quod ad nullum facit vsum, lignũ curuum, & verticibus plenum sumens sculpat diligenter per ocium suum, & per scientiam artis figuret illud, assimilet illud imagini hominis, aut alicui vili animali illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorẽ illius, & omnem maculam, quæ in illo est, perliniens, & faciens ei dignam habitationem, in pariete ponat illud confirmans ferro, ne forte cadat prospexit illi, sciens, quoniam non potest adiuuare se. Imago enim est, & opus est illi adiutorium. Et de substantia, & de nuptijs suis, & filijs votum faciens non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est. Et pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita mortuum rogat, & in adiutorium inutilem inuocat, & pro itinere eum, qui ambulare non potest, & de acquirendo, & de operando, & manuum successu petit ab eo, qui est impotentissimus manibus, potentiam.

α Speciei

A α Speciei enim primus generator,ea constituit.] *Hæc absunt à S.Cypr.de exhortatione martyrum,& 3. testim.Cætera eodem fere modo apud ipsum habent,atque in vulgata.* β A magnitudine enim speciei creaturarum.] *Vulgata,*& creaturæ:*& in aliquo codice græco est,καὶ κτισμάτων.Posset autem nostra etiam verti*, specie,*ac si diceretur,*& specie.*S.Greg.26.mor.cap.*8.Per magnitudinem enim creaturæ,& speciem potest intelligibiliter creator videri.*S.Chrysostomus hom.4.in Gen.Quando autem pro dictione,ἀναλόγως.S.Gregorius habet,* intelligibiliter,*vulgata,*cognoscibiliter;*putauimus mutari posse,& clarius dici,*per proportionem. γ Scire.] *S.Augustinus 5.de Gen.cap.16.*valere. δ Bene mobile.] *Idest,quod facile obediat manui artificis:non enim è quercu solet exculpi simulachrum. In alijs est,ἄτυκτον eodem sensu.Compl.ἄτυκτον,quasi putre:licet in Complut. vertatur,*rectam arborem.*Potuit autem interpres antiquus ideo rectum vocare,quoniam quæ huiusmodi sunt,facilius formantur:sicut etiam dicuntur ἀκτίδνα δένδρα,*arbores,quarum venæ,& fibræ recte fluunt.

CAP. XIV.

B ITERVM alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens,nauigio portante se fragilius lignum inuocat. Illud enim cupiditas acquirēdi excogitauit,& artifex sapientia fabricauit,tua autē pater gubernat prouidentia, quoniā dedisti & in mari viam,& inter fluctus semitam firmissimā,ostendens quoniam potēs es ex omnibus sanare: etiam si sine arte aliquis adeat mare.Vis autem non esse ociosa sapientiæ tuæ opera. Propter hoc etiam exiguo ligno credunt homines animas, & transeuntes mare per ratem liberati sunt. Nam,& ab initio,cum perirent superbi gigantes, spes orbis terrarum ad

C ratem confugiens,remisit seculo semen natiuitatis,manu tua gubernata.Benedictum est enim lignum, α per quod fit iustitia.Per manus autem quod fit,maledictum est,ipsum,& qui fecit illud: quoniam ille quidem operatus est: illud autem,cum esset fragile; Deus cognomindtum est. Similiter enim odio sunt Deo,& impius,& impietas eius. Etenim quod factum est,cum illo,qui fecit, tormenta patietur.Propter hoc,& in idolis nationum erit β respectus, quoniā in creatura Dei in abominationem facta sunt, & in scandala animabus hominum,& in muscipulam pedibus insipientum.Initium enim fornicationis est exquisitio idolorum,& adinuētio illorum corruptio vitæ est.Non enim erant ab

D initio,neque erunt in perpetuum. Superuacua enim ambitione hominum intrauerunt in orbem terrarum:& ideo breuis illorum finis est deliberatus.Acerbo enim luctu dolens pater cito rapti filij fecit imaginem, & mortuum tunc hominem,nunc tanquam Deum coluit, & constituit subditis sacra, & sacrificia. Deinde interueniente tempore inualescens impia consuetudo, tanquam lex custodita est,& tyrannorum imperio colebātur figmenta. Quos in palam cum homines honorare non possent,propter hoc,quòd longe habitarent,è longinquo,faciē figurantes,euidentem imaginem regis,quē honorare volebant,fecerunt,vt illi,qui aberat,tanquam præsenti adularentur per hanc solicitudinem. Prouexit autem ad culturā,& hos qui ignorabāt artificis eximia diligentia. Ille

E enim volens nimirum dominanti placere,elaborauit arte,vt similitudinem in melius reuocaret.Multitudo autem adducta per speciem operis,eum,qui paulo ante honoratus erat homo,nunc numen æstimauerunt. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio,quoniam aut γ affectui, aut tyrannidi deseruientes homines, incommunicabile nomen lapidibus,& lignis imposuerunt. Postea non suffecit errare circa Dei scientiā:sed & in magno viuentes in sciētiæ bello tot, & tāta mala pacē appellant.Aut enim filios suos sacrificantes,aut obscura sacrificia facientes,aut insaniæ plenas ex alijs ritibus comessationes agentes,neque vitas,atque

nuptias mundas iam custodiũt;& alius alium aut per insidias occidit, aut adulterans contristat:& omnia commista sunt, sanguis, & homicidium, furtum, & dolus, corruptio, infidelitas, turbatio, periurium, tumultus bonorum, gratiæ immemoratio, animarum inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum inordinatio, mœchiã, & impudicitia. Infandorum enim cultura idolorum omnis mali initium est, & causa, & finis. Aut enim dum lætantur, insaniunt; aut vaticinantur falsa, aut viuunt iniuste, aut periurant cito. Dum enim confidunt idolis, quæ sine anima sunt, male iurantes noceri se non sperant. Vtraque autem illos insequentur iura, quoniam male senserunt de Deo attendentes idolis, & iniuste in dolo iurauerunt contemnentes iustitiam. Non enim eorũ, per quos iuratur virtus, sed peccantiũ iudiciũ insurgit semper super iniustorũ præuaricationem.

α Per quod fit iustitia.] S. *Ambrosius in psal.* 118. *serm.* 8. quod fit per iustitiam; maledictum autem lignum, quod fit per manum hominum. β Respectus.] *Idest visitatio, & punitio. Ita enim solet reddere interpres, ἐπισκοπὴν, quare verisimile est ab aliquo alio additam esse in vulgata negationem.* γ Affectui.] *Græce est, συμφορᾷ,* calamitati, *idest affectui exorto ex calamitate amissi filij.*

CAP. XV.

TV autem Deus noster suauis, & verus es, & patiens, & in misericordia disponens omnia. Etenim, si peccauerimus; tui sumus, sciẽtes α potentiam tuam. Non peccabimus autem, scientes, quoniam tui sumus deputati. Nosse enim te consummata iustitia est, & scire virtutem tuam, radix est immortalitatis. Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, neque β adumbrantium labor sine fructu effigies sculpta per varios colores: quorum aspectus insensatis in γ opprobrium venit, & diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima. Malorum amatores & digni, qui spem habeant in talibus, & qui faciunt, & qui diligunt, & qui colunt. Nam & figulus mollem terram premens laboriose fingit ad vsum nostrum vnumquodque vas: sed de eodem luto finxit & ea, quæ mundis operibus seruiunt, vasa, & similiter omnia, quæ his sunt contraria: Horum autem vtriusque, quis cuiusque sit vsus, iudex est figulus. Et male laborans Deum vanum fingit de eodem luto, ille, qui paulo ante de terra factus, post pusillum abit in eam, vnde acceptus est, repetitus animæ debitum. Sed cura est illi, non quia laboraturus est, nec quoniam breuis ipsi vita est: sed concertat aurificibus, & argentarijs, & ærarios imitatur, & gloriam putat, quoniam res adulterinas fingit. Cinis est cor eius, & terra magis superuacua spes illius, & luto vilior vita illius: quoniam ignorauit eum, qui se finxit, & qui inspirauit sibi animã, quæ operatur, & qui insufflauit spiritum vitalem. Sed æstimauerunt lusum esse vitam nostram, & vitæ modum nundinas compositas ad lucrum. Oportere enim dicunt vndecumque, etiam ex malo acquirere. Hic enim scit super omnes se delinquere, qui ex terræ materia fragilia vasa, & sculptilia fingit. Omnes autem insipientes, & infelices super animam infantis, inimici populi tui, imperantes ei: quoniam & idola omnium nationum Deos æstimauerunt, quibus neque oculorum δ vsus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque ε aures ad audiendum, neque digiti in manibus ad tractandum, sed & pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos: &, qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi simi-

A ſibi ſimilem homo poteſt Deum fingere: cum ſit autem mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior eſt enim ipſe ijs, quos colit: quoniam ipſe quidem vixit, illi autem nunquam. Sed & animalia miſerrima colunt: ᵋ dementia enim comparata alijs ſunt deteriora; neque, quatenus deſiderentur, tanquam in animalium aſpectu, bona ſunt: effugerunt autem & Dei laudem, & benedictionem eius.

α Potentiam.] *Sic S. Auguſt. de fide, & oper. c. 22. ex quo fere hunc locum correximus.* β Adumbrantium.] *Complut. diſtinguit in duas voces, σκιὰ γραφῶν, vulgata,* vmbra picturæ. γ Opprobrium.] *In aliquo codice eſt, ὀρέξιν, & vulgata,* inſenſato dat concupiſcentiam. δ Vſus.] *Sic S. Cypr. de exhortatione martyrum, & 3. teſtim. quamuis in vulgata ſit,* viſus. ε Dementia.] *In magna varietate exemplarium vulgatæ, imitati ſumus ambiguitatem græce loquutionis.*

B

CAP. XVI.

PROPTER hoc per ſimilia paſsi ſunt digne tormenta, & per multitudinem beſtiarum exterminati ſunt. Pro quibus tormentis bene diſpoſuiſti populum tuum, quibus in concupiſcentia appetitus, nouum ſaporem eſcam paraſti ortygometram: vt illi quidem concupiſcētes eſcā propter ᵃ odioſam deformitatem eorum, quæ immiſſa ſunt, etiam à neceſſaria concupiſcentia auerterentur: hi autem in breui inopes facti, etiam nouam guſtarent eſcam. C Oportebat enim illis quidem ineuitabilem ſuperuenire inopiam exercentibus tyrannidem, his autem tantum oſtendi, quemadmodum inimici ipſorum exterminabantur. Etenim cum his ſuperuenit ſæua beſtiarum ira, & morſibus peruerſorum colubrorum exterminabantur, non vſque in finem ira tua permāſit: ſed ad correptionem in breui turbati ſunt, ſignum habentes ſalutis ad commemorationem mandati legis tuæ. Qui enim conuerſus eſt, non per hoc, quod videbat, ſanabatur, ſed per te omnium ſaluatorem. Et in hoc autem oſtendiſti inimicis noſtris, quia tu es, qui liberas ab omni malo. Illos enim locuſtarum, & muſcarum occiderunt morſus, & non eſt inuenta ſanitas animæ illorum, quia D digni erant ab huiuſmodi exterminari. Filios autem tuos, nec venenatorū draconum vicerunt dentes. Miſericordia enim tua ex aduerſo adueniens ſanabat illos. In memoriam enim ſermonum tuorum examinabantur, & velociter ſaluabantur, ne in altam incidentes obliuionem non poſſent vti tuo adiutorio. Etenim neque herba, neque malagma ſanauit eos, ſed tuus Domine ſermo, qui ſanat omnia. Tu enim vitæ, & mortis habes poteſtatem, & deducis ad portas inferni, & reducis. Homo autem occidit quidem per malitiam ſuam, egreſſum autem ſpiritum non facit reuerti, nec reuocat animam, quæ recepta eſt. Sed tuam manum effugere impoſsibile eſt. Negantes enim noſſe te impij, per forti- E tudinem brachij tui flagellati ſunt, nouis pluuijs, & grandinibus, & imbribus perſequutionem paſsi ineuitabilibus, & per ignem conſumpti. Quod enim maxime mirabile erat, in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat. Vindex enim eſt orbis, iuſtorum. Quodam enim tempore māſuetabatur quidem ignis, ne combureret, quæ ad impios miſſa erant, animalia; ſed vt ipſi videntes ſcirēt, quoniam Dei iudicio patiuntur perſequutionem. Quodam autem tempore, & in aqua ſupra virtutem ignis ardebat, vt iniquæ terræ germina exterminaret. Pro quibus angelorum eſca nutriuiſti populum tuum, & paratum panem de cælo

cælo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentē, & accommodatum ad omnem gustum. Substantia enim tua dulcedinem tuam in filios ostendebat: & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, conuertebatur. Nix autem, & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant, vt scirent, quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine, & in pluuijs coruscans. Hic autem iterum, vt nutrirentur iusti, etiam suæ virtutis oblitus est. Creatura enim tibi factori deseruiens, excandescit in tormentum aduersus iniustos, & lenior fit ad benefaciendum pro his, qui in te cōfidunt. Propter hoc & tunc in omnia transfigurata omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebat, ad voluntatem eorum, qui desiderabant: vt scirent filij tui, quos dilexisti Domine, quoniam non natiuitates fructuum pascunt hominem, sed sermo tuus hos, qui in te crediderunt, conseruat. Quod enim ab igne non poterat exterminari; statim ab exiguo Solis radio calefactum tabescebat: vt notum esset, quoniam oportet præuenire Solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare. Ingrati enim spes, tanquam hybernalis glacies, tabescet, & disperiet tanquam aqua superuacua.

[a] Odiosam deformitatem.] *Optime ad sensum. Plerique tamen habent*, *διὰ τὴν δειχθεῖσαν*, propter ostensam, *nimirum*, escam: *quod vulgatæ magis conuenit.*

CAP. XVII.

MAGNA enim sunt iudicia tua, & inenarrabilia. Propter hoc indisciplinatæ animæ errauerunt. Dum enim persuasum habent iniqui dominari nationi [a] sanctæ; vinculis tenebrarum, & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentiæ, iacuerunt. Dum enim putant se latere in obscuris peccatis; tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt, pauentes horrende, & spectris conturbati. Neque enim quæ cōtinebat illos spelunca, sine timore custodiebat: sed sonitus cum impetu descendentes ipsis obstrepebant, & visiones tristes mœstis vultibus apparebant. Et ignis quidem nulla vis poterat lumen præbere, nec syderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam. Apparebat autem illis tantum subitaneus ignis timore plenus: & timore percussi illius, quæ non videbatur, speciei, æstimabant deteriora esse, quæ videbantur. Magicæ autem artis illusiones iacebant, & iactantiæ de sapientia erat correptio cum contumelia. Illi enim qui promittebant timores, & turbationes expellere ab anima languente; hi ridiculo timore languebant. Nam etsi nihil illos [c] turbulentum terrefaciebat; transitu animalium, & serpentum sibilatione commoti, tremebundi peribant, etiam aerem, quem nulla ratione quis effugere posset, negantes videre. Cum sit enim proprie timida nequitia, [y] dat testimonium condemnata: semper autem præsumit sæua, perturbata per conscientiam. Nihil enim est timor, nisi proditio auxiliorum, quæ à cogitatione: &, dum ab intra minor est expectatio, maiorem computat inscientiam [d] præbentis tormentum causæ. Illi autem, qui impotentem vere noctem, & ex impotentis inferni speluncis superuenientem, eundem somnū dormiebant, partim monstris phantasmatum exagitabantur, partim vero animæ deficiebant traditione. Subitaneus enim illis, & insperatus timor superuenerat.

Deinde

A Deinde sic quicumq; illic ceciderat; custodiebatur in carcerē sine ferro conclusus. Siue enim rusticus quis erat, aut pastor, vel operarius laborum, qui in deserto, præoccupatus ineffugabilē sustinebat necessitatem. Vna enim catena tenebrarum omnes erant colligati. Siue spiritus sibilans, aut inter spissos ramos auiū sonus suauis, aut rythmus aquæ decurrentis vi, aut sonus validus præcipitantiū petrarum, aut ludentium animalium cursus inuisibilis, aut mugientium sæuarum bestiarum vox, aut repercussa ex cauis montibus Echo, deficientes faciebant illos præ timore. Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis continebatur operibus: solis autem illis superposita B erat grauis nox imago tenebrarum, quæ superuenturæ illis erant. Ipsi autem sibi erant grauiores tenebris.

α Sanctæ; vinculis.] *Lucifer pro S. Athan.* nationi sanctorum, vincti tenebrarum catenis, & longa nocte compediti, &c. β Turbulentum.] *In nonnullis est, πεγπῶδης, quod in vulgata*, ex monstris. γ Dat testimonium condemnata.] *Sic aliquot exemplaria vulgatæ. Alia*, condemnationis. *S. Gregorius lib. 27. mor. cap.* 18. condemnationi. *Alia autem longe à græco*, data est in omnium condemnationem. *Verum illud*, proprie, *quod antecessit, abest à latinis. In aliquo autem libro est*, δειλὸν γὰρ ἰδίῳ πονηρία μάρτυρι καταδικαζομένη, timida enim res est nequitia proprio teste condemnata. δ Præbentis.] *Poterat verti*, præbente tormentum causa. *Sed putamus illud significari, quod sæpe inculcat. S. Chrysost. calamitates Iob pertractans, ignorantiam causæ, quæ pœnam offert, valde augere calamitatem.*

C

CAP. XVIII.

SANCTIS autem tuis maxima erat lux: quorum quidem vocem audiētes, sed figuram non videntes, quoniam quidem & illi [α] passi erant, magnificabant, & quia ante læsi non nocent, gratias [β] agebant, & vt esset differentia, donum petebant. Pro quibus ignis ardentem columnam ducem quidem ignotæ viæ, Solem autem sine læsura boni hospitij præstitisti. Digni siquidem illi carere lumine, & pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiebant filios tuos, per quos [γ] incipiebat incorruptum legis lumen seculo dari. Cum autum cogitassent iustorum occidere infantes, & vno exposito filio, & liberato, in D traductionem illorum multitudinem filiorum abstulisti, & pariter perdidisti in aqua valida. Illa nox ante cognita est à patribus nostris, vt secure scientes, quibus iuramentis crediderunt, animæquiores essent. Suscepta est autem à populo tuo, sanitas quidem iustorum, inimicorum autem exterminatio. [δ] Quo enim læsisti aduersarios, hoc nos prouocans magnificasti. Absconse enim sacrificabant iusti pueri bonorum, & diuinitatis legem in concordia disponebant, tandem similiter & bona, & pericula recepturos [ε] iustos, patrias iam decantantes laudes. Resonabat autem inconueniens inimicorum vox, & flebilis [ζ] audiebatur ploratorum puerorum. Simili autem pœna seruus cum domino afflictus E est, & popularis homo regi similia passus. Similiter ergo omnes vno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad sepeliendum viui sufficiebant, quoniam vno momento, quæ erat præclarior natio illorum exterminabatur. De omnibus enim non credentes propter veneficia; tunc cum fuit exterminium primogenitorum, confessi sunt Dei filium populum esse. Cum enim quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet; omnipotēs sermo tuus de cælo à regalibus sedibus durus bellator in mediam exterminij terram prosilijt, gladius acutus insimulatum tuum imperium portans:

portans: & stans repleuit omnia morte: & cælum quidem tangebat, descenderat autem in terram. Tunc continuo visus quidem somniorum [η] grauiter turbauerunt illos, & timores superuenerunt insperati: & alius alibi proiectus semiuiuus, propter quam causam moriebatur, demonstrabat. Visiones enim quæ illos turbauerunt, hoc præmonebant, ne inscij, quare mala patiebantur, perirēt. Tetigit [θ] autem & iustos tentatio mortis: & commotio in eremo facta est multitudinis: sed non diu permansit ira. Properans enim homo sine querela propugnauit, proferens seruitutis suæ scutum, orationem, & incensi propitiationem restitit iræ, & finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famulus. Vicit autem [ι] turbam non virtute corporis, nec armatura potentiæ: sed verbo illum, qui vexabat, subiecit, iuramenta parentum, & testamentum commemorans. Cum enim iam aceruatim cecidissent super alterutrum mortui; interstitit, & amputauit impetum, & diuisit illam, quæ ad viuos ducebat, viam. In veste enim poderis totus erat orbis terrarum, & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum sculpta erant, & magnificentia tua in diademate capitis illius. His cessit, qui exterminabat: & hæc [κ] extimuerunt. Erat enim sola tentatio iræ sufficiens.

α Passi erant.] *Si hoc modo legatur, videtur totus locus intelligendus de hebræis, qui audientes vocem Ægyptiorum male multatorum, magnificarent Deum (aut beatos iudicarent seipsos) & gratias agerent, vtque huius inter se, & illos discriminis donum stabile perseueraret, orarent. In Compl. autem est* ὅτι μὲν οὐ κἀκεῖνοι ἐπεπόνθεισαν, *quā negationem habet etiam vulg.* & quia non & ipsi eadem passi sunt. *Sed cū habeat,* ipsi, *non,* illi, *dubium esse potest, an hæc de hebræis intelligenda sint, qui magnificent Deum, vel se, an de Ægyptijs, qui beatos prædicent hebræos.* β Agebant.] *&* χαριστοῦσιν. *Et alibi hic interpres reddit præsens per præteritum imperfectum. In nonnullis tamen libris est,* ηὐχαρίστουν. γ Incipiebat.] *Sic etiam Lucifer pro S. Athan. & sic alibi etiam vertitur istud verbum* μέλλειν, *nos diceremus,* per quos dandum erat. δ Quo.] *In multis est* ὡς, *& vulg.* Sicut enim. ε Iustos, patrias.] *Parum discessimus à nonnullis vulgatæ codicibus: sed tamen huius partis, quomodo nunc in græco habet, hanc esse fidelem interpretationem suspicari licet,* sanctas patribus iam præcinentibus laudes, *vt nimirum patres inciperent laudationem, filij prosequerentur. Possent autem & alijs modis reddi, quos accuratus lector considerabit. Compl. habet in recto,* προαναμέλποντες. ζ Audiebatur.] *Aut,* dispergebatur, *est enim* διεφέρετο, *& in quibusdam additur* φωνή, *in vulg.* planctus. η Grauiter.] *Aliqui,* δεινῶν, *& vulgata,* malorum. θ Autem.] *In nonnullis est,* δέ ποτε, *vulgata,* autem tunc. ι Turbam.] *Vulgata,* turbas. *Aliqui,* τὸν ὀλοθρεύοντα, exterminantem. κ Extimuerunt.] *In nonnullis,* ἐφοβήθη, *& vulgata,* extimuit.

CAP. XIX.

IMPIIS autem vsque in nouissimum sine misericordia ira superuenit. Præsciebat enim & futura illorum; quoniam cum ipsi permisissent, vt se educerent, & cum solicitudine præmisissent illos; persequentur pœnitentia ducti. Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationem inscientiæ: & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos persequebantur. Ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas, & eorum, quæ acciderant, commemorationem amittere faciebat; vt quæ deerant tormentis, repleret punitio: & populus quidem tuus mirabiliter transiret, illi autem nouam mortem inuenirent. Omnis enim creatura in suo genere rursus desuper refigurabatur, deseruiēs tuis præceptis, vt pueri tui custodirentur illæsi. Nubes castra obumbrabat, & ex aqua, quæ ante erat, terræ aridæ emersio apparuit, in mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio, per quem omnis natio transiuit, quæ tegebatur tua manu, videntes mirabilia monstra. Tanquam enim

equi,

A equi, depauerunt escam, & tanquam agni exultauerunt, magnificantes te Domine, qui liberasti eos. Memores enim adhuc erant illorum, quæ in incolatu suo facta fuerant, quemadmodum pro natione quidem animalium produxit terra muscas, pro piscibus autem eructauit fluuius multitudinem ranarum. Nouissime autem viderunt & nouam creaturam auium, cum adducti concupiscentia postulauerunt escas epulationis. In alloqutionem enim desiderij ascendit illis de mari ortygometra: & vexationes peccatoribus superuenerunt non sine illis, [α] quæ facta erant argumenta per vim fulminum. Iuste enim patiebantur secundum suas nequitias. Etenim detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt.

B Siquidem illi ignotos non recipiebant aduenas: hi vero beneficos hospites in seruitutem redigebant. Et non solum hæc: sed & alius quidam erit respectus ipsorum. Quoniam illi inuite recipiebãt extraneos: hi vero, cum recepissent cum solenni lætitia, eos, qui iam earundem legum facti erant participes, sæuissimis afflixerunt doloribus. Percussi sunt autem cæcitate, sicut illi in foribus iusti, cum subitaneis cooperti tenebris, vnusquisque transitum ostiorũ suorum quærebat. In se enim elementa [β] conuertebantur, sicut in psalterio soni modulationis nomen mutant, semper custodientia sonum. Quod æstimari potest ex ipso rerum factarum visu certo. Terrestria enim in aquatica conuertebantur:

C & quæ erant natantia, in terra transibant. Ignis in aqua valebat [γ] supra suam virtutem: & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur. Flammæ è contrario, facile corruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulantium, nec dissoluebant illam, quæ facile dissoluebatur, sicut glaciem, bonam escam. In omnibus enim magnificasti populum tuum Domine, & honorasti, & non despexisti in omni tempore, & loco assistens.

α Quæ facta erant.] *Nonnulli, προγεγονότων, & vulgata,* quæ ante facta erant. β Conuertebantur.] *Putauimus participium valere idem, ac verbum, vt alibi sæpe: alioqui dura est constructio.* γ Supra suam virtutem.] *Græce est, ἰδίας δυνάμεως. Quare interpres aut habuit, aut recte subintellexit ὑπὲρ. In aliquot codicibus additur, ἐπιλελησμένον,* oblitus.

PROLO-

PROLOGVS.

CVM [a] multa nobis, & magna per legem, & prophetas, & alios, qui illos sequuti sunt, data sint, pro quibus oportet laudare Israel doctrinæ, & sapientiæ causa, cumque eos, qui legunt, non solum ipsos oporteat fieri scientes, sed etiam extraneis studio disciplinæ ductos posse & dicendo, & scribendo prodesse; auus meus Iesus, postquam amplius se dedit ad diligentiam lectionis legis, & prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt, atque in his eum, qui satis esse posset, habitum sibi comparasset; voluit & ipse scribere aliquid eorum, quæ ad doctrinam, & sapientiam pertinent: vt desiderantes discere, etiam horum participes facti multo magis proficiant per vitam legitimam. Hortor itaque venire vos cum beneuolentia, & attentiori studio lectionem facere, & [β] veniam habere in illis, in quibus videbimur in nonnullis ad interpretandi rationem elaboratis dictionibus deficere. Non enim eandem vim habent hæc in seipsis hebraice dicta, atque ad alteram translata linguam. Non solum autem hæc, sed & ipsa lex, & prophetiæ, & cæteri libri non paruam habent differentiam, quando inter se dicuntur. Nam in octauo & trigesimo anno temporibus Ptolemæi Euergetis regis postquam perueni in Ægyptum, & [γ] cum multum temporis ibi fuissem, inueni [δ] exemplar non paruæ doctrinæ. Maxime necessarium [ε] putaui ipse aliquam adhibere diligentiam, & laborem interpretandi librum istum. Multam enim vigiliã, & doctrinam [ζ] attuli in spacio temporis ad hoc, vt ad finem [η] ducens istum librum ederem etiam ijs, qui in [θ] paræcia volunt discere, [ι] præparati moribus ad viuendum in lege.

α Cum multa.] *Plurimæ varietates, quæ sunt in exemplaribus, satis indicant procœmium hoc subinde esse mutatum. Quare licere putauimus interdum paulo longius à vulgata discedere.* β Veniam habere.] *Est similis loquutio illi gratias habere, & significat*, veniam dare, *quomodo vertitur infra cap.* 3. γ Et cum multum temporis ibi fuissem.] *Quod græce est*, καὶ συγχρονίσας. *Alij*, καὶ ἐπ' ὀλίγον χρόνον συγχρονίσας, & ad breue tempus commoratus. δ Exemplar.] ἀφόμοιον, *aut, vt in quibusdam* ἀφόμοιον. *Sunt qui testentur in aliquo exemplari inueniri*, ἐφόδιον, subsidium. ε Putaui ipse.] *In nonnullis*, ἀναγκαιότατον ἐθέμην οὖν καὶ αὐτός. Itaque necessarium putaui & ipse, *quomodo fere vulgata.* ζ Attuli.] *Non multo aliter vulgata. Græce est*, προσενεγκάμενος, *participium scilicet pro verbo, aut deest aliquid ad sententiæ integritatem.* η Ducens istum librum ederem.] *Quidam libri habent*, ἀγαγόντα τὸ βιβλίον ἐκδόσθαι, *sed ex nostra bonus elicitur sensus.* θ Paræcia.] *Retinuimus vocem græcam: quoniam ambigua est. Potest enim significare & viciniam, & incolatum peregrini: & vtrumque hic locum habere potest.* ι Præparati.] *Optime respondent inter se*, βουλομένοις, *&* προκατασκευαζομένοις. *In alijs autem erat*, προκατασκευαζομένοις.

SAPIENTIA * SIRACH.

CAP. I.

OMNIS sapientia à Domino est, & cum illo est in æuum. Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies seculi quis dinumerabit? altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & abyssum, & * sapientiã quis inuestigabit? Prior omnium creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab [a] æuo. Radix sapientiæ, cui reuelata est? & astutias illius quis agnouit? Vnus est sapiens metuendus nimis sedens super thronum C suum. Dominus ipse creauit eam, & vidit, & dinumerauit eam, & effudit illam super omnia opera sua. Cum omni carne secundum datum suum: & præbuit illam diligentibus se. Timor Domini, gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium, & longitudinem dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis: & in die defunctionis suæ [b] inueniet gratiam. Initium sapientiæ, timere Deum, & cum fidelibus in vulua concreatum est eis. Et cum hominibus fundamentum seculi nidificauit; & cum semine eorum [γ] concredetur. Plenitudo sapientiæ, timere Dominum: & inebriat eos de fructibus eius. Omnem domum [δ] illius imple- D bit desiderijs, & receptacula de generationibus eius. Corona sapientiæ, timor Domini, germinans pacem, & sanitatem incolumitatis. [ε] Et vidit, & dinumerauit eam. Scientiam, & cognitionem intellectus effudit, & gloriam tenentium ipsam exaltauit. Radix sapientiæ est timere Dominum, & rami eius [ζ] longæuitas. [η] Non poterit ira iniusta iustificari: impetus enim iræ eius, subuersio est eius. Vsque in tempus [θ] sustinebit patiens: & postea reddetur ei iocunditas. Vsque in tempus abscondet verba sua: & labia [ι] fidelium enarrabunt sensum eius. In thesauris sapientiæ, [κ] parabola scientiæ: execratio autem peccatori cultura Dei. [λ] Concupisti sapientiam? serua mandata: & Dominus præbebit E tibi eam. Sapientia enim & disciplina, timor Domini: & quod beneplacitum est illi, fides, & mansuetudo. Non sis [μ] incredibilis timori Domini: & ne accesseris ad eum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum: & in labia tua intende. Non exaltes te ipsum; ne cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem. Et reuelabit Dominus absconsa tua, & in medio synagogæ elidet te. Quoniam non [ν] accessisti ad timorem Domini, & cor tuum plenum est dolo.

* Sirach.] *Alij*, Ἰησοῦ υἱοῦ Σειράχ, Iesu filij Sirach. * Sapientiã quis.] *Ita S. Hier. in Ezech. 3.* α Æuo.] *In plerisque hæc subiunguntur*, πηγὴ σοφίας λόγος θεοῦ ἐν ὑψίστοις, καὶ αἱ πορεῖαι αὐτῆς ἐντολαὶ αἰώνιοι, *quod in vulg.* fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. β Inueniet gratiam.] *In aliquo libro est*, εὐλογηθήσεται, *&* *vulg.* benedicetur. *In vetusto codice hæc sequuntur*, ἀγάπησις κυρίου ἔνδοξος σοφία, οἷς δ᾽ ἂν ὀπτάνηται, μερίζει αὐτὴν εἰς ὅρασιν αὐτοῦ, *pro quibus in vulg.* Dilectio Dei honorabilis sapiẽtia: quibus autẽ apparuerit in visu; diligunt eã in visione, & in agnitione magnaliũ suorũ. γ Concredetur.] *Idest fideliter, & stabiliter permanebit: qua notione hoc verbum sumi, alibi notatũ est. Hæc autẽ sententia in latinis non est: sed alia loco huius, quæ vicissim non est in græcis*, & cũ electis fœminis graditur, & cũ iustis, & fidelibus agnoscitur: *nisi hanc putemus illius explicationem. Quod fortasse non absurde putaretur, si pro*, fœminis, *legeretur*, seminis, *aut*, seculi. *Cæterum post hæc in latinis sequuntur illa*, timor Domini scientiæ religiositas, *&c, vsque ad*, plenitudo, *quorum fere sententia est iam habita: ideo videri possunt ex alia versione. Affert ea S. Augustinus in speculo, sed non nostra, quæ antecesserunt.* δ Illius implebit desiderijs.] *Idest*, rebus desideratis, *vt alibi. Sed in aliquot libris pro*, illius, *idest*, αὐτῆς, *quod videtur necessario referendum ad sapientiam, est*, αὐτῶν, eorum, *nimirum timentium Dominum: & fortasse auctor vulgatæ habuit*, αὐτοῦ. *In Complut. est etiam* ἐπιθυμημάτων αὐτῆς, rebus eius desideratis. ε Et vidit, & dinumerauit eam.] *In quibusdam libris hæc sequuntur*, ἀμφότερα δέ ἐστι δῶρα κυρίου, *& vulgata*, vtraque autem sunt dona Dei. *In aliquo additur præterea*, εἰς εἰρήνην, ad pacem. *Sed pro tota hac clausula in Complut. est*, πλατύνει δὲ καύχησιν τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτήν, dilatat autem gloriatio diligentibus eum. ζ Longæuitas.] *Sic græce. Vulgata, & S. Augustinus in speculo*, longæui: *apud quem etiam, vt in vulgata, sequitur*, in thesauris sapientiæ, intellectus, & scientiæ religiositas, execratio autem peccatoribus sapientia: *quorum similia habentur paulo post in ipsa vulgata, & græcis, non autem apud Sanctum Augustinum: quare videri possunt duæ interpretationes.* η Non poterit ira.] *In quibusdam libris hic locus sic habet*, φόβος κυρίου ἀπωθεῖται ἁμαρτήματα, παραμένων δὲ αὐτῷ, (*deest*, αὐτῷ, *in Compluten.*) ἀποστρέψει ὀργήν. οὐ δυνήσεται θυμώδης ἀνὴρ δικαιωθῆναι. Timor Domini expellit peccata, & perseuerans cum eo auertit iram. Non poterit iracundus vir iustificari, &c. *Clemens Alex. lib. 1. Pædag. cap. 8.* φόβος κυρίου ἀπωθεῖται ἁμαρτήματα. ἄφοβος δὲ οὐ δυνήσεται δικαιωθῆναι, *quomodo fere vulgata*: Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est; non poterit iustificari. θ Sustinebit.] *Videtur eadem notione dictum*, ἀνθέξεται, *atque*, ἀνέξεται, *quod est in alijs.* ι Fidelium.] πιστῶν. *Vulgata, & S. Augustinus*, multorum, *& in aliquot exemplaribus*, πολλῶν. κ Parabola scientiæ.] *In aliquo est*, παραβολαὶ, parabolæ, *in numero multitudinis, & significat sententias scientiæ plenas, & abditas: pro quo vulgata*, significatio disciplinæ: *Hæc autem sententia est, quam hoc loco diximus non esse apud S. Augustinum: sed similem præcedere apud ipsum, & etiam in vulgata, quæ in græcis non reperiatur; nisi hæc eadem sit. Post hanc autem in vetusto codice subiungitur*, φόβος κυρίου δόξα παρὰ κυρίου. καὶ γὰρ ἐπ᾽ ἀγαπήσεως τρίβους καθίστησιν, timor Domini, donum à Domino: etenim eximiæ dilectionis vias constituit: *vt multis modis appareat hunc librum fuisse coagmentatum.* λ Concupisti.] *Sic Sanctus Augustinus 22. contra Faustum cap. 53. nec multo aliter. S. Hilarius in psal. 1. & Sanctus Hieronymus in Osee 10. Alij libri cum accentu in penultima*, ἐπιθυμήσας, *& vulgata, & Sanctus Augustinus in speculo*, concupiscens. μ Incredibilis.] *Sic etiam Sanctus Augustinus, idest*, incredulus, & rebellis. ν Non accessisti.] *In nonnullis libris additur*, ἐν ἀληθείᾳ, in veritate. *Vulgata, & Sanctus Augustinus in spec.* Quoniam accessisti maligne ad Dominum.

CAP. II.

FILI, accedens ad seruitutem Domini Dei, α præpara animam tuam ad tentationem. Dirige cor tuum, & sustine: & ne festines in tempore β obductionis. Coniungere ei, & ne recedas; vt crescas in nouissimis tuis. Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in γ humilitate tua patientiam habe. Quoniam in igne probatur aurum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Crede ei, & recuperabit te: dirige vias tuas, & spera in illum. Metuentes Dominum sustinete misericordiam eius: & non deflectatis, ne cadatis. Qui timetis Dominum; credite illi: & non cadet merces vestra. Qui timetis Dominum; sperate in bona, & in lætitiam seculi, & misericordiæ. Respicite in antiquas nationes, & videte: quis confidit in Domino, & confusus est? aut quis permansit in timore eius, & derelictus est? aut quis inuocauit illum; & despexit eum? Quoniam pius, & misericors est Dominus, & remittit peccata, & saluat in tempore tribulationis. Væ cordibus δ timidis, & manibus dissolutis, & peccatori ingredienti duabus vijs. Væ dissoluto cordi: quia nõ credit; ideo non protegetur. Væ vobis, qui perdidisti substinentiam: & quid facietis; cum inspicere cœperit Dominus? Qui timent Dominum; non erunt incredibiles ε verbis illius: & qui diligunt illum; conseruabunt vias eius. Qui timẽt Dominum;

A minum; inquirent, quæ beneplacita sunt ei:&, qui diligunt illum; replebuntur lege. Qui timent Dominum; præparabunt corda sua:& in conspectu illius humiliabunt animas suas.ζ Incidamus in manus Domini, & non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius.

α Præpara.] *Sic S. Chrysost. in hom. in illud Apostoli, vino modico vtere. 1. Tim. 5. & alij Græci. In vulg. autem & apud S. Aug. in speculo, & S. Cypr. de mortalitate,* sta in iustitia, & timore, & præpara: *vt, vel Latini plemora exemplaria habuerint, vel iampridem sit. cum hic liber cœpit infarciri.* β Obductionis.] ἐπαγωγῆς, *illationis prauarum, & calamitatum. Paulo post,* ὃ ἐὰν ἐπαχθῇ, *redditur,* quod applicitum fuerit, *eodem sensu.* γ Humilitate.] *Expressit sensum. Nam, quod græce est,* ἐν ἀλλάγμασι (*aut,* ἀλλάγμασι) ταπεινώσεως, *hoc valet,* in mutationibus, vnde quis humiliatur. *Totus autem hic locus eodem modo refertur in speculo, & aliqua ex parte apud S. Cyprianum ibid. & de bono patientiæ, atque est in vulgata.* δ Timidis.] *Sic etiam apud Cyrillum de* B *adorat. lib. 1. in vulgatis: sed in manuscripto, & apud S. Chrysost. in hom. in illud,* cum autem subiecta. *1. Cor. 15. est,* διπλαῖς, *quod conuenit cum vulg.* duplici corde. ε Verbis.] ῥημάτων, *aut,* ῥήμασι *Vulgata, & S. Augustinus,* verbo. ζ Incidamus.] *In aliquot codicibus est,* λέγοντες, ἐμπεσούμεθα, dicentes, incidamus: *ex quo vestigio suspicari licet auctorem vulgatæ pleniore codice hic vsum esse. Multo enim plura habet; quemadmodum & S. Augustinus in speculo.*

CAP. III.

ME α patrem audite filij, & sic facite, vt salui sitis. Dominus enim honorauit patrem in filijs: & iudicium matris firmauit in filios. Qui honorat C patrem; exorabit pro peccatis: & sicut qui thesaurizat, ita qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem, iocundabitur β à filijs, & in die orationis suæ exaudietur. Qui honorificat patrem; vita viuet longiore: &, qui obedit domino; refrigerabit matrem suam, & quasi dominis seruiet his, qui se genuerunt. γ In opere, & sermone honora patrem tuum; vt superueniat tibi benedictio ab eo. Benedictio enim patris firmat domos filiorum: maledictio autẽ matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui: non est enim tibi gloria, patris confusio. Gloria enim hominis ex honore patris sui: & dedecus filijs mater sine honore. Fili, suscipe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius. Et, si defecerit sensu; veniam da: & non spernas eum in qualibet vir D tute tua. Eleemosyna enim patris non erit in obliuione: & pro peccatis, δ in iustitia ædificabitur tibi. In die tribulationis tuæ commemorabitur tui: sicut in sereno glacies; sic soluentur tua peccata. Tanquam blasphemus est, qui dereliquit patrem: & est maledictus à Domino, qui exasperat matrem suam. Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & ab homine acceptabili diligeris. Quãto ε maior es; tanto magis te humilia, & coram Deo inuenies ζ gratiam. Quoniam magna est potentia Domini, & ab humilibus honorificatur. η Difficiliora te ne quæsieris: & fortiora te ne scrutatus fueris. quæ præcepta sunt tibi; hæc cogita: non est enim tibi opus θ absconditis. In superuacuis ι operum tuorum ne fueris E curiosus: plurima. n. super sensum hominis ostensa sunt tibi. Multos enim κ implanauit suspicio ipsorum: & cogitatio mala labefecit sensus λ illorum. Et qui amat periculum; in illud incidet: Cor durum habebit male in nouissimis. Cor durum grauabitur laboribus: & peccator adijciet μ peccatũ super peccata. ν Obductioni superbi non est ξ sanatio: frutex enim peccati radicauit in illo. Cor sapientis cogitabit parabolam, & auris auditoris, desiderium sapientis. Ignem ardentem extinguet aqua: & eleemosyna ο expiabit peccata. π Qui reddit gratias; commemoratur in posterum: & in tempore casus inueniet firmamentum.

α Me patrem.] *In alijs partim est,* κρίσιν τοῦ πατρὸς, *partim,* κρίμα iudicium patris: *quemadmodum habet vulgata, & speculum: & vtrobique illa antecedunt.* Filij sapientiæ, Ecclesia iustorum, & nati illorum, obedientia, & dilectio. β A filijs.] *Alij,* ἐπὶ τέκνοις, *& vulgata, & speculum,* in filijs. γ In opere, & sermone.] *Ibidem additur,* & omni patientia, *& coniunguntur cum antecedentibus:* vt honora patrem, *sit initium alterius clausulæ.* δ In iustitia ædificabitur tibi.] *In verbis præcedentibus discrepat vulgata à græca: sed istis satis bene videtur expressum, quod græce est,* προσανοικοδομηθήσεταί σοι, *quasi ex iusta quadam retributione fiet tibi reædificatio, & restauratio iacturæ per peccatum factæ.* ε Maior es.] *Ita S. Hier. in Ezech. 34. licet S. Aug. de sancta virgin. c. 31.* tanto humilia. ζ Gratiam.] *In vetusto codice, & Compl. hæc adiunguntur,* πολλοί εἰσιν ὑψηλοὶ, καὶ ἐπίδοξοι, ἀλλὰ πραέσιν ἀποκαλύπτεται μυστήρια. Multi sunt sublimes, & clari: sed mitibus reuelantur mysteria. η Difficiliora.] *Vetustus codex habet,* βαθύτερα, profundiora. *Alexander episcopus Alexandrinus in epist. ad Alexandrum apud Theodoretum primo de hist. Eccles.* ὑψηλότερα, altiora, *vt vulgata, & speculum, & S. Cypr. 3. testim. In Compl. adduntur hic, & in sequentibus,* ἀναιδήτως, ἀφροσύνη, ὁσίως, *quæ credibile est ex margine scholij loco posita in textum irrepsisse.* θ Absconditis.] *In Compl. est,* τῶν κρυπτῶν βλέπειν ὀφθαλμοῖς, *quod videtur satis conuenire vulgatæ,* non est tibi necessarium ea, quæ tibi abscondita sunt, videre oculis tuis. ι Operum.] *Eadem,* τῶν λόγων, sermonum. *Vulgata,* in superuacuis rebus. κ Implanauit.] *Sic S. August. in speculo, & optime respondet græco. Vulg.* supplantauit. λ Illorum.] *In aliquot libris hæc sequuntur,* κόρας μὴ ἔχων, ἀπορήσεις φωτός. γνώσεως δὲ ἄμοιρος ὢν μὴ ἐπαγγέλλου. καρδία σκληρὰ κακωθήσεται ἐπ' ἐσχάτων, καὶ ὁ ἀγαπῶν κίνδυνον, ἐν αὐτῷ ἀπολεῖται, Pupillas non habens, carebis luce: intelligentiæ autem expers ne profitearis. Cor durum male habebit in nouissimis: & qui amat periculum, in illo peribit. *Priorem sententiam non habet vulgata: sed duas sequentes eodem loco habet, atque ijsdem verbis.* μ Peccatum.] *Nonnulli,* ἁμαρτίας, peccata. ν Obductioni.] *Sic versum est antea vocabulum græcum,* ἐπαγωγῇ, *idest, calamitati, & supplicio pro peccatis illato: & aliqui codices hic habent,* ἐπαγωγῆς, *aut* ἐν ἐπαγωγῇ, *multi autem* ἐπαγωγή. *Sed valet, ac si positum esset in dandi casu: quasi dicatur, calamitas superbi talis est, vt ei non sit remedium. Vulg. videtur habuisse,* συναγωγῇ. *Inquit enim,* synagogæ superborum. ξ Sanatio.] *Pro quo in vulgata,* sanitas. *Et in Complut. sequitur,* ὁδοιπορίαι αὐτοῦ ἐκριζωθήσονται, itinera eius eradicabuntur. ο Expiabit.] *Vulgata,* resistit peccatis. *S. Cyprianus 3. testim. & alibi,* sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccatum. π Qui reddit gratias; commemoratur.] *Illud,* μέμνηται, *videtur positum passiue, quasi,* in memoria est: *& sententia optime fluit. Potest tamen subintelligi, quod in nonnullis codicibus ponitur,* καὶ κύριος ὁ ἀνταποδιδοὺς χάριτας, μέμνηται, & Dominus reddens gratias, meminit, *nimirum,* eleemosynæ, *cuius proxime facta est mentio. In vulgata, & speculo est noua sententia,* & Deus prospector est eius, qui reddit gratiam: meminit, &c.

CAP. IV.

FILI, vitam pauperis ne defraudes: & ne protrahas oculos egenos. Animam esurientem ne contristes: & non exasperes virum in inopia sua. Cor irritatum ne conturbes: & ne protrahas datum angustianti. Rogationem tribulati ne abijcias: & ne auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope non auertas [α] oculum: & ne relinquas locum homini, vt maledicat te: maledicentis enim tibi in amaritudine animæ suæ, deprecationem eius exaudiet is, qui fecit illum. Congregationi amabilem te facito: & magnati humilia caput tuũ. Inclina [β] pauperi aurem tuam, & responde illi pacifica in mansuetudine. Libera eum, qui iniuriam patitur de manu iniuriam inferentis: & [γ] non accedieris in iudicando. Esto pupillis vt pater, & pro viro matri illorum: & eris velut filius altissimi, [δ] & diliget te magis mater tua. Sapientia [ε] filios sibi exaltauit, & suscipit inquirentes se. Qui diligit illam, diligit vitam: &, qui mane vigilauerint ad illam, implebuntur lætitia. Qui tenuerit illam, hæreditabit gloriam: & quocumque introit, benedicet Dominus. Qui seruient ei, seruient sancto: & eos, qui diligunt eam, diligit Dominus. Qui audit illam, iudicabit gentes: &, qui ad illã [ζ] accesserit, habitabit confidens. [η] Si credideris, hæreditabis illam: & in possessione erunt creaturæ ipsius. Quoniam [θ] oblique ambulat cum eo in primis: timorem autem, & metum adducet super illum, & cruciabit illum in disciplina sua; donec credat animæ illius, & tentet eum in iustificationibus suis. Et rursus redibit recta ad illum, & lætificabit illum, & denudabit illi absconsa sua. Si autem aberrauerit, derelinquet eum, & tradet eum in manus ruinæ suæ. Conserua tẽpus, &

de vita

A de vita à malo: & pro anima tua ne confundaris. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio gloria, & gratia. Ne accipias faciem aduersus animã tuã, & ne reuerearis in casum tuũ. Non retineas verbum in tempore ι salutis. In sermone enim cognoscetur sapientia, & doctrina in verbo linguæ. Non contradicas veritati, & de κ ineruditione tua confundere. Ne confundaris confiteri peccata tua, nec coneris contra fluxum fluminis. Et non subijcias te homini stulto, & ne accipias faciem potentis. Vsque ad mortem agonizare pro veritate: & Dominus Deus pugnabit pro te. Noli λ asper esse in lingua tua, & inutilis, & remissus in operibus tuis. Noli esse, sicut leo, in domo tua, & arreptitius in do-B mesticis tuis. Non sit porrecta manus tua ad accipiendũ, & ad dãdum collecta.

α Oculum.] *In codice vetusto est,* ὀφθαλμόν σου χάριν ὀργῆς, *quod vulgata, & speculum,* oculos tuos propter iram. β Pauperi.] *S. Chrys. 3. de sacerdotio addit,* ἀλύπως, *& vulgata,* sine tristitia. γ Non accedieris in iudicando.] *Idest ne abiecto animo sis in iudicando, & vindicando. Ita parum recessimus à nostro interprete, qui cap 6. vtitur hoc verbo, & hic habet paulo obscurius,* & non accide feras in anima tua in iudicando. *Putamus enim ista,* in iudicando, *coniungenda cum hac sententia, non cum sequenti: quæ etiam apud S. Cyprianum 3. test. sic incipit:* Esto pupillis, &c. δ Et diliget te magis mater tua.] *Pro his apud S. Cyprianum est,* si obaudieris: *in vulgata autem,* obediens, & miserebitur tui magis, quàm mater. *Ac certe pro,* ἢ μήτηρ σου, *bene videtur esse in Complut.* ἢ μήτηρ σου, quàm mater tua. ε Filios sibi exaltauit.] *Clemens Alex 7 strom* ἡ σοφία, (inquit Salomon) ἐνεφυσίωσε τὰ ἑαυτῆς τέκνα, sapientia insufflauit filios suos: *quomodo videtur legisse noster interpres,* filijs suis vitam inspirat. *An vero ex hoc loco Tertullianus in Scorpiaco sumpserit illam sententiam,* Sophia iugulauit filios suos, *non satis liquet.* ζ Accesserit.] *Compl* προσέχων, qui attendit, *vulgata,* qui in-C tuetur. η Si credideris, hæreditabis.] *Complut.* ἐὰν ἐμπιστεύσῃ, κατακληρονομήσει, si crediderit, ac firmiter adhæserit, hæreditabit: *Ac certe etiam in vulg est in tertia persona, & videtur melius cohærere cum eo quod sequitur in nostra,* creaturæ (*idest generationes*) ipsius: *pro quo in Compl. est,* αὐτῶν, *& in vulgata,* illorum. θ Oblique.] *In vno manuscripto est,* ἐν πειρασμῷ *& vulgata,* in tentatione. ι Salutis.] *In nonnullis hæc adiunguntur,* καὶ μὴ κρύψῃς τὴν σοφίαν σου εἰς καλλονήν, *quod noster interpres videtur reddidisse,* non abscondas sapientiã tuam in decore suo, *aut,* eius, *vt speculum.* κ De ineruditione. *Compl* καὶ περὶ ψεύσματος τῆς ἀπαιδευσίας σου, *quod vulgata,* & de mendacio ineruditionis tuæ. λ Asper.] τραχύς. *Interpres noster videtur habuisse,* ταχύς, *nam reddidit,* citatus, *& S. Cypr. 3. test. & S. Aug. in speculo. Complut.* θρασύς, temerarius, audax.

CAP. V.

D NOLI attendere ad diuitias tuas: & ne dixeris, sufficientes mihi α sunt. Ne sequaris animam tuam, & fortitudinem tuam, vt ambules in concupiscentijs cordis tui. Et ne dixeris, quis me β subijciet? Dominus enim vindicans vindicabit te. Ne dixeris, peccaui, & quid mihi γ accidit? δ Dominus enim est patiens. De ε propitiatu noli esse sine metu, vt adijcias peccatum super peccata. Et, ne dicas, miseratio eius magna est: multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo: & super peccatores requiescet ira illius. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subito enim egredietur ira Domini, & in tempore vindictæ ζ disperdet. Noli attentus esse in diuitijs iniustis: nihil enim η adiuuaberis in die obductio-E nis. Non ventiles in omni vento, & non eas in omni via: θ sic peccator duplex lingua. Esto firmus in intellectu tuo: & vnus sit sermo tuus. Esto velox in auscultatione tua, & in longanimitate profer responsum. Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum. Gloria, & inhonoratio in sermone: & lingua hominis, subuersio est illius. Non appelleris ι susurro: & lingua tua ne insidieris. Super furem enim est confusio: & denotatio pessima super bilinguem. In magno, & in paruo κ non ignores.

α Sunt.] *In aliquo codice additur,* εἰς ζωήν, ad vitam. β Subijciet.] *In nonnullis subiungitur,* διὰ τὰ ἔργα μου, *& vulgata, & speculum,* propter facta mea. γ Accidit.] *Compluten. addit,* λυπηρόν, *& vulgata, & speculum, & S. Cyprianus 3. testim.* triste. δ Dominus.] *In vno codice est,* ὕψιστος, *atque ijdem,* altissimus. ε Propitiatu.] *Sic speculum, & aliquot biblia, quamuis addant,* peccatorum, *vt multa alia.* ζ Disperdet.] *In quibusdam libris est,* ἐξελεῖ, auferet, *in alijs,* ἐξολοθρεύσει σε, disperdet te, *vt vulgata, & spec.* η Adiuuabetis.] *In multis est,* ὠφελήσει σε, proderunt tibi, *vt speculum. A Compl. & ab aliquot biblijs abest illud,* σε, tibi. θ Sic.] *In aliquo codice est,* οὕτως γὰρ, sic enim, *& speculum, & aliquot biblia,* sic enim peccator. *Repetitur hæc sententia in sequenti cap.* ι Susurro.] *In aliquo codice additur,* ἐν τῷ βίῳ σου, *& in speculo, & multis biblijs,* in vita tua. κ Non ignores.] *Idest, ne sinas te capi ignoratione rerum, & imprudentia. In Compl. additur,* μὴ δὲ ἕν, ne ignores quicquam. *Pro quibus in vulg. & spec.* iustifica pusillum, & magnum similiter.

A

CAP. VI.

B

ET noli fieri pro amico inimicus. Nomen enim malum, confusionem, & improperium ᵅ hæreditabit. Sic peccator bilinguis. Ne te extollas in cogitatione animæ tuæ, ne diripiatur velut taurus, anima tua. Folia tua comedes, & fructus tuos perdes, & relinques te velut lignum aridum. Anima nequam disperdet eum, qui se habet, & gaudium inimicorum faciet eum. Guttur dulce multiplicabit amicos suos, & lingua beneloquens multiplicabit bonas salutationes. Multi pacifici sint tibi: consiliarij autem tui sint vnus de mille. Si possides amicum; in tentatione posside eum, & non facile credas ei. Est enim amicus in tempore suo, & non permanebit in die tribulationis tuæ. Et est amicus, qui conuertitur ad inimicitiam, & rixam opprobrij tui denudabit. Et est amicus socius mensarum, & non permanebit in die necessitatis tuæ. Et in bonis tuis erit, tãquam tu, & in domesticis tuis fiducialiter aget. Si humiliatus fueris; erit contra te, & à facie tua abscondet se. Ab inimicis tuis separa te: & ab amicis tuis attende. Amicus fidelis, protectio fortis: &, qui inuenit illum; inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio, & non est pondus bonitati eius. Amicus fidelis, medicamentum * vitæ: &, qui metuunt Dominum; inuenient illum. Qui timet Dominum; bonam habet amicitiam suam: quoniam secundũ ipsum, sic & proximus ipsius. Fili, à iuuentute tua excipe doctrinam: & vsque ad canos inuenies sapientiam. Quasi is, qui arat, & qui seminat, accede ad illam: & sustine bonos fructus illius. In operatione enim illius paululum laborabis: & cito edes de generationibus illius. Quàm aspera est nimium indoctis, & non permanebit in illa excors. Quasi lapis probationis fortis erit in illo; & non demorabitur proijcere illam. Sapientia enim secundùm nomen suum est: & non est multis manifesta. Audi fili, & accipe sententiam meam, & ne abijcias consilium meum. Et inijce pedes tuos in compedes illius, & in torquẽ illius collum tuũ. Subijce humerum tuum, & porta illam: & ne accedieris vinculis illius. In omni animo tuo accede ad illam: & in omni virtute tua conserua vias eius. Inuestiga, & quære: & manifestabitur tibi: & continens factus ne derelinquas illam. In nouissimis enim inuenies requiem eius: & conuertetur tibi in oblectationem. Et erunt tibi compedes in protectionem fortitudinis, & torques illius in stolam gloriæ. Decus enim aureum est in ea, & vincula illius, ᵝ fila hyacinthina. Stolam gloriæ indues eam, & coronam gratulationis impones tibi. Si volueris fili, disces: &, si accommodaueris animum tuum; callidus eris. Si dilexeris audire; ᵞ excipies: &, si inclinaueris aurem tuã; sapiens eris. In multitudine presbyterorum sta: &, qui sapiens; ei coniungere. Omnem narrationem diuinam velis

C

D

E

audire:

A audire: & prouerbia intellectus non effugant te. Si videris sensatum; euigila ad eum: & gradus δ ostiorum illius exterat pes tuus. Cogitatum tuum habe in præceptis Domini, & in mandatis illius meditare semper. Ipse firmabit cor tuum: & concupiscentia sapientiæ tuæ dabitur tibi.

α Hæredicabit.] *Sic etiam vulgata, & speculum: sed addunt*, malus. *In nonnullis libris est*, κληρονομήσεις, hæreditabis. * Vitæ.] *Etiam apud S Cyprian. 3 test. additur*, & immortalitatis. β Fila hyacinthina.] *Sic habent aliqua Biblia manuß. licet coniuncte cum iis, quæ sunt in impressis*, alligatura salutaris. γ Excipies.] *In aliquot codicibus additur*, σύνεσιν, intellectum: *vulgata*, excipies doctrinam; *licet ordinem alium verborum habeat.* δ Ostiorum.] *Sic etiam speculum: & tract. 7 in Io.* limen ostiorum. *In nonnullis codicibus est*, τρίβους, semitarum.

B

CAP. VII.

NOLI facere mala: & non te apprehendet * malum. Discede ab iniquo, & declinabit à te. Fili, non semines in sulcis iniustitiæ: & non metes eos in septuplũ. Noli quærere à Domino ducatum, neque à rege cathedram honoris. Non te iustifices ante Dominum: & penes regem noli velle videri sapiens. Noli quærere fieri iudex; β ne forte non possis auferre iniquitates: Ne forte extimescas faciem potentis: & ponas scandalum in rectitudine tua. C Non pecces in multitudinem ciuitatis: nec te demittas in turbam. Non alliges bis peccatum. In vno enim non eris immunis. Ne dicas, in multitudinem munerum meorum respiciet, & offerente me Deo altissimo, γ suscipiet. Noli esse pusillanimis in oratione tua: & eleemosynam facere ne despicias. Ne irrideas hominem, qui sit in amaritudine animæ suæ: est enim qui humiliat, & qui exaltat. Noli arare mendacium aduersus fratrem tuum: neque in amicum similiter facias. Noli velle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non in bonum. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum: & non iteres verbum in oratione tua. Non oderis laboriosam operationem, & rusticationem creatam ab altissimo. Non te computes in multitudine peccatorum. Humilia valde D spiritum tuum: Memento, quoniam ira non tardabit: quoniam vindicta δ impij, ignis, & vermis. Ne commutes amicum propter * indifferens, neque fratrem germanum in auro Suphir. Noli discedere à muliere sensata, & bona: gratia enim eius super aurum. Non lædas seruum in veritate operantẽ, neque mercennarium dantẽ animam suam. Seruum sensatum diligat anima tua: non defraudes illum libertate. Pecora tibi sunt? attende illis: &, si sunt tibi vtilia; perseuerent apud te. Filij tibi sunt? Erudi illos, & curua à pueritia collum eorum. Filiæ tibi sunt? Serua corpus earum: & ne ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Trade filiam: & grande opus feceris: & homini sensato da illam. Mulier est tibi se-E cundum animam? ne proijcias ζ eam. In toto corde honora patrem tuum: & gemitus matris non obliuiscaris. Memento, quia per eos natus es: & quid retribues illis, quomodo illi tibi? In tota anima tua time Dominum: & sacerdotes illius suspice. In tota virtute dilige eum, qui te fecit: & ministros eius non derelinquas. Time Dominum, & honorifica sacerdotem: & da illi partem, sicut mandatum est tibi, primitias, & pro delicto, & datum brachiorum, & sacrificiũ sanctificationis, & primitias sanctorum. Et pauperi porrige manum tuam; vt perficiatur benedictio tua. Gratia datus in conspectu omnis viuentis: & in mortuo ne

tuo ne prohibeas gratiam. Non desis plorantibus, & cum lugentibus luge. [ε] Ne pigriteris visitare ægrotum: ex his enim diligeris. In omnibus verbis tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

α Malum.] *Compl.* καταλάβῃ κακά, apprehendent mala. *Vulgata, & spec. tantum*, apprehendent. β Ne forte non possis.] *Sic S. Hieronymus. Vulgata*, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. *Speculum*, nisi, si vales virtutem irrumpere iniquitatis. γ Suscipiet.] *In vetusto codice additur*, τὰ δῶρά μου, *& vulgata, & speculum*, munera mea. δ Impij.] *Vulgata, & S. Augustinus 21. de ciuit. cap. 9.* carnis impij. ε Indifferens.] *Idest propter bona externa, quæ & bona, & mala esse possunt: aut propter quamuis, & leuem etiam caussam. In aliquo libro est*, ἕνεκεν διαφόρου, *propter præstantiam, propter rem quantumuis eximiam.* ζ Eam.] *In nonnullis libris hæc sequuntur*, μισουμένη δὲ μὴ ἐνδῷς σεαυτόν, *quod vulgata, & speculum*, & odibili non credas te. ε Ne pigriteris.] *Sic S. Cypr. 3. testim. Vulgata, & spec.* non te pigeat.

CAP. VIII.

NON litiges cum homine potente; ne forte incidas in manus illius. Non contendas cum viro locuplete, ne forte statuat contra te pondus. Multos enim perdidit aurum, & corda regum fecit declinare. Non litiges cum homine [α] linguoso, & non struas super ignem illius, ligna. Ne colludas cum indocto, ne inhonorentur maiores tui. Non improperes homini auertenti se à peccato: memento, quoniam omnes in correptionibus sumus. Ne spernas hominem in sua senectute: etenim ex nobis senescunt. Noli de mortuo gaudere: memento, quoniam omnes morimur. Ne despicias narrationem sapientum: & in prouerbijs eorum conuersare. Ab ipsis enim disces [β] doctrinam, & seruire magnatis. Non te prætereat narratio seniorum: & ipsi enim didicerunt à patribus tuis. Quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dare responsum. Non incendas carbones peccatoris, ne incendaris in igne flammæ illius. Ne contra faciem stes contumeliosi, ne insideat, quasi insidiator, ori tuo. Noli fœnerari homini fortiori te: quòd si fœneraueris; quasi perditum habe. Non spondeas super virtutem tuam: quòd si spoponderis; quasi persoluturus, cogita. Ne litiges cum iudice: quoniam secundum existimationem eius iudicabunt ei. Cum audace ne eas in via, ne grauetur contra te. Ipse enim secundum voluntatem suam faciet; & simul cum stultitia illius peries. Cum iracundo ne facias rixam, & cum illo ne eas per desertum. Quoniam quasi nihil, est ante illum sanguis: & vbi non est adiutorium, elidet te. Cum fatuo consilium non habeas: non enim poterit verbum celare. Coram extraneo non facias occultum: nescis enim quid pariet. Non omni homini cor tuum manifestes, & non referat tibi [γ] gratiam.

α Linguoso.] *Ita S. Augustinus in speculo. Vulgata*, linguato. β Doctrinam.] *Idem*, doctrinam intellectus. *Vulgata*, sapientiam, & doctrinam intellectus. γ Gratiam.] *In nonnullis additur*, ψευδῆ. *Vulg.* ne forte inferat tibi gratiam falsam, & conuitietur tibi.

CAP. IX.

NON zeles mulierem sinus tui; neque doceas super te doctrinam nequã. Non des mulieri animam tuam, vt ascendat ipsa super virtutem tuam. Ne respicias mulierem multiuolam; ne forte incidas in laqueos illius.

Cum

A Cum psaltrice ne asiduus sis; ne forte capiaris in [α] tentationibus eius. Virginem ne aspicias; ne forte scandalizeris in decoribus eius. Ne des fornicarijs animam tuam; ne perdas hæreditatem tuam. Noli circumspicere in vicis ciuitatis; nec oberraueris in desertis illius. Auerte oculum à muliere formosa, & ne circumspicias speciem alienam. Propter speciem mulieris multi aberrauerunt: & ex hoc concupiscentia, quasi ignis, exardescit. Cũ aliena muliere non sedeas [β] omnino, neque agites conuiuia cum illa in vino: ne forte declinet cor tuum in illam, & spiritu tuo labaris in perditionem. Ne derelinquas amicum antiquum: nouus enim non est similis illi. Vinum nouum, amicus nouus: si inueterauerit; B cum suauitate bibes illud. Non zeles gloriam peccatoris: non enim scis, quæ sit illius subuersio. Non [γ] bene sentias de beneplacito impiorum: memento, quoniã vsque ad inferos non iustificabuntur. Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi: & non suspicaberis timorem mortis: &, si accesseris; noli delinquere, ne auferat vitam tuam. Scito, quoniam in medio laqueorum ingrederis, & super pinnacula ciuitatum ambulas. Secundum virtutem tuam coniecta de proximis: & cum sapientibus consulta. Cum intelligentibus sit colloquutio tua, & omnis enarratio tua in lege altisimi. Viri iusti sint tibi conuiuæ: & in timore Domini sit gloriatio tua. In manu artificum, opus laudabitur: & prin- C ceps populi sapiens in sermone suo. Terribilis in ciuitate sua homo linguosus: & temerarius in verbo suo odibilis erit.

α Tentationibus.] *Sic visum est commode posse verti illud, ἐπιχειρήμασιν. In nonnullis libris est, ἐπιτηδεύμασιν,* studijs. *Vulgata,* efficacia. β Omnino.] *Apud Clementem Alexand. 2 Pædag. cap. 7. sequitur,* καὶ μὴ μετακλιθῇς ἐπ' ἀγκῶνα μετ' αὐτῆς, μὴ δὲ συμβολὰς πίει μετ' αὐτῆς ἐν οἴνῳ, μήποτε ἐκκλίνῃ ἡ καρδία σου ἐπ' αὐτὴν, καὶ τῷ αἵματί σου ὀλισθήσῃ εἰς ἀπώλειαν, *quæ sic reddita sunt in vulg.* nec accumbas cum eã super cubitum, & non altercetis (*idest contendas bibendo, quemadmodum solent facere, qui de symbolis edunt*) cum illa in vino; ne forte declinet cor tuum in illam, & sanguine tuo labaris in perditionem. γ Non bene sentias de beneplacito.] *Hoc videtur significari, non magnum quiddam ducas prosperitatem impiorum, cum omnia illis ex sententia fluunt. Vulgata,* non placeat tibi iniuria iniustorum. *Speculum,* iustorum.

D

CAP. X.

IVDEX sapiens erudiet populum suum: & principatus sensati [α] ordinatus erit. Secundum iudicem populi [β] sui, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales omnes inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum: & ciuitas habitabitur per sensum potentium. In manu Domini potestas terræ: & vtilem suscitabit in tempus super illam. In manu Domini prosperitas hominis: & super personam scribæ imponet gloriam ipsius. In omni iniuria ne succenseas proximo, & nihil agas in operibus contumeliæ. Odibilis coram Do- E mino est, & hominibus superbia: & ex vtrisque [γ] delinquet iniusta. Regnum à gente in gentem transfertur, propter iniustitias, & contumelias, & [δ] pecunias. Quid superbit terra, & cinis? [ε] quoniam in vita proieci intima eius. In prolixũ languorem cauillatur: & rex hodie est, & cras morietur. Cum enim morietur homo; hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes. Initium superbiæ hominis, cum apostatauit à Deo: & ab eo, qui fecit eum, recesit cor eius. Quoniam [ζ] principiũ superbiæ peccatum: &, qui tenuerit eam; proeffundet [η] abominationem. Propter hoc incredibiles fecit Dominus [θ] obductiones: & destruxit eos in finem. Sedes Ducum destruxit Dominus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gẽtium euulsit

euulsit Dominus, & plantauit humiles pro eis. Terras gentiũ euertit Dominus, perdidit eas vsque ad fundamenta terræ. ι Arefecit ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorum à terra. Non est creata hominibus superbia, neque ira furoris generationibus mulierum. κ Semen honoratum quale? semen hominis. Semen honoratum quale? ij, qui timent Dominum. Semen inhonoratum quale? semen hominis. Semen inhonoratum quale? qui prætereunt mandata. In medio fratrum rector illorum in honore: & qui timent Dominum; in oculis λ illius. Diues, & honoratus, & pauper, gloriatio eorum, timor Domini. Non iustum est despicere pauperem sensatum: & non decet magnificare hominem peccatorem. Magnus, & iudex, & potens honorificabitur: & non est eorum aliquis maior illo, qui timet Dominum. Seruo μ sapienti liberi seruient: & vir prudens ν non murmurabit. Noli excusando cunctari in faciendo opere tuo: & noli te extollere in tempore angustiæ tuæ. Melior est, qui operatur ξ in omnibus, quàm qui ambulat, aut gloriatur, & eget pane. Fili, in mansuetudine glorifica animam tuam: & da illi honorem secundum meritum eius. Peccantem in animam suam, quis iustificabit? & quis honorabit exhonorantem vitam suam? Pauper honorificatur per scientiam suam: & diues honorificatur propter substantiam suam. Qui autem glorificatur in paupertate; quanto magis in substantia? & ο qui est inglorius in substantia; quanto magis in paupertate?

α Ordinatus.] *Complut.* τεταμένη, protensus. *Vulgata,* stabilis. β Sui.] *Abest à vulgata, sicut* αὐτοῦ, *ab aliquot codicibus.* γ Delinquet iniusta.] *In nonnullis,* πλημμέλεια ἀδικίας, delictum iniustitiæ. δ Pecunias.] *In Complut. additur,* δόλια, dolosas. *Vulgata,* & diuersos dolos. *Sequentem autem interrogationem,* quid superbit terra, & cinis? *aliqui codices habent ante sententiam, quæ paulo post affertur:* Cum enim morietur homo, &c. ε Quoniam in vita.] *In aliquot libris est,* φιλαργύρου μὲν γὰρ οὐδὲν ἀνομώτερον. οὗτος γὰρ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἔκπρακτον ποιεῖ. ὅτι ἐν ζωῇ αὐτοῦ ἔρριψαν τὰ ἐνδόσθια αὐτοῦ. μακρὸν ἀρρώστημα κόπτει ἰατρός. Nam nihil quidem iniquius est amante pecuniam. Hic enim & animam suam venalem habet: quoniam in vita sua proiecerunt intima sua. Languorem prolixum præcidit medicus. *Interpres noster videtur habuisse,* ἔρριψε, proiecit: *& addit nonnulla alia; quæ valde videntur conuenire huic loco.* ζ Principium superbiæ peccatum.] *In quibusdam est,* ἀρχὴ ἁμαρτίας ὑπερηφανία. Initium peccati superbia: *& vulgata,* omnis peccati: *quæ celebris sententia est.* η Profundet abominationem.] ἐξομβρήσει, *quasi inundabit. Complut.* ἐξυβρίσει, iniuriabit abominationem, *& addit,* καὶ καταστραφήσεται εἰς τέλος, & subuertetur in finem. *Vulgata,* adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem. θ Obductiones.] *Id est vindictas, & illationes calamitatum, vt alibi. Rursus autem interpres noster videtur habuisse,* συναγωγάς, *aut pro eodem accepisse. Ita enim vertit,* propterea exhonorauit Dominus conuentus malorum. ι Arefecit.] *Ita etiam vulgata. Aliqui habent,* ἐξῆρεν, obstulit. κ Semen honoratum.] *Breuius præter consuetudinem hæc habentur in vulgata. In Compl. autem,* σπέρμα ἀσφαλείας οἱ φοβούμενοι κύριον, καὶ ἔντιμον φύτευμα οἱ ἀγαπῶντες αὐτόν. σπέρμα ἀτιμίας, οἱ μὴ προσέχοντες τῷ νόμῳ. σπέρμα πλανήσεως οἱ παραβαίνοντες ἐντολάς. Semen securitatis, qui timent Dominum: & honorata plantatio, qui diligunt illum. Semen ignominiæ, qui non attendunt legi: Semen erroris, qui transgrediuntur mandata. λ Illius] *In Compl. subiungitur,* προσλήψεως ἀρχὴ φόβος κυρίου, ἐκβολῆς δὲ ἀρχὴ σκληρυσμὸς, καὶ ὑπερηφανία, *at fortasse vera lectio esset,* προσλήψεως, *vt intelligeremus, amplificationis principium esse timorem Domini, eiectionem autem principatus esse obdurationem, & superbiam. Sed in collatis codicibus hæc sententia non est inuenta.* μ Sapienti.] *In vno codice est* συνετῷ, *& vulgata, & speculum,* sensato. ν Non murmurabit.] *Complut. addit* παιδευόμενος, correptus, *vt vulgata, & spec.* ξ In omnibus, quàm qui ambulat, aut gloriatur.] *Plerique,* καὶ περισσεύων ἐν πᾶσιν ἢ ὁ δοξαζόμενος, *quod in vulg.* & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur. ο Et qui est inglorius.] *In vulg. longe aliter,* & qui gloriatur in substantia; paupertatem vereatur. *In Compl. autem deest tota hæc pars.*

CAP. XI.

SAPIENTIA humiliati exaltauit caput, & in medio magnatorum considere illum faciet. Non laudes virum in specie sua: neque spernas hominem in visu suo. Breuis in volatilibus apis: & principium dulcorum, fructus eius. In circumiectione vestimentorum ne glorieris: nec in die honoris extollaris. Quoniam mirabilia opera Domini, & absconsa opera illius in hominibus.

A bus. Multi tyranni sederunt in [α] solo: & insuspicabilis portauit diadema. Multi potentes exhonorati sunt valde: & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Priusquam interroges, ne vituperes: intellige primum, & tunc corripe. Priusquam audias, ne respondeas: & in medio sermonum ne interloquaris. De re, qua tibi opus non est, ne certaueris: & in iudicio peccantium ne consideas. Fili, ne circa multa sint actus tui. Si enim multiplicaueris, non eris immunis à delicto. Et, si sequutus fueris, non apprehendes: & non effugies, si præcucurreris. Est laborans, & dolens, & festinans: & tanto magis ipsi deest. Est marcidus, & egens recuperatione, deficiens virtute, & [β] abundat paupertate: & oculi Domini respe-B xerunt illum in bona, & erexit eum ab humilitate ipsius. Et exaltauit caput eius: & mirati sunt in illo [γ] multi. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à [δ] Domino sunt. Datio Domini permanet pijs: & beneplacitum eius bonos successus habebit in æternum. Est, qui locupletatur, attente, & parce agendo: & hæc est pars mercedis illius. In eo, quod dicit, inueni requiem, & nunc manducabo de bonis [ε] meis; & nescit, quod tempus pertransiet, & relinquet ea alijs, & morietur. Sta in testamēto tuo: & in illo colloquere: & in opere tuo veterasce. Ne mireris in operibus peccatoris: confide in Domino, & mane in labore tuo. Facile est enim in oculis Domini, velociter subito honestare paupe-C rem. Benedictio Domini in mercede pij: & in hora veloci exoriri facit benedictionem suā. Ne dicas, quid est mihi [ζ] opus? & quæ erūt mihi ex hoc nunc bona? Ne dicas, sufficientia mihi sunt, & quid ex hoc nūc pessimabor? In die bonorū, obliuio malorū, & in die malorū non erit memoria bonorū. Quoniam facile est coram Domino in die obitus retribuere homini secundum vias eius. Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ: & in fine hominis, denudatio operum illius. Ante mortem ne beatifices quemquam: & in filijs suis agnoscetur vir. Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim sunt insidiæ dolosi. Perdix [η] venatrix in cauea, sic cor superbi: & tanquam speculator, inspicit casum. D Bona enim in mala conuertens insidiatur: & in [θ] electis imponet maculam. A scintilla [ι] ignis augetur pruna: & homo peccator sanguini insidiatur. Attende à malefico: fabricat enim mala: ne forte maculam det tibi in perpetuū. Admitte ad te alienigenā: & subuertet te in turbationibus, & alienabit te à tuis proprijs.

α Solo.] *Verisimile est aliquem ex,* solo, *fecisse,* solio, *alium vero ex,* solio, *fecisse,* throno, *quemadmodum nunc est in vulgata.* β Abundat paupertate.] *Plerique,* περισσεύων πτωχείᾳ, abundans paupertate. γ Multi.] *In aliquot libris additur,* θεωρήσαντες, qui viderunt, qui considerarunt, *in vulgata autem,* & honorauerunt Deum. δ Domino sunt.] *In vno vetusto codice, & magna ex parte in alijs etiam quibusdam hæc sequuntur,* σοφία, καὶ ἐπιστήμη, καὶ γνῶσις νόμου παρὰ κυρίου. ἀγάπησις, καὶ ὁδοὶ (al. ὁδὸς) καλῶν ἔργων παρ' αὐτοῦ εἰσιν. πλάνη, καὶ σκότος ἁμαρτωλοῖς συνέκτισται, τοῖς δὲ γαυριῶσιν ἐπὶ κακίᾳ συγγηρᾷ κακία, *al.* κακά, *quæ sic in vulgata redduntur,* Sapientia, & disciplina, & scientia legis apud Deum: dilectio, & viæ bonorum apud ipsum. Error, & tenebræ peccatoribus concreata E sunt: qui autem exultant in malis; consenescunt in malo. ε Meis.] *In aliquo libro additur,* ἀδιαλείπτως, assidue, *vulg.* solus. ζ Opus.] *Sic etiam vulgata, in nonnullis subiungitur,* ἀρεσκείας, complacentia, vt placeam. η Venatrix.] *Aliqui,* θηρευθείς, capta, *vt vulgata, in qua interijciuntur nonnulla, quæ non sunt inuenta in græcis.* θ Electis.] τοῖς αἱρετοῖς, *id est,* bonis, *aut,* rebus, *aut,* hominibus. *Vulg.* electo, *nonnulli codices,* αἰνετοῖς, laudandis. ι Ignis.] *In aliquo est,* μικρᾶς, parua, *vulgata,* vna.

CAP. XII.

SI benefacias, scito, cui facias: & erit gratia bonis tuis. Benefac pio, & inuenies retributionem, &, si non ab ipso, certe ab altissimo. Non est bene ei, qui assiduus est in malis, & eleemosynam non danti. Da pio, & ne suscipias

pias peccatorē. Benefac humili, & non dederis impio. [α] Impedi panes illius, & non dederis ei, ne in ipsis te opprimat. Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis, quæcumque feceris ei. Quoniam & altissimus odio habet peccatores, & impijs reddet [β] vindictam. Da bono, & ne suscipias peccatorem. Non [γ] iudicabitur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus. In bonis viri, inimici illius in tristitia: & in malis illius etiam amicus disiungetur. Non credas inimico tuo in æternum. Sicut enim æramentum æruginat, sic nequitia illius. Et, si humiliatus vadat curuus; adijce animum tuum, & custodi te ab illo: & eris ei tanquam qui absterseris speculum, & cognosces, quod non in finem deposuit æruginem. Non statuas illum penes te; ne te subuerso stet in loco tuo. Non facias eum sedere ad dexteram tuam; ne forte inquirat cathedram tuam: & in nouissimo cognoscas verba mea, & in sermonibus meis stimuleris. Quis miserebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus, qui appropiant bestijs? Sic & qui comitatur cum viro peccatore, & conuoluitur in peccatis illius. Vna hora permanebit tecum: si autem declinaueris, non supportabit. Et in labijs suis indulcabit inimicus, & in corde suo deliberabit subuertere te in foueam. In oculis suis lachrymabitur inimicus: &, si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine. Si incurrerint tibi mala; inuenies eum illic priorem te: & quasi adiuuans, [δ] subsecabit plantas tuas. Caput suum mouebit, & plaudet manibus suis, & multa susurrans commutabit vultum suum.

α Impedi panes illius.] *In aliquo libro est*, τοὺς ἄρτους σου, prohibe panes tuos. *Vulg. & spec.* prohibe panes illi dare, *aut*, dari. β Vindictam.] *In quibusdam hæc sequuntur*, φυλάσσει δὲ αὐτοὺς εἰς ἡμέραν ἐκδικήσεως αὐτῶν κραταιᾶς, reseruat autem eos in diem vindictæ, (*& hucusque vulgata*,) eorum validam. γ Non iudicabitur.] *Alii*, οὐκ ἐπιγνωσθήσεται, non agnoscetur, *vt vulgata*; *aut*, οὐκ ἐκλυθήσεται, non eijciet se, non recedet à te, *aut*, οὐ κρυβήσεται, non abscondetur. δ Subsecabit.] ὑποσχάσει. *Nonnulli*, ὑποσκάψει, suffodiet, *vt vulgata*.

CAP. XIII.

QVI tetigerit picem, inquinabitur: & qui communicauerit superbo, assimilabitur ei. Pondus super te ne tollas: & fortiori te, & ditiori ne socius fueris. Quid communicabit olla ad lebetem? ipsa impinget, & ipsa conteretur. Diues iniuste egit, [α] & ipse fremuit: pauper læsus est, & ipse orabit. Si vtilitatem apportes; operatur in te: &, si tibi defuerit; derelinquet te. Si habes; conuiuet tecum, & euacuabit te, & ipse non dolebit. Si necessarius illi fueris, supplantabit te, & subridens spem tibi dabit. Loquetur tibi bona, & dicet: quid opus est tibi? & confundet te in cibis suis, donec exinaniat te bis, & ter: & in nouissimo deridebit te. Postea videbit te, & derelinquet te, & caput suum mouebit super te. Attende, ne [β] seducaris, & ne humilieris in lætitia tua. Aduocatus à potente, discede: & tanto magis te aduocabit. [γ] Non intrudas te, ne expellaris: & ne longe distes, ne eas in obliuionem. Ne [δ] retineas colloqui cum illo, nec credas multis verbis illius. Ex multa enim loquela tentabit te, & tanquam arridens [ε] interrogabit. [ζ] Immitis, qui non conseruat verba, & non parcet de [η] malitia, & de vinculis. Caue tibi, & attende [θ] diligenter, quoniam cum subuersione tua [ι] ambulas. Omne animal diligit simile sibi, & omnis homo proximum sibi. Omnis caro secundum genus coniungitur: & homo simili sibi sociabitur. Quid communicabit lupus agno? sic peccator erga pium. Quæ pax hyænæ ad canem

A ad canem? & quæ pax diuiti ad pauperem? Venatio leonum, onagri in eremo: sic pascua diuitum sunt pauperes. Abominatio superbo humilitas: sic execratio diuiti pauper. Diues commotus confirmatur ab amicis: humilis autem cum ceciderit, expellitur ab amicis. Diuite lapso multi recuperatores: loquutus est nõ dicenda, & iustificauerunt illum. Humilis lapsus est: & insuper arguitur: loquutus est sensate, & non est datus ei locus. Diues loquutus est, & omnes tacuerunt: & verbum eius vsque ad nubes exaltauerunt. Pauper loquutus est, & dicũt, quis est hic? &, si offenderit, subuertũt illũ. Bona est substantia, cui non est peccatum: & nequissima paupertas in [κ] ore impij. Cor hominis immutat faciem illius siue in bona, siue in [λ] mala. Vestigium B cordis in bonis facies hilaris: & inuentio parabolarum, [μ] cogitationes cum labore.

[α] Fremuit.] *Vulgata non multo aliter. In quibusdam codicibus est*, καὶ αὐτοῦ προσδεηθήσονται, πλωχὸς ἠδίκηται (*Compl. non sine mendo*, ἠδίκησε) καὶ αὐτὸς προσαπειληθήσεται, & ipsum orabunt: pauper læsus est: & ei præterea comminabuntur. [β] Seducaris.] *In Compl. additur*, τῇ διανοίᾳ, mente. *Vulgata totam hanc sententiam sic habet*, attende, ne seductus in stultitia humilieris, *sed adiungit multa & ante, & post.* [γ] Non intrudas te.] *Hoc visum est valere*, μὴ ἔμπιπτε, *quod vulgata*, ne improbus sis, *idest, ne petulanter inferas, atque ingeras te.* [δ] Ne retineas colloqui.] *Videtur hoc significare, ne te retentes, cum potentem alloqueris, quod illi faciunt, qui sibi in dicendo placent, & possunt, quandiu libuerit, protrahere sermonem. In quibusdam libris est*, ἰσηγορεῖσθαι, *& vulgata*, ex æquo loqui. [ε] Interrogabit.] *In aliquo codice additur*, τὰ κρυπτά σου, *& vulgata*, de absconditis tuis. [ζ] Immitis.] *Nonnulli*, ἀνελεημόνως, (*al.* ἀνελεήμων) δὲ συντηρήσει λόγους σου, immisericorditer, (*al.* immitis) autem C conseruabit verba tua: *quod satis respondet vulgatæ.* [η] Malitia.] *Rursus pro*, afflictione, & pœna, *non parcet te affligere, ac vel in vincula ducere. In aliquo libro est*, περὶ κακώσεώς σου, de afflictione tua. [θ] Diligenter.] *Complut. addit*, τοῦ ἀκούειν, *& vulgata*, auditui tuo. [ι] Ambulas.] *In libro vetusto subiunguntur ista*, πάσῃ ζωῇ ἀγάπα τὸν κύριον, καὶ ἐπικαλοῦ αὐτὸν εἰς σωτηρίαν σου. *In Complut. autem & hæc præterea antecedunt*, ἀκούων ταῦτα ἐν ὕπνῳ σου, γρηγόρησον, *quæ in vulg. sic sunt reddita*, audiens vero verba illa, quasi in somnis vide, & vigilabis: omni vita tua dilige Deum, & inuoca eum in salute tua. [κ] Ore.] *Solet interpres numero singulari interdum reddere, quod in græco est in numero multitudinis: hic in multis est*, στόμασιν, *quamuis & in nonnullis*, στόματι. [λ] Mala.] *In aliquot codicibus hæc sequuntur*, καὶ ἀγαθύνει πρόσωπον ἐν τέρψει καρδία θάλλουσα, & bonam reddit faciem in delectatione cor vigens: *quæ tamen absunt etiam à vulgata.* [μ] Cogitationes.] *In quibusdam est*, διαλογισμός, cogitatio. *Interpres aliquid aliud videtur legisse.*

CAP. XIV.

D BEATUS vir, qui non est lapsus in ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. Beatus, quem non condemnauit animus suus, & qui non excidit à spe sua. Viro minute rationes subducenti non est pulchra substantia: & homini liuido ad quid pecuniæ? Qui aceruat ex anima sua; alijs congregat: & in bonis illius alij luxuriabuntur. Qui sibi nequam est, cui bonus erit? & [α] non iocundabitur in pecunijs suis. Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius: & hoc est redditio malitiæ illius. Et, si bene faciat, [β] in obliuione facit: & in nouissimis manifestat malitiam suam. Nequam est inuidens oculo, auertens faciem, & despiciens animas. Cupidi oculus nõ satiatur [γ] parte: & iniustitia mala [δ] arefacit animam. E Oculus malus inuidus in pane, & egenus super mensam suam. Fili, sicut habes, benefac tecum: & Domino dignas oblationes offer. Memor esto, quoniam mors non tardat: & testamentum inferorum non est demonstratum tibi. Ante mortem benefac amico: & secundum vires tuas porrigens da ei. Non defraudes à die bono: & pars boni desiderij non te prætereat. Nonne alij relinques dolores tuos, & labores tuos in diuisionem sortis? Da, & accipe, & [ε] falle animam tuam: quoniam non est apud inferos quærere [ζ] delicias. Omnis caro, sicut [*] vestis, veterascit: Testamentum enim à seculo: morte morietur. Sicut folium

lium germinans in arbore densa: alia quidem deijcit, alia autem generat. Sic generatio carnis, & sanguinis; alia quidem finitur, alia vero nascitur. Omne opus corruptibile deficit: & qui illud operatur, abibit cum illo. Beatus vir, qui in sapientia [η] morietur, &, [θ] qui in sensu suo differet. Qui excogitat vias illius in corde suo, & in absconditis eius intelliget. Vade post illam quasi inuestigator, & in ingressibus eius insidiare. Qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiet. Qui requiescit iuxta domum illius, & in parietibus illius figet palum. Statuet casulam suam ad [ι] manus illius, & requiescet in casula bonorum. Statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis eius morabitur. Protegetur sub ea à feruore, & in gloria eius requiescet.

α Et non iocundabitur in diuitijs suis.] *In quibusdam,* καὶ οὐ μὴ εὐφρανθῇ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς αὐτοῦ, *& vulgata,* & non iocundabitur in bonis suis. β In obliuione.] *Videtur significare,* ignoranter, *vt vulgata. Compl. habet,* οὐχ ἑκών, non volens. *In vulgata vtrumque videtur coniungi,* ignoranter, & non volens. γ Parte.] μερίδι, *aut* μερίδος, *vt in quibusdam: & significat idem ac si diceremus,* bonis, quæ sibi obtigerunt. δ Mala arefacit animam.] *Complut.* πονηρὸς ἀναξηραίνει ψυχὴν αὐτοῦ, maligni arefacit animam eius. *Et istud quidem* αὐτοῦ, *additur etiam in alijs, & in vulgata est,* suam; *quamuis alioqui discrepet à nostra lectione.* ε Falle.] *Similis loquutio interdum vsitata est ad hoc significandum, consopiendas esse curas, & solicitudines. Attamen plerique libri habent,* καὶ ἁγίασον, *quod vulgata,* & iustifica. ζ Delicias.] *In aliquo est,* τροφήν, *& vulgata,* cibum. * Sicut vestis.] *Vulgata,* folium. *Sed S. August. 16. de ciuitate Dei cap. 27. ita hunc locum refert:* omnis caro, sicut vestis, veterascet. Testamentum est à seculo, morte mori eos, qui transgrediuntur præcepta Dei. η Morietur.] *Vulgata, & speculum,* morabitur. *In nonnullis codicibus est,* μελετήσει καλά, meditabitur bona. θ Qui in sensu suo differet.] *In ijsdem,* καὶ ὃς ἐν συνέσει αὐτοῦ διαλεχθήσεται ἅγια, & qui in suo intellectu differet sancta. *In aliquo,* διαδεχθήσεται ἅγια, excipiet sancta. *Vulgata, & speculum,* & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. ι Manus.] *In nonnullis,* κατὰ χεῖρα, ad manum.

CAP. XV.

QVI timet Dominum, faciet [α] illud: &, [β] qui continens est legis, apprehendet eam. Et obuiabit illi, quasi mater: & quasi mulier virginitatis suscipiet eum. Cibabit illum pane intellectus, & aqua sapientiæ potabit illum. Firmabitur in illa, & non flectetur: & super eam innitetur, & non confundetur. Et exaltabit illum apud proximos eius, & in medio Ecclesiæ aperiet os eius. Iucunditatem, & coronam exultationis, & nomen æternum [γ] hæreditabit. Homines stulti non apprehendent eam: & viri peccatores non videbunt eam. Longe abest à superbia: & viri mendaces non erunt illius memores. Non est speciosa laus in ore peccatoris: quoniam non est à Domino missus. In sapientia enim dicetur laus: & Dominus prosperabit [δ] illum. Ne dixeris, quia propter Dominum recessi: quæ enim odit, ne facias. Ne dixeris, quia ipse me [ε] implanauit: non enim opus habet viro peccatore. Omne execramentum odit Dominus: & non est amabile timentibus eum. Ipse ab initio fecit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Si volueris, [ζ] conseruabis mandata, & fidem facere beneplaciti. Apposuit tibi ignem, & aquam: ad quodcunque volueris, extendes manum tuam. In conspectu hominum vita & mors: & quodcunque placuerit, dabitur ei. Quoniam multa sapientia Domini: fortis ipse in potentia, & videns omnia. Et oculi eius ad timentes eum: & ipse agnoscet omnem operam hominis. Et nemini mandauit impie agere, & nemini dedit licentiam peccandi.

α Illud.]

A α Illud.] *In quibusdam est,* ἀυτὰ, illa, *in aliquo,* ἀγαθὸν, bonum. *Vulg.* bona. β Et qui continens est legis, apprehendet eã] *Vulg. pro,* legis, *habet,* iustitiæ. *In vno vetusto codice est,* καὶ ὁ εἰληφὼς γνῶσιν νόμου, εὑρήσει αὐτήν, & qui acceperit cognitionem legis; inueniet eam. *Compluten.* καὶ ὁ ἐγκρατὴς γνώσεως νόμου, εὑρήσει αὐτήν, & qui compos fuerit cognitionis legis; inueniet eam. γ Hæreditabit.] *Videtur significare, faciet hæreditare: & in nonnullis additur,* αὐτὸν, *& vulg.* hæreditabit eum. δ Illum.] *Posset etiam istud,* αὐτὸν, *referri ad illud,* αἶνος, laus: *& sic vertendum esset,* illam. ε Implanauit.] *Ita etiam S. Aug. in speculo: sed in lib. de gratia, & lib. arb. cap. 2. vnde fere multa sumpsimus, tanquam græcis respondentia, habet,* induxit. *In aliquo codice est,* ἔπλασε, finxit, formauit. ζ Conseruabis.] *In quibusdam,* ἐὰν θέλῃς συντηρῆσαι, si volueris mandata conseruare, *quemadmodum in vulgata: & erunt subintelligenda, quæ in illa exprimuntur,* conseruabunt te, *aut huiusmodi quiddam S. Aug. in speculo.* Si volueris; mandata conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere: *sed in libro de gratia, & lib. arb.* Si volueris; conseruabis mandata, & fidem bonam placiti.

CAP. XVI.

B NON concupiscas multitudinem filiorum inutilium, neque iocunderis in filijs impijs. Si multiplicentur; ne oblecteris super ipsos; si non est timor Dei cum illis. Non credas vitæ illorum: & ne α respexeris in locum illorum. Melior est n. β vnus, quàm mille: & mori sine filijs, quàm habere filios impios. Ab vno n. sensato cohabitabitur ciuitas: tribus autem impiorum desolabitur. Multa talia γ vidi in oculis meis: & fortiora his audiuit auris mea. In synagoga peccantium exardebit ignis: & in gente incredibili exarsit ira. Non est propitiatus pro antiquis gigantibus; qui rebellauerunt fortitudine sua. Non pepercit pro incolatu Lot ijs, quos execratus est pro superbia illorũ. Non misertus C est genti perditionis, ijs, qui se eleuauerant in peccatis suis: & sic sexcentis millibus peditũ, qui congregati insurrexerunt in duritia cordis δ sui. Et, si vnus fuerit ceruicosus; mirũ hoc, si erit immunis. Misericordia. n. & ira ab illo: princeps propitiationum, & effundens iram. Secundum multam misericordiam eius, sic & multa correptio eius: hominem secundum opera eius iudicat. Non effugiet in ε rapinis peccator: & ζ non fraudabit sufferentiam pij. Omni misericordiæ η faciet locum: vnusquisque secũdum opera sua θ inueniet. Ne dicas, à Domino abscondar: nunquid ex summo quis mei memorabitur? In populo magno ι nõ ero in memoria: quæ est. n. anima mea in immensa creatura? Ecce cælum, & cælum D cæli, κ Dei, abyssus, & λ terra, commouebuntur in visitatione eius. Montes simul, & fundamenta terræ, cum conspexerit illa, tremore concutiuntur. Et super ipsis non cogitabit cor: & vias eius quis intelliget? Et procella, quam nõ videbit homo, plurima autem operum eius in absconsis. Opera iustitiæ quis annunciabit, aut quis sustinebit? Longe enim est μ testamentum. Qui minoratur corde; cogitat hæc: & vir imprudens, & errans cogitat stulta. Audi fili mi, & disce scientiam: & in verbis meis attende corde tuo. Ostendo in pondere disciplinã, & in veritate annuncio ν scientiam. In iudicio Domini opera eius ab initio: & ab effectione ipsorum distinxit partes eorum. Ornauit in æternum opera sua, ξ & principia eorum in generationes eorum. Nec esurierunt, nec laborauerunt; E & non destiterunt ab operibus suis. Vnusquisque proximum suum non angustiauit: & vsque in æternum non repugnabunt verbo illius. Et post hæc Dominus in terram respexit, & impleuit eam bonis suis. Anima omnis vitalis operuit faciem eius, & in ipsam reuersio illorum.

α Ne respexeris in locum.] μὴ ἔπεχε, *videtur dictum eodem modo, ac si latini dicerent, nihil moreris gradum dignitatis eorum, idest, ne in eo magnum pondus esse putes, non magni æstimes. In nonnullis autem codicibus est,* ἐπὶ τῷ πλήθει, in multitudinẽ. *Vulg. & speculum,* labores. β Vnus.] *Apud S. Chrys. ho. 24. & 39. in Gen. & in Compl. additur,* δίκαιος, iustus. *Vulg.* timens Deum. γ Vidi in oculis meis.] *In quibusdam codicibus est,* ἑώρακεν ὀφθαλμός μου, *& vulg.* vidit oculus meus. δ Sui.] *Nec plura in vulgata, quamuis pro, sic, habeat, sicut. Videtur autem* supplen-

supplẽdum ex superioribus, nõ est misertus, non pepercit. *In nonnullis autẽ libris hæc sunt addita*, μαστιγῶν, ἐλεῶν, πλήσσων, ἰώμενος κύριος ἐν οἰκτιρμῷ, καὶ παιδείᾳ διεφύλαξε, flagellans, miserans, percutiens, sanans Dominus in miseratione, & disciplina custodiuit. *Quòd si hæc essent germana, vertendum esset*, & sic sexcenta millia. ε Rapinis.] *Aliqui* ἁρπάγματι, *& vulg.* rapina. ζ Non fraudabit sufferentiam pij.] *In Compl. est*, οὐ μὴ καθυστερήσει ὑπομονὴ ἀσεβοῦς, & non tardabit expectatio impij. *Vulg.* & non retardabit sufferentia misericordiam facientis. η Faciet locum.] *Sic vulg. quamuis in alijs discrepet. In quibusdam codicibus est*, ποίησον τόπον, fac locum. θ Inueniet.] *In quibusdam hæc sequuntur*, κύριος ἐσκλήρυνε φαραὼ μὴ εἰδέναι αὐτὸν, ὅπως ἂν γνωσθῇ ἐνεργήματα αὐτοῦ τῇ ὑπ' οὐρανόν. πάσῃ τῇ κτίσει τὸ ἔλεος αὐτοῦ φανερόν, καὶ τὸ φῶς αὐτοῦ, καὶ τὸ σκότος ἐμέρισε τῷ ἀδάμαντι. Dominus indurauit Pharaonem, vt ipsum non cognosceret; vt noscerentur opera ipsius ei, quæ sub cælo. Omni creaturæ misericordia eius manifesta: & lucem suam, & tenebras partitus est adamante, *aut*, adamanti. ι Non ero in memoria.] *In vetusto codice est*, οὐ μὴ γνωσθῶ, non agnoscar, *vt vulg.* κ Dei.] *Abest ab aliquo.* λ Terra.] *In Compl. additur* καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς. *& vulg.* & quæ in eis sunt. μ Testamentum.] *In ijsdem additur*, καὶ ἐξέτασις ἁπάντων ἐν τελευτῇ, & interrogatio omnium in consummatione est. ν Scientiam.] *In ijsdem*, ἐπιστήμην αὐτοῦ, scientiam eius. ξ Et principia.] *In Compl. est*, καὶ ἐν χειρὶ αὐτοῦ αἱ ἀρχαὶ αὐτοῦ, εἰς γενεὰς γενεῶν & in manu eius principia eius in generationes generationum. *Vulg.* & initia eorum in gentibus suis.

CAP. XVII.

DOMINVS creauit de terra hominem: & iterũ conuertit illum in ipsam. Dies numeri, & tempus dedit illis, & dedit illis potestatem eorum, quæ sunt super eam. Secundum seipsos vestiuit illos virtute, & secundũ imaginem suam fecit eos. Et posuit illius terrorem super omnẽ carnem, & dominari bestiarum & volatilium. Consilium, & linguã, & oculos, aures, & cor dedit ad cogitandum illis. Disciplina intellectus impleuit illos: & bona, & mala ostẽdit eis. Posuit oculum suum super corda illorum ostendere illis magnalia operũ suorũ. Et nomen sanctificationis laudabunt; vt magnalia enarrent operũ eius. Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hæreditauit eos. Testamentum æternum constituit cum illis: & iudicia sua ostendit eis. Magnalia honoris viderunt oculi eorũ: & honorem vocis [a] eorum audiuit auris illorũ. Et dixit illis: Attendite ab omni iniquo. Et mãdauit illis, vnicuique de proximo. Viæ eorũ corã illo sunt semper: non abscondentur ab oculis ipsius. Vnicuique genti præposuit rectorẽ: & pars Domini Israel est. Omnia opera eorum velut Sol in conspectu eius: & oculi eius sine intermissione in vias eorũ. Non sunt absconsæ iniustitiæ illorũ ab eo: & omnia peccata eorũ in conspectu Domini. Eleemosyna viri, quasi signaculũ cũ ipso: & gratiã hominis, quasi pupillã conseruabit. Postea resurget, & retribuet illis: & retributionẽ eorũ in caput ipsorũ reddet. Verũtamen pœnitentibus dedit reditũ, & confirmauit deficiẽtes sustinẽtia. Conuertere ad Dominũ, & relinque peccata: precare ante faciẽ, & minue offendiculũ. Reuertere ad Altissimũ, & auertere ab iniustitia, & valde odito execrationẽ. Altissimo quis laudẽ dicet in inferno? pro viuentibus, [β] & viuentibus, & dantibus vicissim confessionẽ. A mortuo, tanquã eo, qui non est, perit confessio: viuus, & sanus laudabit Dominũ. Quàm magna misericordia Domini, & propitiatio conuertentibus se ad eũ? Non enim omnia possunt esse in hominibus: quoniam non est immortalis filius hominis. Quid lucidius Sole? & hoc deficit: [γ] & malus excogitabit carnem, & sanguinem. Virtutem altitudinis cæli ipse conspicit: & omnes homines terra, & cinis.

Multa in Compl. sunt interiecta in hoc capite: quorum pauca vestigia in alijs codicibus, atque in vulgata sunt inuenta. Sed ex illis, atque alijs similibus facile est intelligere, quàm multa varijs temporibus huic libro sint infarta. α Eorum.] *In vno vetusto codice est*, αὐτοῦ, eius. *A vulg. abest vtrumque.* β Et viuentibus.] *Abest hæc repetitio ab aliquot codd. interpres noster aliter hunc locum videtur legisse.* γ Et malus.] *In nonnullis est*, καὶ ἀνὴρ, ὃς ἐνθυμηθήσεται, & vir, qui cogitabit. *In quibusdam vero & ad marginem Vaticani*, καὶ πονηρὸν ἐνθυμηθήσεται σὰρξ, καὶ αἷμα, & malum cogitabit caro, & sanguis. *Vulg.* aut quid nequius, quàm quod excogitauit, (*al.* aut quid nequius excogitauit) caro, & sanguis? Et hoc arguitur.

CAP. XVIII.

A

QVI viuit in æternum, creauit omnia [α] ſimul. Dominus ſolus [β] iuſtificabitur. Nemini poteſtatem fecit enarrandi opera ipſius. Et quis inueſtigabit magnalia eius? virtutem magnitudinis eius quis enumerabit? & quis adijciet enarrare miſericordias eius? Non eſt minuere, neque adijcere: & non eſt inueſtigare mirabilia Domini. Cum conſummauerit homo, tunc incipit: &, cum quieuerit, tunc dubitabit. Quid eſt homo, & quid vſus eius? Quid eſt bonum eius, & quid malum eius? Numerus dierum hominis, vt multum, centum anni. Sicut gutta aquæ maris, & calculus arenæ, [γ] ſic exigui anni in die æui.

B

Propter hoc patiens fuit in illis: & effudit ſuper eos miſericordiam ſuam. Vidit, & cognouit ſubuerſionem eorum, quoniam mala eſt: ideo multiplicauit propitiationem ſuam. Miſeratio hominis circa proximum ſuum: miſericordia autem Domini ſuper omnem carnem. Corripiens, & erudiens, & docens, & conuertens, quaſi paſtor gregem ſuum. Miſeretur excipientium doctrinam, & eorum, qui feſtinant ad iudicia ipſius. Fili, in bonis ne des querelam, & in omni dato triſtitiam [δ] verborum. Nonne ardorem refrigerabit ros? ſic verbum melius, quàm datum. Nonne ecce verbum ſuper datum bonum? & vtraque apud hominem [ε] gratioſum. Stultus acriter improperabit: & datus inuidi tabeſcere facit oculos. Antequam loquaris, diſce: & ante languorem adhibe medicinam.

C

Ante iudicium interroga teipſum: & in hora viſitationis inuenies propitiationem. Ante languorem humilia te: & in tempore peccatorum oſtende conuerſionem. Non impediaris [ζ] reddere votum tempeſtiue: & non verearis vſque ad mortem iuſtificari. Ante [η] orationem præpara te ipſum, & non ſis, quaſi homo, qui tentat Dominum. Memento iræ in die conſummationis, & tempus vindictæ in conuerſione faciei. Memento temporis famis in tempore ſaturitatis, paupertatis, & neceſsitatis in diebus diuitiarum. A mane vſque ad veſperam mutatur tempus: & omnia ſunt citata in oculis Domini. Homo ſapiens in omnibus metuet: & in diebus peccatorum attendet à delicto. Omnis intelligens nouit ſapientiam: & inuenienti eam dabit confeſsionem. Senſati in verbis, & ipſi ſapienter egerunt, & emiſerunt quaſi imbrem prouerbia exquiſita. CONTINENTIA ANIMÆ. Poſt concupiſcentias tuas non eas; & à deſiderijs tuis auertere. Si præſtes animæ tuæ beneplacitum concupiſcentiæ, faciet te gaudium inimicorum tuorum. Ne oblecteris in multa epulatione, neque alligeris [θ] commiſsioni eius. Non fias pauper de ſymbolis comeſſans ex fœnore: & nihil tibi eſt in ſacculo.

D

E

[α] Simul.] *Sic etiam S. Auguſt. 4. de Gen. ad litteram. cap. 33. Poſſet tamen dictio,* κοινῇ, *verti etiam,* communiter, *&*, pariter. *Sunt etiam qui putent ſignificari res creatas eſſe quaſi communes, & prophanas, ſi cum creatore conferantur, qui ſolus vſquequaque iuſtus eſt.* [β] Iuſtificabitur.] *In vulgata additur,* & manet inuictus rex in æternum: *in aliquos vero codicibus, hic locus ſic habet,* κύριος μόνος δίκαιος, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος πλὴν αὐτοῦ, οἰακίζων (*al.* ὁ οἰακίζων) κόσμον ἐν σπιθαμῇ χειρὸς αὐτοῦ, καὶ πάντα ὑπακούει τῷ θελήματι αὐτοῦ. αὐτὸς γὰρ βασιλεὺς πάντων ἐν κράτει αὐτοῦ, διαστέλλων ἐν αὐτοῖς ἅγια ἀπὸ βεβήλων, Dominus ſolus iuſtus, & non eſt alius præter eum, gubernans mundum in palmo manus ſuæ. Ipſe enim rex omnium in ſua potentia, diſtinguens in eis ſancta à prophanis. [γ] Exigui.] *Dictum eſt pro,* pauci. *Complut.* χίλια, mille. [δ] Verborum.] *Complut.* λόγου πονηροῦ, *& vulg.* verbi mali. [ε] Gratioſum.] *Vulgata,* cum homine iuſtificato, *quoniam gratia gratum faciens, & iuſtificatio ſe mutuo ſequuntur. Complut.* κεχαριτωμένα, gratioſa. [ζ] Reddere votum.] *Dictio* εὐχὴ, *vt notauit S. Hier. ad Suniam, interdum pro oratione, interdum pro voto accipienda eſt, prout locus ſuaſerit. Hoc quidem loco, cum addatur,* ἀποδοῦναι, reddere, *videtur interpretanda,* votum. *Interpres totam fortaſſe hanc ſententiam alio modo habuit.* [η] Orationem.]

nem.] *Hic etiam poterat verti*, antequam voueas. *Sed nihil impediebat, quominus vulgatam, & S. Ambrosium in exhortatione ad Virg. sequeremur.* θ Commissioni.] *Retinuimus hoc loco dictionem interpretis tanquam bene respondentem* συμβολῇ, *& videtur dictum ea notione committi epulas, qua dici solet committi ludos, omnino quæ significatur illa ex symbolis læta comessatio. Compl. longius & à vulgata, & à sententia discedens,* μὴ δὲ προσδεηθῇς συμβολῆς αὐτῆς, neque egeas consilio eius.

CAP. XIX.

OPERARIUS ebriosus non locupletabitur: qui spernit modica, paulatim decidet. Vinum, & mulieres apostatare facient sapientes: &, qui iungit se meretricibus; [α] audacior erit. [β] Tineæ, & vermes hæreditabunt illum: & anima audax [γ] tolletur de numero. Qui credit cito, leuis est corde: & qui peccat, in animam suam delinquet. Qui gaudet [δ] corde; [ε] denotabitur: & qui odit loquacitatem, minuitur malitia. Nunquam iteres verbum: & nihil tibi minuetur. In amico, & inimico noli narrare: etiam si non sit tibi peccatum, noli denudare. Audiuit enim te, & custodiuit te, & in tempore odiet te. Audisti verbum? commoriatur tibi: fide, quoniam te non dirumpet. A facie verbi parturiet fatuus, sicut à facie infantis, ea quæ parit. Sagitta infixa in femore carnis, sic verbum in corde stulti. Corripe amicum, ne forte non fecerit: aut, si quid fecerit, ne iterum addat. Corripe [ζ] amicum, ne forte non dixerit: &, si dixerit, vt non iteret. Corripe amicum: Sæpe enim fit calumnia: & non omni verbo credas. Est, qui [η] labitur, sed non ex animo: & quis non deliquit in lingua sua? Corripe proximum tuum, priusquam commineris: & da locum legi [θ] altissimi. Omnis sapientia, timor Domini: & in omni sapientia effectio legis. Et non est sapientia, nequitiæ disciplina: & non est, vbi consilium peccatorum, prudentia. Est [ι] nequitia, & ipsa execratio: & est insipiens, qui minuitur sapientia. Melior est, qui minuitur sensu in timore, quàm qui abundat sensu, & transgreditur legẽ. Est solertia certa, & ipsa iniqua: & est peruertens gratiam ad ostendendum iudicium. Est nequiter agens, qui se humiliat nigredine; & in suis interioribus est [κ] plenus dolo: inclinans faciem, & semisurdus: vbi non fuerit agnitus; anticipabit te. Et, si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si inuenerit tempus; malefaciet. Ex visu cognoscetur vir: & ab occursu faciei cognoscetur sensatus. Amictus viri, & risus dentium, & ingressus hominis enunciat de illo. Est correptio, quæ non est decora: & est tacens, & ipse prudens.

α Audacior.] *Sic etiam Clemens Alexand. 2. Pædag. c. 10. Compluten.* τολμηρός, audax. *Vulgata*, nequam. β Tineæ.] σῆτες, *propriè sunt vermes, qui lædunt vestes. In vetusto codice est* σήψ, *& vulg.* putredo. γ Tolletur de numero.] *Aut hoc aut verbo*, extolletur, *videtur interpres vertisse illud,* ἐξαρθήσεται. *In quibusdã libris est,* καὶ ξηρανθήσεται ἐν παραδείγματι μείζονι, & arefiet in exemplum maius. *In vulgata videtur vtrumque aliquo modo mistum.* δ Corde.] *Nonnulli,* κακοεξίᾳ, malo habitu: *plerique* πονηρίᾳ, *& vulgata*, iniquitate. ε Denotabitur.] *Idest*, condemnabitur. *Sequitur autem in vulgata*, & qui odit correptionem, minuetur vita. *Pro quibus in nonnullis codicibus hæc habentur*, ὁ δὲ ἀντοφθαλμῶν ἡδοναῖς στεφανοῖ τὴν ζωὴν αὐτοῦ. ὁ ἐγκρατευόμενος γλώσσης ἀμάχως συμβιώσεται. qui autem resistit voluptatibus, coronat vitam suam: qui continens est lingua; inexpugnabili conuiuet. ζ Amicum.] *In aliquibus,* τὸν πλησίον, *& vulgata*, proximum. η Labitur.] *In Complut. additur* λόγῳ, *in vulgata*, lingua. θ Altissimi.] *Nec plura hoc loco in vulgata. In quibusdam vero codicibus hæc adiunguntur,* φόβος κυρίου ἀρχὴ προσλήψεως, σοφία δὲ παρ' αὐτοῦ ἀγάπησιν περιποιεῖ. γνῶσις ἐντολῶν κυρίου παιδεία ζωῆς. οἱ δὲ ποιοῦντες τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ, ἀθανασίας δένδρον καρποῦνται. Timor Domini, initium assumptionis: sapientia autem ab eo dilectionem præstat: cognitio mandatorum Domini, disciplina vitæ: qui autem faciunt, quæ placita sunt ei; immortalitatis arbore fruuntur. ι Nequitia.[*Sic vulgata, quod græce,* πονηρία. *In vno vetusto est* πανουργία, astutia, versutia. κ Plenus.] *In vno vetusto est* πλήρης, *& vulgata*, & interiora eius plena sunt dolo: *& S. Ambr. epist.* 44. doli: *apud quem hic locus eodem fere modo habet atque in vulgata.*

CAP.

CAP. XX.

A

QVAM bonum est arguere, quàm irasci: &, qui[α] vicissim confitetur; prohibebitur à diminutione. Concupiscentia spadonis, [β] deuirginare iuuenculam: sic, qui facit per vim [γ] iudicia. Est tacens, qui inuenitur sapiens: & est odibilis ex multa loquacitate. Est tacens; non enim habet responsum: & est tacens, sciens tempus. Homo sapiens tacebit vsque ad tempus: lasciuus autem, & imprudens trāsgredietur tempus. Qui abundat sermone; [δ] in abominatione erit: & qui potestatem sibi sumit, odietur. Est [ε] processio in malis viro: & est inuentio in detrimentum. Est datum, quod non erit vtile tibi: & est datum, cuius retributio duplex. Est minoratio propter gloriam: & est, qui ab humilitate leuauit caput. Est, qui emat multa modico precio, & restituens ea in septuplum. Sapiens in verbis, seipsum amabilem faciet: gratiæ autem fatuorum effundentur. Datus insipientis non erit vtilis tibi: oculi enim illius pro vno multi. Exigua dabit, & multa improperabit: & aperiet os suum, tanquam preco. Hodie fœnerabitur, & cras repetet: est odibilis homo huiusmodi. Fatuus dicet, non est mihi amicus, & non est gratia bonis meis: qui edunt panem meum; sunt mali lingua. Quoties, & quanti irridebunt [ζ] eum? Lapsus à pauimento magis, quàm à lingua: sic casus malorum festinanter veniet. Homo sine gratia, fabula intempestiua: in ore indisciplinatorum asidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicet illam in tempore eius. Est, qui vetatur peccare præ inopia: & in requie sua non stimulabitur. Est, qui perdit animam suam præ confusione: & [η] ab imprudenti persona perdet eam. Est, qui præ confusione promittit amico: & lucratus est eum inimicum gratis. Opprobrium nequam in homine mendacium: in ore indisciplinatorum asidue erit. Potior fur, quàm asiduus in mendacio: perditionem autem ambo hæreditabunt. Mos hominis mendacis, inhonoratio: & confusio eius cum ipso sine intermisione. SERMONES PARABOLARVM. Sapiens in verbis producet seipsum: & homo prudens placebit magnatis. Qui operatur terram; inaltabit aceruum suum: &, qui placet magnatis, expiabit iniquitatem. Xenia, & dona excæcant oculos sapientum: & quasi frænum in ore, auertunt increpationes. Sapientia absconsa, & thesaurus non comparens, quæ vtilitas in vtrisque? Melior est homo, qui celat insipientiam suam, quàm homo, qui abscondit sapientiam suam.

B C D (marginal letters)

E

α Vicissim confitetur.] *Idest, qui respondens correptioni fatetur. Legendum est enim,* ἀνθομολογούμενος, *quod per incuriam typographi factum est,* ἀνθολογούμενος. β Deuirginare.] *In vno vetusto est,* ἀποπαρθενῶσαι, *& vulgata,* deuirginauit. γ Iudicia.] *In vulgata est,* iudicium iniquum: *& sequuntur hæc.* Quàm bonum est correptum manifestare pœnitentiam: sic enim effugies voluntarium peccatum: *quæ in Compl. habentur paulo post his verbis,* ὡς καλὸν ἐλεγχθέντα φανερῶσαι μετάνοιαν. οὕτως γὰρ φεύξῃ ἑκούσιον ἁμάρτημα. δ In abominatione erit.] *Clemens 2. Pædag. cap. 6.* βδελύττεται τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, abominabilem facit animam suam, *vulgata,* lædet animam suam. ε Processio in malis viro.] *Idest processus qui videtur prosper viro, & tamen in malum tendit. Compluten. addit,* ἁμαρτωλῷ *& vulgata,* indisciplinato. ζ Eum.] *In Complutensi additur,* ἔστι γὰρ τὸ ἔχειν ἐν ὀρθῇ αἰσθήσει εἴληφε. καὶ τὸ μὴ ἔχειν ὁμοίως ἀδιάφορον αὐτῷ. *Pro quibus in vulgata est,* neque enim quod habendum erat, directo sensu distribuit: Similiter, & quod non erat habendum. η Et ab imprudenti persona.] *In nonnullis libris est,* καὶ ἀπὸ λήψεως προσώπου, & ab acceptione personæ. *In vulgata videtur vtrumque admistum.*

CAP.

CAP. XXI.

A

FILI peccaſti?ne adijcias iterum:& de priſtinis tuis deprecare. Quaſi à facie colubri,fuge à peccato : nam ſi acceſſeris, [α] mordebit te. Dentes leonis,dentes illius,interficientes animas hominum.Quaſi romphæa bis acuta,omnis iniquitas:plagæ eius non eſt ſanatio. Vehemens obiurgatio,& contumelia annullabunt ſubſtantiam : ſic domus ſuperbi annullabitur. Deprecatio pauperis ex ore vſque ad aures eius: & iudicium eius feſtinato aduenit. Qui odit correptionem,in veſtigio peccatoris:& qui timet Dominum,conuertetur in [β] corde. Notus à longe potens in lingua:ſenſatus autem nouit, cum ille labitur. Qui ædificat domum in pecunijs alienis, quaſi qui colligit [γ] lapides ſuos in hiemem. Stuppa collecta,ſynagoga peccantium: & conſummatio illorũ,flamma ignis. Via peccantium complanata lapidibus:& in fine illius,fouea inferni. Qui cuſtodit legem;continet ſenſum ſuum : & conſummatio timoris Domini, [δ] ſapientia. Non erudietur, qui non eſt aſtutus: eſt aſtutia multiplicans amaritudinem. Scientia ſapientis tanquam inundatio abundabit:& conſilium illius, ſicut fons vitæ. Interiora fatui, quaſi vas confractum : & omnem ſcientiam non tenebit. Verbum ſapiens ſi audierit ſcius,laudabit illud,& ad ſe adijciet. Audiuit luxurioſus,& diſplicuit illi:& proiecit illud poſt dorſum ſuum. Narratio fatui, quaſi ſarcina in via:in labio autem ſenſati inuenietur gratia. Os prudentis quæretur in Eccleſia: & verba illius [ε] cogitabit in corde. Tanquam domus exterminata;ſic fatuo ſapientia:& ſcientia inſenſati,non veſtigabilia verba. Compedes in pedibus ſtultis doctrina,& quaſi vincula manuum ſuper manum dexteram. Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam: vir autem ſapiens vix tacite ſubridebit. Sicut ornamentum aureum prudenti doctrina, & quaſi brachiale in brachio dextro. Pes fatui velox in domum: homo autem peritus confundetur à [ζ] perſona. Stultus à ianua reſpicit in domum : vir autem eruditus foris ſtabit. Stultitia hominis, auſcultare per oſtium: prudens autem grauabitur [η] contumelia. Labia [θ] alienorum in his grauabuntur: verba autem prudentium ſtatera ponderabuntur. In ore fatuorum,cor illorum : cor autem ſapientum,os eorum. Dum maledicit impius diabolum; maledicit ipſe animam ſuam. Suſurro coinquinat animam ſuam,& [ι] in cohabitatione odietur.

B

C

D

[α] Mordebit.] *In quibuſdam* δέξεται, *quare vulgata, & ſpeculum*:&,ſi acceſſeris ad illa,(*nimirum peccata*) ſuſcipient te. [β] Corde.] *Aliqui addunt* αὐτοῦ, *& vulgata*,ad cor ſuum. [γ] Lapides ſuos in hiemem.] *Sic fere vulgata:in nonnullis*, ἑαυτῷ λίθους εἰς χῶμα ταφῆς αὐτοῦ, ſibi lapides ad tumulum ſepulchri ſui. [δ] Sapientia.] *In Complut.* σοφίας πρόσληψις, ſapientiæ aſſumptio. *Vulgata*, ſapientia,& ſenſus. [ε] Cogitabit.] *Nimirum* Eccleſia: *vulgata*, cogitabunt, *ideſt homines ipſius Eccleſiæ. Complut. habet*, διανοηθήσονται, *ſed alieno loco.* [ζ] A perſona.] *Vulgata*, confunditur à perſona potentis, *in aliquo codice eſt*, ἀπ' αὐτοῦ, ab eo. *Apud S. Ambroſium ad Virg.* Pes fatui facilis in domum proximi:qui autem ſapiens eſt;verecundatur. [η] Contumelia.] *Sic etiam vulgata. In aliquo libro eſt*, ἀτιμίαν, *ſed vtroque modo idem eſt ſenſus, ideſt, grauem duceret infamiam, in quam inde incurreret.* [θ] Alienorum in his grauabuntur.] *Nonnulli habent*, πολυλάλων τὰ οὐκ αὐτῶν διηγήσεται, *al.* διηγήσονται, loquacium non ſua narrabunt: *quod propius accedit ad vulgatam.* [ι] In cohabitatione.] *In quibuſdam*, οὗ ἐὰν παροικήσει, vbicumque incoluerit. *In vulgata, & ſpeculo apparet admiſtio quædam.*

E

CAP. XXII.

LAPIDI conſpurcato comparatus eſt piger: & omnis exibilabit in ignominiam illius. Stercori boum de ſterquilinijs comparatus eſt piger: omnis, qui tollit illud; excutiet manum. Confuſio patris de filio indiſciplinato :

A nato: filia autem in minorationem fit. Filia prudens hæreditabit virum ſuum: & quæ confundit; in triſtitiam genitoris. Patrem, & virum confundit audax: & ab vtriſque inhonorabitur. Muſica in luctu, importuna narratio: flagella, & doctrina in [α] omni tempore ſapientiæ. Qui docet fatuum; conglutinat teſtã: [β] excitat dormientem de graui ſomno. Enarrat dormitanti, qui enarrat ſtulto: & in fine dicet, quid eſt? Super mortuum [γ] plora: defecit enim lux: & ſuper fatuum plora: defecit enim ſenſus. Iucũdius plora ſuper mortuum, quoniam requieuit: fatui autem ſuper mortem vita nequiſsima. Luctus mortui ſeptem dies: fatui autem, & impij, omnes dies vitæ illius. Cum ſtulto ne multiplices ſermonem: & B ad inſenſatum non [δ] eas. Serua te ab illo; vt non moleſtiam habeas, & non coinquineris in cõcuſsione illius. Deflecte ab illo, & inuenies requiem: & non acce-diaberis in ſtultitia illius. Super plumbum quid grauabitur? & quod illi aliud nomen, quàm fatuus? Arenam, & ſalem, & maſſam ferri facilius eſt ferre, quàm hominem imprudentem. Loramentum ligneum colligatum in ædificium non diſſoluetur in concuſsione: ſic cor confirmatum in cogitatione conſilij in tempore non metuet, cor firmatum in cogitatione intellectus. Sicut ornatus arenoſus parietis limpidi, pali in excelſo poſiti contra faciem venti non permanebunt; ſic cor timidum in cogitatione ſtulti contra omnem timorem non reſiſtet. C Pungens oculum, deducet lachrymas: & qui pungit cor; profert ſenſum. Mittens lapidem in volatilia, abigit illa: &, qui conuitiatur amico; diſſoluet amicitiam. Ad amicum etſi produxeris gladium; non deſperes: eſt enim regreſſus. Ad amicum ſi aperueris os; non timeas: eſt enim concordatio. Excepto improperio, & ſuperbia, & myſterij reuelatione, & plaga doloſa: in his effugiet omnis amicus. Fidem poſside in paupertate cũ proximo; vt in bonis illius ſimul [ε] impleaAris. In tempore tribulationis permane illi; vt in hæreditate illius cohæres ſis. Ante ignem, camini vapor, & fumus: ſic ante ſanguines conuicia. Amicum [ζ] protegere non confundar: & à facie illius non me abſcondam: etiam ſi mala mihi euenerint per illum: omnis, qui audit; cauebit ſibi ab eo. Quis dabit mihi D in ore meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum [η] aſtutum; vt non cadam ab [θ] illa, & lingua mea perdat me?

α Omni tempore ſapientiæ.] *Abeſt ab aliquo libro illud*, omni, *ſed non à vulgata. In nonnullis autem poſt hæc adiunguntur iſta*, τέκνα ἐν ἀγαθῇ ζωῇ τέχνην (*Compl.* τὴν τροφὴν) ἔχοντα τῶν ἰδίων γεννητόρων κρύψει δυσγένειαν. τέκνα ἐν καταφρονήσει καὶ ἀπαιδευσίᾳ γαυριώμενα, συγγενείας ἑαυτῶν μολυνεῖ τὴν εὐγένειαν, filij in bona vita artẽ (*Compl.* alimentum) habentes, propriorum parentum abſcondent ignobilitatem. Filij in contemptu, & vacuitate eruditionis gloriantes, cognationis ſuæ maculant nobilitatem. β Excitat.] *Vulgata*: Qui narrat verbum non audienti; quaſi qui excitat. *Speculum*, non attendenti. *Quorum loco in vno vetuſto hæc ſunt*, εἰς αἴσθησιν ἄγων τὴν γῆν, καὶ τὸν ἀπηλπισμένον εἰς σύνεσιν ὀξύνων, ἐξεγείρων, in ſenſum adducens terram, & deſperatum ad intelligentiam acuens, excitans, &c. γ Defecit enim lux.] *Corr. in noſtra*, ἐξέλιπε γὰρ φῶς, *vulg. addit*, eius, *ſpeculum*, ei. δ Non eas.] *In nonnullis hæc ſequuntur*, ἀναισθητῶν γὰρ ἐξουθενήσει σου τὰ πάντα, non ſentiens enim E ſpernet omnia tua. ε Implearis.] *Nonnulli* εὐφρανθῇς, *& vulg.* læteris. ζ Protegere.] *Vulgata*, ſalutare. *S. Ambr. 3. off. c. vlt.* amicum ſalutare non erubeſcas. η Aſtutum.] *Sic S. Aug. de gratia, & lib. arb. cap. 16. licet in ſpeculo*, certum, *vt vulg. Chryſ. hom. 4. ad baptiz.* πανουργίας, aſtutiæ. θ Illa.] *Nimirum lingua, quod in ſequentibus exprimit. S. Aug. loco indicato*, ne forte cadam ab eo. *In ſpeculo*, vt non cadam ab ipſis, *vulgata*, in ipſis.

C A P. XXIII.

DOMINE pater, & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in conſilio eorum: non ſinas me cadere in illis. Quis ſuperponet in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam ſapientiæ? vt in ignorationibus

meis

meis α non parcant; & non prætermittant delicta illorum: vt non accrescant ignorantiæ meæ, & peccata mea abundent: & decidam in conspectu aduersariorum; & gaudebit super me inimicus meus. Domine pater, & Deus vitæ meæ β elationem oculorum ne dederis mihi: & concupiscentiam auerte à me. Ventris appetitio, & concubitus ne apprehendant me: & animæ irreuerenti ne tradas me. DOCTRINA ORIS. Doctrinam oris audite filij: & qui custodierit, non capietur in labijs suis. Apprehendetur peccator: & maledicus, & superbus scandalizabuntur in illis. Iurationi non assuefacias os tuum: & nominationi sancti non assuescas. Sicut enim seruus interrogatus asside, à liuore non minuetur; sic & iurans, & nominans semper, à peccato non purgabitur. Vir multum iurans implebitur iniquitate: & non discedet à domo eius plaga. Si deliquerit, delictum illius super ipsum erit: &, si dissimulauerit, deliquit dupliciter. Et, si in vacuum iurauerit, non iustificabitur: replebitur enim obductionibus domus eius. Est loquela γ induta morte: non inueniatur in hæreditate Iacob. A pijs enim omnia hæc auferentur, & in peccatis non se volutabunt. δ Indisciplinationi temerariæ non assuefacias os tuum: est enim in ea verbum peccati. Memento patris, & matris tuæ: in medio enim magnatorum consistis: ne quando obliuioni tradaris in conspectu illorum, & consuetudine tua infatueris: & voles non esse natus, & diem natiuitatis tuæ maledices. Homo assuescens verbis improperij, in omnibus diebus suis non erudietur. Duo genera abundant peccatis, & tertium adducet iram: Anima calida, quasi ignis ardens, non extinguetur, donec deglutiatur: Homo fornicarius in corpore carnis suæ, non desinet, donec accenderit ignem: Homini fornicatio omnis panis dulcis: non cessabit vsque ad finem: Homo qui transgreditur lectum suum, dicens in animo suo, quis me videt? tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo me videt: quid vereor? delictorum meorum non memorabitur altissimus, & oculi hominum timor eius. Et non cognouit, quoniam oculi Domini decies millies lucidiores Sole, inspicientes omnes vias hominum, & intuentes in absconditas partes. Antequam crearentur, omnia sunt ei agnita: sic & postquam consummata sunt. Hic in platæis ciuitatis vindicabitur, & vbi non sperauit, apprehendetur. Sic & mulier relinquens virum, & statuens hæreditatem ex alieno. Primo enim in lege altissimi incredula fuit, & secundo in virum suum deliquit, & tertio in fornicatione mœchata est: ex alieno viro filios statuit. Hæc in Ecclesiam educetur, & in filios eius visitatio erit. Non diffundentur filij eius ε in radicem: & rami eius non dabunt fructum. Relinquetur in maledictum memoria eius, & dedecus eius non delebitur. Et cognoscent, qui relicti sunt, quoniam nihil melius timore Domini, & nihil dulcius, quàm attendere mandatis ζ Dei.

α Non parcant, & non prætermittant delicta illorum.] *Vulgata, & speculum,* & non parcant, (*aut,* parcat) mihi, & non appareant delicta illorum. *In aliquot codicibus est,* μὴ φείσῃ σὺ κύριε, τὰς δὲ ὕβρεις τῶν ἐν ἐπαγγελίᾳ ἁμαρτωλῶν μὴ παρῇς, ne parcas tu Domine, contumelias autem eorum, qui in professione sunt peccatores, ne prætermittas. β Elationem oculorum ne dederis mihi.] Sic S. *August. de gratia, & lib. arb. c.* 16. *quamuis in speculo habeat, vt vulg. In quibusdam vero codicibus sequitur,* καὶ γιγαντώδη ψυχὴν ἀπόστησον διὰ παντὸς ἀπὸ δούλων σου. ἐλπίδας κενὰς, καὶ ἐπιθυμίας ἀπόστρεψον ἀπ᾽ ἐμοῦ, & giganteam animam amoue semper à seruis tuis. Spes vanas, & concupiscentias auerte me. *In Compl. plura & hic, & alibi afferuntur: sed multa neque etiam respondent vulgatæ.* γ Induta morte.] *Sic vertunt illud,* ἀντιπεριβεβλημένη. *In vno codice est,* ἀντιπαραβεβλημένη. *Interpres, cum dixit,* contraria morti, *videtur ea notione accepisse, ac si diceretur, altera ex parte respondens, & quæ conferri*

conferri queat cum morte. δ Indiſciplinationi.] *Sic S. Auguſtinus in ſpeculo,(quamuis non addat,* temerariæ,) *& vulg.* indiſciplinatæ loquelæ. *Complut.* ἀκολασία ὅρκου, intemperantiæ iuramenti. ε In radicem.] *Illud* εἰς, *abeſt ab aliquo, & vulgata,* tradent, *ideſt diffundent* radices. ζ Dei.] *In Compl. ſubiungitur,* δόξα μεγάλη ἀκολουθεῖν θεῷ, μακρότης δὲ ἡμερῶν τὸ προσληφθῆναί σε ὑπ' αὐτοῦ. Gloria magna eſt ſequi Deum: longitudo autem dierum, aſſumi te ab eo: *quæ aliqua ex parte reſpondent vulgatæ.*

CAP. XXIV.

LAVDATIO SAPIENTIÆ.

SAPIENTIA laudabit animam ſuam, & in medio populi ſui gloriabitur. In eccleſia Altiſsimi aperiet os ſuum, & in conſpectu virtutis illius gloriabitur. α Ego ex ore altiſsimi prodiui; & ſicut nebula obtexi terram. Ego in altiſsimis habitaui, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cæli circuiui ſola, & in profundo abyſſorum deambulaui. In fluctibus maris, & in omni terra, & in omni populo, & gente poſſedi. Cum his omnibus requiem quæſiui, & in hæreditate cuius morabor. Tunc præcepit mihi creator omnium: &, qui creauit me; quieſcere fecit tabernaculum meum, & dixit: In Iacob inhabita, & in Iſrael hæreditare. Ante ſeculum ab initio creauit me: & vſque ad ſeculum non deſinam. In habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui: & ſic in Sion firmata ſum. In ciuitate ζ dilecta ſimiliter quieſcere me fecit: & in Hieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato, in parte Domini, hæreditatis eius. Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi cupreſſus in montibus Aermon. Quaſi palma exaltata ſum in γ littoribus, & quaſi plantæ roſæ in Hiericho. Quaſi oliua ſpecioſa in campo: & quaſi platanus δ exaltata ſum. Sicut cinnamomum, & ε aſpalathus aromatum dedi odorem: & tanquam myrrha electa dedi ſuauitatem odoris. Quaſi Galbanum, & vngula, & gutta, & quaſi libani vapor in tabernaculo. Ego quaſi terebinthus expandi ramos meos: & rami mei, ζ rami honoris & gratiæ. Ego quaſi vitis fructificaui gratiam: & flores mei, fructus honoris, & η honeſtatis. Accedite ad me, qui concupiſcitis me, & à generationibus meis adimplemini. Memoria enim mea ſuper mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mellis θ fauum. Qui edunt me; adhuc eſurient: & qui bibunt me; adhuc ſitient. Qui audit me; non confundetur: & qui operantur in me; non peccabunt. Hæc omnia, liber teſtamenti Dei altiſsimi: legem, quam mandauit Moyſes, hæreditatem ſynagogis Iacob. Qui implet quaſi Phiſon ſapientiam, & ſicut Tigris in diebus nouorum. Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum, & quaſi Iordanes in diebus meſsis. Qui emittit diſciplinam, ſicut lucem, quaſi Gehon in diebus vindemiæ. Non conſummauit primus ſcire ipſam: & ſic vltimus non inueſtigauit eam. A mari enim abundauit cogitatio eius, & conſilium eius ab abyſſo magna. Et ego, ſicut foſſa de flumine, & ſicut aquæductus exiui in paradiſum. Dixi, potabo hortum ι meum: & inebriabo pratum meum. Et ecce facta eſt mihi foſſa in fluuium: & fluuius meus factus eſt in mare. κ Adhuc doctrinam quaſi antelucanum, illuminabo, & oſtendam ea vſque in longinquum. Adhuc doctrinam, quaſi prophetiam effundam: & relinquam illam in generationes ſeculorum. Videte, quoniam non ſoli mihi loboraui, ſed omnibus exquirentibus eam.

α Ego.]

α Ego ex ore altissimi prodiui.] *Plura non refert. S. Ambrosius 4. de fide. cap. 4. S. Cyprian. 2. testim. addit ea fere, quæ sequuntur in vulgata.* β Dilecta.] *In vno codice vetusto, & Compl. est,* ἠγιασμένη, *& vulgata,* sanctificata. γ Littoribus.] αἰγιαλοῖς, *& fortasse sumptum est pro nomine proprio loci. In alijs est,* ἐν γαδοῖς, *aut,* ἐν γαδδί, *& vulgata in cades.* δ Exaltata sum.] *In Compl. additur,* ἀφ' ὕδατος, ab aqua. *Vulgata,* iuxta aquam in piatæis. ε Aspalathus.] *Veram lectionem vidit Rabanus, & alij. In Complut. est,* πάλαθος, *& interpretantur,* massam. ζ Rami.] *Abest hoc loco à Complut. & vulgata.* η Honestatis.] *Idest,* diuitiarum, *vt sæpe alibi. In nonnullis autem libris hæc sequuntur,* ἐγὼ μήτηρ τῆς ἀγαπήσεως τῆς καλῆς, καὶ φόβου, καὶ γνώσεως, καὶ τῆς ὁσίας ἐλπίδος. δίδωμι δὲ σὺν πᾶσι τοῖς τέκνοις μου ἀειγενεῖς τοῖς λεγομένοις ὑπ' αὐτοῦ. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei (*hucusque conuenit cum vulg.*) Do autem omnibus filijs meis dictis ab illo sempiternos, *fortasse fructus. Pro quibus in vulg. est.* In me gratia omnis vitæ, & veritatis: in me omnis spes vitæ, & virtutis: *& posterior pars refertur etiam apud S. Cypr. 2. testim.* θ Fauum.] κηρός, *videtur sumptum pro* κηρίον, *quod etiam est in aliquot libris.* ι Meum.] *Compl. addit,* τὸν ἄριστον, optimum, *vulgata,* plantationum. κ Adhuc.] *In aliquo est,* ὅτι, *& vulgata,* quoniam.

B

CAP. XXV.

IN tribus decora facta sum; & surrexi decora coram Domino, & hominibus: concordia fratrum: & amicitia proximorum: & vir & mulier sibi bene consentientes. Tres autem species odiuit anima mea, & indignata sum vitæ illorum: pauperem superbum, & diuitem mendacem, senem adulterum diminutum intellectu. In iuuentute tua non congregasti: & quomodo in senectute tua inuenies? Quàm speciosum caniciei iudicium, & presbyteris cognoscere consilium? Quàm speciosa veteranis sapientia, & gloriosis intellectus, & consilium? Corona senum multa peritia: & gloria illorum timor Domini. Nouem cogitationes beatificaui in corde, & decimam dicam in lingua: Homo, qui iocundatur in filijs: viuens, & videns subuersionem inimicorum: beatus, qui habitat cum muliere sensata: & qui in lingua non est lapsus: & qui non seruiuit indigno se: beatus, qui inuenit [α] prudentiam: & qui narrat in aures audientium: Quàm magnus est, qui inuenit sapientiam? sed non est super timentem Dominum. Timor Domini [β] super omnia se superposuit: qui tenet illum, cui [γ] assimilabitur? Omnem plagam, & non plagam cordis, & omnem nequitiam, & nõ nequitiam mulieris: Omnem obductionem, & non obductionem odientium, & omnem vindictam, & non vindictam inimicorum. Non est caput super caput colubri: & non est ira super iram inimici. Commorari leoni, & draconi placebit mihi, quàm habitare cum muliere nequam. Malitia mulieris immutat faciem eius, & obcæcat vultum eius quasi [δ] saccum. In medio proximorum suorum concidet vir eius, & audiens suspirauit amare. Breuis omnis malitia ad malitiam mulieris: sors peccatoris cadat super illam. [ε] Ascensus arenosus in pedibus veterani; sic mulier linguata viro quieto. Ne procidas ad speciem mulieris, & non concupiscas mulierem. Ira, & irreuerentia, & confusio magna, mulier, si subministret viro suo. Cor humile, & facies tristis, & plaga cordis mulier nequam. Manus debiles, & genua dissoluta, [ζ] quæ non beatificabit virum suum. A muliere initium peccati: & per illam omnes morimur. Ne des aquæ exitum, nec mulieri nequam, [η] potestatem. Si non ambulauerit ad manum tuam, à carnibus tuis abscinde illam.

C D E

α Prudentiam.] *Vulgata, & S. Cypria. 3. testim.* amicum verum. β Super omnia se superposuit.] *S. Hieronymus in Esa. 50.* omnia superat. γ Assimilabitur.] *Compluten. in hac sententia longius discedit à vulgata, & speculo: sed addit deinde hæc,* φόβος κυρίου ἀρχὴ ἀγαπήσεως αὐτοῦ. πίστις δὲ ἀρχὴ κολλήσεως αὐτοῦ, timor Domini initium dilectionis eius: fides autem initium agglutinationis eius: *quæ magna ex parte respondent vulgatæ.*

A *vulgata.* δ Saccum.] *Aliqui,* ὡς ἄρκος, tanquam vrsus: *in vulgata vtrumque coniungitur.* ε Ascensus.] *Compl. addit,* ὡς, *& vulgata,* sicut ascensus. ζ Quæ non beatificabit.] *Vulgata,* beatificat. *In nonnullis codicibus est,* ἥτις οὐ παρακαλέσει τὸν ἄνδρα αὐτῆς ἐν στενώσει, quæ non consolabitur virum suum in angustia. η Potestatem.] *In vno vetusto est,* παρρησίαν, *& in Compl. additur* ἔξοδον, *quod in vulgata,* veniam prodeundi.

CAP. XXVI.

MVLIERIS bonæ beatus vir: & numerus annorum illius duplex. Mulier fortis oblectat virum suum: & annos illius implebit in pace. Pars bona mulier bona: in parte timentium Dominum dabitur. Diuitis autem, & pauperis cor bonum; in omni tempore vultus hilaris. B A tribus timuit cor meum: & in quarto facie α supplicaui: Delaturam ciuitatis, & collectionem turbæ, & calumniam mendacem: super mortem omnia grauia. Dolor cordis & luctus, mulier. Zelotypa in mulierem β zelotypam: & flagellum linguæ omnibus communicans. Boum iugum, quod commouetur, mulier nequam: qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem. Ira magna, mulier γ ebriosa: & turpitudinem suam non conteget. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur. In filia δ non auertente se firma custodiam; ne inuenta remissione vtatur se. Post irreuerentem oculum caue; & non mireris, si in te deliquerit. C Sicut viator sitiens, os aperit, & ab omni aqua proxima bibet, contra omnem palum sedebit, & contra sagittam aperiet pharetram. Gratia mulieris delectabit virum suum: & ossa illius impinguabit scientia ipsius. Datum Domini est mulier taciturna: & non est commutatio eruditæ animæ. Gratia super gratiam mulier pudorata: & non est pondus omne dignum continentis animæ. Sol exoriens in altissimis Domini, & species mulieris bonæ in ornamento domus suæ. Lucerna lucens super candelabrum sanctum, & species faciei in ætate stabili. Columnæ aureæ super basim argenteam, & pedes decori in pectoribus ε stabilis. In duobus contristatum est cor meum: & in tertio iracundia mihi aduenit: D vir bellator deficiens per inopiam: & viri sensati, si contemnantur. Regrediens à iustitia ad peccatum, Dominus parabit eum ad romphæam. Difficile exuetur negotians à delicto: & non iustificabitur caupo à peccato.

α Supplicaui.] *Compl.* ἐφοβήθη, timui: *quod in vulgata dictum est,* facies mea metuit. β Zelotypam.] *Hoc non reperitur in græco: sed videtur adiectum ab interprete ad exprimendam vim præcedentis dictionis,* ἀντίζηλος *quæ significat riualem, idest zelotypam in zelotypam, qualis Phenenna in Annam. Legantur, quæ notata sunt* 1. *Reg.* 1. γ Ebriosa.] *In nonnullis additur,* καὶ ῥεμβάς, & vaga. δ Non auertente se.] *Quod idem valet, ac si diceremus,* non verecunda: *nam & hac notione sæpe accipitur,* διαστρέφομαι. *In aliquot libris est,* ἀδιαστρέπτως, *vt coniungatur cum* στερέωσον, *sine intermissione, nunquam declinans oculos firma.* ε Stabilis.] *Addidit interpres ad explicationem,* mulieris: *qui quidem interpres pro* στέρνοις, *videtur legisse,* πτέρναις, *ita enim inquit,* super plantas E stabilis mulieris. *Compl. habet,* ἐπὶ στέρνοις ἐδαφέων *& interpretatur,* super pauimenta stabilia. *Sequuntur autem & in ea, & in quibusdam manuscriptis hæc:* Fili, florem ætatis tuæ conserua sanum: & ne dederis alienis robur tuum. Cum requisieris omnis campi fertilem sortem; semina propria semina fretus nobilitate tua. Sic progenies tuæ superstites, & fidentiam nobilitatis habentes magnificabuntur. Mulier mercenaria æqualis porco reputabitur: coniugata autem turris mortis vtentibus reputabitur. Mulier impia iniquo pars dabitur: pia autem datur timenti Dominum. Mulier turpis infamiam conteret: filia autem honesta etiam virum reuerebitur. Mulier impudens sicut canis reputabitur: quæ autem habet verecundiam, Dominum timebit. Mulier virum proprium honorans, sapiens omnibus videbitur: inhonorans autem impia in superbia omnibus cognoscetur. Mulieris bonæ beatus vir: numerus enim annorum illius duplex erit. Mulier clamosa, & linguosa in hostium fugationem considerabitur. Hominis autem cuiusque animus similibus moratus moribus, belli seditionibus vitam transfiget.

CAP. XXVII.

PROPTER indifferens multi deliquerunt: & qui quærit locupletari; auertet oculum. In medio compaginis lapidum palus figetur: & inter medium venditionis, & emptionis angustiabitur peccatum. Si non in timore Domini tenuerit se instanter; cito subuertetur domus eius. In percussura cribri remanet fimus: sic quisquiliæ hominis in cogitatione eius. Vasa figuli probat fornax: & tentatio hominis in sermocinatione eius. Culturam ligni ostendit fructus ipsius: sic verbum excogitatum, hominis cor. Ante sermonem non laudes virum: hæc enim tentatio est hominum. Si sequaris iustitiam; apprehendes, & indues illam, quasi poderem honoris. Volatilia ad sibi similia diuertent: & veritas ad eos, qui operantur ipsam, reuertetur. Leo venationi insidiatur: sic peccata operantibus iniqua. Narratio pij semper sapientia: stultus autem vt luna, mutatur. In medio insensatorum serua tempus: in medio autem cogitantium assiduus esto. Narratio fatuorum, odiosa: & risus eorum in delitijs peccati. Loquela multum iurantis arriget capillos: & iurgium eorum, obturatio aurium. Effusio sanguinis, rixa superborum, & maledictio illorum, auditus grauis. Qui denudat arcana; fidem perdidit; & non inueniet amicum ad animum suum. Dilige amicum, & coniungere fide cum illo. Si autem denudaueris absconsa illius; non persequaris post eum. Sicut enim perdidit homo inimicum suum; sic qui perdidit amicitiam proximi. Et, sicut qui dimisit auem de manu sua; sic dimisisti proximum, & non eum capies. Non illum sequaris, quoniam longe discessit: & effugit quasi caprea de laqueo. Quoniam vulnus est colligare: & maledicti est concordatio: qui autem denudauit mysteria; [α] desperauit. Annuens oculo fabricat iniqua: & [β] nemo ipsum remouebit ab ipso. In conspectu oculorum tuorum indulcabit os [γ] tuum, & super sermones tuos admirabitur. Nouissime autem peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum. Multa odiui, & non coæquaui ei: & Dominus odiet illum. Qui in altum mittit lapidem; super caput suum mittit: & plaga dolosa diuidet vulnera. Qui foueam fodit; incidet in eam: & qui statuit laqueum; in eo [δ] capietur. Qui facit mala; super ipsum voluentur: & non agnoscet vnde adueniant sibi. Illusio, & improperium superborum: & vindicta, sicut leo, insidiabitur illi. Laqueo capientur, qui oblectantur casu iustorum: & dolor consumet illos, antequam moriantur. Ira, & furor etiam hæc sunt abominationes: & vir peccator continens erit illorum.

α Desperauit.] *Vulgata, & speculum,* desperatio est animæ infelicis. *Complut.* ἀπώλεσε πίστιν, perdidit fidem. β Nemo ipsum remouebit ab ipso.] *Videtur hoc valere, nemo hominum faciet illum dediscere atque ex animo exuere improbitatem suam. Vulgata, & speculum,* & nemo eum abijciet. *In vno vetusto codice, & Complut.* est, καὶ ὁ εἰδὼς αὐτὸν, ἀποστήσει ἀπ' αὐτοῦ, & qui nouerit eum, recedet ab eo. γ Tuum.] *Complut.* αὐτοῦ, *& speculum,* indulcabit os suum, *nec multo aliter quædam Biblia.* δ Capietur.] *Nonnulli* ἀπολεῖται, *& speculum, & vulgata,* peribit: *& in vtrisque etiam sequitur,* facienti nequissimum consilium; super ipsum deuoluetur: *vbi Compl.* αὐλισθήσεται, commorabuntur.

CAP. XXVIII.

QVI vindicat, à Domino inueniet vindictam: & peccata illius [α] seruans seruabit. Remitte iniuriam proximo tuo: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam.

In ho-

A In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur. Ipſe, cum caro ſit, reſeruat iram: quis propitiabit peccata illius? Memento nouiſsimorum, & deſine inimicari: β tabitudinis, & mortis: & permane in mandatis. Memorare mandata, & ne iraſcaris proximo: & teſtamentum altiſsimi: & deſpice ignorantiam. Abſtine à lite, & minues peccata: homo enim iracundus incendet litem. Et vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium γ immittit calumniam. Secundum materiam ignis, ſic exardeſcet: ſecundum virtutem hominis, iracundia illius erit: & ſecũdum ſubſtantiam exaltabit iram ſuam: & ſecundum δ firmitatem rixæ exardeſcet. Contentio feſtinata incendit ignem: & rixa feſtinans effundit ſanguinem. Si ſufflaueris ſcintillam; B exardeſcet: & ſi expueris ſuper illam; extinguetur: & vtraque ex ore tuo proficiſcuntur. Suſurronem, & bilinguem ε maledicere: multos enim pacem habentes perdiderunt. Lingua ζ tertia multos commouit, & diſperſit illos de gẽte in gentem: & ciuitates munitas deſtruxit, & domos magnatorum ſubuertit. Lingua tertia mulieres viriles eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis. Qui attendit illi; non inueniet requiem, nec habitabit cum requie. Flagelli plaga liuorem faciet: plaga autem linguæ comminuet oſſa. Multi ceciderunt in ore gladij: & non vt ij, qui ceciderunt per linguam. Beatus, qui tectus eſt ab ea: qui in iracũdia illius C non tranſiuit: qui non traxit iugum illius, & in vinculis illius non eſt ligatus. Iugum enim illius, iugum ferreum eſt; & vincula illius, vincula ærea. Mors illius, mors nequiſsima, & vtilis potius infernus, quàm illa. Non obtinebit pios: & in flamma illius non comburentur. Qui relinquunt Dominum; incident in illã: & exardebit in illis, & non extinguetur. Immittetur in illos quaſi leo, & quaſi pardus perdet eos. Ecce ſepi η poſseſsionem tuam ſpinis, & argentum tuum, & aurum alliga: & verbis tuis fac iugum, & ſtateram: & ori tuo fac oſtium, & vectem. Attende, ne forte labaris in ea: ne cadas in conſpectu inſidiantis.

α Seruans ſeruabit.] *Sic vulg. & ſpeculum. Aliqui libri habent,* διατηρῶν διατηρήσει, confirmans confirmabit. D β Tabitudinis, & mortis.] *Supplendum eſt ex ſuperioribus,* memento: *ſicut in ſequenti ſententia in poſteriori parte repetendum eſt,* memorare teſtamentum, &c. *In vulg. & ſpeculo alius habetur ſenſus. Compl. autem hic habet,* καὶ μὴ μελετήσῃς τῷ πλησίον καταφθορὰν, καὶ θάνατον, & ne commineris proximo perniciem, & mortem. γ Immittit.] *Sic etiam vulgata, & ſpec. nonnulli,* ἐμβαλεῖ, immittet. δ Et ſecundum firmitatem rixæ exardeſcet.] *Hæc abſunt à vulgata, & in vno vetuſto, & in Compl. non habentur hoc loco, ſed paulo ante poſt illa,* ſecundum materiam ignis, ſic exardeſcet. *ſequitur,* κατὰ τὴν στερέωσιν τῆς μάχης τὸ πῦρ αὐξηθήσεται, ſecundum firmitatem contentionis, ignis augebitur. ε Maledicere.] *Videtur ſubintelligendum,* oportet; *aut quiddam huiuſmodi. In vno vetuſto, & Compl. eſt,* καταράσασθε, maledicite. *Vulgata, & ſpeculum, & S. Cypr. 3. teſt.* ſuſurro, & bilinguis maledictus. ζ Tertia] *Sic ijdem. In nonnullis hic, & in ſequenti ſententia,* διπλῆ, duplex. *In margine Vaticani codicis adſcriptum eſt,* γλῶσσα τρίτη, τετρυπημένη, lingua perforata. η Poſſeſsionem.] *Sic S. Ambroſius 1. off. cap. 3. & S. Hilarius in pſal. 140. quamuis idem S. Ambroſius in pſ. 118. ſerm. 22. habeat,* aures tuas, *ſicut vulgata, & S. Cypr. lib. 1. epiſt. 3. & alibi ſæpe.*

E

CAP. XXIX.

QVI facit miſericordiam; fœnerabitur proximo: & qui præualet manu ſua; mandata ſeruat. Fœnerare proximo in tempore neceſsitatis illius: & rurſus redde proximo in tempore. Confirma verbum, & fideliter age cum illo; & in omni tempore inuenies, quod tibi neceſſarium eſt. Multi quaſi inuentionem æſtimauerunt fœnus, & præſtiterunt moleſtiam ijs, qui ſe adiuuerunt. Donec accipiat; oſculabitur manum eius; & in pecunijs, proximi humilia-

humiliabit vocem. Et in tempore redditionis protrahet tempus, & reddet verba accediæ, & tempus causabitur. Si potuerit; vix reddet dimidium, & computabit illud, quasi inuentionem. [α] Sinautem; fraudauit illum pecunijs eius, & possedit illum inimicum [β] gratis: maledicta, & conuicia reddet illi: & pro honore reddet illi inhonorationem. [γ] Multi propter nequitiam auerterunt: [δ] fraudari gratis timuerunt. Verumtamen super humilem longanimis esto: & pro eleemosyna non protrahas illum. Propter mandatum, assume pauperem: & secundum inopiam eius ne dimittas eum vacuum. Perde pecuniam propter fratrem, & amicum; & [ε] non contrahat rubiginem sub lapide in perditionem. Pone thesaurum tuum secundum præcepta altissimi: & proderit tibi magis, quàm aurum. Conclude eleemosynam in [ζ] cellis tuis: & hæc eruet te ex omni malo. Super scutum potentiæ, & super lanceam [η] roboris aduersus inimicum pugnabit pro te. Vir bonus fideiubet pro proximo: & qui perdidit verecundiam; derelinquet illum. Gratias fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. [θ] Bona fideiussoris euertet peccator: [ι] & ingratus sensu derelinquet liberantem se. Fideiussio multos perdidit dirigentes, & commouit illos, quasi fluctus maris. Viros potentes migrare fecit: & vagati sunt in gentibus alienis. Peccator [κ] incidens in fideiussionem, & sectans [λ] redemptiones, incidet in iudicia. [μ] Recupera proximum secundum virtutem tuam: & attende tibi, ne [ν] incidas. Initium vitæ, aqua, & panis, & vestimentum, & domus tegens turpitudinem. Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quàm epulæ splendidæ in alienis. [ξ] Super minimum, & magnum placeat tibi. Vita nequam de domo in domum: & vbi hospitabitur; non aperiet os. Hospitio suscipies, & potabis [ο] ad ingrata: & præterea in his amara audies: Transi hospes, orna mensam; &, si quid in manu tua, ciba me: Exi hospes à facie honoris: aduenit mihi hospitio suscipiendus frater: opus est domo. Grauia hæc homini habenti sensum, increpatio domus, & improperium fœneratoris.

α Sinautem.] *Dictum est pro,* sin minus, *vt alibi.* β Gratis.] *In aliquot libris est,* οὐ δωρεάν, non gratis. *Et fortasse, quæ præcedunt, ita possent verti;* fraudauit se pecunijs suis, & acquisiuit illum inimicum gratis, *vel,* non gratis. γ Multi propter nequitiam auerterunt.] *In nonnullis est,* πολλοὶ οὖν, multi igitur. *Hoc videtur sibi velle, propter improbitatem, & ingratum animum eorum, qui mutuum non reddunt, multos auertisse aut se ipsos à dando, aut facies eorum, qui petunt. quare in Complutensi est,* ἀπέστρεψαν τὸν ἄνθρωπον. auerterunt hominem. *In aliquot codicibus est,* οὐ χάριν πονηρίας, *& vulgata:* Multi non causa nequitiæ non fœnerati sunt. δ Fraudari gratis timuerunt.] *Nonnulli,* ἀποστερηθῆναι δὲ δεδοίκασιν, fraudari autem timuerunt. *Sanctus Ambrosius huc spectans in lib. de Tobia cap. 3. dixit:* Multi dispendij causa non fænerant; dum fraudem verentur. ε Non contrahat rubiginem.] *In vno vetusto codice, & Complut. est,* μὴ κατάκρυψε, *& vulgata,* non abscondas illam sub lapide in perditionem, *itemque Sanctus Ambrosius loco indicato, & de Nabuthe, cap. 4. nisi quòd ibi habet,* in mortem. ζ Cellis tuis.] *Quasi hoc dicat, quæ reponis in cellis tuis, idcirco reponas, vt ad eleemosynam faciendam conferantur: aut, si qua aptior est huius loci interpretatio. Sanctus Cyprianus de opere, & eleem. & 3. testim.* in corde pauperis: *itemque aliqua Biblia; licet multa,* in sinu pauperis. η Roboris.] *In quibusdam,* ὁλκῆς, ponderis, virium. θ Bona fideiussoris.] *In vno vetusto, & Complut. est,* ἀγαθὴν ἐγγύην, bonam fideiussionem. *Sanctus Ambrosius istud,* bonam, *videtur coniunxisse cum superioribus, de Tobia. c. 4. Ita enim inquit:* Gratiam repromissoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam bonam. ι Et ingratus sensu derelinquet.] *Compl.* ἐγγυῶν φεύξεται ἁμαρτωλὸς, καὶ ἀχάριστος ἐν διανοίᾳ καταλείψει, *& ita interpretatur,* fideiussiones fugiet peccator, & inutilis in cogitatione relinquet, &c. *Interpres videtur habuisse,* ἔγγυον φεύξεται, *& verba alio ordine collocata, ac partim etiam mista ex vtraque lectione,* ἀχρεῖος *&* ἀχάριστος. Repromissorem (*ita enim pleraque Biblia,*) fugit peccator, & immundus: bona repromissoris sibi adscribit peccator, & ingratus sensu derelinquet, &c. κ Incidens.] *Potest intelligi de eo, qui lucri causa & certa mercede pro alio spondet. In vno vetusto est,* ἐμπεσεῖται, incidat. *Complutensis,* παραβαίνων ἐντολὰς κυρίου ἐμπεσεῖται εἰς ἐγγύας, *& vulgata,* transgrediens mandatum Domini incidet in promissionem,

nem, *& addit nequam.* λ Redemptiones.] *Conducendo, suscipiendo in se opera facienda, vectigalia, vt redemptores, & publicani. Vulgata*, & qui conatur multa agere, *satis apte ad sententiam.* μ Recupera.] *Sanctus Ambrosius de Tobia cap. 23.* recipe. ν Incidas.] *Idem ibidem*, cadas. ξ Super minimum, & magnum placeat tibi.] *Sic in nonnullis Biblijs, idest, siue parua, siue magna sit domus tua, ea delecteris. Compluten.* ἐπὶ μικρῷ καὶ μεγάλῳ εὐδοκίαν ἔχε, καὶ ὀνειδισμὸν οἰκίας σου μὴ ἀκούσῃς, super parua, & magna complacentiam habe, & improperium domus tuæ non audies. *Vulgata*, improperium peregrinationis. Ad ingrata.] *Ad nullam gratiam acquirendam. Exigunt enim ista à peregrino, quasi debita. Vulgata*, & pascet, & potabit ingratos.

CAP. XXX.

QVI diligit filium suum, assiduabit illi flagella; vt lætetur in nouissimo suo. Qui erudit filium suum; α lucrabitur in illo: & in medio notorum in illo gloriabitur. Qui docet filium suum; in zelum mittet inimicum: & in medio amicorum gloriabitur in illo. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim sibi reliquit post se. In vita sua vidit, & lætatus β est: & in obitu suo non est contristatus. Contra inimicos reliquit defensorem, & amicis reddentem gratiam. γ Refrigerans filium, colligabit vulnera illius: & ad omnem clamorem turbabuntur viscera sua. Equus indomitus euadit durus: & filius remissus euadit præceps. Lacta filium, & pauentem te faciet: lude cum illo, & contristabit te. Ne corrideas illi, ne simul doleas: & in nouissimo quaties dentes. Non des illi potestatem in δ iuuentute, tunde latera illius, dum infans est: ne forte induratus non credat ε tibi. Erudi filium tuum, & operare in illo; ne in turpitudinem ζ tuam offendat. η Et ne despicias ignorantias illius: curua ceruicem eius in iuuentute. DE SANITATE. Melior est pauper sanus, & fortis viribus, quàm diues flagellatus in corpore suo. Sanitas, & bona habitudo melior est omni auro, & corpus validum, quàm census immensus. Non est census melior sanitate corporis: & non est oblectamentum super cordis gaudium. Melior est mors, quàm vita amara, aut languor perseuerans. Bona θ offusa ad os clausum, appositiones epularum appositæ super sepulchrum. Quid prodest oblatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabitur. Sic qui persequutionem patitur à Domino: videns oculis, & ingemiscens, sicut spado complectens virginem, & suspirans. Non des in tristitiam animam tuam: & non affligas temetipsum in consilio tuo. Iocunditas cordis, hæc est vita hominis: & exultatio viri est longæuitas. Dilige animam tuam, & consolare cor tuum: & tristitiam longe expelle à te. Multos enim occidit tristitia: & non est vtilitas in ea. Zelus, & iracundia minuunt dies: & ante tempus senectam adducit cogitatus. ι Quasi qui colligit acinos post vindemiatores, in benedictione Domini κ perueni: & quasi, qui vindemiat, repleui torcular. Respicite, quoniam non mihi soli laboraui, sed omnibus exquirentibus disciplinam. Audite me magnates populi: & rectores Ecclesiæ auribus percipite. Filio, & mulieri, fratri, & amico non des potestatem super te in vita tua. Et non dederis alijs pecunias tuas: ne forte pæniteat te, & depreceris pro illis. Dum adhuc super es, & spiratio in te; ne alienes teipsum omni carni. Melius est enim vt filij tui te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum. In omnibus operibus tuis præcellens esto: ne dederis maculam in gloria tua. In die consummationis dierum vitæ tuæ, & in tempore exitus distribue hæreditatem tuam. DE SERVIS. Pabula, & virga, & onera asino: panis, & disciplina, & opus seruo. Operare in λ puero, & inuenies requiem:

quiem: laxa manus illi, & quæret libertatem. Iugum, & lorum curuabunt collum: & seruo malefico torturæ, & tormenta. Mitte illum in operationem, ne vacet. Multam enim malitiam docuit ociositas. In opera constitue illum, prout condecet illum: quòd si non obaudierit, aggraua pedes eius. Et non [μ] amplifices super omnem carnem: & sine iudicio nihil facias. Si est tibi seruus, sit [ν] sicut tu: quoniam in sanguine comparasti eum. Si est tibi seruus, tracta eum [ξ] sicut teipsum: quoniam tanquam anima tua, egebis eo. Si afflixeris eum, & tollens aufugiat, in qua via quæres illum?

α Lucrabitur.] ὀνήσεται. *Interpres fortasse habuit* αἰνέσεται, *inquit*, enim laudabitur: *ac videtur tamen more deponentis sumptum, vt alibi. Complut.* εὐφρανθήσεται, lætabitur. β Lætatus est.] *In aliquo additur*, ἐπ' αὐτῷ, *& vulgata*, in illo. γ Refrigerans.] *Molliter tractans*, περιψύχων. *In aliquibus sunt duæ dictiones*, περὶ ψυχῶν, *& vulgata*, pro animabus. *In nonnullis vero est*, περιψήχων, abstergens. δ Iuuentute.] *Hoc loco subiunguntur in Compl. & vulgata, quæ in nostra, & alijs græcis sunt paulo post*, & ne despicias ignorantias, (*vulgata*, cogitatus) illius: curua ceruicem eius in iuuentute. ε Tibi.] *In quibusdam additur*, καὶ ἔσται σοι ὀδύνη ψυχῆς, *& vulgata*, & erit tibi dolor. ζ Tuam offendat.] *In aliquot libris est*, αὐτοῦ προσκόψῃς, ne in turpitudine illius offendas, *quomodo fere & vulgata*. η Et ne despicias ignorantias illius: curua ceruicem eius in iuuentute.] *Hæc in aliquot codicibus non habentur, in quibusdam vero, & in vulgata paulo superius, vt notatum iam est*. θ Offusa.] *Nonnulli* κεκλεισμένα, *& vulgata*, abscondita. ι Quasi qui colligit.] *Hæc vsque in finem in Complut. & vulgata, & vno vetusto codice sunt ca. suo 33. Hic autem habent sententiam, quæ in nostra erit in extremo cap. 33. huius editionis*. κ Perueni.] *Quasi ad metam optatam; votique compos factus sum, vt multa ad hominum vtilitatem pertinentia collegerim. In vulgata in cap. suo 33.* & ipse speraui. λ Puero.] *In aliquo libro est*, παιδεία, disciplina. μ Amplifices.] *Idest ne sis nimius, ne nimium vrgeas, ac premas vllam carnem, ne brutorum quidem, ne dum hominum*. ν Sicut tu.] *Complut.* σοι, ὡς ἡ ψυχή σου, *& vulgata*, tibi, quasi anima tua. ξ Sicut teipsum.] *Vetustus codex*, ὡς ἀδελφόν, ὅτι ὡς τῇ ψυχῇ σου, ἐπιδεήσεις αὐτοῦ, quasi fratrem: (*quod habet etiam vulgata, & Complut.*) quoniam tanquam animæ tuæ, egebis illius.

CAP. XXXI.

VANÆ spes, & mendaces viro insensato: & somnia volare faciunt imprudentes. Quasi qui apprehendit vmbram, & persequitur ventum, sic, qui attendit somnijs. Hoc iuxta hoc, visio somniorum, ante faciem, similitudo faciei. Ab immundo quid mundabitur? & à falso quid verum erit? Diuinationes, & auguria, & somnia, vana sunt, & sicut parturientis, cor phantasias patitur. Nisi ab altissimo fuerint missa in visitatione, ne dederis ad illa cor tuũ. Multos errare fecerunt somnia: & exciderunt sperantes in illis. Sine mendacio consummabitur lex, & sapientia ori fideli perfectio. Vir [α] eruditus nouit multa: & qui multa expertus est, enarrabit intellectum. Qui non est expertus, pauca nouit: qui autem vagatus est, multiplicabit astutiam. Multa vidi in circumerratione mea, & [β] plura verborum meorum, intellectus meus. Sæpe vsque ad mortem periclitatus sum, & saluatus sum horum gratia. Spiritus timentium Dominum viuet: spes enim illorum in saluantem illos. Qui timet Dominum, [γ] non trepidabit, & non pauebit, quoniam ipse est spes eius. Timentis Dominum beata est anima: cui intendit? & quis est fortitudo eius? Oculi Domini super diligentes eum, protectio potentiæ, & firmamentum virtutis: tegmen ab ardore, & tegmen à meridie, custodia ab offensione, & adiutorium à casu: Exaltans animam, & illuminans oculum, dans sanitatem, vitam, & benedictionem. Immolantis ex iniquo, oblatio subsannata: & non sunt beneplacitæ [δ] subsannationes iniustorum. Oblationes impiorum non probat altissimus: neque in multitudine sacrificiorum propiciatur peccatis. Qui offert sacrificium ex substantia

ſtantia pauperum; victimat filium in conſpectu patris ſui. Panis egentium, vita pauperum eſt: qui defraudat illam; homo ſanguinum eſt. Qui aufert victum; occidit proximum: & qui fraudat mercedem mercennarij; effundit ſanguinem. Vnus ædificans, & vnus deſtruens; quid proficiunt aliud, quàm labores? Vnus orans, & vnus maledicens: cuius vocem exaudiet Dominus? Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum; quid profecit lauatione ſua? Sic homo, qui ieiunat in peccatis ſuis, & iterum vadit, & facit eadem; orationem illius quis exaudiet? & quid profecit humiliando ſe?

Hoc caput in vulg. & Compl. eſt 34. α Eruditus.] *In quibuſdã eſt, πεπλανημένος, quemadmodũ & in noſtra paulo poſt: quod cum ſignificare poſsit & deceptum, & eum, qui multas oberrat regiones; ſeries ipſa orationis fecit, vt poſteriore potius notione accipiendum putaremus.* β Plura.] *Quaſi hoc dicat, his ipſis ſententijs, quas alios doceo, magna ex parte ipſemet vſus ſum: earumque veritatem experiundo intellexi. In quibuſdam libris eſt, τὰ πλάσματα,* fictiones. γ Non.] *Complut. οὐδὲν, & vulgata,* nihil. δ Subſannationes.] *Aliqui μωμήματα,* maculæ. *aliqui, δωρήματα,* donaria.

CAP. XXXII.

QVI conſeruat legem, multiplicat oblationes. Sacrificans ſalutare, qui attendit mandatis. Qui retribuit gratiam, α offert ſimilaginem: &, qui facit eleemoſynam, offert ſacrificium laudis. Beneplacitum eſt Domino, recedere ab iniquitate: & propitiatio, recedere ab iniuſtitia. Non apparebis ante conſpectum Domini vacuus: Hæc enim omnia propter mandatum. Oblatio iuſti impinguat altare: & odor ſuauitatis eius eſt in conſpectu altiſsimi. Sacrificium viri iuſti acceptum eſt: & memoria eius non tradetur obliuioni. In bono oculo glorifica Dominum: & non minuas primitias manuum tuarum. In omni datu hilarem fac vultum tuum: & in exultatione ſanctifica decimas. Da altiſsimo ſecundum datum eius, & in bono oculo inuentionem manus. Quoniam Dominus retribuens eſt: & ſepties tantum reddet tibi. Ne minuas de munere: non enim ſuſcipiet: & non attendas ſacrificio iniuſto: quoniam Dominus iudex eſt: & non eſt apud illum gloria perſonæ. Non accipiet perſonam in pauperem: & deprecationem læſi exaudiet. Non deſpiciet preces pupilli, nec viduam, ſi effundat loquelam. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio ſuper deducentem eas? Qui colit, in beneplacito ſuſcipietur: & deprecatio illius vſque ad nubes attinget. Oratio humiliantis ſe nubes penetrauit; & donec propinquet, non reuocabitur, & non diſcedet, donec aſpiciat altiſsimus. Et iudicabit iuſte, & faciet iudicium. Et Dominus non tardabit, & non habebit in illis β patientiam, quouſque contribulet dorſum immiſericordium. Et gentibus reddet vindictam; donec tollat multitudinem ſuperborum, & ſceptra iniquorum contribulet: Donec reddat homini ſecundum actus eius, & opera hominum ſecundum cogitationes eorum: Donec iudicet iudicium plebis ſuæ: & lætificabit eos miſericordia ſua. Specioſa miſericordia in tempore tribulationis eius, quaſi nubes pluuiæ in tempore ſiccitatis.

Caput hoc in Compl. & vulgata eſt 35. α Offert.] *In aliquo libro, ὡς προσφέρων,* quaſi qui offert. β Patientiam.] *Compl. addit, ὁ κραταιός, & vulgata,* fortiſſimus.

CAP.

CAP. XXXIII.

A

MISERERE nostri Domine Deus omnium,& respice. Et immitte timorem tuum super omnes gentes. Extolle manum tuam super gentes alienas,& videant potentiam tuam. Sicut coram illis sanctificatus es in nobis;ita coram nobis magnificeris in illis. Et agnoscant te, secundum quod & nos agnouimus; quoniam non est Deus præter te Domine. Innoua signa, & immuta mirabilia:glorifica manum,& brachium dextrum:excita furorem, & effunde iram. Aufer aduersarium, & affligе inimicum. Festina tempus, & memento iuramenti:& enarrentur mirabilia tua. In ira ignis deuoretur, qui saluatur:& qui pessimant plebem tuam; inueniant perditionem. Contere capita principum inimicorum dicentium, non est præter nos. Congrega omnes tribus Iacob. Splendidum cor, & bonum in epulis ciborum suorum diligentiam adhibebit.

B

Huius capitis verba vsque ad, splendidum, in vulgata, & Compluten. sunt cap. 36. Vltima vero ista sententia est in iisdem cap. 30. in extremo: cui loco etiam magis videtur conuenire. Initium huius capitis refertur apud Sanctum Augustinum 17. de ciuit. cap. 20.

CAP. XXXIV.

C

VIGILIA diuitiarum tabefacit carnes:& cogitatus illarum aufert somnum. Solicitudo vigiliæ interpellabit dormitationem:& infirmitatem grauem digeret [a] somnus. Laborauit diues in congregatione pecuniarum:& in requie repletur delicijs suis. Laborauit pauper diminutione victus; & in requie indigens fit. Qui aurum diligit;non iustificabitur:& qui insequitur corruptionem;ipse replebitur. Multi [b] dati sunt in casum propter aurum:& facta est perditio ipsorum ad faciem ipsorum. Lignum offensionis est sacrificantibus ei:& omnis imprudens capietur in illo. Beatus diues,qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt. Quis est, & beatificabimus eum? Fecit enim mirabilia in populo suo. Quis probatus est in illo, & perfectus est? [γ] & sit in gloriationem. Quis potuit transgredi,& non est transgressus,& facere mala,& non fecit? Stabilientur bona illius:& eleemosynas illius enarrabit Ecclesia. Supra mensam magnam sedisti?non aperias super illam fauces, & ne dicas,multa quidem sunt,quæ super illam. Memento,quoniam malum est oculus nequam: nequius oculo quid creatum est? Ideo ab omni facie lachrymatur Quocumque aspexerit,ne extendas manum: & ne comprimaris cum eo in catino. Intellige quæ sunt proximi,ex te ipso:& in omni re cogita. Comede,vt homo, quæ tibi sunt apposita,& non deuores;ne odio habearis. Cessa prior, causa disciplinæ: & noli esse insatiabilis,ne forte offendas. Et,si in medio multorum sedisti;prior illis ne extendas manum tuam. Quàm sufficiens est homini erudito exiguum:& in lecto suo non laborat asthmate. Somnus sanitatis in intestino moderato: surrexit prior;& anima ipsius cum ipso. Labor vigiliæ,& [δ] choleræ,& tortura cum viro insatiabili. Et si coactus fueris in epulis;surge [ε] in medio pomorum, & requiesces. Audi me fili,& ne spernas me:& in nouissimo inuenies verba mea. In omnibus operibus tuis esto velox:& omnis infirmitas non occurret tibi. Splendidum

D

E

A didum in panibus benedicent* labia: & testimonium bonitatis illius fidele. Nequissimo in pane obmurmurabit ciuitas: & testimonium nequitiæ illius certum. In vino noli fortem agere: multos enim exterminauit vinum. Fornax probat aciem ferri in tinctura: sic vinum ζ corda in contentione superborum. η Æquale vitæ vinum homini; si bibas illud mensura sua. Quæ vita ei, qui minuitur vino? & ipsum creatum est in iocunditatem hominis. Exultatio cordis, & lætitia animæ vinum potatum in tempore, quod satis sit. Amaritudo animæ vinum potatum multum in irritatione, & contentione. Multiplicat ebrietas furorem imprudentis, in offensionem, minorans virtutem, & faciens vulnera. B In compotatione vini non arguas proximum, & non despicias eum in iocunditate illius. Verbum improperij ne dicas illi: & non premas illum θ in repetendo.

Caput hoc in vulgata, & Complut. est 31. α Somnus.] *In plerisque, & ad marginem Vaticani est,* ὕπνον, *vt vertendum sit,* infirmitas grauis digeret, *(idest amouebit,)* somnum. *In aliquo etiam est,* ἐκνήψει, eluet. β Dati sunt in casum.] *In nonnullis est,* ἐδέθησαν, ligati sunt. γ Et sit.] *Aliqui,* καὶ ἔσται αὐτῷ, & erit illi. δ Choleræ.] *In aliquo est,* χολέρα, *& vulgata,* cholera. ε In medio pomorum.] μεσοπωρῶν, *quasi non expectato fine secundæ mensæ. Nonnulli* μεσοπορῶν, *quasi è media cœna abiens. Plerique,* ἀνάστα μεσοπορῶν, ἔμεσον, καὶ ἀναπαύσῃ, *quæ in vulgata,* surge è medio, & vome, & refrigerabit te. *Quò videtur spectasse Origenes hom. 2. in psal. 37. loquens de confessione peccati.* * Labia.] *Vulgata,* labia multorum: & testimonium veritatis, *(fortasse,* virtutis*)* illius fidele. *S. Ambr. de Nabuthe. cap. 14.* labia iustorum, & testimonium bonitatis illius fiet. ζ Corda C in contentione superborum.] *In quibusdam,* ἐν καρδίᾳ ὑπερηφάνων ἐν μέθῃ, in corde superborum in ebrietate. η Æquale.] *Vulgata,* æqua vita hominibus vinum in sobrietate: si bibas illud moderate, eris sobrius. *S. Ambr. de Helia cap. 12.* Æqualis vita hominibus vinum in ebrietate: bibas illud moderate, vt sis sobrius. θ In repetendo.] *Aliqui,* ἐν ἀπαντήσει, *& Complut. addit,* αὐτοῦ, in occursu eius.

CAP. XXXV.

DE RECTORIBVS.

D RECTOREM α te posuerunt? noli extolli: esto in illis, quasi vnus ex ipsis: curam illorum habe, & sic conside: & omni cura tua explicita recumbe: Vt læteris propter illos, & ornamenti gratia accipias coronam. Loquere maior natu (decet enim te) in diligenti scientia: & non impedias musica. Vbi est β acroama, non effundas sermonem: & importune noli sapientiam ostentare. Sigillum carbunculi in ornamento aureo, concentus musicorum in compotatione vini. In fabricatione aurea sigillum smaragdi, modulatio musicorum in vino iocundo. Adolescens loquere, cum necessitas tui fuerit, vix, si bis interrogatus fueris. In summam collige sermonem, in paucis multa: esto quasi sciens, & simul tacens. In medio magnatorum non agas æqualem: & γ alio dicente ne multa garrias. Ante tonitruum festinat coruscatio: E & ante verecundum præibit gratia. In hora exurge, & non sis vltimus. Recurre in domum, & ne torpeas. Ibi lude, & fac cogitata tua: & ne pecces verbo superbo. Et super his benedicito eum, qui fecit te, & inebriantem te de bonis suis. Qui timet Dominum, excipiet δ doctrinam: & qui mane vigilant, inuenient benedictionem. Qui quærit legem, replebitur ea: & qui simulat, scandalizabitur in ea. Qui timent Dominum, inuenient iudicium: & iustificationes quasi lumen accendent. Homo peccator vitat correptionem: & secundum voluntatem suam inueniet ε comparationem. Vir consilij non despiciet considerationem:

nem:

nem: alienus, & superbus non pertimescet timorem, etiam postquam fecit secum sine consilio. Sine consilio nihil facias: & in faciendo te non pænitebit. In via ruinæ non eas: & non offendes in lapidosis. Non credas te viæ ζ non exploratæ: Et à filijs tuis caue. In omni opere crede animæ tuæ: hoc est enim obseruatio mandatorum. Qui credit η legi; attendit mandatis: & qui confidit θ in Domino; non minorabitur.

α Rectorem.] *Sic solet interpres vertere, ἡγούμενον. S. Hieronymus in Ezech. 45.* Ducem te constituerunt: ne eleueris: sed esto inter eos, quasi vnus ex ipsis. *Est autem caput hoc in vulgata 32.* β Acroama.] *Retinuimus dictionem græcam: qua boni etiam latinitatis auctores vtuntur ad significandum narrationem, aut fabulam, quæ libenter audiatur. Vulgata addit negationem,* vbi auditus non est. *Compluten. habet nonnullas varietates: sed quæ à vulgata discrepent, neque cum sententia satis conueniant.* γ Alio dicente] *In aliquo libro est, καὶ ὅπου γέροντες, & vulgata,* & vbi sunt senes. δ Doctrinam.] *In Compl. additur, αὐτοῦ, & vulgata,* eius. ε Comparationem.] *Aut afferet similia alterum facta ad sui excusationem, aut conferet se ad cœtum hominum sibi similium.* ζ Non exploratæ.] *ἀπροσκόπτῳ. Vulgata,* laboriosæ. *Alij codices, ἀπροσκόπτῳ,* planæ, non impeditæ offendiculis. η Legi.] *Compl. κυρίῳ, vulgata,* Deo, *vt sæpe solet pro,* Domino. θ In Domino.] *Eædem, ἐπ' αὐτῷ,* in illo.

CAP. XXXVI.

TIMENTI Dominum non occurret malum: sed in tentatione; & iterum liberabit illum. Vir sapiens non odiet legem: qui autem simulat in ea; quasi in procella, α nauis. Homo sensatus credet legi, & lex ei fidelis, sicut interrogatio β iustorum. Para verbum, & sic audieris: colliga doctrinam, & responde. Rota carri præcordia fatui: & quasi axis qui versatur, cogitatus illius. Equus ad admissuram, amicus subsannator: sub omni supersedente hinnit. Quare dies diem superat, & omne lumen diei anni à Sole? A Domini scientia separati sunt: & immutauit tempora, & dies festos. Ex ipsis exaltauit, & sanctificauit, & ex ipsis posuit in numerum dierum. Et omnes homines de solo: & ex terra creatus est Adam. In multitudine scientiæ Dominus separauit eos, & immutauit vias illorum. Ex ipsis benedixit, & exaltauit, & ex ipsis sanctificauit, & ad se applicauit. Ex ipsis maledixit, & humiliauit; & euertit illos à statione ipsorum. Quasi lutum figuli in manu eius: omnes viæ eius secundum beneplacitum eius. Sic homines in manu illius qui fecit eos, ad reddendum illis secundum iudicium suum. Contra malum bonum est, & contra mortem vita: sic contra piũ peccator. Et sic intuere in omnia opera altissimi, γ duo, duo, vnum contra vnum. Et δ ego nouissimus euigilaui. ε Et hæreditaui eos, sicut ab initio. Miserere plebi Domine vocatæ in nomine tuo, & Israel, quem primogenito assimilasti. Miserere ciuitati sanctificationis tuæ Hierusalem, ciuitati requiei tuæ. Reple Sion ad extollenda eloquia tua, & à gloria tua populum tuum. Da testimonium ijs, qui ab initio ζ creaturæ tuæ sunt: & suscita prophetias, quæ in nomine tuo. Da mercedem sustinentibus te: & prophetæ tui fideles inueniantur. Exaudi Domine orationem η supplicum tuorum, secundum benedictionem Aaron de populo tuo. Et scient omnes, qui super terram; quia tu Dominus es Deus seculorum. Omnem escam manducabit venter: est autem cibus cibo melior. Fauces gustant cibos venationis: sic cor sensatum verba mendacia. Cor prauum dabit tristitiam: & homo peritus retribuet ei. Omnem masculum excipiet mulier: est autem filia melior filia. Species mulieris exhilarat faciem, & super

omnem

A omnem concupiſcentiam hominis ſuperducit. Si eſt in lingua eius misericordia, & [θ] maſuetudo; non eſt vir illius ſecundum filios hominum. Qui poſsidet mulierem; inchoat poſſeſsionem, adiutricem ſecundum ſe, & columnam requietis. Vbi non eſt ſepes; diripietur poſſeſsio: & vbi non eſt mulier; ingemiſcet errans. Quis enim credet ſuccincto latroni [ι] erranti de ciuitate in ciuitatem? ſic homini non habenti nidum, & deflectenti, vbicunque obſcurauerit.

Verba huius capitis vſque ad illud. Et ego nouiſsimus euigilaui, *habentur in vulgata, & Compluten. cap.* 33. α Nauis.] *Sic vulgata,* πλοῖον. *Complut. mendoſe* πολλῶν, multorum. β Iuſtorum.] *In plerisque codicibus eſt,* δήλων, manifeſtationum: *& similis loquutio eſt Num.* 27. *& in hoc eodem libro c.* 45. *non diſsimilis. Verum de*
B *iſta dictione alibi dictum eſt, & dicetur. Interpres videtur hic legiſſe,* δικαίων, *& coniungit cum ſequentibus,* qui interrogationem manifeſtat; parabit verbum. *In nonnullis eſt* δῆλον, *itemque conſtruitur cum ſequentibus,* quaſi interrogationem manifeſtam, para verbum. γ Duo, duo.] *S. Auguſt.* 11. *de ciuit. cap.* 18. bina, & bina: *reliqua, vt nos.* δ Et ego nouiſſimus euigilaui.] *Poſt hæc in vulgata, & Complut. & vno vetuſto ſequuntur illa, quæ in noſtra, & alijs pleriſque græcis habita ſunt cap.* 30. quaſi, qui colligit acinos, &c. *& S. Auguſtinus q.* 2. *ad Simplicianum:* Ego nouiſſimus vigilaui, quaſi, qui racematur poſt vindemiatores: *omninoque optime cohærent.* ε Et hæreditaui.] *In nonnullis eſt,* καὶ κατακληρονόμησον, & hæredita: *quod optime conuenit, ſi coniungatur cum ijs, quæ in vulgata. c.* 36. *(vbi hæc vſque in finem habentur) præcedunt; in noſtra autem, & alijs pleriſque græcis ſunt in extremo fere cap.* 33. Congrega omnes tribus Iacob (& cognoſcant, quia non eſt Deus, niſi tu, vt enarrent magnalia tua) & hæreditabis eos, ſicut ab initio. *Compl. ſequitur ordinem vulgatæ, ſed habet,* καὶ κατεκληρονόμησα, *quod loco illi conuenire non poteſt.* ζ Creaturæ.] *In aliquo eſt,* κτήμασι, poſſeſsiones. η Supplicum.] *Aliqui,* οἰκετῶν, *& vulgata,* ſeruorum. θ Manſuetudo.] *In Compl. additur,* καὶ ἴασις, & curatio: *quam dictionem habet etiam vulgata.* ι Erranti.] *Alij* ἀφαλλομένῳ, *aut* ἐφαλλομένῳ, *quos videtur ſequu-*
C *tus interpres,* exiliens de ciuitate, &c.

CAP. XXXVII.

OMNIS amicus dicet, & ego cum illo amicitiam copulaui: ſed eſt amicus ſolo nomine amicus. Nonne triſtitia [α] ineſt vſque ad mortem, ſodalis & amicus conuertens ſe ad inimicitiam? O præſumptio nequiſſima, vnde deuoluta es cooperire aridam in doloſitate? Sodalis amico [β] coniocundatur in oblectatione: & in tempore tribulationis contrarius erit. Sodalis
D amico [γ] condolet cauſa ventris: contra [δ] bellum accipiet ſcutum. Ne obliuiſcaris amici in animo tuo: & non immemor ſis illius in opibus [ε] tuis. Omnis conſiliarius extollit conſilium: ſed eſt, qui conſulit ſibi ipſi. A conſiliario ſerua animam tuam: & ſcito prius, quæ ſit illius neceſsitas: etenim ipſe ſibi conſulet: Ne forte mittat ſuper te ſortem, & dicat tibi, bona eſt via tua: & ſtabit è contrario videre, quid tibi eueniat. Noli conſiliari cum eo, qui te ſuſpectum habet, & à zelantibus te abſconde conſilium: Cum muliere de æmula eius, & cum timido de bello: cum negociatore de permutatione, & cum emptore de venditione: cum inuido de gratijs reddendis, & cum immiſericorde de beneficentia: cum pigro de omni opere, & cum mercenario [ζ] domeſtico de conſummatione; ſer-
E uo pigro de multa operatione. Non attendas his de omni conſilio. Sed cum viro ſancto aſsiduus eſto, quem cognoueris obſeruantem mandata: qui in anima ſua eſt ſecundum animam tuam: &, ſi cecideris, condolebit tibi. Et conſilium cordis ſtatue non eſt: enim tibi fidelior ipſo. Anima enim viri annunciare interdum conſueuit magis, quàm ſeptem circumſpectores ſedentes in excelſo ſuper ſpeculam. Et in his omnibus deprecare altiſsimum, vt dirigat in veritate viam tuam. Principium omnis operis, verbum: & ante omnem actum, conſilium. Veſtigium mutationis [η] cordis. Quatuor partes oriuntur, bonum & malum, vita & mors:

A

& mors:& dominatrix assidue illorum est lingua. Est vir astutus, & multorum eruditor;& animæ propriæ inutilis est. Est, qui sapientiã ostentat in sermonibus odibilis: hic omni θ alimento defraudabitur. Non est enim data illi à Domino gratia: omni enim sapientia defraudatus est. Est sapiens animæ suæ:& fructus sensus illius in ore fideles. Vir sapiens plebem suam erudiet:& fructus sensus illius ι fideles sunt. Vir sapiens implebitur benedictione: & beatificabunt illum omnes, qui vident. Vita viri in numero dierum: dies autem Israel innumerabiles sunt. Sapiens in populo suo hæreditabit κ fidem: & nomen eius viuet in æternum. Fili, in vita tua tenta animam tuam: & vide, quid malum ei, & non des ei; non enim omnia omnibus expediunt:& non omni animæ omnia placēt.

B

Noli esse insatiabilis in omnibus delicijs: & non te effundas super epulas. In multis enim escis erit λ labor:& insatiabilitas appropinquabit vsque ad choleram. Propter edacitatem multi obierunt: qui autem attendit; adijciet vitam.

α Inest.] *Sic vulgata, quod græce* ἔνι. *Alij*, μένει, manet. β Coniocundatur in oblectatione.] *Vulgata*, in oblectationibus. *Nonnulli codices*, συνδιαιτᾶ ἐν εὐφροσύνῃ (*ab aliquo abest* ἐν,) conuiuit in lætitia. γ Condolet.] *Sic vulgata quod græce*, συμπονεῖ, *& posset etiam verti*, simul laborat. δ Bellum.] *Aliqui* πολέμου, *& vulgata*, contra hostem. ε Tuis.] *Hic in vulgata subiungitur sententia illa*, noli consiliari cum socero tuo, & à zelantibus te absconde consilium: *cuius similis habetur paulo post in nostra, & alijs græcis, præsertim in secunda parte*, noli consiliari cum eo, qui te suspectum habet, & à zelantibus te absconde consilium. *Compl. vtroque loco hanc habet: Quædam Biblia manuscripta illam priore loco, hanc posteriore.* ζ Domestico.] *Quasi, vt opinor, dicat, quem domi tuæ alis: nam hic minime omnium vellet opus absolui. In nõnullis libris est*, ἐπετείου, *Vulgata videtur vtrumque coniunxisse, & primum vocare operarium agrarium, hunc vero operarium annualem.*

C

η Cordis.] *Nonnulli addunt*, πρόσωπον, καὶ τέσσαρες, vultus, & quatuor, *vulgata*, verbum nequam immutabit cor, ex quo partes quatuor, &c. θ Alimento.] *Aliqui*, σοφίας, sapientia, *vulgata*, re. *S. Augustinus 2. de doctrina Christ. c. 31. priorem huius sententiæ partem refert vt habet vulgata*, qui sophistice loquitur, odibilis est. ι Fideles.] *Nonnulli*, πιστοί, fideli: *nonnulli*, αἰνετοί, laudabiles: *vulgata*, laudabilis. κ Fidem.] *Aliqui*, δόξαν, *& vulgata*, honorem. λ Labor.] *In nonnullis* νόσος, *& vulgata*, infirmitas.

CAP. XXXVIII.

D

HONORA medicum ad necessitates honoribus illius: nam & illum creauit Dominus. Ab altissimo enim est medela: & à rege accipiet α donationem. Scientia medici exaltabit caput illius: & in conspectu magnatorum suspicietur. Dominus creauit de terra medicamenta: & vir prudens non abhorrebit illa. Nonne à ligno indulcata est aqua, vt cognosceretur β virtus illius? & ipse dedit hominibus scientiam, vt glorificaretur in mirabilibus suis: in his curauit, & abstulit dolorem eius. Vnguentarius in his faciet misturam: & γ non consummabit opera sua: & pax ab illo est super faciem terræ. Fili, in infirmitate tua non despicias, sed ora Dominum, & ipse curabit te. Amoue δ delictum, & dirige manus:& ab omni peccato munda cor. Da suauitatem odoris, & memoriale similaginis, & impingua oblationem, ε quasi non sis. Et da locum

E

medico: nam & illum Dominus creauit: & non discedat à te: nam & ipso opus est. Est tempus, cum & in manibus eorum ζ suauitas odoris. Nam & ipsi Dominum deprecabuntur, vt dirigat ipsis requiem, & sanationem propter restituendam valetudinem. Qui peccat contra eum, qui fecit eum, η incidat in manus medici. Fili, super mortuum deduc lachrymas: & quasi dira passus, incipe ploratum. Et secundum iudicium eius contege corpus illius: & non despicias sepulturam illius. Amarum fac ploratum: & calefac planctum, & fac luctum se-

A cundum dignitatē eius vno die, vel duobus propter detractionē: & admitte consolationem propter tristitiā. Ex tristitia enim prouenit mors: & tristitia cordis flectet virtutem. In * abductione trāsit & tristitia: & vita pauperis θ secundū corda. Ne dederis in tristitiam cor tuum: repelle eam memor nouissimorū: & noli obliuisci. Non est enim reditus: & huic non proderis, & teipsum pessimabis. Memento iudicij ι eius; quoniam sic, vt etiam tuum: mihi heri, & tibi hodie. In requie mortui quiescere fac memoriam eius, & consolationem accipe in eo in exitu spiritus illius. Sapiētia scribæ in opportunitate ocij: & qui minoratur actu suo, κ sapientiam percipiet. Quomodo sapientia replebitur, qui tenet aratrum, B & gloriatur in hasta stimuli, boues agitat, & conuersatur in operibus eorum, & enarratio eius in filijs taurorum? Cor suum dabit ad versandos sulcos, & vigilia eius in sagina vaccarum. Sic omnis faber, & architectus, qui noctem, tanquā diē transigit: qui sculpunt sculpturas signaculorum, & λ assiduitas eius immutare varietatem? Cor suū dabit ad assimilandā picturam: & vigilia eius, perficere opus. Sic faber ferarius sedens iuxta incudem, & μ addiscens pigro ferro. Vapor ignis ν durabit carnes eius, & in calore fornacis cōcertabit. Vox ξ mallei innouabit aurem eius: & contra similitudinem vasis oculi eius. Cor suum dabit in consummationem operum: & vigilia eius, ornare in perfectionem. Sic figulus sedens ad C opus suum, & conuertens pedibus suis rotam, qui in solicitudine positus est semper in opus suum, & in numero omnis operatio eius. In brachio suo formabit lutum: & ante pedes curuabit virtutem suam. Cor suum dabit, vt consummet linitionem: & vigilia eius, mundare fornacem. Omnes hi in omnibus suis sperauerunt: & vnusquisque in arte sua sapiens est. Sine ipsis non ædificabitur ciuitas: nec inhabitabunt, nec ο inambulabunt. Et in Ecclesia non transilient, super sellam iudicis non sedebunt, & testamentum iudicij non intelligent: neque palam facient iustitiam, & iudicium: & in parabolis non inuenientur. π Sed creaturam æui confirmabunt. Et deprecatio eorum in ope- D ratione artis. ρ Tantummodo accommodantis animam suam, & conquirentis in lege altissimi.

α Donationem.] *Sic vulgata. In quibusdam codicibus est*, δόξαν, gloriam. β Illius.] *In Compl. additur*, ἀπὸ ἀνθρώπου, ab homine. γ Non consummabit.] *Nonnulli*, οὐ μὴ συντελεσθῇ, *& vulgata*, non consummabuntur opera eius. δ Delictum.] *Compl.* ἀπόστησον πλημμελείας, *& vulgata*, auerte à delicto. ε Quasi non sis.] *Abest à vulgata, & speculo.* ζ Suauitas odoris.] *Idest*, reperiri debet: *potestque referri vel ad ægrotos, vel ad medicos, vel etiam ad sacerdotes. Sed in aliquot codicibus est*, εὐοδία, prosper successus: *in aliquo*, εὐδοκία, beneplacitum. *Vulgata alium præfert sensum.* η Incidat.] *In vno* ἐμπεσεῖται, *& vulgata*, incidet. * In abductione transit.] *Plerique* παραμένει, *& vulgata*, permanet: *quod etiam locum habere potest propter ambiguitatem dictionis istius* ἀπαγωγή: *nam & potest significare abductionem à fletu, & abductionem à consolatione. Nonnulli vero habent*, ἐν ἐπαγωγῇ παραμένει, in obductione (*de quo vocabulo iam notatum est*) permanet. E θ Secundum corda.] *Vulgata*, secundum cor eius: *verba græca*, κατὰ καρδίας, *possent etiam significare*, contra cor. *In aliquot libris est*, κατάρα καρδίας, maledictio cordis. ι Eius.] *Compluten.* μου, *& vulgata*, iudicij mei. κ Sapientiam percipiet.] *Sic etiam vulgata, & optima est sententia. In nonnullis est*, οὐ σοφισθήσεται, non percipiet sapientiam. λ Assiduitas.] *Sic videtur reddidisse interpres, quod est*, ὑπομονή. *In nonnullis est*, ἐπιμονή, instantia. μ Addiscens pigro ferro.] *Aut*, rudi, καταμανθάνων ἀργῷ σιδήρῳ. *Alij* ἔργῳ, *aut* ἐν ἔργῳ, *aut* ἔργα σιδήρου. *Vulgata*, considerans opus ferri. ν Durabit.] *In quibusdam*, τήξει, liquefaciet: *vulgata*, vret. ξ Mallei.] *Nonnulli*, σφύρας, καὶ ἄκμονος, mallei, & incudis, ο Ambulabunt.] *In quibusdam hæc sequuntur*, ἐν βουλῇ λαοῦ οὐ ζητηθήσονται, in consilio populi non requirentur: *quæ absunt etiam à vulgata.* π Creaturam.] *Sic vulgata. Compluten.* κτῆμα, possessionem. ρ Tantummodo accommodantis.] πλὴν τοῦ ἐπιδόντος, *aut* ἐπιδιδόντος, *vt nonnulli. Et supplendum est, non artificum, quos commemoraui, est veræ sapientiæ operam dare, sed tantum illius, qui dat animam suam ad contemplationem legis.*

CAP. XXXIX.

A

SAPIENTIAM omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetijs vacabit. Narrationes virorum nominatorum conseruabit: & in versutias parabolarum simul introibit. Occulta prouerbiorum exquiret, & in ænigmatibus parabolarum conuersabitur. In medio magnatorum ministrabit, & in conspectu præsidis apparebit. In terram alienigenarum gentium pertransiet: bona enim & mala in hominibus tentauit. Cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum: & in conspectu altissimi deprecabitur. Et aperiet os suum in oratione: & pro delictis suis deprecabitur. Si Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebitur. Ipse tanquam imbres emittet verba sapientiæ suæ: & in oratione confitebitur Domino. Ipse diriget consilium eius, & scientiam, & in absconditis eius meditabitur. Ipse palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi intelligentiam eius: [a] vsque in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius: & nomen eius viuet in generationes generationum. Sapientiam eius enarrabunt gentes: & laudem eius enunciabit ecclesia. Si permanserit, nomen derelinquet plusquam mille: &, si requieuerit, acquirit sibi. Adhuc meditatus enarrabo: & tanquam plenilunium, repletus sum. Exaudite me filij sancti, & germinate quasi rosa plantata super riuum [b] agri. Et quasi thus odorem suauitatis emittite: & florete florem, quasi lilium: diffundite odorem, & collaudate canticum. Benedicite Dominum in omnibus operibus: date nomini eius magnificentiam. Et confitemini in laudatione eius, in canticis labiorum, & in citharis. Et sic dicetis in confessione: opera Domini vniuersa [c] quia bona valde: & omne præceptum in tempore suo erit. [d] omnia enim in tempore suo quærentur. In verbo eius stetit aqua, sicut congeries, & in sermone oris illius, exceptoria aquarum. In præcepto ipsius omne beneplacitum: & non est, qui minuat salutare illius. Opera omnis carnis coram illo: & non est abscondi ab oculis eius. A seculo in seculum respexit: & nihil est admirabile in conspectu illius. Non est dicere: Quid est hoc? ad quid hoc? [e] Omnia enim ad vsus ipsorum creata sunt. Benedictio illius, quasi fluuius inundauit, & quomodo cataclysmus, aridam inebriauit. Sic iram suam gentes hæreditare faciet, sicut conuertit aquas in salsuginem. Viæ illius sanctis directæ: sic iniquis offensiones. Bona bonis creata sunt ab initio: sic peccatoribus mala. Principium omnis rei necessariæ ad vitam hominis, aqua, ignis, & ferrum, & sal, & siligo tritici, & mel, & lac, sanguis vuæ, & oleum, & vestimentum. Hæc omnia sanctis in bona: sic peccatoribus in mala conuertentur. Sunt spiritus, qui ad vindictã creati sunt: & in furore suo confirmauerunt flagella [f] sua. Et in tempore consummationis effundent virtutem: & furorem eius, qui fecit illos, sedabunt. Ignis, & grando, & fames, & mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt. Bestiarum dentes, & scorpij, & viperæ, & romphæa vindicans in exterminium impios. In [g] mandato lætabuntur: & super terram in [h] necessitates præparabuntur: & in temporibus suis non præterient verbum. Propterea ab initio confirmatus sum, & meditatus sum, & in scriptura reliqui. Omnia opera Domini bona: & omnem vsum in tempore eius subministrabunt. Et non est dicere, hoc illo nequius est: om-

A est: omnia enim in tempore comprobabuntur. Et nunc in omni corde, & ore collaudate, & benedicite nomen Domini.

α Vsque.] *Nonnulli*, καὶ ἕως, & vsque, *vt vulgata.* β Agri.] *In quibusdam*, ἐπὶ ῥεύματος ὑγροῦ, super fluxum humidum. *Vulgata*, super riuos aquarum. γ Quia.] *Istud* ὅτι, *abest à nonnullis & à vulgata.* δ Omnia enim in tempore suo quærentur.] *Absunt hoc loco à vulgata. In Compluten. vero & ista sunt, & illa præterea præcedunt*, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, τί τοῦτο ἐστι; non est dicere, quid hoc est? ε Omnia enim ad vsus ipsorum creata sunt.] *Hæc non sunt in vulgata: sed pro his habentur illa, quæ modo dicebamus in ea abesse à superiore loco*, omnia enim in tempore suo quærentur. *Sanctus Hieronymus in Ecclesiastem cap. 3.* ne dixeris, quid est hoc, aut quid est istud? Omnia enim tempore suo requirentur. *Sanctus Augustinus quæst. 2. ad Simplicianum*, Collaudemus canticum, & non dicamus, quid hoc, vel quid hoc? Omnia enim in tempore suo creata sunt. ζ Sua.] *In aliquo libro est*, αὐτοῦ, eius. η Mandato.] *Nonnulli*, ἐν τῇ ἀνατολῇ, in exortu. θ Necessitates.] *Vulgata*, necessitate. *Nonnulli*, εἰς χεῖρας, in manus.

B

CAP. XL.

OCCVPATIO magna creata est omni homini, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum vsque in diem [α] in sepultura in matrem omnium. Cogitationes eorum, & timorem cordis, consideratio expectationis, dies finitionis. A residente super thronum in gloria, & vsque ad humiliatum in terra, & cinere: Ab eo, qui portat hyacinthũ, C & coronam, & vsque ad eum, qui operitur lino crudo: Furor, & zelus, & tumultus, & fluctuatio, & timor mortis, & iracundia perseuerans, & contentio, & in tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat cognitionem eius. Modicum tanquam nihil in requie; & ab eo in somnis, quasi in die speculæ, conturbatus est in visu cordis sui; tanquam qui euasit à facie belli: in tempore salutis suæ exurrexit, & admirans ad nullum terrorem. Cum omni carne ab homine vsque ad pecus: & super peccatores septupla, ad hæc, mors, & sanguis, & contentio, & romphæa, oppresiones, fames, & contritio, & flagellum: super peccatores creata sunt hæc omnia: & propter illos factus est cataclysmus. Omnia, D quæ de terra sunt, in terram reuertuntur, & ab aquis in mare reflectunt. Omne munus, & iniquitas delebitur: & fides in seculum stabit. Substantiæ iniustorum sicut fluuius exiccabuntur: &, sicut tonitruum magnum in pluuia personabit: in aperiendo ipsam manus suas, lætabitur: sic præuaricatores in consummationem deficient. Nepotes impiorum non [β] multiplicant ramos: & radices immundæ super duram petram. [γ] Achi super omnem aquam, & oram fluminis ante omne fœnum euelletur. Gratia, sicut paradisus, in benedictionibus: & misericordia in seculum permanet. Vita sufficientis sibi, operarij condulcabitur, & super vtraque, qui inuenit thesaurum. Filij, & ædificatio ciuitatis confirmant nomen: & super vtraque mulier immaculata computatur. E Vinum, & musica lætificant cor, & super vtraque dilectio sapientiæ. Tibia, & psalterium iucundam faciunt melodiam, & super vtraque lingua suauis. Gratiam, & speciem desiderabit oculus [δ] tuus: & super vtraque viriditatem sationis. Amicus, & sodalis in tempore occurrentes: & super vtraque, mulier cum viro. Fratres, & adiutorium in tempore tribulationis: & super vtraque eleemosyna liberabit. Aurum, & argentum statuent pedem: & super vtraque consilium bene placet. Facultates, & fortitudo exaltabunt cor: & super vtraque, timor Domini. Non est [ε] timori Domini minoratio: & non est in eo inquirere adiuto-

[a]diutorium. Timor Domini, sicut paradisus benedictionis: & super omnem gloriam [ζ] operuerunt illum. Fili vitam mendicationis ne viuas: melius est mori, quàm mendicare. Vir respiciens in mensam alienam, non est vita eius in computatione vitæ: contaminabit animam suam in cibis alienis. Vir autem sciens, & disciplinatus custodiet se. In ore impudentis condulcabitur mendicatio: & in ventre eius ignis ardebit.

α In sepultura.] *Vulgata*, sepulturæ. *Nonnulli*, ἐπιστροφῆς, reuersionis. β Multiplicant.] *Aliqui*, πληθυνεῖ *& vulgata*, multiplicabunt. γ Achi.] *Varie scribitur hæc dictio*, ἄχι, ἄχει, ἄχει, *de qua satis notatum est Gen. 41. Hic in vulgata duplicem videtur habere interpretationem, primum*, Sonant *coniuncte cum superioribus*, super cacumen petræ sonant, (*quasi legeretur* ἠχεῖ, *aut Dorice* ἀχεῖ) *deinde*, viriditas. δ Tuus.] *Abest istud* σου, *à plerisque codicibus, & à vulgata.* ε Timori.] *In nonnullis*, ἐν φόβῳ, *& vulgata*, in timore. ζ Operuerunt.] *Sic etiam vulgata. Aliqui*, ἐκάλυψεν, operuit, vestiuit.

CAP. XLI.

O Mors, quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis, quieto, & prospere agenti in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum. O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui cura est de omnibus, & diffidenti, & qui perdidit patientiam. Noli metuere iudicium mortis. Memento priorum te, & nouissimorum. Hoc iudicium à Domino omni carni. Et quid renues in beneplacito altissimi? Siue decem, siue centum, siue mille anni: non est in inferno accusatio vitæ. Filij abominabiles fiunt filij peccatorum, & [α] qui conuersantur parœcijs impiorum. Filiorum peccatorum periet hæreditas: & cum semine illorum, erit assiduitas improperij. De patre impio quærentur filij: quoniam propter illum in opprobrio erunt. Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legem Dei [β] altissimi. Et, si nati fueritis, ad maledictionem nascemini: &, si mortui fueritis, in maledictionem separabimini. Omnia quæ de terra sunt, in terram reuertentur: sic impij à maledicto in perditionem. Luctus hominum in corporibus ipsorum: nomen autem peccatorum non bonum delebitur. Curam habe de nomine. Hoc enim magis permanet tibi, quàm mille magni thesauri auri. Bonæ vitæ numerus dierum, & bonum nomen permanet in æuum. Disciplinam in pace conseruate filij: Sapientia autem abscondita, & thesaurus occultus, quæ vtilitas in vtrisque? Melior est homo, qui abscondit stultitiam suam, quàm homo, qui abscondit sapientiam suam. Igitur reuereamini in verbo meo: non est enim bonum omnem reuerentiam obseruare: & non omnia omnibus in fide placent. Erubescite à patre, & matre de fornicatione: & à præsidente, & potente de mendacio: à iudice, & principe de delicto: à synagoga, & plebe de iniquitate: à socio, & amico de iniustitia: & à loco, in quo habitas, de furto, & à veritate Dei, & testamenti: à fixione cubiti in panibus, ab obfuscatione accepti, & dati: & à salutantibus de silentio: ab aspectu mulieris fornicariæ, & ab auersione vultus [γ] cognati: ab ablatione partis, & dationis: à consideratione mulieris coniugatæ: à solicitatione ancillæ eius: &, ne steteris super lectum eius: ab amicis de sermonibus improperij: & postquam dederis, ne improperes.

α Et, qui

A α Et, qui conuersantur parœcijs, impiorum.] *Retinuimus verbum græcum, vt alibi: quoniam non liquet, an hic sensus sit*, & filij impiorum sunt huiusmodi, vt quiescere non possint, sed frequentibus sedium mutationibus agitentur, *an, vt in vulgata*, & qui conuersantur secus domos impiorum, *& in vicinia illorum*. β Altissimi.] *In quibusdam hæc subiunguntur*, ἐὰν γὰρ πληθυνθῆτε, εἰς ἀπώλειαν, siue enim multiplicemini; in perditionem. γ Cognati.] *Nonnulli*, ἀνθρώπου ἀγενοῦς, hominis nobilis.

CAP. XLII.

AB iteratione, & sermone auditus, & à reuelationibus sermonum absconditorum: Et eris verecundus vere, & inueniens gratiam coram omni homine. Ne pro his confundaris; & ne accipias personam, vt delinquas: B De lege altissimi, & testamento, & de iudicio, iustificando impium: de verbo socij, & viatorum, & de datione hæreditatis amicorum: De exacta ratione stateræ, & ponderum: de acquisitione multorum, & paucorum: de [α] indifferenti venditione, & mercatorum: & de multa disciplina filiorum: & seruo pessimo latus sanguinare. Super mulierem nequam bonum est sigillum. Et, vbi manus multæ sunt, claude. Quodcunque tradideris; in numero & pondere: & datio & acceptio, omnibus in scriptura. De disciplina insensati, & stulti, & decrepiti litigantis cum adolescentibus. Et eris eruditus vere, & probatus in conspectu omnis viuentis. Filia patri, abscondita vigilia: & solicitudo eius aufert somnum: in C iuuentute sua, ne forte fiat superadulta: & cum viro commorata, ne forte odio habeatur: in virginitate, ne forte polluatur, & in paternis suis grauida inueniatur: cum viro manens ne forte transgrediatur; & cum cohabitauerit, ne forte sit sterilis. Super filia non auertente se confirma custodiam: ne quando faciat te gaudium inimicis, fabulam in ciuitate, & vocatum populi: & confundat te in multitudine plurimorum. Omni homini noli intendere in speciem: & in medio mulierum noli considere. De vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas [β] mulieris. Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, & mulier confundens in opprobrium. Memor ero igitur operum Domini, & quæ D vidi, enarrabo: in sermonibus Domini opera eius. Sol illuminans per omnia respexit: & gloria eius plenum est opus eius. [γ] Nonne indidit sanctis Dominus enarrare omnia mirabilia eius, quæ confirmauit Dominus omnipotens, vt firmaretur in gloria ipsius vniuersum? Abyssum, & cor inuestigauit, & in astutijs eorum meditatus est. Cognouit enim Dominus omnem scientiam: & inspexit in [δ] signum æui: annuncians, quæ præterierunt, & quæ superuentura sunt: & reuelans vestigia oculorum. Non præterijt illũ omnis cogitatus: non abscondit se ab eo vllus sermo. Magnalia sapientiæ suæ decorauit, & [ε] quatenus est ante seculum, & in seculum, neque adiectum est ei, neque imminutum, & non eguit aliquo consiliario. Quàm desiderabilia omnia opera eius, & [ζ] tanquam scintillæ, E est considerare. Omnia hæc viuunt, & manent in seculum in omnibus necessitatibus, & omnia obediunt. Omnia duplicia, vnum contra vnum: & non fecit quicquam deficiens. Vnum vnius confirmauit bona. Et quis satiabitur videns gloriam eius?

α De indifferenti venditione, & mercatorum.] *Considerandum, an possit etiam reddi*, de indifferentis venditione, *vt fiat oppositio quædam inter indifferentem, idest, quemuis hominem, & mercatorem. Nam verba græca vtramque sententiam ferunt*, περὶ ἀδιαφόρου πράσεως. *In nonnullis est*, περὶ διαφόρου, de differenti, *aut*, controuersia. *In aliquo etiam sequitur*, πράσεως ἐμπόρων, *sine* καὶ, de differenti venditione mercatorum. *Vulgata*, de corruptione (*al.*

ne (*al.* correptione) venditionis, & negociatorum. ε Mulieris.] *Vulgata*, viri. *Ab aliquot libris vtrumque abest: quare vtrumque videri potest adiectitium, & vnum ab vno, aliud ab alio pro varia cuiusque intelligentia additum esse.* γ Nonne.] *Sic vulgata. Sunt tamen, qui sine interrogatione legant,* οὐκ ἐνεποίησε, non indidit, non permisit. δ Signum.] *Nonnulli,* σημεῖα, signa. ε Et quatenus est.] καὶ ἕως ἐστι. *In vno vetusto, & Compluten.* ὅς ἐστι, *& vulgata*, qui est. ζ Tanquam scintillæ.] *Nonnulli*, καὶ ἕως σπινθῆρος, & vsque ad scintillam.

CAP. XLIII.

GLORIATIO altitudinis firmamentum puritatis, species cæli in visione gloriæ. Sol in aspectu annuncians in α exitu, vas admirabile, opus excelsi. In meridiano suo exiccat regionem: & in conspectu ardoris eius quis sustinebit? Fornacem β sufflans in operibus ardoris: tripliciter Sol exurens montes, vapores igneos γ insufflans, & refulgens radijs obfuscat oculos. Magnus Dominus, qui fecit illum: & in sermonibus eius δ festinauit iter. Et Luna in omnibus in tempore suo, ε ostensionem temporum, & signum æui. A Luna signum diei festi, luminare, quod minuitur super consummationem. Mensis secundum nomen eius est: crescens mirabiliter ζ mutatione. Vas castrorum in celsitudine, in firmamento cæli resplendens. Species cæli, gloria stellarum, η ornatus illuminans, in excelsis θ Dominus. In verbis sanctis stabunt ad iudicium, & ι non deficient in vigilijs suis. Vide arcum, & benedic eum, qui fecit illum: valde speciosus est in fulgore suo. Gyrauit cælum in circuitu gloriæ: manus excelsi aperuerunt illum. Imperio suo accelerauerit niuem, & accelerat coruscationes iudicij sui. Propterea aperti sunt thesauri, & euolauerunt nubes, sicut aues. In magnitudine sua confortauit nubes: & confracti sunt lapides grandinis. Et in aspectibus eius commouebuntur montes: in κ voluntate spirabit Notus. Vox tonitrui eius parturire fecit terram: & tempestas Aquilonis, & vortex spiritus. Sicut aues deorsum volantes, dispergit niuem: & sicut locusta diuertens, descensus eius. Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus: & super imbrem eius expauescet cor. Et pruinam, sicut salem, effundit super terram: & cum congelauerit, fit cacumina tribulorum. Frigidus ventus Aquilo flabit: & gelabit chrystallus ab aqua: super omnem congregationem aquæ requiescet, & tanquam loricam induet aqua. Deuorabit montes, & exuret desertum, & extinguet viride, sicut ignis. Medicina omnium in festinatione nebula, ros obuians ab ardore exhilarabit. Cogitatione sua pacauit abyssum: & plantauit eam λ Iesus. Qui enauigant mare, enarrant pericula eius: & audientes auribus nostris admiramur. Et illic incredibilia, & admirabilia opera, varietas omnis animalis, creatura cetorum. Per ipsum, μ prosper processus, finis eius: & in verbo eius composita sunt. Multa dicemus, & non assequemur: & consummatio sermonum ipse est in ν omnibus. Glorificantes quo valebimus? ipse enim est magnus super omnia opera sua. Terribilis Dominus, & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipsius. Glorificantes Dominum exaltate, quantumcunque potueritis: excedet enim & adhuc. Et exaltantes illum, abundate in virtute, ne laboretis: non enim comprehendetis. Quis vidit eum, & enarrabit? & quis magnificat eum, sicut est? Multa abscondita sunt maiora his: Pauca enim vidimus operum eius. Omnia enim fecit Dominus: & pijs dedit sapientiam.

α Exitu.]

A α Exitu.] *Sic enim vulgata. In quibusdam libris est,* ἐν ἐνδόξῳ, in glorioso. β Sufflans.] φυσῶν. *Nonnulli* φυλάσσων, *& vulgata,* custodiens. γ Insufflans.] ἐμφυσῶν. *In quibusdam* ἐκφυσῶν, *& vulgata,* exufflans. δ Festinauit.] *Sic etiam vulgata. Nonnulli,* κατέπαυσε, cessauit. ε Ostensionem temporum.] *Aliqui* χρόνε, temporis. *Vulgata,* ostensio temporis, *cætera huius sententiæ, vt hic. Complut. autem,* καὶ σελήνην ἐποίησεν εἰς στάσιν εἰς καιρὸν αὐτῆς, ἀνάδειξιν χρόνων, *&c.* & Lunam fecit in statum ad tempus eius, ostensionem temporum, *&c.* ζ Mutatione.] *Nonnulli,* ἐν ἀλλοιώσει, in mutatione. *Compl. quasi de mense sit intelligendum,* αὐξανόμενος θαυμαστῶς ἐν ἀλλοιώσει, auctus mirificauit mutatione. *Vulgata,* crescens mirabiliter in consummationem. η Ornatus illuminans.] *Interpres videtur legisse,* κόσμον, mundum illuminans. θ Dominus.] *Ita etiam vulgata: sed bene fluebat oratio,* mundum illuminans in excelsis Dominus. *Non ita in nostra. In aliquo vetusto, & Complut. est,* κυρίε, in excelsis Domini. ι Et non deficient.] *In quibusdam est,* καὶ ἐ μὴ ἐκκαυθῶσιν, *& in nonnullis Biblijs,* & non exardescent. *In aliquo codice vtrumque coniungitur, hoc post illud.* κ Voluntate.] *Nonnulli addunt,* αὐτῦ, *& vulgata,* in voluntate eius. *In Compl. est alius ordo verborum: sed noster respondet vulgatæ.* λ Iesus.] *Vulgata,* Dominus Iesus. *Aliquot libri habent,* ἐφύτευσεν ἐν αὐτῇ νήσους, plantauit in ea insulas.

B μ Prosper processus, finis eius.] *In plerisque,* δι' αὐτὸν εὐοδοῖ ὁ ἄγγελος αὐτῦ, prosperat angelus eius. *Vulgata,* propter ipsum confirmatus est itineris finis. ν In omnibus.] *Sic videtur reddidisse interpres illud,* τὸ πᾶν, *sed posset etiam verti,* & quæ est consummatio sermonum, ipse est omne.

CAP. XLIV.

PATRVM HYMNVS.

LAVDEMVS nunc viros gloriosos, & parentes nostros generatione: Multam gloriam creauit Dominus, [α] magnificentiam suam à seculo. Dominantes in regnis suis, & viri nominati in potentia: consiliantes in intellectu suo, annunciantes in prophetijs: rectores populi in consilijs, & intellectu litteraturæ populi: sapientes sermones in disciplina eorum: requirentes modos musicos, narrantes carmina in scriptura. Homines diuites subministrati in

C fortitudine, pacem habentes in [β] habitationibus suis. Omnes isti in generationibus gloriam adepti sunt; & in diebus ipsorum gloriatio. Sunt eorum, qui reliquerunt nomen ad enarrandum laudes: & sunt, quorum non est memoria, & perierunt, quasi qui non fuerint, & nati sunt, quasi non nati, & filij eorum post eos. Sed hi, viri misericordiæ, quorum iustitiæ non sunt traditæ obliuioni. Cum semine eorum [γ] permanebit bona hæreditas, nepotes eorum, in testamentis stetit semen eorum, & filij eorum propter illos: vsque in æternum manebit semen

D eorum: & gloria illorum non delebitur. Corpus ipsorum in pace sepultum est: & nomen eorum viuit in generationes. Sapientiam ipsorum narrabunt populi, & laudem annũciat Ecclesia. Enoch placuit Domino: & translatus est, exemplum pænitentiæ generationibus. Noe inuentus est perfectus iustus: in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Ideo fuerunt reliquiæ ipsi terræ: [δ] ideo factum est diluuium. Testamenta seculi posita sunt apud illum; ne deleretur diluuio omnis caro. Abraam magnus pater multitudinis gentium: & non est inuentus similis in gloria: Qui conseruauit legem excelsi: & fuit in testamento cũ illo: & in carne sua stare fecit testamentum, & in tentatione inuentus est fidelis.

E Ideo in iureiurando statuit illi, benedicere gentes in semine ipsius, multiplicare illũ quasi terræ cumulum, & sic vt stellas exaltare semen illius, & hæreditatem dare illis à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad extremum terræ. Et in Isaac statuit ita propter Abraam patrem eius, benedictionem omnium hominum, & testamentum. Et requieuit super caput Iacob. Agnouit eum in benedictionibus suis: & dedit illi [ε] in hæreditate: & diuisit partes eius: in tribus partitus est duodecim. Et eduxit ex eo virum misericordiæ inuenientem gratiam in oculis omnis carnis.

α Magni-

α Magnificentiam suam.] *In aliquo est, τῇ μεγαλοσύνῃ αὐτοῦ, & vulgata*, magnificentia sua. β Habitationibus.] *παροικίαις, aut κατοικίαις, vt aliqui.* γ Permanebit.] *In nonnullis διαμένει, & vulgata*, permanet. δ Ideo.] *Interpres videtur legisse, ὅτι ἐγένετο*, cum factum est. *A Complut. abest pars antecedens*, ideo fuerunt reliquiæ ipsi terræ: *pro quibus in vulgata*, ideo dimissum est reliquum terræ. ε In hæreditate.] *Compl. κληρονομίαν, & vulgata*, hæreditatem.

CAP. XLV.

A

DILECTVM α à Deo, & hominibus Moysem, cuius memoria in benedictionibus est. Similem illum fecit gloriæ sanctorum: & magnificauit eum in timoribus inimicorum: & in verbis eius signa cessare fecit: glorificauit eum in conspectu regum: mandauit illi ad populum suum: & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum β fecit, elegit eum ex omni carne. Auditam fecit ei vocem suam: & induxit illum in caliginem. Et dedit illi coram præcepta, legem vitæ, & scientiæ, docere Iacob testamentum suum, & iudicia sua Israel. Excelsum fecit Aaron sanctum similem illi fratrem eius, de tribu Leui. Statuit ei testamentum seculi, & dedit illi sacerdotium populi: beatificauit illum in decore, & circuncinxit eum γ stola gloriæ. Induit eum consummatione gloriationis, & confirmauit eum δ vasis virtutis, femoralia, & poderem, & humerale: & circundauit eum malis punicis aureis, tintinnabulis plurimis in gyro ad sonandum vocem in gressibus suis, ad faciendum audiri sonitum in templo in memoriam filijs populi sui: stola sancta auro, & hyacintho, & purpura, opere variatoris, rationali iudicij, manifestationibus veritatis, ε torta cocco, opere artificis, lapidibus preciosis sculpturæ sigilli in ligatura auri opere lapidarij in memoriam in scriptura sculpta secundum numerum tribuum Israel: Coronam auream super mitram, efformationem signaculi sanctitatis, gloriam honoris, opus virtutis, desideria oculorum ornata, pulchra. Ante ipsum non fuerunt talia vsque in seculum: non est indutus alienigena, sed filij eius soli, & nepotes eius per omne tempus. Sacrificia ipsius fient holocarpomata quotidie assidue bis. Impleuit Moyses manus, & vnxit illum oleo sancto. Factum est illi in testamentum æternum, & in semine eius in diebus cæli, ministrare ei simul, & sacerdotio fungi, & benedicere populum eius in nomine eius. Ipsum elegit ex omni viuente, offerre oblationem Domino, incensum, & bonum odorem in memoriam, placare pro populo suo. Dedit ζ illum in mandatis suis, potestatem in testamentis iudiciorum, docere Iacob testimonia, & in lege sua lucem dare Israel. Contra eum steterunt alieni, & zelauerunt eum in deserto: homines, qui erant η cum Dathan, & Abiron, & congregatio Core in furore, & ira. Vidit Dominus, & non placuit illi: & consumpti sunt in impetu iracundiæ. Fecit illis monstra ad consumendum in igne flammæ θ suæ. Et addidit Aaron gloriam, & dedit illi hæreditatem. Primitias primitiuorum diuisit ι illis: panem in primis parauit κ satietatem: nam & sacrificia Domini edent, quæ dedit & ei, & semini eius. Cæterum in terra populi non hæreditabit: & pars nõ est illi in populo. Ipse enim λ pars tua, hæreditas. Et Phinees filius Eleazari tertius est in gloria, in zelando eum in timore Domini, & stando in versione populi in bonitate alacritatis animæ suæ: & placauit pro Israel. Ideo μ statutum est illi testamentum pacis, præsidem sanctorum, & populo suo; vt sit illi, & semini

B

C

D

E

A eius ſacerdotij dignitas in ν ſecula. Et teſtamentum Dauidi ξ filio ex tribu Iuda: Hæreditas regis, filij ex filio ſolo: hæreditas Aaron & ſemini eius. Det ο vobis ſapientiam in corde veſtro, iudicare populum ſuum in iuſtitia: ne aboleantur bona ipſorum: & gloriam eorum in generationes eorum.

α Dilectum.] *In pleriſque libris initium capitis eſt in verbis proxime præcedentibus:* Et eduxit ex eo virum miſericordiæ inuenientem gratiam in oculis omnis carnis, dilectum, *&c. In vulgata eſt hic initium: ſed legitur,* Dilectus, *&c.* β Fecit.] *Compl. addit* αὐτόν, *& vulgata,* illum. γ Stola.] *Nonnulli,* στολὴν, *vulgata,* zona. δ Vaſis.] *Complut.* ἐν σκεύεσιν, *vulgata,* coronauit eum in vaſis. ε Torta cocco.] *In quibuſdam illud* κεκλωσμένη *eſt rectius: Compl.* κεκλωσμένῳ, *vulgata,* torto cocco. ζ Illum in mandatis ſuis.] *A quibuſdam abeſt illud,* ἐν, *in. Compl.* αὐτῷ ἐντολὰς αὐτοῦ, ei mandata ſua, *vulgata,* illi in præceptis ſuis. η Cum Dathan.] οἱ περὶ Δαθὰν καὶ Ἀβειρών. *Notum eſt autem hac loquutione ipſos præcipue Dathan, & Abiron ſignificari.* θ Suæ.] αὐτοῦ. *Compl.* αὐτοῖς, *& vulgata,* illos. ι Illis.] *Eædem,* αὐτῷ, illi. κ Satietatem.] *Eædem* ἐν πλησμονῇ, in ſatietate. λ Pars tua hæreditas.] *In aliis,* μερὶς αὐτοῦ κληρονομίας, pars eius hæreditatis, *aut,* μερὶς, καὶ κληρονομία, pars, & hæreditas, *vulgata,* pars eius, & hæreditas. μ Statutum eſt illi teſtamentum.] *Compl.* ἔστη αὐτῷ διαθήκη, *& vulgata,* ſtatuit illi teſtamentum. ν Secula.] *Eadem,* εἰς τὸν αἰῶνα, in æternum. ξ Filio.] *In vno vetuſto additur* Ἰεσσαί, *& vulgata,* Ieſſe. ο Vobis.] *Nonnulli,* ἡμῖν, nobis. *Vulgata,* vt daret ſapientiam in cor noſtrum.

B

CAP. XLVI.

FORTIS in bellis Ieſus Naue, & ſucceſſor Moyſi in prophetijs. Qui fuit C ſecundum nomen ſuum magnus in ſalutem electorum eius, expugnare inſurgentes hoſtes, vt hæreditaret Iſrael. Quam gloriam adeptus eſt in tollendo manus ſuas, & α declinando romphæam contra ciuitates. Quis ante illum ſic ſtetit? Nam β hoſtes ipſe Dominus perduxit. An non in manu eius retrocesſit Sol? & vna dies facta eſt quaſi duæ? Inuocauit altiſsimum potentem, in oppugnando inimicos vndique. Et audiuit γ eos magnus Dominus: in ſaxis grandinis virtutis fortis, erupit contra gentem bellum, & in deſcenſu perdidit contrarios. Vt cognoſcant gentes integram armaturam eorum: quia coram Domino bellum eius. Etenim ſequutus eſt poſt potentem: Et in diebus Moyſi fecit miſericordiam, ipſe, & Caleb filius Iephonne, ſtare δ contra inimicum, pro- D hibere populum à peccato, & ſedare murmur malitiæ. Et ipſi, cum duo eſſent, ſaluati ſunt è ſexcentis millibus, inducere illos in hæreditatem, in terram, quæ manat lac, & mel. Et dedit Dominus ipſi Caleb fortitudinem, & vſque in ſenectutem permanſit illi, vt aſcenderet in excelſum terræ locum: & ſemen eius obtinuit hæreditatem: vt viderent omnes filij Iſrael, quia bonum eſt obſequi Domino. Et iudices, ſinguli ſuo nomine, quorumcunque cor non eſt fornicatum, & quicunque non ſunt auerſi à Domino; ſit memoria eorum in benedictionibus: oſſa eorum pullulent de loco ſuo, & nomen eorum reſtauratum, glorificatis ipſis in filijs. Dilectus à Domino ſuo Iſrael propheta Domini conſti- E tuit regnum, & vnxit principes ſuper gentem ſuam. In lege Domini iudicauit ſynagogam: & viſitauit Dominus Iacob. In fide ſua probatus eſt propheta, & cognitus eſt ε in fide ſua fidelis viſionis. Et inuocauit Dominum potentem, in oppugnando hoſtes ſuos vndique in oblatione ζ agni lactentis. Et intonuit de cælo Dominus: & in ſonitu magno auditam fecit vocem ſuam. Et contriuit principes Tyriorum, & omnes Duces Phyliſtijm. Et ante tempus dormitionis ſeculi conteſtatus eſt in conſpectu Domini, & Chriſti: pecunias, & vſque ad calceamenta ab omni carne non accepi. Et nõ accuſauit eum homo. Et poſtquam dormiuit,

miuit, prophetauit, & ostendit regi finem eius: & exaltauit vocem suam de terra in prophetia, delere iniquitatem populi.

α Declinando.] *In quibusdam*, τῷ ἐκτεῖναι, extendendo, *vulgata*, iactando. β Hostes.] *Sic etiam vulgata. Nonnulli*, πολέμοις, bella. γ Eos.] *Alij*, αὐτὸν, *aut* αὐτῶ, *& vulgata*, eum. δ Contra inimicum.] *Aut*, hostem, *vt vulgata. In quibusdam est*, ἔναντι ἐκκλησίας, contra Ecclesiam. ε In fide sua fidelis visionis.] *In nonnullis*, ἐν ῥήματι αὐτοῦ πίστει ὁράσεως, in verbo suo, fide visionis: *in quibusdam tantum*, ἐν ῥήματι αὐτοῦ, *Vulgata*, in verbis suis fidelis, quia vidit Deum lucis. ζ Agni.] *Sic 1. Reg. 7. Compl.* ἀνδρὸς γαλαθηνοῦ, viri lactentis. *Vulgata*, viri inuiolati.

CAP. XLVII.

ET post hoc surrexit Nathan [α] prophetare in diebus Dauid. Quasi adeps separatus à salutari; sic Dauid à filijs Israel. Cum leonibus lusit, quasi cum agnis; & in vrsis, sicut in agnis ouium. In iuuentute sua nunquid non occidit gigantem, & abstulit opprobrium de gente? in tollendo manum in saxo fundæ, & deijciendo exultationem Goliæ. Nam inuocauit Dominum altissimum: & dedit in dextera eius robur tollere hominem fortem in bello, exaltare cornu gentis suæ. Sic in decem millibus glorificauit eum, & laudauit eum in benedictionibus Domini, in afferendo illi coronam gloriæ. Contriuit enim inimicos vndique, & extirpauit Philistijm contrarios: vsque in hodiernum diem contriuit cornu ipsorum. In omni opere suo dedit confessionem sancto excelso, verbo gloriæ: in omni corde suo laudauit, & dilexit eum, qui fecit ipsum. Et stare fecit cantores contra altare, & ex sono eorum [β] dulces facit modos. Dedit in celebritatibus decus, & ornauit tempora vsque ad consummationem: in laudando ipsos nomen sanctum eius, & à mane personando sanctitatem. Dominus abstulit peccata ipsius, & exaltauit in æternum cornu eius, & dedit illi testamentum [γ] regum, & thronum gloriæ in Israel. [δ] Cum hoc surrexit filius sciens, & propter illum habitauit in latitudine. Salomon regnauit in diebus pacis, [ε] cui Deus requiem dedit in circuitu; vt conderet domum in nomine eius, & pararet sanctitatem in sempiternum. quàm [ζ] sapiens fuisti in iuuentute tua, & impletus es, quasi flumen, intellectu. Terram contexit anima tua, & replesti in parabolis ænigmatum. Ad insulas longe peruenit nomen tuum, & dilectus fuisti in pace tua. In cantilenis, & prouerbijs, & parabolis, & interpretationibus te miratæ sunt terræ. In nomine Domini Dei, cui cognomen est Deus Israel, collegisti quasi stannum, aurum, &, vt plumbum, multiplicasti argentum. Inclinasti femora tua mulieribus, & subiugatus es in corpore tuo. Dedisti maculam in gloria tua, & prophanasti semen tuum, inducere iram super filios tuos, (& [η] compunctus sum super stultitia tua) vt fieret imperium bipertitum, & ex Ephræm inciperet regnum inobediens. Dominus autem non derelinquet misericordiã suam, & non [θ] corrumpet opera sua: nec delebit electi nepotes: & semen eius, qui ipsum dilexit, non tollet. Et dedit reliquias Iacob, et Dauidi ex ipso radicem. Et requieuit Salomon cum patribus: et reliquit post se de semine suo, gentis stultitiam, et imminutum prudentia Roboam, qui auertit gentem consilio suo: et Hieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Israel, et dedit viam peccati ipsi Ephræm. Et redundauerunt peccata ipsorum valde: vt auerteret eos a terra. Et quæsiuerunt omnem nequitiam; donec vindicta veniret super eos.

A α Prophetare.] *Compl.* ὁ προφήτης *& vulgata*, propheta. β Dulces facit.] *Vulgata*, fecit. *Complut.* καὶ ἐξ ἤχου αὐτοῦ γλυκαίνειν μέλη, καὶ καθ᾽ ἡμέραν αἰνέσουσιν ἐν ᾠδαῖς αὐτῶν, & ex sono eius dulces facere modos: & quotidie laudabunt in canticis suis. γ Regum.] *In vno vetusto ad marginem, & in Compl. est*, βασιλείας, *& vulgata*, regni. δ Cum hoc.] *Aliqui*, μετ᾽ αὐτόν, post hunc. ε Cui.] *Sic vulg. Alij*, ὡς, quoniam. ζ Quàm sapiens fuisti.] *Optime conueniunt hæc omnia in secunda persona: & ita collati codices. Compl. autem*, ὡς ἐσοφίσθη ἐν νεότητι αὐτοῦ, καὶ ἐνεπλήσθη, *& vulgata*, quemadmodum eruditus est in iuuentute sua, & impletus est. η Compunctus sum.] *Nonnulli*, καὶ κατανυγῆναι, & compungi, ac vexari, *aut, vt quædam biblia habent*, incitari. θ Corrumpet opera sua.] *Videtur interpres assequutus sententiam. Nam*, οὐ μὴ διαφθαρῇ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, *apte potest hoc significare*, non corrumpet quicquam ex operibus suis, *quamuis & istud*, non peribit propter opera sua.

CAP. XLVIII.

B ET surrexit Elias propheta quasi ignis: & verbum illius quasi facula ardebat. Qui induxit in illos famem: & zelo suo paucos fecit eos. In verbo Domini continuit cælum: deduxit sic α ter ignem. Quàm glorificatus fuisti Elias in mirabilibus tuis: & quis similis tibi, vt glorietur? Qui suscitasti cadauer à morte, & ab inferis in verbo altissimi. Qui deiecisti reges in perniciem, & gloriosos de lecto suo. Qui audis in Sina correptionem, & in Choreb iudicia vindictæ. Qui vngis reges in retributionem, & prophetas successores post te ipsum. Qui assumptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum. Qui descri-C ptus es in correptionibus ad tempora lenire iram β ante furorem, & conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. Beati, qui te viderunt, & qui γ in amicitia decorati sunt. Nam & nos vita viuemus. Elias, qui in turbine tectus est: Et Elisæus impletus est spiritu illius. Et in diebus suis non est commotus à principe: & non subiugauit eum quisquam. Non superauit illum aliquod verbũ; & in dormitione prophetauit cor eius. Et in vita sua fecit monstra: & in morte mirabilia opera eius. In omnibus his non pænituit populus, & non recesserũt à peccatis; vsque dum direpti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnem terram. Et relicta est gens perpauca, & princeps δ domui Dauid. Quidam sane ipsorum fecerunt, quod placeret: quidam autem multa commiserunt peccata. Ezecias D muniuit ciuitatem suam: & induxit in medio ε ipsorum Gog. Fodit ferro rupem, & ædificauit puteos ad aquas. In diebus ipsius ascendit ζ Nacherim: & misit Rapsacem: & η promouit. Et θ promouit manus eius in Sion: & iactauit se in superbia sua. Tunc commota sunt corda, & manus ipsorum: & doluerunt, quasi parturientes. Et inuocauerunt Dominum misericordem, expandentes manus suas ad eum. Et sanctus de cælo cito exaudiuit eos, & redemit eos in manu Esaiæ. Percussit castra Assyriorum: & contriuit eos angelus eius. Nam fecit Ezecias, quod placuit Domino, & fortiter fuit in vijs Dauid patris sui; quas mandauit Esaias propheta magnus, & fidelis in visione ipsius. In die-E bus ipsius retro redijt Sol, & addidit regi vitam. Spiritu magno vidit vltima, & consolatus est lugentes in Sion. Vsque in sempiternum ostendit futura, & abscondita, antequam ipsa euenirent.

α Sic ter ignem.] *Complut.* τρὶς πῦρ ἐξ οὐρανοῦ, ter ignem de cælo. *Vulgata*, & deiecit à se ignem terræ: *nisi & in illa sit legendum*, ter. β Ante furorem.] *Longe meliore sensu quàm Complut.* πρὸς θυμόν, ad furorem. *Vulgata*, lenire iracundiam Domini. γ In amicitia decorati sunt.] *Vulgata*, in amicitia tua decorati sunt. *Alij codices*, οἱ ἐν ἀγαπήσει κεκοιμημένοι, qui in dilectione dormierunt. δ Domui.] *Quidam*, ἐν τῷ οἴκῳ, *& vulgata*, in domo. ε Ipsorum Gog.] *Alij*, αὐτὸν τὸν γώγ, ipsum Gog, *aut*, αὐτῆς τὸ ὕδωρ, ipsius aquam, *aut*, αὐτῶν τὸ ὕδωρ, ipsorum aquam. *Suspicari licet pro* γὼγ, *scribendum esse* γειῶν, *ex 2. Paral. 32.* ζ Nacherim.] *Alij*,

Alij, συναχηρείμ, Sennacherim. η Et promouit.] *Hoc abest à nonnullis. In Compluten. huius loco est*, ἐκ λάχεις, de Lachis. *Vulgata*, & sustulit manum suam contra illos. θ Promouit manus eius.] *Alij quidam*, καὶ ἀπῆρε, *aut* ἐπῆρε χεῖρα αὐτοῦ, *& vulgata*, & extulit manum suam.

A

CAP. XLIX.

MEMORIA Iosiæ in compositionem incensi, facta opere vnguentarij. In omni ore, quasi mel, indulcabitur, & vt musica in conuiuio vini. Ipse directus est in conuersione populi, & abstulit abominationes iniquitatis. Direxit ad Dominum cor suum: in diebus iniquorum corroborauit pietatem. Præter Dauid, & Ezeciam, & Iosiam, omnes delictum deliquerunt. Nam reliquerunt legem altissimi, reges Iuda defecerunt. [α] Dederunt enim cornu suum alijs, & gloriam suam alienæ genti. Incenderunt electam sanctitatis ciuitatem, & desertas fecerunt vias ipsius in manu Hieremiæ. Nam male tractauerant illum: & ipse in vtero consecratus est propheta, eradicare, & affligere, & perdere, similiter ædificare, & plantare. Iezeciel, qui vidit conspectum gloriæ, quam ostēdit illi in curru Cherubim. Nam commemoratus est inimicorum in imbre, [β] & benefacere illis, qui dirigunt vias. Et duodecim prophetarū [γ] ossa pullulent de loco suo. Consolatus est autem Iacob, & redemit eos in fide spei. Quomodo amplificemus Zorobabel? Nam & ipse quasi signaculum in dextra manu. Sic Iesus filius Iosedec. Qui in diebus suis ædificauerunt domum, & exaltauerunt [δ] populum sanctum Domino paratum in gloriam sempiternā. Et [ε] Neemiæ memoria in multum tempus: qui erexit nobis muros euersos, & stare fecit portas, & seras, & erexit sola domorum nostrarum. Nemo creatus est, qualis Enoch, talis in terra: nam & ipse assumptus est à terra. Neque, sicut Ioseph, natus est vir, princeps fratrum, stabilimentum populi. Et ossa ipsius visitata sunt. Sem, & Seth apud homines gloriam adepti sunt. Et super omne animal in creatione Adam.

B

C

α Dederunt enim cornu.] *In quibusdam* ἔδωκε τὸ κέρας dedit cornu. *Vulgata*, dederunt enim regnum. β Et benefacere illis.] *Quidam*, καὶ κατορθῶσαι, & dirigere illos: *nonnulli*, καὶ κατώρθωσε, & direxit. γ Ossa pullulent.] *Pro his vsque ad*, Quomodo, *in Complut. est*, εἴη τὸ μνημόσυνον ἐν εὐλογίαις, sit memoria in benedictionibus. *Vulgata*, ossa pullulent de loco suo: nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis. δ Populum.] *Nonnulli*, ναόν, templum. ε Et Neemiæ.] *In quibusdam est*, καὶ ἐν ἐκλεκτοῖς ἦν Νεεμίας, οὗ ἐπὶ πολὺ τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ, τοῦ ἐγείραντος, Et in electis fuit Neemias, cuius ad multum tempus memoria eius, qui erexit, &c.

D

CAP. L.

SIMON Oniæ filius Sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroborauit templum. Et ab ipso fundata est altitudo [α] duplicis, reparatio excelsa ambitus templi. In diebus ipsius imminutum est [β] receptaculum, [γ] æs quasi maris perimetrum. Curam gerens populi sui à casu, & fortificans ciuitatem [δ] ad obsidendum. [ε] Quàm glorificatus est in conuersatione populi, in egressu domus velamenti? Quasi stella matutina in medio nubis, quasi Luna plena in diebus, quasi Sol refulgens super templum altissimi, & quasi arcus refulgens inter nubes gloriæ, quasi flos rosarum in diebus vernis, quasi lilia super transitus aquæ, quasi germen Libani in diebus æstatis, quasi ignis,

E

A ignis, & thus super focum, quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso, quasi oliua pullulans fructus, & quasi cypressus exaltata in nubibus. In accipiendo ipsum stolam gloriæ, & induendo consummationem gloriationis, in ascensu altaris sancti gloriam dedit amictui sanctitatis. In accipiendo autem membra de manibus sacerdotum & ipse stans iuxta focum aræ, circa illum corona fratrum, quasi plantatio cedri in Libano: & circumdederunt illum, quasi rami palmarum, & omnes filij Aaron in gloria sua. Et oblatio Domini in manibus ipsorum coram omni Ecclesia Israel. Et consummatione fungens super [ζ] aras ad ornandum oblationem excelsi omnipotentis, porrexit manum suam super libatorium, & libauit de sanguine

B vuæ: effudit ad fundamenta altaris odorem suauitatis excelso omnium regi. Tunc exclamauerunt filij Aaron, in tubis ductilibus sonuerunt: auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram altissimo. Tunc omnis populus simul properauit, & ceciderunt in faciem super terram, adorare Dominum suum omnipotentem Deum excelsum. Et laudauerunt psallentes in vocibus suis: in [η] magna domo dulce factum est melos. Et rogauit populus Dominum excelsum in prece ante misericordem, vsque dum perfectus est honor Domini, & ministerium eius perfecerunt. Tunc descendens manus suas extulit in omnem Ecclesiam filiorum Israel, dare benedi-

C ctionem Domino in labijs suis, & in nomine ipsius gloriari. Et [θ] iterauit in adoratione, ad ostendendum benedictionem ab altissimo. Et nunc benedicite Deum omnes, qui magna facit vbique, qui exaltat dies nostros ab vtero; & facit nobiscum secundum misericordiam suam. Det nobis iocunditatem cordis, & fieri pacem in diebus nostris in Israel secundum dies seculi, fidelem faciendo nobiscum misericordiam suam: & in diebus [ι] eius liberet nos. Duas gentes odit anima mea: tertia autem non est gens: Qui sedent in monte Samariæ, [κ] Phylistijm, & stultus populus, qui habitat in Sicimis. Doctrinam intellectus, & scientiæ [λ] scripsi in codice isto, Ie-

D sus filius [μ] Sirach Hierosolymita, qui diffudit sapientiam de corde suo. Beatus, qui in istis versabitur: & qui posuerit illa in corde suo, sapiens erit. Si enim hæc fecerit; ad omnia valebit: quia lux Domini vestigium eius.

[α] Duplicis.] διπλῆς, *quasi supplendum sit*, ὀχυρότητος, munitionis, *aut eiusmodi quiddam; cuius hodie fortasse non extet historia. In quibusdam libris est*, διπλῆς. *In Complutensi est*, διπλοῦ ἀνάλημμα, ὑψηλὸν περίβολον ἱεροῦ, duplex reparatio, excelsus ambitus templi. *Vulgata*, duplex ædificatio, & excelsi parietes templi. [β] Receptaculum.] *In Compluten.* ἠλαττώθη δοχεῖα, imminuta sunt receptacula. [γ] Æs quasi maris, perimetrum.] *Fortasse significat, fecisse mare æneum, supra modum amplum, & capax: & in aliquot codicibus est*, τὸ τρίμετρον, trimetrum. *Et satius est retinere verba græca: quoniam & alia sensa ex ipsis elici possunt. Nonnulli pro* χαλκὸς, *habent*, λάκκος, cisterna, quasi maris. *Interpres totam hanc sententiam sic reddidit*, remanauerunt, (*al.* emanauerunt) putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. [δ] Ad obsidendum.] *Videtur dictum pro*, ad propulsandam obsidionem. *In vetusto codice est*, ἐν πολιορκήσει, in obsidione, dum obsideretur, *aut*, in obsidionem, *idest*, contra obsidionem. *Compluten.* καὶ πολιορκήσας, & obsidens, *sed vix vllo sensu. Interpres videtur legisse*, πλυνωρῆσαι, *habet enim*, qui præualuit amplificare ciuitatem. [ε] Quàm glorificatus est.] ὡς ἐδοξάσθη. *Interpres fortasse habuit*, ὃς, qui adeptus est gloriam. *Compluten.* ἐδοξάσθης, glorificatus es. [ζ] Aras.] *In quibusdam*, ἐπὶ βωμοῦ, *& vulgata*, in ara. [η] In magna domo.] *Sic vulgata, quod græce est*, ἐν πλείστῳ οἴκῳ. *In vno vetusto est*, ἐν παντὶ τῷ οἴκῳ, in tota domo. *Compluten.* ἐν πλείστῳ ἤχῳ, in plurimo sono. [θ] Et iterant in adoratione ad ostendendum.] *Vulgata*, & iterauit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei. *Aliquot codices*, καὶ ἐδευτέρωσαν ἐν προσκυνήσει ἐπιδέξασθαι, & iterauerunt in adoratione ad accipiendam benedictionem, &c.

[ι] Eius.]

ι Eius.] αὐτοῦ, *fortasse*, Simonis. *Vulgata*, vt liberet eos in diebus suis. *Compluten.* καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν λυτρωσάσθω ἡμᾶς, & in diebus nostris liberet nos. κ Phylistijm.] *In quibusdam*, καὶ ἄνδρες οἱ κατοικοῦντες φυλιστιεὶμ, & viri habitantes Phylistijm. *Vulgata*, qui sedent in monte Seir, & Phylistijm. λ Scripsi.] *Compluten.* ἐχάραξε, scripsit, *vt Vulgata*. μ Sirach.] *In nonnullis additur*, ἐλεαζάρου, *aut* ἐλεάζαρ ὁ, Eleazari, *aut*, Eleazar.

A

CAP. LI.

ORATIO IESV FILII SIRACH.

B

CONFITEBOR tibi Domine rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum. Confiteor nomini tuo: quoniam protector, & adiutor factus es mihi. Et liberasti corpus meum à perditione, & à laqueo calumniæ linguæ, à labijs operantium mendacium: [α] & in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordiæ, [β] & nominis tui, à rugitibus præparatorum ad escam, de manu quærentium animam meam: de multis tribulationibus, quas habui: à suffocatione flammæ in circuitu, & de [γ] medio ignis, vbi non sum æstuatus: Ab altitudine ventris inferni, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij, regi [δ] calumnia linguæ iniustæ. Appropinquauit vsque ad mortem anima mea: & vita mea erat appropinquans inferno deorsum. Circundederunt me vndique, & non erat, qui adiuuaret: [ε] respiciens ad adiutorium hominum; & non erat. Et memoratus sum misericordiæ tuæ Domine, & operationis tuæ, quæ à seculo. Quoniam eruis sustinentes te, & saluas eos de manu gentium. Et exaltaui super terram supplicationem meam, & pro mortis liberatione deprecatus sum. Inuocaui Dominum patrem Domini mei, vt non derelinquat me in diebus tribulationis, in tempore superborum destitutionis. Laudabo nomen tuum assidue, & collaudabo in confessione. Et exaudita est oratio mea. Saluasti enim me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nomen Domini. Cum adhuc iunior essem, priusquam oberrarem; quæsiui sapientiam palam in oratione mea: Ante templum postulabam pro illa: & vsque in nouissima inquiram eam. Ex flore, tanquam maturescentis vuæ, lætatum est cor meum in ea: ascendit pes meus in rectitudine: à iuuentute mea [ζ] inuestigaui eam. Inclinaui modice aurem meam, & excepi, & multam inueni mihi doctrinam: profectus est mihi factus in ea. Danti mihi sapientiam dabo gloriam. Consiliatus sum enim, vt facerem illam: & zelatus sum bonum, & non confundar. Colluctata est anima mea in illa, & [η] in factione famis diligenter egi. Manus meas extendi in altum, & ignorantias eius [θ] luxi. Animam meam direxi ad illam: cor acquisiui [ι] cum eis ab initio, & in purificatione inueni eam. Propter hoc non derelinquar: & venter meus conturbatus est quærendo eam. Propterea bonam possedi possessionem. Dedit Dominus linguam mihi mercedem meam: & in ea laudabo eum. Appropiate ad me indocti, & commoramini in domo disciplinæ. Quid tardatis [κ] in his, & animæ vestræ sitiunt vehementer? Aperui os meum, & loquutus sum: comparate vobis sine argento. Collum vestrum

C

D

E

A vestrum subijcite iugo: & suscipiat anima vestra disciplinam: in proximo est inuenire eam. Videte oculis vestris, quia modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem. Acquirite disciplinam in multo numero argenti: & copiosum aurum possidete in ea. Lætetur anima vestra in misericordia eius: & non confundamini in laude ipsius. Operamini opus vestrum ante tempus: & dabit mercedem vestram in tempore suo.

α Et in conspectu astantium.] *Sic vulgata. In vno vetusto, & Compluten. est,* καὶ ἔναντι τῶν ἀνθεστηκότων μοι, & coram ijs, qui stabant contra me. β Et nominis.] *Illud* ὀ, *abest à nonnullis, & vulgata*, misericordiæ nominis. γ De medio ignis, vbi.] *Abest à Complutensi istud,* οὗ, *itemque à vulgata, sed hæc habet*, in medio ignis non sum æstuatus. δ Regi calumnia linguæ iniustæ.] *In quibusdam est,* διαβολῇ, per calumniam. *In Compluten. in recto, sed habet,* ἐκ γλώσσης, à lingua. *Vulgata*, à rege iniquo, & a lingua iniusta. ε respiciens.] *Vulgata addit*, eram. *In quibusdam libris est,* ἐνέβλεπον, inspiciebam. ζ Inuestigaui.] *Quidam,* ἴχνευον, *& vulgata*, inuestigabam. η In factione famis.] *Ita etiam Compluten. Alij,* καὶ ἐν ποιήσει μου, & in operatione mea. *Vulgata*, in faciendo illam confirmatus sum. θ Luxi.] *Vulgata*, & in sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit. *Quædam tamen* Biblia *manuscripta habent*, & insipientiam eius luxi: *quod valde conuenit nostræ. In quibusdam codicibus est,* ἐπενόησα, *& in nonnullis,* ἀπενόησα, & ignorantias illius cogitaui, *aut*, agnoui. ι Cum eis.] *Aliquot,* μετ' αὐτῆς, *& vulgata*, cum ipsa: *in qua etiam, vt in Compluten. alius est ordo verborum. Nam hanc sententiam præcedit illa, quæ in nostra sequitur*, & in purificatione, (*vulgata*, agnitione) inueni eam. κ In his.] *Nonnulli,* καὶ λέγετε. (*Complut.* ἢ τί λέγετε) ἐν τούτοις. *Vulgata*, & quid dicitis in his?

A

O S E E.

B

C A P. I.

VERBVM Domini, quod factum est ad Osee filium Beeri in diebus Oziæ, & Ioatham, & Achaz, & Ezeciæ regum Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Israel. Principium verbi Domini [α] in Osee. Et dixit Dominus ad Osee: Vade, tolle tibi vxorem fornicationis, & filios fornicationis: quia fornicans fornicabitur terra à [β] post Dominum. Et abijt, & accepit Gomer filiam Debelaim. Et concepit, & peperit ei filium. Et dixit Dominus ad eum: Voca nomen eius Iezraël: quia adhuc modicum: & vlciscar sanguinem Iezraël super domum [γ] Iuda: & quiescere faciam regnum domus Israel. Et erit, in die illa conteram arcum Israel in valle Iezraël. Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et dixit ei: Voca nomen eius [δ] absque misericordia: quia nequaquam addam vltra miserere domui Israel: sed aduersans aduersabor eis. Filiorum autem Iuda miserebor: & saluabo eos in Domino Deo suo: & non saluabo eos in arcu, neque in gladio, neque in [ε] bello, neque in equis, neque in equitibus. Et ablactauit eam, quæ erat absque misericordia. Et concepit adhuc, & peperit filium. Et dixit: Voca nomen eius, non populus meus: quia vos non populus meus: & ego non sum vester. Et [ζ] erat numerus filiorum Israel, sicut arena maris, quæ non mensurabitur, nec numerabitur. Et erit, in loco, vbi dictum est eis: Non populus meus vos; vocabuntur & ipsi filij Dei viuentis. Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel simul: & ponent sibi principatum vnum, & ascendent de terra: quoniam magnus est dies Iezraël.

C

D

[α] In Osee.] *Apud Sanctum Hieronymum in editione, quæ præfert titulum lxx. (sed eius tempore vulgata erat, & cum alijs interpretationibus mista, quamque nos posthac vetustiorem dicemus) legitur*, ad Osee, *vt in Complut. & apud Theodoretum*, πρὸς Ὠσηέ. *Sed idem Sanctus Hieronymus in comm. non aliam lectionem agnoscit, quàm*, in Osee. [β] A post Dominum.] *Optime respondet hebræo. In editione vetustiori fortasse per incuriam librarij est tantum*, post Dominum. *Complut.* ἀπὸ τοῦ θεοῦ, à Deo. *Vulgata*, à Domino. [γ] Iuda.] *Sanctus Hieronymus*: Pro Iehu, in editione vulgata legitur Iuda. Sed hoc mihi videtur non vitio lxx. interpretum, sed scriptorum inoleuisse imperitia, &c. *Theodoretus quidem habet*, Iehu. [δ] Absque misericordia.] *Sequuti sumus vetustiorem, & vulgatam nostram; quamuis*, οὐκ ἠλεημένη, *poterat satis apte verti*, misericordiam non consequuta. *In vno codice est*, οὐκ ἠγαπημένη, non dilecta: *cuius lectionis facit etiam mentionem Sanctus Hieronymus. Sed magis probat* οὐκ ἠλεημένη. *Compluten.* ἀνελεημοσύνη, vacuitas misericordiæ. [ε] Bello.] *In multis additur*, οὐδὲ ἐν ἅρμασιν, neque in curribus: *quod neque in vetustiore, neque apud Theodoretum, neque in vulgata est.* [ζ] Erat.] *Sic etiam Theodoretus. Complut. autem* ἔσται, erit: *& ita apud S. Hieron. etiam in vetustiore.*

E

C A P.

CAP. II.

A DICITE fratri veſtro, populus meus: & ſorori veſtræ, miſericordiam conſequuta. Iudicamini cum matre veſtra, iudicamini: quia hæc non vxor mea: & ego non vir eius. Et auferam fornicationem eius à facie mea, & adulterium eius de medio vberum illius: vt expoliem eam nudam, & reſtituam eam iuxta diem natiuitatis ſuæ. Et ponam eam [α] deſertum: & ſtatuam eam, ſicut terram ſine aqua: & occidam illam in ſiti. Et filiorum eius non miſerebor, quoniam filij fornicationis ſunt: quia fornicata eſt mater eorum: confuſa eſt, quæ peperit eos. B Dixit enim: Vadam poſt amatores meos, qui dant mihi panes meos, & aquam meam, & veſtimenta mea, & linteamina mea, [β] oleum meum, & omnia, quæ mihi neceſſaria ſunt. Propterea ecce ego ſepiam viam eius in ſudibus; & [γ] reædificabo vias: & ſemitam ſuam non inueniet. Et perſequetur amatores ſuos, & non apprehendet illos: & quæret eos, & non inueniet eos. Et dicet: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia melius mihi erat tunc, quàm nunc. Et ipſa neſciuit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum: & argentum multiplicaui ei: hæc autem argentea, & aurea fecit [δ] ipſi Baal. Propterea reuertar, & tollam triticum meum in tempore ſuo, & vi- C num meum in tempore ſuo: & auferam veſtimenta mea, & linteamina mea, ne operiant ignominiam eius. Et nunc reuelabo immundiciam eius in conſpectu amatorum illius: & nullus eruet eam de manu mea: & auertam omnes lætitias eius, ſolennitates illius, & neomenias illius, & ſabbata illius, & omnes feſtiuitates illius: & diſperdam vineam eius, & ficus illius; quæ dixit: mercedes meæ iſtæ ſunt, quas dederunt mihi amatores mei. Et ponam [ε] ea in teſtimonium: & comedent ea beſtiæ agri, [ζ] & volatilia cæli, & reptilia terræ. Et vlciſcar ſuper eam dies Baalim; in quibus immolabat eis, & circundabat ſibi inaures ſuas, & monilia ſua, & ibat poſt amatores ſuos: mei autem oblita eſt, dicit Dominus. D Ideo ecce ego ſeducam eam, & ponam illam, quaſi deſertum, & loquar ad cor eius, & dabo ei poſſeſſiones ſuas inde, & vallem Achor [η] ad aperiendam intelligentiam eius. Et [θ] humiliabitur illic iuxta dies infantiæ ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis eius de terra Ægypti. Et erit in die illa, ait Dominus, vocabit me, vir meus: & non vocabit me vltra Baalim: & auferam nomina Baalim de ore eius: & non recordabuntur vltra nominum eorum. Et diſponam eis teſtamentum in die illa cum beſtijs agri, & cum volatilibus cæli, & reptilibus terræ. Et arcum, & gladium, & bellum conteram de terra, & habitare [ι] te faciam in ſpe. Et ſponſabo te mihi in ſempiternum: & ſponſabo te mihi in iuſtitia, & in iudicio, & in miſericordia, & in miſerationibus: & ſponſabo te mihi in fide: & [κ] cognoſces E Dominum Et erit in die illa, dicit Dominus: Exaudiam cælum: & cælum exaudiet terram: & terra exaudiet frumentum, & vinum, & oleum: & hæc exaudient Iezrael. Et ſeminabo eam mihi ſuper terram, & [λ] diligam non dilectam, & dicam non populo meo; populus meus es tu. Et ipſe dicet: Dominus Deus meus es tu.

α Deſertum.] *Apud S. Hier.* vt deſertum, *& in aliquot libris*, ὡς ἔρημον. *Complut.* ἐν ἐρήμῳ, in deſertum. β Oleum.] *In aliquo libro eſt*, καὶ τὸ ἔλαιόν μου, & oleum meum, *ſicut apud S. Hieronymum. In nonnullis vero*, ὁ οἶνός μου, καὶ τὸ ἔλαιόν μου, vinum meum, & oleum meum. γ Reædificabo.] ἀνοικοδομήσω, *quaſi*, exaggerabo, *vt valeat*

vt valeat idem, quod in Compl. & apud Theodoretum est, φράγνύσομαι, *& apud S. Hier.* obstruam. δ Ipsi Baal.] τῇ βαὰλ, *S. Hieron. inquit quosdam male* βαὰλ, *&* βααλείμ, *legere feminino genere: cum sint legenda masculino. In græcis exemplaribus vtroque modo legitur. Nam hoc eodem capite paulo post*, ἐν αἷς ἐπέθυεν αὐτοῖς, *non* αὐταῖς. ε Ea.] *Sic etiam hebræus, & chaldæus. Apud S. Hier.* eam. ζ Et volatilia cæli, & reptilia terræ.] *Hæc inquit S. Hier.* obelo esse prænotanda. η Ad aperiendam intelligentiam eius.] *S. Hier.* Hoc interpretatus est Symm. εἰς θύραν ἐλπίδος, idest in ostium spei, Theodotion. ἀνεῷξαι τὴν ὑπομονὴν αὐτῆς, idest, aperire patientiam, vel expectationem eius. θ Humiliabitur.] *S. Hier.* Quod Symm. interpretatus est, κακωθήσεται, idest affligetur, Theodotion, ἀποκριθήσεται, idest respondebit, Aquila, ὑπακούσει, idest obediet, nos ab hebræo κατὰ λέξιν magis accipimus, idest præcinet. ι Te.] *A quibusdam abest istud* σε. *In Compl. & apud Theodoretum*, αὐτοῖς, *& apud S. Hier.* eos. κ Et cognosces Dominum.] *Apud eosdem*: καὶ ἐπιγνώσῃ ὅτι ἐγὼ κύριος, & scies, quia ego Dominus. λ Diligam non dilectam.] *Cæteri libri, & Theodor.* καὶ ἐλεήσω τὴν οὐκ ἠλεημένην, *& apud S. Hier.* & miserebor eius, quæ fuit absque misericordia.

CAP. III.

ET dixit Dominus ad me: Adhuc vade, & dilige mulierem diligentem mala, & adulteram: sicut diligit Deus filios Israel: & ipsi respiciunt ad Deos alienos, & amant coctiones cum [α] vinacijs. Et [β] conduxi mihi quindecim argenteis, & Gomor ordei & [γ] Nebel vini. Et dixi ad eam. Dies multos sedebis [δ] super me: & non fornicaberis, nec eris [ε] viro: & ego super te. Quia diebus multis sedebunt filij Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine [ζ] manifestationibus. Et post hæc reuertentur filij Israel: & quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum: & stupebunt ad Dominum, & super bonis eius in [η] nouissimis diebus.

α Cum vinacijs.] *Idem videtur valere* μετὰ σαφίδος, *ac si esset* μετὰ σταφίδων, *vt Complut. Aquila*, παλαιά, vetera. *Symm.* ἀχάριτας, steriles, *vt interpretatur S. Hier.* β Conduxi.] *In Compl. additur* αὐτήν, *& apud S Hier.* eam. γ Et Nebel vini.] *S. Hier.* Cæteri interpretes ἡμίκορον hordei transtulerunt, idest mediam partem cori, quæ facit quindecim modios. δ Super me.] ἐπ' ἐμοί, *& paulo post*, ἐπὶ σοί, *quasi*, expectando me, expectando te. *Sed apud S. Hier. est*, mihi, *&*, tibi. ε Viro.] *In cæteris libris sequitur*, ἑτέρῳ, alteri: *quod etiam per typographi incuriam irrepsit in nostram, nam in Vaticano non est. S. Hier.* Quodque iungitur in editione vulgata, neque eris alteri viro; alteri, in hebraico non habetur, &c. ζ Manifestationibus.] *S. Hieron. refert Aquilam transtulisse* φωτισμοῖς, illuminationes: *ac de ista dictione, multa & ipse, & Theodoretus.* η In nouissimis.] *In aliquot codicibus est*, ἐπ' ἐσχάτου, *apud S. Hier.* in nouissimo die.

CAP. IV.

AVDITE verbum Domini, filij Israel: quia iudicium Domino ad habitatores terræ: quia non est veritas, neque misericordia, neque scientia Dei super terram. Maledictio, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium effusum est super terram; & [α] sanguines in sanguinibus miscent. Ideo lugebit terra, & minuetur cum omnibus, qui habitant eam, cum bestijs agri, & cum serpentibus terræ, & cum volatilibus cæli: & pisces maris deficient. Vt nullus neque iudicetur, neque arguatur quisquam. Populus autem meus, quasi sacerdos, cui contradicitur: & infirmabitur per diem: & infirmabitur propheta [β] tecum. Nocti assimilaui matrem tuam: assimilatus est populus meus, quasi non habens scientiam. Quia tu scientiam repulisti; & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui: & ego obliuiscar filiorum tuorum. Secundum multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi. Gloriam eorum in ignominiam ponam. Peccata populi mei comedent: & in iniquitatibus eorum [γ] accipient animas eorum. Et erit sicut populus, sic & sacerdos. Et vlciscar super eum vias eius, & cogitationes illius reddam ei. Et comedent, &

A dent, & non implebuntur: fornicati sunt, & non dirigentur: quia Dominum reliquerunt [δ] ad custodiendum. Fornicationem, & vinum, & ebrietatem suscepit cor populi mei. In [ε] augurijs interrogabant: & in virgis [ζ] eius annunciabant ei. Spiritu fornicationis seducti sunt: & fornicati sunt à Deo suo. Super vertices montium sacrificabant, & super colles immolabant, subter quercum, & populum, & nemorosam arborem: quia bonum erat vmbraculum. Propterea fornicabuntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ mœchabuntur. Et non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras, cum adulterauerint. Quoniam ipsi cum meretricibus miscebantur, & cum [η] initiatis immolabant: B & populus non intelligens adhærebat meretrici. Tu autem Israel ne ignores, & Iuda: nolite ingredi in Galgala, & ne ascendatis in domum [θ] On, & ne iuretis [ι] viuentem Dominum: quoniam sicut vacca asilo percussa insaniuit Israel: Nunc pascet eos Dominus, sicut agnum in spacioso. Particeps idolorũ Ephræm posuit sibi scandala: [κ] prouocauit Chananæos. Fornicantes fornicati sunt: dilexerunt ignominiam ex fremitu eius. Turbo spiritus [λ] tu es in alis eius. Et confundentur ex altaribus suis.

α Sanguines.] *Compl.* αἷμα ἐφ' αἵμασι, sanguinem in sanguinibus. *Apud S. Hieron.* & sanguinem sanguini miscuerunt. β Tecum.] *Sic etiam S. Hieron. & Theodoretus. Alij libri,* μετ' αὐτοῦ, cum eo. γ Accipient.] C *Ita Theodoretus. Plerique autem,* λήψονται ἄλλοι, *& apud S. Hier.* accipient alij *Quidam,* λήψονται λαοί, accipient populi. δ Ad custodiendum.] τοῦ φυλάξαι, *& respondet hebræo. Complut.* τοῦ μὴ φυλάξαι, *& apud S. Hieron.* vt non custodirent. ε Augurijs.] *Sic apud S. Hier. quod græce est,* ἐν συμβόλοις, in significationibus. *Est enim communius quiddam, quàm augurium.* ζ Eius.] *In aliquo libro est,* αὐτῶν, *& apud S. Hier.* suis. η Initiatis.] *Aquila,* ἐνηλλαγμένων, mutatis, *vt S. Hier interpretatur. Symm.* ἑταιρίδων, scortis. *Theodotio,* κεχωρισμένων, separatis. θ On.] ὤν. *Ita etiam Theodoretus: atque inquit esse nomen idoli in Bethel. Legenda sunt quæ & ipse, & S. Hier. de hac re afferunt. Alibi apud Theodoretum scribitur* ὢν, *eiusque alia affertur explicatio. Hic in plerisque libris est,* εἰς οἶκον ἀδικίας. *S. Hier.* Pro domo ὤν, in quibusdam exemplaribus, & maxime in Theodotione legitur, οἶκον τῆς ἀδικίας, idest domum iniquitatis: quod Aquila, & Symm. interpretati sunt, οἶκον ἀνωφελῆ, idest domum inutilem. *Theodoretus illud* ἀδικίας, *(aut, vt in Schol.* ἀθεΐας impietatis, *) tribuit Symmacho: istud vero* οἶκον ἀνωφελῆ *Aquilæ, & Theodotioni.* ι Viuentem Dominum.] *Sic etiam Theodoretus. Compl.* ζῇ κύριος, *& apud S. Hieron.* viuit Dominus. κ Prouocauit Chananæos.] *Hoc notat S. Hieron. non haberi in hebræo.* λ Tu es.] σὺ εἶ. *Aliquot libri,* συνεῖ, simul es. *In nonnullis, & apud Theodoretum est,* συριεῖ, *& apud S. Hier.* sibi-D labit. *Symm.* ἔδησε τὸν ἄνεμον ἐν πτέρυξιν ἀνέμων, *quæ S. Hier. sic reddit,* velut, siquis liget ventum in alis venti.

CAP. V.

AVDITE hæc sacerdotes, & attendite domus Israel, & Domus regis auribus percipite: ad vos enim est iudicium: quia laquei facti estis speculationi, & sicut rete expansum super [α] Itabyrium: quod, qui capiunt venationẽ, confixerunt. Ego enim magister vester: ego cognoui Ephræm: & Israel non recessit à me. Quia nunc fornicatus est Ephræm: commaculatus est Israel: non dederunt cogitationes suas, vt reuerterentur ad Deum suum: quia spiritus E fornicationis est in eis: Dominum autem non cognouerunt. Et humiliabitur [β] iniuria Israel in faciem eius. Et Israel, & Ephræm infirmabuntur in iniquitatibus suis. Et infirmabitur etiam Iudas cum eis. Cum ouibus, & vitulis ibunt ad quærendum Dominum, & non inuenient eum. Declinauit enim ab illis, qui Dominum reliquerunt; quia filios alienos genuerunt sibi: nunc deuorabit eos [γ] rubigo, & [δ] cleros eorum. Clangite tuba super colles, sonate super excelsa prædicate in domo On: mente excidit Beniamin: Ephræm in desolationem factus est in diebus correptionis. In tribubus Israel ostendi fidelia: facti sunt principe

cipes Iuda, quasi transferentes terminos: super eos effundam, sicut aquam, impetum meum. Oppressit Ephræm aduersarium suum, conculcauit iudicium: quia cœpit abire post vana. Et ego, quasi conturbatio Ephræm, & quasi stimulus domui Iuda. Et vidit Ephræm infirmitatem suam, & Iudas dolorem suum. Et abijt Ephræm ad Assyrios, & misit [ε] legatos ad regem [ζ] Iarim. Et ipse non potuit [η] sanare vos: & non cessabit à vobis [θ] dolor. Quia ego sum, quasi panther Ephræm, & quasi leo domui Iuda. Et ego rapiam, & vadam, & tollam: & non erit, qui eruat. Ibo, & reuertar in locum meum; donec dispereant, & quærent faciem meam.

[α] Itabyrium.] *Docet S. Hieron. sic esse à lxx. nominatum montem Thabor.* [β] Iniuria.] ἡ ὕβρις, *& S. Hier. testatur eodem modo Symmachum esse interpretatum. Aquilam vero, & Theodotionem,* ἀλαζονείαν, idest superbiam. *cap. 7.* ὕβρις, *vertitur,* contumelia. [γ] Rubigo.] *Pro hoc inquit. S. Hieron. Aquilam dixisse,* neomenias, *Symmachum, & Theodotionem,* mensem. [δ] Et cleros eorum.] S. *Hieron.* idest cum possessionibus, quas in diuisionem terræ ad mensuram funiculi susceperunt. [ε] Legatos.] *S. Hier.* Non habetur in hebræo. [ζ] Iarim.] *S. Hier.* Vbi lxx. posuerunt Iarib; nos iuxta Symmachum vltorem vertimus: nam Aquila, & Theodotion iudicem interpretati sunt. [η] Sanare.] *Sic hebræus. Alij,* διασῶσαι, saluare, *aut,* ῥύσασθαι, liberare, *vt apud S. Hier.* [θ] Dolor.] *Nonnulli,* τὴν ὀδύνην, *& apud S. Hier.* nec cessare faciet à vobis dolorem, *qui etiam testatur, Aquilam dixisse,* ἐπίδεσιν, *siue* σύνδεσμον, idest colligationem, siue coniurationem.

C A P. VI.

IN tribulatione sua mane vigilabunt ad me, dicentes: Eamus, & reuertamur ad Dominum Deum nostrum: quia ipse [α] rapuit, & sanabit nos; percutiet, & [β] curabit nos: sanos nos faciet post dies duos: in die tertio resurgemus, & viuemus coram eo, & sciemus. Persequamur, vt cognoscamus Dominum: quasi mane paratum inueniemus eum: & veniet nobis quasi pluuia temporanea, & serotina terræ. Quid faciam tibi Ephræm? Quid faciam tibi Iuda? Misericordia autem vestra, quasi nubes matutina, & quasi ros matutinus pertransiens. Propterea succidi prophetas vestros: occidi eos in verbo oris mei: & iudicium [γ] meum, quasi lux egredietur. Quia misericordiam volo, [δ] quàm sacrificium, & scientiam Dei magis, quàm holocausta. Ipsi vero sunt, sicut homo [ε] præteriens testamentum. [ζ] Ibi contempsit me Galaad, ciuitas, quæ operatur vana, & conturbat aquam: & [η] fortitudo tua viri piratæ. Absconderunt sacerdotes [θ] viam, interfecerunt Sicima, quia iniquitatem operati sunt. In domo Israel vidi horribilia, ibi fornicationem Ephræm: contaminatus est Israel, & [ι] Iuda. Incipe vindemiare tibi; cum conuertero captiuitatem populi mei.

[α] Rapuit.] *Respondet hebræo. Cæteri libri, & Theodoretus,* ἔπαισε, *& apud S. Hier.* verberauit. [β] Curabit.] *Ita apud S. Hieronymum, quod græce est,* μοτώσει, *quasi linamento immisso curabit. Alij vertunt,* turbabit. [γ] Meum.] *Theodoretus, & Compl.* σου, *& apud S. Hier.* tuum. [δ] Quàm sacrificium.] *Loquutio vsitata: subintelligitur enim,* magis, *quod in sequenti membro exprimitur apud S. Hier. Hic tamen cæteri libri, & Theodoretus habent,* ἢ θυσίαν, *& apud eundem,* & non sacrificium. [ε] Præteriens.] *Sic apud S. Hieron. quod græce,* παραβαίνων. *In Compl.* παραπικραίνων, exacerbans. [ζ] Ibi contempsit me Galaad.] *Sic habet, & interpungit etiam* S. *Hieron. in comm. licet in textu addat,* enim. *Compl.* ἐκεῖ κατεφρόνησάν μου, ibi contempserunt me: *ac deinde quasi ab alio initio,* Galaad, *&c. Apud Theodoretum videtur legi,* ἐκεῖ γὰρ κατεφρόνησέ μου. κατεφρόνησέ μου Γαλαάδ, Ibi enim contempsit me: contempsit me Galaad. [η] Et fortitudo tua viri piratæ.] S. *Hieron. refert ex Symmacho,* & fauces tuæ, quasi viri insidiatoris. [θ] Viam.] *In cæteris libris sequitur* κυρίου, *& apud S. Hieron.* Domini: *quod non est in hebraico. Sym. referente S. Hieronymo,* Societas sacerdotum in via interficiebant Sychem: *Theodotio,* absconderunt sacerdotes viam, interficiebant in dorso: *Aquila,* participatio sacerdotum in via occidebant humeros. [ι] Iuda.] *In cæteris libris, & apud Theodoretum sequuntur hæc,* ἀφῆκε θερισμὸν αὐτοῦ, dimisit messem suam: *quæ neque apud S. Hier. habentur.*

C A P.

C A P. VII.

CVM [α] sanarem ego Israel, & [β] reuelabitur iniquitas Ephræm, & malitia Samariæ: quia operati sunt mendacia. Et fur ad eum [γ] ingredietur, spolians latro in via eius: vt concinant quasi canentes corde suo. Omnes malitias eorum recordatus sum. Nunc circundederunt eos [δ] cogitationes suæ: contra faciem meam factæ sunt. In malitijs suis lætificauerunt [ε] reges, & in mendacijs suis principes. Omnes adulterantes, quasi clibanus accensus ad coquendum, [ζ] deustionis à flamma, à commistione fermenti, donec [η] ipsum fermentaretur. Dies regum vestrorum. Cœperunt principes furere à vino: extendit manum suam cum pestilentibus: quia succensa sunt, quasi clibanus, corda eorum; cum [θ] præcipitarentur tota nocte; Ephræm somno repletus est: mane factum est: accensus est, quasi ignis flamma. Omnes calefacti sunt, quasi [ι] clibanus: & deuorauerunt iudices suos. Omnes reges eorum ceciderũt: non [κ] fuit in eis, qui inuocaret me. Ephræm in populis suis commiscebatur: Ephræm factus est subcineritius, qui non reuersatur: comederunt alieni fortitudinem eius. Ipse vero nesciuit, & cani effloruerunt ei: & ipse ignorauit. Et humiliabitur cõtumelia Israel in facie eius. Et non sunt reuersi ad Dominum Deum suum, & non quæsierunt eum in omnibus his. Et erat Ephræm, quasi columba [λ] insipiens, non habẽs cor. Ægyptum inuocabat, & in Assyrios abierunt. Sicut ibunt, mittam super eos rete meum: vt volatilia cæli, detraham illos: corripiam eos in auditu tribulationis eorum. Væ eis, quoniam [μ] resilierunt à me. [ν] Meticulosi sunt, quoniam impie egerunt in me. Ego vero redemi eos: ipsi vero loquuti sunt contra me mendacia. Et non clamauerunt ad me corda eorum, sed vlulabant in cubilibus suis. Super tritico, & vino dissecabantur: eruditi sunt in me. Et ego confortaui brachia eorum: & contra me cogitauerunt mala. Conuersi sunt in nihilum: facti sunt quasi arcus intentus. Cadent in gladio principes eorum propter imperitiam linguæ eorum. Hæc est subsannatio eorum in terra Ægypto.

α Cum sanarem ego Israel.] *Apud Theodoretum hæc coniunguntur cum superioribus.* β Reuelabitur.] *Sic etiam Theodoretus. Compl.* ἀπεκαλύφθη, *& apud S. Hieron.* reuelata est. γ Ingredietur.] *Ita apud Theodoretum. In Compl. rursus* εἰσῆλθεν, *& apud S. Hieron.* ingressus est. δ Cogitationes.] *Theodoretus ex Aquila, & Symmacho,* τοῖς ἐπιτηδεύμασι, *& S. Hier. in sua,* adinuentiones. ε Reges.] *Sic etiam apud S. Hier. & Theodoretum. In alijs libris est,* βασιλέα, regem. ζ Deustionis à flamma.] *Theodoretus videtur habuisse,* εἰς κατάκαυμα τῆς φλογὸς, *& apud S. Hier. est,* in deustionem flammæ. *Compl.* ἐπὶ τῆς καιούσης φλογὸς, super deurentem flammam. η Ipsum.] *In Compl. & apud Theodoretum est,* ὅλον, *& apud S. Hier.* totum. θ Præcipitarentur.] *Verbum* καταῤῥάσσειν, *manifesto S. Hier. agnoscit. Ita enim inquit:* Hoc enim iuxta lxx. significant cataractæ, quæ non sursum leuant, sed allidunt deorsum. *Habet etiam Theodoretus: pro quo testatur cæteros interpretes dixisse,* ἐνεδρεύειν, cum insidiarentur. *Compl. autem,* ἐν τῷ καταπνίζεσθαι. ι Clibanus.] *In cæteris sequitur,* καιόμενος, *& apud S. Hier.* ardens. κ Non fuit.] *Ita etiam Theodoretus. Compl.* οὐκ ἔστιν, *& apud S. Hier.* non est in eis, qui inuocet me. λ Insipiens.] *Aut,* insensata: ἄνους, enim, (*inquit S. Hier.*) vtrumque potest exprimere. *Addit idem ab Aquila, & Symmacho dictum esse,* θελγομένη ἢ ἀπατωμένη, lactata, siue decepta. μ Resilierunt.] *Hoc agnoscit ex lxx. S. Hier.* ν Meticulosi sunt.] *Testatur idem nonnullos codices habuisse,* δείλαιοι, *quamuis alios,* δῆλοι, manifesti: *quomodo etiam Theodoretus. Idem S. Hier. inquit hoc Symm. esse interpretatum interitum, Theodotionem miseriam.*

C A P. VIII.

IN [α] sinu eorum, quasi terra: sicut aquila super domum Domini: pro eo, quod transgressi sunt testamentum meum, & contra legem meam impie egerunt. Me clamabunt, Deus cognouimus te: quia Israel [β] auersatus est bona:

bona: inimicum persequuti sunt: [γ] sibimetipsis regnauerunt, & non per me: principes extiterunt, & non indicauerunt mihi: argentum suum, & aurum suum fecerunt sibi idola, vt dispereant. Proijce vitulum tuum Samaria: concitatus est furor meus super eos. Vsquequo non poterunt emundari in Israel? Et hoc artifex fecit, & non est Deus: quia [δ] seducens erat vitulus tuus Samaria: quia corrupta vento seminauerunt: & subuersio eorum suscipiet ea. Manipulus non habens vires, vt faciat farinam: quòd, etsi fecerit; alieni comedent eam. Deuoratus est Israel: nunc factus est in nationibus, quasi vas inutile. Quia ipsi ascenderunt ad Assyrios; germinauit apud seipsum Ephræm. Munera dilexerunt: idcirco tradentur in gentibus. Nunc suscipiam eos: & quiescent parum, vt vngant regem, & principes. Quia multiplicauit Ephræm altaria; [ε] in peccata facta sunt ei altaria dilecta. Scribam ei multitudinem: & legitima eius in aliena reputata sunt, altaria [ζ] dilecta. Quia, si immolauerint hostiam, & comederint carnes; Dominus non suscipiet ea. Nunc recordabitur iniquitates eorum, & vlciscetur peccata eorum. Ipsi in Ægyptum conuersi sunt: [η] & in Assyrijs immunda comedent. Et oblitus est Israel eum, qui fecit illum: & ædificauerunt delubra. Et Iudas multiplicauit vrbes muratas. Et emittam ignem in ciuitates eius: & deuorabit fundamenta [θ] earum.

α In sinu eorum, quasi terra.] *S. Hieron. testatur ita solos lxx. dixisse, Aquilam autem, & Symmachum, & Theodotionem*, in gutture tuo sit tuba. *Apud Theodoretum est*, ὡς γῆ ἄβατος, ὡς σάλπιγξ, quasi terra inuia, sicut tuba: *vt videantur admistæ diuersæ interpretationes. In cæteris libris pro* σάλπιγξ, *est*, ἀλώπηξ, vulpes. β Auersatus.] *Apud S. Hier. fortaßе culpa librarij est*, auersata. *Complut.* ἀπῤῥίψατο, proiecit. γ Sibimetipsis regnauerunt.] *Apud S. Hieron.* ex semetipsis. *Ac fortasse verba ista*, ἐβασίλευσαν, ἦρξαν, *transitiue accipienda sunt*, fecerunt regem, fecerunt principes. δ Seducens.] *Testatur S. Hier. & ex parte etiam Scholiastes, Theodotionem dixisse vt lxx.* πλανῶν, *Aquilam*, errantibus, siue conuersis, *Symmachum*, inconstans, *vel*, instabilis, *id est* ἀκαταστατῶν, *quintam editionem*, ῥεμβεύων, vagus, & fluctuans. ε In peccata facta sunt ei altaria dilecta.] *Apud S. Hieron.* in peccatum. *In Compluten. illud*, in peccata, *coniungitur cum antecedentibus: deinde sequitur*, καὶ ἐγενήθη αὐτῷ θυσιαστήρια ἠγαπημένα, & facta sunt ei altaria delicta. ζ Dilecta.] *Abest à cæteris libris, & S. Hieronymo: habet Theodoretus.* η Et in Assyrijs immunda comedent.] *S. Hieron. in comm. habet*, comederunt, *& inquit hoc in hebraico non haberi, & idcirco obelo prænotandum: repetuntur sequenti cap.* θ Earum.] *Alij*, αὐτῶν, *& apud S. Hieron.* eius.

CAP. IX.

NOLI gaudere Israel, & noli lætari, sicut populi: quia fornicatus es à Deo tuo. Dilexisti munera super omnem aream tritici: area, & torcular non cognouit eos: & vinum mentitum est illis. Non habitauerunt in terra Domini: habitauit Ephræm Ægyptũ: & in Assyrijs immunda [α] comedent. Non libauerunt Domino vinum, & non placuerunt ei. Sacrificia eorum, quasi panis luctus eis: omnes, qui manducauerunt ea; contaminabuntur: quia panes [β] eorũ animabus eorũ, non intrabũt in domũ Domini. Quid facietis in die conuentus, & in die solẽnitatis Domini? Ideo ecce [γ] vadunt de miseria Ægypti: & suscipiet eos Memphis: & sepeliet eos [δ] Machmas: argẽtum eorum, interitus possidebit: spinæ in tabernaculis eorum. Venerunt dies vltionis, venerũt dies tribulationis tuæ: & affligetur Israel, sicut propheta insaniens, homo [ε] qui à spiritu agitatur. Propter multitudinẽ iniquitatum tuarũ, multiplicata est [ζ] amẽtia tua. Speculator Ephræm cũ Deo: propheta laqueus tortuosus super omnes vias eius: insaniã in domo Dei confixerũt. Corrupti sunt secundũ dies collis: recordabitur iniquitates

A tates eorum, vlciscetur peccata eorum. Sicut vuam in deserto, inueni Israel: & sicut [η] scopum in ficu temporaneum vidi patres eorum. Ipsi ingressi sunt ad Beelphegor, & abalienati sunt in cõfusionem: & facti sunt [θ] abominabiles, sicut dilecti. Ephræm quasi auis auolauit: gloriæ eorum ex partu, & parturitionibus, & conceptibus: quia, etiam si enutrierint filios suos, sine filijs erunt ex hominibus: quia & væ eis est, [ι] caro mea ex eis. Ephræm, sicut vidi, in [κ] captionem præbuerunt filios suos, & Ephræm, vt educeret ad interfectionem filios suos. Da eis Domine. Quid dabis eis? vuluam sine filijs, & vbera arentia. Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exosos habui eos. Propter malitias adinuentionum B eorum de domo mea eijciam eos: non addam, vt diligam eos. Omnes principes eorum inobedientes. Doluit Ephræm; radices suas arefactus est: fructum nequaquam vltra afferet: quia, etsi genuerint; interficiam desiderabilia vteri eorum. Repellet eos Deus, quia non exaudierunt eum: & erũt vagi in nationibus.

[α] Comedent.] *Sic cap. superiore S. Hieron. & Theodoretus*, comedit. [β] Eorum.] *Abest istud* αὐτῶν, *à Compl. S. Hieron. & Theodoretus*, panes animarum eorum. [γ] Vadunt.] *Alij* πορεύονται, *& apud S. Hier.* ibunt. [δ] Machmas.] *Inquit S. Hier. cæteros interpretatos esse*, desiderabile, *vt coniungatur cum sequentibus*, desiderabile argentum, &c. [ε] Qui à spiritu agitatur.] *Sic explanat Theodoretus dictionem*, πνευματοφόρος. *Apud S. Hier. est*, qui habebat spiritum. [ζ] Amentia.] *Aquila*, ἐγκότησις, quam, (*inquit S. Hieron.*) nos vel iracundiam, vel memoriam doloris in latino possumus dicere. [η] Scopum.] σκοπόν. *Etiam Naum* C *cap. 3. vbi in alijs est*, ὡς συκαῖ καρποὺς ἔχουσαι, *in Vaticano est*, σκοποὺς ἔχουσαι, *quare videndum, an hic significare possit fructum primum, quemadmodum habet hebræus. In cæteris codicibus, & apud Theodoretum est*, ὡς σῦκον, *& apud S. Hier.* sicut ficum. [θ] Abominabiles, sicut dilecti.] *Testatur S. Hier. se in alijs exemplaribus legisse*, & facti sunt dilecti, quasi abominabiles. [ι] Caro mea ex eis.] *Idem testatur eodem modo vertisse Theodotionem, alios autem*, recessio mea. [κ] In captionem præbuerunt.] *Alij* πέτραν, *Compl.* παρέστησαν, *& apud* S. Hieron. præbuit: *qui etiam notat quod lxx. dixerunt*, θήραν, *idest venationem, siue capturam, Aquilam, & Symmachum, & Theodotionem dixisse petram durissimam.*

CAP. X.

VITIS [α] bonas habens propagines Israel: fructus abundans eius: secundum multitudinem fructuum suorum multiplicauit altaria: secundum D bona terræ [β] eius ædificauit titulos. Diuiserunt corda sua: nunc peribunt. Ipse suffodiet altaria eorum: affligentur tituli eorum. Propterea nunc dicent: non est rex nobis; quia non timuimus Dominum. Rex autem quid faciet nobis, loquens verba, occasiones mendaces? Disponet testamentum: orietur sicut gramen, iudicium super desertum agri. Apud vitulum [γ] domus On morabuntur, qui habitant in Samaria: quia luxit populus eius super eum. Et, sicut irritauerunt illum; gaudebunt super gloria eius; quia translata est ab eo: & ipsum in Assyrios ligantes, tulerunt munera regi [δ] Iarim: in [ε] domo Ephræm suscipiet, & confundetur Israel in consilio suo. Proiecit Samaria regem suum, sicut E [ζ] cremium super faciem aquæ: & auferentur aræ On peccata Israel. Spinæ & tribuli ascendent super altaria eorum. Et dicent montibus; operite nos: & collibus; cadite super nos. Ex quo colles sunt; peccauit Israel. Ibi steterunt. Non comprehendet eos in colle [η] bellum super filios iniquitatis, vt corriperem eos. Et congregabuntur super illos populi: quando correpti fuerint in duabus iniquitatibus suis. Ephræm vitula docta diligere contentionem. Ego autem veniam super pulchritudinem colli eius. Supponam Ephræm, reticebo Iudam, roborabitur sibi Iacob. Seminate vobis in iustitia, vindemiate in fructum vitæ, illuminate

nare vobis lumen θ scientiæ, quærite Dominum, donec veniant fruges iustitiæ vobis. Quid reticuistis ι impietatem, & iniquitates eius vindemiastis? Comedistis fructum mendacem, quia sperasti in κ peccatis tuis, in multitudine fortitudinis tuæ. Et consurget perditio in populo tuo: & omnia murata tua abibunt: sicut princeps Salmanan de domo λ Hieroboam, in diebus belli, matrem super filios allisserunt; sic faciam vobis domus Israel à μ facie iniustitiæ malitiarum vestrarum.

α Bonas habens propagines.] *Sic putat S. Hier. recte verti, quod lxx. dixerunt εὐκληματοῦσα. Addit autem hæc:* Pro vite frondosa Aquila interpretatus est, ἔνυδρον, quam nos aquosam, vel ἔξωνον, possumus dicere, eo quòd vini perdat saporem, Symmachus, ὑλομανοῦσαν, quæ tota in frondibus creuerit. *Idem refertur in Schol.* β Eius.] *Compl. & Theodoretus* αὐτῶν, *& apud S. Hier.* eorum. γ Domus On.] *In multis sequitur,* ἀδικίας, iniustitiæ, *itemque paulo post. Vide, quæ notata sunt cap. 4.* δ Iarim.] S. Hieron. Pro Iarib in præsenti loco Symm. interpretatus est ὑπερμαχοῦντι, idest præsuli, & defensori. ε In domo Ephræm suscipiet.] *In aliis sequitur* αἰσχύνην, *& apud S. Hier.* confusionem. *Sed,* in domo, *&,* confusionem, *videri possunt duæ interpretationes. Quare in vulgata nostra tantum est,* confusio Ephraim capiet. ζ Cremium.] *Sym.* ἀπόζεμα, volens, (*inquit S. Hier.*) ostendere feruentis ollæ superiores aquas, &c. η Bellum.] *S. Hier. & per interrogationem, & sine interrogatione explanat: apud quem sequitur,* super filios iniquitatis venit, vt corrumperet (*fortasse legendum,* corriperet) eos. *Sed in multis libris, & apud Theodoretum,* ἦλθε παιδεῦσαι αὐτοὺς κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν μου, venit ad corripiendum eos secundum voluntatem meam. θ Scientiæ.] *In plerisque, & apud Theodoretum sequitur,* ὡς ἔτι, (*aut* ἐστι) καιρός, *& apud S. Hier.* quoniam est tempus. *Sed rursus videntur duæ interpretationes,* scientiæ, *&,* adhuc tempus. ι Impietatem.] *Compl.* ἀσεβείας, *apud S. Hier.* Quid reticetis impietates: *& de isto reticendi verbo diligenter disputat.* κ Peccatis.] ἁμαρτήμασι. *In cæteris, & apud Theodoretum* ἅρμασι, *& apud S. Hier.* curribus. *Sed in sua tralatione,* in vijs tuis, *quod in hebræo est in numero singulari. Nomine autem viæ, & viarum sæpe significantur peccata.* λ Hieroboam.] *In vno codice vetusto est,* ἱεροβαάλ, *& apud S. Hier.* Hierobaal: *nec dubitat Gedeonem significari, non autem Hieroboam filium Nabat, vt quidam male sint opinati. Cum S. Hieronymo consentit Theodoretus.* μ A facie iniustitiæ malitiarum vestrarum.] *Vulgata,* à facie malitiæ nequitiarum vestrarum. *Cæteri codices græci,* ἀπὸ προσώπου κακιῶν ὑμῶν, *& apud S. Hier. in vetustiore,* à facie malitiarum vestrarum. *Eusebius Cæs. 9. Euang. Demon. pro* κακιῶν, *habet* ἀδικιῶν, iniustitiarum.

C A P. XI.

MANE α proiecti sunt: proiectus est rex Israel: quia paruulus Israel: & ego dilexi eum, & ex Ægypto β vocaui filios eius. Sicut vocaui eos, ita abierunt à facie mea ipsi: Baalim immolabant, & sculptilibus adolebant. Et ego γ ligaui pedes Ephræm, suscepi eum super brachium meum: & non cognouerunt, quia sanaui illos: in corruptione hominum extendi eos in vinculis charitatis meæ. Et δ ero illis, quasi dans alapas homo super maxillas eius: & respiciā ad eū, ε præualebo ei. Habitauit Ephræm in Ægypto: & Assur ipse rex eius: quia noluit conuerti: & infirmatus est ζ in gladio in ciuitatibus, & cessauit in manibus suis. Et comedent de cogitationibus suis: & populus eius suspensus ex incolatu suo. Et Deus super preciosa eius irascetur, & nō exaltabit eum. Quomodo te η disponam Ephræm? θ protegam te Israel? Quid te disponam? Sicut Adama, ponam te, & sicut Seboim. Conuersum est cor meum in ipso: conturbata est pœnitudo mea. Non faciam iuxta iram furoris mei, non derelinquam, vt deleatur Ephræm: quoniam Deus ego sum, & non homo: in te sanctus, & non ingrediar in ciuitatē. Post Dominum ι ambulabo. Sicut leo, rugiet: quia ipse rugiet, & formidabunt filij aquarum. κ Pauebunt, quasi auis ex Ægypto, & quasi columba de terra Assyriorum. Et restituam eos in domos suas, dicit Dominus. Circundedit me in mendacio Ephræm, & in impietatibus domus Israel, & Iuda. Nunc λ cognouit eos Deus: & populus sanctus vocabitur Dei.

α Proiecti]

α Proiecti sunt.] *Deest in Compluten.* β Vocaui.] *Sic apud Sanctum Hieronymum etiam paulo post: græce est*, μετεκάλεσα, reuocaui, reduxi. γ Ligaui pedes.] *Sic putat Sanctus Hieronymus recte verti*, συνεπέδησα, *quamuis in textu vetustioris tralationis habeat*, colligaui Ephraim. δ Et ero illis.] *Sanctus Hieronymus ex Symmacho*, & putauerunt, quòd imponerem iugum super maxillam eorum. ε Præualebo.] *Alij*, καὶ δυνήσομαι, & præualebo. *Complut. & Theodoretus*, δυνάμενος, *& apud Sanctum Hieronymum*, præualens: *qui tamen in comment. inquit*, cumque eos respexerit; præualebit, siue proderit eis, idest superabit aduersarios: *pro quo notat Symmachum dixisse*, & declinaui ad eum cibos. ζ In gladio.] *In Complut. est*, ῥομφαία, *in recto. Quare vertendum esset, vt est apud Sanctum Hieronymum*, & infirmatus est gladius in ciuitatibus eius: & requieuit in manibus illius. *Idem testatur pro*, infirmatus est, *Aquilam interpretatum esse*, irruit: *Symmachum*, vulnerabit: *& eundem pro*, manibus illius, brachia illius. η Disponam:] *Non longe ab hebræo, qui habet*, dabo, *idest*, ponam. *Complutensis, & Theodoretus*, τί σοι ποιήσω, *& apud Sanctum Hieronymum*, quid faciam tibi. θ Protegam te.] *Aquila*, ὅπλῳ κυκλώσω σε, scuto circundabo te. *Symmachus*, ἐκδώσω σε, tradam te. *Theodotio*, ἀφοπλίσω σε, nudabo te, & auferam à te scutum. *Ita enim interpretatur Sanctus Hieronymus*. ι Ambulabo.] *Theodoretus videtur habuisse*, πορεύεσθε, ambulate. κ Pauebunt.] *Videtur respondere hebræo. Cæteri libri habent*, ἐκπτήσονται, *& apud Sanctum Hieronymum*, volabunt. *Compluten.* ἥξουσι, venient. λ Cognouit.] *Aquila*, ἐπικράτεια, *quod Sanctus Hieronymus videtur interpretari fortitudinem.*

CAP. XII.

EPHRÆM autem pessimus spiritus, persequutus est æstum tota die: inania, & vana multiplicauit, & testamentum cum Assyrijs pepigit, & oleum in Ægyptum mercabatur. Et iudicium Domino cum Iuda, vt vlciscatur Iacob: iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet ei. In vtero supplantauit fratrem suum: & in laboribus suis præualuit erga Deum: & confortatus est cum angelo, & potuit. α Fleuerunt, & deprecati sunt me: in domo On inuenerunt me: & ibi dictum est ad eos: Dominus autem Deus omnipotens erit memoriale eius. Et tu in Deo tuo conuerteris: misericordiam, & iudicium custodi, & appropinqua Deo tuo semper. Chanaan, in manu eius statera iniquitatis, opprimere per potentiam dilexit. Et dixit Ephræm, verumtamen diues effectus sum, inueni requiem mihi. Omnes labores eius non inuenientur ei propter iniquitates, in quibus peccauit. Ego autem Dominus Deus tuus eduxi te de terra Ægypti: adhuc habitare te faciam in tabernaculis, sicut β dies solennitatis. Et loquar ad prophetas, & ego visiones multiplicaui, & in manibus prophetarum assimilatus sum. Si non Galaad est; ergo falsi erant in γ Galaad principes immolantes: & altaria eorum, quasi δ testudines super desertum agri. Et recessit Iacob in campum Syriæ, & seruiuit Israel in vxore, & ε vxori custodiuit. Et in propheta eduxit Dominus Israel de terra Ægypti: & in propheta seruatus est. ζ Indignari fecit Ephræm, & ad iracundiam prouocauit: & sanguis eius super ipsum effundetur: & opprobrium illius restituet ei Dominus.

α Fleuerunt.] *Aquila, Symmachus, Th.* ἔκλαυσε, καὶ ἐδεήθη αὐτοῦ, καὶ ἐν βαιθὴλ εὗρεν αὐτόν, *& in vulgata*, fleuit, & rogauit eum, in Bæthel inuenit eum. *Theodoretus pro*, αὐτοῦ, *&* αὐτόν, *habet* μου, *&* με, me. β Dies.] *Loquutio vsitata. In alijs est*, ἐν ἡμέραις, *& apud Sanctum Hieronymum*, in diebus. γ Galaad.] *Alij & Theodoretus*, ἐν γαλγάλοις, *& apud Sanctum Hieronymum*, in Galgala, *qui etiam declarat per Galaad significari decem tribus, per Galgala duas. Compluten. hic habet*, Galgal, *& paulo ante*, Galgala. δ Testudines.] *Testatur Sanctus Hieronymus Symmachum interpretatum esse*, aceruos lapidum, *Theodotionem*, colles. ε Vxori.] *Alij, & Theodoretus*, ἐν γυναικί, *& apud Sanctum Hieronymum*, in vxore. ζ Indignari fecit Ephræm, & ad iracundiam prouocauit.] *In Compluten. & apud Theodoretum*, καὶ παρώργισέν με ἐφραὶμ ἐν τοῖς παραπικρασμοῖς αὐτοῦ, *& apud Sanctum Hieronymum*, ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis.

CAP. XIII.

IVXTA verbum Ephræm [α] iustificationes accepit ipse in Israel: & posuit [β] eas Baal, & mortuus est. Et nunc apposuerunt, vt peccarent: & fecerunt sibi conflatile ex argento suo secundum imaginem idolorum, opera artificum completa. His ipsi dicunt, immolate [γ] homines: vituli enim defecerunt. Idcirco erunt, quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus pertransiens, sicut puluis exufflatus ab area, & sicut vapor [δ] de lachrymis. Ego autem Dominus Deus tuus [ε] firmans cælum, & creans terram, cuius manus [ζ] creauerunt omnem militiam cæli: & non ostendi ea tibi, vt ambulares post ea. Et ego eduxi te de terra Ægypto: & Deum præter me non cognosces, & saluator non est absque me. Ego pascebam te in solitudine, in terra inhabitabili secundum pascua sua. Et repleti sunt in saturitate, & eleuata sunt corda eorum: idcirco obliti sunt mei. Et ero eis, quasi panther, & sicut pardus in via Assyriorum, occurram eis, sicut vrsa indigens cibo, & disrumpam conclusionem cordis eorum: & deuorabunt eos ibi catuli syluæ, bestiæ agri discerpent eos. Corruptioni tuæ Israel quis auxiliabitur? vbi est rex tuus iste? & saluum te faciat in cunctis vrbibus tuis. Iudicet te, de quo dixisti, da mihi regem, & principem. Et dedi tibi regem in ira mea: & [η] habui in furore meo. [θ] Conglobationẽ iniquitatis Ephræm: absconditum peccatum eius: dolores quasi parturientis venient ei. Iste est filius tuus sapiens: quia nunc non subsistet in contritione filiorum. De manu inferni liberabo, & de morte redimam illos. Vbi est [ι] causa tua mors? Vbi est [κ] aculeus tuus inferne? Consolatio abscondita ab oculis meis: quia hic inter fratres diuidet. Adducet vrentem ventum Dominus de deserto, & siccabit venas eius, desolabit fontes illius. Ipse arefaciet terram eius, & omnia vasa desiderabilia eius [λ].

[α] Iustificationes.] *Pro hoc inquit S. Hieron. Symmachum, & Theodotionem interpretatos esse*, tremorem. [β] Eas.] *Istud*, αὐτά, *abest à multis codicibus, & S. Hier.* [γ] Homines: vituli enim defecerunt.] *S. Hier. ex Symmacho*, homines vitulos adorent: *Aquilam autem testatur pro*, adorantes, *dixisse*, καταφιλοῦντες, idest deosculantes: *quod Iob fecisse se negat cap. 31.* [δ] De lachrymis.] ἀπὸ δακρύων. *Sic fatetur S. Hieron. legi in quibusdam codicibus, sed in plerisque*, ἀκρίδων, locustis: *& hoc explanat Theodoretus. Idem S. Hieronymus testatur Theodotionem transtulisse*, καπνοδόχον, fumarium, *Aquilam*, καταρράκτου, cataractam, *Symmachum*, foramen. *Et in nonnullis quibusdam codicibus legitur*, ἀπὸ καπνοδόχης, *& in aliquo vtraque lectio coniungitur*, ἀπὸ δακρύων καπνοδόχης. [ε] Firmans.] *Hæc vsque ad:* Et ego eduxi, *inquit S. Hier. neque in hebræo haberi, neque ab vllo interpretum verti, & in antiqua editione lxx. non legi, & in Compl. omittuntur.* [ζ] Creauerunt.] *Apud S. Hier.* creauit. *In cæteris codicibus est*, ἔπλασαν τὴν στρατιὰν αὐτοῦ, formauerunt militiam eius. [η] Habui.] ἔχον, *Multi codices, & S. Hier. in comm. habet*, ἀνέχον, *& quamuis interpretatur*, habui: *tamen apte posset verti*, sustinui, ac patienter tuli: *quemadmodum explanat Theodoretus. Testatur autem S. Hier. omnes interpretes transtulisse*, abstuli. [θ] Conglobationem.] *In multis est*, συστροφή, *& in Compluten.* συναγωγή, *& apud Sanctum Hieronymum*, congregatio. [ι] Causa.] *S. Hieronymus ex Symmacho*, ero plaga tua, *ex Aquila, & Quinta editione*, vbi sunt sermones tui. [κ] Aculeus.] *Idem ex Symmacho*, ἀπάντημα, idest, occursum, *ex Theodotione, & Quinta*, plagam, & conclusionem. [λ] Eius.] *Abest à Theodoreto, & Compl. & S. Hieronymo.*

CAP. XIV.

DISPERDETVR [α] Samaria, quoniam restitit Deo suo. In gladio corruent [β] ipsi, & lactentes eorum allidentur, & eorum habentes in vtero dirumpentur. Conuertere Israel ad Dominum Deum tuum: quia [γ] infirmati sunt in iniquitatibus tuis. Sumite vobiscum sermones, & reuertimini ad

A ni ad Dominum Deum vestrum. Dicite ei: vt non tollatis iniquitatem, sed assumatis bona: & reddemus fructum labiorum nostrorum. Assur non saluabit nos: super equum non ascendemus: nequaquam vltra dicemus, Dij nostri, operibus manuum nostrarum: qui in te est, miserebitur pupilli. Sanabo habitationes eorum: diligam eos manifeste: quia [δ] auertit iram meam à se. Ero quasi ros Israel: florebit vt lilium, & mittet radices suas, quasi Libanus: ibunt rami eius: & erit quasi oliua fructifera, & odor illius, quasi Libani. Conuertentur, & sedebunt sub vmbra eius: viuent, & [ε] inebriabuntur frumento: & eflorebit, vt vinea; memoriale eius, quasi vinum Libani Ephræm. Quid ei vltra, & idolis? Ego humiliaui eum, & confortabo illum. Ego, sicut iuniperus condensa: ex me fructus B tuus inuentus est. Quis sapiens, & intelliget hæc? aut intelligens, & cognoscet ea? Quia rectæ viæ Domini: & iusti ambulabunt in eis: qui autem impij sunt; infirmabuntur in illis.

α Disperdetur.] *Symmachus, μεταμελήσει idest,* aget pænitentiam, *vt vertit* S. *Hieronymus.* β Ipsi.] *Istud, αὐτοί, abest à multis, & à Sancto Hieronymo.* γ Infirmati sunt.] *Alij, ἠσθένησας, & S. Hieronymus,* infirmatus es. δ Auertit iram meam à se.] *Alij, ἀπέστρεψεν ἡ ὀργή μου ἀπ' αὐτῶν & apud Sanctum* Hieronymum, auersa est ira mea ab eis. *Compluten. ἀπέστρεψα ὀργήν μου ἀπ' αὐτῶν,* auerti iram meam ab eis. ε Inebriabuntur.] *Sic etiam Sanctus* Hieronymus *ex lxx. & Theodoretus. Alij, στηριχθήσονται,* firmabuntur.

AMOS.

CAP. I.

SERMONES Amos, qui facti sunt in [α] Accarim, de Thecue: quos vidit [β] pro Hierusalem in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Hieroboam filij Ioas regis Israel ante duos annos terræmotus. Et ait: Dominus de Sion effatus est: & de Hierusalem dedit vocem suam. Et luxerunt pascua pastorum: & arefactus est vertex Carmeli. Et dixit Dominus: Super tribus impietatibus Damasci, & super quatuor non auersabor eum: pro eo, quòd secuerunt [γ] serris ferreis prægnantes eorum, qui in Galaad. Et mittam ignem in domum Azael: & deuorabit fundamẽta filij Ader.

C

Et conteram vectes Damasci: & disperdam habitatores de campo [δ] On: & concidam [ε] tribum ex viris Charran. Et captiuus ducetur populus Syriæ nominatus, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus. Super tribus impietatibus Gazæ, & super quatuor non auersabor eos: eo quòd captiuam duxerunt captiuitatem [ζ] Salomonis, vt concluderent in Idumæam. Et emittam ignem super muros Gazæ: & deuorabit fundamenta eius. Et disperdam habitatores de Azoto: & auferetur tribus de Ascalone: & inferam manum meam in Accaronem: & peribũt reliqui alienigenarum, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus: Super tribus impietatibus Tyri, & super quatuor non auersabor eam, pro eo, quòd concluserunt captiuitatem Salomonis in Idumæa: & non sunt recordati testamenti fratrum.

D

Et emittam ignem super muros Tyri: & deuorabit fundamenta eius. Hæc dicit Dominus: Super tribus impietatibus Idumææ, & super quatuor non auersabor eos; eo quòd [η] ipsi persequuti sint in gladio fratrem suum. Et violauit [θ] matrem super terram, & rapuit in testimonium horrorem suum, & impetum suum custodiuit in [ι] victoriam. Et emittam ignem in Thaman: & deuorabit [κ] fundamenta murorum eius. Hæc dicit Dominus: Super tribus impietatibus filiorum Ammon, & super quatuor non auersabor eum, eo quòd desecuerit prægnantes Galaaditarum, vt dilatarent terminos suos. Et succendam ignem super muros Rabbath: & deuorabit fundamenta eius cum clamore in die belli: & commouebitur in die consummationis suæ: & ibunt reges eius in captiuitatem, [λ] sacerdotes eorum, & principes eorum simul, dicit Dominus.

E

Quod ad ordinem pertinet, eundem in his prophetis ordinem seruat Vaticanus codex, & quidem singula cuique addens, α, β, γ, δ, &c. quem testatur S. Hier. in Ioel fuisse apud lxx. α Accarim.] *Hec etiam S. Hier. agnoscit ex lxx. Plerique autem libri, & Theodoretus habent,* καριαθιαρείμ, Cariathiarim. *Compl.* ἀκκαρείμ. *Aquila,* ἐν ποιμνίοις, in pastoralibus: *sic enim vertit S. Hier. Symm. & Quinta editio,* ἐν τοῖς ποιμέσιν, in pastoribus: *Theodotio ipsum verbum hebraicum posuit.* β Pro Hierusalem.] *Testatur S Hier. cæteros interpretes dixisse,* super Israel. γ Serris ferreis.] *Theodoretus ex Symmacho,* καθὼς ἠλόησαν τροχοῖς σιδηροῖς τὴν γαλαάδ, quomodo triturarunt

rotis

A rotis ferreis ipsam Galaad, *atque in eandem sententiam dicit vertisse Aquilam, & Theodotionem. S.Hier. inquit Theodotionem transtulisse rotas ferreas, quæ ipse plaustra ferrea sit interpretatus.* δ On.] ὤν. *Eodem modo testatur S.Hier. dixisse Theodotionem: Symmachum vero, & quintam,* ἀδικίαν, *idest,* iniquitatem, *Aquilã,* ἀνωφελῆ, *idest,* inutilem. *Compl. habet,* εἰδώλου, idoli. ε Tribum.] *S. Hier.* tribus: *& quod sequitur,* de viris Charran, *inquit cæteros similiter transtulisse,* de domo voluptatis. *Compl. habet,* ἐξ ἀνδρῶν ἀδάν, *quæ postrema dictio non longe discedit ab hebraica.* ζ Salomonis.] *S.Hier.* Aquila, ἀπηρτισμένην transtulit, & ἀναπεπληρωμένην. Sym. & Th. τελείαν, quod non Salomonem, sed perfectam significat, atque completam. *Eadem vere varietas notatur etiam in scholio. Sed pulchre ostendit Theodoretus, quomodo captiuitas Salomonis vocari potuerit.* η Ipsi.] *Istud* αὐτοί, *abest à nonnullis: quare apud S.Hieron. est,* eo quòd persequutus sit: *hæc autem varietas à singulari numero ad pluralem sæpe simili loco obseruari potest.* θ Matrem.] *Compl & Theodoretus,* μήτραν, vuluam: *idque S.Hier. agnoscit ex lxx. pro quo Symm. dixerit,* viscera propria. ι Victoriam.] *Apud S.Hier.* in æternum: *& alibi,* in victoriam, *valet idem, atque,* in finem. *Compl.* εἰς νεῖκος, in contentionem. κ Fundamenta.] *S.Hier.* Aquila, & Symm. ζαβεις, idest domos, Theodotio habitatores transtulit. λ Sacerdotes eorum.] B *Notat S.Hier. hoc in hebræo non haberi, nec tamen frustra à lxx. additum.*

CAP. II.

HÆC dicit Dominus: Super tribus impietatibus Moab, & super quatuor non auersabor eum, pro eo, quòd incenderunt ossa regis Idumææ in cinerem. Et emittam ignem in Moab: & deuorabit fundamenta ciuitatum eius: & morietur in infirmitate Moab cum clamore, & cum voce tubæ. Et disperdam iudicem ex ea: & omnes principes eius interficiam cum eo, dicit Do- C minus. Hæc dicit Dominus: Super tribus impietatibus filiorum Iuda, & super quatuor non auersabor eum; quia repulerunt legem Domini, & præcepta illius non custodierunt: & deceperunt eos vanitates suæ, α quas fecerunt, quas sequuti sunt patres eorum post eas. Et emittam ignem in Iudam; & deuorabit fundamenta Hierusalem. Hæc dicit Dominus: Super tribus impietatibus Israel, & super quatuor non auersabor eum; pro eo, quòd vendiderint argento iustum, & pauperem propter calceamenta, quæ calcant super puluerem terræ: & pugno percutiebant in capita pauperum, & viam humilium declinabant: & filius, & pater eius ingrediebantur ad eandem puellam; vt contaminarent nomen Dei sui. Et vestimenta sua alligantes funibus, faciebant velamina iuxta altare, & vi- D num de calumnijs bibebant in domo Dei sui. Ego autem abstuli Amorræum à facie eorum, cuius erat, sicut altitudo cedri, sublimitas eius, & fortis erat, quasi quercus: & arefeci fructum eius desuper, & radices eius deorsum. Et ego eduxi vos de terra Ægypti, & circunduxi vos in deserto quadraginta annis; vt possideretis terram Amorræorum: & assumpsi de filijs vestris in prophetas, & de iuuenibus vestris in sanctificationem. Nunquid non sunt hæc filij Israel? dicit Dominus. Et propinabatis sanctificatis vinum, & prophetis mandabatis, dicentes: Ne prophetetis. Quapropter ecce ego voluo subter vos, sicut voluitur plaustrũ plenum stipula: & peribit fuga à cursore: & fortis non obtinebit fortitudinem E suam. & pugnator non saluabit animam suam: & sagittarius non substinebit: & velox pedibus suis saluari non poterit: & eques non saluabit animam suam: β & fortis non inueniet cor suum in potentatibus: nudus γ persequetur in die illa, dicit Dominus.

α Quas fecerunt.] *Abest à multis, & à S.Hier.* β Et fortis non inueniet cor suum in potentatibus.] *Cæteri,* καὶ εὑρεθῇ ἡ καρδία αὐτοῦ ἐν δυνάσταις, *& apud* S.Hier. & inuentum cor eius inter potentes: *quamuis illud,* & inuentum, *sit sub obelo. A Theodoreto abest totũ istud, in Compl. est,* καὶ εὑρήσει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν δυναστείαις, & inueniet animam suam in potentatibus. γ Persequetur.] *Theod. & in Compl.* φεύξεται, *& apud S.Hier.* fugiet.

CAP. III.

AVDITE verbum hoc, quod loquutus est Dominus super vos domus Israel,& contra omnem tribum,quam eduxi de terra Ægypti, dicens: Veruntamen vos cognoui de vniuersis tribubus terræ: idcirco vlciscar super vos omnia [α] peccata vestra. Si ambulabunt duo simul omnino, nisi [β] cognouerint se? Si ructabit leo de saltu suo,prædam non habens? Si dabit catulus leonis vocem suam de cubili suo omnino;nisi aliquid rapuerit? Si cadet auis super terram sine aucupe? Si deponetur laqueus super terram; nisi aliquid apprehenderit? Si clanget tuba in ciuitate,& populus non timebit? Si erit [γ] malicia in vrbe, quam dominus non fecit? Quia non faciet Dominus Deus aliquid, nisi reuelauerit [δ] eruditionem suam ad seruos suos prophetas. Leo ructabit: & quis non timebit? Dominus Deus loquutus est: & quis non prophetabit? Annunciate regionibus in Assyrijs, & ad regiones Ægypti, & dicite: Congregamini super montem Samariæ:& videte mirabilia multa in medio eius, & oppressionem, [ε] quæ in ea. Et ignorauit, quæ futura sint coram ea, dicit Dominus: qui thesaurizant iniquitatem, & [ζ] miseriam in regionibus suis. Propterea hæc dicit Dominus Deus: [η] Tyrus,in circuitu terra tua deserta erit: & detrahet de te fortitudinem tuam:& diripientur regiones tuæ. Hæc dicit Dominus: Quomodo si auellat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ; sic auellentur filij Israel,qui habitant in Samaria contra tribum, & in Damasco. [θ] Sacerdotes audite,& contestamini domum Iacob, dicit Dominus Deus omnipotens. Quia in die, qua vlciscar impietates Israel super eum; vlciscar & super altaria Bæthel. Et suffodientur cornua altaris, & cadent super terram. Confundam, & percutiam domum [ι] pinnatam super domum æstiuam: & peribunt domus eburneæ: & adijcientur domus aliæ multæ, dicit Dominus.

α Peccata.] *In alijs,& apud Theodoretum* κακίας, *& apud S.Hier.* omnes malicias vestras. β Nisi cognouerint se.] *Ita S.Hier. Aliqui,* ἐὰν μὴ γνωρίσωσιν ἑαυτοῖς, si notum non fecerint sibi. *Aquila,* ἐὰν μὴ συντάξωνται, nisi constituerint inter se. γ Malitia.] *Notat S.Hier. sæpe in sacris litteris malitiam significare afflictionem, & pœnam.* δ Eruditionem.] *Aut,* correptionem, *vt habet S.Hier. in comm. Theodotio,* τὴν βουλὴν αὐτοῦ, consilium suum. ε Quæ.] *Illud,* τὴν, *abest à multis, & à S.Hieronymo. Compl.* καὶ καταδυναστεία ἐν αὐτῇ, & oppressio in ea. ζ Miseriam.] *Hesychius.* Syrus, συνοχή, pressura angustia. η Tyrus,in circuitu.] *In multis,* καὶ κυκλόθεν, *& apud S. Hieron.* in circuitu, *aut,* per circuitum. *Pro Tyro autem inquit Symmachum dixisse,* πολιορκίαν, obsidionem, *Theodotionem* fortitudinem. θ Sacerdotes.] *S.Hier. putat lxx. posuisse verbum hebræum (quod Aquila interpretatus sit,* grabatum,) *quod quidam non intelligentes fecerint,* ἱερεῖς, sacerdotes. ι Pinnatam.] *S.Hier. explicat rationem huius vocis, itemque Theodoretus, qui testatur Aquilam,* Symmachum, *Theodotionem dixisse,* τὸν οἶκον χειμερινόν, domum hiemalem.

CAP. IV.

AVDITE verbum hoc [α] vaccæ Basanitidis, quæ estis in monte Samariæ, quæ opprimitis pauperes,& conculcatis egenos, quæ dicitis dominis vestris, Date nobis, vt bibamus. Iurat Dominus per [β] sanctos suos; quoniam ecce dies veniunt super vos:& tollent vos in [γ] armis,& eos,qui vobiscum sunt, [δ] in ollas succensas inijcient, [ε] feruentes,pestilentes:& eijciemini nudæ contra inuicem:& proijciemini in montem [ζ] Remman, dicit Dominus. Introistis in Bæthel,& impie egistis: & in Galgala multiplicastis impie agere: & intulistis

A intulistis mane hostias vestras, in [η] triduum decimas vestras. Et legerunt foris legem, & inuocauerunt confessiones. Annunciate, quia hæc dilexerunt filij Israel, dicit Dominus. Et ego dabo vobis [θ] stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus locis vestris. Et non estis reuersi ad me, dicit Dominus. Et ego repressi à vobis pluuiam ante tres menses [ι] vindemiæ: & pluam super ciuitatem vnam, & super ciuitatem vnam non pluam. Pars vna irrigabitur: & pars, super quam non pluero, arefiet. Et congregabuntur duæ, & tres ciuitates in ciuitatem vnam, vt bibant aquam: & non satiabuntur. Et non estis reuersi ad me, dicit Dominus. Percussi vos in [κ] ardore, & in aurugine. Mul-B tiplicastis hortos vestros, vineas vestras, & ficeta vestra, & oliueta vestra comedit eruca. Et ne sic quidem conuersi estis ad me, dicit Dominus. Emisi in vos mortem in via Ægypti, & occidi in gladio iuuenes vestros cum captiuitate equorum vestrorum. Et eduxi in igne [λ] castra in ira vestra. Et ne sic quidem reuersi estis ad me, dicit Dominus. Subuerti vos, sicut subuertit Deus Sodomam, & Gomorram: & facti estis, sicut torris erutus de igne. Et ne sic quidem cõuersi estis ad me dicit Dominus. Propterea sic faciam tibi Israel. [μ] Veruntamen, quia sic faciam tibi, [ν] præparare, vt inuoces Deum tuum Israel. Quia ecce ego firmans [ξ] tonitruum, & creans spiritum, & annuncians in homines [ο] Christum suũ, C faciens mane, & nebulam, & ascendens super excelsa terræ: Dominus Deus omnipotens nomen ei.

[α] Vaccæ Basanitidis.] *Symmachus, αἱ βόες ἃς τροφοὶ,* boues saginatæ. *Ita enim* S.*Hier. qui addit Aquilam, & Theodotionem retinuisse verbum hebraicum.* [β] Per sanctos suos.] *Sic apud S.Hier. quod græce est,* κατὰ τῶν ἁγίων σου, *& posset etiam verti,* per sancta sua. *Theodoretus ex Symmacho,* κατὰ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ, per sanctitatem suam. [γ] Armis.] *S.Hier. testatur eodem modo vertisse Symmachum, Aquilam vero clypeos, Theodotionem,* δόρατα, idest contos, vel hastas. [δ] In ollas succensas inijcient.] *Hæc videntur agnosci etiam à Theodoreto. In Compl. tantum est,* εἰς λέβητας, *& apud S.Hier.* in ollis. [ε] Feruentes.] ἔμπυροι, *hoc explanat etiam Theodoretus, non illud,* pestilentes. *Ac, si posset coniungi cum ollis; responderet versioni* S.Hieronymi, *quæ habet,* in ollis feruentibus. *In nonnullis est,* ἔρημοι, λοιμοί, desolati, (*aut,* desolatores) pestilentes. *In Complut.* ἔμποροι, *& apud S.Hier.* negociatores. [ζ] Remman.] *Multi libri habent,* ἀρμονά, *itemque Theodoretus, qui inquit pro monte* D *Armana Symmachum dixisse,* ἀρμενίαν, *Theodotionem vero,* ὑψηλὸν ὄρος, excelsum montem. *Sed S.Hier. hoc quintæ editioni tribuit, Theodotioni vero,* montem Mona, *Symmacho,* Armeniam, *Aquilæ,* montem Armona, *lxx.* montem Remman. [η] In triduum.] *Sic videtur explanare Theodoretus,* εἰς τὴν τριημερίαν. *Apud S.Hier. in contextu vetustioris est,* in die tertio, *in sua,* tribus diebus. *In comm. refert ex Symmacho,* tertia die, *& videtur probare.* [θ] Stuporem.] *Theodoretus ex Symm. & Theodotione, S.Hieron. ex Aquila, & Symm.* καθαρισμὸν, mundiciam. [ι] Vindemiæ.] *Theodoretus interpretatur,* pluuiam serotinam. *S.Hieron. manifesto apud lxx. agnoscit,* τοῦ τρυγητοῦ. *Alij habent,* τοῦ θερισμοῦ, messis: *quod respondet vulgatæ nostræ.* [κ] Ardore.] *Aut,* combustione: *vtroque enim modo S.Hier. qui testatur cæteros tres dixisse,* ἀνεμοφθορίαν, corruptionem à vento: *quod autem sequitur,* aurugine, *omnes similiter,* ἴκτερον, *transtulisse præter Theodotionem, qui dixerit,* ὠχρίασιν, pallorem. [λ] Castra in ira vestra.] *Alij,* παρεμβολὰς ὑμῶν ἐν τῇ ὀργῇ μου, *& apud S.Hier.* castra vestra in ira mea. [μ] Veruntamen.] *S.Hier. ex Aquila,* ὕστερον, postea, *ex Theodotione,* ἐσχάτως, nouissime. [ν] Præparare, vt inuoces.] *Idem ex Theodotione,* præparare in occursum Dei tui, *ex Symmacho, & Quinta editione,* præparare, vt aduerseris Deo tuo. [ξ] Tonitruum.] *Significat S.Hier. cæteros interpretes dixisse,* montes. [ο] Chri-E stum.] *Aq.* τίς ἡ ὁμιλία αὐτοῦ. *Symm.* τὸ φώνημα. *Theod.* ὁ λόγος, *Quinta editio,* ἀδολεσχία. S.*Hier. omnibus addit,* αὐτοῦ, *& inquit,* quæ omnia interpretantur, quod sit eloquium eius.

CAP. V.

AVDITE verbum [α] Domini istud, quod ego assumo super vos, planctũ. Domus Israel cecidit: non adijciet amplius, vt resurgat. Virgo Israel proiecta est super terram eius: non est, qui suscitet eam. Propterea hæc dicit Dominus Dominus. Vrbs, de qua egrediebantur mille, relinquentur centum: &

tum: & de qua egrediebantur centum; relinquentur decem domui Iſrael. Quia hæc dicit Dominus ad domum Iſrael: Quærite me, & viuetis: & nolite quærere Bæthel, & in Galgala ne ingrediamini, & ſuper puteum iuramenti non tranſeatis: quia Galgala captiuata captiuabitur: & Bæthel erit, quaſi non ſit. Quærite Dominum, & viuite ne ſuccendatur, vt ignis, domus Ioſeph, & deuoret eam, & non erit, qui extinguat domui Iſrael. Qui facit in excelſo iudicium, & iuſtitiam in terra poſuit: qui facit γ omnia, & transformat, & conuertit in mane β vmbram, & diem in noctem contenebrat. Qui vocat aquam maris, & effundit eam ſuper faciem terræ: δ Dominus nomen ei. Qui ε diuidit contritionem ſuper fortitudinem, & miſeriam ſuper munitionem adducit. Odio habuerunt in portis arguentem, & ζ verbum ſanctum abominati ſunt. Propterea, quia pugno η percutiebant pauperes, & munera electa accipiebatis ab eis; domos dolatis lapidibus ædificaſtis, & non habitabitis in eis: vineas deſiderabiles plantaſtis, & non bibetis vinum earum. Quia cognoui multas impietates veſtras: & fortia ſunt peccata veſtra: conculcantes iuſtum, accipientes θ commutationes, & pauperes in portis ι declinantes. Ideo, qui intelligit, in tempore illo ſilebit: quia tempus κ malorum eſt. Quærite bonum, & non malum, vt viuatis. Et erit ſic vobiſcum Dominus Deus omnipotens; ſicut dixiſtis, Odio habuimus mala, & dileximus bona. Et reddite in portis iudicium; vt miſereatur Dominus Deus omnipotens his, qui reliqui ſunt de Ioſeph. Ideo hæc dicit Dominus Deus omnipotens: In cunctis platæis planctus: & in omnibus vijs dicetur, væ, væ. Vocabitur agricola ad luctum, & planctum: λ & in eis, qui ſciunt lamentationem, & in omnibus vijs planctus: quia μ pertranſibo per medium tui, dicit Dominus. Væ deſiderantibus diem Domini. Vt quid hæc vobis dies Domini? Et ea eſt tenebræ, & non lux. Quomodo ſi fugiat homo à facie leonis, & ν incidat in eum vrſus, & introeat in domum ſuam, & innitatur manibus ſuis ſuper parietem, & mordeat eum coluber. Nonne tenebræ dies Domini, & non lux? & caligo non habens ſplendorem hæc? Odio habui, repuli feſtiuitates veſtras, nec odorabor hoſtias in conuentionibus veſtris: Quia, ſi obtuleritis mihi holocauſta, & ſacrificia veſtra; non ſuſcipiam, & ξ ſalutares præſentiæ veſtræ non reſpiciam. ο Transfer à me ſonitum carminum tuorum: & pſalmum organorum tuorum non audiam. Et voluetur, ſicut aqua, iudicium, & iuſtitia, ſicut torrens inuius. Nunquid victimas, & hoſtias obtuliſtis mihi domus Iſrael quadraginta annis in eremo? Et aſſumpſiſtis π tabernaculum ρ Moloc, & ſydus Dei veſtri σ Rhæphan, figuras eorum, quas feciſtis vobis. Et tranſferam vos trans Damaſcum, dicit Dominus: Deus omnipotens nomen ei.

α Domini.] *Non eſt apud S.Hier.* β Vmbram.] *In multis codicibus additur,* θανάτου, *apud* S.Hieron. mortis, *itemque apud Theodoretum, qui docet ſic vocari magna pericula.* γ Omnia.] *Teſtatur* S.Hieron. *hic Symmachum dixiſſe*, Pleiadem, & ſtellas, *Theodotionem*, Pleiadem, & veſperum. δ Dominus.] *In multis adiungitur,* ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ, *& apud* S.Hieronymum, Deus omnipotens. ε Qui diuidit contritionem ſuper fortitudinem.] *Sic etiam habuit S. Hieronymus, vt colligitur ex comm. licet in contextu deſit*, ſuper fortitudinem. *Inquit autem pro*, qui diuidit, *Aquilam dixiſſe*, μειδιῶν, ſubridens, *ex iræ nimirum magnitudine.* ζ Verbum ſanctum.] *Eodem modo Theodotionem, Symmachum vero dixiſſe verbum immaculatum notat Sanctus Hieronymus.* η Percutiebant.] *Alij, & Theodoretus,* κατεκονδυλίζετε, *& apud* S.Hieronymum, pugno percutiebatis. *Complut.* ὁ ἄνω ὢν κατεκονδύλιζεν πτωχόν, qui ſuperiore loco erat, pugnis percutiebat pauperem. θ Commutationes.] *Teſtatur* S.Hier. *omnes dixiſſe,* ἀλλάγματα, *& addit,* ἄλλαγμα iuxta idioma ſcripturarum precium dicitur. ι Declinantes.] *Idem*, ſiue, vt Symm. interpretatus eſt, oppreſſerunt. κ Malorum.]

A lorum.] *Cæteri,* πονηρός, *& apud S.Hier.* malum. λ Et in eis, qui sciunt.] *Apud S.Hieron. est,* & ad planctum hi, qui sciunt lamentationem. μ Pertransibo.] *Notat S.Hieron. verbum hebraicum in persona Dei pro pœna accipiendum, quare ab Aquila solere verti,* ἀνυπερθεσίαν, *quasi citam, & curationis minime capacem calamitatem.* ν Incidat.] *Iustinus in dialogum Tryphone,* συναντήσῃ, occurrat. ξ Salutares.] *Alij,* σωτηρίου. *Apud S.Hier.* salutare. ο Transfer à me sonitum.] *Sic etiam S.Hier. Apud Iustinum est,* ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ πλῆθος, amoue à me multitudinem. π Tabernaculum.] *Etiam Symm. vt lxx. dixit,* σκηνήν. *Aquila,* συσκιασμούς, vmbracula. *Theodotio, referente S.Hier.* visiones. ρ Moloch.] *Ita etiam S. Lucas Act. 7. Aquila autem,* μελχόμ, Melchom, *Symm. & Theodotio,* regis vestri. σ Rhæpham.] *Theodosio, teste Scholiaste, & S.Hieron. posuit,* ἀμαύρωσιν, idest obscuritatem, *Aquila, & Symm. ipsum nomen hebraicum.*

CAP. VI.

B VÆ, α qui despiciunt Sion, & qui confidunt in monte Samariæ. β Vindemiarunt primitias gentium, & ingressi sunt ipsi. Domus Israel transite omnes, & γ videte: & pertransite inde in δ Emat rabba: & descendite inde in Geth alienigenarum, optimas ex omnibus regnis his: si ampliores sunt termini eorum terminis vestris. Veniẽtes in diem malum, appropinquantes, & tangentes sabbata mendacia, dormientes in lectis eburneis, affluentes delicijs in stratis suis, & comedentes hœdos de gregibus, & lactentes vitulos de medio armentorum, ε præualentes ad vocem organorum. ζ Quasi stantia putauerunt, & non quasi fugientia. Qui bibunt vinum η defæcatum, & primis vnguentis vnguntur, & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Propterea C nunc captiui erunt ab initio θ fortium: & auferetur hinnitus equorum ex Ephræm: quia iurauit Dominus per ι semetipsum: quia abominor ego omnem contumeliam Iacob, & regiones eius odi, & auferam ciuitatem cum omnibus habitatoribus suis. Et erit, si remanserint decem viri in domo vna, & morientur, & κ remanebunt reliqui, & tollent domestici eorum, & conabuntur, vt efferant ossa eorum de domo. Et dicet his, qui præsunt domui: si adhuc est apud te? Et dicet: nequaquam. Et dicet: Tace, vt non nomines nomen Domini. Propterea ecce Dominus λ mandat, & percutiet domum magnam ruinis, & domum D paruam scissionibus. Si persequentur in petris equi, si reticebunt ad fæminas? quoniam conuertistis in furorem iudicium, & fructum iustitiæ in amaritudinem. Qui lætamini super nullo μ verbo, qui dicitis: nonne in fortitudine nostra habuimus cornua? quia ecce ego suscitabo super vos domus Israel gentem, ait Dominus virtutum, & conterent vos, vt non introeatis in Emath, & vsque ad torrentem occidentis.

α Qui respiciunt.] *Iustinus ibidem,* καὶ οἱ καταςπαταλῶντες, væ qui delicijs affluitis: *quod satis respondet hebræo.* β Vindemiarunt primitias gentium.] *Apud Iustinum,* ὠνομασμένοι ἐπὶ τοῖς ἀρχηγοῖς ἀπετρύγησαν ἀρχὰς ἐθνῶν, nominati in principibus, vindemiarunt primitias, (*aut,* principatus) gentium. *Ac videntur coniunctæ duæ interpretationes. Nam pro,* vindemiarunt primitias. *S.Hier. vertit,* optimates, capita, *alij,* nominati, E principium. *Compl. habet,* ἀπετρύγησαν, vindemiaui. γ Videte.] *Cæteri libri addunt,* εἰς χαλάννην, *aut,* χαλάνην, *& apud S.Hier.* & videte in Chalanen. *Iustinus, & Theodoretus habent alio ordine,* διάβητε πάντες εἰς χαλάνην, καὶ ἴδετε, transite omnes in Chalanen, & videte. *In hebræo dictio, quæ significat,* omnes, *non multum distat à Chalane: quare videri possunt duæ interpretationes.* δ Emat rabba.] *Iustinus,* ἀμὰθ τὴν μεγάλην, Amath magnam, *quod est interpretatio illius.* ε Præualentes.] ἐπικρατοῦντες. *Non longe ab hebræo. Cæteri,* ἐπικροτοῦντες, *& apud S.Hier.* qui concrepatis. ζ Quasi stantia putauerunt, & non quasi fugientia.] *Notat S.Hier. pulcherrimam hanc sententiam in hebraico non haberi, sed pro eo scriptum esse,* sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici. η Defæcatum.] *Iustinus,* ἐν φιάλαις, in phialis, *vt nostra vulgata.* θ Fortium.] *Apud Iustinum est,* δυναστῶν τῶν ἀποικιζομένων, καὶ μεταστραφήσεται οἴκημα κακούργων, καὶ ἐξαρθήσεται χρεμετισμὸς ἵππων ἐξ ἐφραΐμ, potentium transmigrantium: & euertetur sedes maleficorum, & auferetur hinnitus equorum ex Ephraim: *Vbi rursus duplex interpretatio videtur esse. Nam pro hac, quæ habetur in nostra, & cæteris græcis, & in hebraico dicit S.Hieron. non haberi, ipse dixit,* in capite transmigrantium, & auferetur factio lasciuientium. ι Semetipsum.]

metipsum.] *In cæteris sequitur,* λέγει κύριος ὁ θεὸς τῶν δυνάμεων, *& apud S.Hier.* dicit Dominus Deus virtutum. κ Et remanebunt reliqui.] *Absunt à S.Hieronymo, & à cæteris græcis præter Compl.* λ Mandat.] *In aliquo est,* ἐντελεῖται, *&* S.*Hier.* mandabit. μ Verbo.] *Satis bene respondet hebræo. In nonnullis additur* ἀγαθῷ, *& apud S.Hier.* bono: *qui etiam testatur pro eo Symmachum dixisse,* ἀλόγως, frustra.

CAP. VII.

SIC ostendit mihi Dominus Deus: Et ecce fœtus locustarum veniebat matutinus: & ecce bruchus vnus Gog rex. Et erit, si compleuerit, vt deuoret fœnum terræ: & dixi: Domine [α] Domine propitius esto. Quis suscitabit Iacob? quoniam modicus est? Pœniteat te Domine super hoc. Et hoc non erit, dicit Dominus. Sic ostendit mihi Dominus. Et ecce vocauit iudicium in igne Dominus, & deuorauit abyssum multam, & comedit partem [β] Domini. Et dixi: Domine desine nunc. Quis suscitabit Iacob? quoniam paruulus est? Pœniteat te Domine super hoc. Et hoc non fiet, dicit Dominus. Sic ostendit mihi Dominus. Et [γ] ecce stabat super murum [δ] adamantinum: & in manu eius adamas. Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides Amos? Et dixi: Adamantem. Et dixit Dominus ad me: Ecce ego impono adamantem in medio populi mei Israel. Nequaquam vltra addam, vt pertranseam eum. Et dissipabuntur aræ risus: & sacrificia Israel desolabuntur: & consurgam super domum Hieroboam in gladio. Et misit Amasias sacerdos Bethæl ad Hieroboam regem Israel, dicens: Congregationes facit contra te Amos in medio domus Israel. Non poterit terra sustinere omnes sermones eius. Hæc enim dicit Amos: In gladio morietur Hieroboam: Israel autem captiuus ducetur de terra sua. Et dixit Amasias ad Amos: Qui vides, egredere: recede tu in terram Iuda. Et ibi viue: & ibi prophetabis: in Bæthel autem non adijcies vltra prophetare: quia sanctificatio regis est, & domus regni est. Et respondit Amos, & dixit ad Amasiam: Non eram propheta ego, neque filius prophetæ: sed [ε] pastor eram, & [ζ] vellicans Sycamina. Et tulit me Dominus ex ouibus: & dixit Dominus ad me: Vade, & prophetiza super populum meum Israel. Et nunc audi sermonem Domini. Tu dicis, Noli prophetare super Israel, & ne congreges turbas contra domum Iacob. Propterea hæc dicit Dominus: Vxor tua in ciuitate [η] fornicabitur: & filij tui, & filiæ tuæ in gladio cadent: & terra tua in funiculo dimensurabitur: & tu in terra immunda morieris: Israel autem captiuus ducetur de terra sua. Sic ostendit mihi Dominus.

α Domine.] *Abest hoc secundo loco à quibusdam. Apud S.Hier. est,* Deus: *quæ varietas & alibi potest obseruari.* β Domini.] *Non est in alijs libris, neque apud S.Hier. licet ab eo subintelligatur, vt etiam à Theodoreto.* γ Ecce.] *In cæteris, & apud Theodoretum additur,* ἀνήρ, *& apud* S.*Hier.* vir. *In sua autem editione habet,* Dominus, *vt hebræus.* δ Adamantinum.] S.*Hier. testatur sic etiam dixisse* Symmachum, Aquilam *vero,* ἀλείφοντι, stagnaturam, *Theodotionem,* τηκόμενον, tabescentem. ε Pastor.] *Docet S.Hier.* αἰπόλον, *proprie esse pastorem caprarum, pro quo* Aq. *Sym. Theod. & Quinta editio transtulerint,* βουκόλον, armentarium. ζ Vellicans Sycamina.] *Aquila,* ἐρευνῶν συκομόρους, scrutans sycomoros. *Theod.* χαράσσων συκαμίνους, vellicans sycamina. *Symm.* ἔχων συκαμίνους, *aut, vt refert S.Hier.* συκομόρους, habens sycomoros, *aut,* sycamina. *Hesychius,* idest pungẽs, vt matura fiant. η Fornicabitur.] *S.Hier. ex Symmacho,* πορνευθήσεται, sustinebit fornicationem.

CAP. VIII.

ET ecce vas aucupis. Et dixit: Quid tu vides Amos? Et dixi: Vas aucupis. Et dixit Dominus ad me: Venit finis super populum meum Israel: non addam vltra, vt pertranseam eum: & vlulabunt laquearia templi in die illa, dicit

A illa, dicit Dominus Dominus. Multi cadentes erunt, in omni loco, inijciam silentium. Audite nunc hæc, qui conteritis mane pauperem, & opprimitis egenos de terra, dicentes: Quando pertransibit mensis, & negociabimur? & sabbata, & aperiemus thesaurum, vt faciamus mensuram paruam, & pondus magnum, & faciamus stateram iniquam, vt posside amus in pecunia, & [α] pauperes, & egenum pro calceamentis: & de omni [β] genimine negociabimur? Iurat Dominus contra superbiam Iacob, si obliuiscetur in [γ] finem omnia opera vestra. Et super his non conturbabitur terra? & lugebit omnis habitator eius: & ascendet quasi flumen [δ] consummatio: & descendet quasi fluuius Ægypti. Et erit in
B die illa, dicit Dominus Dominus, occidet Sol meridie, & contenebrescet super terram [ε] in die lux. Et conuertam solennitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in lamentationem: & inducam super omnem lumbum saccum, & super omne caput caluitium: & ponam eum quasi luctum dilecti, & eos, qui cũ eo sunt, quasi diem doloris. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & emittam famem super terram, non famem panum, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini. Et commouebuntur aquæ de mari vsque ad mare, & ab Aquilone vsque ad Orientem circuibunt quærentes verbum Domini, & non inuenient. In die illa deficient virgines pulchræ, & iuuenes in siti: qui iurant per pro-
C pitiationem Samariæ, & qui dicunt, Viuit Deus tuus Dan, & viuit Deus tuus Bersabee. Et cadent, & non resurgent amplius.

[α] Et.] *Abest à multis, & à S. Hieron.* [β] Genimine.] *Plerique,* πράσεως, *& apud* S. Hieronymum, venditione. *Complut.* ἐπιθέσεως, appositione. [γ] In finem.] *Sic S. Hieron. quod est,* εἰς νῖκος, *de qua re alibi notatum est.* [δ] Consummatio.] *In multis additur,* αὐτῆς, *& apud* S. Hieronymum, ipsius. [ε] In die lux.] *S. Cypr. 2. testim.* & obtenebrabitur dies lucis, *nec multo aliter Tertullianus,* tenebrescet dies luminis.

C A P. IX.

D VIDI Dominum stantem super altare, & dixit: Percute super propitiatorium, & commouebuntur vestibula: & discide in capita omnium. Et reliquos eorum in gladio interficiam. Non fugiet ex eis, qui fugerit: & non saluabitur ex illis, qui fuerit resaluatus. Si [α] absconditi fuerint in inferno; inde manus mea euellet eos. Et, si ascenderint in cælum; inde detraham illos. Si absconditi fuerint in vertice Carmeli; inde scrutans auferam eos: &, si demerserint se ab oculis meis in profunda maris; ibi mandabo draconi, & mordebit eos: &, si abierint in captiuitatem ante faciem inimicorum suorum; ibi præcipiam gladio, & interficiet eos. Et obfirmabo oculos meos super illos in mala, & non in bona. Et Dominus Dominus Deus omnipotens, qui tangit terram, & com-
E mouet eam: & lugebunt omnes habitatores eius: & ascendet, sicut fluuius, consummatio eius: & descendet, sicut flumen Ægypti. Qui ædificat in cælo ascensionem suam, & promissionem suam super terram fundat: qui vocat aquam maris, & effundit eam super faciem terræ: Dominus omnipotens nomen ei. Nonne vt filij Æthiopum, vos estis mihi filij Israel? dicit Dominus. Nonne Israel eduxi de terra Ægypti, & alienigenas de Cappadocia, & Syros de fouea? Ecce oculi Domini Dei super regnum peccatorum: & auferam illud à facie terræ. Veruntamen non in finem auferam domum Iacob, dicit Dominus. Quia [β] ego præcipio,

præcipio, & ventilabo in cunctis gentibus domum Israel, sicut ventilatur in ventilabro: & non cadet contritio super terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui dicunt: Non appropinquabit, neque venient super nos mala. In die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod ceciderat, & reædificabo ea, quæ corruerant ex ipso, & quæ suffossa sunt ex eo, suscitabo, & instaurabo illud, sicut dies seculi; vt γ quærant reliqui hominum, & omnes gentes, super quos inuocatum est nomen meum super eos, dicit Dominus faciens hæc omnia. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & apprehendet δ messis vindemiam, & maturescet vua in semente. Et stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles consiti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei Israel, & ædificabunt ciuitates ε dissipatas, & habitabunt: & plantabunt vineas, & bibent vinum earum: & facient hortos, & comedent fructum eorum. Et plantabo eos super terram suam: & non auellentur amplius de terra, quam dedi eis, dicit Dominus Deus omnipotens.

α Absconditi fuerint.] *In cæteris, κατορυγῶσι, & apud Sanctum* Hieronymum, defossi fuerint. β Ego.] *Alij, ἰδοὺ ἐγώ, & apud Sanctum Hieronymum*, ecce ego. γ Quærant.] *In alijs additur, με, & apud* Sanctum Hieronymum, quærant me. δ Messis.] *In cæteris, ὁ ἀλοητός, & apud Sanctum* Hieronymum, tritura. ε Dissipatas.] *Sic solet & alibi verti apud Sanctum Hieronymum verbum illud, ἠφανισμένας. In multis autem libris est, ἠδαφισμένας,* prostratas.

MICHÆAS.

MICHÆAS.

CAP. I.

ET [α] factum est verbum Domini ad Michæam Morasthiten in diebus Ioatham, & Achaz, & Ezeciæ regũ Iuda, de quibus vidit de Samaria, & de Hierusalẽ. Audite populi [β] verba, & auscultet terra, & omnes, qui sunt in ea: & [γ] erit Dominus Dominus in vobis in testimonium, Dominus ex domo sancta sua. Ecce enim Dominus egreditur de loco suo, & descendet, & ascendet super excelsa terræ: & commouebuntur montes subter eũ: & valles tabescent, sicut cera à facie ignis, & sicut aqua C profluens in descensu. Propter impietatem Iacob omnia hæc, & propter peccatum domus Israel. Quæ est impietas [δ] Iacob? nonne Samaria? Et quod est peccatum domus Iuda? nonne Hierusalem? Et ponam Samariam in pomorum custodiam in agro, & in plantationem vineæ, & detraham in voraginem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo. Et cuncta sculptilia eius concident, & omnes mercedes eius comburent in igni: & cuncta idola eius ponam in perditionem. Quia ex mercedibus fornicationis congregauit, & ex mercedibus fornicationis [ε] conuertit. Propter hoc planget, & lamentabitur, ibit discalceata, & nuda: faciet planctum quasi draconum, & luctum, quasi filiarum Sirenarum. Quia D obtinuit plaga eius, quia venit vsque ad Iudam, & tetigit vsque ad portam populi mei vsque Hierusalem. Qui in Geth, nolite magnificari: & [ζ] Enacim, nolite reædificare ex domo [η] in derisum: terra aspergite derisum vestrum: quæ habitas bene ciuitates eius: non est egressa [θ] habitatrix Sennaar. Plangite domum iuxta eam: accipiet ex vobis plagam doloris. Quis cœpit in bona [ι] ei, quæ habitat dolores? Quia descenderunt mala à Domino super portas Hierusalem, sonitus curruum, & equitum: Quæ habitas Lachis, princeps peccati hæc est filiæ Sion: quia in te inuentæ sunt impietates Israel. Ideo dabit emissarios vsque ad hæreditatem Geth, domos vanas, in vanum factæ sunt regibus Israel: donec hæredes [κ] adducant, quæ habitas Lachis: hæreditas vsque Odollam veniet: Gloria E filiæ [λ] Israel, decaluare, & detondere super filios delicatos tuos: dilata [μ] tonsuram tuam, sicut aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te.

[α] Et factum est verbum Domini.] *Sic etiam Compl. In alijs est,* λόγος κυρίου ὃς ἐγένετο, *& apud S.Hier.* Verbum Domini, quod factum est. [β] Verbo.] *Alij,* πάντες, *& apud S.Hieron.* omnes. [γ] Erit Dominus Dominus in vobis.] *In alijs,* ἔσω κύριος ὑμῖν. *Apud S.Hieron.* sit Dominus Deus vobis. [δ] Iacob.] *Sic hebræus. Alij,* οἴκου ἰακώβ, *& apud S.Hieron.* domus Iacob. [ε] Conuertit.] συνέστρεψε. *Aut hoc modo, aut* ἐπέστρεψεν, *(quod est in nonnullis) videtur legisse Theodoretus: vt intelligatur mercedem ex fornicatione acceptam conuertisse in munera, quæ offerret Idolo. In Compluten. est,* κατέστρεψεν, *& apud S.Hieronymum,* destruxit. [ζ] Enacim.] *Inquit Theodoretus sic appellari habitatores Geth, quasi ab Enach gigante procreatos. Alij habent,* ἐν βαχεὶμ *& apud*

& apud Sanctum Hieronymum, in Bachim, *pro quo inquit cæteros omnes interpretes transtulisse*, κλαυθμόν, *id est*, fletum. ɩ In derisum.] κατὰ γέλωτα. *Non satis liquet, an Sanctus Hieronymus tanquam duas dictiones legerit, an tanquam vnam*, καταγέλωτα. *Nam in textu habet*, ex domo derisum, *in comm. autem non semel*, ædificare in derisum: *paulo quidem post pro vnica dictione videtur accepisse, vt etiam Theodoretus*, terra aspergite derisum. θ Habitatrix Sennaar.] *Sanctus Hieronymus ex Symmacho*, habitatio abundans. ι Ei, quæ habitat.] κατοικούσῃ. *Etiam Theodoretus in dandi casu accepit, & putat sic construendum*, quis cœpit afferre dolores ei, quæ habitare solita est in bonis? *In Compluten. est*, κατοικούσῃ ἐν ὀδύναις. *& apud Sanctum Hieronymum*, quæ habitat in doloribus: *pro quo inquit Symmachum dixisse*, ἡ κατοικία ἡ παραπικραίνουσα, habitatio ad amaritudinem prouocans. κ Adducant.] ἀγάγωσι, *& in Compluten. additur*, σοι. *Sed in alijs est*, ἀγάγω σοι, *& apud Sanctum Hieronymum*, adducam tibi. *Pro quibus inquit Symmachum dixisse*, ἔτι κληρονόμον ἄξω καί σοι κατοικία μαρέσα, ἕως ὀδολλὰμ ἥξει τῆς δόξης ἰσραήλ, adhuc hæredem adducam, & tibi habitatio Maresa, vsque Odolam veniet gloriæ Israel. λ Israel.] *In nonnullis est*, Sion: *in quibusdam coniungitur vtrumque*, Israel, Sion. μ Tonsuram.] *Plerique*, τὴν ξύρησιν, *& apud Sanctum Hieronymum*, caluitium.

CAP. II.

FACTI sunt cogitantes labores, & operantes mala in cubilibus suis: & simul cum die consummabant ea. Quia non leuauerunt ad Deum manus suas: & desiderabant agros, & diripiebant pupillos, & domos opprimebant, & rapiebant virum, & domum eius, & virum, & hæreditatem eius. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego cogito super tribum istam mala, de quibus non auferetis colla vestra: & non ambulabitis recti subito: quia tempus pessimum est. In die illa sumetur super vos parabola, & plangetur planctus in cantico, dicendo: Miseria miseri facti sumus: pars populi mei dimensa est in funiculo: & non erat, qui prohiberet eum, vt auerteretur. Agri [α] vestri diuisi sunt: propter hoc non erit tibi mittens funiculum in hæreditate. In ecclesia Domini [β] nolite flere lachrymis: neque plorent super his. Non enim abijciet opprobria, qui dicit, domus Iacob ad iram prouocauit spiritum Domini. Nonne hæ sunt adinuentiones eius? nonne sermones eius boni sunt cum eo? & recti ambulauerunt? Et antea populus meus [γ] in inimicitia restitit contra pacem suam. Pellem eius excoriauerunt, vt auferrent [δ] spem, contritionem belli. Duces populi mei proijcientur de domibus deliciarum suarum: propter malas adinuentiones suas eiecti sunt. Propinquate montibus æternis. Surge, & ambula, quia non est tibi hæc requies. Propter immundiciam consumpti estis corruptione: fugistis nemine persequente. Spiritus statuit mendacium: stillauit tibi in vinum, & ebrietatem. Et erit, de stilla populi huius congregandus congregabitur Iacob. Cum omnibus suscipiens suscipiam reliquos de Israel in idipsum. Ponam auersionem eius, sicut oues in tribulatione, quasi [ε] gregem in medio cubilis sui: exilient ex hominibus [ζ] per diuisionem ante faciem eorum, diuiserunt, & transierunt portam, & egressi sunt per eam: & exiuit rex eorum ante faciem eorum: Dominus autem princeps erit eorum.

α Vestri.] *In aliquo est*, ἡμῶν, *& apud S. Hieronymum*, nostri. β Nolite flere.] *Testatur S. Hieron. Aquilam dixisse*, ne stilletis stillantes. γ In inimicitia.] *Apud S. Hier.* inimicitijs: *& Symmachum testatur dixisse*, ante vnam diem populus meus, quasi inimicus restitit. δ Spem.] *Sic apud S. Hieron. in contextu: in comm. autem habet tantum*, vt auferrent contritionem belli. *In quibusdam est*, ἐλπίδας συντριμμῶν, spes contritionum. ε Gregem.] *Sic Sanctus Hieronymus, et subaudit*, ponam. *Theodoretus autem accipit in recto*, oues, & grex, *vt construatur cum*, exilierit. ζ Per diuisionem.] *Sic et in alio vetusto. In cæteris est*, ἀνάβηθι, (*nam ita corrigendum, quod in notationibus in græcam*, διάβηθι,) διὰ τῆς διακοπῆς, *et apud Sanctum Hieronymum*: Ascende per diuisionem.

CAP. III.

A

ET dicet: Audite nunc hæc [α] principia domus Iacob, & reliqui domus Iſrael. Nonne veſtrum eſt cognoſcere iudicium? Qui odio habetis bona, & quæritis mala, diripientes pelles eorum ab eis, & carnes eorum ab oſſibus eorum. Sicut deuorauerunt carnes populi mei, & pelles eorum ab eis excoriauerunt, & oſſa eorum confregerunt, & conciderunt ſicut carnes in lebete, & ſicut carnem in olla; ſic clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos: & auertet faciem ſuam ab eis in tempore illo, eo quòd peſſime egerunt in adinuentionibus ſuis [β] ſuper eos. Hæc dicit Dominus ſuper prophetas, qui ſeducunt populum meum, qui mordent dentibus ſuis, & prædicant ſuper eum pacem: & non eſt data in ore eorum. [γ] Excitauerunt ſuper eum prælium. Propterea nox vobis erit ex viſione: & tenebræ erunt vobis ex diuinatione: & occumbet Sol ſuper prophetas: & contenebreſcet ſuper eos dies: & confundentur, qui vident ſomnia: & irridebuntur arioli: & loquentur aduerſum eos omnes iſti: quia non erit, qui exaudiat eos; niſi ego impleuero fortitudinem in ſpiritu Domini, [δ] & iudicij, & potentiæ; vt annunciem Iacob impietates eius, & Iſrael peccata eius. Audite nunc hæc duces domus Iacob, & reliqui domus Iſrael: qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis: qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Hieruſalem in iniquitatibus. Duces eius cum muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius cum mercede reſpondebant: & prophetæ eius cum pecunia diuinabant: & ſuper Dominum requieſcebant, dicentes: Nonne Dominus in nobis eſt? Non venient ſuper nos mala. [ε] Idcirco propter vos Sion quaſi ager arabitur, & Hieruſalem, vt cuſtodia pomarij erit, & mons [ζ] domus in lucum ſaltus.

B

C

[α] Principia.] *Quaſi capita: Apud S. Hier.* eſt principes: *atque idem teſtatur, pro eo quod ſequitur*, & reliqui, *cæteros dixiſſe*, & duces. [β] Super eos.] *Hoc abeſt à multis, & à S. Hier.* [γ] Excitauerunt.] *Alij*, ἡγίασαν, *& apud S. Hier.* ſanctificauerunt; *itemque apud Theodoretum, qui tamen interpretatur*, accerſiuerunt, & conciliarunt. [δ] Et iudicij, & potentiæ.] *Alij*, κρίματα, καὶ δυναστείας, iudicia, & potentias. *Compl.* κρίματι, καὶ δυναστείας, *& apud S. Hier.* iudicium, & potentiam. *Theodoretus*, veruntamen ego repletus ſum fortitudine in ſpiritu Domini, iudicio, & potentia. [ε] Idcirco.] *Aquila*, διὰ τοῦτο χάριν ὑμῶν Σιὼν χώρα ἀροτριαθήσεται, καὶ Ἱερουσαλὴμ λιθολογηθήσεται, Idcirco propter vos Sion ager arabitur, & Hieruſalem erit lapidum aceruus. [ζ] Domus.] *Sic fere hebræus. Alij addunt*, κυρίου, Domini: *apud S. Hier. eſt*, mons Domini.

D

CAP. IV.

ET erit in nouiſſimis dierum manifeſtus mons Domini præparatus ſuper [α] vertices montium: & eleuabitur ſuper colles. Et feſtinabunt ad eum populi, & ibunt gentes multæ, & dicent: Venite, aſcendamus ad [β] montem Domini, & in domum Dei Iacob: & [γ] oſtendent nobis viam eius: & ambulabimus in ſemitis eius: quia de Sion exiet lex, & verbum Domini de Hieruſalem. Et iudicabit inter populos multos, & arguet gentes fortes vſque in longinquum: & concident gladios ſuos in aratra, & [δ] haſtas ſuas in falces: & vltra non tollet gens contra gentem gladium, & nequaquam vltra diſcent bellare. Et [ε] requieſcet vnuſquiſque ſub vite ſua, & vnuſquiſque ſub ficu ſua: & non erit, qui exterreat: quia os [ζ] Domini omnipotentis loquutum eſt hæc: quia omnes populi ibunt, [η] vnuſquiſque viam ſuam. Nos autem ibimus in nomine Do-

E

 mini

mini Dei nostri in æternum, & vltra. In die illa, dicit Dominus, congregabo A
θ eam, quæ contrita est; ι & eam quæ eiecta fuerat, suscipiam, & quos repuleram. Et ponam contritam in reliquias, & repulsam in gentem fortem: & regnabit Dominus super eos in monte Sion ex hoc nunc vsque in seculum. Et tu turris gregis κ squalens λ filia Sion, ad te veniet, & ingredietur principatus, primum regnum de Babylone filiæ Hierusalem. Et nunc quare cognouisti mala? Nunquid rex non erat tibi, aut consilium tuum perijt; quia obtinuerunt te dolores, sicut parturientis? Dole, & viriliter age, & μ appropinqua filia Sion, quasi pariens: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in campo, & venies vsque ad Babylonem. Inde liberabit te, & inde redimet te Dominus Deus tuus de B
manu inimicorum tuorum. Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ; dicentes, ν Insultabimus, & videbunt in Sion oculi nostri. Ipsi autem nescierunt cogitationem Domini: & non intellexerunt consilium eius: quia congregauit eos vt manipulos areæ. Surge, & tritura eos filia Sion: quia cornua tua ponam ferrea, & vngulas tuas ponam æreas: & ξ consumes populos multos, & ο consecrabis Domino π multitudinẽ eorum, & robur eorum Domino vniuersæ terræ.

α Vertices.] *Apud S.Hier.* verticem. *Iustinus hunc locum sic citat*, ἕτοιμον ἐπ' ἄκρα τῶν ὀρέων, ἐπηρμένον αὐτὸ ὑπὲρ τοὺς βουνοὺς, καὶ ποταμὸν θήσονται ἐπ' αὐτῷ λαοὶ, καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλά, paratus super summitatem montium, eleuatus ipse super colles: & flumen ponent in eo populi: & ibunt gentes multæ. β Montem.] *Ita etiam S.Hieron. & Iustinus, & Eusebius lib.* 11. *Euang. Demonstr. In plerisque vero libris est*, εἰς τὸν οἶκον, in domum. γ Ostendent nobis.] *Apud S.Hieron.* ostendet nobis viam suam. *Iustinus*, φωτιοῦσιν ἡμᾶς, illuminabunt nos. δ Hastas.] *Iustinus*, τὰς ζιβύνας, pugiones. ε Et requiescet vnusquisque.] *Iustinus*, καὶ καθίσεται ἀνήρ, & sedebit vir. ζ Domini omnipotentis.] *Iustinus* κυρίου τῶν δυνάμεων, Domini virtutum. η Vnusquisque viam suam.] *Iustinus*, ἐν ὀνόματι θεῶν αὐτῶν, in nomine Deorum suorum. θ Eam, quæ contrita est.] *Iustinus*, τὴν ἐκτεθλιμμένην, contribulatam. ι Et eam, quæ eiecta.] *Iustinus*, καὶ τὴν ἀπωσμένην, (*quod etiam est in aliquot libris*) ἀθροίσω, καὶ ἣν ἐκάκωσα, καὶ θήσω τὴν ἐκτεθλιμμένην εἰς ὑπόλειμμα, καὶ τὴν ἐκπεπιεσμένην εἰς ἔθνος ἰσχυρόν, & abiectam congregabo, & quam afflixi: & ponam elisam in residuum, & oppressam in gentem fortem. κ Squalens.] *Sic S.Hieronymus in comm. licet in contextu*, caliginosa. λ Filia Sion.] θυγάτηρ. *In quibusdam est*, θύγατερ, *casu vocandi. S.Hier. ex Symmacho*, ipsa est filia Sion. μ Et appropinqua.] *Abest à S.Hieronymo, & Compl.* ν Insultabimus, & videbunt.] *Compl.* ἐπιχαρούμεθα καὶ ἐπιδέτωσαν, Insultabimus, & videant. *S.Hier. in contextu*, Insultemus, & videant: *in comm.* insultemus, & gaudeamus, & despiciant. ξ Et consumes populos multos.] *In multis est*, καὶ κατατήξεις ἐν αὐτοῖς ἔθνη, καὶ λεπτυνεῖς λαοὺς πολλούς. & consumes in eis gentes, & comminues populos multos. *Apud S. Hieronymum est tantum*, & comminues populos multos. *In Compl.* καὶ πατάξεις λαοὺς πολλούς, & percuties populos multos. ο Consecrabis.] *Sic S. Hieron. in comm. licet in contextu*, vouebis. π Multitudinem.] *Theodotio*, δῶρα, munera, *quinta editio* ὠφέλειαν, emolumentum, (*sic enim interpretatur* S.Hier.) *Symm.* τὸ κέρδος αὐτῶν, lucrum eorum. C D

CAP. V.

NVNC obstruetur filia obstructione: angustiam posuit super nos: in virga percutient super maxillam tribus Israel. Et tu Bethleem domus Ephratha, α minima es, β vt sis in millibus Iuda. Ex te mihi γ egredietur, vt sit in principem Israel: & egressus eius ab initio ex diebus seculi. E
Proptetea dabit eos vsque ad tempus parientis: pariet, & reliquiæ fratrum eorum reuertentur ad filios Israel. Et stabit, & videbit, & pascet gregem suum in fortitudine Dominus: & in gloria nominis Domini Dei sui erunt: quia nunc magnificabuntur vsque ad terminos terræ. Et erit hæc pax: Assur quando superuenerit in terram vestram, & quando ascenderit super regionem vestram; & consurgent super eum septem pastores, & octo δ morsus hominum: & pascent Assur in gladio, & terram Nebrod in ε fouea eius.

Et libe-

A Et liberabit de Assur, cum venerit super terram vestram, & cum ascenderit super terminos vestros. Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus in medio populorum multorum, quasi ros à Domino cadens, & quasi ζ agni super gramen: vt non congregetur quispiam, neque sit in filijs hominum. Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus in medio populorum multorum, quasi leo in iumentis in saltu, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum, quomodo si pertranseat, & diuidens rapiat, & non sit, qui eruat. Eleuabitur manus tua super eos, qui tribulant te: & omnes inimici tui perdentur. Et erit in die illa, dicit Dominus, interficiam equos tuos de medio tui, & disperdam currus tuos, & subuertam ciuitates terræ tuæ, & auferam omnes munitiones tuas: & auferam veneficia tua de mani- B bus tuis: & η qui loquuntur, non erunt in te: & disperdam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui: & vltra non adorabis opera manuum tuarum: & succidam lucos de medio tui: & demoliar ciuitates tuas: & faciam in ira, & furore vltionem in gentibus pro eo, quòd non exaudierunt.

α Minima es.] *Sic etiam apud Eusebium lib. 2. & 7. Euang. Demonst. & respondet hebræo. Alij vero libri,* μὴ ὀλιγοστός, *& apud S. Hieron.* nequaquam minima es: *itemque apud Tertullianum, ac* S. *Cyprianum lib. 2. testim. cuius verba libet ascribere,* Et tu Bethleem domus Effrata non exigua es, vt constituaris in millibus Iuda. Ex te mihi procedet, vt sit princeps apud Israel: & processiones, *(sic enim legendum,)* eius à principio à diebus seculi. β Vt sis.] *Sic apud S. Hier. & apud* S. *Cyprianum,* vt constituaris. *Atque istud,* τοῦ εἶναι, *est etiam* C *apud Eusebium libro septimo. Abest tamen ab eo lib. 2. & à Tertulliano.* γ Egredietur.] *Eusebius,* ἐξελεύσεται ἡγούμενος, *& Tertullianus,* exiet Dux. δ Morsus.] S. *Hier.* Symm. interpretatus est χριστούς, hominum Theodotio, & Quinta editio principes hominũ, Aquila graues, vel constitutos homines, id est καθεσταμένους. *In scholio tamen hoc tribuitur etiam Symmacho.* ε Fouea eius.] S. *Hier.* Aquila, in lanceis eius, vt subaudiatur terræ Nemroth. Symm. vertit, ἐντὸς πυλῶν αὐτῆς, id est intra portas eius, Theodotio, ἐν παραξίφεσιν αὐτῶν, quod nos possumus dicere, in sicis eorum. *Hoc in scholio tribuitur Quintæ editioni, & paulo post etiam apud* S. *Hier.* ζ Agni super gramen.] *Aquila,* ὡς ψεκάδες ἐπὶ πόαν, *& in vulgata nostra,* quasi stillæ super herbam. *Theodotio,* ὡσεὶ νιφετὸς ἐπὶ χόρτον, ὃς οὐ μενεῖ ἄνθρωπον, καὶ οὐκ ἐλπίσει ἐπὶ υἱὸν ἀνθρώπου, tanquam imber super herbam, quæ non expectabit virum, & non sperabit super filium hominis. η Qui loquuntur.] *Theodoretus.* τοὺς ἀποφθεγγομένους vocat diuinatores.

CAP. VI.

D AVDITE α nunc verbum: Dominus Dominus dixit: Surge, iudicare apud montes: & audiant colles vocem tuam. Audite β montes iudicium Domini, & valles fundamenta terræ: quia iudicium Domino aduersus populum suum: & cum Israel iudicabitur. Populus meus quid feci tibi, aut quid contristaui te, aut in quo molestus fui tibi? responde mihi. Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruitutis redemi te, & misi ante faciem tuam Moysem, & Aaron, & Mariam? Populus meus recordare nunc, quid cogitauerit aduersum te Balac rex Moab, & quid respõderit ei Balaam filius Beor de γ Schœnis vsque ad Galgal; vt cognosceretur iustitia Domini. In quo apprehendam Do- E minum, suscipiam Deum meum excelsum? si apprehendam eum in holocaustis, in vitulis anniculis? Si suscipiet Dominus in millibus arietum, vel in decem millibus hircorum pinguium? Si dabo primogenita mea pro impietate, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? δ Si annunciatum est tibi homo, quid bonum? aut quid Dominus quærat à te? nisi, vt facias iudicium, & diligas misericordiam, & ε paratus sis ambulare cum Domino Deo tuo? Vox Domini ciuitati ζ clamabit, & saluabit timentes nomen eius. Audi tribus: & quis ornabit ciuitatem? nunquid ignis, & domus iniqui thesaurizans thesauros iniquos,

& cum contumelia iniurias? Si iustificabitur in statera iniquus, & in sacello pondera fraudulenta; de quibus diuitias suas impietatis repleuerunt, & qui habitant in ea, loquuti sunt [η] mendacia, & lingua eorum exaltata est in ore eorum? Et [θ] ego incipiam percutere te, delebo te in peccatis tuis. Tu comedes, & non saturaberis, & contenebrescet in te, & declinabit, & [ι] non saluaberis: & quicumque saluati fuerint, gladio tradentur. Tu seminabis, & non metes: tu premes oliuam, & non vngeris oleo, & [κ] vinum, & non bibetis: & dissipabuntur legitima populi mei. Et [λ] custodisti iustificationes Zambri, & omnia opera domus Achab: & ambulastis in vijs eorum; vt traderem te in perditionem, & habitatores eius in sibilum: & opprobria populorum accipietis.

α Audite nunc verbum: Dominus Dominus.] *De illo*, nunc, *quod græce est* δὴ, *& exprimit affectum orantis, alibi diximus. Apud S.Hier. sæpe omittitur. Hic autem in cæteris libris est*, ἀκούσατε δὴ, ἃ ὁ κύριος εἶπεν, *& apud S.Hieron.* Audite, quæ Dominus loquutus est. β Montes.] *Sic etiam S.Hier. & Theodoretus. In quibusdam libris est*, βουνοὶ, colles, *in aliquo*, λαοὶ, populi. γ Schœnis.] *Sic apud S. Hier. in contextu, & in comm.* funiculis. *Putat autem lxx. dixisse*, χίνων, *idest*, lentiscis, *sed librariorum errore factum esse, vt legeretur* χοίνων. *ac testatur cæteros interpretes transtulisse verbum hebræum Sebim.* δ Si annunciatum.] *Idest*, nunquid, *vt sæpe. Abest tamen à S.Hieronymo & ab aliquo libro istud*, εἰ. ε Paratus sis.] *S.Hier.* Theodotio significantius expressit, καὶ ἀσφαλίζου τοῦ πορεύεσθαι μετὰ θεοῦ σου, idest, & caue diligenter, vt ambules cum Deo tuo, siue, vt quinta editio transtulit, καὶ φροντίζειν, agere scilicet solicite, &c. ζ Clamabit.] *Ita apud S.Hier. quod græce est*, ἐπικληθήσεται, *& posset etiam verti*, inuocabitur. η Mendacia.] *Ita etiam Theodoretus. In plerisque libris est*, ἀδικίαν, *aut* ἄδικα, *& apud S.Hier.* iniqua. θ Et ego incipiam.] *Pro his vsque ad*, & non saluaberis, *in plerisque est*, καὶ (*al.* κἀγὼ) ἐγὼ ἐβασάνισά σε (*al.* ἄρξομαι) ἀφανισμῷ διὰ τὰς ἁμαρτίας σου. σὺ φάγεσαι, καὶ οὐ μὴ ἐμπλησθῇς. καὶ ἐξώσω (*al.* ἀποβαλῶ) σε ἐν σοὶ (*al.* εἰς σεαυτὴν) καὶ καταλήψῃ, *& apud S. Hier.* Et ego cruciaui te perditione propter peccata tua: tu comedes, & non saturaberis: & eijciam te in temetipsam, & apprehendes. *In quibusdam tamen est vt in nostra, nisi quòd pro*, ἀφανιῶ σε, *est* ἀφανισμῷ, *& pro* ἐκνεύσει, *est* ἐκνεύσεις, declinabis. ι Non saluaberis.] *In Compl. est*, καὶ οὐ μὴ διασώσῃ, καὶ ὅσοι ἐὰν διασωθῶσι. *Apud S.Hier.* & non saluabis, (*vt Compl.*) & quicunque saluati fuerint, *vt nostra.* κ Et vinum, & non bibetis.] *Compluten.* πίεσαι, bibes. *In cæteris*, καὶ ποιήσεις οἶνον, καὶ οὐ μὴ πίῃς οἶνον, & facies vinum, & non bibes vinum. *Apud S.Hier.* & vuam, & non bibes vinum. λ Et custodisti iustificationes Zambri.] *Quidam libri hæc non habent: & videntur ex alia esse interpretatione. Nam S.Hier. pro eo quod apud lxx. est*, & dissipabuntur legitima populi mei, *dicit se posuisse*, & custodisti præcepta Amri.

CAP. VII.

VÆ mihi, quia factus sum, sicut qui congregat stipulam in messe, & sicut [α] racemum in vindemia, cum non sit botrus ad comedendum [β] primitiua. Væ mihi anima, quia perijt [γ] pius de terra: & qui corrigat, in hominibus non est. Omnes in sanguines iudicantur: vnusquisque proximum suum tribulat tribulatione: in malum manus suas præparant. Princeps postulat, & iudex verba pacifica loquutus est: desiderium animæ suæ est. Et auferam bona eorum, quasi tinea comedens, & ambulans super regulam, in die [δ] speculationis. Væ [ε] væ vltiones tuæ venerunt: nunc erunt fletus eorum. Nolite credere in amicis, neque speretis in ducibus. Ab ea, quæ cubat tecum, caue [ζ] concredere quicquam ei. quia filius contumeliam facit patri: filia insurgit aduersus matrem suam: nurus contra socrum suam: inimici omnes viri, domestici eius. Ego autem in [η] Dominum intuebor: expectabo Deum saluatorem meum: exaudiet me Deus meus. Ne insultes mihi inimica mea: quia cecidi, & resurgam: quia si sedero in tenebris; Dominus illuminabit me. Iram Domini substinebo, quia peccaui ei: donec ipse iustificet causam meam. Et faciet iudicium meum, & educet me in lucem: videbo iustitiam eius, & videbit inimica mea, & operietur confusione, quæ dicit, Vbi est Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt

eam:

A eam: nunc erit in conculcationem, ſicut lutum in vijs. Dies lituræ lateris, deletio tua, ᶿ dies illa, & ᶥ atteret legitima tua dies illa: & vrbes tuæ venient in ᵏ complanationem, & in diuiſionem Aſſyriorum: & ciuitates tuæ munitæ in diuiſionem à ᶺ Tyro vſque ad flumen, & à mari vſque ad mare, & de monte vſque ad ᵘ montem: & erit terra in diſſipationem cum habitatoribus ſuis propter fructus adinuentionum eorum. Paſce populum tuum in virga tua, oues hæreditatis tuæ, habitantes ſeorſum in ſaltu: in medio carmeli paſcentur Baſanitin, & Galaaditin, ſicut dies ſeculi, & iuxta dies egreſsionis tuæ de Ægypto. ᵛ Videte mirabilia: videbunt gentes, & confundentur ξ & ex omni fortitudine ſua: imponent B manus ſuper os ſuum: aures eorum ſurdæ erunt: lingent humum, ſicut ſerpentes, quæ trahunt terram: turbabuntur in concluſione ſua: ſuper Domino Deo noſtro formidabunt: & timebunt à te. Quis Deus, ſicut tu, auferens iniquitates, & tranſcendens impietates his, qui reliqui ſunt de hæreditate tua? Et non tenuit ᵒ in teſtimonium iram ſuam: quia cupidus miſericordiæ eſt. Reuertetur, & miſerebitur noſtri: demerget peccata noſtra: & proijcientur in profunda maris omnia peccata noſtra. Dabit in veritatem Iacob, miſericordiam Abraam: ſicut iuraſti patribus noſtris iuxta dies priores.

α Racemum.] *In quibuſdam,* ἐπιφυλλίδας, racemos, *vt apud* S.*Hieron.* β Primitiua.] *In pleriſque ad-* C *duntur hæc,* ἃ ἐπεπόθησεν ἡ ψυχή μου, quæ deſiderauit anima mea. *Theodoretus non habet,* ἃ, *& reliqua coniungit cũ ſuperioribus,* τοῦ φαγεῖν πρωτόγονα ἐπεπόθησεν ἡ ψυχή μου comedere primitiua deſiderauit anima mea. *Apud* S.*Hier.* quæ paſſa eſt anima mea, *vt videatur fuiſſe,* πέπονθε. *Sed illud propius hebræo.* γ Pius.] *Cæteri* εὐλαβής, *& apud* S.*Hier.* reuerens. δ Speculationis.] *Sic etiam videtur habuiſſe Theodoretus. Alij addunt* σου, *& apud* S.*Hier.* tuæ. ε Væ væ.] *Hæc repetitio eſt etiam in Vaticano, per incuriam typographi omiſſa in noſtra græca editione.* ζ Concredere.] *In aliquo eſt,* τοῦ μὴ ἀναθέσθαι, *& apud* S.*Hier.* ne credas ei. η In Dominum intuebor.] *Plerique,* ἐν τῷ κυρίῳ ἐπισκοπεύσω, *& apud* S.*Hier.* in Domino contemplabor. θ Dies illa.] *Abeſt á Compl. &* S.*Hier.* ι Atteret.] *In cæteris* ἀπώσεται, *& apud* S.*Hier.* repellet: *qui teſtatur Symmachum, & Theodotionem eſſe interpretatos,* ἐπιταγὴν κατὰ πρόσταγμα, iuſsionem imperioſam. κ Complanationem.] *In quibuſdam libris,* εἰς συγκλεισμόν, *& apud* S.*Hieron.* in concluſionem. λ Tyro.] *Idem,* Denique omnes, περιοχὴν, καὶ περίφραγμα, καὶ πολιορκίαν, non de Tyro, vt lxx. ſed munitionem, & ambitum muratæ vrbis tranſtulerunt. μ Montem.] *In quibuſdam libris, & apud Theodoretum ſequitur,* ἡμέρα ὕδατος, καὶ θορύβου, dies aquæ, & tumultus: *quæ non ſunt apud* S.*Hier.* ν Videte.] *Cæteri,* δείξω αὐτοῖς, *& apud* S.*Hier.* oſtendam D eis. ξ Et ex omni fortitudine.] *A pleriſque abeſt illud,* &: *& in aliquo eſt,* ἐν πάσῃ ἰσχύϊ, *& apud* S.*Hieronymum,* in omni fortitudine. ο In teſtimonium.] In teſtimonium iniquitatis populi, *inquit Theodoretus. Eodem modo teſtatur* S.*Hier. habuiſſe quintam editionem,* Symm. in ſempiternum, *Theodotionem,* in finem. *Heſychius autem:* Cæteri, εἰς αἰῶνα in ſempiternum.

I O E L.

I O E L.

C A P. I.

VERBVM Domini, quod factum est ad Ioel filium Bathuel. Audite hæc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: si facta sunt talia in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum. Pro his, filijs vestris narrate, & filij vestri filijs suis, & filij eorum in generationem alteram. [α] Residua erucæ comedit locusta, & residua locustæ comedit bruchus, & residua bruchi comedit rubigo. Euigilate, qui ebrij estis ex vino vestro, & plorate: plangite omnes, qui bibitis vinum ad ebrietatem: quoniam ablatum est de ore vestro [β] gaudium, & lætitia. Quia gens ascendit super terram meam fortis, & innumerabilis: dentes eius, dentes leonis, & molares eius, catuli leonis. Posuit vineam meam in dissipationem, & ficus meas in confractionem. Scrutans scrutatus est eam, & proiecit: dealbauit ramos eius. Plange ad me super sponsam accinctam cilicio super virum suum virgineum. Ablatum est sacrificium, & libatio de domo Domini. Lugete sacerdotes, [γ] qui ministratis altari Domini: quoniam desolati sunt campi: lugeat terra, quoniam afflictum est triticum, aruit vinum, imminutum est oleum, aruerunt agricolæ. Lugete possessiones pro frumento, & ordeo; quia perijt vindemia de agro, vinea aruit, & ficus imminutæ sunt. Malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri arefacta sunt: quoniam confuderunt gaudium filij hominum. Accingite vos, & plangite sacerdotes, lamentamini, quæ ministratis altari: ingredimini, dormite in saccis ministri Dei: quoniam defecit de domo Dei vestri sacrificium, & libatio. Sanctificate ieiunium, prædicate [δ] curationẽ, congregate senes, omnes habitatores terræ in domum Dei vestri, & clamate ad Dominum vehementer, heu mihi, heu mihi, heu mihi in die: quoniam iuxta est dies Domini, & quasi miseria de miseria veniet. [ε] Ante oculos vestros alimenta perierunt, de domo Dei nostri lætitia, & gaudium. Subsultauerunt vituli in præsepibus suis, dissipati sunt thesauri, suffossa sunt torcularia: Quia arefactum est triticum, quid reponemus nobis? Fleuerunt armenta boum, quia non erant pascua eis: & greges ouium disperierunt. Ad te Domine clamabo: quoniam ignis consumpsit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna agri: & iumenta campi [ζ] suspexerunt ad te: quoniam arefactæ sunt emissiones aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti.

C

D

E

α Residua erucæ.] *Aut*, residuum, *vt apud* S.*Hier.Schol.* Sunt eruca quidem, & locusta, & bruchus animalcula: rubigo autem, quasi puluerulenta corruptio frumenti. β Gaudium, & lætitia.] *Hæc absunt à S.Hier.Theodoreto, & Compl.* γ Qui ministratis altari Domini.] *In Complut.est,* οἱ λειτουργοὶ τῷ κυρίῳ *&* *apud*

A *apud S.Hier.* ministri Domini. [δ] Curationem.] *Pro hoc inquit S.Hieron. Symmachum transtulisse,* synodum, *Aquilam,* diem collectæ. [ε] Ante.] *Sic S.Hieron. In multis libris est,* ὅτι κατέναντι, quoniam ante: *in Compl. per interrogationem,* οὐχὶ κατέναντι, nonne ante. [ζ] Suspexerunt.] *Inquit S.Hier.* quasi areola sitiens imbrem. Hoc enim vno verbo significat Aquila, dicens, ἐπεχαλάσθη. *Schol. ad illud, quod sequitur,* arefactæ sunt, *habet ex Aquila,* ἐπεχαλάσθησαν. *Videantur, quæ notata sunt in ps. 41.*

C A P. II.

CANITE tuba in Sion, prædicate in monte sancto meo: & conturbentur omnes habitatores terræ: quoniam adest dies Domini: quoniam iuxta est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis, & nebulæ: sicut mane, fun- B detur super montes: populus multus, & fortis: similis ei non fuit à seculo: & post eum non [α] adijcietur vsque ad annos in [β] generationes generationum. [γ] Quæ ante eum, consumens ignis; & quæ post eum, flamma succensa. Sicut paradisus voluptatis, terra ante faciem eius: & posteriora illius, sicut campus solitudinis: &, qui saluetur, non erit ei. Sicut aspectus equorum, aspectus eorum: & sicut equites, sic persequentur. Sicut vox quadrigarum super vertices montium exilient, & sicut vox flammæ ignis deuorantis stipulam, & sicut populus multus, & fortis præparatus ad prælium. A facie eius conterentur populi: omnis vultus, sicut adustio ollæ. Sicut pugnatores, current; & sicut viri bellatores, ascen- C dent super muros: & vnusquisque in via sua ambulabit: & non declinabunt à semitis suis: & vnusquisque à fratre suo non recedet. Aggrauati in annis suis ibũt, & in iaculis suis cadent, & non consumentur. Vrbem apprehendent, & super muros [δ] current, & super domos ascendent, & per fenestras intrabunt, sicut fures. Ante faciem eius confundetur terra, & commouebitur cælum: Sol, & Luna cõtenebrabuntur, & stellæ deponent lumen suum. Et Dominus dabit vocem suam ante faciem fortitudinis suæ: quoniam multa sunt nimis castra eius, quoniam fortia opera sermonum illius: quia magna dies Domini, [ε] illustris nimis: & quis erit sufficiens ad eam? Et nunc dicit Dominus Deus vester: Conuertimini ad D me ex toto corde vestro, & in [ζ] ieiunio, & in fletu, & in planctu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra: & conuertimini ad Dominum Deum vestrum: quia misericors, & miserator est, patiens, & multæ misericordiæ, & pænitens super malitijs. Quis nouit, si reuertatur, & pæniteat, & relinquat post se benedictionem, & sacrificium, & libamen Domino Deo vestro? Clangite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, prædicate curationem, congregate populum, sanctificate Ecclesiam, eligite senes, congregate paruulos sugentes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de [η] thalamo suo. Inter crepidinẽ [θ] altaris plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine populo tuo, & ne dederis hæreditatem tuam in opprobrium: vt dominentur eorum gentes: E ne dicant in nationibus, Vbi est Deus eorum? Et zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo: & respondit Dominus, & dixit populo suo: Ecce ego mitto vobis frumentum, & vinum, & oleum: & implebimini eis: et non dabo vos vltra in opprobrium in gentibus: & eum, qui ab Aquilone est, repellam à vobis, & expellam eum in terram, quæ est sine aqua: & disperdam faciem eius in mare primum, & posteriora eius in mare nouissimum: & ascendet putredo eius, & ascendet fœtor eius: quia magnificauit opera sua. Confide terra, gaude, atque lætare; quia magnificauit Dominus, vt faceret. Confidite iumenta campi: quo-

pi: quoniam germinauerũt campi solitudinis, quia lignum attulit fructum suũ, ficus, & vitis dederunt fortitudinem suam. Et filij Sion gaudete, atque lætamini in Domino Deo vestro: quoniam dedit vobis [ι] escas in iustitia, & pluet vobis imbrem temporaneum, & serotinum, sicut à principio: & replebuntur areæ tritico, & redundabunt torcularia vino, & oleo. Et reddam vobis pro annis, quos comedit locusta, & bruchus, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna, quam misi in vos: & vescemini comedentes, & saturabimini, & laudabitis nomen Domini Dei vestri, quæ fecit vobiscum [κ] in mirabilia: & non confundetur populus meus in æternum. [λ] Et scietis, quia in medio Israel ego sum: & ego Dominus Deus vester: et non est amplius præter me: et non confundetur vltra populus meus in æternum. Et erit post hæc, et effundam de spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filij vestri, et filiæ vestræ, et senes vestri somnia somniabunt, et iuuenes vestri visiones videbunt. Et super seruos meos, et super ancillas in diebus illis effundam de spiritu meo. Et [μ] dabo prodigia in cælo, et super terram sanguinem, et ignem, et vaporem fumi. Sol conuertetur in tenebras, et Luna in sanguinem; antequam veniat dies Domini magnus, et illustris. Et erit: Omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Quia in monte Sion, et in Hierusalem erit, [ν] saluatus, sicut dixit Dominus, et [ξ] euangelizati, quos Dominus vocauit.

α Adijcietur.] *Respondet hebræo. In Compl. habetur* ἔσται, *& apud S. Hier.* erit. β In generationes.] *In ijsdem,* γενεᾶς, generationis. γ Quæ ante.] *Istud* τά, *abest ab ijsdem.* δ Current.] *Iidem,* διαδραμοῦνται, discurrent. ε Illustris.] *In ijsdem,* μεγάλη, καὶ ἐπιφανής, magna, & illustris. ζ Ieiunio.] *In plerisque sequitur,* καὶ ἐν σάκκῳ, *& apud S. Hier.* in cilicio. η Thalamo.] *Nam & in Vaticano legitur* πασοῦ, *licet per incuriam typographi factum sit,* μασοῦ. θ Altaris.] *In Compl. & apud Theodoretum,* καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, *& apud S. Hier.* & altare: *qui etiam inquit, pro crepidine Symmachum dixisse,* προπύλαιον, vestibulum, *Aquilam* πρόδρομον *(videtur corrigendum,* πρόδομον*)* porticum, *Theodotionem posuisse ipsum nomen hebræum.* ι Escas in iustitia.] *S. Hier. dicit,* escas, *aut,* alimenta iustitiæ. κ In mirabilia.] *Sapit quodammodo hebraismum. Compl.* ὃς ἐποίησεν μεθ' ὑμῶν θαυμάσια, *& apud S. Hier.* qui fecit vobiscum mirabilia. λ Et scietis.] *Hæc vsque ad,* Et erit post hæc, *absunt à plerisque libris. Sed non à S. Hier. neque à Theodoreto.* μ Et dabo.] *Sic S. Hieron. In alijs libris est,* καὶ δώσουσι, & dabunt, *in quibus etiam antecedit,* καὶ προφητεύσουσι, & prophetabunt. *In Vaticano est,* δώσω, *sed per incuriam typographi factum est,* δώσουσι. ν Saluatus.] *Apud S. Hier.* qui saluatus fuerit: *ac testatur Symmachum transtulisse,* qui fugerit. ξ Euangelizati.] *Cæteri,* εὐαγγελιζόμενος, *& apud S. Hieron.* annuncians, *in sua autem versione,* in residuis.

CAP. III.

QVIA ecce ego in diebus illis, et in tempore illo, quando conuertero captiuitatem Iuda, et Hierusalem; et congregabo omnes gentes, et detraham eas [α] in vallem Iosaphat, et disceptabo cum eis ibi pro populo meo, et hæreditate mea Israel, qui dispersi sunt in gentibus; et terram meam diuiserunt, et super populum meum miserunt sortes, et dederunt pueros [β] meretricibus, et puellas vendebant pro vino, et bibebant. [γ] Et quid vos mihi Tyrus, et Sidon, et omnis [δ] Galilæa alienigenarum? Nunquid retributionem vos redditis mihi, aut iram in corde retinetis aduersum me? Velociter, et cito reddam retributionem vestram in capita vestra; pro eo quòd argentum meum, et aurum meum tulistis, et electa mea, [ε] optima intulistis in templa vestra, et filios Iuda, et filios Hierusalem vendidistis filijs Græcorum; vt eijceretis eos de finibus suis. Et ecce ego [ζ] suscito eos de loco, in quo vendidistis eos ibi, et reddam

A dam retributionem vestram in capita vestra: et vendam filios vestros, et filias vestras in manus filiorum Iuda: & venundabunt eos [η] in captiuitatem genti, quæ procul abest: quoniam Dominus loquutus est. Prædicate hæc in gentibus, [θ] sanctificate bellum, suscitate pugnatores: adducite, & ascendite omnes viri bellatores: concidite aratra vestra in gladios, & falces vestras in lanceas. [ι] Infirmus dicat, quia præualeo ego. Congregamini, & introite omnes gentes per circuitum, & congregamini illuc: mansuetus sit pugnator. Consurgant, ascendant omnes gentes in vallem Iosaphat: quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu. Emittite falces, quoniam abest vindemia: introite, calcate, quia

B plenum est torcular; [κ] supereffundite torcularia, quia repleta sunt mala eorum. Sonitus exauditi sunt in valle [λ] iudicij: quia iuxta est dies Domini in valle iudicij. Sol, & Luna obtenebrabuntur, & stellæ occidere facient splendorem suum. Dominus autem de Sion [μ] clamauit, & de Hierusalem dabit vocem suam: & mouebitur cælum, & terra: Dominus autem parcet populo suo, & confortabit filios Israel. Et scietis, quia ego Dominus Deus vester, habitans in Sion monte [ν] sancto meo. Et erit Hierusalem sancta: & alienigenæ non transibunt per eam amplius. Et erit, in die illa stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte, & omnes emissiones Iudæ fluent aquis. Et fons de domo Domini egredietur, &

C irrigabit torrentem [ξ] funiculorum. Ægyptus in perditione erit: & Idumæa in campum desolationis erit, ex iniquitatibus filiorum Iuda, pro eo, quòd effuderunt sanguinem iustum in terra sua. Iudæa autem in æternum habitabitur, & Hierusalem in generationes generationum. Et requiram sanguinem eorum, inultumque esse non patiar: & Dominus habitabit in Sion.

α In vallem Iosaphat.] *Theodotio*, εἰς τὴν χώραν τῆς κρίσεως, in regionem iudicij. β Meretricibus.] *Sic apud S. Hier. in comm. licet in contextu sit*, puerum in prostibulo. γ Et quid vos mihi.] *In Complut.* καίγε τί ἐμοὶ, καὶ ὑμῖν, *& apud S. Hier.* Quid mihi, & vobis. δ Galilæa.] *S. Hier.* Quod Aquila θῖνας, Symm. terminos transtulit: θῖνας, autem, id est tumulum arenarum referamus, *&c.* ε Optima.] *In aliquo est*, καὶ καλά, *& apud S. Hier.* & optima. ζ Suscito.] *Multi* ἐξεγερῶ, *& apud eundem*, suscitabo. η In captiuitatem.] *Testatur S. Hier. Aquilam, & Symmachum posuisse ipsum verbum hebraicum*, Sabaim: *ipse dixit*, Sabæis. θ Sanctificate.] *Theodoretus*, excitate pugnatores, & segregate ad bellum. Quoniam enim sanctus seipsum à sceleribus segregat; omne, quod segregatur ad aliquid, vocat sanctificare. ι Infirmus.] *Sic apud S. Hieron. in comm. licet in contextu sit*, fortis. κ Supereffundite.] *Alij*, ὑπερχεῖται, *aut* ὑπερεκχεῖται, *apud S. Hier.* & redundant torcularia. λ Iudicij.] *Testatur S. Hier. quod lxx. & Theodotio transtulerunt*, τῆς δίκης, καὶ τῆς κρίσεως. *Aquilam, & Symmachum, & Quinta editionem dixisse*, concisionis. μ Clamauit.] *Cæteri*, ἀνακράξεται, *& apud S. Hier.* clamabit. ν Sancto meo.] *Ita etiam in Vaticano, vt apud S. Hier. licet per incuriam omissum sit*, μου. ξ Funiculorum.] *S. Hier. Symmachum refert esse interpretatum*, vallem spinarum, *ipse*, torrentem spinarum: *& multa de funiculo, et spina affert; quæ legenda.*

D

O B D I V.

C A P. I.

VISIO Obdiu. Hæc dicit Dominus Deus Idumææ: Auditum audiui à Domino: & munitionem in gentes misit: Surgite, & consurgamus aduersus eam in prælium. Ecce minimum dedi te in gentibus: inhonoratus es tu valde. Superbia cordis tui eleuauit te habitantem in foraminibus petrarum: exaltans habitaculum suum, dicens in corde suo: Quis me detrahet in terram? Si exaltatus fueris, vt aquila, & si inter media sydera ponas nidum tuum; inde te detraham, dicit Dominus. Si fures introissent ad te, vel latrones per noctem, vbicunque proiectus esses; nonne furati essent sufficientia sibi? Et, si vindemiatores introissent ad te; nonne reliquissent racemum? Quomodo inuestigatus est Esau, & deprehensa sunt abscondita eius? Vsque ad terminos dimiserunt te: omnes viri testamenti tui restiterunt tibi: præualuerunt aduersum te viri pacifici tui, posuerunt insidias subter te: non est intellectus eis. In die illa, dicit Dominus, perdam sapientes ex Idumæa, & intelligentiam de monte Esau. Et pauebunt pugnatores tui, qui de Thæman; vt auferatur homo de monte Esau. Propter interfectionem, & impietatem [a] fratris tui Iacob, operiet te confusio, & auferetis in æternum: Ex die, qua restitisti contra, in diebus captiuantium alienigenarum fortitudinem eius; & alieni ingressi sunt in portas eius, & super Hierusalem miserunt sortes: & tu eras quasi vnus ex eis. Et non despicies diem fratris tui in die alienorum: & non lætaberis super filios Iuda in die perditionis eorum: & non magna loqueris in die angustiæ: neque ingredieris portas populorum in die laborum eorum. Et non despicies etiam tu congregationem eorum in die perditionis eorum: neque simul apponeris fortitudini eorum in die perditionis eorum, neque stabis in egressibus eorum, vt interficias eos, qui salui fuerint ex eis, neque concludes fugitiuos eius in die tribulationis: Quia iuxta est dies Domini super omnes gentes. Sicut fecisti; sic erit tibi. Retributio tua reddetur in caput tuum. Quia, quomodo bibisti super montem sanctum meum; bibent omnes gentes vinum: bibent, & [b] descendent, & erunt, quasi non sint. In monte autem Sion erit saluatio: & erit sanctus: & possidebunt domus Iacob eos, qui se possederant.

A derant. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, domus autem Esau in stipulam: & succendentur in eos, & deuorabunt illos: & non erit γ frumentarius domui Esau: quia Dominus loquutus est. Et posidebunt, qui in δ Nageb, montem Esau, & qui in Sephela, alienigenas. Et posidebunt montem ε Ephræm, & campum Samariæ, & Beniamin, & Galaaditin. Et transmigrationis principium istud filijs Israel, terra Chananæorum vsque Sareptam, & transmigratio Hierusalem vsque Ephratha. Posidebunt ciuitates Nageb: & ascendent, ζ qui salui fuerint, de monte Sion, vt puniant montem Esau. Et erit Domino regnum.

B

α Fratris tui Iacob.] *Sic habuisse etiam S. Hieronymum apparet ex comm. licet in contextu, quasi ad vitandam ambiguitatem sit,* aduersum fratrem tuum Iacob. β Descendent.] *Sic est etiam in alio codice. In cæteris,* καὶ ἀναβήσονται, & ascendent, *aut,* καὶ καταπίονται, & absorbebunt, *vt apud S. Hieron.* γ Frumentarius.] *Aliquot libri,* πυρφόρος, qui gestare possit igniculum: *quomodo narrat S. Hier. nonnullos putasse translatum esse à lxx. Symmachum vero dixisse,* effugiens, *Aquilam,* reliquus, *Theodotionem, & quintam editionem,* residuus: *Theodoretus refert ex Symmacho,* διασωζόμενον, *ex Aquila, & Theodotione,* καταλελειμμένον. δ Nageb.] *Testatur Theodoretus cæteros tres interpretes dixisse,* νότον, Austrum. ε Ephræm.] *Narrat S. Hier. cum vocabulo hebraico Sapharad, quod ipse Bosphorum verterit, cæteros interpretes concordasse.* ζ Qui salui fuerint.] *Inquit S. Hier. quod lxx. Aquila, & Theodotio dixerint,* σεσωσμένοι, *vel* ἀνασωζόμενοι, Symmachum *dixisse,* σώζοντες, saluatores: *& ita ex Symmacho refertur in scholio.*

IONAS.

CAP. I.

ET factum est verbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge, & vade in Nineuem ciuitatem magnam, & prædica in ea: quia ascendit clamor malitiæ eius ad me. Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis à facie Domini: & [α] descendit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharsis, deditque naulum suum, & ascendit in eam, vt nauigaret cum eis in Tharsis à facie Domini. Et Dominus suscitauit [β] spiritum in mare: & facta est tempestas magna in mari: & nauis periclitabatur conteri. Et timuerunt nautæ, & clamauerunt vnusquisque ad Deum suum: & iactum fecerunt vasorum, quæ erant in naui, in mare, vt alleuiaretur ab eis. Ionas autem descendit in ventrem nauis, & dormiebat, & stertebat. Et accessit ad eum proreta, & dixit ei: Quid tu stertis? Surge, & inuoca Deum tuum; [γ] vt saluos faciat nos Deus, & non pereamus. Et dixit vnusquisque ad proximum suum: Venite, mittamus sortes, & cognoscamus, cuius gratia malitia hæc est super nos. Et miserunt sortes: & cecidit sors super Ionam. Et dixerunt ad eum: Annuncia nobis, [δ] quod est opus tuum, & vnde [ε] venis, & ex qua regione, & ex quo populo es tu. Et dixit ad eos: [ζ] Seruus Domini ego sum; & Dominum Deum cæli ego colo, qui fecit mare, & aridam. Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eũ: Quid hoc fecisti? Cognouerunt enim viri, quòd à facie Dei fugeret; eo quòd indicasset eis. Et dixerunt ad eum: Quid tibi faciemus, & quiescet mare à nobis? Quia mare ibat, & suscitabat magis fluctum. Et dixit Ionas ad eos: Tollite me, & mittite me in mare: & quiescet mare à vobis. Ego enim noui, quòd propter me fluctus isti magni contra vos sunt. Et conabantur viri, vt reuerterentur ad terram, & non poterant: quia mare ibat, & insurgebat magis contra eos. Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt: Nequaquam Domine: ne pereamus propter animam viri huius: & non des super nos sanguinem iustum: tu enim Domine, sicut voluisti, fecisti. Et tulerunt Ionam, & miserunt eum in mare: & stetit mare à commotione sua. Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostiam Domino, & vouerunt vota.

C

D

E

α Descendit.] *In editione tunc vulgata testatur Sanctus Hieronymus legi solitum*, ascendit. β Spiritum.] *In multis additur*, μέγα, *& apud Sanctum Hieronymum*, magnum. γ Vt.] *Alij* ὅπως, *& apud Sanctum* Hieronymum, si quomodo. δ Quod est opus.] *Sic & alius liber. In cæteris antecedit*, τίνος ἕνεκεν, ἡ κακία αὕτη ἐν ἡμῖν, *& apud Sanctum Hieronymum*, cuius gratia, hæc malitia est in nobis. ε Venis.] *In cæteris sequitur*, καὶ ποῦ πορεύῃ, *& apud Sanctum Hieronymum*, & quo vadis: *quod non est in hebraico.* ζ Seruus.] *Sanctus Hieronymus transtulit*, hebræus: *& similis varietas alibi etiam est obseruata.*

CAP.

A

CAP. II.

ET præcepit Dominus ceto magno deuorare Ionam. Et erat Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad Dominum Deum suum de vtero piscis, & dixit: Clamaui in tribulatione mea ad Dominum Deum meum: & exaudiuit me; de [α] ventre inferi clamoris mei audisti vocem meam; proiecisti me in profunda cordis maris, & flumina me circumdederunt. Omnes eleuationes tuæ, & fluctus tui super me transierunt. Et ego dixi: abiectus sum ex oculis tuis: [β] putas ne, addam, vt videam templum sanctum tuum? Circunfusa est mihi aqua vsque ad animam, abyssus vallauit me nouissima: intrauit caput meum in scissuras montium: descendi in terram, cuius vectes eius sunt retinacula sempiterna. Et ascendat [γ] corruptio vitæ meæ Domine Deus meus. Cum deficeret ex me anima mea; Domini recordatus sum: & veniat ad te oratio mea in templum sanctum tuum. Qui custodiunt vana, & mendacia, misericordiam suam reliquerunt. Egoautem cum voce laudis, & confessionis immolabo tibi: quæcunque voui, reddam tibi [δ] salutaris Domino. Et à Domino præceptum est ceto: & eiecit Ionam super siccam.

B

[α] De ventre inferi clamoris mei.] *Sic refert S. Hieron. in comm. ex lxx.* [β] Putas ne.] *Sic testatur S. Hieron. scriptum fuisse in vulgata sui temporis: quamuis putet illud* ἄρα, *reddi posse*, igitur. [γ] Corruptio vitæ meæ.] *Hesychius ita hoc explicat, id est,* ἐκ φθορᾶς ἡ ζωή μου, *quomodo legitur in cæteris libris. Apud S. Hieron.* & ascendet de corruptione vita mea ad te. [δ] Salutaris.] σωτηρίου. *Apud S. Hieronymum,* salutare. *In cæteris fere libris,* εἰς σωτηρίαν μου, *vel* μοι, in salutem meam.

C

CAP. III.

ET factus est sermo Domini ad Ionam secundo, dicens: Surge, vade in Nineuen ciuitatem magnã: & prædica in ea iuxta prædicationem priorem, quam ego loquutus sum ad te. Et surrexit Ionas, & abijt in Nineuen, sicut ei loquutus fuerat Dominus. Erat autem Nineue ciuitas magna Deo, quasi itinere viæ dierum trium. Et cœpit Ionas ingredi in ciuitatem, quasi itinere diei vnius: & prædicauit, & dixit: Adhuc [α] tres dies, & Nineue subuertetur. Et crediderunt viri Nineue Deo, & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à magno eorum vsque ad paruum eorum. Et appropinquauit sermo ad regem Nineue: & surrexit de throno suo, & abstulit stolam suam à se, & coopertus est sacco, & sedit in cinere. Et prædicatum est, [β] & dictum est in Nineue à rege, & à magnatibus eius, dicendo: Homines, & iumenta, & boues, & oues non gustent quicquam, nec pascantur, & aquam non bibant. Et cooperti sunt saccis homines, & iumenta, & clamauerunt ad Deum vehementer. Et reuersi sunt vnusquisque de via sua mala, & ab iniquitate, quæ erat in manibus eorum, dicentes: Quis scit, [γ] si pæniteat Deum, & auertatur ab ira furoris sui, & non pereamus? Et vidit Deus opera eorum, quoniam reuersi sunt de vijs suis malis: & egit pænitentiã Deus super malitia, quã loquutus fuerat, vt faceret eis: & non fecit.

D

E

[α] Tres dies.] *Theodoretus.* Hos Aquila, Symm. Theod. quadraginta dixerunt: consentiunt autem his etiam Syrus, & Hebræus. *Et nonnullis interiectis.* Credibile autem est etiam lxx. concordem alijs posuisse numerum: sed, qui ab initio scripserunt, errasse in hoc, ac deinceps in omnia exemplaria permanasse editionẽ. *De hac re S. Aug. lib. 18. de Ciuit. cap. 44. & alij.* [β] Et dictum est.] *Hoc abest ab aliquo, & à S. Hieronymo.* [γ] Si pæniteat Deum.] *LL. VV. partim hoc modo habent, partim,* εἰ ἐπιστρέψει ὁ θεός, καὶ παρακληθήσεται, *& apud S. Hier.* si conuertatur Deus, & exoretur.

CAP. IV.

ET contriſtatus eſt Ionas triſtitia magna: & confuſus eſt: orauitque ad Dominum, & [a] ait: O Domine, nonne iſti ſunt ſermones mei, cum adhuc eſſem in terra mea? Propterea præoccupaui fugere in Tharſis; quia ſciebam, quòd tu miſericors, & miſerator, patiens, & multæ miſerationis, & agens pænitentiam ſuper malicijs. Et nunc dominator Domine tolle animam meam à me: quia melius eſt mihi mori, quàm viuere. Et dixit Dominus ad Ionam · [β] Si vehementer contriſtatus es tu? Et egreſſus eſt Ionas de ciuitate, & ſedit contra ciuitatem: & fecit ſibi tabernaculum ibi, & ſedebat ſubter [δ] illud, donec videret, quid eſſet ciuitati. Et præcepit Dominus Deus [γ] cucurbitæ: & aſcendit ſuper caput Ionæ, vt eſſet vmbraculum ſuper caput eius, vt protegeret eum à ſuis malis. Lætatuſque eſt Ionas ſuper cucurbita gaudio magno. Et præcepit Deus vermi mane in craſtinum: & percuſsit cucurbitam, & areſacta eſt. Et factum eſt, ſimulatque exortus eſt Sol, & præcepit Deus ſpiritui ardenti, vrenti: & percuſsit Sol ſuper caput Ionæ: & anguſtiatus eſt, & tæduit eum animæ ſuæ, & dixit: Melius eſt mihi mori, quàm viuere. Et dixit Deus ad Ionam: Si valde contriſtatus es tu ſuper cucurbita? Et ait: Valde contriſtatus ſum ego vſque ad mortem. Et dixit Dominus: Tu pepercisti ſuper cucurbita, pro qua non laboraſti ſuper eam, neque nutriſti eam, quæ nata eſt ſub noctem, & ſub noctem perijt: Ego autem non parcam ſuper Nineue ciuitate magna, in qua habitant plures, quàm [ε] centum viginti millia hominum, qui non nouerunt dextram ſuam, & ſiniſtram ſuam, & pecora multa?

[α] O Domine.] *In multis codicibus eſt ὦ δὴ, quam etiam S. Hier. inquit interiectionem ſibi videri deprecantis, ac blandientis. In Vaticano eſt, ὦ κύριε, ſed in editionem noſtram græcam per typographi incuriam magnum irrepſit erratum. Quare ad initium tertiæ lineæ huius capitis ponendum eſt, ὦ κύριε, & ad initium quartæ pro ἅμων, ponendum γῆ.* [β] Si.] *Iſtud εἰ, abeſt à multis, & à S. Hieron. ſed non ab hebræo. Theodoretus,* Symm. *ἆρα δικαίως ἐλυπήθης;* nunquid iuſte triſtatus es? cæteri vero interpretes, *εἰ σφόδρα ἐλυπήθης,* nunquid recte triſtatus es? [γ] Cucurbitæ.] *Teſtatur S. Hier. veteres tranſlatores interpretatos eſſe hederam, quæ græce appellatur κισσός.* [δ] Subter illud.] *In aliquo additur ἐν σκιᾷ, & apud S. Hier.* in vmbra. [ε] Centum viginti millia.] *Sic S. Hier. in ſua tralatione, & græce eſt duodecim myriades: quamuis apud eundem S. Hier. in vetuſtiore ſit,* duodecim millia.

NAVM.

NAVM.

CAP. I.

ASSVMPTIO [α] Nineue, libri visionis Naum Elcesæi. Deus æmulator, & vlciscens Dominus, vlciscens Dominus cum furore, vlciscens Dominus aduersarios suos, & tollens ipse inimicos suos. Dominus longanimis, & magna fortitudo eius: & [β] innocentem non faciet innocentem. Dominus, in consummatione, & in commotione via eius, & nubes, puluis pedum eius: increpans mare, & exiccans illud, & omnia flumina ad desertum perducens. Imminuta est Basanitis, & Carmelus, & quæ florebant Libani, defecerunt. Montes commoti sunt ab eo, & colles concussi sunt: & [γ] contracta est terra à facie eius, vniuersa, & omnes, qui habitant in ea. A facie iræ eius quis sustinebit? & quis resistet in ira furoris eius? Furor eius [δ] consumit principatus: & petræ contritæ sunt ab eo. Suauis Dominus expectantibus eum in die tribulationis, & cognoscens timentes se. Et in diluuio [ε] transeunte consummationem faciet: [ζ] consurgentes, & inimicos eius persequentur tenebræ. Quid cogitatis contra Dominum? Consummationem ipse faciet: [η] non vindicabit bis in idipsum in tribulatione. Quia vsque ad fundamentum suum redigetur in vepres, & quasi voluola circundata comedetur, & quasi stipula ariditate plena. Ex te exibit cogitatio contra Dominum pessima, cogitans contraria. Hæc dicit Dominus imperans aquis multis: & sic diuidentur: & auditus tuus non audietur amplius. Et nunc conteram virgam eius à te, & vincula disrumpam: Et præcipiet de te Dominus: non seminabitur ex nomine tuo amplius: de domo Dei tui disperdam sculptilia, & conflatilia; ponam sepulchrum tuum; [θ] quia veloces ecce super montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem. Celebra Iuda festiuitates tuas, redde vota tua: quia nequaquam apponent vltra transire [ι] per te in vetustatem.

[α] Assumptio.] *Notat S. Hier. quod lxx. dixerunt,* λῆμμα, (*& huius nominis rationem reddit Theodoretus*) *Aquilam esse interpretatum,* ἄρμα, onus, *vt est in vulgata nostra.* [β] Innocentem.] *In quibusdam scriptum est,* ἀθῷον, *& apud S. Hier.* ἀθῷων, *quare vertitur,* & mundans non faciet innocentem: *quamuis fateatur in græco significantius dici. Est enim hebraismus, ac si diceretur,* nequaquam mundando mundabit. *Eandem lectionem videtur sequi Theodoretus.* [γ] Contracta.] *Theodoretus,* Aquila, ἔφριξεν, horruit, *Symm.* ἐσαλεύθη, mota est. [δ] Consumit.] *Aquila,* συνεχωνεύθη, conflata est. *Symm. & Theod.* ἔσταξεν, stillauit: *& ita interpretatur* S. Hier. [ε] Transeunte.] *Sic videtur reddi apud* S. Hieronymum, *quod græce est,* πορείας, itineris, ac transitus. [ζ] Consurgentes.] *S. Hier.* Aquila, ἀπὸ τῶν ἀνισταμένων, à consurgentibus, Theodotio consurgentibus ei. Quinta editio, à consurgentibus illi. Solus Symm. cum nostra interpretatione consentiens ait, Et in diluuio transeunte consummationem faciet loci eius. [η] Non vindicabit.] *Idem,* Symm. apertius, non sustinebunt impetum secundæ angustiæ. Theodotio, non consurget secunda tribulatio. [θ] Quia veloces.] *Quinta editio,* ὅτι ὑβρίσθης, *quod S. Hieron. videtur reddidisse,* inhonoratus es, *& hic agnoscere finem capitis in hebraico.* [ι] Per te in vetustatem.] *Illud,* διὰ σοῦ, *abest ab aliquo: & apud S. Hier.* vt pertranseat in vetustatem. *Hebræus habet,* per te, *sed pro,* in vetustatem, *habet,* Belial, *quod inquit S. Hier. significare præuaricatorem, &* ἀποστάτην S. *Chrys. in lib. decem homiliarum Romæ impresso coniungit hæc cum sequentibus in 2. capite, atque ita hunc locum refert,* ὅτι οὐκέτι μὴ προσθῶσιν ἐλθεῖν εἰς (*sed paulo post* εἰς) παλαίωσιν. συντετέλεσται, ἐξῆρται. ἀνέβη γὰρ ἐκ τῆς γῆς ὁ ἐμφυσῶν εἰς τὸ πρόσωπον

τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ἐξαιρούμενός σε ἐκ θλίψεως, non vltra adijcient venire ad vetuſtatem. Conſummata ſunt, ſublata ſunt. Aſcendit enim è terra inſufflans in faciem tuam, & eximens te è tribulatione. *Sic enim viſa ſunt vertenda ex illius ſententia. Aliter autem hic vertemus.*

A

C A P. II.

CONSVMMATVS [a] eſt, ſublatus eſt: aſcendit inſufflans in faciem tuam, eruens de tribulatione. Contemplare viam, tene lumbum, confortare robore valde: quoniam auertit Dominus contumeliam Iacob, ſicut contumeliam Iſrael: quia excutientes excuſſerunt eos, & propagines eorum corruperunt. Arma potentiæ [β] eorum ex hominibus, viros fortes illudentes in igne: habenæ curruum eorum in die præparationis eius: & equites timebunt in [γ] vijs, & confundentur currus, & collidentur in platæis. Aſpectus eorum, quaſi lampades ignis, & quaſi fulgura diſcurrentia. Et commemorabuntur optimates eorum: & fugient die, & infirmabuntur in itinere ſuo, & feſtinabunt ad muros eius, & præparabunt propugnacula ſua. Portæ ciuitatum apertæ ſunt: & regalia conciderunt, & ſubſtantia reuelata eſt. Et ipſa aſcendebat, & ancillæ eius ducebantur, ſicut columbæ, loquentes in cordibus ſuis. Et Nineue, ſicut piſcina [δ] aquæ, aquæ eius: & ipſi fugientes non ſteterunt, & non erat, qui reſpiceret. Diripiebant argentum, diripiebant aurum, & non erat finis ornamenti eius: [ε] aggrauati ſunt ſuper omnia vaſa deſiderabilia eius. Excuſsio, rediſcuſsio, & ebullitio, & cordis cõfractio, & diſſolutio genuum, & dolores ſuper omnem lumbum: & facies omnium, ſicut aduſtio ollæ. Vbi eſt habitaculum leonum, & paſcua, quæ erat catulis leonum? quo iuit leo, vt [ζ] ingrederetur illuc catulus leonis, & non eſt, qui exterreat. Leo rapuit ſufficientia catulis ſuis, & ſuffocauit leonibus ſuis, & impleuit præda nidum ſuum, & habitaculum ſuum rapina. Ecce ego ad te, dicit Dominus omnipotens: & ſuccendam in fumo multitudinem tuam: & leones tuos comedet gladius: & auferam de terra prædam tuam: & non audientur vltra opera tua.

B C D

[a] Conſummatus eſt, ſublatus eſt.] *Ille ſcilicet (inquit Theodoretus) qui vos oppugnabat, S. Chryſ. habet vt noſtra, quemadmodum diximus, συντετέλεσται, ἐξῆρται, ſed ita interpretatur*, vetera conſummata, & ſublata ſunt, noua facta ſunt omnia. *Plerique libri habent, συντετέλεσται, ἀνήλωται, conſummatum eſt, conſumptum eſt. In Complut. ἐνεπλήσθη, συντετέλεσται, & apud* S. Hier. completum eſt, conſummatum eſt. [β] Eorum.] *In alijs αὐτοῦ, & apud S. Hier.* eius. [γ] Vijs.] *Compl. ἐν ταῖς ἐξόδοις, & apud S. Hieron.* in exitibus. [δ] Aquæ.] *Iidem, ὑδάτων*, aquarum. [ε] Aggrauati ſunt ſuper omnia vaſa deſiderabilia eius.] *Sic videtur aptiſsimum habere ſenſum, & congruentẽ ijs quæ à Theodoreto dicuntur. Aliqui codices habent, αὐτῶν, Complut. τὰ ἐπιθυμήματα αὐτῆς. Apud S. Hier.* aggrauata eſt ſuper omnia vaſa concupiſcentiæ ſuæ. [ζ] Ingrederetur illuc catulus.] *Ita apud S. Hier. In multis codicibus eſt, σκύμνος. Theodoretus videtur habuiſſe, σκύμνοι, & ita interpungit*, quo iuit leo, vt ingrederetur? illic catuli leonis, &c.

C A P. III.

E

O Ciuitas ſanguinum; tota mendax, [a] iniquitate plena: non contrectabitur venatio: vox flagellorum, & vox commotionis rotarum, & equi perſequentis, & currus feruentis, & equitis aſcendentis, & ſplendentis gladij, & fulgentium armorum, & multitudinis vulneratorum, & grauis ruinæ: & non [β] fuit finis gentibus eius: & infirmabuntur in corporibus [γ] ſuis à multitudine fornicationis. Meretrix ſpecioſa, & grata, [δ] dux maleficiorum, quæ vendit gentes

A dit gentes in fornicatione ſua,&[ε] populos in maleficijs ſuis. Ecce ego ad te, dicit Dominus Deus omnipotens: & diſcooperiam poſteriora tua ſuper faciem tuam; & oſtendam gentibus confuſionem tuam, & regnis ignominiam tuam: & proijciam ſuper te abominationem ſecundum immundicias tuas: & ponam te in exemplum. Et erit, [ζ] omnis, qui viderit te, deſcendet à te, & dicet: Miſera Nineue, quis gemet eam? Vnde quæram conſolationem illi? [η] Parare partem, aptare chordam, parare partem Ammon: quæ habitas in fluminibus: aqua in circuitu eius: cuius principium mare eſt, & aqua muri eius: & Æthiopia fortitudo eius, & Ægyptus, & [θ] non ſtetit finis fugæ. [ι] Et Lybes facti ſunt auxiliatores illius: & ipſa in tranſmigrationem ibit captiua: & paruulos eius allident [κ] in B principijs omnium viarum eius: & ſuper omnia inclyta eius mittent ſortes. Et vniuerſi optimates eius alligabuntur compedibus. Et tu inebriaberis, & eris deſpecta, & tu quæres tibi [λ] ſtationem ab inimicis. Omnes munitiones tuæ, ficus, quæ [μ] ſcopos habent: ſi commotæ fuerint, cadent in os comedentis. Ecce populus tuus, quaſi mulieres in te. Inimicis tuis aperiendo aperietur portæ terræ tuæ: comedet ignis vectes tuos. Aquam obſidionis hauri tibi, & obtine munitiones tuas: ingredere in lutum, & conculcare in paleis, obtine ſuper laterem. Ibi comedet te ignis, diſperdet te gladius, comedet te, quaſi locuſta, & aggra- C uaberis, quaſi [ν] bruchus. Multiplicaſti negociationes tuas ſuper ſtellas cæli: bruchus irruit, & euolauit. Exilijt, quaſi attelabus, commiſtus tuus, ſicut locuſta, quæ aſcendit ſuper ſepem in die gelus: Sol ortus eſt: & exiliuit, & non cognouit locum ſuum. Væ ipſis. Dormitauerunt paſtores tui; rex Aſſyrius conſopiuit fortes tuos: abijt populus tuus ſuper montes, & non erat, [ξ] qui ſuſciperet. Non eſt ſanatio contritioni tuæ: intumuit plaga tua: omnes, qui audierint nuncium tuum, plaudent manibus ſuper te. quia ſuper quem non ſuperuenit malitia tua ſemper?

α Iniquitate plena.] *Aq.* ἐξαυχενισμοῦ, (*al.* ἐξαυχενιασμοῦ) πλήρης, exceruicatione plena, *Symmachus*, D ἀποτομίας πλήρης, crudelitate, vel ſeueritate plena. *Ita enim interpretatur Sanctus Hieronymus atque addit in altera Symmachi editione ſe reperiſſe*, μελοκοπίας πλήρης, id eſt, ſectionibus carnium, & fruſtis per membra conciſis. ϛ Fuit.] *In Complutenſe*, ἔσται, *& apud S. Hier. in contextu*, erit, *ſed in comm.* eſt. *hebræus habet*, & non finis corporum. γ Suis.] *Apud* S. *Hier. in contextu*, eorum. *In comm. notat*, αὐτῶν, *&* ſuis, *&*, eorum, *ſignificare. In explanando autem videtur magis vti*, ſuis: *teſtatur autem Symmachum dixiſſe*, offendunt in cadaueribus mortuorum. *Theodoretus videtur habuiſſe*, ἐν τοῖς ἔθνεσιν αὐτῶν, in gentibus ſuis. δ Dux maleficiorum.] *S. Hier.* Aquila, & Symm. habens maleficia. ε Populos.] *In multis*, φυλάς, *& apud S. Hier.* tribus. ζ Omnis.] *S. Hier. ex Symmacho*, Et omnis, qui viderit te, recedet à te, & dicet: Diſſipata eſt Niniue: quis lugebit eum ea? η Parare partem, aptare chordam, parare partem Ammon.] *Plerique libri habent*, ἁρμόσαι χορδὴν, ἑτοιμάσαι μερὶς ἀμμών. *A S. Hieronymo videtur etiam abfuiſſe illud*, ἑτοιμάσαι. *Sed illud*, ἁρμόσαι χορδὴν, *duobus locis ponit, primum in contextu ex vetuſtiore tralatione coniuncte cum ſuperioribus*, vnde quæram conſolationem illi aptantem chordam? *deinde, vt ipſe aptius putat, coniuncte cum ſequentibus*, apta chordã pars Ammon: *eodemque modo Theodoretus, ſed videtur habuiſſe* ἅρμοσον, *vt Complut. Addit S. Hieron. pro hoc cæteros interpretes* E *tranſtuliſſe*, Nunquid melior es ab Ammon? θ Stetit finis fugæ.] *In aliquo habetur*, ἔστι *& in plerique additur* σου, *& apud* S. *Hier.* non eſt finis fugæ tuæ. ι Et Lybes.] *Ita etiam Compl. ſed in pleriſque antecedit* φοὺδ, *& apud S. Hieron.* Phut: *quos inquit Theodoretus eſſe*, Lybes Occidentales. κ In principijs.] *Multi*, ἀπ' ἀρχῆς, a principio, *aliqui*, ἐπ' ἀρχῆς, *& apud* S. *Hier.* in principio. λ Stationem.] *Compl.* ἵνα στῇς, *& apud* S. *Hier.* vt ſtes. μ Scopos.] *Nonnulli*, καρποὺς, fructus. *Compl.* ὀλύνθους, *& apud* S. *Hier.* groſſos, *& in comm.* primitiuis ficubus comparabuntur: *qua notione fortaſſe dixerunt lxx.* σκοποὺς, *vt notauimus Oſee.* 9. ν Bruchus.] *In aliquo additur*, πληθύνθητι ὡς ὁ βροῦχος, *& apud S. Hier.* multiplicare vt bruchus. ξ Qui ſuſciperet.] *Sch.* cæteri, ὁ συνάγων, qui congregaret.

AMBACVM.

AMBACVM.

CAP. I.

ASSVMPTIO, quam vidit Ambacum propheta. Vsque quo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis? Quare mihi ostendisti labores, & dolores, videre miseriam, & impietatem? Contra me factum est iudicium: & iudex accipit. Propterea lacerata est lex, & non peruenit ad finem iudicium: quia impius præualet aduersus iustum. Propterea egredietur iudicium peruersum. [α] Videte contemptores, & respicite, & admiramini mirabilia, & disperdimini: [β] quia opus ego operor in diebus vestris, quod non credetis, si quis narrauerit. Quia ecce ego suscito Chaldæos gentem amaram, & velocem, quæ ambulat super latitudines terræ, vt possideat tabernacula non sua. Terribilis, & illustris est: [γ] ex ipsa iudicium eius erit: & assumptio eius ex se egredietur. Et exilient super pardos equi eius, & velociores lupis Arabiæ. [δ] Et equitabunt equites eius, & impetu venient de longinquo, & volabunt quasi aquila prompta ad comedendum. [ε] Consummatio in impios veniet, resistentes faciebus ipsorum ex aduerso. Et congregabit quasi arenam captiuitatem: & ipse in regibus delectabitur, & tyranni ludibria eius; & ipse in omnem munitionem illudet, & mittet aggerem, & obtinebit eam. Tunc mutabit spiritum, & pertransiet, & [ζ] propiciabitur. Hæc est fortitudo Deo meo. Nonne tu à principio Domine Deus sancte meus? & non moriemur? Domine in iudicium posuisti [η] ipsam: & plasmauit me, vt arguam disciplinam eius: mundus oculus ne videat mala, & aspiciat super labores [θ] doloris. Quare aspicis super contemptores? [ι] tacebis, dum impius deuorat iustum? & facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem? Consummationem in hamo subleuauit, & attraxit eum in reti, & congregauit eum in sagenis suis. Propter hoc lætabitur, & gaudebit cor eius. Propterea immolabit sagenæ suæ, & incendet reti suo: quia in ipsis incrassauit partem suam: & escæ eius electæ. Propterea expandet rete suum: & semper interficere gentes non parcet.

[α] Videte contemptores.] *Narrat S. Hieron. tres illos interpretes cum sua concordare, inuenisse autem se in alia quadam editione anonyma*, videbitis calumniatores, *& in alia similiter sine auctoris titulo*, videbitis declinantes. [β] Quia opus.] *Sanctus* Hieronymus *ex Symmacho*, quia opus fiet in diebus vestris. [γ] Ex ipsa iudicium eius erit: & assumptio eius ex se egredietur.] *Theodoretus ex Symmacho*, αὐτὸς ἑαυτὸν δοξάσει, καὶ δόγμα τὸ ἑαυτοῦ ἐπεξελεύσεται. *Sanctus Hieronymus ex eodem*, Ipsa sibi iudicabit, & decreto suo egredietur. [δ] Et equitabunt.] *Sanctus Hieronymus*, Symm. effundentur equites eius, idest corruent, & allidentur in terram. [ε] Consummatio in impios veniet, resistentes faciebus ipsorum ex aduerso.] *Theodoretus ex Symmacho*, πάντα εἰς πλεονεξίαν ἥξει. ἡ πρόσοψις τοῦ προσώπου αὐτῶν ἄνεμος καύσων *quæ S. Hieronymus in sua versione sic videtur reddidisse*, omnes ad prædam venient, facies eorum ventus vrens. [ζ] Propiciabitur.] *Idem ex Aquila*,

A *Aquila, & Symmacho,* καὶ πλημμελήσει, & delinquet: *de quo etiam verbo accurate disputat.* η Ipsam.] αὐτὸ *nimirum,* τὸ ἔθνος, gentem. *Alij,* αὐτὸν, *& apud* S. *Hier.* cum. θ Doloris.] *Istud* ὀδύνης, *abest à nonnullis. Alij habent,* ἐπιβλέπειν ἐπὶ πονηροῖς οὐ δυνήσῃ, aspicere super pessimos non poteris? *Auctor vetustioris tralationis videtur habuisse* ἐπὶ πόνον, *nam ita apud* S. *Hier.* aspicere super dolorem non poteris. ι Tacebis, dum impius deuorat iustum.] *Theodoretus ex tribus interpretibus,* παρασιωπᾷς καταπίνοντος ἀσεβοῦς τὸν δικαιότερον αὐτοῦ, taces deuorante impio iustiorem se. *Vetustior tralatio videtur mista ex vtraque.*

CAP. II.

SVPER custodiam meam stabo, & ascendam super [α] petram, & contemplabor: vt videam, quid loquatur in me, & quid respondeam ad correptionem meam. Et respondit ad me Dominus, & dixit: Scribe [β] visionem, & manifeste in [γ] buxum, vt persequatur, qui legit ea: quia adhuc visio in tempus, & orietur in finem, & non in vacuum. Si defecerit; sustine [δ] eum: quia veniens veniet, & non tardabit. Si retraxerit se; non placet animæ meæ in eo. Iustus autem ex fide [ε] mea viuet. Qui autem [ζ] arrogans est, & contemptor, vir superbus nihil perducet ad finem: qui dilatauit, sicut infernus animam suam: & iste, quasi mors, non adimpletur: & congregabit ad se omnes gentes, & accipiet ad se omnes populos. Nonne vniuersa hæc aduersum eum parabolam sument, & propositionem ad narrationem eius? Et dicent: Væ, qui multiplicat sibi, quæ non sunt sua: vsquequo [η] & aggrauat torquem suam grauiter. Quia subito consurgent mordentes eum, & vigilabunt insidiatores tui, & eris in rapinam illis. Quia [θ] expoliasti gentes multas; expoliabunt omnes reliqui populi, propter sanguines hominum, & impietates terræ, & ciuitatis, & omnium habitatorum eius. O qui multiplicat auaritiam malam domui suæ, vt ponat in excelso nidum suum, vt eruatur de manu malorum. Cogitasti confusionem domui tuæ: consumpsisti populos multos: & peccauit anima tua. Propter quod lapis de pariete clamabit, & [ι] scarabeus de ligno loquetur ea. Væ, qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitatibus. [κ] Non hæc sunt à Domino omnipotente. Et defecerunt populi multi in igne, & gentes multæ [λ] coangustatæ sunt. Quia replebitur terra, vt cognoscat gloriam Domini: [μ] quasi aqua operiet eos. O, qui propinat proximo suo [ν] subuersionem turbidam, & inebriat, vt aspiciat in [ξ] speluncas eorum: saturitatem ignominiæ de gloria bibe [ο] & tu: cor commouere, & concutere: circundedit te calix dexteræ Domini: & congregata est ignominia super gloriam tuam. Quia impietas Libani operiet te, & miseria bestiarum terrebit te: propter sanguines hominum, & impietates terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea. Quid prodest sculptile, quia sculpserunt illud? Formauit illud conflatile, imaginem falsam: quia confidit fictor in figmento suo, vt faciat idola [π] muta. Væ, qui dicit ligno, euigila, exurge; & lapidi, eleuare: & ipsum est imago: istud vero est productio auri, & argenti: & [ρ] omnis spiritus non est in eo. Dominus autem in templo sancto suo: reuereatur à facie eius omnis terra.

α Petram.] *S. Hier. ex Symmacho,* conclusum, *ex Theodotione,* gyrum, *ex Aquila, & Quinta editione,* circinum. β Visionem, & manifeste.] *Ita etiam S. Hier. & respondet hebræo. Eusebius lib. 6. Euang. Demonst. non habet illud, &, sed* γράψον ὅρασιν σαφῶς ἐν πυξίῳ. *In nonnullis est,* γράψον, ὅρασις, καὶ σαφῶς, Scribe: visio, & manifeste. γ In buxum.] *S. Hier.* Pro tabulis, & buxo, Symm. interpretatus est paginas. δ Eum.] *Putat S. Hier in hebræo hoc referri ad visionem, quæ in hebræo masculini generis est: quare ipse in sua tralatione,* visum *dixit, & Aquila* ὁραματισμόν. *Nec sunt inusitatæ apud lxx. huiusmodi mutationes generis. Verum idem S. Hieron. ex his verbis*

his verbis aliam deinde, ac diuiniorem elicit sententiam. ε Fide mea.] *A multis libris abest illud,* mea, μου, *quemadmodum & 1. ad Rom. hodie in vulgatis græcis, & latinis: sed habet Eusebius eodem lib. 6. & S. Cyprianus 1. & 3. testim. & S. Hier. manifesto ex lxx. agnoscit, & inquit eodem modo citasse S. Paulum ad Romanos scribentem. Ex Symmacho autem hæc affert,* ὁ δίκαιος τῇ ἑαυτοῦ πίστει ζήσεται, iustus per fidem propriam suam viuet. ζ Arrogans.] *Apud S. Cypr. lib. 1. & 3. epist. hic locus sic refertur,* ille uero, qui præsumit, & contumax est, uir sui iactans, nihil omnino proficiet. *Pro* οὐδὲν μὴ περάνῃ, *inquit S. Hier. Symmachum dixisse,* ἐν ἀπορήσει, hoc est, in rerum omnium erit penuria. η Et aggrauat.] *Illud, &, abest à S. Hier. & Theodoreto.* θ Quia expoliasti gentes multas, expoliabunt.] *Alij,* διότι σὺ ἐσκύλευσας ἔθνη πολλά, σκυλεύσουσί σε. *& apud S. Hier.* quia tu expoliasti gentes multas, expoliabunt te. ι Et Scarabæus.] *Symm. (vt refert Theodoretus, & Schol.)* καὶ σύνδεσμος οἰκοδομῆς ξύλινος ἀποφθέγξεται αὐτά. & iunctura ædificij lignea loquetur ea. *Nec multo aliter S. Hieronymus ex Theodotione, & quinta,* καὶ σύνδεσμος ξύλου φθέγξεται αὐτά. *Refert & duas alias editiones, in quarum vna scriptum esset,* quia lapis de pariete clamauit, quasi uermis in ligno loquens. *& in altera,* lapis enim de pariete uociferabitur, & σκώληξ de ligno loquetur ea: *ex Aquila autem,* καὶ μάζα, idest & massa de ligno respondebit. κ Non hæc sunt.] *Sine interrogatione affert S. Hier. in comm. licet in contextu habeat,* nonne. λ Coangustatæ sunt.] *S. Hieron. in comm. putat illud* ὠλιγοψύχησαν, *magis proprie verti,* inflatæ sunt. μ Quasi aqua operiet eos.] *In plerisque,* ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι ἐπὶ θαλάσσης, *in aliquo* ὡς ὕδωρ κατακαλύψαι θάλασσαν, *al.* θαλάσσας, *& apud S. Hier.* quasi aquam ad operiendum maria. ν Subuersionem turbidam.] *Symmachus,* καὶ ἀφιῶν ἀκρίτως τὸν θυμὸν αὐτοῦ, & emittens absque iudicio furorem suum. *Th.* ἀπὸ χύσεως σου, à diffusione tua, *aut, vt Schol.* θυμοῦ σου, furoris tui. *Quinta editio,* ἐξ ἀπροσδοκήτου ἀνατροπῆς τῆς ὀργῆς σου, de subuersione insperata iræ tuæ. *Aqu.* ἐξ ἐκπέμψεως χόλου σου, de emissione furoris tui. *Alia editio,* οὐαὶ τῷ ποτίζοντι τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ ἄελλαν πετομένην, Væ, qui potum dat proximo suo turbinem uolantem. *Et in alia,* Væ, qui potum dat proximo suo ἔκστασιν ὀχλουμένην, amentiam turbidam. *Ita enim & refert & interpretatur S. Hier.* ξ In speluncas eorum.] *Idem ex Symmacho, & Quinta,* ut uideret ignominias eorum. ο Bibe & tu cor commouere, & concutere.] *A multis abest illud,* καρδία. *In aliquo tantum est,* πίε, καὶ διασαλεύθητι, *apud S. Hier.* bibe tu, & commouere. π Quia.] *Corrigendum in nostra* ὅτι, *vbi nunc est,* τί. ϖ Muta.] *Symm.* ἄλαλα, *quod idem clarius significat. nam,* κωφὰ, *vt notat S. Hieron. significat, &* muta, *&*, surda. ρ Et omnis spiritus non est in eo.] *S. Hieron. ex Aquila,* Et spiritus eius non est in uisceribus, siue in medio eius.

ORATIO AMBACVM PROPHETÆ *CVM CANTICO.

DOMINE audiui auditum tuum, & timui: β consideraui opera tua, & obstupui. In medio duorum γ animalium cognosceris: cum appropinquauerint anni, cognosceris: δ cum aduenerit tempus, demonstraberis: cum turbata fuerit anima mea in ira; misericordiæ recordaberis. Deus à ε Thæman veniet, & sanctus de monte ζ Pharan vmbroso condenso. η DIAPSALMA. Operuit cælos virtus eius: & laudis eius plena est terra. Et splendor eius, quasi lux erit. Cornua in manibus eius: & posuit dilectionem robustam θ fortitudinis suæ. Ante faciem eius ibit ι verbum, & κ egredietur in campos ad pedes eius, stetit: & commota est terra. Aspexit, & distabuerunt gentes: contriti sunt montes violentia: tabuerunt colles λ sempiterni μ itineris sempiterni eius. Pro laboribus vidi tabernacula Æthiopum: pauebunt & tabernacula terræ Madiam. Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari impetus tuus? Quia ascendes super equos tuos, & equitatio tua salus. Intendens ν intendisti arcum tuum super sceptra, dicit Dominus. DIAPSALMA. ξ Fluuiorum scindetur terra. Videbunt te, & dolebunt (*siue* parturient) populi: ο dispergens aquas itineris. Dedit abyssus vocem suam, altitudo phantasiæ π eius. Eleuatus est Sol, & Luna stetit in ordine suo. In luce iacula tua ibunt, in splendore coruscationis armorum tuorum. In comminatione imminues terram, & in furore detrahes gentes. Egressus es in salutem populi tui, vt saluares ρ Christum tuum. Mittes in capita iniquorum mortem: suscitasti vincula vsque ad σ collum. DIAPSALMA. Diuisisti in stupore capita potentium: commouebuntur in τ eo: aperient frænos suos, sicut comedens pauper in absconso. Et υ superducis in mare equos tuos, conturbantes φ aquam multam.

Custodiui,

A Cuſtodiui,& extimuit χ venter meus à voce orationis labiorum meorum. Et ingreſſus eſt tremor in oſſa mea: & ſubter me conturbata eſt ✝ habitudo mea. Requieſcam in die tribulationis, vt aſcendam ad populum peregrinationis meæ. Quia ficus non afferet fructum, & non erunt germina in vineis: mentietur opus oliuæ, & campi non facient eſcam. Defecerunt ω ab eſca oues, & non ſunt boues in præſepibus. Ego autem in Domino exultabo: gaudebo ſuper Deo ſaluatore meo. Dominus Deus fortitudo mea: & ponet pedes meos in conſummationem. Super excelſa aſcendere facit me, vt vincam in cantico eius.

α Cum cantico.] *S.Hier.ex Aq.Symm.Quinta editione*, ἐπὶ ἀγνοημάτων, pro ignorationibus: *ex Theodotione*, ὑπὲρ τῶν ἑκουσιασμῶν, pro voluntarijs, *vel*, ſpontaneis: *ac tamen, quod diapſalmatis in hac oratione mentio ſiat, recte à lxx. canticum prænotari.* β Conſideraui.] *In multis eſt*, κύριε κατενόησα, *& apud S.Hier.* Domine conſideraui: *qui etiam putat*, conſideraui, & obſtupui, *quæ in hebræo non habentur, addita eſſe in lxx. cæteros autem interpretes inquit cum ſua verſione conuenire.* γ Animalium.] *Sic apud S.Hier. & in officio Romano feriæ 6. in Paraſceue ad Miſſam in tractu primæ prophetiæ.* In medio duorum animalium innoteſceris, *&c. & in breuiario Romano in oct. Natiu. in reſponſorio lectionis 6.* In medio duorum animalium iacebat in præſepio. *Item Cyrillus in catena verſa à ſapientiſsimo Card. Caraſa. Alij vero libri habent*, δύο ζωῶν, duarum vitarum: *atque ita legendum docet Euſebius lib. 6. Euang. Demonſt. & Theodoretus in hunc locum. Aquila*, ἐν τῷ ἐγγίζειν τὰ ἔτη ζώωσον αὐτὸν, in appropinquando annos viuifica ipſum. *Theodotio*, ἐν μέσῳ ἐτῶν ζώωσον αὐτὸν, in medio annorum viuifica ipſum; *Symm.* ἐντὸς τῶν ἐνιαυτῶν ἀναζώωσον αὐτὸν, intra annos viuifica ipſum. δ Cum aduenerit tempus, demonſtraberis: cum turbata fuerit anima mea.] *Hæc inquit S.Hier. neque in hebræo, neque apud alios interpretes haberi.* ε Thæman.] *In eadem catena.* Thæman ſignificat νότον, auſtrum: *quomodo inquit S.Hieron. Theodotionem eſſe interpretatum, cum cæteri omnes retinuerint verbum hebræum.* ζ Pharan.] *Habetur etiam in eadem catena, & explanatur*, deſertum Auſtri. *Ab alijs fere libris, & à S. Hieronymo abeſt, qui etiam inquit Theodotionem dixiſſe Pharan, lxx. autem*, vmbroſo condenſo: *vt in noſtra videri poſsint duæ interpretationes admiſtæ.* η Diapſalma.] *S.Hier. ex Symm.* εἰς τὸν αἰῶνα in æternum, *ex Theodotione*, εἰς τέλος, in finem, *ex quinta editione*, Selah. θ Fortitudinis ſuæ.] *Sic apud S.Hier. quod græce* ἰσχύος αὐτοῦ. *Cyrillus in eadem catena putat ſubintelligendam præpoſitionem*, διὰ ἰσχύος αὐτοῦ, per fortitudinem ſuam, *ideſt*, pater per filium ſuum. *A S. Cypriano abſunt. 2. teſtim. S.Hier. refert ex Aquila*, & poſuit abſconſionem fortitudinis ſuæ, *ex Symmacho*, & poſuit abſconditam fortitudinem ſuam, *ex Theodotione*, & ibi abſconſio fortitudinis eius. ι Verbum.] *S.Hier. teſtatur ita etiam Theodotionem tranſtuliſſe, Aquilam vero*, ante faciem eius ibit peſtis, *Symmachum*, ante faciem eius præcedet mors, *Quintam editionem*, ante faciem eius ambulabit mors. κ Et egredietur in campos.] *Sic apud S.Hier. in comm. licet in contextu ſit*, campum: *& apud S.Cyprianum. 2. teſtim.* & præcedet in campos ſecundum greſſus ſuos: *quæ vltima verba videntur poſita pro ijs, quæ græce ſunt*, κατὰ πόδας αὐτοῦ, *& apud S.Hier.* poſt pedes eius: *quæ tamen ipſe in comm. coniungere videtur & cum antecedentibus, & cum ſequentibus: ſed idem fere ſenſus. Nonnulli libri habent*, εἰς παιδείαν, in eruditionem. *Vtramque lectionem explanat Theodoretus. S. Hieron. teſtatur pro eo quod ipſe dixit*, diabolus, *Aquilam tranſtuliſſe*, volatile, *Symmachum, & Theod. & Quintam editionem*, volucrem. λ Sempiterni.] αἰώνια *In aliquo eſt*, τοῦ αἰῶνος, *& apud S.Hier.* ſeculi. μ Itineris ſempiterni eius. Pro laboribus vidi.] *Sic S.Hier. quod græce*, πορείας αἰωνίας αὐτοῦ. ἀντὶ κόπων εἶδον. *Multi libri habent*, αἰωνίας, *& ex Cyrilli explanatione ſic videtur interpungendum, & vertendum*, itinera ſempiterna eius pro laboribus viderunt, *ideſt, vias eius difficiles putauerunt.* ν Intendiſti.] *Cæteri*, ἐντενεῖς, *& apud S.Hier.* extendes. ξ Fluuiorum.] *Sic etiam Cyrillus. Schol.* Scribitur ποταμοῖς *& ſic etiam apud Theodoretum, & apud S.Hier. etiam in comm.* fluuijs ſcindetur terra. *Compl.* ὁ ποταμὸς σχίζεται τῆς γῆς, fluuius ſcinditur terræ. ο Diſpergens aquas itineris.] *Apud Cyrillum adiungitur*, αὐτοῦ, ſui. *Compl.* διασπερεῖς ὕδατα τῆς πορείας, *& apud S.Hier.* diſperges aquas itineris. *Pro hoc autem narrat veteres interpretes dixiſſe*, illiſio, vel impetus aquarum tranſiet. π Altitudo phantaſiæ eius.] *Interpretatur Cyrillus, & Theodoretus*, altitudo cogitationis abyſſi dedit vocem ſuam. *Apud S.Hier. eſt*, altitudinem phantaſiæ. ρ Chriſtum tuum.] *Cæteri*, τοὺς χριστούς σου, *& apud S.Hier.* Chriſtos tuos. *Aquila*, ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν λαοῦ σου, εἰς σωτηρίαν σὺν χριστῷ σου, egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo: *quomodo etiam inquit S.Hier. fuiſſe in Quinta editione. Sexta editio*, ἐξῆλθες τοῦ σῶσαι τὸν λαόν σου διὰ Ἰησοῦ χριστόν σου, egreſſus es, vt ſaluares populum tuum per Ieſum Chriſtum tuum. *Idem vero S.Hier. teſtatur Symmachum, & Theodotionem tanquam Ebionitas, & vere pauperes dixiſſe*, egreſſus es in ſalutem populi tui, vt ſaluares Chriſtum tuum. *Quamobrem lectio, quæ in noſtra eſt, videtur eſſe Symmachi, aut Theodotionis.* σ Collum. Diapſalma.] *Ita videntur habuiſſe Cyrillus, & Theodoretus. Aliqui habent*, τραχήλου αὐτοῦ, collum eius. *Multi*, τραχήλου, εἰς τέλος, collum, in finem: *& ita apud S. Hier. qui inquit lxx. quod ſoliti eſſent interpretari*, diapſalma, *nunc dixiſſe*, in finem, *Theodotionem vero*, ornaſti fundamentum vſque ad collum, *Quintam editionem*, Denudaſti (ſiue euacuaſti) fundamentum vſque ad collum. Sela. τ In eo.] *Sic docet S.Hier. in comm.* ἐν αὐτῇ, *reſpondere* ἐκστάσει, *licet in contextu ſit*, in ea. υ Superducis.] *Cæteri* ἐπεβίβασας, *& apud S.Hieron.* ſuperduxiſti. φ A quam multam.] *Plerique*, ὕδατα πολλά, *& apud S. Hier.* aquas multas. χ Venter meus.] *Sic etiam in comm. apud S.Hier. Cæteri fere*, ἡ καρδία μου, cor meum. ✝ Habitudo.] *Alij*, ἡ ἰσχύς μου, fortitudo mea, *cuius varietatis facit mentionem etiam S.Hier.* ω Ab eſca.] *Compl.* διότι ἔφαγον, *& apud S.Hier.* eo quod comederint.

Cæterum

Cæterum quoniam in vno vetustissimo codice maioribus litteris exarato à primo diapsalmate vsque in finem capitis multæ, & insignes varietates sunt, idcircoque tota ista pars, quemadmodum in illo habet, in notationibus græcæ editionis est posita; interpretationem hic subijciemus. A

Operuit cælos decor gloriæ eius: & laude eius impletus est orbis terrarum. Et splendor eius, sicut lumen erit; & cornua in manibus eius sunt ei. Ibi stabilita est fortitudo gloriæ eius. Ante faciem eius præcedet ruina: & ad pedes eius sequentur maxima volatilium. Stans dimensus est terram. Aspiciens dissoluit gentes: & montes quassabuntur: humiliabuntur horti, qui à seculo; viæ, quæ à principio. Pro laboribus vidi tentoria Æthiopum: turbabuntur, qui habitant pelles Madiam. Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari impetus tuus? Domine ascendisti super currus tuos: equitatio tua, salus: quo ante ascendisti, suscitatus est arcus tuus: satiasti (*corrigendum est in græco, ἐχόρτασας,*) sagittas pharetræ ipsius. Flumina dissipabis, & terram concuties. In respiciendo turbabuntur montes, in transeundo eximium tuum imbrem per eam. Abyssus acclamauit maior: lux splendida Solis retinuit se: splendor autem Lunæ stetit. Secundum splendorem sagittarum tuarum ibunt: secundum splendorem coruscationis gladij tui. Cum furore exurges super terram: cum ira triturabis gentes. Apparuisti in salutem populi tui ad liberandum Christos tuos. Vsque in abyssum maris demergentur. DIAPSALMA. Vltus es cum virtute tua principes peccatorum, confisos super auctoritate sua ad deuorandum, (*vix enim dubitari potest pro καταφυγεῖν, legendum καταφαγεῖν*) pauperes in abscondito. Ascendere fecisti super maria equos tuos: turbatæ sunt ingentes aquæ abyssi. Apposui, (*nimirum aurem, vel cor:*) & fluctuarunt viscera mea à voce oris tui. Ingressus est tremor in ossa mea: in me ipso turbatus sum. Hæc seruabis in diem tribulationis, ad ascendendum super vnum bellum populum tuum. Ficus non dabit fructum suum: & in vineis non erit prouentus: oliua erit euanida: terra autem non germinabit herbam. Deficient ex mandra oues, & boues non erunt (*corr.* [illegible], *in græco,*) in præsepibus. Ego autem in Domino exultabo, gaudebo in Deo saluatore meo. Dominus Deus meus dedit mihi fortitudinem: & constituit pedes meos securos: & super colla inimicorum meorum imponet me: sedens requieuit. *Quæ sit hæc editio, non satis liquet. Illud quidem, quod est in principio, ἡ εὐπρέπεια τῆς δόξης αὐτοῦ, videtur eodem modo habuisse Cyrillus. Ita enim inquit in catena, τουτέστιν ἡ δόξα, καὶ τὸ θεοπρεπὲς ἀξίωμα μεῖζόν ἐστιν παντὸς ἀξιώματος τοῦ ὄντος ἐν τοῖς οὐρανοῖς, quæ ita vertit præstantissimus Cardinalis,* hoc est, gloria, & dignitas Deo congruens maior est omni dignitate, quæ in cælis est.

B

C

SOPHO-

SOPHONIAS.

CAP. I.

VERBVM Domini, quod factum est ad Sophoniam filium Chusi [a] filium Godoliæ filij Amoriæ filij Ezeciæ in diebus Iosiæ filij Amon regis Iuda. Defectione [b] deficiat à facie terræ, dicit Dominus: deficiat homo, & iumenta: deficiant volatilia cæli, & pisces maris. [c] Et infirmabuntur impij: & auferam iniquos à facie terræ, dicit Dominus. Et extendam manum meam super Iudam, & super omnes, qui habitant Hierusalem. Et auferam de loco hoc nomina ipsius Baal, & [d] nomina sacerdotum, & eos qui adorant super tecta militiam cæli, & eos, [e] qui adorant, & iurant per Dominum, & iurant per [f] regem suum, & eos, qui declinant à Domino, & qui non requirunt Dominum, & qui non retinent Dominum. Timete à facie Domini Dei: quia iuxta est dies Domini: quia parauit Dominus sacrificium suum, & sanctificauit [g] vocatos suos. Et erit, in die hostiæ Domini, & vlciscar super principes, & super domum regis, & super omnes, qui induti sunt vestimentis alienis. Et vlciscar [h] manifeste super vestibula in die illa, qui complent domum Domini Dei sui impietate, & dolo. Et erit in illa die, dicit Dominus, vox clamoris de porta compungentium, & vlulatus à secunda, & contritio magna à collibus. Plangite, qui habitatis [i] concisam: quia assimilatus est omnis populus Chanaan: & disperierunt omnes, qui erecti sunt argento. Et erit, in die illa scrutabor Hierusalem cum lucerna; & vlciscar super viros, qui contemnunt custodias suas. [k] Qui autem dicunt in cordibus suis, non faciet bene Dominus, & non faciet male; & erit fortitudo eorum in rapinam, & domus eorum in dissipationem. Et ædificabunt domos, & non habitabunt in eis: & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum: quia iuxta est dies Domini magnus, iuxta, & velox nimis. Vox diei Domini amara, & dura posita est fortis: dies iræ, dies illa, dies tribulationis & necessitatis, dies [l] immaturitatis & perditionis, dies caliginis & tenebrarum, dies nubis & nebulæ, dies tubæ & clamoris super ciuitates munitas, & super angulos excelsos. Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci: quia Domino peccauerunt. Et effundet sanguinem eorum sicut puluerem, & carnes eorum sicut stercora boum: & argentum eorum, & aurum eorum non poterit eruere eos in die iræ Domini: & in igne zeli eius consumetur omnis terra: consummationem enim & festinationem faciet super omnes habitantes terram.

C D E

[a] Filium.]

α Filium.] *Pro,* filij, *vt alibi: Quare Compl.* υἱοῦ, *& S.Hier.* filij. β Deficiat à facie.] *Ita etiam apud S.Hier. & S.Cypr. 3. testim. Cæteri libri,* ἐκλιπέτω πάντα ἀπὸ προσώπου, deficiant omnia a facie. γ Et infirmabuntur impij.] *Hoc notat S.Hier. de Theodotionis translatione additum esse: pro quo Symm. sit interpretatus,* & scandala cum impijs, *Quinta autem editio,* & infirmitas cum impijs deficiet. δ Et nomina sacerdotum.] *Sic & alius codex. In cæteris,* τὰ ὀνόματα τῶν ἱερῶν μετὰ τῶν ἱερέων, nomina sacrorum cum sacerdotibus, *aut,* τὰ ὀνόματα τῶν ἱερέων μετὰ τῶν ἱερῶν, nomina sacerdotum cum sacris, *aut,* τὰ ὀνόματα τῶν ἱερέων μετὰ τῶν ἱερέων, *& apud Sanctum Hieronymum,* & nomina sacerdotum cum sacerdotibus. ε Qui adorant, &.] *Absunt hæc à S.Hier. & Theodoreto, & Compl.* ζ Et iurant per regem suum.] *S.Hieron.* in rege suo, *qui etiam testatur lxx. pro Melchom dixisse regem. In cæteris libris partim legitur,* κατὰ τοῦ κυρίου βασιλέως αὐτῶν, per Dominum regem suum, *partim,* κατὰ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, per regnum eius, *partim,* κατὰ τοῦ μελχόμ, per Melchom: *quod habet Theodoretus.* η Vocatos.] *S.Cypr. 2. testim. vnde aliqua sumpsimus,* electos. θ Manifeste super vestibula.] *In alijs,* ἐπὶ πάντας ἐμφανῶς ἐπὶ τὰ πρόπυλα, *& apud Sanctum Hieronymum,* super omnes manifeste, qui sunt in vestibulis. ι Concisam.] *Sic etiam Theodoretus, & S. Hier. qui vna cum Scholiaste notat pro hoc Aquilam dixisse,* εἰς τὸν ὅλμον, in pila, *qua frumenta tunduntur, inquit S.Hieron.* κ Qui autem dicunt.] *In alijs,* καὶ οἱ λέγοντες, *aut,* τοὺς λέγοντας, *apud Sanctum Hieronymum coniuncte cum antecedentibus,* & dicunt in cordibus suis. λ Immaturitatis.] *Plerique,* ταλαιπωρίας, *& apud S.Hieronymum,* miseriæ.

CAP. II.

CONGREGAMINI, & [α] colligamini gens inerudita, antequam sitis, sicut flos [β] pertransiens, antequam veniat ira Domini super vos, antequam super vos irruat dies [γ] furoris Domini. Quærite Dominum omnes humiles terræ: iudicium operamini, & iustitiam quærite, & respondete ea: vt protegamini in die iræ Domini. Quia Gaza direpta erit, & Ascalon in desolationem, & Azotus meridie proijcietur, & Accaron eradicabitur. Væ, qui habitatis funiculum maris, [δ] aduenæ Cretensium. Verbum Domini super vos Chanaan, terra Allophylorum: & perdam vos de habitatione. Et erit Creta pascua gregum, & ouile pecorum. Et erit funiculus maris his, qui reliqui sunt de domo Iuda: super ipsos pascentur in domibus Ascalonis: ad vesperam diuertent [ε] à facie filiorum Iuda: quia visitat eos Dominus Deus eorum: & auertet captiuitatem eorum. Audiui opprobria Moab, & contumelias filiorum Ammon, in quibus exprobrabant populo meo, & magnificabantur super terminos meos. Propterea viuo ego, dicit Dominus virtutum, Deus Israel: quia Moab, sicut Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorrha, & Damascus derelicta, quasi aceruus [ζ] areæ, & dissipata vsque in sempiternum. Et, qui reliqui fuerint de populo meo, diripient eos, & residui gentis meæ possidebunt eos. [η] Hæc erit eis pro contumelia sua: quia exprobrauerunt, & magnificati sunt super Dominum omnipotentem. [θ] Apparebit Dominus super eos, & disperdet omnes Deos gentium terræ: & adorabunt eum singuli de loco suo, omnes insulæ gentium. Et vos Æthiopes vulnerati [ι] estis gladij mei. Et [κ] extendet manum suam super Aquilonem, & perdet Assyrium, & ponet Nineuem in desolationem, inaquosam, quasi desertum. Et pascentur in medio eius greges, & omnes bestiæ terræ: & chamæleontes, & ericij in præsepibus eius cubabunt: & bestiæ clamabunt in foueis eius, & [λ] corui in portis eius, quia cedrus [μ] altitudo eius.

α Colligamini.] *Theodoretus,* Quidam locum non intelligentes pro συνδέθητε, posuerunt συνδεήθητε, comprecamini. Sed pleraque exemplaria habent συνδέθητε, colligamini. β Pertransiens.] *In plerisque additur* ἡμέρα, *& apud S.Hier.* diem. γ Furoris.] *In multis,* ὀργῆς θυμοῦ, *& apud S.Hier.* iræ furoris. δ Aduenæ Cretensium.] *Aq. & V. editio,* γένος ὀλέθριον, genus perditum, *Theodotio,* γένος ὀλεθρίας, genus perditionis. *Sym.* γένος ὀλοθρευόμενον, genus exterminatum. *De quibus multa S.Hier. qui etiã rursus pro,* Creta, *quod sequitur, inquit alios consensisse cum tralatione sua,* funiculus maris. ε A facie filiorum Iuda.] *Hæc S.Hier. obelo prænotauit.*

A tauit. ζ Arex.] *Putat S.Hier.lxx scripsisse non* ἅλωνος, *sed* ἁλὸς, idest salis: *quod est in Complut.sed in nullo alio libro est inuentum. Nam & Theodoretus habet* ἅλωνος. *A quibusdam vero abest tota hæc particula*, ὡς θημωνία ἅλωνος. η Hæc.] *Est hebraismus Alij quidam* τοῦτο. *& apud* S.Hier. hoc. θ Apparebit.] *In Complut.* ἐπιφανὴς ἔσται, *& apud* S.Hieron. manifestus erit. ι Estis gladij mei.] *Est significantius quam quod in Compl.* ῥομφαία μου ἐστὲ, *& apud S.Hier.* gladio meo eritis. κ Extendet.] *Plerique*, καὶ ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου ἐπὶ βοῤῥᾶν, καὶ ἀπολῶ τὸν ἀσσύριον, καὶ θήσω. *& apud S.Hier.* & extendam manum meam super Aquilonem, & perdam Assyrium, & ponam, *&c.* λ Corui.] *Testatur S.Hier. Aquilam dixisse gladium, alios siccitatem.* μ Altitudo.] *Sic apud S.Hier. quod græce est* ἀνάστημα, *& de hac dictione alibi notatum est: & eodem modo nunc exponitur à Theodoreto. Complut. autem,* ἀνάστεμμα, coronatio.

CAP. III.

B HÆC est ciuitas [α] vilipendens, quæ habitat in spe, quæ dicit in corde suo, ego sum, & non est post me amplius. Quomodo facta est in solitudinem, pascua bestiarum? Omnis, qui transit per eam, sibilabit, & mouebit manus suas. O illustris, & redempta ciuitas, columba non audiuit vocem: non suscepit disciplinam, in Domino non est confisa, & ad Deum suum non appropinquauit. Principes eius in ea, veluti rugientes leones: iudices eius, sicut lupi [β] Arabiæ, non dimittebant in mane: prophetæ eius [γ] portantes spiritum, viri contemptores: sacerdotes eius polluunt sancta, & impie faciunt [δ] legem: Dominus autem iustus in medio eius, & non faciet iniquitatē. Mane mane iudiciū suum dabit in luce: & non est absconditus, & nescit iniquitatem in [ε] exactio-C ne, nec in contentione iniustitiā. In corruptione detraxi superbos: dissipati sunt anguli eorum: [ζ] desertas faciam vias eorum penitus, vt non transeant: defecerūt ciuitates eorum, eo quòd nullus subsisteret, neque habitaret. Dixi, veruntamen [η] timete me, & suscipite disciplinam: & [θ] non peribitis de oculis eius in omnibus, in quibus vltus sum super eam. Præparare, consurge diluculo: [ι] dissipata est omnis frondositas eorum. Propterea expecta me, dicit Dominus, in diē resurrectionis meæ in testimonium: Quia iudicium meum in congregationes gentium: vt suscipiam reges, vt effundam super [κ] eos omnem iram furoris mei. Quia in igne zeli mei consumetur omnis terra: [λ] quia tunc conuertam super populos D linguam in generationem eius, vt inuocent omnes nomen Domini, vt seruiant ei sub iugo vno. De finibus fluminum Æthiopiæ suscipiam [μ] in dispersis meis: afferent victimas mihi. In die illa non confunderis ex omnibus adinuentionibus tuis, quibus impie egisti in me: quia tunc auferam à te vilipendia contumeliæ tuæ: & vltra non adijcies, vt magnifice glorieris super montem sanctum meum. Et relinquam in te populum mansuetum, & humilem: & verebuntur à [ν] nomine Domini, qui fuerint reliqui de Israel, & non facient iniquitatem, & non loquentur vana: & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa. Quoniam ipsi pascentur, & accubabunt: & non erit, qui exterreat eos. Gaude filia Sion, E prædica filia Hierusalem, exulta, & delectare de toto corde tuo filia Hierusalem. Abstulit Dominus iniquitates tuas, redemit te de manu inimicorum tuorum: rex Israel Dominus in medio tui: non videbis mala vltra. In tempore illo dicet Dominus Hierusalem: Confide Sion: non dissoluantur manus tuæ: Dominus Deus tuus in te: fortis saluabit te: adducet super te lætitiam, & innouabit te in charitate sua, & lætabitur in te in delectatione, quasi in die solenni. Et congregabo confractos tuos. Væ, qui accepit super eam opprobrium. Ecce ego facio in te propter te in tempore illo, [ξ] dicit Dominus: & saluabo expressam: &

 repulsam

repulsam suscipiam: & ponam eos in gloriam, & nominatos in omni terra. Et ξ confundentur in tempore illo; quando bene vobis fecero, & in tempore, cum suscepero vos. Quia dabo vos nominatos, & in gloriam in cunctis populis terræ; quando conuertero captiuitatem vestram coram vobis, dicit Dominus. A

α Vilipendens.] *Hoc magis videtur respondere sententiæ, & interpretationi Patrum, quàm,* malis dedita, *vt est apud S.Hier. Græce est,* ἡ φαυλίστρια. β Arabiæ.] S.Hier. *ex Symmacho,* vespertini. γ Portantes spiritum.] *S.Hier. ex Aquila,* ἐνθουσιαζόμενοι, insanientes, *siue,* stupentes. δ Legem.] *Plerique,* ἀσεβοῦσι εἰς τὸν νόμον, *& apud S.Hier.* impie agunt in legem. ε In exactione, nec in contentione iniustitiam.] *Hæc absunt à Compl. In alijs sunt, sed abest, quod sequitur,* In corruptione: *quemadmodum etiam apud S.Hier. qui pro,* εἰς νεῖκος, *videtur habuisse,* εἰς νῖκος, nec in sempiternum iniustitiam: *itemque Theodoretus.* ζ Desertas faciam.] *Sic S.Hier. in comm. licet in contextu vetustioris sit,* destruxi, *vt in Complut.* ἐξερήμωσα, *in alijs,* ἐξερήμωσαν, desolauerunt. η Timete me, & suscipite.] *Sic fere S.Hier. in comm. sed in contextu,* timebitis me, & suscipietis, *& in Compl.* φοβηθήσεσθέ με, καὶ δέξεσθε. θ Et non peribitis.] *Sic apud S.Hieron. in contextu: sed in comm.* vt non pereant omnia de conspectu Hierusalem, *quibus videtur magis respondere lectio, quæ est in alijs libris,* καὶ οὐ μὴ ἐξολοθρευθῇ. ι Dissipata est omnis frondositas.] *Sic S.Hier. in comm. licet in contextu,* disperierunt omnes racemi. κ Eos.] *In multis additur* ὀργήν μου, *& apud S.Hier.* iram meam: *quod etiam est apud S.Cyprianum lib. 3. testim. & alibi.* λ Quia tunc.] *Theodoretus,* Aquila, & Theodotio, τότε στρέψω ἐπὶ πάντας τοὺς λαοὺς χεῖλος ἐξειλεγμένον, tunc vertam ad omnes populos labium electum. *Symma.* τότε μεταστρέψω ἐν τοῖς λαοῖς χεῖλος καθαρόν, tunc conuertam in populos labium mundum: *& hæc varietas expenditur etiam à Sancto Hieronymo.* μ In dispersis meis.] *Compl.* τοὺς διεσπαρμένους με, *& apud S.Hier.* dispersos meos. *Eusebius 2. Euang. Demonst. hunc locum sic affert,* προσδέξομαι τοὺς ἱκετεύοντάς με. υἱοὶ τῶν διεσπαρμένων οἴσουσι θυσίας μοι, excipiam supplicantes mihi: filij dispersorum afferent hostias mihi: *nec multo aliter Theodoretus: qui etiam hæc ex Symmacho refert,* πέραθεν ποταμῶν Αἰθιοπίας ἱκετεύοντά με τέκνα τῶν διεσκορπισμένων ὑπ' ἐμοῦ, ἐνέγκωσι δῶρον ἐμοὶ, de finibus fluminum Æthiopiæ supplicantes mihi filij dispersorum à me afferent munus mihi. * A nomine.] *In aliquo est,* τὸ ὄνομα, *& apud S Hier.* & reuerebuntur nomen Domini. ν Dicit Dominus.] *Hoc abest ab aliquo libro, & à S.Hieronymo.* ξ Confundentur.] *Ita S.Hier. & Theodoretus. In plerisque vero libris est,* καὶ οὐ καταισχυνθήσονται, & non confundentur. B C

AGGÆVS.

AGGÆVS.

CAP. I.

IN anno ſecundo Darij regis in menſe ſexto, vna menſis, factum eſt verbum Domini in [α] manu Aggæi prophetæ dicens: Dic ad Zorobabel filium Salathiel de [β] tribu Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedec ſacerdotem magnum, dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens, dicens: Populus iſte dicunt: non venit tempus ædificandi domum Domini. Et factum eſt verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens: Si tempus quidem vobis eſt habitandi in domibus veſtris [γ] concauis, domus autem noſtra deſerta eſt? Et nunc hæc dicit Dominus omnipotens: Ponite nunc corda veſtra ad vias veſtras. Seminaſtis multa, & intuliſtis pauca: comediſtis, & non ad ſaturitatem: bibiſtis, & non ad ebrietatem: operuiſtis vos, & non eſtis calefacti in ipſis: & qui mercedes congregabat, congregauit in ſacculum pertuſum. Hæc dicit Dominus omnipotens: Ponite corda veſtra in vias veſtras, aſcendite in montem, & præcidite ligna: ædificate domum: & placebit mihi in ea; & glorificabor, dicit Dominus. Reſpexiſtis in multa, & facta ſunt pauca: & [δ] illata ſunt in domum: & exufflaui ea. Quamobrem hæc dicit Dominus omnipotens: eo quòd domus mea deſerta eſt, vos autem ſectamini vnuſquiſque in domum ſuam; propterea abſtinebit cælum à rore, & terra [ε] ſubtrahet procreationes ſuas. Et inducam gladium ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticum, & ſuper vinum, & ſuper oleum, & quæcunque profert humus, & ſuper homines, & ſuper iumenta, & ſuper omnes labores manuum eorum. Et audiuit Zorobabel filius Salathiel de tribu Iuda, & Ieſus filius Ioſedec ſacerdos magnus, & omnes reſidui de populo vocem Domini Dei ſui, & verba Aggæi prophetæ, ſicut miſit eum Dominus Deus eorum ad eos. Et timuit populus à facie Domini. Et dixit Aggæus nuncius Domini in nuncijs Domini populo: Ego ſum vobiſcū, dicit Dominus. Et ſuſcitauit Dominus ſpiritum Zorobabel filij Salathiel de tribu Iuda, & ſpiritum Ieſu filij Ioſedec ſacerdotis magni, & ſpiritum reliquorum de omni populo: & ingreſſi ſunt: & faciebant opera in domo Domini omnipotentis Dei ſui.

[α] In manu Aggæi.] *Symm.* δι' ἀγγαίου, per Aggæum. [β] De tribu Iuda.] *Schol.* cæteri, ἡγούμενον ἰούδα, ducem Iuda. [γ] Concauis.] *Sic apud S. Hier. in contextu, & in comm. licet ſignificantius putet dici græce*, κοιλοσταθμοις, ideſt deorſum, *inquit*, poſitis, & in conualle demerſis. *Ipſe in ſua tralatione dixit*, laqueatis, *quod Aquila*, ὀροφωμένοις. [δ] Illata ſunt.] *Compl.* εἰσηνέγκατε, *& apud S.Hier.* intuliſtis. [ε] Subtrahet.] *Sic S.Cyprianus ad Demetrianum & reſpondet hebræo, niſi quòd in eo eſt tempus præteritum, vt in vulg. Cæteri*, ὑποτελέσται δοῦναι, obnoxia tributo erit dare.

CAP. II.

A

IN [α] quarta, & vigesima mensis sexti, anno secundo Darij regis. In mense septimo, vna & vigesima mensis loquutus est Dominus in manu Aggæi prophetæ, dicens: Dicito nunc ad Zorobabel filium Salathiel de tribu Iuda, & ad Iesum Iosedec filium sacerdotem magnum, & ad omnes reliquos populi, dicens: Quis ex vobis, qui vidit domum istam in gloria sua prima? & quomodo vos videtis ipsam nunc, quasi non sit coram vobis? Et nunc confortare Zorobabel, dicit Dominus: & confortare Iesu fili Iosedec sacerdos magne, & confortetur omnis populus terræ, dicit Dominus: & facite; quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus [β] omnipotens: & spiritus meus stetit in medio vestrum. Confidite; quia hæc dicit Dominus omnipotens. Adhuc semel ego commouebo cælum, & terram, & mare, & aridam, & commouebo omnes gentes: & venient [γ] electa omnium gentium: & implebo domum istam gloria, dicit Dominus omnipotens. Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus omnipotens. Quare magna erit gloria domus istius, nouissima super primam, dicit Dominus omnipotens. Et in loco isto dabo pacem, dicit Dominus omnipotens, & [δ] pacem animæ in acquisitionem omni condenti, vt suscitet templum istud. Quarta & vigesima noni mensis anno secundo sub Dario, factus est sermo Domini ad Aggæum prophetam, dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens: Interroga nunc sacerdotes legem, dicens: Si sumpserit homo carnem sanctam in summitate vestimenti sui, & tetigerit summitas vestimenti eius panem, aut coctionem, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum, si sanctificabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt: Non. Et dixit Aggæus: Si tetigerit pollutus [ε] immundus in anima de omnibus his, si contaminabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt: Contaminabitur. Et respondit Aggæus, & dixit: Sic populus iste, & sic gens hæc coram me, dicit Dominus, & sic omnia opera manuum eorum: & quicunque appropinquauerit ibi, contaminabitur: propter munera eorum matutina, dolebunt à facie [ζ] laborum suorum, & oderatis in portis arguentem. Et nunc ponite quæso in corda vestra à die hac, & supra, antequam poneretur lapis super lapidem in templo Domini, qui eratis, quando mittebatis in cypselen ordei viginti sata, & fiebant decem sata ordei, & ingrediebamini torcular, vt hauriretis quinquaginta amphoras, & fiebant viginti. Percussi vos sterilitate, & corruptione aeris, & grandine omnia opera manuum vestrarum, & non reuersi estis ad me, dicit Dominus. [η] Supponite nunc corda vestra à die ista, & in futurum, à quarta & vigesima noni mensis, & à die qua fundamenta iacta sunt templi Domini: ponite in cordibus vestris; [θ] si cognoscetur super aream, &, si adhuc vinea, & ficus, & malogranatum, & ligna oliuæ, quæ non ferunt fructum, à die hac benedicam. Et factum est verbum Domini secundo ad Aggæum prophetam quarta & vigesima mensis, dicens: Dic ad Zorobabel filium Salathiel de tribu Iuda, dicens: Ego commoueo cælum, & terram, [ι] & mare, & aridam: & subuertam thronos regum, & disperdam fortitudinem regum gentium, & subuertam currus, & ascensores: & descendent equi, & ascensores eorum, vnusquisque in gladio aduersus fratrem suum.

A suum. In die illa, dicit Dominus omnipotens, assumam te Zorobabel filium Salathiel seruum meum, dicit Dominus, & ponam te, quasi signaculum: quia te elegi, dicit Dominus omnipotens.

α In quarta & vigesima mensis sexti, anno secundo Darij regis.] *Hæc videntur coniungenda cum præcedentibus: quemadmodum apud S. Hier. & Theodoretum coniunguntur.* β Omnipotens.] *Hoc vocabulum agnoscit S. Hier. ex lxx. quemadmodum & nonnunquam,* virtutum, *aut,* exercituum, *& in Compl. nunc est,* τῶν δυνάμεων. *Cæterum in plerisque codicibus hæc sequuntur,* τὸν λόγον (*al.* ὁ λόγος) ὃν διεθέμην ὑμῖν ἐν τῷ ἐξελθεῖν ὑμᾶς ἀπὸ (*al.* ἐκ γῆς) αἰγύπτου, *& apud S.* Hieron. verbum, quod pepigi vobiscum, cum egrederemini de terra Ægypti. γ Venient electa omnium gentium.] *Sic interdum S. Hier. in comm. licet alibi,* quæ electa sunt Domini de cunctis gentibus. δ Et pacem animæ in acquisitionem omni condenti, vt suscitet templum istud.] B *S. Hier. pro,* condenti, *idest,* fabricanti, *habet,* qui creatur: *& notat nec in hebræo, nec apud alium quemquam interpretem ferri: quare etiam in Compl. sunt omissa.* ε Immundus.] *Hoc abest à cæteris. Apud* S. *Hieron. est hoc, sed non quod præcessit,* pallutus: *vt videri possint duæ interpretationes.* ζ Laborum.] *Plerique* πονηριῶν, (*ita enim corrigendum in nostra*) *& apud S. Hieronymum,* maliciarum: *qui etiam notat totam hanc clausulam neque in hebræo, neque apud alios interpretes inueniri: est tamen etiam in Compluten.* η Supponite.] *Cæteri,* τάξατε, *& apud S. Hieronymum,* ponite. θ Si cognoscetur.] *In multis est,* εἰ ἔτι, *& in Compluten. sequitur,* ἐπιγνωσθήσεται ἐπὶ γῆς ἅλως, *& apud S. Hieronymum,* si vltra cognoscetur super terram area. ι Et mare, & aridam.] *Hæc inquit S. Hieron. in lxx. esse addita, vicissim autem abesse illa,* conteram fortitudinem regni gentium: *quæ tamen à græcis collatis non videntur abesse.*

A

ZACHARIAS.

CAP. I.

IN octauo mense anni secundi sub Dario, factum est verbum Domini ad Zachariam Barachiæ * filium Addo prophetam, dicens: Iratus est Dominus super patres vestros ira magna: & dices ad eos: Hæc dicit Dominus omnipotens: Conuertimini ad me, dicit Dominus virtutum, & conuertar ad vos, dicit Dominus virtutum. Et nolite fieri, sicut patres vestri, quos arguerunt prophetæ, qui prius fuerant, dicentes: Hæc dicit Dominus omnipotens. Auertimini à vijs vestris pessimis, & ab adinuentionibus vestris malis. Et β non exaudierunt, & non attenderunt, vt exaudirent me, dicit Dominus. Patres vestri vbi sunt, & prophetæ? Nunquid in sempiternum viuent? Veruntamen sermones meos, & legitima mea suscipite, quæ ego præcipio in spiritu meo seruis meis prophetis, qui comprehenderunt patres vestros, & responderunt, & dixerunt: sicut præparatus est Dominus omnipotens, vt faceret nobis secundum vias nostras, & secundum adinuentiones nostras, sic fecit nobis. Quarta & vigesima, vndecimo mense (hic est mensis Sabat) in secundo anno sub Dario, factus est sermo Domini ad Zachariam Barachiæ filium Addo prophetam, dicens: Vidi nocte: & ecce vir ascendens super equum rufum: & ipse stabat inter γ montes vmbrosos: & post eum equi rufi, & varij, & albi. Et dixi: Quid sunt isti Domine? Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me: Ego ostendam tibi, quid sunt hæc. Et respondit vir, qui stabat inter montes, & dixit ad me: Isti sunt, quos misit Dominus, vt circuirent terram. Et responderunt angelo Domini, qui stabat inter montes, & dixerunt: Circuiuimus omnem terram: & ecce omnis terra habitatur, & quiescit. Et respondit angelus Domini, & dixit: Domine omnipotens vsquequo non misereberis Hierusalem, & vrbium Iuda, δ quas despexisti, hic est septuagesimus annus? Et respondit Dominus omnipotens angelo, qui loquebatur in me, verba bona, & sermones consolatorios. Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me: Clama dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens: Zelatus sum Hierusalem, & Sion zelo magno: & ira magna ego irascor super gentes, quæ superimpositæ sunt: pro eo quòd ego quidem iratus sum modicum: ipsi vero superimpositi sunt in mala. Propterea hæc dicit Dominus: Conuertar ad Hierusalem in misericordia: & domus mea instaurabitur in ea, dicit Dominus omnipotens: & mensura extendetur super Hierusalem adhuc. Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me: Adhuc clama dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens: Adhuc diffundentur ciuitates in bonis: & miserebitur Dominus adhuc Sion, & eliget Hierusalem. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quid sunt hæc Domine? Et dixit ad me: Hæc sunt

cornua,

A cornua, quæ diſperſerunt Iudam, & Iſrael, & Hieruſalem. Et oſtendit mihi Dominus quatuor fabros, & dixi: Quid iſti veniunt facere? Et dixit: Hæc ſunt cornua, quæ diſperſerunt Iudam, & Iſrael confregerunt: & nullus eorum leuauit caput. Et egreſsi ſunt iſti, vt exacuant ea in manibus ſuis, quatuor cornua, gentes, quæ leuauerunt cornu ſuper terram Domini, vt diſpergerent eam.

α Filium.] *Sic apud Sanctum Hierouymum in vtraque editione: & in comm. de hac re diſputat. Theodoretus autem, & Compl.* υἱοὶ, filij, *itemque paulo poſt.* β Et non exaudierunt.] *Abſunt à S. Hier. & Theodoreto, & Compl.* γ Montes.] *In multis eſt,* δύο ὄρη, *& apud Sanctum Hieronymum,* duos montes: *qui tamen in comment. notat illud,* duos: *in hebræo non haberi. Theodoretus autem inquit Aquilam, & Symmachum pro montibus dixiſſe,* μυρσινεῶνας, myrteta. δ Quas deſpexiſti.] *Theodoretus, & Compluten.* αἷς ἐθυμώθης, *& apud*
B *Sanctum Hieronymum,* quibus iratus es.

CAP. II.

ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus geometricus. Et dixi ad eum: Quo tu vadis? Et dixit ad me: Vt dimetiar Hieruſalem, vt videam, quanta ſit latitudo eius, & quanta longitudo. Et ecce angelus, qui loquebatur in me, ſtabat: & angelus alius egrediebatur in occurſum eius. Et dixit ad eum, dicens: Curre, & loquere adoleſcentulo illi, dicens:
C α Frugifere habitabitur Hieruſalem, à multitudine hominum, & iumentorum in medio eius: & ego ero illi, dicit Dominus, murus ignis in circuitu, & in gloriam ero in medio eius. O ò fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: quia de quatuor ventis cæli congregabo vos, dicit Dominus, in Sion, ſaluamini, qui habitatis filiam Babylonis. Hæc enim dicit Dominus omnipotens: Poſt gloriam miſit me ad gentes, quæ ſpoliauerunt vos: quia, qui tetigerit vos, quaſi qui tangat pupillam oculi eius. Quia ecce ego infero manum meam ſuper eos: & erunt prædæ ijs, qui ſeruierant eis. Et cognoſcetis, quia Dominus omnipotens miſit me. Lætare, & gaude filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui,
D dicit Dominus. Et β confugient gentes multæ ad Dominum in die illa: & erunt ei in populum, & habitabunt in medio tui: & γ ſcies, quoniam Dominus omnipotens miſit me ad te. Et poſsidebit Dominus Iudam δ parte ſua in terra ſancta: & ε eliget adhuc Hieruſalem. Timeat omnis caro à facie Domini: quoniam ſurrexit de nubibus ſanctis ſuis.

α Frugifere.] *Nonnulli,* κατάκαρπος, *& apud Sanctum Hieronymum in contextu,* frugifera. *Ex comment. autem, vtro modo legerit, vix indicari poteſt.* β Confugient.] *Iuſtinus,* προστεθήσονται, apponentur. γ Scies.] *Idem,* καὶ γνώσονται, & cognoſcent. δ Parte ſua.] *In editione noſtra corrigendum eſt,* τῇ μερίδι αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἁγίαν. *Dictum autem videtur,* parte ſua, *quaſi ſupplenda ſit præpoſitio,* ἐν, in parte ſua. *Cæteri libri habent,* τὴν μερίδα αὐτοῦ, partem ſuam, *vt apud Sanctum Hieronymum, aut,* καὶ τὴν μερίδα αὐτοῦ, & partem ſuam. ε Eliget.] *Iuſtinus,* ἐκλέξεται, *eodem ſenſu.*
E

CAP. III.

ET oſtendit mihi Dominus Ieſum ſacerdotem magnum, ſtantem ante faciem angeli Domini: & diabolus ſtabat à dextris eius, vt aduerſaretur ei. Et dixit Dominus ad diabolum: Increpet Dominus in te diabole: & increpet in te Dominus, qui elegit Hieruſalem. Nonne ecce α hoc, vt torris eſt erutus de igne? Et Ieſus indutus erat veſtibus ſordidis: & ſtabat ante faciem angeli.

angeli. Et respondit, & ait ad adstantes coram facie sua, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abstuli [ε] iniquitates tuas. Et induite eum poderem: & imponite cidarim mundam super caput eius. Et circundederunt eum vestimentis. Et angelus Domini adstabat: & contestabatur angelus Domini ad Iesum, dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens: Si [γ] vijs meis ambulaueris, & præcepta mea custodieris; & tu iudicabis domum meam: &, si custodieris atrium meum; & dabo tibi, qui conuersentur in medio stantium istorum. Audi ergo Iesu sacerdos magne, tu, & proximi tui, qui sedent ante [δ] faciem: quia viri portentorum spectatores sunt: quia ecce ego adduco seruum meum Orientem: quia lapis, quem dedi ante faciem Iesu: super lapidem vnum septem oculi sunt. Ecce ego [ε] fodio foueam, dicit Dominus omnipotens, & contrectabo omnem iniquitatem terræ illius in die vna. In die illo, dicit Dominus omnipotens, [ζ] conuocabitis vnusquisque proximum suum subter vitem, & subter ficum.

α Hoc.] *Apud Theodoretum, & in Compl,* οὗτος, *& apud S.Hier.* iste. β Iniquitates suas.] *Sic S.Cyprian.2.testim. Apud S.Hier.est,* a te iniquitates tuas: *quod* ἀπό σου, *est in multis: in quibus præterea sequitur, quod non est apud illos,* καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριῶ, & peccata tua circummundabo. γ Vijs.] *Aliqui* ἐν ταῖς ὁδοῖς, *& apud S.Hier.* in vijs. δ Faciem.] *Multi addunt* σου, *& apud S.Hier.* faciem tuam. ε Fodio foueam.] *Aquila,* διαγλύφω ἄνοιγμα αὐτῆς, sculpam aperturam eius. *Addit S.Hier.* Theodotio, & Symmachus, sculpam aperturam. ζ Conuocabitis.] συγκαλέσετε. *Sic enim corrigendum in nostra, & respondet prorsus hebræo. Apud Theodoretum, & in Compl. est,* συγκαλέσεται, *& apud S.Hier.* vocabit.

CAP. IV.

ET reuersus est angelus, qui loquebatur in me: & suscitauit me, sicut suscitari solet homo de somno suo: & dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas super ipsum: & septem lucernæ super illud, & septem infusoria lucernis, quæ erant super illud: & duæ oliuæ super illud, vna à dextris lampadis eius, & vna à sinistris. Et interrogaui, & dixi ad angelum, qui loquebatur in me, dicens: Quid sunt hæc Domine? Responditque angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me, dicens: Non cognoscis, quid sunt hæc? Et dixi: Non Domine. Et respondit, & ait ad me, dicens: Iste est sermo Domini ad Zorobabel, dicens: Non in fortitudine magna, neque in robore, sed in spiritu meo, dicit Dominus omnipotens. Quis es tu mons magne, qui ante faciem Zorobabel, vt corrigas? Et educam lapidem hæreditatis, æqualitatem gratiæ, gratiam eius. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domum istam: & manus eius complebunt eam. Et scies, quoniam Dominus omnipotens misit me ad te. Quis enim despexit in dies paruos? Et lætabuntur, & videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel. Septem isti sunt [α] oculi, qui respiciunt super omnem terram. Et respondi, & dixi ad eum: Quid sunt duæ oliuæ istæ, quæ à dextris candelabri, & à sinistris? Et interrogaui secundo, & dixi ad eum: Quid sunt duo rami oliuarum, qui sunt in manibus duarum [β] narium aurearum, quæ infundunt, & retrahunt suffusoria aurea? Et dixit ad me: Non nosti, quid sunt hæc? Et dixi: Nequaquam Domine. Et ait: Isti duo filij [γ] pinguedinis assistunt Domino vniuersæ terræ.

Oculi.]

A α Oculi.] *In cæteris additur* κυρίου, *& apud S.Hier.* Domini. β Narium.] Siue (*inquit S.Hier.*) ſuper duo roſtra aurea, quæ græce μυξωτῆρες appellantur. γ Pinguedinis.] *Aquila* στιλπνότητος, *Theodotio* λαμπρότητος, ſplendoris. *Addit S.Hier. Symmachum dixiſſe*, filij olei.

CAP. V.

ET conuerſus ſum, & leuaui oculos meos, & vidi: & ecce α falx volans. Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Ego video falcem volantem longitudinis cubitorum viginti, & latitudinis cubitorum decem. Et dixit ad me: Hæc eſt maledictio, quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ: quia omnis fur ex B hoc vſque ad mortem punietur, & omnis periurus ex hoc β cruciabitur. Et educam illud, dicit Dominus omnipotens, & ingredietur in domum furis, & in domum iurantis nomine meo ſuper mendacio: & requieſcet in medio domus eius, & conſummabit eam, & ligna eius, & lapides eius. Et egreſſus eſt angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me: Suſpice oculis tuis, & vide hoc, quod egreditur. Et dixi: Quid eſt? Et ait: Hæc eſt menſura, quæ egreditur. Et ait: Hæc eſt iniquitas eorum in omni terra. Et ecce talentum plumbi eleuatum: & ecce mulier vna ſedebat in medio menſuræ. Et dixit: Hæc eſt iniquitas. Et proiecit eam in medium menſuræ: & proiecit lapidem plumbi in os eius. Et eleuaui oculos C meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earum: & ipſæ habebant alas γ vpupæ. Et eleuauerunt menſuram inter terram & cælum. Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quò iſtæ deferunt menſuram? Et dixit ad me: Vt ædificent ei domum in terra Babylonis, & præparent, & ponant eam ibi ſuper præparationem ſuam.

α Falx.] S.Hier. *refert ex Aquila, & Theodotione*, διφθέραν, *ex* Symmacho, κεφαλίς, *ideſt capitulum.* β Cruciabitur.] *Cæteri*, ἕως θανάτου ἐκδικηθήσεται, *& apud* S.Hieronymum, vſque ad mortem cruciabitur. γ Vpupæ.] *Alij*, ὡς πτέρυγας ἔποπος, *& apud* S.Hieron. ſicut alæ ſunt vpupæ: *qui etiam teſtatur cæteros interpretes dixiſſe*, ἐρώδιον, herodionem.

D

CAP. VI.

ET conuerſus ſum, & leuaui oculos meos, & vidi: Et ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium: & montes erant montes ænei. In quadriga prima equi rufi: & in quadriga ſecunda equi nigri: & in quadriga tertia equi albi: & in quadriga quarta equi varij α ſturnini. Et reſpondi, & dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quid ſunt hæc Domine? Et reſpondit angelus, qui loquebatur in me, & dixit: Hi ſunt quatuor venti cæli: β egrediuntur, vt aſsiſtant Domino omnis terræ. In qua erant equi nigri, egredieban- E tur ſuper terram Aquilonis: & albi egrediebantur poſt eos: & varij exibant in terram Auſtri: & ſturnini egrediebantur, & conſiderabant, γ vt irent circuire terram. Et dixit: Ite, & circuite terram. Et circuierunt terram. Et clamauit, & loquutus eſt ad me, dicens: Ecce, qui egrediuntur ſuper terram Aquilonis: & requieſcere fecerant furorem meum in terra Aquilonis. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Accipe, quæ de captiuitate ſunt, à principibus, & ab vtilibus eius, & ab ijs, qui cognouerunt eam: & ingredieris tu in die illa in domum Ioſiæ filij Sophoniæ, qui venit de Babylone: & accipies argentum, & aurum, &

facies

facies coronas, & impones super caput Iesu Iosedec sacerdotis magni: & dices ad eum: Hæc dicit Dominus omnipotens: Ecce vir, [δ] Oriens nomen eius: & subter eum orietur: & ædificabit domum Domini: & ipse accipiet [ε] virtutem, & sedebit, & imperabit super throno suo. Et erit sacerdos à dextris eius: & consilium pacis erit inter vtrosque. Corona autem erit expectantibus, & vtilibus eius, & qui cognouerunt eam, & in gratiam filij Sophoniæ, & in psalmum in domo Domini. Et qui longe sunt ab eis, venient, & ædificabunt in domo Domini. Et scietis, quia Dominus omnipotens misit me ad vos. Et erit, si exaudientes exaudieritis vocem Domini Dei vestri.

[α] Sturnini.] *Schol. ex Aquila* κραταιοὶ, S. Hieron. *κρατεροὶ*, fortes. [β] Egrediantur.] *In aliis additur* καὶ *aut* οἱ, *& apud* S. Hier. qui egrediuntur. [γ] Vt irent circuire.] *Cæteri non habent* τοῦ πορεύεσθαι, *& apud* S. Hier. vt circuirent. [δ] Oriens.] S. Hier. vel ἀνατολὴ, siue βλάστημα, id est, germen nuncupatur. [ε] Virtutem.] *Idem*; ab alio ἐπιδοξότης, ab alio, ἐπιπρέπεια, ab alio ἀρετὴ, ab alio δόξα scribitur: quæ vel inclytũ, vel decorem, vel virtutem, vel gloriam sonant.

CAP. VII.

ET factum est in quarto anno sub Dario rege: factus est sermo Domini ad Zachariam quarta die mensis [α] noni, qui est Chaseleu. Et misit [β] in Bæthel, Sarasar, & Arbeseer rex, & viri eius ad deprecandum Dominum, dicens ad sacerdotes, qui in domo Domini omnipotentis, & ad prophetas, dicens: Ingressa est huc in mense quinto sanctificatio, iuxta quod fecit iam annis pluribus. Et factus est sermo Domini virtutũ ad me, dicens: Dic ad omnem populum terræ, & ad sacerdotes, dicens: Si ieiunatis, & plangitis in quintis, aut septimis, & ecce septuaginta anni; nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Et si comeditis, aut bibitis; nonne vos comeditis, [γ] & bibitis? Nunquid non ista sunt verba, quæ loquutus est Dominus in manibus prophetarum, qui fuerunt prius, quando Hierusalem habitabatur, & erat [δ] abundans, & ciuitates eius per circuitum, & montana, & campestria habitabantur? Et factus est sermo Domini ad Zachariam, dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens: Iudicium iustum iudicate: & misericordiam, & miserationem facite vnusquisque ad fratrem suum: & viduam, & pupillum, [ε] et aduenam, et pauperem non opprimatis: et malitiæ vnusquisque fratris sui [ζ] nolit meminisse in cordibus vestris. Et noluerunt attendere, et dederunt dorsum contemnens: et aures suas aggrauauerunt, vt non audirent: et cor suum posuerunt inobediens, vt non audirent legem meam, et verba, quæ misit Dominus omnipotens in spiritu suo in manibus prophetarum priorum. Et facta est ira magna à Domino omnipotente. Et erit, sicut dixit, et non audierunt, sic clamabunt, et non exaudiam, dicit Dominus omnipotens. Et eijciam eos in omnes gentes, quas ignorauerunt: et terra desolabitur post eos à perambulante, et à reuertente. Et posuerunt terram electam in solitudinem.

[α] Noni.] *Sic etiam* S. Hieron. *Plerique autem* ἕκτου, sexti. [β] In Bæthel.] *Apud Sanctum* Hieronymum, de Bæthel: *& in comm. vtraque lectio innuitur.* [γ] Et bibitis.] *Alij*, καὶ ὑμεῖς πίνετε, *& apud Sanctum* Hieronymum, & vos bibitis. [δ] Abundans.] *Sic apud eundem. Aliqui*, ἀθροίζουσα, iætans. [ε] Et aduenam.] *Abest à Sancto* Hieronymo. [ζ] Nolit meminisse.] *Multi*, μνησικακείτε, *& apud Sanctum* Hieronymum, nolite meminisse.

CAP.

CAP. VIII.

A

ET factus est sermo Domini omnipotẽtis, dicens: Hæc dicit Dominus omnipotẽs: Zelatus sum Hierusalem, & Sion zelo magno: & furore maximo zelatus sum eam. Hæc dicit Dominus: Reuertar ad Sion, & habitabo in medio Hierusalem: & vocabitur Hierusalem ciuitas vera: & mons Domini omnipotentis, mons sanctus. Hæc dicit Dominus omnipotens: Adhuc sedebunt senes, & anus in plateis Hierusalem, vnusquisque virgam suam habens in manu sua præ multitudine dierum: & plateæ ciuitatis replebuntur pueris, & puellis ludentibus in plateis eius. Hæc dicit Dominus omnipotens: Si impossibile erit coram reliquis populi huius in diebus illis; nunquid & coram me impossibile erit, dicit Dominus omnipotens? Hæc dicit Dominus omnipotens: Ecce ego saluo populum meum de terra Orientis, & de terra occasus. Et introducam eos, & habitabo in medio Hierusalem: & erunt mihi in populum: & ego ero eis in Deum in veritate, & in iustitia. Hæc dicit Dominus omnipotens: Confortẽtur manus vestræ, qui auditis in diebus his sermones istos ex ore prophetarum, ex quo die fundata est domus Domini omnipotentis, & ex quo templum ædificatum est. Quia ante dies illos merces hominum non erit in lucrum, & merces iumentorum non subsistet: & egredienti, & ingredienti non erit pax præ tribulatione: & emittam omnes homines vnumquemque super proximum suum. Et nunc non iuxta dies priores ego facio reliquis populi huius, dicit Dominus omnipotens: sed pacem monstrabo. Vinea dabit fructum suum, & terra dabit germina sua, & cælum dabit rorem suum: & possidere faciam reliquos populi mei huius hæc omnia. Et erit, sicut eratis in maledictione inter gentes domus Iuda, & domus Israel; sic saluabo vos, & eritis in benedictione. Confidite, & confortamini in manibus vestris: quia hæc dicit Dominus omnipotens. Sicut cogitaui, vt affligerem vos in eo, quòd me ad iracundiam prouocassent patres vestri, dicit Dominus omnipotens, & non me pænituit; sic paratus sum, & cogitaui in diebus istis, vt benefaciam Hierusalem, & domui Iuda. Confidite. Isti sermones sunt, quos facietis: Loquimini veritatem vnusquisque ad proximum suum: veritatem, & iudicium [a] pacificum iudicate in portis vestris: & vnusquisque malum proximi sui non cogitate in cordibus vestris, & iuramentum mendax ne diligatis: quia hæc omnia odi, dicit Dominus omnipotens. Et factus est sermo Domini omnipotentis ad me, dicens: Hæc dicit Dominus omnipotens: Ieiunium [c] quartum, & ieiunium quintum, & ieiunium septimum, & ieiunium decimum erunt domui Iuda in gaudium, & lætitiam, & in festiuitates bonas. Et lætamini: & veritatem, & pacem diligite. Hæc dicit Dominus omnipotẽs: Adhuc venient populi multi, & habitatores vrbium multarum: & congregabũtur, qui habitant [γ] quinque ciuitates, in vnam ciuitatem, dicentes: Eamus, vt deprecemur faciem Domini, & quæramus vultum Domini omnipotentis. Vadã etiam ego: & venient populi multi, & gentes plurimæ, vt quærant faciem Domini omnipotentis in Hierusalem, et vt exorent faciem Domini. Hæc dicit Dominus omnipotens: In diebus illis, si apprehenderint decem viri de omnibus linguis gentium, et tenuerint fimbriam viri Iudæi, dicentes: Ibimus tecum, quia audiuimus, quòd Deus vobiscum est.

B C D E

a Pacifi-

α Pacificum.] *In plerisque additur,* καὶ δίκαιον, *& apud S.Hier.* & iustum. β Quartum.] ἡ τετράς, *aut* ἡ τετάρτη, *vt in cæteris.Theodoretus:* Cæteri interpretes Aq.Symm.Th. νηστεία ἡ τοῦ τετάρτου, καὶ νηστεία ἡ τοῦ πέμπτου, καὶ ἡ τοῦ ἑβδόμου, καὶ ἡ τοῦ δεκάτου, ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & septimi, & decimi: vt nulli dubium sit, quin de mensibus sit intelligendum. γ Quinque ciuitates.] *Abest,* quinque, *à S.Hieronymo. In alijs alijs libris est,* μίαν εἰς μίαν πόλιν, vnam in vnam ciuitatem.

CAP. IX.

ASSVMPTIO verbi Domini in terra [α] Sedrach, & Damasci [β] sacrificium eius: quia Dominus respicit homines, & omnes tribus Israel. Et in Emath in [γ] finibus eius Tyrus, & Sidon: quoniam sapientes fuerunt nimis: & ædificauit Tyrus munitiones suas, & thesaurizauit argẽtum, vt humum, & congregauit aurum, vt lutum viarum. Et propterea Dominus possidebit eos, & percutiet in mari fortitudinem eius: & ipsa in igne concremabitur. Videbit Ascalon, & timebit: et Gaza, & dolebit nimis: & Accaron, quoniam confusa est [δ] super ruina sua. Et peribit rex de Gaza: & Ascalon non habitabitur: & habitabunt alienigenæ in Azoto. Et destruam iniuriam alienigenarum, & auferam sanguinem eorum de ore illorum, & abominationes eorum de medio dentium illorum. Et relinquentur & isti Deo nostro, & erunt, vt Chiliarchus in Iuda; et Accaron, sicut Iebusæus. Et supponam domui meæ eleuationem, vt non pertrãseat, neque [ε] reuertatur, et nequaquam superueniat eis vltra abactor: quia nunc vidi in oculis meis. Gaude vehementer filia Sion, [ζ] prædica filia Hierusalem. Ecce rex [η] tuus venit tibi iustus, & saluans, ipse [θ] mãsuetus, et ascendens super subiugalẽ, et pullum [ι] nouum. Et disperdet quadrigas ex Ephræm, et equũ de Hierusalẽ: et [κ] disperdetur arcus bellicus, et [λ] multitudo, et pax ex gentibus: et dominabitur [μ] aquis vsque ad mare, et fluminibus exitus terræ. Et tu in sanguine testamenti [ν] tui emisisti vinctos tuos de lacu, qui non habet aquam. Sedebitis in munitionibus vincti congregationis: et pro vna die peregrinationis tuæ duplicia reddam tibi: quoniam tetendi te Iuda mihi arcum, impleui Ephræm, et suscitabo filios tuos Sion super filios Græcorum, et attrectabo te quasi gladium pugnatoris: et Dominus erit super eos: et egredietur, sicut fulgur, sagitta: et Dominus omnipotens in tuba sonabit, et ibit in commotione terroris sui: Dominus omnipotens proteget eos. Et consument eos, & obruẽt eos in lapidibus fundæ: & bibent [ξ] eos, sicut vinũ: & implebunt [ο] phialas, sicut altare. Et saluabit eos Dominus Deus eorum in die illa, sicut oues, populum suum: quia lapides sancti voluuntur super terram eius. Quia, si quid optimum illius, & si quid bonum eius, frumentum iuuenibus, et [π] vinum boni odoris ad virgines.

α Sedrach.] *Theod.* Ciuitas est Arabiæ. Emath autem ea est, quæ nunc Epiphania appellatur. Emath autem magnam nominat sacra scriptura ipsam Emisan. *S.Hier.inquit male à quibusdam legi* Sedrach: *legendum enim esse Hadrach, quomodo etiam habetur in aliquot libris.* β Sacrificium.] *Sic habuisse etiam S.Hier. colligitur ex comm. quamuis in contextu sit,* sacrificij. *Theodor. ex Aq.* καὶ ἐν Δαμασκῷ ἀνάπαυσις αὐτοῦ (*quamuis in Scholio refeватur* αὐτοῖς,) & in Damasco requies eius. γ In Emath in finibus eius.] *Ab aliquo libro, & S.Hier. abest* il*lud,* in. *Notat autem Theodor. cæteros interpretes dixisse,* in Emath finitima ei. δ Super ruina sua.] *Compl.* ἀπὸ τῆς ἐλπίδος αὐτῆς, *& apud S.Hier.* de spe sua. ε Reuertatur.] *Iidem addunt,* μηδένα, nemo pertranseat. ζ Prædica.] *Iustinus,* ἀλάλαξον, κήρυσσε, iubila, prædica. η Rex tuus.] *Addendũ in nostra græca* σου. θ Mansuetus.] *Iustinus,* πραΰς, καὶ πτωχός, mansuetus, & pauper. *Videri possunt duæ interpretationes. Notat enim S.Hier. lxx. pro,* pauper, *transtulisse,* mansuetus. *S.Cypr. 2. testim.* mitis fidens super asinum indomitum. *al.* asinam indomitam. ι Nouum.] *Iustinus,* ὄνου, asinæ. κ Disperdetur arcus bellicus.] *Cõpl.* ἐξολοθρεύσει τόξον πολεμιστῶν. *Apud S.Hier.* disperdet arcus pugnantium. λ Multitudo & pax.] *Iidem,* πλῆθος καὶ εἰρήνην, multitudinem, & pacem. *Vnus codex, & Eusebius Euangel. Demonstr. libri 2. 8. & 9.* καὶ πλῆθος εἰρήνης, *&* multitudo pacis. *Symmachus,* καὶ λαλήσει εἰρήνην τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμοῦ ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης, *quemadmodum fere S. Hieronymus in sua,* & loquetur pacem gentibus, & potestas eius a mari vsque

A vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad fines terræ. μ Aquis.] *In aliquo,* ἀπὸ ὑδάτων, ab aquis, *in nonnullis hic est,* ὑδάτων, *sed paulo post,* ἀπὸ ποταμῶν, a fluminibus. *Apud* S.*Hier.* ab aquis vsque ad mare, & a fluminibus vsque ad exitus terræ. ν Tui.] *Abest à multis, & à S.Hier.* ξ Eos.] *Cæteri,* τὸ αἷμα αὐτῶν *& apud* S.*Hier.* sanguinem eorum. ο Phialas, sicut altare.] *Nonnulli,* ὡς φιάλας τὸ θυσιαστήριον, *& apud S.Hieron.* sicut phialas, altare. π Vinum.] *S.Hier.* Aquila οἰνίαν interpretatus est: quod & ipsum ad vbertatem vindemiæ referri potest.

CAP. X.

PETITE à Domino pluuiam opportunam, temporaneam, & serotinam. Dominus fecit phantasias: & pluuiam hiemalem dabit eis, vnicuique herbam in agro. Quoniam hi, qui loquebantur, loquuti sunt labores, & diui-B ni visiones falsas, & somnia falsa loquebantur. Ideo arefacti sunt, sicut oues: & afflicti sunt, quia non erat sanatio. Super pastores concitatus est furor meus: & super agnos visitabo. Et visitabit Dominus Deus omnipotens gregem suum domum Iuda: & ponet eos sicut equum decorum suum in prælio: & ex ipso respexit, & ex ipso posuit, α & ex ipso arcum in furore: ex ipso egredietur omnis, qui abigit in eo. Et erunt quasi bellatores conculcantes lutum in vijs, in prælio: & in acie stabunt, quia Dominus cum eis est. Et confundentur ascensores equorum: & confortabo domum Iuda: & domum Ioseph saluabo: & habitare eos faciam, quia dilexi eos; & erunt, β sicut non euertissem eos. Quia ego Dominus C Deus eorum, & exaudiam eos, & erunt quasi bellatores Ephræm: & lætabitur cor eorum, quasi in vino: & filij eorum videbunt, & lætabuntur: & gaudebit cor eorum in Domino. Significabo eis, & suscipiam illos, quia redimam eos: & multiplicabuntur, sicut erant plurimi: & seminabo eos in populis: & qui de longe, recordabuntur mei: nutrient filios suos, & conuertentur. Et conuertam eos de terra Ægypti: & de Assyrijs suscipiam illos: & in Galaaditin, & in Libanum introducam eos, & nullus ex eis deerit. Et pertransibunt in mari angusto, & percutient in mari fluctus, & siccabuntur omnia profunda fluuiorum, & auferetur vniuersa iniuria Assyriorum: & sceptrum Ægypti tolletur. Et confortabo eos in D Domino Deo suo: & in nomine eius γ gloriabuntur, dicit Dominus.

α Et ex ipso.] *Absunt hæc à Compl. &, quantum conijci potest ex explanatione, à Theodoreto. Sunt & aliæ quædam in codicibus varietates. Apud* S.*Hier.* & ex ipso arcus in furore egredietur omnis, qui educit simul, *& pro hoc inquit Aquilam dixisse,* εἰσπράσσων, exactor. β Sicut non euertissem eos.] *In Compl.* ὃν τρόπον ὅτε οὐκ ἀπέῤῥιψα, *& apud* S.*Hier.* sicut quando non eos abieceram. *Theodoretus: Hoc manifestius Sym. est interpretatus,* καὶ ἔσονται ὡς ἂν εἰ μὴ ἀπωσάμην αὐτούς, & erunt perinde, ac si eos non expulissem. γ Gloriabuntur.] *Ita etiam apud* S.*Hier. & S.Cypr. 2. testim. In aliquot libris est,* κατακαυχήσονται, accendentur.

CAP. XI.

APERI Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlulet pinus, E quia cecidit cedrus; quia valde miseri facti sunt optimates. Vlulate quercus Basanitidis, quia succisus est saltus consitus. Vox lugentium pastorum: quoniam misera facta est magnificentia eorum. Vox rugientium leonũ; quia afflictus est fremitus Iordanis. Hæc dicit Dominus omnipotens: Pascite oues occisionis, quas qui possederunt, interficiebant, & non agebant pænitentiam: & qui vendebant eas, dicebant: Benedictus Dominus, & diuites facti sumus. Et pastores earum nihil patiebantur super eis. Ideo non parcam vltra super habitatores terræ, dicit Dominus. Et ecce ego trado homines, vnũquenque in manum proximi sui, & in manum regis eius. Et concident terram; & non eruã

de manu eorum:& paſcam oues occiſionis in [α] Chanaanitide. Et aſſumam mihi duas [β] virgas: vnam vocaui decorem: & alteram vocaui funiculum. Et paſcam oues. Et auferam tres paſtores in mēſe vno: & ingraueſcet anima mea ſuper eos: ſiquidem & animæ eorum [γ] rugiebāt ſuper me. Et dixi: Non paſcam vos. Quod moritur, moriatur: & quod deficit, deficiat: & reliquiæ, deuorent vnuſquiſque carnes proximi ſui. Et aſſumam virgam meam pulchram, & proijciam eam: vt diſsipem teſtamentum meum, quod diſpoſui ad omnes populos. Et diſsipabitur in die illa: & cognoſcent Chananæi oues, quæ cuſtodiuntur mihi: quia verbum Domini eſt. Et dicam ad eos: Si bonum eſt in conſpectu veſtro, date mercedem meam, aut renuite. Et ſtatuerunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Depone eos in [δ] conflatorium: & [ε] conſiderabo, ſi probatum eſt; ſicut probatus ſum pro eis. Et tuli triginta argenteos, & miſi eos in domum Domini in conflatorium. Et abieci virgam meam ſecundam funiculū, vt diſsiparem [ζ] poſſeſsionem inter Iudam & Iſrael. Et dixit Dominus ad me: Adhuc ſume tibi vaſa paſtoralia paſtoris [η] imperiti: Quia ecce ego ſuſcito paſtorem ſuper terram: quod deficit, non viſitabit: & diſperſum non requiret, & contritum non ſanabit, & integrum non diriget: & carnes electorum deuorabit, & talos eorum peruertet. O qui paſcitis vana, qui dereliquiſtis oues, gladius ſuper brachium eius, & ſuper oculum eius dextrum: brachium eius areſcens areſiet, & oculus dexter eius excæcatus excæcabitur.

[α] In Chanaanitide.] *Hoc inquit S.Hier. neque in hebræo haberi, & à nullo alio transferri.* [β] Virgas.] *Videtur ſignificare S.Hieron. ab aliquo dictas eſſe σχυτάλας,* id eſt baculos. [γ] Rugiebant.] *Ita etiam S.Hieron. & Theodoretus. In aliquot libris eſt, ἐπορεύοντο,* ibant. [δ] In conflatorium.] *Aquila, πρὸς τὸν πλάστην,* quem, (*inquit S. Hieron.*) nos fictorem, & figulum poſſumus dicere. [ε] Conſiderabo.] *In cæteris, καὶ σκέψαι, & apud Sanctum Hieronymum,* & recogita. [ζ] Poſſeſſionem.] *In plerisque, τὴν διαθήκην, & apud S.Hieronymum,* teſtamentum. [η] Imperiti.] *Theodoretus. Cæteri, ἄφρονος,* inſipientis.

CAP. XII.

ASSVMPTIO verbi Domini ſuper Iſrael. Dicit Dominus extendens cælum, & fundans terram, & fingens ſpiritum hominis in eo. Ecce ego pono Hieruſalem, vt ſuperliminaria, quæ mouentur, omnibus populis in circuitu. Et in Iudæa erit obſidio ſuper Hieruſalem. Et erit, in die illo ponam Hieruſalem lapidem, qui conculcatur, cunctis gentibus: omnis, qui conculcauerit eam illudens illudet. Et congregabuntur ſuper eam omnes gentes terræ. In die illa, dicit Dominus omnipotens, percutiam omnem equum in ſtupore, & aſcenſorem eius in amentia. Super domum autem Iuda aperiam oculos meos: & omnes equos populorū percutiam in ciuitate. Et dicent Tribuni Iuda in cordibus ſuis. [α] Inueniemus nobis eos, qui habitant Hieruſalem in Domino omnipotente Deo eorum. In die illa ponam tribunos Iuda, ſicut torrem ignis in lignis, & ſicut facem ignis in ſtipula: & deuorabunt à dextris, & à ſiniſtris omnes populos per circuitū: & habitabit adhuc Hieruſalem [β] per ſeipſa in Hieruſalem. Et ſalua faciet Dominus tabernacula Iuda, ſicut à principio: vt non magnificetur gloria domus Dauid, & elatio habitatorū Hieruſalem ſuper Iudam. Et erit, in die illa proteget Dominus habitatores Hieruſalem: & qui infirmus in eis fuerit, in die illa erit [γ] ſicut Dauid, & domus Dauid, quaſi domus Dei, [δ] ſicut angelus Domini

A mini in conſpectu eorum. Et erit, in die illa quæram auferre omnes gentes, quæ veniunt contra Hieruſalem. Et effundam ſuper domum Dauid, & ſuper habitatores Hieruſalem ſpiritum gratiæ, & miſericordiæ. Et aſpicient in me pro eo, quòd [ε] inſultauerunt: & plangent ſuper eum planctum, quaſi ſuper dilectum, & dolebunt dolore, quaſi ſuper primogenito. In die illa magnus erit planctus in Hieruſalem: ſicut planctus [ζ] malogranati, quod in campo ſucciditur. Et planget terra per tribus tribus: tribus domus Dauid ſeorſum, & mulieres eorum [η] ſeorſum: tribus domus Nathan ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: tribus domus Leui ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum: tribus Simeon ſeorſum, & B mulieres eorum ſeorſum: omnes reliquæ tribus, tribus ſeorſum, & mulieres eorum ſeorſum.

α Inueniemus nobis.] *S. Hier. & Schol. ex Aquila,* καρτέρησόν μοι, ideſt conforta mihi. β Per ſeipſa in Hieruſalem.] *Reſpondet hebræo. In quibuſdam non eſt,* in Hieruſalem, *& apud S. Hier.* & habitabitur adhuc Hieruſalem in ſemetipſa. γ Sicut Dauid.] *Ita etiam hebræus. In quibuſdam, & apud Theodoretum eſt,* ὡς οἶκος δαυίδ, *& apud* S. *Hieron.* quaſi domus Dauid. δ Sicut.] *Reſpondet hebræo. In aliquo* ὡς. *Sic apud S. Hier.* & angelus. ε Pro eo quod inſultauerunt.] *In aliquo eſt,* εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, in quem confixerunt, *aut,* transfixerunt, *vt apud S. Cypr. 2. teſtim. In quibuſdam vtrumque coniungitur: ſuntque omnino duæ interpretationes. De qua re S. Hier. diſputat, & apud lxx. agnoſcit,* κατωρχήσαντο, *ſicut Scholiaſtes ex alijs,* ἐξεκέντησαν. ζ Malogranati.] ῥοῶνος, *ac docet S. Hier. ita appellari non vnam arborem malorum granatorum, ideſt mali punici, ſed locum his arboribus conſitum. Compl. habet,* ῥοῶν, malorum granatorum. η Seorſum.] *Apud S. Hier. adiungitur de tribu Iuda: quod neque in ſua eſt, neque in comm. illud agnoſcit.*

C

CAP. XIII.

IN die illa erit omnis locus apertus [α] domui Dauid, & habitantibus Hieruſalem in tranſmutationem & in [β] ſeparationem. Et erit in die illa, dicit Dominus Sabaoth, diſperdam nomina idolorum de terra: & non erit vltra eorum memoria. Et pſeudoprophetas, & ſpiritum immundum auferam de terra. Et erit, ſi prophetauerit homo vltra; & dicet ad eum pater ſuus, & mater ſua, qui D genuerunt eum: Non viues; quoniam mendacia loquutus es in nomine Domini: & [γ] compedient eum pater eius, & mater eius, qui genuerunt eum, dum ipſe prophetat. Et erit, in die illa confundentur prophetæ, vnuſquiſque ex viſione ſua, cum prophetauerit: & induentur pelle cilicina; quia mentiti ſunt. Et dicet: Non ſum propheta ego, quia homo operans terram ego ſum: quia homo genuit me à iuuentute mea. Et dicam ad eum: Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet: Quibus percuſſus ſum in domo [δ] dilecta mea. [ε] Framea conſurge ſuper [ζ] paſtores meos, & ſuper virum [η] ciuem meum, dicit Dominus omnipotens: [θ] percutite paſtores, & auellite oues. Et inducam manum meam ſuper [ι] paruulos. Et erit, [κ] in omni terra, dicit Dominus, duæ partes eius peribũt, E & deficient: & tertia relinquetur in ea. Et transducam tertiam partem per ignẽ: & vram eos, ſicut vritur argentum: & probabo eos, ſicut probatur aurum. Ipſe inuocabit nomen meum: & ego exaudiam eum, & dicam: Populus meus iſte eſt. Et ipſe dicet: Dominus Deus meus.

α Domui Dauid.] *Sic hebræus. In alijs libris eſt,* ἐν οἴκῳ, *& apud* S. *Hier.* in domo. *Theodoretus ex Symmacho,* ἔσται ἀνοιγομένη πηγὴ τῷ οἴκῳ δαυίδ, erit apertus fons domui Dauid. β Separationem.] *Quaſi dicat menſtruum: ſic enim appellatur* χωρισμὸς ἀκαθαρσίας, *Leuit. 18. Eſt autem hebraiſmus, vt pro menſtruo intelligatur ablutio menſtrui. Quare in cæteris libris eſt,* εἰς τὸν ῥαντισμὸν, *& in Complut.* ἐν τῇ ῥαντίσει, *& apud S. Hieron. etiam in comm.* in aſperſionem.

aſperſionem. γ Compedient.] *S.Hier.teſtatur tres interpretes dixiſſe,* confixerunt. δ Dilecta mea.] *in Compl.eſt,* τοῦ ἀγαπητοῦ μου, dilecti mei. *Apud S.Hier.* diligentis me. ε Framea.] *S.Hieron.ex Aquila,& Symmacho,* μάχαιρα, gladius. ζ Paſtores meos.] *Aliquot libri,& Theodoretus,* τὸν ποιμένα μου, *& apud Sanctum Hieronymum,* paſtorem meum. *Iuſtinus,* ἐπὶ τὸν ποιμένα τοῦ λαοῦ μου, ſuper paſtorem populi mei. η Ciuem meum.] *Plerique,& Theodoretus* αὐτοῦ, *& apud S.Hier.etiam in comm.* ciuem eius: *pro quo inquit Aquilam interpretatum eſſe,* σύμφυλόν μου, contribulem meum, (*teſte etiam Scholiaſte,& Theodoreto*) *Symmachum,* ſuper virum populi mei, *Theodotionem,* ſuper virum proximum eius: *ac docet, cur aliqui vertant,* meum, *aliqui,* eius. θ Percutite paſtores,& auellite oues.] *Cæteri,* πάταξον τὸν ποιμένα καὶ διασκορπισθήσονται τὰ πρόβατα, percute paſtorem,& diſpergantur oues: *apud S.Hier.* diſpergentur. ι Paruulos.] *Cæteri & Theodoretus,* ἐπὶ τοὺς ποιμένας, ſuper paſtores: *quam lectionem S Hier.etiam in comm.agnoſcit ex lxx.licet in ſua verſione ponat,* ad paruulos. *Et in aliquo libro coniungitur vtrumque,* μικροὺς ποιμένας. κ In omni terra.] *Sic hebræus. Cæteri,* ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, *& apud S.Hier.* in die illa.

A

CAP. XIV.

B

ECCE dies [a] Domini veniunt: & diuidentur ſpolia tua in te: & congregabo omnes gentes ſuper Hieruſalem ad bellum: & capietur ciuitas, & diripientur domus,& mulieres polluentur, & egredietur dimidia pars ciuitatis in captiuitate: reliqui autem populi mei non peribunt de ciuitate. Et egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes illas, ſicut dies commiſsionis eius in die prælij. Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuper montem oliuarum, qui eſt contra Hieruſalem ab Oriente. Et ſcindetur mons oliuarum: dimidium eius ad Orientem, [β] & mare, voragine magna nimis: & inclinabit dimidium montis ad Aquilonem, & dimidium eius ad Auſtrum. Et [γ] obturabitur vallis montium meorum: & adiungetur vallis montium vſque [δ] Iaſod, & replebitur, ſicut repleta eſt [ε] in diebus terræmotus in diebus Oziæ regis Iuda. Et [ζ] veniet Dominus Deus meus, & omnes ſancti cum eo. Et erit, in illa die non erit lux, [η] & frigus, & gelu erit vna die: & dies illa nota Domino: & non dies, neque nox: & ad veſperam erit lux. Et in die illa egredietur aqua viuens de Hieruſalem, dimidium eius ad mare primum, & dimidium eius ad mare nouiſsimum: & in æſtate, & in vere erit ſic. Et erit Dominus in regem ſuper omnem terram. In die illa erit Dominus vnus, & nomen eius vnum, circumiens omnem terram, & deſertum à Gabee vſque Remmon ad Auſtrum Hieruſalem. Rhama vero in loco permanebit: à porta Beniamin vſque ad locum portæ primæ, vſque ad portam angelorum; & vſque ad turrim [θ] Ananeel, vſque ad torcularia regis habitabunt in ea: & anathema vltra non erit: & habitabit Hieruſalem confidenter. Et hæc erit ruina, qua percutiet Dominus omnes populos, quicumque militauerunt contra Hieruſalem. Tabeſcent carnes eorum, ſtantium ſuper pedes ſuos: & oculi eorum defluent de foraminibus ſuis: & lingua eorum tabeſcet in ore eorum. Et erit in die illa ſtupor Domini magnus ſuper eos: & apprehendent vnuſquiſque manum proximi ſui. Et Iudas præparabitur in Hieruſalem: & congregabit robur omnium populorum per circuitum, aurum, & argentum, & veſtes in multitudine nimis. Et hæc erit ruina equorum, & mulorum, & camelorum, & aſinorum, & omnium iumentorum, quæ fuerint in caſtris illis iuxta ruinam hanc. Et erit, quicumque relicti fuerint de cunctis gentibus, quæ venerint contra Hieruſalem; & aſcendent per annos ſingulos, vt adorent regem Dominum omnipotentem, & celebrent feſtiuitatem tabernaculorum. Et erit, qui non aſcenderint ex omnibus tribubus terræ ad Hieruſalem, vt adorent regem Dominum omnipotentem; & [ι] iſti illis apponentur. Sin autem tribus Ægypti non

C

D

E

A ascenderit, nec venerit; & super eos erit ruina, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ non ascenderunt, vt agerent solennitatem scenopegiæ. Hoc erit peccatum Ægypti, & peccatum omnium gentium, quicunque non ascenderit, vt celebret festiuitatem scenopegiæ. In die illa erit, quod super ᵏ frenũ equi est, sanctum Domino omnipotenti. Et erunt lebetes in domo Domini, sicut phialæ ante faciem altaris. Et erit omnis lebes in Hierusalem, & in Iuda sanctus Domino omnipotenti. Et venient omnes, qui immolant, & sument ex eis, & coquent in illis: & non erit ᵏ Chananæus vltra in domo Domini ᵘ omnipotentis in die illa.

B α Domini.] *Ita etiam apud S.Hier. & Eusebium lib.6.Demonst.sed libro 2.* ἐν σοί, in te. β Et mare.] *Respondet hebræo: & multi putant significari ab Oriente ad Occidentem. In nonnullis libris est,* καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ πρὸς θάλασσαν, *& apud S.Hier.* & media pars illius ad mare. γ Obturabitur.] *Testatur S.Hier. cæteros etiã interpretes hoc eodem modo dixisse; quod ipse in sua,* fugietis. δ Iasod.] *Plerique,* ἀσαήλ. *Et S.Hier. hoc refert ex lxx. sicut ex Aquila* ἀζήλ, *ex Theodotione* ἀζὴλ, *ex Symmacho,* proximum. ε In diebus.] *Multi,* ἀπὸ προσώπου, *& apud S.Hier.* a facie. ζ Veniet.] *Respondet hebræo. In plerisque codicibus est* παρέσται, *& apud S.Hier.* aderit. η Et frigus.] καὶ ψύχη, *aut* ψύχος, *vt alij. Complut.* ἀλλ' ἢ ψύχος *& apud S.Hieron.* sed frigus. θ Anameel.] *S.Hier. in comm.* & a turre Hanameel, non, vt græci, & latini male legunt, Anamael, vsque ad torcularia regis. ι Et isti illis apponentur.] *In plerisque libris, & apud Theodoretum sequitur,* οὐκ ἔσται ἐπ' αὐτοῖς ὑετὸς, *sed non apud Eusebium: & S.Hier. testatur Aquilam, & Symm. & Theod. similiter esse interpretatos,* & non erit super eos imber, *pro eo, quod lxx. transtulerint,* καὶ οὗτοι ἐκείνοις προστεθήσονται. κ Frenum.] *S.Hier. inquit solos lxx. ita dixisse, quos tamen ipse sit sequutus in sua, Aquilam vero, & Theodotionem,* βυθὸν, profundum, *Symm.*

C περίπατον σύσκιον, idest incessum vmbrosum. λ Chananæus.] *S.Hier. ex Aquila,* mercator. μ Omnipotentis.] *Multi* τῶν δυνάμεων, *& apud S.Hier.* virtutum.

MALACHIAS.

CAP. I.

ASSVMPTIO verbi Domini ſuper Iſrael in manu [a] angeli eius. [b] Ponite nunc ſuper corda veſtra. Dilexi vos, dicit Dominus. Et dixiſtis: In quo dilexiſti nos? Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit Dominus, & dilexi Iacob, Eſau autem odio habui: & poſui terminos eius in deſolationem, & hæreditatem eius in domata deſerti? Quia dicet, Idumæa deſtructa eſt: & reuertamur, & reædificemus deſerta. Hæc dicit Dominus omnipotens: Ipſi ædificabunt, & ego deſtruam: & vocabuntur eis termini iniquitatis, & populus, ſuper quem [γ] præparatus eſt Dominus vſque in æternum. Et oculi veſtri videbunt: & vos dicetis: Magnificatus eſt Dominus ſuper terminos Iſrael. Filius glorificat patrem, & ſeruus dominum [d] ſuũ. Et, ſi pater ego ſum; vbi eſt gloria mea? Et, ſi Dominus ſum ego; vbi eſt timor meus? dicit Dominus omnipotens. Vos ſacerdotes, qui deſpicitis nomen meũ; & dixiſtis: In quo deſpeximus nomen tuum? Offerentes ad altare meum panes [e] pollutos; & dixiſtis: In quo polluimus ipſos? In eo, quòd dicitis, menſa Domini [ζ] polluta eſt: & [η] quæ ſuperpoſita ſunt, deſpexiſtis. Quia, ſi offeratis cæcum in ſacrificia, nonne malum eſt? Et, ſi offeratis claudum, aut languidum; nonne malum eſt? Offer nunc * illud duci tuo, ſi ſuſcipiet te, ſi accipiet faciem tuam, dicit Dominus omnipotens. Et nunc deprecamini faciem Dei veſtri, & rogate eum. In manibus veſtris facta ſunt hæc: ſi accipiam ex vobis facies veſtras? dicit Dominus omnipotens. Quia & in vobis claudentur oſtia: & non ſuccendetur altare meum gratis. Non eſt voluntas mea in vobis, dicit Dominus omnipotens: & ſacrificium [θ] non ſuſcipiam de manibus veſtris: quia ab ortu ſolis, & vſque ad occaſum clarificatum eſt nomen meum in gentibus: & in omni loco [ι] incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium mundum: quia [κ] magnum eſt nomen meũ in gentibus, dicit Dominus omnipotens. Vos autem contaminatis illud in eo quod dicitis: menſa Domini polluta eſt; & qui ſuper ponuntur, deſpecti ſunt cibi eius; & dixiſtis: hæc de afflictione ſunt. Et [λ] exufflaui ea, dicit Dominus omnipotens. Et inferebatis rapinas, & clauda, & debilia: &, [μ] ſi afferatis ſacrificium, ſi ſuſcipiam ea de manibus veſtris, dicit Dominus omnipotens. Et maledictus, qui erat potens, & habebat in grege ſuo maſculum, & votum eius ſuper eo: & immolat corruptum Domino. Quia rex magnus ego ſum, dicit Dominus omnipotens: & nomen meum illuſtre in gentibus.

C D E

α Angeli

A α Angeli eius.] *Notat Theodoretus, eum, qui lingua græca angelus dicatur, in hebraica dici Malachiam. Et S.Hier. testatur cæteros interpretes retinuiße nomen Malachi, ita, vt in hebræo legitur.* β Ponite nunc super corda vestra.] *Hæc quæ in hebræo non habentur, putat* S.Hier. de *Aggæo addita esse, cuius cap. 2. similia legantur.* γ Præparatus est.] *Sic solet interdum verti illud,* παρατέτακται, *& valet, in acie stat, bellum suscepit.* δ Suum.] *In quibusdam codicibus additur,* φοβηθήσεται, *& apud* S.*Hier. in contextu*, timebit: *sed in comm. non indicat se habuisse, quemadmodum neque in sua posuit, sed* ἀπὸ κοινοῦ, *vult subaudiri*, honorat. ε Pollutos.] *Theodoretus ex Aquila, & Symmacho,* μεμολυσμένους, inquinatos. ζ Polluta.] *Plerique,* ἐξουδενημένη, *siue* ἐξουδενωμένη, *& apud* S.*Hier.* despecta. η Et quæ superposita sunt, despexistis.] *S.Hieron.* Obelo prænotauimus, quia in hebræo non habetur, & de sequentibus additum est. *In plerisque autem libris est,* ἐξουδένωται, spreta sunt. * Illud.] *Corrigendum est in nostra,* αὐτό. θ Non suscipiam.] *S.Cypr. 1. testim.* acceptum non habebo, *al.* non accepto habebo. ι Incensum.] *Apud Iustinum,* θυσία, sacrificium. *S. Cypr.* odores incensi offeruntur. κ Magnum est.] *Ita etiam* S.*Cypr. Apud Iustinum,* τιμᾶται, honoratur. λ Exufflaui.] *Apud Theodoretum, & in Compl. est,* ἐξεφυσήσατε *& apud* S.Hieron. exufflastis, *quod tamen interpretatur*, exufflatione mea digna fecistis. μ Et, si afferatis.] *Aliqui,* καὶ προσεφέρετε *& apud S.Hier.* & offerebatis.

B

CAP. II.

ET nunc mandatum hoc ad vos, ò sacerdotes. Si non audieritis, & si non posueritis in cor vestrum, vt detis gloriam nomini meo, dicit Dominus omnipotens; & mittam super vos maledictionem, & maledicam benedictioni vestræ, & maledicam ei: & dissipabo benedictionem vestram: & non erit in vobis: quia vos non ponitis in cor vestrum. Ecce ego *separo vobis humerum, & dispergam ventriculum super facies vestras, ventriculum solennitatum vestrarum: & suscipiam vos simul. Et cognoscetis, quia ego misi ad vos mandatum hoc, vt esset β testamentum meum ad Leuitas, dicit Dominus omnipotens. Testamentum meum fuit cum eo vitæ, & pacis: & dedi ei, vt in timore timeret me, & à facie nominis mei formidaret. Lex veritatis fuit in ore eius: & iniquitas non est inuenta in labijs eius. In γ pace dirigens ambulauit mecum: & multos conuertit ab iniquitate: Quoniam labia sacerdotis custodient sciẽtiam: & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini omnipotentis est. Vos autem declinastis de via, & δ infirmos fecistis multos in lege: corrupistis testamentum Leui, dicit Dominus omnipotens. Et ego dedi vos contemptos, & ε abiectos in omnes gentes, pro eo, quòd non custodistis vias meas, sed ζ accipiebatis personas in lege. Nonne pater vnus omnium vestrum? nonne Deus vnus creauit vos? Quare reliquistis vnusquisque fratrem suum; vt abominabile faceret testamentum patrum vestrorum? Derelictus est Iudas: & abominatio facta est in Israel, & in Hierusalem: quia contaminauit Iudas sancta Domini, in quibus dilexit, & adinuenit in Dijs alienis. Disperdet Dominus hominem, qui facit hæc; donec & humilietur de tabernaculis Iacob, & de his, qui offerunt sacrificium Domino omnipotenti. Et hæc, quæ oderam, faciebatis: operiebatis lachrymis altare Domini, & planctu, & gemitu de η laboribus. Adhuc dignum respicere sacrificium, aut suscipere acceptabile de manibus vestris? Et dixistis: Propter quid? Quia Dominus testificatus est inter te & vxorem adolescentiæ tuæ, quam reliquisti: & hæc particeps tua, & vxor testamenti tui. Et θ nonne bonum fecit, & reliquiæ spiritus ι eius? Et dixistis: Quid aliud præter semen quærit Deus? Et custodite in spiritu vestro: & vxorem adolescentiæ tuæ ne derelinquas. Sed, si odio habens dimiseris eam, dicit Dominus Deus Israel; & operiet impietas super cogitationes tuas, dicit Dominus omnipotens. Et custodite in spiritu vestro, & nolite derelinquere: Qui prouocastis Deum in sermonibus vestris, & dixistis:

xistis: In quo prouocauimus eum? In eo, quòd dicitis: Omnis, qui facit malum, [κ] bonum est in conspectu Domini: & in his sibi complacuit: &, vbi est Deus iustitiæ? A

[α] Separo.] *Apud S.Hier.* separabo. *Theodoretus ex Aquila,* ἰδοὺ ἐγὼ ἐπιτιμῶ ὑμῖν σὺν τῷ βραχίονι, καὶ λικμήσω κόπρον ἐπὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν, κόπρον ἑορτῶν ὑμῶν, Ecce ego increpo vos cum brachio, & dispergam stercus super facies vestras, stercus solennitatum vestrarum. [β] Testamentum.] *S.Hier. ex Aquila* συνθήκην, pactum. [γ] In pace.] *Apud S.Cypr.* in pace linguæ. [δ] Infirmos fecistis.] *Theodoretus, & S.Hier. ex Aquila, & Symmacho,* ἐσκανδαλίσατε, scandalizastis. [ε] Abiectos.] *In Compl.* παρειμένους, *& apud S.Hieron.* dissolutos. [ζ] Accipiebatis.] *Theodoretus ex Symmacho,* ἐδυσωπεῖτε πρόσωπα ἐν νόμῳ, reuerebamini facies in lege. [η] De laboribus.] *Ita etiam apud S.Hier. & Theodoretum: quamuis plerique codices habeant,* ἐκκόπτων. [θ] Nonne bonum fecit.] καὶ οὐ καλὸν ἐποίησε, *Sic plerique libri. In aliquo tamen est,* καὶ οὐκ ἄλλος, & non aliter: *in aliquo item,* καὶ οὐ κάλλος, *quod videtur factum ex* οὐκ ἄλλος, *quod est apud Theodoretum, & in Complut. & apud S.Hieronymum,* & non alius fecit, *sine interrogatione.* [ι] Eius.] *Propius ad hebr.eum. Apud Theodoretum est* σου, *& apud S.Hier.* tui. [κ] Bonum.] *Apud Theodoretum, & in Compl.* καλός, *& apud S.Hier.* bonus est. B

CAP. III.

ECCE [α] mitto angelum meum, & [β] respiciet viam ante faciem meam: & subito veniet ad templum suum Dominus, quem vos quæritis, & angelus testamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus omnipotens: & quis sustinebit diem introitus eius? aut quis ferre poterit, vt aspiciat eum? Quia ipse ingreditur, quasi ignis conflatorij, & quasi [γ] herba lauantium. Sedebit conflans, & emundans sicut argentum, & sicut aurum: & emundabit filios Leui, & fundet eos, sicut aurum, & argentum. Et erunt Domino offerentes [δ] hostiam in iustitia. Et placebit Domino sacrificium Iuda, & Hierusalem, sicut dies seculi, & sicut anni pristini. Et accedam ad vos in iudicio: & ero testis velox super maleficos, & super [ε] adulteras, & super eos, qui iurant nomine meo in mendacio, & qui fraudant mercedem mercenarij, & qui opprimunt per potentiam viduam, & percutiunt pupillos, & peruertunt iudicium aduenæ, & qui non timēt me, dicit Dominus omnipotens. Quoniam ego Dominus Deus vester, & non mutor. Et vos filij Iacob non recessistis ab [ζ] iniustitijs patrum vestrorum, declinastis legitima mea, & non custodistis. Reuertimini ad me: & reuertar ad vos, dicit Dominus omnipotens. Et dixistis: In quo reuertemur? [η] Nunquid supplantabit homo Deum; quia vos supplantatis me? Et [θ] dicetis: In quo supplantauimus te? Quia decimæ, & primitiæ vobiscum sunt: & vos respicientes respicitis: & me vos supplantatis. Annus impletus est: & intulistis omnes fructus in thesauros: & erit rapina [ι] eius in domo eius. [κ] Reuertimini ergo in hoc, dicit Dominus omnipotens; nisi aperuero vobis cataractas cæli, & effudero benedictionem meam vobis, vsque dum sufficiat: & diuidam vobis in [λ] cibum: & non disperdam fructum terræ vestræ: & non infirmabitur vinea vestra in agro, dicit Dominus omnipotens. Et beatos vos dicent omnes gentes: quia eritis vos terra [μ] accepta, dicit Dominus omnipotens. Ingrauastis super me verba vestra, dicit Dominus; & dixistis: In quo locuti sumus contra te? Dixistis: vanus est, qui seruit Deo: et quid amplius, quia custodiuimus custodias eius, et quia ambulauimus supplices ante faciem Domini omnipotentis? Et nunc nos beatos dicimus alienos: et ædificantur omnes, qui faciunt iniqua: et restiterunt Deo, et salui facti sunt. Hæc obloquuti sunt, qui timent Dominum, vnusquisque ad proximum suum. Et attendit Dominus, et audiuit, et scripsit librum monumenti in conspectu suo his, qui timent Dominum, et qui reuerentur nomen eius. Et

C

D

E

erunt

A erunt mihi, dicit Dominus, in die qua ego facio, in [ν] acquiſitionem: & [ξ] eligam eos, ſicut eligit homo filium ſuum, qui ſeruit ei. Et conuertemini, & videbitis inter iuſtum, et iniquum, et inter ſeruientem Deo, et non [o] ſeruientem.

α Mitto.] *Alij*, ἐξαποστελῶ, *& apud S.Hier.* mittam: *quæ varietas ſæpe obſeruari poteſt. Noſtra propior hebræo.* β Reſpiciet.] ἐπιβλέψεται, *quaſi diligenter animaduertet, & curabit, ne quid in ea ſit, quod impediat. In Compl. eſt* ἑτοιμάσει *apud Theodoretum,* καὶ ἑτοιμάσει, *& apud S. Hier.* & præparabit. γ Herba.] ποιά. *Alij*, πόα, *eodem ſenſu: & hoc S.Hier. agnoſcit ex lxx.* δ Hoſtiam.] *Alij* θυσίας, *& apud S. Hieron.* hoſtias. ε Adultera.] *Aliqui*, τοὺς μοιχούς, *& apud S.Hier.* adulteros, ζ Iniuſtitijs.] *Multi*, ἁμαρτιῶν, peccatis, *& ita apud S.Hier. apud quem etiam eſt,* declinaſtis à legitimis meis, *quemadmodum in aliquo,* ἐξεκλίνατε ἀπὸ τῶν νομίμων μου. η Nunquid ſupplantabit.] *Apud S.Hier.* εἰ πτερνεῖ, ſi ſupplantat, *& iſtud* εἰ, *eſt in multis. Theodoretus ex Aquila, & Symmacho,* μὴ ἀποστερήσει ἄνθρωπος θεόν, ὅτι ὑμεῖς ἀποστερεῖτέ με; num fraudabit homo Deum,

B quia vos fraudatis me? *Addit S.Hier. etiam Theodotionem dixiſſe,* μὴ ἀποστερήσει. θ Et dicetis.] *Multi,* καὶ εἴπατε, *& apud S.Hier.* & dixiſtis. *Schol. ex Aq. & Sym.* καὶ εἴπατε, ἐν τίνι ἀπεστερήσαμέν σε; Et dixiſtis: in quo fraudauimus te? ι Rapina eius in domo eius.] *Alij*, ἡ διαρπαγὴ εἰς τοὺς οἴκους ὑμῶν, *& apud S.Hieron.* rapina in domibus veſtris. κ Reuertimini.] *Theodoretus ex Aquila,* πειράσατε, *& S.Hier. in ſua,* probate. λ In cibum.] εἰς βρῶσιν. *Compl. non habet,* εἰς: *apud S.Hier.* vobis cibos. μ Accepta.] *Hoc videtur ſignificare* θελητή, *& reſpondere hebræo. Apud S.Hier.* vt terra voluntaria. ν Acquiſitionem.] *Teſtatur S.Hier. cæteros etiam interpretes tranſtuliſſe,* περιποίησιν, *præter Aquilam, qui* περιούσιον, eximium: *quod etiam refertur in ſcholio.* ξ Et eligam.] *Theodoretus ex Aquila,* φείσομαι, ὡς φείδεται ἄνθρωπος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, parcam, ſicut parcit homo filio ſuo. ο Seruientem.] *In multis additur,* αὐτῷ, *& apud S.Hier.* ei.

CAP. IV.

C QVIA ecce dies venit ardens, ſicut clibanus: & comburet eos: & erunt omnes [α] alienigenæ, & vniuerſi, qui faciunt iniqua, ſtipula: & ſuccendet eos dies veniens, dicit Dominus omnipotens: & non relinquetur ex eis radix, neque ramus. Et orietur vobis, qui timetis nomen meum, Sol iuſtitiæ: & ſanitas in pennis eius: & egrediemini, & ſalietis, ſicut vituli de vinculis relaxati: & conculcabitis iniquos: [β] quia erunt cinis ſubter pedes veſtros in die, qua ego facio, dicit Dominus [γ] omnipotens. Et ecce ego mittã vobis Eliam Thesbiten, antequam veniat dies Domini magna, & illuſtris: qui conuertet cor patris

D ad filium, & cor hominis ad proximum ſuum: ne forte veniam, & percutiam terram penitus. Mementote legis Moyſi ſerui mei, ſicut mandaui ei in Choreb ad omnem Iſrael, præcepta, & iuſtificationes.

α Alienigenæ.] *Theodoretus ex Aquila,* ὑπερήφανοι, ſuperbi. β Quia erunt.] *Alij,* καὶ ἔσονται, *& apud S.Hier.* & erunt. γ Omnipotens.] *Hic in multis, & apud Theodoretum, & S.Hier. ponuntur ea, quæ in noſtra ſunt in extremo,* mementote legis, *& c.*

ESAIAS.

E S A I A S.

C A P. I.

VISIO, quam vidit Esaias filius Amos, quam vidit [α] contra Iudæam, & contra Hierusalem, in regno Oziæ, & Ioatham, & Achaz, & Ezeciæ, qui regnauerunt in Iudæa. Audi cælum, & auribus percipe terra: quia Dominus loquutus est: Filios [β] genui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit: & populus [γ] me non intellexit. Væ gens peccatrix, populus plenus peccatis, semen nequam, filij [δ] scelesti: dereliquistis Dominum, & ad iracundiam concitastis sanctum [ε] Israel. Quid adhuc percutiamini addentes [ζ] iniquitatem? Omne caput in labore, & omne cor in mærore: à pedibus vsque ad caput non est in eo integritas, [η] neque vulnus, neque liuor, neque plaga tumens. Non est [θ] malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas. Terra vestra deserta, ciuitates vestræ igne succensæ. Regionem vestram in conspectu vestro alieni deuorant eam: & desolata est, subuersa à populis alienis. Derelinquetur filia Sion, sicut tabernaculum in vinea, & sicut pomorum custodia [ι] in cucumerario, sicut ciuitas expugnata. Et, nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen; quasi Sodoma, facti essemus, & quasi Gomorra, similes essemus. Audite verbum Domini principes Sodomorum: attendite legi Dei populus Gomorræ. Quò mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus? Plenus sum holocaustis arietum: & adipem agnorum, & sanguinem taurorum, & hircorum [κ] nolo: neque veniatis, vt appareatis mihi. Quis enim quæsiuit hæc de manibus vestris? Calcare atrium meum non apponetis. Si afferatis similam; vanum incensum, abominatio mihi est. Neomenias vestras, & sabbata, & diem [λ] magnum non fero: ieiunium, & ocium, & neomenias vestras, & solennitates vestras odit anima mea. Facti estis mihi in satietatem: [μ] nequaquam vltra dimittam peccata vestra. Cum extenderitis manus; auertam oculos meos à vobis: &, si multiplicetis orationem; non exaudiam vos. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Lauamini, mundi estote, auferte mala ex animabus vestris ab oculis meis, quiescite à malitijs vestris, discite facere bonum, quærite iudicium, liberate oppressum, iudicate pupillo, & iustificate viduam: & venite, [ν] arguamur, dicit Dominus. Et si fuerint peccata vestra, quasi phœniceum; sicut niuem dealbabo: &, si fuerint, vt coccinum; sicut lanã, dealbabo. Et, si volueritis, & audieritis me; bona terræ comedetis. Si autem nolueritis, neque exaudieritis me; gladius deuorabit vos. Os enim Domini loquutum est

C D E

A tum est hæc. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis [ξ] Sion plena iudicij? in qua [ο] dormiuit iustitia in ea, nunc autem homicidæ. Argentum vestrum non probum: [π] caupones tui miscent vinum aqua: principes tui [ρ] inobedientes sunt, participes furum, diligentes munera, sequẽtes [σ] retributionem, & pupillis non iudicantes, & iudicio viduarum non attendentes. Propterea hæc dicit Dominus dominator Sabaoth. [τ] Væ fortes Israel. Non cessabit enim furor meus contra [υ] aduersarios: & iudicium de inimicis meis faciam: & inducam manum meam super te, & [φ] excoquam ad purum, inobedientes autem perdam, & auferam omnes præuaricatores à te. Et imponam iudices tuos, sicut prius, & consiliarios tuos, sicut ab initio. B Et post hæc vocaberis ciuitas iustitiæ, metropolis, fidelis Sion. Nam cum iudicio saluabitur captiuitas ipsius, & cum misericordia. Et conterentur scelesti, & peccatores simul: & qui dereliquerunt Dominum, consumentur. Confundentur enim ab idolis suis, quæ ipsi volebant: & confusi sunt super hortis, quos concupierunt. Erunt enim quasi [χ] terebinthus, quæ abiecit folia, & velut hortus non habens aquam. Et erit fortitudo eorum, vt [ψ] stipula stuppæ, & operationes eorum, sicut scintillæ: & comburentur scelesti, & peccatores simul: & non erit, qui extinguat.

α Contra Iudæam, & contra Hierusalem.] *Sic testatur S. Hier. etiam Theodotionem vertisse, Symmachũ vero,* de Iuda, & Hierusalem. β Genui, & exaltaui.] *S. Hier.* Pro quo Sym. & Theod. ita verterunt, filios C enutriui, & exaltaui. *Cyrillus videtur significare pro,* exaltaui, *ab illis positum esse,* enutriui. γ Me.] *Pro* με, *in multis codicibus est,* μου, meus. *Sed S. Hier. testatur solos lxx. dixisse, quemadmodum est in nostra, & apud SS. Basilium, & Cyrillum.* δ Scelesti.] *Sic S. Cypr. de Orat. Dom. & alibi* S. Hier. *in comm.* Scelerati, siue iniqui. *Græce est,* ἄνομοι, *(cuius notionem explicat S. Basilius) pro quo à cæteris inquit dictum esse,* υἱοὶ διαφθείροντες, filij corrumpentes: *sicut etiam pro,* semen nequam, *vel,* pessimum, *positum esse,* pessimorum. ε Israel.] *Sic etiam alius codex, & Cyrillus. In plerisque hæc sequuntur,* ἀπηλλοτριώθησαν εἰς τὰ ὀπίσω, abalienati sunt retrorsum: *quæ S. Hieron. testatur lxx. non habere, & S. Basilius inquit ex Theodotione esse addita, Procopius autem tribuit Aquilæ:* ζ Iniquitatem.] *Pro hoc* S. Hier. *inquit Theodotionem transtulisse declinationem.* η Neque vulnus, neque liuor, neque plaga.] *Ita etiam apud S. Basilium. Cyrillus, & Procopius,* τραῦμα, μώλωψ, πληγὴ φλεγμαίνουσα, vulnus, liuor, plaga tumens. θ Malagma.] *S. Hier. Quod Aquila interpretatus est,* μότον, linteola videlicet, quæ ad exiccandam saniem, & purulentias extrahendas inijciuntur vulneribus. ι Cucumerario.] S. *Basilius,* σικυήλατον, *(al.* σικυήλατον*)* est locus ferens fructus fugaces, & parum diuturnos, delectationem potius quandam, quam vtilitatem præbentes. κ Nolo.] *S. Hier.* Pro eo, quod est nolui, lxx. transtulerunt D nolo, præsens tempus pro præterito. λ Magnum.] *S. Basilius inquit cæteros interpretes dixisse,* κλητὴν, vocatũ, *aut,* ἐπίκλητον, conuocatum, *vt Theodotio, aut, vt Symmachus,* ἐπίκλησιν οὐκ ἀνέξομαι, conuocationem non sustinebo. μ Nequaquam vltra dimittam.] *S. Hier.* Pro quo interpretatus est Aquila, laboraui sustinens. Symm. ἐκοπώθην ἐλεούμενος, quod est, defeci miserans. ν Arguamur.] *διαλεχθῶμεν, Alij,* διελεγχθῶμεν, *& apud S. Cypr. 3. testi.* & venite disputemus. ξ Sion.] *Hoc inquit S. Hier. addidisse lxx. vt sensum manifestiorẽ facerent.* ο Dormiuit.] *Sic S. Hier. in comm. quod græce* ἐκοιμήθη, *& inquit verbum hebraicum significare, &,* requieuit, *&,* requiescet: *quare Aquilam, & Theodotionem quasi de futuro dicere.* π Caupones tui.] *S. Hier. ex Symm. refert,* vinum tuum mistum est aqua, *& addit Aquilam pro vino interpretatum esse,* συμπόσιον, compotationem, & conuiuium. ρ Inobedientes.] *S. Hier. ex Aquila,* recedentes, *ex Symmacho,* declinantes. σ Retributionem.] *S. Hier. ex Symm.* vicissitudines, vel vltiones. τ Væ fortes Israel.] *Idem inquit cæteros esse interpretatos,* fortis Israel, *quomodo ipse posuerit in sua.* υ Aduersarios.] *Apud eundem additur,* μου, meos, *& inquit hoc in hebraico non haberi.* φ Excoquam.] *In quibusdam additur,* σε, te. *In alijs,* καὶ πυρώσω εἰς καθαρὸν τοὺς ἀπειθοῦντας, καὶ ἀφελῶ, & excoquam ad purum inobedientes, & auferam, *&c. S. Basilius nõ videtur habuisse,* ἀπει-E θοῦντας, *sed tantum* σε. *Sym.* καὶ πυρώσω εἰς καθαρὸν τὴν σκωρίαν σου, & excoquam ad purum Scoriam tuam, *vt est in vulgata nostra. Theod.* καὶ πυρώσω εἰς καθαρὸν τὸ γιγαρτῶδές σου, & excoquam ad purũ acinum vuæ tuæ. *Ita enim interpretatur* S. Hier. *& addit* Aquilam *dixisse,* στέμφυλα, idest vinacea. χ Terebinthus.] *S. Hier. inquit Symmachum dixisse,* quercus: *quod S. Basilius etiam alijs interpretibus tribuit. De hoc etiam in Gen. Schol.* terebinthus est planta in locis aridis nascens, ramos habens rigentes. ψ Stipula.] *S. Hier. ex Symm.* ἀποτίναγμα, *sordes, quæ dum stuppa excutitur, ac pectitur, proijciuntur.*

C A P. II.

VERBVM, quod factum est ad Esaiam filium Amos [α] de Iudæa, & de Hierusalem. Quia erit in nouissimis diebus manifestus mons Domini, & domus Dei in vertice montium, & eleuabitur super colles: & venient

nient ad eum omnes gentes. Et ibunt gentes multæ, & dicent: Venite, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & annunciabit nobis viam suam: & ambulabimus in ea. Quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem. Et iudicabit inter gentes, & arguet populum multum. Et contundent gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces: & non leuabit gens contra gentem gladium, & non discent vltra bellare. Et nunc domus Iacob venite, ambulemus lumine Domini. Dimisit enim populum suum domum Israel: quia repleta est, vt ab initio, regio eorum augurijs, vt ea, quæ β alienigenarum: & filij multi alienigenæ γ facti sunt eis. Repleta est enim regio eorum argento, & auro: & non fuit numerus thesaurorum eorum. Et impleta est terra equis, & non fuit numerus quadrigarum eorum. Et repleta est terra abominationibus operum manuum eorum: & adorauerunt ea, quæ fecerant digiti ipsorum. Et procubuit homo, & humiliatus est vir: & non dimittam eos. Et nunc ingredimini in petras, & occultamini in terram à facie timoris Domini, & à gloria fortitudinis eius, quando surrexerit quassare terram. Oculi enim Domini sublimes: homo autem humilis. Et humiliabitur altitudo hominum: & exaltabitur Dominus solus in die illa. Dies enim Domini Sabaoth super omnem contumeliosum, & superbum, & super omnem excelsum, & sublimem: & humiliabuntur: & super omnem cedrum Libani excelsarum, & sublimium, & super omnem arborem glandis Basan: & super omnem excelsum montem, & super omnem collem excelsum, et super omnem turrim excelsam, et super omnem murum excelsum, et super omne nauigium δ maris, et super omnem aspectum pulchritudinis nauium. Et humiliabitur omnis homo, et cadet ε contumelia hominum: et exaltabitur Dominus solus in die illa. Et manufacta omnia abscondent, inferentes in speluncas, et in scissuras petrarum, et in cauernas terræ à facie timoris Domini, et à gloria fortitudinis eius, cum surrexerit frangere terram. Die enim illa eijciet homo abominationes suas argenteas, et aureas, quas fecerunt, ad adorandum ζ vana, et vespertiliones, ad intrandum in cauernas firmæ petræ, et in scissuras petrarum à facie timoris Domini, et à gloria fortitudinis eius, cum surrexerit frangere η terram.

α De Iudæa.] *Sym.* ὑπὲρ τῆς ἰουδαίας, καὶ ὑπὲρ ἱερουσαλήμ, super Iudæam, & super Hierusalem: *aut, vt S. Hieron. refert*, pro Iuda, & Hierusalem. β Alienigenarum.] *Et hic S. Hieron. & S. Basilius notant vocari proprie* ἀλλοφύλους, *ipsos Philistijm.* γ Facti sunt.] *Nonnulli codd. &* S. Hier. ἐγεννήθη, nati sunt. *Pro quo inquit Symmachum dixisse*, & cum filijs alienis applauserunt, *& aliam affert verbi hebraici interpretationem*, ἐσφηνώθησαν, *pro quo ipse verterit*, adhæserunt. δ Maris.] *Idem testatur cæteros dixisse Tharsis: quod tamen hebræi lingua sua propria putent significare mare.* ε Contumelia.] ὕβρις. *Alij* ὕψος, altitudo. *S. Cypr. quod paulo ante est* ὑβριστὴν *& nos contumeliosum diximus ipse lib. 1. epist. 3. vocat iniuriosum.* ζ Vana.] *S. Hier. ex Aquila* ὀρύγας, foueas, *ex Symmacho*, infructuosa: *Theodotionem vero inquit posuisse nomen hebraicum, pro quo ipse*, talpas. η Terram.] *In alijs hæc adiunguntur*, παύσασθε ὑμῶν ἀπὸ ἀνθρώπου, οὗ ἀναπνοὴ ἐν μυκτῆρι αὐτοῦ, ὅτι ἐν τίνι ἐλογίσθη; quiescite vobis ab homine, cui spiratio in nare eius: in quo enim reputatus est? *S. Hier. addit*, iste: *et notat hæc à lxx. prætermissa in græcis exemplaribus* (*quod S. Basilius idem fere notans inquit*, in communi, & vulgata,) *ab Origene sub asteriscis de editione Aquilæ addita esse. Idem B. Cyril. Quare apud Procopium sub asterisco habentur.*

CAP. III.

ECCE itaque dominator Dominus Sabaoth auferet de Hierusalem, & de Iudæa α validum, & validam, robur panis, & robur aquæ, β gigantem, & fortem, & hominem bellatorem, & iudicem, & prophetam, & γ conie-

A γ coniectorem, & presbyterum, & quinquagenarium, & admirabilem consiliarium, & δ sapientem architectum, & ε prudentem auditorem. Et imponam adolescentes principes eorum: & ζ illusores dominabuntur eis. Et corruet populus, homo ad hominem, & homo ad proximum suum: η impinget puer ad senem, & inhonoratus ad honoratum: quia apprehendet homo fratrem suum, vel domesticum patris sui, dicens: Vestimentum habes: princeps esto nostrum: & θ cibus meus sub te sit. Et respondēs in die illa dicet: Non ero tuus ι princeps: non enim est in domo mea panis, neque vestimentum; non ero princeps populi huius: quia dissoluta est Hierusalem, & Iudæa concidit, & κ linguæ eorum cū B iniquitate, λ in his, quæ ad Dominum, increduli. Quare nunc humiliata est gloria eorum: & confusio vultus eorum restitit eis: & peccatum suum, quasi Sodomorum, annunciauerunt, & ostenderunt. Væ animæ eorum, quoniam consiliati sunt consilium pessimum contra semetipsos, dicentes: Alligemus iustum, quoniam μ inutilis est nobis. Itaque fructus operum suorum comedent. Væ iniquo: mala secundum opera manuum eius accident ei. Popule meus, exactores vestri spoliant vos, & ν exigentes dominantur vobis. Popule meus, qui beatos vos dicunt; decipiunt vos, & semitam pedum vestrorum turbant. Sed nunc stabit in iudicio Dominus, & statuet ad iudicium populum suum. Ipse Domi- C nus ad iudicium veniet cum senioribus populi, & cum principibus eius. Vos autem quare incendistis vineam meam? & rapina pauperis in domibus vestris? Quare vos iniurijs afficitis populum meum, & faciem pauperum confunditis? Hæc dicit Dominus: Pro eo, quòd exaltatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt collo excelso, & in nutibus oculorum, & incessu pedum simul trahentes tunicas, & pedibus simul ludentes; & humiliabit Deus principales filias Sion: & Dominus denudabit habitum earum in die illa: & auferet Dominus gloriam vestimenti earum, & reticulos, & cincinnos, & ξ lunulas; & ο monile demissum, & ornatum faciei eorum, & compositionem ornatus gloriæ, & brachialia, & armil- D las, & reticulum, & annulos, & dextralia; & inaures, & prætextas purpureas, & purpuras clauatas, & indumēta, quæ per domum, & perspicua laconica, & byssina, & hyacinthina, & coccinea, & byssum cum auro, & hyacintho π contesta, & theristra ρ accubitoria. Et erit pro odore suaui puluis: & pro zona funiculo cingeris: & pro ornamento capitis aureo caluitium habebis propter opera tua: & pro tunica clauatæ purpuræ circūcingeris sacco. Et filius tuus pulcherrimus, quem diligis, gladio cadet: & fortes vestri gladio cadent. Et humiliabuntur, atque lugebunt thecæ ornatus vestri: & relinqueris sola, & ad terram allideris.

α Validum.] *Sic S. Hier. in comm. S. Cypr. 1. testim.* valentem, & validam, (*sic enim legendum ex manuss.*) E valentiam panis, & valentiam aquæ. *Aquila*, ἔρεισμα, καὶ ἐρεισμόν. *Symm.* στήριγμα, καὶ στηριγμόν, fulcimentum, & fulturam. β Giganteni.] *Notat S. Hieron. hoc à lxx. esse additum.* γ Coniectorem.] *Idem inquit cæteros dixisse*, diuinum. δ Sapientem architectum.] *Idem ex Aquila*, sapientissimum artificum. ε Prudentem auditorem.] *Idem ex Theodotione*, prudentem incantatorem, *ex Aquila*, prudentem susurratorem, *ex Symmacho*, prudentem eloquij mystici, *quem ipse sequi voluerit.* ζ Illusores.] *Idem testatur eodem modo vertisse etiam Theodotionem, Aquilam vero*, ἀναλλάκτους, *quasi mutantes se per vices in exercenda turpitudine.* η Impinget.] *Corrigendum est in nostra* προσκόψει, *vt habet Vaticanus, & Sanctus Basilius, & alij. Cyrillus tamen videtur legisse*, ἰσχύσει, inualescet. *quod in nostram editionem irrepserat.* θ Cibus.] *S. Hier. ex Symmacho, & Theodotione*, infirmitas. ι Princeps.] *Idem testatur eodem modo dixisse Symmachum, Theodotionem vero*, ἐπιδεσμεύοντα, *qui liget vulnera, & prouideat sanitati.* κ Linguæ eorum cum iniquitate.] *Aq.* αἱ γλῶσσαι αὐτῶν, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτῶν, linguæ eorum, & adinuentiones eorum. λ In his, quæ ad Dominum, increduli.] *Symm.* κατὰ τοῦ κυρίου γέγονεν εἰς τὸ παραπικραίνειν αὐτόν, contra Dominum fuerunt ad exacerbandum

dum eum. μ Inutilis.] *Sic S.Hier.in comm.quod græce* ἄχρηστος,*& valet etiam*, iniucundus. ν Exigentes.] *Eodem modo interpretatus est Aquila eodem teste, Theodotio autem*, δανισταί, fœneratores, *& Symm.* mulieres. ξ Lunulas.] *S.Basilius.* Alius, μανιάκας torques. ο Monile demissum.] *Idem. Alius*, χαλαστά, catenulas. *Ac de omnibus fere istis ornamentorum nominibus accurate disputat. Multa etiam apud S.Hieron.ex aliis interpretibus habentur: legendus etiam S.Cypr.de habitu virginum.* ϖ Contesta.] *Nonnulli*, συγκαθυφασμένην, contestam. ρ Accubitoria.] *S.Basilius cum dixisset theristra videri vestes æstiuas, addit nunc damnari theristra* κατάκλιτα, *quæ* ἐν τῷ κατακλίνεσθαι *in accumbendo insternerentur lectis ob nimias delicias: hanc vero dictionem, quòd apud cæteros interpretes non sit, obelo esse notatam. Alij libri, & aliqua etiam Basilij exemplaria*, κατάκλειστα conclusa.

CAP. IV.

ET apprehendent septem mulieres hominem vnum, dicentes: Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantummodo nomen tuum vocetur super nos: aufer opprobrium nostrum. Die autem illa illucescet Deus in consilio cum gloria super terram, vt exaltet, & glorificet residuum Israel. Et erit, quod reliquum fuerit in Sion, & quod remanserit in Hierusalem, sancti vocabuntur omnes scripti ad vitam in Hierusalem. Abluet enim Dominus sordem filiorum, & filiarum Sion: & sanguinem emundabit de medio eorum in spiritu iudicij, & spiritu combustionis. Et veniet, & erit, omnis locus montis Sion, & omnia, quæ in circuitu eius sunt, obumbrabit nubes per diem, & [α] tanquam fumo, & luce ignis ardente per noctem; & omni gloria protegetur. Et erit in vmbram ab æstu, & in protectionem, & in absconsionem ab asperitate, & pluuia.

α Et tanquam fumo, & luce ignis ardente per noctem.] *S.Hier.in comm. ex lxx.* & lumen ignis flammantis in nocte.

CAP. V.

CANTABO nunc [α] dilecto canticum [β] dilecti mei vineæ [γ] meæ. [δ] Vinea facta est dilecto in cornu in loco pingui. Et sepem circumposui, & vallaui, & plantaui vineam [ε] Sorec, & ædificaui turrim in medio eius, & torcular fodi in ea, & expectaui, vt faceret vuam, & fecit [ζ] spinas. Et nunc habitatores Hierusalem, & homo Iuda iudicate in me, & inter vineam meam. Quid faciam vltra vineæ meæ, & nõ feci ei? Quoniam expectaui, vt faceret vuam, fecit autem spinas. Nunc autem annunciabo vobis, quid ego faciam vineæ meæ. Auferam sepem eius, & erit in direptionem: & diruam murum eius, & erit in conculcationem. Et dimittam vineam meam, & non putabitur, neque fodietur: & ascendent in eam tanquam in terram incultam spinæ: & nubibus mandabo, ne pluant in eam imbrem. Vinea enim Domini Sabaoth, domus Israel, & homo Iuda, nouella plantatio dilecta. Expectaui, vt faceret iudicium: fecit autem [η] iniquitatem, & non iustitiam, sed clamorem. Væ, qui coniungunt domum ad domum, & agrum ad agrum appropinquant, vt à proximo auferant [θ] aliquid. Nunquid habitabitis soli super terram? Audita enim sunt hæc in auribus Domini Sabaoth. Nam si fuerint domus multæ; in desertum erunt: magnæ, & pulchræ, & non erunt, qui habitent in eis. Vbi enim operantur decem iuga boum; faciet [ι] lagunculam vnam: & qui seminat artabas sex; faciet mensuras tres. Væ, qui surgunt mane, & [κ] siceram sequuntur, qui expectant vesperam. Vinum.n. cõburet eos. Nam cum cithara, & psalterio, & tympanis, & tibijs vinũ bibunt, opera autem Domini non respiciunt, & opera manuum eius non considerant. Ergo captiuus populus meus factus est: eo quòd ipsi non cognouerunt Dominum: & facta est mul-

A est multitudo mortuorum propter famem, & sitim aquæ. Et dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum, vt non cesset. Et descendent inclyti, & magni, & diuites, & λ pestilentes eius: & humiliabitur homo, & dehonorabitur vir: & oculi sublimes humiliabuntur. Et exaltabitur Dominus Sabaoth in iudicio, & Deus sanctus glorificabitur in iustitia: & pascentur direpti, quasi tauri: & deserta eorum, qui capti sunt, agni comedent. Væ, qui trahunt peccata quasi funiculo longo, & quasi iugi corrigia vitulæ iniquitates: qui dicunt: cito appropinquent, quæ faciet, vt videamus: & veniat consilium sancti Israel, vt cognoscamus. Væ, qui dicunt malum bonum, & bonum malum; qui ponunt tenebras B lucem, & lucem tenebras; qui ponunt amarum dulce, & dulce amarum. Væ, qui sunt arguti in semetipsis, & coram semetipsis scientes. Væ valentes vestri, qui bibunt vinum, & potentes, qui miscent siceram, qui iustificant impium propter munera, & iustum iusti tollunt. Propter hoc, sicut vretur stipula à carbone ignis, & comburetur a flamma μ resoluta; radix eorum quasi lanugo erit, & flos eorum quasi puluis ascendet. Non enim voluerunt legem Domini Sabaoth, sed eloquium sancti Israel irritauerunt. Et indignatus est ira Dominus Sabaoth super populum suum, & immisit manum suam super eos, & percussit eos. Et ν acerbati sunt montes: & facta sunt morticina eorum, sicut stercus in medio C viæ. Et in omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc ξ manus excelsa. Ergo leuabit signum in nationibus, quæ procul, & sibilabit eos ab extremo terræ. Et ecce cito leuiter veniunt. Non esurient, neque laborabunt, neque dormitabunt, neque dormient, neque soluent zonas suas à lumbo suo: neque rumpentur corrigiæ calceamentorum eorum. Quorum sagittæ acutæ sunt, & arcus eorum intenti: pedes equorum eorum, quasi solida petra reputati sunt: rotæ curruum eorum quasi tempestas: ο fremunt vt leones, & astiterunt sicut catuli leonum. Et apprehendet, & clamabit quasi fera: & eijciet; & non erit, qui liberet eos. Et clamabit propter eos die illa, sicut vox maris fluctuantis. Et respi- D cient ϖ in terram: & ecce tenebræ duræ in indigentia eorum.

α Dilecto.] *Apud B. Cyrillum, & in Complut. additur,* μου, dilecto meo: *itemque paulo post apud S. Hieron.* Vinea facta est dilecto meo. β Dilecti mei.] *Hic Cyrillus non habet* μου *S. Hieron. testatur pro hoc Aquilam dixisse*, πατραδέλφου, idest patruum, vel patruelem. γ Meæ.] *Sic omnes libri, qui collati sunt, præter Complut. in qua,* αὐτοῦ, suæ. δ Vinea.] *S. Hier.* Sym. autem suo more manifestius, Vinea facta est dilecto meo in cornu in medio oliuarum. ε Sorec.] *SS. Basilius, & Hieron. ex Symmacho,* ἐκλεκτήν, electam. ζ Spinas.] *Ita etiam Theodotio, teste S. Hieronymo, Aquila autem*, σαπρίας, idest fructus pessimos. *Symm.* ἀτελῆ, hoc est imperfectos. η Iniquitatem.] *S. Hieron. ex Aquila*, dissipationem. θ Aliquid.] *In aliquot libris sequitur*, ἕως τοῦ μὴ ὑπάρχειν τόπον, donec deficiat, vel non sit locus: *quod inquit* S. Hieron. *dictum esse à Theodotione, & Symmacho pro eo, quod à lxx. dictum fuerat*, vt auferant aliquid proximo: *quare hæc tantum à S. Cyprian. 3. testim. referuntur.* ι Lagunculam.] *Cæteri teste S. Hieronymo*, batum. κ Siceram.] *Schol.* τὸ σίκερα, *cæteri interpretes dixerunt*, μέθυσμα, ebrietatem: *ita enim interpretatur Sanctus Hie-* E *ronymus, qui hoc tribuit Aquilæ, & Symmacho.* λ Et pestilentes eius.] *Aut*, pestes. *Nec plura refert Cyrillus. In Complut. pro his est*, καὶ ὁ ἀγαλλιώμενος ἐν αὐτῇ, (*Ita enim corrigendum in nostra*,) & qui exultat in ea. *In cæteris autem fere libris vtrumque ponitur hoc post illud.* μ Resoluta.] *Ita etiam Procopius, & S. Basilius: qui ita videtur coniungere*, comburetur a flamma resoluta radix eorum, *& interpretatur à crassiore materia vim igneam retinente etiam postquam flamma resoluta est, & euanuit. Cyrillus autem habet*, ἀνημμένης, accensa, *nimirum tali, ad quam extinguendam nemo accurrit.* ν Acerbati.] *Sic S. Hieronymus ex lxx.* turbati *autem ex Theodotione, & Symmacho*, commoti, *ex Aquila.* ξ Manus.] *In multis additur*, αὐτοῦ, eius. ο Fremunt.] *Alij*, ὁρμῶσιν, impetum faciunt, irruunt. ϖ In terram.] *Eodem modo apud Cyrillum, & respondet hebræo. In cæteris est*, εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ κάτω, in cælum sursum, & deorsum, *al*, εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ εἰς τὴν γῆν κάτω, in cælum sursum, & in terram deorsum.

CAP. VI.

ET factum est anno, quo mortuus est Ozias rex, vidi Dominum sedentem super thronum excelsum, & eleuatum: [α] & plena domus gloria eius. Et [β] Seraphim stabant in [γ] circuitu eius: sex alæ vni, & sex alæ vni: & duabus quidem operiebant faciem, duabus autem operiebant pedes, & duabus volabant. Et clamabat alter ad alterum, & dicebāt, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Sabaoth: plena est omnis terra gloria eius. Et eleuatum est superliminare à voce, qua clamabant: & domus impleta est fumo. Et dixi: O miser ego, quia compunctus sum: quia homo cum sim, & immunda labia habens, in medio populi immunda labia habentis ego habito: & regem Dominum Sabaoth vidi oculis meis. Et missus est ad me vnus de Seraphim: & in manu habebat [*] carbonem, quem [δ] forcipe sumpsit de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua: & auferet iniquitates tuas, & peccata tua circumpurgabit. Et audiui vocem Domini dicentis: Quem mittam, & quis ibit ad populum hunc? Et dixi: Ecce ego sum: mitte me. Et dixit: Vade, & dic populo huic: A me audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis: [ε] incrassatum est enim cor populi huius: & auribus [ζ] suis grauiter audierunt: & oculos compresserunt: ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertant se, & [η] sanabo illos. Et dixi: Vsquequo Domine? Et dixit: Donec desolatæ fuerint ciuitates, eo quòd non habitentur, & domus, eo quòd non sint homines: & terra derelinquetur deserta. Et post hæc longe faciet Deus homines: & multiplicabuntur derelicti super terram: & adhuc super ipsam erit decimatio: & rursum erit in deprecationem: Sicut terebinthus, & sicut glans, cum exciderit è theca [θ] sua.

α Et plena domus gloria eius.] *Pro hoc testatur. S. Hier. Theodotionem, & Symmachum transtulisse*, & quæ sub pedibus eius erant, implebant templum. β Seraphim.] *Cyrillus*: Exponitur autem Seraphim, ἐμπρησταί, nimirum calefacientes, *aut, vt S. Hieron.* incendentes, siue comburentes. γ In circuitu eius.] *S. Hier. ex alijs interpretibus*, ἐπάνω αὐτοῦ, super illud. * Carbonem.] *S. Hieron.* Calculus iste, qui a solis lxx. ἄνθραξ, idest carbunculus est interpretatus, potest non carbonem significare, vel prunam, vt plerique existimant, sed carbunculum lapidem, *&c.* δ Forcipe.] *Idem ex Aquila, & Symmacho*, forcipibus. ε Incrassatum.] *Apud S. Cypr. 1. test. in impressis legitur*, incrassaui: *sed in optimis codicibus est*, incrassauit: *quod videtur valere*, incrassatum est. ζ Suis.] *Act. 28. abest hoc loco*, αὐτῶν, *sed additur deinde post*, ὀφθαλμοῖς, *quemadmodum & in multis codicibus: quare locus ille sic nunc à S. Hieronymo refertur*, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt, *itemque apud S. Cyprian.* η Sanabo.] *In aliquo est, vt Act. 28.* ἰάσομαι, *& sic apud latinos*, sanem. θ Sua.] *In cæteris hæc sequuntur*, σπέρμα ἅγιον τὸ στήλωμα αὐτῆς, semen sanctum erit stabilimentum eius. *Quæ in lxx. non haberi, sed de hebraico, & Theodotionis editione ab Origene addita in Ecclesiæ ferri exemplaribus notant SS. Basilius, & Hier. qui etiam inquit pro*, στήλωμα αὐτῆς, *quod ipse videtur vertisse*, quod steterit in ea, *Aquilam dixisse*, germen eius.

CAP. VII.

ET factum est in diebus Achaz filij Ioatham filij Oziæ regis Iuda, ascendit Rasin rex Aram, & Phacee filius Romeliæ rex Israel super Hierusalem ad oppugnandam eam: & non potuerunt expugnare eam. Et annunciatum est in domum Dauid, dicendo: Consensit Aram cum Ephræm. Et expauit anima eius, & anima populi sui: quomodo in sylua lignum à spiritu commoueatur. Et dixit Dominus ad Esaiam: Egredere in occursum Achaz, tu, &

qui

qui derelictus est Iasub filius tuus ad piscinam superioris viæ agri fullonis. Et dices ei: Obserua, vt sileas: & noli timere: neque anima tua infirmetur à duobus lignis titionum fumigantium istorum. Cum enim ira furoris mei extiterit; rursus sanabo. Et filius Aram, & filius Romeliæ, quoniam inierunt consilium [α] pessimum (ascendamus in Iudæam, & colloquentes eis, auertemus eos ad nos, & faciemus regem eius filium Tabeel;) Hæc dicit Dominus Sabaoth: Non stabit consilium hoc, neque erit: sed caput Aram Damascus, & caput Damasci Rasim. Sed adhuc sexaginta & quinque annis, deficiet regnum Ephræm de populo, & caput Ephræm Somoron, & caput Somoron filius Romeliæ. Et, nisi credideritis; [β] non intelligetis. Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à Domino Deo tuo [γ] in profundum, siue in excelsum. Et dixit Achaz: Non petam, neque tentabo Dominum. Et dixit: Audite nunc domus Dauid. [δ] Nunquid parum vobis est certamen præbere hominibus? & quomodo Domino præbetis certamen? Propterea dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce [ε] virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & [ζ] vocabis nomen eius Emmanuel: butyrum, & mel comedet; antequam sciat, [η] aut præeligere mala, eligere bonum. Quoniam antequam cognoscat puer bonum, vel malum, reprobat malitiam, eligendo bonum: Et derelinquetur terra, quam tu times, à facie duorum regum. Sed adducet Dominus super te, & super populum tuum, & super domum patris tui dies, qui necdum venerunt, ex qua die abstulit Ephræm à Iuda regem Assyriorum. Et erit, in die illa sibilabit Dominus muscis, [θ] qui dominabitur parti fluminis Ægypti, & api, quæ est in regione Assyriorum. Et venient omnes in conualles regionis, & in cauernas petrarum, & in speluncas, & in omnem [ι] fissuram. In die illa radet Dominus in nouacula [κ] conducta trans flumen [λ] regis Assyriorum caput, & pilos pedum, & barbam auferet. Et erit, in die illa nutriet homo vaccam boum, & duas oues. Et erit, ex plurima potione lactis, butyrum, & mel comedet omnis relictus super terram. Et erit in die illa, omnis locus, vbi fuerint mille vites mille siclorum, in desertum erunt, & in spinam: cum sagitta, & arcu ingredientur illuc: quoniam desertum, & spina erit omnis terra: & omnis mons arando arabitur. Non superueniet illuc timor. Erit enim præ solitudine, & spina in pastum ouis, & conculcationem bouis.

α Pessimum.] *In plerisque adduntur hæc*, ἐφραῒμ, καὶ ὁ υἱὸς ῥομελίου, λέγοντες, Ephræm, & filius Romeliæ, dicentes. β Non intelligetis.] *Sanctus Hieronymus ex Symmacho*, non permanebitis. γ In profundum.] *Apud Sanctum Cyprianum 2. testim.* in altitudinem sursum, & in altitudinem deorsum. *Symmachus*, βάθυνον εἰς ᾅδην, ἢ εἰς ὕψος ἄνω, profunda in infernum, vel in altitudinem sursum. *Aquila*, βάθυνον εἰς ᾅδην, μετεώρισον εἰς ὕψος, profunda in infernum eleua in celsitudinem. *Theodotio*, βάθυνον εἰς ᾅδην, ὕψωσον ἄνω, profunda in infernum, exalta sursum. δ Nunquid parum.] *Apud Sanctum Cyprianum*: Non pusillum vobis certamen cum hominibus, quoniam Deus præstat agonem. *Aquila*, μή τι ὀλίγον μοχθεῖν ἄνδρας, ὅτι μοχθεῖτε καίγε τὸν θεόν μου; nunquid parum est laborem afferre homini, quia laborem affertis etiam Deo meo? *Symmachus*, μὴ οὐκ αὔταρκες ὑμῖν κοποῦν ἀνθρώποις, ὅτι κοποῦτε ἔτι καὶ τὸν θεόν μου; Nonne satis vobis est molestiam exhibere hominibus, quia molestiam præterea exhibetis Deo meo? *Th.* μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνδράσιν, ὅτι ἀγῶνα παρέχετε καίγε τῷ θεῷ μου; nunquid parum vobis luctam præbere viris, quia luctam præbetis etiam Deo meo? ε Virgo.] *Cæteri (teste Sancto Hieronymo, qui præclare de hac re disputat) transtulerunt adolescentulam.* ζ Vocabis.] *Sic testatur Sanctus Hieronymus reliquos etiam tres similiter transtulisse, pro quo in Matthæo scriptum sit*, vocabunt: *quomodo etiam est apud Cyrillum. Apud Sanctum Cyprianum est*, vocabitis. η Aut præeligere mala, eligere bonum.] *Illud*, aut, ἢ, *abest à SS. Basilio, & Cyrillo, & S. Hieron. hæc videtur referre ex lxx.* antequam sciat assumere malum. *Apud eosdem Sanctos Basilium, & Cyrillum, & in aliquot codicibus est*, ἐκλέξεται τὸ ἀγαθόν, eliget bonum. *Apud Sanctum Cyprianum in duobus vetustis exemplaribus*

(nam

(nam in impressis est, vt in vulgata) legitur, priusquam cognoscat, aut proferat mala, commutat bonum. θ Qui dominabitur.] *Cæteri αἱ κυριεύουσαι*, quæ dominantur. ι Fissuram.] *In aliis hæc adduntur, καὶ ἐν παντὶ ξύλῳ*, & in omni ligno. κ Conducta.] *Aut*, mercede conducta, *vt Sanctus* Hieronymus *in comm. In quibusdam autem libris, & apud Sanctos Basilium, & Cyrillum est, μεμεθυσμένῳ*, inebriata. λ Regis Assyriorum.] *Aquila, ἐν βασιλείᾳ ἀσσυρίων*, in regno Assyriorum. *Theod. ἐν τῷ βασιλεῖ τῶν ἀσσυρίων*, in rege Assyriorum.

CAP. VIII.

ET dixit Dominus ad me: Sume tibi tomum α noui magni: & scribe in eo, hominis stylo, vt velociter deprædationem faciat spoliorum. Adest enim: & testes mihi fac fideles homines, β Vriam, & Zachariam filium Barachiæ. Et γ accessi ad prophetissam: & in vtero concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus mihi: Voca nomen eius, cito spolia, velociter deprædare: quia, antequam sciat puer vocare patrem, aut matrem, tollet virtutem Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Et adiecit Dominus loqui mihi adhuc: Eo quòd populus hic non vult aquam Siloam, quæ vadit cum silentio, sed vult habere Rasin, & filium Romeliæ regem super vos; propterea ecce Dominus adducit super vos aquam fluminis fortem, & multam, regem Assyriorum, & gloriam eius. Et ascendet super omnem conuallem vestram, & δ ambulabit super omnem murum vestrum: & auferet de Iudæa hominem, qui possit caput leuare, aut fortem aliquid facere. Et erunt castra eius, vt impleant latitudinem regionis tuæ. Nobiscum Deus. ε Cognoscite gentes, & vincimini: exaudite vsque ad extremum terræ: qui præualuistis, vincimini. Nam si rursus præualueritis, rursus vincemini: & quodcunque consilium consultaueritis, dissipabit Dominus: & verbum, quodcunque loquuti fueritis, non manebit in vobis, quia* nobiscum Deus. Sic dicit Dominus: Forti manu recedunt ab itinere viæ populi huius, dicentes: ne forte ζ dicant, Durum. Omne enim quicquid dixerit populus iste, * durum est. Timorem autem eius ne timueritis, neque conturbemini. η Dominum ipsum sanctificate: & ipse erit timor tuus: &, si in ipso confisus fueris; erit tibi in sanctificationem, & non, vt lapidi offensionis occurretis, neque vt petræ ruinæ. Domus autem Iacob in laqueo, & θ in conualle sedentes in Hierusalem: ideo infirmi erunt in ipsis plurimi, & cadent, & conterentur: & appropinquabunt, & capientur ι homines in tuitione. Tunc manifesti erunt, qui κ signantur, vt non discant legem. Et dicet: Expectabo Deum, qui auertit faciem suam à domo Iacob: & fidens ero super eum. Ecce ego, & pueri, quos dedit mihi Deus. Et erunt signa, & portenta in domo Israel à Domino Sabaoth, qui habitat in monte Sion. Et, si dixerint ad vos, quærite ventriloquos, & eos, qui de terra loquuntur, vana loquentes, qui de ventre clamitant; nonne gens ad Deum suum exquirent? Quid exquirunt de viuis mortuos? Legem enim in auxilium dedit, vt dicant: non sicut verbum hoc, pro quo non est dare munera pro eo. Et veniet super vos dura fames: & erit, vt esurieritis, contristabimini, & maledicetis principem, & paterna. Et suspicient in cælum sursum, & in terram deorsum inspicient: & ecce λ egestas angustæ, & tenebræ, tribulatio, & angustia, & tenebræ, ita vt non sit videre: μ & non deficiet, qui in angustia fuerit, vsque ad tempus.

α Noui

A α Noui magni.] *Sic Eusebius, καινοῦ μεγάλου, & fortasse posset verti,* designationis magnæ. *In quibusdam est,* χάρτου καινοῦ μεγάλου, chartæ nouæ magnæ. *In plerisque, & apud SS. Basilium, Cyrillum, Hieronymum,* τόμον καινὸν μέγαν, *aut* καὶ μέγαν, librum nouum magnum, *aut,* & magnum. *Eusebius,* ἢ τεῦχος, ἢ διφθέρωμα, ἢ κεφαλίδα, vel volumen, vel pellem, vel capitulum. β Vnam.] *In multis additur* ἱερέα, sacerdotem: *quod tamen S. Hieron. testatur non esse apud lxx.* γ Accessi.] *Apud B. Cyrillum est,* προσῆλθε, accessit. δ Et ambulabit.] *Hæc vsque ad,* & erunt, *notat S. Hier. in hebraico non haberi, & in græcis codicibus veru iugulante esse confossa.* ε Cognoscite,] *Pro hoc idem testatur cæteros dixisse,* congregamini, siue infirmamini, & confringimini. * Nobiscum.] *Corrigendum in nostra,* ἡμῶν. ζ Dicant.] *In aliquot codicibus est,* μὴ εἴπητε, *& apud S. Hieron.* ne forte dicatis. * Durum.] *Symm. teste S. Hieronymo,* ἀπείρας, rebellio. η Dominum.] *In multis additur,* τῶν δυνάμεων, *& apud S. Hier.* virtutum. *Cyrillus videtur habuisse,* τῆς δόξης, gloriæ. θ In conualle sedentes.] *Apud S. Hieron.* in conualle erit sedentibus. *Græce est,* ἐν κοιλώματι ἐγκαθήμενοι. *Sed apud B. Cyrillum est,* ἐν κυλίσματι, in volutabro, qui præcipitantur, *inquit,* in foueam. ι Homines in tuitione.] *Hæc inquit Sanctus Hieronymus obelo esse prænotanda. Habet ea etiam B. Cyrillus.* κ Qui signantur.] *Ita vertit S. Hier. in comm. & sic ostendunt vertenda SS, Basilius, & Cyrillus, quamuis diuersam inde sententiam eliciant. Attamen S. Cy-*
B *prianus* 1. *testim.* tunc manifesti erunt, qui signant legem, vt discant. Et dices, *al.* & dicent. λ Egestas angusta, &c.] *Hæc absunt ab aliquo libro.* μ Et non deficiet, qui in angustia fuerit.] *Item hæc à Compl. sed non à cæteris, neque à SS. Basilio, & Cyrillo.*

CAP. IX.

HOC α primũ bibe, velociter β fac: regio Zabulon, terra Nephthalim, & reliqui, qui iuxta mare, & trans Iordanem, Galilæa gentium. Populus, qui ambulabat in tenebris, γ videte lumen magnum: qui habitatis in re-
C gione, δ vmbra mortis, lumẽ lucebit super vos: plurima pars populi, ε quam deduxisti in lætitia ζ tua: & lætabuntur in conspectu tuo, sicut qui lætantur in messe, & sicut hi, qui diuidunt spolia: quia ablatum est iugum, quod supra ipsos erat positum, & virga, quæ super collum eorum. Virgam enim exigentium dissipauit, sicut die, quæ super Madiam: quia omnem stolam congregatam dolo, & vestimentum cum commutatione restituent: & cupient, η si fiant igne combusti. Quia paruulus natus est nobis, filius & datus est nobis, cuius principatus factus est super humerum eius, & vocatur nomen eius, θ magni consilij angelus. Adducam enim pacem super principes, & sanitatem ei. Magnus principatus illius, & pacis eius non est terminus: super thronum Dauid, & regnum eius, vt corri-
D gat illud, & auxilietur in iudicio, & in iustitia ex hoc nunc, & in seculum. Zelus Domini Sabaoth faciet hæc. ι Mortem misit Dominus super Iacob: & venit super Israel. Et cognoscent omnis populus Ephræm, & sedẽtes in Samaria in contumelia, & excelso corde, dicentes: lateres ceciderunt: sed venite, dolemus lapides, & succidamus sycomoros, & cedros, & ædificemus nobis turrim. Et allidet Deus eos, qui consurgunt contra montem Sion, κ super eum, & λ inimicos dissipabit: Syriam à Solis ortu, & Græcos à Solis occasu, deuorantes Israel toto ore. In omnibus his non est auersus furor: sed adhuc manus excelsa. Et populus non est reuersus, donec percussus est: & Dominum non quæsierunt. Et μ abstulit
E Dominus ab Israel caput, & caudam, magnum, & paruum in vna die, senem, & ν eos, qui facies admirantur: (hoc est principium:) & prophetam docentem iniqua: hic est cauda. Et erunt, qui beatum dicunt populum istum, seducentes: & seducunt, vt deuorent eos. Propter hoc super adolescentulis eorum non lætabitur Dominus: & pupillorum eorum, & viduarum eorum non miserebitur: quoniam omnes iniqui, & nequam, & omne os loquitur iniusta. In omnibus his non est auersus ξ furor, sed adhuc manus excelsa. Et succendetur quasi ignis, iniquitas: & tanquam gramen siccum, vorabitur ab igne: & succendetur in densitatibus

tibus saltus: & deuorabit quæ in circuitu collium omnia: propter furorem iræ Domini combusta est tota terra, & erit populus tanquam combustus ab igne. Homo fratris sui non miserebitur: sed declinabit ad dexteram, quia esuriet; & comedet à sinistris: & non saturabitur; homo comedens carnes brachij sui. Comedet enim Manasses Ephræm, & Ephræm Manassem: quoniam simul oppugnabunt Iudam. In his omnibus non est auersus furor, sed adhuc manus excelsa.

α Primum.] *In nonnullis additur,* ταχύ, citò: *sed non apud SS. Basilium, Hieronymum, Cyrillum.* β Fac.] *Eodem modo SS. Hier. & Cyrillus: sed S. Basilius,* πῖε, bibe. γ Videte.] *Sic etiam S. Cypr. 1. testim. & Cyrillus. Alij,* ἴδε, *aut* ἴδω, *& apud S. Hier.* vidit, *aut,* ἰδέτω, videat. δ Vmbra mortis.] *Alij,* καὶ σκιᾷ θανάτου, & vmbra mortis, *vt apud SS. Hier. & Cyrillũ, aut,* σκιᾶς θανάτου, vmbræ mortis, *vt apud S. Cyprianum: apud quem etiã sequitur, vt est in nostra,* lumen lucebit super vos. ε Quam.] *Istud* ἣ *abest à cæteris: quare apud S. Hieron.* Plurimam partem populi deduxisti in lætitia tua: *pro quo inquit alios esse interpretatos,* magnificasti. ζ Tua.] *Et hoc* σου, *abest à multis, & Cyrillo. S. Hier. in contextu habet, sed non in Comm.* η Si fiant.] *In Compl.* [illegible], *& apud S. Hier.* & cupient igne esse combusti. θ Magni consilij angelus.] *Aut,* magnæ cogitationis nuncius, *vt S. Cyprianus. 2. testim. Nec plura hoc loco ponuntur apud Basilium, Cyrillum, Procopium, neque in translationibus Syriaca, & Arabica, quæ de Græcis expressæ sunt, & Romæ habentur. S. Hieron. notat hæc, quæ in hebraico non habeantur, posita esse à lxx. pro sex nominibus, quæ sunt in hebræo, admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. S. etiam Ambrosius 3. in Lucum primo interpretationem lxx. posuisset,* magni consilij angelus. Adducam enim, *&c. hæc subiungit.* In quo iuxta Aquilæ quoque interpretationem non quasi de homine, sed de eo, qui vltra hominem esset, vidimus extitisse promissum. Idem enim ita interpretatus est. Puer natus est nobis, filius datus est nobis, & facta est mensura. (*S. etiam Hier. notat Aquilam verbi ambiguitate deceptum pro principatu, vel imperio posuisse* μέτρον,) in humero eius: & vocabitur nomen eius, admirabilis, consiliarius, consiliarius meus fortis, potens, pater seculi, princeps pacis. Eius impleta est disciplina: & pacis eius non est finis, supra sedem Dauid, & supra regnum eius. *In plerisque vero codicibus post,* μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, *hæc sequuntur,* θαυμαστὸς, σύμβουλος, θεὸς, ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, *quæ omnia redduntur à S. Hieronymo, vt diximus, præter illud,* ἐξουσιαστής. *S. Irenæus adu. hær. lib. 4. cap. 66.* & vocatur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis. *S. Ignatius in epist. ad Antioch.* καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστής. *Eusebius Demonst. Euang. lib. 7.* καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. ἄξω, *itemque lib. 9. omissis tamen,* θαυμαστὸς, *&* σύμβουλος, *atque ordine mutato. In introitu tertiæ Missæ Natiuitatis Domini,* vocabitur nomen eius magni consilij angelus: *secundæ vero,* & vocabitur admirabilis, Deus, princeps pacis, pater futuri seculi. *Hæc autem pleraque è vetustiore editione de græcis versa Patres nostri in Ecclesiastica officia contulerunt. In comm. græcis Eusebius.* Symma. hoc modo est interpretatus, καὶ κληθήσεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ παραδοξασμὸς, βουλευτικὸς, ἰσχυρὸς, δυνατὸς, πατὴρ αἰῶνος, ἄρχων εἰρήνης, & vocabitur nomen eius, incredibile quiddam, aptus ad consultationem, fortis, potens, pater seculi, princeps pacis. Aquila autem, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, θαυμαστὸς, σύμβουλος, ἰσχυρὸς, δυνατὸς, πατὴρ ἔτι ἄρχων εἰρήνης, & vocatur nomen eius admirabilis, consiliarius, fortis, potens, pater vltra princeps pacis. At secundum Theodotionem, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, θαυμαστὸς, συμβουλεύων, ἰσχυρὸς, δυνατὸς, πατὴρ αἰῶνος, ἄρχων εἰρήνης, & vocauit nomen eius, admirabilis, consultans, fortis, potens, pater seculi, princeps pacis. Vox autem hebraica pro ἰσχυρὸς, est ἤλ, quo significatur Deus. Nam cum sæpe in scriptura El ponatur in Deo; etiam in præsenti loco eodem modo sumptum est. Quare per hanc vocem Deus etiam pronunciatur natus nobis paruulus. Nos igitur minime peccauerimus Deum potentem interpretati. *In ijsdem commen. Theodoretus*: Hoc malitiose tractantes qui circa Aquilam, ἰσχυρὸς δυνατὸς, sunt interpretati. Nam apud hebræum ponitur ἤλ γιββώρ. El autem Deus est. ι Mortem.] *Apud S. Basilium est,* λόγον, verbum: *quod B. Cyrillus inquit esse ex hebræo, & cæteris interpretibus. S. Hier. nihil dicit de lxx. sed cum ipse posuisset,* verbum, *addit plerosque sermonis ambiguitate deceptos non verbum dicere esse missum, sed mortem.* κ Super eum.] ἐπὶ αὐτὸν, *Quæ à B. Cyrillo videntur abesse, & apud S. Hieron. in comment. omnino non sunt. S. Basilius videtur legisse,* ἐπὶ αὐτό, simul. λ Inimicos.] *In multis additur* αὐτοῦ, *& apud S. Hier.* inimicos illius; *in aliquo,* ἰούδα, Iuda. μ Abstulit.] *Th.* ἀφελεῖ, auferet, (*quod etiam est in aliquo codice*) *Aquila,* ὀλοθρεύσει, disperdet. ν Eos, qui facies admirantur.] *Symm.* αἰδέσιμον, *quod apud S. Hier. videtur esse,* honorabilis. *Apud S. Basilium paulo aliter hic locus videtur habere.* ξ Furor.] *Ita etiam Cyrillus. In multis additur,* αὐτοῦ, furor eius, *itemque,* manus eius: *quæ varietas sæpe obseruari potest.*

CAP. X.

VÆ scribentibus iniquitatem: scribentes enim, iniquitatem scribunt: declinantes iudicium inopum, rapientes causam pauperum populi mei; vt sit ipsis vidua in direptionem, & pupillus in prædam. Et quid facient in die visitationis? Tribulatio enim vobis de longe veniet: Et ad quem confugietis,

A gietis, vt auxilium consequamini? Et vbi derelinquetis gloriam vestram, vt non incidatis in [a] abductionem? In omnibus his non est auersa ira, sed adhuc manus excelsa. Væ Assyrijs: virga furoris mei, et ira est in manibus eorum. Iram meam in gentem iniquam mittam, et populo meo præcipiam, vt faciat spolia, et prædam, et conculcet ciuitates, et ponat eas in puluerem. Ipse autem non sic cogitauit, et animo non ita arbitratus est: sed abscedet mens eius etiam, vt disperdat gentes plurimas. Quòd si dixerint ei, tu solus es princeps; et dicet: Non cepi regionem, quæ est supra Babylonem, et Chalanen, vbi turris ædificata est. Cepi autem Arabiam, & Damascum, et Samariam. Sicut has cepi; sic B omnes principatus capiam. Vlulate sculptilia in Hierusalem, et in Samaria. Sicut enim feci Samariæ, et manufactis eius; sic faciam et Hierusalem, et idolis eius. Et erit, cum consummauerit Dominus omnia faciens in monte Sion, et Hierusalem; [β] visitabo super sensum magnum, super principem Assyriorum, et super altitudinem gloriæ oculorum eius. Dixit enim: in fortitudine faciã, et in sapientia intellectus auferam terminos gentium, et fortitudinem eorum deprædabor: et concutiam ciuitates habitatas, et orbem terræ totum & apprehendam manu quasi nidum, et quasi oua derelicta tollam: et non est, qui effugiat me, aut contradicat [γ] mihi. Nunquid glorificabitur securis sine eo, qui cædit in C ipsa? aut exaltabitur terra sine eo, qui ipsam trahit? quomodo si quis eleuet virgam, aut [δ] lignum: & non sic? Sed mittet Dominus Sabaoth in honorem tuum ignominiam: & in gloriã tuam ignem ardentem accendet. Et erit lumen Israel in igne: & [ε] sanctificabit eum in igne ardenti, & comedet, sicut fœnum, syluam. Die illa extinguentur montes, & colles, & saltus; & deuorabit ab anima vsque ad carnes. Et erit, qui fugit, quasi qui fugit à flamma ardenti: & residui ex eis, numerus erunt: & paruulus scribet eos. Et erit in die illa non vltra adijciet residuum Israel, & saluati de Iacob non vltra fidentes erunt super eos, qui ipsos iniurijs afficiunt, sed erunt fidentes super Deum sanctum Israel veritate. Et erit D residuum Iacob super Deum fortem. Quòd si fuerit populus Israel, quasi arena maris; reliquiæ eorum saluabuntur. Verbum consummans, & breuians in iustitia: quoniam sermonem breuiatum faciet Dominus in toto orbe terræ. Propter hoc hæc dicit Dominus Sabaoth: Noli timere populus meus, qui habitatis in Sion, ab Assyrijs; quia in virga percutiet te: plagam enim [ζ] induco super te, ad videndam viam Ægypti. Adhuc enim paululum, & cessabit ira: furor autem meus super consilium eorum. Et suscitabit Dominus super eos secundum plagam Madiam in [η] loco tribulationis: & furor eius in via, quæ super mare, in viã, quæ super Ægyptum. Et erit, in die illa auferetur iugum eius ab humero tuo, & timor eius à te: & computrescet iugum ab humeris vestris. Veniet enim in ciui- E tatem Angæ, & transibit in Maggedo, & in Machmas ponet vasa sua: & transibit vallem, & veniet in Angæ: timor apprehendet Ramà ciuitatem Saul: [θ] fugiet filia Gallim: [ι] audietur Laisa: audietur in Anathoth: & obstupuit Madebena, & habitatores Gibbir. Consolamini hodie in via, vt maneat. [κ] Manu consolamini montem, filiam Sion, & colles, qui in Hierusalem. Ecce dominator Dominus Sabaoth conturbabit gloriosos cum fortitudine: & excelsi superbia conterentur: & sublimes humiliabuntur: & cadent sublimes gladio: Libanus autem cum excelsis cadet.

[a] In abdu-

α In abductionem.] *De hoc vocabulo in Ecclesiastico dictum est. In alijs autem libris, & apud S. Basilium hæc sequuntur,* καὶ ἐπισχύσω τῆς ἀμαρτίας τοιοῦται, & sub interfectis cadent: *quæ à B. Cyrillo non asseruntur: & apud Procopium margini adscripta sunt sub asterisco.* β Visitabo super sensum magnum.] *Non aliud discrimen notat S. Hieronymus à sua versione: nisi quod lxx. pro fructu sensum, vel mentem magnam posuerunt, id est,* τὸν νοῦν μέγαν. *In alijs tamen libris pro* ἐπισκέψομαι, *est,* ἐπάξει, inducet. γ Mihi.] *In alijs libris hæc sequuntur,* καὶ ἀνοίγων τὸ στόμα καὶ τρυλίζων, & aperiens os, & garriens: *quorum nulla mentio apud S. Cyrillum: & apud Procopium addita sunt margini sub asterisco.* δ Aut lignum; & non sic?] *Ita videtur interpungere B. Cyrillus: & fortasse non habuit illud, &. In Compl. vero,* ἢ ξύλον, ὑψωθήσεται ξύλον, καὶ οὐχ οὕτως, aut lignum, exaltabitur lignum. Et non sic. ε Et sanctificabit eum in igne ardenti.] *Symm.* καὶ ὁ ἅγιος αὐτοῦ εἰς φλόγα, *quod Sanctus Hieronymus,* & sanctus eius in flamma. ζ Induco.] *In multis est,* ἐπάξει, inducet. η In loco tribulationis.] *Pro quo S. Hieronymus inquit Aquilam dixisse,* in petra Oreb, *Symmachum autem, & Theodotionem posuisse ipsum verbum hebraicum,* Zur Oreb. θ Fugiet filia Gallim.] *Sic apud SS. Hieronymum, & Cyrillum. In alijs* φεύξεται, *coniungitur cum præcedentibus: ac deinde sequitur,* χρεμέτισον φωνῇ σου, hinni voce tua: *quæ apud Procopium sunt sub asterisco.* ι Audietur.] *Ita etiam Cyrillus. Compluten.* ἐπάκουε, *& apud S. Hieronymum,* attende. κ Manu consolamini montem.] *In alijs quibusdam,* consolamini manu. *Sed Cyrillus, vt nostra, atque ita explicat, ô colles, qui in Hierusalem, vos præcipue quasi manu mulcentes consolamini montem, id est ipsam filiam Sion. A Compluten. abest istud,* manu, *& habet,* παρακαλεῖτε ἐν τῷ ὄρει τὴν θυγατέρα σιών, consolamini in monte filiam Sion. *Abest etiam à S. Hieron. sed ipse habet,* Consolamini montem filiæ Sion, & collem Hierusalem: *quamuis in explicatione videatur non discedere à Cyrillo. Considerandum etiam, an pro,* montem, *possit reddi,* mons: *quod dictio græca patitur.*

CAP. XI.

Et egredietur virga de [α] radice Iesse, & flos de radice ascendet. Et requiescet super eum spiritus Dei, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis: spiritus scientiæ, & pietatis replebit eum, spiritus timoris Domini. Non secundum gloriam iudicabit, neque iuxta sermonem arguet: sed iudicabit humili iudicium, & arguet humiles terræ: & percutiet terram verbo oris sui: & in spiritu per labia interficiet impium. Et erit iustitia cinctus lumbum suum, & veritate inuolutus costas. Et simul pascetur lupus cum agno: & pardus simul accubabit cum hœdo: & vitulus, & taurus, & leo simul pascentur, & puer paruus ducet eos: & bos, & vrsus pascentur simul: & erũt simul catuli eorum: & leo, quasi bos, comedet paleas. Et puer infans super foramina aspidum, & in cubile fœtuum aspidum manum mittet: & non nocebunt, neque poterunt perdere quemquam in monte sancto meo: quia repleta est terra cognitione Domini, quasi aqua multa cooperiat maria. Et erit in die illa, radix Iesse, & qui consurgit, vt princeps sit gentium: in ipso gentes sperabunt: & erit requies eius honor. Et erit die illa [β] adijciet Dominus ostendere manum suam ad zelandum relictum residuum populi, quod relictum fuerit ab Assyrijs, & ab Ægypto, & à Babylonia, & ab Æthiopia, & ab Elamitis, & à Solis ortu, & ex Arabia. Et leuabit signum in nationes, & congregabit perditos Israel: & dispersos Iuda colliget à quatuor alis terræ. Et auferetur zelus Ephræm: & hostes Iuda peribunt. Ephræm non æmulabitur Iudam: & Iudas non tribulabit Ephræm. Et volabunt in nauibus alienigenarum: mare simul prædabuntur, & eos, qui à Solis ortu, & Idumæam: & super Moab primum manus mittent. Filij autem Ammon primi obedient. Et [γ] desolabit Dominus mare Ægypti; & mittet manum suam super flumen spiritu violento; & percutiet septem valles, ita vt transeatur illud in calceamentis. Et erit via residuo populo meo in Ægypto. Et erit ipsi Israel, sicut dies, quando egressus est de terra Ægypti.

α De ra-

A [α] De radice.] *Eusebius*: cæteri interpretati sunt, ἀπὸ τοῦ κορμοῦ, idest de trunco: *quod idem testatur S. Hier.* [β] Adijciet.] *Aq.* προσθήσει κύριος δεύτερον τὴν χεῖρα αὐτοῦ, κτήσασθαι ὑπόλειμμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ὃ ὑπολειφθήσεται ἀπὸ τῆς ἀσσυρίων, apponet Dominus secundo manum suam, ad possidendum residuum populi sui, quod relictum fuerit ab Assyrijs. *Symmachus*, προσθήσει κύριος ἐν δευτέρῳ τὴν χεῖρα αὐτοῦ, τοῦ ζηλῶσαι τὸ ὑπόλειμμα τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, apponet Dominus iterum manum suam ad zelandum residuum populi sui. [γ] Desolabit.] *Eusebius*: Tres illi concorditer ita sunt interpretati, καὶ ἀναθεματίσει κύριος τὴν γλῶσσαν θαλάσσης αἰγύπτου, & anathemabit, (*aut*, interficiet, *vt interpretatur S. Hier.*) Dominus linguam maris Ægypti.

CAP. XII.

ET dices in die illa: [α] Benedico te Domine, quoniam iratus es mihi, & B auertisti furorem tuum, & misertus es mei. Ecce Deus meus, saluator meus, fidens ero in [β] eo, & non timebo: quoniam gloria mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem. Et haurite aquam cum lætitia de fontibus salutaris. Et dices in illa die: hymnis celebrate Dominum, clamate nomen eius, annunciate in gentibus gloriosa eius: mementote, quoniam exaltatum est nomen eius. Laudate nomen Domini; quoniam excelsa fecit; annunciate hæc in omni terra: exultate, & lætamini, qui habitatis Sion: quia exaltatus est sanctus Israel in medio eius.

C [α] Benedico.] *In multis*, εὐλογήσω, benedicam. [β] Eo.] *In nonnullis, & apud Cyrillum hæc adduntur*, σωθήσομαι ἐν αὐτῷ, saluabor in eo: *quæ margini etiam codicis Vaticani sunt adscripta. In quibusdam etiam est*, καὶ εὐφρανθήσομαι ἐν αὐτῷ, & lætabor in eo. *Neutrum habet Sanctus Basilius.*

CAP. XIII.

VISIO, quam vidit Esaias filius Amos contra Babylonem. Super montem campestrem leuate signum, exaltate vocem eis, [α] consolamini manu, aperite præcipes. Ego principio, & ego adduco [β] eos. [γ] Gigantes veniunt implere furorem meum gaudentes simul, & contume-D liam facientes. Vox gentium multarum super montes, similis gentium multarum, vox regum, & gentium congregatarum. Dominus Sabaoth mandauit genti bellicosæ, vt veniat de terra longinqua à summo fundamento cæli, Dominus, & armati bellatores eius ad corrumpendum vniuersum orbem terræ. Vlulate: prope enim dies Domini: & contritio à Deo veniet. Propter hoc omnis manus dissoluetur, & omnis anima hominis formidabit. Turbabuntur legati, & dolores eos tenebunt, quasi mulieris parturientis: & condolebunt alter ad alterum, & stupebunt, & faciem suam, quasi flamma, mutabunt. Ecce enim dies Domini venit insanabilis, furoris, & iræ, ad ponendum orbem terræ desertum, & peccatores perdendos ex eo. Stellæ enim cæli, & Orion, & omnis E ornatus cæli non dabunt lumen: & obtenebrabuntur oriente Sole: & Luna non dabit lumen suum. Et mandabo vniuerso orbi terræ mala, & impijs peccata eorum: & perdam superbiam iniquorum, & contumeliam superborum humiliabo. Et erunt, qui derelicti fuerint, honorati magis, quàm aurum [δ] incoctum: & homo magis honoratus erit, quàm lapis, qui de Suphir. Cælum enim indignabitur: & terra concutietur à fundamentis suis, propter furorem iræ Domini Sabaoth, in die illa, qua superuenerit furor eius. Et erunt residui, quasi damula fugiens, & quasi ouis errans: & non erit, qui congreget: ita vt homo ad popu-

 lum

lum suum reuertatur: & homo ad regionem suam expelletur. Quicumque enim deprehensus fuerit, opprimetur: &, qui congregati fuerint, cadent gladio. Et filios eorum allident coram eis, & domos eorum deprædabuntur, & vxores eorum habebunt. Ecce suscito vobis Medos, qui argentum non reputant, neque auro opus habent. Arcus adolescentium conterent, & filiorum vestrorum non miserebuntur: neque super filijs vestris parcent oculi eorum: Et erit Babylon, quæ vocatur inclyta à rege Chaldæorum, sicut subuertit Deus Sodomam, & Gomorram: non habitabitur in æternum tempus: neque ingredientur in eam per multas generationes: neque permeabunt eam Arabes, neque pastores requiescent in ea. Et requiescent illic [ε] bestiæ: & implebuntur domus sonitu: & accubabunt ibi sirenes, & dæmonia illic saltabunt: & onocentauri illic habitabunt: & nidificabunt hericij in domibus eorum.

α Consolamini manu.] *Eadem loquutio superius est obseruata, quamuis hic posset etiam verti*, euocate. *Symm.* κινήσατε χεῖρα, καὶ ἐξελθέτωσαν θύρας, mouete manum, & exeant portas. β Eos.] *Sic etiam S. Basilius. In nonnullis autem codicibus, & apud Cyrillum sequitur*, ἡγιασμένοι εἰσὶ, καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτούς, sanctificati sunt, & ego adduco eos. *In comment. etiam græcis margini adscriptum est*, ἄγω αὐτούς, ἡγιασμένοι εἰσίν. *Cyrillus autem inquit*, sanctificate, *hoc loco accipi pro*, seponere, *vt alibi*. γ Gigantes.] *Theodotio*, κἀγὼ ἐκάλεσα τοὺς γίγαντάς μου, & quidem vocaui gigantes meos. *Aq. & Symm.* δυνατούς, potentes. δ Incoctum.] *Ita inquit S. Basilius, euidenter purum, ac probum, vt coctionis non egeat. Apud S. Hier. tamen est*, excoctum: *pro quo inquit Aquilam dixisse*, κίῤῥον, coloris optimi, & sanguinei: *sicut pro lapide de Suphir*, ἀπόλωμα ὀφείρ. ε Bestiæ.] *Eusebius*. Pro θηρία, cæteri interpretes reddiderunt σιείμ Sijm: & pro σειρῆνες, dixerunt struthiocamelos, & pro onocentauri scripserunt *Sijm*, ipsa vsi hebraica voce ob interpretationis obscuritatem, sed etiam pro ἐχίνων, idest erinaceis, similiter tres interpretes Sirenas interpretati sunt. *S. Basilius*, Quos lxx. dixerunt Onocentauros, Aquila nominauit τετριχῶντας, pilosos. *Theodoretus*, Vocat Onocentauros, quos veteres quidem ἐμπούσας, qui autem nunc viuunt, appellant ὀνοσκελίδας. *Legenda sunt, quæ S. Hier. de his varietatibus affert lib. 6.*

C A P. X I V.

CITO venit, & non [α] tardabit. Et miserebitur Dominus Iacob, & eliget adhuc Israel: & requiescent super terram suam: & [β] aduena apponetur ad eos: & apponetur ad domum Iacob: & assument eos gentes, & introducent in locum eorum: & possidebunt, & multiplicabuntur super terram, in seruos, & seruas: & erunt captiui, qui captiuauerant eos, & subijcientur dominationi, qui dominati fuerant eis. Et erit, in die illa requiescere te faciet Dominus à dolore, & furore tuo, à seruitute tua dura, quam seruiuisti eis. Et sumes lamentationem hanc super regem Babylonis: Quomodo cessauit exactor, & cessauit solicitator? Contriuit Dominus iugum peccatorum, iugum principum: percutiens gentem furore, plaga insanabili, percutiens gentem plaga furoris, quæ non pepercit: requieuit confidenter omnis terra, clamat cum lætitia: & ligna Libani lætata sunt super te: & cedrus Libani, ex quo tu dormiuisti, non ascendit, qui cædat nos. Infernus subter exacerbatus est occurrens tibi: consurrexerunt tibi omnes [γ] gigantes, qui principabantur terræ, qui excitabant de solijs eorum omnes reges gentium. Omnes respondebunt, & dicet tibi: Et tu captus es, sicut & nos: & in nobis reputatus es: descendit ad infernum gloria tua, multa lætitia tua: subter te sternent putredinem: & [δ] operculum tuum vermis. Quomodo cecidit de cælo Lucifer, qui mane oriebatur? Contritus est ad terram, qui mittebat ad omnes gentes. Tu autem dixeras in mente tua: in cælum ascendam, super sydera cæli ponam thronum meum, sedebo in monte excelso

A excelso super montes excelsos, qui ad Aquilonem: ascendam super nubes: ero similis altissimo. Nunc autem in infernum descendes, & ad fundamenta terræ. Qui vident te; mirabuntur super te, & dicent: Iste homo, qui irritabat terram, qui concutiebat reges, qui ponebat orbem totum desertum, & ciuitates eius destruxit, &, qui in ε obductione erant, non soluit. Omnes reges gentium dormierunt in honore, homo in domo sua. Tu autem proiectus eris in montibus, sicut ζ mortuus abominatus, cum multis mortuis confossis gladio descendentibus ad infernum. Quemadmodum vestimentum in sanguine conspersum non erit mundum; ita neque tu eris mundus. Quoniam terram B meam perdidisti, & populum meum interfecisti: non manebis in æternum tempus semen pessimum. Præpara filios tuos, vt occidantur pro peccatis patris eorum, vt non resurgant, neque hæreditent terram, & impleant terram η bellis. Et consurgam super eos, dicit Dominus Sabaoth, & perdam eorum nomen, & reliquias, & semen: Hæc dicit Dominus. Et ponam Babyloniam desertum, vt inhabitent hericij, & erit in nihilum: & ponam eam luti voraginem in perditionem: hæc dicit Dominus Sabaoth: Sicut dixi; ita erit, & sicut consilium cepi; sic manebit ad perdendum Assyrios super terram meam, & super montes meos. Et erunt in conculcationem: & auferetur ab eis iugum eorum: C & gloria eorum ab humeris auferetur. Hoc est consilium, quod decreuit Dominus super totum terræ orbem: & hæc manus excelsa super omnes gentes. Quæ enim Deus sanctus decreuit; quis dissipabit? & manum eius excelsam quis auertet? Anno, quo mortuus est rex Achaz; factum est verbum hoc. Nolite lætari alienigenæ omnes: contritum est enim iugum percutientis vos. Nam ex semine serpentis egredientur fœtus aspidum: & fœtus eorum egredientur serpentes volantes; & pascentur inopes per eum: inopes autem homines super pacem requiescent: interficiet autem in fame semen tuum, & reliquias tuas interficiet. Vlulate portæ ciuitatum: clament vrbes turbatæ, D alienigenæ omnes: quoniam ab Aquilone fumus venit: & non est, vt sit. Et quid respondebunt reges gentium? Quoniam Dominus fundauit Sion: & per ipsum saluabuntur humiles plebis.

α Tardabit.] *In cæteris sequitur,* καὶ αἱ ἡμέραι αὐτῶν, *(aut* αὐτῆς, *vt apud S. Basilium)* οὐ μὴ ἐφελκύσωσι, & dies eorum, (*al.* eius) non protrahentur. *Hæc autem non afferuntur à Cyrillo: & apud Procopium sub asterisco habentur, itemque apud S.Hieronymum.* β Aduena.] *Eusebius:* Pro ὁ γειώρας, cæteri interpretes dixerunt proselytus. *De hoc multa Sanctus Basilius, & S.Hieron.* γ Gigantes.] *Eusebius*, qui apud cæteros interpretes dicuntur Raphaim. δ Operculum.] κατακάλυμμα. *In alijs, & apud Cyrillum est,* κατάλυμα, habitaculum. ε Obductione.] ἐπαγωγῇ. *Alij* ἀπαγωγῇ, abductione. *Vtrumque, vt alibi notatum est, significat calamitatem, & angustiam.* ζ Mortuus.] *Apud Sanctum Hieronymum in textu vetustioris est,* abortiuum: *sed in comment inquit hoc, nimirum* ἔκτρωμα, *esse Symmachi,* νεκρὸς, *autem lxx.* ἰχῶρα, saniem, *Aquilæ, Theodotionis,* E βλαστὸν, germen. η Bellis.] *In aliquibus est,* πολεμίων, hostibus: *in alijs,* πόλεων, ciuitatum. S. *Hieronymus notat dictionem hebraicam significare posse ciuitates, & aduersarios.*

CAP. XV.

VERBVM, QVOD CONTRA MOABITIDEM.

NOCTE peribit Moabitis: nocte enim peribit murus Moabitidis. Contristamini super vos ipsos: peribit enim & Debon, vbi est ara vestra. Illuc ascendetis plorare super Nabay Moabitidis. Vlulate: super

omne caput caluitium, omnia brachia diſſecta: in platæis eius circumcingimini ſaccis, & plangite ſuper domos eius, & in platæis eius, & in vicis eius: omnes vlulate cum ploratu. Quoniam clamauit Eſebon, & Eleale: vſque Iaſſa audita eſt vox eorum. Propter hoc lumbus Moabitidis clamat: anima eius cognoſcet: cor Moabitidis clamat in ſe vſque Segor: vitula enim triennis eſt. Super aſcenſum autem Luith ad te flentes aſcendent via Aronijm: clamat: contritio, & concuſsio: aqua Nemerim deſerta erit, & herba eius deficiet: herba enim viridis non erit. Nunquid & ſic ſaluanda eſt? Inducam enim ſuper vallem Arabas: & capient eam. Pertigit enim clamor terminum Moabitidis ipſius Agalim, & vlulatus eius vſque ad puteum Elim. Aqua autem Dimon implebitur ſanguine. Inducam enim ſuper Dimon Arabas: & tollam ſemen Moab, & Ariel, & reſiduum Adama.

CAP. XVI.

MITTAM [α] quaſi reptilia ſuper terram. Nunquid petra deſerta eſt mons filiæ Sion? Eris enim velut auis auolantis pullus ablatus, [β] eris filia Moab. Deinde vero Arnon plura conſulta: & [γ] fac tegmen luctus ipſa ſemper, in meridianis tenebris fugiunt, obſtupuerunt. [δ] Ne abducaris: accolent tibi profugi Moab: erunt tegmen vobis à facie [ε] perſequentis: quia ſublatum eſt auxilium tuum, & princeps perijt, qui conculcabat, de terra. Et [ζ] dirigetur cum miſericordia thronus, & ſedebit ſuper illum cum veritate in tabernaculo Dauid, iudicans, & exquirens iudicium, & accelerans iuſtitiam. Audiuimus ſuperbiam Moab: contumelioſus valde: ſuperbiam [η] ſuſtuli. Non ſic diuinatio tua, non ſic. Vlulabit Moab: in Moabitide enim omnes plorabunt: [θ] habitatoribus autem Deleth meditationes: & [ι] non confunderis. Campi Eſebon lugebunt: vinea Sebama. Qui abſorbetis gentes, conculcate vites eius vſque Iazer. Nolite contingere, oberrate deſertum, qui miſsi eſtis. Derelicti ſunt: tranſierunt enim ad mare. Propter hoc plorabo, quaſi ploratum Iazer, vineam Sebama. Arbores tuas deiecit Eſebon, & Eleale: quoniam ſuper meſſem, & ſuper vindemiam tuam conculcabo: & omnia cadent. Et tolletur lætitia, & exultatio de vineis: & in vineis tuis non lætabuntur: & non calcabunt vinum in torcularibus: nam ceſſauit. Propter hoc venter meus ſuper Moab, velut cithara, ſonabit: & interiora mea quaſi murum renouaſti. Et erit in confuſionem tuam, quia laborauit Moab in aris, & ingredietur in manufacta ſua, vt deprecetur: & non poterunt eximere eum. Hoc verbum, quod loquutus eſt ſuper Moab, quando loquutus eſt. Et nunc dico. In [κ] tribus annis annorum mercenarij inhonorabitur gloria Moab omnibus diuitijs multis: & relinquetur paucus, & non honoratus.

[α] Mittam.] *Hoc Baſilius, & Cyrillus coniungunt cum fine ſuperioris capitis,* & reſiduum Adama mittam. *Complut. autem,* ἀποστελῶ ἀγνὸν κυριεύοντα ἐπὶ τῆς γῆς, mittam agnum dominantem ſuper terram. [β] Eris.] *Iſtud* ἔσῃ, *abeſt à multis.* [γ] Fac tegmen luctus ipſa ſemper.] *In aliquot codicibus eſt,* ποιεῖτε σκέπην πένθους αὐτοῖς διαπαντὸς, facite tegmen luctus ipſis ſemper: *& ita habuiſſe Sanctos Baſilium, & Cyrillum ex ipſa etiam explanatione colligitur. In aliquo etiam eſt,* αὐτῇ ei. [δ] Abducaris.] *Sic Sanctus Baſilius videtur legiſſe: & apud Procopium margini aſcriptum eſt. Sed Procopius ipſe, ac Cyrillus, & aliqui codices habent,*

A bcαι, μὴ ἀπ' ἀρχῆς, nonne ab initio habitabunt, *&c.* ε Persequentis.] *Nam etiam in Vatic.* διώκοντος, *licet per typographi incuriam factum sit,* διώκοντες. ζ Et dirigetur.] *Aquila,* καὶ ἑτοιμασθήσεται ἐν ἐλέῳ θρόνος, & præparabitur in misericordia solium, *vt in vulgata. Theodotio,* καὶ ἑτοιμασθήσεται μετ' ἐλέους θρόνος, & parabitur cum misericordia solium. η Superbiam sustuli.] *Ita etiam apud B. Cyrillum. A nonnullis abest illud* ἐξῆρεν, *& in Compl. illud,* superbiam. *coniungitur cum antecedentibus,* ὑβριστὴν (*ita enim habet,*) σφόδρα τὴν ὑπερηφανίαν, contumeliosam valde superbiam. *In quibusdam vero est,* τὴν ὑπερηφανίαν σου ἐξῆρας, superbiam tuam extulisti, *aut* ἐξῆρεν, sustulit: *quomodo etiam videtur legisse S. Basilius: apud quem, sicut in cæteris fere codicibus sequitur,* καὶ ἡ ὕβρις (*Compl.* τὴν ὕβριν) αὐτοῦ καὶ ἡ μῆνις αὐτοῦ, & contumelia eius, & alte concepta iracundia eius. *Ita enim interpretatur S. Basil. Apud S. Hier.* superbia eius, & iniuria eius, & furor, non sicut diuinatio, &c. *Hæc vero neque apud Cyrillum sunt: & apud Procopium margini sunt adscripta sub asterisco.* θ Habitatoribus autem Seth meditationes.] τοῖς κατοικοῦσι δὲ σὲθ μελετήσεις. *In Compl. est,* ἐν τοῖς κατοικοῦσι δὲ σὲθ, μελετήσεις, *& sic redditur*, in habitantibus autem Seth, meditaberis. *Apud Cyrillum,* δεσὲθ, *est vna dictio, quemadmodum & in multis libris,* Deseth: *vt hoc sibi velit, fore meditationem lugubrium lamentorum habitantibus Deseth. Apud S. Hier. est,* δὲ δεσὲθ, *&*

B *in contextu,* habitatoribus autem Deseth meditaberis. *Apud S. Basilium est,* σεδὲκ, *qui hunc locum sic clarius à Symmacho expressum testatur*, ijs, qui lætantur in muro fictili, loquimini, *quare in margine vnius codicis est,* τοῖχον ὀστράκινον, *quod esse in hebraico testatur S. Hier.* ι Non confunderis.] *S. Basilius videtur legere cum interrogatione. In aliquot libris, & apud Cyrillum est,* καὶ οὐκ ἐντραπήσονται πεδία, *quod ita videtur explanare, & non reuerebuntur feri isti vastatores campos Esebon: lugebit vitis Sebama, &c.* κ In tribus annis.] *Eusebius:* Pro eo, quod apud lxx. dictum est, ἐν τρισὶν ἔτεσι μισθωτοῦ ἀτιμασθήσεται ἡ δόξα μωὰβ, secundum hebraicam lectionem, vel etiam cæteros interpretes interposita distinctio clariorem reddidit sententiam. Nam ab Aquila quidem dictum est, ἐν τρισὶν ἔτεσι μισθωτοῦ, à Symmacho autem, ἔκτοτε καὶ νῦν ἐλάλησε κύριος λέγων, ἐν τρισὶν ἔτεσιν, ὡς ἐπὶ μισθωτοῦ, ex tunc, & nunc loquutus est Dominus dicens, in tribus annis, quasi in mercenario: à Theodotione autem, ἀπὸ τότε, καὶ νῦν ἐλάλησε κύριος λέγων, ἐν τρισὶν ἔτεσιν, ὡς ἐνιαυτοῖς μισθωτοῦ, ex tunc, & nunc loquutus est Dominus dicens, in tribus annis, quasi annis mercenarij. Deinde ab alio principio dictum est apud cæteros interpretes, & iuxta hebraicam lectionem, καὶ ἀτιμασθήσεται ἡ δόξα μωὰβ σὺν παντὶ τῷ πλούτῳ τῷ πολλῷ, & inhonorabitur gloria Moab cum omnibus diuitijs istis multis.

C

CAP. XVII.

VERBVM, QVOD CONTRA DAMASCVM.

ECCE Damascus [a] tolletur de ciuitatibus: & erit in ruinam, derelicta [b] in seculum in cubile gregum, & requiem, & non erit persequens: & non erit vltra munita [γ] ad confugiendum Ephræm: & non vltra regnum in Damasco, & reliquum Syrorum. Non enim tu melior es filijs Israel, gloria eorum. Hæc dicit Dominus Sabaoth: Erit in die illa defectio gloriæ Iacob: & pinguia

D gloriæ eius concutientur. Et erit, quomodo siquis congreget messem stantem, & semen spicarum metat: & erit, quomodo siquis congreget spicam in valle dura, & relicta in ea fuerit stipula: vel, sicut grana oliuæ duo, vel tria in summitate excelsa, vel quatuor, aut quinque super ramos earum sint relicta. Hæc dicit Dominus Israel: Die illa fidens erit homo in eo, qui fecit eum: oculi autem eius in sanctum Israel intuebuntur: & non erunt fidentes in aris, neque in operibus manuum suarum, quæ fecerunt digiti ipsorum: & non aspicient arbores, neque abominationes eorum. Die illa erunt ciuitates tuæ derelictæ, sicut dereliquerunt [δ] Amorræi, & Euæi à facie filiorum Israel: & erũt desertæ, quia dereliquisti

E Deum saluatorem tuum, & Domini adiutoris tui non es recordata. Ideo plantabis plantationem infidelem, & semen infidele: quacumque die plantaueris; errabis. Mane autem si seminaueris; florebit in messem, quacumque die hæreditaueris: & tanquam pater hominis, hæreditatem distribues filijs tuis. Væ multitudo gentium plurimarum: tanquam mare fluctuans, sic turbabimini: & dorsum gentium multarum, tanquam aqua, sonabit: tanquam aqua multa, gentes multæ, quasi aqua multa per vim impulsa. Et [ε] exterminabit eum, & longe eum persequetur, tanquam puluerem paleæ [ζ] ventilantium coram vento, & quasi

pulueremrotæ [η] tempeſtas impellens. Ad veſperam [θ] & erit luctus, priuſquam mane: & non erit. Hæc eſt pars eorum, qui deprædati ſunt vos, & hæreditas ijs, qui hæreditarunt vos.

α Tolletur de ciuitatibus.] *Theodotio*, μεταστήσεται ἐκ πόλεως, remouebitur de ciuitate. β In ſeculum.] *Euſebius*. Iſtud, εἰς τὸν αἰῶνα, in ſola lxx. interpretatione poſitum eſt: neque enim in hebraico, neque apud cæteros interpretes fertur. *Pro hoc S.Hier. poſuit dictionem hebræam Aroer, quam inquit ſignificare myricem, arborem, quæ in ſolitudine naſcitur.* γ Ad confugiendum.] *In multis additur*, ἐκεῖ, illuc. δ Amorræi, & Euæi.] *S.Hier. ex Aquila*, teſtam, & Emir, *ex Symmacho*, ſyluam, & Amir, *ex Theodotione*, Hares, & Emir, *quod ipſe*, aratra, & ſegetes. ε Exterminabit.] *Aquila*, καὶ ἐπιτιμήσει ἐν αὐτῷ, καὶ φεύξεται μακράν, & increpabit in eum, & fugiet longe. *Symm.* καὶ ἐμβριμήσεται αὐτῷ, καὶ φεύξεται πόῤῥω, & comminabitur ei, & fugiet procul. ζ Ventilantium.] *In Compl. & apud Cyrillum*, λελικμωμένον, ventilatum. η Tempeſtas impellens.] *In iiſdem*, καταιγίδος φερούσης, tempeſtate impellente. θ Et.] *Iſtud*, &, *abeſt à multis, & à Cyrillo: cui in cæteris conuenit cum noſtra.*

CAP. XVIII.

VÆ terræ [α] nauium alis, trans flumina Æthiopiæ: [β] qui mittit in mari obſides, & epiſtolas biblinas ſuper aquam. Ibunt enim nuncij leues ad gentem excelſam, & peregrinum populum, & peſsimum. [γ] Quis vltra illum? Gens abſque ſpe, & conculcata. Nunc fluuij terræ omnes, tanquam regio habitata, habitabitur regio eorum. Quaſi ſignum de monte leuabitur: quaſi tubæ vox, audibile erit. Quia ſic dixit Dominus mihi: ſecuritas erit in ciuitate mea, ſicut lux æſtus in meridie, & ſicut nubes roris in die meſsis erit ante meſſem, quando conſummatus fuerit flos, & vua immatura effloruerit, immature florem germinans; & auferet racemulos paruos falcibus, & ſarmenta auferet, & abſcidet: & relinquet ſimul volatilibus cæli, & beſtijs terræ. Et congregabuntur ſuper eos volatilia cæli: & omnes beſtiæ terræ ſuper eum venient. In tempore illo afferentur munera Domino Sabaoth de populo tribulato, & auulſo, & à populo magno ex hoc nunc, & vſque in æternum tempus: Gens ſperans, & conculcata, quæ eſt in parte fluuij regionis eius, in locum, vbi nomen Domini Sabaoth, montem Sion.

α Nauium alis.] *Symm.* ἦχος πτερωτὸς, ſonitus alatus. *Addit S.Hier. quod Symm. dixit ſonitum, Theodotionem dixiſſe aues, Aquilam bis vmbram, ſe autem cymbalum: in comm. autem capitis 19. dixit*, væ terræ obumbranti alis. *Sed lib. 7.* terræ nauium alarum. β Qui mittit.] *Symm.* ὁ ἀποστέλλων ἐν θαλάσσῃ πρεσβύτας, qui mittit in mari legatos. *Pulchre autem docet S. Hier. cauſam, cur interdum in ſermone de Ægypto pro genere feminino maſculinum inueniamus: apud hebræos enim & Ægyptus, & Ægyptius, & Ægyptij vno vocabulo nuncupantur.* γ Quis vltra illum?] *Symm.* μεθ' ὃν οὐκ ἔστιν ἐπέκεινα, poſt quem non eſt vltra.

CAP. XIX.

VISIO ÆGYPTI.

ECCE [α] Dominus ſedet ſuper nubem leuem, & veniet in Ægyptum, & concutientur manufacta Ægypti à facie eius: & cor eorum deficiet in ipſis: & [β] incitabuntur Ægyptij ſuper Ægyptios: & oppugnabit homo fratrem ſuum, & homo proximum ſuum, ciuitas ſuper ciuitatem, & lex ſuper legem. Et [γ] turbabitur ſpiritus Ægyptiorum in ipſis: & conſilium eorum diſſipabo. Et interrogabunt Deos ſuos, & ſimulachra ſua, & eos, qui de terra vocem edunt, & ventriloquos. Et tradam Aegyptum in manus hominum, dominorum durorum:

A durorum: [δ] & reges duri dominabuntur eorum. Hæc dicit Dominus Sabaoth. Et [ε] bibent Aegyptij aquam, quæ iuxta mare: fluuius autem deficiet, & arescet: & deficient fluuij, & riui fluuij: & arescet omnis congregatio aquæ [ζ] etiam in omni palude calami, & papyri, & [η] Achi viride omne, quod in circuitu fluminis: & omne quod seminatur circa fluuium, arescet à vento corruptum. Et gement piscatores, & gement omnes, qui iaciunt hamum in fluuium: & qui iaciunt sagenas, & qui retia, lugebunt. Et confusio capiet operantes linum fissile, & operantes byssum: & erunt operantes ea in dolore: & omnes qui faciunt zythum, mœrebunt, & animis laborabunt. Et stulti erunt principes Taneos, sapientes consiliarij regis: B consilium eorum infatuabitur. Quomodo dicetis regi, filij sapientum nos, filij regum, qui à principio? Vbi sunt nunc sapientes tui? & annuncient tibi, & dicant, quid deliberauit Dominus Sabaoth super Aegyptum? Defecerunt principes Taneos, & exaltati sunt principes Mempheos: & decipient Aegyptum per tribus. Dominus enim miscuit eis spiritum seductionis: & seduxerunt Aegyptum in omnibus operibus suis, sicut errat ebrius, & vomens simul. Et non erit Aegyptijs opus, quod faciat caput, & caudam, & principium, & [θ] finem. Die autem illa erunt Aegyptij, quasi mulieres, in timore, & tremore à facie manus Domini Sabaoth, quam ipse immittet eis. Et erit regio Iudæorum Aegyptijs in [ι] terrorem. C Quicumque nominauerit eam ipsis, timebunt propter consilium, quod deliberauit Dominus super ipsam. Die illa erunt quinque ciuitates in Aegypto loquentes lingua Chanaanitide, & iurantes nomine Domini Sabaoth. Ciuitas [κ] Asedec vocabitur vna ciuitas. Die illa erit altare Domino in regione Aegyptiorum: & titulus ad terminum eius Domino. Et erit in signum in seculum Domino in regione Aegypti. Quia clamabunt ad Dominum propter tribulantes eos: & mittet eis hominem, qui saluabit eos: iudicans saluabit eos. Et notus erit Dominus Aegyptijs: & cognoscent Aegyptij Dominum in die illa, & facient sacrificia, & vouebunt vota Domino, & redD dent. Et percutiet Dominus Aegyptios plaga, & sanabit eos sanatione. Et conuertentur ad Dominum: & exaudiet eos, & sanabit eos sanatione. Die illa erit via ab Aegypto ad Assyrios: & ingredientur Assyrij in Aegyptum: & ibunt Aegyptij ad Assyrios: & seruient Aegyptij Assyrijs. Die illa erit Israel tertius in Agyptijs, & in Assyrijs benedictus in terra, quam benedixit Dominus Sabaoth, dicens: Benedictus populus meus, qui in Aegypto, & qui in Assyrijs, & hæreditas mea Israel.

α Ecce Dominus sedet.] *Aquila*, ἰδοὺ κύριος ἐπιβαίνει ἐπὶ πάχος ἐλαφρὸν, Ecce Dominus ascendit super crassitiem leuem. β Et incitabuntur.] *Aquila*, καὶ σκοτάσω αἰγυπτίους αἰγυπτίοις, & diffidere faciam Ægyptios ab Ægyptijs. *Symmachus*, συμβαλῶ, committam. γ Turbabitur.] *Symmachus*, καὶ ῥαγήσεται πνεῦμα αἰγύπτου ἐν αὐτῇ, & disrumpetur spiritus Ægypti in ipsa. *Aquila*, καὶ πλαδαρωθήσεται πνεῦμα αἰγύπτου ἐν ἐγκάτῳ αὐτῆς, & flaccescet spiritus Ægypti in intimo eius. *Theod.* καὶ σχισθήσεται πνεῦμα αἰγύπτου ἐν αὐτῇ, & scindetur spiritus Ægypti in ea. δ Et reges.] *Aquila*, καὶ βασιλεὺς κεκραταιωμένος βασιλεύσει αὐτῶν, & rex corroboratus regnabit super eos: *Symmachus*, καὶ βασιλεὺς σκληρὸς ἐξουσιάσει αὐτῶν, & rex durus imperabit eis. *Theod.* καὶ βασιλεὺς ἰσχυρὸς κυριεύσει αὐτῶν, & rex fortis dominabitur eorum, *vt vulgata*. ε Et bibent.] *Aquila*, καὶ ἀναποθήσεται ὕδατα ἀπὸ θαλάσσης, & desiderabuntur aquæ de mari. *Symmachus*, καὶ ἀφανισθήσεται, & disperibit. ζ Etiam.] *Istud* καὶ *abest à multis.* η Achi.] *De vocabulo hoc notatum est Gen.* 41. *&* *Eccl.* 40. *& legenda, quæ hic à* S. *Hieronymo lib.* 7. *& paulo post de Zytho.* θ Finem.] *Pro hoc S. Hier. testatur Aquilam dixisse*, στρέβλοντα, qui peruerse omnia agit, vt puerum, *inquit*, significaret. ι Terrorem.] *S. Hier. ex Aqu.* γύρωσιν, cum aliquis pauidus, & tremens circumfert oculos, & aduenientem formidat inimicum. κ Asedec.] *Symm.* πόλις ἡλίου, ciuitas Solis. *Alios inquit* S. *Hier.* ὄστρακον, *hoc est testam, ostracinam vrbem intelligi voluisse. Dictio enim hebraica & Solem, & testam significat.*

E

CAP.

CAP. XX.

A

ANNO, quo ingressus est Tanathan in Azotum, cum missus esset ab Arna rege Assyriorum, & oppugnauit Azotum, & cepit eam; tunc loquutus est Dominus ad Esaiam filium Amos, dicens: Vade, & aufer saccum à lumbo tuo, & calceamenta tua solue de pedibus tuis, & [α] fac ita, vadens nudus, & discalceatus. Et dixit Dominus: Quomodo iuit puer meus Esaias nudus, & discalceatus [β] tres annos; [γ] tres anni erunt in signa, & prodigia Aegyptijs, & Aethiopibus: quoniam sic ducet rex Assyriorum captiuitatem Aegypti, & Aethiopum, iuuenes, & senes, nudos, & discalceatos, discoopertos, confusionem Aegypti. Et confundentur iusti super Aethiopibus, in quibus erant fidentes Aegyptij: erant enim eis gloria. Et dicent habitarores insulæ huius in die illa: Ecce nos fuimus fidentes ad fugiendum ad eos in auxilium; qui non potuerunt saluari à rege Assyriorum: & quomodo nos saluabimur?

B

α Fac.] *Sic etiam Cyrillus. In vno vetusto codice, & Complut. est,* ἐποίησεν, fecit. β Tres annos.] *Abest à cæteris.* γ Tres anni erunt in signa.] *In aliquo est,* τρία ἔτη ἔσῃ σημεῖα, tribus annis erunt signa.

CAP. XXI.

C

VISIO DESERTI.

SICVT tempestas per desertum transeat, è deserto veniens de terra, terribilis visio, & dura annunciata est mihi. [α] Præuaricans præuaricatur, iniquus inique agit. Super me Elamitæ, & legati Persarum super me veniunt. Nunc gemam, & consolabor meipsum. Propter hoc impletus est lumbus meus dissolutione: & dolores apprehenderunt me, sicut parturientem: iniuste egi nō audiendo: studiose egi, ne viderem. Cor meum errat: & iniquitas me demergit: anima mea incubuit in timorem. Para mensam, comedite, bibite: Surgentes principes parate clypeos: quia sic dixit ad me Dominus: Vadens tibi statue speculatorem: & quodcumque videris, annuncia. Et vidi ascensores equites duos, & ascensorem asini, & ascensorem cameli. Ausculta auscultatione multa: & voca [β] Vriam [γ] in speculam, Dominus dixit: Steti semper die, & super castra ego steti tota nocte: & ecce ipse venit ascensor bigæ. Et respondens dixit: Cecidit, cecidit Babylon, & omnia simulacra eius, & manu facta eius contrita sunt in terram. Audite, qui derelicti estis, & qui doletis, audite, quæ audiui à Domino Sabaoth: Deus Israel annunciauit nobis. VISIO IDVMAEAE. Ad me [δ] voca de Seir: custodite propugnacula. Custodio mane, et noctu. Si quæsieris, quære, et apud me [ε] habita, in saltu vespere dormies, aut in via Dædan. In occursum sitienti aquam ferte, qui habitatis in regione Thæman; panes obuiam ferte fugientibus, propter multitudinem occisorum, et propter turbam errantium, et propter multitudinem gladij, et propter multitudinem arcuum intentorum, et propter multitudinem eorum, qui ceciderūt in bello. Quia sic dixit mihi Dominus: Adhuc annus, quasi annus mercenarij, deficiet gloria filiorum Cedar: et residuum arcuum fortium filiorum Cedar erit paucum: quia Dominus Deus Israel loquutus est.

D

E

α Præua-

A α Præuaricans præuaricatur.] *Symm.* ὁ ἀθετῶν ἀθετεῖ ται, καὶ ὁ ταλαιπωρίζων ταλαιπωρεῖ, reijciens reijcit, & vastans vastat. β Vriam.] *Aquila*, λέοντα, leonem. *Symm.* λέαιναν, leænam, *Theodotio*, ἀριὴλ, Ariel. *Videatur S. Hier. lib. 7.* γ In speculam: Dominus dixit.] *Sic apud S. Hier. Alij*, εἰς τὴν σκοπιὰν κυρίου, καὶ εἶπεν, in speculam Domini. Et dixit. δ Voca de Seir.] *Cyrillus videtur habuisse*, καλεῖ, vocat. *S. Hier. lib. 7. inquit secundum hebræi & græci sermonis ambiguitatem posse verti*, vocat, *&*, voca. *Eusebius, Secundum cæteros interpretes*, φεύγοντας παρὰ τοῦ σηίρ, fugientes de Sier. ε Habita.] *In quibusdam sequitur*, λῆμμα ἐν τῇ ἀραβίᾳ. Assumptio in Arabiam, *aut*, τὸ ῥῆμα τὸ ἐν τῇ ἀραβίᾳ, verbũ, quod in Arabiam, *aut*, τὸ ὅραμα τὸ ἐν τῇ ἀραβίᾳ, visio, quæ in Arabiã.

CAP. XXII.

VERBVM VALLIS SION.

B QVID factum est tibi, quia * nunc ascendistis omnes in tecta vana? Impleta est ciuitas clamantium, vulnerati tui non vulnerati in gladijs, neque mortui tui mortui præliorum: omnes principes tui fugerunt, & capti dure ligati sunt, & fortes in te longe fugerunt. Propter hoc dixi: dimittite me, amare plorabo: nolite contendere, vt consolemini me super contritione filiæ generis mei; quoniam dies tumultus, & perditionis, & conculcationis: & error à Domino Sabaoth. In valle Sion errant, à paruo vsque ad magnum errant super montes. α Elamitæ autem sumpserunt pharetras, & ascensores homines super equos, & congregatio aciei. Et erunt electæ valles tuæ, implebuntur curribus, & equites stipabunt portas tuas, & reuelabunt portas Iuda: & inspicient C die illa in electas domos ciuitatis, & reuelabunt occulta domorum arcis Dauid. Et viderunt, quia plures sunt, & quia β auertit aquam veteris piscinæ in ciuitatem, & quia destruxerunt domos Hierusalem in munitiones muri ciuitati. Et fecistis vobis aquam inter duos muros intra piscinam antiquam. & non aspexistis in eum, qui à principio fecit eam, & creatorem illius, non vidistis. Et vocauit Dominus, Dominus Sabaoth in die illa ploratum, & planctum, & rasuram, & cincturam saccorum. Ipsi autem fecerunt lætitiam, & exultationem, iugulantes vitulos, & immolantes oues ad comedendas carnes, & bibendum D vinum, dicentes: Edamus, & bibamus: cras enim morimur. Et reuelata hæc sunt in auribus Domini Sabaoth: quia non auferetur vobis hoc peccatum, donec mortui sitis. Hæc dicit Dominus Sabaoth: Vade γ in pastophorium ad Somnam quæstorem: & dic ei: Quid tu hic? & quid tibi est hic? quia excidisti tibi hic monumentum, & fecisti tibiipsi in excelso monumentum, & δ scripsisti tibi in petra tabernaculum? Ecce nunc Dominus Sabaoth eijcit, & conteret virum, & auferet stolam tuam, & coronam tuam gloriosam: & proijciet te in regionem magnam, & immensam; & ibi morieris: & ponet currum tuum optimum in ignominiam, & domum principis tui in conculcationem: & tolleris de dispensatione tua, & de gradu tuo. Et erit in die illa, & vocabo puerum meum Elia- E cim filium Chelciæ, & induam illum stola tua, & coronam tuam dabo ei ε per imperium, & dispensationem tuam dabo in manus eius. Et erit velut pater habitatoribus Hierusalem, & inhabitantibus in Iuda. Et dabo gloriam Dauid ei: & principabitur, & non erit qui contradicat: ζ & dabo ei clauem domus Dauid super humerum eius: & aperiet, & non erit, qui claudat: & claudet, & non erit, qui aperiat. Et statuam eum principem in loco fideli: & erit in solium gloriæ domus patris eius: & erit confidens super eum omnis gloriosus in domo patris sui à paruo vsque ad * magnum: & erunt pendentes ab eo die illa. Hæc dicit

Dominus

Dominus Sabaoth: Mouebitur homo, qui ſtabilitus fuerat in loco fideli, & tolletur, & cadet, & diſperibit gloria, quæ erat ſuper eum: quoniam Dominus loquutus eſt.

A

* Quia nunc.] *Legenda ſunt, quæ hoc loco ſcribit S. Hier. de illo Aphu, de quo in volumine Reg.* α Elamitæ.] *Schol.* Elamitas vocat ipſos Samaritas: ex Perſica enim regione tranſmigrarant. Inimicè autem affecti erga Iudæos, neceſſario vna cum Romanis pugnabant contra illos. β Auertit.] *Aliqui, & Cyrillus,* ἀπέστρεψαν, *& apud S. Hier. lib. 7.* auerterunt. *In vno peruetuſto eſt,* ἀπεστρέψατε, *& paulo poſt,* καθείλετε, auertiſtis, deſtruxiſtis. γ In paſtophorium.] *Symm.* σκηνοποιοῦντα, eum, qui facit tabernaculum. *Aqu.* τὸ σκηνοῦντα, qui habitat in tabernaculo: *ita enim interpretatur S. Hieron. pro quo inquit Theodotionem dixiſſe*, Ingredere ad Socen iſtum. δ Scripſiſti.] *Ita etiam Cyrillus. In vno codice eſt,* ἔγλυψας, ſculpſiſti. ε Per imperium.] κατὰ κράτος, *& apud S. Hieron.* fortiter. *In multis, & apud Cyrillum, & Procopium,* καὶ κράτος, & potentiam. *Apud Procopium in margine.* Th. κρατυνῶ αὐτόν, confortabo eum, *vt in vulgata.* ζ Et dabo ei.] *Hæc vſque ad,* & ſtatuam, *abſunt à Cyrillo. In multis autem ſequuntur ſtatim poſt illa,* & inhabitantibus in Iuda. η Magnum.] *In cæteris hæc adduntur,* πᾶν τὸ σκεῦος τὸ μικρὸν ἀπὸ σκεύους τῶν ἀγανώθ, omne vas paruum a vaſe Aganoth, *quod in vulgata redditur,* craterarum. *Hæc vero neque à Cyrillo afferuntur, & apud Procopium ſignata aſteriſco Theodotioni tribuuntur.*

B

CAP. XXIII.

VERBVM TYRI.

VLVLATE naues Carthaginis, quia perijt: & non vltra veniunt de terra Citiæorum: ducta eſt captiua. Cui ſimiles facti ſunt? habitantes in inſula, negociatores Phœniciæ, tranſmittentes mare in aqua multa ſemen negociatorum? quaſi meſſis inferatur, negociatores gentium? Erubeſce Sidon, dixit mare: fortitudo autem maris dixit: non parturiui, neque peperi, neque enutriui iuuenes, neque exaltaui virgines. Quando autem auditum fuerit Ægypto, capiet eos dolor pro Tyro. Abite in Carthaginem, vlulate, qui habitatis in inſula hac. Nonne hæc erat ſuperbia veſtra à principio, priuſquam ipſa α traderetur? Quis hæc decreuit ſuper Tyrum? Nunquid imbecillior eſt, aut non valet? Mercatores eius glorioſi, principes terræ. Dominus Sabaoth decreuit diſſoluere vniuerſam ſuperbiam glorioſorum, & inhonorare omne glorioſum ſuper terram. Operare terram tuam: etenim naues non vltra veniunt de Carthagine: manus autem tua non vltra valet per mare, irritans reges. Dominus Sabaoth mandauit de Chanaan, perdere eius fortitudinem. Et dicent: non vltra adijcietis, contumelioſi eſſe, & afficere iniurijs filiam Sidonis. Quòd, ſi abieris ad Citiæos, neque ibi requies erit tibi: & in terram Chaldæorum, & hæc deſolata eſt ab β Aſſyrijs: quoniam murus eius corruit. Vlulate naues Carthaginis, quoniam perijt munitio veſtra. Et erit in die illa, derelinquetur Tyrus annos ſeptuaginta, ſicut tempora regis, ſicut tempus hominis. Et erit poſt ſeptuaginta annos, erit Tyrus quaſi canticum meretricis. Sume citharam, vagare ciuitas meretrix obliuioni tradita: bene cithariza, multum cane, vt tui memoria ſit. Et erit poſt ſeptuaginta annos, viſitationem faciet Deus Tyri: & rurſus reſtituetur in antiquum: & erit emporium omnibus regnis orbis ſuper faciem terræ: & erit eius negociatio, & merces ſanctum Domino: non ipſis congregabitur, ſed habitantibus ante Dominum: omnis negociatio eius, edere, & bibere, & implere, γ & in Symbolum, memoriale coram Domino.

C

D

E

α Tradere-

A α Traderetur.] *In aliquot libris hæc sequuntur,* ἀπάξουσιν αὐτὴν οἱ πόδες αὐτῆς πόῤῥωθεν εἰς ἀποικίαν abducent eam pedes eius procul in transmigrationem*: quæ neque apud Cyrillum sunt, & apud Procopium, tanquam de Theodatione sumpta notantur asteriscis.* β Assyrijs.] *In nonnullis hæc subiunguntur,* ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ἐν Σιὼν. ἔστησαν ἐπάλξεις αὐτῆς, ἐξήγειραν βάρεις αὐτῆς, fundauit eam in Sijn: statuerunt propugnacula eius, excitauerunt ædificia eius*: quæ neque apud Cyrillum habentur, & apud Procopium asterisco signata sunt, hoc tamen scholio adiuncto,* horum, quæ asterisco notata sunt, Origenes, tanquam ipsorum lxx. mentionem fecit in 25. tomo in Esaiam. γ Et in symbolam,] *A nonnullis abest illud, &: in symbolam autem videtur valere,* ad saturitatem. *De hoc vocabulo alibi dictum est.*

CAP. XXIV.

ECCE Dominus disperdit orbem terræ, & desolabit eum, & reuelabit faciem eius, & α disseminabit inhabitantes in eo: & erit populus, sicut sacerdos, & puer, sicut dominus, & ancilla, sicut domina: erit emens, sicut vendens, fœnerator, sicut qui mutuum accipit, & qui debet, sicut cui debet. Dissipatione dissipabitur terra: & direptione diripietur terra. Os enim Domini loquutum est hæc. Luxit terra, & corruptus est orbis: luxerunt excelsi terræ: ipsa vero impie egit propter habitatores suos: quia præuaricati sunt legem, & mutauerunt præcepta, testamentum æternum. Propter hoc maledictio deuorabit terram; quia peccauerunt habitatores eius. Ideo pauperes erunt habitatores terræ, & derelinquentur homines pauci. Lugebit vinum, lugebit vitis, gement omnes lætantes animo: cessauit lætitia tympanorum β cessauit arrogantia, & opulentia impiorum: cessauit vox citharæ: confusi sunt, non biberunt vinum: amara facta est sicera bibentibus: desolata est vniuersa ciuitas: claudet domum ad non ingrediendum. γ Vlulate pro vino vbique: cessauit omnis lætitia δ terræ: abijt omnis lætitia terræ. Et derelinquentur ciuitates desolatæ: & domus derelictæ peribunt. Hæc omnia erunt in terra in medio gentium. Quomodo siquis excutiat oliuam; sic excutient eos; &, si quiescat vindemia, isti clamore vociferabuntur. Qui autem relicti fuerint super terram, lætabuntur simul cum gloria Domini: ε conturbabitur aqua maris. Propterea gloria Domini in insulis erit maris: nomen Domini gloriosum erit. Domine Deus Israel ab alis terræ ζ portenta audiuimus: spes η pio. Et dicent: Væ θ præuaricatoribus, qui præuaricantur legem: timor, & fouea, & laqueus super vos, qui habitatis terram. Et erit, qui fugerit timorem; incidet in foueam: & qui exierit de fouea; capietur à laqueo. Quia fenestræ de ι cælo apertæ sunt: & concutientur fundamenta terræ. Turbatione turbabitur terra, & egestate egebit terra. κ Declinauit, sicut ebrius, & plenus crapulæ. Et concutietur, quasi pomorum custodia, terra: inualuit enim super eam iniquitas: & cadet, & non poterit resurgere. Et inducet Dominus super ornatum cæli manum, & super reges terræ. Et congregabunt congregationem eius in carcerem, & claudent in munitionem: per multas generationes visitatio erit eorum. Et liquefiet later, & cadet λ murus. Quoniam regnabit μ Dominus è Sion, & de Hierusalem: & in conspectu seniorum glorificabitur.

α Disseminabit.] *Aq. & Th.* διασκορπίσει, disperget. β Cessauit arrogantia, & opulentia impiorum.] *Hæc,* πέπαυται αὐθάδεια, καὶ πλοῦτος ἀσεβῶν, *sunt etiam in Vaticano: sed per typographi incuriam in græca editione omissa.* γ Vlulate.] *Corrigendum in nostra,* ὀλολύξετε. δ Terræ: abijt omnis lætitia.] *Ab aliquo libro, & à Cyrillo absunt. In alio est,* ἀπεσχίσθη χαρά, abscissum est gaudium. ε Conturbabitur.] *Th.* ἤχησαν ὕδατα θαλάσσης, sonuerunt aquæ maris. ζ Portenta.] *Symm. & Th.* ψαλμοὺς ἠκούσαμεν, psalmos audiuimus. *Aq.* μελῳδίας, melodias. η Pio.] *In aliquot codicibus hæc sequuntur,* καὶ εἶπεν, τὸ μυστήριόν μου ἐμοί, τὸ μυστήριόν μου ἐμοί, καὶ τοῖς ἐμοῖς, & dixit, mysterium meum mihi, mysterium meum mihi, & meis. *Apud Procopium post illa,* Et dicent,

cent, *hæc sub asterisco apponuntur,* τὸ μυστήριόν μου ἐμοί, τὸ μυστήριόν μου ἐμοί. S.Hieron. *eodem loco habet, sed semel tantum: atque in comm. hæc inquit:* Hoc, quod dicitur, mysterium meum mihi, in lxx. non habetur: sed de Theodotionis translatione in Græco additum est. *Ea quidē Cyrillus non habet: habet autem in comm. græcis Theodor. & sæpe à Chrysostomo, & alijs citantur.* [θ] Væ præuaricatoribus.] *Aq.* ὦ οἴμοι ἀθετοῦντες ἠθέτησαν. Hæu mihi præuaricantes preuaricati sunt. *Symm.* οἴμοι ἀθετοῦντες ἠθέτησαν, *eodem sensu.* [ι] De cælo.] *Apud S.Hier. & Cyrillum est,* θυρίδες τοῦ οὐρανοῦ, fænestræ cæli. [κ] Declinauit.] *In multis, & apud Cyrillum hic sequuntur ea, quæ paulo post sunt in nostra,* & concutietur, quasi p[illegible] motum custodia terra. *In quibusdam vero hic locus sic habet,* ἔκλινεν, σάλῳ (*aut* καὶ σάλῳ) σαλευθήσεται ἡ γῆ, ὡς ὁ μεθύων, καὶ κραιπαλῶν, καὶ σεισθήσεται, declinauit, agitatione agitabitur terra sicut ebrius, & se ingurgitans, & concutietur, *&c.* [λ] Murus.] *In plerisque hæc sequuntur,* καὶ ἐντραπήσεται ἡ σελήνη, καὶ αἰσχυνθήσεται ὁ ἥλιος, & erubescet Luna, & confundetur Sol: *quæ neque apud Cyrillum habentur, & apud Procopium sunt addita margini, tanquam ex alia editione: & S.Hieron. docet pro his à lxx. dictum esse, liquefieri laterem, & cadere murum.* [μ] E Sion.] *Multi,* ἐν Σιὼν καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ, in Sion, & in Hierusalem.

CAP. XXV.

DOMINE Deus glorificabo te, laudabo nomen tuum, quoniam fecisti admirabiles res, consilium antiquum verum. Fiat. Quia posuisti ciuitates in tumulum, ciuitates munitas, [α] vt non caderent fundamenta earum: impiorum [β] ciuitas in æternum non ædificabitur. Propterea benedicet tibi populus pauper: & ciuitates hominum iniuriam sustinentium [γ] benedicent tibi. Fuisti enim omni ciuitati humili auxiliator, & tristibus propter inopiam protectio: ab hominibus pessimis liberabis eos: vmbraculum sitientium, & spiritus hominum iniquitatem sustinentium, quasi homines pusillanimes sitientes in Sion ab hominibus impijs, quibus nos [δ] tradidisti. Et faciet Dominus Sabaoth omnibus gentibus: super montem [ε] istum bibent lætitiam, bibent vinum: vngentur vnguento in monte isto. [ζ] Trade hæc omnia gentibus. Consilium enim hoc super omnes gentes. Deuorauit mors præualens: & rursum abstulit Dominus Deus omnem lachrymam ab omni facie: opprobrium populi abstulit ab omni terra. Os enim Domini loquutum est. Et dicent die illa: Ecce Deus noster, in quo sperabamus, & saluabit nos. Iste Dominus: sustinuimus eum: & exultauimus, & lætati sumus in salute nostra. Requiem dabit Dominus in monte isto: & conculcabitur [η] Moabitis, quemadmodum calcant aream in plaustris: & remittet manus [θ] suas, quomodo & ipse humiliauit ad perdendum: & humiliabit superbiam eius, super quæ manus iniecit. Et altitudinem refugij [ι] muri humiliabit: & descendet vsque ad pauimentum.

[α] Vt non caderent.] *Plerique* τοῦ πεσεῖν, *& apud* S.*Hier.* vt caderent. [β] Ciuitas.] *Sic etiam Cyrillus. In quibusdam est* πόλεις, *& apud S.Hieron.* ciuitates non ædificabuntur. [γ] Benedicent.] *Eusebius. Cæteri,* δοξάσουσί σε, glorificabunt te. [δ] Tradidisti.] *In quibusdam libris hæc adiunguntur,* καύσων ἐν σκέπῃ νεφέλης κλήματα ἰσχυρῶν ταπεινώσει, æstus in vmbraculo nubis propaginem fortium humiliabit: *quæ neque apud S. Hier. neque apud Cyrillum habentur: et apud Procopium fere omnia sub asterisco Theodotioni tribuuntur.* [ε] Istum.] *Nec plura apud SS* Hieronymum, *& Cyrillum. In quibusdam libris hæc adduntur,* πότον λιπασμάτων, πότον τρυγιῶν, *quod in nostra vulgata est,* conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ. [ζ] Trade.] *Quomodo cæteri interpretes hunc locum reddiderint, videndum apud S.Hieronymum.* [η] Moabitis.] *In quibusdam sequitur,* ἐν τῷ τόπῳ αὐτῆς, in loco suo. *Symmachus,* καὶ ἀλοήσομεν τὴν μωὰβ ὑποκάτω αὐτῆς, ὡς ἀλοητὸν ἀχύρου, ὡς πηλόν, & triturabimus Moab sub ea, sicut trituram paleæ, sicut fimum. [θ] Suas.] *In aliquot libris hæc sequuntur,* ὡς ἁπλοῖ ὁ λουόμενος εἰς τὸ κολυμβῆσαι, sicut expandit qui se lauat, ad natandum. *Apud Procopium vero pro his,* καὶ ἀνήσει τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ὃν τρόπον καὶ αὐτὸς ἐταπείνωσε τοῦ ἀπολέσαι *ista in margine sunt apposita,* ἐξαπλώσει τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐν μέσῳ αὐτῆς, καθὼς ἀναπλώσει ὁ λουόμενος εἰς τὸ κολυμβῆσαι, expandet manus suas in medio eius, sicut expanderet, qui se lauat, ad natandum. [ι] Muri.] *Sic etiam Cyrillus. In quibusdam est,* τοῦ οἴκου σου, domus tuæ.

C A P.

CAP. XXVI.

DIE illa[α] cantabunt canticum istud super terram Iudæam: Ecce ciuitas fortis: & [β] salutare ponet murum, & [γ] circummurale. Aperite portas: ingrediatur populus custodiens iustitiam, & custodiens veritatem, [δ] apprehendens veritatem, & custodiens pacem: quoniam in te[ε] spe sperauerunt Domine vsque in sempiternum. Deus magne, æterne, qui humilians detraxisti eos, qui habitant in excelsis: Ciuitates munitas destrues, & sternes vsque ad pauimentum. Et conculcabunt eos pedes mansuetorum, & [ζ] humilium. Via piorum recta facta est, & [η] præparata via piorum. Via enim Domini, iudicium. Sperauimus in nomine tuo, & in memoria, qua desiderat anima nostra [θ] de nocte: mane consurgit spiritus meus ad te Deus: quia lux præcepta tua super terram. Iustitiam discite, qui habitatis super terram. [ι] Cessauit enim impius. [κ] Omnis, qui non didicerit iustitiam super terram, veritatem non faciet. Auferatur impius; vt non videat gloriam Domini. Domine excelsum est brachium tuum, & nescierunt: Scientes autem confundentur. Zelus apprehendet populum ineruditum: & nunc ignis aduersarios comedet. Domine Deus noster pacem da nobis: omnia enim reddidisti nobis. Domine Deus noster possidé nos. Domine extra te alium nescimus: nomen tuum nominamus. [λ] Mortui autem vitam non videbunt, neque medici suscitabunt. Idcirco induxisti, & perdidisti, & tulisti omne [μ] masculum eorum. Adde eis [ν] mala Domine, adde mala gloriosis [ξ] terræ. Domine in tribulatione recordatus sum tui: in tribulatione parua, disciplina tua nobis. Et sicut parturiens appropinquat ad pariendum, in dolore suo clamauit; [ο] sic facti sumus dilecto tuo. Propter timorem tuum Domine in vtero accepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritum salutis[π] tuæ, quem fecimus super terram. Non cademus: sed cadent omnes habitatores terræ. [ρ] Resurgent mortui, & [σ] expergiscentur, qui in monumentis, & lætabuntur, qui sunt in terra. Ros enim, qui à te, sanatio eis est: terra autem impiorum cadet. Vade populus meus: ingredere in cubicula tua, claude ostium tuum, abscondere paululum quantulumcunque; donec pertranseat ira Domini. Ecce enim Dominus de sancto inducit iram super habitatores terræ: & reuelabit terra sanguinem suum, & non [τ] abscondet interfectos.

α Cantabunt.] *Eusebius Emis.* Symm. ἐροῦσιν οἱ ᾄδοντες τὸ ᾆσμα, πόλιν ἰσχυρὰν ἔχομεν, dicent cantantes canticum, ciuitatem fortem habemus. Iuxta Aquilam vero, πόλις κράτους ἡμῖν σωτήριον, vrbs fortitudinis nobis salutare. Dictio autem hebraica pro σωτήριον, nomen Iesu candide sic continet: ijsdem litteris Saluator noster hebraice scribitur. β Salutare.] *In multis additur,* ἡμῶν, *& apud S. Hier.* nostrum. γ Circummurale.] *S. Hier. ex Symmacho,* firmamentum. δ Apprehendens veritatem.] *Pro hoc testatur S. Hier. Aquilam, & Symmachum similiter transtulisse,* τὸ πλάσμα ἡμῶν ἐπηρμένον, error noster ablatus est. ε Spe.] *Abest istud à SS. Hieronymo, & Cyrillo. In aliquo est,* ὅτι ἐπὶ σοὶ ἠλπίσαμεν, quoniam in te sperauimus. ζ Humilium.] *Sic etiam S. Hier. In multis sequitur,* βήματα, gressus: *in aliquo, & apud Cyrillum,* ἴχνη, vestigia. η Et præparata.] *Corrigendum est in nostra, vt in Vat. & in aliquot alijs codd. & apud Cyrill* καὶ παρεσκευασμένη ἡ ὁδὸς εὐσεβῶν. *In aliquo codice totus locus sic habet,* ὁδὸς εὐσεβῶν εὐθεῖα, τρίβος εὐσεβῶν εὐθεῖα. εὐθεῖα ἐγένετο ἡ ὁδὸς τῶν εὐσεβῶν, καὶ παρεσκευασμένη, via piorum recta, semita piorum recta: recta facta est via piorum, & præparata, *atque ita apud S. Hier. excepto, quòd non habet illa,* semita piorum recta, *& pro,* piorum, *habet,* iustorum: *quomodo etiam non est insitatum verti dictionem græcam,* εὐσεβῶν. θ De nocte: mane consurgit.] *Hanc interpunctionem videtur probare S. Hier. in comm. licet in contextu illud de nocte coniungatur cum sequentibus.* ι Cessauit enim impius.] *Aq. & Th.* ἠλεήθη ἀσεβής, misericordiam consequutus est impius. *Symm.* ἐδωρήθη ἀσεβεῖς, donatum est impio. κ Omnis, qui non didicerit.] *Sic etiam S. Cyrillus. In Compl. est tantum,* ὃ μὴ μάθῃ, *apud S. Hieron.* & non discet: *quæ videntur cohærere cum verbis, quæ proxime ex cæteris interpretibus attulimus.* λ Mortui autem.]

autem.] *S.Hier.ex Symmacho*: Mortui non viuificabunt: gigantes non ſuſcitabunt. μ Omne maſculum.] *Symm.* πᾶσαν τὴν μνήμην αὐτῶν. *Aq.& Th.* πᾶν τὸ μνημόσυνον αὐτῶν, omnem memoriam eorum. *De hac varietate diſputat S.Hier.* ν Mala.] *Euſebius*: Iſtud quidem κακὰ neque apud cæteros interpretes, neque in hebraica lectione inuenimus. Secundum vero cæteros interpretes dictum eſt, προσέθηκας τῷ ἔθνει, ἐν ᾧ ἐδοξάσθης; adiecisti, (*aut*, indulſiſti, *vt S.Hier.*) genti: in quo glorificatus es? *De hoc etiam S.Hieron.* ξ Terræ.] *Apud S.Hier. ſequitur*, longe feciſti omnes terminos terræ: *quod in nullo codice eſt inuentum.* ο Sic facti ſumus dilecto tuo.] *Hæc obelo prænotat S.Hier. pro quibus inquit*, cæteros, *tranſtuliſſe*, ſic facti ſumus à facie tua Domine. π Quem fecimus.] *Ita enim eſt etiam in Vaticano*, ὃ ἐποιήσαμεν, *licet per incuriam ſit omiſſum* ὃ. ρ Reſurgent mortui.] *Aquila*, ζήσονται οἱ τεθνεῶτές σου, *Symm.& Th.* ζήσονται οἱ νεκροί σου, viuent mortui tui. σ Et expergiſcentur.] *Sic S.Hier.in comm.aut*, euigilabunt. *Euſebius*, ὡς κοιμηθέντων αὐτῶν, quaſi ipſi dormierint. Quare ſecundum cæteros interpretes, priore quidem loco dictum eſt, ἐξυπνισθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, è ſomno ſurgent, qui in monumentis, *poſteriore autem*, ἀγαλλιάσονται, exultabunt: aut αἰνέσουσι, laudabunt, ſecundum Aquilam: aut ἀλαλάξουσι, iubilabunt, ſecundum Theodotionem. τ Abſcondet.] *In aliquo additur* ἔτι, *& apud Sanctum Hieronymum*, vltra.

C A P. XXVII.

IN die illa inducet Deus gladium [α] ſanctum, & magnum, & fortem ſuper draconem colubrum [β] fugientem, ſuper draconem colubrum tortuoſum: occidet [γ] draconem. Die illo vinea bona, deſiderium [δ] cantare ſuper eam. Ego ciuitas munita, ciuitas quæ oppugnatur: fruſtra potum dabo illi. Capietur enim nocte: die autem cadet murus. Non eſt, quæ non apprehenderit eam. Quis ponet me cuſtodem ſtipulæ in agro? Propter aduerſariam hanc repuli eam. Idcirco igitur fecit Dominus omnia, quæ diſpoſuit. Combuſta ſum, clamabunt habitatores eius: faciamus pacem illi, faciamus pacem, venientes filij Iacob; germinabit, & florebit Iſrael, & implebitur orbis terrarum fructu eius. [ε] Non ſicut ipſe percuſſit, & ipſe ſic percutietur: & ſicut ipſe interfecit; ſic interficietur. Rixans, & exprobrans emittet eos. Nonne tu eras, qui meditabaris ſpiritu duro interficere eos ſpiritu furoris? Propterea auferetur iniquitas Iacob; & hoc erit benedictio eius; cum abſtulero peccatum eius: quando poſuerint omnes lapides ararum contritos, quaſi cinerem minutum: & non perſeuerabunt arbores eorum: & idola eorum ſucciſa, quaſi lucus [ζ] longe: habitans grex dimittetur, ſicut grex derelictus: & erit multo tempore in paſtionem: & ibi requieſcent greges: & poſt tempus non erit in ea omne viride, quia exiccatum eſt. [η] Mulieres venientes à ſpectaculo venite: non eſt enim populus habens intelligentiam. Propterea non miſerebitur eorum, qui fecit: & qui formauit eos, non parcet. Et erit in die illa, [θ] concludet Deus à foſſa fluminis vſque ad Rhinocoruram. Vos autem congregate ſingulos filios Iſrael. Et erit in die illa canent tuba magna: & venient, qui perierant in regione Aſſyriorum, &, qui perierant in Ægypto: & adorabunt Dominum ſuper montem ſanctum in Hieruſalem.

α Sanctum.] *S.Hier.ex cæteris interpretibus*, durum. β Fugientem.] *Idem ex Aquila*, vectem, *ex Symmacho*, concludentem, *ex Theodotione*, robuſtum. γ Draconem.] *Sic in collatis codicibus, & apud Cyrillum. In Compl.additur*, τὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ, *& apud S.Hier.* qui eſt in mari: *qui etiam in comm.docet draconem eſſe cetum.* δ Cantare.] *Aut*, incipere, ἐξάρχειν, *& ita apud Cyrillum. In quibuſdam libris eſt*, ἐξάρχει, *apud S.Hier.* deſiderium eius princeps illius ſit, *quòd Eccleſia pulcherrima, & dilecta ſit princeps ſynagogæ genitricis ſuæ.* ε Non ſicut.] *Apud S.Hier.in comm.videtur legi hoc modo ſine interrogatione. Sunt autem, qui legant per interrogationem*, nunquid ſicut, *&c.* ζ Longe.] *Sic apud Cyrillum. Sed apud S.Hier.coniungitur cum ſequentibus*, & longe habitans grex. η Mulieres venientes.] *Aq.* γυναῖκες ἐρχόμεναι φωτίζουσιν αὐτήν, mulieres venientes illuminant eam. *Symmachus*, γυναῖκες ἐρχόμεναι, καὶ διδάσκουσαι αὐτήν, mulieres venientes, & docentes eam. θ Concludet.] *Nonnulli*, συῤῥάξει, confliget. *Sed Cyrillus, vt noſtra, itemque* S.Hieron. *qui pro* συμφράξει, *quod eſt lxx inquit Aquilam, & Theodotionem vertiſſe*, ῥαβδιεῖ, quòd ſiue virga percutiet, ſiue ad virgam recenſebit numerum gregis ſui.

A

CAP. XXVIII.

VÆ coronæ * iniuriæ, * mercenarij Ephræm: flos cadens de gloria super verticem * montis pinguis, qui ebrij estis absque vino. Ecce forte, & durum furor, sicut grando, quæ fertur in pronum, non habens tegmen, quæ violenter decidit: sicut aquæ magna multitudo trahens regionem, * terræ faciet requiem, manibus, & pedibus conculcabitur corona iniuriæ, mercenarij Ephræm. Et erit flos, qui decidit de spe gloriæ, in summitate montis excelsi, sicut præmatura ficus, quam qui viderit, antequam sumat manu, cupiet eam deuorare. Die illa erit Dominus Sabaoth corona gloriæ, quæ compacta est gloriæ, B * reliquijs populi. Relinquentur in spiritu iudicij super iudicium, & fortitudinem vetantium interficere. Isti enim vino * deliquerunt, errarunt propter * siceram: sacerdos, & propheta exciderunt mente propter siceram, absorpti sunt propter vinum, vacillauerunt propter ebrietatem, errauerunt: hoc est * phasma. Maledictio comedet hoc cõsilium: siquidem istud consilium propter auaritiam est. Cui annunciauimus mala, & cui annunciauimus nuncium? qui ablactati sunt à lacte, qui abstracti ab vbere. Tribulationem super tribulationem expecta, spem super spem: adhuc parum, adhuc parum propter irrisionem C labiorum, propter linguam alteram: quia loquentur populo huic, dicentes eis: hæc est requies esurienti, & hæc contritio: & noluerunt audire. Et erit eis sermo Domini, tribulatio super tribulationem: adhuc parum, adhuc parum; vt * vadant, & cadant retrorsum: & conterentur, & periclitabantur, & capientur. Propterea audite verbum Domini viri tribulati, & principes populi huius, qui est in Hierusalem: quia dixistis: Fecimus testamentum cum inferno, & cum morte pacta: tempestas irruens si pertransierit, non veniet super nos: posuimus mendacium spem nostram: & mendacio protegemur. Propterea sic dicit Dominus Dominus: Ecce ego immittam in fundamenta Sion lapidem preciosum electum summum angularem honorabilem in fundamenta D eius: & * qui crediderit, non confundetur. Et ponam iudicium in spem: misericordia autem mea in pondera: & qui confiderunt frustra mendacio: quoniam non transibit per vos tempestas: nonne etiam auferet testamentum mortis, & spes vestra, quæ erga infernum, non permanebit? * Tempestas ruens si superuenerit; eritis ei in conculcationem: cum pertransierit; tollet vos, mane mane transibit, die, & in nocte erit spes pessima. Discite audire, qui estis in tribulatione: Non possumus pugnare: ipsi autem infirmi sumus, * vt vos congregemini. Sicut mons impiorum consurget Dominus, & erit in valle Gabaon: cum furore faciet opera sua, amaritudinis opus: & furor eius aliene E vtetur, & * perditio eius aliena. Et vos nolite lætari: neque confortentur vincula vestra: quia consummatas, & abbreuiatas res audiui à Domino Sabaoth, quas facturus est super omnem terram. Auribus percipite, & audite vocem meam: attendite, & audite sermones meos. Nunquid tota die arabit, qui arat? aut sementem præparabit, antequam operetur terram? Nonne, cum adæquauerit faciem eius, tunc seminat paruum * melanthium, aut cyminum, & rursus seminat triticum, & ordeum, & milium, & speltam in finibus tuis? Et erudieris iudicio Dei tui, & lætaberis. Non enim cum duritia mundatur melan-

thium, neque rota plaustri circuit super cyminum: sed virga excutitur melanthium; cyminum autem cum pane comedetur. Neque enim in sempiternum equidem irascar vobis: nec vox amaritudinis meæ conculcabit vos. Et hæc à Domino Sabaoth sunt egressa portenta. Inite consilium: exaltate vanam consolationem. A

α Iniuriæ.] τῆς ὕβρεως. *Eusebius*: Cæteri, τῆς ὑπερηφανίας, superbiæ. *Et S. Hier. 6. lib. comm. notat hoc esse vsitatum apud lxx. vt pro superbia iniuriam ponant.* β Mercenarij.] *S. Hieron.* Cæteri ebrios, soli lxx. μισθωτοὺς, idest, mercenarios transtulerunt. γ Montis pinguis.] *Aquila*, φάραγγος βυπαρῶν, vallem sordium. *Symm.* φάραγγος ποτίμων, vallis pinguedinum. *Th.* φάραγγος πιόνων, vallis pinguium. δ Terræ.] *In nonnullis est*, ἐν τῇ γῇ, in terra: *apud S. Hier.* trahens humum, & faciens sibi spacium. *Cyrillus autem cum his coniungit, quæ sequuntur,* manibus & pedibus, *quasi natantes, qui cum quiescunt manibus & pedibus, vi aquarum victi, tunc submerguntur. Alij autem coniungunt cum post sequentibus. Nonnulli,* manibus, *cum his,* & pedibus, *cum subsequentibus.* ε Reliquijs populi.] *Sic apud* S. *Hieron. quod græce est*, τοῦ καταλειφθέντι τοῦ λαοῦ. *In aliquot libris, & apud Theodoretum in comm. græcis, & Eusebium 2. Euang. demon.* αὐτοῦ, sui. *In plerisque & ad marginem Vaticani* τοῦ καταλειφθέντι μου λαοῦ ἐν αἰγύπτῳ, relicto populo meo in Ægypto: *& sic priora Cyrillus, sed non habet,* in Ægypto. ζ Deliquerunt.] *In cæteris, & in Vaticano appositum recentiori manu,* πεπλανημένοι, *& apud* S. *Hieron.* decepti sunt. η Siceram.] *Eusebius*. Cæteri nominarunt, μέθυσμα, inebriamentum. θ Phasma.] *S. Hier. interpretatur phasmata vmbras quasdam, & imagines, quæ cito pereunt, ac soluuntur.* ι Vadant.] *Legendum est in nostra* πορεύσωσι, *nam per errorem est*, πορεύσωσι. κ Qui crediderit.] *Sic apud S. Hier. In alijs, & apud Cyrillum additur,* ἐπ' αὐτῷ, in eo. *Eusebius: Cæteri,* ὁ πιστεύων οὐ σπεύσει, *quod in vulgata nostra,* qui crediderit, non festinet. λ Tempestas.] *Inquit S. Hier. Aq. & Symmachum esse interpretatos flagellum.* μ Vt vos congregemini.] *In quibusdam est,* ἡμᾶς, *& apud S. Hier.* vt congregemur. ν Perditio.] σαπρία. *Nonnulli* πικρία, *& apud S. Hier.* amaritudo. ξ Melanthium.] *Idest nigrum papauer: quod apud S. Hier.* gith. B

CAP. XXIX. C

VÆ Ariel, [α] ciuitas, quam expugnauit Dauid. Congregate genimina, annum super annum: [β] comedite: comedetis enim cum Moab: coangustabo enim Ariel: & erit fortitudo illius, & diuitiæ mihi: & circundabo, sicut Dauid, super te: & mittam vallum in circuitu tuo: & ponam per gyrum tui turres: & humiliabuntur in terram sermones tui: & in terram occident verba tua. Et [γ] erunt, sicut loquentium de terra, vox tua: & ad pauimentum vox tua infirmabitur. Et erunt sicut puluis de rota, diuitiæ impiorum, & sicut lanugo, quæ rapitur, multitudo opprimentium te: eritque, quasi punctus, repente à Domino Sabaoth. Visitatio enim erit cum tonitru, & commotione, & voce magna, tempestas ruens, & flamma ignis deuorans. Et erunt, sicut somnians per somnos noctis, diuitiæ omnium gentium, quæ militauerunt contra Ariel, & omnes, qui pugnabant contra Hierusalem, & vniuersi, qui congregati sunt super eam, & qui affligebant eam. Et sicut qui in somno [δ] bibunt, & comedunt, cumque surrexerint, vanum est somnium: & sicut somniat, qui sitit, quasi bibens, & cum surrexerit, adhuc sitit, & anima eius frustra sperauit; sic erunt diuitiæ omnium gentium, quicumque militauerunt contra montem Sion. Dissoluimini, & obstupescite, & crapulamini non à sicera, neque à vino: Quoniam potauit vos Dominus spiritu [ε] compunctionis: & claudet oculos eorum, & prophetarum eorum, & principum eorum, qui vident occulta. Et erunt vobis omnia verba hæc, sicut verba libri signati huius; quem si dederint ipsum homini scienti litteras, dicentes, lege hæc; & dicet: non possum legere: signatus enim est. Et dabitur liber hic in manus hominis nescientis litteras, & dicet ei, lege hunc: & dicet, nescio litteras. Et ait Dominus: Appropinquat mihi populus iste ore suo; & in labijs suis honorant me: cor autem eorum longe abest à D E

me. Fru-

me. Frustra autem colunt me, docentes hominum præcepta, atque doctrinas. Propterea ecce adijciam, vt transferam populum istum. Et transferam eos: & perdam sapientiam sapientum: & prudentiam prudentium [ζ] abscondam. Væ, qui profundum consilium faciunt, & non per Dominum. Væ, qui in occulto consilium faciunt, & erunt in tenebris opera eorum: & dicent: quis vidit nos? & quis sciet nos, vel, quæ nos facimus? Nonne vt lutum figuli reputabimini? Nunquid dicet figmentum fictori suo, non tu me formasti? aut factura factori, non sapienter me fecisti? Nonne adhuc modicũ; & transferetur Libanus, sicut mons Chermel, & Chermel in saltum reputabitur? Et audient in die illa surdi verba libri: & qui in tenebris, & qui in nebula, oculi cæcorum videbunt: & lætabuntur inopes propter Dominũ in lætitia: & desperati homines implebuntur lætitia. Defecit iniquus, & perijt superbus: & exterminati sunt, qui inique agunt in malitia, & qui faciunt peccare homines in verbo: omnes autẽ arguentes in portis, offensionem ponent; quia obliquauerunt pro iniustis iustum. Propterea hæc dicit Dominus super domum Iacob, quam separauit ex Abraam: Non confundetur modo Iacob, neque nunc faciem mutabit: sed, cum viderint [η] filij eorum opera mea; propter me sanctificabunt nomen meum, & sanctificabunt sanctum ipsius Iacob, & Deum Israel timebunt: & scient, qui errant spiritu, intelligentiã: & mussitatores discent obedire, [θ] & linguæ balbutientes discent loqui pacem.

α Ciuitas, quam expugnauit Dauid.] *Aquila, πολίχνη παρεμβλήσεως δαυίδ,* ciuitatula, *(ita enim interpretatur* S. *Hier.)* castrametationis Dauid. *Addit S. Hier. Symmachum dixisse,* castrum Dauid, *Theodotionem,* circumuallatio Dauid. β Comedite.] *Ita etiam* S. Hieron. *abest autem à nonnullis codicibus, & à Cyrillo.* γ Erunt.] *In multis* ἔσται, *& apud* S. Hieron. erit: *qui etiam testatur pro eo, quod sequitur,* loquentium de terra, *Aquilam dixisse magum.* δ Bibunt.] *S. Hieron. pro* πίνοντες, *videtur habuisse* πεινῶντες, *ita enim est apud illum,* qui in somnis esuriunt. ε Compunctionis.] *Th.* ἐκστάσεως, *(aut, vt S. Hieron* ἐκνύξεως,) excessus mentis: *Aquila,* καταφορᾶς grauis somni. ζ Abscondam.] *Ita etiam* SS. *Hieron. & Cyrillus. Sed Iustinus in dial. cum Tryphone,* ἀθετήσω, *sicut* 1. *Cor.* 1. *& Eusebius in comm. græcis, &* S. *Cyprianus de bono patientiæ,* reprobabo. η Filij eorum.] *Sic explanat Cyrillus, & optime videtur constare sententia. Alij autem interpretantur filios suos, & apud S. Hieronymum,* sed cum viderit filios suos opera mea. θ Et linguæ balbutientes discent loqui pacem.] *Hæc Sanctus Hieronymus obelo prænotat.*

CAP. XXX.

VÆ filij desertores, dicit Dominus. Fecistis consilium, non per me, & pacta non per spiritum meum, vt adderetis peccata peccatis: qui vadunt descendere in Ægyptum (me autem non interrogauerunt;) vt acciperent auxilium à Pharaone, & protegerentur ab Ægyptijs. Erit enim vobis protectio Pharaonis in confusionem, & his, qui confidunt in Ægypto, opprobrium. Sunt enim in Tani principes, nuncij pessimi. Frustra laborabunt ad populum, qui eis non proderit ad [α] auxilium, sed ad confusionẽ, & opprobrium.

VISIO QVADRVPEDVM IN DESERTO.

IN tribulatione, & angustia leo, & catulus leonis: inde etiam aspides, & genimina aspidum volantium: qui ferebant super asinos, & camelos diuitias suas ad gentem, quæ eis non proderit. Ægyptij inania, & vacua proderunt vobis? Annuncia eis, quia [β] vana consolatio vestra hæc. Nunc igitur sedens scribe super [γ] buxum hæc, & in libro: quoniam [δ] erunt in dies hæc tempore, & vsque in

que in æternum. Quia populus inobediens est, filij mendaces, qui nolunt audire legem Dei: qui dicunt prophetis, nolite annunciare nobis: & videntibus visiones, nolite loqui nobis: sed nobis loquimini, & annunciate nobis alteram seductionem, & auertite nos à via hac: auferte à nobis semitam hanc, & auferte à nobis eloquium Israel. Propterea hæc dicit sanctus Israel: quia increduli fuistis verbis his, & sperastis in mendacio, & quia murmurasti, & fidens fuisti in verbo isto; propterea erit vobis peccatum hoc, sicut murus decidens subito ciuitatis munitæ captæ, cuius repente adest ruina: & ruina eius erit, sicut contritio vasis testacei ex figuli officina, [s] comminuta, ita vt non inueniatur in eis testa, in qua ignem tollas, & in qua [ς] extrahas aquam pusillam. Sic dicit Dominus Dominus sanctus Israel. Cum reuersus ingemueris, tunc saluus eris, & scies, vbi fueris: quia confidebas super vanis; vana facta est fortitudo vestra. Et noluistis audire, sed dixistis: super equos fugiemus: (propterea fugietis) & super leuibus ascensoribus [v] erimus: ideo leues erunt, qui persequuntur vos. Mille ad vocem vnius fugient: & ad vocem quinque fugient multi: donec relinquamini, quasi malus nauis super montem, & quasi signum ferens super collem. Et rursus expectabit Deus, vt misereatur vestri: & propterea exaltabitur, vt parcat vobis: quia iudex Dominus Deus [θ] vester. Beati [ι] qui immanent in eo: quia populus sanctus in Sion habitabit: & [κ] Hierusalem ploratu plorauit, miserere mei. Miserebitur tui: [λ] vocem clamoris tui quando vidit; exaudiuit te. Et dabit Dominus vobis panem tribulationis, & aquam angustam: & nequaquam vltra appropinquabunt tibi, qui decipiant te: quia oculi tui videbunt eos, qui te seducebant: & aures tuæ audient verba post te decipientium, qui dicebant: hæc via, ambulemus in ea, siue ad dextram, siue ad sinistram. Et contaminabis idola deargentata, & deaurata: comminues ea, & disperges, sicut aquam menstruatæ: & sicut stercus, abijcies ea. Tunc erit pluuia semini terræ tuæ: & panis frugum terræ tuæ erit abundans, & pinguis. Et pascentur iumenta tua in die illa locum pinguem, & spaciosum. Tauri vestri, & boues, qui operantur terram, comedent paleas commistas in ordeo ventilato. Et erit super omnem montem excelsum, & super omnem collem eleuatum aqua transiens in [μ] die illa, cum perierint multi, & cum ceciderint turres. Et erit lumen Lunæ, sicut lumen Solis, & lumen Solis erit septuplum in die, quando sanauerit Dominus contritionem populi sui; & dolorem plagæ tuæ curabit. Ecce nomen Domini venit post [ν] tempus: ardens furor cum gloria: eloquium labiorum eius, eloquium iræ plenum: & ira furoris, sicut ignis, deuorabit: & spiritus eius sicut aqua in valle trahens veniet vsque ad collum, & diuidetur, vt conturbet gentes super errore vano: & persequetur eos error, & capiet eos ad faciem ipsorum. Nunquid semper oportet vos lætari & ingredi in sancta mea iugiter, quasi festa celebrantes, & quasi gaudentes ingredi cum tibia in montem Domini ad Deum Israel? Et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ, & furorem brachij sui [ξ] ostendere; cum furore, & ira, & flamma deuorante fulminabit vehementer, & sicut aqua, & grando descendens cum vi. Per vocem enim Domini superabuntur Assyrij plaga, qua percutiet eos: & erit ei per circuitum, vnde erat eorum spes auxilij, in qua ipse confidebat; ipsi cum tympanis, & cithara pugnabunt contra eum ex commutatione. Tu [ο] enim ante dies exigeris. Nunquid & tibi paratum est regnare? vallem

A vallem profundam, ligna poſita, ignem, & ligna multa, furor Domini, ſicut vallis ſulphure ſuccenſa.

[α] Auxilium.] *In aliquo codice additur, οὔτε εἰς ὠφέλειαν, & apud S.Hier.* neque in vtilitatem. [β] Quia vana.] *Quomodo hunc locum cæteri tranſtulerint, legitur apud S.Hier.* [γ] Buxum.] *Idem ex Symmacho,* ἐπὶ πυξίου, ideſt ſuper latiſſimam tabulam. [δ] Erunt in dies hæc tempore.] *Alij,* ἔσονται εἰς ἡμέρας καιρῶν ταῦτα, erunt in dies temporum hæc. [ε] Comminuta] λεπτά, *quaſi fragmenta. In multis eſt* λεπτοῦ, *quaſi vaſe, aut officina comminuta.* [ζ] Extrahas.] ἀποσυριεῖς, *vt plerique, aut* ἀποσυρεῖς, *vt nonnulli.* [η] Erimus.] *Ita etiam S. Hieron. Alij,* ἀναβησόμεθα, aſcendemus: *vnus,* φευξόμεθα, fugiemus. [θ] Veſter.] *In quibuſdam ſequitur,* καὶ ποῦ καταλείψετε τὴν δόξαν ὑμῶν; & vbi relinquetis gloriam veſtram? *quod etiam explicatur à Cyrillo.* [ι] Qui immanent in eo.] *Euſebius,* aut iuxta Symmachum, ὑπομένοντες αὐτόν, ſuſtinentes eum: *qui etiam apud lxx. pro* ἐπ᾽ αὐτῷ, *legit* ἐν αὐτῷ. [κ] Et Hieruſalem.] *Symmachus,* ἱερουσαλὴμ κλαυθμῷ οὐ κλαύσεις, Hieruſalem ploratu non plorabis: *Th.* ἐν ἱερουσαλὴμ κλαυθμῷ οὐ κλαυθήσεται, in Hieruſalem ploratione non plorabitur. [λ] Vocem.]

B *Euſebius ex alia interpretatione,* τὴν φωνὴν τῆς βοῆς σου καθὼς ἂν ἀκουσθῇ, ἀκούει σου, vocem clamoris tui ſimulatque audierit, audit te. [μ] In die illa.] *Symmachus,* ἐν ἡμέρᾳ σφαγῆς πολλῆς, ἐν τῷ πεσεῖν μεγάλους, in die interfectionis multæ, cum ceciderint magni. [ν] Tempus.] *In alijs additur* πολλοῦ, *& apud S.Hier.* multum. *Euſebius,* cæteri, μακρόθεν, de longe: *vt vulgata noſtra.* [ξ] Oſtendere.] *In aliquo eſt* δείξει *& apud S.Hieron.* oſtendet. [ο] Tu enim ante dies exigeris.] *Alij,* οὐ γὰρ πρὸ ἡμερῶν ἀθετηθήσῃ, non enim ante dies reprobaberis: *aut,* ἀπατηθήσῃ, decipieris: *aut,* ἀπαιτηθήσῃ, exigeris: *quod ita explicat Cyrillus,* non ante tempus exigeris pœnas pro ijs, quæ in meos debacchatus es. *Apud Sanctum Hieronymum eſt,* tu enim ante dies decipieris: *Ita partim cum noſtra conuenit, partim diſcrepat.*

CAP. XXXI.

C VÆ, qui deſcendunt in Ægyptum ad auxilium, qui in equis fidentes ſunt, & in currubus: quia multi ſunt, & in equis multitudo magna. Et non fuerunt fidentes ſuper ſanctum Iſrael: & Dominum non requiſierunt. Et ipſe ſapienter adduxit ſuper eos mala: & verbum eius non fruſtrabitur: & inſurget ſuper domos hominum peſſimorum, & ſuper ſpem eorum vanam, Ægyptium, hominem, & non Deum, equorum carnes, & non eſt auxilium. Dominus autem inducet manum ſuam ſuper eos. Et laborabunt auxiliatores: & ſimul omnes peribunt: Quia ſic dixit mihi Dominus. Quomodo clamabit leo, aut catulus leonis ſuper venatione, quam cepit, & vociferabitur ſuper ea, donec

D impleantur montes voce eius, & victi fuerint, & multitudinem furoris expauerint; ſic deſcendet Dominus Sabaoth, vt prælietur ſuper montem Sion, ſuper montes eius. Sicut aues volantes, ſic proteget Dominus Sabaoth ſuper Hieruſalem, proteget, & eruet, & conſeruabit, & ſaluabit. Conuertimini, qui profundũ conſilium conſultabatis, & iniquum, filij Iſrael. In die enim illa abijcient homines manufacta ſua argentea, & manufacta aurea, quæ fecerant manus eorum: & cadet Aſſur: non gladius viri, neque gladius hominis vorabit eum: & fugiet non à facie gladij. Iuuenes autem erunt in cladem: petra enim circundabuntur, quaſi vallo, & vincentur: qui autem fugerit, capietur. Hæc dicit Dominus: [α] Beatus, [β] qui habet in Sion ſemen, & domeſticos in Hieruſalem.

E

[α] Beatus.] *Euſebius:* Sciendum vero eſt iſtud μακάριος, neminem interpretum poſuiſſe. [β] Qui habet.] *Symm.* ἔχει πῦρ ἐν σιὼν, καὶ κλίβανον ἐν ἱερουσαλὴμ, habet ignem in Sion, & clibanum in Hieruſalem. *Aq. & Th.* φῶς αὐτῷ ἐν σιὼν, καὶ κλίβανος αὐτῷ ἐν ἱερουσαλὴμ, lumen ei in Sion, & clibanus in Hieruſalem. *De qua varietate diſputat Sanctus Hieronymus.*

CAP. XXXII.

ECCE enim rex iuſtus regnabit: & [α] principes cum iudicio præerunt. Et [ς] erit homo occultans ſermones ſuos, & abſcondetur, quaſi ab aqua, quæ fertur: & apparebit in Sion, ſicut fluuius currens inclytus in terra ſitienti: & nequa-

&nequaquam vltra erunt confidentes in hominibus: sed aures ad audiendum dabunt:& cor infirmorum attendet auditui:& linguæ balbutientes cito discent loqui pacem,& nequaquam vltra dicent stulto, vt princeps sit, nec vltra dicent ministri tui, tace. Fatuus enim fatua loquetur,& cor eius vana intelliget ad perficiendum iniqua, & loquendum ad Dominum errorem, vt dispergat animas esurientes,& animas sitientes vacuas γ faciet. Consilium enim pessimorum iniqua cogitabit, interficere humiles in sermonibus iniquis,& dissipare verba humilium in iudicio. Pij autem sapientia cogitarunt:& hoc consilium permanet. Mulieres diuites surgite,& audite vocem meam: filiæ in spe audite verba mea: δ diei anni memoriam facite in dolore cum spe. Consumpta est vindemia, ε cessauit, non vltra veniet: obstupescite, tristamini confidentes, exuimini, nudæ fiamini, ζ accingite lumbos,& super vbera plangite, de agro desiderij, & vite geniminis. η Terra populi mei, spina, & fœnum ascendet:& ex omni domo lætitia tolletur: ciuitas opulenta, domus derelictæ: diuitias ciuitatis dimittent, domos θ desiderij. Et erunt ι villæ, speluncæ vsque in seculum, lætitia asinorum agrestium, pascua pastorum; donec venerit super vos spiritus ab excelso. Et κ Chermel erit desertum, & Charmel in saltum deputabitur. Et requiescet in deserto iudicium:& iustitia in Charmelo habitabit. Et erunt opera iustitiæ, pax: & obtinebit iustitia requiem:& λ confidentes vsque in seculum: & habitabit populus eius in ciuitate pacis,& inhabitabit confidenter, & requiescent cum diuitijs. Grando autem si descenderit; non veniet super vos. Et erunt qui inhabitant in syluis, fidentes, sicut, qui in campestri. Beati seminantes super omnem aquam, vbi bos, & asinus calcat.

α Principes cum iudicio præerunt.] *Eusebius*, Cæteri, καὶ ἄρχοντες εἰς κρίμα ἄρξουσι, & principes in iudicio principabuntur. β Erit homo.] *Eusebius ex alia tralatione*, καὶ ἔσται ἀνὴρ ὡς ἀποκρυφὴ ἀπὸ πνεύματος, καὶ λαίλαπος, & erit vir, tanquam latibulum à vento,& turbine. γ Faciet.] *In plerisque est* ποιῆσαι, *& apud* S. *Hieron.* faciat. δ Diei anni.] *Visa est hæc interpretatio conuenire explanationi Cyrilli: posset tamen istud*, ἡμέρας ἐνιαυτοῦ, *reddi*, die, *aut*, diebus anni. S. *Hier. in comm. cap.* 34.& dierum anni recordamini. ε Cessauit.] *In multis additur*, ὁ σπόρος, καὶ, seminatio,&. ζ Accingite lumbos.] *Sic etiam Cyrillus. In alijs est* περιζώσασθε σάκκους ὀσφύας, circuncingite saccis lumbos, *& in aliquo additur*, ὑμῶν, vestros. η Terra.] *Compl.* ἐν γῇ, in terra. *Sed S. Hier. refert ex lxx.* ἐπὶ γῆς, super terram. θ Desiderii.] *Alij*, ἐπιθυμητούς, desideratas. ι Villæ.] *Apud S. Hier. additur*, σου, tuæ, *& afferuntur aliorum interpretationes.* κ Et Chermel.] *Symm.* καὶ ἔσται ἡ ἔρημος εἰς κάρμηλον, & erit desertum in Carmelo. λ Confidentes.] *In plerisque additur*, ἔσονται, erunt.

C A P. XXXIII.

VÆ, qui vos miseros faciunt: vos autem nemo facit miseros:& qui reprobat vos, non reprobat. Capientur reprobantes,& tradentur:& quasi tinea in vestimento, sic superabuntur. Domine miserere nostri: in te enim confidimus. Factum est semen incredulorum in perditionem: salus autem nostra in tempore tribulationis. Propter vocem timoris obstupuerunt populi à timore tuo,& dispersæ sunt gentes. Nunc autem congregabuntur spolia vestra parui, & magni: quomodo, siquis congreget locustas, sic illudent vobis. Sanctus Deus, qui habitat in excelso. Repleta est Sion iudicio,& iustitia: in lege tradentur: in thesauris salus nostra: α illic sapientia, & scientia, & pietas erga Dominum: isti sunt thesauri sapientiæ. Ecce nunc in timore vestro ipsi timebũt: quos timebatis, β clamabunt à vobis: angeli mittentur amarè flentes, obsecrantes

crantes

A crantes pacem. Desolabuntur enim istorum viæ: cessauit timor gentium: & testamentum, quod erga istos, tollitur: & non reputabitis istos, homines. Luxit terra, confusus est Libanus, paludes factus est Saron. Manifesta erit Galilæa, & Chermel. Nunc exurgam, dicit Dominus, nunc glorificabor, nunc exaltabor, nunc videbitis, nunc [γ] sentietis. Vana erit fortitudo spiritus vestri: ignis deuorabit vos: & erunt gentes combustæ, sicut spina in agro proiecta, & combusta. Audient, qui longe sunt, quæ feci: Scient, qui appropinquant, fortitudinem meam. Recesserunt, qui erant in Sion iniqui: apprehendet tremor impios. Quis annunciabit vobis, quia ignis ardet? Quis annunciabit vobis locum æternum?
B Qui ambulat in iustitia, qui loquitur rectam viam, odit impietatem, & iniquitatem, & manus excutit à muneribus, qui obturat aures, vt non audiat iudicium sanguinis, claudit oculos, ne videat iniquitatem; [δ] iste habitabit in excelsa spelunca petræ fortissimæ. Panis ei dabitur, & aqua eius fidelis. Regem cum gloria videbitis: oculi vestri videbunt terram de longe: anima vestra meditabitur timorem. Vbi sunt grammatici? vbi consiliatores? vbi est, qui numerat eos, qui [ε] nutriũtur? paruum, & magnum populum, cui non dedit consilium, neque sciebat profundam vocem habentem; ita vt non audiret populus contemptus: & non est audienti intelligentia. Ecce Sion ciuitas, salutare nostrum, oculi tui videbunt
C Hierusalem: ciuitas diues, tabernacula, quæ non commouebuntur, neque mouebuntur paxilli tabernaculi eius in sempiternum tempus, & funiculi eius non disrumpentur: quia nomen Domini magnum vobis. Locus vobis erit, flumina, & riui lati, & spaciosi. Non ibis hanc viam: neque ibit nauis [ζ] impellens remigio. Deus enim meus magnus est. Non transibit me Dominus iudex noster, Dominus princeps noster, Dominus rex noster: Dominus ipse saluabit nos. Disrupti sunt funiculi tui; quia non præualuerunt. Malus tuus inclinatus est: non demittet vela, non eleuabit signum, donec tradatur in direptionem. Multi igitur claudi prædam facient, & non dicent, laborabo, populus, qui habitat in eis: dimittetur enim eis delictum.
D

α Illic.] ἐκεῖ. *In quibusdam est*, ἥκει, *& apud S.Hier.* venit. β Clamabunt.] *In aliquo est*, φοβηθήσονται, timebunt. γ Sentietis.] αἰσθηθήσεσθε, *aut* αἰσθήσεσθε, *vt in quibusdam. In vno legitur*, αἰσχυνθήσεσθε, confundemini. δ Iste habitabit.] *Symm.* αὐτὸς ἐν ὑψηλοῖς κατασκηνώσει, ὡς ὀχυρώματα πετρῶν τὸ ὕψος αὐτοῦ, ipse in excelsis habitabit, sicut munimenta saxorum sublimitas eius. ε Qui nutriuntur.] τοὺς τρεφομένους. *Sic videtur fere respondere vulgatæ nostræ*, vbi doctor paruulorum? *Apud S.Hier. in vetustiore est*, qui nutriunt? & paruum, *&c. Sed suspicari licet, legendum*, nutriuntur. *In alijs est*, τοὺς συστρεφομένους μικρόν, conglobantes paruum, *&c. quod pulchre Cyrillus Scribis, & Pharisæis accommodat.* ζ Impellens.] *Apud S.Hier. post illud*, spaciosi, *hæc sequuntur*, non ingredietur per eam nauis agitata remigio.

CAP. XXXIV.

E ACCEDITE gentes, & audite principes. Audiat terra, & qui in ea, orbis terræ, & populus, qui in ea. Quia furor Domini super omnes gentes, & ira super [α] numerum earum, ad perdendos eos, & tradendos eos in occisionem. Vulnerati autem eorum proijcientur, etiam mortui: & ascendet eorum [β] odor: & rigabuntur [γ] montes à sanguine eorum. Et [δ] tabescent omnes virtutes cælorum, & complicabitur cælum, sicut liber: [ε] & omnes stellæ cadent, sicut folia ex vite, & sicut cadunt folia de ficu. Inebriatus est gladius meus in cælo: ecce super Idumæam descendet, & super populum perditionis cum iudicio.

Gladius

Gladius Domini impletus eſt ſanguine: incraſſatus eſt de adipe, de ſanguine hircorum, & ζ agnorum, & de adipe hircorum, & arietum. Sacrificium enim Domino in Boſor, & mactatio magna in Idumæa: & concidēt robuſti cum eis, & arietes, & tauri: & inebriabitur terra ex ſanguine; & ex adipe eorum implebitur. Dies enim iudicij Domini: & annus retributionis iudicij Sion. Et vertentur valles eius in piſcem, & terra eius in ſulphur: & erit terra eius, quaſi pix ardens nocte, & die, & non extinguetur in ſempiternum tempus: & aſcēdet fumus eius ſurſum: in generationes ſuas deſolabitur: & in tempus multum aues, & hericij, & ibes, & corui habitabunt in ea. Et immittetur ſuper eam funiculus geometriæ deſerti: & onocentauri habitabunt in ea. Principes eius non erunt: reges enim & magnates eius erunt in perditionem. Et pullulabunt in ciuitatibus eorum ſpinea ligna, & in munitionibus eius: & erit caulæ η ſirenum, & atrium ſtruthionum: & occurrent dæmonia onocentauris: & clamabunt alter ad alterum: illic requieſcent onocentauri, inuenientes ſibi requiem: illic nidificauit hericius: & ſaluauit terra filios eius cum ſecuritate: ibi occurrerunt cerui, & viderunt facies inter ſe: numero tranſierunt, & vna ipſarum non perijt: altera alteram non requiſierunt: quia Dominus eis mandauit, & ſpiritus ipſius congregauit ea. Et ipſe mittet eis ſortes, & manus eius diſtribuit, vt paſcantur: in æternum tempus poſsidebitis: generationes generationum requieſcent ſuper eam.

α Numerum.] *Significat S.Hier. alios dixiſſe militiam, quod lxx.* ἀριθμόν. β Odor.] *Symm.* ἀναβήσεται ἡ δυσωδία, aſcendet fœtor. γ Montes.] *Euſebius*, virtutes cælorum montes ſub intelligentiam cadentes. δ Et tabeſcent omnes virtutes cælorum.] *Hæc apud Cyrillum non habentur. Euſebius.* Hoc in lxx. interpretatione minime poſitum, ex aliorum interpretatione cum aſteriſcis eſt adiunctum. ε Et omnes.] *Euſebius:* Aquila, καὶ πᾶσα στρατιὰ αὐτῶν ἀποῤῥεύσει, ὡς ἀποῤῥεῖ φύλλον ἀπὸ ἀμπέλου, καὶ ὡς ἀπόπτωμα ἀπὸ συκῆς, & omnis militia eorum defluet, ſicut defluit folium de vite, & ſicut deciduum de ficu. *Symm.* καὶ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτοῦ πεσεῖται, ὡς πίπτει φύλλον ἀπὸ ἀμπέλου καὶ ὡς ἀπόπτωμα ἀπὸ συκῆς, & omnis virtus eius cadet, ſicut cadit folium de vite, & ſicut deciduum de ficu. Conſeruata enim hæc nobis ſunt ad oſtendendum, quæ apud lxx. dicta ſunt aſtra, apud cæteros interpretes nominari virtutes cæli. ζ Agnorum.] ἀμνῶν. *Euſebius*, aut ſecundū cæteros interpretes, κριῶν, agnorum ætate prouectiorum. η Sirenum.] *Sch.* Sirenas vocat ea, quæ inter volatilia emittunt noctu querulam vocem, ac prope vlulant, quemadmodum noctua, & ſimilia. *Legendus eſt S. Hier. qui varietates ex alijs interpretibus affert.*

CAP. XXXV.

LÆTARE deſertum ſitiens: exultet ſolitudo, & floreat quaſi lilium. Et α efflorebunt, & exultabunt deſerta Iordanis: gloria Libani data eſt ei, & β honor Carmeli. Et populus meus videbit gloriam Domini, & altitudinem Dei. Confortamini manus remiſſæ, & genua diſſoluta. Conſolamini vos, puſillanimes mente, confortamini, nolite timere. Ecce Deus noſter iudicium retribuit, & retribuet: ipſe veniet, & ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum audient. Tunc ſaliet, ſicut ceruus, claudus: expedita autem erit lingua balborum: quia ſciſſa eſt in deſerto aqua, & vallis in terra ſitienti: & erit inaquoſa in paludes: & in ſitiente terra fons erit; ibi lætitia auium, & γ caulæ arundinis, & paludes. Erit ibi via munda, & via ſancta vocabitur: & non tranſibit illic immundus: neque erit ibi via immunda: qui autem diſperſi ſunt, ibunt ſuper eam, & non errabunt. Et non erit ibi leo: & mala beſtia non aſcendet in eam, neque inuenietur ibi: ſed ambulabunt in ea redempti, & congregati

gregati

A gregati per Dominum. Et reuertentur, & venient in Sion cum lætitia: & lætitia sempiterna super caput eorum. Super caput enim eorum laus, & exultatio, & lætitia apprehendet eos: fugit dolor, & tristitia, & gemitus.

α Efflorebunt.] *Seuerus*, καὶ ὑλοχαρήσει, & læte syluescent. β Honor Carmeli.] *Symm* ἡ δ' εὐπρέπεια τοῦ καρμήλου, καὶ τοῦ πεδίου, αὐτοὶ ὄψονται τὴν δόξαν τοῦ κυρίου decor Carmeli, & campi. Ipsi videbunt gloriam Domini. *Th.* ὡραιότης τοῦ καρμήλου, καὶ τοῦ σαρών, species Carmeli, & Saron. *Notat etiam S. Hieron Symm ubum pro Saron dixisse campos.* γ Caulæ arundinis.] *Ita etiam Cyrillus. In quibusdam libris additur*, ποιμνίων, gregis. *Apud S. Hieronymum ex lxx. est tantum*, caulæ gregum.

CAP. XXXVI.

B ET factum est in quarto & decimo anno regnante Ezecia, ascendit Sennacherim rex Assyriorum super ciuitates Iudææ munitas, & cepit eas. Et misit rex Assyriorum Rabsacen de Laches in Hierusalem ad regem Ezeciam cũ virtute multa. Et stetit in aquæductu piscinæ superioris in via agri fullonis. Et egressus est ad eũ Eliacim filius Chelciæ œconomus, & Somnas scriba, & Ioach filius Asaph à commentarijs. Et dixit eis Rabsaces. Dicite Ezeciæ: Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum. Quid fidens es? Nunquid in consilio, & sermonibus labiorum prælium fit? Et nunc super quem confidisti, quia inobediens C es mihi? Ecce fidens es super virgam arundineam confractam istam, super Ægyptum: sicut si innitatur vir super eam; intrabit in manum eius, & perforabit eã; sic erit Pharao rex Ægypti, & omnes, qui confidunt in eo. Sin autem dicitis, super Dominum Deum nostrum α confidimus; nunc admiscemini Domino meo regi Assyriorum: & dabo vobis duo millia equorum, si poteritis præbere ascensores super eos. Et quomodo potestis auertere in faciem Toparcharum? Serui sunt, qui confiderunt in Ægyptijs, in equum, & ascensorem. Et nunc non sine Domino ascendimus super regionem hanc ad oppugnandam eam. Dominus dixit ad me: Ascende super terram istam, & disperde eam. Et dixit ad eum Eliacim, & Somnas, & Ioach: Loquere ad seruos tuos Syriace: audimus enim nos: & D ne loquaris ad nos Iudaice. Et vtquid loqueris in aures hominum, super murum? Et dixit ad eos Rabsaces: Nunquid ad dominum vestrum, vel ad vos misit me dominus meus loqui verba hæc? nonne ad homines, qui sedent super murum? vt comedant stercus, & bibant vrinam vobiscum simul? Et stetit Rabsaces, & exclamauit voce magna Iudaice, & dixit: Audite verba regis magni, regis Assyriorum: Hæc dicit rex: Non seducat vos Ezecias sermonibus: non poterit eruere vos: neque dicat vobis Ezecias, quia eruet vos Deus, & non tradetur ciuitas hæc in manu regis Assyriorum. Nolite audire Ezeciam. Hæc dicit rex Assyriorum: Si vultis benedici; egredimini ad me, & comedite vnusquisque vi- E tem suam, & ficus, & bibite aquam de cisterna vestra; donec veniam, & tollam vos ad terram, sicut terra vestra, terra frumenti, & vini, & panum, & vinearum Ne seducat vos Ezecias, dicens: Deus liberabit nos. Nunquid liberauerunt Dij gentium, vnusquisque regionem suam de manu regis Assyriorum? Vbi est Deus Emath, & Arphath? & vbi Deus ciuitatis Eppharuæm? Nunquid potuerunt eruere Samariam de manu mea? Quis est ex omnibus Dijs gentium istarum; qui eruerit terram suam de manu mea; quia eruet Deus Hierusalem de manu mea? Et siluerunt: & nemo respondit ei verbum: quia mandauerat rex, neminem respondere.

ſpondere. Et ingreſſus eſt Eliacim, filius Chelciæ œconomus, & Somnas ſcriba virtutis, & Ioach filius Aſaph à commentarijs ad Ezeciam, ſciſsis tunicis: & nunciauerunt ei verba Rabſacis.

a Confidimus.] *In cæteris hæc ſequuntur.* οὐκ αὐτός ἐστιν, οὗ ἀφεῖλεν ἐζεκίας τὰ ὑψηλὰ αὐτοῦ, καὶ τὰ θυσιαστήρια αὐτοῦ, καὶ εἶπε τῇ ἰούδᾳ, καὶ τῇ ἱερουσαλὴμ, κατὰ πρόσωπον τοῦ θυσιαστηρίου τούτου προσκυνήσετε; nonne ipſe eſt, cuius abſtulit Ezecias excelſa eius, & altaria eius, & dixit ad Iudam, & Hieruſalem, ad faciem altaris huius adorate? *Quæ nec Cyrillus habet. Habentur quidem* 4. reg. 18.

CAP. XXXVII.

ET factum eſt, cum audiſſet rex Ezecias; ſcidit veſtimenta, & obuolutus eſt ſacco, & aſcendit in domum Domini. Et miſit Eliacim œconomum, & Somnā ſcribam, & ſeniores ſacerdotum opertos ſaccis ad Eſaiam filium Amos prophetam. Et dixerunt ei: Hæc dicit Ezecias: Dies tribulationis, & opprobrij, & correptionis, & iræ hodierna dies: quia venit dolor parturienti: virtutem autem non habet pariendi. [a] Exaudiat Dominus Deus tuus verba Rabſacis, quæ miſit rex Aſſyriorum, ad exprobrandum Deum viuentem, & exprobrandum ſermonibus, quos audiuit Dominus Deus tuus. Et orabis ad Dominum tuum pro derelictis his. Et venerunt pueri regis Ezeciæ ad Eſaiam. Et dixit eis Eſaias: Sic dicetis ad dominum veſtrum: Hæc dicit Dominus: Ne timeas à verbis, quæ audiſti, quibus exprobrauerunt me legati regis Aſſyriorum. Ecce ego immitto in eum ſpiritum: & audiens nuncium reuertetur in regionem ſuam, & cadet gladio in terra ſua. Et reuertit Rabſaces, & inuenit regē Aſſyriorum oppugnantem Lobnam: & audiuerat, quia promouerat de Lachis. Et egreſſus eſt Tharaca rex Æthiopum ad oppugnandum eum. Et audiens reuertit, & miſit nuncios ad Ezeciam, dicens: Sic dicetis Ezeciæ regi Iudææ. Non te decipiat Deus tuus, in quo confidiſti in eo, dicens: non tradetur Hieruſalem in manu regis Aſſyriorum. Tu non audiſti, quæ fecerunt reges Aſſyriorum, vniuerſam terram [b] quomodo diſperdiderunt? & tu liberaberis? Nunquid eruerūt eos Dij gentium, quos diſperdiderunt patres mei, Gozan, & Charran, & Rapheth, quæ ſunt in regione Theemath? Vbi ſunt reges Emath? & vbi Arthath, & vbi ciuitatis Eppharuæm [c] Anaguganā? Et accepit Ezecias librum à nuncijs, & legit illum: & aſcendit in domum Domini, & aperuit illum ante Dominum. Et orauit Ezecias ad Dominum, dicens: Dominus Sabaoth Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubim, tu es Deus ſolus omnis regni orbis terrarum: tu feciſti cælum, & terram. Inclina Domine aurem tuam, exaudi Domine, aperi Domine oculos tuos: inſpice Domine, & vide verba Sennacherim, quæ miſit ad exprobrandum Deum viuentem. In veritate enim Domine deſolauerunt reges Aſſyriorum totum orbem terræ, & regionem eorum, & iniecerunt idola eorum in ignem. Non enim Dij erant, ſed opera manuum hominum, ligna, & lapides: & [d] abiecerunt eos. Nunc autem Domine Deus noſter ſalua nos de manu eius; vt cognoſcat omne regnum terræ, quia tu es Deus ſolus. Et miſſus eſt Eſaias filius Amos ad Ezeciam, & dixit ei: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Audiui, quæ oraſti ad me de Sennacherim rege Aſſyriorum. Hoc eſt verbum, quod loquutus eſt de eo Deus. Vilipendit te, & ſubſannauit te, virgo filia Sion: ſuper te caput mouit, filia Hieruſalem. Quem exprobraſti, & irritaſti? aut erga quem exal-

taſti

A tasti vocem tuam? Et nõ eleuasti in altitudinem oculos tuos ad sanctum Israel; quia per nuncios exprobrasti Dominum. Tu enim dixisti: multitudine curruum ego ascendi in altitudinem montium, & in vltima Libani, & succidi altitudinem cedri eius, & pulchritudinem cupressi, & intraui in altitudinem partis syluæ: & posui pontem: & desolaui aquas, & omnem congregationem aquæ: non hæc audisti, olim quæ ego feci? Ex diebus antiquis constitui: nunc autem ostendi, desolare gentes in munitionibus, & habitantes in ciuitatibus munitis: remisi manus: & exaruerunt, & facti sunt quasi fœnum aridum super tecta, & quasi gramen. Nunc autem requiem tuam, & exitum tuum, & introitum B tuum ego scio: furor autem tuus, quo furis, & amaritudo tua ascendit ad me: & immittam circulum in nasum tuum, & frænum in labia tua: & auertam te via, qua venisti in ea. Hoc autem tibi signum. Comede hoc anno, quæ seminasti, anno autem secundo ε reliquias, tertio autem seminantes metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum. Et erunt derelicti in Iudæa, pullulabunt radicem deorsum, & facient semen sursum. Quoniam de Hierusalem ζ erunt relicti, & saluati de monte Sion. Zelus Domini Sabaoth faciet hæc. Propterea sic dicit Dominus super regem Assyriorum: Non ingredietur in ciuitatem hanc, neque iaciet in eam sagittam, neque immittet super eam scutum, C neque circundabit super eam vallum: sed via, qua venit, in ea reuertetur: & in ciuitatem hanc non ingredietur. Hæc dicit Dominus: Protegam pro ciuitate hac ad saluandam eam propter me, & propter Dauid puerum meum. Et egressus est angelus Domini, & occidit de castris Assyriorum centum octuaginta quinque millia. Et surgentes mane, inuenerunt omnia corpora mortua. Et abijt reuersus Sennacherim rex Assyriorum, & habitauit in Nineue: &, cum ipse adoraret in domo η Nasarach patriarchum suum; Adramelech, & Sarasar filij eius percusserunt eum gladijs: ipsi autem saluati sunt in Armeniam: & regnauit Asordan filius eius pro eo.

D α Exaudiat.] *Legendum enim εἰσακούσαι. In multis autem est ὅπως εἰσακούσαι, & in vulgata nostra,* si quomodo audiat. β Quomodo.] *In aliquo est,* ὡς, quam. γ Anagugana.] *Varie hoc nomen legitur. In vno est* ἀνὰ, καὶ γανὰ, *non longe à vulgata, quæ habet,* Ana, & Aua. *Sed* S. *Hier. testatur lxx fecisse vnam dictionem,* Anaueaua. δ Abiecerunt.] *In alijs,* ἀπώλεσαν, disperdiderunt. *S. Hier. in sua,* comminuerunt. ε Reliquias.] *S. Hier.* Iuxta Symmachum pomis vescere. ζ Erunt.] *In nonnullis est,* ἐξελεύσονται, exibunt. η Nasarach.] *Ita etiam Cyrillus. In multis additur,* θεοῦ αὐτοῦ, Dei sui, *& in aliquo non habetur quod sequitur* τὸν πάταρχον αὐτοῦ, *quod nonnulli putant significare,* patronum suum.

CAP. XXXVIII.

E FACTVM est autem in tempore illo, ægrotauit Ezecias α vsque ad mortem. Et venit ad eum Esaias filius Amos propheta, & dixit ad eum. Hæc dicit Dominus: dispone de domo tua: morieris enim tu, & non viues. Et conuertit Ezecias faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum, dicens: Memento Domine, quomodo ambulauerim coram te cum veritate, in corde vero, & placita coram te fecerim. Et plorauit Ezecias ploratione magna. Et factum est verbum Domini ad Esaiam, dicens: Vade, & dic Ezeciæ: Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas: ecce adijcio ad tempus tuum quindecim annos: & de manu regis Assyriorum

riorum eruam te, & ciuitatem hanc: & protegam super ciuitatem hanc. Hoc autem tibi signum à Domino: quia faciet Deus verbum hoc. Ecce ego vertam vmbram graduum, quos descendit decem gradus domus patris tui Sol: redire faciam Solem decem gradus. Et ascendit Sol decem gradus, quos descenderat vmbra.

[β] ORATIO EZECIÆ REGIS IVDÆÆ, QVANDO LANGVIT, ET SVRREXIT DE INFIRMITATE SVA.

EGO dixi in [γ] excelso dierum meorum: [δ] vadam ad portas inferi: relinquam annos residuos. Dixi: Nequaquam vltra videbo salutare Dei in terra viuentium, nec videbo vltra [ε] hominem. Defecit ex cognatione mea: dereliqui residuum vitæ meæ. Exiuit, & recessit à me: sicut tabernaculum soluens, qui fixerat: sicut tela, spiritus meus apud me factus est, texente appropinquante ad succidendum. In illa die traditus sum vsque mane, sicut [ζ] leoni: sic contriuit omnia ossa mea. A die enim vsque ad noctem traditus sum. Quasi hirundo, sic clamabo; & quasi columba, sic meditor. Defecerunt enim oculi mei aspiciendo in excelsum cæli ad Dominum, qui eruit me, & abstulit à me dolorem animæ. Domine: de ipsa enim annunciatum est tibi: & suscitasti spiritum meum: & consolationem accipiens vixi. Eruisti enim animam meam, vt non periret: & proiecisti post me omnia peccata. Non enim qui in inferno, laudabunt te, neque mortui benedicent te, neque sperabunt, qui apud inferos sunt, misericordiam tuam. Viuentes benedicent tibi, sicut & ego. Ab hodie enim filios faciam, qui annunciabunt iustitiam tuam Deo salutis meæ, & non cessabo benedicens tibi cum psalterio omnibus diebus vitæ meæ in conspectu domus Dei. Et dixit Esaias ad Ezeciam: Sume massam de ficis, & tere, & [η] cataplasma, & sanus eris. Et dixit Ezecias: Hoc signum ad Ezeciam, quia ascendam in domum Dei?

[α] Vsque ad mortem.] *Eusebius*. Aquila, τοῦ ἀποθανεῖν, ad moriendum: cæteri, εἰς θάνατον, ad mortem. [β] Oratio.] *Inquit S.Hier solos lxx. pro scriptura orationem posuisse*. [γ] In excelso.] *Idem ex tribus interpretibus*, in infirmitate, & silentio, *& ex alio*, in sanguine. [δ] Vadam.] *Addendum in nostra*, πορεύσομαι. [ε] Hominem. Defecit ex cognatione mea.] *A Cyrillo abest illud*, ἐξέλιπον, *& ita fluit oratio*, non videbo vlterius hominẽ ex cognatione mea. *In cæteris post* ἄνθρωπον, *sequitur* ἔτι, *(quamuis istud* ἔτι, *à nonnullis abest)* μετὰ κατοικούντων. *& apud S.Hier*. adhuc cum habitantibus: *quæ apud Procopium sunt ex Theodotione ascripta margini cum asterisco. In iisdem etiam est*, ἐξέλιπον *& apud S.Hier*. defeci à cognatione mea: *idque Procopius habet in textu: sed in margine, vt nostra*, ἐξέλιπεν. [ζ] Leoni.] *Sic optimi codices, & Cyrillus. Alij*, ὡς λέων, *& apud* S.Hier. sicut leo. [η] Cataplasma.] *Idest, impone cataplasma. In vno libro additur*, ἐπὶ τὸ ἕλκος, super vlcus: *quod omissum à lxx. sic dictum esse à cæteris tribus notat S.Hieron. Eusebius etiam ita scribit*. Et cæteri omnes ἕλκος, nominauerunt, quod per massam sanatum est.

CAP. XXXIX.

IN tempore illo misit Marodach Baladan filius Baladan rex Babyloniæ epistolas, & legatos, & munera Ezeciæ: audierat enim quòd ægrotasset vsque ad mortem, & surrexisset. Lætatusque est super eis Ezecias, & ostendit eis domum [α] Nechothà, & argenti, & auri, & stactes, & thymiamatum, & vnguenti, & omnes domos vasorum gazæ, & omnia, quæcumque erant in thesauris ipsius. Et non fuit quicquam, quod non ostenderit Ezecias, in domo sua, & in

A & in omni potestate sua. Et venit Esaias propheta ad regem Ezeciam, & dixit ad eum: Quid dicunt homines isti? & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezecias: De terra longinqua venerunt ad me de Babylone. Et dixit Esaias: Quid viderunt in domo tua? Et dixit Ezecias: Omnia, quæ in domo mea sunt, viderunt: & non est in domo mea, quod non viderint, sed etiã, quæ in thesauris meis. Et dixit Esaias ei: Audi verbum Domini Sabaoth: Ecce dies veniunt, & tollent omnia, quæ in domo tua sunt, & quæcunque congregauerunt patres tui vsque ad diem hanc, in Babylonem venient: & nihil relinquent. Dixit autem Deus; quia & de filijs tuis, quos genueris, tollent, & facient spadones in domo regis Babyloniorum. B Et dixit Ezecias Esaiæ: Bonum verbum Domini, quod locutus est: Fiat nunc pax, & iustitia in diebus meis.

Nechothà.] *S. Hieronymus ex Symmacho*, aromatum suorum.

CAP. XL.

CONSOLAMINI, consolamini populũ meum, dicit Deus: [a] sacerdotes loquimini ad cor Hierusalem, consolamini eam: quia repleta est C humilitas eius. Solutum est peccatum illius; quia recepit de manu Domini duplicia peccata sua. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini: rectas facite semitas Dei nostri. Omnis vallis, implebitur: & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt omnia praua in * directam: et aspera in campos. Et apparebit gloria Domini: et videbit omnis caro salutare Dei: quia Dominus loquutus est. Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis, quasi flos fœni. Aruit fœnum, & flos [β] cecidit: verbum autem Dei nostri manet in sempiternum. Super montem excelsum ascende, qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hierusalem: exaltate, nolite timere: dic ciuitatibus Iuda: Ecce D Deus vester, ecce Dominus. Dominus cum virtute venit, & brachium cum dominatione. Ecce merces eius cum eo, & opus in conspectu illius. Sicut pastor pascet gregem suum, & brachio suo congregabit agnos, & prægnantes consolabitur. Quis mensus est manu aquam, & cælum palmo, & omnem terram pugillo? Quis statuit montes pondere, & rupes stathera? Quis cognouit mentem Domini; aut quis consiliarius eius fuit, qui doceat eum? aut cum quo consilium inijt, & instruxit illum? Vel quis ostendit ei iudicium? vel viam intelligentiæ quis [γ] ostendit illi? Si omnes gentes, sicut stilla de situla, E & quasi momentum statheræ reputatæ sunt, quasi saliua reputabuntur? Libanus autem non sufficit ad comburendum: & omnia quadrupedia non sufficiunt ad holocaustum: & cunctæ gentes quasi nihilum sunt, & in nihilum reputatæ sunt. Cui similem fecistis Dominum? & cui simulachro assimilastis eum? Nunquid imaginem fecit faber, aut aurifex fundens aurum circumaurauit illum, simulachrum apparauit eum? Lignum enim imputribile eligit faber, & sapienter quæret, quomodo statuat imaginem eius, & vt non moueatur. Nonne scietis? nonne audietis? nonne annunciatum est vobis à principio? non cognouistis fundamenta terræ? Qui tenet gyrum terræ: & habitatores

 tores

tores eius quaſi locuſtæ. Qui ſtatuit, quaſi cameram, cælum, & extendit quaſi tabernaculum ad habitandum: Qui dat principes quaſi nihil præeſſe, terram autem quaſi nihil fecit. Siquidem non plantabunt, neque ſerent, nec radicabitur in terram radix eorum. Flauit ſuper eos: & arefacti ſunt: & tempeſtas tanquam ſtipulas tollet eos. Nunc ergo, cui aſsimilaſtis me, & exaltabor, dixit ſanctus? Eleuate in excelſum oculos veſtros, & videte, quis oſtendit hæc omnia. Qui educit iuxta numerum ornatum ſuum; omnes in nomine vocabit à multa gloria, & in robore fortitudinis δ ſuæ: nihil te latuit. Non enim dicas Iacob, & quid loquutus es Iſrael? Abſcondita eſt via mea à Deo: & Deus meum iudicium abſtulit, & receſsit. Et nunc neſcis, & non audiſti? Deus æternus, Deus, qui apparauit terminos terræ, non eſuriet, nec laborabit: nec eſt inuentio prudentiæ eius: Qui dat eſurientibus fortitudinem, & non dolentibus mærorem. Eſurient enim iuuenes, & laborabunt adoleſcentes, & electi infirmi erunt. Qui autem expectant Deum, mutabunt fortitudinem: aſſument alas, quaſi aquilæ: current, & non laborabunt: gradientur, & non eſurient.

α Sacerdotes.] *Hoc obelo prænotat Sanctus Hieronymus, apud quem multæ aliorum interpretationes legi poſſunt.* * In directam.] *Nonnulli,* εὐθεῖα, *& apud Sanctum Hieronymum*, directa. ϛ Cecidit.] *In quibuſdam libris hæc ſequuntur,* ὅτι πνεῦμα κυρίου ἐνέπνευσεν εἰς αὐτό. ἀληθῶς χόρτος ὁ λαός. ἐξηράνθη ὁ χόρτος, ἔπεσε τὸ ἄνθος, quia ſpiritus Domini flauit in eo: vere fœnum eſt populus: exiccatum eſt fœnum, cecidit flos: *quæ apud Cyrillum non habentur: neque apud Cyprianum 3. teſtim. & alibi, & à S. Hieronymo ſub aſteriſcis poſita tribuuntur Theodotioni, apud Procopium Symmacho, & Theodotioni.* γ Oſtendit illi.] *In quibuſdam libris hæc ſequuntur,* ἢ τίς προέδωκεν αὐτῷ, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? *quæ neque Iuſtinus, neque Sanctus Hieronymus, neque Cyrillus, neque Procopius hic habent. Habet autem Sanctus Paulus Rom. 11. Sed fortaſſe potuit ſumere ex Iob cap. 14. vbi in vulgata eſt,* Quis autem dedit mihi, vt reddam ei? δ Suæ.] *Iſtud* αὐτῆς, *abeſt à nonnullis, & apud Sanctum Hieronymum*, in robore fortitudinis nihil te latet.

CAP. XLI.

INNOVAMINI α ad me inſulæ: principes enim mutabunt fortitudinem. Appropinquent, & loquantur ſimul: tunc iudicium annuncient. Quis ſuſcitauit de Oriente iuſtitiam, vocauit eam ad pedes ſuos; & vadit? Dabit in conſpectu gentium, & reges obſtupefaciet: & dabit in terram gladios eorum, & ſicut ſtipulas proiectas, arcus eorum: & perſequetur eos: tranſibit in pace via pedum eius. Quis operatus eſt, & fecit hæc? vocauit eam, qui vocat eam, à generationum principio. Ego Deus primus, & in ea, quæ ventura ſunt, ego ſum. Viderunt gentes, & timuerunt: termini β terræ acceſſerunt, et venerunt ſimul, iudicans vnuſquiſque proximo, & fratri ad auxiliandum: & dicet: Præualuit vir artifex, & ærarius percutiens malleo, ſimul producens: aliquando quidem dicet: γ ſolidatio bona eſt: confortauerunt ea, in clauis ponent ea, & non mouebuntur. Tu autem Iſrael puer meus Iacob δ & quem elegi, ε ſemen Abraam, quem dilexi, quem aſſumpſi ab extremis terræ, & à ſummitatibus eius vocaui te: & dixi tibi: Puer meus es: elegi te, & non dereliqui te. Noli timere: tecum enim ſum: non ζ fallo. Ecce enim ſum Deus tuus, qui confortaui te, & auxiliatus ſum tibi, & roboraui te dextera iuſta mea. Ecce confundentur, & erubeſcent omnes aduerſarij tui: erunt enim quaſi non ſint, & peribunt omnes inimici tui.

Quæres

A Quæres eos,& non inuenies,homines,qui insanient in te. Erunt enim quasi non sint:& non erunt pugnantes aduersus te: Quia ego Deus tuus, qui teneo dexteram tuam,qui dico tibi:ne timeas [η] Iacob paruule Israel:ego auxiliatus sum tibi,dicit Deus tuus,qui redimo te Israel. Ecce feci te, quasi rotas plaustri triturantes nouas in serrarum modum:& triturabis montes,& comminues colles,& vt puluerem pones,& ventilabis: & ventus auferet eos: & tempestas disperget illos. Tu autem lætaberis in sanctis Israel: & exultabunt pauperes, & inopes. Quærent enim aquam:& non erit:lingua eorum præ siti exaruit.Ego Dominus Deus,ego exaudiam Deus Israel:& non derelinquam eos:sed aperiam in mon- B tibus flumina,& in medio camporum fontes:faciam desertum in paludes aquarum,& sitientem terram in aquæductus.Ponam in terram absque aqua cedrum, & [θ] buxum,myrtum,& cyparissum,& populum:vt videant, & sciant, & cogitent,& nouerint simul;quia manus Domini fecit hæc, & sanctus Israel ostendit. Iuxta est iudicium vestrum, dicit Dominus Deus: [ι] appropinquauerunt consilia vestra,dicit rex Iacob. Appropinquent, & annuncient vobis, quæ ventura sunt,aut priora,quæ erant:dicite, & apponemus sensum: & sciemus, quæ sint nouissima:& ventura dicite nobis,nunciate nobis,quæ [κ] ventura in nouissimo: & sciemus,quoniam Dij estis.Benefacite,& malefacite:& admirabimur: & vi- C debimus simul,vnde sitis vos, & vnde sit opus vestrum. De terra abominationem elegerunt vos.Ego autem suscitaui eum,qui ab Aquilone est,& qui ab ortu Solis: vocabuntur nomine meo.Veniant principes;& sicut lutum figuli, & sicut figulus conculcans lutum;sic conculcabimini.Quis enim annunciabit ea, quæ à principio sunt; vt cognoscamus ea, quæ ad faciem sunt? & dicemus, quia vera sunt? Non est,qui prædicat, neque qui audiat verba vestra. Principium Sion dabo,& Hierusalem consolabor in via. Nam de gentibus ecce nullus est; & de idolis ipsorum non erat, qui annunciaret: &, si interrogauero eos; vnde estis; non respondebunt mihi.Sunt enim [λ] factores vestri,& frustra, qui seducũt vos.

D [α] Innouamini.] *Euseb.*Præcipitur,nimirum insulis iuxta Theodotionẽ,*κωφᾶν,καὶ σιγᾶν*,mutire,& tacere. [β] Termini terræ.] *Ita etiam Cyrillus.In aliquo adiungitur,ἐξέστησαν,& apud* S.*Hier.*termini terræ obstupuerunt,& accesserunt. [γ] Solidatio bona est.] *Sic apud S.Hieron.quod græce σύμβλημα καλόν ἐστιν, & posset etiam verti,*commissura,*aut,*conflatio.*Theodoretus.*tres ipsi, *εἰς κόλλησιν καλόν ἐστιν,* ad conglutinationem bonum est. [δ] Et quem] *Ab aliquo,& SS.Hieronymo,& Cyrillo abest illud,&.* [ε] Semen.] *Symm. σπέρμα ἀβραὰμ τοῦ φίλου μου,* semen Abraam amici mei.*Aq.σπέρμα ἀγαπητοῦ μου* semen dilecti mei. [ζ] Non fallo.] *Hoc modo accipit Cyrillus illud,μὴ πλανῶ.Apud* S.*Hier.est,*ne erres. [η] Iacob.] *In quibusdam,& apud Cyrillum in textu additur,σκώληξ,*vermis.*Quod in lxx.non haberi testatur* S.*Hier. neque apud Cyrillum est in ipsa explanatione.Vide Procopium.* [θ] Buxum.] S.*Hier.ex Theodotione,*spinam,*quod alibi,*Sethim. [ι] Appropinquauerunt consilia vestra.] *Theodoretus.φέρετε εἰς μέσον τὰ ἰσχυρὰ ὑμῶν,*afferte in medium fortia vestra: aut secundum Theodotionem,*κραταιώματα ὑμῶν,*robora, & firmamenta vestra. [κ] Ventura.] *Quod in nostra est,ἐπερχόμενα,corrigendum ἐπερχόμενα.* [λ] Factores vestri.] *Sic apud SS.Hier. & Cyrillum,qui id explicat,non estis vos Dij:sed adsunt,qui vos faciunt.In quibusdam peruetustis est, οἱ ποιοῦντες ὑμᾶς,ἄδικοι (al. μάταιοι)* E *καὶ ματαιότης οἱ πλάσσοντες ὑμᾶς,*qui faciunt vos,iniusti, (*al.*vani:) & vanitas,qui plasmant vos.

CAP. XLII.

IACOB [α] puer meus,assumam eũ:Israel electus meus: [β] suscepit eum anima mea.Dedi spiritum meum super eum:iudicium gentibus proferet:nõ clamabit,neque [γ] dimittet,nec audietur foris vox eius.Calamum fractum nõ conteret:& linum [δ] fumigans non extinguet:sed in veritate proferet iudicium:

 splende-

ſplendebit,& non contereturidonec ponat ſuper terram iudicium. Et in nomine eius gentes ſperabunt. Sic dicit Dominus Deus, qui fecit cælum,& defixit illud, qui firmauit terram,& quæ in ea, & qui dat ſpirationem populo, qui ſuper eam,& ſpiritum calcantibus eam. Ego Dominus Deus vocaui te in iuſtitia: & tenebo dexteram tuam,& confortabo te:& dedi te in teſtamentum [e] generis, in lucem gentium, ad aperiendum oculos cæcorum, ad educendum de vinculis vinctos,& de domo carceris, [ζ] & ſedentes in tenebris. Ego Dominus Deus: hoc meum eſt nomen: gloriam meam alteri non dabo, neque virtutes meas ſculptilibus. Quæ à principio, ecce venerunt,& noua, quæ ego annuncio:& antequam annuncientur, manifeſtata ſunt vobis. Canite Domino canticum nouum: [η] principatus eius: glorificate nomen eius à ſummitate terræ; qui deſcendunt in mare,& nauigant illud, inſulæ,& habitatores earum. Lætare deſertum,& [θ] vici eius, villæ,& habitatores Cedar. Lætabuntur, qui habitant in petra: de ſummitate montium clamabunt; dabunt Deo gloriam, virtutes eius in inſulis nunciabunt. Dominus Deus virtutum egredietur, & conteret bellum: ſuſcitabit zelum,& clamabit ſuper inimicos ſuos cum fortitudine. [ι] Tacui: num & ſemper tacebo, & ſuſtinebo? Sicut pariens, patienter egi: erumpam,& areſaciam ſimul: vaſtabo montes,& colles,& omne fœnum eorum areſaciam. Et ponam flumina in inſulas,& paludes ſiccabo. Et adducam cæcos in via, quam neſciunt, & ſemitas, quas ignorauerunt, calcare eos faciam: faciam eis tenebras in lucem, & praua in directum. Hæc verba [κ] faciam, & non derelinquam eos. Ipſi vero conuerſi ſunt retrorſum. Confundamini confuſione, qui confiditis ſuper ſculptilibus: qui dicitis conflatis, vos eſtis Dij noſtri. Surdi audite,& cæci ſuſpicite, vt videatis. Et quis eſt cæcus, niſi pueri mei?& ſurdi, niſi, qui dominantur [λ] eorum? Et excæcati ſunt ſerui Dei. Vidiſtis ſæpe,& non cuſtodiſtis: apertæ ſunt aures,& non audiſtis. Dominus Deus [μ] cogitauit, vt iuſtificaretur, & magnificaret laudem. Et vidi;& erat populus vaſtatus, atque direptus. Laqueus enim in cubilibus vbique, & in domibus ſimul, in quibus abſconderunt eos. Facti ſunt in direptionem: & non erat, qui erueret prædam:& non erat, qui diceret, redde. Quis eſt in vobis, qui hæc auribus percipiat? [ν] Exaudite in futura. [ξ] Quibus dedit in direptionem Iacob,& Iſrael vaſtantibus eum? Nonne Deus, cui peccauerunt ei, & noluerunt in vijs illius ambulare, neque audire legem eius? Et induxit ſuper eos iram furoris ſui: & præualuit aduerſus eos bellum, & qui comburebant eos per circuitum. Et non cognouerunt vnuſquiſque eorum, nec poſuerunt ſuper animam.

[α] Iacob.] *Euſebius Euang. demonſt. lib.* 9. Apud lxx. obelo notatum eſt nomen Iacob, & Iſrael: atque apud cæteros etiam interpretes ſilentio tranſmiſſum: nam neque in hebraico fertur. *Idem notat S. Hieron. & B. Matthæum teſtem citat. Idem Euſebius lib.* 11. *hunc locum ſic citat*, ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ, ὁ ἐκλεκτός μου, ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum; electus meus, *vt S. Hier. in ſua: qui etiam apud lxx. habet illud*, Ecce. [β] Suſcepit eum.] *Euſebius*, ὃν ᾑρέτισεν ἡ ψυχή μου, quem elegit anima mea: *Seuerus*, ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ᾑρέτισα, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου, ecce puer meus, quem elegi, in quo complacuit ſibi anima mea. [γ] Dimittet.] *Sic apud S. Hier. in textu: in comm.* non relinquet: *& refert ex Symmacho*, non decipietur. [δ] Fumigans.] *Iuſtinus*, τυφόμενον, *vt etiam Matt.* 12. *qui Euangelij locus cum hoc eſt conferendus.* [ε] Generis.] *In multis, & apud Cyrillum additur*, μου, mei. *In Complut.* ἰσραὴλ, Iſrael. [ζ] Et ſedentes.] *Illud*, &, *abeſt à nonnullis, & à Cyrillo.* [η] Principatus eius: glorificate.] *Sic etiam Cyrillus. Apud S. Hier. videtur fuiſſe*, δοξάζεται, *ita enim ſcribitur*, principatus eius glorificatur,& nomen eius,&c. *à Compl. abeſt illud*, principatus eius. [θ] Vici.] *Euſebius.* Cæteri, καὶ πόλεις αὐτῆς,& ciuitates eius. [ι] Tacui.] *Sic etiam Cyrillus, & S. Cypr. 2. teſtim. & alibi. In multis additur*. ἀπ' αἰῶνος, à ſeculo: *apud S. Hieron.* à principio. [κ] Faciam.] *Ita etiam Cyrillus. In alijs adiungitur*,

A *gitur,* αὐτοῖς, *& apud S.Hier.* illis. λ Eorum.] *Sic Cyrillus. In cæteris codicibus, & apud Procopium sequitur* τίς τυφλὸς, ὡς ὁ ἀπεχηκώς; al. ἀφεστηκώς, quis cæcus, sicut, qui recessit? *Apud S.Hieron.* nisi qui recepit: *sed videtur mendum.* μ Cogitauit.] *In alijs* ἠθέλησε, *& apud S.Hier.* voluit. ν Exaudite in futura.] *Sic etiam Cyrillus. In Compl. est,* ὃς ταῦτα εἰσακούσῃ, καὶ εἰς τὰ ἐπερχόμενα γνώσῃ; *& apud S.Hier.* qui hæc audiat, & futura cognoscat? ξ Quibus.] *Cæteri* τίς, *& sic apud S.Hier.* quis, *& apud S.Cyprianum de lapsis, & alibi.*

CAP. XLIII.

ET nunc sic dicit Dominus Deus, qui fecit te Iacob, & qui formauit te Israel: Noli timere, quoniam redemi te: vocaui te nomine tuo. Meus es tu: &, si transieris per aquam, tecum sum, & flumina non cooperient te. B Et, si transieris per ignem, non combureris: flamma non exuret te: quia ego Dominus Deus tuus, sanctus Israel, saluator tuus. Feci commutationem tuam Ægyptum, & Æthiopiam, & ᵃ Soenem pro te: ex quo honorabilis factus es in conspectu meo, glorificatus es, & ego dilexi te: & dabo homines pro te, & principes pro capite tuo. Noli timere, quoniam tecum sum. Ab Oriente adducam semen tuum: & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, adduc: & Africo, noli prohibere: adduc filios meos de terra longinqua, & filias meas à terminis terræ, omnes, qui vocantur nomine meo. In gloria enim mea creaui illum, & plasmaui eum, & feci illum; & eduxi populum cæcum: & oculi sunt cæci similiter: & C surdi, qui aures habent. Omnes gentes congregatæ sunt simul: & conuenient principes ex eis. Quis annunciabit hæc? aut, quæ à principio sunt, quis annunciabit vobis? Adducant testes suos, & iustificentur: & audiant, & loquantur vera. Estote mihi testes, & ego testis, dicit Dominus Deus, & puer meus, quem elegi; vt sciatis, & credatis, & intelligatis, quia ego sum. Ante me non fuit alius Deus: & post me non erit. Ego Deus: & non est præter me saluator. Ego annunciaui, & saluaui: ᵝ exprobraui, & non erat in vobis alienus. Vos mei testes, & ego Dominus Deus vsque à principio: & non est, qui de manibus meis eruat. Faciam: & quis auertet illud? Sic dicit Dominus Deus, qui redimit vos, sanctus D Israel. Propter vos mittam in Babylonem: & suscitabo ᵞ fugientes vniuersos: & Chaldæi in nauibus vincientur. Ego Dominus Deus sanctus vester, qui ostendi Israel regem vestrum. Sic dicit Dominus, qui dat in mari viam, & in aqua vehementi semitam: qui educit currus, & equum, & multitudinem robustam. Sed dormierunt, & non resurgent: extincti sunt, quasi linum extinctum. Nolite meminisse priorum: & vetera ne recogitetis. Ecce ego facio noua, quæ non orientur: & cognoscetis ea: & faciam in deserto viam, & in inaquoso flumina. Benedicēt me bestiæ agri, ᵟ Sirenes, ᵉ & filiæ struthionum: quia dedi in deserto aquam, & flumina in inaquoso: vt bibere faciam genus meum electum, populum meū, E quem aquisiui, vt virtutes meas narret. Non nunc vocaui te Iacob: neque laborare te feci Israel: non attulisti mihi oues tuas holocausti tui: neque in victimis tuis magnificasti me: ᶻ nec seruire te feci in hostijs: ᵑ nec laborem tibi præbui in thure: nec emisti mihi argento thymiama: nec adipem hostiarum tuarum concupiui. Sed in peccatis tuis ante me ᶿ stetisti, & in iniquitatibus tuis. Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccata tua: & non recordabor. Tu vero memento, & iudicemur. Dic tu ᶦ iniquitates tuas primus, vt iustificeris. Patres vestri primi, & principes vestri inique egerunt in me:

in me:& contaminauerunt principes ſancta mea. Et dedi vt perderem Iacob,& Iſrael in opprobrium. A

α Socnem.] *Apud S.Hier.* συήνην, Sycnem: *pro quo inquit cæteros interpretes poſuiſſe Saba.* β Exprobraui.] *Euſebius.* Cæteri καὶ ἠκούτισα, & auditum feci, *vt fere vulgata.* γ Fugientes.] *S.Hier. ex Theodotione,* fortes. δ Sirenes.] *Sic cæteros etiam interpretes dixiſſe teſtatur* S.Hier. *præter Theodotionem, qui retinuerit nomen hebraicum.* ε Et filiæ ſtruthionum.] *Euſebius,* Cæteri, καὶ στρουθοκάμηλοι, & ſtruthiocameli. ζ Nec ſeruire te feci in hoſtiis.] *Sic apud S.Hier. In aliquot libris eſt,* οὐκ ἐδούλωσά σε ἐν δώροις, non feci te ſeruire in muneribus. *Aliqui, & Cyrillus* οὐκ ἐδούλευσας, (*al.* ἐδούλωσας) ἐν θυσίαις non ſeruiſti in hoſtiis: *apud quem etiam ſequitur, vt in multis,* οὐδὲ ἔγκοπον ἐποίησας, neque laborem feciſti. *Theodoretus autem, & Euſebius Euang. Demonſtr. lib. 2.* οὐκ ἐδούλευσάς μοι ἐν δώροις, non ſeruiſti mihi in muneribus. η Nec laborem.] *Symm.* ἐκοπίασας δὲ εἰς ἐμὲ, laboraſti autem in me. *Scholion Euſebij,* καίτοι ἐμοῦ μὴ παρέχοντος σοι κόπους, & quidem, cum ego minime tibi laborem præberem. θ Ante me ſteriſti.] *Sic apud S. Irenæum, & Procopium. Sed S.Hier. ex lxx.* περιέστην σου, defendi te: *quemadmodum eſt in aliquot libris, & apud Cyrillum, Theodoretum, Euſebium loco indicato. Compl.* ὑπερήσπισα, protexi. ι Iniquitates tuas primus.] *Hoc S.Hier. inquit additum à lxx.* B

CAP. XLIV.

NVNC autem audi Iacob puer meus,& Iſrael, quem elegi. Sic dicit Dominus Deus, qui fecit te,& qui plaſmauit te de ventre: adhuc habebis auxilium. Noli timere puer meus Iacob,& α dilecte Iſrael, quem elegi. Quia ego dabo aquam in ſiti ijs, qui ambulant in inaquoſa: imponam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum,& benedictiones meas ſuper filios tuos. Et orientur, vt in medio aquæ fœnum, & ſicut ſalix ſuper præterfluentem aquam. Iſte dicet, Dei ſum:& iſte clamabit in nomine Iacob:& alius ſcribet in manu ſua, Dei ſum:& in nomine Iſrael clamabit. Sic dicit Deus rex Iſrael, & qui eruit eum, Deus Sabaoth. Ego primus,& ego poſt hæc: præter me non eſt Deus. Quis, ſicut ego? Stet,& vocet,& annunciet,& paret mihi, ex quo feci hominem in ſeculum: & futura, antequam veniant, annuncient vobis. Ne abſcondamini, neque erretis. Nonne à principio auribus percepiſtis,& annũciaui vobis? Teſtes vos eſtis, ſi eſt Deus præter me. Et β non audierunt tunc, qui formabant, & ſculpebant, omnes vani, facientes deſideria ſua, quæ non proderunt γ ipſis: ſed confundentur, qui plaſmant Deum, & omnes ſculpentes inutilia: & δ omnes, vnde facti ſunt, exaruerunt,& ſurdi ex hominibus. Congregentur omnes,& ſtent ſimul, & confundantur,& erubeſcant ſimul: quoniam acuit faber ferrum, lima operatus eſt illud, & in terebro ſtatuit illud, & operatus eſt illud in brachio fortitudinis ſuæ:& eſuriet,& infirmus erit,& non bibet aquam. Eligens faber lignum, ſtatuit illud in ε menſura,& in ζ glutine compoſuit illud, & fecit ipſum quaſi formam viri,& tanquam ſpeciem hominis, ad ſtatuendum illud in domo. η Succidit lignum de ſylua, quod plantauit Dominus, pinum, & pluuia produxit in longitudinem, vt ſit hominibus ad accendendum:& ſumens ex eo, calefactus eſt; & ſuccendentes coxerunt panes ſuper ea. Reſiduum autem fabricati ſunt Deos,& adorant θ eos: cuius dimidium eius combuſſit in igni, & ſuper dimidium eius coxit in carbonibus panes,& ſuper illud aſſans carnes comedit, & ſaturatus eſt, & calefactus dixit: Suaue mihi, quia calefactus ſum, & vidi ignem. Reſiduum vero fecit in Deum ſculptum: & adorat, & orat dicens: Erue me, quia Deus meus es tu. Neſcierunt ſapere: quia obſcurati ſunt, ne videant oculis ſuis,& intelligant corde ſuo. Et non cogitauit animo ſuo, neque cognouit per prudentiam; quia dimidium eius combuſſit in igni, & combuſſit ſuper carbones eius panes, C D E

A & aſſatas carnes comedit, & reſiduum eius in abominationem fecit; & adorant eum. Scito, quia cinis cor eorum, & errant, & nemo poteſt liberare animam ſuã. Videte: non dicetis, quia mendacium in dextera mea. Memento horum Iacob, & Iſrael; quoniam puer meus es tu: formaui te puerum meum: & tu Iſrael ne obliuiſcaris mei. Ecce enim deleui, ſicut nubem, iniquitates tuas, & ſicut caliginem, peccata tua. Reuertere ad me, & redimam te. Lætamini cæli, quoniam miſertus eſt Deus Iſraelis. Canite tuba fundamenta terræ: clamate montes lætitiã, colles, & omnia ligna, quæ in eis ſunt: quoniam redemit Deus Iacob: & Iſrael glorificabitur. Sic dicit Dominus, qui redimit te, & formans te ex vtero. Ego B Dominus, qui compleo omnia: extendi cælum ſolus, & firmaui terram. Quis alius diſsipabit ſigna pythonum, & diuinationes de corde? auertens prudentes retrorſum, & conſilium eorum ſtultum faciens, & ſtatuens verbum pueri ſui, & conſilium angelorum ſuorum verum probans: dicens ad Hieruſalem, habitaberis, & ciuitatibus ι Idumææ, habitabimini, & deſerta illius germinabunt: dicens abyſſo, deſolaberis, & flumina tua arefaciam: dicens Cyro, vt ſapiat; & omnes voluntates meas faciet: dicens ad Hieruſalem, ædificaberis, & domum ſanctam meam fundabo.

C α Dilecte Iſrael.] *Pro his teſtatur S. Hier. cæteros* ἀλὴθινον, *ſiue* ἀληθῆ, *ideſt rectiſsimum, & rectum eſſe interpretatos.* β Non audierunt.] *Sic Cyrillus, & Procopius. In plerisque vero codicibus eſt.* οὐκ ἦσαν, non erant. γ Ipſis.] *In aliis hæc ſequuntur,* καὶ μάρτυρες αὐτῶν εἰσιν (*iſtud* εἰσιν *abeſt à Compl.*) οὐκ βλέποντες, καὶ οὐ γινώσκοντες, ἵνα αἰσχυνθῶσι, τίς πλάσει θεὸν, καὶ γλυπτὸν χωνεύσει εἰς ἀνωφελῆ; ἰδοὺ πάντες, (*quod* πάντες, *ab aliquo abeſt*) οἱ κοινωνοῦντες αὐτῷ, & teſtes ipſorum ſunt: non videbunt, & non cognoſcent, vt confundantur. Quis formauit Deum, & ſculptile conflabit ad nihil vtile? ecce omnes participes eius: *& in Compl. ſine* ἀλλὰ, *ſequitur* αἰσχυνθήσονται, confundentur: *quemadmodum & in vulgata noſtra. Iſta vero neque Cyrillus habet, & apud Procopium ſub aſteriſco tribuuntur Theodotioni.* δ Omnes, vnde.] *Cyrillus videtur legiſſe,* πάντες ὅσοι, omnes, quicumque. *In Compl. eſt,* πάντα ὅθεν ἐγένοντο, omnia, vnde facta ſunt. ε Menſura.] *In aliis hæc adiunguntur,* καὶ ἐμόρφωσεν αὐτὸ ἐν παραγραφίδι, ἐποίησεν αὐτὸ ἐν παραγωνίσκοις, *al.* παραγωνίοις, *aut* παραγωνίσκοις, *quæ ſic in vulgata videntur reddi,* formauit illud in runcina, fecit illud in angularibus. *Ea apud Procopium ſub aſteriſcis aſcribuntur Aquilæ.* ζ Glutine.] *Compl. & Cyrillus* ἐν κόλλῃ, *& interpretantur,* in circino. η Succidit.] *In aliis hæc ſequuntur,* ἑαυτῷ κέδρους, καὶ ἔλαβε ἀγριοβάλανον, καὶ δρῦν, καὶ ἐκαρτέρησεν αὐτῷ, *al.* αὐτῷ, ſibi cedros, & ſumpſit ilicem, & quercum, & comportauit illud, *al.* ſibi: *quæ apud Cyril. non habentur, & apud Procopium ſub aſteriſco tribuuntur Aquilæ, &* D *Theodotioni.* θ Eos.] *Apud Cyrillum eſt,* αὐτὸ, illud. *In aliis hæc ſequuntur,* ἐποίησεν αὐτὸ γλυπτὸν, καὶ κάμπτει αὐτοῖς, fecit ſibi ſculptile, & incuruat ſe eis: *Quæ itidem apud Procopium notata aſteriſco Theodotioni attribuuntur.* ι Idumææ.] *Cyrillus, & Compl.* τῆς ἰουδαίας, *& apud S. Hier.* Iudææ.

C A P. XLV.

SIC dicit Dominus Deus Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt obediant ante faciem eius gentes: & fortitudinem regum diſrumpam: aperiam ante eum ianuas: & α ciuitates non claudentur. Ego ante te ibo, & montes complanabo, portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. Et E dabo tibi theſauros tenebroſos, abſconditos, inuiſibiles aperiam tibi: vt ſcias, quia ego Dominus Deus tuus, qui voco nomen tuum, Deus Iſrael. Propter puerum meum Iacob, & Iſrael electum meum, ego vocabo te nomine tuo, & ſuſcipiam te. Tu autem non cognouiſti me: quia ego Dominus Deus: & non eſt amplius præter me Deus. Confortaui te: & non nouiſti me. Vt ſciant hi, qui ab ortu Solis, & qui ab occidente, quoniam non eſt Deus præter me. Ego Dominus Deus: & non eſt amplius. Ego qui fabricaui lucem, & feci tenebras: faciens pacem, & creans mala: ego Dominus Deus, faciẽs omnia hæc. Lætetur cælum deſuper,

super, & nubes spargant iustitiam. Germinet terra, & proferat misericordiam, & iustitiam germinet simul. Ego sum Dominus, qui creaui te. [β] Quid melius feci, quàm lutum figuli? Nunquid arans arabit terram tota die? Nunquid dicet lutum figulo, quid facis, quoniam non operaris, nec habes manus? [γ] Nunquid respondebit figmentum ad fictorem suum? Qui dicit patri, quid generabis? & matri, quid parturis? Sic enim dicit Dominus Deus sanctus Israel, qui fecit ventura: Interrogate me de filijs meis, et de operibus manuũ mearum mandate mihi. Ego feci terram, et hominem super eam: ego manu mea firmaui cælum: ego omnibus stellis mandaui. Ego suscitaui eum cum iustitia regem: et [δ] omnes viæ illius rectæ. Ipse ædificabit ciuitatem meam: et captiuitatem populi mei conuertet, non cum precio, neque cum muneribus, dixit Dominus Sabaoth. Sic dicit Dominus Sabaoth: Laborauit Ægyptus, et negociatio Æthiopum, et Sabaim viri excelsi ad te transibunt, & tui erunt serui, et post te sequentur vincti manicis, [ε] et transibunt ad te, et adorabunt te, et in te orabunt: quoniam in te Deus est, et non est Deus absque te. Tu [ζ] enim Deus es, et nesciebamus, Deus Israel saluator. Confundentur, et erubescent omnes aduersarij eius, et ambulabunt in confusione. Innouamini ad me insulæ: Israel saluatur à Domino salute æterna: non confundentur, neque erubescent vsque in [η] æternum amplius. Sic dicit Dominus, qui fecit cælum: iste Deus, qui ostendit terram, et fecit eam, ipse distinxit eam: non in vacuum fecit eam, sed vt habitaretur, plasmauit eam. Ego sum Dominus, et non est vltra. Non in abscondito loquutus sum, neque in loco terræ tenebroso. Non dixi semini Iacob: vanum quærite. Ego sum, ego sum Dominus, qui loquor iustitiam, et annuncio veritatem. Congregamini, et venite: consulite simul, qui saluamini de gentibus. Non cognouerunt, qui portant lignum sculpturam suam, et orant Deos non saluantes. Si annunciant; appropinquent; vt sciant simul, quis audita fecit hæc ab initio: tunc annunciatum est vobis. Ego Deus, et non est alius absque me: iustus, et saluator non est præter me. Cõuertimini ad me, et salui eritis, qui ab extremis terræ. Ego sum Deus, et non est alius. Per memetipsum iuro; nisi egredietur de ore meo iustitia; sermones mei non auertentur: quia mihi incuruabit omne genu, et iurabit omnis lingua Deum, dicens: iustitia, et gloria ad eum veniet, et confundentur omnes, qui separant se à Domino: [θ] iustificabuntur, et in Deo glorificabitur omne semen filiorum Israel.

α Ciuitates.] *Sic etiam Cyrillus, & S. Cyprianus lib. 1. testim. sed in plerisque,* πύλαι, portæ, *vt in vulgata nostra.* β Quid melius feci.] *Sic apud* S. Hier. *qui pro hoc Theodotionem inquit posuisse.* Væ ei, qui contendit contra factorem suum, arans arantis terram. *Plerique vero codices, & Cyrillus, & Procopius habent,* ποιῶν βέλτιον, κατεσκεύασα ὡς πηλόν, faciens meliorem, (*aut,* meliora) composui, vt lutum. *In aliquo etiam est,* ποιῶν βέλτιον, κατεσκεύασά σε, faciens melius, composui te. γ Nunquid respondebit figmentum ad fictorem suum? Qui dicit.] *In Compl. & apud Cyrillum tantum est,* οὐαὶ, ὁ λέγων, *& apud S. Hier.* Væ, qui dicit. δ Et omnes viæ illius rectæ.] *Symm.* καὶ πάσας τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ διορθώσω, & omnes vias eius dirigam. ε Et transibunt ad te.] *Hæc non referuntur à Cyrillo, neque ab Eusebio Euang. Demonst. V.* ζ Tu enim Deus.] *Aq.* θεὸς ἄρα, ἰσχυρὸς, ἀποκρυπτόμενος, θεὸς Ἰσραήλ, σώζων, Deus certe, fortis, absconditus, Deus Israel, saluans. *Theodotio,* διὰ τοῦτο ἰσχυρὸς κρυφαῖος, θεὸς σώζων. *Apud S. Hier. hæc, & antecedentia sic ponũtur.* In te est fortis: & non est alius præter eũ Deus. Propterea tu fortis absconditus Deus Israel saluator. η In æternum amplius.] *Istud,* amplius, *non est apud S. Hieron. neque Cyrillum. In plerisque vero hæc præterea subiunguntur,* οὐκέτι γὰρ οὐ μὴ ἐντραπῶσιν, εἰ καὶ διὰ τὴν πλάνην τῶν εἰδώλων ἐνετράπησαν πρότερον, non enim vltra confundentur, etsi propter errorem idolorum confusi sint antea. *Sed nec Procopius ista habet.* θ Iustificabuntur.] *Sic etiam Cyrillus, & eodem modo interpungit, ac nos fecimus. Apud S. Hier.* iustificabitur.

CAP.

CAP. XLVI.

A

CECIDIT Bel, contritus est [a] Nabo: facta sunt sculptilia eorum in bestias, & iumenta: portatis ea colligata, quasi onus laboranti, deficienti, & esurienti, nec præualenti simul: qui non poterunt saluari à bello: ipsi autem captiui ducti sunt. Audite me domus Iacob, & omnes reliquiæ Israel, qui portamini de vtero, & erudimini à paruulo vsque ad senectutem. Ego sum: & donec senescatis, ego sum: ego substineo vos: ego feci, & ego [β] portabo: ego susci piam, & saluos vos faciam. Cui assimilastis me? Videte, excogitate, qui erratis,
B qui confertis aurum de sacculo, & argentum in statera: [γ] statuent in pondere, & conducentes aurificem fecerunt opera manuum, & incuruati adorant ea: portant illud super humerum, & vadunt: si autem posuerint illud in loco suo, manet, non mouebitur: &, quisquis clamauerit ad ipsum, non exaudiet, de malis non saluabit eum. Mementote horum, & ingemiscite: agite pænitentiam, qui errastis: reuertimini corde, & mementote priorum à seculo: quoniam ego sum Deus, & non est vltra præter me: qui annuncio prius nouissima, antequam fiāt: & simul completa sunt. Et dixi: omne consilium meum stabit: & cuncta, quæ deliberaui, faciam: qui voco ab Oriente auem, & de terra longinqua ea, de qui-
C bus cogitaui: loquutus sum, & adduxi: creaui, & feci. Audite me, qui perdidistis cor, qui longe estis à iustitia. Prope feci iustitiam [δ] meam: & salutem, quæ à me est, tardare non faciam. Dedi in Sion salutem Israeli in gloriam.

[a] Nabo.] *Sic etiam in comm. græcis, & S. Hier. in sua versione ex hebræo. Idem vero agnoscit ex lxx.* δαγὼν, Dagon, *quod est in cæteris libris, & apud Cyrillum, & Procopium.* [β] Portabo.] *Sic apud S. Hier. quod græce,* ἀνήσω, *& solet verti,* dimittam. [γ] Statuent in pondere.] *Sic etiam Cyrillus, & alij. In Compl. est,* σταθμίζετε, *& apud S. Hier.* in statera appenditis. [δ] Meam.] *In alijs sequitur,* οὐ μὴ μακρυνθῇ, non elongabitur: *quod S. Hier. habet in sua, sed non in vetustiore, nec Cyrillus: atque apud Procopium sub asterisco tribuitur Theodotioni.*

CAP. XLVII.

D

DESCENDE, sede super terram virgo filia Babylonis: sede [a] in terram filia Chaldæorum: quoniam nequaquam vltra apponeris vocari mollis, & tenera. Tolle molam: mole farinam: reuela [β] operimētum tuum: denuda canos: discooperi tibias: transi flumina: reuelabitur ignominia tua: apparebunt opprobria tua. Quod iustum est, de te auferam: nequaquam vltra tradam hominibus. [γ] Qui eruit te, Dominus sabaoth: nomen ei sanctus Israel. Sede compuncta, ingredere in tenebras filia Chaldæorum: nequaquam vltra vocaberis fortitudo regni. Iratus sum contra populum meum: [δ] contaminasti hæreditatem meam. Ego dedi eos in manum tuam: tu vero non dedisti eis miseri-
E cordiam: seni aggrauastis iugum valde: & dixisti, in æternum ero domina. Non intellexisti hæc in corde tuo, neque recordata es nouissimorum. Nunc autem audi hæc, delicata, quæ sedes, quæ confidis, quæ dicis in corde tuo: ego sum, & non est altera: non sedebo vidua, neque cognoscam orbitatem. Nunc autem venient super te duo hæc subito in die vna: orbitas, & viduitas venient repente super te, in maleficio tuo, in fortitudine incantatorum tuorum valde, [ε] spe maliciæ tuæ. Tu enim dixisti: ego sum, & non est altera. Scito: [ζ] intelligentia horum erit, & fornicatio tua tibi confusio. Et dixisti corde tuo: ego sum, & non est altera.

tera. Et veniet ſuper te perditio, & neſcies: fouea, & incides in eam. Et veniet ſuper te miſeria; & non poteris munda fieri: & veniet ſuper te ſubito perditio, & neſcies. Sta nunc in incantationibus tuis, & in multo maleficio tuo, quæ diſcebas ab adoleſcentia tua: ſi poteris adiuuari. Laboraſti in conſilijs tuis: ſtent nunc, & ſaluam te faciant aſtrologi cæli: qui contemplantur ſtellas, annuncient tibi, quid venturum ſit ſuper te. Ecce omnes, quaſi phrygana in igne comburentur: & non eruent animam ſuam de flamma: quia habes carbones ignis; [η] ſede ſuper eos: hi erunt tibi adiutorium. Laboraſti in commutatione ab adoleſcentia: homo in ſemetipſo errauit: tibi autem non erit ſalus.

α In terram.] *Apud Cyrillum eſt,* ἐν τῷ σκότει, in tenebris. *In Complut. vero*, κάθισον εἰς τὴν γῆν, οὐκ ἔστι θρόνος θύγατερ χαλδαίων, *& apud S. Hier.* ſede in terram: non eſt ſolium filiæ Chaldæorum. β Operimentum.] *Inquit S. Hier. cæteros poſuiſſe nomina hebraica, Symmachum vero,* τὴν σιώπησίν σου: taciturnitatem tuam, *ideſt, quod taceri debeat præ verecundia.* γ Qui eruit.] *Apud Cyrillum eſt,* εἶπε ὁ ῥυσάμενός σε, *& apud S. Hier.* dixit, qui eruit te. δ Contaminaſti.] *Sic quoque Cyrillus. In pleriſque vero libris, & apud Procopium eſt*, ἐμίανα, *& apud S. Hier.* contaminaui. *In quibuſdam etiam eſt,* διότι ἐμίανας, quia polluerunt. *Apud Procopium eſt aſcriptum margini. Th.* ἐβεβήλωσαν τὸν κλῆρον, polluerunt ſortem. ε Spe maliciæ.] *Aliqui,* ἐν ἐλπίδι, in ſpe, *& ſic Cyrillus. Alij vero pro* πονηρίας *habent* πορνείας, fornicationis. ζ Intelligentia.] *In aliquo eſt,* ὅτι ἡ σύνεσις, quia intelligentia. η Sede.] *Aliqui,* καθήσῃ, *& apud S. Hier. etiam in comm.* ſedebis.

C A P. XLVIII.

AVDITE hæc domus Iacob, qui vocati eſtis in nomine Iſrael, & de [α] Iuda exiiſtis, qui iuratis in nomine Domini Dei Iſrael, commemorantes non cum veritate, neque cum iuſtitia, & inhærentes nomini ciuitatis ſanctæ, & ſuper Deum Iſrael innitentes. Dominus Sabaoth nomen ei. Priora adhuc annunciaui, & de ore meo egreſſa ſunt, & auditum factum eſt. Subito feci: & aduenerunt. Scio, quia durus es, & neruus ferreus collum tuum, & frons tua ænea. Et annunciaui sibi [β] olim, quæ, antequam venirent ſuper te. Auditum tibi feci: ne forte diceres, quia idola mihi fecerunt, & dicas, quia ſculptilia, & conflatilia mandauerunt mihi. Audiſtis omnia, & vos non cognouiſtis. Sed audita tibi feci noua à nunc, quæ futura ſunt. Et non dixiſti: nunc fiunt, & non olim, & non prioribus diebus audiſti ea. Ne dicas, etiam noui ea. Neque noſti, neque ſciſti: neque à principio aperui aures tuas. Scio enim quoniam præuaricans præuaricaberis, & iniquus adhuc ex vtero vocaberis. Propter nomen meum oſtendam tibi furorem meum, & glorioſa mea inferam ſuper te; vt non te interficiam. Ecce vendidi te non propter argentum: erui autem te de fornace paupertatis. Propter me faciam [γ] tibi: quia nomen meum polluitur: & gloriam meam alteri non dabo. Audi me Iacob, & Iſrael, quem ego voco. Ego ſum primus, & ego ſum in ſempiternum: & manus mea fundauit terram: & dextra mea firmauit cælum. Vocabo eos, & ſtabunt ſimul, & congregabuntur omnes, & audient. [δ] Quis eis nunciauit hæc? Diligens te feci voluntatem tuam ſuper Babylonem; vt auferrem ſemen Chaldæorum. Ego loquutus ſum, ego vocaui: adduxi eum, & proſperam feci viam eius. Accedite ad me; & audite hæc. [ε] Non à principio in abſcondito loquutus ſum: quando fiebat, ibi eram: & nunc Dominus Dominus miſit me, & ſpiritus eius. Sic dicit Dominus, qui eruit te, ſanctus Iſrael: Ego ſum Deus tuus; docui te vt inuenires viam, in qua ambulabis in ea. Quòd, ſi audiſſes mandata mea; facta eſſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua, ſicut gurges maris: & fuiſſet

A & fuisset sicut arena, semen tuum, & fœtus vteri tui, quasi puluis terræ. Neque nunc exterminaberis, neque peribit nomen tuum coram me. Egredere de Babylone, fugiens à Chaldæis: vocem lætitiæ annunciate: & auditum fiat hoc· annunciate vsque ad extremũ terræ: dicite: Liberauit Dominus seruũ suum Iacob: &, si sitierint, per desertum ducet eos, aquã de petra educet eis: scindetur petra, & fluet aqua, & bibet populus meus. Non est gaudere, dicit Dominus, impijs.

α De Iuda.] *Sic etiam apud Cyrillum. In cæteris libris.* ἐξ ὕδατος Ἰούδα, de aqua Iuda: *quod quidem*, ὕδατος, *apud Procopium sub asterisco tribuitur Theodotioni.* β Olim, quæ.] πάλαι ἅ. *In quibusdam non est illud* ἅ, *&* *ita apud S. Hieron.* olim, antequam venirent. *Cyrillus habet*, παλαιά, antiqua, *Procopius*, τὰ πάλαι, quæ olim. B γ Tibi.] *Istud*, tibi, *abest à S. Hier. & ab aliquo libro* σοι. δ Quis eis.] *Aq.* τίς ἐν αὐτοῖς ἀπήγγειλε ταῦτα; κύριος ἠγάπησεν αὐτόν, quis inter eos annunciauit hæc? Dominus dilexit illum. ε Non à principio in abscondito loquutus sum.] *Hæc à Cyrillo accipiantur, dicta enunciando, à S. Hier. per interrogationem.*

CAP. XLIX.

AVDITE ᵅ me insulæ: & attendite gentes. Post multum tempus stabit, dicit Dominus. Ex vtero matris meæ vocauit nomen meum: & posuit os meum, quasi gladium acutum: & sub protectione manus suæ abscondit me. Posuit me, quasi sagittam electam: & in pharetra sua ᵝ abscondit me. Et C dixit mihi: Seruus meus es tu Israel: & in te glorificabor. Et ego dixi: In vacuum laboraui, in vanum, & in nihilum dedi fortitudinem meam. Propterea iudiciũ meum apud Dominum: & labor meus coram Deo meo. Et nunc sic dicit Dominus, qui formauit me ex vtero seruum sibi, vt congregarem Iacob ad eum, & Israel: Congregabor, & glorificabor coram Domino: & Deus meus erit mihi fortitudo. Et dixit: Magnum tibi est, vt voceris puer meus, vt suscites tribus Iacob, & dispersionem Israel conuertas. Ecce dedi te in ᵞ testamentum generis, in lucem gentium: vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. Sic dicit Dominus, qui eruit te, Deus Israel. Sanctificate eum, ᵟ qui despicit animam suam, qui abo D minatur à gentibus seruis ᵉ principum. Reges videbunt eum: & consurgent principes, & adorabunt eum propter Dominum: quia fidelis est sanctus Israel, & ᶜ elegi te. Sic dicit Dominus: Tempore accepto exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui: & plasmaui te, & dedi te in testamentum gentium; vt constitueres terram, & posſideres hæreditates desertas, dicens his, qui in vinculis sunt, exite, & his, qui in tenebris, vt reuelentur. In omnibus vijs pascentur: & in omnibus semitis pascua eorum. Non esurient, neque sitient: neque percutiet eos æstus, neque Sol: sed qui miseretur eorum, consolabitur eos, & per fontes aquarum ducet illos. Ponamque omnem montem in viam, & omnem semitam E in pascuam eis. Ecce isti de longe venient, isti ab Aquilone, & mari; alij autem de terra Persarum. Lætamini cæli, & exultet terra: erumpant montes lætitiam: quia misertus est Deus populi sui: & humiles populi sui consolatus est. Dixit autem Sion: dereliquit me Dominus, & quia Dominus oblitus est mei. Nunquid obliuiscetur mulier paruuli sui, vt non misereatur fœtuum vteri sui? Si autem & horum oblita fuerit mulier, sed ego non obliuiscar tui, dixit Dominus. Ecce super manus meas depinxi muros tuos: & coram me es semper: citoque ædificaberis, à quibus destructa fueras: & qui te dissipauerant, egredientur ex te. Leua in circuitu oculos tuos, & vide omnes: ecce congregati sunt, & venerunt ad

 te. Viuo

te. Viuo ego, dicit Dominus: quia omnibus his, quasi ornamento vestieris, & circundabis tibi eos, sicut ornamentum sponsa: quoniam deserta tua, & quæ dissipata, & quæ corruerunt, [η] quia nunc angustabuntur præ habitatoribus: & longe fient à te, qui te deuorabant. Dicent enim in auribus tuis filij tui, quos perdidisti: angustus mihi locus est: fac mihi locum, vt habitem. Et dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? ego autem absque liberis, & [θ] vidua: & istos quis enutriuit mihi? ego autem derelicta sum sola: & isti mihi vbi erant? Sic dicit Dominus Dominus. Ecce eleuo ad gentes manum meam, & ad insulas leuabo signum meum: & adducent filios tuos in sinu: & filias tuas super humeros portabunt. Et erunt reges nutricij tui, & [ι] principes fœminæ eorum, nutrices tuæ. Super faciē terræ adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et scies, quia ego Dominus, & non confundentur, qui expectant me. Nunquid accipiet quis à gigante spolia? &, si captiuum duxerit quis [κ] inique; saluabitur? quoniam sic dicit Dominus: si quis captiuauerit gigantem, accipiet spolia: qui autem accipit à forti, saluabitur. Ego autem iudicium tuum iudicabo: & ego filios tuos eruam: & comedent, qui tribulauerunt te, carnes suas, & bibent, quasi vinum nouum, sanguinem suum, & inebriabuntur. Et sentiet omnis caro, quia ego Dominus, qui erui te, & qui adiuuo fortitudinem Iacob.

α Audite.] *Sym.* ἀκούσατέ μου νῆσοι, καὶ ἀκροάσασθε ἔθνη, audite me insulæ, & auscultate gentes. β Abscondit.] *Sic etiam* S. *Hier. & Cyrillus. Apud Eusebium lib.* 11. *Euang. Demon.* ἐσκέπασέν με, texit me. γ Testamentum.] *Theodoretus,* τὴν διαθήκην, cæteri interpretati sunt, συνθήκην, pactum, fœdus. δ Qui despicit.] *Theodoretus,* τὸν φαυλίζοντα, cæteri, interpretati sunt, ἐξουδενημένον, contemptum. ε Seruis principum.] *Apud Cyrillum est,* τὸν δοῦλον, *& apud S. Hieron. in contextu,* qui seruus est principum. *Sed idem in comm. cum attulisset Theodotionis translationem,* ei, qui despicit animam, qui abominationi est genti, qui seruus est principum; *subdit isti interpretationi Aquilam consentire, & ex parte lxx. licet in eo mutauerint sensum, quòd pro gente gentes, & pro seruo seruos interpretati sunt.* ζ Et elegi.] *Ita etiam Cyrillus, & hic facit initium periodi. Symm.* ὃς ἐξελέξατό σε, *& apud S. Hier.* & elegit te, *coniungendo cum antecedentibus.* η Quia nunc.] ὅτι νῦν. *Illud* ὅτι, *abest à Cyrillo. In codice peruetusto est,* ὡς νῦν, vt nunc. *Apud* S. *Hier.* Nunc angustaberis. θ Vidua.] *In plerisque libris adiungitur,* πάροικος, καὶ ἀποκεκλεισμένη, *aut* ἐγκεκλεισμένη. *Pro quibus in versione S. Hieronymi est,* transmigrata, & captiua. *Verum ab eo in vetustiore non ponuntur, neque apud Cyrillum: & apud Procopium sub asterisco Theodotioni tribuuntur.* ι Principes fœminæ eorum.] αἱ δὲ ἄρχουσαι αὐτῶν. *Apud S. Hieron. non est,* eorum, *neque apud Cyrillum. Symm.* καὶ ἄρχουσαι αὐτῶν γαλουχήσουσι, & principes fœminæ eorum lac præbebunt. κ Inique.] *Cyrillus docet per interrogationem esse legendum. Eusebius.* Pro, ἀδίκως, dictio hebraica habet, δικαίως, iuste.

CAP. L.

SIC dicit Dominus: Qualis est liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? aut cui [α] creditori vendidi vos? Ecce peccatis vestris venundati estis: & in vestris iniquitatibus dimisi matrem vestram. [β] Quid, quia veni, & non erat homo; vocaui, & non erat, qui obediret? Nunquid non potest manus mea liberare, aut non præualeo, vt eruam? Ecce increpatione mea desertum faciam mare, & ponam flumina deserta: & arefient pisces eorum, eo quòd non sit aqua, & morientur in siti. Induam cælum tenebris, & quasi cilicium ponam operimentum eius. Dominus Dominus dat mihi linguā disciplinæ, vt sciā, quando oporteat loqui verbū. Posuit [γ] mihi mane, addidit mihi aurē ad audiendum: & disciplina Domini Domini aperit aures meas. Ego autē non renuo, neque contradico. Dorsum meū dedi ad flagella, & genas meas ad alapas: & faciē meā nō auerti à cōfusione sputorū, & Dominus Dominus auxiliator meus factus est. Propterea non

rea nõ sum confusus, sed posui faciẽ meã, sicut solidã petrã: & noui quoniam nõ confundar: quia iuxta est, qui iustificauit me. Quis est, qui iudicetur mecũ? resistat mihi simul: & quis est, qui iudiciũ ineat aduersum me? appropinquet mihi. Ecce Dominus Dominus adiuuabit me: quis affliget me? Ecce omnes vos, quasi vestimentum veterascetis: & tinea comedet vos. Quis est in vobis, qui timeat Dominũ? exaudiat vocem pueri eius. Qui ambulãt in tenebris, & non est eis lux: confidite in nomine Domini, & innitimini super Deo. Ecce omnes vos ignem accenditis, & confortatis flammam. Ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma quam succendistis. Propter me facta sunt hæc vobis: in mærore dormietis.

α Creditori.] *Sic vertunt illud, ὑπόχρεῳ, quamuis soleat significare debitorem, & obæratum. Eodem autem modo, atque hic, legitur apud Cyrillum, & Eusebium lib.* 11. *Euang. Demonstr. quamquam Cyrillus in explanatione habeat,* χρεώστῃ. *S. Ambr. de Thobia c.* 8. cui vendidi vos fœneratori? *Sed in plerisque codicibus est,* ἢ τίνι ὑποχρέῳ τῶν προσαιτούντων με, ᾧ πέπρακα ὑμᾶς αὐτῷ; aut cui creditori exactorum meorum, cui vendidi vos ei? *A Compl. abest illud* ᾧ. *Apud S. Hier.* aut cui creditori, & exactori meo vendidi vos. *Apud Procopium illa,* τῶν προσαιτούντων με, ᾧ, *sub asterisco Theodotioni tribuuntur, itemque illud,* αὐτῷ. β Quid, quia.] τί ὅτι. *In quibusdam est,* διότι, *& sic apud S. Cyrillum, & apud S. Hier. sine interrogatione,* quia veni, *&c.* γ Mihi mane.] *Nonnulli,* με πρωῒ πρωΐ. *Apud S. Hier.* me mane.

CAP. LI.

AVDITE me, qui persequimini, quod iustum est, & quæritis Dominum. Inspicite in solidam petram, quam excidistis, & in foueam laci, quam fodistis. Respicite in Abraam patrem vestrum, & in Sarram, quæ peperit vos: quia vnus erat, & vocaui eum, & benedixi eum, & dilexi illum, & multiplicaui eum. Et te nunc consolabor Sion. Et consolatus sum omnia deserta eius, quasi paradisum: & α ponam deserta eius, quasi paradisum, & ea, quæ ad Occidentẽ eius sunt, quasi paradisum Domini: lætitiam, & exultationem inuenient in ea, confessionẽ, & vocem laudis. Audite me, audite me populus meus: & β reges ad me auribus attendite: quia lex à me egredietur, & iudicium meum in lucem gentium. Appropinquat cito iustitia mea: & egredietur, sicut lux, salutare meum: & in brachio meo gentes sperabunt. Me insulæ expectabunt, & in brachio meo sperabunt. Leuate in cælum oculos vestros, & inspicite in terram deorsum: quoniam cælum, sicut fumus, γ firmatum est: terra autem, sicut vestimentum veterascet: & habitatores eius, sicut hæc, morientur. Salutare autem meum in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet. Audite me, qui scitis iudicium, populus, cuius lex mea in corde δ vestro. Nolite timere opprobrium hominum: & contemptu eorum ne vincamini. Sicut enim vestimentum, comedentur à tempore; & sicut lanæ, comedentur à tinea. Iustitia autem mea in æternum erit: & salus mea in generationes generationum. Exurge, exurge Hierusalem, & induere fortitudine brachij tui: exurge, sicut in principio diei, sicut generatio ζ sempiterna. Nonne tu es, quæ desertum fecisti mare, aquam abyssi multam? quæ posuisti profunda maris viam transitus his, qui fuerant liberati, & redempti? A Domino enim reducẽtur, & venient in Sion cum lætitia, & exultatione æterna. Super caput enim eorum laus & lætitia apprehendet eos: fugit dolor, & mæror, & gemitus. Ego sum, ego sum, qui consolor te. Scito, quæ cum esses, timueris ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum, arefacti sunt. Et oblita es Dei factoris tui, qui fecit cælum, & fundauit terram: & timebas

bas semper cunctis diebus faciem furoris tribulantis te. [η] Sicut enim cogitauit auferre te; & nunc vbi est furor tribulantis te? Cum enim salua facta fueris; non stabit, neque [θ] permanebit: quia ego Deus tuus, qui conturbo mare, & sonare facio fluctus eius: Dominus Sabaoth nomen mihi. Ponam verba mea in ore tuo: & sub vmbra manus meæ protegam te, in qua statui cælum, & fundaui terram: & dicet Sion: populus meus es tu. Exurge, exurge, eleuare Hierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem furoris eius. Calicem enim ruinæ, [ι] Condy furoris ebibisti, & [κ] euacuasti: & non erat, qui consolaretur te ex omnibus filijs tuis, quos genuisti: & non erat, qui apprehenderet manum tuam, neque ex omnibus filijs tuis, quos exaltasti. [λ] Quare hæc contraria tibi: quis contristabitur tecum? ruina, & contritio, fames, & gladius: quis consolabitur te? Filij tui, indigentes, dormientes in capite omnis viæ, sicut [μ] beta semicocta, pleni furoris Domini, deficientes [ν] per Dominum Deum. Propterea audi humiliata, & ebria non à vino. Sic dicit Dominus Deus, qui iudicat populum suum: Ecce tuli de manu tua calicem [ξ] ruinæ, Condy furoris mei: & non adijcies bibere illum vltra: & dabo eum in manus eorum, qui te inique oppresserunt, & humiliauerunt, qui dixerunt animæ tuæ, inclinare, vt transeamus: & posuisti æqualia terræ media tua foris transeuntibus.

α Et ponam deserta eius, quasi paradisum.] *Hæc apud S.Hier. non sunt in contextu, sed agnoscuntur in cōm.* β Reges.] *S.Hier. ex Theodotione*, genus, *ex Symmacho*, gentes. γ Firmatum est.] *Idem ex Aquila, & Sym.* μιαθήσεται, ἀλισθήσεται, comminuetur, in salis modum contererentur. δ Vestro.] *Apud Cyril. & in Comp.* αὐτῶν, *& apud S.Hier.* eorū. ε Hierusalē.] *Euseb.* Additio ipsius Hierusalē, neque in hebraica lectione, neque in cæteris interpretib. fertur: sed omnes sic ediderunt, ἐξεγείρου, ἐξεγείρου, ἔνδυσαι κράτος βραχίων κυρίου, exurge, exurge: induere potentia brachium Domini. *Idem fere S.Hier.* ζ Sempiterna.] *Id est, quæ à seculo, & antiqua, vt alibi. In quibusdam vero libris hæc sequuntur,* οὐ σὺ εἶ ἡ λατομήσασα πλάτος, διαλύσασα δράκοντα; *& apud S.* Hier. Nonne tu es, quæ excidisti latitudinem, dissoluisti draconem? *atque ab eo in comm. etiam explanatur. Sed Cyrillus non habet: & apud Procopiū cum asterisco tribuuntur Theodotioni. In aliquot libris pro,* διαλύσασα, *est,* διαῤῥήξασα, dirupisti. *In aliquo etiā,* οὐ σὺ εἶ ἡ κατακόψασα ἀλαζονείαν, καταστρώσασα δράκοντα; nonne tu es, quæ concidisti superbiam, prostrauisti draconem? η Sicut enim.] *Ita etiam apud Cyril. In Compl. non est illud* γὰρ, *& apud S.Hier. coniunctē cū antecedentibus*, tribulantis te, sicut cogitauit auferre te. θ Permanebit.] *Pro hac sententia testatur S.Hier. Symmachum dixisse*, cito infernus aperietur: & non morietur in corruptionem. *In alijs autem libris hæc sequuntur,* καὶ οὐ θανατώσει εἰς διαφθοράν, καὶ οὐ μὴ ὑστερήσῃ ὁ ἄρτος αὐτοῦ, & non occidet in corruptionem, & non deficiet panis eius: *quæ Cyrillus non habet, & S.Hier. testatur de Theodotionis editione ex hebraico addita esse: & apud Procopium sunt in margine sub asterisco eidem ascripta.* ι Condy.] *De quo Gen. 44. S.Hier. ex Symmacho*, craterem. κ Ebibisti, & vacuasti.] *S.Hier. ex tribus illis,* ἐξεσπάσας, *quod inquit significare*, bibisti, & vacuefecisti, & potasti vsque ad feces. λ Quare.] διὰ. *Apud Cyril. & in Compl. est* δύο, *& apud S.Hier.* Duo. μ Beta semicocta.] *Euseb.* Cæteri, ὡς ὄρυξ ἀμφιβληστρευμένος, ἢ συνειλημμένος, sicut oryx illaqueatus, vel, captus. Auis est autē oryx sic vocata. *De hac re copiose S.Hier.* ν Per Dominum.] *Cyril. & multi,* διὰ θυμοῦ κυρίου τοῦ θεοῦ, per irā furoris Domini. *Compl.* ἀπὸ κυρίου τοῦ θεοῦ, *& apud S.Hier.* à Domino Deo ξ Ruinæ.] *S.Hier. ex Symmacho, & Theodotione*, lacerationis, & commotionis.

CAP. LII.

EXVRGE, exurge Sion: induere fortitudine tua Sion: & tu induere gloria tua Hierusalem ciuitas sancta: nequaquam vltra adijciet, vt pertranseat per te incircuncisus, & immundus. Excute puluerem, & surge: sede Hierusalem, solue vinculum colli tui, captiua filia Sion. Quia hæc dicit Dominus: Gratis venundati estis: & non cum argēto redimemini. Sic dicit Dominus: In Ægyptum descēdit populus meus prius, vt peregrinaretur ibi; & in Assyrios violenter abducti sunt. Et nunc quid [α] estis hic? Hæc dicit Dominus: Quia ablatus est populus meus gratis; admiramini: & vlulate. Hæc dicit Dominus: Propter vos semper nomen meum blasphematur in [β] gentibus. Propterea sciet populus meus nomē meum in die illa: quia ego ipse, qui loquebar, adsum; sicut

γ hora

[γ] hora super montes; [δ] sicut pedes euangelizantis auditum pacis, sicut [ε] euangelizans bona. Quia auditam [ζ] faciam salutem meam, dicens: Sion regnabit Deus tuus: [η] Quia vox custodientium te exaltata est: & voce simul lætabuntur: quia oculi ad oculos videbunt; quando misertus fuerit Dominus Sion. Erumpant lætitiam simul deserta Hierusalem: quia misertus est Dominus eius, & eruit Hierusalem. Et reuelabit Dominus brachium sanctum suum in conspectu cunctarum gentium: & videbunt omnes fines terræ salutem, quæ à Deo nostro. Recedite, recedite, egredimini inde: & immundum nolite tangere: exite de medio eius: separamini, qui portatis vasa Domini: quia non cum tumultu exibitis, neque cum fuga ibitis. Præcedet enim prior vobis Dominus, & qui congregat vos, Deus Israel. Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & glorificabitur valde. Sicut stupebunt super te multi, sic in gloria erit ab hominibus species tua, & gloria tua à filijs hominum. Sic mirabuntur gentes multæ super eo: & continebunt reges os suum: quia quibus non est annunciatum de eo; videbunt: & qui non audierunt; intelligent.

α Estis.] *Ita etiam Cyrillus. Alij* ἔσῃ, *& apud S.Hier.* & nunc quid erit hic, dicit Dominus? β In gentibus.] *Hoc notat S.Hier. in hebræo non haberi.* γ Hora.] *Ita apud S.Hier. in textu. Sed in comm. docet vocabulo* ὥρα, *significari tempus, pulchritudinem, curam, & solicitudinem. Cyrillus accipit pro vere. In vno codice est,* ὡς ὡραῖοι, quàm speciosi, *vt Rom.* 10. δ Sicut pedes.] *Apud S. Hier. in textu,* sic pedes: *neque est inusitatum,* ὡς, *valere,* sic. *Sed in comm. habet,* sicut. ε Euangelizans.] *Apud Cyrillum, & in Compl. est,* εὐαγγελιζομένου, *& apud S.Hieron.* euangelizantis. ζ Faciam.] *Sic apud SS.Hieron. & Cyrillum. Alij,* ποιήσει, faciet. η Quia vox custodientium.] *Abest,* quia, *à S.Hier. & Compl. Theodotio,* φωνὴ τῶν σκοπῶν σου ἐπῆρε φωνήν, ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀγαλλιάσονται, ὅτι ὀφθαλμὸν ἐν ὀφθαλμοῖς ὄψονται, vox speculatorum tuorum: leuauerunt vocem, simul exultabunt, quia oculum in oculis videbunt: *nec multo aliter vulgata.*

C A P. LIII.

DOMINE, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? [α] Annunciauimus, quasi [β] paruulum in conspectu eius: sicut radix in terra sitienti. Non est species ei, neque gloria: & vidimus eum: & non habebat speciem, neque decorem: sed species eius inhonorata, & deficiens præ filijs hominum. Homo in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem: quia auersa est facies eius, despecta, & non reputata. Iste peccata nostra portat, & pro nobis dolet: & nos reputauimus eum esse in labore, & in [γ] plaga, & in afflictione. Ipse autem [δ] vulneratus est propter peccata nostra: & infirmatus est propter iniquitates nostras. Disciplina pacis nostræ super eum: liuore eius nos sanati sumus. Omnes quasi oues errauimus: homo in via sua errauit. Et Dominus tradidit eum [ε] propter iniquitates nostras: & ipse [ζ] propter afflictionem nō aperit os suum. Sicut ouis ad victimam [η] ductus est; & sicut agnus coram tondente mutus, sic non aperit os. In humilitate iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit? Quia tollitur de terra vita eius: ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Et [θ] dabo pessimos pro sepultura eius, & diuites pro morte illius. quia iniquitatem non fecit, neque [ι] dolum in ore suo: & Dominus vult mundare eum à plaga. Si [κ] dederitis pro peccato; anima vestra videbit semen longæuum. Et vult [λ] Dominus auferre de dolore animam eius, ostendere ei lucem, & formare intelligentia, iustificare iustum bene seruientem multis; & peccata eorum ipse portabit. Propterea ipse possidebit multos,

 & fortium

& fortium diuidet spolia: pro eo quòd tradita est ad mortem anima eius: & in iniquis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & propter iniquitates eorum traditus est.

α Annunciauimus.] *Aq.* καὶ ἀναῤῥηθήσεται, ὡς τιθηζόμενον εἰς πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ὡς ῥίζα ἀπὸ γῆς ἀβάτου, & pronunciabitur, quasi enutritum lacte ad faciem eius, & sicut radix de terra inuia. *Th.* καὶ ἀναβήσεται ὡς θηλάζων ἐνώπιον αὐτοῦ, & ascendet quasi lactens coram eo. β Paruulum.] *Sic apud S. Hieron. etiam in comm. (licet possit etiam verti,* paruulus, *& apud S. Cypr. 2. testim. est,* pueri, *) pro quo inquit Symmachum posuisse ramum. Theodorus Heracl.* Sermones enim nostri, qui ad illum fiunt, quasi pueri vilis. *In quibusdam codicibus, legitur,* πεδίον, campus, *itemque apud Cyrillum, qui sub persona Apostolorum inquit,* erimus quasi ager floridus, & fructifer. γ Plaga.] *Sic SS. Cyprianus, Hier. Cyrillus, & Iustinus. In aliis additur,* ὑπὸ θεοῦ, à Deo: *quod apud Procopium sub asterisco Aquilæ, & Theodotioni tribuitur. Testatur vero S. Hier. pro eo quod lxx. dixerunt,* ἐν πόνῳ, in dolore, *siue,* labore, *Symmachum transtulisse,* ἐν ἀφῇ ὄντα, in lepra positum, *Aquilam,* ἀφημμένον, leprosum, *Theodotionem,* flagellatum. δ Vulneratus est.] *Eusebius.* Tunc igitur, καὶ συνετρίβη, καὶ ἐβεβηλώθη, & contritus est, & contaminatus est, secundum Aquilam. ε Propter iniquitates nostras.] *Sic apud S. Hieron. at S. Cypr. ibid.* pro peccatis nostris: *& fortasse significantius diceretur:* tradidit eum peccatis nostris. ζ Propter afflictionem.] *Aut,* propterea quòd vexatus est, *vt S. Cypr. Pro quo inquit S. Hier. Symmachum, & Theodotionem dixisse,* audiens non aperuit os suum. η Ductus.] *Symm.* προσηνέχθη, oblatus est, *vt vulgata.* θ Dabo pessimos.] *Aut,* malos, *vt S. Cyprian. Theodoretus.* Tres illi, δώσει, dabit, *vt vulgata.* ι Dolum.] *Aut,* insidias, *vt S. Cypr. In quibusdam vero codicibus, & apud Cyrillum est,* οὐδὲ δόλος εὑρέθη, neque dolus inuentus est. κ Si dederitis.] *Sic etiam SS.* Hier *& Cyrillus. In aliquot libris, & apud Iustinum,* δῶται, si data fuerit. *Compl.* δῶτε τὴν ψυχὴν. λ Dominus.] *Ita S. Hier. Cyrillus, Iustinus. In aliis libris sequitur,* ἐν χειρὶ αὐτοῦ, in manu eius: *quod apud Procopium sub asterisco tribuitur tribus interpretibus.*

CAP. LIV.

LÆTARE sterilis, quæ non paris: erumpe, & clama, quæ non parturis: quia multi filij desertæ, quàm eius, quæ habet virum. Dixit enim Dominus: Dilata locum tabernaculi tui, & α aulæorum tuorum: fige, ne parcas: protende funiculos tuos: & palos tuos conforta. adhuc in dextris, & sinistris dilata. Et semen tuum possidebit gentes: & ciuitates desertas habitare facies. Noli timere, quia confusa es: neque confundaris, quia exprobratum tibi est. Confusionem enim β æternã obliuisceris: & opprobrij viduitatis tuæ memor non eris vltra: Quia Dominus, qui facit te, Dominus Sabaoth nomen illi: & qui eruit te, ipse Deus Israel, omni terræ vocabitur. Non vt mulierem derelictam, & pusillanimem vocauit te Dominus, neque vt mulierem, quæ ab adolescẽtia odiosa est, dixit Deus tuus: Tempore modico reliqui te: & cum misericordia magna miserebor tui. In furore paruo auerti faciem meam à te: & in misericordia sempiterna miserebor tui, dixit, qui eruit te Dominus. Ab aqua, quæ fuit sub Noe, hoc mihi est: sicut iuraui ei in tempore illo, terræ nequaquam vltra irasci super te, neque in comminatione tua montes transferre: neque colles tui transferentur: Sic neque, quæ à me tibi misericordia, deficiet: nec testamẽtum pacis γ tuæ auferetur. Dixit enim propitius tibi δ Domine: humilis, & instabilis non habuisti consolationem. ε Ecce ego præparo tibi carbunculum lapidem tuum, & fundamenta tua Sapphirum: & ponam propugnacula tua Iaspin: & portas tuas lapides chrystalli: & ambitum murum tuũ lapides electos, & omnes filios tuos discipulos Dei: & in multa pace filij tui: & in iustitia ædificaberis. Recede ab iniquo; & non timebis, & tremor non appropinquabit tibi. Ecce proselyti accedẽt ad te per me: & coloni erunt tui, & ad te confugient. Ecce ego creaui te; non vt ærarius ζ sufflans prunas, & proferens vas in opus. Ego autem creaui te, non in perditionem interficere. Omne vas, quod factum est contra te, η non prosperabo: &

A bo:& omnis vox ſurget contra te in iudicium; omnes eos vinces: & obnoxij tui erunt in ea. Eſt hæreditas ſeruientibus Domino: & vos eritis mihi iuſti, dicit Dominus.

[α] Aulæorum.] *Sic apud SS.Hier.& Cyrillum,& Cypr.1.teſtim.in optimis codicibus.S.Aug.epiſt.166.* & aulas tuas confige: non eſt, quòd parcas: *Cæteri autem libri,& Iuſtinus,& Procopius,* καὶ τὰς δέῤῥεις τῶν αὐλαιῶν σου. *Apud S.Cyprianum in aliquot exemplaribus,* & pelles tabernaculorum tuorum extende, *vt in vulgata noſtra.* [β] Æternam.] *Sic etiam S.Cyprianus,& valet eam, quæ à ſeculo, antiquam, vt alibi S.Auguſt.habet,* in perpetuum. [γ] Tuæ.] *In multis codicibus,& apud Cyrillum eſt* μου, *& apud S.*Hier.meæ. [δ] Domine.] *In quibuſdam,& apud Cyrillum eſt,* κύριος, Dominus, *& ſic apud S.Hier.* [ε] Ecce ego præparo.] *Symmachus,* ἰδοὺ ἐγὼ συντίθημι στιμμίας τοὺς λίθους σου. *Th.* ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβαλῶ ἐν στίμμι τοὺς λίθους σου. *S.Hier.*omnes præter lxx.ſimiliter tranſtulerunt, ſternam in ſtibio lapides tuos. *Idem refert pro Iaſpide ſolum Symmachum dixiſſe,* καρχηδονίῳ, ex Chalcedonio, *& pro chryſtallo, Symmachum, et Theodotionem,* γλυφῆς, ſculpturæ. *Aquilam,* τρυπανισμοῦ, quod verbum, (*inquit,*) foratarum, cælatarumque gemmarum ſenſum ſonat. [ζ] Sufflans.] *Sic Cyrillus. In quibuſdam libris ſequitur,* ἐν πυρείῳ, in foco: *in aliquot,* ἐν πυρὶ, *& apud S.Hier.*in igne. *Apud Procopium,* ἐν πυρὶ, *ſub aſteriſco tribus interpretibus aſcribitur.* [η] Non proſperabo.] *Ita etiam Cyrillus. In alijs eſt,* οὐκ εὐοδώσει, *& apud S.Hier.*non proſperabitur. *Idem ſequentia verba ſic in comm. profert,* Et omnis vox, quæ ſurgit contra te in iudicium; omnes eos vinces. *Illa autem,* & obnoxij tui erunt in ea, *obelo prænotat, vt non tam à lxx. quàm à malis ſcriptoribus addita.*

B

CAP. LV.

QVI ſititis; ite ad aquam: & quotquot non habetis pecuniam, euntes emite, & [α] comedite ſine argento, & precio vinum, & adipem. Quare emitis [β] pecunia, & laborem veſtrum non in ſaturitatem? Audite me, & comedite bona: & delectabitur in bonis anima veſtra. Attendite auribus veſtris, & ſequimini vias meas: exaudite me; & viuet in bonis anima veſtra. Et conſtituam vobis teſtamentum æternum, ſancta Dauid fidelia. Ecce [γ] teſtimonium in gentibus dedi eum, principem, & præcipientem gentibus. Gentes, quæ neſciebant te, inuocabunt te: & populi, qui ignorabant te, ad te confugient: propter Dominum Deum tuum ſanctum Iſrael, quia glorificauit te. Quærite Dominũ, & in inueniendo eum, inuocate. Et poſtquam vobis appropinquauerit; relinquat impius vias ſuas, & vir iniquus cogitationes ſuas, & conuertatur ad Dominum: & miſericordiam [δ] conſequetur: quia multum dimittet peccata veſtra. Neque enim ſunt cogitationes meæ, ſicut cogitationes veſtræ; nec, ſicut viæ meæ, viæ veſtræ, dicit Dominus. Sed ſicut diſtat cælum à terra; ſic diſtat via mea à vijs veſtris, & cogitationes veſtræ à cogitatione mea. Quomodo enim ſi deſcendat pluuia, aut nix de cælo, & non reuertatur, donec inebriet terram, & generet, & oriatur, & det ſemen ſeminanti, & panem ad comedendum; ſic erit verbum meum, quod exierit de ore meo: [ε] non reuertetur; donec compleat, quæ volui: & proſperas faciam vias [ζ] tuas, & præcepta mea. In lætitia enim egrediemini, & in gaudio [η] docebimini. Montes enim & colles exilient expectantes vos in gaudio: & omnia ligna agri applaudent ramis. Et pro [θ] ſtœba aſcendet cypariſſus: & pro coniza aſcendet myrtus. Et erit [ι] Dominus in nomen, & in ſignum ſempiternum; & non deficiet.

C

D

E

[α] Comedite.] *Ita etiam S.Hier. Cyrillus autem,& Procopius,* καὶ πίετε, & bibite, *vt apud S.Cypr.3.teſtim.in pleriſque codicibus: licet in aliquo ſit,* edite. *In alijs quibuſdam hæc ſequuntur,* καὶ πορεύεσθε, καὶ ἀγοράσατε, *& apud S.Hier.* & ambulate, & emite. *Ea Cyrillus non habet: & apud Procopium ſunt in margine Theodotioni aſcripta cum aſteriſco.* [β] Pecunia.] *In cæteris adiungitur,* ἐν οὐκ ἄρτοις, non in panibus. *Quod nec eſt apud SS.Hier.& Cyrillum: & apud Procopium ſub aſteriſco Theodotioni tribuitur.* [γ] Teſtimonium.] *Aq.& Symm.* μάρτυρα, teſtem. [δ] Conſequetur.] *Ita Iuſtinus,& Cyrillus,& SS.Hier.& Cyprianus 3.teſtim. In cæteris*

codicibus,

codicibus, & apud Procopium sequitur, καὶ πρὸς τὸν θεὸν ἡμῶν, & ad Deum nostrum. ε Non reuertetur.] *In alijs hæc adduntur*, πρὸς μὲ κενὸν, ad me vacuum: *quæ nec* S. Hier. *nec Cyrillus nec Iustinus habent: & apud Procopium Theodotioni & Symmacho assignantur sub asterisco.* ζ Tuas.] *Cyrillus*, μου, meas: *apud S.Hier.* eius. η Docebimini.] *Sic Iustinus, Cyrillus, Procopius. In quibusdam vero codicibus est*, διαχθήσεσθε, *& apud S.Hier.* deducemini. θ Sœba.] Idest, vilissimo stipite, *inquit S.Hieron. qui addit etiam Symmachum ita dixisse, Aquilam vero, & Theodotionem*, conizam; *vbi autem lxx. conizam, Symmachum vertisse*, vrticam. ι Dominus.] *In quibusdam libris est*, κυρίῳ, Domino: *quod cum hebraico conuenit.*

CAP. LVI.

HÆC dicit Dominus: Custodite iudicium, & facite iustitiam: quia iuxta est salutare meum, vt adueniat; & misericordia mea, vt reueletur. Beatus vir, qui facit hæc, & homo, qui retinet ista, & custodit sabbata, vt non prophanet ea; & seruat manus suas, ne faciat iniqua. Ne dicat alienigena, qui appositus est Domino: α separabit me vtique Dominus à populo suo. Et ne dicat eunuchus, quia ego sum lignum aridum. Hæc dicit Dominus Eunuchis: Quicumque custodierint Sabbata mea, & elegerint, quæ ego volo, & tenuerint testamentum meum; dabo eis in domo mea, & in muro meo locum nominatum, meliorem filijs, & filiabus: nomen sempiternum dabo eis: & non deficiet: Et alienigenis, qui additi sunt Domino, seruire ei, & diligere nomen eius, vt sint ei in seruos, & ancillas: & omnes, qui custodiunt sabbata mea, vt non violent ea, & tenent testamentum meum; inducam illos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ. Holocaustomata eorum, & victimæ eorum erunt acceptabiles super altare meum. Domus enim mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus, dixit Dominus, qui congregat dispersos Israel: quia congregabo ad eum congregationem. Omnes bestiæ feræ venite, comedite, omnes bestiæ syluæ. Videte, quoniam excæcati sunt omnes: non cognouerunt: canes muti poterunt latrare: somniantes lectulum, amantes dormitationem. Et canes impudentes animo ignorantes saturitatem: Et sunt mali, nescientes intelligentiam: omnes, vias suas sequuti sunt, vnusquisque β iuxta suum.

α Separabit me vtique.] *Ita Cyrillus: & apud S. Hieron.* putas ne, (*ita enim solet interdum verti illud*, ἆρα,) separat me. *In cæteris libris hæc antecedunt*, λέγων ἀφορισμῷ, dicens separatione, (*vt in vulgata:*) *quæ apud Procopium sub asterisco Theodotioni ascribuntur.* β Iuxta suum.] *Idest, prout sibi libet, prout fert consilium, & voluntas sua, quamuis Cyrillus videtur interpretari*, ἐπὶ τὸ αὐτὸ, in idem, simul: *nisi si habuit*, κατὰ τὸ ἑαυτοῦ ἅμα. *In alijs libris post istud*, κατὰ τὸ ἑαυτοῦ, *hæc sequuntur*, πλεονέκτημα ἐπ' ἄκρα (*al.* ἅμα ἀπ' ἄκρου) αὐτοῦ, (*al.* αὐτῶν) δεῦτε λάβωμεν οἶνον, καὶ οἰνοφλυγήσωμεν μέθην, καὶ ἔσται τοιαύτη ἡμέρα αὔριον μεγάλη περισσῶς (*al.* πολὺ ὡς) σφόδρα, vnusquisque secundum suam auaritiam simul ad summitates, (*al.* à summitate) eius: (*al.* eorum.) Venite, sumamus vinum, & inebriemur ebrietate. Et erit talis dies crastina, magna amplius nimis. *Quæ S.Hier. notat ex hebræo esse addita: Cyrillus non habet: & apud Procopium Theodotioni sub asterisco tribuuntur.*

CAP. LVII.

VIDETE, quomodo iustus perijt: & nemo suscipit corde: & viri iusti tolluntur: & nemo considerat. A facie enim iniquitatis oblatus est iustus: erit in pace sepultura eius: ablatus est de medio. Vos autem accedite huc filij iniqui, semen adulterorum, & meretricis. In quo oblectati estis? et super quem aperuistis os vestrum? et super quem eiecistis linguam vestram? Nonne vos estis filij perditionis, semen iniquum, qui α vocatis idola subter frondosas arbores, immolantes filios vestros in vallibus in medio petrarum? Illa est

A Illa est pars tua: hæc est sors tua: & illis effudisti libamina, & his obtulisti hostias. Super his ergo non irascar? Super montem excelsum, & sublimem, illic cubile tuum: & illuc ascendere fecisti hostias tuas: & post ostij tui postes posuisti memorialia tua. Putabas, quoniam si recessisses à me, plus aliquid [β] haberes: dilexisti dormiẽtes tecum, & multiplicasti fornicationem tuam cum eis: multosque fecisti eos, qui procul à te, & misisti legatos vltra terminos tuos: & humiliata es vsque ad inferos. Multis itineribus tuis laborasti, & non dixisti, desinam: [γ] confortata, quia fecisti hæc: propterea non rogasti me. Quem timens perterrita es? & mentita es mihi, nec recordata es mei, neque sumpsisti me in mentem, neque B in cor tuum? Et ego te videns despicio: & me non timuisti. Et ego annunciabo iustitiam tuam, & mala tua, quæ non proderunt tibi: cum clamaueris, eruant te in tribulatione tua. Istos enim omnes tollet ventus, & auferet tempestas. Qui autem innituntur mihi, possidebunt terram, & hæreditate consequentur montem sanctum meum: & dicent: Mundas facite à facie eius vias, & auferte offendicula de via populi mei. Hæc dicit excelsus, in excelsis habitans in æternum, sanctus in sanctis, nomen illi: excelsus in sanctis requiescens, & pusillanimis dãs patientiam, & dans vitam his, qui corde contriti [δ] sunt. Non in æternum vlciscar in vos: neque semper irascar vobis. Spiritus enim à me egredietur: & flatum omnem ego feci. C Propter peccatum ad modicum quid contristaui eum, & percussi eum, & auerti faciem meam ab eo: & contristatus est, & ambulauit tristis in vijs suis. Vias eius vidi: & sanaui eum, & consolatus sum illum, & dedi ei consolationem veram, pacem super pacem his, qui longe, & qui prope sunt. Et dixit Dominus: Sanabo eos: qui autem iniqui sunt, [ε] fluctuabunt, & quiescere non poterunt. Non est gaudium impijs, dixit Deus.

[α] Vocatis Idola.] *Ita S.Hier. In cæteris vero libris, & apud Cyrillum, & Procopium est*, ἐπὶ τὰ εἴδωλα, aduocatis, & adhortamini ad idola. [β] Haberes.] *In vno vetusto adduntur hæc*, ἐπλάτυνας τὴν κοίτην σου, καὶ ἔθου σαυτῇ παρ᾽ αὐτῶν, *quæ videntur respondere ijs, quæ in vulgata nostra*, dilatasti cubile tuum, & pepigisti cum D eis: *quæ negat S.Hier. in lxx haberi.* [γ] Confortata.] *Videtur abesse à Cyrillo. Apud S.Hier. est*, confortata fecisti hæc. [δ] Sunt.] *In eodem vetusto codice additur*, καὶ ζωῶσαι καρδίας τεθλασμένων, & vt viuificet corda contritorum: *quæ respondent vulgatæ nostræ, & videntur esse ex alia tralatione.* [ε] Fluctuabunt.] *Sic apud S.Hier. In multis, & apud Cyrillum est*, οὕτως κλυδωνισθήσονται. *Sed in eodem vetusto*, ὡς θάλασσα ἀναβρασσομένη, οὕτως κλυδωνισθήσονται, καὶ ἀναπαύσασθαι οὐ μὴ δύνωνται, ὅτι ἀποβάλλεται τὸ ὕδωρ αὐτῆς καταπάτημα, καὶ πηλόν. οὐκ ἔστι χαίρειν, quasi mare feruens, sic fluctuabunt, & quiescere non poterunt: quoniam proicit aqua eius conculcationem, & lutum: *quæ satis respondent vulgatæ nostræ, & videntur ex alia interpretatione.*

C A P. LVIII.

CLAMA in fortitudine, & ne parcas: quasi tuba exalta vocem tuam: & E annuncia populo meo peccata eorum, & domui Iacob iniquitates eorum. Me de die in diem quærunt: & scire vias meas volunt, quasi gens, quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit. Petunt me nunc iudicium iustum: & appropinquare Deo cupiunt, dicentes: Quare ieiunauimus, & non vidisti? humiliauimus animas nostras, & non cognouisti? In diebus enim ieiuniorum vestrorum [α] inuenitis voluntates vestras, & omnes subiectos vobis affligitis: si ad iudicia, & iurgia ieiunatis, & percutitis pugnis humilem? Vt quid mihi ieiunatis, vt hodie audiatur in clamore vox vestra? Non tale ieiunium elegi, & die humiliare hominem animam suam. Neque, si incuruaueris, quasi circulum

culum, collum tuum, & cilicium & cinerem ſubſtraueris; nec ſic vocabitis ieiunium [ϐ] acceptabile. Non hoc ieiunium elegi, dicit Dominus. Sed ſolue omnem colligaturam iniquitatis: diſſolue obligationes violentorum [γ] contractuũ: dimitte fractos in remiſsionem: & omnem ſcripturam iniquam conſcinde: frange eſurienti panem tuum: & pauperes ſine tecto induc in domum tuam: ſi videris nudum, operi: et domeſticos ſeminis tui ne deſpexeris. Tunc erumpet matutinum lumen tuum: et [δ] ſanitates tuæ cito orientur: et præibit in conſpectu tuo iuſtitia tua: et gloria Dei circundabit te. Tunc clamabis: & Deus exaudiet te: adhuc loquente te dicet: ecce adſum. Si abſtuleris à te colligationem, & [ε] ordinationem, & verbum murmurationis: & dederis eſurienti panem ex anima tua, & animam humiliatam ſaturaueris; tunc orietur in tenebris lumen tuum; & tenebræ tuæ erunt ſicut meridies: & erit Deus tuus tecum ſemper: & impleberis, ſicut deſiderat anima tua: & oſſa tua pingueſcent: & [*] erunt, ſicut hortus ebrius, & ſicut fons, cui non defecit [ζ] aqua. Et ædificabuntur tibi deſerta à ſeculo: & erunt fundamenta tua ſempiterna generationum generationibus: & vocaberis ædificator ſepium: & ſemitas tuas in medio quieſcere facies. Si auerteris pedem tuum à ſabbatis; vt non facias voluntates tuas in die ſancta; & vocabis Sabbata delicata, ſancta Deo. Non tolles pedem tuum ad opus: neque loqueris verbum in ira de ore tuo. & eris confidens ſuper Dominum. Et eleuabit te ſuper bona terræ: & cibabit te hæreditate Iacob patris tui. Os enim Domini loquutum eſt hæc.

α Inuenitis.] *Sic etiam Cyrillus. In aliquot libris eſt,* εὕρετε, *& apud S. Hier. Tertullianum, & Cyprianum,* inueniuntur voluntates veſtræ. *Non fuerit autem inutile conferre cum hoc totum locum, vt à S. Cypriano recitatur 3. teſtim. & alibi.* ϐ Acceptabile.] *Aut,* acceptum, *vt S. Cypr. Nec plura habet etiam Cyrillus. Sed in aliquo codice eſt,* καὶ ἡμέραν δεκτήν, *& apud S. Hier.* & diem acceptabilem. γ Contractuum.] *Sic S. Hier. in comm. aut,* violentarum cautionum, *pro quibus teſtatur Aquilam dixiſſe errorem, Symmachum declinationem, Theodotionem,* κλοιόν, *ideſt,* torquem. *Noſtros autem inquit verbi ambiguitate deceptos commutationes pro chirographis eſſe interpretatos. Apud S. Cyprianum eſt,* reſolue ſuffocationes impotentium commerciorum. δ Sanitates.] *S. Hier. ex Aquila,* & cicatrix vulneris tui cito obducetur. *atque addit hæc.* Pro eo, quod lxx. tranſtulerunt, ἰάματά σου, ideſt ſanitates tuæ, latini interpretes ducti nominis ſimilitudine, ἱμάτια, ideſt veſtimenta poſuerunt. *Id apud Tertullianum, Cyprianum, Ambroſium, Auguſtinum licet animaduertere.* ε Ordinationem.] *Teſtatur S. Hier. pro,* χειροτονίαν, *cæteros tranſtuliſſe,* extentum digitum. * Erunt.] *S. Ambr. epiſt. 82.* eris. ζ Aqua.] *In pleriſque libris hæc ſubiunguntur,* καὶ τὰ ὀστᾶ σου ὡς βοτάνη ἀνατελεῖ, καὶ πιανθήσεται, καὶ κληρονομήσουσι γενεὰς γενεῶν, & oſſa tua, quaſi herba orientur, & pingueſcent, & hæreditate poſſidebunt in generationes generationum. *Quæ habent Cyrillus, & Procopius. Ac notat S. Hier. ea in Alexandrinus exemplaribus addita eſſe: in hebraico autem non haberi, ſed ne in lxx. quidem emendatis, & veris exemplaribus.*

C A P. L I X.

NVNQVID non valet manus Domini ſaluos facere? aut grauauit aurem ſuam, vt non exaudiat? Sed peccata veſtra ſeparant inter vos, & Deum: & propter peccata veſtra auertit faciem à vobis, ne miſereatur. Manus enim veſtræ inquinatæ ſunt ſanguine: & digiti veſtri in peccatis: labia autem veſtra loquuta ſunt [α] iniquitatem: & lingua veſtra iniuſtitiam meditatur. Nemo loquitur iuſta: neque eſt iudicium verum. Fidunt in vanis, & loquuntur inania: quia parturiunt dolorem, & pariunt iniquitatem. Oua aſpidum fregerunt, & telam araneæ texũt. [ϐ] Et, qui de ouis eorum comedere voluerit, frangens putridum, reperijt etiam in eo regulum. Tela eorum non erit in veſtimentum, neque operientur de operibus ſuis. Opera enim eorum, opera iniquitatis: & pedes

A & pedes eorum ad malitiam currunt, veloces ad effundendum γ sanguinem: & cogitationes eorum, cogitationes δ de homicidijs. Contritio, & miseria in vijs eorum: & viam pacis non cognouerunt: & non est iudicium in vijs eorum. Semitæ enim eorum peruersæ, quas transeunt: & nesciunt pacem. Propterea recessit iudicium ab eis: & non apprehendet eos iustitia. Cum expectarent lucem; factæ sunt eis tenebræ: præstolantes ε splendorem in obscuritate ambularunt: palpabunt, sicut cæci, parietem, & quasi non habentes oculos, attrectabunt: & cadent in meridie, quasi in nocte media: quasi morientes gement: quasi vrsus, & quasi columba, pariter ambulabunt. Expectauimus iudicium, & non est: B salus longe recessit à nobis. Multa enim est iniquitas nostra in conspectu tuo: & peccata nostra restiterunt nobis. Iniquitates enim nostræ in nobis sunt: & iniustitias nostras cognouimus. Impie egimus, & mentiti sumus, & recessimus ζ à Deo nostro: loquuti sumus iniqua, & inobedientes fuimus. Parturiuimus, & meditati sumus de cordibus nostris verba iniqua: & recessimus à iudicio. Et iustitia longe stetit: quia consumpta est in vijs eorum veritas: & per rectum iter transire non poterant. Et veritas sublata est: & transtulerunt mentem ab intelligendo. Et uidit Dominus, & non placuit ei: quoniam non erat iudicium. Et vidit; & non erat vir: & considerauit; & non erat, qui defenderet. Et vltus est eos C brachio suo, & misericordia η sustinuit. Et indutus est iustitiam, quasi loricam: & posuit galeam in capite: & circundatus est vestimento vindictæ, & pallio suo, quasi retributurus retributionem opprobrium aduersarijs. Et timebunt, qui ab Occidente, nomen Domini; & qui ab ortu Solis, nomen inclytum. Veniet enim quasi fluuius violentus, ira à Domino: veniet cum furore. Et veniet θ propter Sion, qui liberat: & auertet impietates à Iacob. Et hoc erit eis à me testamentum, dixit Dominus. Spiritus meus, qui est in te, & verba, quæ dedi in ore tuo, non deficient de ore tuo, & ex ore seminis tui: ι ait enim Dominus ex nunc, & in æternum.

D α Iniquitatem.] *S. Cyprianus 3. testim. & alibi,* facinus: *itemque paulo post: cæteroqui magis conuenit hoc loco cum hac nostra, quemadmodum etiam Cyrillus, quàm ea lxx. editio, quæ apud S. Hieron. ponitur.* β Et qui de ouis.] *Eusebius. Cæteri,* ὁ ἐσθίων ἐκ τῶν ᾠῶν αὐτῶν, ἀποθανεῖται, qui comederit de ouis eorum, morietur: *quomodo habet S. Hier. in sua: qui etiam pro regulo Symmachum inquit, & Theodotionem posuisse aspidem, Aquilam autem viperam.* γ Sanguinem.] *Ita etiam Cyrillus. In quibusdam additur,* ἀναίτιον, *& apud S. Hier.* innoxium. δ De homicidijs.] *Sic Cyrillus. Quidam libri, & Eusebius lib. 11. Euang. dem.* ἀφρόνων, *& apud S. Hier.* stultorum. *Quidam etiam,* ἀποφωλίων, vanorum. ε Splendorem, in obscuritate.] αὐγὴν ἐν ἀωρίᾳ. *Ita etiam B. Cyrillus, qui* ἀωρίαν *interpretatur profundas tenebras. In Compl. est,* ἐν σκότει. *Apud S. Hier. videtur pro* αὐγὴν, *fuisse,* αὐτὴν. *Ita enim refert ex lxx.* præstolantes eam in tenebris ambulabunt. ζ A Deo.] ὄπισθεν τοῦ θεοῦ, *& similis phrasis paulo post,* ἀπέστημεν ὀπίσω τὴν κρίσιν. *Sed in priore loco multi habent,* ἀπὸ ὄπισθεν θεοῦ, *quasi,* à post Deum, *idest,* à sequendo Deum, *quomodo & alibi.* η Sustinuit.] *Ita apud S. Hier. & valet,* sustentauit: *posset autem,* ἀντελάβετο *verti etiam,* fultus, & nixus est. θ Propter Sion.] *Ita etiam Cyrillus, & collati codices. In Compl.* E *est,* ἀπὸ σιὼν, *& apud S. Hier. etiam in comm.* veniet de Sion, qui liberet, *& pro,* ὁ ῥυόμενος, *videtur ex alio quopiam interprete afferre,* ἀγχιστεύς, *quasi simul propinquus, & redemptor.* ι Ait enim.] *Sic Cyrillus. Ab aliquo, & à S. Hieronymo abest illud,* enim.

CAP. LX.

ILLVMINARE, illuminare Hierusalem; venit enim lumen tuum: & gloria Domini super te orta est. Ecce tenebræ operient terram: & caligo super gentes. Super te autem apparebit Dominus: & gloria illius in te videbitur: & ambulabunt reges in lumine tuo, & gentes in splendore tuo. Leua in circuitu

circuitu oculos tuos, & vide congregatos filios tuos. Venerunt omnes filij tui de longe;& filiæ tuæ ſuper humeros portabuntur. Tunc videbis, et timebis, et ſtupebis corde: quoniam transferentur in te diuitiæ maris,& gentium, et populorum. Et venient tibi greges camelorum;et operient te cameli Madiam,et Gæpha. Omnes de Saba venient ferentes aurum, et [α] thus deferent: et ſalutare Domini annunciabunt. Et omnes oues Cedar congregabũtur: et arietes Nabæoth venient: et offerentur acceptabilia ſuper altare meum: et domus orationis meæ glorificabitur. Qui nam iſti, vt nubes volant, et ſicut columbæ cum pullis ad me? Me inſulæ expectarunt, et naues Tharſis in primis, vt adducant filios tuos de longe, et argentum, et aurum eorum cum eis: et propter nomen Domini ſanctum: et [β] quia ſanctus Iſrael glorificatus eſt. Et ædificabunt alienigenæ muros tuos: et reges eorum aſsiſtent tibi. Propter iram enim meam percuſsi te: et propter miſericordiam dilexi te. Et aperientur portæ tuæ ſemper: die, ac nocte non claudentur, vt introducant ad te fortitudinem gentium, et reges earum, qui adducendi ſunt. Gentes enim et reges, qui non ſeruient tibi, peribunt: et gentes ſolitudine deſolabuntur. Et gloria Libani ad te veniet in cypariſſo, et pino, et cedro ſimul, vt glorificetur locus ſanctus [γ] meus. Et ibunt ad te timentes filij eorum, qui te humiliauerunt, et irritauerunt ſe: et vocaberis [δ] ciuitas Sion ſancti Iſrael: pro eo quòd fuiſti derelicta, et odio habita: et non erat, qui auxiliaretur. Et ponam te exultationem æternam, gaudium generationum generationibus. Et ſuges lac gentium, et diuitias regum comedes. Et ſcies, quia ego Dominus, qui ſaluabo te, et qui eruo te, Deus Iſrael. Et pro ære afferam tibi aurum: et pro ferro afferam tibi argentum: et pro lignis afferam tibi æs, et pro lapidibus ferrum. Et dabo principes tuos in pace, et epiſcopos tuos in iuſtitia: et non audietur vltra iniquitas in terra tua: neque contritio, neque miſeria in finibus tuis: ſed vocabuntur [ε] ſalutare muri tui, et portæ tuæ ſculptura. Et non erit tibi Sol vltra in lucem diei, neque ortus Lunæ lumen præbebit tibi nocte: ſed erit tibi Dominus lux æterna, et Deus gloria tua. Non enim occidet Sol tibi: et Luna tibi non deficiet. Erit enim tibi Dominus lux ſempiterna: et complebuntur dies luctus tui. Et populus tuus omnis iuſtus, ſemper poſsidebunt terram, cuſtodiens plantationem, opera manuum ſuarum in gloriam. Qui paucus eſt, erit in millia: & qui minimus, in gentem magnam. Ego Dominus in tempore congregabo eos.

α Thus deferent.] *Plura non habet* S. *Hier. In quibuſdam, et apud Cyrillum additur*, καὶ λίθον τίμιον, & lapidem precioſum. β Et quia ſanctus Iſrael glorificatus eſt.] *Sic apud* S. *Hier. licet poſſet etiam verti*, vt ſanctus Iſrael glorioſus ſit. γ Meus.] *Ita etiam Cyrillus. In aliquo codice additur*, καὶ τὸν τόπον τῶν ποδῶν μου δοξάσω, *et apud* S. *Hier.* & locum pedum meorum glorificabo. *Verum fatetur ſe multa, quæ in lxx. deeſſent, ex hebræo ſub aſteriſcis poſuiſſe: qui tamen aſteriſci iniuria temporum euanuerunt*, δ Domini.] *Addendum eſt in noſtra*, κυρίου, *quod habet etiam Cyrillus. In aliquo autem codice poſt illud*, τῶν παροξυνάντων σε, *hæc habentur*, καὶ προσκυνήσουσιν ἐπὶ τὰ ἴχνη, (*in Compl.* προσκυνοῦσι τὰ ἴχνη) τῶν ποδῶν σου πάντες οἱ παροξύναντές σε, καὶ κληθήσῃ πόλις κυρίου, *et apud* S. *Hier.* & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes, qui irritauerunt te, & vocaberis ciuitas Domini, *&c. Cyrillus quidem non habet.* ε Salutare.] *Euſebius.* Pro, σωτήριον, hebraica lectio habet ipſum Ieſum iiſdem elementis, & characteribus, quibus ſaluator noſter ſcribitur. *Idem notat* S. *Hier.*

CAP. LXI.

SPIRITVS Domini ſuper me: propter quod vnxit me: euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captiuis remiſsionem, & cæcis viſum, vocare annum Domini acceptabilem, & diem retributionis,

butionis, consolari omnes lugentes, vt detur lugentibus Sion gloria eis pro cinere, vnctio lætitiæ lugentibus, α secundum stolam gloriæ pro spiritu mœroris. Et vocabuntur generationes iustitiæ, plantatio Domini in gloriam. Et ædificabunt deserta sempiterna; quæ desolata fuerant prius, suscitabunt; & innouabunt ciuitates desertas, desolatas in generationes. Et venient alienigenæ pascentes oues tuas, & aliarum gentium aratores, & vinitores. Vos autem sacerdotes Domini vocabimini, ministri β Dei: fortitudinem gentium comedetis, γ & in diuitijs earum eritis admirabiles. Sic terram secundo possidebunt: & gaudium sempiternum erit super caput eorum. Ego enim sum Dominus, qui diligo iustitiam, & odi rapinas ex iniquitate. Et dabo laborem eorum iustis: & testamentum æternum disponam eis. Et scietur in gentibus semen eorum, & nepotes eorum in medio populorum. Omnis, qui viderit eos, cognoscet illos: quia isti sunt semen benedictum à Deo: & lætitia lætabuntur super Dominum. Exultet anima mea in Domino: induit enim me vestimento salutis, & tunica lætitiæ: sicut δ sponso, circumposuit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me mundo muliebri: & sicut ε terram efferentem florem suum, & sicut hortus semina sua; sic germinare faciet Dominus Dominus iustitiam, & exultationem in conspectu omnium gentium.

α Secundum stolam.] *κατ' στολὼ, sed recte videtur legi apud Cyrillum, & S.Hier. καταστολὼ, idest amictus, & habitus: hoc enim nomen habet* S.Hier. *in textu, in comm. autem,* stola. β Dei.] *Sic Cyrillus. Apud S.Hieron. additur,* nostro: *in aliquibus codicibus est, ἡμῶν ῥηθήσεται ὑμῖν, quod respondet vulgatæ nostræ,* ministri Dei nostri dicetur vobis. γ Et in diuitijs earum eritis admirabiles.] *S. Hier. ex Aquila, καὶ ἐν δόξα αὐτῶν πορφύρα ἐνδύσεσθε,* & in gloria earum purpura vestiemini. *In vno autem codice sequitur, ἀντὶ τῆς αἰσχύνης ὑμῶν διπλῆς, καὶ ἐντροπῆς ἀγαλλιάσονται μερὶς αὐτῶν, quæ respondent magna ex parte vulgatæ nostræ,* pro confusione vestra duplici, & rubore, laudabunt partem suam: *ea autem negat* S.Hier. *in lxx. haberi.* δ Sicut sponso, circumposuit mihi mitram.] *Sic interpungit etiam S.Hier. quamuis paulo aliter sit in quibusdam codicibus, & apud S.Hier. qui pro hoc inquit Aquilam transtulisse, ἱερατευμένος στεφάνῳ,* sacerdotij portans coronam. ε Terram efferentem.] *Ita etiam S.Hier. Sed Cyrillus videtur habuisse, ὡς γῆ αὔξουσα,* sicut terra efferens: *quod expeditius fluit.*

CAP. LXII.

PROPTER Sion non tacebo: & propter Hierusalem non relinquam: donec egrediatur, sicut lumen iustitia α eius. Et salutare meum, sicut lampas ardebit: & videbunt gentes iustitiam tuam, & reges gloriam tuam: & vocabit te nomen nouum, quod β Dominus nominabit illud. Et eris corona decoris in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Et nequaquam vltra vocaberis derelicta: & terra tua non vocabitur adhuc deserta. Tibi γ enim vocabitur, voluntas mea, & terræ tuæ, habitata: δ quia complacuit Domino in te: & terra tua cohabitabitur. Et sicut habitans iuuenis cum virgine; sic habitabunt filij ε tui. Et erit, quomodo lætabitur sponsus super sponsa; sic lætabitur super te Dominus. Et super muros tuos Hierusalem constitui custodes tota die, & tota nocte: qui nunquam tacebunt recordantes Domini. Non est enim vestri similis. Si correxerit, & fecerit Hierusalem gaudium super terram; iurauit Dominus per ζ gloriam suam, & per fortitudinem brachij sui; si vltra dedero triticum tuum, & cibos tuos inimicis tuis, & si vltra biberint filij alieni vinum tuum, in quo laborasti. Et, qui congregauerint; bibent ea in atrijs sanctis meis. Ite per portas meas, & viam facite populo meo, & lapides de via proijcite. Leuate signum

in gentes. Ecce enim Dominus fecit auditum vſque ad extremum terræ. Dicite filiæ Sion: Ecce Saluator tuus venit habens mercedem [η] ſuam,& opus ſuum ante faciem ſuam:& vocabit eum populum ſanctum, redemptum à Domino. Tu autem vocaberis requiſita ciuitas, & non derelicta.

α Eius.] *In multis codicibus, & apud Cyrillum eſt,* μου. *Apud* S. Hier. *etiam in comm.* iuſtitia eius,& ſalutare illius. *In Compl. priore loco,* μου, *poſteriore,* ἐκείνου, *ſed potius videretur dicendum,* ἐκείνης, *aut repetendum,* αὐτῆς. β Dominus.] *Ita etiam Cyrillus. In Compl. eſt,* τὸ στόμα κυρίου, *& apud S. Hier.* Os Domini. γ Tibi enim vocabitur.] *Eſt hebraiſmus: quem S. Hier. ita videtur molliſſe,* vocaberis enim voluntas mea, & terra tua, habitata. *Notat autem, quod lxx. dixerunt,* οἰκουμένη, *Aquilam eſſe interpretatum,* ἐχομένη, *Symmachum, & Theodotionem,* συνοικισμένη, quæ omnia, (*inquit,*) habitatam, poſſeſſamque ſignificant. δ Quia complacuit Domino in te:& terra tua cohabitabitur.] *Hæc non ſunt apud Cyrillum: & negat S. Hier. in lxx. haberi.* ε Tui.] *Sic etiam S. Hier. at in cæteris libris additur,* μετὰ σοῦ, tecum. ζ Gloriam.] *Sic etiam Cyrillus, & Procopius. In quibuſdã libris eſt,* δεξιᾶς, *& apud S. Hier.* dexteram: *quod apud Procopium tribuitur Theodotioni.* η Suam.] *Ita etiam Cyrillus. In aliquo libro additur,* μετ' αὐτοῦ, *& apud S. Hier.* tecum.

CAP. LXIII.

QVIS eſt iſte, qui venit de Edom, [α] rubor veſtium de Boſor? [β] ſic formoſus in [γ] ſtola, [δ] violentia cum fortitudine? [ε] Ego loquor iuſtitiam, & iudicium ſalutaris. Quare rubra ſunt veſtimenta tua, ſicut de calcato torculari? [ζ] Plenus percalcato:& de gentibus non eſt vir mecum:& conculcaui eos in furore meo:& confregi eos, quaſi terram:& deduxi ſanguinem eorum in [η] terram. Dies.n. retributionis venit eis:& annus redemptionis adeſt. Et aſpexi; & non erat auxiliator:& conſideraui;& nullus præbebat auxilium. Et eruit eos brachiũ meum: & furor meus [θ] aduenit:& conculcaui eos in ira mea:& deduxi in terram ſanguinem eorũ. Miſericordiæ Domini recordatus ſum, virtutũ Domini, in omnibus, quæ retribuit nobis. Dominus iudex bonus domui Iſrael, adducit nobis ſecundum miſericordiam ſuam,& ſecundum multitudinem iuſtitiæ ſuæ. Et dixit: Nonne populus meus? filij non reprobabunt. Et factus eſt eis in ſalutem ex omni tribulatione eorum: non legatus, neque angelus, ſed [ι] ipſe ſaluauit eos, quòd diligeret eos,& parceret eis. Ipſe redemit eos,& ſuſcepit illos, & exaltauit eos omnibus diebus ſeculi. Ipſi autem non crediderunt, & exacerbauerunt ſpiritum ſanctum eius. Et conuerſus eſt eis in inimiciam: ipſe pugnauit contra eos. Et recordatus eſt dierum antiquorum. Vbi eſt, qui eduxit è [κ] mari paſtorem ouium? Vbi eſt, qui poſuit in eis ſpiritum ſanctum? qui eduxit dextra Moyſem, [λ] brachium gloriæ ſuæ? ſuperauit aquam à facie eius, vt faceret ſibi nomen ſempiternum. Adduxit eos per abyſſum, ſicut equum per ſolitudinem; & non laborauerunt:& ſicut iumenta per campum. Deſcendit ſpiritus à Domino,& dux eorum fuit. Sic adduxiſti populum tuum; vt faceres tibi nomen gloriæ. Conuertere de cælo,& vide de domo ſancta tua,& gloriæ tuæ. Vbi eſt zelus tuus,& fortitudo tua? Vbi eſt multitudo miſericordiæ tuæ, & miſerationũ tuarum, quia ſuſtinuiſti nos? Tu enim es pater noſter: quia Abraam non cognouit nos:& Iſrael non cognouit nos. Sed tu Domine pater noſter libera nos: à principio nomen tuum ſuper nos eſt. Quare ſeduxiſti nos Domine de via tua? induraſti corda noſtra, ne timeremus [μ] te? Conuertere propter ſeruos tuos, propter tribus hæreditatis tuæ: vt modicum poſſideamus montis ſancti tui. Facti ſumus, quaſi à principio; cum non dominareris noſtri, neque inuocatum eſſet nomen tuum ſuper nos.

α Robur

A α Rubor vestium.] ἐρύθημα ἱματίων. *Apud S.Hier.est*, fuluis vestibus. β Sic.] *Ita etiam S.Hier. In alijs, & apud Cyrillum*, οὗτος, iste. γ Stola.] *Ita Cyrillus. In quibusdam additur*, αὐτοῦ. *& apud S.Hier.* stola sua. δ Violentia.] *Sic S.Hieron.etiam in comm.ex lxx. & Procopius, & Tertullianus lib.4.adu.Marcionem. In aliquot autem libris est*, βοᾷ μετ' ἰσχύος, clamat cum fortitudine. ε Ego loquor iustitiam.] *Apud S. Hieron.* ego, qui loquor. *Scholion Eusebij* ὑπερμαχῶν, propugnans. ζ Plenus percalcato.] *Idest, oppletus sum quasi humore expresso per calcationem torcularis. Corrigenda autem in græca editione interpunctio, vt huic respondeat. Et suspicari quidem licet adhuc subesse aliquod mendum. Veruntamen satis sit ex hac etiam lectione sat commodam elici sententiam, & magis quodammodo hebraicæ respondentem, quàm eam, quæ in cæteris codicibus: in quibus est*, πλήρης. *Varie autem apud latinos vertitur istud*, πλήρης, *prout varie aut accipitur aut legitur illud*, ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ, *quod antecedit. Tertullianus ibidem*, sicut de foro torcularis pleno conculcato. *Procopius pro*, πατητοῦ, *habet*, πατήματος, *& S.Cyprianus epist.63.ad Cæcil.* velut à calcatione torcularis pleni, & percalcati. *B. Cyrillus in explanatione neutrum videtur habuisse, sed tantum*, ἀπὸ ληνοῦ, *& in expositione Symboli inter opera* S. Cypriani, tanquam à torculari calcato. *Vetus interpres, aut aliter legit, aut videtur accepisse pro vnica dictione*, ἀπὸ πατητοῦ *quasi* calcatoris. *Ita enim apud S.Hieronymum*, sicut calcantium torcular, plenum conculcatum. *In nonnullis autem*

B *libris post*, καταπεπατημένης, *sequitur*, ληνὸν ἐπάτησα μονώτατος, torcular calcaui solus: *quod Iustinus habet. Sed apud Procopium pro alia interpretatione in margine appositum est ad* πλήρης καταπεπατημένης, *& perspicue S. Hier.* lxx. pro eo, quod nos diximus, torcular calcaui solus, interpretati sunt plenum conculcatum. *Quare in eadem expositione symboli post illa*, tanquam à torculari calcato; *omissis illis, quæ sunt in cæteris græcis, sequitur:* Torcular calcaui solus. η Terram.] *In aliquot libris hæc sequuntur*, καὶ πάντα τὰ ἐνδύματά μου ἐμόλυνα, *& apud S.Hier.* & omnia vestimenta mea inquinaui. *Quæ apud Cyrillum sunt in textu: sed in explanatione non agnoscuntur: & apud Procopium, nomine Theodotionis, & Symmachi sunt apposita margini cum asterisco.* θ Aduenit.] *Ita apud S.Hier. quod græce*, ἦλθεν. *In quibusdam additur*, αὐτοῖς, inuasit eos. ι Ipse.] *Ita etiam apud S.Hier. & Procopium. In alijs, & apud Cyrillum additur*, κύριος, Dominus. *S.Cypr. 2.testim. hunc locum sic refert*, non senior, neque angelus, sed ipse Dominus liberabit illos: quia diliget eos, & parcet eis: & ipse redimet eos. κ E mari.] *Ita etiam hebræus, & S.Hier. in sua. In cæteris est*, ἐκ τῆς γῆς, *quod etiam recentiore manu in Vaticano est intrusum. & apud S.Hier.* de terra. *S.Paulus ad calcem epistolæ ad Hebræos hunc locum spectans dixit*, ὁ ἀναγαγὼν ἐκ νεκρῶν, qui eduxit de mortuis. λ Brachium gloriæ suæ?] *Apud Cyrillum coniunguntur cum*

C *sequentibus*, brachium gloriæ suæ superauit, (*aut*, cohibuit) aquam. *In Compl. & magna ex parte in alijs post illa*, gloriæ suæ, *est*, ὃ ποτε ἤγαγεν τὸν λαὸν αὐτοῦ κατ' ἰσχυρὸν ὕδωρ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, *& apud S.Hier.* sic eduxit populum suum per validam aquam in conspectu eius. μ Te.] *In plerisque libris, & apud Procopium hæc sequuntur*, οἱ ὑπεναντίοι ἡμῶν κατεπάτησαν τὸ ἁγίασμά σου, *& apud S.Hier.* aduersarij nostri conculcauerunt sanctuarium tuum. *Quæ nec Cyrillus, nec Iustinus habent.*

CAP. LXIV.

SI aperueris cælum; tremor apprehendet ex te montes: & liquescent, sicut cera à facie ignis liquescit: & comburet ignis aduersarios: & manife-

D stum erit nomen tuum in aduersarijs. A facie tua gentes turbabuntur; cum feceris gloriosa: tremor apprehendet ex te montes. A sæculo non audiuimus: neque oculi nostri viderunt Deum præter te, & opera tua, quæ facies expectantibus misericordiam. Occurret enim facientibus iustitiam: & viarum tuarum recordabuntur. Ecce tu iratus es: & nos peccauimus. Idcirco errauimus, & facti sumus quasi immundi, omnes nos: vt pannus α sedentis, omnis iustitia nostra: & defluximus quasi folia propter iniquitates nostras: Sic ventus auferet nos. Et non est, qui inuocet nomen tuum, & qui recordatus apprehendat te. Quoniam auertisti faciem tuam à nobis: & tradidisti nos propter peccata nostra. Et nunc Domine Pater noster tu: nos autem lutum: opera

E manuum tuarum omnes: ne irascaris nobis nimis: & ne in tempore memineris peccatorum nostrorum. Et nunc respice; quoniam populus tuus omnes nos: Ciuitas sancti tui facta est deserta: Sion quasi solitudo facta est: Hierusalem in maledictionem: domus sanctuarium nostrum, & gloria, cui benedixerunt patres nostri, facta est igni combusta: & omnia gloriosa nostra conciderunt. Et super omnibus his sustinuisti Domine, & tacuisti, & humiliasti nos valde.

a Sedentis.] *Sic apud S.Hier.quod græce,* ἀποκαθημένης, *ideſt,* menſtruatæ, *vt alibi. Pro quo inquit Symmachum dixiſſe,* κυουσῶν, parientium, *Aq.* μαρτυρίων, teſtimoniorum, *Theodotionem ipſum verbum hebraicum poſuiſſe.* A

CAP. LXV.

MANIFESTVS factus ſum non *a* interrogantibus me: inuentus ſum ab his, qui me non quærebant. Dixi, Ecce ego genti, qui non vocauerunt nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, & contradicentem, qui ambulabant in via non bona, ſed poſt peccata ſua: Populus hic, qui exacerbat me in conſpectu meo ſemper. Ipſi immolant in hortis, & adolent incenſum ſuper laterem dæmonibus, qui non ſunt: in ſepulchris, & ſpecubus dormiunt propter ſomnia: qui comedunt carnem ſuillam, & ius hoſtiarum: inquinata omnia vaſa eorum, qui dicunt: longe à me: ne appropinques mihi, quoniam mundus ſum. Iſte eſt furnus furoris mei: ignis ardet in eo cunctis diebus. Ecce ſcriptum eſt in conſpectu meo: non tacebo; donec retribuam in ſinum eorum peccata ſua, & patrum ſuorum, dicit Dominus. Qui adolebant incenſum ſuper montes, & ſuper colles, exprobrauerunt mihi: reddam opera eorum in ſinum eorum. Sic dicit Dominus: quomodo inuenietur acinum in botro, & dicent, ne perdas illud, quia benedictio eſt in eo; ſic faciam propter ſeruientem mihi: propter hunc non diſperdam omnes. Et educam, quod de Iacob, ſemen, & de Iuda: & hæreditabit montem ſanctum meum: & hæreditabunt electi mei, & ſerui mei, & habitabunt ibi: & erunt in ſaltu ouilia gregum, & vallis Achor in requiem armentorum populo meo, qui requiſierunt me. Vos autem, qui dereliquiſtis me, & obliti eſtis montis ſancti mei, & paratis *β* dæmoni menſam, & impletis fortunæ potionem; ego tradam vos in gladium: omnes in mactatione cadetis: Quia vocaui vos, & non obediſtis: loquutus ſum, & contempſiſtis, & feciſtis malum in conſpectu meo, &, quæ nolebam, elegiſtis. Propterea hæc dicit Dominus. Ecce, qui ſeruiunt mihi, manducabunt; vos autem eſurietis: ecce, qui ſeruiunt mihi, bibent; vos autem ſitietis: ecce, qui ſeruiunt mihi, lætabuntur; vos autem confundemini: ecce, qui ſeruiunt mihi, exultabunt in lætitia; vos autem clamabitis propter dolorem cordis veſtri: & propter contritionem ſpiritus veſtri vlulabitis. Relinquetis enim nomen veſtrum in *γ* ſaturitatem electis meis. Vos autem interficiet Dominus: ſeruientibus autem mihi vocabitur nomen nouum, cui benedicetur ſuper terram. Benedicent enim Deum *δ* verum: & qui iurant ſuper terram, iurabunt Deũ verum. Obliuiſcentur enim tribulationis prioris: & non aſcendet ſuper cor eorum. Erit enim cælum nouum, & terra noua: & non recordabuntur priorum: & non venient ſuper cor eorum: ſed gaudium, & exultationem inuenient in *ε* ea: Quia ecce ego facio exultationem Hieruſalem, & populum meum lætitiam: & exultabo ſuper Hieruſalem: & lætabor ſuper populo meo. Et nõ vltra audietur in ea vox fletus, & vox clamoris: neque fiet ibi vltra immaturus, & ſenex, qui non impleat tempus ſuum. Erit enim adoleſcens, centum annorum: qui autem moritur peccator centenarius, etiam maledictus erit. Et ædificabunt domos, & ipſi inhabitabunt: & plãtabunt vineas, & ipſi comedent genimina earũ: non ædificabunt, & alij inhabitabunt: & non plantabunt, alij vero comedent. Etenim ſecundum dies ligni vitæ erunt dies populi mei: Opera.n. laborũ ſuorũ

inuete-

A inueterascere facient electi mei: non laborabunt in vacuum: neque filios generabunt in ζ maledictionem: quia semen benedictum à Deo est, & nepotes eorum cum eis. Et erit, antequam ipsi clament; ego exaudiam: adhuc loquentibus illis dicam, quid est? Tunc lupi, & agni pascentur simul, & leo, quasi bos, comedet paleas, & serpens terram, quasi panem. Non nocebunt, neque corrumpent in monte sancto meo, dicit Dominus.

α Interrogantibus.] *In cæteris priore loco est,* ζητοῦσιν, *posteriore,* ἐπερωτῶσιν, *& ita apud* S.Hier. *&* S.Cypr. *primo testim.* β Dæmoni.] *Ita etiam Cyrillus. In alijs, & apud S.Hier. etiam in comm. prius est,* fortunæ, *deinde,* dæmoni: *quod inquit Symmachum esse interpretatum,* absque me: *& addit omnes similiter transtulisse,* κέρασμα, id est mixtam potionem. γ Saturitatem.] *Id est, nauseam, & fastidium, vt Cyrillus, &* S.Hier. *qui cæteros inquit interpretatos esse iuramentum.* δ Verum.] *S.Hier. ex Aquila,* πεπιστωμένως, fideliter. ε In ea.] *In aliquo codice sequitur,* ἃ ἐγὼ κτίζω, quæ ego creo: *ex alia nimirum versione. Nam in lxx. negat S. Hier. haberi.* ζ Maledictionem.] *S. Hier. ex cæteris tribus,* festinationem: *fortasse ex alia quapiam interpretatione,* εἰς ἀνυπαρξίαν, vt finem substantiæ suæ habeant.

B

C A P. LXVI.

SIC dicit Dominus. Cælum thronus meus: & terra suppedaneum pedum meorum. Quam mihi domum ædificabitis? aut quis locus requietis meæ? Omnia enim ista fecit manus mea: & mea sunt omnia ista, dicit Dominus.

C Et super quem respiciam, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos? Iniquus autem, qui immolat mihi α vitulum; quasi qui occidat canẽ: qui autem offert similam; quasi sanguinem suillum: qui dat thus in memoriale; quasi blasphemus. Et ipsi elegerunt vias suas; & abominationes suas anima eorum voluit: & ego eligam illusiones eorum, & peccata retribuam eis. Quia vocaui eos; & non obedierunt mihi: loquutus sum; & non audierunt: & fecerunt malum in conspectu meo; & quæ nolebam, elegerunt. Audite verba Domini, qui tremitis sermonem eius: dicite fratres β nostri ijs, qui oderunt vos, & abominantur; vt nomen Domini glorificetur, & appareat in lætitia eorum: & illi

D confundentur. Vox clamoris de ciuitate, vox de templo, vox Domini retribuentis retributionem aduersarijs. Antequam parturiens pariat, antequam veniat labor parturiginum; effugit, & peperit masculum. Quis audiuit tale, & quis vidit sic? Si parturiuit terra in die vna, aut etiam nata est gens tota simul; quia parturiuit, & peperit Sion paruulos suos? Ego autem dedi expectationem hãc: & non recordata es mei, dicit Dominus? Nonne ego parientem, & sterilem feci, dixit Deus tuus? Lætare Hierusalem; & conuentum facite in ea omnes, qui diligitis eam: gaudete simul cum ea gaudio, qui lugetis super eam; vt sugatis, & impleamini ab vbere consolationis eius: vt postquam suxeritis, delectemini

E ab γ introitu gloriæ eius: Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declino ad eos quasi fluuius pacis, & quasi torrens inundans gloriam gentium. Paruuli eorum in humeris portabuntur, & super genua consolabuntur. Quomodo, si quem mater consoletur; ita & ego consolabor vos. Et in Hierusalem consolabimini: & videbitis: & gaudebit cor vestrum: & ossa vestra, sicut herba, germinabunt. Et cognoscetur manus Domini timentibus eum, & minabitur contumacibus. Ecce enim Dominus, sicut ignis veniet, & sicut procella, currus eius, reddere in furore vltionem suam, & increpationem suam in flamma ignis. In igne enim Domini iudicabitur omnis terra; & in gladio illius vniuersa caro: multi vulnerati

rati erunt à Domino. [δ] Qui purificantur, & mundantur in hortis, & in liminibus, comedentes carnem porcinam, & abominationes, & murem; simul consumentur, dixit Dominus. Et ego opera eorum, & cogitationem [ε] eorum; venio congregare, omnes gentes, & linguas: & venient, & videbunt gloriam meam: & dimittam super eos signum: & emittam ex eis, qui saluati fuerint ad gentes in Tharsis, & Phud, & Lud, & [ζ] Mosoch, & in Thobel, & in Græciam, & in insulas, quæ longe, qui non audierunt nomen meum, neque viderunt gloriam meam. Et annunciabunt gloriam meam in gentibus: & adducent fratres vestros de omnibus nationibus, donum Domino cum equis, & rhedis, in lampenis mulorum cum [η] vmbraculis in sanctam ciuitatem Hierusalem, dixit Dominus; quasi afferant filij Israel victimas suas mihi cum psalmis in domum Domini. Et ex eis sumam sacerdotes, & Leuitas, dixit Dominus. Sicut enim cælum nouum, & terra noua, quæ ego facio, permanent in conspectu meo, dicit Dominus; sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum. Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato; veniet omnis caro, vt adoret in conspectu meo in Hierusalem, dixit Dominus. Et egredientur, & videbunt cadauera hominum, qui præuaricati sunt in me. Vermis enim eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt in visionem omni carni.

α Vitulum.] *Sic SS. Irenæus, Basilius, Cyrillus (quod patet ex explanatione) & Biblia è Græco in Arabicum versa. In cæteris hæc sequuntur,* ὡς ὁ τύπτων ἄνδρα, καὶ ὁ θυσιάζων ἐκ ποιμνίου, *quæ apud Procopium Theodotioni, & Symmacho sub asteriscis tribuuntur. Apud S. Hier. sunt,* quasi percutiens virum: sacrificans de grege, *&c. qui notat illud,* iniquus autem, *in hebraico non haberi.* β Nostri.] ἡμῶν, *est in Vaticano, licet per errorem sit factum* ὑμῶν. *In alijs, & apud Cyrillum est,* ἀδελφοῖς ὑμῶν, *& apud S.* Hier. fratribus vestris. *Sed in sua versione,* dixerunt fratres vestri, qui oderunt vos. γ Introitu.] *Pro hoc testatur* S. *Hier. Symmachum,* pinguedinem, *Theodotionem,* multitudinem, *esse interpretatos.* δ Qui purificantur.] *Ita etiam Cyrillus,* οἱ ἁγνιζόμενοι. *In quibusdam est,* οἱ ἁγιαζόμενοι, *& apud S. Hier.* qui sanctificantur: *qui inquit Symmachum, & Theodotionem hunc locum ita esse interpretatos,* Qui sanctificamini, & lustramini in hortis alter post alterum inter eos, qui comedunt carnem suillam, & abominationem, & murem, simul deficient, dicit Dominus. ε Eorum.] *Sic hebræus: ac multi putant subintelligi simile quiddam verbum, atque illud, quod in cæteris libris græcis adiungitur,* ἐπίσαμαι, *& apud S. Hieronymū,* noui. *Idem vero in sua nullo subintellecto verbo coniungit cum sequentibus,* venio vt congregem. ζ Mosoch.] *Pro hoc inquit S. Hier. cæteros dixisse,* tendentes arcum. η Vmbraculis.] *Idem ex cæteris,* φορεῖα, varij generis vehicula, *& nonnullas præterea affert varietates, quæ legendæ.*

HIEREMIAS.

B

CAP. I.

VERBVM Dei, quod factum est ad Hieremiam filium Chelciæ de sacerdotibus, qui habitabat in Anathoth in terra Beniamin: sicut factum est verbum Dei ad illum in diebus Iosiæ filij Amos regis Iuda, anno tertiodecimo in regno eius. Et factum est in diebus Ioacim filij Iosiæ regis Iuda vsque ad vndecimum annum Sedeciæ filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad [a] captiuitatem Hierusalem in quinto mense.
C Et factum est verbum Domini ad eum: Antequam formarem te in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, sanctificaui te: prophetam in gentes posui te. Et dixi: [β] O On dominator Domine: ecce nescio loqui, quia iunior ego sum. Et dixit Dominus ad me: Noli dicere, quia iunior ego sum: quoniam ad omnes, ad quos misero te, ibis: & iuxta omnia, quæ mandauero tibi, loqueris. Ne timeas à facie eorum: quia ego tecum sum, vt eruam te, dicit Dominus. Et extendit Dominus manum suam ad me, & tetigit os meum, & dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in os tuum: ecce constitui te hodie super gentes, & super regna, vt eradices, & destruas, & disperdas, & reædifices, & plantes. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Quid tu vides? Et dixi: [γ] baculum nuceum.
D Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti: quia vigilaui ego super verba mea, vt faciam illa. Et factum est verbum Domini secundo ad me, dicens: Quid tu vides? Et dixi: Ollam succensam, & faciem eius à facie Aquilonis. Et dixit Dominus ad me: A facie Aquilonis exardescent mala super omnes habitatores terræ. Quia ecce ego conuoco omnia regna terræ ab Aquilone, ait Dominus. Et venient, & ponent vnusquisque solium suum super vestibula portarum Hierusalem, & super omnes muros, qui in circuitu eius, & super vniuersas vrbes Iudæ. Et loquar ad eos cum iudicio de omni malitia eorum, quomodo dereliquerunt me, & sacrificauerunt Dijs alienis, & adorauerunt opera manuum suarum. Et tu accinge
E lumbum tuum, & surge, & dic omnia, quæcumque mandauero tibi. Ne timeas à facie eorum, [δ] neque exterrearis coram eis: quia tecum sum, vt liberem te, dicit Dominus. Ecce posui te in hodierna die in ciuitatem munitam, & in murum æneum munitum regibus Iuda, & principibus eius, & populo terræ. Et bellabunt aduersum te: & non præualebunt aduersum te: quia tecum ego sum, vt liberem te, ait Dominus.

[a] Captiuitatem.] S. *Hier.* Pro transmigratione, quod omnes alij voce consona transtulerunt, lxx. posuere captiuitatem. [β] O On.] ὁ ὤν. *In alijs, & apud Theodoretum est, ὢν, vt significet eum, qui vere est, vt*

Exodi

Exodi 3. Nam alibi Idolum significat. γ Baculum nuceum.] *S.Hier.* Pro baculo nuceo, virgam vigilantem Aquila, & Symmachus, Theodotio vero amygdalinam transtulerunt: *quod Syriaco, & hebraico respondere notauit Theodoretus.* δ Neque exterrearis coram eis.] *Sic videtur habuisse Theodoretus, licet ea referat loco superiore, qui huic similis est. In quibusdam libris est,* μὴ δὲ πτοηθῶ σε πτήσω, neque faciam te exterreri. *S.Hier. videtur legisse,* μήποτε. *Ita enim inquit,* Siue, vt lxx. & cæteri habent interpretes, ne forte timere te faciam: *& pulcherrimam elicit sententiam.*

A

CAP. II.

ET α dixit: Hæc dicit Dominus: Recordatus sum misericordiæ adolescentiæ tuæ, & dilectionis perfectionis tuæ; quando tu sequuta es sanctum Israel, dicit Dominus β Sanctus Israel Domino, principium geniminum eius: Omnes, qui comedent eum, delinquent: mala venient super eos, dicit Dominus. Audite verbum Domini domus Iacob, & omnis cognatio domus Israel. Hæc dicit Dominus: Quod inuenerunt patres vestri in me delictum; quia recesserunt longe à me, & ambulauerunt post vana, & vani facti sunt? Et non dixerunt: Vbi est Dominus, qui eduxit nos de terra Ægypti, qui deduxit nos in deserto, in terra inusitata, & inuia, in terra inaquosa, & infructuosa, in terra, in qua non pertransiuit in ea vir vnquam, γ neque habitauit homo illic? Et duxi vos in Carmelum, vt comederetis fructus eius, & bona eius. Et ingressi estis, & contaminastis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem. Sacerdotes non dixerunt; vbi est Dominus? & tenentes legem, nescierunt me: & pastores impie egerunt in me: & prophetæ prophetabant in Baal, & post inutile ambulauerunt. Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum: & cum filijs filiorum vestrorum iudicio contendam. Idcirco venite ad insulas Chettijm, & videte: & in Cedar mittite, & considerate vehementer: & videte, si facta sunt huiusmodi; si mutauerint gentes Deos suos: & isti non sunt Dij. Populus vero meus mutauit gloriam suam in id, ex quo nihil iuuabuntur. Obstupuit cælum super hoc: & inhorruit extra modum vehementer, dicit Dominus. Duo enim, δ & mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontem aquæ viuæ: & foderunt sibi cisternas contritas, quæ non poterunt continere aquam. Nunquid seruus est Israel, aut vernaculus est? quare factus est in prædam? Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam; qui posuerunt terram eius in solitudinem: & ciuitates illius destructæ sunt, eo quòd non habitentur. Et filij Mempheos, & Taphnas cognouerunt te, & illuserunt tibi. Nonne hæc fecit tibi ε illud, quòd dereliquisti me, dicit Dominus Deus tuus? Et nunc quid tibi, & viæ Ægypti, vt bibas aquam Geon? Et quid tibi, & viæ Assyriorum, vt bibas aquam fluminum? Corripiet te rebellio tua, & malitia tua arguet te. Et scito, & vide, quia amarum tibi, quòd dereliqueris me, dicit Dominus Deus tuus: & non complacui in te, dicit Dominus Deus tuus: Quia à seculo confregisti iugum tuum, & dirupisti vincula tua, & dixisti: non seruiam tibi: sed ibo ad omnem collem excelsum, & subter omne lignum vmbrosum: ibi diffundar in fornicatione mea. Ego autem plantaui te vitem fructiferam omnem veram: quomodo conuersa es in amaritudinem vitis aliena. Si laueris te in nitro, & multiplicaueris tibi ζ herbam, maculata es in tuis iniquitatibus coram me, dicit Dominus. Quomodo dices, non sum polluta, & post Baal non ambulaui? Vide vias tuas in η sepulchro multitudinis, & nosce, quid feceris. Ad vesperam vox eius θ vlulauit: vias suas dilatauit super

B C D E

A ſuper aquas ſolitudnis: in deſiderijs animæ ſuæ, ſpiritu portabatur: tradita eſt: quis conuertet eam? Omnes, qui quærunt illam, non laborabunt: in ϰ humilitate illius reperient illam. Auerte pedem tuum à via aſpera, & guttur tuum à ſiti. Illa vero dixit, λ viriliter agam: quia dilexit alienos, & poſt eos ambulabat. Sicut confuſio furis, cum deprehenſus fuerit; ſic confundentur filij Iſrael, ipſi, & reges eorum, & principes eorum, & ſacerdotes eorum, & prophetæ eorum. Ligno dixerunt, quia pater meus es tu: & lapidi, tu genuiſti me. Et conuerterunt ad me dorſa, & non facies ſuas. Et in tempore malorum ſuorum dicent: ſurge, & ſalua nos. Et vbi ſunt Dij tui, quos feciſti tibi? ſi ſurgent, & ſaluabunt in tempo-

B re afflictionis tuæ? Quia iuxta numerum ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda, & iuxta numerum viarum Hieruſalem immolabant Baal. Vt quid loquimini ad me? Omnes vos impie egiſtis, & omnes vos inique egiſtis in me, dicit Dominus. Fruſtra percuſsi filios veſtros: diſciplinam non recepiſtis. Gladius deuorauit prophetas veſtros, quaſi leo vaſtator; & non timuiſtis. Audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus: Nunquid ſolitudo factus ſum Iſraeli; terra plena ſentium? Cur dixit populus meus, non ſeruiemus, nec veniemus vltra ad te? Nunquid obliuiſcetur ſponſa ornamenti ſui, & virgo faſciæ pectoralis ſuæ? Populus autem meus oblitus eſt mei diebus, quorum non eſt numerus. Quod adhuc bo

C num adinuenies in vijs tuis ad quærendam dilectionem? Non ſic. Sed & tu malignata es polluendo vias tuas: & in manibus tuis inuenti ſunt ſanguines animarum innocentium. Non in foſsis inueni eos, ſed in omni quercu. Et dixiſti: innocens ſum: ſed auertatur furor eius à me. Ecce ego iudicio contendo tecum, in dicendo te, non peccaui: quia contempſiſti valde, iterando vias tuas. Et ab Ægypto confunderis, ſicut confuſa es ab Aſſur: quia & hinc egredieris; & manus tuæ ſuper caput tuum: quoniam repulit Dominus ſpem tuam: & non proſperaberis in ea.

D α Et dixit.] *Pro hoc iſta leguntur in Compl.* καὶ ἐγένετο ῥῆμα κυρίου πρός με, λέγων πορεύου, καὶ βόα εἰς τὰ ὦτα ἱερουσαλὴμ, λέγων, Et factum eſt verbum Domini ad me dicens: Vade, & clama in auribus Hieruſalem, dicens. *Quæ à Theodoreto quidem videntur innui: Sed S. Hier. teſtatur in lxx. non haberi, ſed ſub aſteriſcis de Theodotionis editione addita eſſe.* β Sanctus Iſrael.] *Ita videtur interpungendum, ſi legatur,* ὁ ἅγιος. *Sed à nonnullis, & à Theodoreto abeſt illud,* ὁ, *quare hic faciendum erit principium*, Sanctus Iſrael Domino, *vt intelligamus Iſraelem eſſe ſanctum Domino, & primitias frugum eius.* γ Neque habitauit homo illic.] *In vno codice eſt (atque ita fere Compl.)* οὐ δὲ κατῴκησεν ἐκεῖ υἱὸς ἀνθρώπου, neque habitauit ibi filius hominis: *quam lectionem agnoſcit S. Hier. ex lxx.* δ Et mala.] *Illud* καὶ *abeſt ab aliquo.* ε Illud, quòd dereliquiſti.] τὸ καταλιπεῖν σε ἐμέ. *In alijs quibuſdam eſt,* τοῦ καταλιπεῖν, in derelinquendo. ζ Herbam.] *In Vat. eſt,* πόαν, *ac videtur poſitum pro,* πόαν, *quod eſt in alijs, & apud S. Hier.* η Sepulchro multitudinis.] *Sic interpretatur S. Hier.* πολυάνδριον, *nec multo aliter Theodoretus. Aq. & Symm.* ἐν τῇ φάραγγι, in conualle. θ Vlulauit.] *Victor Antioch.* Oſee autem propheta inquit, ὠλόλυζον ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτῶν, vlulabant ſuper cubile ſuum: quod Aquila quidem, & Symm. reddiderunt, ἁπαλῶς ἐλάλησαν, molliter loquuti ſunt. *Hoc quidem loco notat S. Hier. tres ipſos dixiſſe,* δρομὰς κούφη, *quod ipſe in ſua,* curſor *(Sed accipiendum eſt in genere fœminino,)* leuis explicans vias ſuas. ι Spi-

E ritu portabatur.] *Chryſ. Iuxta cæteros,* εἵλκυσεν ἄνεμον, attraxit ventum, *vt vulgata. Legendus eſt S. Hieronymus.* ϰ Humilitate.] *Hoc etiam Theodotionis eſſe teſtatur S. Hier. pro quo Aquila dixerit neomeniam, Symm. menſem.* λ Viriliter agam.] *Victor*, Aquila, ἀπέγνων σου, *id eſt*, ἀπήλπισα, deſperaui, *vt vulgata.*

CAP. III.

SI α diuiſerit vir vxorem ſuam, & receſſerit ab eo, & facta fuerit viro alteri; nunquid reuertens reuertetur ad eum vltra? Nonne inquinata inquinabitur mulier illa? Et tu fornicata es in paſtoribus multis, & reuertebaris ad me,

ad me, dicit Dominus. Leua oculos tuos in directum, & vide, vbi non fueris permista. In vijs sedebas, [c] eis quasi cornix deserta. Et [y] polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malis tuis: & habuisti pastores multos in offensionem tibi. Facies [d] tua facta est meretricis: sine rubore facta es ad omnes. Nonne [e] tanquam domum me vocasti, & patrem, & ducem virginitatis tuæ? nunquid permanebit in perpetuum, aut conseruabitur in [ζ] victoriam? Ecce loquuta es, & fecisti mala hæc, & potuisti. Et dixit Dominus ad me in diebus Iosiæ regis: Vidisti, quæ fecit mihi domus Israel? Ierunt super omnem montem excelsum, & subter omne lignum frondosum, & fornicati sunt ibi. Et dixi, postquam fornicata erat hæc omnia: ad me reuertere. Et non est reuersa. Et vidit præuaricationem eius præuaricatrix Iuda. Et [a] viderunt, quia pro omnibus, in quibus deprehensa est, in quibus mœchata est domus Israel; & dimisi eam, & dedi ei libellum repudij, in manus eius. Et non timuit præuaricatrix Iuda: & iuit, & fornicata est etiam ipsa; & facta est in nihilum fornicatio ipsius: & mœchata est lignum, & lapidem. Et in omnibus his non est peruersa ad me præuaricatrix Iuda ex toto corde suo, sed in mendacio. Et dixit Dominus ad me: Iustificauit animam suam Israel præ præuaricatrice Iuda. Vade, & lege sermones istos contra Aquilonem, & dices: Reuertere ad me domus Israel, dicit Dominus: & non firmabo faciem meam super vos: quia misericors ego sum, dicit Dominus, & non irascar vobis in perpetuum. Veruntamen scito iniustitiam tuam: quoniam in Dominum Deum tuum impie egisti, & effudisti vias tuas ad alienos sub omni ligno frondoso: voci autem meæ non obedisti, dicit Dominus. Conuertimini filij, qui recessistis, dicit Dominus: quia ego dominabor vestri, & assumã vos, vnum de ciuitate, & duos ex cognatione: & introducam vos in Sion: & dabo vobis pastores iuxta cor meum: & pascent vos pascentes cum scientia. Et erit, si multiplicati eritis, & creueritis super terrã, ait Dominus, in diebus illis non dicent vltra, arca testamenti, Sancti Israel: neque ascendet super cor: non nominabitur, neque visitabitur, neque fiet vltra. In diebus illis, & in tempore illo vocabunt Hierusalem Solium Domini: & congregabuntur omnes gentes ad eam: & non ambulabunt vltra post cogitationes cordis sui pessimi. In diebus illis conuenient domus Iuda ad domum Israel: & venient simul de terra Aquilonis, & de omnibus regionibus ad terram, quam dedi in hæreditatem patribus vestris. (Et ego dixi: Fiat Domine.) [θ] Quia ponam te in filios, & dabo tibi terram electam, [ι] hæreditatem Dei omnipotentis gentium. Et dixi: Patrem vocabitis me, & à me non auertemini. Veruntamen, sicut præuaricatur mulier in cohabitantẽ ei, sic præuaricata est in me domus Israel, dicit Dominus. Vox de labijs audita est, ploratus, & deprecationis filiorum Israel: quoniam iniuste egerunt in vijs suis, obliti sunt Dei sancti sui. Reuertimini filij reuertentes: & sanabo contritiones vestras. Ecce serui nos erimus tibi: tu enim es Dominus Deus noster. Vere in mendacium erant colles, & fortitudo montium: tantum per Dominum Deum nostrum salus Israel. Confusio autem consumpsit labores patrum nostrorum ab adolescentia [κ] nostra, oues eorum, & vitulos eorum, & filios eorum, & filias eorum. Dormiuimus in confusione nostra: & cooperuit nos ignominia nostra: quoniam coram Deo nostro peccauimus nos, & patres nostri ab adolescentia nostra vsque in diem hanc: & non obediuimus voci Domini Dei nostri.

a Si di-

α Si dimiserit.] *Ante hæc S.Hier.pro eo,quod ipse ait,* Vulgo dicitur, *testatur lxx.posuisse tantum,* dicitur. *quod in nullo codice est inuentum.* β Eis.] αὐτοῖς, *idest amatoribus,vel pastoribus exposita.In aliquo est,* αὐτῆς, *quasi in vijs eius:sed parum apte.* γ Polluisti.] *Victor.* Alius, *pro,* ἐμίανας, edidit, ἐφονοκτόνεις, interficiebas: *cuius varietatis facit etiam mentionem S.Hier.* δ Tua.] *In nonnullis pro,* σου, *est,* σοι, *& apud S.Hieron.* facies meretricis facta est tibi. ε Tanquam domum.] *Sic etiam Theodoretus,& affert locum psal.30.* in domum refugij. *Aliqui habent,* ὡς οἰκεῖον, tanquam domesticum. *Compl.* ἕως νῦν, vsque nunc. ζ In victoriam.] *Subintelligit Theodoretus,* mendacium, & illusio tua: *quasi dicat perseuerabit ne in seculum illusio tua,quasi inde speres te victricem futuram? Alibi notatum est,* εἰς νῖκος, *valere,* in finem. η Viderunt.] *Theodoretus videtur habuisse,* εἶδεν, vidit. θ Quia.] *In aliquo est,* ἔτι, præterea. ι Hæreditatem.] *Theodoretus videtur addere,* ὀνομαστὴν, *& S.Hier.refert ex lxx.* hæreditatem nominatam. *Pro quo Theodotionem transtulisse inquit,* hæreditatem inclytam fortitudinis robustissimi gentium. κ Nostra.] *Sic etiam vulgata nostra. In multis, & apud Theodoretum est,* αὐτῶν, eorum.

CAP. IV.

SI conuersus fuerit Israel, ait Dominus, ad me; conuertetur: & si abstulerit abominationes suas de ore suo, & à facie mea reueritus fuerit, & iurauerit, viuit Dominus, cum veritate in iudicio, & iustitia; & benedicent in eo gentes, & in eo laudem dicent Deo in Hierusalem. Hæc enim dicit Dominus viris Iuda, & habitatoribus Hierusalem: Nouate vobis noualia, & nolite serere super spinas. Circuncidimini Deo vestro: & circuncidite α duritiam cordis vestri viri Iuda, & habitatores Hierusalem: ne egrediatur vt ignis, indignatio mea; & succendetur (& non erit, qui extinguat) à facie nequitiæ adinuentionum vestrarum. Annunciate in Iuda, & audiatur in Hierusalem: dicite: Significate super terram tuba: Clamate fortiter: dicite: Congregamini; & ingrediamur in ciuitates muratas: assumentes fugite in Sion: festinate, nolite stare: quia mala ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam. Ascendit leo de cubili suo: exterminans gentes leuauit se, & egressus est de loco suo, vt ponat β terram in solitudinem: & ciuitates destruentur, eo quòd non habitentur. Super his accingite vos cilicijs, & plangite, & γ vlulate; quia non est auersus δ furor Domini à vobis. Et erit in die illa, dicit Dominus; peribit cor regis, & cor principum: & obstupescent sacerdotes, & prophetæ mirabuntur. Et dixi: O ε Dominator Domine: ergo ne decipiens decepisti populum istum, & Hierusalem, dicens, pax erit; & ecce tetigit gladius vsque ad animam eorum? In tẽpore illo dicent populo huic, & Hierusalem: spiritus erroris in deserto: via filiæ populi mei non ad purum, neque ad sanctum: spiritus repletionis veniet mihi. Nunc autem ego loquor iudicia mea aduersus eos. Ecce quasi nubes ascendet, & quasi tempestas, currus eius: leuiores aquilis equi eius. Væ nobis, quia misere vexamur. Laua à malitia cor tuum Hierusalem, vt salua fias. Vsquequo subsistunt in te cogitationes ζ laborum tuorum? Vox.n. annunciantis è Dan veniet: & audietur dolor de monte Ephræm. Commonefacite gentes, ecce venerunt: annunciate in Hierusalem, cateruæ veniunt de terra longinqua: & dederunt super ciuitates Iuda vocem suam: quasi custodes agri facti sunt super eam in circuitu: quia me neglexisti, dicit Dominus. Viæ tuæ, & adinuentiones tuæ fecerunt hæc tibi: ista malitia tua: quia amara, quia tetigit vsque ad cor tuum. Ventrem meum, vẽtrem meum doleo, & sensoria cordis mei: η fluctuat anima mea, dilaceratur cor meum: non tacebo; quoniam vocem tubæ audiuit anima mea, clamorem prælij, & miseriæ: contritionem aduocat; quia vastata est omnis terra: repente vastatum est tabernaculum, dilaceratæ sunt pelles meæ. Vsquequo videbo fugientes, audiens vocem tubarum? Quia duces populi mei me non cogno-

cognouerunt. Filij insipientes sunt, & non intelligentes: sapientes sunt, vt faciāt mala: bene autem facere nescierunt. Aspexi super terram, & ecce ^θ^ nihil: & in cælum; & non erant lumina eius. Vidi montes, & erant trementes: & omnes colles turbatos. Inspexi; & ecce non erat homo: & omnia volatilia cæli pauebant. Vidi; & ecce Carmelus desertus, & omnes ciuitates inflammatæ igni à facie Domini: & à facie iræ furoris eius deletæ erant. Hæc dicit Dominus: Deserta erit omnis terra: consummationem autem non faciam. Super his lugeat terra, & contenebrescat cælum desuper: eo quòd loquutus sum, & non me pænitebit: aggressus sum, & non auertam me ab ea. A voce equitis, & intenti arcus recessit omnis regio. Ingressi sunt in speluncas, & in nemora se absconderunt, & super petras ascenderunt: Omnis ciuitas derelicta est: non ^ι^ habitabat in eis homo. ^κ^ Et tu, quid facies? si circundederis tibi coccinum, & ornaueris te ornatu aureo, si vnxeris stibio oculos tuos; in vanum pulchritudo tua. Repulerunt te amatores tui: animam tuam quærunt: quia vocem quasi parturientis audiui, gemitum tuum quasi primo parientis. Vox filiæ Sion dissoluetur: & dimittet manus suas. Heu mihi, quia deficit anima mea super interfectis.

α Duritiam.] S. *Cypr.* 1. *testim.* præputium cordis vestri. *Pro quo inquit S. Hier. Symmachum posuisse*, purificamini Domino, & auferte malitias cordium vestrorum. β Terram.] *In aliquo additur*, σου, *itemque paulo post*, πόλεις σου, terram tuam, ciuitates tuæ. γ Vlulate.] ἀλαλάξατε, *videtur hoc loco positum pro*, ὀλολύζετε, *quod est in aliquo, & apud Theodoretum.* δ Furor.] *In alijs, & apud Theodoretum additur*, ὀργῆς, iræ. *S. Hier. notat pro eo quod ipse posuit*, non est auersa ira furoris Domini à nobis, *lxx. posuisse*, à vobis. ε O dominator Domine.] ὦ δέσποτα κύριε. *S. Hier. agnoscit apud lxx.* ò Domine Deus. ζ Laborum.] *Aquila*, ἀνωφελείας, damni, noxiæ, (*vt S. Hier. in sua*) *Symm.* ἀδικίας, iniustitiæ. η Fluctuat.] *Videtur idem hoc loco significare*, μαιμάσσει, *ac solet*, μαιμάζω. *In Compl. est*, μὴ μάσσει, *& vertunt*, me præmit. *Sed manifesto S. Hieron. agnoscit*, μαιμάσσει, *ex lxx. & Theodotione, super quo verbo magnum apud plerosque esset certamē, & pro quo Aquila dixerit*, ὀχλάζει, tumultuatur. θ Nihil.] *Aq.* κενή, vacua, *Symm.* συγκεχυμένη, confusa. ι Habitabat.] *In multis est*, κατοικεῖ, habitat. κ Et tu.] *S. Hier. in sua*, tu autem vastata: *quod inquit esse Aquilæ, alios autem transtulisse miseram, atque miserabilem: atque eiusmodi quiddam videtur Theodoretus agnoscere.*

CAP. V.

CIRCVNCVRRITE in vijs Hierusalem, & videte, & cognoscite, & quærite in platæis eius, si inueniatis: si est faciens iudicium, & quærens fidem: & propitius ero eis, dicit Dominus. Viuit Dominus, dicunt: nihilominus in mendacijs iurant. Domine oculi tui ad fidem: flagellasti eos, & non doluerunt: consummasti eos, & noluerunt recipere disciplinam: firmauerunt facies suas super petram: & noluerunt reuerti. Et ego dixi: fortasse inopes sunt, quia non potuerunt, quia non cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei: ibo ad optimates, & loquar eis, quia ipsi cognouerunt viam Domini, & iudicium Dei. Et ecce vnanimiter confregerunt iugum, diruperunt vincula. Ideo, percussit eos leo de sylua: & lupus vsque ad domos vastauit eos: & pardus vigilauit super ciuitates eorum. Omnes egredientes, ab eis capientur: quia multiplicauerunt impietates suas, confortati sunt in auersionibus suis. ^a^ Quanam harum propitius fiam tibi? Filij tui dereliquerunt me: & iurabant in Dijs, qui non sunt: & saciaui eos, & mœchabantur, & in domibus meretricum diuersabantur: equi ^c^ furentes in fœminas facti sunt: vnusquisque super vxorem proximi sui hinniebāt. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in gentem talem non vlciscetur anima mea? Ascendite super propugnacula vestra, & destruite: consumma-

A summationem autem ne faciatis: γ relinquite sustentacula eius, quia Domini sunt. Præuaricãs enim præuaricata est in me, dicit Dominus, domus Israel: & domus Iuda mentita est Domino suo: & dixerunt: non sunt hæc: non venient super nos mala: & gladium, & famem non videbimus: prophetæ nostri fuerunt in ventum: & verbum Domini non fuit in eis. Ideo hæc dicit Dominus omnipotens: Pro eo, quòd loquuti estis verbum istud; ecce ego dedi verba mea in os tuum ignem, & populũ istum ligna; & deuorabit eos. Ecce ego adduco super vos gentem de longe, domus Israel, dicit δ Dominus, gentem, cuius non audiet vocem linguæ eius: vniuersi ε fortes: & deuorabunt messem vestram, & panes vestros, B & deuorabunt filios vestros, & filias vestras: & deuorabunt oues vestras, & vitulos vestros: & deuorabunt vineas vestras, & ficeta vestra, & olíueta vestra: & triturabunt ciuitates munitas vestras, in quibus vos fidistis in eis, in gladio. Et erit in diebus illis, dicit Dominus Deus tuus, non faciam vos in consummationẽ. Et erit, quando dixeritis, cur fecit Dominus Deus noster nobis omnia hæc? & dices eis: Pro eo, quòd ζ seruistis Dijs alienis in terra vestra; sic seruietis alienis in terra non vestra. Annunciate hæc in domũ Iacob: & audiatur in domo Iuda. Audite nunc hæc populus stultus, & sine corde: oculi eis; & non vident: aures eis; & non audiunt. Nunquid me non timebitis, dicit Dominus? aut à facie mea nõ verebimini? C qui posui arenam terminum mari, præceptum æternum, & non supergredietur illud: & turbabitur; & non poterit: & sonabunt fluctus eius; & non supergredietur illud. Populo autem huic factum est cor nõ audiens, & contumax: & declinauerunt, & abierunt, & non dixerunt in corde suo: timeamus nunc Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & serotinam, secundum tempus impletionis præcepti messis, & custodiuit nobis. Iniquitates vestræ declinauerunt hæc: & peccata vestra repulerũt bona à vobis. Quia inuenti sunt in populo meo impij: & laqueos statuerunt ad perdendos viros, & ceperunt. Sicut laqueus superpositus plenus auium; sic domus eorum plenæ dolo. D Ideo magnificati sunt, & ditati, et transgressi sunt iudicium: nõ iudicauerunt iudicium pupilli: et iudicium viduæ non iudicauerunt. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in gentem talẽ non vlciscetur anima mea? Stupor, & horribilia facta sunt super terrã. Prophetæ prophetant iniqua, et sacerdotes applauserunt manibus suis: et populus meus dilexit sic. Et quid facietis post hæc?

α Quanam harum.] *Eusebius 11. Euang. Demon. habet*, ποίῳ τούτων, quonam horum. β Furentes in fœminas.] *S. Hier. ex cæteris* ἕλκοντες, trahentes. γ Relinquite sustentacula eius, quia Domini sunt.] *Ita collati codices, & Theodoretus. In Compl. vero*, ἀπολέσατε τὰ ὑποστηρίγματα αὐτῆς, ὅτι τοῦ κυρίου οὐκ εἰσίν, disperdetis sustentacula eius, quia non sunt Domini: *quomodo fere S. Hier.* δ Dominus.] *In Complut. additur*, ἔθνος ἰσχυρὸν, ἔθνος ἀπ' αἰῶνος, gentem robustam, gentem antiquam. *Theodoretus hoc secundum tantum agnoscit. S. Hier. habet vtrumque.* ε Fortes.] *In eadem sequitur*, φαρέτρα αὐτοῦ ὡς τάφος ἀνεωγμένος, *quod S. Hier.* (*licet apud ipsum sit ante illa*, vniuersi fortes) pharetra eius, quasi sepulchrum patens. *Quæ agnoscuntur etiam à Theodoreto: Sed S. Hier. testatur in lxx. editione non esse.* ζ Seruistis.] *In plerisque libris est*, ἀνθ' ὧν ἐγκατελίπετέ με ἐν τῇ γῇ ὑμῶν. *In quibusdam, & apud Theodoretum vtrumque coniungitur, sicut S. Hier. in sua*, sicut dereliquistis me, & E seruistis, *&c. Idem tamen in comm. habet tantum*, sicut seruiuistis Deo alieno, id est Baal, vel Dijs alienis cunctarum gentium in terra Iudæa, sic seruietis, *&c.*

CAP. VI.

CONFORTAMINI filij Beniamin de medio Hierusalem: et in Thecue significate tuba: et super Bæthacharma leuate signum: quia mala incubuerunt ab Aquilone: et contritio magna fit: et auferetur celsitudo

tua filia

tua filia Sion. In eam venient pastores, et greges eorum: et figent super eam tabernacula in circuitu; et pascent vnusquisque manu sua. Paramini super eam in bellum: consurgite, et ascendamus super eam meridie: væ nobis, quia declinauit dies, quia deficiunt vmbræ [a] diei. Surgite, & ascendamus super eam nocte, & dissipemus fundamenta illius. Quia hæc dicit Dominus: Cæde ligna eius, effunde super Hierusalem virtutem. O ciuitas mẽdax: tota oppresio in ea. Sicut frigidam facit cisterna aquã; sic frigidam facit malitia eius. Impietas, & miseria audietur in ea super faciẽ eius semper. Dolore, & flagello erudieris Hierusalem: Ne recedat anima mea à te: ne faciam te inuiam terram, quæ non habitetur. Quia hæc dicit [b] Dominus: Racemate, racemate quasi vineam, reliquias Israel. Conuertimini, quasi vindemiator ad cartallum suum. Ad quem loquar, & contestabor, & exaudiet? Ecce incircuncisæ aures eorum; & non poterunt audire. Ecce verbũ Domini factum est eis in opprobriũ: non volent illud. Et furorem meũ impleui, & sustinui, & [c] non cõsumpsi eos. Effundã super paruulos deforis, & super congregationẽ iuuenum simul: quia vir, & vxor capientur, senior cũ pleno dierũ: & transibunt domus eorũ ad alteros, agri, & vxores eorũ pariter: quia extendã manum meam super habitantes terrã hanc, dicit Dominus. A paruo.n. eorũ, & vsque ad magnũ omnes consummauerunt iniqua: à sacerdote, & vsque ad pseudoprophetã omnes fecerunt mendacia. Et curabant contritionẽ populi mei, spernentes, & dicentes, pax, pax. Et vbi est pax? Confusi sunt, quia defecerunt: & neque sicut qui confunduntur, confusi sunt: & inhonorationẽ suam non cognouerunt. Quamobrem cadent in ruina sua, & in tempore visitationis peribunt, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus: State super vias, & videte, & interrogate semitas Domini, quæ à seculo: & videte, qualis est via bona, & ambulate in ea: & inuenietis purificationem animabus vestris. Et dixerunt: non ibimus. Constitui super eos speculatores: audite vocem tubæ. Et dixerunt: non audiemus. Ideo audierunt gentes, & qui pascunt greges suos. Audi terra: Ecce ego adduco super populum hunc mala, fructum auersionis eorum: quia sermonibus meis non attenderunt, & legẽ meam proiecerunt. Vt quid mihi thus de Saba affertis, & cinamomũ de terra longinqua? Holocaustomata vestra non sunt accepta, & sacrificia vestra non mihi iucunda fuerunt. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego do super populũ istũ infirmitatẽ: & infirmabuntur patres, & filij simul: vicinus, & proximus eius peribũt. Hæc dicit Dominus: Ecce populus venit ab Aquilone: & gentes exurgent ab extremo terræ: arcum, & Zibynam tenebunt. Impudens est, & non miserebitur: vox eius, quasi mare fluctuans: in equis, & in curribus instruetur quasi ignis ad bellum aduersus te filia Sion. Audiuimus famam eorum: dissolutæ sunt manus nostræ: tribulatio apprehendit nos, dolores, quasi parturientis. Nolite exire in agrum, & in vijs ne ambuletis: quoniam gladius inimicorum accolit in circuitu. Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere in cinere: luctum dilecti fac tibi planctum miserabilem: quia repente veniet miseria super vos. Probatorem dedi te [d] in populis probatis: & cognosces me, in probando me viam eorum: omnes inobedientes, ambulantes peruerse. Aes, & ferrum, vniuersi corrupti sunt. Defecit sufflatorium ab igne: defecit plumbum. Frustra argentum conflat argenti conflator: malitia eorum non est consumpta. Argentum reprobum vocate eos: quia reprobauit eos Dominus.

[a] Diei.]

A * Tua.] *Addendum σου, in nostra.* α Diei.] *Plerique,* τῆς ἑσπέρας, vesperi, *vt vulgata nostra.* β Dominus.] *In multis additur,* τῶν δυνάμεων, *& apud S.Hier.* virtutum: *itemque paulo post.* γ Et non consumpsi.] *Ita enim corrigendum in nostra,* καὶ οὐ συντέλεσα, *quemadmodum, & apud Theodoretum est: apud S.Hieron.* & non consumpsi eum. δ In populis probatis.] *Cum S.Hier. haberet in sua,* in populo meo robustum, *notat pro,* robustum, *Aquilam dixisse,* munitum, *Symmachum, & lxx.* clausum, atque circundatum.

CAP. VII.

AVDITE * verbum Domini omnis Iudæa. Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dirigite vias vestras, & studia vestra: & habitare vos faciam in loco isto. Nolite confidere in vobis ipsis, in verbis mendacibus, quoniam B omnino non proderunt vobis, dicentes: templum Domini, β templum Domini est. Quoniam si dirigentes direxeritis vias vestras, & studia vestra, & facientes feceritis iudicium inter virum, & proximum eius, & aduenam, & pupillum, & viduam non oppresseritis, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & post Deos alienos non ambulaueritis in malum vobis; & habitare vos faciam in loco isto, in terra, quam dedi patribus vestris à seculo, & vsque in seculum; Si autem confiditis vos in verbis mendacibus, vnde non erit vobis vtilitas, & occiditis, & mœchamini, & furamini, & iurate super iniquo, & adolebatis ipsi Baal, & ambulabatis post Deos alienos, quos non nouistis, vt male sit vobis, & C venistis, & stetistis coram me in domo, in qua inuocatum est nomen meum in ea, & dixistis, γ abstinuimus, ne faceremus omnes abominationes has; nunquid spelunca latronum est domus mea, vbi inuocatum est nomen meum in ea, ibi coram vobis? Et ecce ego vidi, dicit Dominus. Quare ite ad locum meum, qui in Selo, vbi collocaui nomen meum ibi antea, & videte, quæ feci ei à facie malitiæ populi mei Israel. Et nunc pro eo, quòd fecistis omnia opera hæc, & loquutus sum ad vos, & non audistis me, & vocaui vos, & non respondistis; igitur & ego faciam domui, in qua inuocatum est nomen meum in ea, in qua vos confidistis in ea, & loco, quem dedi vobis, & patribus vestris, sicut feci Selo: & D proijciam vos à facie mea, sicut proieci fratres vestros, omne semen Ephræm. Et tu noli orare pro populo isto, neque postules, vt miserear illorum: & ne ores, & ne accedas ad me pro his: quia non exaudiam. Nunquid non vides, quid ipsi faciunt in ciuitatibus Iuda, & in vijs Hierusalem? Filij eorum colligunt ligna, & patres eorum succendunt ignem, & mulieres eorum terunt similam, vt faciant δ chauonas militiæ cæli: & libauerunt libamina Dijs alienis, vt me ad iracundiam prouocent. Nunquid me ipsi ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? nonne semetipsos, vt confundantur facies eorum? Ideo hæc dicit Dominus. Ecce ira, & furor meus funditur super locum istum, & super homines, & super E iumenta, & super omne lignum agri eorum, & super genimina terræ: & accendetur, & non extinguetur. Hæc dicit Dominus: Holocaustomata vestra congregate cum sacrificijs vestris, & comedite carnes: quia non sum loquutus ad patres vestros, & non mandaui eis in die, qua eduxi eos de terra Ægypti de holocaustis, & sacrificio: sed verbum hoc mandaui eis dicens: Audite vocem meam, & ero vobis in Deum: & vos eritis mihi in populum: & ambulate in omnibus vijs meis, quascumque mandauero vobis; vt bene uobis sit. Et non audierunt me, & non attendit auris eorum: sed ierunt in desiderijs cordis sui mali, & facti sunt in posteriora, & non in anteriora; ex qua die exierunt patres

eorum è terra Ægypti, & vſque in diem hanc. Et miſi ad vos, omnes ſeruos meos prophetas, die, & diluculo: & miſi, & non exaudierunt me, & non attendit auris eorum: & indurauerunt ceruicem ſuam ſuper patres ipſorum. Et dices eis hunc [ε] ſermonem: Hæc eſt gens, quæ non audiuit vocem Domini, neque recepit diſciplinam: defecit fides ex ore eorum. Tonde caput tuum, & proijce, & aſſume ſuper labia lamentationem: quia reprobauit Dominus, & repulit generationem facientem hæc: quia fecerunt filij Iuda malum coram me, dicit Dominus: poſuerunt abominationes ſuas in domo, vbi inuocatum eſt nomen meum ſuper eam, ad polluendam eam: & ædificauerunt aram [ζ] Tapheth, quæ eſt in valle filij Ennom ad comburendum filios ſuos, & filias ſuas in igni: quod non mandaui eis, neque cogitaui in corde meo. Idcirco ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicent amplius, ara Tapheth, & vallis filij Ennom, ſed vallis interfectorum: & ſepelient in Tapheth, eo quòd non ſit locus: & erunt mortui de populo hoc in eſcam volatilibus cæli, & beſtijs terræ: & non erit, qui abigat. Et ceſſare faciã de ciuitatibus Iuda, & de vijs Hieruſalẽ vocem lætantium, & vocẽ gaudentiũ, vocẽ ſponſi, & vocẽ ſponſæ: quia in deſolationem erit vniuerſa terra.

[α] Audite.] *In Compl. hæc antecedunt, quæ à Theodoreto etiam innuuntur*, ῥῆμα, ὃ ἐγένετο πρὸς ἱερεμίαν παρὰ κυρίου, λέγων. ἵστα ἐπὶ τῇ πύλῃ τοῦ οἴκου κυρίου, καὶ ἀνάγνωθι ἐκεῖ τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ εἰπὲ, ἀκούσατε, *quod S. Hier. in ſua*, Verbũ, quod factum eſt ad Hieremiam à Domino, dicens: ſta in porta domus Domini, & prædica ibi verbum iſtud, & dic, Audite, *&c. Quæ tamen teſtatur in lxx. non haberi, ſed de Theodotione ex hebraico eſſe addita.* [β] Tẽplum. *Hæc repetitio non eſt in Compl. Apud Theodoretum vero etiã tertio iteratur, quemadmodum in hebraico.* [γ] Abſtinuimus, ne faceremus.] *In Compl. eſt*, ἀπεσχήμεθα τοῦ ποιεῖν, abſtinuimus à faciendo. *S. Hier. ex lxx. videtur afferre*, deſiuimus, eo quòd fecerimus. [δ] Chauonas.] Quas, (*inquit S. Hier.*) nos placentas interpretati ſumus, ſiue præparationes. *In Scholijs quemadmodum & in codicibus varie iſtud nomen ſcribitur. Chryſ.* πόπανα inquit panes. *Olympiodorus*, χαυῶνας autem vocat pemmata, & bellaria quædam. [ε] Sermonem.] *In Compl. adiungitur*, καὶ οὐκ ἀκούσονταί σου, καὶ καλέσεις αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἀποκριθῶσί σοι, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτοὺς, *quæ in vulgata noſtra*, & non audierit te: & vocabis eos, & non reſpondebunt tibi: & dices ad eos: *Quæ neque Theodoretus agnoſcit.* [ζ] Tapheth.] *Schol.* Locus erat ſic dictus. Erat autem oliuetum in ſuburbanis Hieruſalem; in quo quidem idola colebant. *Theodoretus putauit eſſe nomen Idoli. Legendus* S. *Hier.*

CAP. VIII.

IN tempore illo, dicit Dominus, efferent oſſa regum Iuda, & oſſa principum eius, & oſſa ſacerdotum, & oſſa prophetarum, & oſſa habitantium in Hieruſalem de ſepulchris eorum, & [α] torrebunt ea ad Solem, & Lunam, & ad omnia ſydera, & ad omnem militiam cæli, quæ dilexerunt, & quibus ſeruierũt, & poſt quæ ambulauerunt poſt ea, & quibus adhæſerunt, & quæ adorauerunt ea. Non plangentur, & non ſepelientur: & erunt in exemplum ſuper faciẽ terræ. Quia elegerunt mortem, quàm vitam, etiam de omnibus reſiduis, qui relicti fuerint de generatione illa, in omni loco, quocunque expulero eos illuc. Quia hæc dicit Dominus: Nunquid qui cadit, non reſurgit? aut, qui auertit ſe, non reuertitur? Quare auerſus eſt populus meus hic auerſione impudenti, & confirmati ſunt in electione ſua, & noluerunt reuerti? Auribus percipite nunc, & audite. Nonne ſic loquentur, non eſt homo, qui pænitentiam agat à peccato ſuo, dicẽs, quid feci? [β] Defecit currens à curſu ſuo, quaſi equus defeſſus in hinnitu ſuo. Et [γ] aſida in cælo cognouit tempus ſuum: turtur, & hirũdo agri, paſſeres cuſtodierunt tempora ingreſſuum ſuorũ: populus autem meus hic nõ cognouit iudicia Domini. Quomodo dicetis, quia ſapiẽtes ſumus nos, & lex Domini nobiſcũ eſt? Fruſtra factus eſt [δ] iuncus mendax ſcribis. Confuſi ſunt ſapiẽtes, & perterriti, et capti ſunt: quia legem Domini reprobauerunt. Sapientia quæ eſt in eis? Propterea

A pterea dabo vxores eorum alijs,& agros eorum [e] hæredibus, & colligent genimina eorum, dicit Dominus. Non eſt vua in vitibus: & non ſunt ficus in ficis, & folia defluxerunt. Quare nos ſedemus? Conuenite,& ingrediamur in ciuitates munitas,& proijciamur ibi: quoniam Deus proiecit nos,& potum dedit nobis aquam fellis: quia peccauimus coram eo. Congregati ſumus ad pacem, & non fuerunt bona, ad tempus medelæ,& ecce trepidatio. E Dan audiemus vocem fremitus equorum eius: à voce hinnitus equitatus equorum eius commota eſt omnis terra:& veniet,& deuorabit terram,& plenitudinem eius, vrbem, & habitantes in ea. Quia ecce ego mitto in vos ſerpentes mortiferos, quibus B non eſt incantatio:& mordebunt vos inſanabiliter cum dolore cordis veſtri deficientis. Ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua. Nunquid Dominus non eſt in Sion? aut rex non eſt ibi? Quoniam ad iracundiam concitauerunt me in ſculptilibus ſuis, & in vanitatibus alienis. Tranſijt æſtas, præterijt meſsis:& nos ſaluati non ſumus. Super contritione filiæ populi mei obtenebratus ſum in afflictione: tenuerunt me dolores quaſi parientis. Et nunquid reſina non eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi? quare non aſcendit ſanatio filiæ populi mei.

[a] Torrebunt.] *In Compl.* ἐκτενοῦσι, extendent. [c] Defecit.] *Theodor.* Quod Syrus ita interpretatus C eſt, πάντες τῇ γνώμῃ αὐτῶν πορεύονται, ὡς ἵππος ὁρμῶν εἰς πόλεμον, omnes ſenſu ſuo ibunt quaſi equus ruens in prælium,&c. [γ] Aſida.] *Victor.* Quam Aquila reddidit herodium. *Olympiodorus,* Aſida autem eſt genus auis indicæ. *Addit S. Hier pro hac voce hebraica, quã lxx. & Theodotio poſuerunt. Symmachum dixiſſe miluum: qui & alias affert varietates. Nonnulla etiam dicuntur à Theodoreto.* [δ] Iuncus.] σχοῖνον, *videtur dixiſſe pro calamo. Theodoretus tamen interpretatur,* funiculum,& hæreditatem. [e] Hæredibus.] Hæredes, (*inquit Theodoretus*) appellauit hoſtes. *Hic autem in vno peruetuſto adiunguntur eadem, quæ ſunt* [in] *cap. 6. ab illis,* à paruo enim eorum, *vſque ad illa,* & in tempore viſitationis peribunt, dicit Dominus: *quæ innuuntur à Theodoreto, & reſpondent vulgatæ. Eadem fere etiam habentur in Compl.*

CAP. IX.

D QVIS dabit capiti meo aquam,& oculis meis fontem lachrymarum? & plorabo populum meum hunc die, ac nocte, interfectos filiæ populi mei. Quis det mihi in ſolitudine manſionem nouiſsimam, & relinquã populum meum,& recedam ab eis? Quia omnes mœchantur: cœtus præuaricatorum:& intenderunt linguam ſuam quaſi arcum: mendacium, & non fides inualuit ſuper terram: quia de malis in mala egreſsi ſunt,& me non cognouerunt, dicit Dominus. Vnuſquiſque à proximo ſuo vos cuſtodite, & ſuper fratribus ſuis non habeatis fiduciam: quia omnis frater ſupplantatione ſupplantabit: & omnis amicus doloſe incedet: vnuſquiſque contra fratrem ſuum illudet: veritatem non loquentur. Didicit lingua eorum loqui mendacia: inique egerunt: & E non intermiſerunt, vt conuerterentur. Vſura ſuper vſuram,& dolus ſuper dolũ: noluerunt ſcire me, dicit Dominus. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego igne examinabo eos, & probabo eos. [a] Quia faciam à facie malitiæ filiæ populi mei. Sagitta vulnerans lingua eorum: doloſa verba oris eorum: proximo ſuo loquitur pacifica:& in ſeipſo habet inimicitiam. Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus? aut in populo huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea? Super montes aſſumite planctum,& ſuper ſemitas deſerti lamentationem: quoniam defecerunt, eo quòd non ſint homines. Non audierunt vocem [β] ſubſtantiæ: à

volucribus cæli,& vſque ad pecora,obſtupuerunt,receſſerunt. Et dabo Hieruſalem in transmigrationem,& in habitaculum draconum: & ciuitates Iuda ponam in deſolationem; eo quòd non habitentur. Quis eſt homo intelligens, & intelligat hoc? Et cui ſermo oris Domini ad eum, annunciet vobis; quare perijt terra,exuſta eſt quaſi deſertum,eo quòd non ſit, qui pertranſeat eam? Et dixit Dominus ad me: Quia ipſi dereliquerunt legem meam,quam dedi ante faciem eorum,& non audierunt vocem meam: ſed iuerunt poſt placita cordis ſui mali,& poſt idola, quæ docuerunt eos patres eorum. Idcirco hæc dicit Dominus Deus Iſrael. Ecce ego cibabo eos anguſtijs, & potum dabo eis aquam fellis: & diſpergam eos in gentibus,quas non nouerunt ipſi, & patres eorum: & immittam ſuper eos gladium,donec ipſi conſumantur in eo. Hæc dicit Dominus: Vocate lamentatrices; [γ] & veniant:& ad eas,quæ ſapientes ſunt mittite;& loquantur:& aſſumant ſuper vos lamentum:& deducant oculi veſtri lachrymas:& palpebræ veſtræ fluant aquam: quoniam vox lamentationis audita eſt in Sion: Quomodo miſere vexati ſumus, confuſi ſumus vehementer; quoniam dereliquimus terram, & abiecimus tabernacula noſtra? Audite nunc mulieres verbum Dei:& aſſumant aures veſtræ ſermones oris eius:& docete filias veſtras lamentum:& mulier proximam ſuam planctum. Quia aſcendit mors per feneſtras veſtras:ingreſſa eſt in terram veſtram, diſperdere paruulos deforis, & iuuenes de [δ] platæis: & erunt morticina hominum in exemplum ſuper faciem campi terræ veſtræ: quaſi fœnum poſt metentem: & non eſt, qui colligat. Hæc dicit Dominus: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua:& non glorietur fortis in fortitudine ſua:& non glorietur diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere,& [ε] noſſe, quia ego ſum Dominus faciens miſericordiam, & iudicium,& iuſtitiam ſuper terram: quia in iſtis eſt voluntas mea, dicit Dominus. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & viſitabo ſuper omnes, qui circunciſa habent præputia ſua: ſuper Ægyptum, & ſuper [ζ] Idumæam, & ſuper Edom, & ſuper filios Ammon, & ſuper filios Moab, & ſuper omnem attonſum circa faciem ſuam, habitantes in deſerto: quia omnes gentes incircunciſæ carne: & omnis domus Iſrael, incircunciſi cordibus ſuis.

α Quia faciam.] *Fortaſſe illud,* ὅτι, *valet idem, ac* τί, *quod eſt in aliquo, & legendum per interrogationem. Nam & S. Hier. apud lxx. videtur habere,* Quid faciam, *&c.* β Subſtantiæ.] ὑπάρξεως. *S. Hier.* ſubſtantia hic non pro, οὐσία, hoc eſt eſſentia accipitur, ſed pro opibus, atque diuitijs. γ Et veniant.] *Olympiodorus legit,* καὶ φθεγξάσθωσαν, & loquantur. δ Platæis.] *Ita collati codices, & Compl. Apud Theodoretum adiungitur,* τάδε λέγει κύριος. *S. Hier. cum in ſua dixiſſet,* Loquere; hæc dicit Dominus; *notat iſtud,* λάλησον, *ideſt loquere, eſſe ex Aquila, &* Symmacho, *lxx. vero, & Theodotionem dixiſſe,* morte, *ita iungentes cum ſuperioribus,* iuuenes de platæis morte. ε Noſſe.] *In quibuſdam additur,* με, me. ζ Idumæam.] *Nonnulli, & Theodoretus,* ἰούδαν, Iudam, *vt vulgata noſtra.*

CAP. X.

AVDITE verbum Domini, quod loquutus eſt ſuper vos domus Iſrael. Hæc dicit Dominus: Iuxta vias gentium nolite diſcere: & à ſignis cæli nolite metuere: [α] quia timent ea faciebus ſuis: quia legitima gentium vana ſunt. Lignum eſt de ſaltu præciſum, opus artificis, & conflatio, argento, & auro decorata: in malleis, & clauis firmauerunt illas, collocabunt ea, & non mouebuntur: argentum tornatile eſt: non ibunt: argentum productum è Tharſis:

veniet

A veniet aurum Mophaz:& manus aurificum:opera artificum omnia:hyacintho, & purpura induent ea:portata tollentur: quia non conscendent. Ne timeatis ea; quia non malefacient;& bonum non est[β] in eis. Sic dicetis eis: Dij, qui cælum,& terram non fecerunt, dispereant de terra,& de subter cælo hoc. Dominus, qui fecit terram in fortitudine sua, qui erexit orbem in sapientia sua,& prudentia sua extendit cælum, & multitudinem aquæ in cælo: & eduxit nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuias fecit:& eduxit[γ] lumen ex thesauris suis. Stultus factus est omnis homo à scientia: confusus est omnis aurifex in sculptilibus suis: quia falsa conflauit: non est spiritus in eis. Vana sunt opera, ridicula: in tem-
B pore visitationis suæ peribunt. Non est talis pars Iacob. Qui enim formauit omnia; [δ] ipse est hæreditas eius: Dominus nomen illi. Congregauit de foris substantiam suam, quæ habitat[ε] in electis. Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego supplantabo habitatores terræ huius in tribulatione; vt inueniatur plaga tua. Væ super contritione tua: doloris plena est plaga tua. Et ego dixi: Plane hoc est vulnus [ζ] tuum:& apprehendit te. Tabernaculum tuum vastatum est, perijt, & omnes pelles tuæ conscissæ sunt. Filij mei,& oues meæ non sunt: non est locus vltra tabernaculi mei, locus pellium mearum. Quia pastores stulte egerunt,& Dominum non quæsierunt. Propterea non intellexit omnis grex:& dispersi sunt. Vox
C auditionis ecce venit,& commotio magna de terra Aquilonis, vt ponat ciuitates Iuda in solitudinem, & cubile struthionum. Scio Domine, quia non est hominis via eius: neque viri ibit,& diriget gressum suum. Corripe nos Domine, veruntamen in iudicio, & non in furore: vt paucos non facias nos: Effunde indignationem tuam super gentes, quæ non cognouerunt te,& super generationes, quæ nomen tuum non inuocauerunt: quia deuorauerunt Iacob, & consumpserunt eum,& pascuam eius ad solitudinem redegerunt.

α Quia timent ea faciebus suis.] *Aut, timentur: vtroque enim modo videntur verti posse,* ὅτι φοβοῦνται αὐτὰ τοῖς προσώποις αὐτῶν. *In Compl. est,* ὅτι φοβοῦνται αὐτὰ ἔθνη, quoniam gentes timent ea. β In eis.] *Hucusque idem fere verborum ordo videtur agnosci etiam in Theodoreto: nam Compl. paululum variat, vt magis respon-*
D *deat vulgatæ. Hic autem & in Compl. & apud Theodoretum hæc interijciuntur,* οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι κύριε, μέγας εἶ σύ, καὶ μέγα τὸ ὄνομά σου ἐν τῇ ἰσχύϊ. τίς οὐ φοβηθήσεταί σε βασιλεῦ ἐθνῶν; σοὶ γὰρ πρέπει. ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς σοφοῖς τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐν πάσαις ταῖς βασιλείαις αὐτῶν οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι. ἅμα *(hæc postrema pars à Theodoreto significatur, non exprimitur)* ἄφρονες, καὶ ἀνόητοί εἰσι. διδασκαλία ματαίων αὐτῶν ξύλον ἐστίν, *quæ sic fere in vulgata nostra redduntur*. Non est similis tui Domine: magnus tu:& magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te ò rex gentium? Tuum est enim decus. Inter cunctos sapientes gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui. Pariter fatui,& insipientes probabuntur, *(in comm. S. Hier. habet,* sunt, *vt græcus.)* Doctrina vanitatis eorum lignũ est. *Hæc autem idem S. Hier. affirmat in lxx. non haberi, sed de Theodotionis editione in plerisque addita esse. Apud Theodoretum vero adduntur præterea multa ad laudem veri Dei pertinentia, quæ respondent vulgatæ*, Dominus autem Deus verus est, iste Deus viuens,& rex sempiternus. Ab indignatione eius commouebitur terra:& non sustinebunt gentes comminationem eius. γ Lumen.] *In multis est,* ἀνέμους φῶς, ventos, lumen. *In Compl. & apud Theodoretum est tantum,* ventos: *quod etiam videtur referri à S. Hieronymo ex lxx.* δ Ipse
E est hæreditas eius.] *Origenes:* Aquila,& Theodotio ediderunt, ὅτι ὁ πλάσας τὰ πάντα αὐτός ἐστιν, καὶ ἰσραὴλ ῥάβδος κληρονομίας αὐτοῦ, *quod in vulgata nostra*, Qui enim formauit omnia, ipse est,& Israel virga hæreditatis eius. ε In electis.] *Sic etiam Theodoretus. In Compl. est,* ἐν τειχίσματι, *&* *apud* S. *Hier.* in munitione. ζ Tuum.] *In alijs quibusdam, & apud Theodoretum, & hic, & in sequentibus est,* μου, *&* μοι, *& sic apud* S. *Hier.* vulnus meũ, apprehendit me, tabernaculum meum, pelles meæ.

CAP. XI.

VERBVM, quod factum est à Domino ad Hieremiam, dicens: Audite verba testamenti huius: Et loqueris ad viros Iuda, & ad habitatores Hierusalem: & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Male-

dictus homo, qui non audiet verba testamenti huius, quod mandaui patribus vestris in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea, dicens: Audite vocem meam, & facite omnia, quæcumque mandauero vobis: & eritis mihi in populum: & ego ero vobis in Deum: vt statuam iuramentum meum, quod iuraui patribus vestris, daturum me eis terram fluentem lacte, & melle, sicut est dies hæc. Et respondi, & dixi: Fiat Domine. Et dixit Dominus ad me: Lege verba hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Hierusalem, dicens: Audite verba testamenti huius, & facite [a] illa. Et non fecerunt. Et dixit Dominus ad me: Inuenta est [b] colligatio in viris Iuda, & in habitatoribus Hierusalem: reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores: qui noluerunt exaudire verba mea: & ecce ipsi abeunt post Deos alienos, ad seruiendum eis. Et dissipauit domus Israel, & domus Iuda testamentum meum, quod disposui ad patres eorum. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego induco super populum hunc mala: ex quibus exire non poterunt ex eis: & clamabunt ad me, & non exaudiam eos. Et ibunt ciuitates Iuda, & habitatores Hierusalem; & clamabunt ad Deos, quibus ipsi adolent eis: qui non saluabunt eos in tempore malorum eorum. Iuxta enim numerum ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda: & iuxta numerum viarum Hierusalem posuistis aras ad incensum adolendum Baal. Et tu noli orare pro populo hoc: & noli postulare pro eis in oratione, & deprecatione: quia non exaudiam in tempore, in quo inuocabunt me, in tempore afflictionis suæ. Quid dilecta in domo mea fecit abominationem? Nunquid vota, & carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, aut propter ista effugies? Oliuam pulchram, [c] bene opacam specie vocauit Dominus nomen tuum, ad vocem circuncisionis eius, accensus est ignis super eam: magna tribulatio super te: inutiles facti sunt rami eius: & Dominus, qui plantauit te, loquutus est super te mala, pro malitia domus Israel, & domus Iuda: quicquid fecerunt sibi ad irritandum me, in adolendo ipsos Baal. Domine notum fac mihi, & cognoscam. Tunc vidi studia eorum. Ego autem quasi agnus innocens ductus ad immolandum, non cognoscebam. Super me cogitauerunt cogitationem malam, dicentes: Venite, & mittamus lignum in panem eius, & exteramus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. [d] Domine iudicans iusta, probans renes, & corda, videam eam, quæ à te, vltionem ex eis: quoniam ad te reuelaui iustificationem meam. Idcirco hæc dicit Dominus super viros Anathoth, qui quærunt animam meam, dicentes; non prophetabis in nomine Domini: alioqui morieris in manibus nostris: Ecce ego visitabo super eos. Iuuenes eorum in gladio morientur: & filij eorum, & filiæ eorum morientur in fame: & reliquiæ non erunt eorum. Inducam enim mala super habitatores Anathoth, in anno visitationis eorum.

[a] Illa.] **In Compl. hæc adiunguntur**, ὅτι συμμαρτυρόμενος συνεμαρτυρόμην τοῖς πατράσιν ὑμῶν ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐξήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς αἰγύπτου ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. ὄρθριζων συνεμαρτυρόμην λέγων, ἀκούσατε τῆς φωνῆς μου. καὶ οὐκ ἤκουσαν, οὐδὲ ἔκλιναν τὸ οὖς αὐτῶν. ἀλλ' ἐπορεύοντο ἕκαστος ἐν σκολιότητι τῆς καρδίας αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς. καὶ εἰσήγαγον ἐπ' αὐτοὺς πάντα τὰ ῥήματα τῆς διαθήκης ταύτης, ἧς ἐνετειλάμην τοῦ ποιῆσαι, *quæ sic redduntur in vulgata nostra*, Quia contestans contestatus sum patres vestros in die, qua eduxi eos de terra Ægypti vsque ad diem hanc. Mane consurgens contestatus sum, & dixi: audite vocem meam. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt vnusquisque in prauitate cordis sui. Et induxi super eos omnia verba pacti huius, quod præcepi, vt facerent. *Quæ S. Hier. testatur in lxx. non haberi. Theodor. habet: ac pro*, σκολιότητι, *habet*, εὐθύτητι, rectitudine: *quã interpretatur non equitatem, sed peruicaciam, & inflexibilitatem, vt ita dicam, in improbitate. Vide cap. 13.* [b] Colligatio.] σύνδεσμος. *De hac dictione (quam nunc etiam Aquilæ, & Theodotionis testatur esse S. Hier. ipse vero ex Symmacho coniurationem*

A *tionem dixit) & alibi notatum est; & hic S.Hieron. & Theodoretus eam explicant.* γ Bene opacam ſpecie.] *Sic videtur habuiſſe etiam Theodoretus. In Compl. eſt,* εὔσκιον, ὡραῖαν τῷ εἴδει, opacam, pulchram ſpecie. δ Domine.] *Hic, vt alibi ſæpe, in quibuſdam additur,* δυνάμεων, virtutum.

CAP. XII.

IVSTVS es Domine: quia ſatisfaciam tibi: veruntamen iudicia loquar ad te. Quid eſt, quòd via impiorum proſperatur? abundauerunt omnes, qui præuaricantur præuaricationes? Plantaſti eos, & radicem miſerunt: filios fecerunt, & fecerunt fructum. Prope es tu ori eorum, & longe à renibus eorum. Et tu Domine cognoſcis me: probaſti cor meum coram te. [α] Purifica eos in diem occiſionis. Vſquequo lugebit terra, & omnis herba agri ſiccabitur à ma- B litia habitantium in ea? Deleta ſunt iumenta, & volatilia: quia dixerunt: non videbit Deus vias noſtras. [β] Tui pedes currunt, & diſſoluunt te: quomodo præparaberis in equis? & in terra pacis confidiſti; [γ] quomodo facies in fremitu Iordanis? Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipſi ſpreuerunt te: & ipſi clamauerunt: ex poſterioribus tuis congregati ſunt: ne credas in eis; quia loquentur ad te bona. Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam: dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius. Facta eſt hæreditas mea mihi; quaſi leo in ſylua: dedit ſuper me vocem ſuam: ideo odiui eam. Nonne ſpelũca C hyænæ hæreditas mea mihi? an ſpelunca in circuitu [δ] eius? Pergite, congregate omnes beſtias agri: & veniant ad comedendam eam. Paſtores multi diſſipauerunt vineam meam: polluerunt partem meam: dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum inuium: poſita eſt in diſſipationem perditionis. Propter me diſſipatione diſſipata eſt vniuerſa terra: quia non eſt vir, qui ponat in corde. Ad omne [ε] diuerticulum in deſerto venerunt vaſtatores: quia gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vſque ad extremum terræ: non eſt pax vniuerſæ carni. [ζ] Seminate frumenta, & ſpinas metite: cleri eorum non proderunt eis. Confundimini à gloriatione veſtra, ab opprobrio in conſpectu Domi- D ni: Quia hæc dicit Dominus de omnibus vicinis peſſimis, qui tangunt hæreditatem meam, quam diſtribui populo meo Iſrael. Ecce ego euello eos de terra ſua: & Iudam eijciam de medio eorum. Et erit, poſtquam eiecero eos, reuertar; & miſerebor eorum, & habitare faciam eos, vnumquemque in hæreditate ſua, & vnumquemque in terra ſua. Et erit, ſi diſcentes didicerint viam populi mei, ad iurandum in nomine meo, viuit Dominus, ſicut docuerunt populum meum iurare in Baal; & [η] ædificabitur in medio populi mei. Si autem non fuerint reuerſi; & auferam gentem illam ablatione, & perditione.

α Purifica eos in diem occiſionis.] *In alijs ſequitur,* ἄθροισον αὐτοὺς ὥσπερ πρόβατα εἰς σφαγήν. *Contra autem* E *in Compl. & apud Theodoretum hic locus ſic habet,* συνάγαγε αὐτοὺς ὡς ποίμνιον εἰς θυσίαν, καὶ ἅγνισον αὐτοὺς εἰς ἡμέραν σφαγῆς, congrega eos, quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in diem occiſionis, *quomodo vulgata noſtra. Notat autem Theodoretus,* ἅγνισον, *idem eſſe, ac,* ſegrega: *nam ſegregat ſe, qui vult purificari, & ſanctificari: additque Syrum poſuiſſe,* εὐτρέπισον, bene præpara. β Tui pedes.] *Theodoretus.* Syrus ſic dixit, μετὰ πεζῶν τρέχουσα ἡττήθης. καὶ πῶς ἀναστῆναι ἱππεῦσι δυνήσῃ; cum peditibus currens victa es: & quomodo conſurgere aduerſus equites poteris? *S.Chryſ.* Aquila, σὺν δρομεῖ τρέδραμες, καὶ ἐμόχθησέ σε, cum curſore cucurriſti, & fatigauit te. γ Quomodo facies in fremitu Iordanis.] *Theodoretus ex Syro,* πῶς περάσεις ἰορδάνην πλημμυροῦντα; Quomodo traijcies Iordanem exundantem? δ Eius.] *In aliquo additur,* ἐπ' αὐτήν, *& apud S. Hieron.* ſuper eam. ε Diuerticulum.] *Theodoretus,* διεκβολήν. Syrus interpretatus eſt ἀτραπὸν, diuerticulum, ſemitam. *Idem vero illud,* ταλαιπωροῦντες, *accipit pro,* miſere affecti. ζ Seminate.] *In alijs eſt,* ἐσπείρατε (*al.* ἐσπείρετε,) *&* ἐθερίσατε, *& apud S.Hier.* ſeminaſtis triticum, & ſpinas meſſuiſtis. η Ædificabitur.] *In quibuſdam,* οἰκοδομηθήσονται, ædificabuntur.

CAP.

CAP. XIII.

A

HÆC dicit Dominus: Vade,& poſside tibi cinctorium lineum, & pone circa lumbum tuum:& per aquam non tranſibit. Et poſſedi cinctorium iuxta verbum Domini;& poſui circa lumbum meum. Et factus eſt ſermo Domini ad [a] me, dicens: Tolle cinctorium, quod circa lumbum tuum,& ſurge,& vade ad Euphratem:& abſconde illud ibi in foramine petræ. Et iui,& abſcondi illud in Euphrate, ſicut præceperat mihi Dominus. Et factum eſt poſt dies multos,& dixit Dominus ad me: Surge, vade ad Euphratem, & tolle inde cinctorium, quod præcepi tibi, vt abſconderes ibi. Et abij ad Euphratem fluuium,& fodi,& tuli cinctorium de loco, vbi defoderam illud ibi. Et ecce corruptum erat; ita vt nulli vſui aptum eſſet. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Hæc dicit Dominus. Sic corrumpam contumeliam Iuda, & contumeliam Hieruſalem, multam contumeliam hanc, eos, qui nolunt obedire verbis [c] meis,& ambulauerunt poſt Deos alienos, vt ſeruiant eis,& adorent eos: & erunt, ſicut cinctorium iſtud, quod nulli erit vſui. Sicut enim adhæret cinctorium circa lumbum hominis, ſic agglutinaui ad me domum Iſrael, & omnem domum Iuda; vt eſſet mihi in populum nominatũ,& in gloriationem, et in gloriam. Et non exaudierunt me. Et dices ad populũ [y] iſtum: omnis [d] vter implebitur vino. Et erit, ſi dixerint ad te, nonne cognoſcẽtes cognoſcemus, quia omnis vter implebitur vino?& dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Ecce ego impleo habitatores terræ huius, et reges eorũ ſedẽtes filios Dauid ſuper thronum [e] ipſorũ, et ſacerdotes, et prophetas, et Iudã, et omnes habitatores Hieruſalem ebrietate: et diſpergam eos, virum, et fratrem eius, et patres eorum, et filios eorum pariter. Non deſiderabo, ait Dominus, et non parcam, et non miſerebor à perditione eorum. Audite, et auribus percipite, et nolite eleuari, quia Dominus loquutus eſt. Date Domino Deo veſtro gloriam; antequam contenebreſcat, et antequam offendant pedes veſtri ad montes tenebroſos. Et expectabitis ad lucem: et ibi vmbra mortis: et [ζ] ponentur in tenebris. Quòd ſi non audieritis, in abſcondito plorabit anima veſtra à facie ſuperbiæ: et deducent oculi veſtri lachrymas; quia contritus eſt grex Domini. Dicite regi, et potentibus: Humiliamini, et ſedete: quia ſublata eſt de capite veſtro corona gloriæ veſtræ. Ciuitates, quæ ad Auſtrum, concluſæ ſunt: et non eſt, qui aperiat. Tranſlatus eſt Iudas: conſummauerunt tranſmigrationem perfectam. Leua oculos tuos Hieruſalem, et vide venientes ab Aquilone. Vbi eſt grex, qui datus eſt tibi, oues gloriæ tuæ? Quid dices, cum viſitauerint te? Et tu docuiſti eos aduerſum te doctrinas in principatum. Nunquid non dolores apprehendent te, quaſi mulierem parturientem? Quòd ſi dixeris in corde tuo, quare occurrerunt mihi hæc? propter multitudinem iniquitatis tuæ reuelata ſunt poſteriora tua, [a] vt dehoneſtentur calcanei tui. Si mutabit Æthiops pellem ſuam, et pardus varietates ſuas; et vos poteritis benefacere, cum didiceritis mala. Et diſſeminaui eos, quaſi ſtipulas, quæ feruntur à vento in deſertum. Sic ſors tua,& pars inobedientiæ veſtræ aduerſum me, dicit Dominus. Sicut oblita es mei,& ſperaſti in mendacijs; & ego nudabo poſteriora tua ſuper faciem tuam:& videbitur ignominia tua, & adulterium tuũ, & hinnitus tuus,& alienatio fornicationis tuæ. Super colles,& in agris vidi abominationes tuas. Væ tibi Hieruſalem: quia non es mundata poſt me.

B

C

D

E

[a] Ad

A ᵃ Ad me.] *In Compl. additur,* ἐν δευτέρῳ, secundo, *vt vulgata nostra.* ᵇ Meis.] *In eadem, & apud Theodoretum subiungitur,* πορευθέντας ἐν εὐθύτητι τῆς καρδίας αὐτῶν τῆς πονηρᾶς, qui ambulauerunt in directione cordis sui pessimi: *quam directionis vocem videtur S. Hier. agnoscere ex lxx & significat id, quod capite 11. dictum est, nimirum peruicaciam, & cor obstipum, quare S. Hier. in sua habet,* prauitate. ᵞ Istum.] *Apud Theodoretum, & in Compluten. subiungitur,* τάδε λέγει κύριος ὁ θεὸς Ἰσραήλ, hæc dicit Dominus Deus Israel, *vt vulgata nostra.* ᵟ Vter.] *S. Hier. inquit Aquilam in prima editione posuisse lagunculam, in secunda ipsum verbum hebraicum Nebel, Symmachum craterem, Theodotionem vas.* ᵉ Ipsorum,] *In multis, & apud Theodoretum est,* αὐτῶν, *& in nostra,* eius. ᶻ Ponetur.] *Theodoretus,* τεθήσεται, ponetur, *siue,* ponet, *vt nostra.* ᵑ Vt dehonestentur.] *Sic etiam Theodoretus. In Compluten. est,* παραδειγματισθήσεται, *& apud Sanctum Hieronymum,* dehonestatæ sunt plantæ tuæ.

CAP. XIV.

B ET factum est verbum Domini ad Hieremiam de siccitate. Luxit Iudæa, & portæ eius vacuæ factæ sunt, & contenebratæ sunt super terram: & clamor Hierusalem ascendit: & magnates eius miserunt iuniores suos ad aquam: venerunt ad puteos; & non inuenerunt aquam: & reportauerunt vasa sua ᵃ vacua: & opera terræ defecerunt, quia non erat pluuia. Confusi sunt agricolæ: operuerunt capita sua: & ceruæ in agro pepererunt, & reliquerunt; quia non erat herba. Onagri steterunt in rupibus, & traxerunt ᵝ ventum: defecerunt oculi eorum; quia non erat fœnum. ᵞ Peccata nostra restiterunt nobis: Domine fac C nobis propter te: quoniam multa sunt peccata nostra coram te: quia tibi peccauimus. Expectatio Israel Domine: & saluabis in tempore malorum. Quare factus es, sicut aduena in terra, & quasi ᵟ indigena diuertens ad diuersorium? Nunquid eris, quasi homo dormiens, vel quasi vir, qui ᵉ saluare non possit? Et tu in nobis es Domine: & nomen tuum inuocatum est super nos: ne obliuiscaris nostri. Sic dicit Dominus populo huic: Dilexerunt mouere pedes suos, & non pepercerunt: & Deus ᶻ non prosperauit in eis: nunc recordabitur iniquitatis eorum. Et dixit Dominus ad me: Noli orare pro populo isto in bona: quoniam, si ieiunauerint, non exaudiam orationem eorum: &, si obtulerint holocaustomata, & sacrificia, non placebo mihi in eis: quoniā in gladio, & in fame, & in morte D ego consummabo eos. Et dixi: O ᵑ On Domine. Ecce prophetæ eorum prophetant, & dicunt: non videbitis gladium: & fames non erit in vobis: quia veritatem, & pacem dabo super terram, & in loco isto. Et dixit Dominus ad me: Falsa prophetæ prophetant in nomine meo: non misi eos, & non præcepi eis, & non sum loquutus ad eos. Visiones enim mendaces, & diuinationes, & auguria, & electiones cordis sui ipsi prophetant vobis. Ideo hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo falsa, & ego nō misi eos, qui dicunt, gladius, & fames non erit in terra hac: In morte morbosa morientur: & in fame consumentur prophetæ, & populus, quibus ipsi prophetant eis: & proiecti erūt E in vijs Hierusalem à facie gladij, & famis (& non erit, qui sepeliat eos) & filij eorum, & filiæ eorum: & effundam super eos mala sua. Et dices ad eos verbum istud: Deducite super oculos vestros lachrymas die, ac nocte, & non cessent: quoniam contritione contrita est filia populi mei: & plaga dolorosa valde. Si egressus fuero in campum; & ecce occisi gladio: &, si introiero in ciuitatem; & ecce dolor famis; quia sacerdos, & propheta abierunt in terram, quam ignorabant. Nunquid reprobans reprobasti Iudam, & à Sion recessit anima tua? Quare percussisti nos, & non est nobis sanatio? Sustinuimus ad pacem, & non fuerunt bona:

bona: ad tempus ſanationis, & ecce turbatio. Cognouimus Domine peccata noſtra, iniquitates patrum noſtrorum: quia peccauimus coram te. Ceſſa propter nomen tuum: ne perdas thronum gloriæ tuæ. Recordare; ne diſsipes teſtamentum tuum, quod nobiſcum. Nunquid eſt θ in idolis gentium, qui pluat? Quòd ſi cælum dabit ſatietatem ſuam; nōne tu es ipſe? Et ſuſtinebimus te Domine; quia tu feciſti omnia hæc.

α Vacua.] *In Compl. adiunguntur hæc,* ᾐσχύνθησαν, καὶ ἠρυθρίασαν, καὶ ἐκάλυψαν τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, confuſi ſunt, & erubuerunt, & operuerunt capita ſua: *quæ videntur etiam à* S. *Hieronymo agnoſci.* β Ventum.] *Sic plerique. In quibuſdam, & apud Theodoretum additur,* ὡς δράκοντες, quaſi dracones, *vt vulgata noſtra.* γ Peccata.] *In quibuſdam eſt,* εἰ αἱ ἁμαρτίαι, ſi peccata. *S. Hier.* ſi iniquitates noſtræ reſponderint (*ſiue,* reſtiterint.) δ Indigena.] *Theodoretus ex Syro,* ὡς ὁδίτης, quaſi viator, *vt vulgata.* ε Saluare.] *Ita collati codices, & Theodoretus, & reſpondet hebræo. In Compl. eſt,* σώζεσθαι, *& apud S. Hier.* ſaluari, *niſi mendum ſit.* ζ Non proſperauit.] *In quibuſdam, & apud Theodoretum eſt,* οὐκ εὐδόκησεν, *& apud S. Hier.* & Deus non placuit ſibi in eis. η On.] *De hoc alibi dictum eſt. Hic S. Hier. ex vetuſtiore,* qui es Domine Deus. θ In idolis.] *Aquila,* μὴ ἔστιν ἐν τοῖς ματαίοις τῶν ἐθνῶν ὑετίζων, nunquid eſt in vanitatibus gentium, qui pluat?

CAP. XV.

ET dixit Dominus ad me: Si ſteterit Moyſes, & Samuel ante faciem meã; non eſt anima mea ad eos. Emitte populum α iſtum, & egrediantur. Et erit, ſi dixerint ad te, quo egrediemur? & dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Quicumque ad mortem; ad mortem: & quicumque ad gladium; ad gladiũ: & quicumque ad famem; ad famem: & quicumque ad captiuitatem; ad captiuitatem. Et vlciſcar ſuper eos quatuor ſpecies, dicit Dominus: gladium ad occiſionem, & canes ad lacerationem, & beſtias terræ, & volatilia cæli ad comeſtionem, & corruptionem. Et tradam eos in anguſtias omnibus regnis terræ propter Manaſſen filium Ezeciæ regis Iuda, pro omnibus, quæ fecit in Hieruſalem. Quis parcet ſuper te Hieruſalem? & quis contriſtabitur ſuper te? aut quis curuabit ſe ad pacem tibi? Tu auerſata es me; retrorſum ibis. Et extendam manum meam, et diſperdam te: et nequaquam vltra dimittam eos: et diſpergam eos in diſperſionem in portis populi mei: orbati filijs ſunt, β diſperdiderunt populum meum propter malitias ſuas: multiplicatæ ſunt viduæ eorum ſuper arenam maris: induxi ſuper matrem, γ adoleſcentes, miſeriam in meridie: inieci ſuper eam repente tremorem, et trepidationem. δ Vacua facta eſt, quæ parit ſeptem: afflicta eſt anima eius: ſubijt Sol ei, cum adhuc medius dies eſſet: confuſa eſt, et maledicta: reliquos eorum in gladiũ dabo in conſpectu inimicorum ſuorum. Heu me mater, quare genuiſti me virum, qui iudicer, et diſcernar omni terræ? Non ε profui, nec profuit mihi quiſquam. Fortitudo mea defecit in ijs, qui maledicunt mihi. Fiat Domine dirigentibus illis: ſi non aſtiti tibi in tempore malorum eorum, et in tempore tribulationis eorum in bona contra inimicum. Si cognoſcetur ferrum, et operimentum æneum ζ fortitudo tua? Et theſauros tuos in direptionem dabo, η commutationem propter omnia peccata tua, et in cunctis terminis tuis. Et ſeruire te faciam in circuitu inimicis tuis, in terra, quã non nouiſti: quia ignis accenſus eſt è furore meo: ſuper vos ardebit. Domine recordare mei, et viſita me, et tuere me ab his, qui perſequuntur me, θ non in longanimitate. Scito, quoniam accepi pro te opprobrium ab his, qui reprobant ſermones tuos: conſumma eos. Et erit mihi verbũ tuum in lætitiam, et gaudium

cordis

A cordis mei: quoniam inuocatum est nomen tuum super me Domine omnipotens. Non sedi in consessu ι ipsorum ludentium: sed metuebam à facie manus tuæ. Solus sedebam; quoniam amaritudine repletus sum. Vt quid qui contristant me, præualent κ aduersum me? Plaga mea solida est: vnde sanabor? Dum fit, facta est mihi quasi aqua mendax, non habens fidem. Ideo hæc dicit Dominus. Si reuerteris; & restituam te, & ante faciem meam stabis. Et, si eduxeris preciosum à vili; quasi os meum eris. Et conuertentur ipsi ad te: & tu non conuerteris ad eos. Et dabo te in populo isto, quasi murum munitum æneum: & bellabunt aduersum te, & non poterunt aduersum te: quia tecum B sum, vt saluem te, & eruam te de manu pessimorum: & redimam te de manu pestilentium.

α Istum.] *Ita videtur etiam habuisse Theodoretus. In Compl. additur,* ἀπὸ προσώπου μου, à facie mea, *vt vulgata nostra.* β Disperdiderunt.] *Apud Theodoretum est,* ἀπώλεσα, disperdidi: *quod magis respondet vulgatæ.* γ Adolescentes.] *In nonnullis est,* νεανίσκου, adolescentis. δ Vacua facta est.] *S.Hier.* infirmata est, siue abiecit, aut vacua facta est. *S.Cypr. 2. testim.* Et territa est, quæ parit, & tæduit anima eius, *&c.* ε Profui.] *Hæc agnoscit ex lxx. S.Hier. in comm. sicut ex Theodotione,* non debui, nec debuit mihi quisquam. *Theodoretus. Illud* ὠφέλησα, *Syrus interpretatus est,* ὤφλησα, non conflaui æs alienum. ζ Fortitudo tua.] *Apud Theodoretum est,* τὴν ἰσχύν σου, *& coniungitur cum sequentibus,* fortitudinem tuam, & thesauros tuos, *&c. S. quidem Hieronymus videtur ita legisse, dum præcedentia sic affert ex lxx.* Si cognoscet, (*fortasse,* cognoscetur) ferrum, & operimentum æneum? *Sicut ex Symmacho,* nunquid nocebit ferrum ferro ab Aquilone, & æs? η Commutationem.] *Hoc S.Hier. videtur aut ex lxx. aut ex alia editione dixisse,* absque precio. θ Non in longanimitate.] *Apud Theodoretum additur,* λάβῃς με, *quod respondet vulgatæ nostræ,* noli in patientia tua suscipere me: *Notat autem aliqua exemplaria habere,* βάλῃς, *quasi, ne protrahas, ac discrucies tarditate.* ι Ipsorum.] *Ab aliquo abest illud,* αὐτῶν. κ Aduersum me.] *Abest hoc à S.Hieronymo, & à S.Cypriano ad Iubaianum: vnde cætera huius loci sumpsimus.*

CAP. XVI.

Et tu ne accipias vxorem, dicit Dominus Deus Israel, & non gignetur tibi filius, neque filia in loco isto. Quia hæc dicit Dominus de filijs, & D de filiabus, qui nascuntur in loco isto, & de matribus eorum, quæ pepererunt eos, & de patribus eorum, qui genuerunt eos in terra ista. In morte morbosa morientur: non plangentur, & non sepelientur: in exemplum super faciem terræ erunt: α & bestijs terræ erunt, & volatilibus cæli: in gladio cadent, & in fame consummabuntur: Hæc dicit Dominus. Ne ingrediaris in β thiasum eorum, & non vadas ad plangendum, neque lugeas eos: quia abstuli pacem meam à populo γ isto: non plangent se, neque incisiones facient, neque radentur, neque frangetur panis in luctu eorum in consolationem super mortuum: non dabunt ei potum calicis in consolationem super patrem, & matrem eius. In domum conuiuij non ingredieris tu, vt sedeas cum eis ad comedendum, & E bibendum. Quia hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego abire facio de loco isto coram oculis vestris, & in diebus vestris vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ. Et erit, cum annunciaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint ad te, quare loquutus est Dominus super nos omnia mala ista? quæ iniquitas nostra, & quod peccatum nostrum, quod peccauimus coram Domino Deo nostro? & dices ad eos: Pro eo, quòd dereliquerunt me patres vestri, dicit Dominus, & abierunt post Deos alienos, & seruierunt eis, & adorauerunt eos, & me dereliquerunt, & legem meam nõ custodierunt: & vos male

egiſtis ſuper patres veſtros. Et ecce vos ambulatis vnuſquiſque poſt placita cordis veſtri peſſimi, ad non obediendum mihi. Et abijciam vos de terra hac in terram, quam non nouiſtis vos, & patres veſtri: & ſeruietis ibi Dijs [δ] alijs, qui non dabunt vobis miſericordiam. Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non dicent vltra: Viuit Dominus, qui eduxit filios Iſrael de terra Ægypti: ſed, Viuit Dominus, qui eduxit domum Iſrael de terra Aquilonis, & de vniuerſis regionibus, quo expulſi ſunt illuc. Et reſtituam eos in terram ſuam, quam dedi patribus eorum. Ecce ego mitto piſcatores multos, dicit Dominus, & piſcabuntur eos: & poſt hæc mitto multos venatores; & venabuntur eos deſuper omni monte, & deſuper omni colle, & de cauernis petrarum: quia oculi mei ſuper omnes vias [ε] eorum: & non ſunt abſconditæ iniquitates eorum ab oculis meis. Et reddam duplices malitias eorum, & peccata eorum, in quibus contaminauerunt terram meam in morticinis abominationum ſuarum, & in ſuis iniquitatibus, in quibus [ζ] delinquere fecerunt hæreditatem meam. Domine tu fortitudo mea, & auxilium meum, et refugium meum in diebus malorum. Ad te gentes venient ab extremo terræ, et dicent: Quàm falſa poſſederunt patres noſtri idola, et non eſt in eis vtilitas? Si faciet ſibi homo Deos, et ipſi non ſunt Dij. Idcirco ecce ego oſtendam eis in tempore illo manum meam: et notam faciam eis virtutem meam: et ſcient, quia nomen mihi Dominus.

[α] Et beſtiis terræ erunt, & volatilibus cæli; in gladio cadent, & in fame conſummabuntur.] *Hæc in alio Vaticano ita ſunt poſita,* καὶ ἐν μαχαίρᾳ πεσοῦνται, καὶ ἐν λιμῷ συντελεσθήσονται. καὶ ἔσται τὰ θνησιμαῖα αὐτῶν εἰς βρῶσιν τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, & in gladio cadent, & in fame conſumentur: & erunt morticina eorum in eſcam volatilibus cæli, & beſtiis terræ: *quæ reſpondent vulgatæ noſtræ, nec multo aliter Compluten.* [β] Thiaſum.] *Videtur ſignificare pompam, ſodalitium, concœnationem, parentalia.* [γ] Iſto.] *Apud Theodoretum hæc ſubiunguntur,* φησὶν κύριος, ἔλεος, καὶ οἰκτιρμούς. καὶ ἀποθανοῦνται μεγάλοι καὶ μικροὶ ἐν τῇ γῇ ταύτῃ. *In Complut. autem præterea,* οὐ ταφήσονται, καὶ οὐ κοπήσονται, ait Dominus, miſericordiam, & miſerationes: & morientur magni, & parui in terra iſta: non ſepelientur, & non plangentur. [δ] Alijs.] *Apud Theodoretum, & in Compluten. additur,* ἡμέρας, καὶ νυκτός, die, ac nocte, *vt in noſtra vulgata.* [ε] Eorum.] *Apud Theodoretum additur,* καὶ οὐκ ἐκρύβησαν ἀπὸ προσώπου μου, non ſunt abſconditæ à facie mea: *quæ negat Sanctus Hieronymus eſſe in lxx.* [ζ] Delinquere fecerunt.] ἐπλημμέλησαν. *Alij,* ἔπλησαν, impleuerunt, *vt vulgata noſtra.*

CAP. XVII.

MALEDICTVS [α] homo, qui ſpem habet in homine, et firmabit carnem brachij ſui [β] ſuper ſe: et à Domino diſcedet cor eius: et erit, ſicut [γ] myrica ſylueſtris, quæ in deſerto eſt: non videbit, cum venient bona: et habitabit in [δ] ſalſis, et in deſerto, in terra ſalſa, quæ non habitabitur. Et benedictus homo, qui fidit in Domino, et erit Dominus ſpes eius: et erit tanquam lignum fructiferum ſecus aquas, et ad humorem mittet radicem ſuam: non timebit, cum venerit æſtus: et erunt in eo propagines nemoroſæ: in anno ſiccitatis non timebit: et non deficiet faciens fructum. Profundum eſt cor ſuper omnia: et homo eſt, [ε] et quis cognoſcet eum? Ego Dominus ſcrutans corda, et probans renes, ad dandum vnicuique iuxta vias eius, et ſecundum fructus adinuentionũ eius. Clamauit perdix, congregauit, quæ non peperit: faciens diuitias ſuas non cum iudicio: in [ζ] dimidio dierum eius relinquet eũ, et in nouiſsimis ſuis erit inſipiens. Solium gloriæ [*] eleuatũ, ſanctificatio noſtra, Expectatio Iſrael Domine, omnes, qui te dereliquerint, confundantur; qui receſſerint, in terra ſcribantur:

quoniam

A quoniã dereliquerunt fontem vitæ Dominum. Sana me Domine, & ſanabor: ſalua me, & ſaluabor: quoniam gloriatio mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me: Vbi eſt verbum Domini? veniat. Ego autem non laboraui ſequens poſt te: & diem hominis non deſideraui, tu ſcis. Quæ egrediuntur per labia mea, ante faciem tuam ſunt: non fias mihi [η] in alienationem, parcens mihi in die malo. Confundantur, qui perſequuntur me; & non confundar ego: paueant illi; & non paueam ego: induc ſuper eos diem peſſimum: duplici contritione contere eos. Hæc dicit Dominus: Vade, & ſta in portis filiorum populi tui, in quibus ingrediuntur in eis reges Iuda, & in quibus egrediuntur in eis, & in omnibus portis Hieruſa-B lem: & dices eis: Audite verbum Domini reges Iuda, & omnis Iudæa, & omnis Hieruſalem, qui ingredimini in portis his: Hæc dicit Dominus: Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera in die ſabbatorum, [θ] neque egrediamini portis Hieruſalem, neque efferatis pondera è domibus veſtris in die ſabbatorum: & omne opus non facietis. Sanctificate diem ſabbatorum, ſicut præcepi patribus veſtris. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam, & indurauerunt ceruicem ſuam ſuper patres ſuos; ne audirent me, & ne acciperent diſciplinam. Et erit, ſi exaudieritis me, dicit Dominus, vt non inferatis onera per portas ciuitatis huius in die ſabbatorum, & ſanctificetis diem C ſabbatorum, non faciendo omne opus; & introibunt per portas ciuitatis huius reges, & principes ſedentes ſuper ſolium Dauid, & aſcendentes in curribus, & equis ſuis, ipſi & principes eorum, uiri Iuda, & habitatores Hieruſalem: & habitabitur ciuitas hæc in ſempiternum. Et venient de ciuitatibus Iuda, & de circuitu Hieruſalem, & de terra Beniamin, & de terra campeſtri, & de monte, & de ea, quæ ad auſtrum, portantes holocauſtomata, & ſacrificia, & thymiamata, & [ι] manna, & thus, afferentes [κ] laudem in domum Domini. Et erit, ſi non audieritis me, vt ſanctificetis diem ſabbatorum, non portando onera, & non ingrediẽdo portis Hieruſalem in die ſabbatorum; & accendam ignem in portis eius: & deuorabit [λ] biuia Hieruſalem: & non extinguetur.

D

[α] Maledictus.] *Sic plerique libri: & S. Aug. lib. 13. contra Fauſtum, cum cap. 7. attuliſſet ea verba, quæ habentur in calce capitis antecedentis, deinceps ad initium capitis octaui inquit,* Ibi enim ſequitur, & dicit, Maledictus, *&c. vt nihil videatur habuiſſe intermedium. In quibuſdam vero libris, & apud Theodoretum ante,* Maledictus, *hæc antecedunt,* Peccatum Iuda inſcriptum eſt in ſcriptura in vngue adamantino, inſculptum in pectore, (*quod ex aliqua editione agnoſcit S. Hieronymus,*) cordis eorum, & in cornibus altarium eorum. Sic, cum recordati fuerint filii eorum altarium ſuorum, & lucorum ſuorum ſuper lignum condenſum, & ſuper colles ſublimes, & montes in agro; fortitudinem tuam, & theſauros tuos in direptionem dabo, & excelſa tua propter peccata tua, quæ in omnibus finibus tuis: & dimitteris ſola, & humiliaberis ab hæreditate tua, quã dedi tibi. Et ſeruire te faciam inimicis tuis in terra, quam ignoras: quoniam ignis ſuccenſus eſt in furore meo: vſque in æternum ardebit. *In Compl. eadem ſententia eſt, ſed aliis ſæpe verbis: vt appareat ex diuerſis eſſe verſionibus. Hæc vero in alio Vaticano habentur ſub aſteriſcis: &* S. Hier. *teſtatur à lxx. eſſe prætermiſſa.* [β] Super te.] *Hoc abeſt à Complut. & S. Auguſtino.* [γ] Miryca ſylueſtris.] *Apud S. Auguſtinum,* tamarix. *S. Hier. ex Symmacho,* lignum infructuoſum. [δ] Salſis.] *Theodoretus.* Illud, ἐν ἁλίμοις, Syrus interpretatus eſt, ἐν φωλεοῖς, in antris. *Apud S. Aug.* eſt inter iniquos, *vt interpres videatur legiſſe,* ἐν ἀνόμοις. [ε] Et quis.] *Ita S. Cypr. 2. teſtim. A Compl. abeſt illud, & S. Hier. hunc locum ſic refert ex* Symmacho, Inſcrutabile cor omnium: vir autem quis eſt, qui inueniat illud? [ζ] In dimidio.] *Aq.* ὃς ἐν ἡμίσει ἡμερῶν ἐγκαταλείψει αὐτούς, qui in dimidio dierum relinquet eos. [*] Eleuatum.] *In Compl additur,* ἀπ' ἀρχῆς, à principio, *& vulgata. Theodoretus habet poſt,* ſanctificatio noſtra. [η] In alienationem.] *S. Hier. ex lxx. dixit,* alienus. [θ] Neque egrediamini portis.] *In Complut. eſt,* καὶ μὴ εἰσφέρητε διὰ τῶν πυλῶν, nec inferatis per portas, *vt vulgata. A multis autem hæc abſunt.* [ι] Manna.] *Notat S. Hier. lxx. poſuiſſe ipſum verbum hebraicum, quod alibi ſcribitur, manaa, aut manach, ſed peſſima conſuetudine, imo ſcriptorum negligentia manna in noſtris libris legi.* [κ] Laudem.] *Docet S. Hier. eſſe oblationem pro gratiarum actione.* [λ] Biuia.] ἄμφοδα. *Teſtatur S. Hier. lxx. Aquilam, & Symmachum,* βάρεις, *id eſt, turritas domos eſſe interpretatos.*

E

CAP. XVIII.

A VERBVM, quod factum est à Domino ad Hieremiam, dicens: Surge, & descende in domum figuli: & ibi audies verba mea. Et descendi in domũ figuli: & ecce ipse faciebat opus super lapides: & [a] cecidit vas, quod ipse faciebat in manibus suis: & rursus ipse fecit illud vas alterũ, sicut placuerat in cõspectu suo facere. Et factũ est verbum Domini ad me, dicens: Si, quomodo figulus iste, non potero facere vos, domus Israel? Ecce, sicut lutũ figuli, vos estis in manibus meis. Ad summã loquar super gentem, aut super regnum, vt auferã illos, & disperdam, & conuertetur gens illa ab omnibus malis suis; & agam pænitentiam de malis, quæ cogitaueram facere eis. Et ad summã loquar super gen- B tem, & regnum, ad reædificandum, & plantandum, & faciens mala corã me non audiendo vocem meam; & pænitentiam agam de bonis, quæ loquutus eram facere eis. Et nunc dic ad viros Iuda, & ad habitatores Hierusalem: ecce ego fingo super vos mala, & cogito super vos cogitationem. Auertatur nunc vnusquisque à via sua mala, & meliora facite studia vestra. Et dixerunt: [b] Confortabimur; quia post auersiones nostras ibimus, & vnusquisque placita cordis sui mali faciemus. Ideo hæc dicit Dominus: Interrogate nunc in gentibus; quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel? Nunquid deficiẽt de petra vbera, aut nix de Libano? nunquid declinabit aqua violenter sublata vẽto? quia obliti sunt C mei populus meus: in vacuum adoluerunt, et infirmabuntur in vijs suis, [c] funiculos sempiternos, ad conscendendum semitas non habentes viã ad iter, ad ponendum terram suam in desolationem, et sibilum sempiternum. Omnes transeuntes per eam obstupescent, et mouebunt caput suum. Sicut ventum vrẽtem, dispergam eos ad faciem inimicorum suorum: [d] ostendam eis die perditionis eorum. Et dixerunt: Venite, et cogitemus super Hieremiam cogitationem: non enim peribit lex à sacerdote, neque consilium à sapiente, nec sermo à propheta. Venite, et percutiamus eum in lingua: et [e] audiemus vniuersos sermones eius. Exaudi me Domine, et exaudi vocem iustificationis meæ. Si redduntur pro bo- D nis mala; quia colloquuti sunt verba contra animam meam, [f] et punitionem suam occultarunt mihi? Recordare, quod steterim ego ad faciem tuam, vt loquerer pro eis bona, vt auerterem indignationem tuã ab eis. Propterea da filios eorum in famem: et congrega eos in manus gladij. Fiant vxores eorum absque liberis, et viduæ: et viri earum sint sublati morte, et iuuenes eorum iacentes gladio in prælio. Fiat clamor in domibus eorum. Adduces super eos repente latrones; quia aggressi sunt verbum in captionem mei, et laqueos absconderunt super me. Et tu Domine scis omne consilium eorum super me in mortem: ne mundes iniquitates eorum: et peccata eorum à facie tua ne deleas. Fiat infirmitas eo- E rum coram te: in tempore furoris tui fac in eis.

[a] Cecidit.] *In quibusdam est,* διέπεσεν, cadendo dissipatum est. [b] Confortabimur.] *S.Hier.* in malis videlicet operibus, siue iuxta Aquilam, desperauimus, & iuxta Symmachum, defecimus. [c] Funiculos.] *Videtur subintelligendum,* relinquentes, *aut quiddam eiusmodi, quomodo etiam nonnulla esse subintelligenda in vulgata nostra indicat explanatio S. Hieronymi: & funiculus valebit hic etiam hæreditatem, aut limitem, & viam, vt psal.* 138. *& alibi. Apud Theodoretum est,* σχοίνοις, (*al.* τρίβοις) αἰωνίοις, *vt intelligamus hoc modo,* infirmabuntur in vijs suis, quod ad ipsorum opinionem pertinet, funiculis, vel semitis sempiternis. [d] Ostendam.] *In quibusdam, & apud Theodoretum hæc antecedunt,* νῶτον, καὶ μὴ πρόσωπον. *& in vulgata nostra,* dorsum, & non faciem. [e] Audiemus.] *In Compl. est,* καὶ οὐκ ἀκουσόμεθα, & non audiamus. [f] Et punitionem suam occultarunt mihi.] *Hæc absunt à Complutensi.*

CAP. XIX.

A

TVNC dixit Dominus ad me: Vade, & posside doliolum fictum testeũ: & adduces de senioribus populi, & de sacerdotibus, & exibis in [α] polyandrion [β] filiorũ filiorũ eorum, quod est super vestibula portæ Charsith: & lege ibi omnia verba hæc, quæcumque loquutus fuero ad te: & dices eis: Audite verbum Domini reges Iuda, & habitatores Hierusalem, [γ] & qui ingredimini in portis his. Hæc dicit Dominus Deus Israel: Ecce ego induco super locum istum mala, vt omnis, qui audit illa, tinniant aures eius: pro eo, quòd dereliquerunt me, & alienum fecerunt locum istum, & adoleuerunt in eo Dijs alienis, quos nescierunt ipsi, & patres eorum; & reges Iuda repleuerunt locum istũ sanguinibus innocentibus: & ædificauerunt excelsa Baal, ad comburrendos filios suos in igne: quæ non [δ] præcepi, neque cogitaui in corde meo. Idcirco ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non vocabitur locus iste amplius [ε] ruina, & polyandrion filij Ennon, sed polyandrion occisionis. Et iugulabo consilium Iuda, & consilium Hierusalem in loco isto: & subuertam eos in gladio in conspectu inimicorum suorum, & in manibus quærentium animam eorum: & dabo mortuos eorum in escam volatilibus cæli, & bestijs terræ: et [ζ] detraham ciuitatem hanc in desolationem, et in sibilum. Omnis, qui præterit per eam, tristabitur, et sibilabit super vniuersa plaga eius. Et edent carnes filiorum suorum, et carnes filiarum suarum: et vnusquisque carnes proximi sui comedent in angustia, et in obsidione, qua obsidebunt eos inimici eorum. Et conteres doliolum ad oculos virorum egredientium tecum, et dices: Hæc dicit Dominus: Sic conteram populum istum, et ciuitatem istam, sicut conteritur vas testaceum, quod non poterit vltra [η] sanari. Sic faciam, ait Dominus, loco huic, et habitantibus in eo; vt detur ciuitas ista, sicut quæ corruit. Et domus Hierusalem, et domus regum Iuda erunt, sicut locus corruens, ab immunditijs eorum in omnibus domibus, in quibus sacrificauerunt super tecta earum omni militiæ cæli, et libauerunt libamina Dijs alienis. Et venit Hieremias de ruina, quo miserat eum Dominus illuc ad prophetandum: et stetit in atrio domus Domini: et dixit ad omnem populum: Hæc dicit Dominus: Ecce ego induco super ciuitatem hanc, et super omnes vrbes eius, et super pagos eius vniuersa mala, quæ loquutus sum super eam: quoniam indurauerunt ceruicem suam; vt non exaudirent mandata mea.

B

C

D

E

[α] Polyandrion.] *Schol. sine inscriptione.* Cæteri pro polyandrio ediderunt φάραγγα, vallem. *De hoc alibi dictum est, & legendus hic S. Hieron.* [β] Filiorum filiorum eorum.] *Sic plerique: in quibusdam vero est,* υἱῶν ἐννόμ, filiorum Ennom. [γ] Et qui ingredimini in portis his.] *Absunt à Compluten. vt à vulgata nostra.* [δ] Præcepi.] *In nonnullis sequitur,* οὐδὲ ἐλάλησα, καὶ οὐ διενοήθην, neque loquutus sum, & non cogitaui. *Sanctus Hieronymus,* præcepi, *&,* cogitaui, *videtur quasi diuersas interpretationes afferre.* [ε] Ruina, & polyandrion.] *Olympiodorus.* Polyandrion sepulchrum est: & quoniam fortasse corruerat; sepulchrum filij Ennom vocabatur sic, ἡ διάπτωσις, idest ruina. *Aliam causam affert Sanctus Hieronymus, neque idem est,* πολυάνδριον, *&* διάπτωσις: *sed illud positum est pro valle, hoc pro Topheth.* [ζ] Detraham.] *Aliqui,* τάξω, ponam, *vt vulgata nostra.* [η] Sanari.] *In Compluten. & apud Theodoretum hæc subiunguntur,* καὶ ἐν τῷ τωφὲθ θάψουσι, ὅτι οὐκ ἔστι τόπος τοῦ ταφῆναι. Et in Topheth sepelient, quia non est locus ad sepeliendum, *quæ non esse ex lxx. nomen Topheth fere ostendit: pro quo sæpe repetit Sanctus Hieronymus illos dixisse, ruinam. Semel tantum hæc ex illis tanquam redundantia commemorat,* omnes domus regum Iuda, sicut locus Topheth: *quæ in nullo codice sunt inuenta: & fieri potest, vt quod illi dixerant,* διάπτωσις, *ipse protulerit, Tophet.*

CAP. XX.

A

ET audiuit Paſchor filius Emmer ſacerdos (& hic conſtitutus erat præfe-ctus domus Domini,) Hieremiam prophetantē ſermones iſtos. Et percuſsit eum, & miſit eum in [α] cataractam, quæ erat in porta domus [β] aſsignatæ ſuperioris, quæ erat in domo Domini. [γ] Et eduxit Paſchor Hieremiam de cataracta. Et dixit ei Hieremias: Non Paſchor vocauit [δ] Dominus nomen tuum, ſed [ε] migrantem. Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego do te in migrationem cum omnibus amicis tuis: & cadent in gladio inimicorum ſuorum: & oculi tui videbunt: & te, & omnem Iudam dabo in manus regis Babylonis: & migrare facient eos, & trucidabunt in gladijs. Et dabo omnem fortitudinem ciuitatis huius, & omnes labores eius, & omnes theſauros regis Iuda in manus inimicorum eius: & ducent eos in Babylonem: & tu, & omnes habitantes in domo tua ibitis in captiuitatem: & in Babylone morieris: & ibi ſepelieris tu, & omnes amici tui, quibus prophetaſti eis falſa. Decepiſti me Domine, & deceptus ſum: obtinuiſti, & potuiſti: factus ſum in deriſum, tota die perſeueraui ſubſannatus: quia amaro verbo meo [ζ] ridebo præuaricationem, & miſeriam inuocabo: quia factus eſt ſermo Domini in opprobrium mihi, & in deriſum tota die mea. Et dixi: Non nominabo nomen Domini, nec loquar vltra in nomine ipſius. Et factus eſt, quaſi ignis ardens vrens in oſsibus meis: & diſſolutus ſum vndique, & non poſſum ferre: quia audiui vituperationem multorum congregatorum vndique: Inſultate, & inſultemus in eum omnes viri amici eius: obſeruate mentem eius, ſi decipietur: & præualebimus ei, & ſumemus vindictam noſtram ex eo: Dominus autem mecum, quaſi bellator fortis. Idcirco perſequuti ſunt, & intelligere non potuerunt: confortati ſunt valde, quia non intellexerunt ignominias ſuas, quæ per ſeculum non tradentur obliuioni. Domine probans iuſta, intelligens renes, & corda, videā vltionem, quæ à te, in eis: quia ad te reuelaui [η] defenſiones meas. Cantate Domino, laudate eum: quia liberauit animam pauperis, de manu [θ] malignantium. Maledicta dies, in qua natus ſum in ea: dies, in qua peperit me mater mea, non ſit benedicta. Maledictus homo, qui euangelizauit patri meo, dicens: natus eſt tibi maſculus. [ι] Lætans ſit homo ille, ſicut ciuitates, quas ſubuertit Dominus in furore, & non pænituit eum. Audite clamorem mane, & vlulatum meridie: quia non interfecit me in vulua, & facta eſt mihi mater mea ſepulchrum meum, & vulua conceptionis æternæ. Vt quid ita egreſſus ſum è vulua, vt viderem labores, & dolores, & conſummati ſunt in confuſione dies mei?

B

C

D

[α] Cataractam.] *Theodoretus*, locum quendam dicit ſubterraneum: cuiuſmodi multa habebat templum à Salomone ædificatum. *Eodem modo vertiſſe Theodotionem teſtatur S. Hier. Symmachum vero*, βασανιστήριον, *ſiue*, στρεβλωτήριον, quod vtrumque, (*inquit*) tormenta ſignificat. [β] Aſſignatæ.] *In Complut. eſt*, Beniamin, *vt in vulgata noſtra*. [γ] Et eduxit.] *In eadem hæc antecedunt*, καὶ ἐγένετο τῇ αὔριον, Et factum eſt in craſtino: *quod reſpondet noſtræ vulgatæ*. [δ] Dominus.] *Addendum in noſtra*, κύριος, *quod eſt etiam apud Theodoretum, & in alijs libris*, κύριος, Dominus. [ε] Migrantem.] *Apud Theodoretum additur*, πάντοθεν, vndique. *Notat autem S. Hieronymus etiam Theodotionem dixiſſe*, μέτοικον. *Aquilæ ſecundam editionem*, peregrinum, *primam*, circunſpicientem, *Symmachum*, oblatum, *ſiue*, congregatum, & coactum. [ζ] Ridebo præuaricationem.] *Ita S. Hier. ex lxx. etiam in comm. Alij vertunt*, ridebor: præuaricationem, & miſeriam inuocabo. [η] Defenſiones.] *In Compl. eſt*, τὸ δικαίωμά μου, iuſtificationem, cauſam meam. [θ] Malignantium.] *Ita etiam Theodoretus. Alij*, στερεωτέρων, *& Compl. addit*, αὐτοῦ, fortiorum eo, *aut*, eius, *vt pſ.* 34. [ι] Lætans ſit.] *Compl. eſt*, εὐφραινόμενος ἦν, ἔστω, lætatus eſt. Sit homo ille, *&c. Theodoretus autem*, μὴ εὐφραινόμενος ἔστω, non ſit lætans.

E

CAP.

CAP. XXI.

A

VERBVM, quod factum est à Domino ad Hieremiam, quando misit ad eum Sedecias Phaschor filium Melchiæ, & Sophoniam filium Basaiæ sacerdotem, dicens: interroga pro nobis Dominum: quia rex Babylonis insurrexit super nos: si faciet Dominus secundum omnia mirabilia sua, & recedet à nobis? Et dixit ad eos Hieremias: Sic dicetis ad Sedeciam regem Iuda: Hæc dicit Dominus: Ecce ego conuerto arma bellica, in quibus vos pugnatis in eis aduersus Chaldæos, qui concluserunt vos extra murum. Et congregabo eos in medio ciuitatis huius, & debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti cum furore, & ira magna: & percutiam omnes habitantes in ciuitate hac, homines, & iumenta in morte magna: & morientur. Et post hæc sic ait Dominus: Dabo Sedeciam regem Iuda, & pueros eius, & populum derelictum in ciuitate hac à morte, & à fame, & à gladio, in manus inimicorum eorum, quærentium animas eorum: & trucidabunt eos in ore gladij. Non parcam super eis, & non miserebor eorum. Et ad populum hunc dices: Hæc dicit Dominus: Ecce ego dedi ante faciem vestram, viam vitæ, & viam mortis: sedens in vrbe hac, morietur in gladio, & in fame: & egrediens accedere ad Chaldæos, qui concluserunt vos, viuet, & erit anima eius in spolia, & viuet. Obfirmaui enim faciem meam super ciuitatem hanc in mala, & non in bona. In manus regis Babylonis tradetur: & comburet eam in igne. Domus regis Iuda, audite verbum Domini domus Dauid: Hæc dicit Dominus: Iudicate mane iudicium, & dirigite, & liberate direptum de manu opprimentis eum; vt non accendatur, quasi ignis, ira mea, & ardebit, & non erit, qui extinguat. Ecce ego ad te inhabitantem vallem [a] Sor, campestrem, qui dicitis, quis terrebit nos, aut quis ingredietur in habitaculum nostrum? Et succendam ignem in saltu eius, & deuorabit omnia quæ in circuitu eius.

B

C

D

[a] Sor.] *S.Hieron.* Pro quo Symm. petram, Theodotio obsessam interpretati sunt, Aquilæ prima editio solidam, secunda Tyrum. *Theodoretus ex Syro*, τὴν μεταξὺ ὀρῶν κειμένην ἐν κοίλῳ τόπῳ, quæ inter montes sita es in cauo loco

CAP. XXII.

HÆC dicit Dominus: Vade, & descende in domum regis Iuda, & loqueris ibi verbum hoc, & dices: Audi verbum Domini rex Iuda, qui sedes super Solium Dauid, tu, & domus tua, & populus tuus, & qui ingredimini per portas istas. Hæc dicit Dominus: Facite iudicium, & iustitiam: & liberate direptum de manu iniuriantis eum: & aduenam, & pupillum, & viduam non opprimatis: neque impie agatis: & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto. Si enim facientes feceritis verbum istud; & ingredientur in portis domus huius reges sedentes super thronum Dauid, & ascendentes super currus, & equos, ipsi, & pueri eorum, & populus eorum. Quòd si non feceritis verba hæc; per memetipsum iuraui, dicit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc. Quia hæc dicit Dominus super domum regis Iuda. Galaad tu mihi principium Libani, si non posuero te in solitudinem, vrbes non habitandas: & * inducam

E

super

ſuper te exterminantem virum, & ſecurim eius: & ſuccident electas cedros tuas, et mittent in ignem. Et pertranſibunt α gentes per ciuitatem hanc: et dicet vnuſquiſque ad proximum ſuum: Quare fecit Dominus ſic ciuitati huic magnæ? Et dicent: pro eo, quòd dereliquerunt teſtamentum Domini Dei ſui, et adorauerunt Deos alienos, et ſeruierunt eis. Nolite flere mortuum, neque lamentemini eum: plorate ploratione eum, qui egreditur, quia non reuertetur vltra, nec videbit terram patriæ ſuæ. Quia hæc dicit Dominus ad β Sellem filium Ioſiæ regnantem pro Ioſia patre eius, qui egreſſus eſt de loco iſto: Non reuertetur huc amplius: ſed in loco iſto, quo tranſtuli eum, ibi morietur, & terram hanc non videbit amplius. γ Qui ædificat domum ſuam non cum iuſtitia, & cœnacula ſua non in iudicio: δ apud proximum ſuum operatur gratis, & mercedem eius non reddet ei. Ædificaſti tibi domum ε commenſuratam, cœnacula ζ perflatilia diſtincta feneſtris, & contignata in cedro, & linita in ſinopide. η Nunquid regnabis, quia tu contendis in Achaz patre tuo? non comedent, & non bibent. Melius tibi erat facere iudicium, & iuſtitiam. Non cognouerunt, non iudicauerunt iudicium humili, neque iudiciū pauperis. Nonne hoc eſt, te ignorare me, dicit Dominus? Ecce non ſunt oculi θ tui, neque cor tuum bonum, ſed ad auaritiam tuam, & ad ſanguinem innocentem, vt effundas illum, & ad iniquitates, & homicidium, vt facias ea. Propterea hæc dicit Dominus ad Ioacim filium Ioſiæ regem Iuda; ι & ſuper virum iſtum: non plangent eum, O frater, neque plorabunt eum, heu mihi domine: ſepulchro aſini κ ſepelietur: raptatus proijcietur vltra portam Hieruſalem. Aſcende in Libanum, & clama, & in Baſan da vocem tuam, & clama trans mare: quia contriti ſunt omnes amatores tui. λ Loquutus ſum ad te in ruina tua: & dixiſti, non audiam. Hæc eſt via tua ab adoleſcentia tua: non audiſti vocem meam. Omnes paſtores tuos paſcet ventus: & amatores tui in captiuitatem egredientur: Quia tunc confunderis, & inhonoraberis ab omnibus diligentibus te. Quæ habitas in Libano, quæ nidificas in cedris: ingemiſces, cum venerint tibi dolores, quaſi parientis. Viuo ego, dicit Dominus: ſi factus fuerit Iechonias filius Ioacim rex Iuda μ ſigillum ſuper manum dexteram, inde euellam te, & tradam te in manus quærentium animam tuam, quorum tu formidas à facie ν eorum, in manus Chaldæorum: & proijciam te, & matrem tuam, quæ peperit te, in terram, vbi non es natus illic: ibique moriemini: in terram autem, quam ipſi optant animabus ſuis, non reuertentur. ξ Inhonoratus eſt Ieconias, quaſi vas, cuius non eſt vtilitas eius: quia abiectus eſt, & eiectus in terram, quam ignorauit. Terra, terra audi ſermonem Domini: Scribe virum iſtum, abdicatum ο hominem: quia non creſcet de ſemine π eius, qui ſedeat ſuper thronum Dauid, princeps vltra in Iuda.

α Gentes.] *In quibuſdam additur,* πολλὰ, multæ. * Inducam.] *Theodor.* ἁγιάσω (ἀντὶ τοῦ ἀφορίσω) ἐπὶ σὲ ἐλοθρεύοντας, ἄνδρα, ſanctificabo (pro ſegregabo) ſuper te exterminantes, virum, &c. β Sellem.] *In aliquo eſt,* ἐπὶ ἰωακεὶμ, ad Ioacim. *Quis appelletur Sellum, vel Sellem; diſputant S. Hier. & Theodoretus.* γ Qui ædificat.] *In multis, & apud Theodoretum,* ὡς ὁ οἰκοδομῶν, tanquam qui ædificat. *In quibuſdam vero,* ὦ ὁ οἰκοδομῶν οἰκίαν σου οὐ μετὰ δικαιοσύνης, καὶ τὰ ὑπερῷά σου, *& apud S. Hieron.* O, qui ædificas domum tuam non cum iuſtitia & cœnacula tua. δ Apud proximum ſuum operatur gratis.] *Videtur dictum,* operatur, *pro,* facit operari, *ideſt curat facienda opera gratis à proximo. Theodoretus, & S. Chryſoſtomus, quantum ex Scholio colligitur, & Compl.* παρ' αὐτῷ ὁ πλησίον αὐτοῦ. (*Complut. non habet* αὐτοῦ,) *& apud S. Hier.* apud eum proximus operatur gratis. ε Commenſuratam.] *Interpretatur Theodor. quæ habeat proportionem longitudinis, latitudinis, & profunditatis.*

datis. Apud S.Hier.est, paruulam. ζ Perflatilia.] *Ita etiam apud S.Hier. Aliquot libri, & Theodoretus* διερριχωμένα, spatiosa. η Nunquid regnabis.] *Pro his ista habentur apud Theodoretum in codice, qui nunc erat ad manus,* μὴ βασιλεὺς εἶ, ὅτι ἁμιλλᾶται πρὸς τὴν κέδρον; ὁ πατήρ σου μὴ οὐχὶ ἔφαγε, καὶ ἔπιε, καὶ ἐποίησε κρίμα, καὶ δικαιοσύνην; Nunquid rex es quia contendis cum cedro? Pater tuus nonne comedit, & bibit, & fecit iudicium & iustitiam? *Interpres vero Theodoreti integriore fortasse codice vsus, addit præterea hæc,* tuncque bene erat ei? Iudicabat causam humilis, & pauperis: & tunc bene ei erat. Nonne hoc est nosse me, dicit Dominus? *Schol. ad illud,* in Achaz, *ista* ὁ πατήρ σου, *&c. tribuit Aquilæ, & hæc addit:* Quod igitur multa exemplaria habent, ἐν Ἄχαζ τῷ πατρί σου, falsum est: sicut ex alijs interpretibus constat. *Sed S.Hieron. agnoscit ex lxx. quæ sunt in nostra, quamuis dissipata dicat esse, & confusa.* θ Tui.] *Theodoretus, & Compl. addunt,* ἀδελφοῖς, *& apud S.Hier.* recti. ι Et super virum istum.] *Aliquot libri, pro* καὶ, *habent,* οὐαὶ, væ: *A Theodoreto videtur totum istud abesse, vt à vulgata nostra.* κ Sepelietur.] *Corrigendum in nostra,* ταφήσεται. *Quod autem sequitur,* raptatus, *hanc putant esse notionem verbi hebraici, præsertim si simul intelligatur laceratio, & dilaniatio quædam, quæ in raptatione plerunque solet accidere. Quare lxx. interdum transferunt* σύρειν, *interdum* διασπᾶν. *Sed potuerunt hoc loco eam fortasse ob causam dicere* συμψησθεὶς, *quoniam dum quis raptatur, puluere, & sordibus oppletur: quod sensisse Chrysostomum colligi potest ex scholio, quod paulo post afferemus. Idem vocabulum hebraicum ponitur infra cap. 29. vbi græce est,* συμψησθῶσι. *cap autem 31. vbi græce est,* συνεψήσθη χαρμοσύνη, *in hebraico est verbum aliud, quod non dissimilem sententiam habet, idest colligendo instar messoris, aut vorticis abripere, & auferre: qua etiam notione obseruarunt grammatici apud bonos auctores vsurpari verbum istud,* συμψῆσαι, *licet alibi lxx. istud idem verbum hebraicum verterint,* αἰθερίζεσθαι, *vt psal. 103. & Esa. 57. &* συνελκύσαι, *vt psal. 27. Complutenses hic habent,* συμψηφισθεὶς, *& vertunt,* putrefactus, *vt est in vulgata: itemque cap. 29. (quod apud ipsos est 49.)* συμψηφισθῶσι, *sed vertunt,* comesta fuerint. *Nam* ψῆσαι, *est* ψωμίσαι. *Cap. autem 31. (idest apud ipsos 48.) habent,* συνελήφθη χαρμονὴ, congregatum est gaudium: *vulgata autem,* ablata est lætitia. *Sed, vt ad præsentem locum reuertamur, in quibusdam codicibus, & apud Theodoretum est,* συμψησθεὶς, ὡς κοπρία, abreptus quasi stercus. *Verba autem scholij ex Chrysostomo quæ paulo ante innuimus sunt hæc,* Symmachus inquit, ὡς κόπριον συλληφθεὶς, quasi stercus, collectus. Nã Babylonius, cum hunc sustulisset, sic proiecit: & non est sepultus: aut, si sepultus, tanquam asinus, conspersus cinere, & terra, & puluere. Nam propter tumultum, neque planctus factus est super eum, neque corpus eius oppletum est. λ Loquutus sum.] *Ita etiam Theodoretus. Compl.* ἐλάλησαν, loquuti sunt. *Vtramque lectionem videtur agnoscere S.Hieron sed apud ipsum sequitur,* ad te in abundantia tua. μ Sigillum.] *Origenes.* Cæteri ediderunt σφραγὶς, *(fortasse,* σφραγῖς*)* annulus, *vt vulgata nostra.* ν Eorum.] *Apud Theodoretum, & in Compl. sequitur,* καὶ εἰς χεῖρας ναβουχοδονόσορ βασιλέως τῆς βαβυλῶνος, & in manus Nabuchodonosor regis Babylonis: *quæ S.Hier. testatur in lxx. non haberi.* ξ Inhonoratus est.] *Apud Theodoretum hæc antecedunt,* vir iste est os contemptum, & abiectum: *quæ item in lxx. esse negat S.Hieron. & ex Symmacho affert,* Nunquid purgamentum, siue quisquiliæ viles, atque proiectæ. ο Abdicatum hominem.] *In nonnullis libris, & apud Theodoretum additur,* ἀνδιόδωτον ἄνθρωπον ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, hominem, qui non prosperabitur in diebus suis, *quæ etiam perspicue testatur S.Hier. deeße in lxx. Pro eo autem, quod ipse ex lxx. transfert,* abdicatum, *notat Aquilã in prima editione dixisse,* sterilem, *in secunda,* ἀναύξητον, *idest,* non crescentem, *Symmachum,* vacuum: *ex quo Symmacho Schol.* κενὸν ἀπηλλοτριωμένον, vacuum abalienatum. π Eius.] *In quibusdam adiungitur,* ἀνὴρ, *& apud S.Hier.* vir: *in qua dictione multum ponderis ponit.*

CAP. XXIII.

O Pastores, qui disperditis, & dissipatis oues pascuæ [a] eorum: ideo hæc dicit Dominus super pascentes populum meum: Vos dispersistis oues meas, & expulistis eas, & non visitastis eas. Ecce ego vlciscar super vos iuxta pessimas adinuentiones vestras: & ego suscipiam residuos populi mei super omnem terram, quo expuli eos illuc: & constituam illos in pascua ipsorum: & crescent, & multiplicabuntur. Et suscitabo eis pastores, qui pascent eos: & nõ formidabunt vltra, neque pauebunt, dicit Dominus. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo ipsi Dauid [β] Orientem iustum: & regnabit rex, & intelliget, & faciet iudicium, & iustitiam super terram, in diebus eius: [γ] & saluabitur Iudas: & Israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen eius, quod vocabit eum Dominus, Iosedec; [δ] in prophetis. Contritum est cor meum in me: commota sunt omnia ossa mea; factus sum quasi vir contritus, & quasi homo captus à vino à facie Domini, & à facie decoris gloriæ eius: [ε] Quia à facie [ζ] horum luxit terra, arefacta sunt pascua deserti: & factus est cursus eorum malus, & fortitudo eorum [η] sic. Quia sacerdos, & propheta polluti sunt: & in domo mea vidi nequitias eorum. Idcirco fiat via eorum ipsis in lubricum in caligine: & supplantabuntur,

buntur,& cadent in ea:quia inferam super eos mala in anno visitationis eorũ. A
Et in prophetis Samariæ vidi iniquitates. Prophetarunt per Baal,& seduxerunt populum meum Israel. Et in prophetis Hierusalem vidi horribilia, adulterantes,& ambulantes in mendacijs,& suscipientes manus [θ] multorum; vt non auerteretur vnusquisque à via sua pessima. Facti sunt mihi omnes, quasi Sodoma, & habitatores eius, quasi Gomorra. Propterea hæc dicit Dominus. Ecce ego cibabo eos [ι] dolore,& potabo eos aqua amara: quia à prophetis Hierusalem egressa est pollutio omni terræ. Sic dicit Dominus omnipotens: Nolite audire verba prophetarum; quia vanam faciunt [κ] vobis visionem, de corde suo loquuntur, & non ex ore Domini. Dicunt ijs, qui abijciunt verbum Domini, pax erit vobis;& omnibus ambulantibus in voluntatibus suis,& omni ambulanti in errore cordis sui dixerunt, non venient super te mala. Quoniam quis stetit in [λ] subsistentia Domini,& vidit sermonem eius? Quis auribus percepit,& audiuit? Ecce commotio à Domino, & ira egreditur in commotionem: conferta super impios veniet:& non vltra auertetur furor Domini; donec fecerit illud, & donec statuerit illud ab aggressione cordis sui. In nouissimo dierum intelligent illud. Non mittebam prophetas,& ipsi currebant: neque loquutus eram ad eos;& ipsi prophetabant. Quod si stetissent in subsistentia mea, &, si audissent verba mea; & populum meum auertissent [μ] eos à pessimis studijs eorum. Deus appropinquans ego sum, dicit Dominus, & non Deus de longe. Si abscondetur [ν] quis in absconditis,& ego non videbo eum? Nunquid non cælum, & terram ego impleo, dicit Dominus? Audiui, quæ loquuntur prophetæ, quæ prophetant in nomine meo, mendacia dicentes, somniaui somnium. Vsquequo erit in corde prophetarum prophetantium falsa, dum ipsi prophetant voluntates cordis sui, cogitantium, vt obliuio fiat legis meæ in somnijs ipsorum, quæ narrant vnusquisque proximo suo, sicut obliti sunt patres eorum nominis mei in Baal? Propheta, in quo somnium est, narret somnium suum:& in quo sermo meus ad eũ; narret sermonem meum in veritate. Quid palea ad triticum? Sic verba mea, dicit Dominus. Nonne ecce verba mea, sicut [ξ] ignis, dicit Dominus,& sicut securis cædens petram. Ecce ego [ο] propterea ad prophetas, dicit Dominus Deus, qui furantur verba mea, vnusquisque à proximo suo: Ecce ego ad prophetas, qui [π] emittunt prophetias linguæ,& dormitant dormitationem suam. Propterea ecce ego ad prophetas, qui prophetant somnia falsa, & [ρ] non narrant ea, & seduxerunt populum meum in mendacijs suis, & in erroribus suis: & ego non miseram eos, & non mandaram eis: & adiumento non adiuuabunt populum hunc. Quòd si interrogauerint populus iste, vel sacerdos, vel propheta, quæ est [σ] assumptio Domini?& dices eis: Vos estis assumptio, & allidam vos, dicit Dominus. Propheta,& sacerdotes,& populus, quicumque dixerint, assumptio Domini; & vlciscar hominem illum, & domum eius. Sic dicetis vnusquisque ad proximum suum,& vnusquisque ad fratrem suum: quid respondit Dominus, & quid loquutus est Dominus? & assumptionem Domini nolite nominare vltra: quia assumptio homini erit sermo eius. [τ] Et quare loquutus est Dominus Deus noster? Propter hoc hæc dicit Dominus Deus noster: Pro eo, quod dixistis sermonem istum, assumptio Domini,& misi ad vos dicens, non dicetis assumptio Domini; propterea ecce ego assumo,& allido vos,& ciuitatem, quam dedi

A dedi vobis,& patrib. vestris. Et dabo super vos opprobriũ sempiternum,& ignominiam sempiternam, quæ obliuioni non tradetur. Idcirco ecce dies veniunt, dicit Dominus:& non dicent vltra, viuit Dominus, qui eduxit domum Israel de terra Ægypti: sed viuit Dominus, qui congregauit omne semen Israel à terra Aquilonis,& ab omnibus regionibus, quo expulerat eos illuc; & restituit eos in terram ipsorum.

α Eorum.] *In quibusdam est* μου, *& apud S.Hier.* meæ. β Orientem iustum.] *Sym.* βλάστημα δίκαιον, germen iustum, *vt S.Hier. in sua.* γ Et saluabitur.] *A nonnullis libris, & Theodoreto abest illud* καὶ. δ In prophetis.] *Hoc solitum coniungi cum antecedentibus ostendit Theodoretus, qui habet,* καὶ αὐτὸς ἐν προφήταις, & ipse in prophetis, *ac S.Hier. qui tamen male hoc additum putat: aliud enim capitulum sequi, quod ab eis prætermis*B*sum sit; quo finito titulum esse,* ad prophetas, *siue,* contra prophetas. *Posset tamen aut seorsum stare, & sic esset loco tituli (nam sæpe,* in prophetis, *valet,* in prophetas, *) aut coniungi cum sequentibus.* In prophetis contritum est, *&c. Quod autem ad capitulum omissum pertinet; illud hic in Complut. subiungitur: in nostra autem, & in alijs collatis codicibus, & apud Theodoretum est in calce capitis.* Idcirco ecce dies, *&c.* ε Quia à facie.] *In Compluten. (& fortasse apud Theodoretum) hæc antecedunt,* ὅτι μοιχῶν ἐπλήσθη ἡ γῆ, quia adulteris repleta est terra: *quæ negat S.Hier. in lxx. haberi.* ζ Horum.] *S.Hier. hic agnoscit ex lxx.* iuramenti: *quod respondet hebræo.* η Sic.] *In quibusdam,* οὐχ οὕτως, non sic: *quod in vulgata nostra,* dissimilis. θ Multorum.] *Aliqui,* πονηρῶν, *quod in vulgata nostra,* pessimorum. ι Dolore] *Nonnulli,* ὀδύνας, *& apud S.Hier.* doloribus, *pro quo inquit Symmachum dixisse,* amaritudine. κ Vobis.] *Istud* ἑαυτοῖς, *videtur hoc loco, vt etiam alibi, pertinere ad secundam personam: & respondet vulgatæ nostræ. In quibusdam est,* αὐτοί, ipsi. λ Subsistentia.] ὑποστήματι, *& paulo post,* ὑποστάσει. *Quare S.Hier. inquit lxx. & Theodotionem interpretatos esse verbum hebraicum,* substantiam, *siue,* subsistentiam, *Aquilam,* secretum, *Symmachum,* sermonem. *Scholiastes etiam ex Symmacho,* τίς γὰρ παρῆν ἐν ὁμιλίᾳ; καὶ τίς δὲ ἤκουσε; quis enim affuit in colloquio? ecquis vero audiuit? *Scholion Chrysostomi,* Quomodo igi-C-tur vos dicitis audisse? *Poterat autem commode verti,* ὑπόστημα, *&* ὑπόστασις, statio, *&,* consessus. μ Eos.] *Istud* αὐτούς, *abest à multis. In vulgata autem nostra pro,* auertissent, *est,* auertissem; *quod verbo græco non repugnat, & eodem modo S.Cypr. de vnitate Ecclesiæ, qui legendus.* ν Quis.] *In aliquo est,* ἄνθρωπος, *& apud Cypr. de lapsis,* homo. ξ Ignis.] *Sic etiam vulgata nostra. In multis additur,* φλέγον, ardens. ο Ecce ego propterea ad prophetas.] *Nonnulli,* διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ πρὸς τοὺς προφήτας, propterea ecce ego ad prophetas. *Cæterum, quæ sequuntur vsque ad illa,* qui prophetant somnia, *posita sunt in nostra editione per typographi incuriam. Absunt.n. à Vaticano. Habentur tamen in cæteris libris: & in ea afferuntur scholia ex Origene, & S.Chrys. & explanantur à Theodoreto; & nonnulla afferuntur à S Cyprian. lib. 2. epist. 3.* π Qui emittunt.] *In quibusdam libris est,* τοὺς ἐκλαμβάνοντας προφητείας γλώσσης, καὶ πλάσσοντας ψευδῆ χρηματισμόν, καὶ νυστάζοντας, qui assumunt prophetias linguæ,& fingunt mendax oraculum,& dormitant, *&c.* ρ Non narrant.] *A nonnullis abest illud* οὐ, *& vulgata nostra,* qui narrant ea. σ Assumptio.] *Testatur S.Hier. eodem modo interpretatos esse lxx. Symmachum, Theodotionem, idest,* λῆμμα, *Aquilam vero.* ἆρμα, onus,& pondus: *quod est apud Theodoretum.* τ Et quare loquutus est Dominus Deus noster?] *Ab vno peruetusto absunt. In alijs vero quibusdam hæc præterea antece-*D*dunt, in quibusdã vero sequuntur,* καὶ ἐξεστρέψατε τοὺς λόγους θεοῦ ζῶντος· οὕτως ἐρεῖτε πρὸς τὸν προφήτην, τί ἐλάλησε, *&c.* & euertistis verba Dei viuentis. Sic dicetis ad prophetam, Quid loquutus est, *&c. Quæ S.Hieron. negat esse in lxx. Quinimo cum ipse vertisset ex hebræo,* & peruertitis verba Dei viuentis, Domini exercituum Dei nostri, *inquit hæc verba mysterium significantia Trinitatis, quæ hebræi in suis voluminibus contra se legant, in latinis, & græcis codicibus non haberi.*

CAP. XXIV,

OSTENDIT mihi Dominus duos calathos ficuum positos ad faciem templi Domini; postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam filium Ioacim regem Iuda,& principes,& artifices,& vin-E-ctos,& diuites ex Hierusalem,& adduxit eos in Babylonem. Calathus vnus ficuum bonarum valde, sicut ficus primi temporis: & calathus alter ficuum malorum valde, quæ non comedentur præ malitia sua. Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides Hieremia? Et dixi: Ficus: ficus bonas, bonas nimis; & malas, malas nimis, quæ non comedentur præ malitia sua. Et factum est ad me verbum Domini, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Sicut ficus hæ bonæ; sic cognoscam Iudæos, qui transmigrarunt, quos emisi de loco isto in terram Chaldæorum in bona. Et firmabo oculos meos super eos in bona:& restituam eos in

terram

terram hanc in bona:& reædificabo eos,& non destruam eos:& plantabo eos,& non euellam. Et dabo eis cor, vt sciant me; quia ego sum Dominus:& erunt mihi in populum : & ego ero eis in Deum : quia reuertentur ad me ex toto corde suo. Et sicut ficus pessimæ, quæ non comedentur præ malitia sua, hæc dicit Dominus; sic tradam Sedeciam regem Iuda, & principes eius, & residuum Hierusalem, qui remanserunt in terra hac, & qui habitant in Ægypto. Et dabo eos in dispersionem in omnia regna terræ:& erunt in opprobrium, & in parabolam, & in odium,& in maledictionem in omni loco, quo eieci eos illuc. Et mittam in eos famem,& mortem,& gladium; donec deficiant de terra, quam dedi [a] eis.

A

B

[a] Eis.] *In Compluten. additur,* καὶ τοῖς πατράσιν αὐτῶν, & patribus eorum, *vt vulgata.*

CAP. XXV.

VERBVM, quod factũ est ad Hieremiam super omnem populum [a] Iuda in anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda: quod loquutus est ad omnem populum Iuda, & ad habitatores Hierusalem, dicens: In tertiodecimo anno Iosiæ filij Amos regis Iuda, & vsque ad diem hanc, viginti & tres [β] anni:& loquutus sum ad vos ante lucem surgens, & dicens: & mittebam ad vos seruos meos prophetas, diluculo mittens (& non exaudistis, & non attendebatis auribus vestris) dicens: Auertimini vnusquisque à via sua pessima, & à pessimis studijs vestris:& habitabitis super terram, quam dedi vobis,& patribus vestris, a seculo,& vsque in seculum. Nolite ire post dies alienos, vt seruiatis eis, adoretisque eos; ne me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum vestrarum, ad affligendum vos: & non audistis me. Propterea hæc dicit Dominus. Quoniam non credidistis verbis meis; ecce ego mitto, & sumam cognationem ab Aquilone:& adducam eos super terram istam,& super habitatores eius,& super omnes nationes, quæ in circuitu illius sunt:& desolabo eos, & dabo eos in perditionem,& in sibilum,& in opprobrium sempiternum:& perdam ex eis vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ, [γ] odorem vnguenti,& lumen lucernæ. Et erit vniuersa terra in solitudinem: & seruient in gentibus annos septuaginta: cumque impleti fuerint septuaginta anni; vlciscar gentem illam,& ponam eos in perditionem sempiternam : & inducam super terram illam omnia verba mea, quæ loquutus sum contra eam, omnia, quæ scripta sunt in libro isto.

C

D

QVÆ prophetauit Hieremias super gentes, [δ] quæ Ælam. Hæc dicit Dominus. Contritus est arcus Ælam, principium potentatus eorum. Et inducam super Ælam quatuor ventos à quatuor extremis cæli:& dispergam eos in omnibus ventis istis:& non erit gens, quo non veniet illuc expulsi Ælam. Et terrefaciam eos coram inimicis eorum, quærentibus animam eorum : & inducam super [ε] eos secundum iram furoris mei : & immittam post eos gladium meum; donec absumpsero eos. Et ponam thronum meum in Ælam,& [ς] emittam inde regem, & magnates. Et erit in nouissimo dierum, & reducam captiuitatem Ælam, dicit Dominus.

E

[a] Iuda.]

A α Iuda.] *In cæteris, & apud Theodoretum hæc sequuntur*, αὐτὸς ἐνιαυτὸς πρῶτος τῷ ναβουχοδονόσορ βασιλεῖ βαβυλῶνος, ipse est annus primus Nabuchodonosor regi Babylonis: *quæ testatur S. Hier. in lxx. non haberi, sicut etiam nonnulla alia in hoc eodem capite.* β Anni.] *In Compl. & apud Theodoretum adiungitur*, καὶ ἐγένετο ῥῆμα κυρίου πρός με, & factum est verbum Domini ad me, *quod est in vulgata nostra.* γ Odorem vnguenti.] *In quibusdam libris, & apud Theodoretum est*, φωνὴν μύλου, vocem molæ, *vt vulgata nostra.* δ Quæ Ælam.] *A nonnullis abest illud* τά, *Hæc vero vsque ad finem capitis in vulgata nostra sunt in cap. 49. in extremo. Cuius vulgatæ ordini nonnulli etiam codices græci, ac Theodoretus conueniunt: quos exapla sequutos esse verisimile est: in quibus græca hebraicis altera ex parte respondere necesse erat. Quare hic in iisdē ea sequūtur, quæ in vulgata de calice, & cætera, quæ deinceps; & quæ in nostra, & plerisque græcis sunt cap. 32. Continuo autem in iisdem codicibus (nā de Theodoreto nihil affirmari potest) post illa,* in libro isto, *ponuntur hæc*, ὅσα προεφήτευσεν ἱερεμίας ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. ὅτι ἐδούλευσαν αὐτοῖς, ὅτε ἦσαν (*al.* ἐν αὐτοῖς, καταδουλώσονται γὰρ αὐτούς), *vbi videtur extare quædam coagmentatio variarum interpretationum,*) ἔθνη πολλὰ, καὶ βασιλεῖς μεγάλοι, καὶ ἀποδώσω, (*al.* ἀνταποδώσω) αὐτοῖς κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν, καὶ κατὰ τὰ πτώματα (*al.* τὴν πονηρίαν) τῶν χειρῶν (*al.* ἐπιτηδευμάτων) αὐτῶν. Quæcumque prophetauit Hieremias super omnes gentes: Quia seruierunt eis, cum essent gentes multæ, & reges magni: & reddam eis secundum opera eorum, & secundum facta, (*al.* nequitiam) manuum, (*al.* adinuentionum) suarum. *Quorum magnam partem scribit* S. *Hier. in lxx. non haberi. Quod autem ad ordinem pertinet, de quo apud S. Hier. & Theodoretum silentium est, hæc leguntur in commentariis græcis. Origenes.* Hanc, (*nimirum de Ælam,*) lxx. quidem præposuerunt visionibus, quæ contra gētes: cæteri autem contra. Ælam autem est gens Arabica, posita ad rubrum mare. *Olympiodorus.* Ælam, vel Babylonis, vel etiam vniuersæ regionis, cui præfuit Cyrus. Sciendum autem est, sanctum Ioannem commentarios scribentem in Hieremiam, vsque ad hæc eodem ordine scripsisse: hic autem dimittentem, quæ post hæc, initium commentandi fecisse à principio regni Ioacim: vbi & subiectum signum positum est: sicque cætera explanauit. *Schol. ex Anonymo.* Secundum lxx. prophetia de Ælam præposita est ei, quæ de cæteris gentibus: at secundum cæteros ea, quæ de Ægypto. *Capite autem 49. initium huius prophetiæ de Aelam in Compl. & apud Theodoretum sic habet*, καὶ ἐγένετο ῥῆμα κυρίου πρὸς ἱερεμίαν τὸν προφήτην κατὰ τῆς αἰλὰμ ἐν ἀρχῇ βασιλείας σεδεκίου βασιλέως ἰούδα, λέγων, τάδε λέγει κύριος τῶν δυνάμεων, ἰδοὺ ἐγὼ συντρίβω (*Complut.* συντρίψω) τὸ τόξον αἰλὰμ, καὶ τὴν ἀρχὴν, Et factum est verbum Domini ad Hieremiam prophetam contra Ælam in principio regni Sedeciæ regis Iudæ, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego contero arcum Ælam, & principium, *&c. In Compl. est*, ἀρχὴ, *quod magis cohæret cum* συντρίβω, *quam cum* συντρίψω. ε Eos.] *In Compl. additur*, κακόν, malum, *sed non apud Theodoretum.* ζ Emittam.] *In quibusdam, & apud Theodoretum est*, ἀπολῶ, perdam.

CAP. XXVI.

IN α principio regnantis Sedeciæ regis factum est verbum hoc de Ælam. IPSI ÆGYPTO super virtutem Pharaonis Nechao regis Ægypti, qui erat ad flumen Euphratem in Charmis: quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis in anno quarto Ioacim regis Iuda. Assumite arma, & scuta, & accedite ad bellum: & insternite equos, ascendite equites, & state in galeis vestris, β applicate lanceas, & induimini loricis vestris. Quid, quòd ipsi pauent, & recedunt in posteriora? quia fortes eorum cædentur: fuga fugerunt, & non sunt reuersi, obsessi vndique, dicit Dominus. Non fugiat leuis, & non euadat fortis ad Aquilonem. Quæ ad Euphratem, infirmata sunt, & ceciderunt. Quis iste, quasi flumen ascendet, γ & velut flumina, fluctuant aquam? Aquæ Ægypti, quasi flumen, ascendent. Et dixit: Ascendam, & operiam terram, & perdam δ habitantes in ea. Ascendite super aquas, præparate currus: egredimini pugnatores Æthiopum, & Lybes armati armis, & Lydi ascendite, intendite arcum. Et dies illa Domino Deo nostro, dies vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis: & deuorabit gladius ε Domini, & saturabitur, & inebriabitur de sanguine eorum: quia sacrificium ζ Domino de terra Aquilonis super flumen Euphratem. Ascende Galaad, & sume resinam virgini filiæ Ægypti: in vanum multiplicasti medicamina tua: vtilitas non est in te. Audierunt gentes vocem tuam: & clamore tuo impleta est terra: quia pugnator aduersus pugnatorem infirmatus est: in idipsum ceciderunt vtrique. QVÆ loquutus est Dominus in manu Hieremiæ, cum veniret rex Babylonis ad percutiendam terram Ægy-

pti. [η] Annunciate in Magdolum, & annũciate in Memphim: dicite: Sta, & præpara te; quia deuorauit gladius [θ] smilacem tuam. Quare fugit à te [ι] Apis, vitulus electus tuus? non perstitit; quia Dominus dissoluit eum: & multitudo tua infirmata est, & cecidit: & vnusquisque ad proximum suum loquebatur, Surgamus, & reuertamur ad populum nostrum in patriam nostram à facie gladij græci. Vocate nomẽ Pharaonis Nechao regis Ægypti, [κ] Saon Esbie Moed. Viuo ego, dicit Dominus Deus, [λ] quia, sicut Itabyrium in montibus, & sicut Carmelus in mari, veniet. Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti: quoniam Memphis in solitudinem erit, & vocabitur væ, eo quòd non sint habitantes in ea. Vitula adornata Ægyptus: excidium ab Aquilone venit super eam: & mercenarij eius in ea, quasi vituli saginati nutriti in [μ] ea: nam & ipsi conuersi sunt, & fugerunt vnanimiter: non steterunt: quia dies perditionis venit super eos, & tempus vltionis eorum. Vox eorum, quasi serpentis sibilantis: quia in arena ambulant, in securibus venient super eam: quasi cædentes ligna excident syluam eius, dicit Dominus: quoniam non supputabitur, quoniam multiplicauit super locustam: & non est eis numerus. Confusa est filia Ægypti, tradita est in manus populi ab [ν] Aquilone. Ecce ego vlciscar Ammon filium eius [ξ] super Pharaonẽ, & super eos, qui fiderunt [ο] in eo. Tu autem ne timueris serue meus Iacob, neque paueas Israel: quia ecce ego saluans te de longe, & semen tuum ex captiuitate ipsorum. Et reuertet Iacob, & quiescet, & dormiet: & non erit, qui perturbet eum. Ne timeas puer meus Iacob, dicit Dominus: quia tecum ego sum. [π] Intrepida, & delicata tradita est. Quia faciam [ρ] genti consummationem in omni gente, ad quos expuli te illuc: te autem non faciam deficere: & castigabo te in iudicio, & innocentem faciens non faciam innocentem te.

α In principio.] *Hoc caput in vulgata nostra, & apud Theodoretum est. 46. apud quem Theodoretum, sic habet initium capitis*, λόγος ὁ γενόμενος παρὰ κυρίου πρὸς ἱερεμίαν τὸν προφήτην ἐπὶ πάντα ἔθνη, Verbum quod factum est à Domino ad Hieremiam super omnes gentes. *Nec multo aliter in Compl. In qua sequitur*, εἰς αἴγυπτον ἐπὶ δυνάμει φαραὼ νεχαὼ, ad Ægyptum super virtutem Pharaonis Nechao. *Theodoretus inquit primum narrari de Aegypto, & designari tempus prophetiæ, nimirum factæ post mortem Pharaanis, &c.* β Applicate.] *Aut*, acuite. *Vtrumque enim videtur posse significare*, προσβάλετε. *nec abhorret à vulgata nostra, quæ habet*, polite. *In cæteris est*, προβάλλετε, torquete. γ Et velut flumina.] *In vno peruetusto est*, ὡς ποταμῶν κυμαίνεται τὰ ὕδατα; (*Theodor. addit*, αὐτῆς) αἴγυπτος, ὡς ποταμὸς ἀναβήσεται, velut fluuiorum intumescunt aquæ eius? Ægyptus, quasi flumen ascendet: *quod magis respondet vulgatæ nostræ, præsertim cum apud Theodoretum subiungantur etiam ista*, & velut flumen, perturbant aquæ eius. δ Habitantes.] *Plerique*, πόλιν, καὶ τοὺς κατοικοῦντας, ciuitatem, & habitantes. ε Domini.] *Apud Theodoretum est*, μου, meus. *Ab aliquo abest vtrumque.* ζ Domino.] *In quibusdam, & apud Theodoretum additur*, Sabbaoth, *vt etiam sæpe alibi.* η Annunciate in Magdolum.] *In Compluten. plura sunt: quæ videntur etiam agnosci à Theodoreto*, ἀναγγείλατε εἰς αἴγυπτον, καὶ ἀκουστὸν ποιήσατε εἰς μαγδωλὸν, καὶ παραγγείλατε εἰς μεμφὶν, καὶ ἐν τάφναις, εἴπατε, ἐπίστηθι; *quæ in vulgata nostra*, Annunciate Ægypto, & auditum facite in Magdalo, & resonet in Memphis, & in Taphnis dicite: Sta, *&c.* θ Smilacem.] *Sanctus Chrysostomus*, herba est omnia deuorans. *Anonymus.* Cæteri pro τὴν σμίλακα, ediderunt τὰ κύκλῳ σου, quæ in circuitu tuo. *Id Theodoretus Syro tribuit: atque id smilacis etiam nomine significari, quod sit herba, quæ plantis succrescentibus implicatur.* ι Apis.] *Hunc notat Theodoretus fuisse bouem illum, qui ab Aegyptijs adorabatur. In quibusdam est*, διότι, (*atque istud quidem* διότι, *in multis etiam alijs est,*) ἔφυγεν ὀπίσω ὁ μόσχος, quia fugit retrorsum vitulus, *&c.* κ Saon Esbie Moed.] *Schol. ex Theodoreto.* Istud σαὼν ἐσβιὲ μωήδ, Symmachus edidit, καιρὸς παρεγένετο, tempus aduenit, Aquila autem, παρήγαγεν ὁ καιρὸς, adduxit, (*aut*, accessit) tempus. Syrus autem inquit, ταράττων, καὶ καιροὺς παραφέρων, turbans, ac tempora transferens. *In codicibus commentariorum Theodoreti desunt aliqua.* λ Quia, sicut Itabyrium.] *Apud Theodoretum est*, κύριος τῶν δυνάμεων ὄνομα αὐτῷ, ὅτι ὡς τὸ θαβώρ, *quæ in vulgata nostra*, Dominus exercituum nomen eius; quoniam sicut Thabor. *Sed lxx. pro Thabor solitos dicere Itabyrium alibi ex Sancto Hieronymo notatum est.* μ In ea.] *Alij*, εἰς σφαγὴν, in mactationem. *A Theodoreto videtur vtrumque abesse.* ν Aquilone.] *Apud Theodoretũ, & in Compl. subiungitur*, λέγει κύριος τῶν δυνάμεων ὁ θεὸς ἰσραήλ, Dicit Dominus virtutũ, Deus Israel. ξ Super Pharaonem.] *In plerisque hæc antecedunt*, ἐπ' αἴγυπτον, καὶ ἐπὶ τοὺς θεοὺς αὐτῆς, καὶ ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς αὐτῆς, *quæ in vulga-*

A *i. i vulgata, (licet antecedentia aliam habeant sententiam,)* super Ægyptum, & super Deos eius, & super reges eius. o In eo.] *In Compl. subiunguntur hæc, quæ etiam à Theodoreto partim exprimuntur, partim significantur,* καὶ δώσω αὐτοὺς εἰς χεῖρας τῶν ζητούντων τὴν ψυχὴν αὐτῶν, καὶ εἰς χεῖρας ναβουχοδονόσορ βασιλέως βαβυλῶνος, καὶ εἰς χεῖρας τῶν δούλων αὐτοῦ. καὶ μετὰ ταῦτα κατοικηθήσεται, ὥσπερ ἐν ταῖς ἡμέραις ταῖς ἀρχαίαις, λέγει κύριος, *quæ in vulgata*, Et dabo eos in manus quærentium animam eorum, & in manus Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manus seruorum eius. Et post hæc habitabitur, sicut diebus pristinis, ait Dominus. π Intrepido, & delicata tradita est.] *Hæc absunt à Compl. & à Theodoreto. Similia habentur cap. sequenti.* ϛ Genti.] *Item istud.*

CAP. XXVII.

VERBVM Domini, quod loquutus est super [α] Babylonem. Annunciate in gentibus, & audita [β] facite, & ne abscondatis. Dicite: capta est Babylon: Confusus est [γ] Belus; interrita, delicata tradita est Mærodach: quia ascendit super eã gens ab Aquilone. Hic ponet terram eius in desolationẽ: & non erit, qui habitet in ea ab homine, & vsque ad pecus. In diebus illis, & in tẽpore illo venient filij Israel, ipsi, & filij Iuda in id ipsum: eũtes, & plorantes ibũt, Dominum Deum suum quærentes. Vsque ad Sion interrogabunt viã: huc enim faciem suam dabunt: & venient, & confugient ad Dominum Deum. Testamentum. n. æternum obliuioni non tradetur. Oues perditæ factus est populus meus: pastores eorũ expulerunt eos in montes, seduxerunt eos, de monte in collẽ abierunt: obliti sunt cubilis sui. Omnes inuenientes eos absumebant eos. Inimici eorũ dixerunt, ne dimittamus eos, eo quod peccauerunt Domino. Pascua iustitiæ ei, qui congregauit patres [δ] eorũ. Abalienamini de medio Babylonis: & de terra Chaldæorũ, & egredimini: & estote velut [ε] dracones ante faciem ouiũ. Quia ecce ego suscito super Babylonẽ congregationes gentium de terra Aquilonis, & aciẽ opponent ei: inde capietur: quasi iaculum pugnatoris intelligentis non redibit vacuũ. Et erit Chaldæa in direptionẽ: omnes diripientes eam implebũtur. Quia lætabamini, & gloriabamini diripiẽtes hæreditatẽ meam: quia gestiebatis quasi vituli in herba, & cornupetebatis, velut tauri. Confusa est mater vestra valde: [ζ] pudefacta est mater, quæ peperit vos ad bona: nouissima gentium, [η] deserta, præ ira Domini, non habitabitur: & erit vniuersa in solitudinem: & omnis, qui transibit per Babylonẽ, tristabitur: & sibilabunt super omnem plagã eius. Instruimini super Babylonẽ in circuitu, omnes, qui tenditis arcum: iaculamini super eã: ne parcatis in iaculis vestris, [θ] & subijcite eam. Dissolutæ sunt manus eius, ceciderunt propugnacula eius, & suffossus est murus eius: quia vltio à Deo est: vlciscimini super eam: sicut fecit, facite ei. Exterminate semẽ de [ι] Babylone, tenentem falcem in tempore messis: à facie gladij græci, vnusquisque ad populum suum reuertentur, & vnusquisque in terram suam fugiet. Ouis errans Israel: leones expulerunt eum. Primus comedit eum rex Assur, & hic posterius ossa eius rex Babylonis. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego vlciscor super regem Babylonis, & super terram eius, sicut vltus sum super regem Assur. Et restituam Israel in pascuam suam, & pascet in [κ] Carmelo, & in monte Ephræm, & in Galaad: & implebitur anima eius. In diebus illis, & in tempore illo quærent iniquitatem Israel; & non erit: & peccata Iudæ; & non inuenientur: quia propitius ero residuis [λ] super terram, dicit Dominus. Amarè ascende super eam, & super habitantes in ea: vlciscere gladio, & dele, dicit Dominus, & fac secundum omnia, quæ mandauero tibi. Vox belli, & contritio magna in terra Chaldæorum.

Quomodo fractus, & contritus est malleus vniuersæ terræ? quomodo facta est in solitudinem Babylon in gentibus? [α] Ascendent in te, & [β] non cognosces quia Babylon, & capieris. Inuenta es, & capta; quia Domino restitisti. Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suæ: quoniam opus Domino Deo in terra Chaldæorum: quoniam venerunt tempora eius. Aperite apothecas eius. Scrutamini eam, velut speluncam, & exterminate eam: non sint eius reliquiæ: exiccate omnes eius fructus: & descendant in occisionem. Væ eis, quia venit dies ipsorum, & tempus vltionis eorum. Vox fugientium, & euadentium de terra Babylonis, ad annunciandum in Sion vltionem à Domino Deo [ξ] nostro. Annunciante super Babylonem multis, omni intendenti arcum: castrametamini super eam in circuitu: non sit ex ea, qui euadat: retribuite ei secundum opera eius: iuxta omnia, quæcumque fecit, facite ei: quoniam aduersus Dominum stetit, Deum sanctum Israel. Propter hoc cadent adolescentes eius in plateis eius: & omnes viri eius bellatores proijcientur, dixit Dominus. Ecce ego super te [ε] superbiam contumeliosam, dicit Dominus: quia venit dies tua, & tempus vltionis tuæ: & infirmabitur superbia tua, & cadet; & nemo erit, qui restituat eam. Et accendam ignem in sylua eius: & deuorabit omnia, quæ in circuitu eius. Hæc dicit Dominus. Oppressi fuerunt filij Israel, & filij Iuda simul: omnes, qui captiuauerunt eos, oppresserunt eos: quia noluerunt emittere eos. Et qui redimit eos fortis; Dominus omnipotens nomen ei: iudicium iudicabit contra aduersarios eius, vt liberet terram: & acuet habitantibus Babylonem: Gladium super Chaldæos, & super habitantes Babylonem, & super magnates eius, & super sapientes [π] eius: Gladium super pugnatores eius: & dissoluentur: Gladium super equos eorum, & super currus eorum: Gladium [ϛ] super pugnatores eorum, & super commistum, qui in medio eius: & erunt quasi mulieres: Gladium super thesauros, & [σ] dispergentur super aquam eius: & confundentur; quia terra sculptilium est: & in insulis, vbi gloriabantur. Propter hoc habitabunt phantasmata in insulis: & habitabunt in ea filiæ Syrenum: non habitabitur vltra in [τ] seculum. Sicut euertit Deus Sodomam, & Gomorram, & vicinas eis, ait Dominus; non habitabit ibi homo, & non incolet ibi filius hominis. Ecce populus venit ab Aquilone, & gens magna, & reges multi excitabuntur ab extremo terræ, arcum, & gladium habentes. Crudelis est, & non miserebitur. Vox eorum, quasi mare, sonabit: in equis equitabunt, præparati, quasi ignis ad prælium, aduersus te filia Babylonis. Audiuit rex Babylonis famam eorum: & dissolutæ sunt manus eius: tribulatio obtinuit eum, dolores, quasi parientis. Ecce, sicut leo, ascendet de Iordane in Gæthan: quia cito expellam eos ab illa: & omnem adolescentem super eam statuam. quoniam, quis sicut ego? & quis resistet mihi? Et quis iste pastor, qui stabit contra faciem meam? Propter hoc audite consilium Domini, quod decreuit super Babylonem, & cogitationes eius, quas cogitauit super habitatores Chaldæos, si non corrumpantur agni ouium eorum, si non disperdatur pascua ab eis. Quia à voce captiuitatis Babylonis commouebitur terra: & clamor in gentibus audietur.

α Babylonem.] *Hoc caput in editione latina, & apud Theodoretum, & in quibusdam græcis codicibus est, item que in Complut. in qua hæc hoc loco addũtur,* καὶ ἐπὶ γῆν χαλδαίων ἐν χειρὶ ἱερεμίου τοῦ προφήτου, & super terram Chaldæorum in manu Hieremiæ prophetæ. β Facite.] *In eadem, & apud Theodoretum hæc subiunguntur,* ἄρατε σημεῖον, καὶ ἀκούσατε ποιήσατε, *quod in vulgata*, leuate signum, prædicate. γ Belus: interrita, delicata.] *Sic Theo-*

A Sic Theodoretus, nisi quod habet, βὴλ, Bel. In quibusdam est, ὁ ἀπτόητος, interritus. A Complut. absunt illa, ἡ ἀπτόητος, καὶ τρυφερά, vt à vulgata. δ Eorum.] Apud Theodoretum additur, κυρίῳ, Domino. In Compl. ὁ κύριος, Dominus: in qua etiam paulo ante pro, μὴ ἀνῶμεν, est μιανῶμεν, perspicuo errato. ε Dracones.] Theodoretus, ἔριφοι, hœdi, (vt vulgata nostra, aut, capri:) pro quo inquit Syrum dixisse, τράγους, hircos. ζ Pudefacta.] Hoc solet significare verbum, ἀνεβάπη. Theodoretus, & quidam codices, ἀνεβάπη, euersa est. η Deserta.] In Complut. additur, καὶ ἄβατος, & inuia. θ Et subijcite eam.] In Compl. pro his est, ὅτι τῷ κυρίῳ ἥμαρτεν, (quæ referuntur etiam à Theodoreto,) καὶ καταχροτήσατε ἐπ' αὐτῇ, quia Domino peccauit, & plaudite super eam. ι Babylone.] In multis libris hic ponuntur, quæ in nostro, & apud Theodoretum ponuntur paulo superius, quemadmodum & in vulgata nostra, omnes inuenientes, vsque ad, Pascua. κ Carmelo.] In Compl. & apud Theodoretum additur, καὶ ἐν Βασάν, & in Basan. λ Super terram, dicit Dominus. Amare.] A Compl. absunt illa, dicit Dominus: & quasi ex nouo principio dicitur: Super terram amare, &c. Theodoretus autem videtur habuisse, ἐπὶ τῆς γῆς παραπικραινόντων, super terram exacerbantium: quod respondet hebræo? μ Ascendent.] Corrigendum in textu græcæ nostræ editionis, ἐπιβήσονται. Ita enim Vaticanus: in quo tamen ascriptum postea est, quod in cæteris libris, ἐπιθήσονται, inuehentur, insultabunt. ν Et non cognosces quia Babylon, & capieris.] In alijs

B est, καὶ οὐ γνώσῃ, ὡς καὶ ἁλώσῃ Βαβυλών, & non cognosces, quia etiam capieris Babylon. In Compl. καὶ ἁλώσῃ Βαβυλών, καὶ οὐ γνώσῃ, & capieris Babylon, & non cognosces. ξ Nostro.] In Compl. additur, ἐκδίκησιν ναοῦ αὐτοῦ, vltionem templi eius, vt vulgata. ο Super te superbiam contumeliosam, dicit Dominus.] Sic etiam Theodoretus (nisi quòd habet, κύριος τῶν δυνάμεων, Dominus virtutum,) atque isto modo interpretatur τὴν ὑβρίστριαν. Compl. autem, πρὸς σὲ ὑπερήφανε, ad te superbe, vt vulgata. π Eius.] In Complut. hæc sequuntur, quæ etiam à Theodoreto videntur agnosci, μάχαιραν ἐπὶ τοὺς μάντεις, καὶ ἄφρονες ἔσονται, gladium super diuinos, & stulti erunt: quæ respondent vulgatæ. ρ Gladium super pugnatores eorum, &c.] Hæc absunt à Compl. & videri possunt ex loco paulo superiore huc irrepsisse. Notat autẽ S. Hier. in c. 25. συμμίκτους, à lxx. dici, idest mistitios, vulgus peregrinum, & aduentitium. σ Et dispergentur super aquam eius.] In alijs, & Compl. διαρπαγήσονται. ἐπὶ τῷ ὕδατι αὐτῆς ἐπιποίθει, diripientur. In aqua sua confidit. Theodor. habuit sine dubio sententiam similem vulgatæ, siccitas super aquas eius erit, & arescent. Ita enim inquit, minatur item se aquam euacuaturum, multitudinem figurate vocans aquam: qui etiam explicat, quid sint insulæ, quid ἰνδάλματα, quæ phantasmata diximus, quid filiæ Sire-

C num. τ Seculum.] In Compl. & apud Theodoretum adiungitur, οὐδὲ μὴ κατοικισθήσεται ἕως γενεᾶς, καὶ γενεᾶς, neque habitabitur vsque in generationem, & generationem. Sed Theodoretus in præcedenti membro pro, κατοικηθῇ, habuit, οἰκοδομηθῇ, ædificabitur: & vtrumque inquit euenisse, vt neque ædificaretur, neque habitaretur.

CAP. XXVIII.

HÆC [a] dicit Dominus: Ecce ego suscito super Babylonem, & super habitatores * Chaldæos ventum vrentem corrumpentem. Et emittam in Babylonem contumeliosas, & contumelia afficient eam, & vastabunt terram eius. Væ super Babylonem in circuitu in die afflictionis eius. Tendat, qui tendit arcum suum, & circumponat, cui sunt, arma sua: & ne parcatis super ado-

D lescentibus eius, & delete omnem virtutem eius. Et cadent interfecti in terra Chaldæorum, & confossi deforis eius. Quia non fuit viduatus Israel, & Iudas à Deo suo, à Domino omnipotente: quia terra eorum repleta est iniquitate à sanctis Israel. Fugite de medio Babylonis, & saluate vnusquisque animam suam, & ne proijciamini in iniquitate eius: quoniam tempus vltionis eius est à Domino: retributionem ipse retribuit ei. Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram: de vino eius biberunt gentes: ideo commotæ sunt: & repente cecidit Babylon, & contrita est. Lamentamini eam, sumite resinam corruptioni eius; si quomodo sanabitur. Curauimus Babylonem, & non est sa-

E nata: derelinquamus eam, & abeamus vnusquisque in terram suam: quoniam appropinquauit ad cælum iudicium eius; eleuauit se vsque ad astra: protulit Dominus iudicium suum. Venite, & annunciemus in Sion opera Domini Dei nostri. Præparate arcus, implete pharetras. Suscitauit Dominus spiritum regis Medorum: quoniam in Babylonem ira eius ad disperdendam eam: quia vltio Domini est, vltio [b] populi eius est. Super muros Babylonis leuate signum, [γ] statuite pharetras, suscitate custodias, parate arma: quoniam aggressus est, & faciet Dominus, quæ loquutus est super habitatores Babylonis, [δ] habitantes in

aquis multis,& in multitudine thesaurorum eius. Venit finis tuus vere in viscera tua: quia iurauit Dominus per brachium suum: quia implebo te hominibus, sicut locustis: & loquentur super te descendentes. Dominus faciens terram in fortitudine sua, parans orbem in sapientia sua; in intellectu suo extendit cælum, ad vocem posuit sonum aquæ in cælo,& eduxit nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit, & eduxit lumen de thesauris suis. Stultus factus est omnis homo à scientia: Confusus est omnis aurifex à sculptilibus suis; quia falsa conflauerunt: non est spiritus in eis. Vana sunt opera ridicula: in tempore visitationis ipsorum peribunt. Non talis pars ipsi Iacob: quoniam qui plasmauit omnia, ipse est* hæreditas eius: Dominus nomen illi. ¶ Dispergis tu mihi vasa belli: & dispergam in te gentes,&* tollam de te reges. Et dispergam in te equũ, & ascensorem eius: & dispergam in te currus, & ascensores eorum: & dispergam in te adolescentem,& virginem: & dispergam in te virum,& mulierem: & dispergam in te pastorem,& gregem eius: & dispergam in te agricolam, & agriculturam eius: & dispergam in te præfectos,& duces militiæ tuos. Et retribuam Babyloni,& omnibus habitatoribus Chaldæis omnes malitias eorum, quas fecerunt super Sion ante oculos vestros, dicit Dominus. Ecce ego ad te montem corruptum, qui corrumpis vniuersam terram: & extendam manum meam super te: & deuoluam te super petras: & dabo te sicut montem combustum: & non accipient de te lapidem in angulum,& lapidem in fundamentum: quia in desolationem eris in seculum, dicit Dominus. Leuate signum super terram: clangite in gentibus tuba: sanctificate super eam gentes: annunciate super eam, * reges tollite à me,& Achanazæis: statuite super eam machinas: facite ascendere super eam equum, quasi locustarum multitudinem: facite ascendere super eam gentes, regem Medorum, & vniuersæ terræ, præfectos eius,& omnes duces eius. Commota est terra, & laborauit: quia insurrexit super Babylonem cogitatio Domini, ad ponendam terram Babylonis in desolationem, & vt ea non habitetur. Defecit pugnator Babylonis à bellando: sedebunt illic in præsidio: quassata est potentia eorum: facti sunt, quasi mulieres. Combusta sunt tabernacula eius: contriti sunt vectes eius. Persequens in occursum persequentis persequetur, & nuncians in occursum nunciantis, ad nunciandum regi Babylonis, quia capta est ciuitas eius, ab extremo transituum eius capti sunt, &* collectiones eorum incensæ sunt in igni,& viri eius bellatores egrediuntur. Quia hæc dicit Dominus: Domus regis Babylonis, quasi area matura, triturabuntur: adhuc modicum,& veniet messis eius. Comedit me, diuisit me, apprehenderunt me tenebræ tenues: Nabuchodonosor rex Babylonis absorbuit me, quasi draco, impleuit ventrem suum de teneritudine mea: expulerunt me labores mei,& vexationes meæ in Babylonem, dicet habitatrix Sion: & sanguis meus super habitatores Chaldæos, dicet Hierusalem. Ideo hæc dicit Dominus: Ecce ego iudicabo aduersariam tuam,& vlciscar vltionem tuam, & desolabo mare eius, & arefaciam fontem eius: & erit Babylon in* solitudinem, & non habitabitur. Simul enim vt leones excitati sunt,& sicut catuli leonum. In calore eorum dabo potũ eis,& inebriabo eos, vt sopiantur, & dormiant somnum sempiternum, & non consurgant, dicit Dominus. Et * deduc eos, quasi agnos ad mactationem,& quasi arietes cum hœdis. Quomodo capta* est,& per venationem occupata gloriatio

A riatio vniuersæ terræ? quomodo facta est Babylon in desolationem in gentibus? Ascendit super Babylonem mare in sonitu fluctuum eius, ξ & cooperta est. Factæ sunt ciuitates eius, quasi terra sine aqua, & inuia: nemo habitabit in ea: neque diuertet in ea filius hominis. Et vlciscar ° super Babylonem, & extraham, quæ absorbuit, ex ore eius: & non congregabuntur ad eam gentes ϖ vltra: & in Babylone cadent interfecti vniuersæ terræ. Qui euaditis de ρ terra, ite, & non subsistatis. Qui de longe, recordamini Domini: & Hierusalem ascendat super cor vestrum. Confusi sumus, quia audiuimus opprobrium nostrum: cooperuit ignominia faciem nostram: intrarunt alienigenæ in sancta nostra, in domum Domini. B Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus: & vlciscar super sculptilia eius: & in omni terra eius cadent interfecti: quia si ascenderit Babylon, tanquam cælum, & quia, si munierit σ muros fortitudine sua, à me venient, qui exterminent eam, dicit Dominus. Vox clamoris in Babylone, & contritio magna in terra Chaldæorum: quia exterminauit Dominus Babylonem, & disperdidit ex ea vocem sonantem, quasi aquas multas: dedit in perditionem vocem eius: Quoniam venit super Babylonem calamitas, capti sunt pugnatores eius, tremuit arcus eorum: quia Deus retribuit eis. Dominus retribuit, & inebriabit ebrietate præfectos eius, et sapientes eius, et duces eius, dicit rex, Dominus omnipotens C nomen illi. Hæc dicit Dominus: Murus Babylonis dilatatus est: effodiendo effodietur: et portæ eius excelsæ comburentur: et τ non laborabunt populi in vacuum: et gentes in principio deficient. VERBVM, quod mandauit Dominus Hieremiæ prophetæ, vt diceret Sarææ filio Neriæ filij Maasiæ, quando ibat à Sedecia rege Iuda in Babylonem in anno quarto regni eius: et Saræas princeps donorum. Et scripsit Hieremias omnia mala, quæ venient super Babylonem, in libro, omnia verba hæc scripta super Babylonem. Et dixit Hieremias ad Saræam: Cum veneris in Babylonem, et videris, et legeris omnia verba hæc, et dices: Domine Domine tu loquutus es super locum istum ad disperdendum eum, D et vt non sint in eo habitantes ab homine vsque ad pecus: quia solitudo in seculum erit. Et erit, cum cessaueris legere librum hunc, et ligabis lapidem ad eũ, et proijcies eum in medium Euphratis, et dices: sic demergetur Babylon, et nõ resurget à facie malorum, quæ ego induco super eam.

α Hæc dicit.] *Hoc in vulgata nostra, & apud Theodoretum, & in quibusdam libris est caput* 51. * Chaldæos ventum vrentem corrumpentem.] *Schol. ex anonymo.* Symmachus quidem hebraicam posuit dictionem, pro ἀνίσων καύσωνα, Leuabe: significat autem ardens & excitatũ cor. Aquila autem edidit, καρδίαν ἐπεγειρόντων. *Ceterum hæc videntur pertinere ad eum locum, vbi vulgata habet,* qui cor suum leuauerunt in me. β Populi.] *In quibusdam, & apud Theodoretum est,* ναοῦ, templi, *vt vulgata.* γ Statuite pharetras, suscitate custodias.] *In Compl. est tantum,* ἐπιστήσατε φύλακας. *Si legeretur,* ἐπιστήσατε φύλακας, ἐγείρατε φύλακας, statuite custodias, excitate custodes; *hebraico responderet.* δ Habitantes.] *In eadem,* κατασκηνοῦσα ἐφ' ὕδασιν πολλοῖς, καὶ ἐπὶ

E πλήθει θησαυρῶν αὐτῆς; *& si abesset istud,* αὐτῆς, *optime conueniret cum vulgata,* quæ habitas super aquas multas, locuples in thesauris. ε Hæreditas.] *Apud Theodoretum,* καὶ ἰσραὴλ ῥάβδος κληρονομίας αὐτοῦ. κύριος τῶν δυνάμεων, & Israel uirga hæreditatis eius. Dominus exercituum, *&c.* ζ Dispergis.] *Theodoretus ex Syro,* ἑτοίμασόν μοι σκεύη πολέμου, præpara mihi vasa belli. η Tollam de te.] ἐξαρῶ ἐκ σοῦ, *Nonnulli,* ἐν σοί, in te. θ Adolescentem, & virginem: & dispergam in te virum, & mulierem.] *In Complut.* ἄνδρα, καὶ γυναῖκα, καὶ διασκορπιῶ ἐν σοὶ πρεσβύτην, καὶ παιδίον, καὶ διασκορπιῶ ἐν σοὶ νεανίσκον, καὶ παρθένον, virum, & mulierem: & dispergam in te senem, & puerum: & dispergam in te adolescentem, & virginem. ι Reges tollite à me.] *In multis est,* βασιλείαις, *& in quibusdam sequitur,* ἀραρὰτ παρ' ἐμοῦ, *apud Theodoretum,* ἀραρὰτ, μεννὶ, regnis Ararat, Menni. *Sed in explanatione non facit mentionem Menni: tantum inquit Ararat esse Armeniam, Ascanazæos autem gentem illi vicinam.* κ Collectiones.] συστήματα, *videtur intelligere collectiones aquarum, & quasi paludes, vt vulgata.* λ Solitudinem.] *In Compl. additur,* κατοίκησις δρακόντων, ἀφανισμὸς, συριγμὸς, habitatio draconum solitudo, sibilus. μ Et deduc.] *Theodoretus habet,* καὶ καταβιβάσω, & deducam: *quod conuenit cum vulgata.* ν Capta est.]

pta est.] *In Complut. & apud Theodoretum additur,* σισὰχ, *& in vulgata,* Sesach: *quomodo antea vocatam putat Theodoretus: sed de hac re diligentius S. Hieron. in 25. caput huius prophetæ.* ξ Et cooperta.] *A quibusdam abest illud* καὶ, *vt possit coniungi cum antecedentibus,* in sonitu fluctuum eius cooperta est. ο Super Babylonem.] *Theodoretus,* De super Bel in Babylone, *vt vulgata.* π Vltra.] *In Compl. adiunguntur hæc, quæ manifesto agnoscuntur magna ex parte à Theodoreto, & respondent vulgatæ,* καί γε τεῖχος βαβυλῶνος πεσεῖται. ἐξέλθετε ἀπὸ μέσου αὐτῆς λαός μου, καὶ σώσατε ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἀπὸ ὀργῆς θυμοῦ κυρίου. μήποτε ἁπαλωθῇ ἡ καρδία ὑμῶν, καὶ φοβηθῆτε διὰ τὴν ἀκοὴν ἣ ἀκουσθήσεται ἐν τῇ γῇ, καὶ ἥξει ἐν ἐνιαυτῷ ἀκοή, καὶ μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἀκοή, ταλαιπωρία, (*istud abest à Theodoreto vt à vulg.*) καὶ ἀδικία ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ κυριεύων ἐπὶ κυριεύοντα (*Theodoretus videtur addere,* καὶ στράτευμα ἐπὶ στράτευμα.) διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, καὶ ἐκδικήσω ἐπὶ τὰ γλυπτὰ βαβυλῶνος. καὶ πᾶσα ἡ γῆ αὐτῶν αἰσχυνθήσεται, καὶ πάντες τραυματίαι αὐτῆς πεσοῦνται ἐν μέσῳ αὐτῆς. καὶ εὐφρανθήσονται ἐπὶ βαβυλῶνα οἱ οὐρανοί, καὶ ἡ γῆ, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς. ὅτι ἀπὸ βορρᾶ ἔρχονται πρὸς αὐτὸν ἐξολοθρεύοντες, λέγει κύριος. καί γε βαβυλὼν πεσεῖν ἐποίησε τοὺς τραυματίας ἰσραήλ, καὶ ἐν βαβυλῶνι, *&c.* Etiam murus Babylonis corruet. Exite è medio eius popule meus, & saluate vnusquisque animā suam ab ira furoris Domini: ne forte mollescat cor vestrum, & timeatis auditum, qui audietur in terra. Et veniet in anno auditio, & post annum auditio, miseria, & iniquitas in terra, & dominator super dominatorem. Propterea ecce dies veniunt, & vlciscar super sculptilia Babylonis: & omnis terra eorum confundetur: vniuersi interfecti eius cadent in medio eius. Et lætabuntur super Babylonem cæli, & terra, & omnia, quæ in eis sunt: quia ab Aquilone veniunt ad eum exterminantes, ait Dominus. Atqui Babylon cadere fecit interfectos Israel; & in Babylone, *&c.* ρ De terra.] *Sic etiam Theodoretus. In Compl. est,* ἀπὸ ῥομφαίας, à gladio. σ Muros.] *In margine Vaticani appositum est,* ὕψη, altitudines. *In cæteris est,* ὕψος ἰσχύος, altitudinem fortitudinis. τ Non laborabunt.] *A Compl. abest illud,* οὐ, non, *& respondet vulgatæ.*

CAP. XXIX.

SVPER [α] Allophylos hæc dicit Dominus: Ecce aquæ ascendunt ab Aquilone, & erunt in torrentem inundantem: & inundabunt terram, & plenitudinem eius, ciuitatem, & habitantes in ea. Et clamabunt homines, & vlulabunt omnes habitatores terræ à voce impetus eius, ab armis pedum eius, & à concussione curruum eius, sonitu rotarum eius. Non conuerterūt se patres super filios suos præ dissolutione manuum suarum, in die superueniente ad perdendum omnes allophylos. Et delebo Tyrum, & Sydonem, & omnes reliquos auxilij eorum: Quia exterminabit Dominus reliquos [β] insularum. Venit caluitium super Gazam: proiecta est Ascalon, & reliqui Enacim. Vsquequo concides gladius Domini? Vsquequo non quiesces? Regredere in vaginam tuam, requiesce, & tollere. Quomodo requiescet; & Dominus mandauit ei super Ascalonem, & aduersus maritimas, [γ] super reliquas vt insurgat? [δ] IDVMÆÆ hæc dicit Dominus. Non est vltra sapientia in Thæman: perijt consilium à prudentibus: obijt sapientia eorum: conculcatus est locus eorum. [ε] Demergite in sessionem, qui habitatis in Dædan: quia dura fecit. Adduxi super eum in tempore, quo visitaui super eum: quia vindemiatores venerunt; qui non relinquent tibi reliquias: quasi fures in nocte, imponent manum suam: quia ego detraxi Esau, reuelaui abscondita eorum, abscondi non poterunt. Perierunt per manum fratris sui, [ζ] vicini mei: & non est relinqui pupillum tuum, vt viuat. Et ego [*] faciam viuere; & viduæ super me confiderunt. Quia hæc dicit Dominus: [*] Quibus non erat lex bibere calicem; biberunt: & tu absoluta non [θ] absolueris: quoniam per meipsum iuraui, dicit Dominus, quoniam in inuium, & in opprobriū, & in maledictionem eris in medio eius: & omnes ciuitates eius erūt desertæ in seculum. Auditum audiui à Domino, & [ι] angelos ad gentes misit: congregamini, & aduenite ad eam, exurgite in bellum. Paruulum dedi te in gentibus, contemptibilem in hominibus. Lusio tua molita est tibi, impudentia cordis tui: habitauit cauernas petrarum, apprehendit fortitudinem collis excelsi. Quoniam [κ] exaltauit, quasi aquila nidum suum, inde detraham te. Et erit Idumæa in inuium:

A inuium: omnis præteriens ſuper eam [λ] ſibilabit. Sicut ſubuerſa eſt Sodoma, & Gomorra, & vicinæ eius, dixit Dominus omnipotens; non ſedebit ibi homo, & non habitabit ibi filius hominis. Ecce quaſi leo aſcendet de medio Iordanis, in locum Ætham: quia cito expellam eos ab ea: & iuuenes ſuper eam ſtate. Nam quis, ſicut ego? & quis reſiſtet mihi? Et quis iſte paſtor, qui ſtabit ante faciem meam? Propterea audite conſilium Domini, quod deliberauit ſuper Idumæam, & cogitationem eius, quam cogitauit ſuper habitantes Thæman, ſi non [μ] abripientur minima ouium, ſi non inuia fiet ſuper eos habitatio ipſorum: quoniam à voce ruinæ eorum timuit terra, & clamor maris [ν] non eſt auditus. Ecce, ſicut B Aquila videbit, & extendet alas ſuper munitiones eius. Et erit cor fortium Idumææ in die illa, quaſi cor mulieris parturientis.

[α] Super.] *Hæc vſque ad,* Idumææ hæc dicit Dominus, *in vulgata, & libris, qui cum illa conueniunt, ſunt c.47. & in Compl quidem ſub hoc principio, quod agnoſcitur etiam à Theodoreto,* καὶ ἐγένετο ῥῆμα κυρίου πρὸς ἱερεμίαν τὸν προφήτην ἐπὶ τοὺς ἀλλοφύλους πρὸ τοῦ πατάξαι φαραὼ τὴν γάζαν. τάδε λέγει, *&c.* Et factum eſt verbum Domini ad Hieremiam prophetam ſuper Allophylos, antequam percuteret Pharao Gazam. Hæc dicit, *&c.* [β] Inſularum.] *Apud Theodoretum additur,* καὶ καππαδοκίας, & Cappadociæ. *A Compl. abeſt illud,* καὶ. [γ] Super.] *In multis eſt,* καὶ ἐπὶ, & ſuper. [δ] Idumææ.] *Hæc in vulgata (vt in libris cum ea conuenientibus) ſunt cap.49. à verſu ſeptimo vſque ad verſum 25.* [ε] Demergite.] βαθύνατε, *& videtur ſubintelligendum, quod in aliis, & apud Theodoretum exprimitur,* ἑαυτούς, vos ipſos. [ζ] Vicini mei.] *Apud Theodoretum eſt,* ὤλετο τὸ σπέρμα αὐτοῦ διὰ χειρὸς ἀδελφοῦ, καὶ γείτονες αὐτοῦ, perijt ſemen eius per manum fratris, & vicini eius: *Atque iſta quidem,* καὶ γείτονες αὐτοῦ, *ſunt etiam in aliis quibuſdam.* [*] Faciam viuere, & viduæ.] *Putat Theodoretus dici per ironiam. Schol. ex anonymo,* κατέλιπεν ὀρφανούς σου, καὶ αἱ χῆραί σου εἰς ἐμὲ ἐλπιοῦσιν, reliquit pupillos tuos, & viduæ tuæ in me ſperent, *atque iſtud quidem,* χῆραί σου, *eſt etiam in aliis quibuſdam.* [η] Quibus.] *In nonnullis eſt,* ἰδοὺ οἷς, Ecce quibus, *itemque paulo inferius,* ἰδοὺ μικρὸν, ecce paruulum. [θ] Abſolueris.] *In multis ſequitur,* ὅτι πίνων πίεσαι, quia bibens bibes. [ι] Angelos.] *Schol. ex Cyrillo hæc hoc loco affert,* περιοχὴν dixit, quos Hieremias angelos. Et Symmachus vero edidit ἀγγελίαν. [κ] Quoniam exaltauit.] *Plerique,* ὅτι ὕψωσας, quoniam exaltaſti: *quidam,* ἐὰν ὑψώσῃς, ſi exaltaueris. [λ] Sibilabit.] *In nonnullis eſt,* ἐκστήσεται, καὶ συριεῖ ἐπὶ πάσῃ τῇ πληγῇ αὐτῆς, ſtupebit, & ſibilabit ſuper omni plaga eius. [μ] Abripientur.] *Vide quæ notata ſunt cap. 22.* [ν] Non eſt auditus.] *In quibuſdam eſt,* ἐν θαλάσσῃ ἐξηκούσθη, *aut* ἠκούσθη, in mari auditus eſt: *quam lectionem videtur etiam agnoſcere Theodoretus.*

C

CAP. XXX.

D FILIIS [α] Ammon ſic dixit Dominus: Nunquid filij non ſunt in Iſrael? vel, [β] qui accipiat hæreditate, non eſt eis? Cur hæreditate accepit [γ] Melchol ipſam Galaad, & populus eorum in ciuitatibus eorum inhabitabit? Propterea ecce dies veniunt, ait Dominus, & auditum faciam ſuper [δ] Rabbath tumultum bellorum: & erunt in inuium, & in perditionem: & aræ eius in igne comburentur, & aſſumet Iſrael principatum ſuum. Vlula Eſebon, quia perijt [ε] Gai: Clamate filiæ Rabbath; accingimini ſaccis, & [ζ] plangite, quia Melchol ibit in tranſmigrationem, ſacerdotes eius, & principes eius ſimul. Quid [η] exultatis in campis Enacim? filia impudentiæ, quæ confidiſti in [θ] theſauris, quæ dicebas, quis ingredietur ſuper me? Ecce ego porto timorem ſuper te, ait Dominus, ab omni circuitu tuo: & diſpergemini vnuſquiſque in faciem ſuam: & non eſt, qui congreget.

E IPSI [ι] CEDAR [κ] Reginæ aulæ, quam percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis, ſic dixit Dominus: Surgite, & aſcendite ſuper Cedar, & [λ] implete filios [μ] Cedem. Tabernacula eorum, & oues eorum tollent: veſtimenta eorum, & omnia vaſa eorum, & camelos eorum tollent ſibi. Et vocate ſuper eos perditionem vndique. Fugite, valde demergite vos in ſeſsionem, qui ſedetis in aula: quo-

quoniam consultauit super vos rex Babylonis consilium, & cogitauit cogitationem. Surge, & ascende super gentem tranquillam sedentem in refrigerio, quibus non sunt portæ, [ν] non seræ, non vectes: soli habitant. Et erunt cameli eorum in direptionem: & ventilabo eos omni spiritui [ξ] attonsos ante faciem ipsorum: ex omni [ο] termino eorum afferam euersionem eorum, ait Dominus. Et erit Aula commoratio struthionum, & inuia in seculum: non sedebit ibi homo: & non habitabit ibi filius hominis. [π] DAMASCO. Confusa est Emath, & Arphath, quia audierunt auditum pessimum, obstupuerunt, indignati sunt, requiescere non poterunt. Dissoluta est Damascus: auersa est in fugam: tremor apprehendit [ρ] eam. Quomodo non [σ] reliquit ciuitatem meam, pagum dilexerunt? Propter hoc cadent iuuenes in plateis tuis: & omnes viri bellatores tui cadent, ait Dominus. Et succendam ignem in muro Damasci; & deuorabit biuia filij Ader.

α Filijs Ammon.] *Hæc vsque ad*, ipsi cedar, *in vulgata, & libris græcis cum ea conuenientibus sunt cap. 49. vsque ad versum 7.* β Qui accipiat hæreditate.] *Hoc videtur significare*, διαλαμβανόμενος, *quasi ab alio traditum, & per successionem accipiens Theodoretus interpretatur* διαλαμβανόμενον *pro*, λαμβανόμενον, καὶ ἐπικουρήσοντα ἑαυτῷ, qui suscipit, & adiuuat eos. *Interpres videtur legisse*, ἑαυτὸν, seipsum, *qui vires sumit, & adiuuat seipsum. Symm.* καὶ κληρονόμος οὐκ ἔστιν αὐτῷ; & hæres non est ei? γ Melchol ipsam Galaad.] *Theodoretus*, μελχὸμ, *quod inquit esse idolum filiorum Ammon: ac potest etiam significare*, rex eorum, *In aliquo est*, μολχὸμ τὸν γὰδ, Molchom Gad. *Vulgata*, Melchom Gad. δ Rabbath.] *Apud Theodoretum, & in Complut. additur*, υἱῶν ἀμμὼν, *& in vulgata*, filiorum Ammon. ε Gai.] *Vulgata*, Hai. *In aliquo est*, ἰσχὺς γαΐ, *apud Theodoretum*, ἰσχύς σου, fortitudo tua. ζ Et plangite.] *In quibusdam antecedit*, καὶ ἐπιληπτίσασθε, (*aut*, ἐπιληπτίσασθε, *vt Compl.*) & quasi epileptici æstuate: *in alijs vero non hæc antecedunt, sed sequuntur ista*, καὶ διαδράμετε διὰ τῶν τειχῶν, *quod in vulgata*, & circuite per sepes. *Theodoretus videtur habuisse*, τειχῶν, & discurrite per muros. η Exultatis in campis Enacim.] *In aliquo est tantum*, ἀγαλλιάσῃ ἐν τοῖς πεδίοις, gloriaberis in campis, *in Complut. tantum*, ἀγαλλιάσῃ ἐν ἐμακεὶμ, *quod significat*, vallibus: *quare*, πεδίοις, *&* ἐμακεὶμ, *videri possunt ex duabus esse editionibus. Apud Theodoreti vero interpretem (nam in nostris græcis codicibus non est) sequitur*, effluxerunt campi tui, *quemadmodum in vulgata*, defluxit vallis tua. θ Thesauris.] *In quibusdam additur*, αὐτῆς, tuis, *vel*, suis, *si dicamus*, quæ confidebat. ι Ipsi Cedar.] *Hæc vsque ad*, Damasco, *in vulgata, & libris cum ea conuenientibus sunt in eodem cap. 49. à versu 28 vsque ad 34.* κ Reginæ aulæ.] *Sic etiam Theodoretus, & rationem affert, cur Cedar vocetur regina aulæ. In Compl. est*, καὶ τῇ βασιλίσσῃ, & reginæ aulæ: *in vulgata*, & ad regna Aser. λ Implete.] πλήσατε. *Sed videtur positum pro*, πλήξατε, *quod est in aliquo, id est*, percutite. μ Cedem.] *Theodoretus, quantum refert Scholiastes, Cæteri*, ἀνατολῶν, Orientis, *quod est interpretatio illius. In commentarijs Theodoreti hoc non habetur, sed tantum, Cedma quoque fuisse filium* Ismaelis, *vt Cedar.* ν Non seræ.] *Istud*, οὐ βάλανοι (*quod satis noue hac notione videtur dictum*) *habetur etiam apud Theodoretum: à Compl. abest.* ξ Attonsos.] *Olympiodorus.* Alij libri habent, κεκαρμένους, pro, συγκεχυμένους, confusos. ο Ex omni termino.] *Siue*, confinio, *vt vulgata. Aquila*, ἐκ παντὸς μέρους αὐτῶν, ex omni parte eorum: *Theodotio*, ἐκ πάντων μερῶν αὐτῆς, ex omnibus partibus eius. π Damasco.] *Hæc vsque ad finem capitis in vulgata, & libris cum ea conuenientibus in eodem cap. 49. proxime antecedunt ea, quæ de Cedar dicta sunt, nimirum à versu 23 vsque ad versum 28.* ρ Eam.] *In Complut. & magna ex parte apud Theodoretum hæc adduntur*, στένωσις, καὶ ὠδῖνες κατέσχον αὐτὴν, ὡς τικτούσης, angustia, & dolores tenuerunt eam, quasi parturientem, *vt vulgata.* σ Reliquit.] *Sic etiam Theodoretus, sed paulo post habet*, ἠγάπησε, dilexit. *In alijs est*, ἐγκατέλιπον, reliquerunt, *in Compl. vero*, ἐγκατέλιπε πόλιν αἰνετὴν, κώμην ἠγαπημένην, reliquit ciuitatem laudabilem, villam dilectam.

CAP. XXXI.

AD Moab sic dixit [α] Dominus: Væ super Nabau, quia perijt: capta est Cariathæm: Confusa est [β] Amath, & Agath. Non est vltra [γ] medicamen Moab, exultatio in Esebon: [δ] Cogitauit super eam mala: [ε] excidimus eam de gente: & quiete quiescet. Post te vadet gladius: quia vox clamantium ex Oronæm: perditio, & contritio magna. Contrita est Moab: annũciate in [ζ] Zogoram: quia repleta est Aloth in ploratu. Ascendet plorans in via Oronæm: clamorem contritionis [η] audistis: fugite, & saluate animas vestras: & eritis quasi asinus

A asinus agrestis in deserto. Quoniam confidisti in [θ] munitione tua; & tu capieris: & egredietur Chamos in transmigrationem, & sacerdotes eius, & principes eius simul: & veniet vastatio super vniuersam ciuitatem: [ι] non saluabitur: & peribit vallis, & exterminabitur campestris, sicut dixit Dominus. Date [κ] signa Moab; quia tactu tangetur: & omnes ciuitates eius in inuiũ erunt. [λ] Vnde habitator ei? Maledictus, qui facit opera Domini negligenter, [μ] qui subtrahit gladium suum à sanguine. Quieuit Moab à paruulo, & fidens erat super gloria sua, non effundebat de vase in vas, & in transmigrationem non abijt. Ideo mansit gustus eius in ipso: & odor eius non defecit. Propterea ecce dies eius veniunt, ait Dominus: &
B mittam ei [ν] sternentes; & sternent eum, & vasa eius comminuent, & [ξ] cornua eius concident: & confundetur Moab à Chamos: sicut confusa est domus Israel à Bæthel spe [ο] sua. Fidentes in ipsis, quomodo dicetis, fortes sumus, & homo vallidus ad bellica? Perijt Moab ciuitas eius: & electi iuuenes eius descenderũt in [π] occisionem. Prope est dies Moab ad veniendum: & malitia eius velox valde. [ρ] Mouete ei omnes, qui in circuitu eius, omnes [σ] edite nomen eius: dicite: quomodo contritus est baculus gloriosus, virga magnificentiæ? Descende de gloria, & sede in humilitate [τ] sedens. Dæbon exteretur: quia perijt Moab: ascendit ad te vastans munitionem tuam. In via sta, & prospice sedens in Arer, & in-
C terroga fugientem, & euadentem, & dic, Quid factum est? Confusus est Moab, quoniam contritus est. Vlula, & clama, annuncia in Arnon, quia perijt Moab, & iudicium venit in terram Misor super Chelom, & Rephas, & Mophas, & super Dæbon, & super Nabau, & super domũ Dæthlathæm, & super Cariathæm, & super domum Gæmol, & super domum Maon, & super Carioth, & super Bosor, & super omnes ciuitates Moab, quæ procul, & quæ prope. Confractum est cornu Moab, & brachium eius contritum est. Inebriate eum, quia super Dominum se magnificauit: & [υ] pulsabit Moab in manu sua: & erit in risum etiam ipse: & [φ] quidem in derisum erat tibi Israel, & in furtis tuis inuentus est, quia oppu-
D gnabas [χ] eũ. Reliquerunt ciuitates, & habitauerunt in petris habitatores Moab: facti sunt quasi columbæ nidificantes in petris, ore foueæ. Et audiui contumeliam Moab (contumeliosus est valde,) contumeliam eius, & superbiam eius. Et exaltatum est cor eius: ego autem cognoui opera eius: [ψ] non quod satis ei erat, nõ sic fecit. Ideo super Moab vlulate vndique. Clamate super [ω] viros [αα] tonsos squaloris: quasi plorationem Iazer plorabo tibi vitis [ββ] Aserema: propagines tuæ transierunt mare; ciuitates Iazer attigerunt: super tempus fructuum tuorum, super vindemias tuas pernicies irruit. [γγ] Corrasum est gaudium, & lætitia de Moabitide. Et vinum erat in torcularibus tuis: mane non calcarunt, & vespere non fecerunt [δδ] hæde. A clamore Esebon [εε] vsque Ætham ciuitates ip-
E sorum dederunt vocem suam, à Zogor vsque Oronæm, & [ζζ] Angeliam Salasia: quoniam & aqua Nebrin in combustionem erit. Et disperdam Moab, ait Dominus, ascendentem super aram, & adolentem Dijs eius. Idcirco cor Moab, quasi tibiæ bombos edent: cor meum super viros tonsos, quasi tibia sonabit: ideo, quæ acquisiuit, perierunt ab homine. Omne caput in omni loco radent: & omnis barba radetur, & omnes manus incidentur, & super omnem lumbum cilicium; & super omnia tecta Moab, & in plateis [ηη] eius: quia contriui, ait Dominus, tanquam vas, cuius non est vsus eius. Quomodo commutauit, quomodo vertit

vertit dorſum Moab? Confuſus eſt, & factus eſt Moab in riſum, & odium omnibus, qui in circuitu eius. Quia ſic dixit [θθ] Dominus: capta eſt Carioth, & munitiones occupatæ [ιι] ſunt: & peribit Moab à turba; quia ſuper Dominum ſe magnificauit. Laqueus, & timor, & fouea ſuper te, qui ſedes [κκ] Moab. Quia fugit à facie timoris, incidet in foueam: & qui aſcendit de fouea, & capietur in laqueo: quoniam inducam hæc ſuper Moab in anno viſitationis [λλ] eius.

α Dominus.] *Hoc caput in vulgata eſt caput 48. vſque ad verſum 45. itemque in libris, qui cum ea conueniunt. Apud Theodoretum quidem, & in Compl. hæc adduntur,* τῶν δυνάμεων ὁ θεὸς ἰσραὴλ, virtutum, Deus Iſrael. β Æmath, & Agath.] *In nonnullis, & apud Theodoretum,* μασιγὰθ, καὶ ἠπίσθη, Maſigath, & victa eſt. *In quibuſdam pro,* Maſigath, *eſt,* ὀχύρωμα, *aut,* κραταίωμα, munitio, fortitudo: *quod videri poteſt illius interpretatio.* γ Medicamen Moab, exultatio.] *Sic etiam Theodoretus. In Compl. tantum eſt* γαυρίαμα μωὰβ ἐν ἐσεβὼν, exultatio Moab in Eſebon. δ Cogitauit.] *In multis eſt,* ἐλογίσαντο, cogitauerunt. ε Excidimus.] *Alij,* δεῦτε, καὶ ἐκκόψωμεν, venite, & excidamus. ζ Zogoram.] *Theodoretus accipit tanquam nomen ciuitatis. Alij putant eſſe vocem factam ex dictione hebraica, quæ ſignificat paruulos.* η Audiſtis.] *In aliquo eſt,* ἤκουσα, audiui. θ Munitione tua.] *In multis, & apud Theodoretum eſt,* ἐν ὀχυρώμασί σου, in munitionibus tuis: *in Complut. autem adiungitur,* καὶ ἐν τοῖς θησαυροῖς σου, & in theſauris tuis. ι Non ſaluabitur.] *In quibuſdam antecedit,* καὶ πόλις, & ciuitas nulla ſaluabitur. κ Signa.] *Affert aliqua Theodoretus ad huius loci explicationem. Aquila,* ἄνθος, florem, *vt vulgata: Symmachus,* βλάστημα, germen. *Alij vertunt alam.* λ Vnde habitator eit.] *Pro his in Compluten. eſt,* διὰ τὸ μὴ εἶναι οἰκοῦντα ἐν αὐτῇ, eo quòd non ſit, qui habitet in ea. *Apud Theodoretum vtraque coniunguntur, hæc antecedunt, noſtra ſequuntur.* μ Qui ſubtrahit.] *In Complut. & apud Theodoretum,* καὶ ἐπικατάρατος ὁ ἐξαίρων, & maledictus, qui ſubtrahit. ν Sternentes.] *Symmachus,* καὶ στρώσουσιν αὐτὸν καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἐκκενώσουσιν, & exhaurient eum, & vaſa eius euacuabunt. ξ Cornua.] *In aliquo libro eſt,* τὰ κεράσματα αὐτοῦ συντρίψουσι, pocula eius conterent. *Origenes,* τὰ κεράσματα, tanquam in vino dicta. *Aquila edidit* κεράτα, quod quidem antiquum poculi genus erat: cornubus enim bibebant: vnde etiam remanſit conſuetudo dicendi κεράσαι, quaſi ſcilicet e cornu miſcere. *Scholion Olympiodori,* τὴν δόξαν, gloriam. ο Spe ſua. Fidentes in ipſis.] *Aut,* ἑαυτοῖς, ſeipſis, *aut,* vobis ipſis, *vt aliqui, aut,* αὐτῇ, ea, *vt Theodoretus qui non habet illud,* ſpe ſua: *quare videri poſſunt duæ interpretationes.* π Occiſionem.] *In Complut. ſequitur,* λέγει βασιλεύς, κύριος τῶν δυνάμεων ὄνομα αὐτῷ, ait rex: Dominus exercituum nomen eius, *vt vulgata.* ρ Mouete ei.] *Eſt hebraiſmus, & valet,* compatimini ei. *In alijs eſt,* αὐτὸν, mouete eum. σ Edite nomen.] *Nonnulli,* εἰδότες ὄνομα, qui ſcitis nomen. τ Sedens. Dæbon exteretur.] *In Complut. eſt,* καθημένη θυγάτηρ δαιβὼν, ſedens filia Dæbon. υ Pulſabit.] *Apud Theodoretum, & in Compl. eſt.* ἐπικροτήσει, applaudet. φ Quidem.] καὶ εἰμὴν, *videtur, vt alibi, dictum pro,* καὶ μὴν, *quod eſt in aliquo. Non bene enim in Complut.* καὶ ἐμὴν. χ Eum.] *Apud Theodoretum ſequitur,* Propter ipſum migrabis: *quod aliqua ex parte reſpondet vulgatæ.* ψ Non quod ſatis ei erat, non ſic fecit.] *Theodoretus,* Non iuxta ſufficientiam eius, (*id eſt opinionem, quam de ſeipſo habebat*) ſic & brachia eius. Non ita fecit. ω Viros.] *Apud Theodoretum additur,* τῶν τειχέων, murorum. αα Tonſos ſqualoris.] κουρέας αὐχμοῦ. *Theodoretus.* Syrus. κεφαλαὶ αὐτῶν κεκαρμέναι, καὶ οἱ πώγωνες αὐτῶν ἐξυρημένοι, capita eorum raſa, & barba eorum raſa. *In Compl. ſunt dictiones hebraicæ,* κείρ ἀρὰς, *quæ in vulgata exponuntur,* muri fictilis: *alij putant locorum eſſe nomina.* ββ Aſerema.] *Nonnulli,* σεβαμά. *Complut.* σεβαμὰ, Sabama, *vt vulgata.* γγ Corraſum eſt.] *Aut,* ablatum. *Vide, quæ notata ſunt cap 22. Complut* συνετρίβη, contractum eſt. δδ Hæde.] αἰδὲ *Videtur omnino veſtigium dictionis hebraicæ, quæ in Compl. eſt,* αἰδὲδ, *& in vulgata exponitur,* celeuma. *Theodoretus habet,* οὐδὲν, quicquam, *& hæc affert:* Hoc Syrus ita eſt interpretatus, οὐκ ἔτι οἱ λινοβατοῦντες κελεύσουσι λέγοντες ἰά, ἰά, non vltra calcantes torcular inclamabunt dicentes Eia, eia. *eadem varietas eſt paulo inferius.* εε Vſque Ætham ciuitates ipſorum.] *In cæteris eſt,* ἕως ἐλεαλὴ, καὶ ἕως ἰασσὰ ἕως ἐτὰθ αἱ πόλεις αὐτῶν, vſque Eleale, & vſque Iaſſa, vſque Etath ciuitates ipſorum. *A Compl. abſunt iſta,* vſque Etath ciuitates ipſorum. ζζ Et Angeliam Salaſia.] καὶ ἀγγελίαν σαλασία. *Quamuis illud* ἀγγελίαν *videatur inflexum ad normam græcam, atque ideo ſignificare poſſit nuncium; ſunt tamen veſtigia dictionum hebraicarum, quæ in vulgata exponuntur,* vitulam conternantem. *In Compl. paulo aliter ſcribuntur,* καὶ ἐγγλὰ σελισία. ηη Eius.] *Ita etiam Compl. In alijs ſequitur,* ὅλαις κοπετός, vniuerſis planctus. *Theodoretus non habet,* ὅλαις. θθ Dominus.] *In cæteris hæc adiunguntur,* ἰδοὺ ὡς ἀετὸς ὁρμήσει, καὶ ἐκπετάσει χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ μωάβ. Ecce quaſi aquila impetum faciet, & expandet manus ſuas ſuper Moab. *Complut.* ὡς ἀετὸς πετάσεται, καὶ ἐκτενεῖ τὰς πτέρυγας αὐτοῦ εἰς μωάβ, ſicut Aquila, volabit, & extendet alas ſuas ad Moab. *Theodoretus priorem partem habet, vt cæteri, poſteriorem, vt Compluten.* ιι Sunt.] *In alijs hæc ſequuntur, quæ agnoſcuntur etiam à Theodoreto,* καὶ ἔσται ἡ καρδία μωάβ (*Ita etiam Theodoretus, at Compl.* δυνατῶν μωάβ) ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, ὡς καρδία γυναικὸς ὠδινούσης, & erit cor ipſius Moab, (*al.* potentium Moab) in die illa, quaſi cor mulieris parturientis. κκ Qui ſedes Moab.] *Subintelligenda eſt præpoſitio, quæ in alijs exprimitur,* ἐπὶ μωάβ, in Moab. *Ita etiam cap. ſequenti,* καθημένη τὴν γλῶ... λλ Eius.] *In Compl. Hæc ſubiunguntur, magna ex parte etiam à Theodoreto allata,* λέγει κύριος. ἐν σκιᾷ ἐσεβὼν ἔστησαν ἀπὸ δυνάμεως φυγόντες, ὅτι πῦρ ἐξῆλθεν ἀπὸ ἐσεβὼν, καὶ φλὸξ ἀπὸ μέσου σηὼν, καὶ κατέφαγεν τὸ κλίτος μωάβ, καὶ τὴν κορυφὴν υἱῶν σηὼν. οὐαί σοι μωάβ, ἀπώλετο ὁ λαὸς χαμὼς, ὅτι ἔλαβον τοὺς υἱούς σου, καὶ τὰς θυγατέρας σου εἰς αἰχμαλωσίαν. καὶ ἐπιστρέψω αἰχμαλωσίαν τὸ μωάβ ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις, λέγει κύριος. ἕως τούτου τὸ κρίμα τῆς μωάβ, ait Dominus. In vmbra Eſebon ſteterunt ab exercitu fugientes: quia ignis egreſſus eſt de Eſebon, & flamma de medio Seon, & deuorauit latus Moab, & verticem filiorũ Saon. Væ tibi Moab: periit populus Chamos: quia comprehenderunt filios tuos, & filias tuas in captiuitatẽ. Et conuertã captiuitatẽ Moab in nouiſsimis diebus, ait Dominus. Hucuſque iudiciũ Moab.

CAP.

CAP. XXXII.

A

SIC [α] dixit Dominus Deus Iſrael. Sume calicem vini meri huius de manu mea, & potare facies omnes gentes, ad quas ego mitto te ad eos. Et bibent, & euoment, & inſanient à facie gladij, quem ego mitto inter eos. Et accepi calicem de manu Domini, & propinaui gentibus, ad quas miſit me Dominus ad eas, Hieruſalem, & ciuitatibus Iuda, & regibus Iuda, & principibus eius, ad ponendum eas in deſolationem, & in ieiunium, & in [β] ſibilum: Et Pharaoni regi Ægypti, & pueris eius, & principibus eius, & omni populo eius, & omnibus [γ] miſtitijs, & omnibus regibus Allophylorum, & Aſcaloni, & Gazæ, & Acearon, & reliquijs Azoti, & Idumææ, & Moabitidi, & filijs Ammon, & regibus Tyri, & regibus Sidonis, & regibus, [δ] qui trans mare, & Dædan, & Thæman, & [ε] Rhos, & omni circuntonſo ſecundum faciem [ζ] ſuam, & omnibus miſtitijs habitantibus in [η] deſerto, & omnibus regibus Ælã, & omnibus regibus [θ] Perſarum, & omnibus regibus à Subſolano, qui longe, & qui prope, vnicuique aduerſus proximum ſuum, & omnibus regnis, quæ ſuper faciem terræ. Et dices eis: Sic dixit Dominus omnipotens: Bibite, inebriamini, & vometis, & cadetis: & non reſurgatis à facie gladij, quem ego mitto inter vos. Et erit, cum noluerint accipere calicem de manu tua, vt bibant; & dices: Sic dixit Dominus: Bibentes bibetis: quia in ciuitate, in qua nominatum eſt nomen meum ſuper eam, ego incipio affligere: & [κ] vos munditia non mundabimini. Gladium enim ego voco ſuper omnes ſedentes ſuper terram. Et tu prophetabis ad eos verba hæc, & dices: Dominus de excelſo reſponſum dabit: de ſancto ſuo dabit vocem ſuam: verbum reſpondebit ſuper locum ſuum. Illi [λ] autem, quaſi vindemiantes reſpondebunt: & ſuper habitatores terræ venit interitus, Super partem terræ; quoniam iudicium Domino in gentibus: iudicatur ipſe cum omni carne: impij autem dati ſunt in gladium, dicit Dominus. Sic dixit Dominus: Ecce mala veniunt de gente in gentem: & tempeſtas magna egreditur ab extremo terræ: & erunt vulnerati à Domino in die Domini, de parte terræ, & vſque ad partem terræ: [μ] non defodientur: in ſterquilinia ſuper faciem terræ erunt. [ν] Vlulate paſtores, & clamate, & plangite arietes ouium: quia completi ſunt dies veſtri ad interfectionem, & cadetis, quaſi arietes electi: & peribit fuga à paſtoribus, & ſalus ab arietibus ouium. Vox clamoris paſtorum, & vlulatus ouium, & arietum: quia vaſtauit Dominus paſcua eorum: & ceſſabunt [ξ] reſidua pacis à facie iræ furoris mei. Dereliquit quaſi leo diuerſorium ſuum: quia facta eſt terra eorum in inuiũ, à facie gladij magni.

B

C

D

E

α Sic.] *Hoc caput in vulgata eſt 25. à verſu 15. ad finem vſque capitis, itemque in libris cum ea conuenientibus.* β Sibilum.] *In Compl. & apud Theodoretum additur,* καὶ εἰς κατάραν, ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, & in maledictionem, ſicut dies hæc. γ Miſtitijs.] *Ita enim S. Hier. ex lxx. In Complul. autem, & apud Theodoretum (licet fortaſſe non eodem prorſus loco) additur,* καὶ πάντας τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς Ὥς, & cunctis regibus terræ Hus: *quem verſiculum inquit S. Hieron. in lxx. non haberi, & Theodotionem pro Hus interpretatum eſſe inſulam.* δ Qui trans mare.] *Victor:* Cæteri interpretes ediderunt, τῆς νήσου, inſulæ: *ſed in hebræo, & vulgata eſt vtrumque.* ε Rhos.] *In Compl. & apud Theodoretum* Βοὺζ, *& vulgata,* Buz: *& inquit Theodoretus eſſe Perſicam gentem.* ζ Suam.] *In iiſdem ſequitur,* καὶ πάντας τοὺς βασιλέας Ἀραβίας, & cunctis regibus Arabiæ: *quæ negat S. Hier. in lxx. eſſe.* η Deſerto.] *In iiſdem additur,* καὶ πάντας τοὺς βασιλεῖς Ζαμβρὶ, & cunctis regibus Zamri, *vt S. Hier. in ſua: quæ tamen teſtatur in lxx. non eſſe.* θ Perſarum.] *In Complut. eſt,* Μήδων, Medorum, *vt vulgata. Apud Theodoretum eſt,* Medorum, ac Perſarum. ι Terræ.] *In iiſdem additur,* καὶ βασιλεὺς Σεσὰχ πίεται μετ' αὐτούς, & rex Seſach bibet poſt eos, *vt S. Hier. in ſua: qui tamen teſtatur hoc in lxx. non eſſe.* κ Et vos munditia non

 munda-

mundabimini.] *Compluten.* καὶ ὑμεῖς καθαρισμῷ οὐ μὴ καθαρισθῆτε, οὐ καθαρισθήσεσθε. *Sed ex Theodoreto, & S. Hieronymo videtur potius legendum,* καὶ ὑμεῖς καθαρισμῷ, (*aut* καθάρσει) καθαρισθήσεσθε; οὐ μὴ καθαρισθῆτε. *Ita enim S. Hieron. ex lxx.* & vos munditia mundi eritis? non eritis mundi. λ Illi autem.] οἱ δὲ. *Sic videntur habuisse allegorici interpretes, quorum explanationem refert S. Hieron. Sed etiam hoc loco putamus fuisse retentam dictionem hebraicam, quæ capite superiore scripta est* αἰδὲ, *aut* αἰδὰδ, *& in vulgata hic etiam vertitur celeuma: pro quo S. Hier. inquit Symmachum dixisse,* κατάληγμα. *Aquilam* ἰασμὸν, *(sed fortasse subest mendum aliquod in istis verbis,) & putat significari lugubre carmen. Theodoretus habet,* καὶ οἱ δὲ, ὥσπερ οἱ ληνοβατοῦντες ἀποκριθήσονται, ἐπὶ πάντας τοὺς καθημένους ἐπὶ τῆς γῆς. Illi autem, quasi vinitores respondebunt super omnes habitatores terræ. *Deinde quasi ex alio principio,* ἥκει ὄλεθρος. *Interpres Theodoreti aliter videtur habuisse.* μ Non defodientur.] *Plura non videtur habuisse Theodoretus. In Compluten. hæc antecedunt,* οὐ μὴ θρηνηθῶσι, καὶ οὐ μὴ συναχθήσονται, καὶ οὐ μὴ κατορυγῶσιν, *quod vulgata,* non plangentur, & non colligentur, neque sepelientur. ν Vlulate.] *Notat S. Hier. hoc tantum loco, & sequenti lxx. vsos esse dictione, quæ alibi solet significare iubilum. Sed de hoc alibi notatum est.* ξ Residua.] κατάλοιπα. *Si esset,* καταλύματα, habitacula: *responderet hebræo. In alijs, & apud Theodoretum est* καλὰ, *& apud Sanctum Hieronymum, vt videtur, ex lxx.* speciosa. *Quod autem in nostra paulo post legitur,* κατάλημμα, *erratum Typographi est, & reponendum,* κατάλυμα.

CAP. XXXIII.

IN ᵃ principio regis Ioacim filij Iosiæ factum est verbum istud à Domino. Sic dixit Dominus: Sta in atrio domus Domini: & respondebis omnibus Iudæis, & omnibus venientibus adorare in domo Domini, vniuersos sermones, quos mandaui tibi respondere eis: noli subtrahere verbum. Fortasse audient, & auertentur vnusquisque à via sua mala: & cessabo à malis, quæ ego cogito facere eis propter pessima studia eorum. Et dices: Sic dixit Dominus, Si non audieritis me, ambulando in legitimis meis, quæ dedi ante faciem vestrã, exaudiendo verba puerorum meorum prophetarum, quos ego mitto ad vos diluculo, & misi, & non audistis me; & dabo domum hanc sicut Selo; & ciuitatem dabo in maledictionem cunctis gentibus vniuersæ terræ. Et audierunt sacerdotes, & pseudoprophetæ, & vniuersus populus Hieremiam loquentem verba hæc in domo Domini. Et factum est, cum Hieremias consummasset loquens omnia, quæ præceperat ei Dominus loqui vniuerso populo, & apprehenderunt eum sacerdotes, & pseudoprophetæ, & omnis populus, dicens: morte moriaris; quia prophetasti nomine Domini, dicens: Sicut Selo, erit domus hæc: & vrbs ista desolabitur ab habitantibus. Et conuenit Ecclesia vniuersi populi super Hieremiam in domo Domini. Et audierunt principes Iuda verbum hoc: & ascenderunt de domo regis in domum Domini: & sederunt in vestibulis ᵇ portæ nouæ. Et dixerunt sacerdotes, & pseudoprophetæ ad principes, & omni populo: Iudicium mortis homini huic, quia prophetauit aduersus ciuitatem istam: sicut audistis in auribus vestris. Et dixit Hieremias ad principes, & omni populo, dicens: Dominus misit me prophetare super domum istam, & super ciuitatem hanc omnia verba, quæ audistis. Et nunc meliores facite vias vestras, & opera vestra, & audite vocem Domini: & cessabit Dominus à malis, quæ loquutus est super vos. Et ecce ego in manibus vestris: facite mihi, sicut expedit, & sicut melius vobis. Verumtamen cognoscentes cognoscetis; quòd si occideritis me; sanguinem innocentem datis super vos, & super ciuitatem hanc, & super habitatores eius: Quia in veritate misit me Dominus ad vos loqui in aures vestras omnia verba hæc. Et dixerunt principes, & omnis populus ad sacerdotes, & ad pseudoprophetas: Non est homini huic iudiciũ mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locutus est

A tus est ad nos. Et surrexerunt viri de senioribus terræ; & dixerunt omni synagogæ populi: Michæas Morathites fuit in diebus Ezeciæ regis Iuda, & dixit omni populo Iuda: Sic dixit Dominus: Sion, quasi ager arabitur: & Hierusalem γ in inuiam erit, & mons domus in lucum syluæ. Nunquid interficiens interfecit eum Ezecias, & omnis Iuda? Nonne δ quia timuerunt Dominum, & quia deprecati sunt faciem Domini; & cessauit Dominus à malis, quæ loquutus fuerat super eos? Et nos fecimus mala magna super animas nostras. Et homo fuit prophetans nomine Domini, Vrias filius Samææ de Cariathiarim, & prophetauit de terra hac iuxta omnia verba Hieremiæ: & audiuit rex Ioacim, & omnes prin B cipes omnia verba eius. Et quærebant interficere eum: & audiuit ε Vrias, & ingressus est in Ægyptum. Et emisit rex viros in ζ Ægyptum: & eduxerunt eum inde, & adduxerunt eum ad regem: & percussit eum in gladio: & proiecit eum in monumentum filiorum populi sui. Veruntamen manus Achicam filij Saphan erat cum Hieremia, vt non traderetur in manus populi, ne interficerent eum.

α In principio.] *Hoc in vulgata, & libris cum ea conuenientibus est cap. 26.* β Portæ nouæ.] *Ceteri,* πύλης κυρίου τῆς καινῆς, portæ Domini nouæ, *vt vulgata.* γ In inuiam.] *In cæteris,* ὡς (*aut,* εἰς) ὀπωροφυλάκιον, quasi pomorum custodia, *vt Mich. cap. 3.* δ Quia timuerunt Dominum, & quia.] *Istud* ὅτι, *vtroque loco abest à Compl.* ε Vrias.] *In eadem additur,* καὶ ἐφοβήθη, καὶ ἔφυγε, & timuit, & fugit. ζ Ægy-
C ptum.] *In eadem subiungitur,* Ἐλιακὶμ υἱὸν Ἀχοβώρ, καὶ ἄνδρας μετ' αὐτοῦ εἰς τὴν Αἴγυπτον, Eliacim filium Achobor, & viros cum eo in Ægyptum: *quæ negat S. Hier. in lxx. haberi.*

CAP. XXXIV.

SIC α dixit Dominus: Fac tibi vincula, & β catenas, & circumpone circa collum tuum: & mittes ea ad regem Idumææ, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis in manibus nunciorum eorum venientium in γ occursu suo in Hierusalem ad Sedeciam regem Iuda. Et præcipies eis ad dominos suos dicere: sic dixit Dominus Deus D Israel: Sic dicetis ad dominos vestros: δ Quia ego feci terram in fortitudine mea magna, & in ε brachio meo excelso: & dabo eam, cuicumque visum fuerit in oculis meis. Dedi terram Nabuchodonosor regi Babylonis ζ ad seruiendum ei, & bestias agri ad operandum ei. η Et gens, & regnum, quicumque non iniecerint collum sub iugum regis Babylonis; in θ gladio, & in fame visitabo eos; donec deficiant in manu eius. Et vos nolite audire pseudoprophetas vestros, & qui diuinant vobis, & qui somniant vobis, & auguria vestra, & maleficos vestros, qui dicunt: non operabimini regi Babylonis; quia mendacia ipsi prophetant vobis, ad elōgandos vos à terra ι vestra. Et gens, quæ iniecerit ceruicem E suam sub iugo regis Babylonis, & operata fuerit ei; & relinquam eam in terra sua: & operabitur ei, & inhabitabit in ea. Et ad Sedeciam regem Iuda loquutus sum iuxta omnia verba hæc, dicens: Inijcite collum κ vestrum, & operamini regi Babylonis. Quia iniqua ipsi prophetant vobis: quia non misi eos, ait Dominus: & prophetant nomine meo super iniquo, ad perdendos vos. Et peribitis vos, & prophetæ vestri, qui prophetant vobis super iniquo mendacia. Vobis & omni populo huic, & sacerdotibus loquutus sum, dicens: Sic ait Dominus. Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, dicentes: Ecce vasa

domus Domini reuertentur de [μ] Babylone: quia iniqua ipsi prophetant vobis: [ν] non misi eos. Si prophetæ sunt, & si est verbum Domini in eis; occurrant [ξ] mihi: quia sic dixit Dominus. Et reliqua vasa, quæ non tulit rex Babylonis, quando transtulit Iechoniam de Hierusalem, in Babylonem intrabunt, dicit Dominus.

α Sic dixit.] *Hoc in vulgata, & libris cum ea conuenientibus est caput 27. In Compl. autem, & apud Theodoretum hæc antecedunt,* ἐν ἀρχῇ τῆς βασιλείας ἰωακὶμ υἱοῦ ἰωσίου βασιλέως ἰούδα ἐγένετο τὸ ῥῆμα τοῦτο πρὸς ἱερεμίαν παρὰ κυρίου, λέγων. In principio regni Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, factum est verbum hoc ad Hieremiam à Domino, dicens: *quæ negat S. Hier. esse in lxx.* β Catenas.] κλοιούς, *quod interdum torques, interdum numellas significat, & S. Hier. inquit sermone vulgari vocari boias.* γ In occursu suo.] *Hæc absunt à Compl. vt à vulgata nostra. Schol. ex anonymo.* Istud εἰς ἀπάντησιν αὐτῶν, obelo quidem notatum est; sed hoc visum est significare, εἰς πρεσβείαν αὐτῶν, ad legationem suam. δ Quia ego feci terram.] *Illud* ὅτι, *abest à Theodoreto, & Compl. In ijsdem vero hæc adduntur,* καὶ τοὺς ἀνθρώπους. (*Theodoretus* ἱερεῖς, *sed videtur erratum*) καὶ τὰ κτήνη τὰ ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς, & homines, & iumenta, quæ super faciem terræ. ε Brachio.] ἐπιχείρῳ, *quod in cæteris,* βραχίονι. ζ Ad seruiendum ei.] *Apud Theodoretum,* ἐν χειρὶ ναβουχοδονόσορ βασιλέως τῆς βαβυλῶνος δούλου μου, in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei. η Et gens, & regnum quicumque non iniecerint.] *In Compluten. est,* καὶ τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ τῷ υἱῷ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ ἕως τοῦ ἐλθεῖν καιρὸν τῆς γῆς αὐτοῦ, καὶ γε αὐτοῦ. καὶ δουλεύσουσιν αὐτῷ ἔθνη πολλά, καὶ βασιλεῖς μεγάλοι. καὶ τὸ ἔθνος, καὶ ἡ βασιλεία, ὅσοι ἂν μὴ ἐδούλευσαν ναβουχοδονόσορ βασιλεῖ τῆς βαβυλῶνος, καὶ ὅσοι ἂν μὴ ἐμβάλωσιν, & filio eius, & filio filij eius, donec veniat tempus terræ eius, & ipsius. Et seruient ei gentes multæ, & reges magni. Gens autem, & regnum, quicumque non seruierint Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicumque non iniecerint, *&c. quæ respondent vulgatæ, & pleraque referuntur à Theodoreto. Sed S. Hier. negat haberi in lxx.* θ Gladio.] *In Compl. additur,* καὶ ἐν λοιμῷ, & in peste: *vulgata,* & fame, & peste. ι Vestra.] *In Compl. adiungitur,* καὶ ἵνα ἐκβάλω ὑμᾶς, καὶ ἀπολεῖσθε, & vt eijciam vos, & peribitis. κ Vestrum.] *In Compl. hæc sequuntur,* ὑπὸ ζυγῷ τοῦ βασιλέως βαβυλῶνος, καὶ ἐργάσασθε αὐτῷ, καὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ, καὶ ζῆτε. ἵνα τί ἀποθνήξεσθε σύ, καὶ ὁ λαός σου ἐν μαχαίρᾳ, καὶ ἐν λιμῷ, καὶ ἐν λοιμῷ, ὡς ἐλάλησε κύριος κατὰ ἔθνους, ὃ οὐκ ἐδούλευσε τῷ βασιλεῖ βαβυλῶνος; μὴ ἀκούσητε τὰ ῥήματα τῶν προφητῶν, λεγόντων ὑμῖν, μὴ δουλεύητε τῷ βασιλεῖ βαβυλῶνος, ὅτι ἄδικα, *&c.* sub iugo regis Babylonis: & operabimini ei, & populo eius, & viuite. Quare moriemini tu, & populus tuus in gladio, & in fame, & in peste, sicut loquutus est Dominus contra gentem, quæ nō seruierit regi Babylonis? Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis; Nolite seruire regi Babylonis, *quæ testatur S. Hieron. in lxx. non haberi.* λ Vobis, & omni populo huic, & sacerdotibus.] *In Compl. est,* καὶ τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τῷ λαῷ τούτῳ, *quod in vulgata,* & ad sacerdotes, & ad populum istum. μ Babylone.] *In Compl. additur,* νῦν ταχέως, nunc cito: *quod negat S. Hier. esse in lxx.* ν Non misi eos.] *Pro his in Complut. est,* μὴ ἀκούετε αὐτῶν, ἀλλὰ δουλεύετε τῷ βασιλεῖ τῆς βαβυλῶνος, καὶ ζῆτε. ἵνα τί ἔσται αὕτη ἡ πόλις εἰς ἐρήμωσιν; Nolite audire eos, sed seruite regi Babylonis, & viuite. Quare erit hæc ciuitas in desolationem? *quæ item in lxx. non esse testatur S. Hieron.* ξ Occurrunt mihi, quia sic dixit Dominus.] *Pro his vsque in finem, quæ sola posuisse lxx sensum magis, quàm verba spectantes dicit S. Hieronymus, ista habentur in Compluten.* ἀπαντησάτωσάν μοι, ἵνα μὴ εἰσενεχθήσωνται τὰ σκεύη τὰ καταλειφθέντα ἐν οἴκῳ κυρίου, καὶ ἐν οἴκῳ τοῦ βασιλέως ἰούδα, καὶ ἱερουσαλὴμ εἰς βαβυλῶνα. ὅτι οὕτως εἶπε κύριος περὶ τῶν στύλων καὶ περὶ τῆς θαλάσσης, καὶ περὶ τῶν μεχωνὼθ, καὶ πρὸς τὰ ἐπίλοιπα σκευῶν τὰ καταλειφθέντα ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, ἃ οὐκ ἔλαβε βασιλεὺς βαβυλῶνος, ὅτε ἀπῴκισε τὸν ἰεχονίαν υἱὸν ἰωακὶμ βασιλέως ἰούδα ἐξ ἱερουσαλὴμ εἰς βαβυλῶνα, καὶ πάντας τοὺς ἄρχοντας ἰούδα, καὶ ἱερουσαλήμ. ὅτι τάδε λέγει κύριος τῶν δυνάμεων ὁ θεὸς ἰσραὴλ περὶ τῶν σκευῶν τῶν καταλειφθέντων ἐν οἴκῳ κυρίου, καὶ ἐν οἴκῳ βασιλέως ἰούδα, καὶ ἱερουσαλήμ. εἰς βαβυλῶνα εἰσελεύσονται, καὶ ἐκεῖ ἔσονται ἕως τῆς ἡμέρας τῆς ἐπισκέψεως αὐτῶν, καὶ ἀνάξω αὐτά, καὶ ἀναστρέψω αὐτὰ εἰς τὸν τόπον τοῦτον, Occurrant mihi, vt non inferantur vasa, quæ derelicta fuerant in domo Domini, et in domo regis Iuda, et Hierusalem, in Babylonem. Quia sic dixit Dominus de columnis, et de mari, & de Mechonoth, & ad reliqua vasorum, quæ remanserunt in ciuitate hac, quæ non tulit rex Babylonis, quando transtulit Iechoniam filium Ioacim regem Iuda à Hierusalem in Babylonem, & omnes principes Iuda, & Hierusalem. Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel de vasis, quæ derelicta sunt in domo Domini et in domo regis Iuda, et Hierusalem: In Babylonem intrabunt, et ibi erunt vsque ad diem visitationis ipsorum: et reducam ea, et redire faciam ea in locum istum. *Theodoretus hæc omnia videtur habuisse, & priora verba ita refert,* ἀπαντησάτωσαν κυρίῳ τῶν δυνάμεων, occurrunt Domino exercituum. (*vt vulgata*) *& explicat,* impediant, et vincant prædictiones diuinas: *habet etiam,* ἐν ἱερουσαλήμ, in Hierusalem, *vt vulgata.*

CAP. XXXV.

ET [α] factum est in quarto anno Sedeciæ regis Iuda in mense quinto, dixit mihi Ananias filius Azor pseudopropheta de Gabaon in domo Domini ante oculos sacerdotum, & omnis populi, dicens: Sic dixit [β] Dominus: Contriui

A Contriui iugum regis Babylonis. Adhuc duo anni dierum: & ego redire faciam ad locum istum vasa domus Domini, & Iechoniam, & transmigrationem Iuda: quia conteram iugum regis Babylonis. Et dixit Hieremias ad Ananiam ante oculos omnis populi, & ante oculos sacerdotum stantium in domo Domini: Et dixit Hieremias: Vere sic faciat Dominus: statuat verbum tuum, quod tu prophetas, vt reuertantur vasa domus Domini, & omnis transmigratio de Babylone ad locum istum. Veruntamen audite verbum γ Domini, quod ego dico in auribus vestris, & in auribus vniuersi populi. Prophetæ, qui fuerunt priores me, & priores vobis à seculo; & prophetauerunt super terram multam, & super regna magna in δ bellum. Propheta, qui prophetauit in pacem, veniente ver- B bo, cognoscent prophetam, quem misit eis Dominus in fide. Et tulit Ananias in oculis vniuersi populi catenas de collo Hieremiæ, & cõtriuit eas. Et dixit Ananias ante oculos omnis populi, dicens: Sic dixit Dominus: Sic conteram iugum regis ε Babylonis, de collis omnium gẽtium. Et abijt Hieremias in viam suam. Et factum est verbum Domini ad Hieremiam, postquã contriuit Ananias catenas de collo eius, dicens: Vade, & dic ad Ananiam, dicens: Sic dixit Dominus: Catenas ligneas contriuisti: & faciam pro eis catenas ferreas: quia sic ait Dominus: Iugum ferreum posui super collum cunctarum gentium, ad operandum regi ζ Babylonis. Et dixit Hieremias Ananiæ: Non misit te Dominus: & confide- C re fecisti populum istũ super iniquo. Idcirco sic dixit Dominus: Ecce ego emitto te à facie terræ: hoc anno η morieris. Et mortuus est in mense septimo.

α Et factum est.] *Hoc caput in vulgata, & libris conuenientibus cum ea est 28.* β Dominus.] *Apud Theodoretum, & in Complut. adiungitur, vt alibi sæpe,* τῶν δυνάμεων, ὁ θεὸς ἰσραήλ, exercituum, Deus Israel, *itemque paulo inferius.* γ Domini.] *In aliquibus, & apud Theodoretum est,* τοῦτον, *& vulgata,* hoc. δ Bellum.] *Apud Theodoretum videtur addi,* εἰς θλίψιν, καὶ εἰς θάνατον, in tribulationem, & in mortem. *In Compl. autem est,* περὶ πολέμου, καὶ περὶ θλίψεως, καὶ περὶ λοιμοῦ, de prælio, & de afflictione, & de peste. *Vulgata hoc postremum habet,* de fame. ε Babylonis.] *In Compl. additur, quod etiam agnoscit Theodoretus,* δύο ἔτη ἡμερῶν, duobus annis dierum: *quod negat S. Hier. lxx. transtulisse.* ζ Babylonis.] *In Compl. adiungitur,* τὸ δουλεύειν αὐτῷ, καί γε τὰ κτήνη τῆς γῆς ἔδωκα αὐτῷ, vt seruiant ei; insuper & bestias terræ dedi ei: *quæ item notat S. Hier. in lxx. non haberi.*
D η Morieris.] *In Compl. sequitur,* ὅτι κατὰ κυρίου ἐλάλησας, quia aduersus Dominum loquutus es: *quæ S. Hieron. negat esse in lxx. Theodoretus habet,* ὅτι ἔκκλισιν ἐλάλησας πρὸς τὸν κύριον, quia defectionem aduersus Dominum loquutus es: *quod respondet hebræo.*

CAP. XXXVI.

ET α hæc sunt verba libri, quæ misit Hieremias de Hierusalem ad seniores transmigrationis, & ad sacerdotes, & ad pseudoprophetas, (β epistolam in Babylonem transmigrationi) & ad omnem γ populum, postquam egressus est Iechonias rex, & regina, & eunuchi, & omnis liber, & vinctus, & arti- E fex de Hierusalem in manu Eleasan filij Saphan, & Gamariæ filij Chelciæ, quẽ misit Sedecias rex Iuda ad regem Babylonis in Babylonem, dicens: Sic dixit Dominus Deus Israel super transmigrationem, quam transtuli de Hierusalem: Ædificate domos, & habitate, & plantate pomaria, & comedite fructus eorum; & accipite vxores, & generate filios, & filias: & accipite filijs vestris vxores: & filias vestras date δ viris: & multiplicamini, & nolite minui: & quærite ε ad pacem terræ, ad quam transmigrare vos feci illuc: & orate pro eis ad Dominum: quia in pace eius pax vobis. Sic enim dixit Dominus: Non seducant vos pro-

phetæ, qui in vobis, & non ſeducant vos diuini veſtri: & nolite audire ad ſomnia veſtra, quæ vos ſomniatis: quia iniqua ipſi prophetāt vobis in nomine meo: & non miſi eos. Quia ſic dixit Dominus: Cum cœperint impleri Babyloni ſeptuaginta anni, viſitabo vos: & ſuſcitabo verba mea ſuper vos, ad reducendum populum veſtrum in locum iſtum. Et cogitabo ſuper vos cogitationem pacis, & non mala, ad dandum vobis hæc. Et orate ad me, & exaudiam vos: & quærite me, & inuenietis me. ζ Quia quæretis me in toto corde veſtro, & apparebo vobis. Quia dixiſtis: conſtituit nobis Dominus prophetas in η Babylone; ſic dixit Dominus ſuper Achiab, & ſuper Sedeciã: Ecce ego do eos in manus regis Babylonis: & percutiet eos ante oculos veſtros. Et aſſument de eis maledictionem in omni transmigratione Iuda, in Babylone, dicentes: faciat te Dominus, ſicut Sedeciam fecit, & ſicut Achiab: quos frixit rex Babylonis in igne: pro eo, quod fecerunt iniquitatem in θ Iſrael, & mœchabantur vxores ciuium ſuorum, & verbum reſponderunt in nomine meo, quod non præcepi eis: & ego ι teſtis, ait Dominus. Et ad Samæam Ælamitem dices: Non κ miſi te nomine meo. Et ad Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotem λ dic: Dominus dedit te ſacerdotem pro Iodae ſacerdote, vt eſſes præfectus in domo Domini omni homini prophetanti, & omni homini inſanienti; & dabis eum in cuſtodiam, & in μ cataractam. Et nunc quare ſimul ν contumelijs affeciſtis Hieremiam, qui ex Anathoth, qui prophetauit vobis? Non ξ propter hoc miſit: quia per menſem hunc miſit ad ο vos in Babylonem, dicens: longe eſt: ædificate domos, & habitate; & plantate hortos, & comedite fructum eorum. Et legit Sophonias librum in auribus Hieremiæ. Et factum eſt verbum Domini ad Hieremiam, dicens: Mitte ad transmigrationem, dicens: Sic dixit Dominus ſuper Samæam π Aelamitem: Quoniam prophetauit vobis Samæas, & ego non miſi eum, & confidere vos fecit ſuper iniquis; propter hoc ſic dixit Dominus: Ecce ego viſitabo ſuper Samæam, & ſuper genus eius: & non erit de eis homo in medio veſtri, ad videndum: bona, quæ ego faciam vocis, ρ non videbunt.

α Et hæc.] *Hoc in vulgata, & libris cum ea conuenientibus eſt cap. 29.* β Epiſtolam in Babylonem transmigrationi.] *Hæc abſunt à Compl. & à vulgata. Librum, & epiſtolam eſſe diuerſas interpretationes, & epiſtolam fortaſſe dictam eſſe à lxx. videtur innuere S. Hieron. cum inquit,* Hæc epiſtola, imo libellus. γ Populum.] *In Compl. additur,* ὃν ἀπῴκισε ναβουχοδονόσορ ἐξ ἱερουσαλὴμ εἰς βαβυλῶνα, quem traduxerat Nabuchodonoſor de Hieruſalem in Babylonem. *Sed teſtatur S. Hier. in hoc capite & ſingulos verſus, & pauca interdum verba eſſe omiſſa, quæ ipſe tædio victus noluerit annotare.* δ Viris.] *In eadem ſequitur,* καὶ τέξονται υἱούς, καὶ θυγατέρας, & parient filios, & filias. ε Ad pacem.] *Abeſt à nonnullis illud,* εἰς. ζ Quia quæretis.] *In aliquot libris, & apud Theodoretum,* ὅταν γὰρ ζητήσετέ με ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ὑμῶν, ἐπιφανοῦμαι ὑμῖν, Nam cum exquiſieritis me in toto corde veſtro; apparebo vobis. η Babylone.] *In Complutenſi hæc ſubiunguntur,* οὕτω λέγει κύριος πρὸς τὸν βασιλέα τὸν καθήμενον ἐπὶ θρόνου δαυίδ, καὶ πρὸς πάντα τὸν λαὸν τὸν κατοικοῦντα ἐν τῇ πόλει ταύτῃ, καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς ὑμῶν, οἳ οὐκ ἐξεπορεύθησαν μεθ' ὑμῶν εἰς αἰχμαλωσίαν. οὕτω λέγει κύριος τῶν δυνάμεων. ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστελῶ εἰς αὐτοὺς μάχαιραν, καὶ λιμὸν, καὶ λοιμὸν, καὶ θήσω αὐτοὺς, ὡς σῦκα πονηρὰ, ἃ οὐκ ἔσθεσθαι δύνανται ἀπὸ τῆς πονηρίας. καὶ διώξω αὐτοὺς ἐν μαχαίρᾳ, καὶ λιμῷ, καὶ λοιμῷ, καὶ δώσω αὐτοὺς εἰς κίνησιν ἐν πάσαις ταῖς βασιλείαις τῆς γῆς, καὶ εἰς κατάραν, καὶ εἰς ἀπορίαν, καὶ εἰς συρισμὸν, καὶ εἰς ὀνειδισμὸν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, πρὸς οὓς ἐγὼ ἐκβάλλω αὐτούς. διότι οὐκ ἤκουσαν τὰ ῥήματά μου, λέγει κύριος, ἃ ἀπέσταλκα πρὸς αὐτοὺς διὰ τοὺς δούλους μου τοὺς προφήτας ὀρθρίζων, καὶ ἀποστέλλων. καὶ οὐκ ἠκούσατε, λέγει κύριος. ὑμεῖς οὖν ἀκούσατε τὸν λόγον κυρίου πᾶσα ἡ μετοικεσία, ἣν ἀπέσταλκα ἀπὸ ἱερουσαλὴμ εἰς βαβυλῶνα. Sic dicit Dominus ad regem, qui ſedet ſuper ſolium Dauid, & ad omnem populum habitatorem vrbis huius, & ad fratres veſtros, qui non ſunt egreſſi vobiſcum in captiuitatem: Sic dicit Dominus virtutum. Ecce ego mittam in eos gladium, & famem, & peſtem; & ponam eos, quaſi ficus malas, quæ comedi non poſſunt præ malitia. Et perſequar eos in gladio, & fame, & peſte. Et dabo eos in vexationem in omnibus regnis terræ, & in maledictionem, & in penuriam, & in ſibilum, & in opprobrium cunctis gentibus, ad quos ego eijcio eos: eo quod non audierunt verba mea, dicit Dominus, quæ miſi ad eos per ſeruos meos prophetas, diluculo conſurgens, & mittens: & non audiſtis, dicit Dominus. Vos ergo audite verba Domini omnis transmigratio, quam emiſi de Hieruſalem in Babylonem. *Quæ magna ex parte agnoſcuntur etiam à Theodoreto, licet aliqua cum varietate: nam*

A *te:nam inter cæteras pro*, ficus malas, *habet*, τὰ σῦκα σουαρείμ, ficus Suarim. *quod S. Hieron. tribuit Theodotioni, quamuis deprauate scribi dicat*, Sudrim. *Cæterum totam hanc partem, ac præterea etiam illa, quæ in Compl. antecedunt, in nostra autem sunt sola.* Quia dixistis: constituit nobis Dominus prophetas in Babylone, *vna cum multis, quæ in vulgata antecedunt, testatur S. Hier. abfuisse à lxx.* θ Israel.] *Sic etiam Theodor. & S. Hier. ex hebræo. In cæteris libris est*, ἐν ἱερουσαλὴμ, in Hierusalem. ι Testis.] *Nonnulli codices, & Theodoretus*, ὁ γνώστης, καὶ μάρτυς, cognitor, & testis. κ Non misi te nomine meo.] *In alio Vaticano hæc ita sunt posita*, τάδε λέγει κύριος τῶν δυνάμεων ὁ θεὸς ἰσραὴλ, λέγων. ἀνθ' ὧν σὺ ἀπέστειλας ἐν τῷ ὀνόματί μου τὰ βιβλία πρὸς πάντα τὸν λαόν μου τὸν ἐν ἱερουσαλὴμ [οὐκ ἀπέστειλά σε τῷ ὀνόματί μου] πρὸς, (*Compl.* καὶ πρὸς) σοφονίαν υἱὸν μαασίου τὸν ἱερέα· καὶ πρὸς πάντας τοὺς ἱερεῖς λέγων, κύριος ἔδωκέ σε ἱερέα. Hæc dicit Dominus virtutum Deus Israel, dicens: pro eo, quod tu misisti in nomine meo libellos ad omnem populum meum, qui in Hierusalem [non misi te nomine meo] & ad Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, & ad omnes sacerdotes, dicens: Dominus dedit, *&c. Quæ eodem fere modo sunt in Compl. & respondent Theodoreto, atque hebræo, si demantur illa, quæ virgulis inclusimus: quæ inquit S. Hier. lxx. addidisse de suo, cætera autem omisisse. Quare in nostra est pura editio lxx. in ista autem alterius Vaticani lectione in aliam interpretationem est intrusa etiam interpretatio lxx.* λ Dic] *Alius Vaticanus, vt diximus, habet*, λέγων, dicens, *Compl.* εἰπεῖν, ad dicendum. *S. Hier. nihil ponit; quare fortasse licet suspicari lxx. hunc locum sic posuisse*, non misi te nomine meo ad Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, Dominus dedit, *&c. Ita enim idem fere sensus eliceretur*, μ Cataractam.] *Theodoretus habet*, εἰς τὸ ἀπόκλεισμα σινὼχ, καὶ εἰς τὸν καταράκτην, in clausuram Sinoch, & cataractam. *Addit autem Syrum pro Sinoch dixisse*, εἱρκτὴν, carcerem. *Sanctus Hieron. notat Aquilam fuisse, qui retinuerit verbum hebraicum, Symmachum vero dixisse*, μόχλον, vectem. ν Simul contumelijs affecistis.] *In plerisque, & apud Theodoretum est*, διατί οὐκ ἐπετιμήσατε ἱερεμίᾳ; cur non increpastis Hieremiam? ξ Non propter hoc misit.] *Absunt ab alijs: & videntur redundare.* ο Vos.] *Aliqui*, ἡμᾶς, nos, *vt vulgata.* π Ælamitem.] *Nonnulli*, νεελαμίτην, Neælamitem, *vt fere vulgata & hic, & paulo superius.* ρ Non videbunt.] *Pro his, quæ ab aliquo etiam alio absunt, in Compl. est*, λέγει κύριος. ὅτι ἀποστασίαν ἐλάλησεν κατὰ τοῦ κυρίου, ait Dominus: quia præuaricationem loquutus est contra Dominum.

CAP. XXXVII.

C VERBVM, quod factum est ad Hieremiam à Domino, dicendo: Sic dixit Dominus Deus Israel, dicens: Scribe omnia verba, quæ respondi ad te, super librum: Quia ecce dies veniunt, dicit Dominus: & redire faciam transmigrationem populi mei Israel, & Iuda, ait Dominus: & reducam eos in terram, quam dedi patribus eorum: & dominabuntur eius. ET Hæc sunt verba, quæ loquutus est Dominus super Israel, & Iudam. Sic ait Dominus: Vocem timoris audietis: timor, & non est pax. Interrogate, & videte, si generat D masculus? α & de timore, in quo detinebunt lumbum, & salutem? quare vidi omnem hominem, & manus eius super lumbum β eius? Versæ sunt facies in auruginem; γ quia facta est magna dies illa, & non est talis: & tempus angustum est Iacob; & ex isto saluabitur. In die illa, dixit Dominus, conteram iugum de collo eorum: & vincula eorum dirumpam: & non operabuntur ipsi vltra alienis: & operabuntur Domino Deo suo. Et Dauid regem eorum suscitabo δ eis: sic ait Dominus. ε Suscitaui contritionem: dolorosa est plaga tua: non est, qui iudicet iudicium tuum: in dolore curata es: vtilitas tibi non est. Omnes amici tui obliti sunt tui: non ζ interrogabunt; quia plaga inimici percussi te, disciplina forti super omnem iniquitatem tuam. Multiplicata sunt peccata η tua. Propterea E omnes, qui comedunt te, deuorabuntur: & omnes inimici tui θ carnem suam omnem comedent. (Propter multitudinem iniquitatum tuarum ι multiplicata sunt peccata tua: fecerunt hæc tibi:) & erunt, κ qui vastant te, in vastationem: & omnes, qui diripuerunt te, dabo in direptionem: quia λ obducam curationem tuam: à plaga dolorosa curabo te, ait Dominus: quia dispersa vocata es: μ venatio vestra est: quia non est, qui quærat eam. Sic dixit Dominus: Ecce ego reducam transmigrationem Iacob: & captiuitati eius miserebor. Et ædificabitur ciuitas super altitudinem: & ν populus iuxta iudicium suum sedebit. Et egredientur eis

tur eis canentes, vox ludentium: & multiplicabo eos, & non minuentur: & ingredientur filij eorum, vt antea: & ξ testimonia eorum ante faciem meam dirigentur. Et visitabo tribulantes eos: et erunt fortiores ο eius super eos: & princeps eius ex ipso egredietur. Et congregabo eos, et reuertentur ad me: quoniam quis est iste, qui dedit cor suum reuerti ad me, dicit Dominus? Quoniam ira Domini egressa est furoris plena: egressa est ira ruens, super impios veniet. Non auertetur ira furoris Domini, donec faciet, & donec constituet inceptum cordis sui. In nouissimis diebus cognoscetis ea.

α Et de timore, in quo detinebunt lumbum, & salutem.] *Absunt hæc à Compl. & à vulgata, vbi hoc est caput 30. A Theodoreto autem videtur tantum abesse illud*, & salutem. β Eius?] *In Compl. & apud Theodoretum additur*, ὡς τικτούσης, quasi parientis, *vt vulgata*. γ Quia.] *Sic etiam Theodoretus. In Compl. additur*, οὐαὶ, ὅτι, Væ, quia, *vt vulgata*. δ Eis.] *In Compl. hæc subiunguntur, quæ agnoscuntur etiam apud Theodoretum*, σὺ δὲ μὴ φοβοῦ δοῦλέ μου ἰακὼβ, λέγει κύριος, οὐδὲ μὴ πτοηθῇς ἰσραήλ. ὅτι ἰδοὺ ἐγὼ σώσω σε ἐκ γῆς μακρόθεν, καὶ τὸ σπέρμα σου ἐκ γῆς τῆς αἰχμαλωσίας αὐτῶν· καὶ ἀποστραφήσεται ἰακὼβ, καὶ ἀναπαύσεται, καὶ εὐθηνήσει πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς. καὶ οὐκ ἔσται ὁ φοβέμενος, ὅτι μετὰ σοῦ εἰμὶ, λέγει κύριος, τοῦ σώζειν σε. ποιήσω γὰρ συντέλειαν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, ἐν οἷς διέσπειρά σε. σὲ δὲ οὐ μὴ ποιήσω εἰς συντέλειαν, ἀλλὰ παιδεύσω σε ἐν κρίσει, καὶ καθαρίζων οὐ καθαριῶ σε. Tu autem ne timeas serue meus Iacob, ait Dominus, neque paueas Israel: quia ecce ego saluabo te de terra longinqua, & semen tuum de terra captiuitatis eorum. Et reuertetur Iacob, & quiescet, & cunctis affluet bonis, & non erit, quem formidet: quoniam tecum sum, ait Dominus, vt saluem te. Faciam enim consummationem in cunctis gentibus, in quibus dispersi te: te autem non faciam in consummationem: sed castigabo te in iudicio, & mundans non mundabo te. *Quæ postrema verba S. Hier. refert ex Symmacho, sicut ex Aquila*, nequaquam innocentem faciam. *Quare pro illis apud Theodoretum est*, ἀθῶον οὐκ ἀθωώσω. *Sed totam hanc pericopen S. Hier. testatur in lxx. non haberi, sed in plerisque codicibus vulgatæ tunc editionis sub asteriscis de Theodotionis editione additam esse.* ε Suscitaui.] *Apud Theodoretum est*, βίαιον τὸ σύντριμμά σου, violenta contritio tua. ζ Interrogabunt.] *Idest*, quærent: *& respondet vulgatæ. Apud Theodoretum sequitur*, περὶ σοῦ, de te. *In plerisque vero*, τὰ εἰς εἰρήνην σου, quæ ad pacē tuam. η Tua.] *In Compl. & magna ex parte apud Theodoretum hæc subiunguntur*, τί βοᾷς ἐπὶ συντρίμματί σου; ἀνίατος ὁ πόνος σου διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἀδικίας σου, καὶ διὰ τῶν ἁμαρτιῶν σου τῶν σκληρῶν ἐποίησά σοι ταῦτα. Quid clamas super contritione tua? Insanabilis est dolor tuus propter multitudinem iniquitatis tuæ: & propter dura peccata tua feci hæc tibi: *vt vulgata nostra. Sed & hanc partem testatur S. Hieron. in lxx. non haberi vsque ad illud*, iniquitatis tuæ. *Theodoretus, pro* ἀνίατος ὁ πόνος σου, *habet* βίαιον τὸ ἄλγος σου, violentus est dolor tuus. θ Carnem suam omnem comedent.] *Pro his in Compl. est*, εἰς αἰχμαλωσίαν ἥξουσιν, in captiuitatem venient. ι Multiplicata.] *Theodoretus habet*, ὅτι ἴσχυσαν, quia præualuerunt: *& videtur ea omnia, quæ virgulis inclusimus, habuisse ante illa*: Propterea omnes qui comedunt: *& ex verbis S. Hieronymi licet suspicari aliquid esse admistum ex alijs interpretationibus.* κ Qui vastant te.] *Plerique*, οἱ διαφοβοῦντές σε εἰς διαφόβημα, qui terrent te, in terrorem. λ Obducam.] ἀνάξω, *quasi ascendere faciam, vt hebræus, & optime conuenit plagæ, quæ adducenda est ad cutem, & ita codices nostri Theodoreti. Interpres videtur habuisse*, ἀνοίξω, aperiam. μ Venatio vestra est.] *Theodoretus*, ἡμῶν, nostra. *In Compl. pro his est tantum*, Sion, *vt vulgata. Theodoretus autem habet vtrumque.* ν Populus.] *In quibusdam*, καὶ ὁ ναός, & templum, *vt etiam Theodoretus, & vulgata.* ξ Testimonia.] *Theodoretus*, τὰ μαρτύρια, Syrus interpretatus est synagogas. ο Eius.] *In nonnullis, & apud Theodoretum*, αὐτῶν, ipsis.

CAP. XXXVIII.

IN α tempore illo, dixit Dominus, ero in Deum generi Israel: & ipsi erunt mihi in populum. Sic dixit Dominus: Inueni β calidum in deserto cum ijs, qui perierant gladio. Ite, & nolite interficere Israel: Dominus de longe γ apparuit ei. Dilectione perpetua dilexi te: ideo attraxi te in miseratione. δ Quoniā ædificabo te, & ædificaberis virgo ε Israel: adhuc assumes tympanum tuum, & egredieris cum synagoga ludentium. ζ Quia plantastis vineas in montibus Samariæ; plantate, & laudate: quia est dies vocationis respondentium in montibus Ephræm. Surgite, & ascendite in Sion ad Dominum Deum η vestrum. Quia sic dixit Dominus ad Iacob: Lætamini, & hinnite super caput gentium: audita facite, & laudate: dicite, saluauit Dominus populum suum, residuum Israel. Ecce ego adduco eos ab Aquilone: & congregabo eos ab extremo terræ in θ solennitate Phasec. Et generabit filiorum turbam multam, & reuertentur huc. In plo-

ratu

A ratu exierunt: & in consolatione adducam eos, diuertere faciens super fossas aquarum in via recta: & non errabunt in ea. Quoniam factus sum Israeli in patrem: & Ephræm primogenitus meus est. Audite verba Domini gentes: & annunciate in insulas longinquas: dicite: Qui ventilabit Israel, & congregabit eum, & custodiet eum, quasi pastor gregem suum. Redemit enim Dominus Iacob, liberauit eum de manu validiorum eo. Et venient, & lætabuntur in monte Sion: & venient ad bona Domini, ad terram frumenti, & vini, & fructuum, & iumentorum, & ouium: & erit anima eorum, quasi lignum fructiferum: & non esuriẽt vltra. Tunc gaudebunt virgines in synagoga iuuenum: & senes gaudebunt: & vertam luctum eorum in gaudium, ' & faciam eos lætantes. Magnificabo, & inebriabo animam sacerdotum filiorum Leui: & populus meus bonis meis implebitur. Sic dixit Dominus: Vox in Rhama audita est * lamentationis, & plorationis, & fletus: Rachel deplorans noluit ^ conquiescere super filijs suis, quia non sunt. Sic dixit Dominus: Desinat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis tuis; quia est merces operibus tuis: & reuertentur de terra inimicorum: " stabile filijs tuis. Auditu audiui Ephræm lamentantem: Castigasti me, & ' sum castigatus: ego, tanquam vitulus, non didici. Conuerte me, & conuertar; quia tu Dominus Deus meus: quia post captiuitatem meam egi pœnitentiam, & postquam ˢ cognoui, ingemui super diem confusionis, & ostendi ' tibi, quoniam accepi opprobrium ab adolescentia mea. Filius dilectus Ephræm mihi, paruulus delicatus: quia ex quo verba mea in eo; memoria memorabor eius: idcirco solicitus fui super eo; miserans miserebor eius, ait Dominus. Statue teipsam * Sion, fac pœnam, da cor tuum in humeros: via, in qua ambulasti, reuertere virgo Israel; reuertere in ciuitates tuas lugens. Vsquequo ' conuerteris filia despecta? quoniam creauit " Dominus salutem in plantatione noua: in salute circuibunt homines: quia sic dixit Dominus: adhuc dicent sermonem istum in terra Iuda, & in vrbibus eius, quando reduxero captiuitatem eius: Benedictus Dominus super iustum montem sanctum eius: & qui habitant in ' vrbibus Iuda, & in omni terra eius, simul cum agricola; & eleuabitur in grege. Quia inebriaui omnem animam sitientem: & omnem animam esurientem saturaui. Ideo expergefactus sum, & vidi: & somnus meus iucundus mihi factus est. Idcirco ecce dies veniũt, ait Dominus, & seminabo Israel, & Iudam semine hominis, & semine iumenti. Et erit, sicut vigilabam super eos ad destruendum, & affligendum; sic vigilabo super eos ad ædificandum, & plantandum, ait Dominus. In diebus illis non dicent: patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. Sed vnusquisque in peccato suo morietur: & comedentis vuã acerbã obstupescent dentes eius. Ecce dies veniunt, ait Dominus, & disponam domui Israel, & domui Iudæ testamentum nouum, non iuxta testamentum, quod disposui patribus eorum in die, cum apprehendi ego manum eorum ad educendum eos de terra Ægypti: quia ipsi non manserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, ait Dominus. Hoc enim est testamentum meum, quod disponam domui Israel post dies illos, ait Dominus: dans dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum scribam eas: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebunt vnusquisque ciuem suum, & vnusquisque fratrem suum, dicens: nosce Dominum: quia omnes intelligent me à paruo eorum vsque ad magnum eorum:

eorum: quoniam propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum non recordabor amplius. Si eleuatum fuerit cælum in sublime, ait Dominus, & si humiliatum fuerit pauimentum terræ deorsum; & ego ^υ non reprobabo genus Israel, dicit Dominus, pro omnibus, quæ fecerunt. Sic dixit Dominus. Qui dat Solem in lumen diei, lunam & stellas in lumen noctis, & clamorẽ in mari, & sonuerunt fluctus eius. Dominus omnipotens nomẽ illi: Si cessauerint leges hæ à facie mea, dicit Dominus; & genus Israel cessabit esse gens ante faciẽ meã cunctis diebus. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ædificabitur ciuitas Domino à ^* turri Anameel vsque ad portam anguli, & exibit ^φ dimensio eius cõtra ^χ eos vsque ad colles Gareb: & circũdabitur in circuitu ex electis lapidibus: ^ψ & oẽs Asaremoth vsque ^ω ad Nachal Cedron, vsque ad angulũ portæ equorũ Oriẽtis. Sanctificium Domino: & nequaquã vltra deficiet, & nõ destructur vsque in seculũ.

α In tempore.] *Hoc in vulgata, & libris cum ea conuenientibus est caput 31.* β Inueni calidum.] *Theodoretus.* Hebræus, & Syrus τὸ θερμὸν, edidit οἰκτιρμὸν, miserationem. *Et ostendit, quomodo idem sensus elici possit ex dictione græca. Illud εὗρον, fortasse posset etiam verti,* inuenerunt; *vt referretur ad populum, quemadmodum in vulg. Schol. ex Symmacho,* εὑρίσκω χάριν ἐν ἐρήμῳ, λαὸν σεσωσμένον ἐκ μαχαίρας, πορευόμενον ἀναπαῦσαι, τὸν ἰσραήλ, inuenio gratiam in deserto, populum saluatum e gladio euntem requiescere, ipsum Israel. *Sed & Aquilam, & Theodotionem dixisse,* χάριν, *testatur S. Hier.* γ Apparuit ei.] *Sic videtur legisse S. Hier. apud lxx. In cæteris libris est,* ὀφθήσεται, apparebit. δ Quoniam.] *Nonnulli,* ἔτι, adhuc. ε Israel.] *Sic etiam vulgata. Alij,* Hierusalem. ζ Quia plantastis.] *In quibusdam,* ἔτι φυτεύσετε adhuc plantabitis. *Compl.* ἔτι φυτεύσατε, adhuc plantate. η Vestrum.] *Theodor.* ἡμῶν, nostrum. θ In solennitate Phasec: & generabit filiorum turbam multã.] *Hæc in solis lxx. esse inquit S. Hier. pro quibus in hebraico leguntur hæc,* inter quos erunt cæcus, & claudus, *&c. Apud Theodoretum vero vtraque coniunguntur.* ι Gaudium.] *In Compl. additur,* καὶ παρακληθήσομαι αὐτοῖς, & consolabor eos, *vt vulgata.* κ Lamentationis.] *In quibusdam est,* θρήνου, καὶ κλαυθμοῦ, καὶ ὀδυρμοῦ ῥαχὴλ ἀποκλαιομένης τῶν υἱῶν, *aut* ἐπὶ τοῖς, *& apud S. Hier. ex lxx.* lamentatio, & fletus, & luctus Rachel plorantis filios suos, *& in aliquo,* ἀποκλαιομένη, plorans. λ Conquiescere.] *Sic apud S. Hier. cæteri,* παρακληθῆναι, consolari. μ Stabile filijs tuis.] *Pro his in Compl. est,* καὶ ἔστιν ἐλπὶς τοῖς ἐσχάτοις σου, λέγει κύριος, καὶ ἐπιστρέψονται οἱ υἱοί. (*Theodoretus addit,* αὐτῶν, *interpres* σου) εἰς τὰ ὅρια αὐτῶν, & erit spes nouissimis tuis, ait Dominus: & reuertentur filij ad terminos suos, *vt fere vulgata.* ν Sum castigatus.] *Apud Theodoretum additur negatio.* ξ Cognoui.] *Apud Theodoreti interpretem additur,* percussi fœmur meum: *sed hoc,* & ingemui, *duas esse interpretationes liquet ex S. Hieronymo.* ο Tibi.] *In aliquo est,* σε, te: *& sic legit S. Hier. apud lxx.* π Sion.] *Sic habebat vulgata editio tempore S. Hieronymi. Credibile autem est lxx. posuisse dictionem hebraicam Sionim, quam habet Theodoretus, pro qua inquit Syrum interpretatum esse,* σημεῖα, signa, *& S. Hieron. Aquilam, & Symmachum,* speculatores, *&,* speculas. *Quare Complut.* στῆσον σεαυτῇ σκοπιάς, statue tibi speculatores. ρ Conuerteris filia despecta.] *Sic S. Hier. ex lxx. Posset tamen etiam verti,* auerteris filia inhonorata? *Compl. habet,* ἀπηγνωσμένη, desperata. σ Dominus salutem.] *Theodoretus,* σε κύριος εἰς σωτηρίαν εἰς καταφύτευσιν καινὴν, te Dominus in salutem in plantationem nouam. *S. Hieron. ex lxx.* te Dominus salute: *ex Theodotione autem,* Creauit Dominus salutem nouam: in salute circuibit homo: *quem inquit vulgatæ tunc editioni consentire, Aquilam vero, & Symmachum suæ.* τ In vrbibus Iuda, & in omni terra.] *In quibusdam est,* ἐν τῷ ἰούδᾳ, (*aut* ἐν γῇ ἰουδαίᾳ) καὶ ἐν πάσῃ πόλει αὐτοῦ. *Et S. Hier. ex lxx.* in terra Iudæa, & in omni ciuitate eius. υ Non reprobabo.] *Sic etiam S. Hier. ex lxx. & Origenes,* Illud οὐκ apud cæteros interpretes non est, sed apud lxx. *Theodoretus quidem non habet; apud quem etiam, vt in Compl. & apud S. Hieronymum tota ista pericopa,* si eleuatum, *vsque ad,* quæ fecerunt, *ponitur post verba illa,* cunctis diebus. * A turri.] *Theodoretus,* ἀναμιὴλ ἕως τῆς πύλης τῆς γωνίας, ab Ananiel vsque ad portam anguli: *pro quo inquit Syrum dixisse,* ἀπὸ πύργου τῆς γωνίας ἀναμιὴλ, à turre anguli Ananiel. φ Dimensio.] διαμέτρησις, *quasi norma mensuræ: pro quo S. Hier. inquit Symmachum dixisse funiculum. Apud Theodoretum est,* τὸ χοινίον τῆς διαμετρήσεως, funiculus dimensionis. χ Eos.] *Sic etiam Theodoretus. In aliquo,* αὐτῆς, eam, *vt vulgata.* ψ Et omnes Asaremoth.] *In Compl. & apud Theodoretum est,* καὶ πᾶσαν φάραγγα φαγαρὶμ, καὶ σποδοῦ (*Theodor.* σποδιὰν) καὶ πᾶσαν ἀσαρημώθ, & omnem vallem Phagarim, & cineris, & omnem Assaremoth: *quomodo fere S. Hier. ex vulgata sui temporis: sed verbum Phagarim ex Theodotione agnoscit, pro quo ipse ponit.* ruinarum, *alij,* cadauerũ: *Theodoretus putat esse loca sacrificandis carnibus destinata. Pro Asaremoth autem idem S. Hier. testatur Aquilã dixisse suburbana, siue arua, & rura: Schol.* τὰ προάστια. ω Nachal.] *In Compl. & apud Theodoretum,* χειμάῤῥου, torrentem: *quod est interpretatio illius.*

CAP. XXXIX.

VERBVM, ^α quod factum est à Domino ad Hieremiam in anno decimo regi Sedeciæ: hic est annus octauus decimus regi Nabuchodonosor regi Babylonis. Et virtus regis Babylonis vallum fecit super Hierusalem:

A rusalem:& Hieremias custodiebatur in atrio carceris, qui est in domo regis: in quo clauserat eum rex Sedecias, dicens: Quare tu prophetas? dicens: Sic dixit Dominus: Ecce ego do ciuitatem istam in manibus regis Babylonis, & capiet eam: & Sedecias non saluabitur de manu Chaldæorum: quia traditione tradetur in manus regis Babylonis: & loquetur os ipsius ad os eius, & oculi ipsius oculos illius videbunt: & intrabit Sedecias in Babylonem, & ibi [β] demittet se. ET VERBVM Domini factum est ad Hieremiam, dicens: Ecce Anameel filius Salom fratris patris tui venit ad te, dicens: Posside tibi agrum meum, qui in Anathoth, quia tibi iudicium est accipere in possessionem. Et venit ad me Anameel filius Salom fratris patris mei in atrium carceris, & dixit: Posside tibi agrũ B meum, qui in terra Beniamin, qui in Anathoth: quia tibi [γ] iudicium est possidere eum, & tu es senior. Et cognoui, quia verbum Domini est: & possedi agrum Anameel filij fratris patris mei, & appendi ei septem siclos et decem argenti: et scripsi in libello, et sigillaui: et contestatus sum testes: et appendi argentum in stathera. Et sumpsi libellum possessionis obsignatum, et dedi illum Baruch filio Neriæ filio Maasiæ ante oculos Anameel filij fratris patris mei, et ante oculos virorum, qui adstiterant, et [δ] scripserant in libello possessionis, et ante oculos Iudæorum, qui in atrio carceris: et præcepi Baruch ante oculos eorum, dicens: Sic dixit Dominus omnipotens: Sume librum possessionis istum, & librũ, C qui lectus est: et pones illum in vase testaceo; vt permaneat dies plures. Quia sic dixit Dominus: Adhuc [ε] possidebuntur agri, et domus, et vineæ in terra hac. Et oraui ad Dominum, postquam dedi librum possessionis ad Baruch filium Neriæ, dicens: O [ζ] qui es Domine tu fecisti cælum, et terram fortitudine tua magna, et brachio tuo excelso, et sublimi: non abscondetur à te quicquam: qui facis misericordiam in millia, et reddis peccata patrum in sinus filiorum eorum post eos. Deus magnus, fortis, [η] Dominus magni consilij, et potens operibus, Deus magnus omnipotens, & magni nominis Dominus: Oculi [θ] tui ad vias filiorum hominum, vt des vnicuique iuxta viam [ι] eius: Qui fecisti signa, et prodi-D gia in terra Ægypto vsque in diem hanc, et in Israel, et in terrigenis, et fecisti tibi nomen, sicut dies hæc: et eduxisti populum tuum Israel de terra Ægypti in signis, et in prodigijs, in manu valida, et in brachio excelso, et in visionibus magnis: et dedisti eis terram hanc, quam iurasti patribus eorum, terram fluentem lac, et mel: et intrauerunt, et acceperunt eam: et non audierunt vocem tuam, et in præceptis tuis non ambularunt: omnia, quæ mandaras eis, non fecerunt: et fecerunt, vt euenirent sibi mala hæc. Ecce turba venit ad ciuitatem, ad capiendam eam: et vrbs data est in manus Chaldæorum, qui oppugnant eam à facie gladij, & [κ] famis: sicut loquutus es; ita factum est. Et tu dicis ad me: acquire tibi E agrum argento: & scripsi librum, & obsignaui, & contestatus sum testes: & vrbs data est in manus Chaldæorum. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Ego Dominus Deus vniuersæ carnis: nunquid à me abscondetur quicquã? Propterea sic dixit Dominus Deus Israel: Data tradetur ciuitas ista in manus regis Babylonis, & capiet eam: & venient Chaldæi oppugnantes super ciuitatem istã, & succendent vrbem hanc igne, & comburent domos, in quibus adolebant super tecta earum Baal, & libabant libamina Dijs alienis, ad exacerbandum me: quia fuerunt filij Israel, & filij Iuda [λ] soli facientes malum ante oculos meos ab adole-

adolescentia [μ] sua: quia super iram meam, & super furorem meum fuit ciuitas haec; ex qua die aedificauerunt eam, & vsque ad diem hanc, ad amouendam eam à facie mea propter omnes nequitias filiorum Israel, & Iuda, quae fecerunt ad exacerbandum me, ipsi, & reges eorum, & principes eorum, & sacerdotes eorũ, & prophetae eorum, viri Iuda, & habitatores Hierusalem, & [ν] auerterunt ad me dorsum, & non faciem. Et docui eos diluculo, & non audierunt [ξ] vltra accipere disciplinam: & posuerunt inquinamenta sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum in ea, in immunditijs suis: & aedificarunt aras Baal, quae in valle filij Ennom, ad [ο] offerendos filios suos, & filias suas [π] Moloch regi: quae non praecepi eis, nec ascendit in cor meum ad faciendum abominationem istam, & ad faciendum peccare Iudam. Et nunc sic dixit Dominus Deus Israel super ciuitatem, quam tu dicis: Tradetur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, & [ρ] amissione. Ecce ego congrego eos ex vniuersa terra, quò dispersi eos illuc in ira mea, & furore meo, & in irritatione magna. Et conuertam eos in locum istum, & sedere eos faciam confidentes: & erunt mihi in populum: & ego ero eis in Deum. Et dabo eis viam aliam, & cor aliud, vt timeant me omnibus diebus, & in bonum ipsis, & filijs eorum post eos. Et disponam eis testamentum aeternum, quod non auertam à post eos, & timorem meum dabo in cor eorum, vt non recedant ipsi à me: & visitabo ad bene faciendum eis: & plantabo eos in terra ista in fide, et in omni corde meo, et in omni anima. Quia sic dixit Dominus: Sicut induxi super populum istum omnia mala magna haec; sic ego inducam super eos omnia bona, quae loquutus sum super eos. Et possidebuntur adhuc agri in terra, de qua tu dicis, inuia erit ab hominibus, et à pecore, et traditi sunt in manus Chaldaeorum. Et possidebuntur agri in argento. Et scribes librum, et obsignabis, et contestaberis testes in terra Beniamin, et in circuitu Hierusalem, et in ciuitatibus Iuda, et in ciuitatibus montis, et in ciuitatibus ipsius [σ] Sephela, et in ciuitatibus Nageb: quia redire faciam transmigrationes eorum.

[α] Verbum.] *Hoc in vulgata, & libris cum ea conuenientibus est caput 32,* [β] Demittet se.] καθήσεται. *Nonnulli* καθιεῖται, sedebit. *Plerique,* ἀποθανεῖται, morietur. *Caeterum in Compl. sequuntur haec,* ἕως οὗ ἐπισκέψωμαι αὐτὸν λέγει κύριος. ἐὰν δὲ πολεμήσητε κατὰ τῶν χαλδαίων, οὐκ εὐοδωθήσεσθε, donec visitem eum, ait Dominus: quòd si pugnaueritis aduersus Chaldaeos, nihil prosperum habebitis: *quae negat S. Hieron. in lxx. haberi.* [γ] Iudicium.] *Idest ius. Additur vero in multis,* τῆς ἀγχιστείας, propinquitatis. [δ] Scripserant.] *Videtur idem hoc loco valere,* γραφόντων, *ac* γραψάντων, *quod est in quibusdam.* [ε] Possidebuntur.] *Etiam in alio peruetusto codice est,* κτισθήσονται, *sed videtur idem valere, ac* κτηθήσονται, *quod est in alijs, & in calce capitis etiam in nostro simili sententia.* [ζ] O qui es.] *Ita hoc etiam loco transfert S. Hier. istud* ἆ ν, *siue* ὤν, *de quo alibi notatum.* [η] Dominus magni.] *Pro his vsque ad,* oculi, *haec habentur in Complut.* κύριος τῶν δυνάμεων ὄνομα αὐτῷ. μέγας βουλῇ, καὶ δυνατὸς τοῖς ἔργοις, Dominus virtutum nomen illi: magnus consilio, & potens operibus. [θ] Tui.] *In multis additur,* ἀνεῳγμένοι, aperti. [ι] Eius.] *In Compl. additur,* καὶ κατὰ τὸν καρπὸν τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτοῦ, *quod vulgata,* & secundum fructum adinuentionum suarum. [κ] Famis.] *In nonnullis sequitur,* καὶ τοῦ θανάτου, & mortis, *in aliquo autem,* καὶ λοιμοῦ, & pestis. *Solet autem saepe nomine mortis significari pestis.* [λ] Soli.] *S. Hieron. ex Aquila,* πλὴν, veruntamen, *aut,* tantum, *ex Symmachi secunda editione,* διόλου, iugiter: *primam autem cum lxx. & Theodotione conuenire inquit, idest,* soli: *& de hac re docte disputat.* [μ] Sua.] *In Compl. adiunguntur ista,* υἱοὶ ἰσραὴλ οἱ ἕως τοῦ νῦν παραπικραίνοντές με ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν, λέγει κύριος, filij Israel, qui (*addit S. Hier.* vsque nunc) exacerbant me in operibus manuum suarum, dicit Dominus: *quae idem testatur in lxx. non haberi.* [ν] Auerterunt.] *Multi,* ἔστρεψαν, verterunt. [ξ] Vltra accipere.] *Nonnulli,* ἐκλαβεῖν, admittere. [ο] Offerendos.] S. Hier. *ex Aq. & Symmacho,* vt transducerent. [π] Moloch regi.] *Ab aliquo abest illud,* βασιλεῖ, *nam videtur interpretatio ipsius Moloch.* [ρ] Amissione.] *Aut,* immissione, *vt psal. 77. aut,* amandatione, *quod graece,* ἀποστολῇ. *In Compl. & fortasse apud Theodoretum est,* καὶ ἐν λοιμῷ, & in peste. [σ] Sephela.] *Interpretatur S. Hier.* campestribus, *idest planiciei, &,* Nageb, *quae ad Austrum sunt.*

CAP.

CAP. XL.

A

ET * factum est verbum Domini ad Hieremiam secundo (et ipse erat adhuc ligatus in atrio carceris) dicens: Sic dixit Dominus faciens terram, et formans eam, ad erigendam eam: Dominus nomen illi. Clama ad me, et respondebo tibi: et annunciabo tibi magna, et fortia, quæ non nosti ea. Quia sic dixit Dominus de domibus vrbis huius, et de domibus regis Iuda, quæ destructæ sunt in valla, et propugnacula ad pugnandum aduersus Chaldæos, et implendam eam cadaueribus hominũ, quos percussi in ira mea, et in furore meo: et auerti faciem meam ab eis pro omnibus malitijs eorum. Ecce ego adduco ei B cicatricem, et sanitatem: et β demonstrabo eis, et curabo eam, et faciam γ etiam pacem, et fidem: et reducam transmigrationem Iuda, et transmigrationẽ Israel: et ædificabo eos, sicut et antea; et mundabo eos ab omnibus iniquitatibus eorũ, quibus peccauerunt mihi, et non recordabor peccatorum eorum, quibus peccauerunt mihi, et recesserunt à me. Et δ erit in lætitiam, et laudem, et in magnificentiam omni populo terræ, qui quidem audient omnia bona, quæ ego faciã: et timebunt, et inamarescent pro omnibus bonis, et pro omni pace, quam ego faciam eis. Sic dixit Dominus: Adhuc audietur in loco isto, de quo vos dicitis, C (desertus est ab hominibus, et iumentis in ciuitatibus Iuda, et foris Hierusalẽ, quæ desolatæ sunt, eo quod non sit homo, et pecus) vox lætitiæ, et vox gaudij, vox sponsi, & vox sponsæ, vox dicentium: Confitemini Domino omnipotenti; quoniam bonus est Dominus; quia in seculum misericordia eius. Et inferent dona in domum Domini: quia reducam omnem transmigrationem terræ illius iuxta id, quod antea, dixit Dominus. Sic dixit Dominus virtutum: Adhuc erunt in loco hoc deserto, eo quod non sit homo, et pecus, in omnibus ciuitatibus eius habitacula pastorum accubare facientium oues: in ciuitatibus montanæ, et in ciuitatibus Sephela, et in ciuitatibus Nageb, et in terra Beniamin, et in ijs, quæ in circuitu Hierusalem, et in ciuitatibus Iuda. Adhuc transibunt oues D ad manum numerantis, ait * Dominus.

α Et factum est.] *Hoc in vulgata, & libris cum ea conuenientibus est caput 33. vsque ad versum 14.* β Et demonstrabo eis, & curabo eam.] *Plerique*, καὶ ἰατρεύσω αὐτοὺς, καὶ φανερώσω αὐτοῖς εἰσακούειν. & curabo eos, & reuelabo eis ad exaudiendum. γ Etiam.] *In multis*, αὐτοῖς, eis. δ Et erit.] *In Compluten.* καὶ ἔσται μοι εἰς ὄνομα, & erit mihi in nomen, *vt vulgata.* ε Dominus.] *In Compl. & apud Theodoretum hæc sequuntur: quorum nonnulla sunt similia ijs, quæ habita sunt cap. 23.* ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει κύριος· καὶ ἀναστήσω τὸ ῥῆμα τὸ ἀγαθὸν, ὃ ἐλάλησα ἐπὶ τὸν οἶκον ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον ἰούδα. ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις καὶ ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἀνατελῶ ποιήσω τῷ δαυὶδ βλαστὸν δικαιοσύνης. (*apud Theodoretum vero pro his est*, ἀνατελῶ κέρας τῷ δαυὶδ, exoriri faciam cornu Dauidi) καὶ βασιλεύσει βασιλεὺς, καὶ συνήσει, καὶ ποιήσει κρίμα, καὶ δικαιοσύνην ἐν τῇ γῇ. ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις σωθήσεται ἰούδας, καὶ ἱερουσαλὴμ κατοικήσει πεποιθότως. καὶ τοῦτό ἐστιν τὸ ὄνομα, ὃ καλέσουσιν αὐτῷ, κύριος δίκαιος ἡμῶν (*Theodoretus*, ὃ κληθήσεται, κύριος δικαιοσύνη ἡμῶν) ὅτι οὕτω λέγει κύριος. οὐκ ἐκλείψει τῷ δαυὶδ ἀνὴρ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου ἰσραήλ. καὶ ἐκ τῶν ἱερέων, καὶ λευιτῶν οὐκ ἐκλείψει (*Theodoretus*, οὐκ ἐξολοθρευθήσεται) ἀνὴρ ἐνώπιόν μου, προσφέρων ὁλοκαύτωμα, καὶ θυμιῶν δῶρον, καὶ ποιῶν θυσίαν πάσας τὰς ἡμέρας. καὶ ἐγένετο ῥῆμα κυρίου πρὸς ἱερεμίαν, λέγων. οὕτω λέγει κύριος. ἐὰν διασκεδάσητε τὴν διαθήκην μου τὴν μετὰ τῆς ἡμέρας, καὶ τὴν διαθήκην μου τὴν μετὰ τῆς νυκτὸς, ὥστε μὴ εἶναι ἡμέραν, καὶ νύκτα ἐν τῷ καιρῷ αὐτῶν, καὶ ἡ διαθήκη μου διασκεδασθήσεται μετὰ τοῦ δαυὶδ τοῦ δούλου μου, ὥστε μὴ εἶναι ἐξ αὐτοῦ υἱὸς βασιλεύων ἐπὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, καὶ μετὰ τῶν λευιτῶν, καὶ ἱερέων τῶν λειτουργῶν μου. ὥσπερ οὐκ ἀριθμηθήσεται ἡ στρατιὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ οὐ μετρηθήσεται ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης, οὕτως πληθυνῶ τὸ σπέρμα τοῦ δαυὶδ τοῦ δούλου μου, καὶ τοὺς λευίτας τοὺς λειτουργοὺς μου. καὶ ἐγένετο ῥῆμα κυρίου πρὸς ἱερεμίαν λέγων. οὐκ εἶδες τί ὁ λαὸς οὗτος ἐλάλησε; λέγων, δύο συγγενείας ἃς ἐξελέξατο ὁ κύριος, ἐξῶσεν αὐτὰς, καὶ τὸν λαόν μου παρώξυναν, ἵνα μὴ ᾖ ἔθνος ἐνώπιον αὐτῶν. οὕτω λέγει κύριος, ἐὰν μὴ ἔστιν ἡ διαθήκη μου τῇ ἡμέρᾳ, καὶ τῇ νυκτὶ, καὶ νόμους τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῆς γῆς μὴ ἔθηκα, ἕως τὸ σπέρμα τοῦ ἰακὼβ καὶ δαυὶδ τοῦ δούλου μου ἐξώσω αὐτὸ, ὥστε μὴ λαβεῖν ἐμὲ ἀπὸ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ ἄρχοντας ἐν τῷ σπέρματι τοῦ ἀβραὰμ, καὶ τοῦ ἰσαὰκ, καὶ τοῦ ἰακώβ. ὅτι ἀποστρέψω τὴν αἰχμαλωσίαν αὐτῶν, καὶ ἐλεήσω αὐτούς. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo verbum bonum, quod loquutus sum ad domum Israel, & ad domum Iuda. In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ: [& regnabit rex] (*hæc absunt à Theodoreto, cuius etiam alia verba propius accedunt ad ea, quæ cap. 23.*) & intelliget, & faciet iudicium, et iustitiam in terra.

E

in terra. In diebus illis ſaluabitur Iudas, & Hieruſalem habitabit confidenter: & hoc eſt nomen, quod vocabunt ei. Dominus iuſtus noſter, (*Theodoretus*, iuſtitia noſtra.) Quia ſic dicit Dominus. Non deficiet ipſi Dauid vir ſedens ſuper thronum Iſrael. Et de ſacerdotibus, & Leuitis non deficiet coram me offerens holocauſtoma, & adolens donum, & faciens ſacrificium omnibus diebus. Et factum eſt verbum Domini ad Hieremiam, dicens: Sic dicit Dominus: Si irritum feceritis teſtamentum meum, quod cum die, & teſtamentum meum, quod cum nocte, vt non ſit dies, & nox in tempore ſuo; & teſtamentum meum irritum erit cũ Dauid ſeruo meo: (vt non ſit ex filiis regnans ſuper thronum eius) & cum Leuitis, & ſacerdotibus miniſtris meis. Sicut non numerabitur militia cæli, & non menſurabitur arena maris; ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei, & Leuitas miniſtros meos. Et factum eſt verbum Domini ad Hieremiam, dicẽs: Nunquid non vidiſti, quid populus hic loquutus ſit? dicens: Duas cognationes, quas elegerat Dominus, expulit eas: Et populum meum irritauerunt, vt non ſit gens coram eis. Sic dicit Dominus: Si non eſſet teſtamentum meum diei, & nocti, & leges cæli, & terræ non poſuiſſem, ſic ſemen Iacob, & Dauid ſerui mei expuliſſem vtique, vt non acciperem de ſemine eius principes in ſemine Abraam, & Iſaac, & Iacob. Reducam enim captiuitatem eorum, & miſerebor eis.

CAP. XLI.

VERBVM, [a] quod factum eſt ad Hieremiam à Domino. (Et Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis exercitus eius, & [c] vniuerſa terra principatus eius bellabãt ſuper Hieruſalem, & ſuper omnes ciuitates Iuda) dicens: Sic dixit Dominus: Vade ad Sedeciã regem Iuda, & dices ei: Sic dixit Dominus: Traditione tradetur ciuitas hæc in manus regis Babylonis: & capiet eã, & incendet eam in igne: & tu non ſaluaberis de manu eius, & comprehenſione capieris, & in manus eius daberis: & oculi tui oculos eius [γ] videbunt: & in Babylonem ingredieris. Sed audi verbum Domini Sedecia rex Iuda: Sic dicit Dominus: In [δ] pace morieris: &, ſicut [ε] plorauerunt patres tuos, qui regnarunt ante te; [ζ] plorabunt & te, Væ Domine, & vſque ad infernum plangent te: quia verbum ego loquutus ſum, dixit Dominus. Et loquutus eſt Hieremias ad regem Sedeciã omnia verba hæc in Hieruſalem. Et virtus regis Babylonis bellabat ſuper Hieruſalem, & ſuper ciuitates [η] Iuda, & ſuper Lachis, & ſuper Azeca: quia hæ remanſerant in ciuitatibus Iuda ciuitates munitæ. Verbum, quod factum eſt ad Hieremiam à Domino, poſtquam rex Sedecias conſummauit teſtamentum erga [θ] populum, vocando dimiſsionem, vt dimitteret vnuſquiſque puerum ſuũ, & vnuſquiſque ancillam ſuam, hebræum, & hebræam liberos; vt nõ ſeruiret vir è Iuda. Et [ι] conuerſi ſunt omnes magnates, & omnis populus, qui ingreſsi erant in teſtamentũ, vt dimitteret vnuſquiſque puerum ſuum, & vnuſquiſque ancillã ſuã: [κ] & dimiſerunt ..... eos in pueros, & ancillas. Et factum eſt verbum Domini ad Hieremiam, dicens: Sic dixit Dominus: Ego diſpoſui teſtamentum ad patres veſtros in die, qua erui eos de terra Ægypti, è domo ſeruitutis, dicens: cum impleti fuerint ſex anni; mittes fratrem tuum hebræum, qui emptus erit tibi, & operabitur tibi ſex annos: & dimittes eum liberum. Et non audierunt me, & non inclinauerunt aurem ſuam. Et conuerſi ſunt hodie ad faciendum rectum ante oculos meos, cum vocaret vnuſquiſque dimiſsionem proximi ſui: & conſummauerunt teſtamentum ante faciem meam in domo, in qua inuocatũ eſt nomẽ meum in ea. Et reuertiſtis, & polluiſtis [*] nomẽ meum, cum reduceret vnuſquiſque puerum ſuum, & vnuſquiſque ancillam ſuam, quos dimiſeratis liberos animæ ſuæ, vt ſint vobis in pueros, & ancillas. Propterea ſic dixit Dominus: Vos non audiſtis me, vt vocaret dimiſsionem vnuſquiſque ad proximum ſuum. Ecce ego voco dimiſsionem vobis in gladium, & in mortem, & in famem: & dabo vos in diſperſionem omnibus regnis terræ: & dabo viros, qui trangreſsi ſunt teſtamentum meum, qui non ſtabilierunt teſtamentum meum, quod fecerant ad

faciem

A faciem meam, vitulum, [λ] quem fecerant ad operandum eo, principes [μ] Iuda, & potentes, & sacerdotes, & [ν] populum: & dabo eos inimicis [ξ] eorũ: & erunt morticina [ο] eorum esca volatilibus cæli, & bestijs terræ. Et Sedeciam regem Iudææ, & principes eorum dabo in manus inimicorum eorum. Et virtus regis Babylonis [π] recedentibus ab eis, ecce ego præcipio, & reducam eos in terram hanc: & bellabunt super eam, & capient eam, & comburent eam in igne, & ciuitates Iuda: & dabo eas desertas ab habitatoribus.

α Verbum.] *Hoc in vulgata, & libris cum ea conuenientibus est cap. 34.* β Et vniuersa.] *Compluten.* καὶ πᾶσαι αἱ βασιλεῖαι τῆς γῆς αἱ ὑπὸ τὴν δυναστείαν τῆς χειρὸς αὐτοῦ, πάντες οἱ λαοὶ ἐπολέμουν, *quod vulgatæ* vniuersaque regna terræ, quæ erant sub potestate manus eius, & omnes populi bellabant, *&c.* γ Videbunt.] *In* B *cæteris hæc sequuntur*, καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ μετὰ τοῦ στόματός σου λαλήσει & os eius cum ore tuo loquetur, *vt vulgata.* δ In pace.] *In cæteris hæc antecedunt*, οὐκ ἀποθανῇ, (*& in aliquo* πρὸς σε, οὐκ ἀποθανῇ) ἐν ῥομφαίᾳ, *& in vulgata*, ad te: non morieris gladio. ε Plorauerunt.] *Compluten.* ἔκαυσαν, combusserunt. ζ Plorabunt & te, væ Domine.] *Eadem*, καύσονται καὶ σὲ ὦ κύριε, comburent & te heu Domine. *Atqui etiam ad marginem Vaticani est*, ὦ κύριε. *In hebraico est*, ὦ ἄδων, *Ac verisimile est, quod alij interpretes dixerint*, καὶ κύριε, *aut* ὦ κύριε, *aliquem, ac fortaße quidem ipsos lxx. retinuisse dictiones hebraicas, ac dixisse*, καὶ ὦ ἄδων κόψονταί σε, & heu Domine plangent te: *quod cum minus intelligeretur, factum sit*, ἕως ᾅδου, *quod in nostra, & plerisque sequitur, idest*, ad infernum: *quod tamen in hebraico, & Compl. non est.* η Iuda.] *In quibusdam additur*, τοὺς καταλελειμμένους, quæ reliquæ erant, *vt vulgata.* θ Populum.] *In ijsdem additur*, τὸν ἐν Ἱερουσαλήμ, qui in Hierusalem. ι Conuersi sunt.] *Similis loquutio est paulo post in verbis Domini. In Compl. est*, ἐπήκουσαν, obedierunt. κ Et dimiserunt.] *In eadem*, καὶ ἤκουσαν, καὶ ἀφῆκαν, & audierunt, & dimiserunt. *Post quæ subiunguntur ista, quæ videntur etiam à Theodoreto agnosci, & respondent vulgatæ*, καὶ ἐπεστράφησαν μετὰ ταῦτα, καὶ ἀνήγαγον τοὺς δούλους, καὶ τὰς παιδίσκας, οὓς ἀπέστειλαν ἐλευθέρους, καὶ ὑπέταξαν αὐτοὺς εἰς δούλους, καὶ παιδίσκας, Et conuersi sunt deinceps, & retraxerunt seruos, & ancillas, C quos dimiserant liberos, & subiugauerunt, in seruos, & ancillas, *&c.* * Nomen.] *Quidam*, τὴν διαθήκην, testamentum. λ Quem fecerunt ad operandum eo.] *Pro his apud Theodoretum, & in Compl. est*, ὃν ἔκοψαν εἰς δύο μέρη, καὶ διῆλθον ἐν μέσῳ τῶν μερῶν, (*Theodor.* διχοτομημάτων) αὐτοῦ, quem conciderunt in duas partes, & transierunt in medio partium eius. μ Iuda.] *Theodoretus addit*, ἄρχοντας (*Compluten.* καὶ ἄρχοντες) Ἱερουσαλήμ, principes Hierusalem. ν Populum.] *Apud eundem*, καὶ πάντα τὸν λαὸν (*Complut.* καὶ πᾶς ὁ λαὸς) τῆς γῆς, οἱ διῆλθον ἐν μέσῳ τῶν μερῶν τοῦ μόσχου, & omnem populum terræ, qui transierunt in medio partium vituli: *quæ postrema verba omittuntur in Complut.* ξ Eorum.] *In eadem additur*, καὶ εἰς χεῖρας ζητούντων τὴν ψυχὴν αὐτῶν, & in manum quærentium animam eorum. ο Eorum.] *In aliquo est*, αὐτοῦ, eius. π Recedentibus.] *In aliquo est*, οἱ ἀποτρέχοντες, qui recedunt. *In Complut. autem hic locus sic habet congruenter vulgatæ*, δώσω εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτῶν, καὶ εἰς χεῖρας ζητούντων τὴν ψυχὴν αὐτῶν, καὶ εἰς χεῖρας δυνάμεως βασιλέως Βαβυλῶνος τοῖς ἀποτρέχουσιν ἀπ' αὐτῶν dabo in manus inimicorum eorum, & in manus quærentium animam eorum, & in manus virtutis regis Babylonis, ijs, qui recedunt à vobis.

CAP. XLII.

D VERBVM, [α] quod factũ est ad Hieremiã à Domino in diebus Ioacim regis Iuda, dicens: Vade in domũ [β] Archabin: & duces eos in domũ Domini in vnum atriorum, & potabis eos vino. Et eduxi Ieconiam filium Hieremin filij Chabasin, & fratres eius, & filios eius, & omnẽ domũ Archabin: & introduxi eos in domũ Domini in pastophoriũ filiorũ Ionam filij Ananiæ filij Godoliæ hominis Dei, [γ] qui est prope domũ principum eorũ, qui supra domũ Maasiæ filij Selom, custodientis [δ] atriũ. Et dedi ante faciem eorũ lagunculã vini, & pocula, & dixi: bibite vinũ. Et dixerunt: Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab pater noster mandauit nobis, dicens: non bibetis vinũ vos, & filij E vestri vsque in seculum: & domos ne ædificetis, & semen ne seminetis: & vinea non erit vobis: quia in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, vt viuatis diebus multis super terram, super quam incolitis vos super eam. Et audiuimus vocẽ Ionadab patris nostri non bibendi vinũ cunctis diebus nostris, nos, & vxores nostræ, & filij nostri, & filiæ nostræ, & non ædificandi domos ad habitandum ibi: & vinea, & ager, & semen non fuit nobis: & habitauimus in tabernaculis. Et audiuimus, & fecimus secundũ omnia, quæ mandauit nobis Ionadab pater noster. Et factũ est, quando ascendit Nabuchodonosor super terrã, & diximus [ε] ingredi:

gredi:& ingressi sumus in Hierusalem à facie virtutis Chaldæorũ, & à facie virtutis Assyriorum,& habitauimus ibi. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Sic dicit Dominus: Vade, & dic homini Iuda, & habitatoribus Hierusalẽ: Non accipietis disciplinam audiendi verba mea? Firmauerunt verbum filij Ionadab filij Rechab, quod mandauit filijs suis bibendi vinũ,& non ζ biberunt. Et ego loquutus sum ad vos η diluculo: & loquutus sum, & non audistis. Et misi ad vos pueros meos θ prophetas, dicẽs: Auertimini vnusquisque à via sua pessima: & meliora facite studia vestra; & non ambulate post Deos alios seruiendo eis: & habitabitis super terram, quam dedi vobis,& patribus vestris. Et non inclinastis aurem vestram, et non exaudistis. Et firmauerunt filij Ionadab filij Rechab mandatũ patris sui: populus autẽ iste non audiuit me. Idcirco sic dixit Dominus: Ecce ego affero super Iudã, et super habitatores Hierusalẽ omnia mala, quæ loquutus sum super eos. ι Propterea sic dixit Dominus. Quoniam audierunt filij Ionadab filij Rhecab mandatũ patris sui, faciẽdo, sicut mandauit eis pater eorũ; non deficiet vir filiorũ Ionadab filij Rechab stans ante faciẽ meã cunctis diebus κ terræ.

α Verbum.] *Hoc in vulgata, & libris cum ea conuenientibus est caput 35.* β Archabin.] *In quibusdam,* ῥαχαβεὶν, Rachabin. γ Qui.] *Alij,* ὃ, quod. δ Atrium.] *In Compl. est,* τὴν ὁδὸν, viam. *Vulg.* qui erat custos vestibuli. ε Ingredi:& ingressi sumus.] *In alijs,* ἀναβαίνοντες εἰσελευσόμεθα, ascendentes ingrediemur. ζ Biberunt.] *In Compl. additur,* ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, ὅτι ἤκουσαν τὴν ἐντολὴν τοῦ πατρὸς αὐτῶν, vsque ad diem hanc, quia audierunt mandatum patris sui. η Et loquutus sum.] *Addendum in nostra,* καὶ ἐλάλησα. θ Prophetas.] *In Compl. additur,* ὀρθρίζων τὸ πρωῒ, καὶ ἀποστέλλων, *quod vulgata,* consurgens diluculo, mittensque. ι Propterea sic dixit Dominus.] *Pro his in Compl. hæc sunt, quæ respondent vulgatæ,* διότι ἐλάλησα αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἤκουσαν, καὶ ἐκάλεσα αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἀπεκρίθησαν. καὶ τῷ οἴκῳ τῶν ῥαχαβὶμ εἶπεν ἱερεμίας, οὕτως εἶπεν κύριος, eo quòd loquutus sum ad illos, & non audierunt; & vocaui illos, & non responderunt. Et domui Rachabim dixit Hieremias: Sic dixit Dominus. κ Terræ.] *Habet etiam Theodoretus: non habet Compl. neque vulgata.*

CAP. XLIII.

IN α anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda factum est verbum Domini ad me, dicens: Sume tibi volumen libri: et scribe super illud omnia verba, quæ loquutus sum ad te super Hierusalẽ, et super Iudã, & super omnes gentes, ex qua die β loquente me ad te, à diebus Iosiæ regis Iuda, et vsque ad diem hanc. Fortasse audiet domus Iuda omnia mala, quæ ego cogito facere eis: vt auertantur à via sua pessima: et propitius ero iniquitatibus eorũ, et peccatis eorũ. Et vocauit Hieremias Baruch filium Neriæ: et scripsit ex ore Hieremiæ omnia verba Domini, quæ loquutus est ad eum, in volumine libri. Et mãdauit Hieremias Baruch, dicens: Ego custodior: non potero ingredi in domũ Domini. γ Et leges in volumine isto, in aurib. populi in domo Domini in die ieiunij; et in auribus vniuersi Iuda venientiũ de ciuitatibus suis leges eis. Fortasse cadet misericordia eorũ ante faciẽ Domini, et auertent se à via sua pessima: quia magnus est furor, et ira Domini, quã loquutus est super populũ istũ. Et fecit Baruch secundũ omnia, quæ mandauit ei Hieremias, legendo in libro verba Domini in domo Domini. Et factũ est in anno δ octauo regi Ioacim in mẽse nono, conuocauerũt ieiuniũ ad faciẽ Domini, omnis populus in Hierusalẽ, et domus Iuda. Et legit Baruch in libro verba Hieremiæ in domo Domini, in domo Gamariæ filij Saphan scribæ in atrio superiore in vestibulis portæ domus Domini nouæ, et in aurib. vniuersi populi. Et audiuit Michæas filius Gamariæ filij Saphan omnia verba Domini ex libro: et descendit in domum regis, in domum scribæ: et ecce ibi omnes principes sedebant, Elisama scriba, et Dalæas filius Selemiæ, et Ionathan

filius

A filius Acchobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedecias filius Ananiæ, & omnes principes. Et annunciauit eis Michæas omnia verba, quæ audiuerat legentem Baruch in auribus populi. Et miserunt omnes principes ad Baruch filium Neriæ, Iudin filium Nathaniæ filij Selemiæ filij Chusi, dicentes: Volumen, in quo tu legis in eo in auribus populi, sume illud in manu tua, & veni. Et sumpsit Baruch volumen, & descendit ad eos. Et dixerunt ei: Iterum lege in auribus nostris. Et legit Baruch. Et factum est, vt audierunt omnia verba, consultauerunt vnusquisque ad proximum suum, & dixerunt: Annunciantes annunciemus regi omnia verba hæc. Et interrogauerunt Baruch, dicentes: ε Vbi scripsisti omnes

B sermones istos? Et dixit Baruch: Ex ore suo annunciabat mihi Hieremias omnia verba hæc, & scribebam in libro. Et dixerunt ad Baruch. Vade, & abscondere tu, & Hieremias: homo non sciat, vbi vos. Et * ingressi sunt ad regem in atrium: & volumen dederunt ad custodiendum in domo Elisama. Et annunciauerunt regi omnia verba ista. Et misit rex Iudin ad sumendum volumen. Et sumpsit illud è domo Elisama: & legit Iudin in aures regis, & in aures omnium principũ stantium circa regem. Et rex sedebat in domo ζ hiemali: & focus ad faciem eius. Et factum est legente Iudin tres pagellas & quatuor, abscidebat illas nouacula scribæ, & iaciebat in ignem, qui super arulam; donec defecit totum vo-

C lumen in igne, qui super arulam. Et η non quæsierunt, neque sciderunt vestimenta sua rex, & pueri eius audientes omnia verba hæc. Et Elnathan, & Godolias suggesserunt regi, θ de comburendo volumine. Et mandauit rex Hieremeel filio regis, & Saraææ filio Esriel, vt comprehenderent Baruch, & Hieremiam: & occultati sunt. Et factum est verbum Domini ad Hieremiam, postquam rex combusserat volumen, omnes sermones, quos scripserat Baruch ex ore Hieremiæ, dicens: Rursus sume tu volumen aliud, & scribe omnia verba, quæ erant super volumen, quæ combussit rex Ioacim: & dices: Sic dixit Dominus: Tu combussisti volumen istud, dicens, quare scripsisti in eo dicens, ingrediens ingredietur rex

D Babylonis, & exterminabit terram istam, & ι deficient ab ea homo, & iumenta? Propterea sic dixit Dominus super Ioacim regem Iuda: Non erit ei sedens super thronum Dauid: & morticinum eius erit proiectum in æstu diei, & in gelu noctis: & visitabo super eum, & super genus eius, & super pueros κ eius: & inducam super eum, & super habitantes Hierusalem, & super terram Iuda omnia mala, quæ loquutus sum ad eos, & non audierunt. Et sumpsit λ Baruch volumen aliud, & scripsit in eo ex ore Hieremiæ omnes sermones libri, quos combusserat Ioacim: & præterea additi sunt ei sermones plures, sicut isti.

α In anno.] *Nonnulli*, καὶ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ, Et in anno. *Est autem hoc in vulgata, & libris cum ea conuenientibus caput 36.* β Loquente me.] *In Compl.* ἐλάλησα, loquutus sum. γ Et leges.] *In eadem*, καὶ σὺ εἰσελεύσῃ, καὶ ἀναγνώσῃ, Et tu ingredieris, & leges. δ Octauo.] *In quibusdam* πέμπτῳ, *&* *vulgata*, quinto. ε Vbi.] *Cæteri*, πόθεν, Vnde. * Ingressi sunt.] *Aquila*, ἀπήντησαν τῷ βασιλεῖ, occurrerunt regi. ζ Hiemali.]

E *In Compluten. additur*, ἐν μηνὶ ἐνάτῳ, in mense nono, *vt vulgata.* η Non quæsierunt.] *In aliquo, & apud Theodoretum additur*, τὸν κύριον, Dominum. *In quibusdam est* καὶ οὐκ ἐξέστησαν, & non obstupuerunt. θ De comburendo.] *Cæteri*, περὶ τὸ μὴ κατακαῦσαι τὸ χαρτίον, καὶ οὐκ ἤκουσεν αὐτῶν, de non comburendo volumine, & non audiuit eos. *Ita etiam Compluten. Sed in ea præcedit pro* ὑπέθεντο (*quod agnoscit etiam Theodoretus, & respondet hebraico*) ἀντεῖπαν, contradixerunt, *cui fortasse magis conueniret sequens affirmatio*, de comburendo. *Vulgata tamen habet*, contradixerunt regi, ne combureret. ι Deficient ab ea.] *Legendum enim* ἀπ' αὐτῆς, *vt in Vaticano: licet Typographus fecerit*, ἐπ' αὐτῆς. *In quibusdam vero est*, καὶ ἐκλείψει ἀπ' αὐτῆς ἄνθρωπον, & delebit ex ea hominem. κ Eius.] *In Compl. additur*, τὰς ἀνομίας αὐτῶν, iniquitates suas, *vt vulgata.* λ Baruch volumen aliud.] *Pro his in Complut. sunt ista, quæ respondent vulgatæ*, ἱερεμίας χαρτίον ἕτερον, καὶ ἔδωκεν αὐτὸ τῷ Βαρὺχ υἱῷ νηρίου τῷ γραμματέως, Hieremias volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ scribæ.

CAP. XLIV.

ET regnauit Sedecias filius Iosiæ [α] pro Ioacim; quem constituit regem Nabuchodonosor, vt regnaret in Iuda. Et non audierunt ipse, & pueri eius, & populus terræ verba Domini, quæ loquutus est in manu Hieremiæ. Et misit rex Sedecias Ioachal filium Selemiæ, & Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem ad Hieremiam, dicens: Ora nunc pro nobis ad Dominum. Et Hieremias venit, & transijt per medium ciuitatis: & non dederunt eum in domum carceris. Et virtus Pharaonis exijt ex Ægypto: & audierunt Chaldæi famam eorum: & ascenderunt [β] desuper Hierusalem. Et factum est verbum Domini ad Hieremiam, dicens: Sic dixit Dominus: Sic dices ad regem Iuda, qui misit ad te ad exquirendum me: Ecce virtus Pharaonis, quæ egressa est vobis in auxilium, reuertent in terram Ægypti: & reuertent ipsi Chaldæi, & bellabunt super ciuitatem hanc, & capient eam, & succendent eam in igne. Quoniam sic dixit Dominus: Non existimetis animabus vestris, dicentes; recurrentes abibunt à nobis Chaldæi; quia non abibunt. Et, si percusseritis omnem virtutem Chaldæorum, eos, qui oppugnant vos, & remanserint quidam transfixi, vnusquisque in loco suo, isti consurgent, & incendent ciuitatem hanc in igne. Et factum est, quando ascendit virtus Chaldæorum à Hierusalem à facie virtutis Pharaonis; egressus est Hieremias de Hierusalem, vt iret in terram Beniamin, vt [γ] emeret inde in medio populi. Et fuit ipse in porta Beniamin: & ibi homo, apud quem diuertebat, Saruia filius Selemiæ filij Ananiæ: & comprehendit Hieremiam, dicens: Ad Chaldæos tu fugis. Et dixit: Mendacium: non ad Chaldæos ego fugio. Et non exaudiuit eum: & comprehendit Saruia Hieremiam: & introduxit eum ad principes. Et exacerbati sunt principes super Hieremiã, & percusserunt eum: & miserunt eum in domum Ionathan scribæ: quia hanc fecerant in domum carceris. Et venit Hieremias in domum laci, & in [δ] Chereth: & sedit ibi diebus multis. Et misit Sedecias, & vocauit eum: & interrogabat eum rex abscondite, dicendo: Si est verbum à Domino? Et dixit: Est: in manus regis Babylonis traderis. Et dixit Hieremias regi: Quid læsi te, & pueros tuos, & populum istum; quia tu das me in domum carceris? Et vbi sunt prophetæ vestri, qui prophetabant vobis, dicentes, quia non veniet rex Babylonis super terram hanc? Et [ε] nunc domine rex procidat misericordia mea ad faciem tuam. Et quid redire me facis in domum Ionathan scribæ? & non moriar ibi. Et præcepit rex, & miserunt eum in domum carceris: & dederunt ei panem vnum die de foris, vbi panem faciebant; donec defecerunt panes de ciuitate. Et sedit Hieremias in atrio carceris.

[α] Pro Ioacim.] *Hoc in vulgata, & libris cum ea conuenientibus est cap. 37. Hic autem in quibusdam est,* ἀντὶ ἰεχονίου υἱοῦ ἰωακεὶμ, *& vulgata*, pro Iechonia filio Ioachim. [β] Desuper.] *Illud* ἔτι, *hoc loco videtur valere item, atque* ἐπάνωθεν, *aut* ἀπάνωθεν, *id est*, à desuper: *quare in alijs est*, ἀπὸ ἱερουσαλὴμ, à Hierusalem. [γ] Emeret.] *In aliquo additur* ἄρτον, *& in alio*, ἄρτους, panes: *quod videtur agnoscere Theodoretus.* [δ] In Chereth.] *Nonnulli*, εἰς τὸν συγκλεισμὸν, in clausuram: *hoc vocabulum Theodoretus habuit etiam in capite sequenti, & interpretatur lacum.* [ε] Et nunc Domine.] *Compl.* καὶ νῦν ἄκουσον δὴ κύριε, & nunc audi quæso Domine, *&c.*

CAP. XLV.

ET audiuit Saphanias filius Nathan, & Godolias filius Paschor, & Ioachal filius [α] Semeliæ, verba, quæ Hieremias loquebatur ad populum, dicens: Sic dixit Dominus: [β] habitans in ciuitate ista morietur in gladio, & in [γ] fame: &,

A me:&, qui egreditur ad Chaldæos, viuet:& erit anima eius in rem inuentam, & viuet. Quoniam sic dixit Dominus: Tradendo tradetur ciuitas hæc in manus virtutis regis Babylonis, & capiet eam. Et [d] dixerunt regi: Occidatur nunc homo iste, quia ipse dissoluit manus hominum bellantium, qui remanserunt in ciuitate, & manus vniuersi populi, loquens ad eos iuxta verba hæc. Homo enim iste non [e] vaticinatur pacem populo huic, sed mala. Et dixit rex: Ecce ipse in manibus vestris. Non enim poterat rex aduersus eos. [f] Et proiecerunt eum in lacum Melchiæ filij regis, qui erat in atrio carceris:& demiserunt [g] eum in lacum: & in lacu non erat aqua, sed lutum:& fuit in luto. Et audiuit Abdemelech [h] Æthiops, & ipse in domo regis, quia dederant Hieremiam in lacum: & rex erat in

B porta Beniamin:& egressus est ad eum, & loquutus est ad regem, & dixit: [i] Malefecisti, quæ fecisti, interficiendo hominem istum à facie famis: quoniam non sunt amplius panes in ciuitate. Et mandauit rex Abdemelech, dicens: Tolle in manus tuas hinc triginta homines, & educ eum è lacu, vt non moriatur. Et assumpsit Abdemelech homines, & ingressus est in domum regis subterraneam, & sumpsit inde veteres pannos, & veteres funiculos, & proiecit ea ad Hieremiam in lacum, & dixit: Ista pone sub funiculis. Et fecit Hieremias ita. Et traxerunt eũ funiculis, & eduxerunt eum è lacu. Et sedit Hieremias in atrio carceris. Et mi-

C sit rex, & vocauit eum ad se in domum [k] Aselisel, quæ in domo Domini. Et dixit ei rex: Interrogabo te sermonem:& ne abscondas, quæso, à me verbum. Et dixit Hieremias regi: Si annunciauero tibi; nunquid morte me mortificabis? &, si consilium dedero tibi; nunquid audies me? Et iurauit ei rex, dicens: Viuit Dominus, qui fecit nobis animam hanc; si interficiam te, &, si dabo te in manus hominum istorum. Et dixit ei Hieremias: Sic dixit Dominus; Si exiens exieris ad Duces regis Babylonis; viuet anima tua, & ciuitas hæc non comburetur in igni, & viues tu, & domus tua. Quòd, si non exieris; dabitur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, & incendent eam in igne, & tu non saluaberis. Et dixit rex Hieremiæ: Ego rationem habeo Iudæorum, qui fugerunt ad Chaldæos, ne da-

D turi sint me in manus eorum:& illudent mihi. Et dixit Hieremias: Non tradent te. Audi verbum Domini, quod ego dico ad te:& melius erit tibi, & viuet anima tua. Quòd, si nolueris tu exire; iste est sermo, quem ostendit mihi Dominus: Ecce omnes mulieres, quæ remanserũt in domo regis Iuda, eductæ sunt ad principes regis Babylonis: & hæ dicebant: Seduxerunt te, & [λ] præualebunt tibi viri pacifici tui. Et [μ] deponent in lubricis pedem tuum; recesserunt à te: & vxores tuas, & filios tuos educent ad Chaldæos: et tu non saluaberis: quia in manu regis Babylonis capieris: et ciuitas hæc comburetur. Et dixit ei rex: Homo non sciat de verbis his: et tu nõ morieris. Quòd, si principes audierint, quia loquutus sum

E tibi, et venerint ad te, et dixerint tibi, annuncia nobis, quid loquutus est tibi rex, ne celes à nobis, et non interficiemus te, et quid loquutus est ad te rex; et dices eis: Proijcio ego misericordiam meam ante oculos regis ad hoc, vt redire me non faciat in domum Ionathan, ad moriendum me ibi. Et venerunt omnes principes ad Hieremiam, et interrogauerunt eum. Et annunciauit eis iuxta omnia verba hæc, quæ præceperat ei rex. Et tacuerunt; quia non erat auditum verbum Domini. Et sedit Hieremias in atrio carceris vsque ad tempus, quo capta est Hierusalem.

α Semeliæ.] *Hoc in vulgata, & libris cum ea conuenientibus est caput 38. Hic autem in Complut. additur,* καὶ πασχὼρ υἱὸς μελχίου, & Paschor filius Melchiæ. β Habitans.] *Nonnulli,* ὁ καθήμενος, sedens. γ Fame.] *In Compl. additur,* καὶ ἐν λοιμῷ, & in peste. δ Dixerunt.] *In eadem additur,* οἱ ἄρχοντες, principes. ε Vaticinatur.] *In quibusdam est,* οὐ χρησιμολογεῖ, non vtiliter loquitur. ζ Et proiecerunt.] *Complut.* καὶ ἔλαβον τὸν ἱερεμίαν, καὶ ἔρριψαν, & tulerunt Hieremiam, & proiecerunt. η Eum.] *In eadem additur,* ἐν σχοινίοις, in funibus. θ Æthiops.] *In eadem additur, quod videtur etiam agnosci à Theodoreto,* ἀνὴρ εὐνοῦχος, vir eunuchus. ι Malefecisti.] *Sic etiam Theodoretus. In Compluten. est,* κύριέ μου βασιλεῦ ἐπονηρεύσαντο οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι πάντα ἃ ἐποίησαν κατὰ τοῦ ἱερεμίου τοῦ προφήτου ῥίψαντες αὐτὸν εἰς τὸν λάκκον, ἵνα ἀποθάνῃ ἐν αὐτῷ ἀπὸ προσώπου, Domine mi rex male fecerunt viri isti omnia, quæcumque perpetrarunt contra Hieremiam prophetam, mittentes eum in lacum, vt moriatur in eo à facie, *&c. quomodo fere vulgata.* κ Aseliscl.] *Apollinarius:* Cæteri, τὴν τρίτην. *Theodoretus. Hoc Syrus interpretatus est* ἔσω τὴν τρίτην θύραν, intra tertiam portam. λ Præualebunt.] *In quibusdam & apud Theodoretum,* ἠδυνάσθησαν, præualuerunt, *vt vulgata.* μ Deponent.] *Non longe ab vulgata, in qua tamen est tempus præteritum,* demerserunt *Complut. & aliqui vetusti habent,* καὶ κατισχύσουσιν ἐν ὀλισθήμασιν πόδας σου, *quod interpretantur,* & præualebunt in lubricis contra pedes tuos. *Theodoretus autem,* κατισχύσουσί σου ἐν ὀλισθήματι ποδός σου, præualebunt tibi in lapsu pedis tui.

CAP. XLVI.

ET factum est [a] mense nono Sedeciæ regis Iuda, aduenit Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis virtus eius super Hierusalem: & obsidebant eam. Et in vndecimo anno Sedeciæ in mense quarto, nona mensis diffissa est ciuitas: & ingressi sunt omnes duces regis Babylonis: & sederunt in porta media, Marganasar, & Samagoth, & Nabusachar, & Nabusaris, Nagargas, Naserrabamath, & reliqui duces regis [β] Babylonis. Et miserunt, & tulerunt Hieremiam de atrio carceris, & dederunt eum ad Godoliam filium Achican filij Saphan: & eduxerunt eum: & sedit in medio populi. Et ad Hieremiam factum est verbum Domini in atrio carceris, dicens: Vade, & dic ad Abdemelech Æthiopem: Sic dixit Dominus Deus Israel: Ecce ego affero verba mea super ciuitatem hanc in mala, & non in bona: & saluabo te in die illa: & non dabo te in manus hominum, quos tu times à facie eorum. Saluans enim saluabo te: & in gladio non cades: & erit anima tua in rem inuentam: quoniã fidisti super me, ait Dominus.

α Mense.] *Hoc in vulgata, & libris cum ea conuenientibus est cap. 39. Hic autem locus in quibusdam codicibus sic habet,* ἐν τῷ ἔτει τῷ ἐνάτῳ τοῦ σεδεκίου βασιλέως ἰούδα, ἐν τῷ μηνὶ τῷ δεκάτῳ, in anno nono Sedeciæ regis Iuda in mense decimo, *vt vulgata: quam lectionem agnoscit etiam Theodoretus.* β Babylonis.] *Hic in Complut. sequuntur ista, quæ agnoscuntur etiam à Theodoreto,* καὶ ἐγένετο, ὡς εἶδεν αὐτοὺς σεδεκίας βασιλεὺς ἰούδα, καὶ πάντες οἱ ἄνδρες πολεμισταί, καὶ ἔφυγον, καὶ ἐξῆλθον νυκτὸς ἐκ τῆς πόλεως κατὰ τὴν ὁδὸν κήπου τοῦ βασιλέως διὰ τῆς πύλης ἀναμέσον τοῦ τείχους καὶ τοῦ προτειχίσματος. καὶ ἐξῆλθον διὰ τὴν ὁδὸν ἀραβά. καὶ κατεδίωξεν ἡ δύναμις τῶν χαλδαίων ὀπίσω αὐτῶν: καὶ συνέλαβον τὸν σεδεκίαν ἐν τῷ πέραν ἱεριχώ, καὶ ἤγαγον αὐτὸν πρὸς ναβουχοδονόσορ βασιλέα βαβυλῶνος εἰς ῥεβλάθα τὴν ἐν τῇ γῇ αἱμάθ. καὶ ἐλάλησεν αὐτῷ μετὰ κρίσεως. καὶ ἔσφαξεν ὁ βασιλεὺς βαβυλῶνος τοὺς υἱοὺς σεδεκίου ἐν ῥεβλάθα κατ' ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ πάντας τοὺς ἄρχοντας ἰούδα ἔσφαξεν. καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς σεδεκίου ἐξετύφλωσεν. καὶ ἔδησεν αὐτὸν ἐν πέδαις, καὶ ἤγαγεν αὐτὸν εἰς βαβυλῶνα. καὶ τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως, καὶ τὰς οἰκίας τοῦ λαοῦ ἐνέπρησαν οἱ χαλδαῖοι ἐν πυρί, καὶ τὸ τεῖχος ἱερουσαλὴμ καθεῖλαν. καὶ τὸ περισσὸν τοῦ λαοῦ, καὶ τοὺς καταλειφθέντας ἐν τῇ πόλει, καὶ τοὺς ἐμπεπτωκότας, οἳ ἐνέπεσαν πρὸς τὸν βασιλέα βαβυλῶνος, καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ λαοῦ, καὶ τοὺς καταλειφθέντας μετῆρεν ναβουζαρδὰν ὁ ἀρχιμάγειρος εἰς βαβυλῶνα. καὶ ἐκ τῶν πτωχῶν τοῦ λαοῦ οἷς οὐκ ἦν οὐδέν, κατέλιπεν ναβουζαρδὰν ὁ ἀρχιμάγειρος ἐν γῇ ἰούδα, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ἀμπελῶνας, καὶ ἀγροὺς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. καὶ ἐνετείλατο ναβουχοδονόσορ βασιλεὺς βαβυλῶνος ὑπὲρ τοῦ ἱερεμίου ἐν χειρὶ ναβουζαρδὰν τοῦ ἀρχιμαγείρου, λέγων. λάβε αὐτόν, καὶ θὲς τοὺς ὀφθαλμούς σου ἐπ' αὐτόν, καὶ μὴ ποιήσῃς αὐτῷ οὐδὲν κακόν, ἀλλὰ καθὼς λαλήσει πρὸς σέ, οὕτω ποιήσεις αὐτῷ. καὶ ἀπέστειλε ναβουζαρδὰν ὁ ἀρχιμάγειρος, καὶ ναβουσαζβὰν καὶ ῥαψαρὴς, καὶ νηργὲλ, καὶ σαρασάρ, καὶ ῥαβμάγ, καὶ πάντες οἱ ἡγεμόνες βασιλέως βαβυλῶνος. Et factum est, vt vidit eos Sedecias rex Iuda, & omnes viri bellatores; & fugerunt, & exierunt nocte de ciuitate per viam horti regis per portam inter medium muri, & antemuralis: & exierunt per viam Araba. Et insequuta est virtus Chaldæorum post eos: & ceperunt Sedeciam in regione trans Hiericho, & adduxerũt eum ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Æmath. Et loquutus est ei cum iudicio. Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblatha ante oculos eius: & omnes principes Iuda iugulauit. Et oculos Sedeciæ excæcauit: & vinxit eum in compedibus, & duxit eũ in Babylonem. Et domum regis, & domos populi succenderunt Chaldæi in igne, & murum Hierusalem destruxerunt. Et residuum populi, & eos, qui remanserant in ciuitate, & transfugas, qui transfugerant ad regem Babylonis, & reliquum populi, & eos, qui remanserant, transtulit Nabuzardan princeps coquorum in Babylonem. Et de pauperibus populi, quibus non erat quicquam, reliquit Nabuzardan princeps coquorum in terra Iuda; & dedit eis vineas,

A eis vineas, & agros in die illa. Et mandauerat Nabuchodonosor rex Babylonis pro Hieremia in manu Nabuzardan: Suscipe eum, & pone oculos tuos super eo: & ne facias ei malum vllum: sed, sicut loquutus fuerit ad te, facies ei. Et misit Nabuzardan rex coquorum, & Nabusezban, & Rapsares, & Nergel, & Saralar, & Rabmag, & omnes duces regis Babylonis.

CAP. XLVII.

VERBVM, quod factum est à Domino ad Hieremiam, postquam dimisit eum Nabuzardan princeps coquorum ex Rama, quando tulit eũ in manicis, in medio transmigrationis Iuda, eorum, qui ducebantur in B Babylonem. Et tulit eum princeps coquorum, & dixit ei: Dominus Deus tuus loquutus est mala hæc super locum istum: & fecit [α] Dominus; quia peccastis eis, & non audistis vocem [β] eius. Ecce solui te à manicis, quæ super manus tuas. Si bonum coram te venire mecum in [γ] Babylonem; & ponam oculos meos super te: Sin minus; recurre, [δ] redi ad Godoliam filium Achicam filij Saphan, quem constituit rex Babylonis in terra Iuda: & habita cum eo in medio populi in terra Iuda: ad omnia quæ bona in oculis tuis ad eundum; [ε] vade. Et dedit ei magister coquorum [ζ] dona, & dimisit eum. Et venit ad Godoliam in Massepha: & sedit in medio populi sui, qui remanserat in terra. Et audierunt omnes duces virtutis, quæ in agro, ipsi, & viri eorum, quia constituit rex Babylonis Godoliam C in terra, & [η] commendarunt ei viros, & vxores [θ] eorum, quos non transtulerat in Babylonem. Et venit ad Godoliam in Massepha Ismael filius Nathaniæ, & Ioanam filius Caree, & Saræas filius Thanaemeth, & filij Iophe Netophathitæ, & Ezonias filius Mochathi, ipsi, & viri eorum. Et iurauit eis Godolias, & viris eorum, dicens: Ne timeatis à facie puerorum Chaldæorum. Habitate in terra, & operamini regi Babylonis: & melius erit vobis. Et ecce ego sedeo coram vobis in Massepha ad standum ante faciem Chaldæorum, quicumque venerint super vos. Et vos colligite vinum, & fructus, & oleum, & mittite in vasa vestra: & habitate in vrbibus, quas tenuistis. Et omnes Iudæi, qui in Moab, & in filijs Am- D mon, & qui in Idumæa, & qui in omni terra, audierunt, quia dedit rex Babylonis reliquias Iuda, & quia constituit super eos Godoliam filium Achicam. [ι] Et venerunt ad Godoliam in terram Iuda in Massepha: & collegerunt vinum, & fructus multos valde, & oleum. Et Ioanan filius Caree, & omnes duces virtutis, qui in agris, venerunt ad Godoliam in Massepha, & dixerunt ei: Si cognitione cognoscis, quia [κ] Belissa rex filius Ammon misit ad te Ismael ad percutiendum animam tuam? Et non credidit eis Godolias. Et dixit Ioanam Godoliæ occulte in Massepha: Ibo nunc, & percutiam Ismael, & nemo sciat: ne percutiat animam tuam, & dispergatur omnis Iudas, qui conuenerunt ad te: & peribunt residui Iu- E da. Et dixit Godolias ad Ioanan: Ne facias [λ] rem: quia falsa tu dicis super Ismael.

[α] Dominus.] *Hoc in vulgata, & libris cum ea conuenientibus est cap. 40. Hic autem in Complut. & apud Theodoretum additur,* καθὼς ἐλάλησεν, sicut loquutus est. [β] Eius.] *In iisdem sequitur,* καὶ ἐγένετο ὑμῖν ὁ λόγος οὗτος, & factus est vobis sermo hic, *vt vulgata.* [γ] Babylonem.] *In cæteris adiungitur,* ἥκε, veni. [δ] Redi.] *In Compl. & apud Theodoretum,* ἰδοὺ πᾶσα ἡ γῆ ἐνώπιόν σου. εἰς καλὸν. καὶ εἰς ἀρεστὸν ἐν ὀφθαλμοῖς σου τοῦ πορευθῆναι, ἐκεῖ πορεύου, καὶ ἀνάστρεψον, Ecce omnis terra in conspectu tuo est: eo quo bonum, & placitum in oculis tuis ire, illuc vade, & redi. [ε] Vade.] *Delendum illud* καὶ, *quod in nostra antecedit.* [ζ] Dona.] *Nonnulli,* ἐπισιτισμὸν, καὶ δῶρα, viaticum, & dona. [η] Commendarunt.] *Multi,* παρεκατέθετο, commendauit. [θ] Eorum.] *In Compl. sequitur,* καὶ τὰ νήπια, καὶ ἀπὸ τῶν πενήτων τῆς γῆς, & paruulos, & de pauperibus terræ, *vt vulgata.* [ι] Et venerunt.] *In eadem antecedunt hæc,* καὶ ἐπέστρεψαν πάντες οἱ ἰουδαῖοι ἀπὸ παντὸς τόπου, εἰς ὃν διεσπάρησαν, Et reuersi sunt omnes

omnes Iudæi de omni loco, in quem disperserant se. κ Belissa rex filius.] *Compluten.* βασίλισσα βασιλέως υἱῶν ἀμμὼν, regina regis filiorum Ammon. *Atque istud quidem*, filiorum, *conuenit cum vulgata: cætera autem valde abhorrent.* λ Rem.] *Compluten. addit*, τοῦτο, hanc. *Alij habent*, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, iuxta verbum tuum.

A

CAP. XLVIII.

ET factum est, mense septimo venit Ismael filius Nathaniæ filij Eleasa de genere [α] regis, & decem viri cum eo ad Godoliam in Massepha: & comederunt ibi panem simul. Et surrexit Ismael, & decem viri, qui erant cum eo; & percusserunt [β] Godoliam, quem constituerat rex Babylonis super terram, & omnes Iudæos, qui erant cum eo in Massepha, & omnes Chaldæos, qui reperti sunt [γ] ibi. Et factum est die secunda, cum ipse percussisset Godoliam, & homo non cognouit. Et venerunt viri de Sychem, & de Salem, & de Samaria octuaginta viri, rasi barbas, & scissis vestibus, & plangentes: & [δ] manna, & thus in manibus eorum ad inferendum in domum Domini. Et egressus est in occursum illis Ismael: ipsi ibant, & flebant. Et dixit eis: Ingredimini ad Godoliam. Et factum est, ingressis illis in medium ciuitatis, [ε] iugulauit eos in puteo. Et decem viri reperti sunt ibi, & dixerunt ad Ismael: Noli occidere nos, quia sunt nobis thesauri in agro, frumenta, ordea, mel, & oleum. Et præterijt, & non interfecit eos in medio fratrum eorum. Et puteus, in quem proiecit illuc Ismael omnes, quos percusserat (puteus magnus hic est, quem fecit rex Asa à facie Baasa regis Israel) hunc impleuit Ismael occisis. Et abduxit Ismael omnem populum, qui remanserat in Massepha, & filias regis, quas commendauerat magister coquorū Godoliæ filio Achicam: & abijt, vt transiret ad filios Ammon. Et audiuit Ioanan filius Caree, & omnes duces virtutis, qui cum eo, omnia mala, quæ fecerat Ismael: & adduxerunt omnem exercitum suum: & abierunt impugnare eum: & inuenerunt eum super aquam multam, in Gabaon. Et factum est, quando vidit omnis populus, qui cum Ismael, Ioanam, & duces virtutis, [ζ] quæ cum eo; & redierunt ad Ioanam. Et Ismael euasit cum octo hominibus, & abijt ad filios Ammon. Et tulit Ioanan, & omnes duces virtutis, qui cum eo, omnes residuos populi, quos reduxerat ab [η] Ismael, potentes viros in bello, & mulieres, & reliqua, & eunuchos, quos reduxerant de Gabaon: & abierunt, & sederūt in [θ] Gaberochamaa, quæ ad Bethleem, vt irent in Ægyptum à facie Chaldæorum: quia timuerunt à facie eorum: quia percusserat Ismael Godoliam, quem constituerat rex Babylonis in terra.

B

C

D

α Regis.] *Hoc in vulgata, & libris cum ea conuenientibus est caput 41. Hic autem in Compl. additur*, καὶ ἡγούμενοι τοῦ βασιλέως, *quod vulgata*, & optimates regis. *Multæ sunt aliæ huiusmodi additiones: sed nos eas notamus, quæ ad sententiam faciunt.* β Godoliam.] *In eadem sequitur*, μαχαίρᾳ, καὶ ἐθανάτωσαν αὐτὸν, gladio, & interfecerunt eum. γ Ibi.] *In eadem subiungitur*, καὶ τοὺς ἄνδρας πολεμικοὺς ἐπάταξεν ἰσμαήλ, & viros bellatores percussit Ismael. δ Manna.] *Est vox hebraica paululum corrupta, de qua alibi notatum est ex S. Hieronymo. Eam Aquila interpretatus est*, δῶρα, dona. *Symm.* θυσία, sacrificium. *Compl* δῶρον, donum. ε Iugulauit eos in puteo.] *Non longe à vulgata. Plerique autem libri*, ἔσφαξεν αὐτοὺς, καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὸ φρέαρ, iugulauit eos, & iniecit in puteum. *Theodoretus videtur habuisse*, βολίσι, iaculis. *In Compluten. subiungitur*, αὐτὸς, καὶ οἱ ἄνδρες οἱ μετ' αὐτοῦ, ipse, & viri, qui erant cum eo. ζ Quæ.] *Aliqui*, τοὺς μετ' αὐτοῦ, qui cum eo. *In Compl. autem sequitur*, ηὐφράνθησαν, lætati sunt: *quod agnoscit etiam Theodoretus.* η Ismael] *In eadem additur*, υἱοῦ ναθανίου ἀπὸ μασσηφὰ μετὰ τὸ πατάξαι αὐτὸν γοδολίαν υἱὸν ἀχικάμ, filio Nathaniæ de Masipha, postquam ille percusserat Godoliam filium Achicam. θ Gaberochamaa.] *Sunt dictiones hebraicæ paululum deprauatæ, quæ significant*, in peregrinatione Chamaan. *In quibusdam facta est mistio ex græco & hebraico*, ἐν γῇ βηρὼθ χαάμ, in terra Beroth Chaam.

E

CAP.

CAP. XLIX.

ET accesserunt omnes duces virtutis, & Ioanan, & Azarias filius Maasiæ, & omnis populus à paruo, & vsque ad magnum, ad Hieremiam prophetã, & dixerunt ei: Cadat nunc misericordia nostra ante faciem tuam: & ora ad Dominum Deum tuum pro residuis his: quia relicti sumus pauci è multis; sicut oculi tui [α] vident. Et annunciet nobis Dominus Deus tuus viam, qua ibimus in ea, & verbum, quod faciemus. Et dixit eis Hieremias: Audiui. Ecce ego orabo pro vobis ad Dominum Deum nostrum secundum verba vestra: & erit, verbum quodcunque respondebit Dominus Deus, annunciabo vobis: non celabo à vobis verbum. Et ipsi dixerunt Hieremiæ: Sit Dominus in nobis in testem iustum, & fidelem; si non iuxta omne verbum, quod miserit Dominus ad nos, sic fecerimus: & siue bonum, & siue malum; vocem Domini Dei nostri, ad quem nos mittimus te ad eum, audiemus: vt melius nobis fiat, quia audiemus vocem Domini Dei nostri. Et factum est post dies decem, factum est verbum Domini ad Hieremiam. Et vocauit Ioanan, & duces virtutis, & vniuersum populum à paruo & vsque ad magnum: & dixit eis: Sic dixit [β] Dominus: Si sedentes sederitis in terra hac; ædificabo vos, & non destruam: & plantabo vos, & non euellam: quia requieui super malis, quæ [γ] feci vobis. Nolite timere à facie regis Babylonis, quem vos timetis: à facie eius ne timeatis, dicit Dominus: quia vobiscum ego, vt eruam vos, & saluem vos de manu eorum. Et dabo vobis misericordiam, & miserebor vestri: & reducam vos in terram vestram. Quòd si dicitis vos, non sedebimus in terra hac, vt non audiamus vocem [δ] Domini, quia in terram Ægypti ingrediemur, & non videbimus bellum, & vocem tubæ non audiemus, & in panibus non esuriemus, & ibi habitabimus; propter hoc audite verbum Domini: [ε] Sic dixit Dominus: Si vos dederitis faciem vestram in Ægyptum, & intraueritis illuc ad habitandum; & erit, gladius, quem vos timetis à facie eius, inueniet vos in terra Ægypti: & fames, cuius vos rationem habetis à facie eius, comprehendet vos post vos in Ægypto, & ibi moriemini. Et erunt omnes homines, & omnes alienigenæ, qui posuerint faciem suam ad terram Ægypti ad inhabitandum ibi, deficient in gladio, & in [ζ] fame: & non erit eorum quisquam saluus à malis, quæ ego induco super eos. Quia sic dixit Dominus: Sicut stillauit furor meus super habitatores Hierusalem; sic stillabit furor meus super vos, ingressis vobis in Ægyptum: & eritis in inuium, & subiecti, & in maledictionem, & in opprobrium: & non videbitis vltra locum istum: quæ loquutus est Dominus super vos residuos Iudæ: nolite intrare in Ægyptum. Et nunc cognoscentes cognoscetis, [η] quia maligne egistis in animas vestras, mittentes me, dicentes, ora pro nobis ad Dominum, & iuxta omnia, quæcumque loquetur nobis Dominus, [θ] faciemus: & non audistis vocem Domini, qua misit me ad vos: & nunc in gladio, & in [ι] fame deficietis in loco, quo vos vultis intrare ad habitandum ibi.

[α] Vident.] *Hoc in vulgata, & libris cum ea conuenientibus est caput 42. Hic autem Theodoretus addit* ἡμᾶς, nos, *vt vulgata*, nos intuentur. [β] Dominus.] *In Compluten. sequitur*, ὁ θεὸς Ἰσραὴλ, ὃ ἀπεστείλατέ με πρὸς αὐτὸν, ἵνα πέσῃ ἡ δέησις ὑμῶν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, Deus Israel, ad quem misistis me ad eum, vt cadat deprecatio vestra ante eum. [γ] Quæ feci.] *In quibusdam, & apud Theodoretum est*, οἷς εἶπα ποιῆσαι, quæ dixi facere. *Sed no-*

Sed nostra conuenit cum vulgata. δ Domini.] *In Compl. sequitur,* τοῦ θεοῦ ἡμῶν λέγοντες, μηδαμῶς, ὅτι, Dei nostri, dicentes, Nequaquam, quia, *&c.* ε Sic dixit Dominus.] *Eadem,* κατάλοιπε ἰούδα. οὕτως εἶπεν κύριος τῶν δυνάμεων ὁ θεὸς ἰσραήλ, residui Iuda. Sic dixit Dominus virtutum, Deus Israel. ζ Fame.] *In eadem subiungitur,* καὶ λοιμῷ, & peste. η Quia maligne.] *Eadem,* ὅτι ἐμαρτυρησάμην ὑμῖν σήμερον, ὅτι ἐπονηρεύσασθε, quia contestatus sum vobis hodie, quia maligne, *&c.* θ Faciemus.] *In eadem, & apud Theodoretum,* ὅπως ἀνάγγειλον ἡμῖν, καὶ ποιήσομεν· καὶ ἀνήγγειλα ὑμῖν, καὶ οὐκ εἰσηκούσατε, sic annuncia nobis, & faciemus: & annunciaui vobis, & non exaudistis. ι Fame.] *In Compl. additur,* καὶ ἐν λοιμῷ, & in peste: *pro quo Theodoretus videtur habuisse,* θανάτῳ, morte. *Sic enim sæpe nominatur pestis.*

CAP. L.

ET factum est, vt cessauit Hieremias dicens ad populum omnes sermones Domini, quibus miserat eum Dominus ad eos, omnia verba hæc; & dixit Azarias filius Maasiæ, & Ioanan filius Caree, & omnes [α] viri: qui dixerunt Hieremiæ, dicentes: Mendacia: non misit te Dominus ad nos dicens, ne ingrediamini in Ægyptum ad habitandum illic: sed Baruch filius Neriæ concitat te aduersus nos; vt des nos in manus Chaldæorum ad occidendum nos, & transferendum nos in Babylonē. Et non audiuit Ioanan, & omnes duces virtutis, & omnis populus vocem Domini, vt habitarent in terra Iuda. Et assumpsit Ioanan, & vniuersi duces virtutis omnes residuos Iuda, qui [β] reuerterant habitare in terra, potentes viros, & mulieres, & paruulos reliquos, & filias regis, & animas quas reliquerat Nabuzardan cum Godolia filio Achicam, & Hieremiam prophetam, & Baruch filium Neriæ: & ingressi sunt in Ægyptum, quia non audierunt vocem Domini, & intrarunt in Taphnas. Et factum est verbum Domini ad Hieremiam in Taphnas dicens: Sume tibi lapides grandes, & absconde eos [γ] in vestibulis in porta domus Pharaonis in Taphnas, ante oculos virorum Iuda, & dices: Sic dixit Dominus: Ecce ego mitto, & adducam Nabuchodonosor regem [δ] Babylonis: & ponet suum thronum super lapides istos, quos abscondisti: & eleuabit arma super eos: & ingredietur, & percutiet terrā Ægypti, quos in mortem, in mortem, & quos in transmigrationem, in transmigrationem, & quos in gladium, in gladium. Et succendet ignem in domibus Deorum eorum, & comburet eos, & transferet eos, & pediculis excutiet terram Ægypti, sicut excutit pastor vestimentum suum. Et egredietur in pace: & conteret titulos Heliopolis, [ε] qui in On: & domos [ζ] eorum comburet in igni.

α Viri.] *Hoc in vulgata, & libris cum ea conuenientibus est caput 43. Hic autem in plerisque additur,* ὑπερήφανοι, superbi. *In Compl. autem hic locus sic habet,* οἱ ὑπερήφανοι οἱ εἰπόντες τῷ ἱερεμίᾳ, ψευδῆ σὺ λαλεῖς, superbi dicentes Hieremiæ, Mendacia tu loqueris; *quæ vltima verba sunt etiam apud Theodor.* β Reuerterant.] *Eadem,* τοὺς ἀποστραφέντας ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν, ἃ διεσκορπίσθησαν ἐκεῖ, *quod vulgata,* qui reuersi fuerant de cunctis gentibus, ad quas fuerant ante dispersi. γ In vestibulis.] *Schol.* Cæteri, ἐν κρυφαίῳ, in occulto. δ Babylonis.] *Theodoretus, & Compl. addunt,* τὸν δοῦλόν μου, seruum meum. ε Qui in On.] *Ita etiam Theodoretus: & putat idem esse On, & Heliopolin. Complut. habet,* τοὺς ἐν αἰγύπτῳ, qui in Ægypto. ζ Eorum.] *Theodoretus* τῶν θεῶν αὐτῶν, Deorum eorum. *Compluten.* αἰγύπτου, Deorum Ægypti.

CAP. LI.

VERBVM, quod factum est ad Hieremiam omnibus Iudæis habitantibus in terra Ægypti, et sedentibus in Magdolo, et in [α] Taphnas, et in terra Pathures, dicens: Sic dixit Dominus Deus Israel: Vos vidistis omnia mala, quæ induxi super Hierusalem, et super ciuitates Iuda: et ecce sunt [β] desertæ ab habitatoribus à facie malitiæ ipsorum, quam fecerunt ad exacerbandum

A dum me, euntes adolere Dijs alijs, quos y nesciebatis. Et misi ad vos pueros meos prophetas diluculo, & misi dicens: Nolite facere rem contaminationis huius, quam odi. Et non audierunt me, & non inclinauerunt aurem suam, vt auerterent se à malis suis, ad non adolendum Dijs alienis. Et stillauit ira mea, & furor meus: & succensus est in portis Iuda, & extra Hierusalem. Et facti sunt in desolationem, & in inuium, sicut dies hæc. Et nunc sic dixit Dominus omnipotens: Vt quid vos facitis mala magna in animas vestras? ad succidendum vobis hominem, & mulierem, paruulum, & lactentem de medio Iuda, vt non relinquatur ex vobis vllus, exacerbando me in operibus manuum vestrarum, B adolendo Dijs alienis in terra Ægypto, ad quam venistis habitare illic; vt excidamini, & vt fiatis in maledictionem, & in opprobrium in omnibus gentibus terræ. Nunquid obliti estis vos malorum, patrum vestrorum, & malorum, regum Iuda, & malorum, principum vestrorum, & malorum mulierum vestrarum, quæ fecerunt in terra Iuda, & extra Hierusalem? Et non cessauerunt vsque ad diem d hanc, & non adhæserunt præceptis meis, quæ dedi ante faciem e patrum eorum. Idcirco sic dixit f Dominus: Ecce ego statuo faciem meam ad * disperdendum omnes residuos, qui in Ægypto: & cadent in gladio, & in fame: & deficient à paruo vsque ad magnum: & erunt in opprobrium, & in perditionem, & in maledictionem. Et visitabo super sedentes in terra Ægypto, C sicut visitaui super Hierusalem in gladio, & in g fame: & non erit saluus quisquã de residuis Iuda, qui incolunt in terra Ægypto, ad reuertendum in terram Iuda, ad quam ipsi sperant animabus suis reuerti illuc: non reuertentur; nisi, qui euaserint. Et responderunt Hieremiæ omnes viri, qui sciebant, quia adolent vxores suæ, & omnes mulieres, synagoga magna, & omnis populus sedentes in terra Ægypto in Pathure, dicentes: Verbũ, quod loquutus es ad nos nomine Domini, non audiemus te: quia i facientes faciemus omne verbum, quod egredietur ex ore nostro, adolendo reginæ cæli, & libando ei libamina; sicut fecimus nos, & patres nostri, & reges nostri, & principes nostri in ciuitatibus Iuda, & k extra Hie- D rusalem: & impleti sumus panibus, & fuimus iucundi, & mala non vidimus. Et vt omisimus adolentes reginæ cæli, imminuti sumus omnes: & in gladio, & in fame defecimus. Et quia nos adolebamus reginæ cæli, & libauimus ei libamina, nunquid sine viris nostris fecimus ei placentas, & libauimus ei libamina? Et dixit Hieremias omni populo, potentibus, & mulieribus, & omni populo ijs, qui responderant ei verba, dicens: Nonne incensi, quod adolebatis in ciuitatibus Iuda, & extra Hierusalem vos, & patres vestri, & reges vestri, & principes vestri, & populus terræ, meminit Dominus? & ascendit super cor ipsius? Et non potuit Dominus vltra ferre à facie malitiæ rerum vestrarum, & à vestris abomi- E nationibus, quas fecistis. Et facta est terra vestra in desolationem, & in inuium, & in maledictum, sicut dies hæc, à facie eorum, quæ adolebatis, & quæ peccabatis Domino. Et non audistis vocem Domini: & in præceptis eius, & in lege, & in testimonijs eius non ambulastis: & apprehenderunt vos mala hæc. Et dixit Hieremias populo, & mulieribus: Audite verbum λ Domini: Sic dixit Dominus Deus Israel: Vos μ mulieres ore vestro loquutæ estis, & manibus vestris implestis, dicentes: facientes faciemus confessiones nostras, quas confessæ sumus, adolendo reginæ cæli, & libando ei libamina. Perseuerantes perseuerastis in con-

 fessioni-

fessionibus vestris, & facientes fecistis. Ideo audite verbum Domini, omnis Iuda, qui sedetis in terra Ægypto: Ecce iuraui nomine meo magno, ait Dominus; si erit vltra nomen meum in ore vniuersi Iuda ad dicendũ, Viuit Dominus, in omni terra Ægypti: quia ego vigilaui super eos, ad affligendũ eos, & non benefaciendum. Et deficient omnis Iuda, habitantes in terra Ægypto, in gladio, & in fame, donec defecerint. Et, qui euaserint à gladio; reuertentur in terram Iuda, pauci numero: & agnoscent residui Iuda, qui steterunt in terra Ægypto ad habitandum ibi, verbum cuius [ν] permaneat. Et hoc signum vobis; quia visitabo ego super vos in [ξ] mala, sic dixit Dominus: Ecce ego do [ο] Vaphre regem Ægypti in manus inimici eius, & in manus quærentis animam eius; sicut dedi Sedeciam regem Iuda in manus Nabuchodonosor regis Babylonis inimici eius, & quærentis animam eius. [π] VERBVM, quod loquutus est Hieremias propheta ad Baruch filium Neriæ; quando scripsit verba hæc in libro ex ore Hieremiæ in anno quarto Ioacim filio Iosiæ regis Iuda: Sic dixit Dominus super te Baruch: quia dixisti, heu mihi, heu mihi: quia addidit Dominus laborem super dolorem meum: dormiui in gemitibus: requiem non inueni: Dic ei, sic dixit Dominus: Ecce, quos ego ædificaui; ego destruam: & quos ego plantaui; ego [ρ] euello: & tu quæres tibi grandia: Noli quærere: quia ecce ego induco mala super omnem carnem, ait Dominus: & dabo animam tuam in rem inuentam in omni lo lo, quocumque ieris illuc.

α Taphnas.] *Hoc vsque ad*, Verbum, quod loquutus est Hieremias, *in vulgata, & libris cum ea conuenientibus est caput 44. Hic autem in Compl. additur*, καὶ ἐν μέμφοις, & in Memphis, *vt vulgata.* β Desertæ.] *In iisdem additur*, σήμερον, hodie. γ Nesciebatis.] *Compl.* οὐκ ἔγνων αὐτοὶ, καὶ ὑμεῖς, καὶ οἱ πατέρες ὑμῶν, nesciebant ipsi, & vos, & patres vestri. δ Hanc.] *In eadem additur*, καὶ οὐκ ἐφοβήθησαν, & non timuerunt. ε Patrum.] *Eadem*, αὐτῶν, καὶ κατὰ πρόσωπον τῶν πατέρων αὐτῶν, eorum, & ante faciem patrum eorum. ζ Dominus.] *In eadem, & apud Theodoretum sequitur*, τῶν δυνάμεων, ὁ θεὸς ἰσραήλ, virtutum, Deus Israel. η Ad disperdendum omnes residuos, qui in Ægypto.] *Theodoretus, & Complut.* εἰς κακὸν (*aut* κακὰ) τοῦ ἀπολέσαι πάντα ἰούδα. καὶ λήψομαι τοὺς καταλοίπους ἰούδα, οἳ ἔθεντο τὸ πρόσωπον αὐτῶν τοῦ εἰσελθεῖν εἰς γῆν αἰγύπτου τοῦ κατοικῆσαι ἐκεῖ, καὶ ἐκλείψουσι πάντες ἐν γῇ αἰγύπτου, in malum ad disperdendum omnem Iudam. Et tollam residuos Iuda, qui posuerũt faciem suam, vt ingrederentur in terram Ægypti ad habitandum ibi: & deficient omnes in terra Ægypti. θ Fame.] *In eadem additur*, καὶ ἐν θανάτῳ, & in morte. ι Facientes.] ποιοῦντες. *Sic etiam Theodoretus. Alij* ποιοῦσαι, *vt referatur ad fœminas.* κ Extra.] *Theodoretus*, ἐν πλατείαις, in plateis, *vt vulgata.* λ Domini.] *In Compl. sequitur*, πᾶσα ἰούδα, οἱ ἐν γῇ αἰγύπτου, omnis Iuda, qui in terra Ægypti. μ Mulieres.] *Eadem*, καὶ αἱ γυναῖκες ὑμῶν, & mulieres vestræ. ν Permaneat.] *Eadem, & Theodoretus addunt*, ὁ ἐμὸς, ἢ ὁ αὐτῶν, meus, an illorum. ξ In mala] *Eadem*, ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ἵνα γνῶτε ὅτι ἐμμενοῦσιν οἱ λόγοι μου ἐφ' ὑμᾶς εἰς κακά, in loco isto, vt sciatis, quia permanebunt sermones mei super vos in mala. ο Vaphre.] *Eadem, & Theodoretus*, τὸν φαραὼ ὀαφρῆ, Pharaonem Vafre. π Verbum.] *Hæc vsque ad finem in vulgata, & libris cum ea conuenientibus sunt cap. 45.* ρ Euello.] *Apud Theodoretum sequitur*, καί γε πᾶσαν τὴν γῆν ταύτην, etiam vniuersam terram hanc. *Complut.* τὴν ἐμοῦ, meam.

CAP. LII.

CVM [α] viginti vnius annorum esset Sedecias in regnando ipsum; & vndecim annis regnauit in Hierusalem: & nomen matri eius Amitaal filia Hieremiæ de [β] Lobena. Et factum est anno nono regni ipsius, in mense [γ] nono, decima mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis virtus eius super Hierusalem: & circumuallarunt eam, & circumædificarunt eam [δ] quadratis lapidibus in circuitu. Et venit ciuitas in obsidionem vsque ad annũ vndecimum regi [ε] Sedeciæ in nona mensis: & inualuit fames in ciuitate, & non erant panes populo terræ. Et dirupta est ciuitas: & omnes viri bellatores exierunt

A runt nocte per viam portæ inter murum,& antemurale, quod erat ad hortum regis: (Et Chaldæi super ciuitatem in circuitu:) & iuerunt viam, quæ ad Araba. Et persequuta est virtus Chaldæorum post regem: & apprehenderunt eum trans Hiericho: & omnes pueri eius dispersi sunt ab eo. Et ceperunt regem,& duxerunt eum ad regem Babylonis in ᶜ Deblatha. Et loquutus est ei cum iudicio. Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ ante oculos eius: & omnes principes Iuda iugulauit in Deblatha. Et oculos Sedeciæ excæcauit, & ligauit eum in compedibus. Et duxit eum rex Babylonis in Babylonem: & dedit eum in domum pistrini vsque in diem, qua mortuus est. Et in mense quinto, decima mensis, venit Nabuzardan princeps coquorum, qui stabat ante faciem regis Babylonis, in Hierusalem: & incendit domum Domini, & domum regis,& omnes domos ciuitatis: & omnem domum magnam incendit in igne: & omnem murum Hierusalem in circuitu destruxit virtus Chaldæorum, quæ cum principe coquorum. Et ᵃ reliquos de populo reliquit princeps coquorum in vinearum, & agrorum cultores. Et columnas æneas, quæ in domo Domini,& bases,& mare æneum, quæ in domo Domini, contriuerunt Chaldæi: & tulerunt æs eorum, & asportarunt in Babylonem: & coronam,& phialas,& creagras, & omnia vasa ænea, in quibus ministrabant in eis,& ipsas ᶿ apphoth, & ipsas Masmaroth, & pelues,& candelabra,& mortariola,& cyathos, quæ erant aurea aurea, & quæ erant argentea argentea, tulit princeps coquorum. Et columnæ duæ, & mare vnum,& vituli duodecim ænei subter mare, quæ fecerat rex Salomon in domo Domini, cuius non erat pondus æris eorum: & columnæ ᶥ triginta quinque: cubitorum altitudo columnæ vnius: & funiculus duodecim cubitorum circundabat eam: & crassities eius digitorum quatuor in circuitu: & ᵏ gisum super eas æneum,& quinque cubitorum longitudo, excessus gisi vnius, & rete, & malogranata super gisum in circuitu, omnia ænea: & iuxta hæc columnæ secundæ, ᴧ octo malogranata cubito, duodecim cubitis. Et erant malogranata nonaginta sex latus vnum: & erant omnia malogranata centum super rete in circuitu. Et tulit princeps coquorum ᵘ sacerdotem primum, & sacerdotem secundum, & tres illos, qui custodiebant viam,& eunuchum vnum, qui erat præfectus virorum bellatorum,& septem viros nominatos, qui in facie regis, inuentos in ciuitate,& scribam virtutum scribentem populo terræ,& sexaginta homines de populo terræ, inuentos in medio ciuitatis. Et tulit eos Nabuzardan princeps coquorum regis: & duxit eos ad regem Babylonis in Deblatha. Et percussit eos rex Babylonis in Deblatha in terra ᵛ Æmath. Et factum est in trigesimo, & septimo anno transmigrationis Ioacim regis Iuda in duodecimo mense in vigesima quarta mensis, accepit Vlæmadachar rex Babylonis, in anno, quo regnum adijt, caput Ioacim regis Iuda: ξ & totondit eum, & eduxit eum de domo, in qua custodiebatur: & loquutus est ei bona: & dedit thronum eius super reges, qui secum in Babylone: & mutauit stolam carceris eius: & comedebat panem semper ante faciem eius cunctis diebus, quibus vixit. Et demensum ei dabatur perpetuo à rege Babylonis de die in diem vsque ad diem, qua mortuus est.

α Cum viginti.] *Scholion, quod per errorem appositum est ad caput 26. pertinet ad hunc locum; & magna ex parte confectum est ex verbis Theodoreti ad finem præcedentis apud ipsum capitis, & ad hoc, quod apud omnes est 52.* Prophetia vsque ad hæc finem accepit. Post hæc enim historico magis modo prosequitur, quæ ad Sedeciam, & expugnationem Hierusalem, & vasa capta è templo. In quibus ποδιστῆρας, Syrus reddidit pelues lauandis pedibus aptas: Ipsos autem ἐπφαθ (*al.* ἀπφωθ) aliqui dicunt esse obeliscos, aliqui vero τοὺς ὑποχυτῆρας, hydrias, μεσμηρὼθ autem Candelabra. Ioacim vero vocat ipsum Iechoniam. β Lobena.] *In Compl. sequuntur hæc, quæ videntur agnosci etiam à Theodoreto,* καὶ ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἐνώπιον κυρίου κατὰ πάντα, ὅσα ἐποίησε ἰωακείμ. ὅτι ὀργὴ κυρίου ἦν ἐν ἱερουσαλήμ, καὶ ἐν ἰούδα ἕως τοῦ ἀποβαλεῖν αὐτοὺς ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ ἀφέστη σεδεκίας ἀπὸ τὸν βασιλέα βαβυλῶνος. Et fecit malum in conspectu Domini iuxta omnia, quæ fecerat Ioacim: Quoniam ira Domini erat in Hierusalem, & in Iuda, vsquequo proijceret eos à facie sua. Et recessit Sedecias à rege Babylonis. γ Nono.] *Aliqui,* δεκάτῳ, decimo, *vt vulgata.* δ Quadratis.] *Videntur hæc agnosci apud Theodoretum. In Compl. hic locus sic habet,* καὶ παρενέβαλον ἐπ' αὐτὴν, καὶ ᾠκοδόμησαν ἐπ' αὐτὴν περίτειχος κύκλῳ, & castrametati sunt super eam, & ædificarunt super eam circummurale in circuitu. ε Sedeciæ.] *In cæteris additur,* ἐν μηνὶ τῷ τετάρτῳ, in mense quarto. ζ Deblatha.] *In Complut. additur, vt etiam inferius in nostra,* ἐν γῇ αἱμάθ, in terra Hæmath. *Olympiodorus,* Emath est ea, quæ nunc vocatur Antiochia: Deblatha autem suburbanum eius Daphne. η Et reliquos de populo.] *In Compl. est,* καὶ ἀπὸ τῶν πενήτων τοῦ λαοῦ, καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ λαοῦ, καὶ τοὺς καταλειφθέντας ἐν τῇ πόλει, καὶ τοὺς ἐμπεπτωκότας, οἳ ἐνέπεσον πρὸς τὸν βασιλέα τῆς βαβυλῶνος, καὶ τὸ περισσὸν τοῦ ὄχλου μετῆκεν ὁ ἀρχιμάγειρος. καὶ ἀπὸ τῶν πενήτων τῆς γῆς κατέλιπεν. Et de pauperibus populi, & reliquum populi, & qui remanserant in ciuitate, & profugos, qui profugerant ad regem Babylonis, & residuum turbæ transtulit princeps coquorum. Et de pauperibus terræ reliquit, *&c.* θ Apphoth.] *Schol.* hydrias, phialas, thuribula, lebetes. *De his diximus ex Scholio, & Theodoreto. Nec vero mirandum, si non eædem omnino sint dictiones: in huiusmodi enim rebus magnæ semper sunt varietates.* ι Triginta quinque.] *Theodoretus vocat immensæ magnitudinis. In Compl. & vulgata est,* decem & octo. κ Gisum.] *Schol.* κεφαλίδας, capitella. λ Octo malogranata cubito, duodecim cubitis.] *Pro his in Compl. est duntaxat,* καὶ ῥοαὶ, & malogranata, *A plerisque codicibus vulgatæ abest tota hæc pars de secunda columna.* μ Sacerdotem.] *In Compl. & ex parte in alijs est,* τὸν σαραίαν τὸν ἱερέα τὸν πρῶτον, καὶ τὸν σοφονίαν τὸν ἱερέα τὸν δευτερεύοντα, Saraiam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum. ν Emath.] *In Complut. sequuntur hæc, quæ agnoscuntur etiam apud Theodoretum,* καὶ μετετέθη ἰούδα ἀπὸ τῆς γῆς αὐτοῦ. οὗτος ὁ λαὸς, ὃν μετέθηκεν ναβουχοδονόσορ ἐν ἔτει ἑβδόμῳ ἰουδαίους τρεῖς χιλιάδας, καὶ εἰκοσιτρεῖς. ἐν ἔτει ὀγδόῳ καὶ δεκάτῳ ναβουχοδονόσορ, μετέθηκεν ἀπὸ ἱερουσαλὴμ ψυχὰς ὀκτακοσίας τριάκοντα δύο. ἐν ἔτει τρίτῳ καὶ εἰκοστῷ ναβουχοδονόσορ μετέθηκεν ὁ ἀρχιμάγειρος ἰουδαίων ψυχὰς ἑπτακοσίας τεσσαρακονταπέντε. πᾶσαι αἱ ψυχαὶ τέσσαρες χιλιάδες, καὶ ἑξακόσιαι. Et translatus est Iuda de terra sua. Iste est populus, quem transtulit Nabuchodonosor: in anno septimo Iudæos tria millia & vigintitres. In anno octauo decimo Nabuchodonosor transtulit de Hierusalem animas octingentas triginta duas: In anno vigesimo tertio Nabuchodonosor, transtulit princeps coquorum Iudæorum animas septingentas quadragintaquinque. Omnes animæ quatuor millia, & sexcentæ: *vt fere vulgata.* ξ Et totondit eum.] *Hæc absunt à multis.*

BARVCH.

A

BARVCH.

B

CAP. I.

ET hæc verba libri, quæ ſcripſit Baruch filius Neriæ filij Maaſææ filij Sedeciæ filij Aſadiæ filij Chelciæ in Babylone in anno quinto in ſeptima menſis, in tẽpore, quo ceperant Chaldæi Hieruſalẽ, & incenderant eam in igne. Et legit Baruch verba libri huius in auribus Iechoniæ filij Ioacim regis Iuda, & in auribus vniuerſi populi venientiũ ad librum, & in auribus potentũ, & filiorum regũ, & in auribus ſeniorũ, & in auribus vniuerſi populi à paruo vſque ad magnum, omniũ habitantium in Babylone ſuper flumen Sud. Et plorabant, & ieiunabant, & orabant ante Dominũ. Et collegerunt argentum, ſecundum quòd cuiuſque potuit manus: & miſerunt in Hieruſalem ad Ioacim filium Chelciæ filij Salom, ſacerdotem, & ad ſacerdotes, & ad omnem populum, qui ſunt inuenti cum eo in Hieruſalem: in accipiendo ipſum vaſa domus Domini, quæ fuerant exportata è templo, ad reducendum in terram Iuda, decima Siual: vaſa argentea, quæ fecerat Sedecias filius Ioſiæ regis Iuda; poſtquam Nabuchodonoſor rex Babylonis trãſtulit Iechoniam, & principes, & vinctos, & potentes, & populum terræ ab Hieruſalem, & duxit eum in Babylonem. Et dixerunt: Ecce miſimus ad vos argentum: & emite argento holocauſtomata, & pro peccato, & thus: & facite* Manna: & offerte ſuper altare Domini Dei noſtri: & orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ad vitam Baltaſar filij eius; vt ſint dies eorum, ſicut dies cæli, ſuper terram. Et dabit Dominus fortitudinem nobis, & illuminabit oculos noſtros: & viuemus ſub vmbra Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſub vmbra Baltaſar filij eius: & ſeruiemus eis dies multos, & inueniemus gratiam coram eis. Et orate pro nobis ad Dominum Deum noſtrum: quia peccauimus Domino Deo noſtro: & non auertit ſe furor Domini, & ira eius à nobis vſque ad diem hanc. Et legetis librum hunc, quem miſimus ad vos recitari in domo Domini in die ſolennitatis, & in diebus temporis: & dicetis: Domino Deo noſtro iuſtitia: nobis autem confuſio facierum, ſicut dies hæc, homini Iuda, & inhabitantibus Hieruſalem, & regibus noſtris, & principibus noſtris, & ſacerdotibus noſtris, & prophetis noſtris, & patribus noſtris: Quæ peccauimus ante Dominum, & non credidimus ei, & non audiuimus vocem Domini Dei noſtri, vt ambularemus in mandatis Domini, quæ dedit ante faciem noſtram, à die, qua eduxit Dominus patres noſtros de terra Aegypti. Et vſque ad diem hanc fuimus increduli erga Dominum Deum noſtrum, & ᶜ vagabamur, ne audiremus vocem ipſius. Et ad-

C D E

hæſerunt in nos mala, & maledictio, quam conſtituit Dominus Moyſi puero ſuo in die, qua eduxit patres noſtros de terra Aegypti ad dandam nobis terram fluentem lac, & mel, ſicut dies hæc. Et non audiuimus vocem Domini Dei noſtri ſecundum omnia verba prophetarum, quos miſit ad nos. Et abiuimus vnuſquiſque in ſenſu cordis noſtri maligni, operari Dijs alienis, facere mala ante oculos Domini Dei noſtri.

α Manna.] *Theodoretus,* τὸ μάννα vocant Hebræi θυσίαν, ſacrificium. *De hoc alibi.* β Vagabamur.] *Idem,* Illud, ἐσχεδιάζομεν, poſuit pro ἐπενοοῦμεν, ideſt excogitabamus varia peccatorum genera.

CAP. II.

ET ſtatuit Dominus verbum ſuum, quod loquutus eſt ſuper nos, & ſuper iudices noſtros iudicantes Iſrael, & ſuper reges noſtros, & ſuper principes noſtros, & ſuper hominem Iſrael, & Iuda: vt adduceret ſuper nos mala magna, quæ non α facta ſunt ſub omni cælo, quemadmodum fecit in Hieruſalem, ſecundum quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi: vt manducaremus nos, homo carnes filij ſui, & homo carnes filiæ ſuæ. Et dedit eos ſubiectos omnibus regnis, quæ in circuitu noſtro, in improperium, & inuium in omnibus populis in circuitu, quo diſperſit eos Dominus illuc. Et facti ſunt ſubtus, & non ſupra: quia peccauimus Domino Deo noſtro, non audiendo vocem ipſius: Domino Deo noſtro iuſtitia: nobis autem, & patribus noſtris confuſio facierum, ſicut eſt dies hæc. Quæ loquutus eſt Dominus ſuper nos, omnia mala hæc, quæ venerunt ſuper nos: Et non ſumus deprecati faciem Domini, vt reuerteretur vnuſquiſque à cogitationibus cordis ſui peſsimi. Et vigilauit Dominus in malis, & adduxit Dominus ſuper nos: quia iuſtus eſt Dominus in omnibus operibus ſuis, quæ mandauit nobis. Et non audiuimus vocem ipſius, vt iremus in præceptis Domini, quæ dedit ante faciem noſtram. Et nunc Domine Deus Iſrael, qui eduxiſti populum tuum de terra Aegypti in manu valida, & in ſignis, & in prodigijs, & in virtute magna, & in brachio excelſo, & feciſti tibi nomen, ſicut eſt dies iſta: Peccauimus, impie egimus, inique geſsimus Domine Deus noſter in omnibus iuſtificationibus tuis. Auertatur ira tua à nobis: quia derelicti ſumus pauci inter gẽtes, quo diſperſiſti nos illuc. Exaudi Domine preces noſtras, & orationem noſtram: & erue nos propter te: & da nobis gratiam ante faciem eorum, qui nos abduxerunt: vt ſciat omnis terra; quia tu es Dominus Deus noſter: quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper Iſrael, & ſuper genus ipſius. Reſpice Domine de domo ſancta tua, & intende in nos: & inclina Domine aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide: quia non mortui, qui ſunt in inferno, quorum aſſumptus eſt ſpiritus eorum à viſceribus ſuis, dabunt honorem, & iuſtificationem Domino. Sed anima, quæ triſtatur β in magnitudinem, γ qui incedit curuus, & infirmus, & oculi deficientes, & anima eſuriens dabunt tibi gloriam, & iuſtitiam Domine. Quia non ſuper iuſtificationibus patrum noſtrorum, & regum noſtrorum nos fundimus miſericordiam ante faciem tuam Domine Deus noſter: quia immiſiſti furorem tuum, & iram tuam in nos; ſicut loquutus es in manu puerorum tuorum δ prophetarum: Sic dixit Dominus: Inclinate humerum veſtrũ, & ε opera facite regi Babylonis: & ſedete ſuper terram, quã dedi patribus veſtris. Quòd, ſi non

A ſi non audieritis vocem Domini, operari regi Babylonis; ζ deficere faciam de ciuitatibus Iuda, & à foris Hieruſalem vocem lætitiæ, & vocem gaudij, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ: & erit omnis terra ſine veſtigio ab inhabitantibus. Et non audiuimus vocem tuam, vt operaremur regi Babylonis. Et ſtatuiſti verba tua, quæ loquutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum; vt transferrentur oſſa regum noſtrorum, & oſſa patrum noſtrorum de loco ſuo. Et ecce proiecta ſunt æſtui diei, & gelu noctis: & mortui ſunt in doloribus peſsimis, in fame, & in gladio, et in η emiſsione. Et poſuiſti domum, in qua inuocatum eſt nomen tuum in ipſa, ſicut hæc dies, propter iniquitatem domus Iſrael, et domus B Iuda. Et feciſti in nos Domine Deus noſter ſecundum omnem bonitatem tuã, et ſecundum omnem miſerationem tuam illam magnam: ſicut loquutus es in manu pueri tui Moyſi, in die, qua præcepiſti ei ſcribere legem tuam coram filijs Iſrael, dicens: Si non audieritis vocem meam; profecto turba magna multa hæc conuertetur in paruam in gentibus, quo diſpergam eos illuc: Quia ſcio, quòd non audient me, quia populus eſt dura ceruice. Et conuertentur ad cor ſuum in terra tranſmigrationis ſuæ: & ſcient, quia ego ſum Dominus Deus eorum. Et dabo eis cor, & aures audientes: & laudabunt me in terra captiuitatis ſuæ: & memores erunt nominis mei: & auertent ſe à dorſo ſuo duro, & à mali- C gnis θ negocijs ſuis: quia reminiſcentur vitæ patrum ſuorum peccantium ante Dominum. Et reuocabo illos in terram, quam iuraui patribus eorum, Abraam, & Iſaac, & Iacob: & dominabuntur eius: & multiplicabo eos, & non minorabuntur. Et ſtatuam illis teſtamentum ſempiternum: vt ſim illis in Deum: & ipſi erũt mihi in populum. Et non mouebo amplius populum meum Iſrael à terra, quam dedi eis.

α Facta ſunt.] *Corrigendum eſt hic, ἐποιήθη, & paulo poſt pro ἐποιήθη reponendum ἐποίησεν.* β In magnitudinem.] *ἐπὶ τὸ μέγεθος. Sunt qui interpretentur,* ſurſum aſcendit. *In vulgata eſt,* ſuper magnitudinem mali. γ Qui incedit.] *Vulgata,* & incedit. *Græce eſt, ὃ βαδίζει κύπτον, quare videtur ſpiritum ſubintelligendum,* D *quod exprimitur apud Theodoretum, τὸ πνεῦμα* ſpiritus, qui incedit, *&c.* δ Prophetarum.] *In pleriſque additur, λέγων, & in vulgata,* dicens. ε Opera facite.] *Corrigendum, καὶ ἐργάσασθε, Et ſic vulgata; in qua præcedit,* & ceruicem veſtram. *In Complut. autem pro ὦμον eſt νόμον.* ζ Deficere.] *In multis eſt, ἔκλειψιν,* defectionem, *vt etiam in vulgata. Sed in ea additur,* veſtram, *& paulo poſt,* & auferam à vobis: *ſine quibus noſtra lectio optime fluit.* η Emiſſione.] *Theodoretus, τὴν ἀποστολὴν* appellat captiuitatem: *de iſta dictione etiam alibi notatum eſt.* θ Negocijs.] *Corrigendum, πραγμάτων. Compl. καὶ ἀπὸ πονηρῶν πραγμάτων αὐτῶν. A vulgata videtur abfuiſſe illud, πραγμάτων. Sic enim habet,* & à malignitatibus ſuis.

CAP. III.

E DOMINE omnipotens Deus Iſrael, anima in anguſtijs, & ſpiritus anxiatus clamat ad te. Audi Domine, & α miſerere: quia peccauimus ante te. Quia tu ſedes in ſempiternum: & nos perimus in æuum. Domine omnipotens Deus Iſrael, audi nunc orationem mortuorum Iſrael, & filiorum eorũ, qui peccauerunt ante te, qui non audierunt vocem β tuam Dei ſui. Et agglutinata ſunt nobis mala. Noli meminiſſe iniquitatum patrum noſtrorum: ſed memento manus tuæ, & nominis tui in tempore iſto. Quia tu es Dominus Deus noſter: & laudabimus te Domine: quia propter hoc dediſti timorem tuum in cor noſtrum, γ & vt inuocemus nomen tuum. Et laudabimus te in captiuitate noſtra: quia auertimus δ à corde noſtro omnem iniquitatem patrum noſtrorum,

rum, qui peccauerunt ante te. Ecce nos hodie in transmigratione nostra, * quo nos dispersisti illuc in improperium, & in maledictum, & in debitum secūdum omnes iniquitates patrum nostrorum: qui discesserunt à Domino Deo nostro. Audi Israel mandata vitæ: auribus percipite, vt sciatis prudentiam. Quid est Israel, quid, quòd in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena: coinquinatus es cum mortuis: deputatus es cum ijs, qui in infernum: dereliquisti fontē sapientiæ. In via Dei si ambulasses; habitasses vtique in pace in seculum. Disce, vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus; vt scias simul, vbi sit longiturnitas vitæ, & victus; vbi sit lumen oculorum, & pax. Quis inuenit locum eius? & quis intrauit in thesauros eius? Vbi sunt principes gentium, & qui dominantur bestijs, quæ sunt super terram, qui in auibus cæli ludunt, & argentum thesaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non est finis acquisitionis eorum? Qui enim argentum fabricant, & solliciti sunt, nec est inuentio operum illorum. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt: & alij loco eorum exurrexerunt. Iuuenes viderunt lumen, & habitauerunt super terram: viam autem scientiæ ignorauerunt, neque intellexerunt semitas eius: neque susceperunt eam filij eorum: à via ipsorum longe ζ facti sunt. Neque audita est in Chanaan: neque visa est in Thæman: Filij quoque Agar exquirentes prudentiam, * qui super terram, negociatores Merran, & Thæman, & fabulatores, & exquisitores intelligentiæ: viam autem sapientiæ nescierunt: neque commemorati sunt semitas eius. O Israel, quàm magna est domus Dei: & ingens locus possessionis eius: magnus est, & non habet finem, excelsus, & immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati, qui ab initio fuerunt statura magna, scientes bellum. Non hos elegit Deus: neque viam scientiæ dedit eis: & perierunt, eo quòd non haberent prudentiam: perierunt propter temeritatem suam. Quis ascendit in cælum, & accepit eam, & deduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare, & inuenit illam; θ & afferet eam auro electo? Non est, qui sciat viam eius: nec, qui excogitet semitam eius. Sed, qui scit vniuersa, nouit eam: adinuenit eam intellectu suo. Qui præparauit terram in æternum tempus, repleuit eam iumentis quadrupedibus: qui mittit lumen, & vadit: vocauit illud; & obediuit illi in tremore: stellæ autem fulserunt in custodijs suis, & lætatæ sunt: vocauit eas; & dixerunt, adsumus: luxerunt cum iucunditate ei, qui fecit illas: Hic est Deus noster: & non æstimabitur alius ad eū. Adinuenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hoc in terra visus est, & cum hominibus conuersatus est.

α Miserere.] *Apud Theodoretum, & in Compl. sequitur,* ὅτι θεὸς ἐλεήμων εἶ, καὶ ἐλέησον, *& vulg.* quia Deus es misericors, & miserere nostri. β Tuam.] *Nonnulli* κυρίου, *& vulg.* Domini. γ Et.] *Sic etiam vulg. A nonnullis autem, & à Theodoreto abest istud,* καί. δ A corde.] *Alij,* ἐπὶ καρδίαν, *& valet hic, vt & alibi notauimus,* desuper à corde. *Vulg. vero,* quia conuertimur ab iniquitate. * Quo.] *Corrigendum* οὗ. ε Quid.] *Istud* τί, *repetitū abest à multis, & à vulg.* ζ Facti sunt.] *Sententia videtur postulare, vt legatur,* ἐγενήθη, *quomodo vulg. habet, cuius etiam auctor pro* τῆς ὁδοῦ, *videtur habuisse,* τοῦ προσώπου, à facie ipsorum longe facta est. η Qui super terrā.] οἱ ἐπὶ τῆς γῆς. *A nonnullis abest illud* οἱ, *à quibusdam præterea* ἐπί. *Vulg.* quæ de terra est. θ Et afferet eam auro electo.] *Theodor.* καὶ ἤνεγκεν αὐτὴν ὑπὲρ χρυσίου καθαροῦ; & attulit illam super aurum purum: *quemadmodum vulgata, nisi quòd illa habet,* electum.

C A P. IV.

HIC liber mandatorum Dei, & lex, quæ est in æternum. Omnes, qui tenent eam; ad vitam: qui autem dereliquerint eam; morientur. Conuertere Iacob, & apprehende eam: ambula per viam ad splendorem contra lumen

A lumen eius. Ne tradas alteri gloriam tuam, & quæ conferunt tibi, genti alienæ: Beati sumus Israel: quia quæ Deo placent, manifesta sunt nobis. Confidite populus meus, memoriale Israel. Venundati estis gentibus nõ in perditionẽ: eo.n. quòd ad iracundiam prouocastis Deum; traditi estis aduersarijs. Exacerbastis eum, qui fecit vos, immolantes dæmonijs, & non Deo. Obliti estis eum, qui nutriuit vos, Deum æternum: Contristastis autem & nutricem vestram Hierusalem. Vidit enim superuenientem vobis iram à Deo, & dixit: Audite [a] confines Sion: adduxit mihi Deus luctum magnum. Vidi enim captiuitatem filiorum meorum, & filiarum, quam superduxit illis Æternus. Nutriui enim illos cum iocunditate: dimisi autem cum fletu, & luctu. Nemo gaudeat super me viduam,
B & relictam à multis: Desolata sum propter peccata filiorum meorum: quia declinauerunt à lege Dei, & iustificationes eius nescierunt, nec ambulauerunt per vias mandatorum Dei, neque per semitas disciplinæ in iustitia eius ascenderũt. Veniant confines Sion: & memoremini captiuitatem filiorũ meorũ, & filiarum, quam superduxit illis Æternus. Adduxit enim super illos gẽtem de longinquo, gentem impudentem, & alterius linguæ: quia non reueriti sunt senem, neque paruuli miserti sunt: & abduxerunt dilectos viduæ, & à filiabus [b] solam desolauerunt. Ego autem quid possum adiuuare vos? Qui enim adduxit mala; eripiet
C vos de manu inimicorum vestrorum. Ambulate filij, ambulate: ego enim derelicta sum deserta. Exui me stola pacis: indui autem me sacco obsecrationis meæ: clamabo ad Æternum in diebus meis. Cõfidite filij, clamate ad Deum: & eripiet vos de dominatione, de manu inimicorum. Ego enim speraui in Æterno salutem vestram: & venit mihi gaudium à sancto super misericordia, quæ veniet vobis velociter ab Æterno saluatore nostro. Emisi enim vos cum ploratu, & luctu: reddet autem vos mihi Deus cum gaudio, & iocunditate in sempiternum. Sicut enim nunc viderunt vicinæ Sion captiuitatem vestram; sic videbunt in celeritate vestram, quæ à Deo, salutem, quæ superueniet vobis cum gloria magna, & [γ] splendore ipsius Æterni. Filij patienter sustinete superueniẽtem
D vobis à Deo iram: persequutus est te inimicus: & videbis ipsius perditionem cito: & super ceruices eorum ascendes. Delicati mei ambulauerunt vias asperas: ablati sunt, vt grex direptus ab inimicis. Confidite filij, & clamate ad Deum: erit enim vestri memoria ab eo, qui induxit. Sicut enim fuit sensus vester, vt erraretis à Deo; decies tantum conuersi quæretis eum. Qui enim induxit vobis mala; inducet vobis sempiternam iocunditatem cum salute vestra. Confide Hierusalem: consolabitur te, qui te nominauit. Miseri, qui te vexauerunt, & qui gratulati sunt in ruina tua. Miseræ ciuitates, quibus seruierunt filij tui: misera, quæ accepit filios tuos. Sicut enim gauisa est in tua ruina, & læta est in casu
E tuo; sic contristabitur in sua desolatione. Et amputabo ab ea exultationem multitudinis: & exultatio [δ] eius in luctum. Ignis enim superueniet ei ab Æterno in dies longos: & habitabitur à dæmonijs multò tempore. Circunspice Hierusalem ad Orientem, & vide iocunditatem à Deo tibi venientem. Ecce veniunt filij tui, quos dimisisti, veniunt collecti ab Oriente vsque ad Occidentem in verbo sancti gaudentes Dei gloria.

a Con-

α Confines.] *Sic vulgata & hic, & paulo post, quod græce αἱ πάροικοι, iterum vero*, vicinæ. *Theodoretus significari putat ciuitates subiectas ipsi Hierusalem.* β Solam.] *Quidam* μονογενῆ, vnigenitam, *vulgata*, vnicam. γ Splendore ipsius Æterni.] *Sic visum est vertendum*, λαμπρότητι τοῦ αἰωνίου, *nam sæpe nomine æterni intelligit Deum. Vulgata habet*, splendore æterno. δ Eius.] *In nonnullis additur* ἔσται, *& vulgata*, gaudimonium eius erit.

C A P. V.

EXVE te Hierusalem stola luctus, & vexationis tuæ, & indue te decore gloriæ, quæ à Deo, in sempiternum. Circunda te diploide iustitiæ, quæ à Deo: impone mitram super caput tuum gloriæ æterni. Deus enim ostendet vniuersæ, quæ sub cælo, splendorem tuum. Vocabitur enim nomen tuum à Deo in sempiternum, pax iustitiæ, & gloria pietatis. Exurge Hierusalem, & sta in excelso, & circunspice ad Orientem: & vide collectos filios tuos ab Occasu Solis vsque ad Ortum verbo sancti, gaudentes Dei memoria. Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducit autem illos Deus ad te portatos cum gloria, sicut α solium regni. Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum, & cumulos perennes, & valles replere in æqualitatem terræ, vt ambulet Israel secure in Dei gloria. Obumbrauerunt autem etiam syluæ, & omne lignum suauitatis ipsi Israel mandato Dei. Adducet enim Deus Israel cum iocunditate lumine maiestatis suæ cum iustitia, & misericordia, quæ ex ipso est.

α Solium.] *Alij* υἱοὺς, *& vulgata*, filios.

LAMEN-

A

[a] LAMENTATIONES HIEREMIAE.

B

CAP. I.

ET factum est, postquam in captiuitatem redactus est Israel, & Hierusalem deserta est, sedit Hieremias flens: & lamentatus est lamentationem hanc super Hierusalem, & dixit.

ALEPH. Quomodo sedit sola ciuitas, quæ repleta fuit populis? facta est quasi vidua, plena in gentibus: princeps in prouincijs facta est in tributum.

C

BETH. Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius: & non est, qui consoletur eam ex omnibus diligentibus eam: omnes amici eius spreuerunt eam: facti sunt ei in inimicos.

GIMEL. Migrauit Iudæa propter humiliationem suam, & propter multitudinem seruitutis suæ: sedit in gentibus, non inuenit requiem: omnes persequutores eius apprehenderunt eam in medio tribulantium.

DALETH. Viæ Sion lugent, eo quòd non sint, qui veniant ad solennitatem: omnes portæ eius destructæ: Sacerdotes eius gemunt: virgines eius [c] abductæ: & ipsa oppressa amaritudine in se.

D

HE. Facti sunt tribulantes eam in [γ] caput: & inimici eius locupletati sunt: quia Dominus humiliauit eam propter multitudinem impietatum eius. Paruuli eius abierunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.

VAV. Et [δ] ablatus est à filia Sion omnis decor eius. Facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascuam: & abibant absque fortitudine ante faciem persequentis.

ZAIN. Recordata est Hierusalem dierum humiliationis suæ, & rebellionum suarum, omnium desiderabilium suorum, quæ fuerunt à diebus antiquis, cum caderet populus eius in manus tribulantis, & non esset, qui auxiliaretur ei. Videntes inimici eius riserunt super [ε] habitatione eius.

E

HETH. Peccatum peccauit Hierusalem: propterea in fluctuationem facta est. Omnes qui glorificabant eam, humiliauerunt illam. Viderunt enim ignominiam eius: atque ipsa gemens, & conuersa est retrorsum.

TETH. Immunditia eius ante pedes eius: non est recordata nouissimorũ suorum, & fecit se descendere immense: non est, qui consoletur eam. Vide Domine humiliationem meam; quoniam magnificatus est inimicus.

IOD.

IOD. Manum suam extendit tribulans ad omnia desiderabilia eius: vidit enim gentes ingressas in sanctuarium eius, quas præceperas non intrare eas in ecclesiam tuam. A

CHAPH. Omnis populus eius gementes, quærentes panem: dederunt desiderabilia eius in cibum ad reuocandam animam. Vide Domine, & considera, quoniam ζ facta est vilis.

LAMED. Qui η ad vos, omnes, qui transitis per viam, conuertite vos, & videte, si est dolor θ iuxta dolorem meum, qui factus est. Loquutus in me ι humiliauit me Dominus in die iræ furoris sui.

MEM. De excelso suo misit ignem, in ossa mea deduxit eum: expandit rete pedibus meis: conuertit me retrorsum: dedit me desolatam, tota die mœrore confectam. B

NVN. Vigilauit super impietates meas: κ in manibus meis complicatæ sunt: ascenderunt super collum meum. Infirmata est virtus mea: quia dedit Dominus in manibus meis dolores: non potero stare.

SAMECH. Abstulit omnes fortes meos Dominus de medio mei: vocauit super me tempus conterendi electos meos. Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda. λ Super his ego ploro.

AIN. Oculus meus deduxit aquam: quia longe factus est à me, qui consoletur me, μ qui reducat animam meam: facti sunt filij mei ν perditi: quoniam inualuit inimicus. C

PHE. Expandit Sion manum suam: non est, qui consoletur eam. ξ Mandauit Dominus ipsi Iacob: in circuitu eius tribulantes eum: facta est Hierusalē in pollutam menstruis inter eos.

TSADE. Iustus est Dominus: quia os eius ad iracundiam prouocaui. Audite, obsecro, vniuersi populi, & videte dolorem meum. Virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem.

COPH. Vocaui amatores meos: ipsi autem deceperunt me. Sacerdotes mei, & seniores mei in vrbe defecerunt: quia quæsierunt cibum sibi, vt refocillarent animas suas, ο & non inuenerunt. D

RECHS. Vide Domine, quoniam tribulor: conturbatus est venter meus: & cor meum versum est in me; quoniam exacerbans π exacerbata sum, foris orbauit me filijs gladius, sicut mors in domo.

CHSEN. Audite obsecro, quia ingemisco ego: non est, qui consoletur me. Omnes inimici mei audierunt mala mea, & lætati sunt, quoniam tu fecisti: adduxisti diem, vocasti tempus: ρ facti sunt similes mihi.

THAV, Ingrediatur omnis malitia eorum ante faciem tuam, & vindemia eos; sicut σ vindemiam fecerunt pro omnibus peccatis meis. Multi enim gemitus mei: & cor meum mœret. E

α Lamentationes.] *Origenes*. Editio Aquilæ, & Theodotionis in Threnis non circunfertur, sed solius Symmachi, & lxx. β Abductæ.] *ἀγόμεναι, quasi tractæ. In Compl. additur, αἰχμάλωτοι,* captiuæ *Vulgata habet tantum,* squalidæ. γ In caput.] *Symm. εἰς ἄρχοντας,* in principes. δ Ablatus.] *Complutēn. ἐξῆλθε* egressus est, *vt vulgata.* ε Habitatione.] *Alij, μετοικεσία,* transmigratione *Vulgata,* sabbata. ζ Facta est.] *Theodoretus, ἐγενήθην,* facta sum, *vt vulgata.* η Qui ad vos.] *οἱ πρὸς ὑμᾶς. Multi putant etiam in hebræo esse quasi modum quendam adiurantis, quasi dicat,* adiuro vos. *Vulgata:* O vos. *Alij interpretantur hebraica,* non ad vos: *idest,* vobis graue non sit: *quibus responderet græcum, si esset, οὐ πρὸς ὑμᾶς.* θ Iuxta.] *Compl.* ὡς ἄλγος

ὡς ἄλγος, *& vulgata*, ſicut dolor meus. ι Humiliauit.] *Theodoretus hoc loco habuit*, ἐτρύγησέ μοι, vindemiauit me, *ſicut vulgata: pro quo inquit Symm. dixiſſe*, ἧψέ μοι, coxit me. κ In manibus.] *Apud Theodoreti interpretem locus ſic habet (noſtri enim codices græci hoc loco non habent verba textus,)* & manibus ſuis conuoluit me: aggrauauit iugum ſuum ſuper collum meum: & infirmata, *&c.* λ Super his ego ploro.] *Hæc in Compluten. ſunt poſt*, Ain: *quod reſpondet vulgatæ. Multæ autem ſunt in ordine harum litterarum varietates.* μ Qui reducat.] *Symm.* ἀνακτώμενος, qui recreet. ν Perditi.] *Symm.* ἔρημοι, deſolati. ξ Mandauit.] *Origenes:* Iuxta Symmachum, & ſecundum aliam ſeriem, (*niſi pro* ἐκδοχῶν, *legendum ſit*, ἔκδοσιν, editionem) ipſorum lxx. ἐνετείλατο κύριος κύκλῳ γενέσθαι αὐτῷ τοὺς θλίβοντας αὐτόν, Mandauit Dominus in circuitu eius fieri tribulantes eum. ο Et non inuenerunt.] *Hæc abſunt à Compl. vt à vulgata.* π Exacerbata ſum.] παραπικραίνω, *& videtur ſatis reſpondere vulgatæ*, quoniam amaritudine plena ſum: *ſed poteſt etiam ſignificare idem, atque*, παρεπίκρανα, exacerbaui, *quod eſt in multis, & apud Theodoretum.* ρ Facti ſunt ſimiles mihi.] *Vulgata*, & fiant ſimiles mei. *In multis, & apud Theodoretum eſt*, ἐγένοντό μοι, οἴμοι, οἴμοι, obtigerunt mihi, heu, heu. σ Vindemiam fecerunt.] *Alij*, ἐτρύγησάν μοι, vindemiarunt me. *Theodoretus*, ἐτρύγησάς μοι, vindemiaſti me, *ac refert Syrum ita eſſe interpretatum*, & afflige illos, ſicut afflixiſti me.

CAP. II.

ALEPH. Quomodo obtexit caligine in ira ſua Dominus filiam Sion? proiecit de cælo in terram gloriationem Iſrael: & non eſt recordatus ſcabelli pedum ſuorum.

BETH. In[a] die iræ ſuæ abſorbuit Dominus, non parcens, omnia ſpecioſa Iacob: deſtruxit in furore ſuo munitiones filiæ Iuda; adhærere fecit ad terram: polluit[c] regem eius, & principes eius.

GIMEL. Confregit in ira furoris ſui omne cornu Iſrael: auertit retrorſum dexteram ſuam à facie inimici: & accendit in Iacob quaſi ignem, [γ] flammam: & deuorauit omnia, quæ in gyro.

DALETH. Tetendit arcum ſuum quaſi inimicus[δ] aduerſarius: firmauit dexteram ſuam quaſi aduerſarius: & occidit omnia deſiderabilia oculorũ meorum in tabernaculo filiæ Sion: effudit quaſi ignem indignationem ſuam.

HE. Factus eſt Dominus velut inimicus: abſorbuit Iſrael: abſorbuit[ε] palatia eius: diſsipauit munitiones eius: & multiplicauit filiæ Iuda[ζ] humiliatam, & humiliatam.

VAV. Et fecit auolare quaſi vitem, tabernaculum ſuum: corrupit feſtiuitatem ſuam. Oblitus eſt Dominus, quæ fecit in Sion, feſtiuitatis, & ſabbati: & irritauit fremitu iræ ſuæ regem, & ſacerdotem, &[η] principem.

ZAIN. Repulit Dominus altare ſuum: excuſsit ſanctificationem ſuam: contriuit in manu inimici murum turrium eius.[θ] Vocem dederunt in domo Domini, ſicut in die feſtiuitatis.

HETH. Et conuertit ſe ad diſsipandum murum filiæ Sion, tetendit menſuram: non auertit manum ſuam à conculcatione: luxitque antemurale; & murus pariter infirmatus eſt.

TETH. Defixæ ſunt in terram portæ eius: perdidit, & contriuit vectes eius, regem eius, & principem eius in gentibus. Non eſt lex: & etiam prophetæ eius non viderunt viſionem à Domino.

IOD. Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion: impoſuerunt cinerem ſuper caput ſuum: accincti ſunt cilicijs: deduxerunt in terram principes virgines in Hieruſalem.

CHAPH. Defecerunt in lachrymis oculi mei: conturbatum eſt cor meũ: effuſa eſt in terram gloria mea, ſuper contritionem filiæ populi mei, cum deficeret paruulus, & lactens in plateis ciuitatis.

LAMED. Matribus suis dixerunt, vbi est triticum, & vinum? Cum dissoluerentur, quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum effunderent animas suas in sinum matrum suarum. A

MEM. Quid testificabor tibi, aut quid assimilabo tibi filia Hierusalem? Quis saluabit, & consolabitur te virgo filia Sion? quoniam magnificatum est poculum contritionis tuæ: quis medebitur tui?

NVN. Prophetæ tui viderunt tibi vana, & stultitiam: & non reuelarunt super iniquitatem tuam, ad reducendam captiuitatem tuam: & viderunt tibi assumptiones falsas, & eiectiones.

SAMECH. Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: sibilauerunt, & mouerunt caput suum super filiam Hierusalem. Hæccine est vrbs, dicent, [ι] corona [κ] lætitiæ vniuersæ terræ? B

AIN. Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt: [λ] absorbuimus eam, profecto hæc est dies, quam expectabamus: inuenimus eam, vidimus.

PHE. Fecit Dominus, quæ cogitauit: compleuit sermonem suum, [μ] quæ præceperat à diebus antiquis: destruxit, & non pepercit: & lætificauit super te inimicum: exaltauit cornu tribulantis te.

TSADE. Clamauit cor eorum ad Dominum: Muri Sion deducite quasi torrentes lachrymas per diem, & noctem: non des requiem tibi: non taceat [ν] filia oculorum tuorum. C

COPH. Surge, exulta in nocte in principijs custodiæ tuæ: effunde sicut aquam cor tuum ante faciem Domini: leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui dissoluuntur fame in principio omnium compitorum.

RECHS. Vide Domine, & considera, quem vindemiaris ita. Si comedent mulieres fructum ventris sui? vindemiam fecit coquus: occidentur paruuli sugentes vbera. [ξ] Occides in sanctuario Domini sacerdotem, & prophetam?

CHSEN. Dormierunt [ο] in via paruulus & senex: virgines meæ, & iuuenes mei abierunt in captiuitatem: in gladio, & in fame occidisti in die iræ tuæ, mactasti, non pepercisti. D

THAV. [π] Vocauit [ρ] diem solennitatis [σ] paræcias meas de circuitu: & non fuerunt in die iræ Domini, qui effugeret saluus, & qui relinqueretur: [τ] sicut inualescere feci, & multiplicaui inimicos meos omnes.

α In die iræ suæ.] *Hæc in Compl. & in vulgata, & apud Theodoretum ponuntur ante Beth.* β Regem.] *Theodoretus*, βασιλέας, reges. *Alij*, βασιλείαν, regnum, *vt vulgata.* γ Flammam.] *Theodoretus*, φλέγον, ardentem. δ Aduersarius.] *Abest à plerisque, & à vulg.* ε Palatia.] *Origenes*, βάρεις, dicit domos, sicut Sym. edidit τὰ βασίλεια, regias. *Interdum autem in vulg. vertitur mœnia, interdum turres. De hac dictione alibi notatum.* E ζ Humiliatam.] *Etiam in hebreo non est diuersi sexus ab eo, quod sequitur. In quibusdam, & apud Theodoretum est hoc loco*, ταπεινούμενον, *& in vulg.* humiliatum. η Et principem.] *Hoc abest à Compl. & vulgata, & à Theodoreto, quantum conijci potest.* θ Vocem.] *Theodoretus addit*, πολέμου, belli. ι Corona.] *In quibusdam, & ad marginem Vaticani additur*, δόξης, *& apud S. Ambr. in ps.* 118. *serm.* 15. gloriæ. *In aliquo autem, & apud Theodoretum additur præterea*, καλὴ εὐπρέπεια, bonus decor, *quæ videtur altera interpretatio. Vulgata habet*, perfecti decoris: *sicut etiam S. Hier. easdem fere dictiones hebraicas ps.* 49. *vertit*, perfecto decore: *vbi græce est*, ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος, *& latine*, species decoris. κ Lætitiæ.] *In quibusdam est, & apud Theodoretum* εὐφροσύνη, *& in vulg.* gaudium: *& apud S. Ambr.* & iocunditas. λ Absorbuimus.] *Respondet hebræo. In cæteris est* καταπίωμεν *aut* καταπίομεν, *& in vulg.* deuorabimus. μ Quæ.] *In alijs est* ὃ, *& vulg.* quē, *& S. Ambr. in ps.* 118. *ser.* 16. verbum suum quod mandauit. *Compl.* ῥήματα αὐτοῦ, ἃ, verba sua, quæ. ν Filia.] *Sic etiā hebr. eus: ac significatur tamen pupilla, vt habet vulg. In quibusdā est* κόρη, *quod itē puellam, & pupillā significat.* ξ Occides.]

Quidam,

A *Quidam*, εἰ ἀποκτενεῖς, si occides: *quidam cum Theodoreto*, εἰ ἀποκτενοῦσι, si occident. ο In via.] *Alij*, εἰς γῆν ἐξόδων, in terra viarum. π Vocauit.] *Alij*, ἐκάλεσας, vocasti, *vt vulgata*. ρ Diem.] *Plerique*, ὡς εἰς ἡμέραν, *& vulgata*, quasi ad diem: *præpositio*, ad, *abest etiam ab hebræo*. σ Paræcias meas.] *Videtur dictum, quasi colonias meas, & oppida mea. Alij tamen accipiunt in generandi casu*, παροικίας μου, peregrinationis meæ. *Hebræus habet*, terrores meos. τ Sicut.] *Theodoreti interpres*, enutriui, obtinui, multiplicaui: & hostis cuncta simul abrumpsit: *quæ satis respondent hebræo*.

CAP. III.

ALEPH. Ego vir videns paupertatem, in virga furoris eius super me. Minauit me, & abduxit me in tenebras, & non lucem. Tantum in me conuertit manum suam tota die: vetustam fecit carnem meam, & pel- B lem meam: ossa mea contriuit.

BETH. Ædificauit contra me, & circundedit caput meum, & laborare fecit: in tenebrosis collocauit me, quasi mortuos seculi. Ædificauit contra me, & non egrediar: aggrauauit * æs meum.

GIMEL. Etiam vociferabor, & clamabo: obstruxit orationem meam.

DALETH. Circumædificauit vias meas, obstruxit semitas meas, conturbauit. Vrsus insidians ipse mihi, leo in absconditis: persequutus est recedentem, & cessare me fecit: posuit me desolatam.

C HE. Tetendit arcum suum, & statuit me quasi signum ad sagittam: immisit in renes meos β sagittas pharetræ suæ. Factus sum γ risus omni populo meo, psalmus eorum tota die.

VAV. Saturauit me amaritudine, inebriauit me felle, & eiecit δ calculo dentes meos: cibauit me cinere: & repulit à pace animam meam: oblitus sum bonorum: & ε perijt victoria mea, & spes mea à Domino.

ZAIN. Recordatus sum à paupertate mea: & de persequutione ζ amaritudo, & fel meum in memoria erit: & recolet super me anima mea. Hanc ponam in cor meum: propter hoc sustinebo.

D HETH. Misericordiæ Domini ξ quia η non fecit deficere me: quia non sunt consumptæ miserationes eius; Menses in matutinis miserere Domine ξ quia θ consumpti non sumus: quia non sunt consummatæ miserationes eius. ι Nouæ in matutinis: multa est fides tua. Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum.

TETH. Bonus est Dominus sustinentibus eum: anima, quæ quæret illum, κ bonum: & sustinebit, & silebit in salutare Domini.

TETH. Bonum est viro, cum portauerit iugum in iuuentute sua: sedebit singulariter, & silebit, λ quia tulit super se.

IOD. Dabit percutienti se maxillam: saturabitur opprobrijs: quia non re- E pellet in sempiternum Dominus.

CAPH. Quoniam qui humiliauit; miserebitur & μ secundum multitudinẽ misericordiæ suæ. Non reprobauit ex corde suo, & humiliauit filios viri.

LAMED. Ad humiliandum sub pedibus eius omnes vinctos terræ: ad declinare faciendum iudicium viri coram facie altissimi: ad condemnandum hominem, cum ipse iudicatur: Dominus non dixit Quis ita dixit; & factum est? Dominus non mandauit. Ex ore altissimi non egredientur mala, & bonum.

MEM. Quid murmurabit homo viuens, vir pro peccatis suis?

NVN. Inuestigata est via nostra, & examinata; & reuertemur vsque ad Dominum. Leuemus corda nostra cum manibus ad excelsum in cælo. Peccauimus, impie egimus: & non es placatus. A

SAMECH. Operuisti in furore, & persequutus es nos; occidisti, non pepercisti: opposuisti nubem tibi propter orationem, ad claudendum mihi oculos, & abijciendum.

AIN. Posuisti nos in medio populorum: aperuerunt super nos os suum omnes inimici nostri: Timor, & furor factus est nobis, tumor, & contritio. Emissiones aquarum deducet oculus meus super contritioné filiæ populi mei.

PHE. Oculus meus absorptus est, & non tacebo, eo quòd non sit requies: donec respiciat, & videat Dominus de cælo. Oculus meus racemabit super animam meam præ cunctis filiabus vrbis. B

TSADE. Venantes venati sunt me, quasi auem omnes inimici mei gratis: occiderunt in lacu vitam meam: & imposuerunt lapidem super me. Supereffusa est aqua super caput meum: dixi, repulsus sum.

COPH. Inuocaui nomen tuum Domine de lacu infimo: vocem meam audisti. Ne abscondas aures tuas ad deprecationem meam: in auxilium meum appropinquasti, in die, qua inuocaui te, dixisti mihi, ne timeas.

RECHS. Iudicasti Domine iudicia animæ meæ: redemisti vitam meam: Vidisti Domine turbationes meas: iudicasti iudicium meum. Vidisti omnem vltionem eorum, in omnes cogitationes eorum in me. C

CHSEN. Audisti opprobrium eorum, omnes cogitationes eorum aduersum me, labia insurgétium mihi, & meditationes eorum aduersum me tota die, sessionem eorum, & resurrectionem eorum, inspice in oculos eorum: retribues eis retributionem Domine iuxta opera manuum suarum.

THAV. Reddes eis tegumentum, cordis mei laborem. Tu persequeris eos in ira, & absumes eos de sub cælo Domine.

D

α Æs meum.] *Symmachus,* τὸν τοῦ τραχήλου μου ζυγὸν, colli mei iugum: *quod habet Theodoretus. Origenes:* Dicit autem iugum & ipsas catenas ferreas, quas pro ligneis Dei iussu sibi circundedit. Circunfertur enim & scriptum, ἐβάρυνε τὸν χαλκὸν τοῦ τραχήλου μου, aggrauauit æs colli mei. β Sagittas.] ἰοὺς, *Si legeretur,* υἱοὺς, filios; *responderet hebræo: vulgata habet,* filias. γ Risus.] *Sic hebræus, quod vulgata,* in derisum. *Aliquot libri habent,* ἐγενήθη λόγος, facta est fabula. δ Calculo.] *Theodoretus.* Syrus dicit, ἐν πέτρᾳ ἐστέρησέ με, in lapide priuauit me. ε Et perijt victoria.] *Cæteri,* καὶ εἶπα, ἀπώλετο νῖκος, & dixi, perijt victoria. *Notatum autem alibi est nomine isto,* νῖκος, *interdum significari finem: quare hic vulgata,* finis meus. *Alij tamen vocem hebraicam interpretantur, durationem, patientiam, fortitudinem.* ζ Amaritudo, & fel meum in memoria erit.] *Alij,* πικρίας μου, καὶ χολῆς μου. μνείᾳ μνησθήσομαι, amaritudinis meæ, & fellis mei. Memoria memor ero, & recolet, *&c.* η Quia non fecit deficere me, quia non sunt consumptæ miserationes eius. Menses in matutinis, miserere Domine.] *Visum est transitiue accipiendum illud,* οὐκ ἐξέλιπέ με. *Verum omnia ista absunt à Theodoreto, & Sancto Ambrosio de obitu Valentiniani, & videntur admista ex alijs interpretationibus. Nam & illud* μῆνας, (*pro quo aliqui codices habent* μένων, expectans,) *ductum est ex eadem dictione hebraica, ex qua illud,* καινὰ, *quod paulo post sequitur. Dictio enim hebraica significat & menses, & noua.* θ Consumpti non sumus.] *Theodoretus,* οὐκ ἐξελίπομεν, non defecimus. *Compluten.* ὅτι οὐκ ἐτελειώθησαν, ὅτι οὐκ ἐξέλιπον αἱ ἐλεημοσύναι αὐτοῦ; quia non sunt consummatæ, quia non defecerunt misericordiæ eius: *quæ respondent Chaldaico.* ι Nouæ in matutinis, multa est fides tua.] *Videtur referri ad illud,* τὰ ἐλέη κυρίου, *quod initio est positum, idest:* Nouæ sunt misericordiæ Domini in matutinis. *In codicibus Theodoreti, qui ad manus erant, sic legitur hic locus,* ἐπληθύνθη ἡ πίστις σου εἰς τὰς πρωΐας, multiplicata est fides tua in matutina. *Sed Interpres sic refert:* Renoua eos, velut diluculum matutinum: multiplicata est fides tua in matutinis. Multæ sunt enim angustiæ meæ: defecit cor meum. Pars mea, *&c. Sanctus Ambrosius ibidem:* Renouabit illa, sicut lux matutina. Multi sunt gemitus mei, & cor meum defecit, Sors mea Dominus, dixit: Ideo suscitabo eum. κ Bonum.] *Theodoretus,* ζήσεται, viuet. S. *Ambrosius habet tantum,* animæ, quæ quærit eum: *quod respondet hebraico. Deinde autem, quasi ex alio principio:* Bonum est sperare in salutare Domini, *& interpres Theodoreti:* Bonum est sustinere, & sperare in E

rare in

A rare in ſalutare Domini. λ Quia tulit ſuper ſe.] *S. Ambr.* quia tulit iugum graue. *Notat tamen græcum non habere*, graue. *Interpres Theodoreti*, quia tollit ſuper ſeipſum iugum graue: *apud quem Theodoretum etiam in noſtris codicibus ſequitur*, δώσει ἐν χώματι (*Compl.* δώσει ἐν κονιορτῷ) τὸ στόμα αὐτοῦ, εἴπερ ἔστιν ἐλπὶς, dabit in puluere os ſuum, ſi forte ſit ſpes, *vt fere vulgata*. *Addit Theodoretus Syrum pro* ἐν χώματι *dixiſſe*, ἐν γῇ, in terra. μ Et ſecundum.] *Illud*, &, *abeſt à nonnullis.* ν Reuertemur.] *Nonnulli*, ἐπιστρέψωμεν, reuertamur. ξ Timor.] *Symm.* πτόησις, formido. ο Furor.] *Cæteri*, θάμβος, ſtupor. π Oculus.] *Symm.* ὁ ὀφθαλμός μου ἐπέμεινε, καὶ οὐκ ἐπαύσατο, τῷ μὴ εἶναι ἄνεσιν, oculus meus immoratus eſt: & non ceſſauit, eo quòd non eſſet remiſſio. ρ Oculus meus racemabit.] *Origenes*, ὅτι κατεπόντισάν με τὰ δάκρυα, quia abſorbuerunt me lachrymæ, tralatione ducta ab ijs, qui in aqua ſuffocantur. At ſecundum lxx. concidunt me lachrymæ, ſicut vitim diligens vindemiator. σ In omnes.] *Alij*, καὶ πάντας, & omnes. τ Inſpice in oculos eorum.] *Compl.* *illud*, inſpice, *coniungit cum antecedentibus: deinde habet*, ἐγὼ ψαλμὸς αὐτῶν, ego ſum pſalmus eorum, *vt vulgata*.

CAP. IV.

B ALEPH. Quomodo obſcurabitur aurum, mutabitur argentum bonū? Effuſi ſunt lapides ſancti in principio omnium viarum.

BETH. Filij Sion inclyti eleuati in auro, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opera manuum figuli?

GIMEL. Etiam α dracones nudauerunt mammas: lactauerunt β catuli eorum filias populi mei in incurabile, quaſi γ ſtruthio in deſerto.

DALETH. Adhæſit lingua lactentis ad palatum eius in ſiti: paruuli petierunt panem: qui frangat, non eſt eis.

C HE. Qui veſcebantur delicijs, perierunt in vijs: qui nutriebantur ſuper coccinea, amplexati ſunt ſtercora.

VAV. Et magnificata eſt iniquitas filiæ populi mei ſuper iniquitatem Sodomorum, quæ ſubuerſa eſt quaſi δ repente: & non laborauerunt in ea ε manibus.

ZAIN. Mundati ſunt Nazeræi eius ζ ſuper niuem, ſplenduerunt ſuper lac, η rubuerunt, ſuper lapides Sapphiri exciſio eorum.

HETH. Obtenebrata eſt ſuper fuliginem ſpecies eorum: non ſunt cogniti in plateis: adhæſit pellis eorum ſuper oſſa eorum: aruerunt, facti ſunt quaſi lignum.

D TETH. Boni fuerunt occiſi gladio, quàm occiſi peſte: abierunt perfoſſi à frugibus agrorum.

IOD. Manus mulierum miſericordium θ coxerunt filios ſuos: facti ſunt in eſcam illis, in contritione filiæ populi mei.

CHAPH. Compleuit Dominus furorem ſuum: effudit indignationem iræ ſuæ: & ſuccendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius.

LAMED. Non crediderunt reges terræ, vniuerſi habitatores orbis; quoniam ingredietur inimicus, & tribulans per portas Hieruſalem.

E MEM. Propter peccata prophetarum eius, iniquitates ſacerdotum eius, effundentium ſanguinem iuſtum in medio eius.

NVN. ι Commoti ſunt vigiles eius in plateis: polluti ſunt in ſanguine: cum ipſi non poſſent; κ tetigerunt veſtimenta eorum.

SAMECH. Recedite ab immundis, vocate eos, recedite, recedite, nolite tangere: quia ſuccenſi ſunt, atque etiam commoti ſunt: dicite in gentibus, non addent habitare.

AIN. Facies Domini pars eorum, non addet reſpicere eos. Facies ſacerdotum non acceperunt, λ prophetarum miſerti non ſunt.

PHE. Cum adhuc subsisteremus; defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vana speculantibus nobis.

TSADE. Respeximus in gentem non saluantem: μ venati sumus paruulos nostros, ne irent in plateis nostris.

COPH. Appropinquauit tempus nostrum: completi sunt dies nostri: adest ν tempus nostrum: leues facti sunt persequutores nostri super aquilas cæli: super montes ξ euolauerunt: in deserto insidiati sunt nobis.

RECHS. Spiritus faciei nostræ Christus Dominus captus est in corruptionibus ο ipsorum, de quo diximus: in vmbra eius viuemus in gentibus.

CHSEN. Gaude, & lætare filia Idumææ, quæ habitas super π terram: etiã super te transibit calix Domini: & inebriaberis, & effundes.

THAV. Defecit iniquitas tua filia Sion: non adijciet ϛ transmigrare te. Visitauit iniquitates tuas filia Edom: reuelauit super impietates tuas.

α Dracones.] *Symm*, σειρῆνες, sirenes. β Catuli eorum filias.] *In quibusdam, & apud Theodoretum est* ἐθήλασαν σκύμνους αὐτῶν θυγατέρες. *Et quamuis vtriusque lectionis eadem sententia esse possit ob ambiguitatem verbi*, ἐθήλασαν, *quod significare potest*, lac dederunt, *&*, lac accepꝰũt; *tamen Theodoretus ita explanat, vt vetera referantur ad dracones, quæ lactarint catulos suos: Illud autem* θυγατέρες, *ad sequentia, idest*: filiæ populi mei deuenerunt ad id, quod insanabile est. γ Struthio.] *Olympiodorus*. Auolare enim more struthocamelorum non possunt: sed semper per terram discurrunt. Illud enim στρουθίον sic edidit Symmachus. δ Quasi repente.] *Origenes*. Symmachus illud quidem ὥσπερ ἄφνω edidit ἐξαπίνης, subito: illud autem οὐκ ἐπόνεσαν, ἐν αὐτῇ χεῖρες, quam non vulnerauerunt. ε Manibus.] *Aliqui*, χεῖρες, manus. ζ Super niuem.] *Origenes*, ἐκαθαρίσθησαν ναζιραῖοι, immaculati, segregati. Eos enim dicit, qui se Deo sanctificauerunt: qualis fuit & Sampson. Fuerunt autem hi apud Iudæos conspicui. Quare munditiam, quidem illorum comparauit niui, (*vides Origenem eodem, ac nos, modo hæc distinguere*,) splendorem autem lacti. Electi autem ipsi (quod quidem significat illud ἀπόσπασμα excisio) vitæ rationem cælestem habent. Talis enim est saphiri color. Illud autem ἐπυρώθησαν, coagulati sunt, hoc significat, non effusi sunt, sed concreuerunt in ipsa virtute. *Ex quibus postremis verbis colligi potest ipsum Origenem habuisse*, ἐπυρώθησαν, *vbi nos*, ἐπυρώθησαν, *de qua re paulo post. Scholion Origenis ex alio libro. Symmachus*, ἄχραντοι ἀφωρισμένοι αὐτῆς ὑπὲρ χιόνα, λαμπρότεροι γάλακτος, πυῤῥότεροι τὴν ἕξιν ὑπὲρ τὰ περίβλεπτα. σάπφειρος τὰ μέλη αὐτῶν. σκοτεινότερον ἀσβόλης τὸ εἶδος αὐτῶν. Immaculati segregati eius super niuem, splendidiores lacte, rubicundiores corpore super conspicua. Saphirus membra eorum. Obscurior fuligine species eorum. *Aliud Scholion eiusdem*. Illud, ναζιραῖοι, significat ἡγιασμένοι, sanctificati. Ita enim Symm. & Theodotio in Amos sanctificatos interpretati sunt Naziræos. η Rubuerunt.] *Videtur*, ἐπυρώθησαν, *positum pro* ἐπυῤῥώθησαν, *nam quæ inflammantur, solent rubere: & respondet vulgatæ, & editioni Symmachi, de qua diximus. Apud Origenem, Nazianzenum, & alios, & in plerisque codicibus est* ἐπυρώθησαν, *& in Breuiario Romano in communi martyrum tempore paschali in responsorio lectionis octauæ*, & super lac coagulati sunt. *Atqui etiam in plerisque libris hoc modo interpungitur*, mundati sunt Nazaræi eius: super niuem splenduerunt: super lac coagulati sunt: *& ita etiam videtur distinguere Maximus monachus in sermone ascetico. Sed apud Origenem, & cætera, vt in nostra, & istud etiã* ἐπυρώθησαν, *per se videtur stare, sicut apud nos* ἐπυρώθησαν. *Quod tamen non absque ratione coniungeretur cum sequenti dictione hoc modo*, ἐπυρώθησαν ὑπὲρ λίθους, (*sic enim corrigendum*) σάπφειρος τὸ ἀπόσπασμα αὐτῶν, rubuerunt super lapides: (*idest super gemmas*) è sapphiro excisio eorum. θ Coxerunt.] ἥψησαν. *Origenes videtur habuisse*, ἧψαν το. *Ita enim scribit*. Illud ἧψαν το, significat accendere, & assare. ι Commoti sunt.] *Theodoretus habet*, ἤγγισαν νεανίαι ἐν ταῖς ἐξόδοις, repserunt adolescentes in exitibus: *& illud* ἐξόδοις, *interpretatur*, ταῖς ἀγυιαῖς, ταῖς ῥύμαις, vicis, plateis. κ Texerunt vestimenta eorum.] *Sunt, qui vertant*, vestimenta sua, *Theodoreti interpres habet*, proiecti sunt cum vestimentis suis: *quibus sine verbis respondet ipsa Theodoreti explanatio. Totum autem hoc quod continetur sub littera Nun, sic est à Symmacho redditum*, ἀκατάστατοι ἐγένοντο, τυφλοὶ ἐν ταῖς ἐξόδοις. ἐφύρησαν ἐν αἵματι, ὥστε μὴ δύνασθαι ἅψασθαι τῆς ἐσθῆτος αὐτῶν, instabiles facti sunt, cæci in plateis; conspersi sunt in sanguine: ita vt non posset tangi vestimentum eorum. λ Prophetarum.] *Plerique*, πρεσβύτας, senum, *vt vulgata*. μ Venati sumus.] *Sic etiam Theodoretus: pro quo inquit Syrum dixisse*, ἐθηρεύσαντο, venati sunt: *quod habet Compl.* ν Tempus.] *Alij*, τὸ πέρας ἡμῶν, *& S. Ambros. in psal.* 118. *serm.* 19. aduenit finis noster. ξ Euolauerunt.] ἐξέπτησαν, *Plerique* ἐξήφθησαν, *& S. Ambr. ibidem*, accensi sunt. ο Ipsorum.] *Fortasse valet*, nostris ipsorum: *nam in alijs est*, ἡμῶν. *Dionysius Alexandrinus in responsionibus ad quæst.* Pauli *Samosatensis habet*, διαβολαῖς ἡμῶν, calumnijs nostris. *S. Ambr. serm.* 15. Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus comprehensus est in interitu nostro, *&c. Schol.* Aquila dixit, πνεῦμα μυκτήρων ἡμῶν, spiritus narium nostrarum. Symm. autem πνοὴ μυκτήρων, spirationem narium. Amici enim Dei semper Christum spirant, ob oculos ipsum habentes. π Terram.] *Apud Theodoretum, & in Compl. additur*, Ὢς, Hus, *vt vulgata*. ϛ Transmigrare te.] *S. Ambr. serm.* 22. te expellere adhuc.

CAP.

CAP. V.

A RECORDARE Domine, quod factum est nobis. Respice, & vide opprobrium nostrum. Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos. Pupilli facti sumus, non est pater: matres nostræ quasi viduæ. Aquam nostram in argento bibimus: ligna nostra in commutatione ᵅ venerunt super collum nostrum: passi sumus persequutionem, laborauimus, non habuimus requiem. ᵝ Ægyptus dedit manum: Assur ad satietatem ipsorum. Patres nostri peccauerunt, non sunt: nos iniquitates eorum portauimus. B Serui dominati sunt nostri: qui redimat, non est, de manu eorum. In animabus nostris afferemus panem nostrum, à ᵞ facie gladij deserti. Pellis nostra quasi clibanus ᵟ exusta est: conuulsæ sunt à facie tempestatum famis. Mulieres in Sion humiliauerunt, virgines in ciuitatibus Iuda. Principes in manibus ipsorum suspensi fuerunt; seniores non sunt glorificati. Electi ploratum assumpserunt, & adolescentes in ligno infirmati sunt. Et senes à porta cessauerunt: electi à psalmis suis cessauerunt. Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster: cecidit corona capitis nostri. Væ autem nobis, quia peccauimus. Propterea fuit ᵋ mœror, mœstum cor nostrum: ideo contenebrati sunt oculi nostri. Super C montem Sion, quia disperijt, vulpes ambulauerunt in ea. Tu autem Domine in æternum habitabis: Solium tuum in generationem, & generationem. Quare in finem obliuisceris nostri? derelinques nos in longitudinem dierum? Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: & innoua dies nostros, sicut à principio. Repellens enim repulisti nos: iratus es super nos vsque valde.

ᵅ Venerunt super collum nostrum.] *Symm.* ζυγὸς κατὰ τοῦ τραχήλου ἡμῶν, iugum super collum nostrum. *Et in alio libro,* ξύλα ἡμῶν ἐν ἀλλάγματι ἐλάβομεν ἐπὶ τὸν τράχηλον ἡμῶν, ligna in commutatione tulimus super collum nostrum: *&* *Schol.* Pro, ἐλάβομεν ἐπὶ τὸ τράχηλον, Symm. dixit, ζυγὸς κατὰ τὸν τράχηλον, iugum super collum. *Sed hebræo fortasse magis responderet; si ita distingueremus,* ligna nostra in commutatione venerunt. Super collum nostrum passi sumus persequutionem. ᵝ Ægyptus dedit manum.] *Schol. ex anonymis:* Exhibuit ea, D quæ ad vsum, ementibus Ægyptus: similiter etiam ex Assyrijs, qui captam regionem custodiebant. Non enim erat aliunde saturari alimento. Aut, quòd Ægyptus quidem visa est nobis auxiliari, Assyrij autem captis præbebant alimentum. Iuxta Symmachum vero, Ægyptijs quidem nos ipsos tradidimus, accurrentes tanquam ad amicos ad sempiternos hostes. Ad Assyrios autem fame oppressi accurrimus. *Quare hoc etiam loco illud,* ad satietatem ipsorum, *videtur valere,* ad satietatem nostram ipsorum, *vt in capite præcedente.* ᵞ A facie gladij deserti.] *Schol.* Gladium deserti vocat miseriam, quæ ex abductione. *Sed non desunt aliæ explanationes.* ᵟ Exusta est, conuulsæ sunt.] ἐπελιώθη, *visum est idem valere, atque* ἐπελιώθη, *aut* ἐφηλιώθη. *A Compl. abest: & illud,* conuulsæ sunt, *videri potest alia interpretatio.* ᵋ Mœror, mœstum.] ὀδύνη, ὀδυνηρά. *Etiam hæc videri possunt duæ interpretationes: & à Complut. abest* ὀδύνη. *Si sit vnica interpretatio, verti poterit,* mœror mœstus.

EPISTOLA HIEREMIAE.

EXEMPLVM epistolæ, quam misit Hieremias ad abducendos captiuos in Babylonem à rege Babyloniorum, vt annunciaret illis, secundum quod præceptum est illi à Deo. Propter peccata, quæ peccastis ante Deum, abduceminì in Babylonem captiui à Nabuchodonosor rege Babyloniorum. Ingressi itaque in Babylonem eritis ibi annis plurimis, & tempore longo vsque ad generationes septem. Post hoc autem educam vos inde in pace. Nunc autem videbitis in Babylonia Deos argenteos, & aureos, & ligneos in humeris portari, ostentantes metum gentibus. Cauete ergo, ne & vos assimilati assimilemini alienigenis, & metus vos capiat in ipsis, videntes turbam ab ante, & de retro eorum, adorantes eos. Dicite autem mente: Te oportet adorare Domine: Angelus enim meus vobiscum est: & ipse exquirẽs animas vestras. Nam lingua ipsorum est polita à fabro, ipsaque inaurata, & inargentata: falsa autem sunt, & non possunt loqui: & sicut virgini amanti ornamenta, accipientes aurum, fabricant coronas super capita Deorum suorum. Est autem & quando subtrahentes sacerdotes à Dijs suis aurum, & argentum, in semetipsos insumunt: dabunt autem de eis etiam meretricibus, quæ sub tecto. Ornantque eos, quasi homines, vestimentis, Deos argenteos, & Deos aureos, & ligneos. Hi autem non liberantur ab ærugine, & tineis, opertis ipsis veste purpurea. Extergent faciem ipsorum propter puluerem, qui ex domo, qui est plurimus super eos. Et sceptrum habet, vt homo iudex regionis, qui in se peccãtem non interficiet. Habet autem gladiolum dextera, & securim: se autem de bello, & de latronibus non liberabit. Vnde manifesti sunt non esse Dij. Non ergo timeatis eos. Sicut enim vas hominis contritum efficitur inutile; tales sunt Dij illorum, constitutis illis in domibus. Oculi eorum pleni sunt puluere à pedibus introeuntium: & sicut alicui, qui regem offendit, circunsepta sunt atria: sicut ad mortem abducto domos eorum muniunt sacerdotes & ostijs, & claustris, & seris, ne à latronibus expolientur. Lucernas accendunt, & plures, quam sibi ipsis: ex quibus nullam videre possunt. Est quidem, sicut trabs earum, quæ è domo: corda vero eorum dicunt elingi ab ijs, qui de terra sunt, serpentibus: dum comedunt & eos, & vestimentum eorum, non sentiunt: nigri facti faciem suam a fumo, qui è domo fit. Supra corpus eorum, & supra caput eorum volant noctuæ, hirundines, & aues, similiter autem & catti. Vnde scietis, quia non sunt Dij. Ne ergo timueritis ea. Aurum enim quo circundati sunt ad specimen, nisi aliquis exterserit æruginem; non fulgebunt: neque enim dum conflarentur, sentiebant. Ex omni precio empta sunt; in quibus non est spiritus. Sine pedibus in humeris portantur, ostentantes ignobilitatem suam hominibus:

B

C

D

E

A minibus:confunduntúrque etiam,qui colunt ea,propterea quòd, si forte ceciderint in terram,à semetipsis non consurgunt:neque si quis illud statuerit rectũ; per seipsum mouebitur:neque,si inclinatum fuerit,dirigetur:sed sicut mortuis munera ipsis apponuntur. Hostias autem illorum vendentes sacerdotes, ipsis abutuntur. Similiter autem & mulieres de eis condientes, neque mendicanti, neque infirmo impartiunt. Sacrificia eorum,menstruata,& puerpera tangunt. Scientes itaque ex his,quia non sunt Dij, ne timeatis eos. Vnde enim vocentur Dij?quia mulieres apponunt Dijs argenteis,& aureis,& ligneis. Et in domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, & capita, & barbas rasas: B quorum capita nuda sunt: rugiunt autem clamantes ante Deos suos,sicut aliqui in cæna mortui. De vestimento eorum auferentes sacerdotes vestient vxores suas,& filios. Neque siquid mali patiantur ab aliquo,neque si quid boni,poterũt retribuere:neque constituere regem possunt,neque auferre.Similiter neque diuitias,neque æs dare possunt.Si quis illis votum vouerit,& non reddiderit;nõ requirent: à morte hominem non liberabunt:neque infirmiorem à potenti eripient,hominem cæcum ad visum non restituent: de necessitate hominem non liberabunt: viduæ non miserebuntur: neque orphano benefacient. Lapidibus de monte similes sunt,lignea,& inaurata, & inargentata: qui autem colunt ea, C confundentur. Quomodo ergo æstimandum est,aut dicendum illos esse Deos? adhuc autem & ipsis Chaldæis inhonorantibus ea? Qui cum viderint mutum non posse loqui;offerentes,Belum postulant loqui: quasi potens ipse sit sentire: Et non possunt ipsi intelligentes relinquere ea:sensum enim non habent. Mulieres autem circundatæ funibus in vijs sedent, adolentes furfura. Cum autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeuntium dormierit; proximæ suæ exprobrat;quòd non sit digna habita,sicut & ipsa,neque funis eius diruptus sit. Omnia,quæ fiunt in illis,falsa sunt.Quomodo ergo æstimandum est, aut dicendum illos esse vt Deos? A fabris,& aurificibus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id, D quod volunt artifices ea esse.Et ipsi, qui fabricant ea, non erunt longi temporis:quomodo igitur futura sunt,quæ ab illis sunt [a] fabricata? Reliquerunt enim falsa,& opprobrium postea futuris.Nam cum superuenerit illis bellum, & mala;cogitant secum ipsi sacerdotes, vbi se abscondant cum illis. Quomodo ergo non est sentire,quia non sunt Dij?qui nec de bello saluant semetipsos,neque de malis?Nam cum sint lignea,& inaurata,& inargentata;scietur postea, quia falsa sunt; gentibus vniuersis & regibus manifestum erit, quia non sunt Dij, sed opera manuum hominum:& nullum Dei opus in ipsis est.Quo ergo cognoscendum est,quia non sunt Dij? Regem enim regionis non suscitabunt, neque pluuiam hominibus dabunt:iudicium quoque non discernent [b] suiipsorum, neque E eripient iniuriam,quia impotentes sunt:sicut enim corniculæ inter medium cæli,& terræ.Etenim si inciderit ignis in domum Deorum ligneorum, aut inauratorum,aut inargentatorum;sacerdotes quidem ipsorum fugient,& saluabuntur:ipsi vero sicut trabes medij comburentur.Regi autem,& hostibus non resistent.Quomodo ergo recipiendum est, aut æstimandum, quia Dij sunt? Neque à furibus, neque à latronibus se liberabunt Dij lignei, & inargentati, & inaurati: quorum fortes [c] circumauferent aurum, & argentum, & vestimentum circumpositum illis,abibunt habentes:nec sibiipsis auxilium ferent. Itaque

que melius est esse regem ostentantem virtutem suam, aut vas in domo vtile, in quo vsum habebit, qui possidet illud, quàm falsi Dij: vel etiam ostium in domo, quod saluat ea, quæ in ipsa sunt, quàm falsi Dij: & lignea columna in regijs, quàm falsi Dij. Nam Sol quidem, & Luna, ac sydera, cum sint splendida, & emissa ad vtilitates; obedientia sunt. Similiter & fulgur, cum apparuerit; perspicuum est. Idipsum autem & spiritus in omni regione spirat. Et nubibus cum imperatum fuerit à Deo perambulare in vniuersum orbem; perficiunt quod imperatum est. Ignis etiam missus desuper, vt consumat montes, & syluas, facit quod præceptum est. Hæc autem neque speciebus, neque virtutibus ipsorum assimilia sunt. Vnde neque æstimandum est, neque dicendum illos esse Deos: quando non possunt neque iudicium iudicare, neque benefacere hominibus. Scientes itaque, quia non sunt Dij; ne timueritis eos. Neque enim regibus maledicent, neque benedicent. Signaque in gentibus in cælo non ostendent, neque vt Sol, lucebunt, neque illuminabunt vt Luna. Bestiæ meliores sunt illis: quæ possunt fugientes sub tectum prodesse sibi. Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt Dij: propter quod ne timeatis eos. Nam sicut in cucumerario [δ] formido nihil custodiens, ita sunt Dij illorum lignei, & inaurati, & inargentati. Eodem modo & [ε] spinæ, quæ in horto, supra quam omnis auis sedet, similiter autem & mortuo proiecto in tenebris similes sunt Dij illorum lignei, & inaurati, & inargentati. À purpura quoque, & murice, quæ super eos putrefit, cognoscentur, quia nõ sunt Dij. Et ipsa postremo comedentur: & erit opprobrium in regione. Melior igitur homo iustus, qui non habet idola: nam erit longe ab opprobrio.

α Fabricata.] *Optima sententia: si artifices non sunt longæui; quomodo erunt opera illorum? at Dei propria est sempiternitas. In cæteris additur,* εἰ θεοί, *& vulgata,* nunquid ergo possunt ea, quæ fabricata sunt ab ipsis, esse Dij? β Suiipsorum.] *Nonnulli,* αὐτῶν, eorum. *A vulgata vtrumque abest.* γ Circumauferent.] *Alij,* ἀφελόμενοι, auferentes. δ Formido.] *Vt vulgata, aut,* terriculamentum, *vt alij. Schol.* προβασκάνια, & κεφάλαια, qui inter græcos diserti sunt, vocant ea, quæ custodes agrorum statuunt ad timorem auium, vel etiam hominum. *Hæc autem vocantur etiam,* μορμολύκεια. ε Spinæ.] *Compl.* καὶ τῇ ἐν κήπῳ ῥάμνῳ, *quod non videtur cohærere: licet in vulgata sit,* eodem modo & in horto spina alba.

ZEZE-

IEZECIEL.

CAP. I.

ET factum est in tricesimo anno, in quarto mense, quinta mensis; & ego eram in medio captiuitatis super fluuium Chobar: & aperti sunt cæli: & vidi visiones Dei: Quinta B mensis: (hic est annus quintus captiuitatis regis Ioacim,) Et factum est verbum Domini ad Iezeciel filium Buzi sacerdotem, in terra Chaldæorum super fluuium Chobar. Et facta est super me manus Domini. Et vidi: Et ecce spiritus [α] auferens veniebat ab Aquilone: & nubes magna in eo: [ς] & splendor in circuitu eius, & ignis fulgurans. Et in [γ] medio eius quasi visio electri in medio ignis, & [δ] splendor in eo. Et in medio quasi similitudo quatuor animalium: & hæc visio eorum. Similitudo hominis in eis: & quatuor facies vni, & quatuor alæ vni: C & crura eorum recta; & pedes eorum pennati & scintillæ, quasi [ε] fulgurans æs: Et leues pennæ eorum: & manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus ipsorum: & [ζ] facies eorum quatuor, non reuertebantur, cum incederent ipsa: vnumquodque ante faciem suam gradiebantur. Et similitudo facierum eorũ, facies hominis, & facies leonis à dextris, ipsis quatuor: & facies vituli à sinistris, ipsis quatuor, & facies aquilæ ipsis quatuor. [η] Et alæ eorum extentæ desuper ipsis quatuor: vnicuique duæ, coniunctæ ad se inuicem, & duæ cooperiebant desuper corpus ipsorum; & vnumquodque coram facie sua ambulabat: quocumque ambulabat spiritus, ibant, & non reuertebantur. Et in medio animalium vi- D sio quasi carbonum ignis ardentium, quasi visio lampadarum discurrentium inter medium animalium: & splendor ignis: & de igne egrediebatur [θ] fulgur. Et vidi: & ecce rota vna super terram iuxta animalia, ipsis quatuor: & species [*] rotarum quasi species [ι] Tharsis. Et similitudo [κ] vna ipsis quatuor. [λ] Et opus earum erat, quasi si esset rota in rota. In quatuor partes earum ambulabant: non reuertebantur, cum ambularent, [μ] neque dorsa earum: & altitudo erat [ν] eis. Et vidi ea: & dorsa earum plena oculis in circuitu ipsis quatuor. Et cum ambularent animalia, ambulabant rotæ iuxta ea. Et, cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur rotæ. Vbicumque erat nubes, illic [ξ] & spiritus ad eundum: ibant rotæ, & E eleuabantur cum eis: Spiritus enim vitæ erat in rotis: cum illa irẽt, ibant: & cum illa starent, stabant: & cum illa eleuarentur à terra, eleuabantur cum eis: quia spiritus vitæ erat in rotis. Et similitudo super caput ipsorum animalium quasi firmamentum, quasi aspectus [ο] chrystalli, extentum super alas eorum desuper: & sub firmamento alæ eorum extentæ, volantes altera alteri: vnicuique duæ [π] tegentes corpora ipsorum. Et audiui vocem alarum ipsorum, [ρ] dum ipsa irent, quasi vocem [σ] aquæ multæ: cumque ipsa starent, cessabant alæ eorum. Et ecce vox desuper firmamento, quod erat super [τ] caput eorum, quasi aspectus lapidis

sapphiri:

sapphiri: similitudo throni super illud: & super similitudinem throni similitudo quasi species hominis desuper. Et vidi quasi aspectum υ electri à visione lumbi, & supra: & à visione lumbi, & vsque deorsum vidi visionem ignis: & splendor eius in circuitu, velut visio arcus, cum fuerit in nube in diebus pluuiæ. Sic φ statio splendoris per gyrum.

α Auferens.] *Aut, extollens, inquit S. Hier. Nam dictio græca, ἐξαῖρον, potest vtrumque significare. Testatur autem Aquilam dixisse ventum turbinis, Symmachum, ac Theodotionem flatum, ac spiritum tempestatis. Theodoretus ex Symmacho,* καταιγίζον, impetu flans. β Et splendor in circuitu eius, & ignis fulgurans.] *Apud S. Hieron. etiam in editione lxx. ponuntur hæc verba alio ordine*, & ignis micans, & splendor in circuitu eius. γ Et in medio.] *Polychronius,* φῶς γὰρ ἐν μέσῳ αὐτοῦ, ὡς ὅρασις ἴριδος, καὶ αὕτη διαυγὴς ἦν ἐν μέσῳ αὐτῶν. Lumen enim in medio eius, quasi visio iridis; & hæc perspicua erat in medio eorum. δ Et splendor in eo.] *Hoc Sanctus Hieron. obelo prænotat.* ε Fulgurans æs.] *Apud S. Hier. in lxx.* quasi fulgurantes æramentum. ζ Et facies eorum quatuor.] *In cæteris sunt plura,* καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, καὶ αἱ πτέρυγες αὐτῶν τῶν τεσσάρων ἐχόμεναι ἑτέρα τῆς ἑτέρας, & facies ipsorum, & alæ ipsorum quatuor, iunctæ, altera alteri. *Quæ omnia absunt à Theodoreto.* η Et alæ.] *Apud Theodoretum hæc antecedunt,* τοῦτο τὰ πρόσωπα αὐτῶν, hæ facies ipsorum. θ Fulgur.] *In cæteris hæc sequuntur,* καὶ τὰ ζῶα ἔτρεχον, καὶ ἀνέκαμπτον ὡς εἶδος τοῦ βεζέκ, & animalia currebant, & reuertebantur, quasi species Bezec. *Quæ S. Hier. testatur de editione Theodotionis in lxx. esse addita. Theodoretus habet, & ad postrema verba subiungit:* Hoc autem Symm. interpretatus est, ὡς εἶδος ἀκτῖνος ἀστραπῆς, quasi species radij fulguris: *quod etiam refert S. Hieronymus. Aliud Scholion.* Istud βεζέκ, significat fulgur. ✱ Rotarum.] *In quibusdam additur,* καὶ ἡ ποίησις, (*aut* ποίημα) αὐτῶν, *quod apud* S. Hieron. *in lxx.* & factura earum. ι Tharsis.] *Theodor.* Iuxta Symmachum vero, ὡς ὅρασις ὑακίνθου, quasi aspectus hyacinthi. *Id S. Hieron. tribuit Aquilæ. Schol.* Tharsis vocat Chrysolithum, aut hyacinthum. *S. Hier. in sua interpretatur mare: de qua re alibi notatum.* κ Vna ipsis quatuor.] *Cæteri,* ἐν τοῖς τέσσαρσι, *& apud S. Hier.* in quatuor. λ Et opus earum.] *Ita etiam apud S. Hier. In quibusdam vero libris, & apud Theodoretum in explanatione hæc antecedunt,* καὶ ἡ ὅρασις αὐτῶν, & aspectus earum. μ Neque dorsa.] *Ita etiam apud Theodoretum. In Compl. est,* καὶ οἱ νῶτοι αὐτῶν, *& apud S. Hier.* & dorsa earum. ν Erat eis.] *In quibusdam libris, & apud Theodoretum adiungitur,* καὶ φοβεροὶ ἦσαν, & terribiles erant: *quod S. Hier. in lxx. non habet.* ξ Et.] *Istud* καὶ, *abest à cæteris. In quibusdam vero, & apud Theodoretum pro eo est,* ὥρμα, concitabatur. ο Chrystalli.] *Hic etiam in quibusdam additur,* φοβερόν, terribile. π Tegentes.] *Ita etiam Theodoretus. In alijs est,* συνεζευγμέναι, ἐπικαλύπτουσαι, coniunctæ, tegentes. ρ Dum ipsa irent.] *In multis, & apud Theodoretum est,* ἐν τῷ πτερύσσεσθαι αὐτά, cum ipsa alas quaterent. *Vtrumque abest hoc loco à vulgata.* σ Aquæ multæ.] *In nonnullis,* ὑδάτων πολλῶν, ὡς φωνὴν θεοῦ σαδδαΐ, aquarum multarum, tanquam vocem Dei Sadai: *itemque apud Theodoretum, qui inquit Aquilam, & Symmachum pro Sadai posuisse,* ἱκανοῦ, sufficientis: *quod habet Compluten. In quibusdam vero exemplaribus vtrumque coniungitur,* σαδδαΐ ἱκανοῦ. *Post hæc autem in multis, & apud Theodoretem sequitur,* ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτά, φωνὴ (*al.* φωνὴν) τοῦ λόγου ὡς φωνὴ παρεμβολῶν, cum ipsa ambularent, vox verbi, quasi vox castrorum. *Illud quidem,* φωνὴ λόγου. *S. Hier. agnoscit ex lxx. ac fortasse pro* θεοῦ σαδδαΐ, *aut pro eo, quod ipse habet,* sonus multitudinis. τ Caput eorum.] *In plerisque, & apud Theodoretum hæc sequuntur,* ἐν τῷ ἑστάναι αὐτὰ, ἀνίεντο αἱ πτέρυγες αὐτῶν, καὶ ὑπεράνω τοῦ στερεώματος τοῦ ὄντος ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν, cum ipsa starent, demittebantur alæ eorum. Et super firmamentum, quod erat super caput ipsorum. υ Electri.] *In cæteris, & apud Theodoretum hæc adiunguntur,* ὡς ὅρασις πυρὸς ἔσωθεν αὐτοῦ κύκλῳ, velut aspectum ignis, intrinsecus eius per circuitum, *vt vulgata.* φ Statio.] *Cæteri, & Theodoretus,* ἡ ὅρασις, visio.

CAP. II.

HÆC visio similitudinis gloriæ Domini. Et vidi, & cado in faciem meã. Et audiui vocem loquentis, & dixit ad me: Fili hominis sta super pedes tuos: & loquar ad te. Et venit ad me spiritus, & assumpsit me, & eleuauit me, & statuit me super pedes meos: & audiebam eum loquentem ad me. Et dixit ad me: Fili hominis, mitto ego te ad domum Israel, exacerbantes me, qui quidem exacerbauerunt me, ipsi, & patres α eorum vsque ad hodiernam β diem. Et dices ad eos: Hæc dicit γ Dominus: Si forte audiant, aut paueant, quia domus exacerbans est: & scient, quia propheta es tu in medio eorum. Et tu fili hominis non timeas eos, nec formides à facie eorum: quoniam insanient, & congregabuntur contra te in circuitu: & in medio scorpionum tu habitas. Verba eorum ne timeas; & à facie eorum ne formides: quia domus exasperans est. Et loqueris

A loqueris verba mea ad eos: si forte audiant, aut timeant: quia domus exacerbans est. Et tu fili hominis audi loquentem ad te: noli esse exasperans, sicut domus exasperatrix est. Aperi os tuum, & comede quod ego do tibi. Et vidi: & ecce manus extenta ad me: & in ea [δ] capitulum libri: & expandit illud coram me: & erant in eo scripta anteriora, & posteriora: & inscripta erat [ε] lamentatio, & carmen, & væ. Et dixit ad me: Fili hominis comede capitulum istud: & vade, & loquere filijs Israel. Et aperuit os meum, & cibauit me capitulo.

α Patres eorum.] *In cæteris sequitur,* ἠθέτησαν, (*aut* καὶ ἠθέτησαν, *vt Theodoretus*) ἐν ἐμοί, præuaricati sunt in me. β Diem.] *In alijs hæc subsequuntur,* καὶ υἱοὶ σκληροπρόσωποι, καὶ στερεοκάρδιοι (*aut* θρασυκάρδιοι, *vt Theodoretus, & quidam codices*) ἐγὼ ἀποστέλλω σε πρὸς αὐτούς, & filij dura facie, & obfirmato (*al.* audaci) corde. Ego B mittam te ad eos: *Quæ negat S. Hier. haberi in lxx.* γ Dominus.] *In quibusdam est,* κύριος, κύριος, Dominus, Dominus, *in quibusdam* κύριος ἀδωναΐ, *aut* ἀδωναΐ κύριος, *vt apud Theodoretum; qui etiam inquit istud Adonai significare idem, ac Dominus: habere autem & aliam quandam paruam emphasim. Vulgata,* Dominus Deus. *Eadem varietas est in cap. sequenti.* δ Capitulum libri.] *S. Hier.* Pro inuoluto libro lxx. capitulum libri transtulerunt, *quod notat etiam Theodoretus. Schol.* κεφαλὶς autem βιβλίου, pro tomus. Ita enim tomum appellant hebræi. ε Lamentatio.] *Origenes.* Theodotio quidem iuxta lxx. edidit. Symmachus autem non valde discrepanter θρήνους, καὶ κατάλεγμα, καὶ μέλος πενθικὸν, lamentationes, & querimoniam, & carmen lugubre. *Aquila autem inquit,* γεγραμμένον ἦν ἐπ' αὐτῷ κτίσις, καὶ ἀντίβλησις, καὶ ἔσται, scriptum erat in eo, creatio, & collatio, & erit.

CAP. III.

C Et dixit ad me: Fili hominis, os tuum comedet, & vẽter tuus implebitur capitulo isto tibi dato. Et comedi illud: & factũ est in ore meo, sicut mel, dulcescẽs. Et dixit ad me: Fili hominis vade, & ingredere ad domũ Israel, & loquere verba mea ad eos. Non .n. ad populũ [α] profundæ linguæ tu mitteris ad domũ Israel, neque ad populos multos alterius vocis, aut alterius linguæ, neque, qui graues lingua sint, quorũ non audias sermones. Et, si ad tales misissem te; hi vtique exaudissent te. Domus autẽ Israel nolent exaudire te; quia nolunt exaudire me. Omnis quippe domus Israel contẽtiosi sunt, & duri corde. Et ecce dedi faciem tuã potentem contra facies eorum: & peruicaciã tuam confortabo contra peruicaciã eorum: & erit semper [β] firmior petra. Ne timeas ab eis, neque D metuas à facie eorum: quia domus exasperans est. Et dixit ad me: Fili hominis, omnes sermones, quos loquutus sum tecũ, assume in cor tuũ: & auribus tuis audi. Et vade, ingredere ad captiuitatẽ, ad filios populi tui, & loqueris ad eos, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Si forte audiant, si forte remittant se. Et assumpsit me spiritus: & audiui post me vocẽ cõmotionis magnæ: Benedicta gloria Domini de loco suo. Et [γ] vidi vocẽ alarum animaliũ percutientium, altera ad alterã: & vox rotarũ iuxta ea, & vox commotionis. Et spiritus eleuauit me, & suscepit me, & [δ] abij in impetu spiritus mei. Et manus Domini facta est super me fortis, & intraui ad captiuitatẽ [ε] sublimis: & circuiui habitantes super fluuiũ Chobar, qui erant ibi. Et sedi ibi septẽ diebus [ζ] conuersans in medio eorũ. Et factũ est E post septẽ dies verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis speculatorẽ dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbũ, & comminaberis eis ex me: In dicendo me iniquo, morte morieris, & non distinxisti [η] ei ad distinguendũ iniquo, vt auertat se à vijs suis, vt viuat; iniquus ille in sua iniquitate morietur: & sanguinẽ eius de manu tua requirã. Et tu, si distinxeris iniquo, & nõ se auerterit ab iniquitate sua, & à via sua, iniquus ille in sua iniustitia morietur: & tu animã tuã liberabis. Et in auertendo se iustũ à iustitijs suis, & faciet delictum, & dabo [θ] tormentũ in faciẽ eius, ipse morietur, quia non distinxisti ei: & in peccatis suis morietur,

quia non erunt in memoria iustitiæ eius: & sanguinē eius de manu tua requirā. Tu autē si distinxeris iusto, vt non peccet, & ipse non peccauerit; iustus vita viuet, quia distinxisti ei: & tu animā tuam liberabis. Et facta est super me manus Domini, & dixit ad me: Surge, & egredere in campum: & ibi alloquutio fiet ad te. Et surrexi, & egressus sum ad campum. Et ecce ibi gloria Domini stabat, [ι] sicut aspectus, & sicut gloria Domini, quam vidi, super fluuium Chobar. Et cado in faciem meā: & venit in me spiritus: & statuit me super pedes meos: & loquutus est ad me, & dixit mihi: Ingredere, & includere in medio domus tuæ. Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula: & ligabunt te in eis: & non egrederis de medio eorum: & linguam tuam [κ] colligabo, & eris mutus: & non eris eis in virum obiurgantem: quia domus exasperans est. Et in loquendo me ad te, aperiam os tuum, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui audit, audiat: & qui est inobediens, non obediat: quia domus exasperans est.

α Profundæ linguæ.] *Plerique* βαθύχειλον, καὶ βαρύγλωσσον, *aut* καὶ βραδύγλωσσον profundi labij, & grauis linguæ, *aut*, & tardæ linguæ. β Firmior petra.] *In quibusdam, & apud Theodoretum est,* στερεώτερον πέτρας δέδωκα μέτωπόν σου, duriorem petra dedi frontem tuam. γ Vidi.] *Ita etiam Theodoretus, & S.Hier. in comm. ex lxx. Compl. autem,* ἤκουσα, audiui, *quod S.Hier. inquit in hebraico subaudiri.* δ Abij.] *In alijs, & apud Theodoretum additur* μετέωρος, *& apud S.Hier.* sublimis. ε Sublimis, & circuiui.] *Pro his refert S.Hier. tres interpretes posuisse verba hebraica, quæ ipse interpretatus est,* ad aceruum nouarum frugum. ζ Conuersans.] *S.Hier. ex Theodotione,* admirans, *ex Aquilæ secunda editione, quam hebræi* κατ' ἀκρίβειαν *vocant,* ἠρεμάζων, quiescens: *ipse autem in sua,* mœrens. η Ei.] *In cæteris additur,* οὐδὲ ἐλάλησας, neque loquutus es. θ Tormentum.] *S.Hier. ex Theodotione,* infirmitas: *ipse,* offendiculum. ι Sicut aspectus, &.] *Absunt à Compl. sed non à collatis codicibus, neque à Theodoreto.* κ Colligabo.] *In quibusdam, & apud Theodoretum additur* τῷ λάρυγγί σου, *aut* πρὸς τὸν λάρυγγά σου, gutturi tuo: *quæ etiam S.Hier. videtur agnoscere.*

CAP. IV.

ET tu fili hominis sume tibi [α] laterem: & pones eum ante faciem tuam: & describes in eo ciuitatem Hierusalem: & dabis super eam obsidionem: & ædificabis super eam propugnacula, & circumiacies super eam vallum, & dabis super eam castra, & ordinabis machinas missilium in gyro. Et tu sume tibi sartaginem ferream: & pones eam murum ferreum inter te & ciuitatem: & parabis faciem tuam super eam: & erit in conclusione, & concludes eam. Signū est hoc filijs Israel. Et tu dormies super latus tuum sinistrum: & pones iniquitates domus Israel super eo, iuxta numerum dierum [β] quinquaginta & centum, quos dormies super illud: & assumes iniquitates eorum. Et ego dedi tibi [γ] iniquitates eorum in numero dierum [δ] nonaginta, & centum dies; & sumes iniquitates domus Israel. Et consummabis hæc, & dormies super latus tuum dextrum: & assumes iniquitates domus Iuda quadraginta diebus. Diem in annū posui tibi. Et ad conclusionē Hierusalem parabis faciem tuam, & brachium tuum roborabis, & prophetabis super eam. Et ego ecce dedi super te vincula: & nō te conuertas de latere tuo in latus tuum, donec completi fuerint dies conclusionis tuæ. Et tu sume tibi triticum, & ordeum, & fabam, & lentem, & milium, & [ε] olyram: & mittes ea in vas vnum testeum: & facies ea tibi in panes: & iuxta numerum dierū, quibus tu dormis super latus tuū, nonaginta & centum dieb. comedes ea. Et cibū tuū comedes in pondere, viginti [ζ] siclos die: à tēpore vsque ad tēpus comedes ea. Et aquam in mensura bibes: & sextam partem [η] In à tempore vsque ad tempus bibes. [θ] Et subcinericium ordeaceum, comedes ea: in fimo stercoris humani

A humani abscōdes ea ante oculos eorū, & dices: Hæc dicit Dominus Deus Israel: Sic comedent filij Israel immūda in ᶥ gentibus. Et dixi: Nequaquā Domine Dee Israel: si anima mea non est polluta in immunditia, & morticinum, & à bestijs laceratum non comedi à natiuitate mea vsque nunc: & non est ingressa in os meum omnis caro ᵏ rancida. Et dixit ad me: Ecce dedi tibi stercora boum pro stercoribus humanis: & facies panes tuos super ea. Et dixit ad me: Fili hominis, ecce ego contero ᶺ fulcimentum panis in Hierusalem: & comedent panem in pondere, & in penuria: & aquam in mensura, & in interitu bibent: vt egentes fiant panis, & aquæ; & delebitur homo, & frater eius, & contabescent in iniquitatibus suis.

B

α Laterem.] *S.Hier.* Symmachus manifestius interpretatus est πλινθεῖον, quem nos laterculum, & abacum appellare possumus. β Quinquaginta, & centum.] *Sic etiam Theodoretus: sed absunt à plerisque, & à vulgata. In quibusdam est,* κατ᾽ ἀριθμὸν ἡμερῶν. πεντήκοντα, καὶ ἑκατὸν ἡμέρας κοιμηθήσῃ ἐπ᾽ αὐτῷ, iuxta numerum dierum. Quinquaginta, & centum dies dormies super illud. γ Iniquitates.] *Apud Theodoretum, & in Compl. est,* τὰς δύο ἀδικίας, duas iniquitates. δ Nonaginta, & centum.] *Sic quoque Theodoretus: qui putat hunc numerum fieri ex centum quinquaginta iam dictis, & quadraginta dicendis. In quibusdam vero est,* ἐνενήκοντα καὶ τριακοσίας ἡμέρας nonaginta & trecentis diebus: *quomodo legit Polychronius: & hæc notat:* alia editio habet nonaginta & centum dies. *Origenes de superiori fortasse, deque hoc numero:* Non ignoramus autem quædam exemplaria habere centum & quinquaginta dies, & alios nonaginta & centum dies: & plura quidem nonaginta & centum dies. Sed consideratis cæteris editionibus inuenimus esse trecentos & nonaginta dies. *Fortasse etiam pro* καὶ ἄλλας, *legendum,* καὶ ἄλλα, *id est,* & alia exemplaria. *Nam sic S.Hieron.* Satisque miror, cur vulgata exemplaria centum nonaginta annos habeant, & in quibusdam scriptum sit centum quinquaginta: cum perspicue & hebraicum, & Aquila, Symmachusque, & Theodotio trecentos nonaginta annos teneant: & apud ipsos lxx. (qui tamen non sunt scriptorum vitio deprauati) idem numerus reperiatur. *Eadem varietas obseruari potest paulo post.* ε Olyram.] *S.Hier.* Quam nos viciam interpretati sumus, lxx. Theodotioque posuerunt ὄλυραν, quam alij auenam, alij sigalam putant. Aquilæ autem prima editio, & Symmachus ζέας, siue ζείας, interpretati sunt; quas nos vel far, vel gentili Italiæ, Pannoniæque sermone spicam, speltamque dicimus. *Notat etiam apud lxx. dictum esse 3. reg. 19. panem* ὀλυρίτην. ζ Siclos.] *Polychronius,* viginti sicli faciunt tres vnicas, & pauloplus. *Schol.* stateres viginti, qui quidem sunt drachmæ octuaginta: *& S.Hier.* Siclus, id est stater habet drachmas quatuor: *qui de his ponderibus & hic, & alibi accurate agit. Aliud Schol.* Siclum inquiunt esse drachmam: drachma autem est scropuli tres. η In.] *Theodoretus,* εἶν autem mensura erat apud eos: cuius sexta pars iuxta Syrum dimidium sexti capiebat. *Polychronius.* Ipsum ἴν, quod hebraicum est, significat octauam partem xesti. *Apollinarius.* Ipsum ἴν facit duos Choas: *& addit S.Hier.* atticos. θ Et.] *Sic etiam hebræus: ac tamen intelligendum putant, vt est in Compl. & vulgata,* ὡς ἐγκρυφίαν, quasi subcineritium. ι Gentibus.] *In cæteris hæc sequuntur,* οὗ διασκορπιῶ (*aut* ἐκβαλῶ) αὐτοὺς ἐκεῖ, quo dispergam, (*aut,* eijciam) eos illuc. κ Rancida.] *In quibusdam est,* βέβηλον, prophana: *in quibusdam, & apud Theodoretum vtrumque coniungitur,* ἕωλον, καὶ βέβηλον. λ Fulcimentum.] στήριγμα, *pro quo inquit S.Hier. primam Aquilæ editionem dixisse baculum, secundam, & Symmachum, & Theodotionem* στερέωμα, *id est firmamentum.*

C

D

CAP. V.

ET tu fili hominis sume tibi gladium acutum super nouaculam tonsoris: posside eam tibi: & duces eam super caput tuum, & super barbam tuam. Et assumes stateram ponderum: & diuides eos: ᵅ quartam partem in igni combures in media ciuitate iuxta completionem dierum conclusionis, & assumes quartam, & combures eam in medio eius: & quartam concides in gladio in circuitu eius: & quartam disperges vento: Et gladium nudabo post eos. Et

E

assumes inde paucos in numero, & circunligabis eos indumento tuo. Et ex his sumes adhuc, & proijcies eos in medium ignis, & combures eos in igni. Ex ea egredietur ignis. ᵝ Et dices omni domui Israel: Hæc dicit Dominus: Ista est Hierusalem: in medio gentium posui eam, & quæ sunt in circuitu eius, terras. Et dices ᵞ iustificationes meas ipsi iniquæ ex gentibus, & legitima mea de regionibus, quæ sunt in circuitu eius. Iustificationes enim meas proiecerunt, & in legitimis meis non ambulauerūt in eis. Idcirco hæc dicit Dominus: ᵟ Quia occasio

vestra de gentibus, quæ in circuitu vestro sunt, & in legitimis meis non ambulastis, & iustificationes meas non fecistis: sed neque iuxta iustificationes gentiũ, quæ in circuitu vestro sunt, fecistis; ideo hæc dicit Dominus: Ecce ego super te, & faciam in medio tui iudicium coram gentibus: & faciam in te, quæ non feci, & quæ non faciam similia eis vltra secundum omnes abominationes tuas. Idcirco patres comedent filios in medio tui: & filij comedent patres. Et faciam in te iudicia: & dispergam omnes residuos tuos in omnem ventum. Idcirco viuo ego, dicit Dominus, [ε] profecto pro eo, quòd sancta mea [ζ] polluisti in omnibus abominationibus tuis, & ego abijciam te: non parcet oculus meus: & ego non miserebor. Quarta tui pars in morte consumetur: & [η] quarta tui pars in fame consumetur in medio tui: & quartã tui partem in omnem ventum dispergam eos: & [θ] quarta pars tui in gladio cadent in circuitu tuo: & gladium nudabo post eos. Et complebitur furor meus, & ira mea super [ι] eos: & scies, quia ego Dominus loquutus sum in zelo meo, in complendo me iram meam super eos. Et ponam te in [κ] desertum, & filias tuas in circuitu tuo in conspectu omnis prætereuntis. Et eris gemibilis, [λ] & misera in gentibus, quæ in circuitu tuo, in faciendo me iudicia in te [μ] in vltione furoris mei. Ego Dominus loquutus sum. Et in emittendo me sagittas famis super eos, & erunt in [ν] defectionem, & conteram firmamentum panis tui: & emittam super te famem, & bestias pessimas: & puniam te: & mors, & sanguis transibunt super te: & gladium inducam super te in circuitu. Ego Dominus loquutus sum.

[α] Quartam.] *Aq. & Theodotio, τὸ τρίτον,* tertiam, *& sic deinceps, de qua re legendi sunt S. Hier. & Theodoretus. S. Hieron. quidem ea, quæ sequuntur,* & assumes quartam, & combures eam in medio eius, *videtur prope quarto loco apud lxx. legisse, à quibus inquit addita de suo.* [β] Et dices omni domui Israel.] *Schol.* Non ponitur apud hebræos. *Apud Theodoretum est coniuncte cum antecedentibus, εἰς πάντα οἶκον Ἰσραήλ. τάδε λέγει ἀδωναῒ κύριος,* in omnem domum Israel. Hæc dicit Adonai Dominus, *quod respondet vulgatæ. In alijs autem vtrumque coniungitur, εἰς πάντα οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐρεῖς, &c.* [γ] Iustificationes.] *Ita S. Hier. ex lxx. quorum verborum putat nullam esse consequentiam. Ex Symmacho autem hæc refert,* Hæc Hierusalem, quam in medio nationum posui, & circa eam regiones, commutauit iudicia mea impietatibus, quas didicit à gentibus, & iustificationes meas à regionibus, quæ sunt in circuitu eius, quia legitima mea reprobauerunt, & in iudicijs meis non ambulauerunt. *Atque in aliquo quidem codice, & apud Theodoretum est, ἤλλαξε τὰ δικαιώματά μου εἰς ἀνομίαν ἐκ τῶν ἐθνῶν, καὶ τὰ νόμιμά μου ἐκ τῶν χωρῶν, &c. quæ videntur respondere verbis Symmachi à S. Hieronymo allatis.* [δ] Quia occasio.] *Sic S. Hier. ex lxx. ex Symmacho autem,* quia multitudo vestra fuit ex gentibus, quæ in circuitu vestro sunt, *ex Aquilæ autem secunda editione,* eo quòd numerati estis in gentibus, quæ in circuitu vestro sunt. [ε] Profecto.] ἀλλά. *Sic etiam Theodoretus. In aliquo est, εἰ μὴ,* nisi, *vt vulgata.* [ζ] Polluisti.] *In alijs sequitur, ἐν πᾶσι τοῖς προσοχθίσμασί σου, καὶ,* in omnibus abominationibus tuis; &. [η] Quarta tui pars.] *Schol.* non ponitur apud hebræos: *atque hic etiam notat S. Hieron. lxx. primam tertiam partem diuisisse in duas.* [θ] Et quarta pars tui in gladio cadent.] *Hoc inquit S. Hieron. de Theodotionis editione sub asteriscis additum esse.* [ι] Eos.] *In cæteris sequitur, καὶ παρακληθήσομαι,* & consolabor, *vt vulgata.* [κ] Desertum.] *In plerisque hæc sequuntur, καὶ εἰς ὀνειδισμὸν τοῖς ἔθνεσι τοῖς κύκλῳ σου,* & in opprobrium gentibus, quæ in circuitu tuo sunt, *nec multo aliter Theodoretus, καὶ εἰς ὄνειδος τοῖς κύκλῳ σου. Quæ inquit* S. Hier. *in lxx. non haberi, sed pro istis eos addidisse de suo quæ sequuntur,* & filias tuas in circuitu tuo. [λ] Et misera.] *καὶ δηλαϊστὴ, aut δειλαιστὴ, vt aliqui, aut δειλαία, vt plerique.* In *aliquo est, βλασφημία, στενακτὴ, καὶ δήλη παιδεία (al. καὶ δειλαία παιδεία) καὶ ἀφανισμὸς (al. καὶ ἀφανισμῷ al. καὶ ἀφανισμοῖς) καὶ αἱ θυγατέρες σου αἱ κύκλῳ σου ἐν τοῖς ἔθνεσιν,* blasphemia gemenda & manifestus lusus, & desolatio, & filiæ tuæ, quæ in circuitu sunt, in gentibus. *A Theodoreto abest illud βλασφημία, & in melioribus eius codicibus legitur, δήλη παιδείᾳ, καὶ ἀφανισμοῖς,* insignis in disciplina, & desolationibus. *S. Hier. ex lxx. agnoscit tantum στενακτὴ, & de Theodotione inquit additum esse καὶ δειλαίστη, cuius verbi notitiam ipse non habeat, & pro quo tres alij interpres transtulerunt blasphemiam. Sed paulo post hæc scribit, δειλαίστην, vel δειλαίαν,* quidam infelicem, & miseram, alij perspicuam, & expositam ad miseriam intelligi volunt. [μ] In vltione furoris mei.] *In cæteris hæc antecedunt, ἐν ὀργῇ, καὶ θυμῷ,* in ira, & furore: *in quibusdam, & apud Theodoretum hæc præterea sequuntur, καὶ ἐλέγχοις,* & increpationibus. [ν] Defectionem.] *In quibusdam, & apud Theodoretum sequitur, καὶ ἀποστελῶ αὐτοὺς διαφθεῖραι ὑμᾶς, καὶ λιμὸν συνάξω ἐφ᾽ ὑμᾶς,* & mittam eas, vt disperdam vos, & famem congregabo super vos.

C A P.

CAP. VI.

A

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis firma faciem tuã ad montes Israel, & propheta ad eos, & dices: Montes Israel audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus montibus, & collibus, & vallibus, & rupibus: Ecce ego induco super vos gladium: & disperdentur excelsa vestra, & conterētur altaria vestra, & [α] delubra vestra: & deijciam interfectos vestros ante idola [β] vestra. Et dispergam ossa vestra in circuitu altarium vestrorum, & in omni habitatione vestra. Vrbes desertæ erunt, & excelsa delebuntur, vt exterminentur altaria vestra, & [γ] conterentur idola vestra, & auferentur delubra [δ] vestra; & cadent interfecti in medio vestri: & scietis, quia ego Dominus. [ε] Dum fuerint ex vobis euadentes à gladio in gentibus, & in dispersione vestra in regionibus; & recordabuntur mei, qui euaserint ex vobis in gentibus, quo captiui ducti fuerint illuc. Iuraui cordi eorum fornicanti à me, & oculis eorum fornicantibus post adinuentiones suas. [ζ] Et percutient facies suas in omnibus abominationibus suis: & scient, [η] quia ego Dominus loquutus sum. Hæc dicit Dominus: Plaude manu, & obstrepe pede. [θ] Et dic: Euge, euge super omnibus abominationibus domus Israel. In gladio, & in morte, & in fame cadent: qui prope, in gladio cadet: qui vero longe, in morte peribit, [ι] & qui circundatus fuerit, in fame consumetur: & implebo iram meam super eos. Et scietis, quia ego Dominus, cum fuerint interfecti vestri in medio idolorum vestrorum in circuitu altarium vestrorum super omnem collem [κ] excelsum, & [λ] subter arborem vmbrosam; vbi dederūt illic odorem suauitatis vniuersis idolis suis. Et extendam manum meam super eos: & ponam terram in desolationem, & in perditionem à deserto Deblatha ex omni habitatione eorum. Scietis, quia ego Dominus.

[α] Delubra.] *Aut phana: vtroque enim modo interpretatur S. Hier. quæ græce dicuntur*, τεμένη, *& distinguit à templis.* [β] Vestra.] *In cæteris subiunguntur hæc*, καὶ δώσω τὰ πτώματα τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ κατὰ πρόσωπον τῶν εἰδώλων αὐτῶν, & dabo cadauera filiorum Israel ante faciem idolorum eorum. *Quæ S. Hier. in lxx. testatur non haberi.* [γ] Conterentur.] *In nonnullis additur*, καὶ καταπαύσονται, *aut* καταπαυθῇ, *quod vulgata*, & cessabunt. [δ] Vestra.] *Cæteri addunt*, καὶ ἐξαλειφθῶσι τὰ ἔργα ὑμῶν, & delebuntur opera vestra, *vt vulgata. Affirmat autem S. Hier. multa de hoc capitulo à lxx. prætermissa esse.* [ε] Dum fuerint.] *In aliquo est*, καὶ ὑπολείψομαι τοῦ γενέσθαι, *aut* ἐν τῷ γενέσθαι, *Theodoretus videtur habuisse*, καὶ ἀπολείψομαι ἐν τῷ γενέσθαι. *Vulgata*, & relinquam in vobis eos, qui fugerint gladium. [ζ] Et percutient.] *In aliquo, & apud Theodoretum est*, ὅτι κόψονται κατὰ πρόσωπον ἑαυτῶν, quia plangent ante faciem suam. *Et in plerisque hæc sequuntur*, περὶ τῶν κακιῶν, (al. κακῶν) ὧν ἐποίησαν, de omnibus malis, quæ fecerunt. [η] Quia ego Dominus loquutus sum.] *Cæteri*, διότι ἐγὼ κύριος οὐκ εἰς δωρεὰν λελάληκα τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς ἅπαντα τὰ κακὰ ταῦτα, quia ego Dominus non frustra loquutus sum, vt facerem eis omnia mala hæc. [θ] Et dic euge euge.] *In aliquo semel est*, εὖγε. *Origenes*: Illud καὶ εἰπὸν εὖγε, Symmachus paraphrasi explanans fecit, καὶ σχετλίασον. *Aliud Schol* hebraice ἆα, recte habet. *S. Hieron.* & dic heu. Pro quo, *inquit.* Aquila interpretatus est ἆ ἆ, Symmac. σχετλίασον, quod significat lamentare, vel plangere. lxx. & Theodotio εὖγε, quod magis insultantis est, quàm plangentis. [ι] Et qui.] *In quibusdam antecedit*, καὶ ὁ περιλειφθεὶς, *aut* ὑπολειφθείς. *Vulgata*, & qui relictus fuerit, atque circundatus. [κ] Excelsum.] *In cæteris sequuntur hæc*, καὶ ἐν πάσαις κορυφαῖς τῶν ὀρέων, & in cunctis summitatibus montium: *quæ neg. it S. Hier. esse in lxx.* [λ] Et subter arborem vmbrosam.] *In plerisque adduntur ista*, καὶ ὑποκάτω πάσης δρυὸς δασείας, & subter vniuersam quercum frondosam. *Quæ item inquit S. Hieron. à lxx. omissa. In quibusdam vero sunt ista, & non illa*, καὶ ὑποκάτω δένδρου συσκίου.

CAP. VII.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens: Et tu fili hominis [α] dic: Hæc dicit Dominus terræ Israel, finis venit, finis venit super quatuor alas terræ: [β] venit finis [γ] super te, qui habitas terram: venit tempus, appropin-

quauit dies non cum perturbationibus, neque cum doloribus. Nunc de propin quo effundam iram meam super te: & complebo furorem meum in te: & iudicabo te in vijs tuis: & dabo super te omnes abominationes tuas: non parcet oculus meus, neque miserebor: quia vias tuas super te dabo: & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scies, quia ego Dominus, qui percutio. Nunc finis ad te: & mittam γ ego super te, & vlciscar in vias tuas, & dabo super te omnes abominationes tuas: non parcet oculus meus, neque miserebor: quia viam tuam super te dabo, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scies, quia ego Dominus. Hæc enim dicit ε Dominus: Ecce finis ζ venit, ecce η dies Domini: si & virga floruit, contumelia surrexit. Et conteret firmamentum iniqui, & non cum perturbatione, neque cum festinatione. Venit tempus, ecce dies. Qui emit; non lætetur: & qui vendit, non θ lugeat: quia emens ad vendentem non vltra ι reuertetur: & homo in oculo vitæ suæ non obtinebit. Clangite in tuba, & iudicate κ omnia. λ Bellum in gladio foris, & fames, & mors intrinsecus. Qui in campo est, in gladio morietur: eos autem, qui in ciuitate, fames, & mors consumet. Et salui euadent, qui euadunt ex eis, & erunt super μ montes. Et omnes occidam, vnumquemque in iniquitatibus suis. Omnes manus dissoluentur, & omnia femora polluentur ν humore: & accingent se cilicijs: & operiet eos formido. Et super omnem faciem confusio super eos, & super omne caput caluitium. Argentum eorum in plateis proijcietur: & aurum eorum erit ξ contemptui: Animæ eorum non saturabuntur, & ventres eorum non implebuntur: quia cruciatus iniquitatum eorum fuit. Electa ο mundi in superbiam posuerunt ea: & imagines abominationum π suarum fecerunt ex eis. Propter hoc dedi ea illis in immunditiam: & tradam ea in manus alienorum, vt diripiant ea, & pestilentibus terræ in spolia: & polluent ea. Et auertam faciem meam ab eis: & violabunt ρ visitationem meam: & ingredientur in ea σ temere, & contaminabunt ea, & τ facient perturbationem: quia terra plena υ populorum, & ciuitas plena φ iniquitatis. Et auertam fremitum fortitudinis eorum: & polluentur sancta eorum. Et χ propitiatio veniet: & quæret pacem: & non erit: & nuncius super nuncium erit: & quæretur visio de propheta: & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. ψ Princeps induetur interitu: & manus populi terræ dissoluentur. Secundum vias eorum faciam eis: & in iudicijs eorum vlciscar eos. Et scient, quia ego Dominus.

α Dic.] *Istud, εἶπεν, abest ab aliquo, & à Theodoreto.* β Venit finis.] *Apud Theodoretum, & in aliquo codice est,* ἥκει τὸ πέρας νῦν, καὶ ἥξει τὸ πέρας, venit finis nunc: & veniet finis, *&c.* γ Super te.] *Post hæc in alijs, apud Theodoretum vero post,* qui habitas terram, *sequuntur, quæ paulo post sunt in nostra,* καὶ ἀποστελῶ, & mittam, *&c. qui ordo magis respondet vulgatæ. Sed testatur S. Hier. iuxta lxx. ordinem fuisse mutatum.* δ Ego.] *In cæteris sequitur,* τὸν θυμόν μου, furorem meum. ε Dominus.] *In alijs sequitur,* κακία μία, κακία ἰδοὺ ἔρχεται, malitia vna, malitia ecce venit: *quæ (sicut & multa alia in hoc capite) ex Theodotione sub asteriscis addita esse scribit S. Hier. Symmachum vero pro* κακία, *vel* πονηρία, *posuisse,* κάκωσις, afflictio: *quem ipse perspicuitatis causa sequutus sit.* ζ Venit.] *In alijs sequitur,* ἐξηγέρθη πρὸς σέ. ἰδοὺ ἥκει τὸ πέρας. ἥκει ἡ πλοκὴ ἐπὶ σέ, euigilauit aduersum te: ecce venit finis, venit contextus super te. *Schol.* lxx. pro πλοκὴ, posuerunt τὸ πέρας. *S. Hier. etiam testatur,* πλοκὴν, idest ordinem, contextumque malorum omnium, *esse Theodotionis, pro quo ipse dixerit contractionem, Aquila,* περιωπήν, contemplationem, & prospectionem. *Symm.* inspectionem. *Post hæc autem in alijs sequuntur, quæ paulo ante sunt in nostra,* venit tempus, appropinquauit dies non cum perturbationibus. (*Theodoretus,* θορύβου *& S. Hier.* perturbatione,) neque cum doloribus: *pro quibus Theodotio dixerit,* venit tempus, prope est dies famis, & non gloriæ montium, *Symm. vero,* & tempus prope est, dies festinationis, & non recrastinationis. η Ecce dies Domini.] *In alijs est,* ἰδοὺ ἡμέρα κυρίου ἥκει, (*aut* ἰδοὺ ἡμέρα τίκτει) ἰδοὺ τὸ πέρας ἥκει. ἐξῆλθεν ἡ πλοκή, καὶ ἤνθησεν ἡ ῥάβδος, ἐξανέστηκεν ἡ ὕβρις, καὶ συντρίψει στήριγμα ἀνόμου, καὶ οὐ μετὰ θορύβου, οὐδὲ μετὰ σπουδῆς. καὶ οὐκ ἐξ αὐτῶν εἰσιν, οὐδὲ ὡραϊσμὸς ἐν αὐτοῖς, ἥκει καιρὸς, *&c. & apud S. Hieron. ex vulgata antiqua,* Ecce dies parit, ecce

A ecce finis venit: egressa est complexio, & floruit virga, germinauit superbia, suscitata est iniuria; & conteret fortitudinem iniqui, & non cum perturbatione, neque cum festinatione: & non ex ipsis sunt, neque pulchritudo in eis. *Sed pleraque ex Theodotione addita esse testatur S. Hier.* θ Lugeat.] *In alijs sequitur,* ὅτι ὀργὴ εἰς πᾶν τὸ πλῆθος αὐτῆς, quia ira in omnem multitudinem eius: *quod idem negat haberi in lxx.* ι Reuertetur.] *Alij addunt,* καὶ ἔτι ἐν ζωῇ τὸ ζῆν αὐτοῦ. ὅτι ὅρασις εἰς πᾶν τὸ πλῆθος αὐτῆς οὐκ ἀνακάμψει, & etiam in vita ipsum viuere eorum: quia visio ad omnem multitudinem eius non regredietur. *S. Hier.* Sed nec isti duo versus habentur in lxx. editione. κ Omnia.] *In alijs subiungitur,* καὶ οὐκ ἔστι πορευόμενος εἰς πόλεμον. ὅτι ἡ ὀργή μου εἰς πᾶν τὸ πλῆθος αὐτῆς, & non est, qui vadat ad prælium: ira enim mea in omnem multitudinem eius. S. *Hieron.* Et hæc in lxx. non habentur. λ Bellum in gladio.] *Nonnulli, & Theodoretus,* ὁ πόλεμος, καὶ ῥομφαία, bellum, & gladius. *Compl. habet tantum,* ἡ ῥομφαία. μ Montes.] *In cæteris hæc sequuntur,* ὡς περιστεραὶ μελετητικαὶ quasi columbæ meditantes: *quod à lxx. omnino prætermissum silentio Theodotionis esse testatur S. Hier.* ν Polluentur humore.] *Schol. Hebræus,* dissoluentur vt aqua. *S. Hieron.* Pro genibus aquis fluentibus lxx. transtulerunt femora polluentur humore. ξ Contemptui.] *In alijs subiungitur,* τὸ ἀργύριον αὐτῶν, καὶ τὸ χρυσίον αὐτῶν οὐ δυνήσεται ἐξελέσθαι αὐτοὺς ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς κυρίου, argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris

B Domini. S. Hieron. Et hoc in lxx. non habetur. ο Mundi.] *Sic S. Hieron. alij vertunt illud,* κόσμου, ornatus. π Suarum.] *In multis additur,* καὶ προσοχθίσματα, (*Theodoretus,* προσοχθισμάτων) αὐτῶν, *& apud* S. Hier. *in vulgata antiqua,* & offendicula sua, *quod tamen testatur esse ex Theodotione.* ρ Visitationem.] Hoc *inquit* S. Hier. *à lxx. esse positum pro eo, quod ipse dixit,* arcanum meum. σ Temere.] *Idem ex Symmacho, & Theodotione,* irrumpentes, & pestilentes. τ Et facient perturbationem.] *S. Hier. in vulgata antiqua,* & adducam perturbationem. *Et in comm. scribit posuisse se perturbationem pro eo, quod lxx. dixerint* φυρμόν, *ac posset tamen verti,* inquinationem. *Idem ex Aquila,* conclusionem, *ex Symmacho, & Theodotione,* καθήλωσιν, idest confixionem. υ Populorum.] *Sic etiam Theodoretus. In Compl. est.* κρίσεως αἱμάτων, *& apud* S. Hier. *in vtraque,* iudicio sanguinum. φ Iniquitatis.] *In cæteris hæc sequuntur,* καὶ ἄξω πονηροὺς ἐθνῶν, καὶ κληρονομήσουσι τοὺς οἴκους αὐτῶν, & adducam pessimos de gentibus, & possidebunt domos eorum. *S. Hier.* Et hæc in lxx. non habentur. χ Propitiatio.] *Legendæ varietates apud S.* Hier. ψ Princeps.] *In alijs antecedit,* ὁ βασιλεὺς πενθήσει, καὶ, rex lugebit, &: *quod omnino tacuisse lxx. miratur* S. Hier. *Sed Orig.* Illud ὁ βασιλεὺς πενθήσει ex more notatum asterisco est, (*putamus enim pro,* ἰσόρηται, *legendum,* ἀστερίσκῳ) fortasse non translata hac sententia à

C lxx. quòd non putaretur fore, vt Saluator lugeret, aut quòd non inuenerint dictionem istam in hebraico. Nihil autem absurdi est, seruata etiam ista sententia, dicere, & regem lugere: siquidem fleuit Saluator super Hierusalem.

C A P. VIII.

ET factum est in sexto anno in α quinto mense, quinta mensis; ego sedebā in domo: & seniores Iuda sedebant coram me. Et facta est super me manus β Domini: & vidi: & ecce similitudo γ viri: à lumbo eius, & vsque deorsum ignis: & à lumbo eius, & supra eum δ quasi visio electri. Et extendit simili-

D tudinem manus, & assumpsit me ε vertice meo: & assumpsit me spiritus inter terram, & cælum. Et adduxit me in Hierusalem in visione Dei ad vestibula ζ portæ, quæ respicit ad Aquilonem; vbi erat statua η possidentis. Et ecce erat ibi gloria Domini Dei Israel secundum visionem, quam vidi in campo. Et dixit ad me: Fili hominis respice oculis tuis ad Aquilonem. Et respexi oculis meis ad Aquilonem: & ecce ab Aquilone θ ad portam Orientalem. Et dixit ad me: Fili hominis vidisti, quid hi faciunt? iniquitates magnas ι faciunt hic, vt abstineant à sanctis meis: & adhuc videbis iniquitates maiores. Et introduxit me ad vestibula atrij, & dixit ad me: Fili hominis κ fode. Et fodi, & ecce ostium. Et dixit ad me:

E Ingredere, & vide λ iniquitates, quas isti faciunt hic. Et introiui, & vidi. Et ecce μ vana, abominationes, & vniuersa idola domus Israel descripta ν super eos in circuitu. Et septuaginta viri de senioribus domus Israel: & Iechonias filius Saphan in medio eorum stabat ante faciem eorum: & vnusquisque thuribulum suum habebat in manu: & vapor incensi ascendebat. Et dixit ad me: Vidisti fili hominis, quæ seniores domus Israel faciunt, vnusquisque ipsorum in cubiculo abscondito suo: quia dixerunt, non videt Dominus, dereliquit Dominus terram. Et dixit ad me: Adhuc videbis iniquitates maiores, quas isti faciunt. Et introduxit

troduxit me in vestibula portæ domus Domini, quæ respicit ad Aquilonem. Et ecce ibi mulieres sedentes plangentes ξ Thammuz. Et dixit ad me: Fili hominis vidisti; & adhuc videbis adinuentiones maiores his. Et introduxit me in atrium domus Domini interius: & super vestibula templi Domini ο inter Ælã, & altare quasi π viginti viri posteriora sua ad templum Domini, & facies suas ρ contra: & hi adorant Solem. Et dixit ad me: Vidisti fili hominis. Nunquid parua domui Iuda, vt facerent iniquitates, quas fecerunt hic; quia repleuerunt terram iniquitate? σ Et ecce ipsi quasi subsannantes. Et ego faciam eis cum furore. Non parcet oculus meus, nec τ miserebor.

α Quinto.] *Ita etiam Theodoretus. Compl.* ἕκτῳ, sexto, *vt vulgata.* β Domini.] *In plerisque, vt alibi sæpe, est,* ἀδωναῒ κυρίου, Adonai Domini. *Origenes:* In quibusdam autem scriptum est. χεὶρ κυρίου κυρίου, manus Domini Domini. Atqui in alijs diximus, sæpe, quod exprimitur in ista voce κύριος, esse venerandum illud apud hebræos nomen Dei, quod quidem non cito proferunt. Veruntamen est etiam, cum istud κύριος, vsurpatur in domino seruorum. Vbi igitur ponitur κύριος κύριος, intelligendum est, alterum quidem esse quasi propriũ, & ineffabile nomen Dei: reliquum vero κύριος, (*fortasse deest aliquid: sed sententia satis clara,*) Hebræi Adonai in Domino ponunt: interdum quidem proferentes vocem istam in nomine ineffabili, interdum vero, quasi in domino seruorum. Illud igitur ἀδωναῒ κυρίου intelligenti, quæ dicta sunt de ineffabili nomine, nihil differt à κυρίου vt edidimus. γ Viri.] *Sic etiam Theodoretus. In nonnullis est,* ὡς εἶδος ἀνδρὸς, *& apud S. Hier. ex vulgata antiqua,* quasi species viri. δ Quasi visio electri.] *In quibusdam, & apud Theodoretum est,* ὡς ὅρασις φέγγους, ὡς εἶδος ἠλέκτρου, quasi aspectus fulgoris, quasi species electri. *In quibusdam vero ante nostra antecedunt hæc,* ὡς ὅρασις αὔρας, quasi visio auræ: *quæ S. Hieron. de Theodotione se addidisse testatur.* ε Vertice meo.] *Aliqui libri, & Theodoretus,* τῆς κορυφῆς τῆς κεφαλῆς μου, vertice capitis mei. *Alij,* τοῦ κρασπέδου τῆς κορυφῆς μου, *& apud S. Hier.* in fimbria verticis mei: *quod pro cincinno inquit lxx. posuisse.* ζ Portæ.] *Ita etiam apud S. Hier. in vulgata antiqua. In cæteris additur,* τῆς ἐσωτέρας, interioris. η Possidentis.] *In quibusdam libris, & apud Theodoretum antecedunt hæc,* τῆς εἰκόνος τοῦ ζήλου, imaginis zeli. *Verum docet S. Hieron pro statua zeli lxx. statuam possidentis esse interpretatos, & quod in quibusdam codicibus reperiretur,* & in statua imaginem zeli, *de Theodotione additum esse.* θ Ad portam Orientalem.] *Hæc, quæ in hebraico non habentur, inquit S. Hier. à lxx. esse posita pro eo, quod ipse dixit,* portæ altaris idolorum zeli in ipso introitu. *In cæteris codicibus, & apud Theodoretum ista etiam sunt adiuncta,* τοῦ θυσιαστηρίου, ἡ εἰκὼν τοῦ ζήλου ταύτης, ἐν τῇ εἰσπορεύεσθαι αὐτήν. *Credibile est esse Theodotionis, vt superiora. Schol.* εἰκὼν ζήλου, Symmachus, ἐκτύπωμα παραζηλώσεως, simulachrum æmulationis. ι Faciunt.] *Alij,* ἃς ὁ οἶκος ἰσραὴλ ποιοῦσι, quas domus Israel faciunt. * Atrij.] *In cæteris hæc sequuntur,* καὶ ἴδον. καὶ ἰδοὺ ὀπὴ μία ἐν τῷ τοίχῳ, & vidi: & ecce foramen vnum in pariete: *quæ negat S. Hier. in lxx. haberi.* κ Fode.] *In alijs, & ex parte apud Theodoretum hic locus sic habet,* ὄρυξον δὴ ἐν τῷ τοίχῳ. καὶ ὤρυξα ἐν τῷ τοίχῳ, καὶ ἰδοὺ θύρα μία, fode nunc in pariete. Et fodi in pariete, & ecce porta vna. λ Iniquitates.] *In cæteris fere additur,* τὰς πονηράς, pessimas. μ Vana, abominationes.] *Aut,* vanæ abominationes. *In cæteris autem hæc antecedunt,* πᾶσα ὁμοίωσις ἑρπετοῦ καὶ κτήνους, omnis similitudo reptilium, & animantium: *quæ testatur S. Hier. in lxx. non esse.* ν Super eos in circuitu.] *Libro Vaticano alia manu additum est alterum,* κύκλῳ, *vt sit,* in circuitu, in circuitu. *In quibusdam vero, & apud Theodoretum est,* ἐπὶ τοῦ τοίχου κύκλῳ ὅλου, in pariete in circuitu per totum, *vt vulgata.* ξ Thammuz.] *Theodoretus,* ὁ θαμμούζ, secundum græcam linguam Adonis est. *De hoc multa S. Hier.* ο Inter Ælam.] *Schol.* Illud ἀναμέσον τοῦ αἰλάμ, vestibula inquit, nimirum cancellos. *Alind Schol.* Ælam autem, quod vestibulum est, Syrus vocat κιγκλίδα, quam quidem multi dicunt cancellum. *Theodoretus etiam notat esse προπύλαιον diuini templi, ante quod collocatum erat altare æneum. Habuit autem in singulari numero τοῦ αἰλάμ, quomodo significat S. Hier. habuisse lxx. & Theodotionem, Symmachum vero προπύλαιον, Aquilæ vero primam editionem προστάδα. secundam vero αἰλάμ templi:* quam nos, (*inquit*) porticum templi exprimere possumus, siue intectum atrium, quod inter templum & altare erat. π Viginti.] *In alijs additur,* καὶ πέντε, & quinque: *quod notat S. Hier. in lxx. non haberi, sed in quibusdam exemplaribus de Theodotione additum esse.* ρ Contra.] *In aliquo, & apud Theodoretum adiungitur,* ἀνατολῶν, Orientem. *Vide cap.* 10. σ Et ecce ipsi quasi subsannantes.] *In cæteris est,* καὶ ἐπέστρεψαν τοῦ παροργίσαι με. καὶ ἰδοὺ αὐτοὶ ἐκτείνουσι τὸ κλῆμα, ὡς μυκτηρίζοντες, & conuersi sunt ad irritandum me: & ecce ipsi extendunt ramum quasi subsannantes. *Testatur autem S. Hier. illud,* extendunt ramum, *de Theodotione additum esse. Origenes:* Symmachus, καὶ εἰσὶν ἀφιέντες ἦχον ὡς ἆσθμα διὰ τῶν μυκτήρων ἑαυτῶν, & sunt quasi emittentes sonitum velut anhelitum per nares suas. Illud quidem igitur ἐκτείνουσι τὸ κλῆμα, quod apud lxx. non habetur, ex Theodotione addidimus. Sciendum autem, quod hebraice est μωρὸ, & sonum, & ramum significare. *S. Hieron. apud Symmachum videtur legisse ᾆσμα, ita enim interpretatur,* in similitudinem cantici. τ Miserebor.] *In cæteris sequitur,* καὶ καλέσουσιν ἐν τοῖς ὠσίν μου φωνῇ μεγάλῃ, καὶ οὐκ εἰσακούσομαι αὐτῶν, & clamabunt in auribus meis voce magna: & non exaudiam eos: *Quæ item negat S. Hier. haberi in lxx.*

CAP.

CAP. IX.

A

ET clamauit in aures meas voce magna, dicens: Appropinquauit vltio vrbis. Et vnusquisque habebat vasa exterminationis in manu sua. Et ecce sex viri veniebant de via portæ excelsæ, quæ respicit ad Aquilonem: & vniuscuiusque [α] securis in manu eius. Et vnus vir in medio eorum indutus [β] podere: & [γ] zona sapphiri super lumbum eius: ingressique sunt, & steterũt iuxta altare æneum. Et gloria Dei Israel ascendit de [δ] Cherubim, quæ erat super ipsa, in [ε] sub dio domus. Et vocauit virum indutum podere, qui habebat super lumbum suum zonam, & dixit ad eum: Transi [ζ] mediam Hierusalem: & da [η] signum super frontes virorum gementium, & dolentium super cunctis iniquitatibus, quæ fiunt in medio ipsorum. Et illis dixit audiente me: Ite post eum in ciuitatem, & percutite: & non parcite oculis vestris, & non misereminі: senem, & adolescentem, & virginem, & paruulos, & mulieres interficite ad internecionem: Super omnes autem, super quos est signum, ne appropinquetis. A [θ] sanctis meis incipite. Et cœperunt à viris senioribus, qui erant intus in domo. Et dixit ad eos: Contaminate domum: & implete [ι] vias interfectis exeuntes, & percutite. Et factum est, dum ipsi [κ] percuterent; & cado in faciem meam; & exclamaui, & dixi: Heu mihi Domine, deles tu residuos Israel, in effundendo te furorem tuum super Hierusalem? Et dixit ad me: Iniquitas domus Israel, & Iuda magnificata est valde valde: quia repleta est terra [λ] populis multis: & ciuitas repleta est iniquitate, & immunditia: quia dixerunt: dereliquit Dominus terram; non inspicit Dominus. Et non parcet oculus meus, neque miserebor: vias eorum super caput eorum dedi. Et ecce vir, qui indutus erat podere, & accinctus zona lumbum suum, & respondit dicens: Feci, sicut mandasti mihi.

B C D E

α Securis.] *In Compl. additur,* ἐξολοθρεύσεως, exterminationis. *Sed abest à Theodoreto, & collatis codicibus: & S. Hieronymus inquit solos lxx. dixisse securim pro vase interitus.* β Podere.] *Idest, veste talari, vt interpretatur* S. Hierony. *pro qua inquit* Symmachum *dixisse,* lineis. *Aquilam,* præcipua, aut, stola. *Theodotionem posuisse ipsum verbum hebraicum, quod etiam repetit in fine capitis.* γ Zona sapphiri.] *Schol. ex Symmacho,* πινακίδιον, *Sanctus* Hieronymus *ex eodem,* tabulas scriptoris habebat in renibus suis, *ex Theodotione,* κάσυ scribæ in manu eius; *quod vocabulũ inquit etiam Aquilæ esse in prima editione, in secunda autẽ* μελανοδόχειον, idest atramentarium Scribæ ad lumbos eius. *Origenes,* tabellam scriptoris habens in manu sua, vt quasi subscribat cuiusque iudicium. Aquila, & Theodotio, κάσυ γραμματέως. Nihil autem puto apud græcos significari vocabulo κάσυ. Hebræus vero quidam dicebat κάσυ esse id, quod vocatur calamarium. *Idem etiam sibi ab hebræo responsum esse narrat Sanctus* Hieronymus. δ De Cherubim.] ἀπὸ τῶν χερουβίμ. *Ita etiam Theodoretus, & Sanctus* Hieronymus *videtur legisse in plerisque exemplaribus. Ipse autem posuit numero singulari,* de Cherub. *In aliquot est,* ἐπὶ τοῦ χερουβὶμ, desuper ipso Cherubim. ε Sub dio.] *εἰς τὸ αἴθριον dixisse etiam Theodotionem scribit* S. Hieronymus *pro eo, quod ipse transtulit,* limen. ζ Mediam Hierusalem.] *In quibusdam, & apud Theodoretum antecedunt hæc,* μέσην τὴν πόλιν, mediam ciuitatem. η Signum.] *Sanctus Hieronymus*: Pro signo, quod lxx. Aquila, & Symmac. transtulerunt, Theodotio ipsum verbum hebraicum posuit Thau, quæ extrema est apud hebræos viginti & duarum litterarum. *Origenes.* Aquila (*fortasse in alia editione*) & Theodotio σημείωσις τοῦ θαῦ ἐπὶ τὰ μέτωπα, signum Thau super frontes. Hebræus autem quidam ex ijs, qui in saluatorem crediderunt, dicebat in antiquis elementis ipsum Thau similitudinem habuisse characteri crucis: & prophetari de signo, quod inter Christianos fit in fronte: quod quidem faciunt omnes, qui crediderunt, quamcumque rem ordiatur, & præsertim preces, vel sanctas lectiones. *De hac re etiam Sanctus Hieronymus.* θ A sanctis.] *Aquila, & Th.* ἀπὸ τοῦ ναοῦ, à templo. ι Vias.] *Schol. Hebræus,* τὰς αὐλάς, atria: *quod notat etiam Sanctus* Hieronymus. κ Percuterent.] *In aliquo libro additur,* ὑπελείφθην ἐγώ, *& Theodoretus addit* μόνος, *remansi ego solus. Schol. notat hoc esse additum à Theodotione Sanctus* Hieronymus *inquit id in vulgata editione subtractum esse, se autem ex hebraica veritate reposuisse,* remansi ego. λ Populis.] *Origenes.* Pro λαῶν, cæteri fecerunt αἱμάτων, sanguinum: *quod etiam innuit S. Hieronymus.*

CAP. X.

A

ET vidi: & ecce super firmamentum, quod supra caput ipsorũ Cherubim, quasi lapis sapphiri similitudo throni super ea. Et dixit ad virum indutũ stola: Ingredere in medio rotarum, quæ sunt subtus Cherubim: & imple pugnos tuos carbonibus ignis de medio Cherubim, & disperge super ciuitatẽ. Ingressusque est in conspectu meo: & Cherubim stabant à dextris domus: cum ingrederetur vir. Et nubes impleuit atrium interius. Et eleuata est gloria Domini ab ipsis Cherubim in sub dio domus. Et impleuit domum nubes: & atrium repletum est splendore gloriæ Domini. Et vox alarum Cherubim audiebatur vsque ad atrium exterius, quasi [α] vox Dei Saddai loquentis. Et factũ est in mandando ipsum viro induto stola sancta, dicens: sume ignem de medio rotarũ, de medio Cherubim; & intrauit, & stetit iuxta rotas. Et [β] extendit manum suam in medium ignis, qui erat inter Cherubim: & sumpsit, & dedit in manus eius, qui indutus erat stola sancta. Et accepit, & egressus est. Et vidi ipsa Cherubim similitudinẽ manus hominum subtus alas eorũ. Et vidi: & ecce rotæ quatuor stabãt iuxta Cherubim: rota vna iuxta Cherub [γ] vnũ. Et aspectus rotarum, quasi aspectus lapidis carbunculi: & aspectus earum, similitudo vna ipsis quatuor; quemadmodum cum fuerit rota in medio rotæ. In eundo ipsa, in quatuor suas partes ibant: non reuertebantur in eundo ipsa: quoniam in quemcumque locum respiciebat principium vnum; [δ] ibant, & non reuertebantur in eundo ipsa. [ε] Et dorsa eorum, & manus eorum, & alæ eorum; & rotæ plenæ erant oculis in circuitu in quatuor rotis. Rotis autem istis acclamatum est [ζ] Gelgel audiente [η] me. Et ipsa Cherubim erant, idipsum animal, quod videram super fluuium Chobar. Cumque ambularent Cherubim; ibant rotæ, & hæ iuxta ea. Et, cum eleuarent Cherubim alas suas, vt exaltarentur de terra; non reuertebantur rotæ [θ] eorum: stantibus illis stabant; & cum illa eleuarentur; eleuabantur cum eis. Spiritus enim vitæ erat in eis. Et egressa est gloria Domini [ι] de domo: & conscendit super Cherubim. Et assumpserunt Cherubim alas suas, & eleuati sunt de terra coram me. Illis egredientibus, etiam rotæ iuxta illa. Et steterunt super vestibula portæ domus Domini, quæ è [κ] regione. Et gloria Dei Israel erat super ea desuper. Ipsum est animal, quod vidi subter Deum Israel super fluuium Chobar: & intellexi, quia Cherubim essent. Quatuor facies vni, & [λ] octo alæ vni: & similitudo manuum hominum sub alis eorum. Et similitudo facierum eorum, ipsi vultus erant, quos videram subtus gloriam Dei Israel super fluuium [μ] Chobar. Et hæc, vnumquodque ante faciem suam ibant.

B

C

D

E

α Vox Dei Saddai.] *Theodoretus*: Symmachus, & Theodotio, βροντὴ θεοῦ ἱκανοῦ, tonitru Dei potentis, *vel*, fortis, *vt Sanctus Hieronymus interpretatur: qui addit etiam Aquilam dixisse*, ἱκανόν. β Extendit.] *Additur in alijs*, ὁ χερούβ, Cherub. *In quibusdam vero alijs, & apud Theodoretum sequitur præterea*, ἐκ τῶν (al. τοῦ) ἀναμέσον τῶν χερουβείμ, *quod in vulgata*, de medio Cherubim. γ Vnum.] *In nonnullis sequitur*, καὶ τροχὸς εἷς ἐχόμενος χερούβ ἑνός, & rota vna iuxta Cherub vnum. δ Ibant.] *In cæteris antecedit*, ὀπίσω αὐτοῦ, post ipsum, *quod Schol. notat esse additum è Theodotione.* ε Et dorsa.] *Sic etiam Theodoretus. In aliquo antecedit*, καὶ πᾶσα ἡ σὰρξ αὐτῶν, *& in scholio*, καὶ πᾶσαι αἱ σάρκες αὐτοῦ. *Vulgata*, et omne corpus earum. ζ Gelgel.] *Theodoretus inquit significare vim cognitionis. Sanctus Hieronymus refert Symmachum dixisse*, volubiles, *Aquilam vero*, rotam. η Me.] *In alijs (quamuis cum aliqua varietate) sequuntur hæc*, καὶ τέσσαρα πρόσωπα εἶχεν ἕκαστον τῶν ζώων. τὸ πρόσωπον τὸ ἓν πρόσωπον χερούβ, καὶ τὸ πρόσωπον τὸ δεύτερον, πρόσωπον ἀνθρώπου, καὶ τὸ τρίτον πρόσωπον λέοντος, καὶ τὸ τέταρτον πρόσωπον ἀετοῦ, Et quatuor facies habebat vnumquodque animalium: facies vna facies Cherub, et facies

A facies secunda facies hominis, & facies tertia leonis, & facies quarta aquilæ. *Quæ scribit Sanctus Hieronymus in lxx. non haberi, sed de hebraico esse addita. Legenda autem, quæ & ab ipso, & à Theodoreto de hac à priore imaginis dissimilitudine afferuntur.* θ Eorum.] *In alijs additur, licet cum aliqua varietate*, καίγε ἀυτοὶ ἐπιζώμενα ἀυτῶν, etiam ipsæ iuxta illa. ι De domo.] *In alijs est*, ἀπὸ τῆς αἰθρίας τοῦ οἴκου, de sub dio domus. κ E regione.] *Ita hic in omnibus collatis libris: quamuis supra cap. 8. simili loco in quibusdam additum sit* ἀνατολῶν, *& hic etiam vulgata nostra*, Orientalis. λ Octo.] *Cæteri*, τέσσαρες, quatuor. μ Chobar.] *In alijs adiungitur*, τὴν ὅρασιν ἀυτῶν, aspectum eorum.

CAP. XI.

ET assumpsit me spiritus, & duxit me ad portam domus Domini, quæ è regione, quæ respicit ad Orientem. Et ecce super vestibula portæ quasi viginti & quinque viri: & vidi in medio eorum Iechoniam filium Ezer, & Phaltiam filium Banææ principes populi. Et dixit Dominus ad me: Hi viri, qui cogitant vana, & tractant consilium pessimum in vrbe ista, dicentes: Nonne recenter ædificatæ sunt domus? Hæc est lebes, nos autem carnes. Idcirco propheta super eos, propheta fili hominis. Et irruit in me spiritus Domini, & dixit ad me: Dic: Hæc dicit Dominus: Sic dixistis domus Israel: & cogitationes spiritus, vestri ego noui: multiplicastis mortuos vestros in vrbe hac, & implestis vias ª earum interfectis. Propterea hæc dicit Dominus. Mortuos vestros, quos percussistis in medio eius, hi sunt carnes, hæc autem lebes est. Et vos educam de medio eius. Gladium timetis: & gladium inducam super vos, ait Dominus. Et educam vos de medio eius: & tradam vos in manus alienorum: & faciam in vobis iudicia: in gladio cadetis: in β montibus iudicabo vos: & scietis, quia ego γ Dominus. Et factum est, cum prophetarem; & Phaltias filius Banææ mortuus est: & cado in faciem meam: & exclamaui voce magna, & dixi: heu, heu Domine, in consummationem tu facis residuos Israel? Et factus est sermo Domini ad me, dicẽs: Fili hominis fratres tui, & viri captiuitatis tuæ, & omnis domus Israel consummata est: quibus dixerunt eis habitatores Hierusalem: longe abestis à Domino: nobis data est terra in hæreditatem. Propterea dic: Hæc dicit Dominus: Quia repellam eos in gentes, & dispergam eos in omnem terram: & ero eis in sanctificationem paruulam in regionibus, quocumque ingressi fuerint illuc. Propterea dic: Hæc dicit Dominus: Et suscipiam eos de gentibus, & congregabo eos de regionibus, quo disseminaui eos in illas: & dabo eis terram Israel. Et ingredientur illuc: & auferent omnes abominationes eius, cunctasque iniquitates eius de illa. Et dabo eis cor alterum, & spiritum nouum dabo in eis: & extraham cor lapideum de carne eorum: & dabo eis cor carneum; vt in præceptis meis ambulent, & iustificationes meas custodiant, faciantque eas: & erunt mihi in populũ: & ego ero eis in Deum. Et ad cor abominationum suarum, & iniquitatum suarum, δ quomodo cor eorum ibat; vias eorum in capita eorum dedi, dicit Dominus. Et sustulerunt Cherubim alas suas, & rotæ iuxta ea: & gloria Dei Israel ε super ea desuper ea. Et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis: stetitque super montem, qui est è regione ciuitatis. Et assumpsit me spiritus, & duxit me in terram Chaldæorum ad captiuitatem in visione in spiritu Dei. Et ascendi à visione, quam vidi, & loquutus sum ad captiuitatem omnia verba Domini, quæ ostenderat mihi.

ª Earum.]

α Earum.] *In aliis est,* αὐτῆς, eius. β Montibus.] *Sic etiam habent codices Theodoreti, quod ipse in explanatione,* extra vrbem. *Complut. vero,* ἐπὶ τῶν ὁρίων, in finibus, *vt vulgata.* γ Dominus.] *In cæteris hæc sequuntur,* αὕτη ὑμῖν οὐκ ἔσται εἰς λέβητα, καὶ ὑμεῖς οὐ μὴ γένησθε ἐν μέσῳ αὐτῆς εἰς κρέα. ἐπὶ τῶν ὀρέων (*rursus Complut.* ὁρίων) τοῦ Ἰσραὴλ κρινῶ ὑμᾶς, καὶ ἐπιγνώσεσθε, ὅτι ἐγὼ κύριος, hæc non erit vobis in lebetem: & vos non eritis in medio eius in carnes. In montibus Israel iudicabo vos: & scietis, quia ego Dominus. *In nonnullis vero, & apud Theodoretum hæc præterea subtexuntur,* ὅτι ἐν τοῖς δικαιώμασί μου οὐκ ἐπορεύθητε, καὶ τὰ κρίματά μου οὐκ ἐποιήσατε, ἀλλ' οὐδὲ κατὰ τὰ κρίματα τῶν ἐθνῶν τῶν περικύκλῳ ὑμῶν οὐκ ἐποιήσατε, quia in iustificationibus meis non ambulastis, & iudicia mea non fecisti: sed neque iuxta iudicia gentium, quæ in circuitu vestro sunt, fecistis. *Quæ testatur S. Hieron. in lxx. non haberi, sed de hebræo esse addita: habet autem ipse sine negatione,* sed iuxta iudicia gentium. δ Quomodo.] *Istud* ὡς, *abest ab aliquo.* ε Super ea, desuper ea.] *Hæc repetitio abest à Complut. est tamen etiam in Theodoreto, & respondet hebraico.*

CAP. XII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis [α] in medio iniquitatum eorum tu habitas: qui oculos habent ad videndum, & non vident: & aures habent ad audiendum, & non audiunt: quia domus [β] exasperans est. Et tu fili hominis fac tibi vasa captiuitatis, per diem coram eis: & captiuaberis de loco tuo in locum alterum in conspectu eorum, vt videant: quia domus exasperans est. Et proferes vasa tua, vasa captiuitatis per diē in oculis eorū: & tu egredieris vespere, sicut egreditur [γ] captiuus, in conspectu eorum. Perfode tibi parietem, & transibis per eum in conspectu eorum. Super humeros assumeris, & absconditus egredieris: faciem tuam cooperies, & non videbis terram: quia portentum dedi te domui Israel. Et feci sic iuxta omnia, quæ mandauerat mihi: vasaque protuli [δ] captiuitatis: & ad vesperam perfodi mihi parietem: & absconditus egressus sum: Super humeros assumptus sum in conspectu eorum. Et factus est sermo Domini mane ad me dicens: Fili hominis, non dixerunt ad te domus Israel, domus exasperans, quid tu facis? Dic ad eos: Hæc dicit Dominus Dominus: [ε] Princeps, & dux in Hierusalem, & omni domui Israel, qui sunt in medio eorum, dic, quia ego portenta facio: quomodo feci, sic erit ei. In transmigrationem, & in captiuitatem ibunt: & princeps in medio eorum in humeris portabitur, & absconditus egredietur per parietem, & perfodiet, vt exeat ipse per eum: faciem suam cooperiet, vt non aspiciatur oculo: & ipse terram non videbit. Et expandam rete meum super eum, & capietur in septo meo: & ducam eum in Babylonem, in terram Chaldæorum: & ipsam non videbit: & ibi morietur. Et omnes, qui circa eum sunt, auxiliatores eius, & omnes suscipientes eum disseminabo in omnem ventum: & gladium effundam post eos: & scient, quia ego Dominus, in dispergendo me eos in gentibus. Et disseminabo eos in regionibus: & relinquam ex eis viros numero à gladio, & à fame, & à morte: vt narrēt omnes iniquitates suas in gentibus, quo ingressi fuerint illuc: & scient, quia ego Dominus. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis panem tuum cum dolore comedes: & aquam cum tormento, & tribulatione bibes. Et dices ad populum terræ: Hæc dicit Dominus habitatoribus Hierusalem super terram Israel: panes suos cum egestate comedent: & aquam suam cum dissipatione bibent; vt dissipetur terra cum plenitudine eius. In impietate enim omnes, qui habitant in ea: & ciuitates eorum, quæ habitantur, in desolationem erunt: & terra in dissipationem erit: & cognoscetis, quia ego Dominus. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, quæ est [ζ] parabola vobis super terram Israel,

dicentes,

A dicentes, longi dies, [η] perijt visio? Ideo dic ad eos: Hæc dicit Dominus: Et auertam parabolam istam: & non dicent vltra parabolam istam domus Israel. Quia loqueris ad eos: Appropinquauerunt dies, & verbum omnis visionis. Non enim erit vltra omnis visio falsa, & diuinans, [θ] quæ ad gratiam, in medio filiorum Israel: Quia ego Dominus loquar verba mea, loquar, & faciam, & non prolongabo amplius: quia in diebus vestris domus exasperans loquar verbum, & faciam dicit Dominus. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, ecce domus Israel exasperans, dicentes dicunt; visio, quam hic videt, in dies multos, & in tempora longa iste prophetat. Propterea hæc dic ad eos: Hæc dicit Dominus: Non prolongabuntur vltra omnia verba mea, quæcumque lo-
B quutus fuero: loquar, & faciam, dicit Dominus.

α In medio iniquitatum eorum.] *Hæc esse ex lxx. testatur Sanctus* Hieronymus: *pro quibus ipse habet*, in medio domus exasperantis, *& in aliquo codice, & apud Theodoretum est*, ἐν μέσῳ οἴκου παραπικραίνοντος. β Exasperans.] *Theodoretus ex Symmacho*, φιλονεικής, contentiosa. γ Captiuitatis.] *Additur in multis*, καὶ αἰχμαλωτεύθητι, & captiuare, *vt apud Sanctum* Hieronymum. δ Captiuitatis.] *In aliquo, & apud Theodoretum*, ὡς σκεύη αἰχμαλωσίας, *& apud Sanctum Hieronymum*, sicut vasa captiuitatis. * Parietem.] *Additur in alijs*, χειρὶ, *& apud Sanctum* Hieronymum, manu. ε Princeps, & dux.] *Cæteri*, τῷ ἄρχοντι, καὶ τῷ ἀφηγουμένῳ, principi, & duci. ζ Parabola.] *Sic testatur Sanctus* Hieronymus *omnes alios interpretes transtulisse præter Symmachum, qui dixit*, prouerbium. η Perijt.] *Sanctus* Hieronymus *ex Symmacho*, διαπνεύσει, idest in ventum, & auram tenuem dissoluetur. θ Quæ ad gratiam.] *Idem ex cæteris lubricum*.

C

CAP. XIII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis vaticinare super prophetas Israel: & prophetabis, & dices ad eos: Audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus: Væ his, qui prophetant de corde suo, & omnino non vident. [α] Sicut vulpes in desertis, prophetæ tui Israel: non steterunt in firmamento: & [β] congregauerunt greges super domum Israel. Non [γ] resurrexerūt, qui dicunt, in die Domini, videntes mendacia, diuinantes vana, qui dicunt, di-
D cit Dominus: & Dominus non misit eos: & cœperunt suscitare sermonem. Nonne visionem falsam vidistis, & diuinationes vanas loquuti [δ] estis? Et ideo dic: Hæc dicit Dominus: Quoniam verba vestra mendacia, & diuinationes vestræ vanæ; idcirco ecce ego super vos, dicit Dominus: & extendam manum meam super prophetas, qui vident mendacia, & qui loquuntur vana. In [ε] disciplina populi mei non erunt: nec in scriptura domus Israel scribentur: & in terram Israel non intrabunt: & scient, quia ego Dominus. Quoniam deceperunt populum meum, dicentes: pax: & non est pax. Et iste ædificat [ζ] parietem: & isti linunt eum, [*] cadet. Dic ad eos, qui linunt: cadet: & erit pluuia inun-
E dans: & dabo lapides [*] magnos in iuncturas eorum: & cadent: & ventum auferentem: & disrumpetur. Et ecce cecidit paries; & non dicent ad vos, vbi est litura vestra, quam liniuistis? Propterea hæc dicit Dominus: Et disrumpam spiritum auferentem in furore, & pluuia inundans in ira mea erit: & lapides magnos in furore inducam in consummationem: & suffodiam parietem, quem liniuistis: & cadet. Et ponam eum super terram: & reuelabuntur fundamenta eius; & cadet: & consumemini cum increpationibus: & cognoscetis, quia ego Dominus. Et complebo furorem meum super parietem: & super

eos, qui linunt eum, cadet. Dixique ad vos: Non est paries, neque qui linunt eum, prophetæ Israel, qui prophetant super Hierusalem, & qui vident illi pacem, & non est pax, dicit Dominus. Et tu fili hominis obfirma faciem tuam super filias populi tui, quæ prophetant de corde suo: & propheta super eas, & dices: Hæc dicit Dominus: [θ] Væ his, quæ consuunt ceruicalia sub omni cubito manus, & quæ faciunt velamina super omne caput vniuersæ ætatis, vt peruertant animas. Animæ subuersæ sunt populi mei. Et animas saluabant, & contaminabant me ad populum meum propter pugillum ordei, & propter fragmenta panum, vt occiderent animas, quas non oportuit mori, & saluarent animas, quas non oportuit viuere, dum loquimini vos populo audienti vanos sermones. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego super ceruicalia vestra, super quæ vos illic colligitis animas: & disrumpam ea de brachijs vestris. Et emittam animas, quas vos peruertitis animas eorum, in dispersionem: & disrumpam velamina vestra: & liberabo populum meum de manu vestra: & non erunt vltra in manibus vestris in congregationem: & cognoscetis, quia ego Dominus. Pro eo quòd [ι] peruertebatis cor [κ] iusti, & ego non peruertebam eum, & confortabatis manus iniqui, vt penitus non conuerteretur à via sua pessima, & viueret ipse; propterea mendacia non videbitis, & diuinationes nequaquam diuinabitis amplius: & liberabo populum meum de manu vestra: & scietis, quia ego Dominus.

α Sicut vulpes.] *Theodoretus* Hæc Symmachus manifestius est interpretatus, ὡς ἀλώπεκες ἐν ἐρήμοις οἱ προφῆταί σου Ἰσραήλ. οὐκ ἀνέβητε εἰς τὰς διακοπὰς, οὐδὲ περιεφράξατε φραγμὸν περὶ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, ὑπὲρ τοῦ στῆναι ὡς (*istud* ὡς *abest ab aliquo, vt etiam à vulgata nostra*) ἐν πολέμῳ ἐν ἡμέρᾳ κυρίου, sicut vulpes in parietinis, prophetæ tui Israel: non ascendistis ad intercisiones, neque obsepsistis sepem circa filios Israel, ad standum tanquam in prælio, in die Domini. β Et congregauerunt.] *Sic etiam apud Sanctum* Hieronymum. *In aliquot libris, & apud Theodoretum est*, καὶ οὐ συνήγαγον ποίμνιον, & non congregauerunt gregem. *Vtraque lectio explanatur in commentarijs græcis.* γ Non resurrexerunt.] *Sic etiam apud Sanctum* Hieronymum. *In alijs additur, itemque apud Theodoretum*, ἐν πολέμῳ *aut* ὡς ἐν πολέμῳ, tanquam in prælio. δ Estis.] *In cæteris hæc sequuntur*, καὶ ἐλέγετε, φησὶ κύριος. καὶ ἐγὼ οὐκ ἐλάλησα, *& apud S. Hieronymum in contextu vulgatæ antiquæ*, & dicebatis, dicit Dominus; & ego non sum loquutus: *quæ idem in comm. testatur in lxx. non haberi.* ε Disciplina.] Siue in correptione, *inquit Sanctus Hieronymus, pro eo, quod ipse vertit, in concilio, & Symmachus*, ἐν ὁμιλίᾳ. ζ Pariétem.] *In aliquo, & apud Theodoretum additur*, ὡς στερεὸν, vt solidum: *quod neque apud Sanctum* Hieronymum *est.* η Cadet.] *Sic etiam Theodoretus: alij*, εἰ πεσεῖται, si cadet. *Apud Sanctum Hieronymum pro hoc est*, stultitia: *quomodo inquit lxx. & Theodotionem vertisse pro eo, quod Symmachus dixit*, sine temperamento, *Aquila*, ἄναλα, absque sale. *In Complutensi est vtrumque*, ἀφροσύνη, πεσεῖται. *Schol.* Hebræus habet, χρίουσι τὸν τοῖχον πηλῷ ἄνευ ἀχύρων, linunt parietem luto absque paleis, *quomodo fere vulgata nostra*. * Magnos.] *Ita apud Sanctum* Hieronymum, *quod græce*, πετροβόλους. *Magni enim sunt, qui machinis iaciuntur.* θ Væ his.] *Theodor.* Hoc Symmachus apertius est interpretatus, καὶ ταῖς συρραπτούσαις ὑπαγκώνια ὑπὸ πάντα ἀγκῶνα χειρὸς καὶ ποιούσαις ἐπαυχένια περὶ κεφαλῆς πάσης ἡλικίας εἰς τὸ θηρεύειν ψυχάς. Væ consuentibus puluinos sub omni cubito manus, & facientibus ceruicalia ad caput omnis ætatis ad venandum animas. ι Peruertebatis.] *Theodoretus ex Aquila*, ἐχειμάζετε, fluctuare faciebatis. κ Iusti.] *In plerisque additur*, ἀδίκως, *& apud Sanctum* Hieronymum, inique.

CAP. XIV.

ET venerunt ad me de senioribus [α] viri populi Israel, & sederunt ante faciẽ meam. Et factus est ad me sermo Domini, dicens: Fili hominis, viri isti posuerunt cogitationes suas in cordibus suis: & tormentum iniquitatum suarum posuerunt ante faciem suam: si respondens respondebo eis? Propterea loqueris eis, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Homo, homo de domo Israel,

A mo Israel, qui posuerit cogitationes suas in corde suo, & tormentum iniquitatis suæ posuerit ante faciem suam, & venerit ad [β] prophetam; ego Dominus respondebo ei in his, quibus tenetur mens eius: vt [γ] auerteret domum Israel secũdum corda eorum, quæ abalienata sunt à me in cogitationibus ipsorũ. Propterea dic ad domũ Israel: Hæc dicit Dominus Dominus: Conuertimini, & recedite ab adinuentionibus vestris, & ab omnibus impietatibus vestris: & conuertite facies [δ] vestras. Quia homo homo, de domo Israel, & de aduenis, qui peregrinãtur in Israel, qui abalienatus fuerit à me, & posuerit cogitationes suas in corde suo, & tormentum iniquitatis suæ posuerit ante faciem suam, & venerit ad prophetam, vt interroget eum in me; ego Dominus respondebo ei in eo, quo tene-B tur: & obfirmabo faciem meam super hominem illum: & ponam eum in [ε] desertum, & in exterminium: & auferam eum de medio populi mei: & cognoscetis, quia ego Dominus. Et propheta, si [ζ] errare fecerit, & loquutus [η] fuerit, ego Dominus errare feci prophetam illum. Et extendam manum meam super eum; & exterminabo illum de medio populi mei Israel. Et accipient iniquitatem suã: secundum iniquitatem interrogantis; [θ] & iuxta iniquitatem similiter prophetæ erit; vt nequaquam erret vltra domus Israel à me, & vt non polluantur adhuc in cunctis delictis suis. Et erunt mihi in populum: & ego ero eis in Deum, dicit C Dominus. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, terra, quæcumque peccauerit mihi, delinquendo delictum; & extendam manum meam super eam: & conteram fulcimentum panis eius: & immittam in eam famem; & auferam de ea hominem, & iumenta. Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, & Daniel, & Iob; ipsi in sua iustitia saluabuntur, ait Dominus. Quòd si bestias pessimas inducam super terram, & puniam eam, & erit in dissipationem, non erit pertransiens à facie bestiarum, & tres viri isti in medio eius fuerint; viuo ego, dicit Dominus; si filij, aut filiæ saluabuntur: sed ipsi soli saluabuntur: terra autem erit in exterminium. Vel etiam gladium si inducam super terram illã, D & dicam, gladius transeat per terram, & auferam ex eis hominem, & iumẽtum, & tres viri isti in medio eius, viuo ego, dicit Dominus, non liberabunt filios, neque filias: sed ipsi soli saluabuntur. Vel etiam mortem immittam super terram illam, & effundam furorem meum super eam in sanguine ad exterminandum ex ea hominem, & iumentum, & Noe, & Daniel, & Iob in medio eius; viuo ego, dicit [ι] Dominus, si filij, aut filiæ relinquentur: ipsi in sua iustitia liberabunt animas suas. Hæc dicit Dominus. Quòd si & quatuor vltiones meas pessimas, gladium, & famem, & bestias pessimas, & mortem emisero super Hierusalem ad exterminandum ex ea hominem, & iumentum; & ecce residui in ea saluati eius, E qui educunt ex ea filios, & filias. Ecce egrediuntur ad vos: & videbitis vias eorum, & cogitationes eorum, & pænitebit vos super malis, quæ induxi super Hierusalem. Et consolabuntur vos: quia videbitis vias eorum, & cogitationes eorum: & cognoscetis, quòd non frustra feci omnia, quæ feci in ea, dicit Dominus.

[α] Viri.] *Delendum est in græco illud λαοῦ. In multis autem codicibus est*, ἄνδρες ἐκ (aut ἀπὸ) πρεσβυτέρων τοῦ ἰσραήλ. *& apud S. Hier. in vulgata antiqua*, viri de senioribus Israel. * Viri isti.] *Theodoretus*: Apertius hoc Aquila est interpretatus, οἱ ἄνδρες οὗτοι ἀνεβίβασαν τὰ εἴδωλα αὐτῶν ἐπὶ καρδίας αὐτῶν, καὶ σκάνδαλον ἀνομίας αὐτῶν, ἔθηκαν ἀπέναντι τοῦ προσώπου αὐτῶν, viri isti dedicarunt idola in corde suo, & scandalũ iniquitatis suæ posuerunt contra

contra faciem suam. β Ad prophetam.] *Sic omnes collati codices, & Theodoretus. Apud S.Hier. in vulgata antiqua additur, vt paulo inferius etiam in nostra,* vt interroget eum in me. γ Auerteret.] *Ita etiam Theodoretus. In multis est,* παγιδώσῃ, auerterent: *sed S.Hier. videtur legisse,* παγιδώσω, *ita enim in vulgata antiqua,* vt auerterem; *nisi si mendum in eo est,* δ Vestras.] *Sic etiam Theodoretus, & respondet vulgatæ. In alijs additur,* πρὸς με, *& apud S.Hier. in vulgata antiqua,* ad me. ε Desertum.] *Sic etiam apud S. Hier. & Theodoretum. In nonnullis est.* σημεῖον, *quod vulgata nostra,* exemplum: *& videtur ex alia tralatione.* ζ Errare fecerit.] *Cæteri* πλανηθῇ, *& apud S.Hier.* errauerit. η Fuerit.] *In quibusdam additur* λόγον, *& apud S.Hier.* verbum. θ Et iuxta iniquitatem.] *Nonnulli, ac Theodoretus,* ὁμοίως καὶ τὸ ἀδίκημα τοῦ προφήτου ἔσται, *& apud S.Hier.* & iniquitas similiter prophetæ erit. ι Dominus, si filij, aut filiæ relinquentur.] *In aliquo est,* ἀδωναὶ κύριος ἐὰν υἱὲς αὐτῶν, ἢ θυγατέρας αὐτῶν ἐξέλωνται, Adonai Dominus, si filios suos, aut filias suas liberabunt.

CAP. XV.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Et tu fili hominis, quid fiet lignum vitis ex omnibus lignis sarmentorum, quæ sunt inter ligna syluæ? Si tollent de illa lignum ad faciendum in opus? Si tollent de ea paxillum ad suspendendum super eum omne vas; α tantum data est igni in consumptionem; β annuam purgationem ex ea consumit ignis, & γ dimittit in finem. Nunquid vtile erit ad opus? Neque etiam dum adhuc est integrum, erit ad opus. Nunquid quandocunque etiam ignis illud consumpserit, si erit adhuc ad opus? Propterea dic: Hæc dicit Dominus: Quomodo lignum vitis inter ligna syluæ, quod dedi illud igni in consumptionem, sic dedi habitatores Hierusalem. Et dabo faciem meam super eos. De igne egredientur; & ignis deuorabit eos. Et scient, quia ego Dominus, cum obfirmauero faciem meam in eos. Et dabo terram in desolationem; eo quòd deliquerunt delicto, dicit Dominus.

α Tantum data est.] *Ita etiam Theodoretus. Alij,* πάρεξ ὃ πυρὶ δέδοται, præter id, quod datum est igni. *In Compl. est,* ἰδοὺ πυρὶ δέδοται, ecce igni datum est, *vt vulgata nostra.* β Annuam purgationem ex ea.] S.Hier. *ex lxx.* eius: *pro quo inquit Aquilam dixisse,* duo nouissima eius, *Symmachum, & Theodotionem,* duas summitates eius. γ Dimittit.] *Sic S.Hier. ex lxx. quod græce* ἐκλείπει, *id est,* deficere facit, *aut,* deficit.

CAP. XVI.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, testificare Hierusalem α iniquitates suas, & dices. Hæc dicit Dominus ad Hierusalem: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan. Pater tuus Amorræus, & mater tua Chettæa. Et generatio tua in die, qua nata es, β non ligauisti mammillas tuas, & in aqua non es γ lota, nec sale salita, nec fascijs es fasciata: nec pepercit super te oculus δ meus, vt facerem tibi vnum ex omnibus istis ad patiendum quippiã super te. Et proiecta es super faciem campi prauitate animæ tuæ in die, qua nata es. Et transiui super te, & vidi te mixtam ε in sanguine tuo; & dixi tibi: De sanguine tuo vita: multiplicare: sicut hortus agri, dedi te. Et multiplicata es, & magnificata es, & ingressa es in ciuitates ciuitatum. Vbera tua erecta sunt: & pilus tuus ortus est. Tu autem eras nuda, & plena ignominiæ. Et transiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuum, & ζ tempus diuertentium. Et expandi alas meas super te: & operui ignominiam tuam. Et iuraui tibi, & ingressus sum in testamentum tecum, dicit Dominus. Et facta es mihi: & laui te in aqua, & ablui sanguinem tuum à te: & vnxi te in oleo. Et indui te varijs: & calceaui te η hyacintho: & cinxi te bysso: & circundedi te θ trichapto: & ornaui te ornamento: & circundedi

A cundedi armillis manus tuas, & torquem circa collum tuum: & dedi inaurem circa nares tuas, & rotulas super aures tuas, & coronam gloriationis super caput tuum. Et ornata es auro, & argento: & amictus tui byssini, & trichapta, & versicoloria. Similam, & oleum, & mel comedisti: & facta es pulchra valde. Et exiuit nomen tuum in gentes in specie tua: quia completum erat in decore, in pulchritudine, quam posui super te, dicit Dominus. Confidisti in pulchritudine tua, & fornicata es in nomine tuo, & effudisti fornicationem tuam ad omnẽ transeuntem. Et tulisti de vestibus tuis: & fecisti tibi idola consuta: & fornicata es super eis: & non ingredieris, neque fiet. Et tulisti vasa gloriationis tuæ de

B auro meo, & de argento meo, de ijs, quæ dederam tibi: & fecisti tibi imagines masculinas: & fornicata es in eis. Et sumpsisti vestimentum varium tuum, & operuisti illas. Et oleum meum, & thymiama meum posuisti ante faciem eorũ: & panes meos, quos dedi tibi, similam, & oleum, & mel, cibaui te: & posuisti ea ante faciem eorum in odorem suauitatis. Et factum est, dicit Dominus, & tulisti filios tuos, & filias tuas, quas genuisti, & immolasti eis in consumptionẽ. Quasi parum fornicata sis; & interfecisti filios tuos, & dedisti eis in expiando te ipsos eis. Hoc est super omnem fornicationem tuam: & nõ es recordata infantiæ tuæ: quando eras nuda, & ignominiosa: mixta in sanguine tuo vixisti. Et

C factum est post omnes malitias tuas, ait Dominus; & ædificasti tibi habitaculũ fornicationis: & fecisti tibi prostitutionem in omni platea. Et in principio omnis viæ ædificasti lupanaria tua: & corrupisti decorem tuum: & diuaricasti crura tua omni transeunti: & multiplicasti fornicationem tuam: & fornicata es cum filijs Ægypti vicinis tuis, qui sunt magnarum carnium: & multipliciter fornicata es, vt me ad iracundiam prouocares. Si autem extendero manum meam super te, & auferam legitima tua, & tradam in animas odientium te, filias alienigenarum: declinantes te de via tua, qua impie egisti. Et fornicata es super filias Assur: & nec sic satiata es: & fornicata es, & non es repleta. Et mul

D tiplicasti testamenta tua ad terram Chaldæorum: & neque in istis expleta es. Quomodo disponam filiam tuã, dicit Dominus; cum facias tu omnia hæc opera mulieris fornicariæ? Et fornicata es tripliciter in filiabus tuis: lupanar ædificasti in omni principio viæ, & basim tuam fecisti in omni platea. Et facta es quasi meretrix congregans mercedes: mulier adultera similis tui, à viro suo accipiens mercedes omnibus, qui fornicabuntur cum ea, dabat mercedes; & tu dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & onerabas illos, vt venirent ad te per circuitum in fornicatione tua. Et factum est in te peruersum præter mulieres in fornicatione tua; & tecum sunt fornicatæ, in eo, quòd dares mercedes, & mercedes non sunt datæ tibi: & facta sunt in te peruersa. Propterea meretrix au

E di verbum Domini: Hæc dicit Dominus: Quia effudisti æs tuum; & reuelabitur ignominia tua in fornicatione tua ad amatores tuos, & in omnes cogitationes iniquitatum tuarum, & in sanguinibus filiorum tuorum, quos dedisti eis. Ideo ecce ego supercongrego omnes amatores tuos, in quibus commista es in eis, & omnes, quos dilexisti, cum vniuersis, quos oderas. Et congregabo eos super te per circuitum: & reuelabo malitias tuas ad eos: & videbunt cunctam ignominiam tuam: & vlciscar te vltione adulteræ: & ponam te in sanguine furoris, & zeli. Et tradam te in manus eorum: & suffodient lupanar tuum, & de-

ſtruent baſim tuam,& nudabunt te veſtimentis tuis,& tollent vaſa gloriationis tuæ:& dimittent te nudam, & plenam ignominiæ. Et adducent ſuper te turbas, & lapidabunt te in lapidibus:& iugulabunt te in gladijs ſuis: & ſuccendent domos tuas igni:& facient in te vltiones coram mulieribus plurimis. Et auertam te à fornicatione, & mercedes vltra non dabo: & immittam furorem meum ſuper te: & auferetur zelus meus à te:& requieſcam, & non ero vltra ſolicitus: quia non es recordata infantiæ tuæ, & contriſtabas me in his omnibus. Et ecce ego vias tuas in caput tuum dedi, dicit Dominus: & ſic feciſti impietatem ſuper cunctis iniquitatibus tuis. Hæc ſunt omnia, quæ dixerunt contra te in parabola, dicentes: Sicut mater; & filia: filia matris tuæ tu es, quæ repulit virum ſuum, & filios ſuos:& ſoror ſororum tuarum, quæ repulerunt viros ſuos, & filios ſuos. Mater veſtra Chettæa & pater Amorræus: ſoror veſtra ſenior Samaria, hæc, & filiæ eius, quæ habitat à ſiniſtris tuis:& ſoror tua iunior te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma, & filiæ eius. Sed ne ſic quidem in vijs earum ambulaſti, neque ſecundum iniquitates illarum egiſti: paulominus & ſupergreſſa es eas in omnibus vijs tuis. Viuo ego, dicit Dominus, Si fecit Sodoma, hæc, & filiæ eius, ſicut feciſti tu, & filiæ tuæ. Veruntamen hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia in ſaturitate panum, & in abundantia. Delicijs diffluebant ipſa, & filiæ eius: hæc habebat ipſa, & filiæ eius: & manum pauperis, & egeni non aſſumebant, & gloriabuntur magnifice, & fecerunt iniquitates in conſpectu meo. Et abſtuli eas, ſicut vidi. Et Samaria ſecundum dimidia peccatorum tuorum non peccauit:& multiplicaſti iniquitates tuas ſuper eas:& iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus iniquitatibus tuis, quas operata es. Et tu ſuſtine tormentum tuũ in eo, quòd corruperis ſorores tuas in peccatis tuis, quibus inique egiſti ſuper eas, & iuſtificaſti illas ſuper te. Et tu confundere, & ſuſcipe ignominiã tuam, eo quòd iuſtificaueris ſorores tuas. Et conuertam conuerſiones earum, conuerſionem Sodomæ, & filiarum eius. Et conuertam conuerſionem Samariæ, & filiarum eius:& conuertam conuerſionem tuam in medio earum: vt portes tormentum tuum, & habeas ignominiam ex omnibus, quæ feciſti, vt me ad iracundiam prouocares. Et ſoror tua Sodoma, & filiæ eius reſtituentur, ſicut fuerũt à principio. Et tu, & filiæ tuæ reſtituemini, ſicut fuiſtis à principio. Et niſi fuiſſet Sodoma ſoror tua in auditum in ore tuo, in diebus ſuperbiæ tuæ, antequam reuelarentur malitiæ tuæ; ſicut nunc opprobrium es filiarum Syriæ, & omnium, quæ in circuitu eius, filiarum alienigenarum, quæ circundant te per gyrum. Impietates tuas, & iniquitates tuas tu portaſti eas, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus. Et faciam in te, ſicut feciſti, ſicut deſpexiſti hæc, vt præterires teſtamentum meum. Et recordabor ego teſtamenti mei, quod feci tecum in diebus adoleſcentiæ tuæ: & ſuſcitabo tibi teſtamentum ſempiternum. Et recordaberis viæ tuæ, & deſpicieris, cum receperis ſorores tuas te maiores cum iunioribus tuis: & dabo eas tibi in ædificationem, & non ex teſtamento tuo. Et ſuſcitabo ego teſtamentum meum tecum: & cognoſces, quia ego Dominus: vt recorderis, & confundaris, & non ſit tibi vltra aperire os tuum à facie ignominiæ tuæ; cum propitius fuero tibi iuxta omnia, quæ feciſti, dicit Dominus.

A *α* Iniquitates suas,& dices: Hæc dicit Dominus ad Hierusalem.] *Hæc in græca nostra editione per errorem sunt repetita.* *β* Non ligauisti mammillas tuas.] *In multis est,* οὐκ ἔδησαν, *& apud S.Hier.* non ligauerunt. *Pro his autem in aliquot codicibus,& apud Theodoretum,* οὐκ ἐτμήθη ὁ ὀμφαλός σου, non est præcisus vmbilicus tuus. *In multis vtrumque ponitur: & apud S.Hieron.in contextu vulgatæ antiquæ. Sed in comm. nostra solum agnoscit ex lxx.* *γ* Lota.] *In quibusdam,& apud Theodoretum additur,* εἰς σωτηρίαν, *& apud S. Hier. in vtraque editione,* in salutem. *δ* Meus.] *Ita etiam Theodoretus, sed multi* σου, *& S.Hieron.etiam in comm.tribuit lxx.* oculus tuus: *in hebraico est tantum,* oculus. *ε* In sanguine.] *Schol.* hebræus habet ἐν ὑγρασίᾳ, in humore, ὑγρασίαν vocans circumiacentem ichorem. *ζ* Tempus diuertentium.] *Schol.ex Theodoreto,* Hebræus, καιρὸς τοῦ διαπαρθενεῦσαί σε, tempus, vt ex virginibus excedas. *S.Hieron. ex Aquilæ interpretatione secunda,* συναλλαγῆς, sponsalium videlicet,& temporis nuptiarum, *ex prima eiusdem,& Theodotione,* μαστῶν, vberum, *ex Symmacho,* ἀγάπης, dilectionis. *η* Hyacintho.] *Idem refert S.Hier.etiam ex Theodotione, pro quo Aquila, & Symmachus dixerint ianthina.* *θ* Trichapto.] *Theodoretus,* plexus est hic è capillis factus, qui capitibus mulierum circumponitur. *Origenes,* τριχαπτὸν alij interpretes verterunt, ἀνθινὸν, καὶ ἐπένδυμα. *S.Hier.* floridum,

B *tribuit Aquilæ (siue,inquit, palpabile) Symmacho autem,* indumentum. *Nam Theodotio dictionem hebraicam retinuit. Aliud Schol. (in quo fortasse plures explicationes sunt coniunctæ)* Plexus, quo capilli complicantur, trichaptũ autem dicit, quod ex auro fabrefactum est, quasi dixerit, ἀπὸ χρυσονήματος, ex aureo texto. Dicit autem vestem ex auro διάζωδον quasi animalium figuris intertextam. *Sed legendus S.Hier.qui hoc nomen à lxx. factum putat,(quamuis fortasse vetustius sit) & pro eo ipse ponit,* subtilibus. *Paulo autem inferius polymitum dixit,imitatus Symmachum, qui eo loco ita dixerat, cum cæteri interpretes eodem modo,atque hic.* *ι* Valde.] *In quibusdam,& apud Theodoretum repetitur,* σφόδρα, *aut* σφοδρῶς, *& in vulgata nostra,* valde nimis. *In iisdem vero additur præterea,* καὶ κατηυδώθης εἰς βασιλείαν. & profecisti in regnum: *quæ testatur S.Hieron. à lxx.esse omissa,& causam affert.* *ι* In decore in pulchritudine.] *Apud Theodoretum & in vno codice est tantum,* ἐν εὐπρεπείᾳ, *apud S.Hier.* in pulchritudine: *quare duæ interpretationes videri possunt. Compl.* ἐν εὐπρεπείᾳ ὡραιότητος, in decore pulchritudinis. *κ* Transeuntem.] *In multis sequitur,* ὃ οὐκ ἔσται, cuius non erit. *In aliquo,* αὐτῷ ἐγίνετο, ipsi fiebat. *In quibusdam,* αὐτῷ ἐγίνετο, ὃ οὐκ, (*Theodoretus,* καὶ οὐκ) ἔσται, ipsi fiebat: quod non erit. *Vulgata nostra,* vt eius fieres. *λ* Idola.] *Legendæ varietates ex cæteris interpretibus apud S. Hieronymum*

C *μ* Cibaui.] *Est hebraismus: & subintelligitur illud, quod in quibusdam est additum,* ἐν, quibus. *ν* Factum est.] *In multis sequitur,* μετὰ ταῦτα, *& apud S.Hier.* post hæc. *ξ* Expiando.] ἐν τῷ ἀποτροπιάζεσθαί σε αὐτὰ αὐτοῖς. *S.Hier.in contextu antiquæ habet,* cum offerres illis, *in sua,* consecrans eis, pro quo *(inquit)* lxx.transtulerunt, & dedisti eos ad placandum, siue expiandum: Aquila,& Symm.& Th.posuerunt, transtulisti, & transduxisti eos: quia ethnici per ignem filios suos vel transferunt paruulos, vel adultos transire compellunt. *Compl.* ἐν τῷ ἁγιάζεσθαί σε αὐτὰ αὐτοῖς, in sanctificando te illos eis. *ο* Tuam.] *In multis additur,* καὶ τὰ βδελύγματά σου, *& apud S.Hier.* & abominationes tuas. *π* Infantiæ.] *Alij,* τῆς ἡμέρας τῆς νηπιότητος, *& apud S.Hieron.* diei infantiæ, *itemque inferius.* *ρ* Tuas.] *In cæteris,& apud Theodoretum sequitur,* οὐαί, οὐαί σοι, *& apud S.Hier. in contextu antiquæ,* væ, væ tibi: *qui tamen in comment.inquit id in vulgata non haberi, sed de Theodotionis editione additum esse.* *σ* Habitaculum fornicationis.] *Siue,* fornicarium: *pro quo refert S.Hieron.Symmachum,& Theodotionem dixisse,* πορνεῖον, lupanar, *Aquilam,* βόθυνον, foueam. *τ* Prostitutionem.] *Aut,* prostibulum, *vt S.Hier.in sua: quod quidem* ἔκθεμα *inquit cæteros tres interpretatos esse,* excelsum, siue sublime. *Polychronius,* ἔκθεμα *dicit* προαγώγιον, vbi meretrices alere consueuerunt. *υ* Lupanaria.] *Ita etiam Theodoretus.*

D *Compl.* τὰς πορνείας σου, *& apud S.Hier.* fornicationes tuas. *φ* Cum filijs.] *Ita apud S.Hieronymum in vtraque. Sed sunt, qui illud* ἐπὶ τοὺς υἱοὺς, *interpretentur,* supra filios. *χ* Si autem extendero.] *Ita etiam apud S.Hier. In quibusdam,& apud Theodoretum est,* καὶ ἰδοὺ ἐκτενῶ, *vel* ἐκτείνω. Et ecce extendam, *vel,* extendo. *ψ* Declinantes te de via tua, qua impie egisti.] *Ab aliquo,& Theodoreto abest illud,* te: *vt hoc illis laudi ascribatur. S.Hier.in antiqua accipit illud,* ἐκκλινούσας, *transitiue, vt aiunt,* quæ te declinare fecerunt de via tua. *Ac deinde, quasi ex nouo initio addit.* Impie egisti, & fornicata es, *&c. atque ita lxx. construxisse admonet etiam in comm. Et ab aliquo libro abest illud* ἧς, *ac tantum est,* ἠσέβησας. *ω* Super filias.] *In quibusdam libris,& apud Theodoretum est,* ἐπὶ τοὺς υἱούς, *& apud S.Hier.* in filios. *αα* Testamenta tua.] *Ita apud S.Hier. Plerique vero,* τὰς πορνείας σου, fornicationes tuas. *Theodoretus,* τὰ πορνεῖα, lupanaria. *β* Chaldæorum.] *In multis est,* χαναὰν, καὶ χαλδαίων, *aut* καὶ εἰς τοὺς χαλδαίους, *apud S.Hier.* Chanaan, & Chaldæorum. *γ* Quomodo disponam filiam tuam.] *Alij,* τὰς θυγατέρας σου, filias tuas. *Compl.* τί ποιήσω τῇ καρδίᾳ σου, λέγει ἀδωναῒ κύριος; *& apud S.Hier.* Quid faciam cordi tuo, dicit Adonai Dominus? *Nonnulli,& Theodoretus,* τίνι καθαριῶ τὴν καρδίαν σου, λέγει ἀδωναῒ κύριος, *& vulgata nostra,* quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus? *δ* Fornicariæ.] *In aliquo,& apud Theodoretum additur,* παῤῥησιαζομένης, *apud S.Hier.* & impudentis. *ε* Basim.] *In aliquo est,* τὸ ἔκθεμα, *itemque*

E *apud Theodoretum.* *ζ* Facta es.] *Nonnulli,& Theodoretus,* καὶ οὐκ ἐγένου, *& S.Hier.etiam in comm.ex lxx.* & non fecisti. *η* Similis tui.] *Hoc inquit S.Hier.à lxx.esse additum. In vno codice,& apud Theodoretum plura leguntur, quæ ex varijs interpretationibus videntur coagmentata,* ὑπὸ τ̃ ἀνδρὸς ἑαυτῆς εἰς ἀλλοτρίους ὁμοία σοι ἡ ὑπὸ τ̃ ἀνδρὸς αὐτῆς λαμβάνουσα μισθώματα, καὶ πᾶσι τοῖς ἐκπορνεύουσιν εἰς αὐτὴν προσδιδοῦσα (al. προδιδοῦσα) μισθώματα. πάσαις πόρναις δίδοται μισθώματα. σὺ δὲ προσδέδωκας μισθώματα, quæ sub viro suo ad alienos, similis tibi: quæ à viro suo accipit mercedes, & omnibus fornicantibus in ipsam addit (*al.* prodit) mercedes. Omnibus meretricibus dantur mercedes. Tu autem addidisti mercedes, *&c.* *θ* Tecum.] *Alij* μετὰ σὲ οὐ, *& apud S.Hier.* & post te non. *In aliquo etiam & apud Theodoretum est,* καὶ μετὰ σὲ οὐ πορνεύσουσιν, (*al.* οὐ πορνεύσουσιν) & post te non fornicabuntur. *ι* Supercongrego.] ἐπισυνάγω, *& satis respondet hebræo. Alij,* ἐπὶ σὲ συνάγω, *apud S. Hier.* super te congregabo. *κ* Adulteræ.] *In multis sequitur,* καὶ ἐκχεούσης αἷμα, & effundentis sanguinem. *In quibusdam, & apud Theodoretum est,* μοιχαλίδων, καὶ ἐκχεουσῶν αἷμα, *& apud S.Hier.* adulterarum, & effundentium sanguinem. *λ* Non dabo.] *In quibusdam,& apud Theodoretum est,* οὐ μὴ δῷς, *aut* προσδῷς, non dabis. *μ* Et sic fecisti impieta-

impietatem.] *Aut,* iniquitatem, *vt apud S.Hieron.In aliquot vero codicibus,& apud Theodoretum*, καὶ ὅπως ἐκ ἐποίησα κατὰ πᾶσαν τὴν ἀσέβειάν σου, *quod respondet vulgatæ nostræ*, & non feci iuxta scelera tua, *&c.* ν Filia.] *Reponendum est istud* θυγάτηρ, *quod à typographo est omissum.* ξ Sorores.] *Sic legisse S.*Hieronymum *in lxx. patet ex ijs, quæ scribit in comm. In quibusdam tamen libris,& apud Theodoretum est,* ἀδελφή, soror. ο Vestra.] *Corrigendum in nostra* αὐτῶν, *vt habet Vaticanus,& ita apud S.*Hier. π Sodoma.] *In alijs additur,* ἡ ἀδελφή σου, *& apud S.*Hier. soror tua. ρ Vidi.] *Sic Chaldæus,& alij interpretantur ex hebraico. Multi tamen istud* εἶδον, *vertunt,* viderunt. *Apud* S.Hier. *in vtraque est,* vidisti. σ Conuertam.] *Sic apud S.*Hieron. *Sed Theodoretus accipit pro*, auertam, & auersabor auersionem earum. *Vtrumque habet bonam sententiam recte perceptum.* τ A principio.] *Ita etiam Theodoretus. In plerisque autem sequitur,* καὶ Σαμάρεια, καὶ αἱ θυγατέρες αὐτῆς ἀποκαταστα-θήσονται καθὼς ἦσαν τὸ ἀπ' ἀρχῆς, *et apud* S.Hier. & Samaria, & filiæ eius restituentur, sicut fuerunt à principio. υ Et nisi fuisset.] *Theodoretus ad finem huius clausulæ putat supplendum,* τί πλέον αὖ εἰργάσω κακόν; quid nam amplius mali perpetrasses? *Apud* S.Hier. *nonnulla adduntur in medio. Idem vero & aliorum interpretum affert interpretationes.* φ Portasti.] *Plerique,& Theodoretus,* κόμισαι, porta. *S.Hier. hoc tribuit lxx. illud Aquilæ,& Theodotioni: Symmacho autem,* portatura es. χ Receperis.] *Sic etiam apud* S.Hieron. *& Theodoretum. Quidam vero libri habent*, ἐν τῷ ἀναλαμβάνειν με, dum ego recipiam.

CAP. XVII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis narra narrationem, & dic parabolam ad domum Israel, & dices: Hæc dicit Dominus: Aquila magna magnarum alarum, longa extensione, plena vnguium, quæ habet ductum intrandi in Libanum; & tulit electa cedri: summitates teneritudinis auellit: & attulit eas in terram Chanaan: in ciuitate murata posuit illas. Et tulit de semine terræ: & dedit illud in campo α plãtationem super aquam multam: β vt respiceretur, posuit illud: ortumque est, & factum in vitem infirmam, & paruulam: vt γ ipsa extare faceret ramos suos super illum: & radices illius subter illam erant. Et facta est in vitem, & fecit propagines, & extendit ramos suos. Et facta est aquila altera grandis, magnarum alarum, multa vnguibus: & ecce vitis hæc implicata erat ad eam: & radices eius ad illam: & ramos suos extendit ad illam, vt irrigaretur ab illa cum gleba plantationis suæ. In campo bono super aquam multam ipsa impinguatur, vt faciat germina: & afferat fructum, vt sit in vitem grandem. Propterea dic: Hæc dicit Dominus: Si dirigetur? Nonne radices teneritudinis eius, & fructus putrescent, & arescent omnia, quæ ex ea progerminant, & non in brachio magno, neque in populo multo, vt euellat eam à radicibus suis? Et ecce impinguatur. Nunquid dirigetur? Nonne statim vt tetigerit eam ventus vrens, arescet? cum gleba germinis sui arescet. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis dic nunc ad domum exasperantem: Nescitis, quid sint ista? δ Dic: Cum venerit rex Babylonis super Hierusalem, & capiet regem eius, & principes eius: & ducet eos ad ε se in Babylonem. Et tollet de semine regni, & dispònet ad eum testamentum, et introducet eum in maledictione: et principes terræ tollet, vt sit in regnum infirmum, omninoque non eleuetur custodiendo testamentum ipsius, et statuat illud. Et recedet ab eo, mittendo nuncios suos in Ægyptum, vt sibi daret equos, et populum multum. Si dirigetur, si saluabitur, qui facit contraria? Et, qui transgreditur testamentum, si saluabitur? Viuo ego, dicit Dominus, nisi in loco, ζ vbi rex, qui regnare fecit eum, qui spreuit maledictionem meam, et qui transgressus est testamentum meum cum eo, in medio Babylonis morietur. Et non in virtute magna, neque in turba multa faciet aduersus eum Pharao prælium, in iactu aggeris, et in ædificatione vallorum, vt auferat animas multas. Et vilipendit iuramentum trãsgrediendo testamentum. Et ecce η dedi manum eius: et hæc omnia fecit

A fecit ei: non saluabitur. Propterea dic: Hæc dicit Dominus: Viuo ego, nisi iuramentum meum, quod spreuit, & testamentum meum, quod transgressus est, & dabo illud in caput eius. Et extendā super eum [θ] rete: & capietur in [ι] circunstrictione eius. In omni acie eius in gladio cadent: & residuos in omnem ventum dissеminabo: & scietis, quia ego Dominus loquutus sum. Quia hæc dicit Dominus: Et sumam ego de electis [κ] cedri de vertice: [λ] de corde eorum auellam, & plantabo ego super montem excelsum, & suspendam illud in monte sublimi Israel. Et plantabo, & proferet germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam. Et requiescet sub ea omnis auis: & omne volatile sub vmbra eius requiescet. B [μ] Rami eius restituentur: & scient omnia ligna campi; quia ego Dominus: qui humilio lignum excelsum, & exalto lignum humile: & arefacio lignum viride, & germinare facio lignum aridum. Ego Dominus loquutus sum, & faciam.

α Plantationem.] *Ita apud S.Hier. ex antiqua. In quibusdam, & apud Theodoretum hæc antecedunt,* πότιμον λαβεῖν ῥίζωσιν, satiuo, vt acciperet radicationem. β Vt respiceretur.] *Sic apud S.Hieronymum, quod græce* ἐπιβλεπόμενον, *idest vt extaret, atque sub aspectum caderet, minime autem in sublime se attolleret.* γ Vt ipsa extare faceret ramos suos super illum.] *Nimirum campum. Hæc videtur posse esse sententia, & quidem eadem cum præcedenti, istorum verborum,* τοῦ ἐπιφαίνεσθαι αὐτὴν τὰ κλήματα αὐτῆς ἐπ' αὐτό. *In multis est,* τοῦ ἐπιφαίνεσθαι τὰ κλήματα αὐτῆς ἐπ' αὐτήν, vt respicerent rami eius ad eam, *idest non longe discederent: quod optime respondet versioni S.Hieronymi, qui in antiqua sic habet,* vt tantum apparerent rami eius sub ea. δ Dic. Cum venerit.] *In* C *quibusdam, & apud Theodoretum est,* εἰπὲ (*al.* εἶπον) αὐτοῖς. ἰδοὺ ἔρχεται. Dic eis: Ecce venit. *Illud,* eis, *neque in vulgata nostra est.* ε Ad se.] *Corrigendum est,* πρὸς ἑαυτόν, *quod error typographi fecit* αὐτοῖς, *quo modo tamen est in aliquot libris.* ζ Vbi rex.] *Videtur omnino subintelligendum illud* οὗ, *quod in multis exprimitur. In aliis vero quibusdam, & apud Theodoretum est,* ἐν τῷ τόπῳ τοῦ βασιλέως τοῦ βασιλεύσαντος αὐτόν, in loco regis, qui regnare ipsum fecerat. η Dedi manum eius.] *In cæteris est,* δέδωκε, *& in vulgata nostra,* dedit manum suam. θ Rete.] *In multis additur,* μου, meum. ι Circunstrictione eius.] *Hoc videtur significare,* ἐν τῇ περιοχῇ αὐτοῦ, in constrictione retis. *In aliis autem, & apud Theodoretum sequuntur hæc,* καὶ ἄξω αὐτὸν εἰς βαβυλῶνα, καὶ διακριθήσομαι ἐκεῖ μετ' αὐτοῦ τὴν ἀδικίαν (*al.* περὶ τῆς ἀδικίας) αὐτοῦ, ἣν (*al.* ἧς) ἠδίκησεν ἐπ' ἐμοί, καὶ πάσαις φυγαδείας (*al.* ἐν ἐμοὶ ἐν πάσαις ταῖς φυγαδείαις) αὐτοῦ. καὶ πάντες οἱ ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ σὺν πάσαις ταῖς παρατάξεσιν αὐτοῦ ἐν ῥομφαίᾳ, *&c.* Et adducam eum in Babylonem, & disceptabo ibi cum eo de iniustitia eius, qua iniuste egit super me, & de omnibus profugijs (*al.* in me in omnibus profugijs) suis. Et omnes electi eius cum omnibus aciebus eius in gladio, *&c. Compl. habet,* ἐν πάσαις τοῖς φυγάσιν αὐτοῦ, *& fortasse rectius legeretur,* ἐν πᾶσι τοῖς, in omnibus profugis eius: *quod quidem, &* οἱ ἐκλεκτοὶ αὐτοῦ, *videri possunt duæ interpretationes. Vulgata habet tantum,* & omnes profugi eius. κ Cedri.] D *In nonnullis, & apud Theodoretum est,* τῆς ὑψηλῆς ἐκ κορυφῆς, excelsæ de vertice, *ac deinde sequitur,* καὶ δώσω ἀπὸ κεφαλῆς παραφυάδων αὐτῆς, & dabo de capite ramorum eius: *quæ S. Hieron. admonet de Theodotione esse addita.* λ De corde eorum.] καρδίας. *Sed videtur subintelligi* ἐκ, *quod in quibusdam exprimitur, & ita apud S.Hier. In aliquo autem, itemque apud Theodoretum est,* ἐκ καρδίας κορυφῆς αὐτῆς, de corde verticis eius. μ Rami eius restituentur.] *Hoc S.Hier. obelo prænotauit, quia in hebraico non habetur.*

CAP. XVIII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, quid vobis parabola hæc inter filios Israel, dicentes, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum [α] obstupuerunt? Viuo ego, dicit Dominus; si fuerit vltra, vt dicatur parabola hæc in Israel: quia omnes animæ meæ sunt: quomodo E anima patris; ita & anima filij meæ sunt. Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. Homo autem, qui fuerit iustus, qui facit iudicium, & iustitiam, super montes non comederit, & oculos suos non leuauerit ad cogitationes domus Israel, & vxorem proximi sui non contaminauerit, & ad mulierem fluentem sanguine non accesserit, & hominem per potentiam non oppresserit, pignus debitori reddiderit, & rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum [β] operuerit, & pecuniam suam ad vsuram non dederit, & amplius non acceperit, &

rit,& ab iniquitate auerterit manum suam, iustum iudicium fecerit inter virũ, & inter proximum eius, & præceptis meis ambulauerit, & iustificationes meas custodierit, vt faciat ea; hic iustus est: vita viuet, dicit Dominus. Quòd si genuerit filium pestilentem, effundentem sanguinem, & facientem peccata (in via patris sui iusti non ambulauit, sed & super montes comedit, & vxorem proximi sui polluit, & egenum, & pauperem oppresit per potentiam, & rapinam rapuit, & pignus non reddidit, & ad idola posuit oculos suos, iniquitatem fecit, cum vsura dedit, & amplius accepit;) hic vita non viuet: omnes has iniquitates fecit: morte mortificabitur: sanguis eius super ipsum erit. Si autem genuerit filium, & viderit omnia peccata patris sui, quæ fecit, & timuerit, & non fecerit secundum ea (super montes non manducauit, & oculos suos non posuit ad cogitationes domus Israel, & vxorem proximi sui non violauit, & hominem non oppresit, & pignus non retinuit, & rapinam non rapuit, panem suum esurienti dedit, & nudum operuit, & ab iniustitia auertit manum suam, vsuram, & superabundantiam non accepit, iustitiam fecit, & in præceptis meis ambulauit;) non morietur in iniquitatibus patris sui: vita viuet. Pater autem eius, si tribulatione tribulauerit, & rapuerit rapinam; contraria fecit in medio populi mei; & morietur in sua iniquitate. Et dicetis: Quid, quòd non accepit iniquitatẽ filius [γ] patris? Quoniam filius iustitiam, & misericordiam fecit, omnia legitima mea conseruauit, & fecit ea; vita viuet. Anima autem peccans morietur: Filius autem nõ accipiet iniquitatem patris: neque pater accipiet iniquitatem filij. Iustitia [δ] iusto super ipsum erit: & iniquitas iniquo super ipsum erit. Et iniquus si auerterit se ab omnibus iniquitatibus suis, quas fecit, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iustitiam, & misericordiam; vita viuet, & non morietur. Omnia delicta eius, quæcumque fecit, [ε] non memorabuntur: in sua iustitia, quam fecit, viuet. Nunquid voluntate volam mortem iniqui, dicit Dominus, sicut auerti ipsum à via sua pessima, & ipsum viuere? Cum autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniustitiã secundum omnes iniquitates, quas fecit iniquus; omnes iustitiæ eius, quas fecit, non erũt in memoria: in delicto suo, quo deliquit, & in peccatis suis, quæ peccauit, in ipsis morietur. Et dixistis: non recte pergit via Domini. Audite nunc omnis domus Israel: Nunquid via mea non recte perget via mea? nunquid via vestra recte pergit? In auertendo se iustum à iustitia sua, & faciet delictum, & morietur in delicto, quod fecit; in ipso morietur. Et in auertendo se iniquum ab iniquitate sua, quam fecit, & faciet iudicium, & iustitiam; hic animam suam custodiuit, & auertit se ab omnibus impietatibus suis, quas fecerat; vita viuet, non morietur. Et dicunt domus Israel, non recta est via Domini. Nunquid via mea non recta est, domus Israel? nonne via vestra non recta est? Vnumquemque secundum viam suam, iudicabo vos domus Israel, ait Dominus. Conuertimini, & auertite vos ab omnibus impietatibus vestris: & non erunt vobis in supplicium iniquitatis. Proijcite à vobis omnes impietates vestras, in quibus impie egistis in me, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Et vtquid morimini domus Israel? [ζ] Quia nolo mortem morientis, ait Dominus.

* Obstu-

A α Obstupuerunt.] *In quibusdam libris est* ἠφανίσθησαν*, itemque apud Theodoretum, qui Symmacho tribuit,* ἐξηρημώθησαν. *Vtriusque verbi eadem hoc loco videtur notio esse: ac fortasse pro* ἠφανίσθησαν, *dicendum* ἠμαυρώθησαν, *quemadmodum est Hier. cap. 38. in nostra, quod in vulgata est 31.* β Operuerit.] *In plerisque additur,* ἱμάτιον, *& apud S. Hieron.* vestimento, *itemque paulo inferius.* γ Patris.] *Sic etiam hebræus. Alij addunt,* αὐτοῦ, sui. δ Iusto.] *Plerique,* δικαίου, iusti, *& paulo post,* ἀνόμου, iniqui. ε Non memorabuntur.] *In aliquo additur,* αὐτῷ, ei. ζ Quia nolo mortem morientis, ait Dominus.] *In multis additur,* ἐπιστρέψατε, καὶ ζήσεσθε, conuertimini, & viuite, *quæ respondent vulgatæ. In quibusdam vero totus hic locus sic habet,* διότι οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, λέγει ἀδωναὶ κύριος, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ, καὶ ζῆν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, λέγει ἀδωναὶ κύριος. ἐπιστρέψατε οὖν, καὶ ζήσεσθε, quia nolo mortem peccatoris, dicit Adonai Dominus, quàm conuerti ipsum à via sua & viuere animam eius, ait Adonai Dominus. Conuertimini igitur, & viuetis. *Atque ita fere Theodoretus, nisi quòd pro,* peccatoris, *habet,* morientis.

CAP. XIX.

B ET tu accipe lamentum super principem Israel, & dices: Quid mater tua α catulus in medio leonum β facta est? In medio leonum multiplicauit catulos suos. Et exiliuit vnus de catulis eius: leo factus est, & didicit rapere rapinas: homines comedit. Et audierunt γ contra eam gentes: in corruptione earum captus est: & adduxerunt eum in camo in terram Ægypti. Et vidit, quoniã ablatus esset ab ea, perijsset substantia eius: & tulit alium de catulis suis: leonem constituit eum. Et conuersabatur in medio leonum: leo factus est, & didicit rapere rapinas. Homines comedit, & pascebatur in audacia sua, & ciuitates eorũ C desolauit, & vastauit terram, & plenitudinem eius à voce rugitus sui. Et dederunt super eum gentes de regionibus per circuitum, & expanderunt super eum retia sua. In corruptione earum captus est: & posuerunt eum in camo, & in cauea: venit ad regem Babylonis: & δ introduxit eum in carcerem, vt non audiretur vox ε eius super montes Israel. Mater tua, quasi vitis, & sicut flos in ζ malogranato, in aqua plãtata: fructus eius, & germen illius factum est ex aqua multa. Et facta est hæc virga super tribum Ducum: & exaltata est magnitudine sua in medio propaginum. Et vidit magnitudinem suam in multitudine palmitum suorum: & confracta est in furore: in terram proiecta est: & ventus vrens arefecit electa eius. η Vindicati sunt, & arefacta est virga fortitudinis eius. Ignis con- D sumpsit eam: & nunc plantauerunt eam in deserto in terra θ sine aqua. Et exiuit ignis de virga electorum eius, & comedit eam: et non erat in ea virga ι fortitudinis. Tribus in parabolam lamentationis est: et erit in planctum.

α Catulus.] *Sic etiam apud Sanctum* Hieronymum *in vulgata antiqua. In quibusdam, & apud Theodoretum est,* λέαινα, leæna. *In Compluten.* ἐπὶ σκύμνους, super catulos. β Facta est.] *Sic etiam apud Sanctum Hieronymum. Nonnulli, & Theodoretus,* ἐπλήθυνε, pauit. γ Contra eum.] *Sic apud Sanctum Hieronymum, quod græce,* κατ' αὐτοῦ, *posset tamen etiam verti,* de eo: *& in aliquo codice est,* περὶ αὐτοῦ. δ Introduxit.] *Plerique,* εἰσήγαγον, *& apud S. Hieronymum,* introduxerunt. ε Eius.] *In nonnullis, & apud Theodoretum additur,* μηκέτι, *aut* in, *& apud Sanctum Hieronymum,* vltra. ζ In malo granato, in aqua plantata.] *Apud Sanctum* Hieronymum, in malis granatis, *& illud,* plantata, *referendum est ad vitem, vel vineam. Aliqui, ac Theodoretus habent,* ῥόας ἐν ὕδατι πεφυτευμένης, mali granati in aqua plantati. E η Vindicati sunt.] *Ita apud Sanctum* Hieronymum *etiam in comm. licet, quid sibi velit ista loquutio hoc loco, nescire se fateatur. Videtur tamen referri posse ad hostes, qui de ea vindictam sumpserint. Nonnulli, ac Theodoretus habent,* ἐξεδικήθησαν, καὶ ἐξηράνθησαν αἱ ῥάβδοι vindicatæ sunt, & arefactæ sunt virgæ. θ Sine aqua.] *Ita etiam apud Sanctum Hieronymum. Nonnulli, ac Theodoretus addunt,* καὶ διψώσῃ, & sitienti. ι Fortitudinis. Tribus in parabolam lamentationis est.] *Corrigendum enim pro* θρόνος, θρῆνος. *Sic autem omnino apud Sanctum* Hieronymum. *In quibusdam vero, & apud Theodoretũ hic locus sic habet,* καὶ οὐκ ἔσται ἐν αὐτῇ ῥάβδος ἰσχύος φυλῆς (*al.* φυλὴ) σκῆπτρον εἰς τὸ ἐξουσιάζειν, εἰς παραβολὴν θρήνου (*al.* θρήνων) ἐστιν. Et non erit in ea virga fortitudinis tribus, (*si tribus accipiatur in recto, est aliquantulum seiungenda à præcedentibus, & coniungenda cum sequentibus,*) Sceptrum ad dominandum, in parabolam lamentationis (*al.* lamentationum) est, *&c. Sed sceptrum & tribus videri possunt duæ interpretationes: quod ex alijs locis notatis constare potest: & in hoc eodem capite paulo superius notauit* Sanctus Hieronymus *lxx. pro,* in sceptra dominantium, *vertisse,* in tribum ducum.

CAP.

CAP. XX.

A

ET factum est in anno septimo, [a] quinta decima mensis, venerunt viri de senioribus domus Israel ad interrogandum Dominum, & sederunt ante faciem meam. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis loquere ad seniores domus Israel, & dices ad eos. Hæc dicit Dominus: Si ad interrogandum me venitis? Viuo ego, [c] si respondero vobis, ait Dominus, si vltus fuero eos vltione fili hominis. Iniquitates patrum eorum contestare eis, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Ex qua die elegi domum Israel, & notus factus sum semini domus Iacob, & cognitus eis in terra Ægypti, & suscepi manu mea eos, dicens, Ego Dominus Deus vester; in die illa apprehendi eos manu mea; vt educerem eos de terra Ægypti in terram, quam paraui eis, terram fluentem lacte, & melle, [y] fauus est vltra omnem terram. Et dixi ad eos: Vnusquisque [d] abominationes oculorum suorum proijciat, & in [e] adinuentionibus Ægypti non polluamini. Ego Dominus Deus vester. Et recesserunt à me, & noluerunt exaudire me: abominationes oculorum suorum non proiecerunt, & adinuentiones Ægypti non reliquerunt. Et dixi effundere indignationem meam super eos, implere iram meam in eis in medio Ægypti. Et feci, vt nomen meum omnino non violaretur coram gentibus, quarum ipsi sunt in medio earum, in quibus cognitus eram ad eos coram illis, vt educerem eos de terra Ægypti. [ζ] Et adduxi eos in desertum, & dedi eis præcepta mea, & iustificationes meas notas feci eis, quæ faciet ea homo, & viuet in illis. Et sabbata mea dedi eis, vt esset in signũ inter me, & eos, vt scirent ipsi, quia ego Dominus sanctificans eos. [n] Et dixi ad domum Israel in deserto: In præceptis meis ambulate. [θ] Et non ambulauerunt, & iustificationes meas repulerũt, quas faciet eas homo, & viuet in eis: & sabbata mea violauerunt vehementer. Et dixi, vt effunderem furorem meum super eos in deserto, vt consumerem eos. Et feci, vt nomen meum omnino non violaretur coram gentibus, de quibus eduxi eos ante oculos earum. Et ego leuaui manum meam super eos in deserto omnino, vt non introducerem eos in terrã, quam dedi eis, terram fluentem lacte, & melle, fauus est vltra omnem terram: eo quòd iustificationes meas repulerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt in eis, & sabbata mea violauerunt, & post cogitationes cordis sui ambulauerunt. Et pepercit oculus meus super eos, [i] delere eos, & non feci eos in consumptionem in deserto. Et dixi ad filios eorum in deserto: In legitimis patrum vestrorum nolite incedere, & iustificationes eorum non custodiatis, & in adinuentionibus eorum ne [x] commisceamini, & ne polluamini: Ego Dominus Deus vester. In præceptis meis ambulate, & iustificationes meas custodite, & facite eas: & sabbata mea sanctificate: & sit signum inter me & vos ad sciendum, quia ego Dominus Deus vester. Et [λ] exacerbauerunt me, & filij eorum in præceptis meis non ambularunt, & iustificationes meas non custodierunt ad faciendum eas, quas faciet homo, & viuet in eis: & sabbata mea violauerunt. Et dixi effundere furorem meum super eos in deserto, complere iram meam super eos. [μ] Et feci, vt nomen meum omnino non violaretur coram gentibus; [v] & eduxi eos ante oculos earum. Leuaui manum meam super eos in deserto, vt dispergerem illos in nationibus, disseminarem eos in regionibus, eo quòd iustificationes meas

non

A non fecerant,& præcepta mea repulerant, & ſabbata mea violauerant, & poſt cogitationes patrum ſuorum fecerant oculi ipſorum. Et ego dedi eis præcepta non bona,& iuſtificationes,in quibus non viuent in eis.Et polluam eos in ᵍ dogmatibus eorum, in ᵃ transducendo me omne adaperiens vuluam, vt delerem eos. Idcirco loquere ad domum Iſrael fili hominis,& dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Vſque ad hoc ad iracundiam prouocauerunt me patres veſtri in delictis ſuis, in quibus corruerunt in me: & introduxi eos in terram, ſuper quam leuaui manum meam, vt darem eam illis. Videruntque omnem collem excelſum,& omne lignum nemoroſum,& immolauerunt ibi Dijs ᵃ ſuis,& poſuerunt B ibi odorem fragrantiæ,& libauerunt ibi libamina ſua. Et dixi ad eos: Quid eſt ᶠ Abama; quia vos intratis illuc? Et vocauerunt nomen eius Abama vſque in hodiernum diem. Propterea dic ad domum Iſrael: Hæc dicit Dominus: Si in iniquitatibus patrum veſtrorum vos polluimini,& poſt abominationes veſtras vos fornicamini,& in primitijs donorum veſtrorum,in ſegregationibus, ᵃ quibus vos polluimini in omnibus cogitationibus veſtris vſque in hodiernum diẽ; & ego reſpondebo vobis domus Iſrael? Viuo ego, dicit Dominus, ſi reſpondebo vobis. Et, ſi aſcendet in ſpiritum veſtrum hoc; & non erit, quomodo vos dicitis, erimus ſicut gentes,& ſicut tribus terræ,colendo ligna,& lapides. Propterea viC uo ego, dicit Dominus, in manu valida,& in brachio excelſo, & in furore effuſo regnabo ſuper vos. Et educam vos de populis, & recipiam vos de regionibus, vbi diſperſi eſtis in eis, in manu valida, & in brachio excelſo, & in furore effuſo. Et adducam vos in deſertum populorum,& iudicabor vobiſcum ibi facie ad faciem. Sicut iudicio contendi aduerſus patres veſtros in deſerto terræ Ægypti: ſic iudicabo vos, dicit Dominus. Et tranſire faciam vos ſub virga mea, & introducam vos in ᵣ numero: & ſeligam è vobis impios,& rebelles: quoniam de terra incolatus eorum educam eos: & in terram Iſrael non ingredientur. Et ſcietis, quia ego Dominus Dominus. Et vos domus Iſrael, hæc dicit Dominus D Dominus: Vnuſquiſque adinuentiones ſuas auferte;& poſt hæc, ſi vos exaudieritis me,& nomen ſanctum meum non pollueritis vltra in muneribus veſtris, & in ſtudijs veſtris; quia ſuper montem ſanctum meum, ſuper montem excelſum, ait Dominus Dominus, ibi ſeruient mihi omnis domus Iſrael in finem. Et ibi ſuſcipiam,& ibi requiram primitias veſtras,& primitias ſegregationum veſtrarum in omnibus ſanctificationibus veſtris: in odore ſuauitatis ſuſcipiam vos; cum eduxero vos de populis, & ſuſcepero vos de regionibus, in quas diſperſi eſtis in eas: & ſanctificabor in vobis ante oculos populorum. Et ſcietis, quia ego Dominus, in introducendo me vos in terram Iſrael, in terram, in quam E leuaui manum meam ad dandam eam patribus veſtris. Et recordabimini ibi viarum veſtrarum, & adinuentionum veſtrarum, in quibus polluti eſtis in eis: & ᵘ percutietis facies veſtras in omnibus malitijs veſtris. Et ſcietis, quia ego Dominus, in faciendo me vobis ſic; vt nomen meum non polluatur ſecundum vias veſtras malas,& ſecundum adinuentiones veſtras corruptas, ait Dominus. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: Fili hominis obfirma faciem tuam ſuper Thæman,& reſpice ſuper Darom,& vaticinare ſuper ſaltum ducem ᵃ Nageb,& dices ſaltui Nageb: Audi ſermonem Domini: Hæc dicit Dominus: Ecce ego ſuccendo in te ignem, & deuorabit in te omne lignum viride, & omne li-

gnum aridum. Non extinguetur flamma succensa: & ardebit in ea omnis facies à Subsolano vsque ad Aquilonem. Et cognoscet omnis caro, quia ego Dominus succendi illum: non extinguetur. Et dixi: Nequaquam Domine Domine: ipsi dicunt ad me: Nonne parabola est, quæ dicitur hæc? A

α Quintadecima mensis.] *Cæteri*, ἐν τῷ πέμπτῳ μηνὶ, δεκάτη τοῦ μηνὸς, in quinto mense, decima mensis. β Si respondero.] *Sanctus Hieronymus*: Symmachus manifestius transtulit, non respondebo vobis. γ Fauus.] *Schol.* Hebræus autem dixit, καλλίστην, optimam. Symmachus dixit στάσις, status, statum vocans, esse ibi sacerdotium dicatum Deo. *Sanctus Hieronymus tribuit Aquilæ primæ editioni*, firmamentum, *secundæ*, inclytum, *Symmacho*, regionem, *Theodotioni*, fortitudinem. δ Abominationes.] *Sanctus Hieronymus ex Symmacho* nauseas, *ex Aquilæ secunda editione*, abscisiones. ε Adinuentionibus,] *Idem ex Aquilæ prima editione*, inquinamenta, *ex secunda*, *&* Symmacho, *&* Theodotione, idola. ζ Et adduxi.] *In cæteris hæc antecedunt*, καὶ ἐξήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς αἰγύπτου, Et eduxi eos de terra Ægypti. η Et dixi ad domum Israel in deserto: In præceptis meis ambulate.] *Sunt apud Theodoretum, & in omnibus collatis codicibus: absunt tamen à Complut. vt à vulgata.* θ Et non ambulauerunt.] *In aliquo codice, & apud Theodoretum hæc antecedunt*, καὶ παρεπίκρανάν με ὁ οἶκος ἰσραὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ, & irritauerunt me domus Israel in deserto, *vt vulgata. In alijs adduntur etiam plura, quæ coagmentationem quandam interpretationum indicant.* ι Delere eos.] *In quibusdam & apud Theodoretum est*, τοῦ μὴ ἐξαλεῖψαι, *& apud Sanctum* Hieronymum, ne delerem. κ Commisceamini.] *Corrigendum in nostra*, συναναμίσγεσθε. λ Et exacerbauerunt.] *Apud Iustinum in dialogo cum Triphone est*, καὶ παρεπικράνατέ με, καὶ τὰ τέκνα ὑμῶν ἐν τοῖς προστάγμασι, *&c.* Et exacerbastis me, & filij vestri in præceptis, *&c.* μ Feci.] *Aliqui libri, & Iustinus*, οὐκ ἐποίησα, non feci. ν Et eduxi.] *In plerisque est*, ὧν ἐξήγαγον, de quibus eduxi. ξ Dogmatibus.] *Nonnulli, & Theodoretus*, δόμασι, donis. ο In transducendo me.] *Sanctus Hieronymus videtur afferre ex vulgata antiqua*, cum transducerent. π Suis.] *In quibusdam, & apud Theodoretum sequitur*, καὶ ἔταξαν ἐκεῖ θυμὸν (*Complut.* ὀργὴν) δώρων αὐτῶν, *& apud Sanctum Hieronymum*, & posuerunt ibi furorem munerum suorum. ρ Abama.] *Theodoretus ex Symmacho*, βαμὰ, Bama: *additque locum factum esse insignem ex impietate erga idola: quod Scholiastes refert etiam ex Apollinario. Aliud Scholion.* Secundum quidem Syros λίθος lapis, hebræus autem habet, Quid est Bamma? quod quidē vocatur altare Idolorum. Altaria enim Dei vocantur βεσμά. Besma. *In plerisque libris est*, ἀβανὰ, *aut* ἀββανὰ, *quomodo inquit Sanctus* Hieronymus *errorem obtinuisse, vt in lxx. scriberetur: ac diligenter de isto vocabulo disputat. De quo etiam alibi notatum est. Aliud Schol.* Abbana exponitur lapis. Inquit igitur mirandum esse, si tanquam Deum, lapidem colatis. σ Quibus vos polluimini.] *In multis est*, ὧν ὑμῶν ἐν πυρὶ ὑμεῖς μιαίνεσθε filiorum vestrorum in igni vos polluimini: *in quibusdam, & apud Theodoretū*, ὑμῶν ἐν τῷ διάγειν τὰ τέκνα ὑμῶν ἐν πυρὶ ὑμεῖς μιαίνεσθε, vestris in transducendo vos filios vestros in igni vos polluimini. τ Numero.] *In plerisque, & apud Theodoretum additur*, τῆς διαθήκης, testamenti, *apud Eusebium lib. 2 Euang. Demon. præterea*, μου, mei. υ Percutietis.] *Aq.* δυσαρεστήσεσθε, displicebitis vobis, *vt vulgata nostra. Th.* προσοχθιεῖτε, infensi eritis. *Symmachus*, μικροὶ φανήσεσθε, *& Sanctus* Hieronymus *ex eodem*, paruuli vobis videbimini. φ Nageb.] *De hoc Sanctus Hieronymus, & nos alibi, itemque de subsolano. Theodoretus*, Thæman græca lingua meridies est, & Darom (*al.* δαρούμ,) Liba significat, Nageb vero austrum. Et ita Symmachus interpretatus est, υἱὲ ἀνθρώπου στήρισον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸν νότον ὁδὸν λιβὸς, καὶ προφήτευσον περὶ τοῦ δρυμοῦ τῆς χώρας τῆς μεσημβρινῆς, Fili hominis firma faciem tuam super austrum viam Libis, & propheta de silua in regione meridiana. B C D

CAP. XXI.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Idcirco vaticinare fili hominis, obfirma faciem tuam super Hierusalem, & aspice ad sancta eorum: & prophetabis super terram Israel, & dices ad terram Israel: Hæc dicit Dominus: Ecce ego ad te & educam gladium meum de vagina sua, & interficiam ex te iniquum, & iniustum, eo quòd exterminabo ex te iniustum, & iniquum; sic egredietur gladius meus de vagina sua super omnē carnem à Subsolano vsque ad Aquilonē: & cognoscet omnis caro: quia ego Dominus eduxi gladiū meū de vagina sua: non reuertetur vltra. Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum tuorū: & in doloribus gemes ante oculos eorū. Eritque, si dixerint ad te, quare tu gemis? & dices: propter nunciū: quia venit, & quassabitur omne cor, & vniuersæ manus dissoluentur, & exanimabitur omnis caro, & omnis spiritus: & omnia fœmora polluentur humore. Ecce venit, * ait Dominus. Et factus est sermo Domini ad me, dicēs: Fili hominis propheta, & dices: Hæc dicit Dominus: Dic: Gladius, gladius acuere, & irascere, vt iugules: acuere, vt sis in fulgorē, paratus ad E

A tus ad dissolutionẽ: interfice, contemne, repelle omne lignũ. Et dedit eũ paratũ,[β] vt teneat manus ipsius. Exacutus est gladius, est paratus, vt detur ipse in manum interficientis. Clama, & vlula fili hominis: quia hic factus est in populo meo, hic in ducibus Israel: [γ] inhabitabũt, propter gladium fuit in populo meo. Idcirco plaude super manum tuam: quia[δ] iustificatus est. Et quid, si etiam tribus repulsa fuerit? Non erit, dicit Dominus Dominus. Et tu fili hominis propheta, & plaude manu ad manum, & duplica gladium: tertius gladius interfectorum est, gladius interfectorum magnus. Et obstupescere facies eos, vt[ε] non quassetur cor, & multiplicentur infirmi super omnem portam: traditi sunt in iugulationes gladij: [ζ] bene factus est ad iugulationem, bene factus est ad fulgorem.
B [η] Et transi, exacuere à dextris, & à sinistris, quocunque facies tua exurrexerit. Et ego autem plaudam manu mea ad manum meam, & immittam furorem meũ: ego Dominus loquutus sum. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Et tu fili hominis statue tibi duas vias, vt ingrediatur gladius regis Babylonis. De regione vna egredientur [θ] ambæ: & [ι] manus in principio viæ ciuitatis: super principium viæ constitues, vt ingrediatur gladius super Rabbath filiorum Ammon, & super Iudæam, & super Hierusalem [κ] in medio eius. Stabit enim rex Babylonis super antiquam viam, in principio duarum viarum ad diuinandum diuinationẽ, ad [λ] faciendum ebullire virgam, & interrogandum in sculptilibus, [μ] & iecur spe-
C culandum; à dextris suis, facta est diuinatio super Hierusalem, ad iaciẽdum vallum, ad aperiendum os in clamore, ad exaltandum vocem cum [ν] vociferatione, ad iaciendum vallum super portas eius, & iaciendum aggerem, & ædificandas machinas iaculatrices. Et ipse, quasi diuinans diuinationem [ξ] coram eis: & ipse rememorans [ο] iniquitatum eius ad recordandum. Idcirco hæc dicit Dominus: Pro eo, quòd in memoriam reuocastis iniquitates vestras, cum reuelarentur impietates vestræ, vt viderentur peccata vestra, in [π] omnibus impietatibus vestris, & in adinuentionibus vestris, pro eo, quòd in memoriam reuocastis; in istis capiemini. Et tu prophane, inique, Dux Israel, cuius venit dies, in tempore iniqui-
D tatis, finis: Hæc dicit Dominus: [ρ] Abstulisti cidarim, & imposuisti coronam: [σ] ei non erit talis. Humiliasti excelsum; & subleuasti humile. Iniquitatem, iniquitatem, [τ] iniquitatem ponam eam. [υ] Væ ei, talis erit, donec veniat, cui debetur, & tradam ei. Et tu fili hominis propheta, & dices: Hæc dicit Dominus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum: Et dices: Gladius, gladius eductus ad iugulationes, & eductus ad consummationem, exurge, vt splendeas, in visione tua vana, & in diuinando te falsa, vt dareris super colla vulneratorum iniquorum: venit dies in tempore iniquitatis, finis. [φ] Reuertere, ne maneas: in loco, in quo genitus es, in terra propria tua iudicabo te: & effundam super te iram meam: in
E igne iræ meæ sufflabo in te: & tradam te in manus virorum babarorum fabricantium corruptiones. In igne eris cibus: sanguis tuus erit in medio terræ tuæ. Non erit tui memoria: quia ego Dominus loquutus sum.

α Ait Dominus.] *In plerisque*, καὶ ἔσται, λέγει ἀδωναῒ κύριος, *aut* λέγει κύριος ὁ θεός, *& apud S. Hieronymum*, & erit, dicit Dominus Deus. β Vt teneat manus ipsius.] *Idest, vt manus Nabuchodonosor eum teneat. Et in quibusdam est*, τοῦ κρατεῖν εἰς χεῖρας αὐτοῦ, in manus eius ad tenendum. *In alijs vero*, τοῦ κρατεῖν χεῖρα αὐτῆς, ad tenendam manum ipsius gladij: *quod non videtur satis apte dici*. γ Inhabitabunt: propter gladium fuit in populo meo.] *Multi ex hebraico putant vertendũ*, timores ob gladium fuerunt populo meo. *In aliquot codicibus & apud Theodoretum est*, οἱ παροικοῦντές μοι εἰς ῥομφαίαν ἐγένοντο σὺν τῷ λαῷ μου, qui habitabant prope me (*idque Theodo-*

Theodoretus de sacerdotibus dictum accipit) in gladium facti sunt cum populo meo. *Sanctus Hieronymus:* Rursum vbi nos diximus, qui fugerant, gladio traditi sunt, & illi (*idest lxx.*) & alij transtulerunt, hospites mei, siue habitatores. δ Iustificatus est.] *Aquila*, ὅτι ἠρεύνησε, quia examinauit. ε Vt non quassetur cor.] *A cæteris abest negatio* μὴ, *& in quibusdam, & apud Theodoretum additur*, αὐτῶν, vt quassetur (*vel*, percutiatur) cor eorum. ζ Bene.] *Ita etiam Theodoretus. In quibusdam est*, εὖγε, euge, *itemque paulo post*, η Et transi.] *Nonnulli, & Theodoretus*, ὡς ἀστραπὴ διαπορεύου, tanquam fulgur transi. θ Ambæ.] *Idest*, viæ: *& respondet hebræo. In quibusdam, & apud Theodor. est*, αἱ δύο ἀρχαὶ, ambo principia, *aut* ἀρχαὶ δύο. ι Et manus in principio viæ ciuitatis.] *Nonnulli, ac Theodoretus*, ἑτοίμασον χεῖρα κεντοῦσαν, ἐν ἀρχῇ ὁδοῦ ἑκάστης πόλεως κεντοῦσαν, para manum pungentem, in principio viæ cuiusque ciuitatis pungentem. *Vbi* ἑτοίμασον, *&* κεντοῦσαν, *duæ videntur interpretationes, atque illud* ἑκάστης, *redundat. In alijs quibusdam*, καὶ χεῖρα ἑτοιμάσουσιν ἐν ἀρχῇ ὁδοῦ πόλεως *ac si legeretur* ἑτοίμασον, *fortasse responderet hebræo*, & manum, (*idest*, locum, *vt multi putant*) para in principio viæ ciuitatis. *Hoc autē loco* S. Hier. *inquit lxx. ab hebraico non tā sensu, quàm verbis in plerisque discordare.* κ In medio eius.] *In aliquo est*, ἐν πολιορκίᾳ, *vulgata*, munitissimam: *à Theodoreto abest vtrumque.* λ Ad faciendum ebullire.] *Polychronius:* Pro eo, quod est, iacere sagittas: hac enim dictione vsus est etiam hebræus. μ Et iecur speculandum.] *Pro* κατασκοπήσασθαι, *corrigendum*, ἀποσκοπήσασθαι. ν Vociferatione.] *In quibusdam, & apud Theodoretum est*, φωνῆς σάλπιγγος, clangore tubæ. ξ Coram eis.] *In aliquot libris, & apud Theodoretum sequitur*, ἑβδομάζοντες, (*al.* ἑβδομάζοντος, *Compl.* ἑβδομάζων) τὰς ἑβδομάδας αὐτοῖς, celebrantes (*aut*, celebrans) hebdomadas eis. *Quod in scholio tribuitur Theodotioni.* ο Iniquitatum eius ad recordandum.] *Apud Theodoretum, & in Compl. est*, ἀδικίαν αὐτῶν τοῦ συλληφθῆναι, iniquitatis eorum, vt capiantur. π In omnibus impietatibus vestris.] *Schol.* Non est apud hebræos. ρ Abstulisti.] *Ita etiam apud S. Hier. apud quem legenda varietas ex Symmacho. Theodoretus, & aliquis codex habent*, ἄφελε, *&* ἀπόθου, aufer, repelle. σ Ei non erit talis.] *Sic interpungendum. In quibusdam est*, αὐτή, *& apud S. Hier.* hæc non erit similis. τ Iniquitatem.] *Abest hoc tertio loco à plerisque: & S. Hier. testatur bis tantum à lxx esse positum.* υ Væ ei talis erit.] *Cæteri*, οὐδὲ αὐτὴ τοιαύτη ἔσται, *& apud S. Hier.* nec hæc talis erit. φ Reuertere.] *In alijs adiungitur*, εἰς τὸν κολεόν σου, in vaginam tuam.

CAP. XXII.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens: Et tu fili hominis, si iudicas ciuitatem sanguinum? Et ostende ei omnes iniquitates suas, & dices: Hæc dicit Dominus Dominus: O ciuitas effundens sanguinem in medio sui, vt veniat tempus eius, & faciens cogitationes contra semetipsam, vt pollueretur. In sanguinibus eorū, quos effudisti, deliquisti: & in cogitationibus tuis, quas faciebas, polluta es: & appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus annorum tuorum. Propterea dedi te in opprobrium gentibus, & in irrisionem omnibus regionibus, quæ sunt iuxta te, & quæ procul absunt à te: & α illudet in te, immunda, nominata, & multa in iniquitatibus. Ecce duces domus Israel, vnusquisque ad cognatos suos, miscuerunt se in te, vt effundant sanguinem. Patrem, & matrem maledicebant in te: aduersus aduenam conuersabantur in iniquitatibus in te: pupillum, & viduam opprimebant: & sancta mea spernebant, & sabbata mea polluebant in te. Viri β latrones in te, vt effunderent in te sanguinem: & super montes comedebant in te: scelerata faciebant in medio tui. Verecundiā patris discooperuerunt in te, & in immundicijs menstruis desidentem humiliabant in te: vnusquisque in vxorem proximi sui inique agebant; & vnusquisque nurum suam polluebat in impietate: & vnusquisque sororem suam filiam patris sui humiliabant in te. Munera accipiebant in te, vt effunderent sanguinem: vsuram, & superabundantiam accipiebant in te: & γ consummasti consummationē malitiæ tuæ, δ quæ in oppressione: mei autem oblita es, ait Dominus. Si autem ε inducam manum meam super ijs, quæ consummasti, quæ fecisti, & super sanguinibus tuis, qui facti sunt in medio tui; si subsistet cor tuum? si præualebunt manus tuæ in diebus, quos ego facio in te? Ego Dominus loquutus sum, & faciam. Et dispergam te in gentibus, & disseminabo te in regionibus: & deficiet immundicia tua ex te: & ζ hæreditabo in te ante oculos gentium: & scietis, quia ego

A ego Dominus. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, ecce facti sunt mihi domus Israel, admisti omnes ære, & ferro, & stanno, & plumbo: in medio argenti [η] admista est. Propterea dic: Hæc dicit Dominus, Dominus: Eo quòd facti estis in [θ] commistionem vnam; idcirco ego recipiam vos in medium Hierusalem, sicut recipitur argẽtum, & æs, & ferrum, & stannum, & plumbum in medium fornacis ad sufflandum ignem in [ι] illud, vt confletur. Sic recipiam in ira mea, & congregabo, & conflabo vos: & sufflabo in vos in igne iræ meæ: & conflabimini in medio eius. Sicut conflatur argentum in medio fornacis; sic conflabimini in medio eius: & scietis, quia ego Dominus effudi indignationem meam super vos. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili ho-B minis dic ei: Tu es terra non irrigata, neque pluuia facta est super te in die iræ. Cuius duces in medio eius, sicut leones rugientes, rapinas rapiẽtes, deuorantes animas in potentia, & precia accipientes. [κ] Et viduæ tuæ multiplicatæ sunt in medio tui. Et sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerunt sancta mea. Inter sanctum, & prophanum non distinguebant, & inter immundum, & mundum non distinguebant, & à sabbatis meis cooperiebant oculos suos: & coinquinabar in medio eorum. Principes eius in medio illius, quasi lupi rapientes rapinas, ad effundendum [λ] sanguinem, vt per auaritiam plus acquirant. Et C prophetæ eius [μ] vngentes eos, cadent, videntes vana, diuinantes mendacia, dicentes, hæc dicit Dominus, & Dominus non est loquutus: populum terræ vexantes iniustitia, & diripientes rapinas, egenum, & pauperem per potentiam opprimentes, & erga aduenam non conuersantes cum iudicio. Et quærebam de eis virum, qui conuersaretur recte, & [ν] staret ante faciem meam integre in tempore [ξ] iræ, vt non in finem delerem eam: & non inueni. Et effudi super eam furorem meum in igne iræ meæ ad consummandum. Vias eorum in capita eorum dedi, dicit Dominus Dominus.

α Et illudentia te.] *Aut*, tibi, *vt Sanctus* Hieronymus, *& in quibusdam codicibus est*, ἐμπαίξοντά σοι. *In no-* D *stra autem, vbi* ἐμπαίξεται, *corrigendum*, ἐμπαίξονται. β Latrones.] *In alijs est*, λησταὶ ἦσαν, latrones erant. *Typographus omisit* λησταὶ *quod retinendum erat; retinuit* ἦσαν, *quod in Vaticano non est.* γ Consummasti.] *Videtur bene respondere sententiæ. In alijs, & apud Theodoretum est*, συντελέσω, *& apud* S. Hier. *ex antiqua*, complebo. δ Quæ in oppressione.] τῶν ἐν καταδυναστείᾳ, *vt referatur ad*, consummationem, *in aliquo est*, τῆς, *vt referatur ad*, malitiæ. *Apud S. Hier. est*, maliciæ tuæ in oppressione tua. ε Inducam.] *Corrigendum in nostra*, ἐπάξω, *vt in Vaticano: & in vno alio est*, ἰδοὺ οὖν ἐπάξω χεῖρά μου ἐφ' οἷς συνετέλεσας, καὶ οἷς ἐποίησας. Ecce igitur inducam manum meam pro ijs, quæ consummasti, & quæ fecisti. *In alijs autem est*, ἐὰν δὲ (*Theodoretus*, ἰδοὺ οὖν) πατάξω χεῖρά μου πρὸς χεῖρά μου, si autem percussero manum meam ad manum meam. ζ Hæreditabo in te.] *Vel*, possidebo te, *vt S. Hier. pro quo inquit Aquilam in prima editione, ac Theodotionem dixiße*, & contaminabo te, *Symmachum vero*, & vulnerabo te. η Admista est.] *Nimirum domus Israel. In alijs est*, ἀναμεμιγμένοι, admisti, *aut* ἀναμεμιγμένον, *idest tota illa massa deterioris metalli.* θ Commistionem.] *Sic testatur* S. Hier. *etiam Aquilam vertisse in secunda translatione, quod in prima dixerit*, στέμφυλον, *&* γίγαρτον, (*quod vtrumque acinum vinacij significat*) *Symmachus autem scoriam.* ι Illud.] αὐτό, *idest massam illam. Nonnulli,* E *& Theodoretus habent*, εἰς αὐτήν, in eam, *idest fornacem.* κ Et viduæ tuæ multiplicatæ sunt in medio tui.] *Aliquot codices, & Theodoretus*, τὰς χήρας αὐτῆς ἐπλήθυναν ἐν μέσῳ αὐτῆς, viduas eius multiplicauerunt in medio illius: *vt vulgata nostra.* λ Sanguinem.] *In nonnullis, & apud Theodoretum additur*, τοῦ ἀπολέσαι ψυχάς, ad perdendum animas. μ Vngentes eos.] *Aut*, linientes. *Schol.* Hebræus sic dicit, ἤλειφον αὐτοὺς πηλῷ ἄνευ ἀχύρου, liniebant eos luto absque palea. ν Ante faciem meam integre.] *Plerique, ac Theodoretus*, ἐν διακοπῇ φραγμοῦ πρὸ προσώπου μου, in sepis intercisione ante faciem meam. ξ Iræ.] *Theodor. & Compl.* τῆς γῆς, terræ.

C A P. XXIII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, duæ mulieres fuerunt filiæ matris vnius: & fornicatæ sunt in Ægypto in adolescentia sua: ibi ceciderunt vbera earum: & ibi deuirginatæ sunt. Et nomina earũ

fuerunt, Oola senior, & [a] Ooliba soror eius. Et factæ sunt mihi, & pepererunt filios, & filias. Et nomina earum, Samaria fuit Oola, & Hierusalem fuit Ooliba. Et fornicata est Oola à me, & adhæsit super amatores suos, super Assyrios, qui appropinquabant ei, indutos hyacinthinis, principes, & duces: [β] iuuenes, & electi, omnes equites equitantes super equos. Et dedit fornicationem suam super eos: ([γ] electi filij Assyriorum omnes) & super omnes, ad quos adhæsit, in omnibus adinuentionibus [δ] ipsis polluebatur. Et fornicationem suam ex Ægypto non reliquit: quia cum ipsa dormiebant in adolescentia eius, & ipsi deuirginauerant eam, & effuderant fornicationem suam super eam. Propterea tradidi eam in manus amatorum eius, in manus filiorum Assyriorum, ad quos adhæsit. Ipsi discooperuerunt ignominiam eius: filios, & filias illius tulerunt, & ipsam in gladio occiderunt. Et facta est sermo apud mulieres: & fecerunt vltiones in ea in filias. Et vidit soror eius Ooliba, & corrupit [ε] applicationem suam super eam, & fornicationem suam super fornicationem sororis suæ: super filios Assyriorum adhæsit, principes, & duces, qui prope eam, indutos [ζ] preciosis, equites equitãtes super equos: [η] adolescentes electi omnes. Et vidi, quia polluta est via vna ambarum: & adiecit ad fornicationem suam: & vidit viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum, depictos [θ] in stylo accinctos variegatis super lumbos suos, [ι] tincta & super capita eorum, aspectus [κ] triplex omnium, similitudo filiorum Chaldæorum terræ patriæ [λ] eius. Et adhæsit super eos aspectu oculorum suorum: & misit nuncios ad eos in terram Chaldæorum: & venerunt ad eã filij Babylonis ad cubile diuertentium: & polluerũt eam in fornicatione [μ] eius: & polluta est in eis: & recessit anima eius ab illis. Et reuelauit fornicationem suam, & reuelauit ignominiam suam. Et recessit anima mea ab ea; sicut recessit anima mea à sorore eius. Et multiplicasti fornicationem tuam, recordando [ν] diei adolescentiæ suæ, in quibus fornicata es in Ægypto: & adhæsisti super Chaldæos, quorum, velut asinorum, carnes eorum, & [ξ] verenda equorum, verenda eorum: & [ο] visitasti iniquitatem adolescentiæ tuæ, quæ faciebas in Ægypto in diuersorio tuo, vbi mammæ [π] adolescentiæ tuæ. Propterea Ooliba, hæc dicit Dominus: Ecce ego suscito amatores tuos super te; à quibus recessit anima tua ab eis: & adducam eos super te per circuitum filios Babylonis, & omnes Chaldæos, [ρ] Phacuc, & Sue, & Hycue, & omnes filios Assyriorum cum eis, iuuenes electos duces, & magistratus, omnes [σ] tristatas, & nominatos equitantes in equis. Et cuncti venient super te ab Aquilone, currus, & rotæ cum multitudine populorum, clypei, & peltæ: & [τ] mittet custodiam super te in circuitu. Et dabo ante faciem eorum iudicium: & iudicabunt te in iudicijs suis. Et dabo zelum meum in te: & facient tecum in ira furoris. Nasum tuum, & aures tuas auferent: & reliquos tuos in gladio deijcient. Ipsi filios tuos, & filias tuas tollent: & residuos tuos deuorabit ignis: & denudabunt te vestimento tuo, & tollent vasa gloriationis tuæ. Et auertam impietates tuas à te, & fornicationem tuam de terra Ægypti: & non eleuabis oculos tuos ad eos: & Ægypti non recordaberis amplius. Quia hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego trado te in manus eorum, quos odio habes, à quibus recessit anima tua ab eis. Et facient in te in odio: & tollent omnes labores tuos, & [υ] ærumnas tuas: & eris nuda, & ignominiæ plena: & reuelabitur ignominia fornicationis tuæ. Et impietas tua, & fornicatio tua

fecerunt

A fecerunt hæc tibi, in fornicando te post gentes: & polluta es in cogitationibus earum. In via sororis tuæ ambulasti: & dabo calicem eius in manus tuas. Hæc dicit Dominus: Calicem sororis tuæ bibes, profundum, & latum, & abundantem ad complendam ebrietatem; & dissolutione repleberis: & calicem perditionis, calicem sororis tuæ Samariæ bibes ※ illum: & festiuitates, & neomenias eius auferam: quia ego loquutus sum, ait Dominus. Propterea hæc dicit Dominus: Quia oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuum, & tu accipe impietatem tuã, & fornicationem tuam. Et dixit Dominus ad me: Fili hominis ⸔ nonne iudicabis Oolam, & Oolibam, & annunciabis eis iniquitates earum; quia mœchabantur, & sanguis in manibus ipsarum? Secundum adinuentiones suas mœchaban-B tur, & filios suos, quos genuerant mihi, traduxerunt eis per ignita; donec & ista fecerunt mihi: sancta mea polluerunt, & sabbata mea prophanauerunt: & in iugulando ipsos filios suos idolis suis, & ingrediebantur in sancta mea ad prophanandum illa: & quia sic faciebant in medio domus meæ: & quia viris venientibus de longe, quibus nuncios miserant ad eos; & simulac venissent, statim lauabaris, & stibio liniebas oculos tuos, & ornabaris ornatu: & sedebas super lectum stratum: & mensa ornata ante faciem ipsius. Et thymiama, & oleũ meũ, lætabantur in eis: & vocem harmoniæ personabant, & ad viros ex multitudi-C ne hominum venientes de deserto. Et dederunt armillas super manus eorum, & coronam gloriationis super capita eorum. Et dixi: Nonne in his mœchantur? & opera fornicariæ etiam ipsa fornicata est? Et ingrediebantur ad eam: quemadmodum ingrediuntur ad mulierem meretricem, ita ingrediebantur ad Oolam, & ad Oolibam, vt facerent iniquitatem. Et viri iusti hi: & vlciscentur eas vltione adulteræ, & vltione sanguinis: quia adulteræ sunt, & sanguis in manibus earum. Hæc dicit Dominus Dominus: Adduc super eas multitudinẽ: & da in eis tumultum, & rapinam: & lapida super eas lapides turbarum: & confodito eas in gladijs eorum. Filios earum, et filias earum interficient: et do-D mos earum incendent. Et auertam impietatem de terra: et discent omnes mulieres; et non facient secundum impietates earum. Et dabitur impietas vestra super vos: et peccata cogitationum vestrarum accipietis: et scietis, quia ego Dominus.

α Ooliba.] *Sic etiam vulgata nostra. In quibusdam, & apud Theodoretum additur,* ἡ νεωτέρα, iunior. β Iuuenes.] *In aliquo codice, & apud Theodoretum est,* νεανίσκοις ἐπιλέκτοις πάντας ἱππεῖς ἱππαζομένοις, iuuenes electos omnes equites equitantes, *&c. & Theodoretus addit,* ἐφ' ἵππων, in equis. γ Electi filij Assyriorum omnes.] *In quibusdam, & apud Theodoretum est,* ἐπὶ τοὺς ἐπιλέκτους (al. ἐκλεκτοὺς) υἱοὺς ἀσσυρίων πάντας, super electos filios Assyriorum omnes. δ Ipsis.] *In aliquo, & apud Theodoretum,* αὐτῆς, suis. *S. Hieron. videtur habuisse,* αὐτῶν, adinuentionibus eorum. ε Applicationem.] *Theodoretus:* Aquila τὴν ἐπίθεσιν, interpretatus est, ἐπιπόθησιν, libidinem. ϛ Adolescentes electi omnes.] *Rursus nonnulli,* νεανίσκους ἐπιλέκτους πάντας, adolescentes electos omnes. ζ Preciosis.] *Schol.* εὐπάρυφα, dixit pro κεκοσμημένα, ornatis. *Aliud Schol.* διαπόρφυρα, ποικιλτά, intexta cum purpura, variegata. S. Hieron. veste varia, siue preciosa. θ Depictos in stilo, accinctos variegatis.] *In quibusdam, & apud Theodoretum antecedit,* ἐν χρώμασιν. *quare ita interpungunt,* depictos in coloribus, in stylo accinctos: variegata super lumbos eorum. *Sed fieri potest, vt,* in coloribus, *&*, in stylo, *sint duæ eiusdem vocabuli hebraici interpretationes.* ι Tincta, &c.] *Videtur transpositum pro,* & tincta. *Apud Theodoretum est,* καὶ παραβαπταί, & tiaræ tinctæ: *quod respondet vulgatæ nostræ. In quibusdam vero codicibus coniungitur vtrumque,* παράβαπτα, καὶ τιάραι βαπταί. κ Aspectus triplex omnium.] *Theodoretus ex Symmacho,* ὄψις σκυλευτῶν πάντων, aspectus prædonum omnium. *S. Hier. videtur legisse in vulgata antiqua,* tristatarum omnium. λ Eius.] *In plerisque est,* αὐτῶν, eorum. μ Eius.] *Item hic in aliquo est,* αὐτῶν, sua ipsorum. ν Dici.] *In multis est,* ἡμέρας, dierum. ξ Verenda.] *Polychronius. Hebræus,* καὶ αἱ ἐξεγέρσεις αὐτῶν, ὡς ἵππων, & excitationes eorum, quasi equorum. ο Visitasti.] *Corrigendum in nostra pro,* ἐπεσκέψω, ἐπεσκέψω. π Adolescentiæ tuæ.] *In quibusdam antecedit* ἔπεσον, *in quibusdam, & apud Theodoretum sequitur,* ἔπεσον, ceciderunt.

runt. ρ Phacuc.] *Aquila*, ἐπισκέπτην, καὶ τύραννον, καὶ κορυφαῖον, visitatorem, & tyrannum, & ducem. *S.Hier. testatur etiam Symmachum, & Theodotionem posuisse nomina hebraica, vt lxx.* σ Tristatas.] *Videtur hoc loco* τριστοὺς, *idem valere, ac* τριστάτας, *quod est in aliquot codicibus, & apud Theodoretum*, S.Hieron. siue tristatas, quos nos principes principum interpretati sumus. *In aliquot libris vtrumque coniungitur*, τριστάτας τριστούς. τ Mittet.] *Alij* βαλοῦσι, *& apud S.Hier.* mittent. *Quæ autem antecedunt, eodem modo se habent apud S.Hier. atque in nostra. In quibusdam vero, & apud Theodoretum hoc modo*, ἀπὸ βοῤῥᾶ μεθ' ὅπλων, καὶ ἁρμάτων, καὶ τροχῶν, καὶ πλήθους λαῶν, καὶ θώρακας, καὶ ἀσπίδας, καὶ περικεφαλαίας περιθήσουσιν ἐπὶ σέ, ab Aquilone cum armis, & currubus, & rotis, & multitudine populorum. & thoraces, & clypeos, & galeas circumponent super te. υ Et ærumnas tuas.] *Ita etiam Theodoretus. A Complut. absunt: & videri possunt altera interpretatio eius, quod præcessit*, labores tuos. φ Latum.] *In cæteris hæc sequuntur, quæ quasi per parenthesim dicta sunt accipienda*, καὶ ἔσται εἰς γέλωτα, καὶ εἰς μυκτηρισμὸν, & erit in risum, & subsannationem. χ Illum.] *In aliquo codice, & apud Theodoretum sequuntur hæc*, καὶ ἐκστραγγιεῖς, καὶ τὰ ὄστρακα αὐτῆς καταφαγῇ (*Compl.* κατατρώξῃ) καὶ τοὺς μαστούς σου καταπλεῖς, & exhauries, & testas eius deuorabis, & vbera tua lacerabis. *Sed testatur S.Hier. pro his à lxx. dictum esse*, & festiuitates, *&c.* ψ Nonne.] *In multis est* εἰ, si. ω Eis per ignita.] *Idest idolis. Alij* αὐτοὶ (*aut* αὐτὰ αὐτοὶ) διὰ πυρὸς, ipsos ipsi per ignem. *Apud Theodoretum est tantum* διὰ πυρὸς, *quomodo fortasse habuit S.Hier. in vulgata antiqua.* αα Et quia sic.] *In aliquo est*, καὶ ἰδοὺ οὕτως, & ecce sic. ββ Et quia.] *Nonnulli*, καὶ ἔπεμπον, & mittebant. γγ Meum.] *In nonnullis additur*, ἐτίθεις ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ, ponebas ante eos, &. δδ Et ad viros.] *Illud*, &, *abest à quibusdam, sed non ab hebraico, & multi interpretantur*, & cum viris. εε Venientes.] *In multis, & apud Theodoretum additur*, οἰνωμένοις, ebrios: *quod etiam videtur apud S.Hier. agnosci ex vulgata antiqua. Sed dictio hebraica potius significat Sabæos, aut vndiquaque.* ζζ Sanguinis.] *In quibusdam, & apud Theodoretum est*, ἐκχέουσιν αἷμα, effundunt sanguinem: *sed melius in vno vetusto codice*, ἐκχεόντων αἷμα, effundentium sanguinem. ηη Et lapida super eas lapides turbarum, & confodito.] *Multi*, καὶ κατακεντήσουσιν, & confodient eas in gladijs suis. *Aliqui, & Theodoretus*, λιθοβοληθήτωσαν ἐν λίθοις ὄχλων, καὶ κατακεντείτωσαν & lapidentur lapidibus turbarum, & confodiant.

CAP. XXIV.

ET factus est sermo Domini ad me in anno nono, in mense decimo, decima mensis, dicens: Fili hominis scribe tibi [a] in diem ab hac die, qua obfirmatus est rex Babylonis super Hierusalē, ab hodierna die: & dic ad domum exasperantem, parabolam, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Pone lebetem, et infunde super eum aquam: et mitte in eum diuisiones, omnem incisuram bonam, crus, et humerum, carnibus separatis ab ossibus, de electis pecoribus assumpta: et incende ossa sub eis. Ferbuit, et sunt cocta ossa eius in medio illius. Propterea hæc dicit Dominus: O ciuitas sanguinum, lebes, in quo est rubigo in eo, et rubigo non est egressa ex eo: per partes suas protulit, non cecidit super eam sors: quia sanguis eius in medio illius est. Super leuissimam petram posui illum: non effudi illum super terram, ad operiendum super ipsum terra: vt ascenderet furor ad vlciscendum vltionem; dedi sanguinem eius super leuissimam petram, vt non operiretur. Propterea hæc dicit Dominus: Et [β] ego magnificabo [γ] torrem, et multiplicabo ligna, et succendam ignem; vt tabescant carnes, et imminuatur [δ] ius, et stet super [ε] carbones; vt exuratur, et concalescat æs eius, et tabescat in medio immunditiæ suæ, et deficiat rubigo eius. Et non exiet de ea, multa rubigo illius: confundetur rubigo eius, pro [ζ] eo, quòd contaminata es tu. Et quid erit, si non fueris emundata vltra, donec impleam furorem meū? Ego Dominus loquutus sum, et veniet, et faciam: non differam, [η] nec miserebor. Secundum vias tuas, et secundum [θ] cogitationes tuas iudicabo te, dicit Dominus. Propterea ego iudicabo te iuxta sanguines tuos: et iuxta cogitationes tuas iudicabo te, immunda, famosa, et nimia ad irritandum. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, ecce ego aufero à te [ι] desideria oculorum tuorum in [κ] præparatione non planges, nec [λ] flebis: gemitus sanguinis, renum luctus [μ] eris. [ν] Non erunt crines tui colligati super te, et calceamenta tua in pedibus tuis:

A bus tuis: non consolaberis in labijs eorum: & panem hominum non comedes. Et loquutus sum ad populum mane, sicut præceperat mihi, [ξ] vesperi: fecique mane. Sicut præceptum est mihi. Et dixit ad me populus: Non annuncias nobis quid sunt hæc, quæ tu facis? Et dixi ad eos: Sermo Domini factus est ad me, dicens: Dic ad domum Israel: Hæc dicit Dominus: Ecce ego contaminabo sancta mea, superbiam fortitudinis vestræ, desiderabilia oculorum vestrorum, & super quibus parcunt animæ vestræ. Et filij vestri, & filiæ vestræ, quos reliquistis, in gladio cadent: & facietis, sicut feci. Ab ore eorum non consolabimini, & panem virorum non comedetis, & comæ vestræ super capita vestra, & calceamenta vestra in pedibus vestris. Non plangetis, nec flebitis, & consumemini in iniquitatibus B vestris; & consolabimini vnusquisque fratrem suum. Et erit Iezechiel vobis in portentum. Secundum omnia, quæ [ο] feci, facietis. Cum venerint hæc; & cognoscetis, quoniam ego Dominus. Et tu fili hominis, nonne in die, quando abstulero fortitudinem ab eis, elationem gloriationis eorum, desideria oculorum eorum, & elationem animæ eorum, filios eorum, & filias eorum; in die illa veniet, qui saluus factus fuerit, ad te; vt annunciet tibi in auribus? In die illa aperietur os tuum ad eum, qui euaserit: loqueris, & nequaquam vltra reticebis: & eris eis in portentum; & cognoscent, quoniam ego Dominus.

C

α In diem.] *Apud S. Hieron. in vulgata antiqua est tantum,* diem. *In quibusdam vero codicibus, & apud Theodoretum est,* τὸ ὄνομα τῆς ἡμέρας, nomen diei. β Et ego.] *In quibusdam codicibus, & apud Theodoretum hæc antecedunt,* ὦ, (*al.* οὐαὶ) πόλις τῶν αἱμάτων,) *& apud S.* Hieron. væ ciuitas sanguinum. γ Torrem] *Ita etiam S.* Hier. *& Theodoretus. In aliquo est,* λαόν, populum. δ Ius.] *In plerisque additur,* καὶ τὰ ὀστᾶ συντεθήσονται, *al.* συμφρυγῇ, *al.* συμφρυγήσονται, *& apud S. Hier.* & ossa concrementur. ε Carbones.] *In multis additur,* αὐτῆς, *& apud S. Hier.* suos: *in quibusdam, & apud Theodoretum præterea,* κενή. inanis. *In his etiam, quæ sequuntur magna varietas. In aliquot codicibus, & apud Theodoretum sic habent,* ἐξάφθῃ, ὅπως προσκαυθῇ, καὶ θερμανθῇ καὶ συμφρυγῇ ὁ χαλκὸς αὐτῆς, καὶ τακῇ ἐν μέσῳ αὐτῆς ἡ ἀκαθαρσία αὐτῆς, καὶ ἐκλίπῃ ὁ ἰὸς αὐτῆς, καὶ ταπεινωθήσεται ὁ ἰὸς αὐτῆς, καὶ οὐ μὴ ἐξέλθῃ. *Apud S. Hier.* Incensa est, vt exuratur, & frigatur æs eius, & concremetur in medio illius immundicia eius, & deficiāt rubigo eius. Humiliabitur rubigo, & non exiet, *&c.* ζ Pro eo, quòd contaminata es tu.] *In multis, & apud Theodoretum est,* ἐν τῇ ἀκαθαρσίᾳ σου ζέμα, ἀνθ' ὧν ἐμιαίνου σὺ, καὶ οὐκ ἐκαθαρίσθης ἀπὸ ἀκαθαρσίας σου, *& apud S. Hier.* In immundicia tua zema (*idest feruor:*) pro eo, quòd contaminata es tu, & non D es emundata ab immundicia tua. η Nec miserebor.] *In nonnullis additur,* καὶ οὐ μὴ παρακληθῶ, *& apud S. Hier.* nec deprecabilis ero. θ Cogitationes.] *In alijs est,* ἐπιτηδεύματα, *& apud S. Hieron* adinuentiones: *quamuis hoc etiam modo solet interdum verti,* ἐνθυμήματα. ι Desideria.] *Schol. ex Theodoreto.* Hebræus, ἐπιθύμημα, desiderium. κ In præparatione.] *Sic apud S. Hieron. etiam in comm. & explicat, quid significet. Abest à Theodoreto.* λ Nec flebis.] *In quibusdam additur,* οὐδὲ μὴ ἔλθῃ σοι δάκρυα, *& apud S. Hier.* nec venient lachrymæ tibi. *In quibusdam vero, & apud Theodoretum additur præterea,* στέναξε (*al.* στέναξαι) σιγῶν, geme tacens. μ Eris.] *Plerique* ἔσῃ, *& apud S. Hieronymum,* est. *In quibusdam vero sequitur præterea,* ἀνθρώπινον πένθος οὐ ποιήσῃ, humanum luctum non facies. ν Non erunt.] *Abest negatio ab aliquot codicibus, & Theodoreto, & S. Hieronymo.* ξ Vesperi.] *In plerisque, & apud Theodoretum est,* καὶ ἀπέθανεν ἡ γυνή μου ἑσπέρας, & mortua est vxor mea vesperi. ο Feci.] *Alij,* ἐποίησε, *& apud S. Hier.* fecit.

CAP. XXV.

E ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, obfirma faciem tuam super filios Ammon, & propheta super eos, & dices filijs Ammon. Audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus: Pro eo, quòd gauisi estis super sancta mea, quia polluta sunt, & super terram Israel, quia desolata est, & super domum Iuda, quia abierūt in captiuitatē; idcirco ecce ego trado vos [α] filijs Cedem in hæreditatem: & habitabunt in [β] impedimentis suis in te, & dabunt in te tentoria sua: ipsi comedent fructus tuos: & ipsi bibent vbertatem tuam: daboque ciuitatem Ammon in pascua camelorum, & filios Ammon in [γ] pascuam ouium:

ouium: & scietis, quia ego Dominus. Quia hæc dicit Dominus: Pro eo, quòd plausisti manu tua, & insonuisti pede tuo, & [δ] gauisa es ex anima tua super terram Israel; idcirco extendam manum meam super te: & dabo te in direptionem in gentibus, & exterminabo te de populis: & perdam te de [ε] terris perditione: & scies, quia ego Dominus. Hæc dicit Dominus: Pro eo, quòd dixit [ζ] Moab, ecce [η] nonne sicut omnes gentes, domus Israel, & Iuda? idcirco ecce ego dissoluo humerum Moab de ciuitatibus promontoriorum eius, electam terram, [θ] domum Bethasimuth super fontem vrbis maritimæ: filios Cedem super filios Ammon: dedi [ι] ei in hæreditatem; vt non sit memoria filiorum [κ] Ammon. Et in Moab faciam vltionem: & cognoscent, quoniam ego Dominus. Hæc dicit Dominus: Pro eo, quòd fecit Idumæa, in vlciscendo ipsos [λ] vltionem de domo Iuda, & memoriam retinuerunt mali, & vlti sunt vltione; propterea hæc dicit Dominus: Et extendam manum meam super Idumæam: & interficiam de ea hominem, & pecus: & ponam eam desertum: & de Thæman [μ] fugientes in gladio cadent. Et dabo vltionem meam super Idumæam in manu populi mei Israel: & facient in Idumæa iuxta iram meam, & iuxta furorem meum: & cognoscent vltionem meam, dicit Dominus. Propterea hæc dicit Dominus: Pro eo, quòd fecerunt alienigenæ [ν] in vltione, & suscitauerunt vindictam insultantes ex animo, vt delerent vsque [ξ] ad vnum; propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego extendo manum meam super alienigenas: & disperdam [ο] Cretenses, & perdam reliquos habitantes maritimam. Et faciam in eis vltiones magnas: & cognoscent, quia ego Dominus, cum dedero vltionem meam super eos.

α Filijs Cedem.] *S.Hier.* quos Orientales interpretati sumus. *Theodoretus,* Filios Cedem alij interpretes dixerunt, υἱοὺς ἀνατολῶν, filios Orientis. *Schol.* Nonnulli quidem interpretati sunt σαρακηνῶν, Saracenorum: iuxta tertiam vero editionem interpretati sunt ἀνατολῶν. β Impedimentis suis.] *Ita diximus, quod græce est,* ἐν τῇ ἀπαρτίᾳ αὐτῶν, *quomodo videtur accipi Exo.37. & alibi. Eodem modo habet Theodoretus, licet interpres videatur legisse vt est in Compl.* ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ αὐτῶν, in peccato ipsorum, *cuius rei nulla in hebraico mentio.* γ Pascuam.] S.*Hieron.in sua,* cubile. *Alij,* νομὰς, pascua. δ Gauisa es.] *Aut,* insultasti: *vtroque enim modo S.Hier. In alijs autem pro* ἐπέχαρες, *est* ἐπιχάρης, *eodem sensu.* ε Terris.] *Quod in nostra per errorem Typographi est,* χειρῶν, *corrigendum est* χωρῶν, *quomodo habet etiam Theodoretus.* ζ Moab.] *In plerisque sequitur,* καὶ σηείρ, & Seir: *quod testatur S.Hier. in lxx. non haberi, sed de Theodotionis editione additum esse.* η Nonne.] *A plerisque abest istud* οὐχ *& legitur sine interrogatione: ab aliquo etiam abest illud* ἰσραὴλ, καὶ, *& apud S.Hieronymum,* ecce sicut omnes gentes, domus Iuda. θ Domum Bethasimuth, super fontem vrbis maritimæ.] *Plerique, & Theodor.* οἶκον βαὶθ ἰασιμοὺθ, *aliqui* οἶκον βεθασιμοὺθ. *Schol.* ἀσιμοὺθ, est nomen idoli, *quare* οἶκον, *et* βαὶθ, *videri possent duæ interpretationes. Sed S.Hier. scribit apud lxx. esse,* domum Bet Iasimuth: *& quod illi dixerunt,* super fontem, *ipse transtulit,* Beelmeon, *& quod illi,* verbis maritimæ, *ipse,* Cariathaim: *vtraque interpretatio apud Theodoretum coniuncta est: nam post* παραθαλασσίας, *addit* τὴν βεελμὼν, καὶ τὴν καριαθίμ. ι Ei.] *Sic apud S.Hieronymum. In quibusdam est,* αὐτοῖς, eos, *apud Theodoretum,* αὐτὴν, eam. κ Ammon.] *Alij addunt* ἐν τοῖς ἔθνεσι, *& apud S.Hier.* in gentibus. λ Vltionem.] *Nec plura apud S.Hieronymum in vtraque tralatione. In quibusdam vero, & apud Theodoretum additur,* ἐν μήνιδι in ira, *in aliquo* ἐν μήνει, *eodem sensu.* μ Fugientes.] *Sic apud S.Hieron. Apud Theodoretum antecedit,* καὶ ἐκ δαιδὰν, & de Dædan. *Fortasse hoc,* & fugientes, *duæ sunt interpretationes.* ν In vltione.] *Apud S.Hieronymum,* vltionem: *in quibusdam est* ἐν μήνει, *& apud Theodoretum,* ἐν μήνιδι, in ira. ξ Ad vnum.] *Plerique,* ἕως αἰῶνος, *& apud S.Hier. vsque,* in æternum. *In aliquo, & apud Theodoretum est,* κατ᾽ ἔχθραν αἰώνιον, secundum inimicitiam sempiternam. ο Cretenses.] *S.Hier. ex cæteris interpretibus,* ὄλεθρον, perditionem.

CAP. XXVI.

Et factum est in vndecimo anno, vna mensis, factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, pro eo, quod dixit Sor super Hierusalem, euge confracta est, perijt, gentes conuersæ sunt ad me, quæ fuit plena, deserta est; pro-

A est; propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego super te Sor: & ascendere faciam super te gentes multas, sicut ascendit mare fluctibus suis. Et deijcient muros Sor, & deijcient turres tuas: & ventilabo puluerem eius de ea: & dabo eam in [α] nitidissimam petram: Siccatio sagenarum erit in medio maris: quia ego loquutus sum, ait Dominus. Et erit in direptionem gentibus: & filiæ eius in campo gladio interficientur: & scient, quia ego Dominus. Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego adduco ad te, Sor, Nabuchodonosor regem Babylonis ab Aquilone (rex regum est) cum equis, & currubus, & equitibus, & cœtu gentium multarum valde. Hic filias tuas, quæ in campo, gladio interficiet: & dabit super te

B propugnaculum, & circumædificabit, & faciet super te in circuitu vallum, & circunstantiam armorum: & lanceas suas contra te dabit: muros tuos, & turres tuas deijciet in [β] gladijs suis: à multitudine equorum eius, operiet te puluis eorum: & à voce equitum eius, & rotarum curruum eius commouebuntur muri tui; ingrediente eo portas tuas, quasi ingrediens vrbem de campo. In vngulis equorũ suorum conculcabunt omnes plateas tuas: populum tuum gladio interficiet: & substantiam fortitudinis tuæ in terram deducet: & deprædabitur potentiam tuam, & spoliabit substantiam tuam, & destruet muros tuos: & domos tuas desiderabiles subuertet: & lapides tuos, & ligna tua, & puluerem tuum in mediũ

C maris [γ] tui inijciet. Et [δ] cessare faciet multitudinem musicorum tuorum: & vox psalteriorum tuorum non audietur amplius. Et dabo te nitidissimam petram: siccatio sagenarum eris: nõ ædificaberis vltra: quia ego Dominus loquutus sum, ait Dominus. Quia hæc dicit Dominus Dominus Sor: Nonne à voce ruinæ tuæ, cum ingemuerint vulnerati, cum euaginatus fuerit gladius in medio tui, commouebuntur insulæ, & descendent de sedibus suis omnes principes [ε] ex gentibus maris, & auferent mitras de capitibus suis, & vestimento suo vario nudabuntur? Stupore stupebunt, in terra sedebunt, & formidabunt perditionem suam: & gement super te: & assument super te lamentum, & dicent tibi: Quomodo [ζ] dissipata es è mari vrbs [η] laudata, quæ dedit timorem suum omnibus

D habitatoribus suis? Et formidabunt insulæ à die ruinæ [θ] tuæ: quia hæc dicit Dominus Dominus: Cum dedero te vrbem desolatam, sicut ciuitates, quæ non habitabuntur, cum adduxero super te abyssum; & operiet te aqua multa, & descendere faciam te ad eos, qui descendunt in foueam, ad populum sempiternum, & collocabo te in profundis terræ cum his, qui descendunt in foueam, vt non habiteris, neque resurgas super terram vitæ; perditionem dabo te: & non eris [ι] vltra in sempiternum dicit Dominus Dominus.

[α] Nitidissimam petram.] *Sic vertit S.Hier.* λεωπετρίαν, *& Theodoretus interpretatur leues lapides, in quibus piscatores explicare sagenas solent. Schol. vero,* γῆν πεπατημένην, καὶ συμπεπληγμένην, terram calcatam, & constipatam. [β] Gladijs.] *Plerique, ac Theodoretus,* ἐν τοῖς ὅπλοις αὐτοῦ, in armis suis. [γ] Tui.] *Istud* σου, *abest à multis.* [δ] Cessare faciet.] καταλύσει. *Multi* καταδύσει, deprimet. *In aliquo est,* καταλύσω *S.Hier,* requiescere faciam, siue destruam. [ε] Ex gentibus.] *Illud,* ἐκ, *abest à multis, & à Theodoreto, ab aliquo totum istud* ἐκ τῶν ἐθνῶν, *& apud S.Hieronymum,* principes maris. [ζ] Dissipata es.] *Plerique,* πῶς ἀπώλου, καὶ κατελύθης, *& apud S.Hier.* quomodo peristi, & dissipata es. [η] Laudata.] *In cæteris sequuntur hæc,* ἥτις ἐγενήθη ἰσχυρὰ ἐν θαλάσσῃ, αὐτὴ καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτήν, quæ fuit fortis in mari, ipsa, & habitatores eius: *quomodo etiam apud S.Hier. nisi quod habet,* fuisti. [θ] Tuæ.] *In alijs hæc adiunguntur,* καὶ ταραχθήσονται νῆσοι ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀπὸ τῆς ἐξόδου σου, & turbabuntur insulæ in mari ab exitu tuo: *& ita apud S.Hier. nisi quod habet,* in exitu tuo, *& in comm.* in die egressionis tuæ. *In quibusdam, & apud Theodoretum est,* ἀπὸ τῆς ἐξουσίας σου, à potestate tua. *In vno libro ad* ἐξουσίας *est appositum* ἐξοδίας, *& Schol. in margine,* ἐξοδίαν, dicit commutationem gloriæ in contraria. [ι] Vltra.] *In cæteris hæc sequuntur,* καὶ ζητηθήσῃ, καὶ οὐχ εὑρεθήσῃ, & quæreris, & non inuenieris.

E

CAP.

CAP. XXVII.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens: Et tu fili hominis assume super Sor lamentum, & dices Sor habitanti super introitum maris, emporio populorum ab insulis multis: Hæc dicit Dominus ad Sor: Tu dixisti; ego circundedi mihi decorem meum, in corde maris ᵃ ipsi Beelim: filij tui circundederunt tibi decorem: cedrus de Senir ædificata est tibi: tæniæ tabularum cypressi de Libano sumptæ sunt, ad faciendum tibi malos abiegnos: de Basanitide fecerunt remos tuos, ᵝ templa tua fecerunt ex ebore, domos ᵞ syluestres de insulis Chetijm. Byssus cum varietate de Ægypto facta est tibi ᵟ stratum, vt circundaret tibi gloriam, & operiret te hyacintho, & purpura, de insulis Elisæ ᵋ & facta sunt opertoria tua. Et ᶎ principes tui, qui habitabant in Sidone, & Aradij fuerunt remiges tui. Sapientes tui Sor, qui erant in te, isti gubernatores tui. Seniores Bibliorum, & sapientes eorum, qui erant in te, isti confortabant consiliũ tuum. Et omnes naues maris, & remiges ᵑ earum facti sunt tibi in Occidentem Occidentis. Persæ, & Lydi, & Libes erant in virtute tua, viri bellatores tui peltas, & galeas suspenderunt in te: ipsi dederunt gloriam tuam. Filij Aradiorum, & virtus tua super muros ᶿ tuos: custodes in turribus tuis erant: pharetras suas suspenderunt super ᶥ propugnacula tua per gyrum: ipsi perfecerunt decorem tuum. Carthaginẽses negociatores tui à multitudine vniuersæ fortitudinis tuæ, argentum, & aurum, & ferrum, & stamnum, & plumbum dederunt forum tuum. Græcia ᵏ & vniuersa, & adiacentia, hi negociabantur tibi in animabus hominũ: & vasa ænea dederunt mercatum tuum: de domo ᵏ Thogarma ᶺ equi, & equites dederunt forum tuum. Filij Rhodiorum negociatores tui ex insulis multiplicauerunt negociationem tuam ᵘ dentes elephantinos; & his, qui introducebantur, reddebas mercedes tuas, ᵛ homines, negociationem tuam à multitudine cõmisti tui: ᶓ stacten, & ᵒ varietates ex Tharsis, & ᵚ Rhamoth, & Chorchor dederunt forum tuum. Iudas, & filij Israel, isti negociatores tui in venditione frumenti, & vnguentorum, & casiæ: ᵖ & primum mel, & oleum; & resinam dederunt in commistum tuum. Damascus negociatores ᵠ tui ex multitudine omnis fortitudinis tuæ: vinum ex ᵀ Chelbon, & ᵘ lanas de Mileto: & ᵠ vinum in forum tuum dederunt. Ex Asel ferrum factum opere, & rota in commisto tuo est. Dædan negociatores tui cum iumentis electis ad currus. Arabia, & vniuersi principes Cedar, ipsi negociatores tui per manum tuam, camelos, & agnos, & arietes, in quibus negociantur tibi. Negociatores Sabba, & Ramma, ipsi negociatores tui cũ primis suauitatibus, & lapidibus ᵡ optimis, & aurum dederunt forum tuum. Chaua, & ᵠ Chanaa, isti negociatores tui. ᵚ Assur, & Charman negociatores tui ferentes negociationem ᵃᵃ hyacinthum, & thesauros electos funibus colligatos, & cyparissina: naues, negociatores tui in multitudine in commisto tuo. Et repleta es, & aggrauata es nimis in corde maris: in aqua multa adduxerunt te remiges tui: spiritus Austri contriuit te in corde maris. ᵝᶜ Fuerunt virtutes tuæ, & merces tua, & commistorum tuorum, & remiges tui, et gubernatores tui, et consiliarij tui, et ᵞᵞ commisti tui ex commistis tuis, et omnes viri bellatores tui, qui in te, et omnis cœtus tuus in medio tui cadent in corde maris, in die ruinæ tuæ. Ad clamorem vocis tuæ gubernatores tui timore timebunt: et descendent

A dent de nauibus omnes remiges, & epibatæ: & proretæ maris in terra ſtabunt, & vociferabuntur ſuper te voce ſua, & clamabunt amare, & imponent terram ſuper caput ſuum, & cinerem ᶠᶠ ſternent ſibi. Et aſſument filij eorum ſuper ſe lamentum lamentationem Sor. ᵍᵍ Quantam inueniſti mercedem de mari? Impleſti gentes de multitudine tua, & à commiſto tuo ditaſti omnes reges terræ. Nunc contrita es in mari: in profundo aquæ commiſtus tuus, & omnis cœtus tuus in medio tui ceciderunt: omnes remiges tui, vniuerſi habitatores inſularũ contriſtati ſunt ſuper te: & reges eorum ᵏᵏ ſtupore ſtupuerunt, & fleuit facies eorum. Negociatores de gentibus ſibilauerunt te: perditio facta es, & non eris vltra in ſeculum.

B

α Ipſi Beelim.] Ita etiam Theodoretus, ſed interpres, Baalim, & Theodoretus inquit ſic vocari idola in diuina ſcriptura, & coniungit cum antecedentibus, quòd Sor, ideſt Tyrus decorem, & opes ſuas Baalim acceptas referret. Sanctus Hieronymus etiam in comment. ſic refert ex lxx. Beelim filij tui circundederunt tibi decorem, &c. Vocem hebraicam inquit ſignificare, terminos tuos, vnde ipſe fecit, finitimi, & contermini tui. Quare in Compluten. eſt, τὰ ὅριά σου, & coniungitur cum antecedentibus, in corde maris termini tui: quod multi putant reſpondere hebraico. β Templa.] Theodoretus: Cæteri interpretes κέρας σου, cornu tuum, ideſt antennam. γ Syluestres.] Ita apud Sanctum Hieronymum, & alibi ſolet dici nemoroſas. Theodoretus ex Aquila, σανίσι κεκολλημμένας, tabulis conteſtas. δ Stratum.] Ita etiam Theodoretus. In aliquo eſt, ἐν στρωμνῇ, & apud Sanctum Hieronymum, in ſtratum. ε Et facta.] A multis abeſt illud, καὶ, & apud Sanctum Hieronymum, de inſulis Eliſſa facta ſunt opertoria tua. ζ Principes tui.] Theodoretus Hebræus, & Syrus, οἱ γείτονές σου, finitimi tui. η Earum.] Ita etiam apud Sanctum Hieronymum, in pleriſque autem libris, & apud Theodore-

C tum additur, ἦσαν ἐν σοὶ ἀμειβόμενοι τῇ ἐπιμιξίᾳ σου, καὶ ἐγένοντο, fuerunt in te permutantes commercio tuo, & facti ſunt, &c. θ Tuos.] In pleriſque additur κύκλῳ, & apud Sanctum Hieronymum, in circuitu. In quibuſdam vero, & apud Theodoretum, quæ ſequuntur, ſic habent, ἦσαν. ἀλλὰ καὶ μῆδοι ἐν τοῖς πύργοις σου ἦσαν φύλακες, fuerunt: ſed etiam Medi in turribus tuis fuerunt cuſtodes. Verum docet Sanctus Hieronymus verbum idem hebraicum, quod Theodotio retinuit, lxx. dixiſſe, cuſtodes, Aquilæ primam editionem, Pygmæos, Symmachum, Medos. ι Propugnacula tua.] Ita etiam apud Sanctum Hieronymum. In multis & apud Theodoretum eſt, ὤμους σου, compages, armos tuos. κ Et vniuerſa.] Illud, &, abeſt à multis, & à S. Hieronymo. * De domo Thogatma.] Theodoretus: Phrygiam interpretantur τὸν οἶκον τοῦ θοργαμᾶ. λ Equi, & equites.] In pleriſque eſt, ἵππους, καὶ ἱππεῖς, καὶ ἡμιόνους ἔδωκαν, & apud Sanctum Hieronymum, equos, & equites, & mulos dederunt. μ Dentes elephantinos.] Sic S. Hieron. In pleriſque autem antecedit, κέρατα, cornua, itemque apud Theodoretum, qui hæc notat, τὰ κέρατα Symmachus interpretatus eſt ἐβένους, Ebenos, ex quibus ea fiunt, quæ vocantur Ebenia. ν Homines.] Theodoretus explanat de mancipijs, & coniungit cum antecedentibus: vt pro rebus importatis ipſa Tyrus daret mancipia, quibus abundabat ex multitudine commiſtorum, ideſt aduenarum. Apud San-

D ctum Hieron. eſt quaſi nouum initium periodi: Homines negociationem tuam, &c. itemque pro, commiſti tui, eſt, mercatus tui, paulo autem inferius pro, commiſto tuo, eſt, commiſtione tua. ξ Stacten.] Ita etiam Theodoretus. In quibuſdam, & in Compl. antecedit, ἐν ἀφὲκ, in Aphec, quod inquit Sanctus Hieronymus de Theodotionis editione in lxx. additum eſſe, pro quo Symmachus verterit, polymita: ſicut etiam pro ſtacte cæteri purpuram. In quibuſdam vero codicibus, & apud Theodoretum vtrumque ponitur, στακτὴν, καὶ πορφύραν. ο Varietates ex Tharſis.] Sic Sanctus Hieronymus in comm. ex lxx. pro quo inquit cæteros dixiſſe byſſum. Rurſus autem in quibuſdam codicibus, & apud Theodoretum, & in Compl. vtrumque ponitur, καὶ βύσσον, καὶ ποικίλματα ἐκ θαρσεῖς. π Et Ramoth, & Chorchor.] In quibuſdam eſt, καὶ χορχόρ. S. Hieron. Ramoth, interpretatur, ſericum, alij, corallia, Theodoretus, aromata. Chodchod autem quid ſignificet, S. Hier. non ſatis exploratum habet, hebræos inquit putare ſic dici precioſas merces, Theodoretus gemmam, quæ onyx dicitur. ρ Et primum.] Illud, &, abeſt à quibuſdam, & à S. Hieronymi vulgata antiqua. σ Negociatores tui.] In quibuſdam, & apud Theodoretum eſt, ἐμπορία σου ἐν πλήθει ἔργων σου, apud S. Hier. negociator tuus in multitudine operum tuorum. τ Ex Chelbon.] Polychronius, Symmachus χαλβάνῃ galbanum interpretatus eſt. Theodoretus inquit χάλκῃ, ſed for-

E taſſe eſt mendum. S. Hier. teſtatur Symmachum dixiſſe, vinum pingue, cum cæteri verbum hebraicum retinuerint. Apud Theodoretum vtrumque coniungitur, οἶνος λιπαρὸς ἐκ χελβὼν, vinum pingue ex Chelbon. υ Lanas.] Ita apud S. Hieron. In alijs eſt, καὶ ἔρια στιλβὰ, & lanas ſplendentes, aut, καὶ ἔριον στιλβόν. Sed conſtat ex S. Hieronymo pro ſplendentibus lxx. dixiſſe, de Mileto, Aquilam vero, & Theodotionem, de Soor. φ Et vinum in forum tuum dederunt.] In multis, & apud Theodoretum eſt, καὶ ἰωνὰν, καὶ μεωζὴλ εἰς τὴν ἀγοράν σου ἔδωκαν. ἐξ ἀσὴλ σίδηρος, &c. & vinum Dædan, & Ioanan, & Meozel in forum tuum dederunt. Ex Aſel ferrum, &c. In Compl. eſt tantum, δὰν, καὶ ἰαυὰν, καὶ μωζὴλ εἰς τὴν ἀγοράν σου, σίδηρος, οἶνον δαιδὰν, καὶ &c. & apud S. Hier. in contextu vulgatæ antiquæ, Dan, & Iauan, & Meozel in nundinis tuis: Ferrum, &c. Sed in comm. videtur dicere illa, Dan, & Iauan, & Meozel, in editione lxx. de Theodotione eſſe addita, Symmachum vero pro Meozel tranſtuliſſe, deferens. Pro eo autem, quod ſequitur, & rota in commiſtione tua eſt, ipſe dixit, ſtacte, & calamus in negociatione tua. Theodoretus autem Aſel quoſdam inquit putare eſſe Aſiam, multaque de his nominibus diſputat. χ Optimis, & aurum.] Quidam, τιμίων, οἳ καὶ χρυσίον, precioſis, qui & aurum. ψ Chanaa.] Siue χαλχὰλ, aut χαλαὶ, vt alij. In

alij. In multis vero sequitur, καὶ Δεδὰν, *aut* καὶ Αἰδάν. S. Hier. *etiam in comm. ex lxx.* Edne, *cum ipse in sua habeat,* Eden. ◦ Assur.] *In multis est,* σαβὰ, *aut* σαβὰ, καὶ ἀσσὴρ, *& apud Sanctum Hieronymum,* Sabba, Assur. αα Hyacintum.] *Pro his vsque ad,* Et repleta es, *(vt alias varietates omittamus) in aliquot codicibus, & apud Theodoretum habentur ista,* ἐν μαχαλὶμ καὶ γαλιμὰ ὑάκινθον, καὶ ποικιλίαν, καὶ θησαυροὺς ἐκλεκτοὺς, ἐν μαγώζοις συγκειμένους, καταδεδεμένους ἐν σχοινίοις, καὶ ἐν κυπαρισσίνοις πλοίοις, ἐν αὐτοῖς (al. καὶ κυπαρίσσινα πλοῖα, ἐν οἷς) ἡ ἐμπορία σου, πλοῖα καρχηδονίων ἐν τῇ ἐμπορίᾳ σου, ἐν τῷ πλήθει τῶν συμμίκτων σου, in Machalim, & Galima hyacinthum, & varietatem, & thesauros electos in Magozis compositos, colligatos in funiculis, & in cyparissinis nauigijs, in ipsis negociatio tua. Naues Carthaginensium in negociatione tua, in multitudine commistorum tuorum. *Theodoretus:* Illud, in Machalim, & Galima, &c. Aquila ita est interpretatus, ἐγκατασκεύοις εἰλήμασιν ὑακίνθου, καὶ ποικιλίας, καὶ ἐν μαγώζοις συγκειμένοις, constructis inuolucris hyacinthi, & varietatis, & in Magozis compositis: Illud autem, in Magozis, ex hebraica voce græcam inflexione facit; significat autẽ, ἐν ἀποκρύφοις σκεύεσιν, in vasis reconditis. Ita enim & Syrus est interpretatus. *S. Hieron. multa ex his in contextu vulgatæ antiquæ non habet: & ex his quæ habet,* in Machalim, & Galima, *testatur de Theodotione in lxx. esse addita, pro quo Symm. dixerit,* speciosis inuolucris, itẽ, polymita *ex Aquila, & Symmacho, pro quo Theodotio dixerit,* varia. ββ Fuerunt virtutes.] *In quibusdam pro* ἦσαν δυνάμεις, *est* αἱ δυνάμεις, virtutes, opes. γγ Et commisti tui ex commistis.] *Nonnulli,* καὶ οἱ ἐπιμιγνύντες τὴν ἐπιμιξίαν σου, & commiscentes commistionem tuam. S. Hier. Multitudo autem, quam commistionem lxx. transtulerunt, exceptis principibus vulgus significat. δδ Sternent sibi.] *In cæteris hæc sequuntur, quæ agnoscuntur etiam apud Theodoretum,* καὶ ξυρήσονται ἐπὶ σὲ φαλακρώματα *(al.* φαλάκρωμα *)* καὶ περιζώσονται σάκκους, καὶ κλαύσονται περὶ σοῦ ἐν πικρασμῷ ψυχῆς, καὶ κοπετὸν πικρὸν λήψονται ἐπὶ σέ. Et radẽt super te caluitium, & accingentur sacco, & plorabũt pro te in amaritudine animæ, & planctum amarum super te assument: *quæ testatur* S. Hier. *in lxx. non haberi, sed de Theodotione esse addita, ac fortasse etiam quæ sequuntur,* & assument filij eorum super te lamentum, lamentationem Sor: *vbi in quibusdam pro* σὺρ, *est* σοί, tibi. εε Quantam.] *Siue,* quam, *vt Sanctus Hieronymus ex vulgata antiqua. In cæteris autem, & apud Theodoretum hæc antecedunt,* τίς ὥσπερ τύρος κατασιγηθεῖσα ἐν μέσῳ θαλάσσης. Quæ est, vt Tyrus, quæ conticuit in medio maris? *Quæ scribit Sanctus Hieronymus in lxx. non haberi.* ζζ Stupore stupuerunt.] *In nonnullis libris, & apud Theodoretum est,* ἐκστάσει ἐκστήσονται, καὶ δακρύσει *(ita enim corrigendum in nostra)* τὸ πρόσωπον αὐτῶν. ἔμποροι ἐθνῶν *(al.* ἀπὸ ἐθνῶν *)* συριοῦσιν ἐπὶ σοί, stupore stupebunt, & flebit facies eorum: negociatores gentium sibilabunt super te.

CAP. XXVIII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Et tu fili hominis dic principi Tyri: Hæc dicit Dominus. Pro eo, quòd exaltatum est cor tuum, et dixisti, Deus ego sum, habitationem Dei habitaui in corde maris (tu autem es homo, et non Deus) et dedisti cor tuum, quasi cor Dei; nunquid sapientior es tu Daniele? [a] Sapientes non erudierũt te disciplina sua. Nunquid in eruditione tua, aut prudentia tua fecisti tibi fortitudinem, [b] et aurum, et argentum in thesauris tuis? in multa eruditione tua, et negociatione tua multiplicasti fortitudinem tuam: elatum est cor tuum in fortitudine tua. Propterea hæc dicit Dominus: Quia dedisti cor tuum, quasi cor Dei; pro hoc ecce ego adduco super te alienos pestilentes de gentibus: et euaginabũt gladios tuos super te, et super pulchritudinem doctrinæ tuæ: et sternent pulchritudinem tuam in perditionem: [c] et descendere facient te: et morieris morte vulneratorum in corde maris. Nunquid loquens dices, Deus ego sum, in conspectu interficientium te? Tu autem es homo, et non Deus: in [d] multitudine incircuncisorum morieris in manibus alienorum: quia ego loquutus sum, dicit Dominus. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis sume planctum super principem Tyri, et dic ei: Hæc dicit Dominus Dominus: Tu signaculum [e] similitudinis, et corona decoris in delicijs paradisi Dei fuisti. Omni lapide bono circundatus es, Sardio, et Topazio, et [f] smaragdo, et carbunculo, et sapphiro, et iaspide, et argento, et auro, et ligurio, et achate, et amethysto, et chrysolitho, et Berillo, et onychino: et auro replesti thesauros tuos, et horrea tua in te. A die, qua [g] conditus es tu [h] cum cherub, posui te in monte sancto Dei; factus es in medio lapidum ignitorum. Fuisti tu [i] immaculatus in diebus tuis à die, qua creatus es, donec inuentæ sunt iniquita-

A iniquitates in te. A multitudine negociationis tuæ replesti cellaria tua iniquitate, & peccasti, & vulneratus es à monte Dei: & adduxit te [κ] Cherub de medio lapidum ignitorum. Elatum est cor tuum in decore tuo: corrupta est disciplina tua cum decore tuo. Propter multitudinem peccatorum tuorũ in terram proieci te: in conspectu regum dedi te vt [λ] dehonestareris. Propter multitudinem peccatorum tuorum, & iniquitatum negociationis tuæ [μ] contaminaui sancta tua. Et educam ignem de medio tui: hic deuorabit te. Et dabo te [ν] cinerem super terram tuam in conspectu omnium videntium te. Et omnes qui nouerunt te in gentibus, [ξ] gement super te. Perditio facta es: & non eris vltra in seculum.

B Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis obfirma faciem tuam super Sidonem, & propheta super eam, & dic: Hæc dicit Dominus: Ecce ego ad te Sidon, & glorificabor in te, & scies, quia ego sum Dominus, cum fecero in te iudicia, & sanctificabor in te. [ο] Sanguis, & mors in plateis tuis: & cadent vulnerati gladijs in te per circuitum tuum: & scient, quia ego Dominus. Et non erunt vltra in domo Israel offendiculum amaritudinis, & spina doloris, ab ijs, qui in circuitu eorum, qui contumeliam fecerint eis: & scient, quia ego sum Dominus. Hæc dicit Dominus Dominus. Et congregabo Israel de gentibus vbi dispersi sunt illic: & sanctificabor in eis, [π] & coram populis, & gentibus: & habitabunt in terra sua, quam dedi seruo meo Iacob: & habitabunt in ea in spe: & ædi-

C ficabunt domos, & plantabunt vineas. Et habitabunt in spe, cum fecero iudicium in omnibus, qui fecerint eis contumeliam, qui in circuitu eorum. Et scient, quia ego sum Dominus Deus eorum, & Deus patrum eorum.

α Sapientes.] *Sic etiam apud Sanctum* Hieronymum, *& Theodoretum. In multis est*, ἢ σοφοί, aut sapientes, *quod ἢ, etiam in nostram per errorem irrepsit, ac delendum est.* β Et aurum.] *Multi*, καὶ ἐποίησας χρυσίον, *& apud Sanctum Hieronymum*, & fecisti aurum. *In aliquo est*, περιεποιήσω, acquisiuisti. γ Et descendere facient te.] *Apud Sanctum Hieronymum*, & deducent te, & disponent te. δ In multitudine incircuncisorum.] *Plerique*, ἐν χειρὶ τιτρωσκόντων σε. θάνατον (*aut, vt in quibusdam, & apud Theodoretum*, θανάτοις) ἀπεριτμήτων ἀποθανῇ. *Sanctus* Hieronymus *pro* χειρὶ, *videtur habuisse*, πλήθει, *nam sic in vulgata antiqua*, in multitudine vulnerantium te. Mortibus incircuncisorum morieris. ε Similitudinis.] *In cæteris, & apud*

D *Theodoretum sequitur*, πλήρης σοφίας. *& apud Sanctum Hieronymum*, plenus sapientia. ζ Smaragdo.] *In quibusdam libris, & apud Theodoretum additur*, καὶ ὑάκινθον, & hyacintho. *Sed non apud Sanctum Hieronymum, qui etiam in comment. notat non esse nominatum.* η Conditus es.] *In scholio notatur Theodotionem addidisse*, ἡτοιμάσθησαν, *& apud Sanctum* Hieronymum *in vulgata antiqua est*, parauerunt, *in sua autem tralatione*, præparata sunt. *In quibusdam libris est*, καὶ κατεσκήνωσας μετὰ τοῦ χερὺβ κεχρισμένος ὑπὸ θεοῦ κατασκηνοῦντος ἐν σκηνώματι, καὶ ἔθηκά σε, & paratus es cum Cherub, vnctus à Deo habitante in tabernaculo, & posui te, *&c. In aliquo, & apud Theodoretum pro*, ὑπὸ θεοῦ, *est tantum* σοῦ. *In aliquo etiam est*, κεχρισμένα. *Apud Sanctum Hieronymum in textu vulgatæ antiquæ*, parauerunt cum Cherub vncto à Deo, & habitante in tabernaculo, & dedi in monte sancto Dei. *In comment. autem*: Tu Cherub extentus, & protegens, subauditur arcam Dei, & propitiatorium, vel iuxta lxx. quòd ipse cum Cherub vnctus sit, & creatus. *Sed Scholiastes notat illud* κεχρισμένος τοῦ κατασκηνοῦντος, *additum esse de Theodotione, & refert ex Symmacho*, τὸ χερὺβ καταμεμετρημένον, Cherub dimensio, (*quod Sanctus Hieronymus videtur dixisse*, extentus) *ex Aqui-*

E *la autem*, ἐμπεριεπάτησας, *quod videtur pertinere ad eum locum, vbi vulgata nostra habet*, ambulasti, *antiqua autem*, factus es in medio, *&c.* ι Immaculatus.] *Aquila*, τέλειος, perfectus. κ Cherub.] *In quibusdam, & apud Theodoretum additur*, συσκιάζον, *& apud Sanctum Hieronymum*, obumbrans. *Aquila*, ἀπωλέσω σε χερὺβ ὁ συσκιάζων, perdam te ò Cherub obumbrans. λ Dehonestareris.] *Ita apud Sanctum Hieronymum: sed poterat etiam verti*, vt exemplum esses. μ Contaminaui sancta tua.] *Ita etiam apud Sanctum* Hieronymum. *In multis est*, ἐβεβήλωσας, *& in quibusdam, & apud Theodoretum sequitur*, τὸ ἁγιασμόν σου, contaminasti sanctificationem tuam. ν Cinerem.] *Multi*, εἰς σποδὸν, *& apud Sanctum Hieronymum*, in cinerem. ξ Gement.] *Plerique*, στυγνάσουσι, *& apud Sanctum Hieronymum*, contristabuntur. ο Sanguis, & mors.] *Alij, & Theodoretus*, καὶ ἐξαποστελῶ ἐπὶ σὲ θάνατον, καὶ αἷμα, & immittam in te mortem, & sanguinem. π Et coram.] *Illud*, &, *abest à plerisque.*

CAP. XXIX.

IN anno [α] duodecimo in decimo mense vna mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis obfirma faciem tuam super Pharaonem regem Aegypti, & propheta super eum, & super Aegyptum vniuersum, & dic: Hæc dicit Dominus: Ecce ego super Pharaonem [β] draconem magnum sedentem in medio [γ] fluminum suorum, dicentem; mihi sunt flumina: & ego feci illa. Et ego dabo [δ] laqueos in maxillas tuas: & agglutinabo pisces fluminis tui ad pennas tuas: & educam te de medio fluminis [ε] tui; & deponam te velociter, & omnes pisces fluminis tui. Super faciem campi cades: neque congregaberis, neque collegeris: bestijs terræ, & volatilibus cæli dedi te in deuorationem. Et scient omnes habitatores Aegypti, quia ego sum Dominus. Pro eo, quòd factus es virga arundinea domui Israel: quando apprehendit te manu sua, confractus es: & quando plausit super eos omnis manus, & quando requieuerunt super te, contritus es, & confregisti omnes renes eorum. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego induco super te gladium, & perdā de te homines, & iumēta: & erit terra Aegypti perditio, & solitudo: & scient, quia ego sum Dominus. Eo quòd dicis tu, flumina mea sunt, & ego feci illa; idcirco ecce ego super te, & super omnia flumina tua: & dabo terram Aegypti in [ζ] solitudinem, & gladium, & perditionem à [η] Magdolo, & Syene, & vsque ad terminos Aethiopum. Non transibit in ea pes hominis: & pes iumenti non pertransibit eam: & non habitabitur quadraginta annis. Et dabo terram eius perditionem in medio terræ desertæ: & ciuitates eius in medio ciuitatum desertarum erunt quadraginta annis. Et disseminabo Aegyptum in gentibus, & ventilabo eos in terras. Hæc dicit Dominus: Post quadraginta annos congregabo Aegyptios de gētibus, in quibus dispersi erant illuc: & reducam captiuitatem Aegyptiorum, & collocabo eos in terra Phathores, in terra, de qua assumpti sunt. Et erit principatus humilis inter omnes principatus. Non eleuabitur vltra super nationes: & paucissimos eos faciam; ne plures sint ipsi inter gentes. Et non erunt vltra domui Israel in spem reducentem in memoriam iniquitatis, vt sequantur ipsi post illos: & scient, quia ego sum Dominus. Et factum est in septimo & vigesimo anno, vna mensis primi factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna super Tyrum. Omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus: & merces non fuit ei, & exercitui eius super Tyrum, [θ] & seruitutis, qua seruierunt aduersum eam. [ι] Hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego do Nabuchodonosor regi Babylonis terram Aegypti: [κ] & deprædabitur deprædationem eius, & spoliabit spolia eius. Et erit merces virtuti eius: pro ministerio eius, quo seruiuit super Tyrum, dedi ei terram Aegypti. Hæc dicit Dominus Dominus: In die illa exorietur cornu omni domui Israel: & tibi dabo os apertum in medio eorum: & scient, quia ego sum Dominus.

α Duodecimo.] *Sic apud Theodoretum, & Sanctum Hieronymum ex lxx. In alijs est,* τῷ δεκάτῳ, decimo. *Item, quod sequitur,* decimo mense, *apud Theodoretum est,* δωδεκάτῳ, duodecimo, *& in aliquo codice,* ἑνδεκάτῳ, vndecimo. *S. Hier. ex lxx. agnoscit,* decimo, *sed ex hebraico,* duodecimo: *quāuis hoc fortasse sit potius referendum ad diem mensis.* β Draconem.] *Sch.* Hebræus dicit κῆτος, cœtus. *De hoc alibi.* γ Fluminum.] *Theodor.*

Quidam

Quidam interpretes singulari numero dixerunt, τὸν ποταμόν. Septuaginta (*al.* alij) vero numero multitudinis τοὺς ποταμοὺς, & vtrumque verum est, *&c.* [δ] Laqueos.] *Corrigendum enim in nostra,* παγίδας. *In nonnullis autem est,* παγίδα, laqueum: *idque* S. Hier. *ponit ex vulgata antiqua. Quidam vero libri, ac Theodoretus habent,* χαλινὸν, frænum: *quod posuit* S. Hier. *in sua.* [ε] Tui.] *In aliquo codice, & apud Theodoretum quæ sequuntur, sic habent,* καὶ πάντες οἱ ἰχθύες τοῦ ποταμοῦ ταῖς λεπίσιν (*al.* καὶ πάντας τοὺς ἰχθύας τοῦ ποταμοῦ, καὶ ταῖς λεπίσιν) σου προσκολληθήσονται, καὶ ἀπορρίψω σε εἰς γῆν (*abest istud* γῆν, *à Theodoreto*) ἔρημον, σὲ, καὶ πάντας τοὺς ἰχθύας τοῦ ποταμοῦ, καὶ καταβαλῶ σε ἐν τάχει, & vniuersi pisces tui squamis tuis adhærebunt: & proijciam te in desertum, te, & omnes pisces fluminis, & deponam te velociter. *Sed* S. *Hier.* proijciam, *ac,* deponam, *tanquam duas interpretationes ponit, ac,* deponam, *quidem ex antiqua: similiter,* velociter, *&,* in desertum. [ζ] In solitudinem, & gladium, & perditionem.] *In quibusdam libris est,* εἰς ἔρημον κενὴν καὶ ἀφανισμένην, in solitudinem inanem, & disperditam: *quod quidem,* disperditam, *videtur* S. Hier *referre ex vulgata antiqua.* [η] Magdolo.] *Schol.* Hebræus, ἀπὸ μαγδὰλ, à Magdal: *quod inquit* S. Hier. *significare turrim.* [θ] Et seruitutis.] *Ab aliquo abest illud,* &; *vt intelligatur non esse redditam mercedem seruitutis. In quibusdam, & apud Theodoretum est,* καὶ τῇ δουλείᾳ, & seruituti. [ι] Hæc.] *Plerique,* διὰ τοῦτο τάδε, propterea hæc. [κ] Et deprædabitur.] *In plerisque hæc antecedunt,* καὶ λήψεται τὸ πλῆθος αὐτῆς, *quod vulgata nostra,* & auferet multitudinem eius.

CAP. XXX.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis vaticinare, & dic: Hæc dicit Dominus: [α] Oò dies: quoniam iuxta est dies Domini, [β] dies nubis: [γ] finis gentium erit. Et veniet gladius super Ægyptios: & erit conturbatio in terra Æthiopia: & cadent vulnerati in [δ] Ægypto, & concident fundamenta eius: Persæ, & Cretenses, & Lydi, & [ε] Libyes, & omnes commisti, & de filijs testamenti mei gladio cadent in [ζ] ea. Et cadent sustentacula Ægypti: & descendet contumelia fortitudinis eius à Magdolo vsque ad Syenem: gladio cadent in ea, dicit Dominus: Et desolabitur in medio regionum desolatarum: & ciuitates [η] eorum in medio vrbium desertarum erunt: & scient, quoniam ego sum Dominus: quando dedero ignem super Ægyptum, & contriti fuerint omnes, qui auxiliantur ei. In die illa egredientur [θ] nuncij festinantes disperdere [ι] Æthiopiam: & erit conturbatio in eis in die Ægypti: quia ecce venit. Hæc dicit Dominus Dominus. Et disperdam multitudinem Ægyptiorum per manum Nabuchodonosor regis Babylonis, ipsius, & populi eius: pestilentes, qui de gentibus missi sunt ad perdendam terram. Et euaginabunt omnes gladios suos super Ægyptum: & replebitur terra vulneratorum. Et dabo fluuios eorum [κ] desertos: & disperdam terram, & plenitudinem eius in manibus alienorum. Ego Dominus loquutus sum. Quia hæc dicit Dominus Dominus: Et [λ] perdam optimates de Memphis, & principes [μ] Mempheos de terra Ægypti: & non erunt vltra. Et [ν] disperdam terram Phathores, & dabo ignem super Tanin: & faciam vltionem in [ξ] Diospoli: & effundam furorem meum super Sain robur Ægypti: & disperdam multitudinem Mempheos. Et dabo ignem super Ægyptum: & conturbatione conturbabitur Syene: & in Diospoli erit scissura, & diffundentur [ο] aquæ. Iuuenes Heliopoleos, & Bubasti in gladio cadent: & mulieres in captiuitatē abibunt: & in Taphnis tenebrescet dies; quando contriuero ibi sceptra Ægypti: & peribit ibi contumelia fortitudinis eius: & ipsam nubes operiet: & filiæ eius captiuæ [π] auferentur. Et faciam [ρ] iudicium in Ægypto: & scient, quoniam ego sum Dominus. Et factum est in vndecimo anno in primo mense, septima mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis brachia Pharaonis regis Ægypti contriui: neque [σ] deprecatus est, vt daretur medela, vt daretur super eum malagma, [τ] vt daretur robur ad tenendum gladium. Propterea hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego super Pharaonem regem Ægypti: & conteram.

teram brachia eius fortia, & [τ] extenta: & deijciam gladium eius de manu eius: & disseminabo Ægyptum in gentes, & ventilabo eos in terras. Et confortabo brachia regis Babylonis: & dabo gladium meum in manu eius: & inducet gladium super Aegyptum, & populabitur prædam eius, & spoliabit spolia illius. Et confortabo brachia regis Babylonis: brachia autem Pharaonis cadent. Et scient, quia ego sum Dominus; cum dedero gladium meum in manus regis Babylonis. Et [υ] extendet eum super terram Aegypti: & disseminabo Agyptum in gentes, & ventilabo eos in terras. Et scient omnes, quia ego sum Dominus.

A

α O ò dies.] *Ita S. Hier. in vulgata antiqua. In quibusdam sequitur, sed in plerisque libris, & apud Theodoretum antecedit*, ὀλολύξατε, *& S. Hier. in sua*, vlulate. β Dies.] *Apud Theodoretum*, καὶ ἐγγίζει ἡ ἡμέρα νεφέλης, & appropinquat dies nubis. *In Compluten.* καὶ ἐγγίζει ἡμέρα κυρίου. *Apud S. Hier.* quoniam iuxta est dies, & iuxta via Domini. γ Finis.] *Sic & apud S. Hier. In aliquot codicibus, & apud Theodoretum est*, καιρός, tempus. δ Ægypto.] *In multis, & apud Theodoretum additur*, καὶ λήψονται (*al.* λαφυρεύσεται) τὸ πλῆθος αὐτῆς, *al.* αὐτῶν, *& apud S. Hier.* & auferent multitudinem eius. ε Libyes.] *Ita apud S. Hier. etiam in comm. ex lxx. In quibusdam vero, & apud Theodoretum additur*, καὶ αἰθίοπες, καὶ πᾶσα ἡ ἀραβία, & Æthiopes, & vniuersa Arabia. *S. Hier. in sua habuit*, Chub, *quod inquit Symmachum vertisse*, in Arabiam. ζ In ea.] *Abest à multis, & à S. Hieronymo. In quibusdam est*, μετ' αὐτῶν, cum eis, *& adiungitur*, τάδε λέγει ἀδωναὶ κύριος, *& apud S. Hier.* Hæc dicit Adonai Dominus. η Eorum.] *In aliquo est*, αὐτῆς, *& apud S. Hier.* eius. θ Nuncij.] *In plerisque additur*, ἀπὸ προσώπου μου, *& apud S. Hier.* à facie mea. *Sed Scholiastes notat additum esse de Theodotione. In multis vero, & apud Theodoretum additur*, prætera, ἐν σιὶμ, *quod inquit Theodoretus græca lingua significare*, ἐν ἰσχύϊ, in fortitudine. *S. Hier. in vulgata antiqua non habet: & in comm. inquit hoc ipsum verbum hebraicum ab Aquila & Theodotione retentum esse, pro quo Symmachus dixerit*, festinantes, *ipse autem verterit*, in trieribus: *licet Scholiastes hoc loco videatur referre ex Theodotione*, ἐγκαθισμός, insessio. ι Æthiopiam.] *In multis, & apud Theodoretum additur*, τὴν ἐλπίδα, *apud S. Hieron.* Æthiopiæ spem. *Schol. notat hoc etiam de Theodotione additum esse, pro quo Aquila dixerit*, τὴν πεποίθησιν, confidentem. κ Desertos.] *In cæteris, & apud Theodoretum hæc adiunguntur*, καὶ ἀποδώσομαι τὴν γῆν ἐν χειρὶ, (*al.* εἰς χεῖρας) πονηρῶν, *& apud S. Hieron.* & tradam terram in manu pessimorum. λ Perdam optimates.] *Cæteri*, καὶ ἀπολῶ βδελύγματα, καὶ καταπαύσω μεγιστᾶνας, *& apud S. Hier. etiam in comm. ex lxx.* & perdam abominationes, & deficere faciam optimates. μ Mempheos.] *Istud abest à cæteris, & à S. Hieronymo. Theodoretus fortasse habuit.* ν Et disperdam.] *In quibusdam hæc antecedunt*, καὶ δώσω φόβον ἐν γῇ αἰγύπτου, *& apud S. Hier.* & dabo terrorem in terra Ægypti. ξ Diospoli.] *Inquit Sanctus Hieronymus cæteros interpretes posuisse nomen hebraicum No, pro quo ipse Alexandriam per anticipationem dixerit. Sic enim postea appellata fuit.* ο Aquæ.] *Nec plura apud S. Hieronymum. In quibusdam codicibus, & apud Theodoretum sequuntur hæc*, καὶ ἐν μέμφει πόλεμοι (*al.* πολέμιοι) διαχυθήσονται, & in Memphi prælia (*al.* hostes) eodem ipso die. π Auferentur.] *In aliquo est*, ἀχθήσονται, *& apud S. Hier.* ducentur. * Iudicium.] *In aliquo*, κρίματα, *& apud S. Hier.* iudicia. ρ Neque deprecatus est.] *Plerique*, οὐ κατεδέθη, non est colligatum. *Aquila*, οὐκ ἐμοτώθη, non est curatum per immissa linamenta. *Symm.* οὐκ ἐπεδέθη, non est super ligatum. σ Vt daretur robur.] *In quibusdam*, τοῦ δεθῆναι, καὶ κατισχῦσαι, ad ligandum, & roborandum. τ Extenta.] *Hanc lectionem tanquam veram ex lxx. agnoscit S. Hier. in comm. licet scriptorum vitio factum esset*, πεπηγμένας, *& in vulgata antiqua*, disposita: *pro quo ipse in sua habet*, sed confractum. *Hodie in plerisque coniungitur vtrumque* τεταγμένας, (*al.* τεταμένας) καὶ τοὺς συντετριμμένους, *aut* καὶ τοὺς συντριβομένους, disposita (*al.* extenta) & contrita. *Aq.* τὸ ἰσχυρὸν, καὶ ὑψηλὸν, forte, & excelsum. *Theodotio*, τὸ ἰσχυρὸν, καὶ μέγαν, forte, & magnum. υ Extendet. *Aliquot libri*, ἐκτενῶ, extendam.

B

C

D

CAP. XXXI.

E

ET factum est in vndecimo anno in tertio mense, vna mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis dic ad Pharaonem regem Ægypti, & multitudini eius: Cui assimilasti te in altitudine tua? Ecce Assur cyparissus in Libano, & pulcher [α] propaginibus, & excelsus magnitudine, in medio nubium factum est principium eius: aqua nutriuit eum, abyssus exaltauit eum, fluuios suos duxit per circuitum plantarum eius, & congregationes suas emisit ad omnia ligna campi. Propterea eleuata est magnitudo eius super omnia ligna campi: & dilatati sunt rami [β] eius ab aqua [γ] multa. In propaginibus eius nidificauerunt omnia volatilia cæli: & sub ramis eius genuerunt omnes bestiæ

campi.

A campi. In vmbra illius habitauit omnis multitudo gentium: & erat pulcher in altitudine sua propter multitudinem ramorum suorum: erant enim radices illius in aqua multa. Et cyparissi [δ] tales in paradiso Dei, & pini non similes propaginibus eius, & abietes non fuerunt similes ramis eius. Omne lignum in paradiso Dei non est assimilatum ei in pulchritudine eius propter multitudinem ramorum [ε] eius. Et æmulata sunt eum ligna paradisi deliciarum Dei. Propterea hæc dicit Dominus. Pro eo, quòd factus [ζ] es magnus magnitudine, & dedisti principium tuum in medio [η] nubium; & vidi dum ipse exaltaretur, & tradidi eū in manus principis gentium: & [θ] fecit perditionem eius. Et exterminauerunt eum alieni pestilentes de gentibus, & deiecerunt eum super montes: in cunctis

B conuallibus corruerunt rami eius: & contritæ sunt stirpes eius in omni campo terræ: & descenderunt de tegmine [ι] eorum omnes populi gentium: & strauerunt eum. In ruina eius requieuerunt omnia volatilia cæli: & super truncos eius fuerunt omnes bestiæ agri: vt non exaltentur in magnitudine sua omnia ligna, quæ in aqua, & [κ] dederunt principium suum in medio nubium, nec steterunt in altitudine sua [λ] ad se omnes bibentes aquam: [μ] omnes dati sunt in mortem, in terræ profundum, in medio filiorum hominum [ν] ad eos, qui descendunt in foueā. Hæc dicit Dominus Dominus: In die, qua descendit ad infernum, luxit eum abyssus. Et [ξ] cohibui flumina eius, & [ο] prohibui multitudinem aquæ. Et contenebratus est super eum Libanus: omnia ligna campi in eo defecerunt. A sonitu

C ruinæ eius commotæ sunt gentes; quando deducebant eum ad infernum cum descendentibus in lacum. Et consolabantur eum [π] in terra omnia ligna deliciarum, & electa Libani omnia, quæ bibebant aquam. Nam & ipsi descenderunt cum eo ad infernum in vulneratis à gladio: & semen eius, qui habitabant sub tegmine eius, in medio vitæ suæ perierunt. Cui [ρ] assimilatus es? [σ] descende, & deducere cum lignis deliciarum in terræ profundum. In medio incircuncisorū dormies cum his, qui interfecti sunt gladio. Sic Pharao, & multitudo fortitudinis eius, dicit Dominus Dominus.

D

α Propaginibus.] *In cæteris additur*, καὶ πυκνὸς ἐν τῇ σκέπῃ, & densus in tegmine. β Eius.] *In cæteris sequitur*, καὶ ὑψώθησαν αἱ παραφυάδες αὐτοῦ, & exaltatæ sunt propagines eius. γ Multa.] *In aliquo codice, & apud Theodoretum additur*, ἐν τῷ ἐκτεῖναι αὐτὸν, cū extenderet se. δ Tales.] *In multis sequitur*, μὴ, tales non. *In aliquo, & apud Theodor. est*, οὐχ ὑπερῆρεν αὐτὸν, non superauerunt eum. ε Eius.] *Nec Theodor. plura habet. In aliquo codice sequitur*, καλὸν ἐποίησα αὐτὸν ἐν τῷ πλήθει τῶν κλάδων αὐτοῦ, speciosum feci eum in multitudine ramorum eius. ζ Factus es.] *In aliquo & apud Theodor est*, ἐγένετο, factus est, *& paulo post pro*, ἔδωκας, ἔδωκεν, dedit. η Nubium.] *In plerisque, & apud Theodoretum sequitur*, καὶ ἐπήρθη ἡ καρδία αὐτοῦ ἐπὶ τῷ ὕψει αὐτοῦ, & eleuatum est cor eius in altitudine sua: *quæ etiam S. Hier. agnoscit ex vulgata antiqua.* θ Et fecit perditionem eius.] *S. Hier. videtur referre ex vulgata antiqua*, & faciam perditionem eius. *In quibusdam vero, & apud Theodoretum sequitur*. κατὰ τὴν ἀσέβειαν αὐτοῦ. καὶ ἐξέβαλον αὐτὸν ἐγὼ, καὶ ἐξωλόθρευσαν, secundum impietatem eius. Et eieci eum ego, & exterminauerunt. ι Eorum.] *Fortasse ramorum Theodoretus habet*, αὐτοῦ, eius. κ Et

E dederunt.] *In multis est*, οὐκ ἔδωκαν, non dederunt: *in aliquo, & apud Theodoretum*, καὶ οὐ μὴ δῶσιν. & non dent, *itemque paulo post pro*, καὶ οὐκ ἔστησαν, καὶ μὴ στῶσι, & non stent. λ Ad se.] *Cæteri*, πρὸς αὐτὸν, ad eum. μ Omnes.] *In aliquo codice, & apud Theodoretum antecedit*, ὅτι, quia. ν Ad eos, qui descendunt.] *Sic vulgata nostra ex hebræo. Quare putamus duas esse dictiones*, πρὸς καταβαίνοντας. *A quibusdam abest illud*, πρὸς *In aliquo, & apud Theodoretum est*, καταγομένων, qui deducuntur. ξ Et cohibui.] *In aliquo est*, καὶ ἀπέστησα, & remoui. *In alio est*, καὶ ἔκλαυσεν, καὶ ἐπέστησεν, & plorauit, & coercuit: *In alio, & apud Theodoretum*, ἐκώλυσε, καὶ ἐπέστησε, prohibuit, & coercuit: *in quibusdam*, ἐκάλυψε, καὶ ἀπέστησε, operuit, & remouit. ο Prohibui.] *Nonnulli*, ἐκώλυσεν, prohibuit: *vnus*, ἐκύκλωσα, circundedi: *Theodoretus*, διεκύκλωσε, circundedit. π In terra.] *Plerique*, ἐν γῇ κατωτάτῃ, in terra infima. ρ Assimilatus es.] *In plerisque, & apud Theodoretum sequitur*, ἐν δυνάμει, καὶ ἐν δόξῃ, καὶ ἐν μεγέθει, ἐν τοῖς ξύλοις τῆς τρυφῆς, in virtute, & in gloria, & in magnitudine inter ligna deliciarum. σ Descende, & deducere.] *Ita etiam Theodoretus. A Complut. abest*, καὶ καταβιβάσθητι, *ac videri possunt duæ interpretationes.*

CAP.

CAP. XXXII.

A

ET factum est in * duodecimo anno, in decimo mense vno mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis assume lamentum super Pharaonem regem Ægypti, & dices ei: Leoni gëtium assimilatus es tu, & quasi β draco, qui in mari: & cornupetebas γ fluminibus tuis, & conturbabas aquam pedibus tuis: & cõculcabas flumina tua. Hæc dicit Dominus: Et circumijciam super te δ retia populorum multorum: & extraham te in hamo meo: & extendam te super terram. Campi ε replebuntur: & sedere faciam super te omnia volatilia cæli: & ζ saturabo omnes bestias vniuersæ terræ. Et dabo carnes tuas super montes, & implebo de sanguine η tuo: & irrigabitur terra de stercoribus tuis à θ multitudine tua super montes. Valles implebo ex te: & operiam cum extinctus fueris, terram, & tenebrescere faciam stellas eius: Solem in nube operiam: & Luna non ostendet lumen suum. Omnia ostendentia lumen in cælo, contenebrescent in te: & dabo tenebras super terram, ait Dominus Dominus: Et irritabo cor populorum multorum; cum adduxero captiuitatem tuam in gentes, ad terram, quam nescis. Et contristabuntur super te gentes multæ: & reges earum stupore stupebunt, cum ι volare cœperit gladius meus super facies eorum, κ expectantes ruinam suam à die ruinæ tuæ. Quia hæc dicit Dominus Dominus: Gladius regis Babylonis veniet tibi in gladijs gigantum: & deijciam fortitudinem tuam: pestilentes de gentibus cuncti, & perdent λ iniuriam Ægypti: & conteretur omnis fortitudo illius. Et perdam omnia iumenta eius ab aqua multa: & nõ conturbabit eam pes hominis vltra: & vestigium iumentorum non calcabit eã. μ Ita tunc quiescent aquæ eorum: & flumina eorum, quasi oleum ν ibunt, dicit Dominus: cum dedero Aegyptum in perditionem, & desolata fuerit terra cum plenitudine sua: cum disseminauero omnes habitatores eius. Et scient, quia ego sum Dominus. Planctus est, & ξ planges eum: & filiæ gentium plangent ο eũ: super Aegyptum, & super omnem fortitudinem eius plangent eam, ait Dominus Dominus. Et factum est in duodecimo anno π primi mensis, quintadecima mensis, factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis plange super ρ fortitudinem Aegypti: & deducent eius filias gentes mortuas in profundum terræ ad eos, qui descendunt in σ foueam: In medio vulneratorum gladio cadent cum eo: & dormiet omnis fortitudo eius: & dicent tibi gigantes: in τ profundo foueæ esto: quo melior es? & descende, & dormi cum incircuncisis in medio vulneratorum gladio. Ibi Assur, & omnis congregatio eius: omnes vulnerati ibi dati sunt: & sepulchrum eorum in profundo foueæ: & facta est congregatio eius in circuitu sepulchri eius: omnes vulnerati, qui ceciderant υ gladio: qui dederunt timorem suum in terra vitæ. Ibi Aelam, & omnis fortitudo eius in circuitu sepulchri eius: omnes vulnerati, qui ceciderunt gladio, & qui descendunt incircuncisi in terræ profundum: qui dederunt terrorem suum in terra vitæ: & acceperunt tormentum suum cum his, qui descendunt in foueam in medio vulneratorum. Ibi dati sunt Mosoch, & Thobel, & omnis fortitudo φ eius in circuitu sepulchri eius, omnes vulnerati eius, vniuersi incircuncisi, vulnerati à gladio: qui dederunt terrorem suum super terram vitæ: & χ dormierunt cum gigantibus, qui ceciderunt ab æterno, qui descenderunt in infernum cum armis bellicis, & posue-

A posuerunt gladios suos sub capitibus suis: & factæ sunt iniquitates eorum super ossa eorum: quia tenuerunt ψ omnes in vita sua. Et tu in medio incircuncisorum ω dormies cum vulneratis gladio. Ibi αα dati sunt principes Assur, qui dederunt fortitudinem eius in vulnere gladij: isti cum vulneratis dormierunt, cum descendentibus in foueam. Ibi principes Aquilonis ββ omnes magistratus Assur, γγ descendentes vulnerati, cum terrore suo, & in fortitudine sua dormierunt incircuncisi cum vulneratis gladio: & abstulerunt tormentum suum cum descendentibus in foueam. Videbit eos Pharao, & consolationem accipiet super omni fortitudine eorum, δδ dicit Dominus Dominus: Quia dedi formidinem eius B super terram vitæ: & dormiet in medio incircuncisorum cum vulneratis gladio Pharao, & omnis multitudo eius cum eo, dicit Dominus Dominus.

α Duodecimo.] Corrigendum in nostra, δωδεκάτῳ. Ac testatur S. Hier. in multis exemplaribus iuxta lxx. positum esse duodecimum annum, & decimum mensem: iuxta cæteros autē interpretes decimum annum, & duodecimū mensem. In nonnullis vero exemplaribus, & apud Theodor. est, δεκάτῳ. & δεκάτῳ, in nonnullis, δωδεκάτῳ, & δωδεκάτῳ. Ita magna semper varietas in numeris. β Draco.] Idē S. Hier. refert Aquilā dixisse Leuiathan. γ Fluminibus.] Quidam, ἐν ποταμοῖς, in fluminibus. δ Retia populorum.] Cæteri, τὰ δίκτυά μου ἐν ἐκκλησίᾳ λαῶν πολλῶν, retia mea in ecclesia populorum multorū. ε Replebuntur.] In quibusdam, & apud Theodor. additur, σου, & apud S. Hier. tui. ζ Saturabo.] In plerisque additur, ἐκ σοῦ, de te: in quibusdam, & apud Theodoretum, ἐκ μέσου σου, de medio tui. η Tuo.] In multis sequitur, πᾶσαν τὴν γῆν, vniuersam terram. In quibusdam, & apud Theodoretum, τὰ πεδία, campos: in Complut. φάραγγας, valles, quod videtur S. Hier. habuisse in antiqua. θ A multitudine tua.] Hæc non habet Theodoretus, neque S. Hier. videtur habuisse. ι Volare cœperit.] Ita S. Hier. C nulla varietatis mentione facta. In quibusdam, & apud Theodoretum est, ἐν τῷ σπασάσθαι με τὴν ῥομφαίαν μου, cum extraxero ego gladium meum. κ Expectantes ruinam suam.] Sic omnes collati codices, ac Theodoretus. Sed S. Hier. videtur habuisse in antiqua, expectantes animam suam. λ Iniuriam.] ὕβριν, inquit Theodoretus, vocauit ὑπερηφάνειαν, superbiam: quod alibi notauimus ex S. Hieronymo. μ Ita.] Abest istud οὕτως, à Compl. S. Hier. videtur habuisse, vt aliquando quiescant. ν Ibunt.] Sic videtur habuisse etiam Theodoretus, & respondet hebraico. In nonnullis est, ῥεύσονται, & S. Hieron. ex antiqua, fluent. ξ Planges] Nonnulli, θρηνήσουσιν, plangent. ο Eum.] Idest Pharaonem, hebræus habet, eam, idest Ægyptum. Ac similis varietas sæpe à Sancto Hieronymo obseruatur. Hoc autem loco abest istud αὐτὸν, à quibusdam codicibus, & Theodoreto, vt coniuncte legatur, plangent super Ægyptum. π Primi mensis.] Ita collati codices, & Theodoretus. Abest autem à S. Hieronymo in vtraque. ρ Fortitudinem Ægypti.] Complut. πλῆθος, & apud S. Hier etiam in antiqua, multitudinem: sed in comm. habet, fortitudinem: pro quo inquit in hebraico haberi multitudinem. In aliquot vero libris sequuntur hæc, καὶ κλῖνον κάθελκε αὐτὸν, & inclinans detrahe ipsum: quod Schol. inquit in alio se exemplari inuenisse: & à Theodoreto explanatur. Sed S. Hier. ea non habet in antiqua, ac fortasse sunt ex alia interpretatione pro D ijs, quæ sequuntur, & deducent filias eius. Nam in vulgata nostra ex hebræo est, super multitudinem Ægypti: & detrahe eam, ipsam, & filias, &c. σ Foueam.] In cæteris, & apud Theodoretum hæc sequuntur, ἐξ ὑδάτων ὡραιοτάτων κατάβηθι, καὶ κοιμήθητι μετὰ ἀπεριτμήτων, de aquis pulcherrimis descende, & dormi cum incircuncisis: quæ S. Hier. tanquam de Theodotione addita sub asteriscis ponit. τ In profundo foueæ esto.] Istud, esto, abest ab antiqua S. Hieronymi. Apud Theodoretum vero antecedit, οἱ, & ita interpungitur, & dicent tibi gigantes, qui sunt in profundo foueæ: esto. υ Gladio.] In cæteris, & apud Theodoretum hæc sequuntur, οἳ ἔδωκαν τὰς ταφὰς αὐτῆς ἐν μηροῖς λάκκου. καὶ ἐγενήθη ἡ συναγωγὴ περικύκλῳ τῆς ταφῆς αὐτῆς, πάντες αὐτοὶ τραυματίαι οἱ πίπτοντες μαχαίρᾳ. qui dederunt sepulchra eius in lateribus laci: & facta est congregatio in circuitu sepulchri eius. Omnes isti vulnerati cadentes gladio: quæ S. Hier. inquit de editione Theodotionis sub asteriscis esse addita. Origenes. Hebræus pro ἐν μηροῖς λάκκου, habet ἐν μήκει λάκκου, in longitudine laci. φ Eius.] In aliquo est, αὐτῶν, & apud S. Hier. eorum: qui etiam refert pro, Mosoch, &, Thubal, Symmachum, & Theodotionem interpretatos esse, cubile eorum. χ Dormierunt.] Ita collati codices. In Compl. est, ἐκοιμήθησαν, & apud S. Hier. non dormierunt. ψ Omnes in vita sua.] In quibusdam, & apud Theodoretum est, γίγαντας, & apud S. Hier. gigantes in E vita sua. In quibusdam vero libris, & apud Theodoretum sequuntur hæc, καὶ φόβος δυναστευόντων ἐγένετο ἐν τῇ γῇ τῶν ζώντων, & timor dominantium factus est in terra viuentium: quæ apud S. Hier. non ponuntur: & videri possunt alia interpretatio præcedentis sententiæ. ω Dormies.] Multi, συντριβήσῃ, καὶ κοιμηθήσῃ, & apud S. Hieronymum, contereris, & dormies. αα Ibi dati.] In plerisque, & apud Theodoretum, ἐκεῖ ἐδώμ, καὶ οἱ βασιλεῖς αὐτῆς, (al. αὐτοῦ) καὶ πάντες οἱ ἄρχοντες ἀσσοὺρ, (al. αὐτῆς) & apud S. Hieronymum. Ibi Edom, & reges eius, & omnes principes Assur. ββ Omnes.] In plerisque, πάντες ὅσοι, (al. αὐτοὶ) πάντες & apud S. Hieron. omnes, vniuersi. γγ Descendentes vulnerati cum terrore suo, & in fortitudine sua dormierunt.] Pro his in aliquot libris, & apud Theodoretum est, οἵτινες κατήχθησαν μετὰ τραυματιῶν σὺν τῷ φόβῳ αὐτῶν, ἡττηθέντες ἀπὸ τῆς ἰσχύος αὐτῶν, αἰσχυνόμενοι ἐκοιμήθησαν, qui deducti sunt cum vulneratis cum terrore suo, deiecti à fortitudine sua, confusi dormierunt. Apud S. Hieron. est, confusi: reliqua magis conueniunt cum nostra. δδ Dicit Dominus.] In plerisque hæc antecedunt, τραυματίαι μαχαίρας φαραὼ, καὶ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτοῦ, & apud S. Hier. vulnerati gladio Pharao, & omnis fortitudo eius.

CAP.

CAP. XXXIII.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis loquere filijs populi tui, & dices ad eos: Terra, super quam induxero gladium, & assumpserit populus terræ hominem vnum de suis, & dederint eum sibi in speculatorem, & viderit gladium venientem super terram, & cecinerit tuba, & significauerit populo, & audiuerit audiẽs vocem tubæ, & non se obseruauerit, & venerit gladius, & comprehenderit eum; sanguis ipsius super caput ipsius erit: quia vocem tubæ audiens non se obseruauit: sanguis ipsius super ipsum erit: & hic, quia custodiuit se; animam suam liberauit. Quòd si speculator viderit gladium venientem, & non significauerit tuba, & populus non se custodierit, & veniens gladius tulerit de his animam; ipsa propter iniquitatem suam capta est: & [a] sanguinem de manu speculatoris requiram. Et tu fili hominis speculatorem dedi te domui Israel, & audieris ex ore meo [b] sermonem, in dicendo me peccatori, [c] morte morieris, & non fueris loquutus, vt custodiat se impius à via sua; ipse iniquus iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. Tu autem si prænunciaueris impio viam suam, vt auertat se ab ea, & non auerterit se à via sua; hic impietate sua morietur: & tu animam tuam liberasti. Et tu fili hominis dic domui Israel: Sic loquuti estis, dicentes: Errores nostri, & iniquitates nostræ super nos sunt: & in ipsis nos tabescimus: & quomodo viuemus? Dic eis: Viuo ego: hæc dicit Dominus: Non volo mortem impij, sicut cõuerti impium à via sua, & ipsum viuere. Conuersione conuertimini à via [d] vestra: & vtquid morimini domus Israel? [e] Dic ad filios populi tui: Iustitia iusti non liberabit eum, in quacumque die errauerit: & iniquitas impij non nocebit ei, in quacumque die conuersus fuerit ab iniquitate sua. Et iustus [f] non poterit saluari. In dicendo me [g] iusto, hic confidit in sua iustitia, & faciet iniquitatem; omnes iustitiæ eius non memorabuntur: in iniustitia sua, quam fecit, in ea morietur. Et in dicendo me impio, morte morieris, & auertet se à peccato suo, & faciet iudicium, & iustitiam, & pignus restituerit, & rapinas reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, non faciendo iniustum; vita viuet, & non morietur: omnia peccata eius, quæ peccauit, non memorabuntur: quia iudicium, & iustitiam fecit; in ipsis viuet. Et dicent filij populi tui: non est recta via Domini: Et ipsa via eorum non est recta. In recedendo iustum à iustitia sua, & faciet iniquitates, & morietur in eis. Et in recedendo peccatorem ab iniquitate sua, & faciet iudicium, & iustitiam; in ipsis ipse viuet. Et hoc est, quod dixistis: non recta via Domini. Vnumquemque in vijs suis iudicabo vos domus Israel. Et factum est in duodecimo [h] anno in [i] duodecimo mense, quinta mensis captiuitatis nostræ, venit ad me, qui saluatus fuerat de Hierusalem, dicens: capta est ciuitas. Et manus Domini facta fuerat super me vespere, antequam ille veniret: & aperuit os meum; [k] donec venit ad me mane. Et apertum os meum non se cohibuit vltra. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, qui habitant desertas super terram Israel, dicunt: vnus erat Abraam, & possedit terram: & nos plures sumus: nobis data est terra in [l] possessionem. Idcirco dic eis: Hæc dicit Dominus Dominus. Viuo ego, si non, qui in desertis, cadent gladijs, & qui super faciem campi, bestijs agri dabuntur in deuorationem, & eos, qui in muratis, &

eos, qui

A eos, qui in speluncis, morte interficiam. Et dabo terram desertum: & peribit superbia fortitudinis eius: & desolabuntur montes Israel, eo quod non sit, qui transeat. Et scient, quia ego sum Dominus. Et faciam terram eorum desertum: & desolabitur propter vniuersas abominationes ipsorum, quas fecerunt. Et tu fili hominis, filij populi tui loquentes de te iuxta muros, & ostijs domorum, & loquuntur homo fratri sui, dicentes: conueniamus, & audiamus, quæ egrediuntur à Domino: veniunt ad te, quomodo congregari solet populus, & sedent [μ] coram te, & audiunt verba tua, & ea non facient: quoniã mendacium in ore [ν] eorum, & post [ξ] contaminationes cor eorum. Et es eis, quasi vox psalterij dulcisoni concinni: & audient verba tua, & non facient [ο] ea. Et cum venerit; dicent, B ecce venit: & scient, quia propheta erat in medio eorum.

[α] Sanguinem.] *In nonnullis additur*, αὐτῆς, *in quibusdam, & apud Theodoretum est*, τὸ δὲ αἷμα αὐτῆς, sanguinem vero eius. [β] Sermonem.] *In aliquo codice, & apud Theodoretum sequitur*, καὶ προφυλάξῃς αὐτοὺς (*al.* αὐτὸν) παρ᾽ ἐμοῦ, & cautos illos (*al.* cautum illum) feceris antea ex me. *In Compluten.* καὶ ἀναγγελεῖς αὐτοῖς ἀπ᾽ ἐμοῦ, & annunciabis eis ex me, *quomodo fere vulgata nostra.* [γ] Morte.] *In aliquo, & apud Theodoretum antecedit*, ἁμαρτωλὲ, peccator. [δ] Vestra.] *In multis additur*, τῆς πονηρᾶς, pessima. [ε] Die.] *In plerisque antecedit*, καὶ σὺ υἱὲ ἀνθρώπου, & tu fili hominis. [ζ] Non poterit saluari.] *In plerisque sequitur*, ἐν ἡμέρᾳ ἁμαρτίας αὐτοῦ, in die peccati sui: *in vno autem peruetusto est*, οὐ μὴ δύνηται ζῆσαι διὰ τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἁμάρτῃ, non poterit viuere per iustitiam suam, in quacumque die peccauerit. [η] Iusto, hic.] *Plerique*, τῷ δικαίῳ, ζωῇ ζήσῃ, καὶ οὗτος, iusto, vita viues, & hic. [θ] Duodecimo.] *Corrigendum in nostra*, δωδεκάτῳ. C [ι] Duodecimo.] *Hic in multis est*, δεκάτῳ, decimo, *vt vulgata: sed Theodoretus, vt nostra.* [κ] Donec.] *Videtur hoc loco, vt etiam alibi*, ὡς, *valere idem, atque* ἕως, *quod est in alijs.* [λ] Possessionem.] *In cæteris libris quamquam cum aliqua varietate, & apud Theodoretum hæc sequuntur*, διὰ τοῦτο εἰπὲ πρὸς αὐτούς. τάδε λέγει ἀδωναὶ κύριος. ἐπειδὴ τὸ αἷμα τος ἐσθίετε, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν αἴρετε πρὸς τὰ εἴδωλα ὑμῶν, καὶ αἷμα ἐκχέετε: καὶ τὴν γῆν κατακληρονομήσετε, ἔστητε ἐπὶ τῆς ῥομφαίας ὑμῶν, ἐποιήσατε βδελύγματα. καὶ ἕκαστος τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐμιάνατε, καὶ τὴν γῆν κατακληρονομήσετε; Ideirco dices ad eos: Hæc dicit Adonai Dominus: Quia de sanguine comeditis, & oculos vestros leuatis ad idola vestra, & sanguinem funditis; etiam terram hæreditate possidebitis? Stetistis in gladijs vestris, fecistis abominationes, & vnusquisque vxorem proximi sui polluistis: & terram hæreditate possidebitis? *Quæ testatur S. Hier. in lxx. non haberi, licet vna cum multis alijs scriptorum vitio paulatim subita suspicetur.* [μ] Coram te.] *In cæteris sequitur*, ὁ λαός μου, populus meus. [ν] Contaminationes.] *Sic etiam Theodoretus. In quibusdam est*, αὐτῶν ποιήσουσιν αὐτοί, *& apud Sanctum Hieronymum ex lxx.* eorum ipsi faciunt: *& posset etiam reddi*, suo ipsi facient. [ξ] Contaminationes.] *Ita etiam Theodoretus. Alij addunt*, αὐτῶν, suas. *Apud eundem vero, & in quibusdam codicibus sequitur*, ἡ καρδία αὐτῶν πορεύεται, *& apud Sanctum Hieronymum ex lxx.* & post abominationes suas cor eorum graditur. D [ο] Ea.] *In nonnullis libris, & apud Theodoretum sequitur*, διότι ψεῦδος ἐν τῷ στόματι αὐτῶν, quia mendacium in ore ipsorum: *quæ absunt etiam à vulgata nostra.*

CAP. XXXIV.

Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Filij hominis propheta ad pastores Israel: propheta, & dic pastoribus: Hæc dicit Dominus Dominus: O pastores Israel, nunquid pascunt pastores semetipsos? Nonne oues pascunt ipsi pastores? Ecce lac comeditis, & lanis operimini, & quod crassum E est, occiditis, & oues meas non pascitis. Quod infirmum fuit, non confortastis; & [α] quod ægrotum, non sanastis; & quod contritum, non alligastis; & quod errabat, non reduxistis; & quod perierat, nõ quæsistis; & quod forte erat, afflixistis [β] labore. Et dispersæ sunt oues meæ, eo quod non essent pastores: & factæ sunt in deuorationem omnibus bestijs agri: Et dispersæ sunt oues meæ in omni monte, & super omnem collem excelsum: & super faciem [γ] terræ dispersæ sunt: & non erat, qui requireret, neque, qui reduceret. Propterea pastores audite verbũ Domini: Viuo ego, dicit Dominus Dominus, si non pro eo, quod factæ sunt oues meæ

meæ in rapinam, & factæ sunt oues meæ in deuorationem omnibus bestijs campi, eo quòd non essent pastores (& non quæsierunt pastores oues meas, & pauerunt pastores semetipsos, oues autem meas non pauerunt); pro hoc [d] pastores hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego super pastores, & requiram oues meas de manibus eorum, & amouebo eos, ne pascant oues meas, & non pascent amplius pastores eas: & liberabo oues meas de ore eorum; & non erunt eis vltra in deuorationē. Quia hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego requiram oues meas, & visitabo eas. Sicut [e] quærit pastor gregem suum, in die, quando fuerit caligo, & nubes in medio [f] ouium separatarum; sic requiram oues meas, & eruam eas de omni loco, in quo dispersæ fuerant illic in die nubis, & caliginis. Et educam eos de gētibus, & congregabo eos de regionibus, & inducam eos in terram suā, & pascam eos in montibus Israel, & in vallibus, & in omni habitatione terræ. In pascua bona pascam eos, in monte excelso [a] Israel. Et erunt ouilia eorum ibi; & dormient, & ibi requiescent in delicijs bonis, & in pascua pingui pascentur super montes Israel. Ego pascam oues meas: & ego faciā requiescere eas: & [b] sciēt, quia ego sum Dominus. Hæc dicit Dominus Dominus. Quod perierat, requiram; & quod errabat, reducam; & quod contritum, alligabo; & quod defecerat, confortabo; & quod forte, custodiam, & pascam eas cum iudicio. Et vos [c] oues hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego dijudicabo inter ouem & ouem, arietes & hircos. Et nonne satis vobis erat, quia bonam pascuam depascebatis; & reliquias pascuæ vestræ conculcabatis pedibus vestris? & collectam aquam bibebatis; & reliquum pedibus vestris turbabatis? Et oues meæ conculcationes pedum vestrorum pascebant, & aquam conturbatam à pedibus vestris bibebant. Propterea hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego dijudicabo inter ouem fortem, & inter ouem infirmam. In lateribus, & humeris vestris propulsabatis, & cornibus vestris [x] ventilabatis, & omnem, quæ deficiebat, affligebatis. Et saluabo oues meas: & non erunt vltra in rapinam: & iudicabo inter arietem [h] ad arietem. Et suscitabo super eos pastorem vnum, & pascet eos, seruum meū Dauid. Et erit eorum pastor: & ego Dominus ero eis in Deum: & Dauid princeps in medio eorum. Ego Dominus loquutus sum. Et disponam [i] Dauid testamentum pacis: & delebo bestias pessimas de terra, & habitabunt in [k] deserto, & somnum capient in saltibus. Et [l] dabo eos in circuitu montis mei: & [m] dabo pluuiam vobis, pluuiam benedictionis. Et ligna quæ in campo, dabunt fructum suum: & terra dabit fortitudinem suam: & habitabunt in terra sua in spe pacis: & scient, quia ego sum Dominus, cum contriuero [n] iugum eorum, & eruero eos de manu seruire eos facientium. Et non erunt vltra in rapinam gentibus, & bestiæ terræ non vltra deuorabunt eos. Et habitabunt in spe: & non erit, qui exterreat eos. Et sucitabo eis plantationem [o] pacis: & non erunt vltra pereuntes fame in terra: neque portabunt amplius opprobrium gentium. Et scient, quia ego sum Dominus Deus [p] eorum, & ipsi populus meus. Domus Israel, dicit Dominus Dominus, [r] oues meæ, & oues greges mei estis; & ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Dominus.

[a] Et quod ægrotum, non sanastis.] *καὶ τὸ κακῶς ἔχον οὐκ ἐσωματοποιήσατε, videntur valere idem, atque illa, quæ sunt in quibusdam καὶ τὸ κακῶς ἔχον οὐκ ἰάσασθε, aut καὶ τὸ ἄρρωστον οὐκ ἰάσασθε. In nonnullis etiam, & apud Theodoretum vtraque ponuntur, hæc antecedunt, nostra sequuntur. Et videntur duæ interpretationes eiusdem sententiæ.*

A tentiæ. β Labore.] *Hoc agnoscit S.Hier.In quibusdam, & apud Theodoretum sequitur,* καὶ ἐν κράτει ἐπαιδεύσατε αὐτὰ καὶ ἐν παιγνίῳ, & in imperio castigastis eas, & in lusu, *quæ item altera videtur interpretatio.* γ Terræ.] *In plerisque est,* πάσης τῆς γῆς, vniuersæ terræ. δ Pastores.] *Plerique addunt,* ἀκούσατε λόγον κυρίου, audite verbum Domini. ε Quærit.] *In nonnullis,* ἐπισκέπτεται, visitat. ζ Ouium.] *In plerisque additur,* αὐτοῦ, *& apud S.Hier.ex antiqua,* suarum. η Israel.] *In aliquo codice, & apud Theodoretum additur,* ἔσται δὲ πρέπεια αὐτῶν, erit decor eorum. θ Et scient, quia ego sum Dominus.] *Hæc sunt in omnibus collatis codicibus, & apud Theodoretum: absunt autem à Complut. vt à vulgata.* ι Oues.] *Cæteri addunt* μου, *& apud S.Hieron.* oues meæ. κ Ventilabatis, & omnem, quæ deficiebat, affligebatis.] *In multis est,* ἐκερατίζετε πᾶν τὸ ἐκλεῖπον, cornupetebatis omnem deficientem, & infirmam. *Quidam vero, & Theodoretus habent fere vt nostra, sed addunt hæc,* ἕως οὗ ἐξώσατε αὐτὰ ἔξω, *(hucusque Compl. vt vulgata)* καὶ διεσπάρη τὰ πρόβατά μου παντὶ παραπορευομένῳ, donec expulistis eas foras, & dispersæ sunt oues meæ omni prætereunti. λ Ad arietem.] *Est hebraismus, & valet idem, atque,* & arietem: *quod habet S.Hier.ex antiqua. Theodoretus habet,* ἀναμέσον προβάτου καὶ προβάτου, κριῶν, καὶ τράγων, inter ouem & ouem, arietem, & hircum. *Compl.* ἀναμέσον προβάτων, καὶ κριῶν. μ Dauid.] *In aliquo est,* αὐτοῖς, eis. ν Deserto.] *In quibusdam, & apud Theodoretum additur,* πεποιθότες, confidentes. ξ Et dabo eos in circuitu montis mei. *In multis est,* αὐτοῖς, eis: *à Theodoreto abest vtrunque: sed in omnibus fere additur,* εὐλογίαν benedictionem. ο Dabo.] Hoc refert S.Hier ex antiqua. *In aliquo autem codice, & apud Theodoretum est,* καὶ καταβιβάσω τὸν ὑετὸν ὑμῖν ἐν καιρῷ αὐτοῦ. ὑετοὶ εὐλογίας ἔσονται, & deducam pluuiam vobis in tempore suo: pluuiæ benedictionis erunt. π Iugum.] *In aliquo, & apud Theodor. est,* τοὺς κλοιοὺς τοῦ ζυγοῦ, torques iugi, *& apud S.Hier.ex antiqua,* torquē iugi. *In Compl.* τὸν σφηνὸν τοῦ ζυγοῦ, catenam iugi. ρ Pacis.] *In aliquo & apud Theodor. additur,* εἰς ὄνομα, in nomen: *sed est altera interpretatio: quod constat ex S.Hier. In plerisque etiā, & apud Theodor. sequuntur hæc,* καὶ οὐκέτι ἔσονται ὀλίγοι ἀριθμῷ ἐν τῇ γῇ, & non erunt vltra pauci numero in terra: *quæ item ex S. Hier. constat esse alteram interpretationem sequentis sententiæ,* & non erunt vltra pereuntes fame in terra. *Ita enim inquit,* imminuti, siue pereuntes fame. σ Eorum.] *In quibusdam, & apud Theodoretum additur,* μετ' αὐτῶν, cum eis. τ Oues.] *In nonnullis, & apud Theodoretum,* καὶ ὑμεῖς πρόβατά μου, καὶ πρόβατα νομῆς μου ἄνθρωποί ἐστε, & vos oues meæ, & oues pascuæ meæ, homines estis.

C

CAP. XXXV.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis conuerte faciem tuam super montem Seir, & propheta ad eum, & dic ei: Hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego ad te mons Seir: & extendam manum meam super te, & dabo te in solitudinem, & desolaberis: & α vrbibus tuis solitudinem faciam: & tu desertum eris, & scies, quia ego sum Dominus: eo quòd fueris β tu inimica sempiterna, & insederis domui Israel fraudulēter in γ manu inimicorum gladio in tempore δ iniquitatis in extremis. Propterea viuo ego, dicit Dominus D Dominus, quoniam in sanguinem peccasti; & sanguis persequetur ε te. Et dabo montem Seir in desertum, & desolatum: & disperdam de eo homines, & ζ iumenta: & implebo vulneratis colles tuos, & valles tuas: & in omnibus campis tuis vulnerati gladio cadent in te. Solitudinem sempiternam ponam te: & ciuitates tuæ non habitabuntur vltra: & scies, quia ego sum Dominus: Eo quòd dixeris, duæ gentes, & duæ regiones meæ erunt, & hæreditate possidebo eas: & Dominus ibi est. Propterea viuo ego, dicit Dominus, & faciam tibi iuxta inimicitiam η tuam: & notus efficiar tibi, cum iudicauero te: & scies, quia ego sum Dominus. Audiui vocem blasphemiarum tuarum, θ quia dixisti, montes Israel deserti nobis dati sunt in deuoratione, & magnifice loquutus es super me ore ι tuo: E ego audiui. Hæc dicit Dominus: In lætitia vniuersæ terræ desertum κ faciam te: desertus eris mons Seir: & omnis Idumæa, & λ consumentur: & scies, quia ego sum Dominus Deus eorum.

α Vrbibus.] *Plerique, & Theodoretus,* ἐν ταῖς πόλεσι, in vrbibus. β Tu.] *Nonnulli, & Theodor.* ἐν σοὶ ἔχθρα αἰώνιος, pro eo, quòd fuit in te inimicitia sempiterna. *A Compl. abest &* σύ, *&* ἐν σοί. γ In manu inimicorum gladio.] *Sic etiam Theodoretus: alij,* μαχαίρας, gladij: *& fortasse,* inimicorum, *&,* gladij, *sunt duæ interpretationes: Nam S.Hier.ex antiqua refert tantum,* in manu gladij. δ Iniquitatis in extremis.] *In aliquot libris, & apud Theodoretum,* θλίψεως αὐτῶν, καὶ ἐν καιρῷ ἀδικίας ἐπ' ἐσχάτῳ, *al.* ἐπ' ἐσχάτων, afflictionis eorum, & in tēpore iniquitatis in extremo. *al.* in nouissimis. ε Te.] *In quibusdam, & apud Theodoretū sequitur,* αἷμα γάρ σου, (*Compl.*

(*Compl. habet tantum,* καὶ αἷμα) ἐμίσησας, καὶ τὸ αἷμά σου διώξει σε, *Compl.* καὶ αἷμα ἐκδιώξεταί σε. *In vulgata nostra est,* & cum ſanguinem oderis; ſanguis perſequetur te *Pro quo inquit S. Hier. Symmachum manifeſtius eſſe interpretatum,* ſanguinem tuum odiſti: & ſanguis perſequetur te. ζ Iumenta.] *In aliquot libris, & apud Theodoretum adiungitur,* καὶ ἀπὸ πορευόμενον, καὶ ἀναστρέφοντα. *Sed hoc eſſe alteram interpretationem conſtat ex S. Hier. qui inquit,* euntem, & redeuntem (ſiue homines, & iumenta.) η Tuam.] *In iiſdem, & apud Theodoretum ſequitur,* καὶ κατὰ τὸν ζῆλόν σου, ὃν ἐποίησας, διὰ τὸ μεμισηκέναι σε ἐν αὐτοῖς, *quod vulgata noſtra,* & ſecūdum zelum tuum, quē feciſti, odio habens eos. θ Quia dixiſti, montes Iſrael.] *Iidē,* ὧν ἔλεγες περὶ τῶν ὀρέων ἰσραήλ, λέγων, τὰ ὄρη ἰσραὴλ τὰ ὑψηλὰ τὰ αἰώνια, quas dicebas de montibus Iſrael, dicens, montes Iſrael excelſi, ſempiterni. *Sed multa ex his neque etiam in vulgata noſtra ſunt.* ι Tuo.] *In iiſdem ſequitur,* καὶ ἐπλήθυνας ἐπ' ἐμὲ λόγους σου, & multiplicaſti ſuper me verba tua. *Compl.* καὶ ἐφωνήσατε κατ' ἐμοῦ, & vociferati eſtis contra me: *quæ videtur Sanctus Hieronymus referre ex antiqua.* κ Faciam te.] *In cæteris ſequuntur hæc,* καθὼς ηὐφράνθης εἰς κληρονομίαν (*al.* ἐπηυφράνθης τῇ κληρονομίᾳ) οἴκου ἰσραήλ, ὅτι ἠφανίσθη, οὕτω ποιήσω σε, ſicut gauiſus es ſuper hæreditate domus Iſrael, eo quòd fuerit diſsipata; ſic faciam te. *Quæ S. Hieron. teſtatur in lxx. non haberi, ſed ſub aſteriſcis, de Theodotionis editione eſſe addita.* λ Et conſumentur.] *Idem notat hoc in lxx. additum eſſe, & in hebraico non haberi. In aliis vero eſt,* καὶ πᾶσα ἡ ἰδουμαία ἐξαναλωθήσεται (*al.* ἐξολοθρευθήσεται) καὶ γνώσονται, & omnis Idumæ conſumetur (*al.* exterminabitur:) & ſcient, *&c.*

CAP. XXXVI.

ET tu fili hominis propheta ſuper montes Iſrael, & dic montibus Iſrael: Audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus Dominus: Eo quòd dixit ſuper vos inimicus, euge, [α] ſolitudines ſempiternæ in poſſeſsionem vobis factæ ſunt, propterea vaticinare, & dic: Hæc dicit Dominus Dominus: [β] Pro eo, quòd deſpecti eſtis vos, & odio habiti ab his, qui in circuitu veſtro ſunt, vt eſſetis in poſſeſsionem reliquis gentibus, & [γ] aſcendiſtis loquela linguæ, & in opprobrium gentibus; propterea montes Iſrael audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus montibus, & collibus, & torrentibus, & vallibus, & deſolatis, & diſſipatis, & vrbibus derelictis, [δ] & factæ ſunt in direptionem, & in conculcationē reliquis gentibus per circuitum. Propterea hæc dicit Dominus Dominus: Quia in igne furoris mei loquutus ſum ſuper reliquas gentes, & ſuper Idumæam vniuerſam: quia dederunt terram meā ſibi in poſſeſsionem cum gaudio, [ε] deſpicientes animas, vt delerent eas in vaſtatione. Idcirco vaticinare ſuper terram Iſrael: & dic montibus, & collibus, & vallibus, & locis nemoroſis: Hæc dicit Dominus: Ecce ego in zelo meo, & in furore meo loquutus ſum, eo quòd opprobria gentium portaueritis. [ζ] Idcirco ecce ego leuabo manum meam ſuper gentes, quæ in circuitu veſtro: ipſi ignominiam ſuam portabunt. Veſtram autē montes Iſrael vuam, & fructum veſtrum comedet populus meus: quia ſperant venire. Quoniam ecce ego ad vos, & reſpiciam ad vos, & colemini, & accipietis ſementem, & multiplicabo in vobis homines, omnem domum Iſrael in finem: & habitabuntur ciuitates: & deſerta ædificabitur. Et multiplicabo in vobis homines, & [η] iumenta: & habitare vos faciam, ſicut in principio veſtro, & bene faciam vobis, ſicut anteriora veſtra: & ſcietis, quia ego ſum Dominus. Et generabo ſuper vos homines, populum meum Iſrael: & hæreditate poſsidebunt vos: & eritis eis in poſſeſsionem: & non addetis vltra, vt abſque liberis vos faciant. Hæc dicit Dominus Dominus: Pro eo quòd dixerūt tibi, [θ] deuoratrix hominum es, & abſque liberis de gente tua facta es; propterea homines non comedes amplius, & gentem tuam liberis non orbabis vltra, ait Dominus Dominus: & non audietur vltra ſuper vos ignominia gentium: & opprobria populorum nequaquam portabitis [ι] amplius, ait Dominus Dominus. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: Fili hominis, domus Iſrael habitauit in terra ſua: & polluerunt

eam in

A eam in via sua, & in idolis suis, & in suis immunditijs. Et iuxta immunditiam menstruatæ facta est via eorum coram me: & effudi furorem meum super eos: & disseminaui eos in gentes, & ventilaui eos in regiones: iuxta viam eorum, & iuxta peccatum eorum iudicaui eos. Et ingressi sunt ad gentes, quo ingressi sunt illuc, & polluerunt nomen sanctum meum, cum diceerentur ipsi, populus Domini isti: & de terra eius egressi sunt. Et peperci eis propter nomen meum sanctum, quod polluerant domus Israel in gentibus, quo ingressi sunt illuc. Idcirco dic domui Israel: Hæc dicit Dominus: Non vobis ego facio domus Israel, sed propter nomen meum sanctum, quod polluistis in gentibus, quo intrastis illuc. Et sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum est in B gentibus, quod polluistis in medio earum: & scient gentes, quia ego sum Dominus, cum sanctificatus fuero in vobis ante oculos earum. Et tollam vos de gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & introducam vos in terram vestrã. Et aspergam super vos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus immunditijs vestris, & ab omnibus idolis vestris, & mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum: & spiritum nouum dabo in vobis: & auferam cor lapideum de carne vestra: & dabo vobis cor carneum: & spiritum meum dabo in vobis: & faciam, vt in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & faciatis. Et C habitabitis in terra, quam dedi patribus vestris: & eritis mihi in populum: & ego ero vobis in Deum. Et saluos vos faciam ex vniuersis immunditijs vestris: & vocabo frumentum, & multiplicabo illud: & non dabo super vos famem. Et multiplicabo fructum ligni, & genimina agri: vt non portetis opprobrium famis in gentibus. Et recordabimini viarum vestrarum pessimarũ, studiorumque vestrorum non bonorum: & displicebitis ante faciem ipsorum in iniquitatibus vestris, & super abominationibus vestris. Non propter vos ego facio, dicit Dominus Dominus: notum est vobis. Confundimini, & erubescite de vijs vestris domus Israel. Hæc dicit Adonai Dominus: In die, qua mundabo vos ex om D nibus iniquitatibus vestris, & habitari faciam vrbes, & ædificabuntur solitudines, & terra deserta excoletur, pro eo quòd desolata erat ante oculos omnis viatoris; & dicent: Terra illa deserta facta est, vt hortus deliciarum: & ciuitates desertæ, & dissipatæ, atque suffossæ, munitæ sederunt. Et scient gentes, quæ derelictæ fuerint in circuitu vestro; quia ego Dominus ædificaui destructas, & plantaui deletas. Ego Dominus loquutus sum, & faciam. Hæc dicit Adonai Dominus: Adhuc in hoc quærar domui Israel, vt faciam eos. Multiplicabo eos, sicut oues, homines, vt oues sanctas, vt oues Hierusalem in solennitatibus eius. Sic erunt ciuitates desertæ plenæ ouium hominũ. Et scient, quia ego Dominus.

E α Solitudines sempiternæ.] *In plerisque additur*, τὰ ὑψηλά, excelsa: *non tamen apud Theodoretum: ac S. Hieron. pro duabus interpretationibus ponit*, altitudines, siue solitudines. β Pro eo, quòd despecti estis vos, & odio habiti ab his.] *Sanctus Hieronymus refert ex antiqua tantum hæc*, pro eo, quòd dispersi (*suspicamur legendum*, despectiui *ta enim solet sæpe verti verbum græcum*, ἀτιμασθῆναι) estis ab his: *& certe illud*, & odio habiti, *abest etiam à Theodoreto: sed apud ipsum, & in plerisque codicibus hæc antecedunt*, ἀντὶ τοῦ γενέσθαι ὑμᾶς εἰς ἀφανισμὸν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, καὶ pro eo, quòd fuistis vos in desolationem omnibus gentibus, &c. γ Et ascendistis loquela linguæ.] *In multis est*, καὶ ἀνέβητε, καὶ ἐγένεσθε, & ascendistis, & facti estis: *In quibusdam & apud Theodoretum*, καὶ ἀνέβητε λάλημα γλώσσης ἐπὶ χειλέων, & ascendistis loquela linguæ super labia *Sanctus Hieronymus*, & ascendistis super labium linguæ. δ Et factæ sunt.] *Plerique, & Theodoretus*, αἳ ἐγένοντο, quæ factæ sunt. ε Despicientes.] *In aliquo codice, & apud Theodoretum antecedit*, ἐξ ὅλης καρδίας, ex toto corde *Pro quo Sanctus Hieronymus videtur habuisse in antiqua*, cum odio despicientes. ζ Idcirco.] *In quibusdam, & apud Theodoretum additur*, τάδε λέγει ἀδωναῒ κύριος, hæc dicit Adonai Dominus. η Iumenta.] *In plerisqu*

plerisque codicibus, & apud Theodoretum hæc sequuntur, καὶ αὐξηθήσονται, καὶ πληθυνθήσονται, & crescent, & multiplicabuntur. θ Deuoratrix.] *Sic etiam Sanctus* Hieronymus. *In plerisque autem, & apud Theodoretum antecedit,* γῆ, terra. ι Amplius.] *In plerisque, & apud Theodoretum hæc sequuntur,* καὶ τὸ ἔθνος σου ἐκ ἀτεκνωθήσεται ἔτι, *& Sanctus Hieronymus ex antiqua,* & gens tua absque liberis vltra non erit. κ Eos.] *In cæteris hæc sequuntur,* περὶ τοῦ αἵματος οὗ ἐξέχεον *(al.* αὐτοὶ ἂν ἐξέχεαν αἷμα*)* ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν ἐμίαναν αὐτήν. *Et Sanctus Hieronymus,* pro sanguine, quem suderunt super terram, & in idolis suis polluerunt eam. λ Peccatum.] *Nonnulli, ac Theodoretus,* τὰ ἐπιτηδεύματα. *Sanctus Hieronymus,* & adinuentiones, siue peccata: *vt hoc videatur habuisse in antiqua.* μ Cum dicerentur ipsi.] *Quidam codices, & Theodoretus,* ἐν τῷ λέγεσθαι αὐτοῖς, cum diceretur eis. ν Et mundabo.] *Illud, &, abest à Theodoreto: vt coniungatur cum præcedentibus,* & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos, *vt Sanctus* Hieronymus. ξ Faciatis.] *Nonnulli, ac Theodoretus addunt,* αὐτήν, ea. ο Portetis.] *Iidem addunt,* ἔτι, vltra. π Ipsorum.] *Sic etiam Theodoretus, & videtur positum pro,* vestram ipsorum, *vt alibi. Complut. quidem habet,* ὑμῶν. ρ Hominibus.] *Poterat etiam verti,* ouibus *(idest gregibus)* hominum: *sed paulo antea etiam apud* Sanctum Hieronymum *ex antiqua dictum erat,* oues homines. *Nostra versio vtramque sententiam fert. Theodoretus habet,* καὶ ἀνθρώπων, & hominibus. *Quidam,* καὶ ἀρνῶν, & agnis.

CAP. XXXVII.

ET facta est super me manus Domini: & eduxit me in spiritu [α] Dominus: & posuit me in medio campi: & hic erat plenus ossium hominum: et circunduxit me super ea per gyrum in circuitu: et ecce multa nimis super faciem campi, arida vehementer. Et dixit ad me: Fili hominis, si viuent ossa hæc? Et dixi: Domine Domine tu nosti hæc. Et dixit ad me: [β] Propheta super ossa ista, et dices eis: ossa arida audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus ossibus istis: Ecce ego affero super vos spiritum vitæ, et dabo super vos neruos, et inducam super vos carnem, et extendam super vos pellem, et dabo spiritum meum in vos, et viuetis: et cognoscetis, quoniam ego sum Dominus. Et prophetaui, sicut præcepit mihi. Et factum [γ] est, cum ego prophetarem: et ecce commotio: et accedebant ossa [δ] inuicem ad iuncturam suam. Et vidi: et ecce super ea nerui, et carnes oriebantur: et ascendebant super ea pelles desuper: et spiritus non erat in eis. Et dixit ad me: Propheta super spiritum, propheta fili hominis, et dic spiritui: Hæc dicit Dominus: A quatuor spiritibus [ε] veni, et insuffla in mortuos istos, et viuant. Et prophetaui, sicut præceperat mihi. Et ingressus est in eos spiritus; et vixerunt: et steterunt in pedibus suis, [ζ] congregatio multa [η] nimis. Et loquutus est Dominus ad me, dicens: Fili hominis, ossa hæc omnis domus Israel est: et ipsi dicunt: Arida facta sunt ossa nostra: perijt spes nostra: [θ] dissonuimus. Propterea vaticinare, et dic: Hæc dicit Dominus: Ecce ego aperio memorias vestras: et reducam vos de sepulchris vestris: et introducam vos in terram Israel: et cognoscetis quoniam ego sum Dominus, cum aperuero sepulchra vestra; vt educam [ι] de sepulchris populum meum. Et dabo spiritum meum in vobis, et viuetis: et ponam vos super terram vestram: et cognoscetis, quia ego Dominus. Loquutus sum, et faciam, dicit Dominus. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, assume tibi [κ] virgam: et scribe super eam Iudam, et filios Israel, qui appositi sunt ei. Et virgam secundam assumes tibi: et scribes eam [λ] ipsis Ioseph, virgam Ephræm, et omnes filios Israel, qui appositi sunt ei. Et coniunges eas inuicem tibi in virgam vnam, vt copules eas: et erunt in manu tua. Et erit, quando dixerint tibi filij populi mei, non indicas nobis, quid sint ista tibi? et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Ecce ego assumam tribum Ioseph, quæ in manu Ephræm, et tribus Israel, quæ adiunctæ sunt ei: et dabo eos super tribum Iudam: et erunt in virgam vnam [μ] manui Iuda. Et erunt virgæ, in quibus tu scri-

A

tu scripsisti in eis, in manu tua coram eis. Et dices eis: Hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego assumo omnem domum Israel de medio gentium, quo ingressi sunt illuc: & congregabo eos ex omnibus, qui in circuitu eorum sunt: & inducam eos in terram Israel: & dabo eos in ν gentem in terra mea, & in montibus Israel. Et princeps vnus erit ξ eorum: & non erunt vltra in duas gentes: nec diuidentur vltra in duo regna: vt non polluantur vltra in idolis ο suis. Et eruam eos ex omnibus iniquitatibus eorum, in quibus peccauerunt: & mundabo eos: & erunt mihi in populum: & ego Dominus ero eis in Deum. Et seruus meus Dauid princeps in medio eorum; erit pastor vnus omnium: quia in præceptis meis ambulabunt, & iudicia mea custodient, & facient ea. Et habitabunt in terra sua, quam ego dedi seruo meo Iacob, vbi habitauerunt illic patres eorum: & habitabunt in ea π ipsi. Et Dauid seruus meus ρ princeps in perpetuum. Et disponam eis testamentum pacis: testamentum sempiternum erit cum eis. Et σ ponam sancta mea in medio eorum in perpetuum: & erit tabernaculum meum in eis: & ero eis Deus: & ipsi meus erunt populus. Et scient gentes, quia ego sum Dominus, qui sanctifico eos; cum fuerint sancta mea in medio eorum in perpetuum.

B

C

α Dominus.] *In cæteris,* κυρίου, Domini. β Propheta.] *In plerisque antecedit,* υἱὲ ἀνθρώπου, *& apud Sanctum Hieronymum,* fili hominis. γ Factum est.] *Cæteri,* καὶ ἐγένετο φωνὴ, *& apud S. Hieronymum,* & facta est vox. *Tertull. de resurr. carnis, vbi multa ex hoc loco affert,* Et ecce vox, dum propheto. δ Inuicem.] *In multis est,* ὀστέον, os: *in Compluten.* πρὸς ὀστοῦν, *apud Sanctum Hieronymum,* ad ossa: *in quibusdam, & apud Theodoretum,* ὀστέον πρὸς ὀστέον, ἕκαστον πρὸς τὴν ἁρμονίαν αὐτοῦ, os ad os, vnumquodque ad iuncturam suam. *Tertull. habet tantum,* & accedebant ossa ad ossa. ε Veni.] *In Compluten. additur,* πνεῦμα, *& apud Sanctum Hieronymum,* spiritus: *in quibusdam, & apud Theodoretum est,* ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων ἐλθὲ (*al.* ἐλθέτω) πνεῦμα, *& Tertull.* à quatuor ventis veni spiritus. ζ Congregatio multa.] *Aquila, & Theodotio,* δύναμις μεγάλη, virtus magna. *Tertull.* valentia magna satis. η Nimis.] *Sic etiam Theodoretus. In Compluten. est,* σφόδρα σφόδρα, *apud Sanctum Hieronymum,* vehementer nimis. θ Dissonuimus.] *Solet significare, vt alibi notauimus,* defijmus, *aut,* defuimus. *Sed apud Sanctum Hieronymum ex antiqua etiam in comment. est,* desperauimus, *apud Tertullianum,* auulsi sumus in eis. ι De sepulchris populum meum.] *In quibusdam, & apud Theodoretum antecedit,* ὑμᾶς, vos. *In plerisque autem est,* ὑμᾶς ἐκ τῶν τάφων ὑμῶν λαός μου, *& apud Sanctum Hieronymum, & Tertull.* vos de sepulchris vestris populus meus. κ Virgam.] *Apud Theodoretum additur,* μίαν, *& apud Sanctum Hieronymum,* vnam. λ Eam ipsi Ioseph.] *Ita etiam videtur habuisse Theodoretus: & hebræus etiam habet Ioseph in casu dandi. In alijs est,* ἐπ' αὐτὴν τὸν Ἰωσήφ, *& apud Sanctum Hieronymum,* super eum Ioseph. μ Manui.] *In plerisque,* ἐν τῇ χειρί, in manu, *apud Sanctum Hieronymum,* & erunt in virgam vnam: & erunt in vna manu Iuda. ν Gentem.] *Sic etiam Theodoretus. Nonnulli addunt* ἕν, *& apud Sanctum Hieronymum,* vnam. ξ Eorum.] *In nonnullis, & apud Theodoretum est,* πάντων αὐτῶν εἰς βασιλέα, *& apud Sanctum Hieronymum,* omnium istorum in regem. ο Suis.] *In cæteris hæc sequuntur,* καὶ ἐν τοῖς προσοχθίσμασιν αὐτῶν, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀσεβείαις αὐτῶν, *& apud Sanctum Hieronymum,* & in offendiculis suis, & in omnibus impietatibus suis. π Ipsi.] *In cæteris additur,* καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν, καὶ οἱ υἱοὶ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἕως τοῦ αἰῶνος, *& apud Sanctum Hieronymum,* & filij eorum, & filij filiorum eorum vsque in sempiternum. ρ Princeps.] *In plerisque adiungitur,* αὐτῶν ἔσται, *& apud Sanctum Hieronymum,* eorum erit. σ Et ponam.] *In quibusdam, & apud Theodoretum hæc antecedunt,* καὶ δώσω αὐτοὺς, καὶ πληθυνῶ αὐτοὺς, *& apud S. Hieronymum,* & dabo eos, & multiplicabo eos.

D

E

CAP. XXXVIII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis obfirma faciem tuam super α Gog, & terram Magog, principem Rhos Mesoch, & Thobel: & vaticinare super eum, & dic ei: Hæc dicit Dominus Dominus: Ecce ego super te principem Rhos Mesoch, & Thobel: & β congregabo te, & omnem exercitum tuum, equos, & equites vestitos loricis vniuersos γ congregatione multa, peltæ, & galeæ, & gladij. Persæ, & Æthiopes, & Libyes, omnes

 galeis,

galeis,& peltis,Gomer, & omnes, qui circa eum, domus Thorgama ab extremo Aquilonis,& [δ] omnes,qui circa eum:& gentes multæ tecum. Præparare, præpara te,tu,& omnis congregatio tua,quæ collecta eſt tecum: & eris mihi in cuſtodiam. A diebus plurimis [*] præparabitur,& in nouiſsimo annorum veniet: & veniet in terram, quæ peruerſa eſt à gladio, collectis de gentibus multis ſuper terram Iſrael,quæ facta eſt deſerta omnino.[ε] Et hic ex gentibus egreſſus eſt: & habitabunt in pace [ζ] omnes.Et aſcendes,ſicut pluuia,& [η] venies, ſicut nubes ad operiendam terram:& [θ] eris tu,& omnes,qui circa te,& gentes multæ tecũ. Hæc dicit Dominus Dominus.Et erit in die illa,aſcendent verba ſuper cor tuũ: & cogitabis cogitationes peſsimas,& dices:Aſcendam ſuper terram abiectam: veniam ſuper quieſcentes in quiete,& habitantes in pace,omnes habitantes terram, in qua non eſt murus neque vectes,& portæ non ſunt eis ad prædandum prædam,& ſpoliandum ſpolia eorum, ad conuertendum manum meam in deſolatam,quæ habitata eſt, & ſuper gentem collectam de gentibus multis, qui fecerunt poſſeſsiones,habitantes ſuper vmbilicum terræ. Sabba, & Dædan,& negociatores [ι] Carthaginenſes, & omnes villæ eorum dicent tibi: ad prædandum prædam tu venis,& ſpoliandum ſpolia: congregaſti congregationem tuã ad tollendum argentum,& aurum,ad auferendum [κ] poſſeſsionem, ad ſpoliandum [λ] ſpolia. Propterea vaticinare fili hominis, & dic ad Gog: Hæc dicit Dominus:Nonne in die illa, cum habitauerit populus meus Iſrael in pace,[μ] conſurges? Et venies de loco tuo ab extremo Aquilonis, & gentes multæ tecum: aſcenſores equorum omnes,congregatio magna,& exercitus multus. Et aſcendes ſuper populum meum Iſrael, quaſi nubes, vt operias terram. In nouiſsimis diebus erit:& adducam te ſuper terram meam:vt ſciant omnes gentes me, cum ſanctificatus fuero in te coram eis.Hæc dicit Dominus Dominus ad Gog:Tu es, de quo loquutus ſum ante dies priores per manum ſeruorum meorum prophetarum [ν] Iſrael,in diebus illis,& annis,vt adducerem te ſuper eos.Et erit in die illa,in die,qua venerit Gog ſuper terram Iſrael,ait Dominus Dominus, aſcendet furor meus,& zelus meus: in igne iræ meæ loquutus ſum: ſi non in die illa erit commotio magna ſuper terram Iſrael:& commouebuntur à facie Domini piſces maris,& volatilia cæli,& beſtiæ campi, & omnia reptilia, quæ repunt ſuper humum, cunctique homines, qui ſunt ſuper faciem terræ: & ſcindentur montes,& cadent valles:& omnis murus in terram corruet. Et [ξ] vocabo ſuper ipſum etiam omnem formidinem,dicit Dominus. Gladius hominis ſuper fratrem ſuum erit. Et iudicabo eum peſte,& ſanguine, & pluuia inundante,& lapidibus grandinis:& ignem,& ſulphur pluam ſuper eum, & ſuper omnes, qui cum eo,& ſuper gentes multas cum eo.Et magnificabor,& ſanctificabor, & glorificabor in conſpectu gentium multarum:& ſcient,quia ego ſum Dominus.

[α] Gog.] *Theodoretus.*Gog,& Magog ſunt Scythicæ gentes. Moſoch autem Cappadocas eſſe aiunt, & Thobel Iberos. Illud autem Rhos hebræorum lingua (*al.* Syrus) ſignificat caput. Et Aquila quidem iſtud Rhos Moſoch interpretatus eſt,κεφαλὴν μοσόχ. *Sanctus Hieronymus,*capitis,ſiue Ros: *idque ſæpe repetit.* [β] Et congregabo te.] *In aliquot libris,& apud Theodoretum hæc antecedunt,* καὶ περιστρέψω σε κυκλόθεν,καὶ δώσω χαλινὸν εἰς τὰς σιαγόνας σου,*quod in vulg. noſtra,*& circumagam te,& ponam frenum in maxillis tuis. [γ] Congregatione multa.] *In pleriſque eſt in recto,*συναγωγὴ πολλή, *& in quibuſdam,atque apud Theodoretum ſequitur,* πέλται,καὶ περικεφαλαῖαι,καὶ μάχαιραι,καὶ ἀσπίδες,πάντες αὐτοὶ ἔχοντες.πέρσαι,καὶ αἰθίοπες, καὶ λύδοι καὶ λίβυες,καὶ φρύγες (*Theodor.*καὶ ϕοὺτ) μετ' αὐτῶν.πάντες οὗτοι ἀσπίδας,καὶ περικεφαλαίας,καὶ πέλτας ἔχοντες.γόμερ,*&c.*Peltas, (*quomodo etiam videtur habere Sanctus* Hieronymus *in antiqua,*) & galeas,& gladios, & clypeos omnes hi habentes, Per-

tes. Persæ, & Æthiopes, & Lydi, (*hoc non habet Sanctus Hieronymus*) & Libyes, & Phryges (*neque hoc*) cum eis. Omnes isti clypeos, & galeas, & peltas habentes. Gomer, *&c.* δ Omnes, qui circa eum.] *In quibusdam codicibus, & apud Theodoretum est,* καὶ πάντα τὰ ὑποστηρίγματα αὐτοῦ, & omnia sustentacula eius. *Quod autem pertinet ad nomina ista populorum, legendi S. Hieron. & Theodoretus. Schol.* Thorgoma dicit, vt quidam putant, Armenios, & Iberos, vt autem alij, Cappadocas, & Galatas. * Præparabitur.] *In aliquo, & apud Theodoretum est,* ἑτοιμασθήσῃ, καὶ ἐπ' ἐσχάτου τῶν ἐτῶν ἥξεις, καὶ ἥξεις εἰς γῆν, εἰς τὴν γῆν ἀπεστραμμένην ἀπὸ μαχαίρας, ἠθροισμένην ἀπὸ λαῶν πολλῶν, præparaberis, & in nouissimo annorum venies, & venies in terram auersam à gladio, congregata ex populis multis. *Vnus habet,* ἠθροισμένην, congregatam. ε Et hic ex gentibus egressus est.] *In iisdem,* καὶ αὐτοὶ ἐξ ἐθνῶν ἐξελήλυθασι, & ipsi ex gentibus egressi sunt. ζ Omnes.] *In iisdem additur,* αὐτοί, ipsi. η Venies.] *In iisdem sequitur,* ὡς καταιγὶς, καὶ, sicut procella, &. *Sed* ὑετὸς *&* καταιγὶς, *videri possunt duæ interpretationes.* θ Eris.] *Sic in hebraico. Cæteri,* πεσῇ, cades. ι Carthaginenses.] *In quibusdam libris, & apud Theodoretum est,* θαρσὶς, Tharsis: *in quibusdam vtrumque coniungitur,* καρχηδόνιοι, καὶ θαρσεῖς. *Sanctus Hieronymus,* Tharsis (siue Carthaginenses,) *vt appareat ipsum in antiqua habuisse Carthaginenses.* κ Possessionem.] *In quibusdam, & apud Theodoretum additur,* καὶ ὕπαρξιν, & substantiam. λ Spolia.] *In iisdem additur,* μεγάλα, magna. μ Consurges.] *In iisdem,* γνώσῃ, καὶ ἐγερθήσῃ, *sed Sanctus Hieronymus,* scies, (siue consurges) *vt duæ sint interpretationes, & nostra ex antiqua.* ν Israel.] *Apud Theodoretum additur,* τῶν προφητευσάντων, qui prophetarunt. ξ Et vocabo super ipsum etiam omnem formidinem.] *In aliis,* καὶ καλέσω (*al.* συγκαλέσω) ἐπ' αὐτὸν πάντα φόβον μαχαίρας, *& in quibusdam, & apud Theodoretum additur,* εἰς πάντα τὰ ὄρη μου. Et vocabo (*al.* conuocabo) super eum omnem formidinem gladij (*sic etiam S. Hieron. ex antiqua*) in cunctis montibus meis.

C A P. XXXIX.

ET tu fili hominis vaticinare super Gog, & dic: Hæc dicit Dominus: Ecce ego super te Gog principem Rhos Mesoch, & Thobel. & congregabo te: & deducam te, & faciam ascendere te [a] desuper extremo Aquilonis: & adducam te super montes Israel. Et [c] perdam arcum tuum de manu tua sinistra, & sagittas tuas de manu tua dextera: & deijciam te super montes Israel: & cades tu, & omnes, qui circa te: & gentes, quæ tecum, dabuntur ad multitudines auiū: omni volatili, & omnibus bestijs campi dedi te ad deuorandum. Super faciem campi cades, quia ego loquutus sum, dicit Dominus. Et emittam ignem in [γ] Gog: & habitabuntur insulæ in pace: & scient, quia ego sum Dominus. Et nomen meum sanctum notum fiet in medio populi mei Israel: et non polluetur nomen meum sanctum amplius: et scient gentes, quoniā ego sum Dominus sanctus in Israel. Ecce venit, & scies, quoniam erit, dicit Dominus Dominus. Hæc est dies, in [d] qua loquutus sum. Et egredientur habitatores vrbium Israel, & [e] succendent in armis, peltis, & contis, & arcubus, & sagittis, & baculis manuum, & lanceis: et succendent in eis ignem septem annis: et non assument ligna de campo, neque succident de saltibus: sed arma comburent igni: et deprædabuntur eos, quibus prædæ fuerant, & spoliabunt spoliatores suos, ait Dominus. Et erit in die illa, dabo Gog locum nominatum monumentum in Israel, polyandrion [ζ] eorum, qui venerint ad mare: & ædificabunt per circuitum os vallis: & [*] defodiet ibi Gog, & omnem multitudinem eius: & vocabitur [θ] tunc polyandrion Gog. Et defodient eos domus Israel, vt mundetur terra in septem mensibus: & defodient eos omnis populus terræ: & erit eis [ι] inclytum, qua die glorificatus fuerit, ait Dominus. Et viros iugiter secernent, circumeuntes terram ad sepeliendum [κ] eos, qui remanserint super faciem terræ, vt emundent eam, post septem menses, [λ] & quærent. Et omnis peragrans terram, & videns os hominis, ædificabit apud illud, signum, donec sepeliant illud polinctores in Gai polyandrio Gog. Nam & nomen [μ] ciuitatis Polyandrion. Et mundabitur terra. Et tu fili hominis dic: Hæc dicit Dominus: Dic omni aui volatili, & ad omnes bestias

campi:

campi: Congregamini, & venite: congregamini ab omnibus per circuitum ad victimam meam, quam immolaui vobis, victimam grandē super montes Israel: & comedetis carnes, & bibetis sanguinem: carnes gigantum comedetis, & sanguinem principum terræ bibetis, ν arietes, & vitulos, & hircos: & vituli omnes adipati. Et comedetis adipem ad saturitatem: & bibetis sanguinem ad ebrietatem de victima mea, quam immolaui vobis. Et saturabimini super mensam meam de equo, & ascensore, & gigante, & omni viro bellatore, ait Dominus. Et dabo gloriam meam in vobis: & videbunt omnes gētes iudicium meum, quod feci, & manum meam, quam induxi super eos. Et scient domus Israel, quia ego sum Dominus Deus eorum à die hac, & deinceps. Et scient omnes gentes, quoniam propter peccata sua capti fuerunt domus Israel, eo quòd præuaricati sint in me; & auerti faciem meam ab eis, & tradidi eos in manus inimicorum eorū: & ceciderunt omnes gladio. Iuxta immundicias eorum, & iniquitates eorum feci eis: & auerti faciem meam ab eis. Propterea hæc dicit Dominus Dominus: Nunc reducam captiuitatem in ξ Iacob: & miserebor domui Israel: & assumam zelum propter nomen sanctum meum. Et portabunt ignominiam suam, & iniustitiam, qua iniuste egerunt, cum habitauerint in terra sua in pace, & non erit, qui exterreat, cum reduxero eos de gentibus, & congregauero eos de ο regionibus gentium: & sanctificabor in eis coram gentibus. Et scient, quia ego sum Dominus Deus eorum, cum apparuero eis in π gentibus. Et non auertam vltra faciem meam ab eis; eo quòd effuderim furorem meum super domum Israel, ait Dominus Dominus.

α Desuper.] *Videtur valere* ἐπὶ, *vt etiam alibi idem, atque* ἀπὸ, *quod hic est in nonnullis, & apud Sanctum Hieronymum ex antiqua*, de nouissimis. β Perdam.] *Sic Sanctus Hieronymus ex antiqua. In nonnullis est*, ἀποτινάξω, excutiam. γ Gog.] *Sic etiam Theodoretus. In plerisque est*, Magog. δ In qua.] *Nonnulli, & Theodoretus* ἣν, quam, *idest*, de qua. ε Et succendent in armis.] *Plerique*, καὶ ἐκκαύσουσι, καὶ ἀνάψουσιν ἐν τοῖς ὅπλοις, & accendent, & comburent in armis, *idest*, arma. *Quæ autem sequuntur, satis respondent recitationi Sancti Hieronymi. In quibusdam vero est*, θυρεοῖς, καὶ πέλταις, καὶ δόρασι, καὶ τόξοις, καὶ βέλεσι, καὶ βακτηρίαις χειρῶν, καὶ λόγχαις, scutis, & peltis, & hastis, & arcubus, & iaculis, & baculis manuum, & lanceis. ζ Eorum, qui venerint ad mare.] *Sic Sanctus Hieronymus ex antiqua. Plerique, & Theodoretus*, ἐξ ἀνατολῆς τῆς θαλάσσης, ab Oriente maris. η Defodient.] *Multi*, θάψουσι, sepelient, *& sic paulo post.* θ Tunc.] *In multis est* τὸ γαι, *aut* τὸ γαί, *quod significat vallem: & in nostra paulo post coniungitur*, Gai Polyandrio. ι Inclytum, qua die glorificatus fuerit.] *In quibusdam codicibus, & apud Theodoretum est*, εἰς ὄνομα ἡ ἡμέρα ᾗ ἐνδοξασθήσομαι, in nomen dies, in qua glorificabor. κ Eos, qui.] *In plerisque antecedit*, μετὰ τῶν παραπορευομένων, cum circumeuntibus. λ Et quærent.] *Illud*, &, *abest à nonnullis: vt coniungi possit cum antecedentibus*, post septem menses quærent. μ Ciuitatis polyandrion.] *Aliquot libri*, τοῦ τόπου διάπτωσις, loci ruina. *Quidam vero, & Theodoretus addunt etiam*, καὶ πολυάνδριον. *Sanctus* Hieronymus *ex antiqua refert, vt in nostra. In comment. autem inquit*, nomen ciuitatis vocari Amena, quæ græce dicitur πολυάνδριον, hoc est multitudo hominum sepultorum. *Vide, quæ notata sunt Hier.* 19. ν Arietes.] *In quibusdam est*, κριῶν, καὶ μόσχων, καὶ τράγων, καὶ ἀρνῶν, καὶ ταύρων ἐστεατωμένων πάντων, arietum, & vitulorum, & hircorum, & agnorum, & taurorum, adipatorum omniū. ξ In Iacob.] *Illud*, in, *abest à plerisque.* ο De regionibus gentium.] *Sic Sanctus Hieronymus ex antiqua. Quidam libri habent*, ἐκ τῶν χωρῶν τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν, de regionibus inimicorum eorum: *quidam*, ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν, de manibus eorum. π Gentibus.] *In cæteris hæc sequuntur*, καὶ συνάξω αὐτοὺς ἐπὶ τὴν γῆν αὐτῶν, καὶ οὐ καταλείψω ἀπ᾽ αὐτῶν οὐκέτι ἐκεῖ, & congregabo eos super terram suam, & non derelinquam quenquam ex eis ibi. *Quæ scribit Sanctus Hieronymus in lxx. non haberi.*

CAP. XL.

ET factum est in quinto & vigesimo anno captiuitatis nostræ in primo mense, decima mensis, in quartodecimo anno, postquam capta est ciuitas, in die illa facta est super me manus Domini: & adduxit me in visione

Dei in

A Dei in terram Iſrael:& poſuit me ſuper montem excelſum nimis:& in eo quaſi ædificium ciuitatis è regione. Et introduxit me illuc:& ecce vir; & aſpectus eius erat, quaſi aſpectus æris ſplendentis:& in manu eius erat funiculus cementariorum, & calamus menſuræ:& ipſe ſtabat in porta. Et dixit ad me vir: [α] Quem vidiſti fili hominis? in oculis tuis vide, & in auribus tuis audi: & pone in cor tuum omnia, quæ oſtendero tibi: quia, vt oſtendantur tibi, ingreſſus es huc. Et monſtrabis omnia, quæ tu vides, domui Iſrael. Et ecce murus extra domum per gyrum:& in manu viri calamus, menſura cubitorum ſex in cubito, et palæſtes. Et menſus eſt [β] antemurale, latitudinem æqualem calamo, et [γ] altitudinem eius B æqualem calamo: Et ingreſſus eſt portam, quæ reſpiciebat Oriẽtem in [δ] ſeptem gradibus: et menſus eſt [ε] Ælam portæ æqualem calamo: et Thee æqualem calamo longitudine, et æqualem calamo latitudine: [ζ] et Ælam in [η] medio Theelath cubitorum ſex: Et Thee ſecundum æqualem calamo latitudine, et æqualem calamo longitudine: et Ælam cubitorum quinque: Et Thee tertium, æqualem calamo longitudine, et æqualem calamo latitudine: et Ælam portæ, qui iuxta Ælam portæ, cubitorum octo: Et [θ] Æleu cubitorum duorum: et [ι] Ælam portæ intrinſecus, et Thee portæ Thee è regione, tres hinc, et tres [κ] inde: et menſura in tribus: menſura vna Ælam hinc, et inde. Et menſus eſt latitudinẽ [λ] introitus porC tæ decẽ cubitorum: et [μ] latitudinẽ portæ cubitorũ tredecim: et cubitus redigebatur in [ν] conſpectu Theim hinc, et inde: et [ξ] Thee cubitorum ſex hinc, & cubitorũ ſex inde. Et menſus eſt portam à muro Thee ad parietẽ Thee latitudinem viginti quinque cubitorum: Hæc porta contra portã. Et [ο] ſub diuo Ælam portæ extrinſecus cubiti viginti Theim portæ per circuitũ. Et ſub diuo portæ extrinſecus in ſub diuo Ælam portæ intrinſecus quinquaginta cubitorũ: et feneſtræ [π] abſconditæ ſuper Theim, et ſuper Ælam intra portam atrij per circuitum: Et ſimiliter ipſis Ælam feneſtras in circuitu intrinſecus: et ſuper Ælam [ρ] palmæ hinc, et inde. Et introduxit me in atrium interius: et ecce [σ] paſtophoria, et [τ] inD tercolumnia atrij, triginta paſtophoria in intercolumnijs, et porticus ad dorſum ianuarum: ſecundum longitudinem ianuarum intercolumnium inferius, ab eo loco, qui erat ſub diuo portæ exterioris ad intus ſub diuo portæ reſpicientis extra, cubitos centum reſpicientis ad Orientem. Et adduxit me ad Aquilonem: et ecce porta reſpiciens ad Aquilonem atrio exteriori: et menſus eſt eam, longitudinem eius, et latitudinem, et [υ] Thee tres hinc, et tres inde: et Eleu, et Ælammon, et palmas eius. Et factum eſt ſecundum menſuras portæ, quæ reſpicit Orientem, quinquaginta cubitorum longitudo eius, et latitudo eius viginti quinque cubitorum. Et feneſtræ eius, et Ælammon, et palmæ eius, ſicut porE ta, quæ reſpiciebat Orientem. Et in gradibus ſeptem aſcendebant ad eum: et Ælammon intrinſecus: et porta atrij interioris reſpiciens ad portam Aquilonis, ſicut porta, quæ reſpicit ad Orientem. Et menſus eſt atrium à porta ad portam, cubitos centum. Et duxit me [φ] ad Auſtrum: et ecce porta reſpiciens ad Auſtrum. Et menſus eſt eam, et Thee, et Æleu, et Ælammon iuxta menſuras has. Et feneſtræ eius, et Ælammon in circuitu, ſicut feneſtræ Aelam: cubitorũ quinquaginta longitudo eius, et cubitorum viginti quinque latitudo eius: et ſeptem gradus ei, et Aelammon intrinſecus, et palmæ ei, vna hinc, et vna inde ſuper Aeleu. Et porta è regione portæ atrij interioris ad Auſtrum. Et menſus eſt

atrium

atrium à porta ad portam, cubitos centum latitudine ad Austrum. Et introduxit me in atrium interius portæ, quæ ad Austrum: et mensus est portam iuxta mensuras has, & Thee, & Aeleu, & Aelammon iuxta mensuras has: & fenestræ ei, & Aelammon in circuitu, cubitorum quinquaginta longitudo eius, & latitudo cubitorum vigintiquinque ipsius Aelam in atrium exterius, & palmæ Aeleu, & octo gradus. Et introduxit me ad portam respicientem ad Orientem: & mensus est eam iuxta mensuras has, & Thee, & Aeleu, & Aelammon iuxta mensuras has: & fenestræ ei, & Aelammon in circuitu, cubitorum quinquaginta longitudo eius, & latitudo eius cubitorum vigintiquinque: Et Aelammon in atriũ interius, & palmæ super Aeleu hinc, & inde: & octo gradus ei. Et introduxit me ad portam, quæ ad Aquilonem: & mensus est iuxta mensuras has, & Thee, & Aeleu, & Aelammon: & fenestræ ei in circuitu: & Aelammon eius, cubitorum quinquaginta longitudo eius: & latitudo cubitorum vigintiquinque: & Aelammon in atrium exterius, & palmæ Aeleu hinc, & inde: & octo gradus ei: pastophoria eius, & ianuæ eius, & Aelammon eius super portam secundam aquæductus, vt immolent in ea, quæ pro peccato, & quæ pro ignorantia: & ad dorsum riuuli holocaustomatum respicientis ad Aquilonem duæ mensæ ad Orientem ad dorsum secundæ, & Aelam portæ duæ mensæ ad Orientem: quatuor hinc, & quatuor inde ad dorsum portæ: super ipsas iugulant victimas. E regione octo mensarum victimarum, etiam quatuor mensæ holocaustomatum lapideæ dolatæ: cubiti cum dimidio latitudo, & cubitorum duorum cum dimidio longitudo, & super cubitum altitudo. Super ea imponent vasa, in quibus iugulant ibi holocaustomata, & victimas. Et palæsten habebunt Gisum dolatum intrinsecus per circuitum, & super mensas desuper tecta, vt operirētur à pluuia, & à siccitate. Et introduxit me in atrium interius: & ecce duæ exedræ in atrio interiori, vna ad dorsum portæ respicientis ad Aquilonem, quæ fert ad Austrum: & vna ad dorsum portæ, quæ ad Austrum, respicientis autem ad Aquilonem. Et dixit ad me: Exedra hæc, quæ respicit ad Austrum, sacerdotibus custodientibus custodiam domus: & exedra respiciens ad Aquilonem, sacerdotibus custodientibus custodiam altaris. Illi sunt filij Sadduc, qui accedunt de Leui ad Dominum, ministrare ei. Et mensus est atrium, longitudinem cubitorum centum, & latitudinem cubitorum centum ad quatuor partes eius, & altare è regione domus. Et introduxit me in Aelam domus. Et mensus est Ael ipsius Aelam, cubitorum quinque latitudinem hinc, & cubitorum quinque inde, & latitudinem portæ cubitorum quatuordecim: & humeri ostij Aelam cubitorum triũ hinc, & cubitorum trium inde: & longitudo Aelam cubitorum viginti: & latitudo cubitorum duodecim: & super decem gradus ascendebant ad illud: & columnæ erant ad Aelam, vna hinc, & vna inde.

In hoc capite satis erit ea fere tantum ponere, quæ notata sunt in græca editione. Infinitum enim esset omnes varietates indicare. In huiusmodi locis, quæ tamen non sæpe occurrunt, accuratus lector varios codices adeat, & conferat necesse est: ac legendi explanatores, & præcipue Sanctus Hieronymus, *qui eam fere lucem, quæ in tantis tenebris expectari potest, vnus affert.*

α Quem vidisti.] *Illud,* quem, *abest à plerisque. A vulgata autem nostra abest etiam,* vidisti. β Antemurale.] *Sanctus Hieronymus in antiqua habet,* murum. *Aquila, & Symm.* τὸ πλάτος τῆς οἰκοδομῆς, latitudinem ædificij. γ Altitudinem.] *Aquila, & Symm.* καὶ ἀνάστημα, & suscitationem, ac staturam. δ In septem gradibus.] *Symm.* καὶ ἀνέβη δι' ἀναβαθμῶν, & ascendit per gradus, *& inquit Sanctus Hieronymus solos lxx. apposuisse*

A *fuisse numerum.* ε Ælam.] *In plerisque est*, τὸ θεὲ ἓξ ἓξ, τὸ αἰλὰμ, *& apud Sanctum Hieronymum*, Thee, sex hinc, & sex inde, Ælam. *&c. Theodoretus inquit apud Syrum se reperisse*, Ælam, *significare numero singulari postem*, Ælamoth, *numero multitudinis postes*, Thec, *&* limen, *& superliminare*, Theim, *vero eadem numero multitudinis: sed, vt ait* S. Hieron. *nimia vetustate, & vitio scriptorum omnia sunt deprauata. Pro Thee quidem Symmac. dixit*, οὐδὸν, limen. *Aquila, & Theod.* πρόθυρον, vestibulum. *Sanctus Hieronymus inquit Thee interpretari limen, siue frons.* ζ Et Thee.] *Symmachus*, τὸν δὲ οὐδὸν, *vt proxime dictum est.* η In medio Theelath.] *Quidam libri habent*, ἀναμέσον τοῦ θεὲ αἰλὰμ, *sed S. Hieronymus in antiqua habet, vt nostra: pro quo inquit Symmachum dixisse*, παραστάδας, idest postes, aut thalamos, aut cubicula. *Schol.* καὶ τὴν παραστάδα ἑκατέρων, & postem, siue thalamum vtrumque. θ Æleu.] *Schol.* πρόθυρον, vestibulum. *Theodoretus inquit sic vocari pisomata, siue cymatia. S. Hieronymus:* Thalami quoque, & cubicula, quæ erant ad viam portæ Orientalis, pro quibus lxx. ἐλεῦ, *scribunt, sed paulo post inquit interpretari*, circa eum, vel sustentacula; *sicut Ælam, & Ælamoth*, vestibula, & vestibulum, *& paulo post Aelamoth ab Aquila dicta esse*, frontes, *à Symmacho*, circunstantias. *Aelam autem esse ostium, vel porticum.* ι Ælam portæ intrinsecus.] *Schol.* τὸ δὲ πρόπυλον τῆς πύλης ἐσώτερον, vestibulum autem portæ interius. κ Inde.] *In quibusdam sequitur*, κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἀνατολικὴν, per viam Orientalem.

B *Sed S. Hieronymus vno tantum loco, eoque inferiore, qui indicabitur, vix mentionem apud lxx. fieri testatur. Symm.* αἱ δὲ παραστάδες τῆς θύρας κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἀνατολικὴν, postes autem ianuæ ad viam orientalem. λ Introitus portæ.] *Schol.* τὰ προπυλαίου, vestibuli. μ Latitudinem.] *Schol. lxx.* μῆκος τῆς πύλης, longitudinem portæ. *Sed S. Hieronymus etiam in commen. scribit rursus in lxx. poni latitudinem.* ν In conspectu Theim.] *Apud S. Hieronymum videtur hoc loco mendose scriptum Theri: & in quibusdam est*, Nabari. *In plerisque vero sequitur*, πήχεος ἑνὸς, καὶ πήχεος ἑνὸς ὅριον ἔνθεν, καὶ ἔνθεν, *& apud* S. Hieronymum, cubiti vnius, & cubiti vnius terminus hinc inde. *Schol.* καὶ ὅριον ἔμπροσθεν τῶν παραστάδων πήχεος ἑνὸς, & terminum ante postes (*vel*, thalamos, *vt vulgata nostra*) cubiti vnius. ξ Thee.] *Schol.* παραστάδες, *vt proxime.* ο Sub diuo Ælam.] *Schol.* προπύλαιον, vestibulum. *Sed S. Hieronymus inquit Symmachum transtulisse*, & fecit περιστάσεις, idest circunstantias, *pro quibus Aquila dixerit*, χρίωμα, *& ipse in frontes verterit. Rursus autem ita scribit*, Sub diuo quoque Ælam portæ. Aquila, ante faciem postium portæ, Symm. contra faciem vestibuli portæ interpretati sunt. *Quod autem in nostra sequitur*, extrinsecus cubiti viginti Theim portæ per circuitum. Et sub diuo portæ, *&c. apud S. Hieron. sic habet* (*cuius etiam lectionis sunt vestigia in vetustis codicibus.*) Et Theim atrij portæ per circuitum. Et sub diuo

C atrij: *& in comm. inquit pro Theim atrij, quod in hebraica est numero singulari, Symmachum proprie dixisse atrium, Aquilam vero* χρίωμα, *idest frontem atrij.* π Absconditæ.] *Schol.* πεφραγμέναι ἐπὶ τοῖς θαλάμοις, τοξικαὶ, obstructæ in thalami, arcuatæ. *Et notat S. Hieron. quas lxx. absconditas dixerunt, Symmachum vocasse*, τοξικάς, *quod autem sequitur*, super Theim, & super Ælam, *Symmachum postes posuisse, & circunstantias, Aquilam thalamos, & frontes eorum. Quare in scholio est*, κρίωματα. ρ Palmæ.] *Sic apud S. Hieron. In quibusdam antecedit quod videtur etiam apud Theodoretum agnosci*, ἐκκόλαμμα διάγλυπτον, sculptura cælata. σ Pastophoria.] *Schol.* γαζοφυλάκια. *S. Hieron.* Pro thalamis triginta, quos vertere lxx. siue gazophylacijs, atque cellarijs, vt interpretatus est Aquila, Symm. posuit ἐξέδρας. τ Intercolumnia.] *Sic apud S. Hieron. quod græce*, περίστυλα, *quamuis paulo post sit per columnas, & in cap. 42. absolute dicatur*, columnæ: *fortasse planius diceretur*, columnatum. *Schol.* ἐξέδραι exedræ. υ Thee.] *Schol.* τὰ ὑπέρθυρα, καὶ ἀποχωρήσεις αὐτῆς, superliminaria, & secessus eius.

φ Ad austrum.] *Sic S. Hieron. ex lxx. in comm. Plerique*, κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν πρὸς νότον, per viam, quæ ad austrũ. χ E regione portæ.] *Schol.* non ponitur apud hebræos. ψ Introduxit me ad portam respicientem ad

D Orientem.] *In quibusdam additur*, ὁδὸν κατὰ ἀνατολάς, viam ad Orientem. *Compluten.* εἰς τὴν αὐλὴν ἐσωτέραν ὁδῷ κατ᾽ ἀνατολάς, in atrium interius per viam Orientalem, *vt S. Hier. in sua: qui etiam testatur hoc tantum loco in lxx. haberi viam, cum in septentrionali, & australi plaga omnino tacita sit.* ω Aquæductus.] *In cæteris hæc sequuntur*, ἐκεῖ πλύνουσι τὴν ὁλοκαύτωσιν. ἐν δὲ τῷ αἰλὰμ τῆς πύλης δύο τράπεζαι ἔνθεν, καὶ δύο τράπεζαι ἔνθεν, ibi lauant holocaustosim: In vestibulo autem portæ duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde. *Quæ S. Hieron. inquit in lxx. non haberi, sed in plerisque codicibus de Theodotione addita esse, ac præterea etiam quæ sequuntur in nostra breuius, in alijs copiosius*, vt immoletur super eas holocaustum, & pro peccato. *In quibusdam codicibus totus hic locus sic habet*, καὶ τὰ παστοφόρια αὐτῆς, καὶ ἐξέδρου παστοφορίου ἦν ἡ θύρα, καὶ τὰ αἰλαμμὼν αὐτῆς ἐπὶ τὰς θύρας τῆς πύλης. ἐκεῖ πλύνουσι τὴν ὁλοκαύτωσιν. ἐν δὲ τῷ προπυλαίῳ τῆς πύλης δύο τράπεζαι ἔνθεν, καὶ δύο τράπεζαι ἔνθεν τῆς δευτέρας κρύσεως, ὅπως σφάζωσιν, *&c.* & thalamos eius: & cuiusque thalami erat ianua, & ostia eius in foribus portarum, ibi lauant holocaustosim. In vestibulo autem duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde secundi aquæductus, (*aut riui*) vt iugulent, *&c.* αα Et ad dorsum riuuli.] *Aquila, & Symmachus*, καὶ πρὸς τῷ ὤμῳ τῷ ἔξωθεν τῷ ἀναβαίνοντι πρὸς τὴν θύραν τῆς πύλης, *quod in vulgata nostra:* Et ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ.

E ββ Et palæstrea habebunt Gisum dolatum.] *S. Hier. ex lxx. &* χεῖλος palmi (*hoc enim valet palæstre*) habentes dolatum. *Pro giso autem, quod verbum negat se scire vnde sit, inquit Symmachum, & Theodotionem dixisse*, χεῖλος, labium: *Aquilam vero in prima editione*, ἐπίσχεσις, *in secunda*, labia. γγ Humeri.] *Sic S. Hieron. cap. sequenti: quos interpretatur Theodoretus*, anconas.

C A P. XLI.

ET introduxit me in templum: α cui mensus est β Ælam, cubitorum sex latitudinem hinc, & cubitorum sex latitudinem Ælam inde, & latitudinem portæ cubitorum decem; & humeri portæ, cubitorum quinque hinc; & cu-

& cubitorum quinque inde. Et menſus eſt longitudinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum. Et ingreſſus eſt in atrium interius: & menſus eſt γ Æl portæ, cubitorum duorum, & portam ſex cubitorum, & humeros portæ ſeptem cubitorum hinc, & ſeptem cubitorum inde. Et menſus eſt longitudinem oſtiorum, cubitorum δ quadraginta, et latitudinem cubitorum viginti ad faciem templi. Et dixit: Hoc eſt ſanctum ſanctorum. Et menſus eſt parietem domus, cubitorum ſex, & latitudinem lateris cubitorum quatuor per circuitum: & latera, latus ad latus, triginta trium bis: & interuallum in pariete domus in lateribus per circuitum, vt eſſet apprehendentibus ad videndum, vt omnino non attingerent parietes domus: & latitudinem ſuperioris lateris iuxta additamentum ex pariete ad ſuperius in circuitu domus, vt dilatetur deſuper, & ex inferioribus aſcendant ad ſuperiora, & de ε Giſis ad triſtega, & Thrael domus altitudinem per circuitum, interuallum laterum æquale calamo cubitorum ſex, interualla, & latitudinem parietis lateris forinſecus cubitorum quinque, & reliqua, quæ inter latera domus, & inter exedras, latitudinem cubitorum viginti, circumferentiam domui in circuitu. Et portæ exedrarum ad reliquum portæ vnius, quæ ad ζ Aquilonem: & oſtium vnum ad Auſtrum: & latitudo η luminis θ reliqui, cubitorum quinque latitudo in circuitu. Et quod ſeparat ad faciem reliqui quaſi ad mare, cubitorum ſeptuaginta latitudo, parietis ſeparantis cubitorum quinque latitudo in circuitu, & longitudo eius cubitorum nonaginta. Et menſus eſt contra domum longitudinem cubitorum centum; & reliqua, & ſeparantia, & parietes eorum, longitudinem cubitorum centum, & latitudinem contra faciem templi, & reliqua è contra cubitorum centum. Et menſus eſt longitudinem ſeparantis contra faciem ι reliqui, quæ erant poſt tergum domus illius, & reliqua hinc, & inde, cubitorum centum longitudinem. Et κ templum, & anguli, & Ælam exterius ſtrata ligno: & feneſtræ in modum retis factæ, λ illuminationes in circuitu tribus, ad proſpiciendum. Et domus, & ea, quæ proxima erant, ſtrata ligno per circuitum, & pauimentum, & de pauimento vſque ad feneſtras: & feneſtræ aperiebantur tripliciter, vt proſpiceretur per eas. Et μ vſque prope interiorem, & vſque ad exteriorem, & per omnem parietem in circuitu intrinſecus, & ν extrinſecus, cælata Cherubim, & palmæ inter Cherub, & Cherub. Duæ facies Cherub: facies hominis ad palmam hinc, ξ & hinc, & facies leonis ad palmam inde, & inde: cælata domus in circuitu à pauimento vſque ad ο laqueare, Cherubim, & palmæ cælatæ. Et ſanctuarium, & templum aperiebantur per quatuor angulos contra faciem ſanctorum: viſio, quaſi ſpecies altaris lignei: trium cubitorum altitudo eius, & longitudo cubitorum duorum, & latitudo cubitorum duorum: & cornua habebat: & baſis eius, & parietes eius lignei. Et dixit ad me: Hæc eſt menſa, quæ ante faciem Domini. Et duo oſtia templo, & duo oſtia ſanctuario, duobus oſtijs vertibilibus: duo oſtia vni, & duo oſtia portæ ſecundæ: & cælatura ſuper eas, & ſuper oſtia templi Cherubim, & palmæ iuxta ſculpturam ſanctorum, & π neceſſaria ligna ρ ad faciem Ælam forinſecus, & feneſtræ abſconditæ. Et menſus eſt hinc, & inde, in laquearia Ælam, & latera domus σ æqui ponderis.

A α Cui.] *In quibusdam est,* καὶ, &. β Ælam.] *S.Hier.* Ælim Theodotio, & in circuitu Symmachus transtulerunt. γ Æl.] *Hoc videtur S.Hier. tribuere Theodotioni. Aelam autem, aut Elau ipsis lxx. Aquilæ ostium: ipse frontem est interpretatus.* δ Quadraginta.] *Sic collati codices, & Theodoretus, quamuis in hebraico, & Syro dicat esse viginti. Compl.* εἴκοσι, viginti. *S.Hier.* siue, vt lxx. transtulerunt, ostiorum viginti cubitorum. Pro quo in plerisque codicibus iuxta lxx. quadraginta continentur. ε De Gisis.] *Plerique* ἐκ τῶν μέσων. *S.Hier.* Et de mediis ad tristega (id est tertia cænacula:) & Thrael videtur mihi obelo prænotandum. *Ac paulo ante notauerat pro Thrael, cuius nominis notionem ignoret, cæteros transtulisse,* & vidi: *quare in aliquo codice, post illa adiungitur, ex alia nimirum interpretatione,* καὶ εἶδον κατὰ τὸν οἶκον ἐν ὕψει περικύκλῳ πλευρῶν, & vidi secundum domum in altitudine in circuitu laterum. *Schol.* καὶ τὸ θραὴλ, non ponitur apud hebræos. ζ Aquilonem.] *In vno codice additur,* εἰς περίστυλον πηχῶν πέντε περικύκλῳ, ad orationem cubitorum quinque in circuitu. *Istud,* εἰς περίστυλον, *agnoscit etiam Theodoretus, sed putat esse idem, atque ad Austrum. In eodem codice post illa,* latitudo luminis reliqui, *additur,* ὁ τόπος τῆς περιστυλῆς, locus orationis. *S.Hier. etiam bis habet, sed vtrobique testatur in lxx. non esse.* η Luminis.] *Compl.* τοῦ τόπου, loci. *Theodoretus inquit lumen porticus esse, quod solitum sit vocari,* φωτικὸν, luminare, *de hoc infra cap. 42.* θ Reliqui.] *In aliquo additur,* ὁδὸν, viam. *In*

B *Compl. autem est,* τοῦ ἀπολοίπου τοῦ πρὸς θάλασσαν, reliqui, quod ad mare. ι Reliqui.] *Compl.* τῶν ἀπολοίπων, *&* apud S.Hier, reliquorum, *notat autem reliqua, & separantia dici, quæ non hæreant parietibus templi, sed proprios, & suos habeant parietes. Sæpe autem in numero singulari solet adiungere reliquum ædificij, reliqui ædificij: & separans vocat etiam separatum: pro quo secunda Aquilæ editio, & Th. posuerint verbum hebræum Gazera.* κ Templum.] *Sic etiam apud S.Hier. In multis vero sequitur,* ἐσώτερος, interius. λ Illuminationes.] *Apud S.Hier.* tres ad lucendum, vt prospiceretur per eas. μ Et vsque prope.] *In quibusdam est,* καὶ ἕως τοῦ οἴκου, *& apud S.Hier.* & vsque ad domum interiorem. ν Extrinsecus.] *In quibusdam codicibus additur,* μέτρα, καὶ, *& apud S.Hier.* mensura, & cælata Cherubim. ξ Et hinc.] *Ab aliquo codice, & à S.Hier. abest ista repetitio, itemque paulo post,* & inde. ο Laqueare.] *S.Hier.* laquearia. *Schol.* ὑπεράνω τῆς θύρας, supra ostium. π Necessaria.] *Sic vertit S.Hier.* σπουδαῖα, *aut,* cura digna. *Compl.* καὶ κατὰ τὰ ξύλα, & secundum ligna. ρ Ad faciem.] *Schol.* ἔμπροσθεν, ante, in fronte, *& rursus S.Hieron. Aelam interpretatur,* superliminaris, & vestibuli, *& paulo post,* propyli. σ Æqui ponderis.] *Sic idem, quod græce,* ἐζυγωμένα.

C

C A P. XLII.

ET α introduxit me in atrium β interius ad Orientem contra portam, quæ ad Aquilonē: & introduxit me: & ecce exedræ quinque iuxta reliquū ædificiū, & iuxta separans ad γ Aquilonem, ad cubitos centum longitudo ad Aquilonē, & latitudo quinquaginta: descriptæ, sicut portæ atrij interioris, & sicut columnæ atrij exterioris δ per ordinē contra faciem porticus ternæ: & contra exedras deambulatio, cubitorum decē latitudo, per cubitos centum ε longitudo. Et ostia earum ad Aquilonem: & deambulationes cænaculorum similiter:

D quia eminebat columnatū ex eo, ex inferiore columnato, & spaciū. Sic columnatum, & spacium, & sic porticus ζ duæ: η quia triplices erant, & columnas non habebant, sicut columnæ exteriorum. Propterea θ eminebant ab his, quæ erant inferius, & à medijs de terra. Et ι lumen exterius, sicut exedræ atrij exterioris, quæ respiciebant contra exedras Aquilonis, longitudine cubitorum quinquaginta. Longitudo enim exedrarū respicientium in atrium exterius, erat cubitorū quinquaginta: & hæ sunt contra faciem his: omnes cubitorum centum. Et ostia exedrarū istarum ad introitum Orientalem, ad ingrediendum per ea ex atrio exteriori secundum lumen, quod erat in principio deambulationis, κ & ad Au-

E strum, ad faciem Austri, ad faciē reliqui ædificij, & ad faciē separati. Et exedræ, & deambulatio contra faciem suam, iuxta mensuras exedrarum, quæ ad Aquilonem, & secundum longitudinē earum, & secundum latitudinē earum, & secundum omnes exitus earum, & secundū omnes introitus earum, & secundum lumina earum, & secundū ostia earum, exedrarū, quæ cōtra meridiem, & secundū ostia a principio deambulacri vsque ad luminare spacio calami, & vt ad Orientem iretur per ea. Et dixit ad me: Exedræ, quæ ad Aquilonem, & exedræ, quæ ad Austrum, quæ sunt ad faciē spaciorū, hæ sunt exedræ sanctuarij, in quibus vescentur ibi sacerdotes, λ filij Sadduc, qui appropinquant ad Dominū, sancta sanctorum:

ctorũ: & ibi ponent ſancta ſanctorũ, & ſacrificiũ, & quæ pro peccato, & quæ pro ignorantia: locus.n. ſanctus eſt. Non ingredientur illuc, niſi ſacerdotes: non egredientur de ſanctuario in atrium exterius, vt perpetuo ſancti ſint qui [μ] offerunt. Et non tangent veſtimentum eorum, in quibus miniſtrãt in eis, quia ſancta ſunt. Et veſtientur veſtimentis alijs, quando tangent populum. Et conſummata eſt mẽſuratio domus interioris. Et eduxit me per viam portæ reſpicientis ad Orientem: & mẽſus eſt ſimilitudinem domus per circuitum in ordine. Et ſtetit ad tergum portæ reſpicientis ad Orientem: & menſus eſt quingentos in calamo menſuræ. Et conuertit ſe ad Aquilonem, & menſus eſt id, quod ad faciem Aquilonis, cubitos quingentos in calamo menſuræ. Et conuertit ſe ad mare: & menſus eſt, quod ad faciem maris, quingentos in calamo menſuræ. Et conuertit ſe ad Auſtrum, & mẽſus eſt contra Auſtrum quingentos in calamo menſuræ, quatuor partes eius [ν] calamo. Et [ξ] diſpoſuit ipſum, & murum eorum per circuitũ, [ο] quingentorum ad Orientem, & quingentorum cubitorum latitudinem ad diuidendum inter medium ſanctorum, & antemuralis, quod in ordine domus.

[α] Introduxit.] *Compl.* ἐξήγαγεν, *& apud S. Hier.* eduxit. [β] Interius.] *Cæteri,* ἐξωτέραν, *& apud S. Hier.* exterius. [γ] Aquilonem.] *In pleriſque ſequitur,* κατὰ πρόσωπον, *& apud S.* Hier. è contra. [δ] Per ordinem.] *Ita apud S. Hier. quod græce,* ἐστοιχισμέναι, *aut, vt Compl.* κατὰ στίχον. *Schol.* ἐξέδρα πρὸς πρόσωπον ἐξέδρα ἐν τοῖς τρισσοῖς, ſolarium ad faciem ſolarii in ternis. S. Hier. *ad finem lib.* 12. ἐξέδρα autem Romæ appellant ſolaria de cænaculorum parietibus eminentia, ſiue Mæniana, *&c. Fortaſſe etiam poſſet verti,* angulus ad angulum. [ε] Longitudo.] *Aut,* longitudinis, *vt S. Hier. In quibuſdam codicibus ſequitur,* ὁδὸν πήχεος ἑνός, *in ſcholio* πρὸς τὴν ἐσωτέραν ὁδὸν πήχεος ἑνός, *in aliquo* εἰς τὸ ἐσώτερον ὁδὸν πήχεος ἑνός, *& apud S.* Hier. in interiorem viam cubiti vnius, *quod reſpondet potiſſimum ſcholio. Eſt etiam, vbi pro* ὁδὸν, *ſcriptum eſt* εἶδον, *de quo dictum eſt cap.* 40. [ζ] Duæ.] *Abeſt à multis. Apud S. Hier. totus hic locus ſic habet,* quoniam eminebant columnæ à columnis inferioribus, & ſpacium ſimile erat: *& ita fere in Compluten.* ὅτι ἐξεῖχε τὸ περίστυλον ἔξωθεν τοῖς στύλοις τοῖς κατωτέροις, καὶ τὸ διάστημα οὕτως. [η] Quia triplices erant.] *Apud S. Hier.* Et porticus triplices erant. *Symm.* τρίστεγα γὰρ ἦν, *& S. Hier. in ſua,* Triſtega enim erant. [θ] Eminebant.] *Th.* ἐπισυνήχθησαν ὑπὲρ κατώτερα, ſuper colligebantur ſuper inferiora. [ι] Lumen.] *S. Hier.* Pro peribolo, ſiue muro lxx. lumen interpretati ſunt. *Complut.* φλιά, limen. [κ] Et ad Auſtrum.] *Abeſt illud, &, à S. Hieron.* [λ] Filii Sadduc.] *Schol.* Non ponitur apud hebræos. *Idem notat* S. Hier. [μ] Qui offerunt.] *In pleriſque vetuſtis ſequitur,* καὶ ἐκεῖ ἀποθήσονται τὰ ἱμάτια αὐτῶν, ἵνα μὴ ἅπτωνται, & ibi deponent veſtimenta ſua, vt non tangant, *&c.* [ν] Calamo.] *Sic enim videtur vertendum illud,* καλάμῳ. *In quibuſdam eſt,* καὶ τὰ τέσσαρα μέρη ἐμέτρησε τῷ αὐτῷ καλάμῳ, & quatuor ipſas partes menſus eſt eodem calamo. [ξ] Et diſpoſuit ipſum, & murum eorum.] *In Compl. eſt,* καὶ διέταξεν περίβολον αὐτῷ κύκλῳ, & diſpoſuit ei peribolum (*ſiue,* murum) per circuitum. [ο] Quingentorum.] *In nonnullis additur,* πηχῶν, cubitorum: *quod fatetur S.* Hieronymus, *ſibi celeritate excidiſſe, cum in hebræo habeatur tantum,* quingentorum, *vt ſubaudiatur,* calamorum.

C A P. XLIII.

ET adduxit me ad portam, quæ reſpiciebat ad Orientem: & eduxit me. Et ecce gloria Dei Iſrael veniebat per viam Orientis: & vox caſtrorum, quaſi [α] vox geminantium multorum: & terra reſplendebat quaſi fulgor à gloria per circuitum, & viſio, quam vidi, ſecundum viſionem, quam videram, quando ingrediebar, vt [β] vngerem ciuitatem. Et viſio currus, quem vidi, ſecundum viſionem, quam videram ſuper fluuium Chobar. Et cado in faciem meam. Et gloria Domini ingreſſa eſt domum per viam portæ, quæ reſpiciebat Orientem. Et aſſumpſit me ſpiritus, & introduxit me in atrium interius: et ecce plena gloriæ Domini domus. Et ſteti, & ecce vox de domo loquentis ad me: & vir ſtabat iuxta me: & dixit ad me: Vidiſti fili hominis locum ſolij mei, & locum veſtigij pedum meorũ; in quibus habitabit nomen meum in medio domus Iſrael in ſempiternum. Et non contaminabũt vltra domus Iſrael nomen ſanctũ meũ, ipſi, & duces eorum in fornicatione ſua, & in homicidijs ducum in medio ſui, cum

sui; cum ponerent limen meum in liminibus suis, & postes meos iuxta postes suos. Et dederunt parietem meum, quasi[γ] connexum inter se & me: & contaminauerunt nomen sanctum meum in iniquitatibus suis, quas faciebant. Et contriui eos in furore meo, & in occisione. Et nunc abijciant fornicationem suam, &[δ] homicidia ducum suorum à me: & habitabo in medio eorum in sempiternum. Et tu fili hominis ostende domui Israel domum, & cessabunt à peccatis suis: & visionem eius, & dispositionem[ε] illius: & ipsi sustinebunt tormentum suum pro omnibus, quæ fecerunt. Et describes domum,[ζ] & exitus eius, & substantiam eius: & omnia præcepta illius, & omnia legitima[η] eius ostendes illis, & describes coram eis: & custodient omnes iustificationes meas, & omnia præcepta mea, & facient ea: & descriptionem domus in vertice montis: omnes termini eius in circuitu sancta sanctorum sunt. Et[θ] hæ mensuræ altaris in cubito[ι] cubiti, & palæstes, sinus profundi per cubitum, & cubitus latitudinis, &[κ] gisus per labium eius in circuitu, palmi vnius. Et hæc est altitudo altaris à[λ] profundo exordij cauitatis eius ad propitiatorium magnum, quod erat subter, cubitorum duorum, & latitudo cubiti. Et à[μ] propiciatorio minori ad propiciatorium maius cubiti quatuor, & latitudo cubitus. Et[ν] Ariel cubitorum quatuor: & ab Ariel, & vsque ad superiora cornuum cubitus. Ipsum autem Ariel duodecim cubitos habebat in longitudine, ad cubitos[ξ] duodecim, quatuor angulorum per quatuor partes eius. Et propiciatorium, quatuordecim cubitorum longitudo, ad cubitos quatuordecim latitudo per quatuor partes eius: & gisus ei per circuitum gyrans illud, dimidio cubito: & circuitus eius, cubitus per gyrum: & gradus eius respicientes ad Orientem. Et dixit ad me: Fili hominis, hæc dicit Dominus Deus Israel: Hæc sunt præcepta altaris in die effectionis eius, vt offerantur super eo holocaustomata, & effundatur super illud sanguis. Et dabis sacerdotibus Leuitis, qui sunt ex semine Sadduc, qui appropinquant ad me, dicit Dominus Deus, vt ministrent mihi vitulum de bobus pro peccato: & tollent de sanguine eius, & ponent super quatuor cornua altaris, & super quatuor angulos propiciatorij, & super basim in circuitu, & expiabunt illud. Et tollent vitulum qui pro peccato: & comburetur in loco separato domus extra sancta. Et die secunda tollent hœdos duos de capris immaculatos pro peccato: & expiabũt altare, sicut expiarunt in vitulo. Et cum compleueris expiationem, offerent vitulum de bobus immaculatum, & arietem de ouibus immaculatum: & offeretis coram Domino. Et aspergent sacerdotes super ea sal: & offerent ea holocausta Domino. Septem diebus facies hœdum pro peccato quotidie; & vitulum de bobus, & arietem de ouibus immaculatos facient septem diebus. Et expiabunt altare, & mundabunt illud: & implebunt[ο] manus suas. Et erit à die octauo, & vltra, facient sacerdotes super altare holocausta vestra, & quæ pro salute vestra: & suscipiam vos, dicit Dominus.

[α] Vox geminantium multorum.] *Theodoretus.* Apud hebræum, & Syrum inueni, ὡς φωνὴ ὑδάτων πολλῶν, *& S. Hier. in sua,* quasi vox aquarum multarum. [β] Vngerem.] *Theodoretus.* Apud Syrum, & apud Hebræum inueni, ὅτε εἰσήλθον ἀπολέσαι τὴν πόλιν, quando ingressus sum (*sic Hebræus, & Chaldæus, aut,* ingressi sunt. *S. Hier. vent*) ad disperdendam ciuitatem. Significat autem secundam visionem, in qua spectauit & eos, qui afferebant secures, ciuitatemque percutiebant, & illum, qui carbones super omnem ciuitatem dispergebat: quando etiam signum illud vidit impositum illis, qui gemebant super populi iniquitatibus. Et consentaneum est lxx. ad sententiam attendentes vnctionem vocare frontium notationem eorum, qui liberati erant

erant de [illegible] percutientium. *De hac eadem varietate* S. Hieron. *Alij libri habent* τοῦ χέειν, *quod vel pro* χεῖσαι [illegible] *positum est, vel, si pro alia lectione accipitur, idem ferme significat, quod* ἐπιλέσαι. Connexum interi[illegible]re.] *Videtur idem valere* συνεχόμενον ἐμοῦ, καὶ αὐτῶν, *ac si diceretur*, ἀνὰ μέσον ἐμοῦ; *quod est in nonnullis. Apud S. quidem* Hieronymum *ita est, vt posuimus.* δ Homicidia.] *In quibusdam est*, ἐν πτώματι, *aut* πτώματι, [illegible] *paulo superius pro* φόνοις, ἐν πτώμασι; *sed apud S. Hier. vt in nostra.* ε Illius.] *Sic apud eundem. In quibusdam sequitur*, ὅπως ἂν ἐντραπῶσι, *ut* quomodo confundantur. ζ Et exitus eius.] *In plerisque est*; καὶ τὰς [illegible] αὐτοῦ, καὶ τὰς ἐξόδους αὐτοῦ, *in quibusdam præterea sequitur*, καὶ τὰς εἰσόδους αὐτοῦ, *apud* S. Hieron. & præparationem eius, & exitus, atque introitus eius. η Eius.] *Quidam addunt*, καὶ πάντας τοὺς νόμους αὐτοῦ, & *apud S. Hier.* & omnes leges eius. θ Et hæc.] *In cæteris hæc antecedunt*, οὗτος ὁ νόμος τοῦ οἴκου, & *apud S.* Hier. Ista est lex domus. ι Cubiti, & palæstes.] *In Compl. est*, τοῦ πήχεος, καὶ πῆχυς παλαιστῆς, cubiti, & cubitus palæstes. *Apud S. Hier.* in cubito perfecto, cubitus, & palæstes. κ Gisus.] *S. Hier.* pro quo Aq. Symm. & Th. posuerunt terminum: *ipse autem posuit labium.* λ A profundo exordij ciuitatis.] *S. Hier. habet in antiqua*, exordij sinus. *Sed fortasse ex Aq. fuit sumptum. Ita enim Aquila*, ἀπὸ τοῦ κόλπου τῆς γῆς ἕως τοῦ κρηπιδώματος τοῦ κατωτάτου, de sinu terræ vsque ad crepidinem infimam, *aut*, nouissimam, *vt* S. Hieron. *in sua. Notat autem Theodotionem pro crepidine, siue propiciatorio retinuisse nomen hebraicum*, Azara, *Symmachum vero dixisse*, περίδρομον, *hoc est circuitum.* μ A propiciatorio.] *Aq.* κρηπιδώματος τοῦ κατωτάτου, à crepidine infima. ν Ariel.] *Eusebius. Dicunt exponi*, λέων θεοῦ, leo Dei. *Polychronius*, ὄρος θεοῦ, mons Dei. *Theodoretus*, τὸ ἀριὴλ, significat hebræorum lingua montem Dei, vel secundum aliam interpretationem, lumen Dei: *putat autem hic significare basim altaris. S. Hier.* Ariel, vt plerique æstimant, interpretatur, lux mea Deus. ξ Duodecim.] *In plerisque sequitur*, πλάτος, & *apud S. Hier.* in latitudine. ο Manus suas.] *Sic apud S. Hier. in comm. ex lxx. licet in contextu antiquæ habeat* eorum, *in sua*, eius: *quomodo inquit & cæteros interpretes vertisse.*

C A P. XLIV.

ET conuertit me ad viam portæ sanctorũ exterioris, respicientis ad Orientẽ: & hæc erat clausa. Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit, non aperietur, & nemo transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingredietur per eam: & erit clausa; quia dux ipse sedebit in ea, vt comedat panem corã Domino. Per viam [a] Ælam portæ ingredietur, & per viam eius egredietur. Et introduxit me per viam portæ, quæ ad Aquilonẽ è regione domus. Et vidi: & ecce plena gloriæ domus Domini: & cado super faciẽ meam. Et dixit Dominus ad me: Fili hominis pone in corde tuo, & vide oculis, & auribus tuis audi omnia, quæ ego loquor tecum secundum omnia præcepta domus Domini, & omnia legitima eius. Et pones cor tuũ ad introitum domus iuxta omnes exitus eius in omnibus sanctis. Et dices ad domum [b] exasperantem, ad domum Israel: Hæc dicit Dominus Deus: Sufficiat vobis de omnibus iniquitatibus vestris, domus Israel, eo quòd inducitis filios alienigenas incircuncisos corde, & incircuncisos carne, vt sint in sanctis meis, & polluant ea: in offerendo vos panes, [γ] carnes, & sanguinem; & præteristis testamẽtum meum in omnibus iniquitatibus vestris: & [δ] disposuistis custodire custodias in sanctis meis. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Omnis filius alienigena incircuncisus corde, & incircuncisus carne non ingredietur in sancta mea in omnibus filijs alienigenarũ, qui sunt in medio domus Israel: Sed Leuitæ, qui [ε] resilierunt à me, cum erraret Israel à me post cogitationes suas; & accipient iniquitatem suam: & erunt in sanctis meis ministrantes, ostiarij in portis domus, & ministri domus: isti immolabunt sacrificia, & holocausta populo: & isti stabunt ante populum, vt ministrent eis, pro eo, quòd ministrauerunt eis ante faciem Idolorum suorum: & factum est domui Israel in tormentum iniquitatis. Propterea leuaui manum meam super eos, & non accedent ad me, vt sacerdotio fungantur mihi: neque vt offerant ad sancta filiorum Israel, nec ad sancta sanctorum meorum. Et suscipient ignominiam suam in errore, quo errauerunt. Demittent eos, vt seruent custodias domus in omnia opera eius, & in vniuersa, quæ [ζ] fecerint. Sacerdotes Leuitæ filij Sadduc, qui custodierunt custodias sanctorum meorum, cum erraret domus Israel à me, isti accedent

dent ad me, vt ministrent mihi: & stabunt ante faciem meam, vt offerant mihi hostiam, adipem, & sanguinem, dicit Dominus Deus. Isti ingredietur in sancta mea: & isti accedent ad mensam meam, vt ministrent mihi: & obseruabunt custodias meas. Et erit, in ingrediendo eos portas atrij interioris, stolis lineis induentur: & non induentur lanificijs, quando ministrāt, à porta interioris atrij. Et Cidaras lineas habebunt super capita sua: & feminalia linea habebunt super lumbos suos: & non accingentur [η] violenter. Et in egrediendo ipsos in atrium exterius ad populum, exuent se stolis suis, in quibus ministrant in eis: & ponent eas in exedris sanctorum, & vestient se stolis alijs: & non sanctificabunt populum in stolis suis: & capita sua non radent: & comas suas non ad [θ] pressum tondebunt: operientes operient capita sua. Et vinum non bibent omnis sacerdos, in ingrediendo ipsos in atrium interius. Et viduam, & eiectam non accipient sibi in vxorem, sed virginem de semine Israel: & viduam, si fuerit de sacerdote, accipient. Et populum meum docebunt inter sanctum, & pollutum, & inter immundum, & mundum ostendent eis. Et in iudicio sanguinis ipsi stabunt ad diiudicandum: iustificationes meas iustificabunt, & iudicia mea iudicabunt, & legitima mea, & præcepta mea in omnibus solennitatibus meis custodient; et sabbata mea sanctificabunt. Et [ι] super animam hominis non ingredientur ad polluendum se: sed super patre, et super matre, et super filio, et super filia, et super fratre, et super sorore sua, quæ non fuit viro, contaminabitur. Et postquam fuerit ipse mundatus; septem dies enumerabit sibi: et qua die ingrediantur in atrium interius ad ministrandum in sancto, offerent placationem, dicit Dominus Deus. Et [κ] erit eis in hæreditatem. Ego hæreditas eis. Et possessio eis non dabitur in filijs Israel: quia ego possessio eorum. Et [λ] sacrificia, et quæ pro peccato, et quæ pro ignorantia, ipsi comedent: omnis separatio in Israel ipsis erit, primitiæ omnium, et primitiua omnium, et separationes omnes: de omnibus primitijs vestris, sacerdotibus erit: et primitiua vestra dabitis sacerdoti; vt ponat benedictiones [μ] vestras super domos vestras. Et omne morticinum, et captum à bestia de auibus, et pecoribus non comedent sacerdotes.

[α] Ælam.] *Schol. Aelam interpretatur*, αἴθριον πύλης, vestibulum portæ: *& Sanctus Hieronymus*, vestibuli, idest Ælam. [β] Exasperantem.] *Schol.* Cæteri, φιλοπειστὴν, καὶ φιλόνεικον, contentiosam, & peruicacem. [γ] Carnes.] *Cæteri*, στέαρ, adipem. [δ] Et disposuistis custodire.] *In quibusdam codicibus est (cuius lectionis optime respondentis hebraico sunt etiam aliqua vestigia in alijs)* καὶ οὐκ ἐφυλάξατε τὴν φυλακὴν τῶν ἁγίων μου, καὶ διετάξατε αὐτοῖς τοῦ φυλάσσειν, & nō custodistis custodiam sanctorum meorum, & disposuistis eis, vt custodirent, *&c.* [ε] Qui resilierunt.] *Plerique*, οἱ μακρυνθέντες, *& apud Sanctum Hieronymum*, qui longe recesserunt à me: *cætera apud ipsum conueniunt cum nostris. In vno autem peruetusto sequitur*, ἀπ' ἐμοῦ ἐν τῇ πλάνῃ τῶν υἱῶν ἰσραὴλ τῶν πλανηθέντων ὀπίσω τῶν εἰδώλων αὐτῶν. καὶ ἦσαν ἐν τῷ ἁγιάσματί μου λειτουργοῦντες ταῖς ἐπισκοπαῖς ἐπὶ ταῖς πύλαις τοῦ οἴκου, αὐτοὶ ἔσφαζον τὴν ὁλοκαύτωσιν, καὶ τὴν θυσίαν τοῦ λαοῦ, καὶ αὐτοὶ εἱστήκεισαν ἐνώπιον αὐτῶν λειτουργεῖν αὐτοῖς. ἀνθ' ὧν οὖν ἐλειτούργησαν αὐτοῖς ἐνώπιον τῶν εἰδώλων αὐτῶν, καὶ ἐγενήθησαν εἰς κόλασιν ἀνομίας, ἕνεκα τούτου *quæ satis respondent vulgatæ, & ex ijs, quæ proxime notabuntur, videri possunt accepta magnam partem de Symmachi editione.* [ζ] Quæ fecerint.] *Sanctus Hieronymus in antiqua addit*, in eo. *Totus autem hic locus in eodem vetusto sic habet*, ἔδωκα γὰρ αὐτοὺς τοῦ φυλάσσειν τὴν φυλακὴν τοῦ οἴκου εἰς πᾶσαν λατρείαν αὐτοῦ, καὶ εἰς πάντα τὰ γινόμενα ἐν αὐτῷ. οἱ δὲ ἱερεῖς οἱ λευῖται, *&c. Quæ videntur satis conuenire cum ijs, quæ à Sancto Hieronymo ex Symmacho afferuntur*: posueram enim eos custodes ianuarum domus vniuersi ministerij eius, & cunctorum, quæ fiunt in ea, *& subiungit Sanctus Hieronymus*, vt non ad eos pertineat, qui futuri sunt in templo, sed ad eos, qui fuerunt. *Pro eo autem, quod nos diximus*, demittent, *& græce est* κατάξουσι, *in alijs est*, καὶ τάξουσι, *& apud Sanctum Hieronymum*, & ponent. [η] Violenter.] *Sanctus Hieronymus ex Aquila, & Symmacho*, in sudore, *& Aquilæ secunda editione*, Buza. [θ] Ad pressum tondebunt.] *Sic Sanctus Hieronymus ex lxx. Theodoretus: Syrus, & Hebræus dixerunt*, οὐ θρέψουσιν, non nutrient. [ι] Super animam.] *Theodoretus*: Hebræus, & Syrus ἐπὶ νεκρῷ, super mortuum. [κ] Et erit.] *Sic hebræus, & subintelligunt*, sacerdotium, *aut eiusmodi quiddam. Chaldeus tamen conuenit cum vulgata*, non erit eis hæreditas. *In plerisque codicibus est*, καὶ ἔσονται, & erunt. [λ] Sacrificia.

crificia.] *S.Hieron.* Pro victima, & sacrificio, quod hebraice dicitur minah, Aquila, & Symmac. interpretati sunt donum. Rursus pro voto, quod lxx. ἀφόρισμα, hoc est separationem, transtulerunt, Aquila, & Symm. & Theodotio anathema interpretati sunt, *& in c.45. docet sacrificium siue donum proprie pertinere ad ea, quæ ex simila, & polenta, & oleo offeruntur in sacrificio. Theodoretus etiam cap.46. inquit Manaa esse sacrificium similaginis.* [μ] Vestras.] *Abest à nonnullis, & à Sancto Hieronymo in antiqua.*

A

CAP. XLV.

ET in metiendo vos terram in hæreditatem, separate primitias Domino, sanctum de terra quinque et viginti millia longitudinis, et [a] viginti millia latitudinis, sanctum erit in omnibus terminis eius per circuitum. Et [b] erunt ex hoc sanctificationes, quingenti per quingentos, quadratum per circuitum: et quinquaginta cubiti [c] spatium eorum per gyrum. Et à mensura ista mensurabis longitudinem quinque et viginti millia, et latitudinem viginti millia. Et in ipsa erunt [d] sancta sanctorum. De terra erit sacerdotibus ministrantibus in sancto: et erit eis, qui accedunt ministrare Domino. Et erit eis locus in domibus [e] separatis sanctificationi ipsorum, viginti et quinque millia longitudo: et latitudo viginti millia. Et Leuitis, qui ministrant domui, ipsis in possessionem [f] ciuitates ad habitandum. Et possessionem ciuitatis dabis, quinque millia latitudinis, et longitudinis quinque et viginti millia: quemadmodum primitiæ sanctorum, omni domui Israel erunt. Et duci hinc, et inde in primitias sanctorum, in possessionem ciuitatis, contra faciem primitiarum sanctorum, et contra faciem possessionis ciuitatis ea, quæ ad mare, [*] et ab ijs, quæ ad mare ad Orientem: et longitudo, sicut vna partium, à terminis, qui ad mare, et longitudo ad terminos, qui ad Orientem terræ. Et erit ei in possessionem in Israel: et non opprimient vltra duces Israel populum meum: et terram hæreditabunt domus Israel secundum tribus suas. Hæc dicit Dominus Deus: Sufficiat vobis Duces Israel: iniquitatem, et vexationem [θ] auferte: iudicium, et iustitiam facite: tollite oppressionem de populo meo, ait Dominus Deus. Statera iusta, et mensura iusta, et choenix iustus erit vobis ad mensuram; et choenix similiter vnus erit ad accipiendum. Decima pars gomor, choenix; et decima pars [ι] gomor: ad [κ] gomor erit æqualitas et pondera, viginti oboli: [λ] quinque sicli, quinque et sicli, decem, et quinquaginta sicli mina erit vobis. Et hæ sunt primitiæ, quas separabitis: sextam partem [μ] mensuræ de gomor tritici, et sextam partem [ν] ipsius ephi de coro ordei: et præceptum olei, cotylam olei de decem cotylis: quia decem cotylæ sunt [ξ] gomor. Et ouem de ouibus ex decem, demptio ex omnibus patrijs Israel in sacrificia, et in holocaustomata, et in oblationem salutaris ad expiandum pro vobis, ait Dominus Deus. Et omnis populus dabit primitias has duci Israel: et per ducem erunt holocausta, et sacrificia, et libamina in solennitatibus, et in neomenijs, et in sabbatis, et in vniuersis solennitatibus domus Israel. Ipse faciet, quæ pro peccato, et sacrificium, et holocausta, et quæ ipsius salutaris ad expiandum pro domo Israel. Hæc dicit Dominus Deus. In primo mense, vna mensis, sumetis vitulum de bobus immaculatum ad expiandum sanctuarium. Et tollet sacerdos de sanguine expiationis, et dabit super limina domus, et super quatuor angulos [•] templi, et super altare, et super limina portæ atrij interioris. Et sic facies in mense septimo, vna mensis, sumes ab vnoquoque [*] portionem: et expiabitis domum. Et in primo, quartadecima mensis, erit vobis Pascha solennitas. Septem diebus azyma comedetis. Et faciet dux in

B

C

D

E

illa die

A illa die pro se, et domo, et pro vniuerso populo terræ vitulum pro peccato: et septem diebus solennitatis faciet holocaustomata Domino septem vitulos, et septem arietes immaculatos quotidie septem diebus: et pro peccato hœdum caprarum quotidie, et sacrificium: et ρ coctionem vitulo, et coctiones arieti facies, et olei σ In coctioni. Et in septimo mense quinta decima mensis in solennitate facies iuxta ea septem diebus, sicut quæ pro peccato, et sicut holocaustomata, et sicut manaa, et sicut oleum.

α Viginti.] *Plerique codices, & Theodoretus hic,* δέκα, decem: *& nonnulli etiam deinceps in similibus locis* β Erunt ex hoc sanctificationes.] *In plerisque,* ἔσται ἐκ τούτου ἁγίασμα, *aut* τὸ ἅγιον, *vulgata nostra*, & erit ex B hoc sanctificatum. γ Spatium.] *In aliquo est,* ἀφόρισμα, separatio. *S. Hieron.* in suburbana, vel vt Symm. & Th. & lxx. transtulerunt, in terminum, & separationem, & spacium. δ Sancta sanctorum. De terra.] *In nonnullis est,* τὸ ἁγίασμα τὸ ἅγιον τῶν ἁγίων. ἅγιον (*Complut.* ἡγιασμένον) ἀπὸ τῆς γῆς τοῦτο. *S. Hier.* Et in ipso erit templum (siue sanctificatio.) Sanctumque sanctorum. Sanctificatum de terra, *&c.* ε Separatis.] *Plerique,* ἀφωρισμένος, separatus. ζ Ciuitates.] *S. Hier.* viginti gazophylacia, iuxta Aquilam exedras, iuxta Symmachum thalamos, iuxta Theodotionem gazeras, siue, vt lxx. transtulerunt, ciuitatem. Per quod intelligimus separatum quendam locum ad habitationem Leuitarum vrbis vocabulo nuncupari. η Et ab ijs.] *In quibusdam hic locus sic habet,* ἐπὶ θάλασσαν. καὶ ἀπὸ τῶν πρὸς θάλασσαν τὰ κατ' ἀνατολὰς πρὸς ἀνατολάς, καὶ τὸ μῆκος, ὡς μία τῶν μερίδων. ἀπὸ τῶν ὁρίων τῶν πρὸς θάλασσαν τὸ μῆκος ἐπὶ τὰ ὅρια τὰ πρὸς ἀνατολὰς τῆς γῆς, ad mare. Et ab ijs, quæ ad mare, quæ ad Orientem ad Orientem. Et longitudo, sicut vna partium, (*idest eadem omnibus.*) A terminis, qui ad mare, longitudo ad terminos, qui ad Orientem terræ. *Et respondent satis vulgatæ, demptis istis,* ab iis, quæ ad mare, *quæ ex nostra videntur admista.* θ Auferte.] *Aliqui, & Theodor.* ἀπορρίψατε, abiicite. ι Gomor.] *In plerisque sequitur,* τὸ μέτρον, mensura. *In quibusdam* τὸ οἰφὶ, *aut* οἰφί. S. Hier. *licet in con-* C *textu antiquæ habeat,* Ephi, *tamen in comm. inquit lxx.* pro Ephi interpretatos esse mensuram, pro bato chænica, pro coro gomor: *de quibus mensuris accurate etiam Theodoretus.* κ Ad gomor erit æqualitas.] *Idest æqua libratio eorum, vt vulgata nostra. Apud S. Hier. in antiqua coniungitur hoc modo cum sequentibus,* Gomor erit æquum ad pondus viginti oboli. *In quibusdam libris est,* πρὸς τὸ γόμορ ἔσται ἴσον τὸ σήκωμα. καὶ τὰ στάθμια εἴκοσι ὀβολοὶ (*ita enim corr. in nostra*) ὁ σίκλος. Ad Gomor erit æquale sicoma. Et pondera, viginti oboli siclus. *S. Hieron. scribit hic lxx. pro siclo dixisse appendiculum: ac fortasse ita vertit istud* σήκωμα, *aut* στάθμιον, *licet alij sicoma vertant æquipondium, aut æquilibrium.* λ Quinque sicli, quinque & sicli, decem, & quinquaginta sicli.] *In plerisque est,* εἴκοσι σίκλοι, πέντε καὶ εἴκοσι σίκλοι, δέκα καὶ πέντε σίκλοι, *& apud S. Hieron.* viginti sicli, quinque & viginti sicli, decem, & viginti sicli: *vt simul sint sexaginta. In quibusdam tantum est,* οἱ δὲ πεντήκοντα σίκλοι, quinquaginta autem sicli: *& hunc numerum in mina inquit Theodoretus præcipi. In nostra videtur vtraque lectio admista non sine aliquo mendo. Ac fatetur* S. Hier. *ita hæc apud vulgatam editionem lxx. esse perturbata, vt intelligi non possint.* μ Mensuræ.] *In quibusdam* τοῦ οἰφί. *sed rursus S. Hieron. testatur lxx. & hic pro æphi dixisse mensuram, pro coro autem nunc Gomor, nunc ipsum corum, & in mensura olei pro bato cotylam, idest cyathum.* ν Ipsius æphi.] D *Illud* αὐτοῦ, *abest à plerisque, & à* S. Hieronymo *etiam in antiqua, & in quibusdam est,* τοῦ μέτρου, mensuræ. ξ Gomor.] *Nec plura apud S. Hier. In quibusdam sequuntur hæc,* τὰ δὲ δέκα γομὸρ κόρος, decem autem gomor corus: *quomodo etiam videtur habuisse Theodoretus.* ο Templi.] *Ita* S. Hier. *ex lxx. pro quo inquit Theodotionem posuisse verbum hebraicum; ipse autem posuit,* crepidinis altaris: *& fortasse illud* ἱεροῦ, *posset hoc idem significare.* π Portionem.] *Plerique,* ἀγνοοῦντος, καὶ νηπίου, *aliqui coniungunt vtrumque,* παρ' ἑκάστου ἀγνοοῦντος, καὶ νηπίου ἐξιλάσεσθε. S. Hier. *videtur habuisse,* ἀεί. *Scribit enim lxx. posuisse,* pro ignorante, & pro paruulo. ρ Coctionem.] *Schol.* σεμίδαλιν, similam. S. Hier. *inquit à lxx. positum esse pro æphi.* σ In.] *Theodoretus. Illud* εἶν, *apud Syrum inueni,* ἡμίναν, heminam. *De hoc alibi dictum est.*

CAP. XLVI.

E HÆC dicit Dominus Deus: Porta, quæ in atrio interiori, respiciens ad Orientem, erit clausa sex in diebus, quibus opus fit: in die autem sabbatorũ aperietur: & in die Neomeniæ aperietur. Et intrabit dux per viam Ælam portæ α interioris, & stabit super vestibula portæ. Et facient sacerdotes holocausta eius, & quæ salutaris eius. Et adorabit super vestibulum portæ: & egredietur: & porta non claudetur vsque ad vesperam. Et adorabit populus terræ ad vestibula portæ illius & in sabbatis, & in neomenijs corã Domino. Et holocausta offeret Dux Domino in die sabbatorũ, sex agnos immaculatos, & arietem immaculatum, & manaa, ς coctionem arieti, & agnis sacrificium, donum manus

manus suæ, & olei In coctioni. Et in die neomeniæ vitulum immaculatum, & sex agnos: & aries immaculatus erit: & coctio arieti, & coctio vitulo erit manaa, & agnis, sicut suffecerit manus eius: & olei In coctioni. Et in ingrediendo ducem per viam Ælam portæ ingredietur, & per viam portæ egredietur. Et cum intrabit populus terræ in conspectu Domini in solennitatibus, qui ingreditur per viam portæ respicientis ad Aquilonem, vt adoret; egredietur per viã portæ, quæ ad Austrum: & qui ingreditur per viam portæ, quæ ad Austrum, egredietur per viam portæ, quæ ad Aquilonem: non reuertetur per portam, in quam ingressus est: sed in directum eius egredietur. Et dux in medio eorum; in ingrediendo eos, ingredietur cum eis: & in egrediendo ipsos egredietur. Et in solennitatibus, & in nundinis erit manaa coctio vitulo, & coctio arieti, & agnis, sicut valuerit manus eius, & olei In coctioni. Si autem fecerit dux γ confessionem, holocaustum, δ salutaris Domino; & aperiet sibi portam respicientem ad Orientem: & faciet holocaustum suum, & ea, quæ salutaris sui; sicut facit in die sabbatorum. Et egredietur: & claudet ostia postquam ipse egressus fuerit: & agnum anniculum immaculatum faciet in holocaustum quotidie Domino: mane faciet eum. Et ε manaa faciet super eo, mane, sextam partem mensuræ, & de oleo tertiam partem In admiscendam similam manaa Domino, præceptum perpetuum: Facietis agnum, & manaa: & oleum facietis mane, holocaustum sempiternum. Hæc dicit Dominus Deus: Si dederit dux donum vni ex filijs suis de hæreditate sua; hoc filijs eius erit possessio hæreditas. Si autem dederit donum vni ex pueris suis; & erit ei vsque ad annum remissionis: & reddet duci: veruntamen de hæreditate filiorum eius ipsis erit. Et non tollet princeps de hæreditate populi opprimendo eos: de possessione sua hæreditatem dabit filijs suis; vt non dispergatur populus meus, vnusquisque à possessione sua. Et introduxit me in ingressum ζ eius, quæ ad tergum, portæ in exedram sanctorum, sacerdotum, respicientem ad Aquilonem: & ecce ibi locus separatus: & dixit ad me: Iste est locus, vbi coquent ibi sacerdotes quæ pro ignorantia, & quæ pro peccato: & ibi coquent manaa omnino: vt non efferant in atrium exterius ad sanctificandum populum. Et eduxit me in atrium exterius: & circunduxit me per quatuor partes atrij: & ecce atrium ad latera atrij, η ad latus atrium, atrium, super quatuor; & atrij atrium paruum longitudinis cubitorum quadraginta, & latitudo cubitorum triginta: mensura vna quatuor. Et exedræ per circuitum in eis, per circuitum ipsis quatuor: & culinæ factæ sub exedris per gyrũ. Et dixit ad me: Hæ sunt domus coquorũ, vbi coquent ibi ministra domus victimas populi.

α Interioris.] *Alii, τῆς ἔξωθεν*, exterioris. *Ab aliquo abest illud τῆς, & in vulgata nostra*, deforis, *vt intelligi possit non portæ exterioris, sed à parte exteriore ipsius portæ.* β Coctionem.] *Aliqui οἴφι, sed hic etiam, vt in cap. superiore, notat S. Hier. lxx. pro æphi dixisse, πέμμα.* γ Confessionem.] *Nonnulli, ἑκούσιον. S. Hier.* Pro eo, quod nos diximus spontaneum, lxx. *ὁμολογίαν*, id est confessionem verterunt. δ Salutaris.] *In quibusdam, ἢ εἰρηνικὰς σωτηρίου.* *Sed rursus S. Hieron.* Pro pacificis lxx. salutaria interpretantur. ε Manaa.] *Notat S. Hier. hoc Theodotionem dixisse*, sacrificium, *Aquilam, & Symmachum*, donum. ζ Eius, quæ ad tergum portæ.] *τῆς κατὰ νώτου τῆς πύλης Variant hic exemplaria: à multis abest illud τῆς. In Compl. est, τῶ. S. Hier. in sua, simul etiam indicando antiquam*, per ingressum, qui erat ex latere (vel post tergum) portæ. η Ad latus.] *In quibusdam, (& aliqua ex parte etiam in alijs) est, καθ' ἕκαστον κλίτος αὐλὴ αὐλή, ἐπὶ τὰ τέσσαρα κλίτη τῆς αὐλῆς, αὐλαὶ μικραὶ μήκους, &c.* ad vnumquodque latus atrium atrium: ad quatuor latera atrij atria parua longitudinis, *&c. S. Hier. inquit lxx. vocasse*, atria minora.

CAP. XLVII.

A

ET introduxit me ad vestibula domus: & ecce aqua * egrediebatur de subdio domus ad Orientem: facies enim domus respiciebat ad Orientē: & aqua descēdebat à latere dextro, ab Austro ad altare. Et eduxit me per viam portæ, quæ ad Aquilonem: & circunduxit me per viam exteriorem ad portam atrij respicientis ad Orientem: & ecce aqua deferebatur à latere dextro, [β] sicut exitus viri ex aduerso: & mensura in manu eius. Et mensus est [γ] mille in mensura: & transiuit in aqua aquam remisionis: & mensus est mille, & transiuit in aqua aquam vsque ad fœmora: & mensus est mille: & transiuit aquam vsque ad lumbos: & mensus est mille: & non potuit transire: [δ] quoniam intumuit, sicut torrentis, quem non pertransibunt. Et dixit ad me: Vidisti fili hominis? Et duxit me, & conuertit me ad labium fluminis, in [ε] conuersione mea, & ecce super labium fluminis arbores multæ nimis hinc & inde. Et dixit ad me: Aqua ista, quæ egreditur [ς] in Galilæam, quæ ad Orientem, & [η] descendebat in Arabiam, & veniebat vsque ad mare ad aquam [θ] exitus, & sanabit aquas: & erit omnis anima animalium [ι] ebullientium, ad omnia, ad quæ superuenerit illuc fluuius, viuet: & erit ibi piscis multus valde: quia venit illuc aqua hæc, & sanabit, & viuet: omne, ad quod venerit fluuius illuc, viuet. Et stabunt ibi piscatores: ab [κ] Ingadim vsque ad Enagallim siccatio sagenarum erit. Secundum se erit, & pisces eius, sicut pisces maris magni, multitudo magna nimis. Et in exitu eius, & in conuersione eius, & in elatione eius non [λ] sanabunt: in sales data sunt. Et super fluuium ascendet super labium eius hinc, & inde omne lignum esui aptum: [μ] non veterascet in eo, neque deficiet fructus eius: de [ν] nouitate sua primitiua dabit: quia aquæ eorum è sanctis [ξ] hæ egrediuntur: & erit fructus eorum in escam, & ascensio eorum ad sanitatem. Hæc dicit Dominus Deus: Hos terminos hæreditabitis terræ duodecim tribubus Israel: [ο] augmentum funiculi. Et hæreditabitis eam vnusquisque, sicut frater suus, in quam leuaui manum meam, vt darem patribus ipsorum. Et cadet terra hæc vobis in hæreditatem. Et hi sunt termini terræ, quæ ad Aquilonem, à mari magno [π] descendente & abscindente, introitu Emas eldam, Maabtheras Hebramcliam inter terminos Damasci, & terminos Emathi, atrium Saynam: quæ sunt supra terminos Auranitidis. Isti sunt termini à mari: ab atrio Ænan, termini Damasci, & qui ad Aquilonem. [ρ] Et qui ad Orientem, inter Loranitiden, & Damascum, & inter Galaaditiden, & terram Israel Iordanis disterminat ad mare, quod ad Orientem [σ] palmeti. Isti ad Orientem. Et, qui ad Austrum, & Africum à Thæman, & palmeto vsque ad aquam Marimoth Cadim extendens ad mare magnum. Hæc pars [τ] Auster, & Africus: hæc pars maris magni disterminat, vsque contra introitum Æmath, vsque ad introitum eius. Hi sunt, qui ad mare Emath. Et metiemini hanc terram ipsis tribubus Israel: mittetis in sortem vobis, & aduenis, qui incolunt in medio vestri, qui genuerunt filios in medio vestri: & erunt [υ] quasi vestri indigenæ in filijs Israel. Vobiscum comedent in hæreditate in medio tribuum Israel: & erunt in tribu aduenarum inter aduenas, qui vobiscum: ibi dabitis hæreditatem eis, ait Dominus Deus.

B C D E

α Egre-

α Egrediebatur.] *Polychronius,* ἐξεπορεύετο ἀπὸ τοῦ οὐδοῦ τῆς θύρας, egrediebatur è limine portæ. β Sicut exitus.] *Polychronius, Hebræus,* καὶ ἰδοὺ ἐν τῷ ἐξιέναι τινὰ ἄνθρωπον, & ecce in exeundo quendam hominem. γ Mille in mensura.] *Aliquot libri habent,* χιλίους ἐν τῷ μήκει πήχεις. διῆλθεν ἐν τῷ ὕδατι ὕδωρ ἕως ἀστραγάλων, καὶ διεμέτρησε χιλίους, καὶ διῆλθεν ἐν τῷ ὕδατι ὕδωρ ἕως τῶν γονάτων καὶ διεμέτρησε χιλίους, καὶ διῆλθεν ὕδωρ ἕως ὀσφύος, mille in longitudine cubitos: transiuit in aqua aquam vsque ad talos. Et mensus est mille: & transiuit in in aqua aquam vsque ad genua. Et mensus est mille, & transiuit aquam vsque ad lumbum, *quæ etiam agnoscuntur apud Theodoretum: sed manifesto S.Hier. nostra agnoscit ex lxx. & illud* ἀστραγάλους, *refert ex cæteris tribus interpretibus: atque explicat quid sit aqua remissionis, idest* ἀφέσεως, *pro quo in Compl. est,* ἀφαιρέσεως. δ Quoniam intumescebat.] *Aut,* excrescebat, *quod græce* ἐξύβριζεν, *aut, vt in nonnullis* ἔβρυζεν, *vel* ἐκβράζει. *In quibusdam totus hic locus sic habet,* καὶ διεμέτρησε χιλίους, καὶ ἰδοὺ χείμαῤῥους, ὃν οὐκ ἠδύνατο διελθεῖν, ὅτι ἐξύβριζε τὸ ὕδωρ ὡς ῥοῖζος χειμάῤῥου ὃν (*al.* ὃ) οὐ διαβήσονται. *S.Hier. hunc locum sic refert ex lxx.* Et mensus est mille: & non poterat pertransire: quoniam ferebatur aqua instar præcipitis torrentis, qui transiri non potest. ε In conuersione mea.] *S.Hier. videtur habuisse in antiqua,* cumque me conuertisset. ζ In Galilæam.] S.Hieron. Aquila interpretatus est θῖνας, quod tumulos significat arenarum, Symm. μεθόριον, quod possumus transferre confinium. η Et descendebat in Arabiam, & veniebat.] *In quibusdam codicibus est,* καὶ καταβαῖνον ἐπὶ τὴν ἀραβίαν (*al.* ἀοίκητον) καὶ ἐρχόμενον, & descendit ad Arabiam (*al.* inhabitabilem) & venit. *Polychronius, Hebræus,* ἐπὶ δυσμάς, ad Occidentem, *aut,* ad decliuia. *S.Hier.* Pro Arabia Symm. inhabitabilem, Aquila humilia, vel plana, Theodotio Arabas transtulerunt. θ Exitus.] *In quibusdam additur,* τῆς θαλάσσης, maris. ι Ebullientium.] *Sic etiam Theodoretus.* S.Hier. *ex antiqua,* animalium serpentium. κ Ab Ingadim.] *Theodoretus.* Istud ἀπὸ ἐνγαδδεὶν (*al.* ἰωγαδδὶ) ἕως ἰωαγλὶμ (*aut* ἐναγαλλεὶμ) significat à tentationibus, & afflictionibus ad lætitiam. Nam ἐνγαδδὶ, significat oculum tentationis; ἐναγαλλείμ, vero oculum vituli, ad sacrificium oblati, & peccatum soluentis. *Legendus* S.Hier. λ Sanabunt.] *Schol.* ἰαθῶσιν. *In aliquo codice est,* οὐ μὴ ἰαθῇ· εἰς ἅλας δεδώσονται, *quod in vulgata nostra:* non sanabuntur, sed in salinas dabuntur. μ Non veterascet in eo.] *In nonnullis, & apud Theodoretum est,* οὐ (*al.* ὃ) οὐκ ἀποῤῥυήσεται τὸ φύλλον αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ παλαιωθῇ ἐπ' αὐτοῦ. *Sed has esse duas interpretationes indicat S.Hier. ita dicens,* non defluet folium ex eo (siue non inueterascet ex eo.) ν De nouitate sua primitiua dabit.] *In aliquo codice, & apud Theodoretum est,* τῆς καινότητος αὐτοῦ εἰς τοὺς μῆνας αὐτοῦ πρωτογενήσει. *S.Hier.* Per singulos menses afferet primitiua, siue, vt in lxx. scriptum est, fructus eius in renouatione sui primitiua dabit. ξ Hæc.] *In multis abest istud,* ταῦτα. ο Augmentum funiculi.] *In aliquo est,* ἰωσὴφ διπλοῦν σχοίνισμα, προσθέσεως σχοινίσματος. *Sed duas esse interpretationes indicat S.Hier.* Pro eo, quod nos diximus, quia Ioseph duplicem funiculum habet, lxx. transtulerunt augmentum funiculi (etenim Ioseph interpretatur augmentum) rem intelligentes pro nomine. π Descendente.] *In Complut. & ex parte in alijs est,* ὁδὸν αἰθαλὼν τῆς εἰσόδου σηδάδα, αἰμὰθ, βηρωθὰ, σαβαρὶμ τὰ ἀναμέσον ὁρίων δαμασκοῦ, καὶ ἀναμέσον ὁρίων ἠμαθὶ αὐλαὶ τοῦ θιχὼν, αἵ εἰσιν, *&c.* per viam Æthalon introitus Sedada, Æmath, Berotha, Sabarim, quæ inter terminos Damasci, & terminos Emathi, atria Thicon: *quæ satis respondent vulgatæ nostræ: neque hoc loco S.Hier. affert varietates: tantum inquit Symmachum pro atrio Thicon dixisse atrium medium. Sed maximæ semper in huiusmodi locorum descriptionibus varietates, & menda: quare accuratus lector codices conferet. Etiam in cap. sequenti in omnibus est,* καταβάσεως, *&* τοῦ περισχίζοντος, *vbi vulgata,* Hethalon pergentibus, *&c.* ρ Et, qui ad Orientem.] *In multis libris est,* κατὰ βοῤῥᾶν, καὶ τὸ ὅριον ἠμὰθ, τὸ ὅριον βοῤῥᾶ, κατὰ πρόσωπον ἀνατολῶν. καὶ τὰ πρὸς ἀνατολάς, ad Aquilonē, & terminus Emath terminus Aquilonis ad faciem Orientis. Et qui ad Orientem, *vbi,* κατὰ πρόσωπον ἀνατολῶν, *&* καὶ τὰ πρὸς ἀνατολάς, *aut gemina interpretatio est, aut videtur redundare.* σ Palmeti.] *S.Hier.* Quod autem in lxx. ponitur φοινικῶνες, idest palmeti, in hebræo non habetur: pro quo nos, metiemini, interpretati sumus. *Compl.* φοινίκων, palmarum. τ Auster.] *In aliquo est,* τοῦ νότου, καὶ λιβὸς καὶ τὸ μέρος τῆς θαλάσσης, θαλάσσης τῆς μεγάλης, ἣ ὁρίζει, Austri, & Africi. Et pars maris, maris magni, quod disterminat, *&c. idest plaga Occidentalis, est ipsius maris magni, &c.* υ Quasi vestri.] ὑμῶν ὡς, *nonnulli,* ὑμῖν ὡς, vobis quasi.

C A P. XLVIII.

ET hæc nomina tribuum ab initio, quod ad Aquilonem, secundum partem descensus ipsius abscindentis ad introitum Emath atrij α Ælam, terminus Damasci ad Aquilonem, secundum partem Emath atrij. Et erunt eis, ea quæ ad Orientem vsque ad mare, Dan β vna. Et à terminis Dan, quæ ad Orientem vsque ad mare, Asser vna. Et à terminis Asser, ab ijs, quæ ad Oriētem vsque ad ea, quæ ad mare, Nephthalim vna. Et à terminis Nephthalim ab Oriente vsque ad ea, quæ ad mare, Manasse vna. Et à terminis Manasse, ab ijs, quæ ad Orientem ad ea, quæ ad mare, Ephræm vna. Et a terminis Ephræm ab ijs, quæ ad Orientem vsque ad ea, quæ ad mare, Ruben vna. Et a terminis Ruben ab ijs, quæ ad Orientem vsque ad mare, Iuda vna. Et a terminis Iuda, ab ijs, quæ ad mare, erunt primitiæ separationis, quinque & viginti millia latitudo, & longi-

A longitudo, ſicut vna partium ab ijs, quæ ad Orientem, & vſque ad ea, quæ ad mare: & erit ſanctuarium in medio eorum: ʸ primitias, quas ſeparabunt Domino, longitudo quinque & viginti millia, & latitudo ᶻ viginti quinque millia. ᵃ Ex his erunt primitiæ ſanctorum ſacerdotibus: ad Aquilonem quinque & viginti millia: & ad mare ᵇ decem millia: & ad Auſtrum viginti & quinque millia: & mons ſanctorum erit in medio eius ſacerdotibus ſanctificatis filijs Sadduc cuſtodientibus cuſtodias domus, qui non errauerunt in errore filiorũ Iſrael, ſicut errauerũt Leuitæ. Et erunt eis primitiæ datæ de primitijs terræ, ſanctum ſanctorum de terminis Leuitarum. Leuitis autem iuxta fines ſacerdotum, longitudo quinque & viginti millia, & latitudo decem millia: omnis longitudo B quinque & viginti millia, ᶜ & latitudo viginti millia. Non vendetur ex eo, neque menſurabitur, neque auferentur primitiæ terræ, quia ſanctum eſt Domino. Quinque millia autem, quæ ſuperſunt in latitudine in quinque & viginti millibus, ᵈ antemurale erit ciuitati in habitaculum, & in ᵉ ſpatium eius. Et erit ciuitas in medio eius: & hæ menſuræ eius: ab ijs, quæ ad Aquilonem, quingenti & quater mille: & ab his, quæ ad Auſtrum, quingenti & quatuor millia, & ab his, quæ ad Orientem, quingenti & quatuor millia, & ab his, quæ ad mare, quater mille quingenti. Et erit ſpatium ciuitati ad Aquilonem ducenti quinquaginta, & ad Auſtrum ducenti & quinquaginta, & ad Orientem ducenti ᶠ quinquaginta, & C ad mare ducenti quinquaginta. Quod autem ſupererit longitudinis iuxta primitias ſanctorum, decem millia ad Orientem, & decẽ millia ad mare. Et ʰ erunt primitiæ ſanctuarij: & erunt genimina eius in panes in his, qui operantur ciuitati. Qui autem operantur ciuitati; operabuntur ei ex omnibus tribubus Iſrael. Omnes primitiæ quinque & viginti millia per quinque & viginti millia in quadrum: ſeparabitis ipſius primitias ſanctuarij à poſſeſsione ciuitatis. Quod autem ſupererit; duci ex hoc, & ex hoc à primitijs ſanctuarij, & in poſſeſsionem ciuitatis, ᵏ ad quinque & millia longitudo vſque ad terminos eorum, quæ ad mare iuxta partes ducis: & erunt primitiæ ſanctorum, & ſanctificatio domus in me- D dio eius. Et de Leuitis de poſſeſsione ciuitatis in medio, Ducum erit inter terminos Iuda, & inter terminos Beniamin; ˡ & Ducum erit. Et quod ſupereſt tribuum ab his, quæ ad Orientẽ, vſque ad ea, quæ ad mare, Beniamin vna. Et à terminis Beniamin ab his, quæ ad Orientẽ, vſque ad ea, quæ ad mare, Symeon vna. Et à terminis Symeon ab his, quæ ad Orietem, vſque ad mare, Iſſachar vna. Et a terminis Iſſachar ab his, quæ ad Orientem, vſque ad ea, quæ ad mare, Zabulon vna. Et a terminis Zabulon ab his, quæ ad Orientem vſque ad ea, quæ ad mare, Gad vna. Et a terminis Gad ab his, quæ ad Orientem vſque ad ea, quæ ad Africum; & erunt termini eius à Thæman, & aqua ᵐ Barimoth Cades, ⁿ hæreditatis E vſque ad mare magnum. Hæc eſt terra, quam mittetis in ſortem tribubus Iſrael: & hæ ſunt partitiones earum, ait Dominus Deus. Et hi ſunt ᵒ egreſſus ciuitatis, qui ad Aquilonem, quater mille & quingenti menſura. Et portæ ciuitatis in nominibus tribuum Iſrael. Portæ tres ad Aquilonem, porta Ruben vna, & porta Iuda vna, & porta Leui vna. Et qua ad Orientem, quater mille, & quingenti: & portæ tres, porta Ioſeph vna, & porta Beniamin vna, & porta Dan vna. Et qua ad Auſtrum, quater mille & quingenti menſura: & portæ tres, porta Symeon vna, & porta Iſſachar vna, & porta Zabulon vna. Et qua ad mare, quater mille &

le & quingenti mensura: portæ tres, porta Gad vna, porta Asser vna, & porta Nephthalim vna. Circuitus, decem & octo millia. Et nomen ciuitatis, ex qua die facta fuerit, erit nomen eius.

α Ælam.] *In quibusdam est,* ἀιλάμ *Compl.* αἰνὼν, *& vulgata nostra,* Enon. β Vna.] *S.Hier.* Quod in quinque, & septem tribubus semper in fine ponitur, vna, subintelligitur vel pars, vel possessio, vel hæreditas: licet Aq. & Symm. interpretentur genere neutrali τὸ ὅριον quod significat terminum. γ Primitias.] *Multi,* ἀπαρχή, primitiæ. δ Vigintiquinque.] *In aliquot codicibus est,* δέκα, decem. ε Ex his.] *Compl.* καὶ αὗται αἱ ἀπαρχαὶ τοῦ ἁγιάσματος τοῖς ἱερεῦσιν. Et hæ primitiæ sanctificationis sacerdotibus. ζ Decem millia.] *In plerisque hæc ita sunt posita,* εὖρος δέκα χιλιάδες, καὶ πρὸς ἀνατολὰς πλάτος δέκα χιλιάδες, καὶ πρὸς νότον μῆκος εἴκοσι, καὶ πέντε χιλιάδες, latitudo decem millia, & ad Orientem latitudo decem millia, & ad Austrum longitudo quinque & viginti millia. η Et latitudo viginti millia.] *Hæc absunt à plerisque. Vulgata nostra habet,* decem. θ Antemurale.] S.Hier. Quod nos vertimus in prophanum, pro quo Aquila βέβηλον, Symmachus, & Th. λαϊκὸν, transtulerunt, lxx. dixere προτείχισμα, quod antemurale possumus dicere. ι Spatium.] *In quibusdam est,* εἰς προάστεια. *Sed est alia interpretatio. Testatur enim S.Hier. lxx. pro suburbanis,* dixisse spatium. κ Quinquaginta.] *In aliquo additur,* πήχεις, cubiti. S.Hier. *subintelligit calamos.* λ Et erunt primitiæ sanctuarij.] *In quibusdam est,* καὶ ἔσονται κατέναντι τῆς ἀπαρχῆς τοῦ ἁγίου, & erunt è regione primitiarum sanctuarij. μ Ad quinque.] *Cæteri,* κατὰ πρόσωπον ἐπὶ πέντε, *&* S.Hieron. *ex antiqua,* contra faciem viginti quinque millium. ν Et ducum erit.] *Plerique,* τῷ ἀφηγουμένῳ ἔσται, duci erit. *In Complut. etiam paulo ante pro,* τῶν ἀφηγουμένων, *est,* τοῦ ἀφηγουμένου, ducis. ξ Barimoth.] *Plerique,* Marimoth, *vt supra, aut Mariboth, quod Sanctus Hieronymus, & Theodoretus notant significare aquas contradictionis.* ο Hæreditatis.] *Nonnulli,* κληρονομία, hæreditas. *Et ita S.Hier. in sua, licet in comment. vocabulum hebraicum, quod & hæreditatem, & torrentem significat, hoc loco pro torrente potius accipiendum putet.* π Egressus.] *Sanctus Hieronymus ex cæteris tribus,* διεξόδους, eodem sensu.

DANIEL.

DANIEL.

B

ET erat vir habitans in Babylone: & nomen eius Ioacim. Et accepit vxorem nomine Sosannam filiam Chelciæ, pulchram nimis, & timentem Dominum. Et parentes eius iusti: & docuerunt filiam suam iuxta legem Moysi. Erat autem Ioacim diues valde: & erat ei pomarium vicinum domui suæ, & ad ipsum confluebant Iudæi, eo quòd esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes de populo iudices in anno illo: de quibus loquutus est Dominus, quia egressa est iniquitas de Babylone à senibus iudicibus, qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domum Ioacim: & veniebant ad eos, omnes, qui habebant iudicia.

C

Cum autem populus recessisset per meridiem, ingrediebatur Sosanna, & deambulabat in pomario viri sui. Et videbant eam senes quotidie ingredientem, & deambulantem: & exarserunt in concupiscentiam eius, & euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, vt non viderent cælum, neque meminissent iudiciorum iustorum. Erant ergo ambo vulnerati amore eius: nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum. Erubescebant enim indicare concupiscentiam suam, volentes concumbere cum ea: & obseruabant quotidie solicite videre eam. Dixitque alter ad alterum: Eamus domum, quia prandij hora est. Et egressi recesserunt à se mutuo. Cumque reuertissent, venerunt in vnum: & sciscitantes ab inuicem causam, confessi sunt concupiscentiam suam: & tunc in commune statuerunt tempus, quando eam possent inuenire solam. Factum est autem, cum obseruarent diem aptum, ingressa est aliquando, sicut heri, & nudiustertius, cum duabus solis puellis: voluitque lauari in pomario: æstus quippe erat: & non erat ibi quisquam præter duos senes absconditos, & contemplãtes eam. Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum, & smigmata: & ostia pomarij claudite, vt lauer. Et fecerunt sicut præceperat, clauseruntque ostia pomarij: & egressæ sunt per posticum, vt afferrent quæ iusserat eis: nesciebantque senes esse absconditos.

D

E

Cum autem egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt: Ecce ostia pomarij clausa sunt: & nemo nos videt: & in concupiscentia tui sumus. Quamobrem assentire nobis, & commiscere nobiscum. Quòd si nolueris, dicemus contra te testimonium, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc causam emiseris puellas à te. Et ingemuit Sosanna, & ait: Angustiæ mihi sunt vndique: Si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, nequaquam effugiam manus vestras. Melius mihi est absque opere incidere in manus vestras, quàm peccare in conspectu Domini. Et exclamauit

voce magna Sosanna. Clamauerunt autem & duo senes aduersus eam. Et cucurrit vnus ad ostia pomarij, & aperuit. At, cum audissent clamorem in pomario famuli domus, irruerunt per posticum, vt viderent, quid nam accidisset ei. Postquam autem senes dixerunt sermones suos; erubuerunt serui vehementer: quia nunquam dictus fuerat sermo huiusmodi de Sosanna. Et factum est die crastina, cum conuenisset populus ad virum eius Ioacim; venerunt duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Sosannam, vt interficerent eam: & dixerunt coram populo. Mittite ad Sosannam filiam Chelciæ vxorem Ioacim. Illi vero miserunt. Et venit cum parentibus, & filijs, & vniuersis cognatis suis. Porro Sosanna erat delicata nimis, & pulchra specie. At iniqui illi iusserunt, vt discooperiretur, (erat enim cooperta) vt vel sic satiarentur de decore eius. Flebant igitur sui, & omnes, qui nouerant eam. Consurgentes autem duo presbyteri in medio populi, posuerunt manus super caput eius. Quæ flens suspexit ad cælum. Erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Et dixerunt presbyteri: Cum deambularemus in pomario; ingressa est hæc cum duabus puellis, & clausit ostia pomarij, & dimisit puellas. Venitque ad eam adolescens, qui erat absconditus, & concubuit cum ea. Porro nos, cum essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos: & vidimus eos pariter commisceri. Et illum quidem non quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat: & apertis ostijs exiluit. Hanc autem cum apprehendissemus; interrogauimus, quis nam esset adolescens: & noluit indicare nobis. Huius rei testes sumus. Et credidit eis multitudo, quasi senibus populi, & iudicibus: & condemnauerunt eam ad mortem. Exclamauit autem Sosanna voce magna, & dixit: Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia, antequam fiant, tu scis, quoniam falsum contra me tulerunt testimonium. Et ecce ego morior, cum nihil horum fecerim, quæ isti malitiose composuerunt aduersum me. Exaudiuit autem Dominus vocem eius. Cumque duceretur ad mortem; suscitauit Deus spiritum sanctum pueri iunioris: cuius nomen Daniel. Et exclamauit voce magna: Mundus ego sum à sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad eum dixit: Quis est iste sermo, quem tu loquutus es? qui cum staret in medio eorum, ait: Sic fatui filij Israel, non iudicantes, neque quod manifestum est, cognoscentes, condemnastis filiam Israel? Reuertimini ad iudicium: quia falsum testimonium loquuti sunt isti aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione. Et dixerunt ei senes: Veni, & sede in medio nostrum, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem senectutis. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos abinuicem procul, & diiudicabo eos. Cumque diuisi essent alter ab altero; vocauit vnum de eis, & dixit ad eum: Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius, iudicans iudicia iniusta, & innocentes condemnans, dimittens autem noxios, dicente Deo; Innocentem, & iustum non interficies. Nunc igitur si vidisti eam, dic, sub qua arbore videris eos colloquentes sibi? Qui ait: Sub schino. Dixitque Daniel: Recte mentitus es in caput tuum. Ecce.n. angelus Dei accepta sententia à Deo, scindet te mediũ. Et amoto eo iussit venire alium: & dixit ei: Semen Chanaan, & non Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus Israel: & illæ timentes loquebantur vobis. Sed non filia Iuda sustinuit iniquitatem

tem

A tem vestram. Nunc ergo dic mihi, sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait: Sub prino. Dixitque ad eum Daniel: Recte mentitus es & tu in caput tuum. Manet enim angelus Dei, gladium habens, vt secet te medium, & interficiat vos. Exclamauit autem omnis synagoga voce magna: & benedixerũt Deum, qui saluat sperantes in se. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros: Conuicerat enim eos Daniel ex ore ipsorum falsum dixisse testimonium. Et fecerunt eis, sicut male egerant aduersus proximum: vt facerent secundum legem Moysi. Et inter fecerunt eos: & saluatus est sanguis innoxius in die illa. Chelcias autem, & vxor eius [δ] laudauerunt pro filia sua cum Ioacim marito eius, & cognatis [ε] suis, quia non esset inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa, & deinceps. B

Hæc Sosannæ historia in omnibus vetustis libris est principium Danielis, quemadmodum etiam apud S. Athanasium in synopsi. Et in multis inscribitur, Daniel, *vt in nostra: in quibusdam,* σουσάννα, Susanna: *in aliquo,* διάκρισις δανιήλ, iudicium Daniel. *In editione vulgata est cap.* 13. α De quibus loquutus est Dominus.] *Schol.* Idest, contra quos ipse Dominus pronunciauit. *Sed legendus S. Hier.* β Vulnerati amore eius.] *Sic vulgata quasi per paraphrasim, quod græce purius,* κατανενυγμένοι περὶ αὐτῆς, compuncti pro ea. *Schol.* κεκεντημένοι τῇ ἐπιθυμίᾳ σφοδρῶς, puncti concupiscentia vehementer. γ Ingressa est aliquando, sicut heri.] Vel secundum lxx. *(inquit Origenes.)* Et ecce Sosanna inambulabat iuxta consuetudinem. *Quo dicto (addit S. Hieron.) Origenes ostendit cætera se non iuxta lxx. interpretes disseruisse.* δ Laudauerunt.] *In cæteris additur,* τὸν θεόν, *& in vulgata,* Deum. ε Suis.] *Cæteri fere,* πάντων, *& vulgata,* omnibus.

C

CAP. I.

IN anno tertio regni [α] Ioacim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Hierusalem, & obsidebat eam. Et dedit Dominus in manu eius Ioacim regem Iuda, & de parte vasorum domus Dei. Et asportauit ea in terram [β] Sennaar domus Dei sui: & vasa intulit in domum thesauri Dei sui. Et ait rex Asphanez præposito eunuchorum suorum, vt introduceret de filijs captiuitatis Israel. Et de [γ] semine regni, & de [δ] Phorthommin, pueros, [ε] quibus non est in eis macula, & pulchros specie, & intelligentes in omni sapientia, & scientes scienciam, & cogitantes prudentiam, & quibus est robur in eis standi in domo D coram rege, & doceret eos litteras, & linguam Chaldæorum. (Et constituit eis rex quod in diem, quotidie de mensa regis, & de vino potus ipsius) & nutriret eos annis tribus, & postea starent in conspectu regis. Et fuerunt in eis de filijs Iuda Daniel, & Ananias, & Azarias, & Misael. Et imposuit eis præpositus eunuchorum nomina, Danieli Baltasar, & Ananiæ Sedrach, & Misaeli Misach, & Asariæ Abdenago. Et posuit Daniel in corde suo, vt non [ζ] pollueretur in mensa regis, & in vino de potu eius: & rogauit eunuchorũ præpositum, ne contaminaretur. Et dedit Deus Danielem in misericordiã, & miserationem in conspectu E principis eunuchorum: & dixit princeps eunuchorũ Danieli: Timeo ego Dominũ meum regem, qui constituit cibum vestrum, & potũ vestrum, ne forte videat facies vestras tristes præ adolescentibus coæuis vestris, & [η] condemnetis caput meum regi. Et dixit Daniel ad Amelsad, quem constituerat princeps eunuchorũ super Danielẽ, Ananiam, Misael, Azariam: [θ] Tenta obsecro pueros tuos diebus decẽ: & dent nobis de [ι] seminibus, & comedamus, & aquam bibamus, & appareant coram te vultus nostri, & vultus puerorum, qui edunt mensam regis. & sicut videris, facito cum pueris tuis. Et exaudiuit eos: & [κ] tentauit eos diebus de-

cem. Et post finem decem dierum apparuerunt vultus eorum boni, & robusti carnibus super pueros, qui edebant mensam regis. Et fuit Amelsad tollens cibũ eorum, & vinum potus eorum, & dabat eis λ semina. Et μ pueri hi, quatuor ipsi, dedit eis Deus intellectum, & prudentiam in omni ν litteratura, & sapientia. Et Daniel intellexit in omni visione, & somnijs. Et post finẽ dierum, quos dixerat rex introducendi eos, & introduxit eos præpositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonosor: & loquutus est cum eis rex: & non sunt inuenti de vniuersis ipsis similes Danieli, & Ananiæ, & Misael, & Azariæ, & steterunt in conspectu regis: & in omni verbo sapientiæ, & scientiæ, quæcumque sciscitatus est ab eis rex, inuenit eos decuplo maiores præ omnibus ξ incantatoribus, & magis, qui erant in vniuerso regno eius. Et fuit Daniel vsque ad annum vnum Cyri regis.

In quibusdam libris inscriptio hic est, ὅρασις β, visio secunda: *sicque fere in consequentibus capitibus,* ὅρασις γ. ὅρασις δ, *&c.*

α Ioacim.] *Schol.* Ioacim dicit filium Ioacim, nepotem autem Iosiæ: qui & Iechonias vocatus est. *Legendi S. Hier. & Theodoretus. Memoria autem tenendum est hanc esse editionem non lxx. sed Theodotionis, quòd hac, vt S. Hier. scribit,* Ecclesiæ *Domini vterentur: quamuis nonnulla interdum ex alijs sint admista.* β Sennaar.] *Schol.* Babylonis. *Et de hoc accurate S. Hier.* γ De semine regni.] *Schol.* Idest, de genere, quod apud hebræos regium erat. δ Phorthommin.] *Schol.* πάρθων. *S. Hier.* Pro φορθομμὶν, quod Theodotio posuit, lxx. & Aquila electos transtulerunt, Symmachus Parthos, pro verbo nomen gentis intelligens: quod nos iuxta editionem hebræorum, quæ κατ' ἀκρίβειαν, legitur (*sic alibi scribit solitam fuisse appellari ab hebræis secundam Aquilæ editionem,*) in tyrannos vertimus. *Theodoretus,* ἐπιλέκτοις, *tribuit Symmacho: & inquit* παρθένον, *hebræorum lingua vocari virgines.* ε Quibus non est in eis macula.] *Schol.* ἐπιλέκτοις, electos: *nisi hoc pertinet ad locum proxime indicatum.* ζ Pollueretur.] *Schol.* μιανθῇ, *eodem sensu.* η Condemnetis.] *Schol.* κατακριθῆναι παρὰ τοῦ βασιλέως ποιήσητε, condemnari à rege faciatis. θ Tenta.] *Schol.* δοκίμασον, proba. ι Seminibus.] *Sic hebræus. In multis additur,* τῆς γῆς, terræ. κ Tentauit.] *Schol.* καὶ ἐδοκίμασεν τὴν ἰδέαν αὐτῶν, & probauit vultum eorum. λ Semina.] *Schol.* ὄσπρια, legumina. μ Et pueri hi, quatuor ipsi.] *Responderet penitus hebræo, si esset in casu dandi. Alij codices habent tantum,* καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς, & dedit eis, *aut,* καὶ τοῖς τέσσαρσιν παιδαρίοις ἔδωκεν, & quatuor ipsis pueris dedit. ν In omni litteratura.] *Schol.* ἐν πάσῃ τῇ βίβλῳ in omni libro: *quomodo S. Hier. in sua: ac notat pro hoc Symmachum interpretatum esse artem grammaticam: vt videri possit nostra lectio esse Symmachi.* ξ Incantatoribus, & magis.] *Pro his inquit S. Hier. vulgatam editionem transtulisse philosophos, & sophistas, sed iuxtam philosophiam quandam gentis barbaræ, non græcæ. De incantatoribus, & alijs eiusmodi idem S. Hieron. cap. sequenti.*

CAP. II.

IN anno α secundo regni somniauit Nabuchodonosor somnium: et obstupuit spiritus eius: & somnus eius fuit ab eo. Et dixit rex, vt vocarent β incantatores, et magos, et maleficos, et Chaldæos ad annunciandum regi somnia eius. Et venerunt, et steterunt coram rege. Et dixit eis rex: Somniaui, et γ obstupuit spiritus meus ad cognoscendum somnium. Et loquuti sunt Chaldæi regi Syriace: Rex in secula viue. Dic somnium pueris tuis: et coniecturã indicabimus. Respondit rex Chaldæis: Sermo recessit à me. Nisi indicaueritis mihi somniũ, et coniecturã; in perditionem eritis: et domus vestræ diripiẽtur. Si autẽ somnium, et coniecturã eius indicaueritis mihi; præmia, et dona, et honorẽ multũ accipietis à me. Tantummodo somniũ, et coniecturã eius indicate mihi. Responderunt secundo, et dixerunt: Rex dicat somniũ pueris suis, et coniecturã indicabimus. Et respondit rex, et dixit: In veritate noui ego, quòd vos δ redimitis tẽpus secundũ quod videtis, quia ε discessit à me verbũ. Si ergo somniũ non indicaueritis mihi; scio, quia verbũ falsum, et corruptũ composuistis ad dicendũ corã me, donec tempus pertranseat. Somnium meum dicite mihi; & sciã, quia etiam coniecturã eius

A eius indicabitis mihi. Responderunt Chaldæi coram rege, & dicunt: Non est homo super aridam, qui verbum regis posit notum facere: sicuti omnis rex magnus, & princeps verbum huiusmodi non sciscitatur ab incantatore, mago, & Chaldæo. Quia sermo, quem rex interrogat, grauis est: & alius non est, qui indicet illum in conspectu regis, nisi Dij, quorum non est habitatio cum omni carne. Tunc rex in furore, & ira dixit, vt perderent omnes sapientes Babylonis. Et sententia egressa est, & sapientes interficiebantur: & quæsierunt Danielem, & amicos ad interficiendum. Tunc Daniel respondit consilium, & sententiam Arioch principi coquorum regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes ‹ Babylonis: Princeps regis, pro quo egressa est sententia impudens à facie B regis? Indicauit autem Arioch verbum Danieli. Et Daniel rogauit regem, vt tempus daret sibi, & coniecturam eius indicaret regi. Et ingressus est Daniel in domum suam: & Ananiæ, & Misaeli, & Azariæ amicis suis verbum indicauit: & miserationes quærebant a Deo cæli pro mysterio hoc; vt non perirent Daniel, & amici eius cum cæteris sapientibus Babylonis. Tunc Danieli in visione noctis mysterium reuelatum est. Et benedixit Deum cæli Daniel, & dixit: Sit nomen Dei benedictum à seculo, & vsque in seculum: quia sapientia, & intelligentia eius sunt. Et ipse mutat tempora, & ætates, constituit reges, & transfert: dans C sapientiam sapientibus, & prudentiam intelligentibus disciplinam. Ipse reuelat profunda, & abscondita, cognoscens, quæ in tenebris: & lux cum eo est. Tibi Deus patrum meorum confiteor, & laudo, quia sapientiam, & fortitudinem dedisti mihi: & ostendisti mihi, quæ rogauimus te: & visionem regis notam fecisti mihi. Et venit Daniel ad Arioch, quem constituerat rex, vt perderet sapientes Babylonis, & dixit ei: Sapientes Babylonis ne perdas: sed introduc me in conspectu regis: & coniecturã regi narrabo. Tunc Arioch in festinatione introduxit Danielem ad regem, & dixit ei: Inueni virum de filiis captiuitatis Iudææ, qui coniecturam regi indicabit. Et respondit rex, & dixit Danieli, cuius nomen erat Baltasar: Si potes mihi indicare somnium, quod vidi, & coniecturam D eius? Et respondit Daniel coram rege, & dixit: Mysterium, quod rex interrogat, non est sapientum, magorum, incantatorum, Gazarenorum indicare regi: sed est Deus in cælo reuelans mysteria: & nota fecit regi Nabuchodonosor, quæ oportet fieri in nouissimis diebus. Somnium tuum, & visiones capitis tui in cubili tuo, hoc est ò rex. Cogitationes tuæ in cubili tuo ascenderunt, quid futurum sit * post hæc: & qui reuelat mysteria, ostendit tibi, quæ oporteat fieri. Et mihi autem non in sapientia, quæ sit in me præ omnibus viuentibus, mysterium hoc reuelatum est; sed vt coniecturam regi manifestam faciam; vt cogitationes cordis tui scias. Tu rex videbas, & ecce [θ] imago vna, magna imago illa, & aspectus E ipsius sublimis, stans ante faciem tuam: & intuitus eius erat terribilis: imago, cuius caput ex auro optimo erat: manus, & pectus, & brachia eius argentea: venter, & femora ænea, & tibiæ ferreæ: pedes, pars quidem ferrea, & pars quædam testea. Videbas, donec abscissus est lapis de monte sine manibus: & percussit imaginem super pedes ferreos, & testeos: & comminuit eos in finem. Tunc comminuta sunt pariter testa, ferrum, æs, argentum, aurum: & facta sunt quasi puluis de area æstiua: & sustulit ea multitudo spiritus, & locus non est inuentus eis. Et lapis, qui percusserat imaginem, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam

terram. Hoc est somnium: & coniecturam eius dicemus coram rege. Tu ô rex, rex regum es, cui Deus cæli regnum forte, & validum, & honoratum dedit in omni loco, vbi habitant filij hominum: & bestias agri, & volucres cæli, & pisces maris dedit in manu tua: & constituit te dominum omnium. Tu es caput aureũ: & post te consurget regnum aliud ι minus te: & regnum tertium, quod est æs, quod imperabit vniuersæ terræ: & regnum quartum, quod erit forte, veluti ferrum. Quomodo ferrum comminuit, & domat omnia; sic omnia comminuet, & domabit. Et quia vidisti pedes, & digitos, partem quidem aliquam testeam, partem vero quandam ferream; regnum diuisum erit: & à radice ferrea erit in eo, quemadmodum vidisti ferrum admistum testæ. Et digiti pedum pars quidem ferrea, pars vero testea; pars quædam regni erit fortis, & de eo erit contritum. Quia vidisti ferrum admistum testæ; commista erunt in semine hominum: & non adhærebunt hoc ad hoc, sicut ferrum non immiscetur cum testa. Et in diebus regum illorum, suscitabit Deus cæli regnum, quod in secula non dissipabitur: & regnum eius alteri populo non relinquetur: comminuet, & ventilabit vniuersa regna: & ipsum stabit in secula: sicut vidisti, quòd de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuebat testam, ferrum, æs, argentum, aurũ. Deus magnus ostendit regi, quæ oportet fieri post hæc: & verum est somnium: & fidelis coniectura eius. Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem, & Danielẽ adorauit: & κ manaa, & suauitates odoris dixit, vt libarentur ei. Et respondens rex dixit Danieli: In veritate Deus vester ipse est Deus Deorũ, & dominus regũ, reuelans mysteria: quoniam potuisti reuelare mysterium hoc. Et magnificauit rex Danielem, & munera magna, & multa dedit ei: & constituit eum super vniuersam regionem Babylonis, & principem satraparum super omnes sapientes Babylonis. Et Daniel postulauit à rege: & constituit super opera prouinciæ Babylonis Sedrach, Misach, & Abdenago. Et Daniel erat in aula regis.

α Secundo.] *Schol.* Regnum hic dicit ipsius Nabuchodonosor, non quod in Assyrios, sed quod super Iudæos: quo quidem integre super eos regnauit, cum expugnasset ciuitatem, & templum. *Legendi S. Hier. & Theodoretus.* * Fuit.] ἀπέστη, *idest abijt à me.* β Incantatores.] *Polychronius.* Syrus breuiter dicit, sapientes Babylonis. *Sed adeundus S. Hier.* γ Obstupuit.] *Symm.* καὶ διηπόρει, & hæsitabat. δ Redimitis.] *Schol.* prorogationem venamini, studentes dilatione temporis dissoluere, quod quæritur à vobis. ε Discessit.] *Apollinarius.* Syrus, ἀπατᾷ με, decipit me. ζ Babylonis.] *In cæteris sequitur,* καὶ ἐπηρώτησεν αὐτὸν λέγων, & interrogauit eum, dicens. η Post hæc.] S. *Hier.* Pro hoc lxx. dies nouissimos transtulerunt. θ Imago.] *Ita scribit S.* Hier. *etiam cæteros vertisse præter Symmachum, qui dixit,* ἀνδριάντα, statuam. ι Minus te.] *Ita etiam hebræus: licet vulgata addat,* argenteum, *& Complut.* ἥττων ὁ ἄργυρος. κ Manaa.] *Schol.* δῶρον, munus. *De hoc sæpe dictum est.*

C A P. XIII.

ANNO α decimooctauo Nabuchodonosor rex fecit imaginem auream, altitudo eius cubitorum sexaginta, latitudo eius cubitorum sex. Et statuit eam in campo ε Deira, in prouincia Babylonis. Et misit ad congregandos consules, & Duces, & Toparchas, præfectos, & tyrannos, & eos, qui erãt in potestate constituti, & omnes principes regionum, vt venirent ad dedicationem imaginis, quam statuerat Nabuchodonosor rex. Et congregati sunt Toparchæ, Consules, Duces, Tyranni magni, qui erãt in potestate constituti ad dedicationem imaginis, quam statuerat Nabuchodonosor rex. Et steterũt in conspectu

A spectu [y] imaginis. Et preco clamabat in fortitudine: Vobis dicitur [z] populis, tribus, linguæ, quacumque die audieritis vocem tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæque, & [a] psalterij, & vniuersi generis musicorum; cadentes adorate imaginem auream, quam statuit Nabuchodonosor rex. Quicumque autem non adorauerit cadens; eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentem. Et factum est, quando audiebant populi vocem tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæque, & psalterij, & omnis generis musicorum; cadentes omnes populi, tribus, linguæ adorabant imaginem auream, quam statuerat Nabuchodonosor rex. Tunc accesserunt viri Chaldæi, & accusauerunt Iudæos [ζ] regi Nabuchodonosor: Rex in secula viue. Tu rex posuisti decretum, quòd omnis homo, quicum B que audierit vocem tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæ, & psalterij, & omnis generis musicorum, & non adorauerit cadens imaginem auream; mittetur in fornacem ignis ardentis. Sunt viri Iudæi, quos constituisti super opera regionis Babylonis, Sedrach, Misach, Abdenago, qui non obedierunt rex decreto tuo; Deos tuos non colunt, & imaginem auream, quam statuisti, non adorant. Tunc Nabuchodonosor in furore, & ira dixit, vt adducerent Sedrach, Misach, & Abdenago. Et adducti sunt in conspectu regis. Et respondit Nabuchodonosor, & dixit eis: Si vere Sedrach, Misach, Abdenago Deos meos non colitis, & imaginem auream, quam statui, non adoratis? Nunc ergo, [*] si estis parati, vt in quo- C cumque tempore audieritis vocem tubæ, & fistulæ, & citharæ, sambucæque, & psalterij, & symphoniæ, & omnis generis musicorum, cadentes adoretis imaginem auream, quam feci? Quòd si non adorauertitis; eadem hora mittemini in fornacem ignis ardētem. Et quis est Deus, qui eripiat vos de manu mea? Et responderūt Sedrach, Misach, Abdenago, dicentes regi [θ] Nabuchodonosor: Non opus habemus nos de verbo hoc respondere tibi. Est enim Deus noster in cælis, quem nos colimus, potens eripere nos de camino ignis ardente: & de manibus tuis ò rex liberabit nos. Et si non; notum sit tibi rex; quia Deos tuos non colimus, & imaginem, quam statuisti, non adoramus. Tunc Nabuchodonosor repletus est D furore: & aspectus faciei illius commutatus est super Sedrach, Misach, & Abdenago: & dixit, vt succenderent fornacem in septuplum, donec in finem ardeat: & dixit, vt viri fortes fortitudine ligantes Sedrach, Misach, & Abdenago mitterent in fornacem ignis ardentem. Tunc viri illi vincti sunt cum [ι] Sarabaris suis, & tiaris, & tibialibus: & missi sunt in medium fornacis ignis ardentis: quia verbum regis vrgebat: & fornax succensa erat nimis. [κ] Et tres isti Sedrach, Misach, & Abdenago ceciderunt in medio camino ignis ardente colligati. Et [λ] ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Dominum. Et stans Azarias orauit sic: & aperiens os suum in medio ignis, dixit: Benedictus es Do- E mine Deus patrum nostrorum, & [μ] laudabilis: & gloriosum nomen tuum in secula: Quia iustus es in omnibus, quæ fecisti: & vniuersa opera tua vera: & rectæ viæ tuæ, & omnia iudicia tua veritas. Et iudicia veritatis fecisti iuxta omnia, quæ induxisti super nos, & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Hierusalem: quia in veritate, & iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra. Peccauimus enim, & inique egimus recedentes à te: et deliquimus in omnibus: et præcepta tua non audiuimus, nec obseruauimus: nec fecimus, sicut præceperas nobis; vt bene nobis esset. Omnia ergo, quæ induxisti super nos, et vniuersa,

quæ

quæ fecisti nobis, in vero iudicio fecisti: et tradidisti nos in manibus inimicorum iniquorum, et pessimorum præuaricatorum, et regi iniusto, et pessimo vltra omnem terram. Et nunc non possumus aperire os nostrum. Confusio, et opprobrium facti sumus seruis tuis, et his, qui colunt te. Ne, quæsumus, tradas nos in finem propter nomen tuum: et ne dissipes testamentum tuum: neque auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraam dilectum à te, et Isaac seruum tuum, et Israel sanctum tuum; quibus loquutus es, quòd multiplicares semen eorum, sicut stellas cæli, et sicut arenam, quæ est apud labium maris. Quoniam Domine imminuti sumus plusquam omnes gentes: et sumus humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra: et non est in tempore hoc princeps, et propheta, et dux, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus offerendi primitias coram te, et inueniendi misericordiam. Sed in anima contrita, et spiritu humilitatis suscipiamur, sicut in holocausto arietum, et taurorum, et in millibus agnorum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, et [r] perficiatur post te: quoniam non erit confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur in toto corde, et timemus te, et quærimus faciem tuam. Ne confundas nos, sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam, et secundum multitudinẽ misericordiæ tuæ: et erue nos secundum mirabilia tua. Et da gloriam nomini tuo Domine: & confundantur omnes, qui ostendunt seruis tuis mala: & confundantur ab omni potentia: & robur eorum conteratur: & sciant, quia tu es Dominus Deus solus, & gloriosus super vniuersum orbem terrarum. Et non cessabant, qui miserant eos, ministri regis succendere fornacem naphtha, & pice, & stuppa, & malleolis: & effundebatur flamma super fornacem cubitis quadraginta nouem: & erupit, & incendit quos repperit iuxta fornacem de Chaldæis. Angelus autem Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace: & fecit medium fornacis, quasi ventum roris susurrantem: & non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quicquam molestiæ intulit eis. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, dicentes.

Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & [s] laudabilis, & superexaltatus in secula. Et benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum, & superlaudabile, & superexaltatum in omnibus seculis. Benedictus es in tẽplo sanctæ gloriæ tuæ, & superlaudabilis, & supergloriosus in secula. Benedictus es, qui intueris abyssos, sedens super Cherubim, & laudabilis, & superexaltatus in secula. Benedictus es in throno regni tui, & superlaudabilis, & [t] superexaltatus in secula. Benedictus es in firmamento cæli, & laudabilis, & gloriosus in secula. Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicite cæli Domino: laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicite angeli Domini Domino: laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicite [u] aquæ, & omnia, quæ super cælum sunt, Domino: laudate, & superexaltate eum in secula. [x] Benedicat omnis virtus Domini Dominum: laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicite Sol, & Luna Domino: laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicite stellæ cæli Domino: laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicat omnis imber, & ros Domino: laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicite omnes spiritus Dominum: laudate, et superexaltate eum in secula. Benedicite

A nedicite ignis,& æstus Domino:laudate,& superexaltate eum in * secula. Benedicite noctes,& dies Domino:laudate,& superexaltate eum in secula. Benedicite lux,& tenebræ Domino : laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicite * frigus,& æstus Domino:laudate,& superexaltate eum in secula.Benedicite glacies,& niues Domino:laudate,& superexaltate eum in secula. Benedicite fulgura, & nubes Domino:laudate,& superexaltate eum in secula.Benedicat terra Dominum:laudet, & superexaltet eum in secula. Benedicite montes, & colles Domino: laudate, & superexaltate eum in secula. Benedicite omnia germinantia in terra Domino:laudate,& superexaltate eum in secula. Benedicite mare,& flumina Domino:laudate,& superexaltate eum in secula. Benedicite B fontes Domino:laudate,& superexaltate eum in secula.Benedicite cete,& omnia,quæ mouentur in aquis,Domino:laudate,& superexaltate eum in secula.Benedicite omnes volucres cæli Domino : laudate , & superexaltate eum in secula. Benedicite omnes bestiæ, & pecora Domino: laudate,& superexaltate eum in secula.Benedicite filij hominum Domino: laudate, & superexaltate eũ in secula.Benedicite Israel Domino:laudate,& superexaltate eum in secula.Benedicite * sacerdotes Domino:laudate,& superexaltate eum in secula.Benedicite serui Domino:laudate, & superexaltate eum in secula.Benedicite spiritus, C & animæ iustorum Domino:laudate,& superexaltate eum in secula.Benedicite sancti,& humiles corde Domino:laudate,& superexaltate eum in secula.Benedicite Anania,Azaria,Misael Domino : laudate , & superexaltate eum in secula. Qui eruit nos de inferno: & saluos fecit nos de manu mortis:& liberauit nos de medio fornacis ardentis flammæ: & de medio ignis eruit nos. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Benedicite omnes religiosi Domino Deo Deorum: laudate, & confitemini: quia in * seculum misericordia eius.Et Nabuchodonosor audiuit laudantes illos, & obstupuit,& surrexit propere,& ait optimatibus suis:Nonne tres viros misimus D in medium ignis compeditos? Et dixerunt regi:Vere rex. Et dixit rex: Ego autem video viros quatuor solutos, & ambulantes in medio ignis: & corruptio non est in eis:& species quarti similitudo x filij Dei. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis,& ait:Sedrach, Misach, Abdenago serui Dei excelsi,egredimini,& venite.Et egressi sunt Sedrach, Misach, Abdenago de medio ignis.Et congregantur Satrapæ,& Duces,& Toparchæ, & potentes regis:& contemplabantur viros:quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corpore eorum;& capillus capitis eorum non esset adustus, & sarabara eorum non fuissent immutata,& odor ignis non esset in * eis. Et respondit Nabuchodonosor rex,& ait:Benedictus Deus Sedrach, Misach, Abdenago, qui misit an- E gelum suum,& eruit seruos suos;quia crediderunt in eum: & verbum regis immutauerunt,& tradiderunt corpora sua in ignem;ne seruirent,neque adorarent omnem Deum præter Deum suum.Et ego propono decretum:Omnis populus, tribus,lingua,quæcumque dixerit blasphemiam cõtra Deum Sedrach, Misach, Abdenago;in perditionem erunt,& domus eorum in direptionem;sicuti non est Deus alius,qui possit ita saluare. Tunc rex promouit Sedrach, Misach, Abdenago in regione Babylonis,& * amplificauit eos,& dignos habuit ipsos, qui præessent omnibus Iudæis,qui in regno suo. ** Nabuchodonosor rex omnibus populis,

pulis, tribubus, & linguis, habitantibus in vniuersa terra: Pax vobis multiplicetur: Signa, & prodigia, quæ fecit mecum Deus excelsus, placuit in conspectu meo annunciare vobis, quàm magna, & fortia: regnum eius, regnum sempiternum: & potestas eius in generationem, & generationem.

α Anno decimooctauo.] *Ita collati codices, & Theodoretus, & inter opera S. Chrys. tomo 1. hom. de tribus pueris. Abest autem à Compl. vt à vulgata.* β Deira.] *S. Hier.* Pro Dura Theodotio Deira, Symmachus Doraun, lxx. περίβολον, quod nos viuarium, vel conclusum locum dicere possumus. γ Imaginis.] *In multis repetitur*, quam statuerat Nabuchodonosor rex. δ Populis.] *Cæteri, & Theodoretus*, ἔθνη, λαοί, gentes, populi. *Vulgata*, populis, tribubus, & linguis. ε Psalterij.] *In multis (quamuis in quibusdam alieno loco) & apud Theodoretum additur*, συμφωνίας, Symphoniæ, & sic deinceps. ζ Nabuchodonosor regi.] *In alijs*, καὶ ὑπολαβόντες εἶπον τῷ Ναβουχοδονόσορ τῷ βασιλεῖ, & suscipientes dixerunt Nabuchodonosor regi. η Si.] *Idest nonne: & respondet hebræo. A Compl. autem abest.* θ Nabuchodonosor non opus habemus.] *Sic videtur distinguere S. Hier. licet habeat*, Nabuchodonosor rex: *& in comm. inquit*. In hebræo non habet regem, sicut in lxx. *Sed Tertullianus in scorpiaco hunc locum sic refert*. Non habemus necessitatem respondendi huic tuo imperio. Est enim Deus noster, quem colimus, potens eruere nos de fornace ignis, & ex manibus tuis. Et tunc manifestum fiet tibi, quòd neque idolo tuo famulabimur, nec imaginem tuam auream, quam statuisti, adorabimus. ι Sarabaris.] *Schol.* Quidam dixerunt σαράβαρα, esse ea, quæ à multis quidem dicuntur γέλοια, (*quasi ridicula*) apud græcos autem appellantur ἀναξυρίδες. *S. Hieron. qui habet in sua*, cum bracis suis, & tiaris, & calceamentis, *in comm. sic inquit*. Pro bracis, quas Symm. ἀναξυρίδας interpretatus est, Aquila, & Theodotio sarabalia dixerunt, & non, vt corrupte legitur, sarabara. Lingua autem Chaldæorum Saraballa crura hominum vocantur, & tibiæ: & ἱματισμὸς, etiam bracæ eorum (quibus crura teguntur, & tibiæ) quasi crurales, & tibiales appellatæ sunt. *Quare* σαραβάροις, (*aut* σαραβάλλοις, *vt Complut.*) *&* περικνημίσιν, *videri possunt duæ interpretationes. Theodoretus distinguit, sed* ἀναξυρίδας, *putat esse non Sarabara (hoc enim esse Persici vestimenti genus) sed ipsas*, περικνημίδας. *In multis autem post hæc additur*, καὶ ἐνδύμασιν αὐτῶν, & vestibus suis. *Tertullian. de oratione habet*, Sarabaris: *de carne Domini*, cum bracis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus. κ Et tres isti.] *In vno codice vetusto hic locus sic habet*, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐκείνους τοὺς ἐμβαλόντας σεδρὰχ, μισὰχ, καὶ ἀβδεναγὼ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς φλὸξ τοῦ πυρός. καὶ οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι οἱ τρεῖς ἔπεσον, *& vulgata*. Porro viros illos, qui miserant Sedrach, Misach, & Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres, *&c.* λ Et ambulabant] *Notat S. Hier. hinc vsque ad finem cantici trium puerorum in hebraico non haberi. Polychronius ad verba, quæ inferius sequuntur*, Benedicite omnia opera, *hæc scribit*. Sciendum est hunc hymnum non haberi in hebraicis, aut Syriacis libris. Fertur autem ex ijs, quæ dicta sunt, à quibusdam postea compositum esse. μ Laudabilis.] *Plerique*, αἰνετὸν, *& vulgata*, laudabile. ν Perficiatur post te.] *Videtur idem valere*, καὶ ἐκτελέσαι, *atque* καὶ ἐκτελέσθω, *quod est in alijs: vulgata, vt* placeat tibi. ξ Laudabilis.] *In quibusdam additur*, καὶ ὑπερυμνητὸς, & superlaudabilis: *vulgata*, & gloriosus. *Neque vero in omnibus codicibus idem est harum benedictionum ordo.* ο Superexaltatus.] *Sic etiam vulgata. Corrigendum autem in nostra* ὑπερυψούμενος, *quod habet etiam Theodor. In multis est*, ὑπερένδοξος, super gloriosus: *in aliquo*, ὑπερυμνούμενος, superlaudatus. π Aquæ, & omnia.] *In cæteris est sine copula*, ὕδατα πάντα, *vt vertendum sit, quemadmodum in vulgata*, aquæ omnes. ρ Benedicat omnis virtus.] *Plerique*, εὐλογεῖτε πᾶσαι αἱ δυνάμεις, benedicite omnes virtutes, *vt vulgata*. σ Secula.] *In alijs additur*, εὐλογεῖτε δρόσοι, καὶ νιφετοὶ τὸν κύριον, ὑμνεῖτε, καὶ ὑπερυψοῦτε αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας, benedicite rores, & pruinæ Domino: laudate, & superexaltate eum in secula. *In Complut. autem additur præterea ante hæc*, εὐλογεῖτε ψῦχος, καὶ καῦσων τὸν κύριον, ὑμνεῖτε, *&c.* benedicite frigus, & æstus Domino: laudate, *&c. vt vulgata: quæ in nostra sunt paulo post, vt proxime notabitur.* τ Frigus, & æstas.] *In alijs est*, πάγος, καὶ ψῦχος, gelu, & frigus. *Vulgata, vt diximus, habet illud paulo ante, hoc autem nunc.* υ Sacerdotes.] *In plerisque additur*, κυρίου, Domini, *itemque paulo post*, serui Domini. *In quibusdam coniuncte legitur*, εὐλογεῖτε ἱερεῖς κυρίου δοῦλοι κυρίου τὸν κύριον, benedicite sacerdotes Domini, serui Domini Domino. φ In seculum.] *Multi*, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας, *& in vulgata*, in omnia secula. χ Filij Dei.] *Schol.* Alij interpretes dixerunt, υἱοῦ θεῶν, filij Deorum. Aquila autem, υἱοῦ θεοῦ, filij Dei: interpretatio autem lxx. inquit ἀγγέλου θεοῦ, angeli Dei. *S. etiam Hier. hoc lxx. ipsis tribuit, Symmacho autem*, similitudo filiorum Deorum. ψ In eis.] *In plerisque sequitur*, καὶ προσεκύνησεν ἐνώπιον αὐτῶν ὁ βασιλεὺς τῷ κυρίῳ, & adorauit coram eis rex Dominum: *quod nec S. Hier. habet, neque apud Theodoretum agnoscitur.* ω Et amplificauit eos, & dignos habuit ipsos, qui præessent omnibus Iudæis, qui in regno suo.] *Hæc absunt à Compl. & vulgata, sed non à collatis codicibus, neque à Theodoreto.* αα Nabuchodonosor.] *In aliquot codicibus, & apud Theodoretum hoc est initium capitis, & coniungitur cum ijs quæ sequuntur proximo capite: & in aliquo libro ante hæc inscribetur*, δ. *Scholion:* Epistola ipsa posita est per se post ea quæ dicta sunt: quia sub asteriscis ponitur. Qui enim ab initio interpretati sunt libros, tanquam sententia comprehenderetur in dictis, abstinuerunt ab accurata diligentia verborum. Qui autem postea summa quadam subtilitate est persequutus, neque huius epistolæ formulam omisit.

CAP. IV.

EGO Nabuchodonosor abundans eram in domo mea, & [a] florens. Somnium vidi, & perterruit me: & turbatus sum in cubili meo: & visiones capitis mei conturbauerunt me. Et per me propositum est decretum introducendi

A ducendi in conspectu meo omnes sapientes Babylonis; vt coniecturam somnij indicarent mihi. Et ingrediebantur incantatores, magi, Gazareni, Chaldæi: & somnium ego dixi in conspectu eorum: & coniecturam eius non indicarunt mihi: donec venit Daniel; cuius nomen Baltasar secundum nomen Dei mei: qui spiritum Dei sanctum in semetipso habet. Cui dixi: Baltasar princeps incantatorum, quem ego noui, quòd spiritus Dei sanctus in te, & omne sacramentum non est impossibile tibi: audi visionem somnij mei, quod vidi: & coniecturam eius dic mihi. In cubili meo videbā: & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius multa. Magnificata est arbor, & inualuit: & altitudo eius peruenit vsque ad cælum: & moles eius ad terminum vniuersæ terræ: folia eius pulchra: & fru-B ctus eius multus: & esca vniuersorum in ea: & subter eam habitabāt bestiæ agrestes: & in ramis eius habitabant volucres cæli: & ex ea vescebatur omnis caro. Videbam in visione noctis in cubili meo. Et ecce Hir, & sanctus de cælo descendit, clamauitque fortiter, & sic ait: Succidite arborem, & euellite ramos eius, & excutite folia eius, & dispergite fructum eius: moueantur bestiæ desubter eam, & volucres de ramis eius. Veruntamen germen radicum eius in terra sinite: & in vinculo ferreo, & æreo, & in herba, quæ foris est, & in rore cæli cubabit: & cum bestijs pars eius in herba terræ. Cor eius ab hominibus commutabitur: & cor feræ dabitur ei: & septem tempora mutabuntur super eum. Per decretum Hir C sermo: & verbum, sanctorum petitio: vt cognoscant viuentes, quòd dominus est ipse Altissimus regni hominum, & cuicumque voluerit, dabit illud, & quod pro nihilo habetur ab hominibus, eriget super illud. Hoc est somnium, quod vidi ego Nabuchodonosor rex. Et tu Baltasar coniecturam dicito: quia omnes sapientes regni mei non possunt coniecturam eius indicare mihi. Tu autem Daniel potes: quia spiritus Dei sanctus est in te. Tunc Daniel, cuius nomen Baltasar, obstupuit quasi hora vna: & cogitationes eius conturbabant eum. Et respondit Baltasar, & dixit: Domine somnium sit his, qui te oderunt: & coniectura eius hostibus tuis. Arbor, quam vidisti magnificatam, & corroboratam, D cuius altitudo perueniebat ad cælum, & latitudo eius in omnem terram, & folia eius florentia, & fructus eius multus, & esca omnibus in ea, subter eam habitabant bestiæ agri, & in ramis eius commorabantur aues cæli; tu es ô rex, quia magnificatus es, & inualuisti, & magnitudo tua magnificata est, & peruenit ad cælum, & potestas tua ad terminos terræ. Quòd autem vidit rex Hir, & sanctum descendentem de cælo, & dixit, euellite arborem, & dissipate illam, attamen germen radicum eius in terra dimittite, & in vinculo ferreo, & in ære, & in herba, quæ foris, & in rore cæli commorabitur, & cum bestijs agrestibus pars eius, donec septem tempora mutentur super eum; hæc est coniectura eius ô rex: & E sententia Altissimi est, quæ peruenit super dominum meum regem: & eijcient te ab hominibus, & cum bestijs agrestibus erit habitatio tua: & fæno, vt bouem, pascent te: & de rore cæli commoraberis: et septem tempora mutabuntur super te: donec scias, quòd dominatur Excelsus super regnum hominum, & cuicumque voluerit, dabit illud. Quòd autem dixerunt, dimittite germen radicum arboris; regnum tuum tibi manet, postquam cognoueris potestatem cælestem. Quamobrem rex consilium meum placeat tibi: et peccata tua in eleemosynis redime, et iniquitates in miserationibus pauperum: fortasse erit longanimis

mis delictis tuis Deus. Omnia hæc venerunt super Nabuchodonosor regem. Post duodecim menses, in aula regni sui, in Babylone ambulans respondit rex, et dixit: Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domū regni in robore fortitudinis meæ, in honorem gloriæ meæ? Cum adhuc sermo esset in ore regis; vox de cælo facta est: Tibi ξ dicunt Nabuchodonosor rex: regnum transijt à te, et ab hominibus te eijciunt, et cum bestijs agrestibus habitatio tua, et fæno, vt bouem, cibabunt te: et septem tempora mutabuntur super te: donec scias, quòd dominatur Excelsus super regnum hominum, et cuicumque voluerit, dabit illud. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor: et ex hominibus eiectus est, et fænum, vt bos, comedit, et de rore cæli corpus eius infectum est; donec capilli eius, quasi leonum, creuerunt, et vngues eius, quasi auium. Et post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum ° leuaui, et renes mei ad me reuersi sunt: et Altissimo benedixi, et viuentem in sempiternum laudaui, et glorificaui, quia potestas eius, potestas sempiterna, et regnum eius in generationem, et generationem: et omnes habitatores terræ, quasi nihil, computati sunt. Et iuxta voluntatem suam facit in virtute cæli, & in habitatione terræ: & non est, qui resistat manui eius, & dicat ei, quid fecisti? Ipso tempore renes mei reuersi sunt: & ad honorem regni mei veni: et figura mea reuersa est ad me: et tyranni mei, et magistratus mei quærebant me: et in regno meo confortatus sum: & magnificentia amplior addita est mihi. Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo, & superexalto, et glorifico regem cæli, quia omnia opera eius vera, & semitæ eius iudicia: et omnes gradientes in superbia potest humiliare.

α Florens.] *In plerisque additur*, ἐπὶ τῷ θρόνῳ μου, in throno meo: *apud Theodoretum vero præterea*, καὶ πίων ἐν λαῷ μου, & pinguis in populo meo, *quæ videri possunt alia interpretatio. S.Hier.* florens in palatio meo, siue in throno, vt interpretatus est Theodotio. β Incantatores.] *Schol.* Incantatores vocabant eos, qui potissimum incantationibus, & inuocationibus dæmonum vacabant, magos autem eos, qui apud ipsos vsque in hodiernum etiam diem cultores ignis sunt, & purificationes perficiunt, & in syderum contemplatione scienter, quantum videntur, versantur. Gazarenos autem eos, qui sacrificia celebrāt. Theodotio enim pro Gazarenis edidit θύτας, sacrificulos. Chaldæos autem, qui in regione Chaldaica, ex qua Abraam profectus est, (pars autem est hæc Assyriorum) syderum inspectioni, & auspicio operam dant. *De his S.Hieron. cap.2. & alij.* γ Venit Daniel.] *In vno codice, & apud Theodoretum est*, ἕως ὃ ἕτερος εἰσῆλθεν ἐνώπιόν μου, Δανιήλ, donec alius ingressus est coram me, Daniel. *S.Hier. videtur habuisse*, ἕτερος. *Inquit enim exceptis lxx. qui hæc omiserunt, tres reliquos, collega, interpretatos esse.* δ Dei Sanctum.] *S.Hier. inquit vocabula Chaldaica significare Deos sanctos, non Deum sanctum, vt Theodotio interpretatus est: itemque paulo post.* ε Non est impossibile tibi.] *Idem videtur valere* οὐκ ἀδυνατεῖ σε, *ac quod est in alijs* σοι. *Ad verbum redderetur*, non facit te impotentem. ζ In cubili meo.] *In multis antecedit*, καὶ αἱ ὁράσεις τῆς κεφαλῆς μου, & visiones capitis mei. η Moles.] κύτος. *S.Hier.* Quod ait, *iuxta Theodotionem*, τὸ κύτος, idest altitudo eius (*fortasse legendum*, latitudo) siue κυρεία, vt ipse postea interpretatus est, idest dominatio, nos vertimus aspectus eius. θ Terminum.] *Sic hebræus. Cæteri*, τὰ πέρατα, terminos. ι Hir.] *Schol.* Istud autem ἔιρ, nihil aliud significat, quàm vigil, & insomnis. *Aliud Schol.* Pro ἔιρ, lxx. interpretati sunt angelum, cæteri autem ἐγρήγορον, vigilem. *S.Hier. hinc putat in græco, & latino factam esse Irim, quæ per multicolorem arcum ad terras descendere dicitur.* * Dicito.] *Sic hebræus. In vno codice additur*, κατέναντι, *quasi*, è regione eorum. *S.Hier.* addit festinus. κ Obstupuit.] ἀπηνεώθη. *Polychronius:* Idest ἐξεπλάγη, consternatus est super mira nouitate rerum ostensarum, & cogitabundus factus est. λ Eum.] *In cæteris hæc sequuntur*, καὶ ἀπεκρίθη βασιλεὺς, καὶ εἶπε. Βαλτάσαρ τὸ ἐνύπνιον, καὶ ἡ σύγκρισις μὴ κατασπευδέτω σε. Et respondit rex, & dixit: Baltasar somnium, & coniectura non faciat trepidare (*aut*, festinare) te. μ De rore cæli commoraberis.] *Non videtur satis apte cohærere. Supra dictum est*, ἐν τῇ δρόσῳ τοῦ οὐρανοῦ κοιταθήσεται, *aut, vt alij*, αὐλισθήσεται. *Hic vero in quibusdam, & apud Theodoretum pro*, αὐλισθήσεται, *est* τὸ σῶμά σου βαφήσεται, corpus tuum inficietur, *aut*, tingetur. ν Dixerunt. *Plerique*, εἶπεν, dixit. ξ Dicunt.] *Cæteri*, λέγεται, dicitur. ο Leuaui.] *Videtur* ἀνέλαβον, *aut, vt sæpe alibi scriptum esse pro* ἀνέβαλον, *aut hoc, quod diximus, significare.*

CAP. V.

A BALTASAR rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille: & è [a]regione ipsorum mille vinum. Et bibens Baltasar dixit in gustu vini, vt afferrentur vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo, quod fuit in Hierusalem: & biberent in eis rex, & optimates eius, & scorta eius, & concubinæ eius. Et allata sunt vasa aurea, & argentea, quæ asportauerat de templo Dei, quod in Hierusalem: & bibebant in eis rex, & optimates eius, & scorta eius, & concubinæ eius. Bibebant vinum, & laudabant Deos aureos, & argenteos, & æneos, & ferreos, & ligneos, & [c]lapideos. In eadem B hora egressi sunt digiti manus hominis, & scribebant è regione lampadis in tectorio parietis domus regis: & rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc regis forma commutata est: & cogitationes eius conturbabant eum: & compages renum eius soluebantur: & genua eius collidebantur. Et clamauit rex in fortitudine, vt introducerent magos, Chaldæos, Gazarenos. Et dixit sapientibus Babylonis: Quicumque legerit scripturam hanc, & coniecturam eius manifestã mihi fecerit; purpura vestietur, & torques aurea super collum eius: & * tertius in regno meo principabitur. Et ingrediebantur omnes sapientes regis, & non poterant scripturam legere, neque coniecturam indicare regi. Et rex Baltasar con-C turbatus est: & forma eius immutata est in illo: & optimates eius turbabantur. Et ingressa est regina in domum conuiuij, & dixit: Rex in æternum viue. Non conturbent te cogitationes tuæ: & forma tua nõ immutetur. Est vir in regno tuo, in quo est spiritus Dei: & in diebus patris tui vigilantia, & intelligentia inuentæ sunt in eo: & rex Nabuchodonosor pater tuus principem incantatorum, magorum, Chaldæorum, Gazarenorum constituit eum: quia spiritus amplior in eo, & prudentia, & intellectus in eo, conijciens somnia, & indicãs ꝰ abscondita, & soluens colligationes Daniel: & rex imposuit ei nomen Baltasar. Nunc itaque vocetur: & coniecturam eius indicabit tibi. Tunc Daniel introductus est coram D rege: & dixit rex Danieli: Tu es Daniel, qui de filijs captiuitatis Iudææ, quã adduxit rex pater meus? Audiui de te, quia spiritus Dei in te, & vigilãtia, & intelligentia, & sapientia amplior inuẽtæ sunt in te. Et nunc ingressi sunt in conspectu meo sapientes, magi, Gazareni, vt scripturam hanc legerẽt, & coniecturam eius indicarent mihi: & non potuerunt indicare mihi. Et ego audiui de te, quia potes coniecturas conijcere. Nunc igitur si poteris scripturam legere, & coniecturam eius indicare mihi; purpura vestieris: & torques aureus erit super collum tuum, & tertius in regno meo principaberis. Et dixit Daniel coram rege: Munera tua sint tibi: & donum domus tuæ alteri des. Ego autem scripturam legam, & coniecturam eius ostendam tibi, O rex, Deus altissimus regnum, & magnificentiam, E & honorem, & gloriam dedit Nabuchodonosor patri tuo: & à magnificentia, quam dederat ei, omnes populi, tribus, linguæ erant trementes, & metuentes à facie eius: quos volebat, ipse interficiebat; & quos volebat, ipse percutiebat; & quos volebat, ipse exaltabat, & quos volebat, ipse humiliabat. Et quando eleuatum est cor eius, & spiritus eius obfirmatus est ad superbiendum; depositus est de solio regni, & honor ablatus est ab eo: & ex hominibus eiectus est: & cor eius cum bestijs datum est, & cum onagris habitatio eius: & fœno, vt bouem, cibauerunt eum, & de rore cæli corpus eius infectum est, donec cognouit, quia do-

minatur Deus altißimus ſuper regnum hominum;& cuicumque voluerit,dabit illud.Et tu igitur filius eius Baltaſar non humiliaſti cor tuum coram Deo:non-ne omnia hæc noras?Et ſuper Dominum Deum cæli eleuatus es:& vaſa domus ᵟ eius attulerũt coram te:& tu,et optimates tui,et ſcorta tua,et concubinæ tuæ vinum bibebatis in eis:Deoſque aureos,et argenteos,et æneos,et ferreos,et li-gneos,et lapideos,qui non vident, neque audiunt,neque ſentiunt, laudaſti: et Deum,cuius ſpiratio tua in manu eius,et omnes viæ tuæ,ipſum non glorifica-ſti.Idcirco à facie eius miſſus eſt articulus manus,et ſcripturam hanc ordinauit. Et hæc eſt ſcriptura ordinata,Mane,Tecel,Phare.Hæc eſt interpretatio verbi: Mane,menſus eſt Deus regnum tuum,et compleuit illud. Tecel, appenſum eſt in ſtatera,et inuentum eſt minus habens.Phares,diuiſum eſt regnum tuum , et datum eſt Medis,et Perſis.Et dixit Baltaſar:et induerunt Danielem purpura,et torquem aureum circundederunt collo eius: et prædicauit de eo, ipſum eſſe principem tertium in regno.In eadem nocte interfectus eſt Baldaſſar rex Chal-dæus:et • Darius Medus aſſumpſit regnum,annos natus ſexaginta duos.

α E regione ipſorum mille.] *Schol.* Ideſt,cuiuſque ipſorum mille erat crater vini,& pincerna proprius. Hoc enim apud Perſas ſolenne eſt.*Theodoretus*,quod ſatis ſit illi multitudini.*S.Hier.* Vnuſquiſque ſecundũ ſuam bibebat ætatem:ſiue,vt cæteri interpretes tranſtulerunt,bibebat ipſe rex vinum coram cunctis prin-cipibus,quos vocauerat. β Lapideos.] *Sic plerique,& vulgata. In nonnullis vero hæc ſequuntur, quæ ad-ſcripta etiam ſunt ad marginem Vaticani*, καὶ τὸν θεὸν αἰώνιον οὐκ εὐλόγησαν τὸν ἔχοντα τὴν ἐξουσίαν τοῦ πνεύματος αὐτῶν, & Deum æternum non benedixerunt habentem poteſtatem ſpiritus eorum. * Tertius.] *S.Hieron.* vel tertius poſt me, vel vnus è tribus principibus,quos alibi triſtatas legimus. γ Abſcondita.] *Idem valet hoc loco* κρατούμενα, *quod eſt etiam apud Theodoretum, atque* κρυπτόμενα, *quod eſt in Compl.* δ Eius.] *Adden-dum eſt in noſtra*, αὐτοῦ. • Darius.] *Schol.* Non illum dicit Darium, ſub quo templum Hieruſalem inſtau-rarunt. Ille enim Cyro Perſarum regi, & alijs ſucceſſit. Alium igitur, qui eodem nomine appellaretur hiſtoria in medium attulit.*Plura S.Hier.qui etiam refert lxx.pro Dario dixiſſe Artaxerſem.*

C A P. VI.

ET placuit coram Dario: & conſtituit ſupra regnum Satrapas centum vi-ginti,vt eſſent in toto regno ſuo:& ſuper eos α ordinatores tres,quorum erat Daniel,vnus ex eis,vt ſatrapæ illis redderent rationem , vt rex non ſuſtineret moleſtias. Et erat Daniel ſuper eos: quia ſpiritus amplior erat in eo: & rex β conſtituit eum ſuper omne regnum ſuum. Et Ordinatores, & Satrapæ quærebant inuenire occaſionem contra γ Danielem:& omnem occaſionem, & delictum,& δ peccatum non inuenerunt in illo,eo quòd fidelis erat. Et dixerũt Ordinatores:Non inueniemus contra Danielem occaſionem, niſi in legitimis Dei ſui.Tunc Ordinatores,& Satrapæ aſtiterunt regi,& dixerunt ei: Dari rex in æternum viue. Conſilium inierunt omnes,qui ſuper regnum tuum , Duces, & Satrapæ,Conſules,& Toparchæ ſtatuere ſtatuto regio , & confirmare conſtitu-tionem ; vt quicumque petierit petitionem à quocumque Deo, & homine vſ-que ad triginta dies,niſi à te rex;mittatur in lacum leonum . Nunc igitur rex ſtatue conſtitutionem,& propone ſcripturam; vt non immutetur decretũ Per-ſarum,& Medorum.Tunc rex Darius iuſſit ſcribi decretum. Et Daniel, quan-do cognouit conſtitutum eſſe decretum, intrauit in domum ſuam: & feneſtræ apertæ ei in cænaculis ſuis contra Hieruſalem:& tribus temporibus diei erat fle-ctens ſe ſuper genua ſua,& orans,& confitens coram Deo ſuo,ſicut ante facere conſue-

consueuerat. Tunc viri illi obseruarunt, & inuenerunt Danielem obsecrantem, & orantem Deum suum. Et accedentes dicunt regi: Rex nonne constitutionem posuisti, vt omnis homo, quicumque petierit à quocumque Deo, & homine petitionem vsque ad triginta dies, nisi à te rex, mittatur in lacum leonum? Et dixit rex: Verus est sermo: & decretum Medorum, & Persarum non prætermittetur. Tunc responderunt, & dicunt coram rege: Daniel, qui de filijs captiuitatis Iudææ, non subdidit se decreto tuo, & tribus temporibus diei petit à Deo suo petitiones suas. Tunc rex, vt audiuit verbum, valde contristatus est in eo: & pro Daniele in agonia erat ad liberandum eum: & vsque ad vesperam laborabat eruere eum. Tunc viri illi dicunt regi: Scito rex, quia decretum Medis, & Persis, omnem constitutionem, & statutum, quodcumque rex statuerit non oportere immutari. Tunc rex dixit: & adduxerunt Danielem, & miserunt, eum in lacum leonum. Et dixit rex Danieli: Deus tuus, quem tu colis semper, ipse liberabit te. Et attulerunt lapidem, & imposuerunt super os laci: & obsignauit rex in annulo suo, & in annulo optimatum suorum, ne quid secus fieret in Danielem. Et abijt rex in domum suam, & dormiuit incœnatus: & cibos non attulerunt ei: & somnus recessit ab eo. Et [ε] concluserat Deus ora leonum, & non affecerant molestia Danielem. Tunc rex surrexit mane in diluculo: & in festinatione venit ad lacum leonum. Et cum appropinquaret lacui; clamauit voce forti: Daniel serue Dei viuentis, Deus tuus, cui tu seruis semper, si potuit liberare te de ore leonum? Et ait Daniel regi: Rex in secula viue. Deus meus misit angelum suum, & obstruxit ora leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram eo rectitudo inuenta est [ζ] mihi: sed & coram te rex delictum non feci. Tunc rex vehementer gauisus est super eo: & Danielem dixit educi de lacu. Et eductus est Daniel de lacu: & nulla læsio inuenta est in eo: quia credidit in Deo suo. Et dixit rex; & adducti sunt viri, qui accusauerant Danielem: & in lacum leonum missi sunt, ipsi, et filij eorum, et vxores eorum: et non peruenerunt ad pauimentum laci; donec dominati sunt eorum leones, et omnia ossa eorum comminuerunt. Tunc Darius rex scripsit vniuersis populis, tribubus, linguis, habitantibus in vniuersa terra: Pax vobis multiplicetur. A facie nostra positum est decretum [η] hoc in omni principatu regni mei, sint trementes, et metuant à facie Dei Danielis. Ipse enim est Deus viuens, et manens in secula: et regnum eius non dissipabitur, et dominatio eius vsque in finem. Suscipit, et liberat, et facit signa, et prodigia in cælo, et in terra: qui liberauit Danielem de [θ] manu leonum. Et Daniel prospere egit in regno Darij, et in regno Cyri Persæ.

[α] Ordinatores.] S. *Hier.* Pro principibus, quod Symm. transtulit, Theodotio τακτικοὺς, Aquila συντακτικοὺς interpretatus est. Cumque quærerem, qui essent isti principes τακτικοὶ, vel συντακτικοὶ, in lxx. editione legi manifestius, qui dixerunt: Et duos viros, quos constituit cum eo, & satrapæ centum viginti. [β] Constituit.] *Aut fortasse*, designauit. *In vno codice est*, προσεδόκα τοῦ καταστῆσαι αὐτὸν, in animo habebat constituere eum. [γ] Danielem.] *Apud Theodoretum additur*, ἐκ τῆς βασιλείας, ex regno. *Idem autem notat in quibusdam codicibus esse (quod etiam in vno nostro est inuentum,)* ἐκ πλαγίων βασιλείας, ex lateribus regni. [δ] Peccatum.] ἀμπλάκημα. S. Hier. Pro suspicione Theodotio, & Aquila ἀμβλάκημα, interpretati sunt, quæ Chaldaice dicitur Essatha. Cumque ab hebræo quærerem, quid significaret; respondit vim verbi sonare δέλεαρ, quam nos illecebram, siue σφάλμα, hoc est errorem dicere possumus. Porro Euripides in Medea ἀμπλακίας per π, & non per β. ἁμαρτίας, idest peccata appellauit. [ε] Et concluserat Deus ora leonum: & non affecerant molestia Danielem.] *Hæc non sunt in hebraico, neque in vulgata. Schol.* In quibusdam exemplaribus non ponuntur hi versiculi. [ζ] Mihi.] *Sic Chaldæus. In alijs est*, ἐν ἐμοὶ, in me. [η] Hoc.] *Plerique* τοῦ, *quod significat*, ad hoc, vt. [θ] Manu.] *Sic hebræus. Alij*, στόματος, ore: *vulgata*, lacu.

C A P. VII.

A

IN anno primo Baltasar regis Chaldæorum, Daniel somnium vidit: & visiones capitis eius in cubili eius. Et somniũ suum * scripsit. Ego Daniel [β] videbam: & ecce quatuor venti cæli irruebant in mare magnum: & quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari diuersæ inter se. Prima, quasi leæna, & alæ eius, sicut aquilæ. Aspiciebam, donec auulsæ sunt alæ eius: & sublata est de terra: & super pedes hominis stetit, & cor hominis datum est ei. Et ecce bestia secunda similis vrso, & in parte vna stetit: & tres costæ in ore eius inter dentes eius. Et sic dicebant ei: Surge, comede carnes multas. Post hæc aspiciebam: & ecce bestia alia, quasi pardus: & huic alæ quatuor volucris super ipsam: & quatuor capita bestiæ: & potestas data est ei. Post hanc aspiciebam: & ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis: & dentes eius [γ] ferrei: comedens, atque comminuens: & reliqua pedibus suis conculcabat: & ipsa diuersa nimis præ omnibus bestijs, quæ ante eam: & cornua decem ei. Considerabam cornua eius: & ecce cornu aliud paruulum ascendit in medio eorum: Et tria eius cornua de ijs, quæ antea, euulsa sunt à facie eius. Et ecce oculi, quasi oculi hominis in cornu isto, & os loquens [δ] grandia. Aspiciebam, donec throni positi sunt, & * antiquus dierum sedit. Vestimentum eius candidũ, quasi nix: & capillus capitis eius, quasi lana munda: thronus eius flamma ignis: rotæ eius ignis flagrans: flumen ignis [ε] trahebat in conspectu eius. Mille millia deseruiebant ei: & * dena millia denum millium assistebant ei. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Aspiciebam tunc à voce sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur; quoadusque interfecta est bestia, & perijt, & corpus eius datum est in combustionem ignis. Et cæterarum bestiarum tranlatus est principatus: & longitudo vitæ data est eis vsque ad tempus, & tempus. Aspiciebam in visione noctis: & ecce cum nubibus cæli, quasi filius hominis veniens: & vsque ad antiquum dierũ peruenit: & [ζ] oblatus est ei: & datus est ipsi principatus, & honor, & regnum: & [η] omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruient. Potestas eius, potestas sempiterna, quæ non pertrãsibit: & regnum eius non corrumpetur. Horruit spiritus meus: [θ] in habitu meo ego Daniel: & visiones capitis mei conturbabant me. Et accessi ad vnum assistentium: & veritatem quærebam ab eo discere de omnibus his. Et dixit mihi veritatem; & interpretationem sermonũ notam mihi fecit. Hæ quatuor [ι] bestiæ; quatuor regna consurgent super terram: quæ auferentur. Et suscipient regnum sancti Altissimi: & obtinebunt illud vsque in seculum seculorũ. Et quærebam diligenter de bestia quarta, (quia erat dissimilis ab omni bestia terribilis nimis: dentes eius ferrei, & vngues eius ænei: comedens, & cõminuens: & reliqua pedibus suis cõculcabat,) & de cornibus eius decem, quæ in capite eius, & alio, quod ascenderat, & excusserat de [κ] primis, cui oculi, & os loquens grandia, & aspectus eius maior cæteris. Aspiciebam: & cornu illud faciebat bellum cum sanctis, & præualebat erga eos; donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis excelsi: & tempus aduenit: & regnum obtinuerunt sancti. Et dixit: Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod superabit omnia regna, & deuorabit vniuersam terram, & conculcabit eam, & comminuet. Et decẽ cornua eius, decẽ reges consurgent, et post eos consurget alius: qui superа-

B

C

D

E

A superabit [λ] malis omnes priores, & tres reges humiliabit: & sermones contra excelsum loquetur: & sanctos Altissimi [μ] faciet veterascere: & [ν] cogitabit mutare tempora, & legem: & tradentur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & etiam dimidium temporis. Et iudicium sedit: & principatum transferent, vt aboleatur, & dispereat vsque in finem. Et regnum, & potestas, & magnitudo regum, qui subter omne cælum, data sunt sanctis Altissimi. Et regnum eius regnũ sempiternum: & omnes principatus seruient ei, & obedient. Hucusque finis verbi. Ego Daniel: cogitationes meæ multum conturbabant me: & [ξ] forma mea mutata est: verbum autem in corde meo conseruaui.

B

α Scripsit.] *In plerisque libris sequitur*, ἀρχὴ λόγων αὐτοῦ, *in aliquo & apud Theodoretum additur præterea*, καὶ ἀποκριθεὶς εἶπεν. Principium sermonum eius. Et respondens dixit. *In Complut. vero*, καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν λόγων εἶπεν, & summam sermonum dixit. β Videbam.] *In cæteris sequitur*, ἐν ὁράματί μου τῆς νυκτὸς, in visione mea noctis. γ Ferrei.] *In multis, & apud Theodoretum additur*, μεγάλοι, magni. δ Grandia.] *Nec plura in vulgata nostra. Alij, & Theodoretus addunt*, καὶ ἐποίει πόλεμον πρὸς τοὺς ἁγίους, & bellum faciebat aduersus sanctos. * Antiquus.] *Theodor.* Quidam ex interpretibus posuerunt, ὁ παλαιῶν τὰς ἡμέρας, antiquans dies. ε Trahebat.] *Idest, quasi se præcipitabat, & respondet hebræo. In cæteris adiungitur*, ἐκπορευόμενος, egrediens. *S. August. ibidem*, transibat. * Dena millia.] *Ita S. Aug. & ita Iustinus aduersus Tryphonem, & Dion. Areop. de cælesti hier. c. 18. Tertull. aduersus Praxeam*, millies centies centena millia assistebant ei, & millies centena millia apparebant ei. ζ Oblatus.] *Corrigendum in nostra*, προσήχθη, *& conuenit cum S. Aug. 2. de Trin. cap. 18. Tertull. 3. adu. Marc.* &, qui assistebant, adduxerunt illum: *& legenda apud eum cætera, quæ refert. Alij*, ἐνώπιον αὐτοῦ προσηνέχθη, coram eo oblatus est. *Apud Iustinum in dial. cum Tryphone*, καὶ παρῆν ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ οἱ παρεστηκότες προσήγαγον αὐτόν, & affuit coram eo: & qui assistebant, adduxerunt eum: *nec multo aliter S. Cyprianus 2. testimoniorum*: Et stetit in conspectu eius, & qui assistebant ei, obtulerunt eum. η Et omnes.] *Iustinus*, καὶ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς κατὰ γένη, καὶ πᾶσα δόξα λατρεύουσα, *& S. Cyprianus ibidem*, & omnes reges terræ per genus: & omnis claritas seruiens ei. θ In habitu meo ego Daniel.] *In multis legitur*, ego Daniel in habitu meo. ι Bestiæ.] *In plerisque additur*, μεγάλα, magnæ. κ De primis, cui.] *Cæteri*, τῶν προτέρων τρία, καὶ τὸ κέρας ἐκεῖνο, ᾧ, de prioribus tria, & cornu illud, cui, *&c.* λ Malis.] *Ita etiam Theodoretus. Alij*, κακοῖς, malos. *A Compl. abest vtrumque.* μ Faciet veterascere.] παλαιώσει, *& videtur respondere Chaldaico. In quibusdam libris est*, ταπεινώσει, humiliabit: *quod etiam testatur Theodoretus. Alij*, πλανήσει, seducet. *Sch. in margine*: Idest, σκυλμὸν, vexationem eis faciet. *Iustinus habet*, καταστρέψει, euertet. ν Cogitabit.] *Schol.* sperabit, non tamen omnino poterit. *Iustinus*, καὶ προσδέξεται, & suscipiet. ξ Forma.] *Iustinus*, καὶ ἡ λέξις διάφορος ἐμοὶ, & loquutio diuersa fuit mihi.

C

CAP. VIII.

D

IN anno tertio regni Baltasar regis visio apparuit mihi: Ego Daniel post eam, quæ apparuerat mihi in principio; & [α] eram in Susis castro, quod est in regione Ælam. Et eram super [β] Vbal: & leuaui oculos meos, & vidi: & ecce aries vnus stans ante Vbal: & ei cornua excelsa, & vnum excelsius altero: & quod [γ] excelsum, ascendebat super nouissima. Et vidi arietem cornibus ventilantem contra mare, & Aquilonem, & Austrum: & omnes bestiæ non stabunt coram eo; & non erat, qui erueret de manu eius: fecitque secundum voluntatem suam, & magnificatus est. Et ego eram intelligens: & ecce hircus caprarum veniebat ab Africo super faciem totius terræ: & non erat tangens terram: & hirco cornu [δ] medium oculorum eius: & venit vsque ad arietem illum, qui habebat cornua, quem videram [ε] stans ante Vbal: & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. Et vidi eum aduenientem vsque ad arietem: & efferatus est in eum, & percussit arietem, & contriuit duo cornua eius: & non erat fortitudo arieti standi coram eo. Et proiecit eum in terram, & conculcauit eum: & non erat, qui liberaret arietem de manu eius. Et hircus caprarum magnificatus est vsque valde. Et dum ipse inualesceret, contritum est cornu illius magnum: &

E

ascenderunt alia cornua quatuor subter illud per quatuor ventos cæli. Et de vno ex eis egressum est cornu vnum ζ forte, & magnificatum est nimis contra Austrum, & η contra fortitudinem: & magnificatum est vsque ad virtutem cæli: & θ deiecit in terram de virtute cæli, & stellis, & ι conculcauerunt eas, & κ quoadusque dux militiæ liberauerit captiuitatem. Et propter eum sacrificium λ turbatum est: & prospere erit ei. Et sanctuarium desolabitur: & datum est super sacrificium peccatum, & proiecta est humi iustitia. Et faciet, & prosperabitur. Et audiui vnum sanctum loquentem. Et dixit vnus sanctus μ Phelmoni loquenti. Vsquequo visio stabit, sacrificium ablatum, & peccatum desolationis, quod datum est; & sanctuarium, & fortitudo conculcabitur? Et dixit ei: Vsque ad vesperam, & mane dies duo millia, & ν quadringenti; & mundabitur sanctuarium. Factum est autem, cum viderem ego Daniel visionem, & quærebam intelligentiam; & stetit in conspectu meo quasi species viri: & audiui vocem viri inter Vbal: & vocauit, & dixit: Gabriel fac istum intelligere visionem. Et venit, & stetit iuxta stationem meam. Et cum ille venisset, expaui, & corruo in faciem meã. Et ait ad me: Intellige fili hominis: adhuc enim in temporis finem ξ visio. Cumque loqueretur ipse mecum, cado in faciem meam super terram. Et tetigit me, & statuit me super pedes, & dixit: Ecce ego ostẽdo tibi, quæ futura sunt in ο nouissimis iræ. Adhuc enim in temporis finem visio. Aries, quem vidisti, qui habebat cornua, rex Medorum est, atque Persarum. Hircus caprarum, rex Græcorum: & cornu grande, quod erat inter oculos eius, ipse est rex primus. Quòd autem confracto illo surrexerunt quatuor cornua subter; quatuor reges de gente eius consurgent, & non in fortitudine π sua. Et in nouissimis regni eorũ, completis peccatis eorum, consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones: & robusta fortitudo ρ eius: & mirabiliter vastabit: & prosperabitur, & faciet: & disperdet robustos, & populum sanctum. Et iugum catenæ eius dirigetur: dolus in manu eius, & in corde eius magnificabitur: & dolo corrumpet multos: & super perditionem multorum σ stabit: & quasi oua manu conteret. Et visio vesperæ, & mane, quæ dicta est, vere est. Et tu signa visionem, quia in dies multos. Et ego Daniel decubui, & τ langui. Et surrexi; & faciebam opera regis, & admirabar visionem: & non erat, qui intelligeret.

α Et eram.] *In quibusdam codicibus, & apud Theodoretum hæc antecedunt,* καὶ ἴδον ἐν τῇ ὁράσει. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἰδεῖν με. Et vidi in visione: & factum est cum viderem. β Vbal.] *Sch.* Nomen montis Persici, ex quo ea, quæ ad visionem pertinent, contemplari sibi propheta videbatur, sic ei spiritu suggerente. *Eudoxius:* Aut secundum alios interpretes, ἐπὶ τοῦ ὠλεὶδ, idest portam ad pontem fluminis sitam, *& paulo post notat* ὠλβὶδ, *idem esse, atque* οὐβὰλ ὠλὰ, *sed hoc amplius, quòd simul etiam significat ad Orientem. Pro Vbal, aut, vt ipse habet* τοῦ βαλουλὰ, *quosdam interpretes dixisse,* πύλην, portam, *testatur Theodoretus.* S. Hier. *in sua,* super portam Vlai: *& in comm.* Pro quo Aquila transtulit super Vbal Vlai (*atque ita est in hebraico*) Theodotio super Vbal, Symm. super paludem Vlai, lxx. super portam Vlai, *&c. Quare Complut.* ἐπὶ τῆς πύλης ὠλαί. γ Excelsum.] *Sic hebræus. Alij,* ὑψηλότερον, excelsius. δ Medium.] *Alij,* θεωρητὸν ἀναμέσον, insigne inter oculos, *vt vulgata.* ε Stans.] *Cæteri fere* ἑστῶτος, *& vulgata,* stantem. ζ Forte.] *Ita omnes collati codices, & Theodoretus: vulgata tamen habet,* modicum. η Et contra fortitudinem.] *In plerisque est,* καὶ τὴν ἀνατολὴν, & Orientem: *Apud Theodoretum additur,* καὶ πρὸς λίβα, καὶ πρὸς τὴν δύναμιν, & ad Africum, & ad fortitudinem. *Vulgata,* & contra Orientem, & contra fortitudinem. *In Compl. pro,* δύναμιν *est* δύσιν, Occidentem. *In vno vetusto est,* καὶ πρὸς τὴν δύναμιν ἀνατολῆς, καὶ τὴν δύσιν, & contra fortitudinem Orientis, & Occidentem. θ Deiecit in terram de virtute cæli.] *Videtur interpres accepisse illud* ἔπεσεν, *transitiue, vt inquiunt; quanquam sensus idem constaret, si verteretur,* ceciderunt. *Polychronius.* Syrus non habet illud, de virtute. *Hebraicus hoc habet, non habet,* cæli: *quamuis videatur subintelligi ex loco proxime præcedente. Diximus autem libentius,* virtute, *quàm fortitudine: quoniam virtutis nomen sæpissime solet vsurpari in significando exercitu.* ι Conculcauerunt eos.]

Plerique

A *Plerique* συνεπάτησεν, *sed alij* αὐτὸ, *alij* αὐτὴν, (*vt etiam in comment. græcis*) *alij*, αὐτάς. *Vulgata*, conculcauit eas. κ Et quoadusque.] *Theodoretus videtur habuisse*, ἕως ἄρχοντος τῆς δυνάμεως ἡδρύνθη, vsque ad principem virtutis (*aut*, fortitudinis, *vt vulgata*,) magnificatum est. *Quare videri possunt ex alia interpretatione. Et in his autem, quæ proxime sequuntur, græca aliquantulum discrepant à vulgata*. λ Turbatum est.] *Theodoretus addit*, ἐν ἁμαρτήματι delicto, *& sequitur*, ὅτι καὶ ἐγενήθη, καὶ κατευοδώθη αὐτῷ, quia etiam factum est, & prospere successit ei, *atque hoc quidem*, καὶ ἐγενήθη, *in multis codicibus est. In Vaticano est*, ἐρρίφη, *collisum est: & per errorem non est positum in textu*. μ Phelmoni.] *Eudoxius*: Hebraicam vocem posuit τῷ φελμουνὶ, ac si diceret, amicissimo, præsidi præcipuo, hæc ipsa ostendenti. *Theodoretus*: Phelmoni græca voce significat quendam. *Quare S.Hier.* alteri nescio cui, *& in comm.* Quod Symm. interpretatus est τινί ποτε, quem nos sequuti sumus Aq. & Th. & lxx. φελμουνὶ, ipsum verbum hebraicum posuerunt. *De hoc alibi notatum est*. ν Quadringenti.] *Plerique libri, & Theodoretus* τετρακόσιαι, *& vulgata*, trecenti. *Notat autem S.Hier. quosdam pro trecentis legisse ducentos*. ξ Visio.] *Abest à Theodoreto, quemadmodum paulo post à multis: vbi tamen ipse Theodoretus habet*, μένει, manent, & reseruata sunt. *Vulgata hic*, quoniam in tempore finis (*fortasse legendum, in temporis fine*) complebitur visio: *ibi autem*, quoniam habet tempus finem suum.

B ο Nouissimis iræ.] *Nonnulli*, ἐσχάτῳ, nouissimo. *In quibusdam vero, & apud Theodoretum sequitur*, τοῖς υἱοῖς λαοῦ σου, filiis populi tui. π Sua.] *Plerique* αὐτοῦ, *& vulgata*, eius. ρ Eius.] *In plerisque sequitur*, καὶ οὐκ ἐν τῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ, *quod vulgata*, sed non in viribus suis. σ Stabit.] *In plerisque hæc sequuntur*, καὶ ἐπὶ ἄρχοντα ἀρχόντων στήσεται, & contra principem principum consurget, *vt vulgata*: *in qua pro sequenti sententia*, & quasi oua manu conteret, *est*, & sine manu conteretur. τ Langui.] *In cæteris additur* ἡμέρας, *quod vulgata*, per dies.

CAP. IX.

IN primo anno Darij filij Assueri ex semine Medorum, qui regnauit super regnum α Chaldæorum, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, β qui factus est sermo Domini ad Hieremiam prophetam, in completionem desolationis Hierusalem septuaginta anni. Et dedi faciem meam ad Dominum Deum, quærendo deprecationem, & orationes in ieiunijs, & sacco. Et oraui ad Dominum Deum meum, & confessus sum, & dixi: Domine Deus magne, & mirabilis, qui custodis testamentum tuum, & misericordiam tuam diligentibus te, & custodientibus mandata tua. Peccauimus, γ iniuste egimus, inique egimus, & recessimus, & declinauimus à mandatis tuis, atque à iudicijs tuis: & non exaudiuimus seruos tuos prophetas, qui loquebantur in nomine tuo regibus nostris, & principibus nostris, & patribus nostris, omnique populo terræ. Tibi Domine iustitia: nobis autem confusio faciei, sicut dies hæc, viro Iuda, & habitatoribus Hierusalem, & omni Israel, his, qui prope sunt, & his qui procul, in vniuersa terra, quo disseminasti eos illuc, in præuaricatione eorum, qua præuaricati sunt. δ In te Domine est nostra iustitia, & nobis confusio faciei, & regibus nostris, & principibus nostris, & patribus nostris: qui peccauimus. Tibi Domino Deo nostro miserationes, & propiciationes: quia ε recessimus, & non exaudiuimus vocem Domini Dei nostri, vt ambularemus in legibus eius, quas dedit ante faciem nostram in manibus seruorum suorum prophetarum. Et omnis Israel præuaricati sunt legem tuam: & declinauerunt, ne audirent vocem tuam. Et superuenit super nos maledictio, & iuramentum scriptum in lege Moysi serui Dei; quia peccauimus ei. Et statuit sermones suos, quos loquutus est super nos, & super iudices nostros, qui iudicabant nos, vt superinducerent in nos mala magna, qualia non fuerunt sub omni cælo secundum ea, quæ facta sunt in Hierusalem, sicut scriptum est in lege Moysi. Omnia mala hæc venerunt super nos; & non rogauimus faciem Domini Dei nostri, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & intelligeremus in omni veritate tua. Et vigilauit ζ Dominus, & adduxit ea super nos, quoniam iustus Dominus Deus noster

noster in omni opere suo, quod fecit: & non exaudiuimus vocem eius. Et nunc Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomen, sicut dies hæc, peccauimus, iniquitatem fecimus, Domine in * omni misericordia tua: auertatur obsecro furor tuus, & ira tua à ciuitate tua Hierusalem, monte sancto tuo, quia peccauimus: & in nostris iniquitatibus, & patrum nostrorum Hierusalem, & populus tuus in opprobrium factus est in omnibus, qui per circuitum nostrum. Et nunc exaudi Domine Deus noster orationem serui tui, & preces eius: & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est: Propter te Domine, Inclina Deus meus aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciuitatis tuæ, super quam inuocatum est nomen tuum super eam. Quia non in nostris iustitijs prosternimus miserationem nostram coram te, sed in miserationibus tuis multis Domine. Exaudi Domine: placare Domine: attende Domine: * ne moreris propter temetipsum Deus meus: quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem tuam, & super populum tuum. Et adhuc me loquente, & orante, & confitente peccata mea, & peccata populi mei Israel, & prosternente misericordiam meam in conspectu Domini Dei mei pro monte sancto, & adhuc me loquente in oratione: & ecce vir Gabriel, quem videram in visione à principio, volans: & tetigit me quasi hora sacrificij vespertini. Et docuit me, & loquutus est mecum, & dixit: Daniel nunc exiui imbuere te intelligentia. In principio obsecrationis tuæ exiuit sermo: & ego veni, vt adnunciem tibi: quia [θ] vir desideriorum tu es. Et cogita in verbo, & intellige in visione. Septuaginta hebdomades [ι] * breuiatæ sunt super plebem tuam, & super ciuitatem [κ] sanctam, * vt consummetur peccatum, & signentur peccata, & deleantur iniquitates, & exorentur iniquitates, & adducatur iustitia sempiterna, & [λ] signetur visio, & propheta, & vngatur sanctus sanctorum. Et scies, & intelliges ab exitu sermonis ad [μ] respondendum, & ædificandum Hierusalem vsque ad Christum ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ. Et [ν] reuertetur, & ædificabitur platea, & murus: & [ξ] euacuabuntur tempora: Et post hebdomadas sexaginta * duas [ο] exterminabitur vnctio: & iudicium non est in eo: & [π] ciuitatem, & sanctuarium dissipabit cum duce adueniente: excidentur in [ρ] diluuio, & vsque ad finem belli concisi, [σ] ordine, desolationibus. Et confirmabit testamentum multis hebdomada vna. Et in dimidio hebdomadis [τ] auferetur meum sacrificium, et libamen: et in templo abominatio desolationum: et vsque ad consummationem temporis consummatio dabitur super desolationem.

α Chaldæorum.] *In cæteris additur*, ἐν ἔτει ἑνὶ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, in anno vno regni eius. β Qui.] *Sapit hebraismum, & sic etiam apud Theodoretum. In Compluten. autem est*, περὶ οὗ, de quo. γ Iniuste egimus, inique egimus.] *Cæteri*, ἠδικήσαμεν, ἠσεβήσαμεν, *& vulgata*, inique egimus, impie egimus. δ In te Domine est nostra iustitia, & nobis confusio.] *In cæteris, & apud Theodoretum illa*, in te Domine, *coniunguntur cum præcedentibus*, qua præuaricati sunt in te Domine. *Ac deinde sine illis, quæ in nostra sunt interiecta, sequitur quasi ex alio principio*, Nobis confusio, *&c. quamuis illud*, Domine, *posset etiam coniungi cum his*, Domine nobis confusio. ε Recessimus.] *Sic etiam Theodoretus. Alij addunt*, ἀπὸ κυρίου, à Domino. ζ Dominus.] *In quibusdam additur*, ἐπὶ τῶν κακῶν, super mala. *In plerisque vero*, ὁ θεὸς ἡμῶν ἐπὶ τὴν κακίαν, *aut* κακίαν ἡμῶν, Deus noster super malitiam, *aut*, malitiam nostram: *ac deinde sequitur*, καὶ ἐπήγαγεν αὐτήν, & adduxit eam. η In omni misericordia tua.] *Aut*, in omnem misericordiam tuam. *Corrigendum enim est in nostra*, ἐν πάσῃ ἐλεημοσύνῃ σου. * Ne moreris.] *In multis antecedit*, ποίησον, καὶ, fac, &. θ Vir desideriorum.] *Symm.* ἀνὴρ ἐπιθυμητός, vir amabilis.

amabilis. ι Breuiatæ.] *Sic Tertull.adu.Iud.Theodoretus*: Pro ἐδοκιμάσθησαν καὶ ἐκρίθησαν, probatæ & decretæ sunt. Ita enim quidam ex interpretibus ediderunt. ι Sanctam.] *Apud Theodoretum additur*, σου, tuam. *Eusebius Euang.Demonstr.lib.*8. Aquila quidem inquit ἐπὶ τὸν λαόν σου, καὶ ἐπὶ πόλιν ἡγιασμένην σου, super populum tuum, & super ciuitatem sanctificatam tuam. Symm. vero, κατὰ τοῦ λαοῦ σου καὶ τῆς πόλεως τῆς ἁγίας σου, super populum tuum, & ciuitatem sanctam tuam. Quare etiam in accuratis exemplaribus ipsorum lxx. additum est illud σου, cum appositione asterisci. κ Vt consummetur peccatum.] *In quibusdam libris, & apud Theodoretum antecedit*, τοῦ παλαιωθῆναι τὸ παράπτωμα. καὶ, vt antiquetur delictum, &: *quæ altera videtur interpretatio. Fortasse etiam quæ sequuntur in nostra, & in alijs*, & deleantur iniquitates, & exorentur iniquitates, *duæ item sunt interpretationes. Quare apud Tertullianum est*, quoadusque inueteretur delictum, & signentur peccata, & exorentur iniustitiæ. *Legatur totus hic locus apud Tertullianum. Habet enim aliquas varietates valde notandas, præsertim de numero hebdomadum.* Aquila, τοῦ τελέσαι τὴν ἀθεσίαν, καὶ τοῦ τελειῶσαι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τοῦ ἐξιλάσασθαι ἀνομίαν, ad consumendam præuaricationem, ad finem dandam peccato, & ad expiandam iniquitatem. λ Et signetur visio, & propheta.] *Idest, finis detur visioni. Hoc enim significat phrasis hebraica, vt etiam paulo ante. Quod autem dicitur* προφήτην, *respondet optime hebræo, & ita est in collatis codicibus, & apud Theodoretum & Tertull.* prophetes. *In Compl. autem est*, προφητείαν, *& vulgata quasi ad explicationem*, prophetia. *Aq.* καὶ τοῦ τελέσαι ὅρασιν, καὶ προφήτην, τοῦ ἀλεῖψαι ἡγιασμένον ἡγιασμένων, ad consummādam visionem, & prophetam, ad vngendum sanctificatum sanctificatorum. μ Ad respondendum.] *Tertullianus*, integrando, *quod fortasse est explicatio illius, & conuenit etiam hebraico.* ν Et reuertetur, &c.] *Respondet hebraico. Compl.* πάλιν, *vulgata*, & rursus. ξ Et euacuabuntur tempora.] *Theodoreti interpres (nam in nostris codicibus deest hæc pars) & Tertullianus*, innouabuntur, *quasi legerint*, ἐγκαινωθήσονται. *Complut.* ἐν στενοχωρίᾳ τῶν χρόνων, in angustia temporum, *vt vulgata.* * Duas.] *Ita collati codices, & Tertull. ac Theodor. & Eusebius lib.*8. *de demon.Euang. In Compl. est*, quatuor. ο Exterminabitur vnctio, & iudicium non est in eo.] *Illud*, iudicium, *abest à Tertulliano: & in multis habetur*, ἔσται, erit. *Symm.* ἐκκοπήσεται χριστὸς, καὶ οὐκ ὑπάρξει αὐτῷ, excidetur Christus, & non erit ei. *S.Aug.epist.*79. occidetur Christus. π Et ciuitatem.] *Aq.* καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ λαὸς ἡγουμένου ἐρχομένου, & ciuitatem, & sanctuarium dissipabit populus duce adueniente. ρ In diluuio.] *Aliquot codices, & Theodoretus*, ὡς ἐν κατακλυσμῷ, *ac Tertullianus*, quomodo in cataclysmo. σ Ordine.] *Istud* τάξει, *abest ab Eusebio Euang.Dem.lib.*8. *& à Theodoreto, & ab aliquot codicibus: ac Tertullianus*, quod concidetur vsque ad interitum: *& videri potest huc irrepsisse ex verbis, quæ proxime afferentur.* τ Auferetur meum sacrificium.] *Istud* μου, *abest à quibusdam libris, & Theodoreto: sed non à Tertull. In quibusdam vero alijs, hæc antecedūt, quæ etiam sunt adscripta margini libri Vaticani.* καταπαύσει θυσιαστήριον, καὶ θυσίας, καὶ πτερυγίου (*al.* ἕως πτερυγίου) ἀπὸ ἀφανισμοῦ, καὶ ἕως συντελείας, καὶ σπουδῆς τάξει ἐπὶ ἀφανισμῷ, cessare faciet altare, & sacrificia, & alæ (*al.* vsque ad alam) à desolatione, & vsque ad consummationem, & festinationem ponet in desolationem: *quæ ex alijs interpretationibus videntur coaceruata:* πτερύγιον *quidem videtur habuisse Tertullianus. Ita enim inquit*, & destruet pinnaculum vsque ad interitum. *Et alij ex hebræo vertunt*, & super alam abominationum stupefaciet.

CAP. X.

IN anno tertio Cyri regis Persarum verbum reuelatum est Danieli, cuius nomen vocatum est Baltasar. Et verbum verum, & fortitudo magna, & intelligentia data est ei in visione. In diebus illis ego Daniel eram lugens tres hebdomadas dierum: panem * desideriorum non comedi: & caro, & vinum nō introierunt in os meum: & vnguento non sum vnctus vsque ad completionem trium hebdomadum dierum. In die vigesima quarta mensis * primi & ego eram iuxta fluuium magnum (ipse est ᶜ Tigris Eddecel:) & leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir vnus vestitus ʸ Baddin; & renes eius ᵈ accincti auro Ophaz: & corpus eius quasi Tharsis: & facies eius, veluti species fulguris: & oculi eius, vt lampades ignis: & brachia eius, & crura, quasi species æris candentis: & vox sermonum eius, vt vox multitudinis. Et vidi ego Daniel solus visionem: & viri, qui erant mecum, non viderunt visionem: sed terror magnus irruit super eos: & fugerunt in timore. Et ego relictus sum solus, & vidi visionem grandē hanc: & non remansit in me fortitudo: & gloria mea conuersa est in corruptionem: et non retinui fortitudinem. Et audiui vocem sermonum eius: et audiens ᵉ eum, eram compunctus: et facies mea super terram. Et ecce manus tangens me: et erexit me super genua ᶻ mea: et dixit ad me: Daniel ᵃ vir desideriorum, intellige in verbis, quæ ego loquor ad te; et sta in gradu tuo: nunc enim sum missus ad te. Cum-

te. Cumque dixisset ad me sermonem istum; surrexi tremens. Et dixit ad me: Noli metuere Daniel, quia ex die primo, quo posuisti cor tuum ad intelligendũ, et affligendum te coram Domino Deo tuo; audita sunt verba tua: et ego veni in verbis tuis. Et princeps regni Persarum stetit ex aduerso mihi viginti et vno diebus. Et ecce Michael vnus de [θ] principibus venit ad auxiliandum mihi: et ipsum reliqui ibi cum principe regni Persarum: et veni, vt docerem te, quæ occurrent populo tuo in nouissimis diebus: quoniam adhuc visio in dies. Cumque loqueretur ipse mecum secundum huiuscemodi verba; dedi faciem meam in terram, et compunctus sum. Et ecce quasi similitudo filij hominis tetigit labia mea. Et aperui os meum, et loquutus sum, et dixi ad eum, qui stabat contra me: [ι] Domine in visione tua conuersa sunt interiora mea in me: et non retinui fortitudinem. Et quomodo poterit seruus tuus Domine loqui cum Domino meo isto? Et [κ] ego ex nunc non stabit in me fortitudo: et non remansit spiritus in me. Et addidit, et tetigit me quasi visio hominis, et confortauit me, et dixit mihi: Noli timere vir desideriorum: pax tibi. Viriliter age, et confortare. Cumque loqueretur mecum; conualui, et dixi: Loquatur Dominus meus, quia confortasti me. Et dixit: Nunquid scis, quare venerim ad te? Et nunc reuertar, vt prælier cum principe Persarum: et ego ingrediebar, et princeps Græcorum veniebat. Veruntamen annunciabo tibi, quod constitutum est in scriptura veritatis. Et non est vnus adhærens mihi de his, nisi Michael princeps vester.

* Desideriorum.] *Tertull. aduer. Psychicos*, suauem. *S. Augustinus serm. 65. de tempore*, desiderabilem. α Primi.] *Sic etiam vulgata. In quibusdam additur, & apud Theodoretum*, ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει, in anno tertio. *Legenda sunt, quæ ad finem huius capitis affert S. Hier.* β Tigris Eddecel.] *A multis abest*, Tigris: *à Theodoreto, & Complutensi*, Eddecel. *Illud enim est interpretatio huius.* γ Baddin.] *Polychronius*, lxx. Byssina, *Aquila autem* ἐξαίρετα, præcipua dicit. *Ammonius*. Illud Baddin significat tunicam variam. *Theodoretus*, Byssina. *S. Hier.* ἐξαίρετα, *tribuit Symmacho: Aquilam vero inquit esse interpretatum*, lineis. *Addit, quod ipse ex hebraico verterit*, ecce vir, *Symmachum dixisse*, quasi vir. δ Accincti.] *Polychronius*: Inquit Zonam eius, qui apparuerat, fuisse, qualis fieret ex auro puro fabrefacta: secũdum vero lxx. cum reliquum corpus inusitata quadam veste indutus esset, habuisse etiam quiddam illustre, splendens, puro lumini affine. *Hippolytus*. Illud ὠφάζ, significat aurum purum: θάρσις autem Æthiopas. *Theodoretus idem de Ophaz: Tharsis autem interpretatur aurum probatissimum è Tharsis allatum. Eudoxius*. Illud Tharsis Chrysolytum dixit: hebræus autem cæruleum colorem dicit. *Aliud Schol.* ὠφάζ, splendido, & lucido. *S. Hier. refert ex Aquila*, & lumbi eius accincti erant colore Ophaz: *deinde notat, quod ipse Chrysolytum verterit, Theodotionem, & Symmachum retinuisse verbum hebraicum Tharsis, lxx. vero appellasse mare.* ε Eum.] *Cæteri*, φωνὴν ῥημάτων αὐτοῦ, vocem verborum eius. ζ Mea] *In cæteris additur*, καὶ ταρσοὺς (*aut* ἴχνη) χειρῶν μου, & articulos (*al.* vestigia) manuum mearum. η Vir desideriorum.] *S. Hier. ex Symmacho*, vir desiderabilis. θ Principibus.] *In plerisque, & apud Theodoretum additur*, τῶν πρώτων, *& in vulgata*, primis. ι Domine,] S. Hier. *hunc locum referens ex Theodotione, habet*, Domine mi. κ Et ego ex nunc.] *Est hebraismus: illudque*, ego, *additur quasi aduerbium ad efficaciam, aut ornatum quendam. Abest autem à multis: in quibusdam vero est*, καὶ ἐγὼ ἠσθένησα, καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν, & ego infirmatus sum, & ex nunc.

CAP. XI.

Et [α] ego in anno [β] primo Cyri stabam ad robur, et fortitudinem. Et nunc veritatem annunciabo tibi. Ecce adhuc tres reges surgent in Perside: et quartus ditabitur diuitijs magnis super omnes: et cum inualuerit ipse diuitijs suis; insurget super omnia regna Græcorum. Et surget rex potens: et dominabitur dominatione multa: et faciet secundum voluntatem suam. Et cum steterit regnum eius; conteretur, et diuidetur in quatuor ventos cæli, et non in nouissima sua, neque secundum dominationem suam, qua dominatus est: quia extirpa-

A extirpabitur regnum eius,& alijs præter istos. Et confortabitur rex Austri: & vnus de principibus ipsis præualebit super eum: & dominabitur dominatione multa. Et post annos illius commiscebuntur: filiaque regis Austri ingredietur ad regem Aquilonis, facere fœdera cum eo: & non obtinebit fortitudinem brachij: nec stabit semen eius: & tradetur ipsa, & qui adducebant eam, & adolescentula, & confortans eam in temporibus. Surget de flore radicis eius, præparationis illius: & veniet ad virtutem: & ingredietur in sustentacula regis Aquilonis: & faciet in eis, & obtinebit. Etiam Deos eorum cum fusilibus eorum, omne vas desiderabile eorum argenti, & auri cum captiuitate ducet in Ægyptum: & ipse stabit super regem Aquilonis. Et intrabit in regnum regis Austri: & reuertetur ad terram suam: & filij eius congregabunt turbam inter medium multorum. Et veniet aduenięns, & inundans: & pertransibit, & sedebit, & congredietur vsque ad fortitudinem eius. Et efferabitur rex Austri, & egredietur, & pugnabit cum rege Aquilonis: & faciet stare turbam multam: & tradetur turba in manu eius: & capiet multitudinem: & exaltabitur cor eius: & deijciet decem millia: & non præualebit. Et conuertetur rex Aquilonis, & adducet turbam multam super priorem: & in fine temporum annorum ingredietur ingressiones in virtute magna, & in substantia multa. Et in temporibus illis multi consurgent super regem Austri: & filij pestilentium populi tui extollentur, vt statuant visionem, & infirmabuntur. Et ingredietur rex Aquilonis: & effundet aggerem, & capiet vrbes munitas: & brachia regis Austri stabunt: & consurgent electi eius: & non erit fortitudo ad standum. Et faciet ingrediens aduersus eum secundum voluntatem suam: & non est, qui stet contra faciem eius. Et stabit in terra Sabì, & consumetur in manu eius. Et ponet faciem suam, vt ingrediatur in fortitudine totius regni sui: & recta omnia faciet cum eo. Et filiam fœminarum dabit ei, vt euertat illum: & non permanebit, & non erit ei. Et conuertet faciem suam ad insulas: et capiet multas: et cessare faciet principes opprobrij sui: veruntamen opprobrium eius conuertetur ei. Et conuertet faciem suam ad fortitudinem terræ suæ: et infirmabitur, et corruet, et non inuenietur. Et surget de radice eius planta regni, ad præparationem ipsius transferens, faciens gloriam regni. Et in diebus illis adhuc contereretur, et non in faciebus, neque in bello: stabit super præparationem eius. Et contemptus fuit: et non dederunt super eum gloriam regni. Et veniet in tranquillitate, & obtinebit regnum in lubricitatibus: & brachia inundantis inundabuntur à facie eius, & contérentur, & dux testamenti: & ex commistionibus aduersus eum faciet dolum: & ascendet, & præualebit in eos in modica gente. In prosperitatem, & in pingues regiones veniet: & faciet, quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius, direptionem, & spolia, & substantiam eis dissipabit. Et super Ægyptum cogitabit cogitationes, & vsque ad tempus. Et excitabitur fortitudo eius, & cor eius super regem Austri in virtute magna. Et rex Austri conteret prælium in virtute magna, & forti nimis, & non stabunt: quia cogitabunt super eum cogitationes: & comedent necessaria eius, & conterent eum: & virtutes inundabit: & cadent interfecti multi. Et vtrique reges, corda eorum ad malitiam: & ad mensam vnam mendacia loquentur: & non proficiet; quia adhuc finis in tempus. Et reuertetur in terram suam in substantia multa: & cor eius super testamentum sanctum: & faciet, & reuertetur

uertetur in terram ſuam. Ad tempus reuertetur, & veniet ad Auſtrum: & non erit ξ ſicut prima, etiam nouiſsima. Et ingredientur ad illum egredientes Citij: et humiliabitur, & reuertetur, et indignabitur ſuper teſtamentum ſanctum. Et faciet, ac reuertetur, & intelliget ſuper eos, qui dereliquerunt teſtamentum ſanctum. Et η ſemina ex eo conſurgent: et polluent ſanctificationem fortitudinis: et transferent iuge ſacrificium: et dabunt abominationem π deſolatam: et qui inique agunt, teſtamentum inducent in lubricitatibus. Et populus ſcientes Deum ſuum obtinebunt, et facient: et intelligentes de populo intelligent in multa: et infirmabuntur in gladio, et in flamma, et in captiuitate, et in rapina dierum. Cumque infirmati fuerint; adiuuabuntur adiumento paruulo: et applicabuntur eis multi in lubricitate. Et de intelligentibus infirmabuntur ad conflandum eos, et ſeligendum, et ρ reuelandum vſque ad temporis terminum: quia adhuc in tempus. Et faciet iuxta voluntatem ſuam. Et rex eleuabitur, et magnificabitur aduerſus omnem σ Deum: et loquetur ingentia: et dirigetur; donec compleatur ira: in τ conſummationem enim fit. Et ſuper omnes Deos patrum ſuorum non intelliget: et υ concupiſcentia fæminarum: et ſuper omnem Deum non intelliget: quia ſuper omnem magnificabitur. Et Deum φ Maozim in loco ſuo glorificabit: et Deum, quem ignorauerunt patres eius, glorificabit in auro, et argento, et lapide precioſo, et in concupiſcentijs. Et faciet munitionibus χ confugiorum cum Deo alieno: et multiplicabit gloriam: et ſubijciet ipſis multos: et terram diuidet in donis. Et in temporis termino cornucertabit cum rege Auſtri: et congregabitur ſuper eum rex Aquilonis in curribus, et equitibus, et nauibus multis: et ψ ingredientur in terram. Et ω conteret, et tranſibit, et introibit in terram αα Sabaim: et multi infirmabuntur. Et hi ſaluabuntur de manu eius, Edom, et Moab, et principium filiorum Ammon. Et extendet manum ſuper terram: et terra Ægypti non erit in ſalutem. Et dominabitur in reconditis auri, et argenti, et in omnibus deſiderabilibus Ægypti, et Lybum, et Æthiopum in munitionibus eorum. Et rumores, et feſtinationes turbabunt eum ab Oriente, et ab Aquilone. Et veniet in furore multo ad ββ diſperdendum multos: et figet tabernaculum ſuum γγ Ephadano in medio marium in monte δδ Sabain ſancto: veniet vſque ad partem eius: et non eſt, qui erant eum.

α Et ego.] *Non modo in Vaticano, ſed etiam in cæteris manuſcriptis, in quibus ſolet eſſe diſtinctio capitum, nulla apparet huius capitis neque ſequentis à ſuperiore diſtinctio. Quare ad finem ſuperioris capitis ſic ſcribit S. Hieronym.* Iuxta editionem vulgatam vſque ad finem libri vna putatur viſio; quæ anno tertio Cyri regis Perſarum apparuit Danieli. β Primo Cyri.] *Sic etiam Theodoretus.* S. Hieron. *in vulgata antiqua videtur habuiſſe,* tertio, *aut cum hic non haberet numerum, ſubintellexiſſe ex ſuperioribus. Nam, cum rationem afferret, cur hoc caput ſeiungeretur à ſuperiore, ita dicebat:* Non enim ſub Cyri anno tertio, ſed ſub Darii primo, qui ſubuertit Baltaſar, narrantur iſta. γ Aliis præter iſtos.] *In cæteris aut antecedit, aut ſequitur,* δοθήσεται, dabitur, *ſed non in hebraico, neque in vulgata.* δ Ipſis.] *Theodoretus,* αὐτῷ, eius. ε Multa.] *In plerisque ſequitur,* ὑπ' ἐξουσίας αὐτοῦ, in poteſtate ſua: *in quibuſdam, & apud Theodoretum,* ἐκτὸς ἐξουσίαν αὐτοῦ, extra poteſtatem ſuam, *aut,* eius: *quæ non reſpondent hebraico, neque vulgatæ.* ζ Præparationis.] *In cæteris, & apud Theodoretum eſt,* ἐπὶ τῆς ἑτοιμασίας, in præparatione. *Vulgata habet,* plantatio. *Alij ex hebraico,* baſis, *aut,* ſuper baſim. η Inter medium.] *Cæteri fere,* δυνάμεων, virtutum, *ideſt,* exercituum, *vt vulgata.* θ Temporum annorum.] *Sic hebræus: vulgata autem,* temporum, annorumque. *In cæteris vero libris non eſt illud,* ἐνιαυτῶν. ι Stabunt.] *Cæteri fere,* οὐ στήσονται, non ſtabunt. κ In terra Sabi.] *Schol.* Antiochus in Iudæa. Hæc enim per legem erat regio voluntatis Dei gloriæ, & virtutis. Horum enim vnumquodque interpretatur illud σαβεί. *S. Hier. ſcribit lxx. dixiſſe terram voluntatis (cuius etiam interpretationis facit mentionem Theodoretus) Aquilam vero dixiſſe inclytam, Symmachum fortitudinis, Theodotionem retinuiſſe verbum hebraicum* σαβείν. λ In proſperitatem.] *Poterat verti,* in tranquillitate, *(vt paulo ante, vbi vulgata habet,* clam,*) aut,* in proſperitate,

A *speritate, consentiente etiam Theodoreto: sed maluimus sequi sententiam S. Hieronymi.* μ Pingues.] *Ita etiam Theodoretus: & respondet hebraico. Plerique vero,* πλείους, plures. *Similis varietas obseruata est psal. 77. & alibi.* ν Inundabit.] *Cæteri fere,* κατακλύσει, dissoluet. ξ Sicut prima.] *Schol.* Syrus: Et non faciet, vt prima, etiam nouissima. ο Semina.] *In quibusdam, & apud Theodoretum est,* καὶ βραχίονες, & brachia, *vt vulgata ex hebraico. In plerisque est vtrumque,* καὶ βραχίονες, καὶ σπέρματα. π Desolatam.] *Corrigendum in nostra,* ἠφανισμένον, *quomodo etiam est apud Theodoretum: licet in multis sit,* ἠφανισμένων, desolatorum. ρ Re- uelandum.] *Plerique,* τοῦ ἐκλευκᾶναι, ad dealbandum. σ Deum.] *In cæteris sequitur,* καὶ ἐπὶ τὸν θεὸν τῶν θεῶν, *ac vulgata,* aduersus Deum Deorum. τ Consummationem.] *In plerisque additur,* καὶ σπουδὴν, & festinationem: *quæ altera videtur interpretatio.* υ Et concupiscentia fœminarum.] *In multis, & apud Theodoretum coniuncte cum sequentibus est,* καὶ ἐπὶ ἐπιθυμίαν γυναικῶν, & super cupiditatem mulierum: *de quo loco præclare disputat S. Hier. & affert cæteras interpretationes.* φ Maozim.] *Schol.* Deum fortem, quem prætendunt Iudæi à se coli, in templo glorificabit, quod quidem ipse in seductionem Iudæorum erexit. *S. Hier. ex Aquila,* Deum fortitudinum, *ex lxx.* Deum fortissimum. *Ita etiam interpretatur Theodoretus.* χ Refugiorum.] *Ita etiam Theodoretus. Compl.* τῶν πόλεων, *in qua etiam sequitur, vt in multis, & apud Theodoretum,*

B μετὰ θεοῦ ἀλλοτρίου ὃ ἐὰν ἐπιγνῷ, cum Deo alieno, quem cognosci fecerit. *S. Hier. ex Theodotione:* Et aget hæc, vt muniat prætidia cum Deo alieno: & cum eis ostenderit, multiplicabit honorem, & dominari eos multis faciet, & terram diuidet gratis: *additque pro præsidijs Symmachum dixisse confugia.* ψ Ingredientur.] *Cæteri fere,* εἰσελεύσεται, ingredietur. ω Et conteret.] *In quibusdam antecedit,* ἐν ταῖς κατακλύσεσι, in inundationibus: *quæ altera videtur interpretatio.* αα Sabaim.] *Schol.* eam, quæ Æthiopum. Pronepotes enim Saba sunt Æthiopes. *Sed rectius Theodoretus agnoscit eandem esse cum ea, quæ dicta est* σαβεὶ, *& rursus de ea S. Hier.* ϛϛ Disperdendum.] *In alijs additur,* καὶ τοῦ ἀναθεματίσαι, & ad anathemandum. γγ Ephadano.] *Multi* ἐφαδανῷ. *S. Hieron. ex Theodotione,* ἐν ἀφαδανῷ, in Aphadano: *& rursus,* εἰς ὄρος σαβεὶν. *Schol.* id est taberna culum ἱπποστάσις, quod quidem est equester exercitus. *S. Hier. illud* ἱπποστάσις, *vnà cũ toto hoc loco refert ex Symmacho, itemque editionem Aquilæ, & lxx.* δδ In monte Sabaim.] *Schol.* in nouam Hierusalem. Hic enim mons propriè gloriæ Dei, & virtutis eius, & voluntatis.

C

CAP. XII.

ET in tempore illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui. Et erit tempus tribulationis, tribulatio, qualis non fuit, ex quo facta est gens in terra vsque ad tempus illud. In tempore illo saluabitur populus tuus omnis, qui scriptus fuerit in libro. Et multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, & alij in opprobriũ, & confusionem æternam. Et intelligentes, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & a de iustis plurimis, quasi stellæ in secula, & vltra. Tu autem Daniel claude sermones, & signa librum vsque ad tempus consummationis; donec doceantur

D multi, & multiplicetur scientia. Et vidi ego Daniel: & ecce alij duo stabant, vnus hinc super labium fluminis, & alius inde ex alio labio fluminis. Et c dixit viro, qui indutus erat Baddin, qui stabat super aquam fluminis: vsquequoque finis istorum, quæ dixisti, mirabilium? Et audiui virum, qui indutus erat Baddin, qui stabat super aquam fluminis: & eleuauit dexteram suam, & sinistram suam in cælum: & iurauit in viuente in æternum: quia in tempus γ temporum, & dimidium temporis, cum completa fuerit dispersio, cognoscent vniuersa hæc. Et ego audiui, & non intellexi. Et dixi: Domine, quid nouissima horum? Et dixit: Vade Daniel: quia clausi signatique sunt sermones vsque ad temporis fi-

E nem. Eligentur, & dealbabuntur, & quasi per ignem probabuntur, & sanctificabuntur multi: & inique agent iniqui: neque intelligent omnes iniqui: & docti intelligent. Et à tempore mutationis iugis sacrificij, & dabitur abominatio desolationis, dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui expectat, & peruenit ad dies mille trecentos triginta quinque. Tu autem Daniel vade, & quiesce. Adhuc enim dies, δ & horæ in completionem consummationis: & resurges in sorte tua in consummatione dierum. e Et rex Astyages appositus est ad patres suos: & suscepit Cyrus Perses regnum eius. Et erat Daniel conuiua regis, & honoratus super

per omnes amicos eius. Erat autem idolum Babylonijs, cui nomen Bel: & impendebantur in eo per singulos dies similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, & vini metretæ sex. Et rex colebat eum: & ibat per singulos dies adorare eum. Porro Daniel adorabat Deum suum. Dixitque ei rex: Quare non adoras Bel? At ille dixit: Quia non colo idola manufacta, sed viuentem Deum, qui creauit cælum, & terram, & habet potestatem omnis carnis. Et ait rex ad eum: Non videtur tibi Bel esse viuens Deus? An non vides, quanta comedat, & bibat quotidie? Et ait Daniel ridens: Ne erres rex. Iste enim est intrinsecus quidem lutum, forinsecus autem æreus: nec comedit aliquando. Iratus autem rex vocauit sacerdotes eius, & ait eis: Nisi dixeritis mihi, quis est iste, qui comedit impensas has; moriemini: si autem ostenderitis, quoniam Bel comedat hæc; morietur Daniel, quia blasphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi: Fiat iuxta verbum tuũ. Erant autem sacerdotes Bel septuaginta exceptis vxoribus, & filijs. Et venit rex cum Daniele in domum Belis. Et dixerunt sacerdotes Belis: Ecce nos egredimur foras: tu autem rex appone escas: & vinum miscens pone, & claude ostium, & signa annulo tuo. Et veniens mane, nisi inueneris omnia comesta à Bel; moriemur: vel Daniel, qui mentitus est aduersus nos. Ipsi autem contemnebant, quia fecerant sub mensa absconditum introitum, & per illum ingrediebantur semper, & deuorabant ea. Factum est igitur, postquam egressi sunt illi, & rex posuit cibos ante Bel; præcepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem: & decusserunt totum templum coram rege solo. Et egressi clauserunt ostium, & signauerunt annulo regis, & abierunt. Sacerdotes autẽ venerunt nocte iuxta consuetudinem suam, & vxores eorum, & filij eorum: & comederunt omnia, & biberunt. Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cũ eo. Et ait: Salua ne sunt signacula Daniel? At ille dixit: Salua rex. Et factũ est simulatque aperuisset ostia; aspiciens rex super mensam, exclamauit voce magna: Magnus es Bel: & non est apud te vllus dolus. Et risit Daniel, & tenuit regem, ne ingrederetur intro: & dixit: Vide nunc pauimentum, & animaduerte, cuius vestigia sunt hæc. Et dixit rex: Video vestigia virorum, & mulierum, & paruulorum. Et iratus rex tunc apprehendit sacerdotes, & vxores, & filios eorũ, & ostẽderunt ei abscondita ostia, per quæ ingrediebantur, & consumebant, quæ erant super mẽsam. Occidit ergo illos rex: & tradidit Bel in potestatẽ Danielis: qui subuertit eum, & templũ eius. Et erat draco * magnus: & colebant illum Babylonij. Et dixit rex Danieli: Nunquid & hunc dices æreũ esse? Ecce viuit, & comedit, & bibit: non potes dicere, quia iste non sit Deus viuens. Adora ergo eũ. Dixitque Daniel: Dominum Deũ meum adorabo: quia ipse est Deus viuens. Tu autem rex da mihi potestatem: & interficiam draconem absque gladio, & fuste. Et ait rex: Do tibi. Tulit ergo Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter, fecitque massas: & dedit in os draconis: & comedens diruptus est draco. Et dixit: Videte ea, quæ vos colitis. Et factum est, vt audierunt Babylonij; indignati sunt vehementer: & congregati aduersus regem dixerunt: Iudæus factus est rex. Bel destruxit, & draconem interfecit, & sacerdotes occidit. Et dixerunt, cum venissent ad regem: Trade nobis Danielem: alioquin interficiemus te, & domum tuam. Vidit ergo rex, quòd irruerẽt in eum vehementer: & necessitate compulsus rex tradidit eis Danielem. Qui miserunt eum in lacum leonum: & erat ibi diebus sex.

A ſex. Porro in lacu erant leones ſeptem: & dabantur eis duo corpora quotidie, & duæ oues: tunc autem non ſunt data eis; vt deuorarent Danielem. Erat autem Ambacum propheta in Iudæa: & ipſe coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo, & ibat in campum, vt ferret meſſoribus. Dixitque angelus Domini ad Ambacum: Fer prandium, quod habes, in Babylonem Danieli in lacum leonum. Et dixit Ambacum: Domine Babylonem non vidi: & lacum neſcio. Et apprehendit angelus Domini verticem eius: & portans capillo capitis eius, poſuit eum in Babylonem ſuper lacum in impetu ſpiritus ſui. Et clamauit Ambacum, dicens: Daniel, Daniel tolle prandium, quod miſit tibi Deus. Et ait Da-
B niel: Recordatus es quippe mei Deus: & non dereliquiſti diligentes te. Surgensque Daniel comedit. Porro angelus Dei reſtituit Ambacum confeſtim in locum eius. Rex autem venit die ſeptimo, vt lugeret Danielem, & venit ad lacum, & introſpexit: & ecce Daniel ſedens. Et exclamans voce magna dixit: Magnus es Domine Deus Danielis: & non eſt alius præter te. Et extraxit eum. Porro illos, qui perditionis eius cauſa fuerant, intromiſit in lacum: & deuorati ſunt in momento coram eo.

α De iuſtis plurimis.] *Ideſt, inquit Theodoretus, iuſtis inferioris gradus. S. Hier. ex Theodotione, & vulgata antiqua refert,* plurimi, *ſed fortaſſe vitio ſcriptoris. Quod ſi eo modo, qui ſcripturæ ſanctæ non eſt inuſitatus, ac-*
C *cipiantur iſta,* ἀπὸ τῶν δικαίων τῶν πολλῶν, *vt vertamus,* de his, qui iuſtificant multos, *optime reſpondent hebraico, & verſioni S. Hieronymi.* β Dixit.] *Sic hebræus, & vulgata. Alij,* εἶπον, dixerunt: *quod Theodoretus de duobus illis accipit.* γ Temporum.] *Cæteri,* καὶ καιροὺς, *ac vulgata,* & tempora. δ Et horæ.] *Abeſt hoc à Theodoreto: ſed poſt,* εἰς ἀναπλήρωσιν συντελείας, *ſequitur* καὶ ἀναπαύσῃ, καὶ ἀναστήσῃ, & requieſces, & reſurges: *quomodo etiam eſt in multis codicibus S. Hier. hunc locum ſic refert ex Theodotione:* Tu autem vade, & requieſce: & reſurges in ordine tuo in conſummatione dierum. ε Et rex.] *In pleriſque, vt diximus, nulla vſque ad finem diſtinctio. In quibuſdam tamen hic eſt inſcriptio,* ὅρασις ιβ', viſio duodecima, *& infra ante illa verba:* Et erat draco, περὶ τοῦ δράκοντος, de dracone. ζ Decuſſerunt totum templum.] *Hic ſenſus in vulgata ſic videtur expreſſus,* & cribrauit per totum templum. *Alij libri,* καὶ κατέστρωσαν, ſtrauerunt. η Magnus.] *In multis additur,* ἐν τῷ τόπῳ, *& vulgata,* in loco illo.

MACCABÆORVM PRIMVS.

CAP. I.

ET factum est, postquam percussit Alexander Philippi Macedo, qui egressus est de terra Chettijm, & percussit Darium regem Persarum, & Mædorum; & regnauit pro eo primus in Græcia: & constituit prælia multa, & obtinuit munitiones multas, & interfecit reges terræ. Et pertransijt C vsque ad fines terræ: & accepit spolia multitudinis gentiũ. Et siluit terra in conspectu eius. Et exaltatum est, & eleuatum cor eius: & congregauit virtutem fortem valde: & obtinuit [a] regiones, & gentes, & [b] tyrannos: & facti sunt illi in tributum. Et post hæc decidit in lectum, & cognouit, quia moritur. Et vocauit pueros suos nobiles, qui secum erãt nutriti à iuuentute; & diuisit illis regnum suum, cum adhuc viueret. Et regnauit Alexander annis duodecim: & mortuus est. Et obtinuerunt pueri eius regnũ vnusquisque in loco suo: Et imposuerunt omnes sibi diademata post mortem eius: & filij eorum post eos annis multis: & multiplicata sunt mala in terra. Et D exijt ex eis radix peccatrix Antiochus illustris filius Antiochi regis, qui fuerat obses Romæ: & regnauit in anno centesimo trigesimoseptimo regni Græcorum. In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui, & suaserunt multis, dicentes: Eamus, & disponamus testamentum cum gentibus, quæ circa nos sunt: quia ex quo recessimus ab eis; inuenerunt nos mala multa. Et bonus est visus sermo in oculis eorum. Et destinauerunt quidam de populo, & abierunt ad regem: & dedit illis potestatem faciendi iustitias gentium. Et ædificauerunt gymnasiũ in Hierosolymis secundum leges nationum: & fecerunt sibi præputia: & recesserunt à testamento sancto: & iuncti sunt nationibus: & venundati sunt, vt facerent malum. Et paratum est regnum in conspectu Antiochi: & consilium E cepit regnare in Ægypto; vt regnaret super duo regna. Et intrauit in Ægyptum in multitudine graui, in curribus, & elephantis, & equitibus, & in classe magna. Et [c] constituit bellum aduersus Ptolemæum regem Ægypti: & veritus est Ptolemæus à facie eius, & fugit: & ceciderunt vulnerati multi. Et comprehenderunt ciuitates munitas in terra Ægypti: & accepit spolia terræ Ægypti. Et conuertit Antiochus, postquam percussit Aegyptum in centesimo & quadragesimo & tertio anno. Et ascendit ad Israel, & [d] ascendit in Hierusalem

A salem in multitudine graui. Et * intrauit in sanctificationem cum superbia: & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuersa vasa eius, & mensam propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentum aureum, quod in facie templi erat: & comminuit omnia. Et accepit argentum, & aurum, & vasa concupiscibilia: & accepit thesauros occultos, quos inuenit. Et sublatis omnibus abijt in terram suam. Et fecit cædem hominum: & loquutus est superbiam magnam. Et factus est planctus magnus in Israel in omni loco eorum. Et ingemuerunt principes, & seniores: virgines, & iuuenes infirmati sunt: & speciositas mulierum immutata est. Omnis sponsus sumpsit lamentum: & quæ sedebat in toro maritali, lugebat. Et commota est B terra super habitantes in ea: & vniuersa domus Iacob induit confusionem. Et post duos annos dierum misit rex principem tributorum in ciuitates Iuda: & venit Hierusalem cum turba magna: & loquutus est ad eos verba pacifica in dolo: & crediderunt ei. Et irruit super ciuitatem repente: & percussit eam plaga magna: & perdidit populum multum ex Israel. Et accepit spolia ciuitatis, & succendit eam igni, & destruxit domos eius, & muros eius in circuitu. Et captiuas fecerunt mulieres, & natos: & pecora possederunt. Et ædificauerunt ciuitatem Dauid muro magno, & firmo, turribus firmis: & facta est illis in arcem. Et posuerunt illic gentem peccatricem, viros iniquos: & conualuerunt in ea. Et po- C suerunt arma, & escas; & congregauerunt spolia Hierusalem, & reposuerunt illic. Et facti sunt in laqueum magnum: & factum est hoc ad insidias sanctificationis, & in diabolum malum Israeli semper. Et effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis: & contaminauerunt sanctificationem. Et fugerunt habitatores Hierusalem propter eos: & facta est habitatio exterorum: & facta est extera geniminibus suis: & nati eius reliquerunt eam. Sanctificatio eius desolata est, sicut solitudo: dies festi eius conuersi sunt in luctum, sabbata eius in opprobrium, honor eius in nihilum. Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius: & sublimitas eius conuersa est in luctum. Et scripsit rex D Antiochus omni regno suo, vt essent omnes populus vnus, & relinqueret vnusquisque leges suas. Et consenserunt omnes gentes secundum verbum regis. Et multi ex Israel consenserunt religioni eius, & sacrificauerunt idolis, & coinquinauerunt sabbatum. Et misit rex libros per manum nunciorum in Hierusalem, & ciuitates Iuda, vt sequerentur leges exterorum terræ: & prohiberent holocausta, & sacrificium, & libationem ex sanctificatione, & coinquinarent sabbata, & dies solennes, & pollueręt sanctificationem, & sanctos: ædificarent aras, & ¶ templa, & Idolia, & immolarent suilla, & pecora communia: & relinquerent filios suos incircuncisos, coinquinarent animas eorum in omni immunditia, & abo- E minatione; ita vt obliuiscerentur legem, & immutarent omnes iustificationes. Et quicumque non fecerit secundum verbum regis, morietur. Secundum omnia verba hæc scripsit omni regno suo: & fecit * visitatores super omnem populum. Et iussit ciuitatibus Iuda sacrificare per ciuitatem, & ciuitatem. Et congregati sunt de populo ad eos multi, omnis, qui dereliquerat legem, & fecerant mala super terram. Et posuerunt Israel in abditis in omni confugio eorum. Et die quintadecima Casleu quinto & quadragesimo & * centesimo anno ædificauerunt abominationem desolationis super altare: & in ciuitatibus Iuda in circuitu

ædificauerunt aras: & ante ianuas domorum, & in plateis incendebant thura. Et libros legis, quos inuenerunt, combusserunt igni, scindentes eos. Et apud quemcumque inueniebatur liber testamenti, & si quis consentiebat legi, edictum regis θ occidebat illum. In virtute sua faciebant sic Israeli, his, qui inueniebantur in omni mense, & mense in ciuitatibus. Et quinta & vigesima mensis sacrificabant super arã, quæ erat ι super altare. Et mulieres, quæ circuncidebant filios suos, trucidabant iuxta edictum: & suspendebant pueros à ceruicibus ipsorum, & domos eorum diripiebant, & eos, qui circunciderant illos, trucidabant. Et multi in Israel confirmarunt se, et munierunt in seipsis, vt non manducarent communia. Et elegerunt magis mori, vt non coinquinarentur cibis, & non polluerent testamentum sanctum. Et mortui sunt: & facta est ira magna super Israel valde.

α Regiones, & gentes.] *In Compl. est*, χωρῶν ἐθνῶν, *& in vulgata*, regiones gentium. β Tyrannos.] *Ita etiam vulgata. In quibusdam est*, τυραννιῶν, tyrannides. γ Constituit.] *Corrigendum in nostra*, συνεστήσατο, *quamuis huiusmodi varietates à singulari ad numerum multitudinis sæpe occurrunt.* δ Et ascendit in Hierusalem.] *In quibusdam est tantum*, καὶ ἱεροσόλυμα. *Sed vulgata*, & ascendit Hierosolymam. ε Intrauit.] *Et hic corrigendum*, εἰσῆλθεν. ζ Templa.] *Sic vulgata. Notat tamen S. Hier. vt alibi notatum est*, τεμένη, *proprie esse delubra dæmontib. dicata.* η Visitatores.] *Sic visum est vertendum, quemadmodum & alibi illud* ἐπισκόπους, *quamuis vulgata habeat*, principes. * Et centesimo.] *Abest à nonnullis & græcis, & latinis.* θ Occidebat.] *Compl.* ἐθανάτουν, *& ita vertunt*, edicto regis occidebant. ι Super altare.] *Hoc solet significare* ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, *sed vulgata habet*, contra altare: *neque est inusitatum* ἐπὶ, *valere*, contra.

CAP. II.

IN diebus illis surrexit Mattathias filius Ioannis filij Symeonis sacerdos ex filijs Ioarib ab Hierusalem: et consedit in Modin. Et habebat filios quinque: Ioannem, qui cognominabatur Caddis; Simonem, qui vocabatur Thasi; Iudam, qui cognominabatur Maccabæus; Eleazarum, qui cognominabatur Auaran; Ionathan, qui cognominabatur Apphus. Et vidit blasphemias, quæ fiebant in Iuda, et in Hierusalem, et dixit: Væ mihi; vt quid natus sum videre contritionem populi mei, et contritionem ciuitatis sanctæ, et sedere illic, cum datur in manu inimicorum, et sanctuarium in manu extraneorum? Factũ est templum eius, sicut homo ignobilis: vasa gloriæ eius captiua abducta sunt: trucidati sunt infantes eius in plateis; iuuenes eius in gladio inimici. Quæ gens non hæreditauit regnum eius, & non obtinuit spolia eius? Omnis compositio eius ablata est: quæ erat libera, facta est ancilla. Et ecce sancta nostra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra desolata est: & coinquinauerunt ea gentes. Quo ergo nobis adhuc viuere? Et scidit vestimenta sua Mattathias, & filij eius: & operuerunt se cilicijs, & planxerunt valde. Et venerunt qui missi erant à rege, qui cogebant ad apostasiam, in Modin ciuitatem; vt sacrificarent. Et multi de Israel accesserunt ad eos. Et Mattathias, & filij eius congregati sunt. Et responderunt, qui missi erant à rege, & dixerunt Mattathiæ dicentes: Princeps, & clarissimus, & magnus es in ciuitate hac, & confirmatus in filijs, & fratribus. Nunc ergo accede primus, & fac iussum regis, sicut fecerunt omnes gentes, & viri Iuda, & qui remanserunt in Hierusalem. Et erit tu, & domus tua inter amicos regis: & tu, & filij tui glorificabimini argento, & auro, & muneribus multis. Et respondit Mattathias, & dixit magna voce: Etsi omnes gentes, quæ sunt in domo

domo regni regis, obediunt ei, vt discedat vnusquisque à seruitute legis patrum suorum, & consenserunt mandatis eius; attamen ego, & filij mei, & fratres mei ambulabimus in testamento patrum nostrorum. Propitius sit nobis, relinquere legem, & iustificationes. Non audiemus verba regis, transgredientes religionem nostram in dexteram, vel in sinistram. Et, vt cessauit loqui verba hæc; accessit vir Iudæus in oculis omnium sacrificare super aram, quæ in Modin secundum iussum regis. Et vidit Mattathias, & zelauit: & contremuerunt renes eius, & affectus est furore secundum iudicium: & currens iugulauit eum super aram. Et virum regis, qui cogebat immolare, occidit in tempore illo, & aram destruxit: & zelatus est legem, sicut fecit Phinees Zambri filio Salom. Et

B exclamauit Mattathias in ciuitate voce magna, dicens: Omnis, qui zelum habet legis, & statuit testamentum, exeat post me. Et fugerunt ipse, & filij eius in montes: & reliquerunt quæcumque habebant in ciuitate. Tunc descenderunt multi quærentes iustitiam, & iudicium, in desertum, sedentes ibi, ipsi, & filij eorum, & mulieres eorum, & pecora eorum: quoniam inundauerunt super eos mala. Et renunciatum est viris regis, & exercitibus, qui erant in Hierusalem ciuitate Dauid, quoniam descenderunt viri quidam; qui dissipauerant mandatum regis, in loca occulta in deserto: & cucurrerunt post eos multi. Et assequuti eos castrametati sunt super eos, & constituerunt aduersus eos prælium in die

C sabbatorum: & dixerunt ad eos: Vsque nunc sufficiat. Exite, & facite secundum verbum regis, & viuetis. Et dixerunt: Non exibimus, neque faciemus verbum regis, vt polluamus diem sabbatorum. Et concitauerunt aduersus eos prælium. Et non responderunt eis, nec lapidem miserunt in eos, nec oppilauerunt loca occulta, dicentes: Moriamur omnes in simplicitate nostra. Testis est super vos cælum, & terra, quòd iniuste perditis nos. Et intulerunt illis bellum sabbatis; & mortui sunt ipsi, & vxores eorum, & filij eorum, & pecora eorum vsque ad mille animas hominum. Et cognouit Mattathias, & amici eius: & luctũ habuerunt super eos vsque valde. Et dixit vir proximo suo: Si omnes feceri-

D mus, sicut fratres nostri fecerunt, & non pugnauerimus aduersus gentes pro animabus nostris, & iustificationibus nostris; nunc citius disperdent nos à terra. Et cogitauerunt in die illa, dicentes: Omnis homo, quicumque venerit ad nos in bello, die sabbatorum; pugnemus aduersus eum: & non moriamur omnes; sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. Tunc congregata est ad eos synagoga Iudæorum, fortes viribus ex Israel, omnis voluntarius in lege. Et omnes, qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos: & facti sunt illis ad firmamentum. Et collegerunt exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatione sua. Et cæteri fugerunt ad nationes, vt euaderent. Et circuiuit

E Mattathias, & amici eius, & destruxerunt aras. Et circunciderunt pueros incircuncisos, quotquot inuenerunt in finibus Israel, in fortitudine. Et persequuti sunt filios superbiæ, & prosperatum est opus in manibus eorum. Et obtinuerunt legem de manu gentium, & de manu regum: & non dederunt cornu peccatori. Et appropinquauerunt dies Mattathiæ moriendi: & dixit filijs suis: Nunc confortata est superbia, & castigatio, & tempus euersionis, & ira indignationis. Nunc ergo filij æmulatores estote legis: & date animas vestras pro testamento patrum nostrorum. Mementote operum patrum nostrorum

ſtrorum, quæ fecerunt in generationibus ſuis: & accipite gloriam magnam, & nomen æternum. Abraam nonne in tentatione inuentus eſt fidelis, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam? Ioſeph in tempore anguſtiæ ſuæ cuſtodiuit mandatum: & factus eſt dominus Ægypti. Phinees pater noſter zelando zelum accepit teſtamentum ſacerdotij æterni. Ieſus, dum impleuit verbum, factus eſt iudex in Iſrael. Caleb, dum teſtificatur in Eccleſia, accepit terræ hæreditatem. Dauid in ſua miſericordia conſequutus eſt ſedem regni in ſeculum ſeculi. Helias, dum zelat zelum legis, receptus eſt vſque in cælum. Ananias, Azarias, Miſael credentes liberati ſunt de flamma. Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum. Et ita cogitate per generationem, et generationem, quia omnes, qui ſperant in eum, non infirmabuntur. Et à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius in ſtercus, & in vermes: hodie extolletur, & cras non inuenietur: quia reuerſus eſt in puluerem ſuum, & cogitatio eius perijt. Vos ergo filij confortamini, & viriliter agite in lege: quia in ipſa glorioſi eritis. Et ecce Symeon frater veſter ſcio quòd vir conſilij eſt: ipſum audite omnibus diebus: ipſe vobis erit in patrem. Et Iudas Maccabæus fortis viribus à iuuentute ſua, hic vobis erit princeps militiæ, & bellabit γ bellum populorum. Et vos adducite ad vos omnes factores legis: & vindicate vindictam populi veſtri. Retribuite retributionem gentibus: & intendite in præcepta legis. Et benedixit eos: et appoſitus eſt ad patres ſuos. Et defunctus eſt ſexto & quadrageſimo & centeſimo anno: & ſepultus eſt à filijs ſuis in ſepulchris patrum ſuorum in Modin: & planxerunt eum omnis Iſrael planctu magno.

α Propitius ſit nobis, relinquere.] *Eſt vis quædam negationis in hoc hebraiſmo: quare vulgata ſic expleuit hunc locum.* Propitius ſit nobis Deus: non eſt nobis vtile relinquere. β Iudæorum.] *Ita etiam vulgata. Plerique codices,* ἀσιδαίων, Aſidæorum. γ Bellum.] *Corrigendum in noſtra,* πόλεμον.

CAP. III.

ET ſurrexit Iudas, qui vocabatur Maccabæus filius eius pro eo. Et adiuuabant eum omnes fratres eius, & vniuerſi, qui ſe coniunxerant patri eius, & præliabantur prælium Iſrael cum lætitia. Et dilatauit gloriam populo ſuo, & induit ſe loricam, ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma bellica ſua: & commiſit prælia protegens caſtra in gladio. Et ſimilis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicut catulus leonis rugiens in venationem. Et perſequutus eſt iniquos, perſcrutans: & qui conturbabant populum ſuum, eos ſuccendit flammis. Et compulſi ſunt iniqui à timore eius: & omnes operarij iniquitatis conturbati ſunt: et directa eſt ſalus in manu eius. Et exacerbabat reges multos: et lætificabat Iacob in operibus ſuis: et in ſeculum memoria eius in benedictione. Et perambulabat ciuitates Iuda, et perdidit impios ex ea: et auertit iram ab Iſrael. Et nominatus eſt vſque ad nouiſsimum terræ: et congregauit pereuntes. Et congregauit Apollonius gentes, et à Samaria virtutem magnam ad bellandum contra Iſrael. Et cognouit Iudas, et exiuit obuiam illi: et percuſsit illum, et occidit illum: et ceciderunt vulnerati multi: et reliqui fugerunt. Et accepit ſpolia eorum: et gladium Apollonij abſtulit Iudas: & erat pugnans in eo omnibus diebus. Et audiuit Seron princeps exercitus Syriæ, quòd congregauit Iudas congregationem, & eccle-

A et ecclesiam fidelium secum exeuntium in prælium; et ait: Faciam mihi nomē, et glorificabor in regno: et debellabo Iudam, et eos, qui cum ipso sunt, qui spernebant verbum regis. Et præparauit se ad ascendendum: & ascenderunt cum eo castra impiorum fortia auxiliari ei, & facere vindictam in filios Israel. Et appropinquauerunt vsque ad ascensum Bæthoron. Et exiuit Iudas obuiam illis cum paucis. Vt autem viderunt exercitum venientem sibi obuiam; dixerunt Iudæ: Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem hanc tantam, fortem; & nos fatigati sumus ieiunio hodie? Et ait Iudas: Facile est concludi multos in manibus paucorum: & non est differentia in conspectu * Dei cæli liberare in multis, aut in paucis: quoniam non in multitudine exercitus victoria
B belli est: sed de cælo fortitudo. Ipsi veniunt ad nos in multitudine contumeliæ, & iniquitatis; vt disperdant nos, & vxores nostras, & filios nostros, vt spolient nos. Nos vero pugnamus pro animabus nostris, & legibus nostris. Et ipse conteret eos ante faciem nostram. Vos autem ne timueritis eos. Vt cessauit autem loqui; insiluit in eos subito: & contritus est Seron, & exercitus eius in conspectu ipsius. Et persequutus est eum in descensu Bæthoron vsque in campum: & ceciderunt ex eis octingenti circiter viri: reliqui autem fugerunt in terram Phylistijm. Et cepit timor Iudæ, & fratrum eius, & formido cadere super gentes, quæ in circuitu eorum. Et peruenit vsque ad regem nomen eius: & de prælijs Iudæ
C narrabant omnes gentes. Vt audiuit autem rex Antiochus sermones istos, iratus est animo: & misit, & congregauit exercitum vniuersum regni sui, castra fortia valde. Et aperuit ærarium suum, & dedit stipendia exercitui suo in annum: & mandauit, vt * essent parati ad omnem vsum. Et vidit, quòd defecit pecunia de thesauris, & ʸ collectores tributorum regionis pauci propter dissensionem; & plagam, quam fecit in terra; vt tolleret legitima, quæ erant à primis diebus. Et timuit, ne non haberet, vt semel, & bis, in sumptus, & donaria, quæ dederat ante larga manu: & abundauerat super reges, qui antea fuerant. Et consternatus erat animo suo valde: & cogitauit ire in Persidem, & accipere tributa regionū,
D & congregare argentum multum. Et reliquit Lysiam hominem nobilem, & de genere regali super negocia regia à flumine Euphrate vsque ad fines Ægypti: et vt nutriret Antiochum filium suum, donec rediret. Et tradidit ei dimidium exercituum, & elephantos, & mandauit ei de omnibus, quæ volebat, & de inhabitantibus Iudæam, & Hierusalem: vt mitteret ad eos exercitum ad conterendam, & extirpandam virtutem Israel, & reliquias Hierusalem, & auferendam memoriam eorum de loco: & vt constitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum, & sorte distribueret terram eorum. Et rex assumpsit dimidium exercitus residuum: & exiuit ab Antiochia, à ciuitate regni sui
E anno septimo & quadragesimo & centesimo: & transfretauit Euphratem flumen: & perambulabat superiores regiones. Et elegit Lysias Ptolemæum filium Borymenis, & Nicanorem, & Gorgiam viros potentes ex amicis regis. Et misit cum eis quadraginta millia virorum, & septem millia equitum, vt venirent in terram Iuda, & disperderent eam secundum verbum regis. Et processerunt cum vniuersa virtute sua, & venerunt, & applicuerunt prope Emmaum in terra campestri. Et audierunt mercatores regionis nomen eorum: & acceperunt argentum, & aurum multum valde, & pueros: & venerunt in castra; vt acciperent filios

filios Iſrael in ſeruos. Et additi ſunt ad eos exercitus Syriæ, & terræ alienigenarum. Et vidit Iudas, & fratres eius, quia multiplicata ſunt mala, & exercitus caſtrametabantur in finibus ipſorum, & cognouerunt verba regis, quæ mandauit populo facere in interitum, & conſummationem. Et dixit vnuſquiſque ad proximum ſuum: Erigamus deiectionem populi noſtri, & pugnemus pro populo noſtro, & ſanctis. Et congregatus eſt conuentus, vt eſſent parati in prælium, & vt orarent, & peterent miſericordiam, & miſerationes. Et Hieruſalem erat inhabitata, ſicut deſertũ: non erat, qui ingrederetur, & egrederetur de natis eius: et ſanctum conculcabatur: & filij alienigenarum erant in arce: ibi erat habitatio gentibus. Et ablata eſt voluptas à Iacob: & defecit tibia, & cithara. Et congregati ſunt, et venerunt in Maſſepha contra Hieruſalem: quia locus orationis erat in Maſſepha antea Iſraeli. Et ieiunauerunt illa die, & induerunt ſe cilicijs, et cinere ſuper capita ſua, et diſciderunt veſtimenta ſua. Et expanderunt [δ] librum legis, de quibus ſcrutabantur gentes ſimilitudines ſimulachrorum ſuorum. Et attulerunt veſtimenta ſacerdotalia, et primitias, et decimas: et ſuſcitauerunt Naziræos: qui impleuerunt dies. Et clamauerunt voce in cælum, dicentes: Quid faciemus iſtis, et quo eos ducemus? Et ſancta tua conculcata ſunt, et contaminata ſunt: et ſacerdotes tui in luctu, et humilitate. Et ecce nationes conuenerunt aduerſum nos, vt nos diſperdant. Tu ſcis, quæ cogitant in nos. Quomodo poterimus ſubſiſtere ante faciem eorum, niſi tu adiuues nos? Et cecinerunt tubis, et exclamauerunt voce magna. Et poſt hæc conſtituit Iudas duces populi, tribunos, et centuriones, et pentacontarchos, et decuriones. Et dixerunt his, qui ædificabant domos, et ſponſabant vxores, et plantabant vineas, et formidoloſis, vt redirent vnuſquiſque in domum ſuam ſecundum legem. Et mouerunt caſtra, et collocauerunt ad Auſtrum Emmaum. Et ait Iudas: Accingimini, et eſtote filij potentes, et eſtote parati in mane, vt pugnetis aduerſus nationes has, quæ conuenerunt ſuper nos diſperdere nos, et ſancta noſtra. Quoniam melius eſt nos mori in bello, quàm videre mala gentis noſtræ, et ſanctorum. Sicut autem fuerit voluntas in cælo, ſic faciat.

[α] Dei cæli.] *Sic etiam vulgata. A quibuſdam abeſt illud,* Dei: *contrà à quibuſdam illud,* cæli. [β] Vt eſſent parati.] *Nonnulli,* αὐτοῖς εἰς ἐνιαυτὸν εἶναι ἑτοίμως, illis, vt eſſent parati in annum. *A vulgata etiam abeſt,* in annum. [γ] Collectores tributorum regionis pauci.] *In aliquo eſt,* καὶ οἱ φόροι τῆς χώρας ὀλίγοι, *ac vulgata,* & tributa regionis modica. [δ] Librum legis, de quibus ſcrutabantur gentes.] *In vulgata eſt,* libros. *In pleriſque vero codicibus ſequitur,* τοῦ ἐπιγράφειν ἐπ' αὐτῶν, vt inſcriberent in ipſis.

CAP. IV.

ET [α] aſſumpſit Gorgias quinque millia virorum, & mille equites electos: & mouerunt caſtra nocte: vt applicarent ad caſtra Iudæorum, & percuterent eos ſubito. Et filij arcis erant illi duces itineris. Et audiuit Iudas, & ſurrexit ipſe, & potẽtes percutere virtutem regis, quæ erat in Emmaum: adhuc enim diſperſi erant exercitus à caſtris. Et venit Gorgias in caſtra Iudæ noctu, & neminem inuenit. Et quærebat eos in montibus: quoniam dixit: Fugiunt hi à nobis. Et ſimul cum die apparuit Iudas in campo cum tribus millibus virorum: [β] tantum tegumenta, et gladios non habebant, ſicut volebant. Et viderunt caſtra gentium valida, loricata, & equitatum in circuitu eorum: & hi docti ad prælium.

A prælium. Et ait Iudas viris, qui secum erant: Ne timueritis multitudinem eorũ, & impetum eorum ne formidetis. Mementote, qualiter saluati sunt patres nostri in mari rubro, cum sequeretur eos Pharao cum exercitu. Et nunc clamemus in cælum, si quo modo miserebitur nostri, & memor erit testamenti patrum nostrorum, & conteret exercitum istum ante faciem nostram hodie. Et scient omnes gentes, quia est, qui redimat, & liberet Israel. Et eleuauerunt alienigenæ oculos suos, & viderunt eos venientes ex aduerso: & exierunt de castris in prælium. Et tuba cecinerunt, qui erant ^y cum Iuda: & congressi sunt: & contritæ sunt gentes, & fugerunt in campum. Nouissimi autem omnes ceciderunt in gladio.
B Et persequuti sunt eos vsque ^d Gazeron, & vsque in campos Idumææ, & Azoti, & Iamniæ: & ceciderunt ex illis ad tria millia virorum. Et reuersus est Iudas, & exercitus à sequendo post eos, dixitque ad populum: Non concupiscatis spolia: quia bellum contra nos est: & Gorgias, & exercitus eius prope nos in monte. Sed state nunc contra inimicos nostros, & expugnate eos: & sumetis postea spolia secure. Adhuc loquente Iuda hæc, apparuit pars quædam prospiciens de monte: & vidit, quòd in fugam conuersi sunt, & succendunt, ^e qui circa Iudam, castra: fumus enim qui videbatur, declarabat quod factum est. Quibus illi conspectis timuerunt valde: aspicientes autem simul & Iudæ exercitum in campo
C paratum ad prælium, fugerunt omnes in terram alienigenarum. Et Iudas reuersus est ad spolia castrorum: & acceperunt aurum multum, & argentum, & hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnas. Et conuersi hymnum canebant, & benedicebant Dominum in cælum, quoniam bonum, quoniam in seculum misericordia eius. Et facta est salus magna Israeli in die illa. Quicumque autem alienigenarum euaserunt; aduenientes nunciauerũt Lysiæ vniuersa, quæ acciderant. Quibus ille auditis, consternatus animo deficiebat: quòd non qualia voluit, talia contigerunt Israeli: & non qualia mandauit ei rex, talia euenerunt. Et in ^f proximo anno congregauit Lysias virorum electorum sexaginta
D millia, & equitum quinque millia; vt debellaret eos. Et venerunt in ^g Idumæam, & castra posuerunt in Bæthsuris. Et occurrit illis Iudas cum decem millibus viris. Et vidit exercitum fortem, & orauit, & dixit: Benedictus es saluator Israel, qui contriuisti impetum potentis in manu serui tui Dauid, & tradidisti castra alienigenarum in manus Ionathæ filij Saul, & armigeri eius. Conclude exercitum istum in manu populi tui Israel: & confundatur in virtute, & equitatu suo. Da illis formidinem, & tabefac audaciam virtutis eorum; & commoueantur contritione sua. Deijce illos gladio diligentium te: & collaudent te omnes, qui nouerunt nomen tuum, in hymnis. Et commiserunt prælium inter se: & ceciderunt de exercitu Lysiæ ad quinque millia virorum: & ceciderunt ex aduerso ip-
E sorum. Videns autem Lysias fugam aciei suæ, eius autem, quæ Iudæ, audaciam, & quòd parati sunt aut viuere, aut mori generose; abijt Antiochiam, & colligebat externos milites: & cum multiplicasset priorem exercitum, cogitabat rursus venire in Iudæam. Dixit autem Iudas, & fratres eius: Ecce contriti sunt inimici nostri: ascendamus mundare sancta, & renouare. Et congregatus est omnis exercitus: & ascenderunt in montem Sion. Et viderunt sanctificationem desertam, & altare prophanatum, & portas exustas, & in atrijs virgulta nata, sicut in saltu,

in saltu, vel sicut in vno ex montibus, & pastophoria diruta. Et sciderunt vestimenta sua, & planxerunt planctu magno, & imposuerunt cinerem super caput suum: & ceciderunt in faciem super terram. Et exclamauerunt tubis signorum, & clamauerunt in cælum. Tunc ordinauit Iudas viros, vt pugnarent aduersus eos, qui erant in arce; donec emundaret sancta. Et elegit sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege. Et mundauerunt sancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum. Et cogitauerunt de altari holocaustorum, quod prophanatum erat, quid de eo facerent. Et incidit [θ] illis consilium bonum, vt destruerent illud, ne forte illis esset in oppobrium: quia contaminauerant illud gentes. Et demoliti sunt altare: & reposuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoadusque veniret propheta, & responderet de eis. Et acceperunt lapides integros secundum legem, & ædificauerunt altare nouum secundum illud, quod fuit prius. Et ædificauerunt sancta, & quæ intra domum, & atria sanctificauerunt: & fecerunt vasa sancta noua: & intulerunt candelabrũ, & altare incensorum, & mensam in templum. Et incensum posuerunt super altare, & accenderunt lucernas, quæ supra candelabrum erant: & lucebant in templo. Et posuerunt super mensam panes: & expanderunt velamina: & consummauerunt omnia opera, quæ fecerant. Et ante matutinum surrexerunt quinta & vigesima die mensis noui: hic est mensis Chasleu octaui & quadragesimi & centesimi anni. Et obtulerunt sacrificium secundum legem super altare holocaustorum nouum, quod fecerant. Secundum tempus, & secundum diem, in qua contaminauerant illud gentes; in ipsa renouatum est in canticis, & citharis, & cinyris, & cymbalis. Et cecidit omnis populus in faciem; & adorauerunt, & benedixerunt in cælum eum, qui prosperauit eis. Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo: & obtulerunt holocausta cum lætitia: & sacrificauerunt sacrificium salutaris, & laudis. Et ornauerunt faciem templi coronis aureis, & scutulis: & dedicauerunt portas, & pastophoria: & imposuerunt eis ianuas. Et facta est lætitia in populo magna valde: & auersum est opprobrium gentium. Et statuit Iudas, & fratres eius, & vniuersa Ecclesia Israel, vt agantur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab anno in annum per dies octo à quinta & vigesima die mensis Chasleu cum lætitia, & gaudio. Et ædificauerunt in tempore illo montem Sion, per circuitum muros altos, & turres firmas; ne quando venirent gentes, & conculcarent ea, sicut antea fecerant. Et collocauit illic exercitum, vt seruaret eum: & munierunt eum ad custodiendam Bæthsuram; vt haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

α Assumpsit.] *Sic etiam vulgata. In quibusdam est,* παρενέβαλε, instruxit, in aciem redegit. β Tantum tegumenta.] *In nonnullis est,* πλὴν καλυμμάτων, καὶ μαχαιρῶν, præter tegumenta, & gladios. *Vulgata illud,* tantum, *coniungit cum antecedentibus,* cum tribus millibus virorum tantum. *Deinde sequitur:* qui tegumenta, & gladios non habebant. γ Cum Iuda.] *Sic etiam vulgata. Alij quidam,* παρὰ Ἰούδα, apud Iudam. δ Gazeron.] *Vulgata,* Gezeron. *Alij codices,* ἀσαρημώθ, Assaremoth. ε Qui circa Iudam.] *Addendum est ex codice, quem potissimum in his libris sequuti sumus, & multis alijs,* οἱ περὶ Ἰούδαν. *Fieri tamen potest, vt sint addita ad explicationem, quemadmodum sæpe multa huiusmodi. Nam & in vno codice paulo ante est,* μέρος τι ἀυτῶν ἐκ τοῦ ὄρους τῶν μετ' Γοργίου. *Vulgata quidem ita habet.* Et vidit Gorgias, quod in fugam conuersi sunt sui, & succensa sunt castra. ζ Proximo.] *Alij,* ἐχομένῳ, *& vulgata,* sequenti. η Idumæam.] *Ita omnes collati codices. Vulgata autem,* Iudæam. θ Illis.] *Corrigendum in nostra* αὐτοῖς. *Vulgata,* illi.

CAP. V.

A

ET factum est, vt audierunt gentes in circuitu, quia ædificatum est altare, & renouatum est sanctuarium, sicut prius; iratæ sunt valde. Et cogitabant tollere genus Iacob, qui erant inter eos: & ceperunt occidere de populo, & tollere. Et bellabat Iudas aduersus filios Esau in Idumæa ipsam Acrabattinã: quia circunsedebant Israelitas; & percussit eos plaga magna; & compressit eos, & cepit spolia eorum. Et recordatus est malitiæ filiorum Bæan, qui erant populo in laqueum, & in scandalum, insidiantes ei in vijs. Et conclusi sunt ab eo in turribus: & applicuit ad eos: & anathematizauit eos, & incendit turres eius igni cum omnibus, qui in eis erant. Et transiuit ad filios Ammon, & inuenit manum fortem, & populum copiosum, & Timotheum ducem ipsorum. Et commisit cum eis prælia multa: & contriti sunt in conspectu eius: & percussit eos. Et cepit Gazer, & filias eius: & reuersus est in Iudæam. Et congregatæ sunt gentes, quæ in Galaad, aduersus Israelitas, qui erant in finibus eorum, vt tollerent eos. Et fugerunt in Dathema munitionem, & miserunt literas ad Iudam, & fratres eius, dicentes: Congregatæ sunt aduersum nos gentes, quæ in circuitu nostro, vt nos auferant: & parant venire, & occupare munitionem, in quam confugimus: & Timotheus est dux exercitus eorum. Nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorum: quia cecidit multitudo de nobis: & omnes fratres nostri, qui erant in locis Tobiu, interfecti sunt; & captiuas duxerunt vxores eorum, & natos eorum, & supellectilem: & peremerunt illic fere mille viros. Adhuc epistolæ legebantur: & ecce alij nuncij venerunt de Galilæa conscissis vestibus, nunciantes secundum verba hæc, dicentes conuenisse aduersum se à Ptolemaide, & Tyro, & Sidone, & omni Galilæa alienigenarum, vt nos consumant. Vt audiuit autem Iudas, & populus sermones istos; conuenit Ecclesia magna cogitare, quid facerent fratribus suis, qui in tribulatione erant, & expugnabantur ab eis. Dixitque Iudas Simoni fratri suo: Elige tibi viros, & vade, & libera fratres tuos, qui in Galilæa. Ego autem, & Ionathan frater meus ibimus in Galaaditin. Et reliquit Iosephum filium Zachariæ, & Azariam duces populi cum residuo exercitu in Iudæa ad custodiam. Et præcepit illis, dicens: Præestote populo huic: & nolite bellum committere aduersum gentes, donec nos reuertamur. Et distributa sunt Simoni virorum tria millia, vt iret in Galilæam: Iudæ autem octo millia virorum in Galaaditim. Et abijt Simon in Galilæam: & commisit prælia multa cum gentibus; & contritæ sunt gentes à facie eius: & persequutus est eos vsque ad portã Ptolemaidis. Et ceciderunt de gentibus fere tria millia virorum; & accepit spolia eorum. Et assumpsit eos, qui erant in Galilæa, & in Arbattis, cum vxoribus, & natis, & omnibus, quæ erant illis: & adduxit in Iudæam cum lætitia magna. Et Iudas Maccabæus, & Ionathan frater eius transierunt Iordanem, & abierunt viã trium dierum in deserto: & facti sunt obuiam Nabathæis; & occurrerunt eis pacifice: & narrauerunt eis omnia, quæ acciderãt fratribus eorum in Galaaditide: & quia multi ex eis comprehensi sunt in Bosora, & Bosor, in Alimis, Chasphor, Maced, & Carnain: hæ omnes ciuitates munitæ, & magnæ: et in cæteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur comprehensi: et in crastinum constituunt admouere exercitum ad munitiones, et comprehendere, et tollere omnes hos in vna die.

B C D E

Et conuertit Iudas, et exercitus eius via in desertum in Bosor repente: et occupauit ciuitatem: et occidit omnem masculum in ore gladij, et accepit omnia spolia eorum: et succendit eam igni. Et surrexit inde nocte: et ibat vsque ad munitionem. Et factum est diluculum: et eleuauerunt oculos suos; et ecce populus multus, cuius non erat numerus, portantes scalas, et machinas, vt comprehenderent munitiones: et expugnabant eos. Et vidit Iudas, quia cepit bellum: et clamor ciuitatis ascendit ad cælum tubis, et voce magna. Et dixit viris exercitus: Pugnate hodie pro fratribus vestris. Et exijt tribus ordinibus post eos: et exclamauerunt tubis, et clamauerent in oratione. Et cognouerunt castra Timothei, quia Maccabæus est: et refugerunt à facie eius. Et percussit eos plaga magna: et ceciderunt ex eis in die illa fere octo millia virorum. Et diuertit in Maspha, et expugnauit eam, et cepit eam, et occidit omnem masculum eius: et sumpsit spolia eius: et succendit eam igni. Inde perrexit, et cepit Chasphon, Maced, Bosor, et reliquas ciuitates Galaaditidis. Post hæc autem verba congregauit Timotheus exercitum alium, et castra posuit contra Raphon trans torrentem. Et misit Iudas speculari exercitum: et nunciauerunt ei dicentes: Conuenerunt ad eos omnes gentes, quæ in circuitu nostro sunt, exercitus multus nimis. Et Arabas conduxit in auxilium sibi: et castra posuerunt trans torrentem, parati ad te venire in prælium. Et abijt Iudas obuiam illis. Et ait Timotheus principibus exercitus sui: Cum appropinquauerit Iudas, et exercitus eius ad torrentem aquæ, si transierit ad nos prior; non poterimus sustinere eum: quia potens poterit aduersum nos. Si vero timuerit, et posuerit castra vltra flumen; transfretabimus ad eum, et poterimus aduersus illum. Vt autem appropinquauit Iudas ad torrentem aquæ, statuit scribas populi secus torrentem: et mandauit eis, dicens: Neminem hominum reliqueritis in castris: sed veniant omnes in prælium. Et transfretauit ad illos prior, et omnis populus post eum. Et contritæ sunt omnes gentes à facie eius: et proiecerũt arma sua, et fugerunt ad phanum, quod erat in Carnain. Et occupauerunt ipsam ciuitatem: et phanum succenderunt igni cum omnibus, quæ erant in ipso. Et oppressa est Carnain: et non potuerunt vltra sustinere contra faciem Iudæ. Et congregauit Iudas vniuersos Israelitas, qui erant in Galaaditide à minimo vsque ad maximum, & vxores eorum, & natos eorum, & apparatũ, castra magna valde, vt venirent in terram Iuda. Et venerunt vsque ad Ephron: & hæc ciuitas magna in ingressu munita valde: non erat declinare ab ea ad dexteram, vel sinistram: sed per medium eius iter erat. Et incluserunt se, qui erant de ciuitate, & obstruxerunt portas lapidibus. Et misit ad eos Iudas verba pacifica, dicens: Transibimus per terram tuam, vt eamus in terram nostram: & nemo vobis nocebit: tantum pedibus transibimus. Et nolebant ei aperire. Et præcepit Iudas prædicari in castris, vt applicarent vnusquisque, in quo erat loco. Et applicuerunt viri virtutis: & oppugnauerunt ciuitatem, tota die illa, & tota nocte. Et tradita est ciuitas in manibus eius. Et peremit omnem masculũ in ore gladij: & eradicauit eam: & accepit spolia eius: & transiuit per ciuitatem super interfectos. Et transgressi sunt Iordanem in campum magnum contra faciẽ Bæthsan. Et erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populũ per totã viam, donec venerunt in terrã Iuda. Et ascenderunt in montẽ Sion cum lætitia, & gaudio: & obtulerunt

A tulerunt holocausta; quòd nemo ex eis cecidisset, donec reuerterentur in pace. Et in diebus, quibus erat Iudas, & Ionathan in Galaad, & Simon frater eius in Galilæa contra faciem Ptolemaidis, audiuit Ioseph Zachariæ filius, & Azarias principes virtutis res bene gestas, & prælia, quæ facta sunt. Et dixit: Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersum gentes, quæ in circuitu nostro sunt. Et præceperunt his, qui erant in exercitu suo: & abierunt Iamniam. Et exiuit Gorgias de ciuitate, & viri eius obuiam illis in pugnam. Et fugati sunt Ioseph, & Azarias, & propulsati vsque in fines Iudææ. Et ceciderunt die illa de populo Israel ad duo millia viri: & facta est plaga magna in populo B Israel: quia non audierunt Iudam, & fratres eius, existimantes fortiter se facturos. Ipsi autem non erant de semine virorum illorum, quibus data est salus Israel per manum eorum. Et vir Iudas, & fratres eius glorificati sunt valde in conspectu omnis Israel, & gentium omnium, vbi audiebatur nomen eorum. Et conuenerunt ad eos, fausta acclamantes. Et exiuit Iudas, & fratres eius: & expugnabant filios Esau in terra, quæ ad Austrum est: & percusit Chebron, & filias eius: & destruxit munitionem eius: & turres eius succendit in circuitu. Et mouit castra, vt iret in terram alienigenarum: & perambulabat Samariam. In die illa ceciderunt sacerdotes γ in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine C consilio exeunt in prælium. Et declinauit Iudas in Azotum terram alienigenarum: & diruit aras eorum: & sculptilia Deorum eorum succendit igni: & cepit spolia ciuitatum: & reuersus est in terram Iuda.

α Eius.] *Idest terra, ac regionis. Vulgata*, eorum. β Diluculum.] *In aliquo codice est*, τῇ ἑωθινῇ ἀπῆραν, *quod propius accedit ad vulgatam*, diluculo cum eleuassent. γ In bello, dum volunt.] *Sic etiam vulgata. In quibusdam libris est*, πόλεων σκυλεύειν αὐτοῦ ἀνδραγαθῆσαι ἐν τῷ ἐξελθεῖν αὐτόν, ciuitatum, volente eo fortiter facere, dum ipse egreditur, *&c.*

CAP. VI.

D ET rex Antiochus perambulabat superiores regiones: & audiuit esse Elymaidem in Perside ciuitatem nobilissimam diuitijs, argentoque, & auro: templumque, quod in ea, locuples valde: & illic velamina aurea, & loricæ, & scuta, quæ reliquit ibi Alexander Philippi rex Macedo, qui regnauit primus in Græcis. Et venit, & quærebat capere ciuitatem, & deprædari eam: & non potuit; quoniam innotuit sermo his, qui erant de ciuitate. Et insurrexerunt in eum in prælium: & fugit, & abijt inde cum tristitia magna, vt reuerteretur Babyloniam. Et venit qui nunciaret ei in Perside, quia fugata sunt castra, quæ ierant in terram Iuda; & iuit Lysias cum virtute forti in primis, & E fugatus est à facie eorum, & inualuerunt armis, & viribus, & spolijs multis, quæ ceperunt de castris, quæ exciderunt, & diruerunt abominationem, quam ædificauerat super altare, quod erat in Hierusalem; & sanctificationem, sicut prius, circundederunt muris excelsis, & Bæthsuram ciuitatem suam. Et factum est, vt audiuit rex sermones istos; expauit, & commotus est valde: & decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia, quia non est factum sibi, sicut cogitabat. Et erat illic per dies multos: quia renouata est in eo tristitia magna: & arbitratus est se mori. Et vocauit omnes amicos suos, & dixit illis: Recessit

 somnus

somnus ab oculis meis, & concidi corde præ solicitudine: & dixi in corde meo: in quantam tribulationem deueni, & tempestatem magnam, in qua nunc sum? quia iucundus eram, & dilectus in potestate mea. Nunc vero reminiscor malorum, quæ feci in Hierusalem, & abstuli omnia vasa aurea, & argentea, quæ erant in ea: & misi auferre habitantes Iudæam sine causa. Cognoui ergo, quia propterea inuenerunt me mala ista: & ecce pereo tristitia magna in terra aliena. Et vocauit Philippum vnum de amicis suis, & præposuit eum super vniuersum regnum suum: & dedit ei diadema, & stolam suam, & annulum, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, vt regnaret. Et mortuus est illic Antiochus rex anno nono & quadragesimo & centesimo. Et cognouit Lysias, quoniam mortuus est rex, & constituit regnare Antiochum filium suum pro se, quem nutriuit adolescentem, & vocauit nomen eius Eupatorem. Et qui erant in arce, concluserant Israel in circuitu sanctorum, et quærebant mala semper, * et firmamentum gentibus. Et cogitauit Iudas disperdere eos: et conuocauit vniuersum populum, vt obsiderent eos. Et conuenerunt simul, & obsederunt eos anno centesimo quinquagesimo. Et fecit super eos balistas, et machinas. Et exierunt quidam ex eis de clausura: et adiunxerunt se illis aliqui impij ex Israel: et abierunt ad regem, et dixerunt: Quousque non facies iudicium, et vindicabis fratres nostros? Nos decreuimus seruire patri tuo, et ambulare in præceptis eius, et obsequi edictis eius. Et [c] obsessi sunt in arce filij populi nostri: propter hoc et alienant se à nobis: et quicumque inueniebantur ex nobis, interficiebantur, et hæreditates nostræ diripiebantur. Et non ad nos tantum extenderunt manum, sed et in omnes fines nostros. Et ecce applicuerunt hodie ad arcem in Hierusalem occupare eam; et sanctificationem, et Bæthsuram munierunt. Et, nisi præueneris eos velocius; maiora, quàm hæc, facient, et non poteris obtinere eos. Et iratus est rex, vt audiuit: et conuocauit omnes amicos suos, et principes exercitus sui, et eos, qui super equites erant. Et de regnis alijs, et de insulis maritimis venerunt ad eum exercitus conductitij. Et erat numerus exercituum eius centum millia peditum, & viginti millia equitum, & elephanti triginta duo docti ad prælium. Et venerunt per Idumæam, & applicuerunt ad Bæthsuram: & pugnauerunt dies multos: & fecerunt machinas. Et exierunt, & succenderunt eas igni, & pugnauerunt viriliter. Et recessit Iudas ab arce, & mouit castra ad Bæthzacharia contra castra regis. Et surrexit rex ante lucem, & concitauit exercitum in impetu eius contra viam Bæthzacharia. Et comparauerunt se exercitus in prælium, & tubis cecinerunt. Et elephantis ostenderunt sanguinem vuæ, & mororum ad acuendos eos in prælium. Et diuiserunt bestias in legiones, & statuerunt singulis elephantis mille viros in loricis concatenatis: & galeæ æreæ in capitibus eorum: & quingenti equites ordinati vnicuique bestiæ electi. Hi ante tempus, vbicumque erat bestia, ibi erant; & quocumque ibat, ibant simul, non discedebant ab ea. Et turres ligneæ super eos firmæ, protegentes super vnamquamque bestiam, accinctæ super eam machinis: & super vnamquamque viri virtutis triginta duo, qui pugnabant in eis, & magister eius. Et residuum equitatum hinc, & inde statuerunt in duas partes castrorum commouentes, & constipati in [y] vallibus. Vt autem refulsit Sol in cly-

A in clypeos aureos, & æreos; resplenduerunt montes ab eis, & resplenduerunt sicut lampades ignis. Et extendit se pars quædam exercitus regis per montes excelsos, & quidam per loca humilia: & ibant caute, & ordinate. Et commouebantur omnes audientes vocem multitudinis eorum, & incessum turbæ, & collisionem armorum. Erat enim exercitus magnus valde, & fortis. Et appropiauit Iudas, & exercitus eius in prælium: & ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri. Et vidit Eleazar filius Sauaran vnam de bestijs loricatam lorica regis: & erat eminens super cæteras bestias: & visum est, quòd in ea esset rex. Et dedit se, vt liberaret populum suum, & acquireret sibi nomen æternum. Et cucurrit ad eam B audacter in medium legionis interficiens à dextris, & sinistris: & scindebantur ab eo hinc, & inde. Et subijt sub elephantum, & supposuit se ei, & occidit eum: & cecidit in terram super ipsum, & mortuus est illic. Et videntes virtutem regni, & impetum exercituum, diuerterunt se ab eis. Qui autem erant de castris regis, ascenderunt contra eos in Hierusalem: & applicuit rex ad Iudæam, & montem Sion: & fecit pacem cum his, qui erant in Bæthsuris. Et exierunt de ciuitate: quia non erant eis ibi alimenta conclusis in ea: quia Sabbatum erat terræ. Et comprehendit rex Bæthsuram: & constituit ibi custodiam, seruare eam. Et castra habuit ad locum sanctificationis dies multos. Et statuit illic balistas, & machinas, & ignis iacula, & tormenta ad lapides iactandos, & scorpios ad mittendas C sagittas, & fundibula. Fecerunt autem & ipsi machinas aduersus machinas eorum: & pugnauerunt dies multos. Escæ autem non erant in vasis, eo quod septimus annus esset: & qui euaserant in Iudæam de gentibus, comederant reliquias eorum, quæ reposita fuerant. Et remanserunt in sanctis viri pauci; quoniam obtinuerat eos fames: & dispersi sunt vnusquisque in locum suum. Et audiuit Lysias, quòd Philippus, quem constituerat rex Antiochus, cum adhuc viueret, vt nutriret Antiochum filium suum ad faciendum illum regnare, reuersus est à Perside, & Media, & exercitus regis, qui abierant cum ipso, & quia quærit suscipere negotia. Et festinauit ire, & [δ] dicere ad regem, & duces exercitus, D & viros: Deficimus quotidie, & esca nobis modica est, & locus, quem obsidemus, est munitus: & incumbunt nobis negocia regni. Nunc igitur demus dexteram hominibus istis, & faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum: & constituamus illis, vt ambulent in legitimis suis, sicut prius. Propter legitima enim ipsorum, quæ dispersimus, irati sunt, & fecerunt omnia hæc. Et placuit sermo in conspectu regis, & principum. Et misit ad eos pacem facere: & acceperunt. Et iurauit illis rex, & principes: tunc exierunt de munitione. Et intrauit rex in montem Sion, & vidit munitionem loci: & rupit iuramentum, quod iurauit, & mandauit destruere murum in gyro. Et discessit festinanter, & reuersus E est Antiochiam: & inuenit Philippum dominantem ciuitati: & pugnauit aduersus eum, & occupauit ciuitatem vi.

α Et firmamentum.] *Vulgata*, ad firmamentum. *In vno codice est*, καὶ ἐγίνοντο στερέωμα, & fiebant firmamentum. β Et obsessi sunt in arce filij populi nostri: propter hoc & alienant se.] *In multis est*, ὅπως οἱ ἐκ τοῦ λαοῦ τούτου χάριν τούτου ἠλλοτριοῦντο, quare, qui sunt de populo hoc, propter hoc alienabant se, *&c. Eadem ferè sententia in vulgata: sed videtur habuisse partem illam, vt nostra*, υἱοὶ τοῦ λαοῦ ἡμῶν, & filij populi nostri propter hæc alienabant se à nobis. γ Vallibus.] φάραγξιν. *Ita collati codices. Interpres vulgatæ videtur habuisse* φάλαγξιν, *vertit enim*, legionibus. δ Dicere.] *Sic etiam in vulgata. In aliquo codice est*, εἶπε, dixit.

CAP. VII.

A

ANNO vno & quinquagesimo, & centesimo exijt Demetrius Seleuci filius è Roma: & ascendit cum paucis viris in ciuitatem maritimam: & regnauit illic. Et factum est, vt ingressus est domum regni patrum suorum, comprehendit exercitus Antiochum, & Lysiam, vt adduceret eos ad eum. Et res ei innotuit, & ait: Nolite mihi ostendere facies eorum. Et occidit eos exercitus. Et sedit Demetrius super sedem regni sui. Et venerunt ad eum omnes viri iniqui, & impij ex Israel: & Alcimus dux erat eorum, qui volebat fieri sacerdos. Et accusauerunt populum apud regem, dicentes: Perdidit Iudas, et fratres eius amicos tuos: et nos disperdiderunt de terra nostra. Nunc ergo mitte virũ, cui credis, et profectus videat exterminium omne, quod fecit nobis, et regioni regis: et puniat eos, et omnes adiutores eorum. Et elegit rex Bacchidem ex amicis regis, qui dominabatur trans flumen, et magnum in regno, et fidelem regi. Et misit eum, et Alcimum impium: et statuit ei sacerdotium: et mandauit ei facere vltionem in filios Israel. Et surrexerunt, et venerunt cum exercitu magno in terram Iuda. Et misit nuncios ad Iudam, et fratres eius verbis pacificis cum dolo. Et non intenderunt sermonibus eorum: Viderunt enim, quia venerant cum exercitu magno. Et conuenerunt ad Alcimum, et Bacchidem congregatio scribarum requirere, quæ iusta sunt. * Et primi Asidæi erant in filijs Israel: et exquirebant ab eis pacem. Dixerunt enim: Homo sacerdos de semine Aaron venit in exercitu: et non nocebit nobis. Et loquutus est cum eis verba pacifica, et iurauit illis, dicens: Non quæremus vobis malum, neque amicis vestris. Et crediderunt ei. Et comprehendit ex eis sexaginta viros: et occidit eos in vna die secundum verbum, quod * scripsit: Carnes sanctorum tuorum, et sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu Hierusalem, et non erat eis, qui sepeliret. Et incubuit eorum timor, et tremor in omnem populum: quia dixerunt: Non est veritas, et iudicium in eis. Transgresi sunt enim constitutum, et iusiurandum, quod iurauerunt. Et mouit Bacchides castra ab Hierusalem, et applicuit in Bezeth: et misit, et comprehendit multos ex viris, qui à se refugerant, et quosdam de populo: et mactauit eos in puteum magnum. Et commisit regionem Alcimo: et reliquit cum eo exercitum in adiutorium ipsi. Et abijt Bacchides ad regem. Et satagebat Alcimus pro principatu sacerdotij. Et conuenerunt ad eum omnes, qui perturbabant populum suum: et obtinuerunt terram Iuda: et fecerunt plagam magnam in Israel. Et vidit Iudas omnia mala, quæ fecit Alcimus, et qui cum eo erant, filijs Israel, plusquam ʸ gentes. Et exijt in omnes fines Iudææ in circuitu, et fecit vindictam in viros desertores: et cessauerunt ire in regionem. Vt autem vidit Alcimus, quòd præualuit Iudas, et qui cum eo erant, et cognouit, quia non potest sustinere eos; et regressus est ad regem: et accusauit eos criminibus. Et misit rex Nicanorem vnum ex principibus suis nobilioribus, et qui odio habebat, et inimicitias exercebat contra Israel: et mandauit ei euertere populum. Et venit Nicanor in Hierusalem cum exercitu magno: et misit ad Iudam, et fratres eius cum dolo verbis pacificis dicens: Non sit pugna inter me et vos. Veniam cum viris paucis; vt videam facies vestras cum pace. Et venit ad Iudam: et salutauerunt se inuicem pacifice: & hostes parati erant rapere Iudam.

B C D E

A Iudam. Et innotuit sermo Iudæ; quoniam cum dolo venerat ad eum: & contritus est ab eo, & amplius noluit videre faciem eius. Et cognouit Nicanor, quoniam denudatum est consilium eius: & exiuit obuiam Iudæ in pugnam iuxta Chapharsalama. Et ceciderunt de Nicanoris exercitu fere quinque mille viri: & fugerunt in ciuitatem Dauid. Et post hæc verba ascendit Nicanor in montem Sion: & exierunt de sacerdotibus è sanctis, & de senioribus populi salutare eum in pace, & demonstrare ei holocaustomata, quæ offerebantur pro rege. Et irridens spreuit eos, & polluit eos, & loquutus est superbe. Et iurauit cum ira, dicens: Nisi traditus fuerit Iudas, & exercitus eius in manus meas nunc; & erit, cũ regressus fuero in pace, succendam domum istam. Et exijt cum ira magna. Et in- B trauerunt sacerdotes, & steterunt ante faciem altaris, & templi: & flentes dixerunt: Tu Domine elegisti domum istam ad inuocandum nomen tuum in ea, vt esset domus orationis, & obsecrationis populo tuo. Fac vindictam in homine isto, & exercitu eius: & cadant in gladio. Memento blasphemias eorum: & ne dederis eis, vt permaneant. Et exijt Nicanor ab Hierusalem: & castra applicuit ad Bæthoron: & occurrit illi exercitus Syriæ. Et Iudas applicuit in Adasa cum tribus millibus viris. Et orauit Iudas, & dixit: Qui missi erant à rege Assyriorũ, quando blasphemauerunt; exijt angelus tuus Domine, & percussit ex eis cẽtum octoginta quinque millia. Sic contere exercitum istum in conspectu nostro ho- C die: & sciant cæteri, quia male loquuti sunt super sancta tua: & iudica illum secundum malitiam illius. Et commiserunt exercitus prælium tertiadecima die mensis Adar: & contrita sunt castra Nicanoris: & cecidit ipse primus in prælio. Vt autem vidit exercitus eius, quia cecidisset Nicanor; proiecerunt arma sua, & fugerunt. Et persequuti sunt eos viam vnius diei ab Adasa, vsquequo veniatur in Gazera. Et cecinerunt post eos tubis significationum: & exierunt de omnibus pagis Iudææ in circuitu, & ventilabant eos in cornibus: & conuertebantur isti ad istos. Et ceciderunt omnes gladio: & non est relictus ex eis nec vnus. Et acceperunt spolia, & prædam: & caput Nicanoris amputauerunt, & dexteram D eius, quam extenderat superbe: & attulerunt, & suspenderunt contra Hierusalem. Et lætatus est populus valde: & egerunt diem illam diem lætitiæ magnæ. Et constiterunt agi singulis annis diem istam [δ] tertiam decimam Adar. Et siluit terra Iuda dies paucos.

α Et primi.] *Istud καὶ, omissum est per typographi incuriam.* β Scripsit.] *In aliquo codice additur,* ὁ προφήτης, propheta. *Vulgata,* quod scriptum est. γ Gentes.] *Corrigendum in nostra,* ἔθνη. δ Tertiam.] *In quibusdam,* τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ, *& in vulgata,* tertiadecima die.

E

CAP. VIII.

ET audiuit Iudas nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus: & ipsi bene sentiũt in ijs, qui se ad ipsos applicant: & quicumque accesserint ad eos, statuunt cum illis amicitiam, & quia sunt potentes viribus: Et narrauerunt ei prælia eorum, & virtutes bonas, quas faciunt in Galatis, & quia obtinuerunt eos, & duxerunt sub tributum: & quanta fecerunt in regione Hispaniæ, in potestatem redigendo metalla argenti, & auri, quod illic est: & possederunt omnem locum consilio suo, & patientia: & locus erat longe distans ab eis valde: &

de:& reges, qui superuenerant eis ab extremis terræ, [a] contriuerunt,& percusserunt eos plaga magna: cæteri autem dant eis tributum quolibet anno: & Philippum, & Persea Citieorum regem,& qui aduersus eos arma tulerant, contriuerunt in bello, & obtinuerunt eos: & Antiochum magnum regem Asiæ,qui eis pugnam intulerat,habens centum viginti Elephantes,& equitatum, & currus,& exercitum magnum valde,contritum ab eis: & ceperunt eum viuum: & statuerunt, vt ipsis daret & ipse,& qui regnarent post ipsum, tributum magnũ, daret obsides,& constitutum,& regionem Indicam,& Mediam,& Lydiam, & de optimis regionibus [b] eorum:& acceptas eas ab eo dederunt Eumeni regi:& quia qui erant ex Hellade,consilium inierunt ire,& tollere eos,& innotuit sermo his,& miserunt in eos ducem vnum,& pugnauerunt contra illos:& ceciderunt ex eis interfecti multi,& captiuas duxerunt vxores eorum,& filios eorum, & diripuerunt eos: & terram eorum possederunt, & destruxerunt munitiones eorum,& in seruitutem redegerunt eas vsque in hunc diem:& residua regna,& insulas,quæ aliquando restiterant illis,exterminauerunt, & in seruitutem redegerunt eos:cum amicis autem suis,& qui in ipsis requiem habebant, conseruauerunt amicitiam,& obtinuerunt regna,quæ erant proxima, & quæ erant longe:& quicumque audiebant nomen eorum, timebant eos: quibus vero vellent auxilio esse, vt regnarent, regnabant: quos autem vellent, regno deturbabant: & exaltati sunt valde: Et in omnibus istis nemo eorum portabat diadema, nec induebatur purpura, vt magnificaretur in ea: Et curiam fecerunt sibi,& quotidie consultabant trecenti & viginti, consilium agentes semper de multitudine, vt recte gubernent eos:& committunt vni homini magistratum suum per singulos annos,& vt dominetur vniuersæ terræ ipsorum:& omnes obediunt vni: & non est inuidia, neque zelus inter eos. Et elegit Iudas Eupolemum filium Ioannis filij Aceos,& Iasonem filium Eleazari:& misit eos Romam, constituere cum illis amicitiam,& societatem, & vt auferrẽt iugum ab eis:quia viderunt regnum Græcorum,quod seruitute premeret Israel. Et abierunt Romam & via multa valde:& introierunt in curiam,& responderunt,et dixerunt: Iudas Maccabæus, et fratres eius,et populus Iudæorum miserunt nos ad vos, statuere vobiscum societatem,et pacem,et conscribere nos socios,et amicos vestros. Et placuit sermo in conspectu eorum. Et hoc est rescriptum epistolæ, quam rescripserunt in tabulis æreis,et miserunt in Hierusalem, vt esset apud eos ibi memoriale pacis, et societatis: Bene sit Romanis, et genti Iudæorum in mari, et in terra in æternum:gladiusque, et hostis procul sit ab eis. Quòd si institerit bellum Romanis prius, aut omnibus socijs eorum in omni dominatione eorum; auxilium feret gens Iudæorum, prout tempus dictauerit eis, corde pleno: et prœliantibus nõ dabunt, neque subministrabunt triticum, arma, pecuniam, naues; sicut placuit Romanis: et custodient [γ] mandata eorum, nihil accipientes. Similiter autem, si genti Iudæorum prius acciderit bellum; adiuuabunt Romani ex animo, prout eis tempus permiserit: et adiuuantibus non dabitur triticum, arma, pecunia, naues: et custodient mandata eorum, et absque dolo. Secundum hæc verba constituerunt Romani populo Iudæorum. Quòd si post hæc verba hi, et illi addere, aut demere voluerunt; facient ex proposito suo: et quæcumque addiderint, vel dempserint, rata erunt. Et de malis, quæ Demetrius rex facit in ipsos, scripsimus

A psimus ei, dicentes: Quare grauasti iugum tuum super amicos nostros socios Iudæos? Si ergo iterum adierint nos aduersum te; faciemus illis iudicium: & pugnabimus tecum mari, terraque.

α Contriuerunt.] *Delendum est auctoritate codicum, quos sequuti sumus, & vulgatæ, illud* ἵνα, *quod in multis antecedit, & in nostram etiam editionem per typographi incuriam irrepsit.* β Eorum.] *In aliquo est,* αὐτοῦ, *eius, idest Antiochi, & respondet verbis sequentibus,* acceptas eas ab eo: *in vulgata tamen hic est,* eorum, *& ibi,* acceptas eas ab eis. γ Mandata eorum.] *Noluimus discedere à vulgata. Putamus tamen loquutionem istam,* φυλάξονται τὰ φυλάγματα αὐτῶν, *vt alibi sæpe, hoc etiam nunc significare,* custodient custodias suas, *idest militabunt sine stipendio: itemque paulo post.*

CAP. IX.

B

ET audiuit Demetrius, quia cecidit Nicanor, & exercitus eius in prælio: & apposuit Bacchidem, & Alcimum rursum mittere in Iudæam, & dextrum cornu cum illis. Et abierunt viam, quæ ducit in Galgala: & castra posuerunt super Mæsaloth, quæ est in Arbelis: & occupauerunt eam: & peremerunt animas hominum multas. Et mense primo anni secundi & quinquagesimi & centesimi applicuerunt exercitum ad Hierusalem. Et surrexerunt, & abierunt in Beream viginti millia virorum, & duo millia equitum. Et Iudas posuerat castra in Eleasa; & tria millia viri electi cum eo. Et viderunt multitudi-

C nem exercituum, quia multi sunt: & timuerunt valde: & multi subtraxerunt se de castris: non remanserunt ex eis, nisi octingenti viri. Et vidit Iudas, quòd defluxit exercitus suus, & bellum perurgebat eum: & confractus est corde; quia non habebat tempus congregandi eos. Et dissolutus est: & dixit his, qui residui erant: Surgamus, & ascendamus super aduersarios nostros; si forte possimus debellare eos. Et auertebant eum, dicentes: Non poterimus: Sed liberemus animas nostras modo; & α reuertamur cum fratribus nostris: & pugnabimus aduersus eos. Nos autem pauci sumus. Et ait Iudas: Absit istam rem facere, vt fugiamus ab eis. Et, si appropiauit tempus nostrum; moriamur in virtute propter

D fratres nostros: & non relinquamus crimen gloriæ nostræ. Et mouit exercitus de castris, & steterunt illis obuiam. Et diuisi sunt equites in duas partes: & fundibularij, & sagittarij præibant exercitum: & primi certaminis omnes potentes. Bacchides autem erat in dextro cornu: & proximauit legio ex duabus partibus, & clamabant tubis. Exclamauerunt autem & hi qui erant ex parte Iudæ, etiam ipsi tubis: & commota est terra à voce exercituum: & commissum est prælium à mane vsque ad vesperam. Et vidit Iudas, quòd Bacchides, & firmior pars exercitus est in dextris: & conuenerunt cum ipso omnes constantes corde: & contritum est dexterum cornu: & persequuti sunt eos vsque ad montem Azoti. Et,

E ς qui in sinistro cornu erant, viderunt, quòd contritum est dextrum cornu: & conuerterunt se ad pedes Iudæ, & eorum, qui cum ipso erant à tergo. Et ingrauatum est prælium: & ceciderunt vulnerati multi ex his, & ex illis. Et Iudas cecidit, & cæteri fugerunt. Et Ionathas, & Simon tulerunt Iudam fratrem suum: & sepelierunt eum in sepulchro patrum eius in Modeim. Et plorauerunt eum: & fleuerunt eum omnis populus Israel planctu magno: & lugebant dies multos, & dixerunt: Quomodo cecidit potens, qui saluum faciebat populum Israel! Et cætera verborum Iudæ, & bellorum, & virtutum, quas fecit, & magnitudinis

eius

eius non sunt descripta: multa enim erant valde. Et factum est post obitum Iudæ, emerserunt iniqui in omnibus finibus Israel: & exorti sunt omnes, qui operabantur iniquitatem. In diebus illis facta est fames magna valde; & tradidit se regio cum ipsis. Et elegit Bacchides viros impios, & constituit eos dominos regionis. Et exquirebant, & perscrutabantur amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bacchidem: & vindicabat in illos, & illudebat eis. Et facta est tribulatio magna in Israel: qualis non fuit ex die, qua non est visus propheta inter eos. Et congregati sunt omnes amici Iudæ, & dixerunt Ionathæ: Ex quo frater tuus Iudas defunctus est; vir similis ei non est, qui exeat contra inimicos, & Bacchidem, & in eos, qui inimici sunt gentis nostræ. Nunc itaque te hodie elegimus, esse pro eo nobis in principem, & ducem ad bellandum bellum nostrum. Et suscepit Ionathas tempore illo principatum: & surrexit loco Iudæ fratris sui. Et cognouit Bacchides; & quærebat eum occidere. Et cognouit Ionathas, & Simon frater eius, & omnes, qui cum eo erant: & fugerunt in desertum Thecoe: & consederunt ad aquam lacus Asphar. Et cognouit Bacchides die sabbatorum, & venit ipse, & omnis exercitus eius trans Iordanem. Et Ionathas misit fratrem suum ducem populi: & rogauit Nauathæos amicos suos, vt commodarent sibi apparatum suum, qui erat copiosus. Et exierunt filij Zambri ex Medaba, & comprehenderunt Ioannem, & omnia, quæ habebat, & abierunt habentes. Post hæc autem verba renunciatum est Ionathæ, & Simoni fratri eius, quia filij Zambri faciunt nuptias magnas, & ducunt sponsam ex Nadabath filiam vnius de magnis principibus Chanaan cum ambitione magna. Et recordati sunt [s] Ioannis fratris sui: & ascenderunt, & absconderunt se sub tegumento montis. Et eleuauerunt oculos suos, & viderunt: & ecce tumultus, & apparatus multus: & sponsus processit, & amici eius, & fratres eius obuiam illis cum tympanis, & musicis, & armis multis. Et surrexerunt in eos ex insidijs illi, qui erant circa Ionatham, & occiderunt eos: & ceciderunt vulnerati multi: & residui fugerunt in montem. Et acceperunt omnia spolia eorum: & conuersæ sunt nuptiæ in luctum: & vox musicorum ipsorum in lamentum: & vindicauerunt vindictam sanguinis fratris sui: & reuersi sunt ad ripam Iordanis. Et audiuit Bacchides, & venit die sabbatorum vsque ad oras Iordanis in virtute magna. Et dixit ad suos Ionathas: Surgamus nunc, & pugnemus pro animabus nostris. Non est enim hodie, sicut heri, & nudiustertius. Ecce enim bellum ex aduerso nobis, & à tergo nobis: aqua vero Iordanis hinc & inde, & palus, & saltus: non est locus diuertendi. Nunc ergo clamate in cælum, vt liberemini de manu inimicorum vestrorum. Et commissum est prælium. Et extendit Ionathas manum suam percutere Bacchidem: & diuertit ab eo retro. Et insilijt Ionathas, & qui cum eo erant, in Iordanem: & transnatauerunt in vlteriora: & non transierunt ad eos Iordanem. Et ceciderunt de parte Bacchidis die illa fere mille viri. Et reuersus est in Hierusalem, & ædificauit ciuitates munitas in Iudæa, munitionem, quæ in Hiericho, & Emmaum, & Bæthoron, & Bæthel, & Thamnatha Pharathoni, & Tephon muris excelsis, & portis, & seris. Et posuit custodiam in eis, vt inimicitias exercerent in Israel. Et muniuit ciuitatem, quæ in Bæthsura, & Gazaram, & arcem: & posuit in eis præsidia, & apparatus escarum. Et accepit filios principum regionis obsides: & posuit eos in arce in Hierusalem in custodia. Et anno centesimo quinquagesimo tertio,

A tertio, mense secundo præcepit Alcimus destrui murum atrij sanctorum interioris: & destruxit opera prophetarum: Et cepit destruere. In tempore illo percussus est Alcimus: & impedita sunt opera illius: & occlusum est os eius: & dissolutus est paralysi, nec vltra potuit loqui verbum, & mandare de domo sua. Et mortuus est Alcimus in tempore illo cum tormento magno. Et vidit Bacchides, quoniam mortuus est Alcimus: & reuersus est ad regem: & siluit terra Iuda annis duobus. Et cogitauerunt omnes iniqui, dicentes: Ecce Ionathas, & qui cũ eo sunt, in silentio habitant confidenter. Nunc ergo adducamus Bacchidem: & comprehendet eos omnes vna nocte. Et abierunt, & consilium ei dederunt. Et surrexit, vt veniret cum exercitu multo: & misit occulte epistolas omnibus B socijs suis, qui erant in Iudæa; vt comprehenderent Ionatham, & eos, qui cum eo erant: & non potuerunt, quia innotuit eis consilium eorum. Et apprehenderunt de viris regionis, qui principes erant malitiæ ad quinquaginta viros, & occiderunt eos. Et secessit Ionathas, & Simon, & qui cum eo erant, in Bæthbasi, quæ est in deserto: & extruxit diruta eius: & firmauerunt eam. Et cognouit Bacchides, & congregauit vniuersam multitudinem suam, & his, qui de Iudæa erant, denunciauit. Et venit, & castra posuit desuper Bæthbasi: & oppugnauit eam dies multos, & fecit machinas. Et reliquit Ionathas Simonem fratrem suum in ciuitate, & exiuit in regionem, & exiuit in numero. Et percussit Odoaarrem, & fra- C tres eius, & filios Phasiron in tabernaculo eorum: & cepit cædere, & ascendere in virtutibus. Simon vero, & qui cum eo erant, exierunt de ciuitate, & succenderunt machinas. Et [δ] pugnauerunt contra Bacchidem: & contritus est ab eis: & afflixerunt eum valde: quoniam consilium eius, & egressus eius erat inanis. Et iratus est furore contra viros iniquos, qui ei consilium dederant, vt veniret in regionem: et [ε] occiderunt ex eis multos: ipse autem cogitauit abire in terram suam. Et cognouit Ionathas, et misit ad eum legatos componere pacem cum ipso, et reddere ei captiuitatem. Et libenter accepit, et fecit secundum verba eius: D et iurauit ei non se quæsiturum ei malum omnibus diebus vitæ eius. Et reddidit ei captiuitatem, quam prius erat prædatus de terra Iuda. Et conuersus abijt in terram suam: et non apposuit amplius venire in fines eorum. Et cessauit gladius ex Israel. Et habitauit Ionathas in Machmas: et cepit Ionathas iudicare populum: et exterminauit impios ex Israel.

α Et reuertamur cum fratribus nostris.] *Eadem fere sententia est in vulgata. In quibusdam vero libris est,* ἐπίστρεψον, καὶ οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν ἀπέῤῥυησαν, reuertere, & fratres nostri defluxerunt. *In vno autem,* ἐπιστρέψωμεν, καὶ οἱ ἀδελφοὶ ἡμῶν, καὶ μὴ πολεμήσωμεν πρὸς αὐτούς, reuertamur, & fratres nostri: & non pugnemus aduersus eos. β Qui in sinistro.] *Corrigendum in nostra,* καὶ οἱ εἰς τὸ ἀριστερὸν κέρας. γ Ioannis.] *In aliquo est,* τοῦ αἵματος ἰωάννου, *& vulgata,* sanguinis Ioannis. δ Pugnauerunt.] *Corrigendum in nostra,* ἐπολέμησαν. ε Occide- E runt.] *In aliquo est,* ἀπέκτεινεν, *& vulgata,* occidit.

CAP. X.

ET anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander Antiochi filius [α] Epiphanes: et occupauit Ptolemaidam: et receperunt eum: et regnauit illic. Et audiuit Demetrius rex, et congregauit exercitum copiosum valde, et exiuit obuiam illi in prælium. Et misit Demetrius epistolas ad Ionatham verbis pacificis, vt magnificaret eum. Dixit enim: Anticipemus facere pacem cum eo,

eo,priusquam ipse faciat cũ Alexandro aduersum nos. Recordabitur enim omnium malorum,quæ fecimus in eum,et in fratres eius,et in gentem eius. Et dedit ei potestatem congregandi exercitum, et fabricare arma, et esse ipsum socium eius: et obsides, qui erant in arce, iussit tradi ei. Et venit Ionathas in Hierusalem: et legit epistolas in auditu omnis populi,et eorum,qui in arce erant. Et timuerunt timore magno: quoniam audierunt, quod dedit ei rex potestatem congregandi exercitum. Et tradiderunt, qui erant in arce, Ionathæ obsides: et reddidit eos parentibus suis. Et habitauit Ionathas in Hierusalem: et cepit ædificare,et innouare ciuitatem. Et dixit facientibus opera, vt extruerent muros,et montem Sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitionem. Et ita fecerunt. Et fugerunt alienigenæ,qui erant in munitionibus, quas Bacchides ædificauerat: et reliquit vnusquisque locum suum,et abijt in terram suam. Tantum in Bæthsura remanserunt aliqui ex his, qui reliquerant legem, et præcepta. Erat enim eis refugium. Et audiuit Alexander rex promissa,quæ misit Demetrius Ionathæ: et narrauerunt ei prælia,et virtutes,quas ipse fecerat, et fratres eius,et labores, quos habuerant. Et ait: Nunquid inueniemus virum vnum talem? Et nunc faciemus eum amicum,et socium nostrum. Et scripsit epistolas,et misit ei secundum hæc verba,dicens: Rex Alexander fratri Ionathæ salutem. Audiuimus de te,quòd vir potens sis viribus, et aptus, vt sis amicus noster. Et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuæ, et vt amicus regis voceris. (Et misit ei purpuram,et coronam auream) et sentias nobiscum,et conserues amicitiam ad nos. Et induit se Ionathas stolam sanctam septimo mense, anni sexagesimi et centesimi in die solenni Scenopegiæ. Et congregauit exercitum, et parauit arma copiosa. Et audiuit Demetrius verba ista, et contristatus est,et ait: Quid hoc fecimus,quòd præoccupauit nos Alexander componere amicitiam cum Iudæis ad munimen? Scribam et ego illis verba deprecatoria,et dignitatis, et donorum; vt sint mecum in adiutorium. Et scripsit eis in hæc verba: Rex Demetrius genti Iudæorum salutem. Quoniam seruastis ad nos pacta,et mansistis in amicitia nostra,& non accessistis ad inimicos nostros, audiuimus, & gauisi sumus. Et nunc perseuerate adhuc conseruare ad nos fidem: & retribuemus vobis bona pro his, quæ facitis nobiscum: & remittemus vobis remissiones multas: & dabimus vobis donationes. Et nunc absoluo vos,& dimitto omnes Iudæos à tributis,& pretio salis,& à coronis. Et pro tertia parte seminis,& pro dimidia parte fructus ligni,quod est portionis meæ, dimitto ex hodierna die, & deinceps accipere à terra Iuda,& à tribus ciuitatibus, quæ additæ sunt illi ex Samaritide,& Galilæa,& ex hodierna die,& in sempiternũ tempus. Et Hierusalem sit sancta,& libera,& fines eius, & decimæ, & vectigalia. Remitto etiam potestatem arcis,quæ est in Hierusalem,& do summo sacerdoti: vt constituat in ea viros,quoscumque ipse elegerit,qui custodiant eam. Et omnem animam Iudæorum,quæ captiua est à terra Iuda in omni regno meo, relinquo liberam gratis: & omnes à tributis soluantur etiam pecorum suorum. Et omnes dies solennes,& sabbata,& neomeniæ,& dies decreti,& tres dies ante diem solennem, & tres dies post diem solennem sint omnes, dies immunitatis, & remissionis omnibus Iudæis,qui sunt in regno meo. Et nemo habebit potestatem agere, & perturbare aliquem illorum de vlla re. Et ascribantur ex Iudæis in exercitum

regis

A regis ad triginta millia virorum: & dabuntur illis Xenia: vt oportet omnibus exercitibus regis. Et ex eis ordinabuntur, qui sint in munitionibus regis magnis: & ex his constituentur super negocia regni, quæ aguntur ex fide: & qui sunt super eos, & principes sint ex eis. Et ambulent in legibus suis, sicut & præcepit rex in terra Iuda. Et tres ciuitates, quæ additæ sunt Iudææ in regione Samariæ, addat Iudææ* ad hoc, vt reputentur esse sub vno, vt non obediant alienæ potestati, nisi summo sacerdoti. Ptolemaidam, & regionem addictam ei dedi donū sanctis, qui sunt in Hierusalem ad necessarios sumptus sanctorum. Et ego do per singulos annos quindecim millia siclorum argenti de rationibus regis ex locis, quæ me contingunt. Et omne reliquum, quod non reddiderant, qui super negocia erant, vt in primis annis, ex hoc nunc dabunt in opera domus. Et super

B hæc quinque millia siclorum argēti, quos accipiebāt de negocijs* sanctuarij de ratione per singulos annos: Et hæc remittuntur, eo quòd ipsa pertineant ad sacerdotes, qui ministerio funguntur. Et quicunque confugerit in templum, quod est Hierosolymis, & omnes fines eius, debentes regalia, & quamlibet rem, dimittantur, & vniuersa, quæ ipsi habent in regno meo. Et ad ædificanda, & instauranda opera sanctorum etiam sumptus dabuntur de ratione regis. Et ad extruendos muros Hierusalem, & communiendum in circuitu etiam sumptus dabuntur de ratione regis, & ad construendos muros, qui in Iudæa. Vt au-

C diuit autem Ionathas, & populus sermones istos; non crediderunt eis, nec receperunt: quia recordati sunt malitiæ magnæ, quam fecerat in Israel, & tribulauerat eos valde. Et complacuit eis in Alexandrum; quia ipse fuerat eis princeps sermonum pacis: & ei auxilium ferebant omnibus diebus. Et congregauit Alexander rex exercitum magnum, & admouit castra contra Demetrium. Et commiserunt prælium duo reges, & fugit exercitus Demetrij: & insequutus est eum Alexander, & inualuit super eos: & confirmauit prælium nimis, donec occidit Sol: & cecidit Demetrius in die illa. Et misit Alexander ad Ptolemæum regem Ægypti legatos secundum hæc verba, dicens: Quo-

D niam regressus sum in terram regni mei, & sedi in sede patrum meorum, & obtinui principatum, et contriui Demetrium, & possedi regionem nostram: & commisi pugnam cum eo, & contritus est ipse, & castra eius à nobis: & sedimus in sede regni eius. Et nunc statuamus adinuicem amicitiam: & nunc da mihi filiam tuam vxorem, & ero gener tuus, & dabo tibi dona, & ipsa digna te. Et respondit Ptolemæus rex dicens: Felix dies, in qua reuersus es ad terram patrum tuorum, & sedisti in sede regni eorum. Et nunc faciam tibi, quæ scripsisti. Sed occurre in Ptolemaidam, vt videamus inuicem nos, & contraham tecum affinitatem, sicut dixisti. Et exiuit Ptolemæus de Ægi-

E pto, ipse, & Cleopatra filia eius, & venerunt Ptolemaidam anno centesimo sexagesimo secundo. Et occurrit ei Alexander rex: & dedit ei Cleopatram filiam suam: & fecit nuptias eius Ptolemaidæ, sicut reges in magna gloria. Et scripsit Alexander rex Ionathæ, vt veniret obuiam sibi. Et abijt cum gloria Ptolemaidam, & occurrit duobus regibus: & dedit illis argentum, & aurum, & amicis eorum, & dona multa: & inuenit gratiam in conspectu eorum. Et conuenerunt aduersus eum uiri pestilentes ex Israel, viri iniqui interpellantes aduersus eum: & non intendit ad eos rex. Et iussit rex spo-

liari Ionatham vestibus suis, & indui eum purpura. Et ita fecerunt. Et fecit eum rex sedere secum, dixitque principibus suis: Exite cum eo in medium ciuitatis, & prædicate, vt nemo aduersus eum interpellet de vllo negocio, nec quisquam ei molestus sit de vlla ratione. Et factum est, vt viderunt, qui interpellabant, gloriam eius, sicut prædicauerant, & opertum eum purpura; fugerunt omnes. Et magnificauit eum rex, & scripsit eum inter primos amicos: & posuit eum ducem, & participem principatus. Et reuersus est Ionathas in Hierusalem cum pace, & lætitia. Et in anno centesimo sexagesimo quinto venit Demetrius filius Demetrij à Creta in terram patrum suorum. Et audiuit Alexander rex, & contristatus est valde: & reuersus est Antiochiam. Et constituit ducem Demetrius Apollonium, qui præerat Cælesyriæ, & congregauit exercitum magnum, & posuit castra ad Iamniam: & misit ad Ionatham summum sacerdotem, dicens: Tu omnino solus eleuaris super nos: ego autem factus sum in derisum, & in opprobrium propter te. Et *cur tu potestatem aduersum nos exerces in montibus? Nunc ergo, si confidis in virtutibus tuis, descende ad nos in campum, & comparemus nos illic inuicem: quia mecum est virtus* ciuitatum. Interroga, & disce, quis sum ego, & cæteri, qui auxilio sunt mihi, & dicunt, non potest stare pes vester ante faciem nostram: quia bis in fugam conuersi sunt patres tui in terra sua. Et nunc non poteris sustinere equitatum, & exercitum talem in campo, vbi non est lapis, neque saxum, neque locus fugiendi. Vt audiuit autem Ionathas sermones Apollonij; motus est animo: & elegit decem millia virorum, & exijt ab Hierusalem: et occurrit ei Simon frater eius in adiutorium eius. Et applicuit castra in Ioppen. Et excluserunt eum à ciuitate; quia custodia Apollonij in Ioppe erat. Et oppugnauerunt eam. Et exterriti qui erant in ciuitate, aperuerunt: et obtinuit Ionathas Ioppen. Et audiuit Apollonius: et admouit tria millia equitum, et exercitum multum: et abijt Azotam, tanquam iter faciens: et statim exijt in campum, eo quòd haberet multitudinem equitum, et confideret in eis. Et insequutus est eum Ionathas in Azotum: et commiserunt exercitus prælium. Et reliquit Apollonius mille equites occulte post eos. Et cognouit Ionathas, quoniam insidiæ sunt post se, et circumierunt castra eius, et eiecerunt iacula in populum à mane vsque ad vesperam. Populus autem stabat, sicut præceperat Ionathas. Et laborauerunt equi eorum. Et emisit Simon exercitum suum, & commisit contra legionem: equites enim fatigati erant. Et contriti sunt ab eo, & fugerunt: & equitatus dispersus est in campo: & fugerunt in Azotum: & intrauerunt in Bethdagon Idolium suum, vt saluarent se. Et succendit Ionathas Azotum, & ciuitates, quæ erant in circuitu eius: & accepit spolia eorum: & templum Dagon, & eos, qui confugerant in illud, succendit igni. Et fuerunt, qui ceciderunt gladio, cum his, qui succensi sunt, fere octo millia virorum. Et mouit inde Ionathas castra, & applicuit ea Ascalonem: et exierunt, qui de ciuitate, obuiam illi in magna gloria. Et reuersus est Ionathas in Hierusalem cum suis, habentes spolia multa. Et factum est, vt audiuit Alexander rex sermones istos, addidit adhuc glorificare Ionatham. Et misit ei fibulam auream, sicut consuetudo est dari cognatis regum. Et dedit ei Accaron, & omnes fines eius in possessionem.

* Epiphar.

A α Epiphanes.] *Id in vulgata explicatur paraphrasi,* qui cognominatus est nobilis. β Componere.] *In vno codice est,* καταλαβέσθαι, *& vulg.* apprehendere. γ Ciuitatibus.] *Sic vulgata, quod græce & hic, & paulo post est* νομῶν, *&* νομοὺς, *aut* νόμων, *&* νόμοις, *& posset etiam verti,* præfecturis, *aut eiusmodi quiddam.* δ Ad hoc, vt reputentur.] *Corrigendum est in nostra,* πρὸς τὸ, *quamuis in multis etiam sit,* περὶ τό. ε Negocijs.] *In quibusdam additur,* ὡς ἐν τοῖς πρώτοις ἔτεσι, vt in primis annis. *Vulgata tantum,* de sanctorum ratione: *vt* ἀπὸ τῶν χρειῶν, *&* ἀπὸ τοῦ λόγου, *videri possint duæ interpretationes.* ζ Occurre.] *In quibusdam est,* ἀπάντησόν με, *& in vulgata,* occurre mihi. η Et cur.] καὶ διὰ τί. *Complutenses vertunt,* eo quòd, *& non addunt interrogationis notam: quod propius accedit vulgatæ: sed sententia, quæ elicitur ex nostra, videtur fere aptior.* θ Ciuitatum.] *In aliquo est,* πολλή, multus. *Interpres videtur legisse,* πολέμων. *Ita enim inquit,* quia mecum est virtus bellorum.

CAP. XI.

B ET rex Ægypti congregauit exercitus multos, sicut arenam, quæ ª est circa oram maris, & naues multas: & quærebat obtinere regnum Alexandri dolo, & addere illud regno suo. Et exijt in Syriam verbis pacificis: & aperiebant ei illi, qui de ciuitatibus, & occurrebant ei: quia mandauerat Alexander rex exire ei obuiam, eo quòd socer suus esset. Vt autem introibat in ciuitate Ptolemæus; β ponebat custodias militum in singulis ciuitatibus. Vt autem appropiauit Azoto; ostenderunt ei templum Dagon succensum igni, & Azotum, & suburbana eius destructa, & corpora proiecta, & combustos, quos combusserat in bello. Fecerant enim tumulos eorum in via eius: & narrauerunt C regi, quæ fecerat Ionathas, vt criminarentur eum. Et tacuit rex. Et occurrit Ionathas in Ioppen cum gloria: & inuicem se salutauerũt: & dormierunt illic. Et abijt Ionathas cum rege vsque ad fluuium, qui vocabatur Eleutherus: & reuersus est in Hierusalem. Rex autem Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatum maritimæ vsque Seleuciam maritimam: & cogitabat in Alexandrum consilia mala. Et misit legatos ad Demetrium regem dicens: Veni, componamus inter nos pactum: & dabo tibi filiam meam habet, quã Alexander: & regnabis in regno patris tui. Penitet enim me, quòd dederim illi filiam meam. Quæsiuit enim me occidere. Et vituperauit eum, propterea quod ipse concupierat regnum eius. Et D abstulit filiam suam, & dedit eam Demetrio: & alienauit se ab Alexandro; & manifestatæ sunt inimicitiæ eorum. Et intrauit Ptolemæus Antiochiam: & imposuit duo diademata capiti suo, Ægypti, & Asiæ. Alexander autem rex erat in Cilicia illis temporibus: quia rebellabant, qui erant in locis illis. Et audiuit Alexander: & venit ad eum in bellum. Et produxit Ptolemæus exercitum: & occurrit ei in manu valida, & fugauit eum. Et fugit Alexander in Arabiam, vt ibi protegeretur. Rex autem Ptolemæus exaltatus est. Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & misit Ptolemæo. Et rex Ptolemæus mortuus est in die tertia: & qui erant in munitionibus, perierunt ab ijs, qui in munitionibus. Et regnauit E Demetrius anno centesimo sexagesimo septimo. In diebus illis congregauit Ionathas eos, qui erant de Iudæa, vt expugnarent arcem, quæ erat in Hierusalem: & fecit contra eam machinas multas. Et abierunt quidam, qui oderant gentem suam, viri iniqui ad regem: & renunciauerunt ei, quòd Ionathas obsideret arcẽ. Et audiens, iratus est. Vt autem audiuit, statim iter faciens venit Ptolemaidam, & scripsit Ionathæ, ne obsideret arcem, sed occurreret sibi ad colloquium in Ptolemaidam festinato. Vt audiuit autem Ionathas, iussit obsidere: & elegit de senioribus Israel, & de sacerdotibus: & dedit se periculo. Et accepit argentum, &

aurum,& veſtem,& alia xenia multa:& abijt ad regem in Ptolemaidam: & inuenit gratiam in conſpectu eius. Et interpellabant aduerſus eum quidam iniqui ex gente. Et fecit ei rex, ſicut fecerant ei, qui ante eum fuerant: & exaltauit eum in cõſpectu omnium amicorum ſuorum. Et ſtatuit ei principatum ſacerdotis, & quæcumque alia habuit prius precioſa: & fecit eum principem amicorum. Et poſtulauit Ionathas à rege, vt immunem faceret Iudæam, & tres Toparchias & [c] Samaritidem: & promiſit ei talenta trecenta. Et conſenſit rex: & ſcripſit Ionathæ epiſtolas de his omnibus, hunc modum continentes: Rex Demetrius Ionathæ fratri ſalutem, et genti Iudæorum. Exemplum epiſtolæ, quam ſcripſimus Laſtheni cognato noſtro de vobis, ſcripſimus etiam ad vos, vt ſciretis. Rex Demetrius Laſtheni parenti ſalutem. Genti Iudæorũ amicis noſtris, & conſeruãtibus, quæ iuſta ſunt erga nos decreuimus benefacere propter beneuolentiã, quæ ab ipſis præſtatur erga nos. Statuimus ergo illis fines Iudææ, & tres ciuitates, [7] Aphærema, & Lyddam, et Rhamathem, quæ additæ ſunt Iudææ ex Samaritide, et omnia pertinentia ad ipſas omnibus ſacrificantibus in Hieroſolymis, pro regalibus, quæ ab eis prius accipiebat rex per ſingulos annos de fructibus terræ, et de fructibus arborum. Et alia, quæ ad nos pertinebant ex hoc tempore decimarum, et tributorum pertinentium ad nos, et ſalis ſtagna, et pertinentes ad nos coronas, omnia liberaliter ipſis remittimus. Et nihil horum irritum erit ex hoc, et in omne tempus. Nunc ergo curate facere horum exemplum: et detur Ionathæ, et ponatur in monte ſancto in loco celebri. Et videns Demetrius rex, quòd ſiluit terra in conſpectu ſuo, et nihil ei reſiſtebat, dimiſit omnes exercitus ſuos, vnumquemque in locum ſuum, excepto peregrino exercitu, quem traxit ab inſulis gẽtium: et inimici erant ei omnes exercitus patrum eius. Triphon autem erat quidam partium Alexandri prius: et vidit, quoniam omnes exercitus murmurauerunt contra Demetrium; et iuit ad Emalcue Arabem, qui nutriebat Antiochum filium Alexandri. Et aſsidebat ei, vt traderet eum ipſi, vt regnaret in loco patris ſui. Et enunciauit ei, quanta fecit Demetrius, et inimicitias exercituum eius aduerſus illum: et manſit ibi diebus multis. Et miſit Ionathas ad Demetrium regem, vt eijceret eos, qui in arce erant, in Hieruſalem, & qui in præſidijs erant: quia impugnabant Iſrael. Et miſit Demetrius ad Ionatham, dicens: Non hæc tantum faciam tibi, & genti tuæ, ſed gloria illuſtrabo te, & gentem tuam, ſi opportunitatem nactus fuero. Nunc ergo recte feceris; ſi miſeris in auxilium mihi viros: quoniam diſceſſerunt omnes exercitus mei. Et miſit ei Ionathas tria millia virorum fortium Antiochiam: & venerunt ad regem: & delectatus eſt rex in aduentu eorum. Et conuenerunt, qui erant de ciuitate, in medium ciuitatis ad centum viginti millia virorum: & volebant interficere regem. Et fugit rex in aulam: & occupauerunt, qui erant de ciuitate, itinera ciuitatis, & ceperunt pugnare. Et vocauit rex Iudæos in auxilium: & conuenerunt omnes ſimul ad eum: & diſperſi ſunt in ciuitate [d] omnes ſimul: & occiderunt in ciuitate in illa die ad centum millia: & ſuccenderunt ciuitatem, & ceperunt ſpolia multa in illa die, & liberauerunt regem. Et viderunt, qui erant de ciuitate, quòd obtinuiſſent Iudæi ciuitatem, ſicut volebãt: & infirmati ſunt mente ſua, & clamauerunt ad regem cum precibus dicentes: Da nobis dexteras: & ceſſent Iudæi oppugnare nos, & ciuitatẽ. Et proiecerũt arma, & fecerunt

A runt pacem. Et glorificati ſunt Iudæi in conſpectu regis, & in conſpectu omnium, qui erant in regno eius: & regreſsi ſunt in Hieruſalem habentes ſpolia multa. Et ſedit Demetrius rex in ſede regni ſui, & ſiluit terra in conſpectu eius. Et mentitus eſt omnia, quæcumque dixit: & abalienauit ſe à Ionatha: & non retribuit ſecundum beneficia, quæ ſibi tribuerat: & vexabat eum valde. Poſt hæc autem reuerſus eſt Triphon, & Antiochus cum eo puer adoleſcens. Et regnauit & impoſuit ſibi diadema. Et congregati ſunt ad eum omnes exercitus, quos diſperſerat Demetrius: & pugnauerunt contra eum: & fugit, & terga vertit. Et accepit Tryphon beſtias, & obtinuit Antiochiam. Et ſcripſit Antiochus adoleſcens Ionathæ, dicens: Conſtituo tibi ſummum ſacerdotium: & conſtituo te B ſuper quatuor ciuitates, & vt ſis de amicis regis. Et miſit illi vaſa aurea, & miniſterium: & dedit ei poteſtatem bibendi in auro, & eſſe in purpura, & habere fibulam auream. Et Simonem fratrem eius conſtituit ducem ab aſcenſu Tyri vſque ad fines Ægypti. Et exijt Ionathas: & perambulabat transfluuium, & in ciuitatibus: & congregati ſunt ad eum omnes exercitus Syriæ in auxilium. Et venit Aſcalonem: & occurrerunt ei illi, qui de ciuitate, honorifice. Et abijt inde Gazam: & concluſerunt ſe, qui erant Gazæ: & obſedit eam: & ſuccendit igni, quæ erant in circuitu ciuitatis, & prædatus eſt ea. Et rogauerunt Gazenſes Ionathan: & dedit illis dexteras: & accepit filios principum eorum obſides: & miſit C illos in Hieruſalem. Et perambulauit regionem vſque Damaſcum. Et audiuit Ionathas, quod ad erant principes Demetrij in Cades, quæ eſt in Galilæa, cum exercitu multo, volentes remouere eũ à[ε] prouincia. Et occurrit illis: fratrem autẽ ſuum Simonem reliquit in prouincia. Et applicuit Simon ad Bæthſurã: & oppugnabat eam diebus multis: Et concluſit eam. Et poſtulauerunt ab eo dexteras accipere: & dedit illis: & eiecit eos inde, & cepit ciuitatem, & poſuit in ea præſidium. Et Ionathas, & caſtra eius applicuerunt ad aquam Geneſar: & ante lucem ſurrexerunt in campo Nazor. Et ecce caſtra alienigenarum occurrebãt ei in campo: & tetenderant inſidias ie in montibus: ipſi autem occurrerunt ex D aduerſo: inſidiæ vero exurrexerunt de locis ſuis, & commiſerunt prælium. Et fugerunt, qui erant ex parte Ionathæ, omnes: & nemo relictus eſt ex eis, niſi Mattathias filius Abeſſalomi, & Iudas filius Calphi principes militiæ exercituum. Et ſcidit Ionathas veſtimenta ſua, & poſuit terram in capite ſuo, & orauit. Et reuerſus eſt ad eos in prælium: & conuertit eos in fugam: & fugerunt. Et viderunt qui fugiebant partis illius, & reuerſi ſunt ad eum, & inſequebantur cum eo vſque Cades, vſque ad caſtra eorum: & caſtrametati ſunt illic. Et ceciderunt de alienigenis in die illa ad tria millia virorũ. Et reuerſus eſt Ionathas in Hieruſalẽ.

E α Ptolemæus.] *Sic etiam vulgata. Alij* πτολεμαΐδος, Ptolemaide. β Et Samaritidem.] *Ita colliati codices: Vulgata tamen*, ideſt Samariam, & confines eius. γ Aphærema.] *Videtur eſſe nomen proprium alicuius præfecturæ, vt conſtet numerus trium. Interpres tamen videtur accepiſſe vſitata notione ſegregationis. Ita enim inquit*, & tres ciuitates, Lydam, & Ramathan, quæ additæ ſunt Iudææ ex Samaria, & omnes confines earum ſequeſtrari, &c. δ Omnes ſimul.] *Abſunt hæc à multis, & à vulgata.* ε Prouincia.] *In aliquo codice eſt* χρείας, *& in vulgata*, à negotio regni.

CAP. XII.

ET vidit Ionathas, quia tempus eum iuuat: & elegit viros, & miſit Romam ſtatuere, & renouare cum eis amicitiam. Et ad Spartiatas, & alia loca miſit epiſtolas, ſecundum eandem formam. Et abierunt Romam, & intra-

uerunt curiam, & dixerunt: Ionathas summus sacerdos, & gens Iudæorum miserunt nos, vt renouaremus amicitiam cum ipsis & societatem secundum pristinũ. Et dederunt illis epistolas ad ipsos per loca, vt deducerent eos in terrã Iuda cum pace. Et hoc est exemplum epistolarum, quas scripsit Ionathas Spartiatis: Ionathas summus sacerdos, & seniores gentis, & sacerdotes, & reliquus populus Iudæorum Spartiatis fratribus salutem. Iam pridem missæ erant epistolæ ad Oniam summum sacerdotem à Dario, qui regnabat apud vos, quoniam estis fratres nostri, sicut exemplum subiectum est. Et suscepit Onias virum, qui missus fuerat cum honore: & accepit epistolas, in quibus significabatur de societate, & amicitia. Et nos igitur, cũ nullo horum indigeremus, habentes sanctos libros, qui sunt in manibus nostris, aggressi sumus mittere ad vos renouare fraternitatem, & amicitiam; ne alieni efficiamur à vobis. Multa enim tempora transierunt, ex quo misistis ad nos. Nos ergo in omni tempore sine intermissione & in diebus solennibus, & cæteris quibus oportet, memores sumus vestri in sacrificijs, quæ offerimus, & in orationibus, sicut fas est, & decet meminisse fratrũ. Lætamur itaque de gloria vestra. Nos autem circundederũt multæ tribulationes, & multa prælia, & impugnauerunt nos reges, qui sunt in circuitu nostro. Et noluimus ergo vobis molesti esse, neque cæteris socijs, & amicis nostris in his prælijs. Habemus enim auxilium quod è cælo, adiuuans nos, & liberati sumus ab inimicis nostris: & humiliati sunt inimici nostri. Elegimus itaque Numeniũ Antiochi filium, & Antipatrum Iasonis filium: & misimus ad Romanos renouare cum eis amicitiam, & societatem pristinam. Mandauimus itaque eis, vt veniant etiam ad vos, & salutent vos, & reddant vobis epistolas nostras de innouatione [β] etiam fraternitatis nostræ. Et nunc bene facietis respondentes nobis ad hæc. Et hoc rescriptum epistolarum, quas [γ] misit Oniares. Rex Spartiatarum Oniæ sacerdoti magno salutem. Inuentum est in scriptura de Spartiatis, & Iudæis, quoniam sunt fratres, & quia sunt de genere Abraam. Et nunc, ex quo hæc cognouimus, bene facietis scribentes nobis de pace vestra. Sed & nos rescribimus vobis. Pecora vestra, & possessiones vestræ nostræ sunt; & nostræ vestræ. Mandamus itaque hæc nunciari vobis. Et audiuit Ionathas, quoniam regressi sunt principes Demetrij cum exercitu multo, super quàm prius, pugnare aduersus eum. Et exijt ab Hierusalem, & occurrit eis in Amathite regione: Non enim dederat eis spatium, vt ingrederentur regionem eius. Et misit speculatores in castra eorum: & reuersi renunciauerunt ei, quòd constituunt superuenire illis nocte. Cum occidisset autem Sol; præcepit Ionathas suis vigilare, & esse in armis, & paratos esse ad pugnam tota nocte. Et emisit custodes per circuitum castrorum. Et audierũt aduersarij, quòd paratus est Ionathas cum suis in prælium: & timuerunt, & formidauerunt corde suo: & accenderunt pyras in castris [δ] suis. Ionathas autem, & qui cum eo erant, non cognouerunt vsque mane. Videbant enim luminaria accẽsa. Et sequutus est eos Ionathas, & non comprehendit eos: transierant enim flumen Eleutherum. Et diuertit Ionathas ad Arabas, qui vocabantur Zabedæi: & percussit eos, & accepit spolia eorum. Et iunxit, & venit Damascum: & perambulauit omnem regionem. Et Simon exijt, & venit vsque Ascalonem, & ad proxima præsidia: & declinauit in Ioppen, & occupauit eam. Audiuit enim, quòd vellent præsidium tradere partibus Demetrij: & posuit ibi custo-

custodiam, vt custodirent eam. Et reuersus est Ionathas, & conuocauit seniores populi, & cogitauit cum eis ædificare præsidia in Iudæa, & exaltare muros Hierusalem, & exaltare altitudinem magnam inter medium arcis, & ciuitatis, vt separaret eam à ciuitate: vt esset ipsa singulariter, vt neque emant, neque vendãt. Et conuenerunt, vt ædificarent ciuitatem: & ε appropinquauit muro torrentis, qui est à Subsolano: & reparauerunt eum, qui vocatur Chaphenatha. Et Simon ædificauit Adida in ζ Sephela, & muniuit portas, & seras. Et quæsiuit Tryphon regnare Asiæ, & assumere diadema, & extendere manum in Antiochum regem. Et timens, ne forte non permitteret eum Ionathas, & ne forte pugnaret aduersus eum, quærebat viam comprehẽdendi Ionatham, vt occideret eum. Et exurgens venit in Bæthsan. Et exijt Ionathas obuiam ei cũ quadraginta millibus virorũ electis in prælium: & venit Bæthsan. Et vidit Tryphon, quia adest Ionathas cũ exercitu multo: & extendere manus in eum timuit. Et excepit eum cum honore, & commendauit eum omnibus amicis suis, & dedit ei munera, & præcepit exercitibus suis, vt obedirent ei, sicut sibi. Et dixit Ionathæ: Vt quid vexasti vniuersum populum istum; cum bellum nobis non sit? Et nunc remitte eos in domos suas: elige autem tibi viros paucos, qui tecum sint: & veni mecum Ptolemaidam: & tradam eam tibi, & reliqua præsidia, & reliquos exercitus, & vniuersos præpositos negocijs: & conuersus abibo. Propterea enim veni. Et credidit ei, & fecit, sicut dixit: & dimisit exercitus: & abierunt in terram Iuda. Retinuit autem secum tria millia virorum: ex quibus remisit in Galilæam duo millia: mille autem venerunt cum eo. Vt autem intrauit Ptolemaidam Ionathas; clauserunt portas Ptolemenses, & comprehenderunt eum: & omnes, qui cum eo intrauerunt, gladio interfecerunt. Et misit Tryphon exercitum, & equites in Galilæam, & campum magnum, vt perderent omnes socios Ionathæ. At illi, cum cognouissent, quia comprehensus est Ionathas, & perijt, & qui cum eo erant; hortati sunt semetipsos, & exierunt conglobati parati in prælium. Et videntes hi, qui insequuti fuerant, quia pro anima res est illis, reuersi sunt. Et venerunt omnes cum pace in terram Iuda: & planxerunt Ionatham, & eos, qui cum ipso erant: & timuerunt valde: & luxit vniuersus Israel luctu magno. Et quæsierunt omnes gentes, quæ erant in circuitu eorum, conterere eos. Dixerunt enim: Non habent principem, & adiuuantem. Nunc ergo expugnemus illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.

α Ad ipsos.] *Sic vulgata. In aliquo est,* πρὸς τοὺς κατὰ τόπον, ad eos, qui per loca erant. β Etiam.] *Abest à vulgata: à cuius tamen sententia non putauimus recedendum. Nam alij vertunt,* & fraternitate nostra. γ Misit.] *In Compluten.* ἀπέστειλαν, miserunt: *ac deinde,* Oniares rex Spartiatarum, *&c. Vulgata autem,* quod misit Onias. Rex Spartiatarum Onias Ionathæ sacerdoti, *&c.* δ Suis.] *In vno codice vetusto sequitur,* καὶ ἀνεχώρησαν & recesserunt. ε Appropinquauit.] *In quibusdam,* ἔπεσε τοῦ τείχους, cecidit de muro: *& vulgata,* cecidit murus. ζ Sephela.] *In vno est,* πεδινῇ, campestri: *ac deinde sequitur,* καὶ ὠχύρωσεν αὐτὴν, καὶ ἐπέστησεν θύρας, *quod in vulgata,* & muniuit eam, & imposuit portas.

C A P. XIII.

ET audiuit Simon, quòd congregauit Tryphon exercitum copiosum, vt veniret in terram Iuda, & attereret eam. Et videns, quia in tremore populus est, & in timore, ascendit Hierusalem, & congregauit populum: & adhor-

adhortans eos dixit eis: Vos ipsi scitis, quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei fecimus pro legibus, & pro sanctis, & prælia, & angustias, quas vidimus. Huius rei gratia perierũt fratres mei omnes propter Israel: & relictus sum ego solus. Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim melior sum fratribus meis. Quinimo vindicabo gẽtem meam, & sancta, vxores quoque, & natos nostros: quia congregatæ sunt vniuersæ gentes conterere nos inimicitiæ gratia. Et accensus est spiritus populi, simul vt audiuit sermones istos: & responderunt voce magna, dicentes: Tu es dux noster loco Iudæ, & Ionathæ fratris tui: Pugna prælium nostrum: & omnia, quæcumque dixeris nobis, faciemus. Et congregauit omnes viros bellatores: & accelerauit consummare muros Hierusalem, & muniuit eam in gyro. Et misit Ionatham filium Abessalomi, & cum eo exercitum, qui satis esset, in Ioppen: & eiectis his, qui erant in ea, remãsit illic ipse. Et mouit Tryphon à Ptolemaida cum exercitu multo, vt veniret in terram Iuda: & Ionathas cũ eo in custodia. Simon autem applicuit in Adida contra faciem campi. Et cognouit Tryphon, quia surrexit Simon loco Ionathæ fratris sui, & quia commissurus esset cum eo præliũ: & misit ad eũ legatos, dicens: Pro argento, quod debebat frater tuus Ionathas in ratione regis propter negocia, quæ habuit, [a] detinemus eum. Et nunc mitte argenti talenta centum, & duos filios eius obsides, vt dimissus non recedat à nobis: & remittemus eum. Et cognouit Simon, quia cum dolo loquerentur secum. Mittit tamen argentum, & pueros; ne inimicitiam magnam sumeret ad populũ, dicentem; quia non misi ei argentum, & pueros; & perijt. Et misit pueros, & centum talenta. Et mentitus est, & non dimisit Ionatham. Et post hæc venit Tryphon, vt intraret in regionem, & contereret eam: & gyrauit per viam, quæ ducit in Adora. Et Simon, & castra eius opponebant se ei, in omnem locum, quocumque ibat. Qui autem in arce erant, miserunt ad Tryphonem legatos, qui vrgerent eum, vt veniret ad eos per desertum, & mitteret illis alimonias. Et parauit Tryphon omnem equitatum suum, vt veniret illa nocte. Et fuit nix multa valde: & non venit propter niuem. Et mouit castra, & venit in Galaaditim. Vt autem appropinquauit ad Bascamari; occidit Ionatham: & sepultus est illic. Et conuertit Tryphon, & abijt in terram suam. Et misit Simon, & accepit ossa Ionathæ fratris sui: & sepeliuit ea in Modin ciuitate patrum eius. Et planxerunt eum omnis Israel planctu magno, & luxerunt eum dies multos. Et ædificauit Simon super sepulchrum patris sui, & fratrum suorum: & exaltauit illud ad aspectum lapide polito retro, & ante. Et statuit [b] super ea septem pyramidas, vnam contra vnam, patri, & matri, & quatuor fratribus. Et his fecit machinamenta circumponens columnas magnas: & fecit super columnas arma ad nomen æternum, & iuxta arma naues sculpras, vt viderentur ab omnibus nauigantibus mare. Hoc est sepulchrum, quod fecit in Modin vsque in hunc diem. Tryphon autem iter faciebat dolo cum Antiocho rege adolescente, & occidit eum: et regnauit loco eius: et imposuit sibi diadema Asiæ: et fecit plagam magnã in terra. Et ædificauit Simon præsidia Iudææ, muniens ea turribus excelsis, et muris magnis, et portis, et seris: et posuit alimenta in munitionibus. Et elegit Simon viros, et misit ad Demetrium regem, vt faceret remissionem regioni: quia omnes actus Tryphonis fuerant direptiones. Et misit ei Demetrius rex secundum

verba

A verba iſta;& reſpondit ei,& ſcripſit ei epiſtolam talem:Rex Demetrius Simoni ſummo ſacerdoti, & amico regum, & ſenioribus, & genti Iudæorum ſalutem. Coronam auream,& bainem,quam miſiſtis,accepimus: & parati ſumus facere vobiſcum pacem magnam,& ſcribere ijs,qui præſunt negocijs,remittere vobis remiſsiones.Et quæcumque conſtituimus vobis,conſtant:& munitiones, quas ædificaſtis,vobis ſint.Remittimus quoque ignorantias, & peccata vſque in hodiernum diem,& coronam,quam debebatis:& ſiquid aliud erat tributarium in Hieruſalem,non ſit amplius tributarium: & ſi qui ex vobis apti ſunt conſcribi inter eos,qui circa nos,conſcribantur:& ſit inter nos pax. Anno centeſimo ſeptuageſimo ablatum eſt iugum gentium ab Iſrael. Et cepit populus Iſrael ſcri- B bere in ſyngraphis,& contractibus,Anno primo ſub Simone ſummo ſacerdote magno,& duce,& principe Iudæorum. In diebus illis applicuit Simon ad Gazam,& circundedit eam caſtris:& fecit machinas,& admouit ciuitati,& percuſſit turrim vnam,& comprehendit.Et eruperunt, qui erant in machina,in ciuitatem:& factus eſt motus magnus in ciuitate.Et aſcenderunt, qui erant in ciuitate cum vxoribus,& filijs ſupra murum,ſciſsis tunicis ſuis, & clamauerunt voce magna poſtulantes à Simone dexteras ſibi dari:& dixerunt: Non nobis vtaris ſecundum malitias noſtras,ſed ſecundum miſericordiam tuam. Et flexus eis Simon non debellauit eos:eiecit tamen eos de ciuitate:& emundauit domos, C in quibus fuerant ſimulachra:& ſic intrauit in eam hymnos canens, & benedicens.Et eiecta ab ea omni immunditia collocauit ibi viros,qui legem facerēt: & muniuit eam:& ædificauit ſibi in ea habitationem. Qui autem erant in arce in Hieruſalem,prohibebantur egredi,& ingredi regionem,& emere, ac vendere:& eſurierunt valde:& multi ex eis fame perierunt.Et clamauerunt ad Simonem,vt dexteras acciperent:& dedit illis:& eiecit eos inde, & mundauit arcem à contaminationibus. Et intrauit in eam tertia & vigeſima die ſecundi menſis anno centeſimo ſeptuageſimo primo cum laude,& ramis,& cynaris,& cymbalis,& nablis,& hymnis,& canticis:quia contritus eſt inimicus magnus ex Iſrael. D Et conſtituit,vt omnibus annis ageretur dies hæc cum lætitia.Et muniuit montem templi,qui erat ſecus arcem:& habitauit ibi ipſe,& qui cum eo erant.Et vidit Simon Ioannem filium ſuum,quòd vir eſſet:& poſuit eum ducem virtutum vniuerſarum: & habitabat in Gazaris.

α Detinemus.] *Compl.* συνέχομεν *& vulg.* detinuimus. β Super ea.] *Abeſt ab aliquo codice,& à vulgata.*

CAP. XIV.

E ET anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo congregauit Demetrius rex exercitus ſuos:& abijt in Mediam ad contrahenda ſibi auxilia; vt expugnaret Tryphonem.Et audiuit Arſaces rex Perſidis, & Mediæ, quia intrauit Demetrius fines ſuos:& miſit vnum de principibus ſuis, vt comprehenderet eum viuum.Et abijt,& percuſsit caſtra Demetrij: & comprehendit eum: & duxit eum ad Arſacem:& poſuit eum in cuſtodia.Et ſiluit terra Iuda omnibus diebus Simonis.Et quæſiuit bona genti ſuæ:& placuit illis poteſtas eius, & gloria eius omnibus diebus.Et cum omni gloria ſua accepit Ioppen in portum:& fecit introitum inſulis maris:& dilatauit fines genti ſuæ, & obtinuit regionem: & con-

&congregauit captiuitatem multam,& dominatus est Gazaræ,& Bæthsuræ,& A arci:& abstulit immunditias ex ea:& non erat, qui resisteret ei. Et erant colentes terram suam cum pace:& terra dabat fructus suos, & ligna camporum fructum suum. Seniores in plateis sedebant, omnes de bonis communiter tractabant:& iuuenes induebant se glorias, et stolas belli. Ciuitatibus tribuebat alimonias: et constituit eas in vasis munitionis; quoadusque nominatum est nomen gloriæ eius vsque ad extremum terræ. Fecit pacem super terram:& lætatus est Israel lætitia magna. Et sedit vnusquisque sub vite sua,& ficu sua:& non erat, qui eos terreret. Et defecit impugnans eos super terram: & reges contriti sunt in diebus illis. Et confirmauit omnes humiles populi sui: legem exquisiuit, & B abstulit omnem iniquum,& malum: sancta glorificauit, & multiplicauit vasa sanctorum. Et auditum est Romæ, quia defunctus esset Ionathas, & vsque in Spartam:& contristati sunt valde. Vt audierunt autem, quia Simon frater eius factus esset summus sacerdos loco eius,& ipse obtineret regionem, & ciuitates, quæ in ea; scripserunt ad eum tabulis æreis, vt renouarent cum eo amicitiam, & societatem, quam statuerant cum Iuda, & Ionatha fratribus eius. Et lectæ sunt in conspectu Ecclesiæ in Hierusalem. Et hoc, exemplũ epistolarum, quas Spartiatæ miserunt. Spartiatarum principes, & ciuitas Simoni sacerdoti magno, & senioribus,& sacerdotibus,& reliquo populo Iudæorum fratribus salutem. Le- C gati, qui missi sunt ad populum nostrum, nunciauerunt nobis de vestra gloria,& honore: & gauisi sumus in introitu eorum. Et scripsimus, quæ ab eis erant dicta, in concilijs populi sic. Numenius Antiochi,& Antipater Iasonis filius legati Iudæorum venerunt ad nos, renouantes nobiscum amicitiam pristinam. Et placuit populo excipere viros gloriose, & ponere exemplum sermonum eorũ in segregatis populi libris, vt sit ad memoriam populo Spartiatarum. Exemplum autem horum scripsimus Simoni summo sacerdoti. Post hæc misit Simon Numenium Romam, habentem clypeum aureum magnum, pondo minarum mille, ad statuendam cum eis societatem. Cum autem audisset populus D sermones istos, dixerunt: Quas gratias reddemus Simoni,& filijs eius? Firmauit enim ipse,& fratres eius,& domus fratris eius:& expugnauerunt inimicos Israel à se,& statuerunt ei libertatem. Et descripserunt in tabulis æreis:& posuerunt in titulis in monte Sion. Et hoc est exemplum scripturæ. Octaua decima die mensis Elul, anno centesimo septuagesimo secundo,(& hic annus tertius sub Simone sacerdote magno) in Saramel. In conuentu magno sacerdotũ,& populi,& principũ gentis,& seruorũ regionis, Innotuit nobis, quoniã frequẽter facta sunt prælia in regione, Simon autẽ filius Mattathiæ filius ex filijs Iarib, et fratres eius dederũt seipsos periculo, et restiterunt aduersarijs gẽtis suæ, vt starent sancta ipso- E rũ, et lex: et gloria magna glorificauerunt gentẽ suam: et congregauit Ionathas gentem suam, et factus est illis sacerdos magnus: et appositus est ad populum suum: et voluerunt inimici eorum penetrare in regionem ipsorum, vt attererent regionem ipsorum, et extenderent manus in sancta ipsorum: Tunc surrexit Simon, et pugnauit pro gente sua, et erogauit pecunias multas ex suis, et armauit viros virtutis gentis suæ, et dedit illis stipendia: et muniuit ciuitates Iudææ, et Bæthsuram, quæ in finibus Iudææ, vbi erant arma hostium antea: et posuit illic præsidium viros Iudæos: et Ioppen muniuit, quæ ad mare, et Gazaram, quæ est in

A est in finibus Azoti, in qua hostes antea habitabant: et collocauit illic Iudæos: et quæcumque apta erant ad correctionem horum, posuit in eis. Et vidit populus [β] actum Simonis, et gloriam, quam cogitabat facere genti suæ: et posuerunt eum ducem suum, et principem sacerdotum, eo quòd ipse fecerit hæc omnia, et iustitiam, et fidem, quam conseruauit genti suæ, et exquisiuit omni modo exaltare populum suum. Et in diebus eius prosperatum est in manibus eius, vt tollerentur gentes de regione ipsorum, et qui in ciuitate Dauid erant in Hierusalem, qui fecerant sibi arcem, de qua procedebant, & contaminabant in circuitu sanctorum, & inferebant plagam magnam castitati. Et collocauit ea in viros Iudæos: & muniuit eam ad tutamentum regionis, & ciuitatis: & exaltauit B muros Hierusalem. Et rex Demetrius statuit illi summum sacerdotium secundum hæc, & fecit eum ex amicis suis, & glorificauit eum gloria magna. Audiuit enim, quòd appellati sunt Iudæi à Romanis amici, & socij, & fratres, & quia obuiam ierant [γ] legatis Simonis gloriose: Et quia Iudæi, & sacerdotes eorum consenserunt Simonem esse ducem, & summum sacerdotem in æternum, donec surgat propheta fidelis: &, vt sit super eos dux, & vt cura esset illi pro sanctis, vt constitueret [δ] eos super opera eorum, & super regionem, & super arma, & super præsidia: Et, vt cura sit illi de sanctis, &, vt audiatur ab omnibus, & scribantur in nomine eius omnes conscriptiones in regione, & vt operiatur purpu-C ra, & auro: Et ne liceat vlli ex populo, & ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his, quæ ab ipso dicentur, & conuocare conuentum in regione sine ipso, & vestiri purpura, & vti fibula aurea: Qui autem fecerit extra hæc, aut irritum fecerit aliquid horum, reus erit. Et complacuit omni populo statuere Simoni, & facere secundum verba ista. Et suscepit Simon, & placuit ei, vt summo sacerdotio fungeretur, & esset dux, & princeps gentis Iudæorum, & sacerdotum, & præesset omnibus. Et scripturam istam dixerunt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribolo sanctorum in loco celebri, exempla autem earum poni in ærario; vt habeat Simon, & filij eius.
D

α Scripsimus.] *Ita etiam vulgata. In quibusdam est,* ἔγραψαν, scripserunt. β Actum.] *Ita aliquot vulgatæ editionis exemplaria: nam alia,* aptum. *In quibusdam græcis codicibus est,* τὴν πίστιν, fidem. γ Legatis.] *Eodem sensu est in vulgata,* susceperũt legatos, *quod græce,* ἀπήντησαν τοῖς πρεσβευταῖς *aut* πρεσβύταις, *vt plerique.* δ Eos.] *In quibusdam est,* δι' αὐτοῦ, per se ipse. *Vulgata,* vt constitueret præpositos. *Nam hanc vim sæpe habet verbum,* καθιστάναι.

CAP. XV.

E ET misit Antiochus filius Demetrij regis epistolas ab insulis maris Simoni sacerdoti, & principi gentis Iudæorum, & vniuersæ genti. Et erant continentes hunc modum. Rex Antiochus Simoni sacerdoti magno, & principi gentis, & genti Iudæorum salutem. Quoniam viri pestilentes obtinuerunt regnum patrum nostrorum, volo autem vendicare regnum, vt restituam illud, sicut erat antea, & electam feci multitudinem exercitus, & paraui naues bellicas, volo autem procedere per regionem, vt vlciscar eos, qui corruperunt regionem nostram, & qui desolauerunt ciuitates multas in regno; Nunc ergo statuo tibi omnes oblationes, quas remiserunt tibi reges, qui ante me, & quæcumque alia dona remiserunt tibi. Et permisi tibi facere percussuram proprij nomismatis

misimatis in regione tua: Hierusalem autem, & sancta esse libera. Et omnia arma, quæ fabricasti, & præsidia, quæ construxisti, quæ tenes, maneant tibi. Et omne debitum regium, & quæ futura sunt regia ex hoc, & in omne tempus remittantur tibi. Cum autem obtinuerimus regnum nostrum, glorificabimus te, & gentem tuam, & templum gloria magna: ita vt manifestetur gloria vestra in vniuersa terra. Anno centesimo septuagesimo quarto exijt Antiochus in terram patrum suorum: & conuenerunt ad eum omnes exercitus; ita vt pauci relicti essent cum Triphone. Et insequutus est eum Antiochus rex: & venit fugiens in Doram, quæ ad mare. Sciebat enim quod congregata sunt mala in eum, & reliquit eum exercitus. Et applicuit Antiochus super Doram, cum centum viginti millibus virorum belligeratorum, & octo millibus equitum. Et circuiuit ciuitatem: & naues à mari accesserunt; & vexabat ciuitatem à terra, & mari: & neminem sinebat egredi, vel ingredi. Venit autem Numenius, & qui cum eo fuerunt, ab urbe Roma habentes epistolas regibus, & regionibus: in quibus continebantur hæc. Lucius consul Romanorum Ptolemæo regi salutem. Legati Iudæorum venerunt ad nos amici nostri, & socij, renouantes pristinam amicitiam, & societatem, missi à Simone principe sacerdotum, & populo Iudæorum. Attulerunt autem clypeum aureum minarum mille. Placuit itaque nobis scribere regibus, & regionibus, vt non quærant eis mala, neque impugnent eos, & ciuitates eorum, & regionem eorum, &, vt non ferant auxilium pugnantibus aduersus eos. Visum autem est nobis accipere ab eis clypeum. Si qui ergo pestilentes fugerint de regione ipsorum ad vos, tradite eos Simoni principi sacerdotũ; vt vindicet in eos secundum legem suam. Hæc eadem scripsit Demetrio regi, & Attalo, Ariarathæ, & Arsaci, & in omnes regiones; & Sampsamæ, & Spartiatis & in Delum, & in Myndum, & in Sicyonem, & in Cariam, & in Samum, & in Pamphiliam, & in Lyciam, & in Alicarnassum, et Rodum, et Phaselida, et Coo, et Siden, et Aradon, et Gortinam, et Cnidum, et Cyprum, et Cyrenen. Exemplum autem earum scripserunt Simoni principi sacerdotum. Antiochus autem rex applicuit castra in Doram secundo, admouens ei semper manus, & machinas faciens & conclusit Tryphonem, ne ingrederetur, & egrederetur. Et misit ad eum Simon duo millia virorum electorum in auxilium eius, & argentum & aurum, & vasa copiosa. Et noluit ea accipere, sed rupit omnia, quæ pactus est cum eo antea, & alienauit se ab eo. Et misit ad eum Athenobium vnum de amicis suis, vt tractaret cum ipso, dicens: Vos tenetis Ioppem, & Gazaram, & arcem, quæ est in Hierusalem, ciuitates regni mei: fines earum desolastis & fecistis plagam magnam in terra, & dominati estis locorum multorũ in regno meo. Nunc ergo tradite ciuitates, quas occupastis, & tributa locorum, in quibus dominati estis extra fines Iudææ. Sin autem, date pro illis quingenta talenta argenti, & exterminij, quod exterminastis, & tributorum ciuitatum alia talenta quingenta. Sin autem; veniemus, & expugnabimus vos. Et venit Athenobius amicus regis in Hierusalem: & vidit gloriam Simonis, & abacum cum vasis aureis, & argenteis, & apparatum copiosum: et obstupuit, et retulit ei verba regis. Et respondit Simon, et dixit ei: Neque alienam terram sumpsimus: neque aliena detinuimus, sed hæreditatem patrum nostrorum: ab inimicis autem nostris iniuste aliquo tempore possessa est. Nos verò tempus habentes vendicamus hæreditatem

A tatem patrum noſtrorum. Nam de Ioppe, & Gaza, quæ expoſtulas; ipſæ faciebant in populo plagam magnam γ per regionem noſtram: harum dabimus talenta centum. Et non reſpondit ei Athenobius verbum. Reuerſus autem cum ira ad regem renunciauit ei verba iſta, & gloriam Simonis, & vniuerſa, quæ vidit. Et iratus eſt rex ira magna. Tryphon autem conſcendens nauim fugit in Orthoſiada. Et conſtituit rex Cendebæum ducem maritimæ: & exercitum peditum, & equitum dedit illi. Et mandauit illi admouere caſtra contra faciem Iudææ: & mandauit ei ædificare Cedronem, & munire portas, & vt debellet populũ. Rex autem perſequebatur Tryphonem. Et peruenit Cendebæus Iamniã: & cepit irritare plebem, & penetrare in Iudæam, & captiuare populum, & interficere. B Et ædificauit Cedronem: & collocauit illic equites, & exercitus; vt egreſsi perambularent vias Iudææ; ſicut conſtituit ei rex.

α Fugiens in Doram, quæ ad mare.] *Ita collati codices. Complutenſes autem,* καὶ ἦλθεν εἰς Δῶρα φεύγων ἐπὶ τῆς θαλάσσης, *quæ vertunt,* & venit in Doram fugiens per mare: *quomodo fere vulgata*. β Hæc eadem ſcripſit Demetrio.] *Nimirum Conſul, aut populus Romanus: & vulgata,* hæc eadem ſcripta ſunt Demetrio regi. *Nonnulli autem codices habent,* καὶ ταῦτα ἔγραψεν Δημήτριος τῷ βασιλεῖ, & hæc ſcripſit Demetrius regi. γ Per regionem noſtram.] *Complutenſis,* καὶ τῇ χώρᾳ ἡμῶν, *& vulgata,* & in regione noſtra.

CAP. XVI.

C ET aſcendit Ioannes de Gazaris: & nunciauit Simoni patri ſuo, quæ faciebat Cendebæus. Et vocauit Simon duos filios ſuos ſeniores, Iudã, & Ioannem, & ait illis: Ego, & fratres mei, & domus patris mei expugnauimus hoſtes Iſrael ab adoleſcentia vſque in hunc diem: & proſperatum eſt in manibus noſtris liberare Iſrael ſæpenumero. Nunc autem ſenui: & vos autem in miſericordia ſufficientes eſtis in annis. Eſtote loco meo, & fratris mei: & egreſsi pugnate pro gente noſtra. Auxilium vero de cælo vobiſcum ſit. Et elegit de regione viginti millia virorum belligeratorum, & equites: & profecti ſunt ad Cendebæum, & dormierunt in Modin. Et ſurrexerunt mane, & abierunt in campum. D Et ecce exercitus copioſus in obuiam illis peditum, & equitum: & torrens erat inter medium ipſorum. Et admouit caſtra contra faciem eorum, ipſe, & populus eius. Et vidit populũ trepidantem ad transfretandum torrentem: & transfretauit primus: & viderunt eum viri, & tranſierunt poſt eum. Et diuiſit populum, & equites in medio peditum. Erat autem equitatus aduerſariorum copioſus nimis. Et exclamauerunt ſacris tubis: & in fugam conuerſus eſt Cendebæus, & caſtra eius: & ceciderunt ex eis multi vulnerati: reſidui autem in munitionem fugerunt. Tunc vulneratus eſt Iudas frater Ioannis. Ioannes autem inſequutus eſt eos, donec venit Cedronem, quam ædificauit. Et fugerunt vſque ad turres, quæ E erant in agris Azoti: & ſuccendit eam igni. Et ceciderunt ex illis ad duo millia virorum: & reuerſus eſt in terram Iuda cum pace. Et Ptolemæus filius Abubi conſtitutus erat dux in campo Hiericho: & habebat argentum, & aurum multũ. Erat enim gener ſummi ſacerdotis. Et exaltatum eſt cor eius: & volebat obtinere regionem: & cogitabat dolum aduerſus Simonem, & filios eius, vt tolleret eos. Simon autem perambulans ciuitates, quæ erant in regione, & ſolicitudinem gerens de cura earum, deſcendit in Hiericho, ipſe, & Mattathias, & Iudas filij eius, anno centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo menſe vndecimo: hic eſt

mensis Sabat. Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam, quæ vocatur Doc cum dolo, quam ædificauit: & fecit eis conuiuium magnum: & abscondit illic viros. Et cum inebriatus esset Simon, & filius eius, surrexit Ptolemæus cum suis: & sumpserunt arma sua, & irruerunt in Simonem in conuiuio, & occiderũt eum, & duos filios eius, & quosdam pueros eius. Et fecit deceptionem magnam, & reddidit mala pro bonis. Et scripsit hæc Ptolemæus, & misit regi, vt mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem, & ciuitates eorum. Et misit alios in Gazaram tollere Ioannem: & tribunis misit epistolas, vt venirent ad se, vt daret eis argentum, & aurum, & dona. Et alios misit occupare Hierusalem. Et præcurrens quidam nunciauit Ioanni in Gazara, quia perijt pater eius, & fratres eius, & quia misit te quoque interficere. Vt audiuit autem, vehementer expauit: & comprehendit viros, qui venerant perdere eum, & occidit eos. Cognouit enim, quia quærebant perdere eum. Et cætera sermonum Ioannis, & bellorum eius, & bonarum actionum eius, quas fortiter egit, & ædificij murorum, quos extruxit, & rerum gestarum eius, ecce hæc scripta sunt in libro dierum sacerdotij eius; ex quo factus est princeps sacerdotum post patrem suum.

MACCA-

MACCABÆORVM SECVNDVS

CAP. I.

FRATRIBVS, qui sunt per Ægyptum Iudæis Salutem. Fratres, qui sunt in Hierosolymis Iudæi, & qui in regione Iudææ, pacem bonam. Et benefaciat vobis Deus, & meminerit testamenti sui, quod ad Abraam, & Isaac, & Iacob seruos suos fideles. Et det vobis cor omnibus, vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno, & animo volenti. Et adaperiat cor vestrum in lege sua, & in præceptis: & faciat pacem: & exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo. Et nunc hic sumus orantes pro vobis. Regnante Demetrio anno centesimo sexagesimo nono nos Iudæi scripsimus vobis in tribulatione, & impetu, qui superuenit nobis in istis annis, ex quo recessit Iason, & qui cũ eo, à sancta terra, & à regno. Et portam succenderunt, & effuderunt sanguinem innocentem. Et orauimus ad Dominum: & exauditi sumus: & obtulimus sacrificium, & similaginem, & accendimus lucernas, & proposuimus panes. Et nunc, vt agatis dies scenopegiæ mensis Chasleu. Anno centesimo octauo, qui sunt in Hierosolymis, & qui in Iudæa, Senatusque, & Iudas Aristobulo magistro Ptolemæi regis, qui est de genere christorum sacerdotum, & his, qui in Ægypto sunt, Iudæis, salutem, & sanitatem. De magnis periculis à Deo liberati, magnifice gratias agimus ei, vtpote qui aduersus regem dimicauimus. Ipse enim ebullire fecit eos, qui pugnauerunt in sancta ciuitate. Nam cum in Perside esset Dux ipse, & qui cum ipso, exercitus, qui intolerabilis videbatur esse, percussi sunt in templo Nanææ fraude vtentibus ijs, qui circa Nanæam, sacerdotibus. Etenim quasi cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus, & amici eius, vt acciperet pecunias dotis nomine. Cumque proposuissent eas sacerdotes Nanææ, & ipse cum paucis ingressus esset intra ambitum phani, clauserunt templum. Cum autem intrasset Antiochus, aperto occulto ostio laquearis, mittẽtes lapides, percusserunt ducem, & diuiserunt membratim, & capitibus amputatis ad eos, qui foris erant, proiecerũt. Per omnia benedictus Deus noster, qui tradidit impios. Facturi igitur quinta & vigesima die mensis Chasleu purificationem tẽpli, necessariũ duximus significare vobis; vt & vos quoque agatis diẽ scenopegiæ, & ignis: quando Neemias ædificato tẽplo, & altari obtulit sacrificiũ. Nam

A vidit Dei hæreditatem. Et veniens Hieremias inuenit domum speluncæ: & tabernaculum, & arcam, & altare incēsi intulit illuc: & ostium obstruxit. Et accesserunt quidam ex his, qui simul sequebantur, vt notarent viam: & non potuerunt inuenire. Vt autem cognouit Hieremias, culpans illos dixit, quòd ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat: & tunc Dominus ostendet hæc: & apparebit maiestas Domini, & nubes, sicut & in Moyse manifestabatur, & sicut Salomon petijt, vt locus sanctificaretur magnifice. Manifestabatur autem, & vt sapientiam habens obtulit sacrificium dedicationis, & consummationis templi: Sicut & Moyses orauit ad Dominum, & descendit ignis de cælo, & consumpsit holocaustum. Sic & Salomon orauit, & descendit ignis de cælo, & consumpsit holocausta. Et dixit Moyses: eo
B quòd non sit comestum, quod erat pro peccato, consumptum est. Similiter & Salomon octo diebus celebrauit. Narrabantur autem & in descriptionibus, & in commentarijs, qui secundum Neemiam, hæc eadem: & qualiter construens bibliothecam congregauit, quæ de regibus, & prophetis, & quæ ipsius Dauid, & epistolas regum de donarijs. Similiter autem & Iudas, quæ deciderant per bellum, quod nobis acciderat, congregauit omnia, & sunt apud nos. Si ergo desideratis hæc, mittite, qui perferant vobis. Acturi itaque purificationem scripsimus vobis. Bene ergo feceritis, si egeritis hos dies. Deus autem, qui liberauit
C populum suum, & reddidit hæreditatem omnibus, & regnum, & sacerdotium, & sanctificationem, sicut promisit in lege; * speramus enim in Deo, quòd cito nostri miserebitur, & congregabit nos de ea, quæ sub cælo, in locum sanctum. Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgauit. De Iuda vero Maccabæo, & fratribus eius & de templi magni purificatione, & de aræ dedicatione, sed & de prælijs, quæ pertinent ad Antiochum Nobilem, & filium eius Eupatorem, & de illuminationibus, quæ de cælo factæ sunt ad eos, qui pro Iudaismo abunde fortiter fecerunt, ita vt vniuersam regionem, cum pauci essent, popularētur, & barbaram multitudinem fugarent, & famosissimum in toto orbe tem-
D plum recuperarent, & ciuitatem liberarent, & leges, quæ futurum erat, vt abolerentur, restituerent, Domino cum omni trāquillitate propitio facto illis; quæ ab Iasone Cyrenæo quinque libris declarata sunt; tentauimus nos vno volumine breuiare. Considerantes.n. effusionem numerorum, & difficultatē, quæ adest volentibus aggredi narrationes historiarum propter multitudinem rerū; curauimus volētibus quidē legere, vt esset animi oblectatio, studiosis vero, vt facilius possint memoriæ commendare, omnibus autem legentibus vtilitas conferatur. Et nobis quidem, qui laborem breuiandi suscepimus, non facile, sed sudoris, & vigiliarum negocium est; (sicut ei, qui præparat conuiuium, & quærenti aliorū
E vtilitatē non facile quidem est:) tamen propter multorū gratiam libenter laborē sustinebimus, subtilem quidē, & exquisitam de singulis tractationē historiographo concedentes, persequi autem delineationes epitomes [B] studentes. Sicut.n. nouæ domus architecto de vniuersa structura curandū est, ei vero, qui inurere, & pingere aggreditur, quæ apta sunt ad ornatū, exquirenda sunt; ita æstimo & in nobis. Nam penetrare quidem, & de omnibus facere sermonem, & curiosius singulas quasque partes disquirere, historiæ congruit auctori. Breuitatē vero dictionis sectari, & subtilē exequutionē rerum vitare breuianti conceden-

dum eſt. Hinc ergo narrationem incipiemus, prædictis hactenus connectentes. Stultum enim eſt ante hiſtoriam effluere, in ipſa autem hiſtoria ſuccingi. A

[α] Speramus enim.] *A nonnullis abeſt iſtud* γὰρ, *& vulgata*, ſperamus quod cito. [β] Studentes.] *Planiſsima ſententia eſt, & vulgatæ ſatis reſpondens. In quibuſdam vero eſt* ἀπονοοῦντες *nullo fere ſenſu.*

CAP. III.

IGitur cum ſancta ciuitas habitaretur cum omni pace, leges autem adhuc optimè cuſtodirentur propter Oniæ pontificis pietatem, & odium malorum, fiebat, vt & ipſi reges locum honorarent, & templum maximis muneribus illuſtrarēt: ita vt Seleucus Aſiæ rex de reditibus ſuis præſtaret omnes ſumptus ad miniſteria ſacrificiorum pertinentes. Simon autem quidam de tribu Beniamin præpoſitus templi conſtitutus contendebat cum principe ſacerdotū de ea, quæ in ciuitate fiebat, [α] legum trangreſsione. Sed cum vincere Oniam nō poſſet; venit ad Apollonium Thraſæ filiū, qui illo tempore erat dux Cælesyriæ, & Phenicis: & nunciauit pecunijs immenſis plenum eſſe ærarium Hieroſolymis, ita vt multitudo [β] communium copiarum eſſet innumerabilis, & ea non pertinere ad rationem ſacrificiorum, eſſe autem poſsibile ſub poteſtate regis cadere vniuerſa hæc. Colloquutus autem Apollonius cum rege de indicatis ſibi pecunijs aperuit: Ille vero eligens Heliodorum, qui erat ſuper negocia eius, miſit cum mandatis, vt prædictam pecuniā aſportaret. Statimque Heliodorus iter eſt aggreſſus, ſpecie quidem quaſi eas, quæ per Cœleſyriam & Phænicen, ciuitates eſſet peragraturus reuera autem regis propoſitum perfecturus. Sed cū veniſſet Hieroſolymam, & benignè à ſummo ſacerdote ciuitatis eſſet exceptus, narrauit de dato indicio, & cuius rei gratia adeſſet, aperuit. Interrogabat autem, ſi vere hæc ita eſſent. Tunc ſummus ſacerdos oſtendit depoſita eſſe viduarum & pupillorum, quædam verò etiam Hircani Tobiæ viri valde eminentis, non ſicut detulerat impius Simon, vniuerſa autem argenti talenta eſſe quadringenta, & auri ducenta, fraudari verò eos, qui crediſſent loci ſanctitati, & honorati per vniuerſum mundum templi maieſtati, & ſecuritati, [γ] omnino impoſsibile eſſe. At Heliodorus pro his, quæ habebat in mandatis à rege, omnino dicebat in [δ] regium fiſcum referenda hæc eſſe. Conſtituta autem die intrabat de his viſitationem ordinaturus. Non modica vero per vniuerſam ciuitatem erat trepidatio. Sacerdotes autem ante altare cum ſtolis ſacerdotalibus iactantes ſe inuocabant in cælum eum, qui de depoſito legem poſuit; vt his, qui depoſuerant, ea ſalua cuſtodiret. Iam vero, qui videret ſummi ſacerdotis vultum, mente vulnerabatur. Facies enim & color immutatus declarabat eam, quæ in animo, agoniam. Circunfuſa enim erat mœſtitia quædam viro, & horror corporis; per quæ manifeſtus aſpicientibus dolor cordis eius efficiebatur. Alij autem de domibus gregatim proſiliebant ad publicam ſupplicationem, pro eo, quòd in contemptum locus eſſet venturus. Accinctæque mulieres cilicijs ſub [α] mammis, per vias confluebant. Sed & virgines, quæ concluſæ erant, aliæ quidem concurrebant ad ianuas, aliæ autem ad muros, aliquæ vero per feneſtras aſpiciebāt. Vniuerſæ autem protendentes manus in cælum, depræcabantur. Erat autem miſerabilis cōmiſtæ multitudinis ruina, & ſummi ſacerdotis in magna agonia con-

B C D E

ſtituti

A ſtituti expectatio. Et hi quidem inuocabant omnipotentem Deum, vt credita ſalua his, qui crediderant, cum omni integritate conſeruaret. Heliodorus autem, quod decreuerat, perficiebat. Ibi autem ipſo cum ſatellitibus ad ærarium iam præſente, patrum Dominus, & omnis poteſtatis dominator magnam fecit oſtenſionem, ita vt omnes, qui auſi fuerant conuenire, obſtupeſcentes Dei virtutem, in diſſolutionem, & formidinem conuerterentur. Apparuit enim illis quidam equus, terribilem habens ſeſſorem, & optimo operimento adornatus: inuectus autem cum impetu incuſsit Heliodoro anteriores vngulas. Qui autem ei inſidebat, videbatur arma habere aurea. Alij autem duo apparuerunt ei iuuenes, virtute decori, optimi gloria, ſpecioſique amictu: qui etiam circunſtan-

B tes ex vtraque parte flagellabant eum ſine intermiſsione, multas inferentes ei plagas. Subito autem concidentem in terram, & multa caligine circumfuſum rapientes, & in ſellam geſtatoriam imponentes, eum qui nuper cum multo curſorum comitatu, & omni ſatellitio prædictum ingreſſus erat ærarium, portabãt nullius ſibi ipſi auxilij ferendi ζ compotem, manifeſto Dei poteſtatem cognoſcentes. Et ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atque omni ſpe, & ſalute priuatus. Hi autem Dominum benedicebant, qui magnificabat locum ſuum. Et templum, quod paulo ante timore, ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente Domino, gaudio, & lætitia impletum eſt. Confeſtim vero ex

C amicis Heliodori quidam rogabãt Oniam, vt inuocaret Altiſsimum, & vitam donaret ei, qui omnino in ſupremo ſpiritu erat conſtitutus. Suſpicatus autem ſummus ſacerdos, ne forte rex ſuſpicaretur maleficium aliquod circa Heliodorum à Iudæis eſſe conſummatum, obtulit hoſtiam pro viri ſalute. Faciente autem ſummo ſacerdote propitiationem, ijdem iuuenes rurſus apparuerunt Heliodoro eiſdem veſtibus amicti: & ſtantes dixerunt: Multas Oniæ ſacerdoti gratias habe: nam propter eum tibi Dominus vitam donauit. Tu autem ab * eo flagellatus nuncia omnibus magnam Dei poteſtatem. Et his dictis non comparuerunt. Heliodorus autem hoſtia Domino oblata, & votis maximis promiſsis ei,

D qui viuere conceſsit, & Oniæ gratias agens redijt cum exercitu ad regem. Teſtabatur autem omnibus ea, quæ ſub oculis ſuis viderat, opera maximi Dei. Cũ autem rex interrogaſſet Heliodorum, quis eſſet aptus adhuc ſemel Hieroſolymam mitti; ait: Si quem habes hoſtem, aut rerum inſidiatorem; mitte eum illuc: & flagellatum eum recipies, ſi tamen euaſerit: eo quod in loco ſit vere Dei quædam virtus. Nam ipſe, qui habet θ ſupercæleſtem habitationem, viſitator, & auditor eſt loci illius: & venientes ad malefaciendum percutit, & perdit. Igitur de Heliodoro, & ærarij cuſtodia ita res ſe habet.

E α Legum tranſgreſſione.] *In quibuſdam eſt*, ἀγορανομίας, ædilitate, *aut tali quopiam magiſtratu. Vetus interpres videtur aut aliter legiſſe in ſuo codice, aut ſi habuit, vt noſter, paraphraſi voluiſſe rem explicare*, contendebat, obſiſtente ſibi principe ſacerdotum, iniquũ aliquid in ciuitate moliri. ϐ Communium copiarũ.] *Videtur non inæpte vetus interpres vertiſſe illud*, τῶν διαφόρων, *ideſt congeſta ex vectigalibus, & tributis. Nam & inferius cap. 4. in multis codicibus eſt*, τῶν διαφόρων πράξεις. γ Omnino.] *Corrigendum in noſtra*, πάντως. δ In regium fiſcum.] εἰς τὸ βασιλικόν. *Nonnulli*, εἰς τὴν βασιλικὴν πρόσοδον, in regium reditum. *Vetus interpres*, regi ea eſſe deferenda. ε Sub mammis.] *In quibuſdam additur*, τὸ στῆθος, pectus. *Vetus interpres hoc videtur habuiſſe, non illud.* ζ Compotem.] *Hanc ſententiam ita expreſſit vetus interpres*, nullo ſibi auxilium ferente. *In pleriſque libris eſt*, αὐτὸν τοῖς ὅπλοις καθεστῶτα, ipſum in armis ſtantem. * Ab eo.] *Plerique*, ἐξ οὐρανοῦ, de cælo. *Vetus interpres*, à Deo: *niſi ſi hoc factum eſt ex*, ab eo. θ Supercæleſtem.] *Vnus codex*, ἐν οὐρανοῖς, *& vulgata*, in cælis.

CAP. IV.

A

SIMON autem prædictus pecuniarum, & patriæ delator factus, male loquebatur de Onia, tanquam ipse Heliodorum instigasset, & malorum artifex fuisset: benefactoremque ciuitatis, & prouisorem gentis suæ, & æmulatorem legum, audebat insidiatorem rerum dicere. Sed cũ inimicitiæ in tantum procederent, vt etiam per quemdam ex ijs, qui à Simone probati erant, homicidia fierent; considerans Onias periculum contentionis, & Apollonium insanire, vt pote ducem Cœlesyriæ, & Phænicis, augentem malitiam Simonis; ad regem se contulit, non ciuium accusator factus, sed cõmunem vtilitatem [a] apud semetipsum vniuersæ multitudinis considerans. Videbat enim sine regali prouidentia impossibile esse pacem vlterius rebus dari, nec Simonem cessaturum à stultitia. Sed post Seleuci vitæ excessum, cum suscepisset regnũ Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambiebat Iason frater Oniæ summum Sacerdotium, adito rege promitttens ei argenti talenta trecenta sexaginta, & ex reditu quodam alio talenta octoginta. Super hæc autem promittebat alia centum quinquaginta se tributurum; si per potestatem eius [b] concederetur gymnasium, & ephebiam sibi constituere, & eos, qui in Hierosolymis erant, Antiochenos scribere. Quod cum rex annuisset, & obtinuisset principatum; statim ad gentilem ritum contribules transferre cœpit. Et amotis his, quæ humanitate regia Iudæis fuerant constituta per Ioannem patrem Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia, & societate functus est legatione, legitima quidem ciuium iura dissoluẽs praua instituta innouabat. Alacriter enim sub ipsa arce gymnasium constituit, & optimos quosque epheborum subijciens, sub velum duxit. Erat autem sic vigor quidam gẽtilitatis, & profectus alienigenæ conuersationis propter impij, & non sacerdotis Iasonis eximium scelus: ita vt sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent, sed contempto templo, & sacrificijs neglectis festinarent participes fieri eius, quæ in palestra fiebat, præbitionis iniquæ post disci prouocationem. Et patrios quidem honores pro nihilo habentes, græcas glorias optimas arbitrabantur. Quarum rerum gratia occupauit eos graue infortunium: & quorum instituta æmulabantur, ac per omnia consimiles esse cupiebant, hos hostes, & punitores habuerunt. In leges enim diuinas impie agere non facile est. Sed hæc tempus sequens declarabit. Cum autem quinquennalis agon Tyri celebraretur, & rex præsens esset; misit Iason facinorosus ministros ab Hierosolymis, qui erant Antiocheni, portantes argenti drachmas trecentas in sacrificium Herculis, quas etiam postulauerunt hi, qui asportauerant, ne in sacrificium erogarentur, quia non oporteret, sed in alium sumptum deputarentur. Misit igitur hæc, quãtum quidem ad se, qui mittebat, pertinebat, in sactificium Herculis, propter eos autem, qui portabant, in fabricam triremium. Misso autem in Ægyptum Apollonio Mnesthei filio, propter primates Ptolemæi Philometoris regis cum cognouisset alienum se [c] à negocijs ipsis effectum, propriæ securitati consuluit. Quare Ioppen veniens profectus est Hierosolymam. Magnificè autem à Iasone, & ciuitate susceptus, cum facularum luminibus, & acclamationibus introductus est: & inde in Phœnicem exercitum conuertit. Post triennij autem tempus misit Iason Menelaum supradicti

B

C

D

E

Simonis

nibus absoluit; miseros autem, qui etiamsi apud Scythas causam dixissent, absoluti essent innocentes iudicati, hos morte damnauit. Citò ergo iniustam pœnam dederunt, qui pro ciuitate, & populis, & sacris vasis causam prosequuti sunt. Quamobrem Tyrij quoque in malefactum indignati, quæ ad sepulturam eorum pertinebant, magnificè suppeditauerunt. Menelaus autem propter eorum, qui in potentia erant, auaritiam permanebat in principatu, crescens in malitia, magnus ciuium insidiator constitutus.

α Apud semetipsum.] *Sic vetus interpres. In plerisque autem libris est,* κοινῇ, ἢ κατ' ἰδίαν. *Quod ita vertendum esset,* sed quod publice, & priuatim vniuersæ multitudini conduceret, considerans. β Concederetur.] *Plerique* ἐπιχωρηθῇ, *eodem sensu.* γ A negocijs ipsis.] *Vetus interpres dixit, vt sæpe solet,* à negocijs regni. *In quibusdam codicibus est,* τῶν αὐτοῦ γεγονέναι πραγμάτων. *Quare sic vertendum esset,* cum cognouisset alienum illum à suis rebus factum esse. δ Magnificans se facie potestatis.] *Hoc videtur significare, cum multum se posse ostenderet, cum magnam quandam potentiam ostentaret. Alij tamen vertunt,* magnificans eum. *Vetus interpres,* cum magnificasset faciem potestatis eius. ε Vectigalium.] *In plerisque est,* διαφόρων, *eodem sensu, sicut cap. 3. notatum est.* ζ Tyranno.] *Sic vulgata. In nonnullis est,* αὐράνῳ, Aurano. η Dementia.] *Sic vulgata, quidam libri,* τῇ διανοίᾳ, mente. θ In eos, qui circa Lysimachum.] *Vulgata,* in Lysimachum. *In quibusdam additur,* καὶ τοὺς ἐπιτιθεμένους, & eos, qui impetum faciebant.

CAP. V.

CIRCA hoc autem tempus Antiochus secundam profectionem parauit in Ægyptum. Contigit autem per vniuersam ciuitatem fere per dies quadraginta videri per aera equites currentes auratas stolas habentes, & hastis, quasi cohortes, armatos, & gladiorũ eductiones, & turmas equorum per ordinem digestas, & congressiones fieri, & incursiones vtrinque, & scutorum motus, & spiculorum multitudines, & telorum iactus, & aureorum ornamentorum splendores, omnisque generis loricas. Quamobrem omnes rogabant in bonum ostenta conuerti. Sed cum falsus rumor exisset, tanquam vita excessisset Antiochus; assumptis Iason non minus mille viris, aggressus est ciuitatẽ repentè. His autem ad murum compulsis, & ad vltimum iam apprehensa ciuitate, Menelaus fugit in arcem. Iason vero non parcebat in cæde ciuibus suis, nõ cogitans prosperitatem aduersus cognatos calamitatem esse maximam. Arbitrans autem hostium, & non ciuium se trophæa deijcere, principatum quidem non obtinuit, finem vero insidiarum confusionem accipiens, profugus iterum abijt in Ammanitem. Itaque ad vltimum nactus malum *reditum est inclusus apud Aretam Arabum tyrannum, fugiens de ciuitate in ciuitatem, expulsus ab omnibus, odiosus, & refuga legum, & execrabilis, vt patriæ, & ciuium hostis, in Ægyptum extrusus est: & qui multos de patria expellendo peregrinos fecerat, peregre perijt ad Lacedæmonas delatus, quasi pro cognatione refugium habiturus. Et, qui insepultos multos abiecerat, *illamentatus fuit, neque exequijs vllis omnino, neque patrio sepulchro participauit. Cum innotuissent autem regi, pro his rebus gestis suspicatus est societatem deserturos Iudæos: & ob hoc profectus ex Ægypto efferatus animo, ciuitatem quidem armis cepit, iussit autem militibus interficere occursantes, nemini parcendo, & eos, qui in domos ascenderent, trucidare. Fiebant ergo cædes iuuenum, ac seniorum, virorumque, & mulierum, & natorum exterminium, virginumque, & paruulorum neces. Erant autem toto triduo octoginta millia interfecti, quadraginta quidem millia in

C

D

E

A lia in ipso manuum conflictu. Non minus autem iugulatis venundati. Non contentus autem his, ausus est intrare templum vniuersæ terræ sanctissimum, Menelao ductore, qui legum, & patriæ fuit proditor: & scelestis manibus sumens sancta vasa, etiam quæ ab alijs γ regibus erant posita ad augmentum, & gloriam loci, & honorem, prophanis manibus contrectans procedebat. Et eleuatus est mente Antiochus, non considerans, quòd propter peccata habitantium ciuitatem, modicum Dominus fuerat iratus: propter quod accidit circa locum despectio. Alioquin, nisi contigisset eos multis peccatis esse inuolutos; sicut Heliodorus, qui missus est à Seleuco rege ad visitationem ærararij, hic adueniens statim flagellatus, repulsus fuisset ab audacia. Verum non propter locum gentem, sed propter gentem locum Dominus elegit. Ideoque & ipse locus particeps factus B malorum gentis, quæ acciderunt, postea beneficiorum à Domino particeps fuit: & qui derelictus in ira omnipotentis fuit; iterum in magni Domini reconciliatione cum summa gloria exaltatus est. Igitur Antiochus mille, & octingentis ablatis de templo talentis, velociter Antiochiam regressus est, existimans præ superbia se terram quidem nauigabilem, pelagus vero deambulabile facturum propter cordis elationem. Reliquit autem & præpositos ad affligendam gentem, Hierosolymis quidem Philippum, genere quidem Phrygem, moribus autem magis barbarum eo ipso, à quo constitutus est: in Garizin autem C Andronicum: præterea vero Menelaum, qui grauius, quàm cæteri, imminebat ciuibus. Inimice autem erga ciues Iudæos affectus misit vero odiosum principem Apollonium cum exercitu viginti, & duorum millium, præcipiens omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres autem, ac iuuenes vendere. Qui cum venisset Hierosolymam, & pacificum se simulasset; quieuit vsq; ad diem sanctum sabbati: & nactus feriatos Iudæos, arma capere suis præcepit: omnesque simul qui ad spectaculum processerant, trucidauit: & ciuitatem cum armatis discurrens, ingentem multitudinem peremit. Iudas autem Maccabæus, qui decimus fuerat, & secesserat in desertum, ferarum more vitã in montibus cũ suis agebat: & fœni cibo vescentes demorabantur, ne participes essent coinquinationis. D

α Reditum.] *In aliquo est, καταστροφῆς, vulgata,* in exitium sui conclusum. β Illamentatus.] *In quibusdam, ἄταφος, in vulgata vtrunque,* illamentatus, & insepultus. γ Regibus.] *In aliquo additur, καὶ πόλεων, & in vulgata,* & ciuitatibus.

CAP. VI.

SED non post multum tempus misit rex senem Atheniensem, compellere Iudæos, vt se transferrent à patrijs legibus: nec se Dei legibus regerẽt: contaminare etiam, quod in Hierosolymis erat, templum, & cognominare E Iouis Olympij, & quod in Garizin, prout erãt hi, qui locum inhabitabant, Iouis hospitalis. Difficilis autem etiam turbis erat, & grauis malorum incursio. Nam templum luxuria, & comessationibus erat plenum à gentibus scortantibus cum sodalibus, & in sacris septis cum mulieribus se miscentibus, præterea vero intro ferentibus ea, quæ non licebant. Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. Neque autem sabbata custodire erat, neque dies solennes patrios seruare, neque omnino se Iudæum confiteri. Ducebantur autem cum

cum amara necessitate in die, qui per mensem, natali regis ad visceratione; A
& cum celebraretur Bacchanalium solennitas, cogebantur hederas habentes, pompam agere Baccho. Decretum autem exijt in proximas ciuitates græcas, * suggerentibus Ptolemæis eandem rationem contra Iudæos adhibere, & sacrificare: eos autem, qui nollent transire ad græcos ritus, iugulare. Erat ergo videre præsentem miseriam. Duæ enim mulieres * delatæ sunt natos suos circunci disse: quas ad vbera infantibus suspensis cum publice per ciuitatem circunduxissent, per murum præcipitauerunt. Alij vero ad proximas concurrentes speluncas, vt latenter septimam diem celebrarent, cum indicati essent Philippo, simul succensi sunt, eo quòd verebantur propter gloriam honoratissimæ diei B
sibi met auxilium ferre. Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus, sed reputent supplicia non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. Atqui non multo tempore sini impie agere, sed statim incidere in supplicia, magni beneficij est indicium. Non enim sicut & in alijs nationibus, Dominus patienter expectat, donec eos, cum ad plenitudinem peccatorum deuenerint, puniat, ita & in nobis statuit: ne peccatis nostris ad finem peruenientibus, demum in nos vindicet. Propter quod nunquam quidem à nobis misericordiam suam amouet: corripiens vero cum calamitate, populum suum non derelinquit. Sed hæc nobis ad commonitionem di- C
cta sint. Per pauca autem * veniendum est ad narrationem. Eleazarus vnus de primoribus scribarũ, vir iam prouectus ætate, & vultu maxime decorus, hians compellebatur carnem porcinam manducare. At ille gloriosam mortem magis, quàm odibilem vitam complectens, voluntarie ad supplicium accedebat, expuens autem (quemadmodum oportebat accedere eos, qui sustinebant puniri) ea, quæ non licebat gustare propter vitæ amorem. Qui autem iniquo sacrificio assistebant, propter antiquam viri notitiam, assumentes eum seorsum hortabantur afferentem carnes, quibus vesci ei licebat, à se paratas, simulare tantum, quasi manducaret quæ à rege erant imperata, de sacrificij carnibus, vt hoc D
facto à morte liberaretur, & propter veterem erga ipsos amicitiam consequeretur humanitatem. At ille ciuile consilium capiens, dignumque ætate, ac senectutis eminentia, & adiuncta, illustrique canicie, & optima à puero educatione, potius autem sancta, & à Deo condita legum constitutione, congruenter respondit, cito dicens præire se in infernum. Non enim ætatæ nostra dignum est fingere: vt multi adolescentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicam, & breuem vitam, decipiantur propter me, & execrationem, ac maculam senectuti conquiram. Nam etsi in præsenti tempore supplicijs hominum E
eripiar, sed manus omnipotentis nec viuus, nec defunctus effugiam. Quamobrem fortiter nunc vita excedendo, senectute quidem dignus apparebo, adolescentibus autem exemplum generosum relinquam ad prompte, ac generose pro grauissimis, ac sanctis legibus honesta morte perfungendum. His autem dictis, confestim ad supplicium venit. Hi autem, qui eum ducebant, eam, quam paulo ante erga ipsum mititatem habebant, in asperitatem conuerterãt, eo quòd prædicti sermones, vt ipsi arbitrabantur, arrogantiæ pleni essent. Sed cum ei sub plagis moriendum esset, ingemuit, & dixit. Domino, qui habet sanctam scientiam

tiam manifestum est, quia, cum à morte possem liberari; duros corpore sustineo dolores flagellatus; secundum animam vero propter ipsius timorem libenter hæc patior. Et iste quidem hoc modo vita decessit, non solum iuuenibus, sed & plurimis gentis mortem suam exemplum fortitudinis, & memoriale virtutis relinquens.

α Suggerentibus Ptolemæis.] *Sic vulgata. Nonnulli autem*, πτολεμαίου ὑποθεμένου, Ptolemæo suggerente. β Delatæ sunt.] *Sic eadem. Plerique libri.* ἀνήχθησαν, adductæ sunt. γ Veniendum est.] *In vno codice additur*, λοιπὸν, *quod fortasse cum haberet interpres vetus; illud* δι' ὀλίγων, *cum præcedentibus coniunxit, ac deinceps quasi ex alio principio ita inquit*: Iam autem veniendum est ad narrationem.

CAP. VII.

CONTIGIT autem & septem fratres vna cum matre apprehensos compelli à rege de illicitis carnibus porcinis tangere, flagris, & taureis cruciatos. Vnus autem ex illis factus primus concionator, sic ait: Quid vis quærere, & discere à nobis? Parati enim sumus mori magis, quàm patrias leges præuaricari. Iratus itaque rex iussit sartagines, & ollas æneas succendi. Quibus succensis statim iussit ei ex ipsis, qui prior fuerat loquutus, amputari linguam & excoriato extremas quoque partes præcidi, cæteris fratribus, & matre inspicientibus. Et cum iam per omnia inutilis factus esset; iussit pyræ admoueri spirantem, & torreri in sartagine. Vapore autem multum se dilatante ex sartagine; inuicem se cum matre hortabantur mori fortiter, dicentes sic: Dominus Deus aspicit, & vere consolatur in nobis; quemadmodum per canticum illud, quod in faciem protestatur, declarauit Moyses, dicens: Et in seruis suis consolabitur. Mortuo itaque illo primo hoc modo, secundum deducebant ad ludibrium, & cute capitis cum capillis abstracta interrogabant, si manducabis, priusquam corpus per singula membra crucietur? At ille respondens patria voce dixit: Non. Propter quod & iste reliquum tormentum suscepit, sicut primus. In vltimo autem spiritu constitutus ait: Tu quidem scelestè à præsenti nos vita absoluis: sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternam resurrexionem vitæ nos suscitabit. Post hunc autem tertius illudebatur: & linguam postulatus, cito protulit, & manus constanter extendit, & generose ait: E cælo ista possedi: & propter eius leges hæc ipsa despicio: & ab ipso ea me rursus recepturum spero: Ita, vt ipse rex, & qui cum eo erant, mirarentur adolescentis animum, quòd nihil duceret cruciatus. Et hoc defuncto, quartum vexabant similiter torquentes. Et cum iam esset ad mortem; sic ait: Eligibile est ab hominibus α morti datos, eas, quæ sunt à Deo, spes expectare, iterum ab ipso resuscitandos. Tibi enim resurrexio ad vitam non erit. Deinceps autem cum admouissent quintum; vexabant eum. At ille respiciens in eum dixit: Potestatem inter homines habens, cum sis corruptibilis, facis, quod vis. Noli autem putare genus nostrum à Deo esse derelictum. Tu autem sustine, & vide magnam potestatem ipsius, qualiter te, & semen tuum torquebit. Post hunc ducebant sextum: & is mori incipiens ait: Noli frustra errare. Nos enim propter nos ipsos hæc patimur, β peccantes

cantes in Deum nostrum: y quare digna admiratione facta sunt. Tu autem ne existimes tibi impune futurum, quòd contra Deum pugnare tentaueris. Supra modum autem mater mirabilis, & bona memoria digna: quæ pereuntes septem filios sub vnius diei tempore conspiciens, bono animo ferebat propter spes, quas in Domino habebat: Singulosque illorum hortabatur voce patria forti repleta sapientia, & fœmineæ cogitationi masculinum animum inserens, dicens ad eos: Nescio, qualiter in vtero meo apparuistis: neque ego spiritum, & vitam donaui vobis: & singulorum compagem non ego composui. Sed enim mundi creator, qui formauit hominis natiuitatem, quique omnium inuenit originem, & spiritum vobis iterum cum misericordia reddet, & vitam; sicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges eius. Antiochus autem contemni se arbitratus, simul & exprobrantis voce despecta, cum adhuc adolescentior superesset, non solum verbis hortabatur; sed & cum iuramento affirmabat, diuitem se, & beatum illum facturum translatum à patrijs legibus, & amicum habiturum, & negocia crediturum. Sed adolescente nequaquam attendente, aduocauit rex matrem, & suadebat ei, vt adolescenti fieret consultrix in salutem. Cum autem multis eam esset hortatus; promisit suasuram se filio. Itaque inclinata ad illum, irridens a crudelem tyrannum, sic ait patria voce: Fili miserere mei, quæ te in vtero nouem mensibus portaui, & lac triennio dedi, & alui te, & in istam ætatem perduxi. Obsecro te nate, vt aspiciens ad cælum, & terram, & omnia, quæ in eis sunt, videns intelligas, quia cum non essent, fecit ea Deus; & hominum genus b sic factum est. Ne timeas carnificem istum; sed dignus fratribus effectus suscipe mortem; vt in ipsa miseratione cum fratribus tuis te recipiam. Cum hæc adhuc peroraret; ait adolescens: Quem sustinetis. Non obedio præcepto regis: sed præceptum audio legis, quæ data est patribus nostris per Moysem. Tu vero, qui omnis malitiæ inuentor factus es in Hebræos, non effugies manus Dei. Nos autem pro peccatis nostris patimur. Et, si nobis propter increpationem, & correptionem viuens Dominus noster modicum iratus est; sed iterum reconciliabitur seruis suis. Tu autem o scelestè, & omnium hominum flagitiosissime, noli frustra extolli fremens vanis spebus in c seruos eius eleuans manum. Nondum enim omnipotentis inspectoris Dei iudicium effugisti. Nam fratres quidem nostri, modico nunc dolore sustentato, æternæ vitæ sub testamento Dei ceciderunt: tu vero iudicio Dei iustas superbiæ pænas exolues. Ego autem, sicut fratres mei, & corpus, & animam trado pro patrijs legibus, inuocans Deum maturius genti propitium fieri, teque cum tormentis, & verberibus confiteri, quòd ipse est Deus solus, in me vero, & fratribus meis desinere omnipotentis iram, quæ super omne genus nostrum iuste superducta est. Tunc rex accensus ira, in hunc super cæteros crudelissime deseuit, indigne ferens se derisum. Et hic itaque mundus obijt, per omnia in Domino confidens. Nouissime autem post filios mater consumpta est. Quæ igitur ad sacrificia, & nimias crudelitates, hucusque declarata sint.

a Morti

A α Morti datos.] *Corrigendum & in textu, & in notationibus*, μεταλλάσσοντας, *& respondet vulgatæ. In quibusdam vero codicibus est*, μεταλλάσσοντα τὰς ἀπ᾽ ἀνθρώπων, commutantem eas, quæ sunt ab hominibus. β Peccantes.] *Sic vulgata. Alij*, ἁμαρτόντες, cum peccauerimus. γ Quare digna.] *Vulgata*, & digna. *Quidam*, ἄξια γάρ, digna enim. δ Crudelem tyrannum.] *In plerisque est vnica dictio*, ὠμοτύραννον. ε Sic factum est.] *In aliquo codice*, ὅπως γένηται μὴ φοβηθῆναι τὸν δήμιον τοῦτον, ἀλλὰ τῶν ἀδελφῶν ἄξιον γενόμενον ἐπιδέξασθαι τὸν θάνατον. Ita fit, vt non timeas carnificem istum, sed dignus fratribus effectus suscipias mortem. *Quod magis respondet vulgatæ*. ζ Seruos eius.] *Sic vulgata. Plerique autem* οὐρανίους παῖδας, cælestes pueros.

C A P. VIII.

B IVDAS vero Maccabæus, & qui cum illo erant, introibant latenter in castella, & conuocantes cognatos, & eos, qui permanserant in Iudaismo, assumentes, collegerunt ad sex mille viros. Et inuocabant Dominum, vt respiceret in populum, qui ab omnibus calcabatur, & misereretur etiam templo, quod ab impijs hominibus erat contaminatum: misereretur etiam exterminatæ ciuitati, & quæ esset illico complananda; & sanguines ad se clamantes exaudiret: memoraretur quoque iniquissimam mortem paruulorum innocentium, & blasphemias nomini suo illatas, & super sceleribus indignaretur. At Maccabæus congregata multitudine, intolerabilis iam gentibus efficiebatur, ira Domini in misericordiam conuersa. Et superueniens ciui- C tatibus, & castellis improuisus, succendebat eas: & opportuna loca occupans, non paucas hostium strages dabat: maxime autem noctes ad huiuscemodi incursiones adiutrices assumebat. Et fama quædam virtutis eius vbique diffundebatur. Videns autem Philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequentius ei res cedere prospere, ad Ptolemæum ducem Cœle Syriæ, & Phœnicis scripsit, vt auxilium ferret regis negocijs. At ille velociter deligens Nicanorem Patrocli de primoribus amicorum misit, subdens de permistis gentibus non minus viginti millibus; vt vniuersum Iudæorum genus deleret. Adiunxit autem ei & Gorgiam virum militarem, & in bellicis re- D bus experientissimum. Constituit autem Nicanor, tributum, quod à rege Romanis dandum erat duo millia talentorum, de captiuitate Iudæorum supplere: statimque ad maritimas ciuitates misit, conuocans ad coemptionem α Iudaicorum mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talento traditurum, non respiciens ad vindictam, quæ eum ab omnipotente esset consequutura. Iudæ autem allatum fuit de Nicanoris aduentu: &, cum indicasset his, qui secum erant, exercitus aduentum; qui formidabant, & non credebant Dei iustitiæ, diffugiebant, & sese de loco remouebant. Alij vero, quæ supererant, omnia vendebant: simulque Dominum depræcabantur, vt E eriperet eos ab impio Nicanore, priusquam cominus veniret, venditos: & si non propter eos, propter testamentum tamen, quod erat ad patres eorum, & propter inuocationem sancti, & magnifici nominis eius super ipsos. Congregatis autem Maccabæus sex millibus, qui cum ipso erant, hortabatur, ne terrerentur ab hostibus, neque metuerent inique venientium aduersum se gentium multitudinem, sed fortiter contenderent, ante oculos habentes contumeliam, quæ loco sancto iniuste ab his esset illata, itemque ludibrio habi-

 tæ ciui-

tæ ciuitatis iniuriam, adhuc etiam auitæ reipublicæ dissolutionem. Nam illi quidem armis confidunt, ait, simul, & audacia, nos autem in omnipotente Deo, qui potest & aduenientes aduersum nos, & vniuersum mundum vno nutu delere, confidimus: Admonens etiam eos & de auxilijs, quæ facta sunt erga parentes, & de illo, quòd sub Sennacherim centum octoginta quinque millia perierunt: & de prælio, quod eis aduersus Galatas fuit in Babylonia, quomodo omnes ad rem venerunt octo mille cum Macedonibus quatuor millibus: Macedonibus hæsitantibus, ipsi octo mille peremerunt centum viginti millia, propter auxilium illis datum de cælo. Et vtilitatem multam acceperunt. His verbis cum benefidentes illos effecisset, paratosque pro legibus, & patria mori; quadripertitum exercitum fecit, constituens etiam fratres suos duces vtrique ordini, Simonem, & Iosephum, & Ionathan subiectis vnicuique millenis & quingentenis. Adhuc etiam, cum [y] iussisset Eleazarum legere sacrum librum, & dedisset tesseram adiutorij Dei, primæ aciei ipse dux commisit cum Nicanore. Et facto sibi adiutore Omnipotente, interfecerunt super nouem millia hostium: vulneratos autem, & membris mutilos maiorem partem exercitus Nicanoris fecerunt: omnes autem fugere compulerunt: pecunias vero eorum, qui ad emptionem ipsorum venerant, tulerunt. Persequuti autem eos multum, reuersi sunt ab hora conclusi. Nam erat antesabbatum: quam ob causam non diu perseuerauerunt insequentes illos. Arma autem ipsorum congregantes, & spolia exuentes hostium, sabbatum agebant, valde benedicentes, & confitentes Domino, qui liberauit eos in isto die, principium misericordiæ [δ] statuendo in eos. Post sabbatum vero debilibus, & viduis, & orphanis distribuerunt de spolijs: residua ipsi, & pueri partiti sunt. His itaque gestis, & communi facta obsecratione, misericordem Dominum postulabant, vt in finem seruis suis reconciliaretur. Et ex his, qui cum Timotheo, & Bacchide erant, [•] contra se contendentes super viginti millia interfecerunt, & munitiones excelsas valde obtinuerunt, & plures prædas diuiserunt, æquam secum portionem debilibus, pupillis, & viduis, sed & senioribus facientes. Et cum arma eorum collegissent, diligenter omnia composuerunt in locis opportunis. Residua vero spolia Hierosolymam detulerunt. Et Philarchen, qui cum Timotheo erat, interfecerunt, virum scelestissimum, & qui in multis Iudæos afflixerat. Et cum epinicia agerent in patria; eos, qui sacras ianuas incenderunt, idest Callisthenem, [ζ] & quosdam alios, cum in quoddam domicilium refugissent, incenderunt: & dignam impietate reportauit mercedem. Facinorosissimus autem Nicanor, qui mille negociantes ad Iudæorum venditionem adduxerat, humiliatus auxilio Domini ab his, quos nullos existimauerat, deposita veste gloriæ per mediterranea fugitiui modo solitarium se faciens, venit Antiochiam, summam infelicitatem de interitu exercitus consequutus. Et qui promiserat Romanis se tributum restituere de eorum, qui in Hierosolymis, captiuitate, prædicabat protectorem Deum habere Iudæos, & hoc modo inuulnerabiles esse Iudæos eo quòd sequerentur leges ab ipso constitutas.

a Calca-

A α Calcabatur.] *Sic etiam vulgata. Plerique autem*, καταπονούμενον, affligebatur. β Iudaicorum.] *Sic eadem. In plerisque est*, ἰουδαίων, Iudæorum. γ Cum iussisset Eleazarum legere.] *Hoc visum est significare*, ὑπαναγνοὺς, *aut, vt in quibusdam*, παραναγνοὺς. *Vulgata*, ab Esdra lecto illis sancto libro. δ Statuendo.] ἐλέους στάξαντος. *In quibusdam est*, ἐλέει στάξαντος. *& vulgata*, stillans. *In nonnullis etiam*, ἐλέους στάξαντι. ε Contra se contendentes.] *Sic videtur explicasse vetus interpres, quod græce est*, συνεριζόντων. *Quidam vero libri habent*, καὶ τοὺς περὶ τιμόθεον, καὶ βακχίδην, συνερίσαντες, & eos, qui circa Timotheum, & Bacchidem erant, confirmati. ζ Et quosdam alios.] *Deest hoc in vulgata. Plerique vero habent*, τὸν ἐμπρήσαντα τοὺς ἱεροὺς πυλῶνας καλλισθένην ὑφῆψαν εἰς ἓν οἰκίδιον πεφευγότα, eum, qui sacras ianuas incenderat, Callisthenem, cum in domunculam quandam fugisset, incenderunt.

CAP. IX.

B CIRCA illud autem tempus Antiochus inhoneste reuertebantur ex ijs, qui circa Persidem, locis. Intrauerat enim in eam, quæ dicitur Persepolis, & tentauit spoliare templa, & ciuitatem opprimere. Sed multitudine ad armorum auxilium concurrente, in fugam versi sunt: & contigit, vt fugatus Antiochus à regionis habitatoribus turpiter rediret. Et cum esset Ecbatanis, allata sunt, quæ erga Nicanorem, & Timotheum gesta sunt. Elatus autem ira arbitrabatur se etiam illorum, qui se fugauerant, iniuriam in Iudæos retorquere: ideoque iussit aurigam sine intermissione agitantem expedire iter, cælesti eum iudicio iam perurgente. Sic enim superbe loquutus erat: Congeriem sepulchri Iudæorum faciam Hierosolymam, cum illuc venero. Sed, qui
C α vniuersa conspicit Dominus Deus Israel, percussit eum insanabili, & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipsum sermonem; apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta, valde iuste; quippe qui multis, & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera. Ille autem nullo modo ab insolentia cessabat: adhuc autem & superbia repletus erat, ignem spirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari iter. Contigit autem & cadere ipsum de curru, qui impetu ferebatur, & graui ruina decidentem omnibus corporis membris distorqueri. Isque, qui nuper sibi videbatur fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera
D putabat appendere, humiliatus ad terram, in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem omnibus contestans: ita, vt de corpore impij vermes etiam scaturirent, & viuentis in doloribus, & cruciatibus carnes eius diffluerent, odore etiam illius vniuersus exercitus grauaretur ob putredinem. Et eum, qui paulo ante sydera cæli se contingere arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerabilem odoris grauitatem portare. Hic igitur cepit à magnitudine superbiæ desistere, vulneratus, & ad agnitionem venire, diuino flagello per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus. Et, cum nec ipse iam
E fætorem suum ferre posset; hæc ait: Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire superbe. Orabat autem hic scelestus Dominum, à quo non esset amplius misericordiam consequuturus sic dicens, ipsam quidem sanctam ciuitatem, ad quam festinans veniebat, vt eam ad solum deduceret, ac sepulchrorum congeriem faceret, liberam redditurum; Iudæos autem, quos ne sepultura quidem se dignos habiturum, sed auibus deuorandos vna cum paruulis proiecturum feris dixerat, omnes æquales Atheniensibus facturum; templum etiam sanctum, quod prius expoliauerat, optimis donis orna-

turum, & ſacra vaſa multipliciter omnia reſtituturum, & pertinentes ad ſacrificia ſumptus de reditibus ſuis præſtiturum: ſuper hæc & Iudæum ſe futurum, & omnem locum habitabilem perambulaturum prædicantem Dei poteſtatem. Sed non ceſſantibus doloribus (ſuperuenerat enim in eum iuſtum Dei iudiciũ) de ſe deſperans ſcripſit ad Iudæos ſubſcriptam epiſtolam depræcationis quidem modum habentem, hæc autem continentem. Optimis Iudæis ciuibus plurimam ſalutem, & bene valere, & eſſe felices rex, & princeps Antiochus. Si bene valetis, & filij, & veſtra ex ſententia vobis ſunt; [β] ago quidem Deo maximas gratias; in cælo ſpem habens, & ego, in infirmitate autem conſtitutus, veſtri honoris, & beneuolentiæ memor eram benigne. Reuerſus autem de Perſidis locis, & in infirmitate graui apprehenſus neceſſarium duxi communis omnium ſecuritatis curam habere. Non deſperans memetipſum, ſed ſpem multam habens effugiendi infirmitatem, reſpiciens autem, quòd & pater meus, quibus temporibus in loca ſuperiora duxit exercitum, declarauit ſucceſſorem; vt, ſi quid præter opinionem accideret, aut etiam difficile quid nunciaretur, ſcientes hi, qui in regionibus, cui eſſet rerum ſumma relicta, non turbarentur, ad hæc autem conſiderans proximos dynaſtas, & vicinos regno, temporibus attendentes, & euentum expectantes; deſignaui filium meum Antiochum regem: quem ſæpe recurrens in ſuperiora regna multis veſtrum deponebam, & commendabam. Scripſi autem ad eum, quæ ſubiecta ſunt. Oro itaque vos, & peto, memores beneficiorum publice, & priuatim, vt vnuſquiſque conſeruet præſentem beneuolentiam ad me, & filium meum. Confido enim eum modeſte, & humane ſequentem propoſitum meum conuerſaturum vobiſcum. Igitur homicida, & blaſphemus peſſima paſſus, vt alios tractauerat, in peregrina terra in montibus miſero obitu vita exceſſit. Transferebat autem corpus Philippus collactaneus eius: qui etiam metuens filium Antiochi, ad Ptolemæum Philometorem in Ægyptum abijt.

[α] Qui vniuerſa conſpicit.] *Sic etiam vulgata. Alij,* παντοκράτωρ, omnipotens. [β] Ago quidem Deo maximas gratias.] *Hæc habuit vetus interpres, ſed non ſequentia,* in cælo ſpem habens. *Contra in nonnullis ſunt hæc, non illa, quemadmodum neque, quæ ſequuntur,* & ego, in infirmitate autem conſtitutus.

CAP. X.

MACCABÆVS autem, & qui cum eo erant, Domino prouehente eos templum quidem, & ciuitatem receperunt: aras autem, quas alienigenæ ad forum extruxerant, itemque delubra demoliti ſunt. Et purgato templo aliud altare fecerunt: &, cum igniuiſſent lapides, & ex his ignem accepiſſent, ſacrificium obtulerunt poſt biennium: & incenſum, & lucernas, & panum propoſitionem fecerunt. Quibus geſtis, rogauerunt Dominum proſtrati ſuper ventrem; ne amplius talibus malis inciderent; ſed, & ſi quando peccaſſent, ab ipſo cum manſuetudine corriperentur, & non blaſphemis, ac barbaris gentibus traderentur. Qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat; contigit eadem die purificationem templi fieri vigeſima, & quinta eiuſdem menſis, qui eſt Chaſleu. Et cum lætitia dies octo egerunt in modum tabernaculorum; recordantes, quòd ante modicum temporis diem ſolen-

A ſolennem tabernaculorum in montibus, & in ſpeluncis more beſtiarum ſolitarij egerant. Propter quod thyrſos, & ramos virides, itemque palmas habentes, hymnos referebant ei, qui proſperauit mundari locum ſuum. Et decreuerunt communi præcepto, & decreto vniuerſæ genti Iudæorum omnibus annis agere dies iſtos. Et Antiochi quidem, qui appellatus eſt Nobilis, vitæ exceſſus ita ſe habuit. Nunc autem, quæ ad Antiochum Eupatorem pertinent, qui quidem impij filius [a] fuit, narrabimus, ipſa breuiantes [b] bellorum mala. Hic enim ſuſcepto regno, conſtituit ſuper negocia Lyſiam quendam Cœleſyriæ, & Phœnicis ducem primarium. Nam Ptolemæus, qui dicebatur Macer, iuſtitiam conſeruare eligens erga Iudæos, propter iniquitatem, quæ facta erat in eos, etiã
B conabatur, quæ ad illos pertinebant, pacificè tranſigere. Vnde accuſatus ab amicis apud Eupatorem, & frequenter, proditor audiens (eo quòd Cyprum creditam ſibi à Philometore deſeruiſſet, & ad Antiochum Nobilem tranſiſſet) [y] neque nobilem poteſtatem habens, præ triſtitia veneno ſumpto vitam reliquit. Gorgias autem, cum eſſet dux locorum, aſſumptis aduenis, aſsidue contra Iudæos bellum nutriebat. Simul autem cum hoc & Idumæi, qui tenebãt opportunas munitiones, exercebant Iudæos, & fugatos ab Hieroſolymis ſuſcipientes, bellum nutrire tentabant. Hi vero, qui erant cum Maccabæo, facientes ſupplicationem, & Deum rogantes, vt eſſet ſibi adiutor, impetum fecerunt in muni-
C tiones Idumæorum: quibus & inſiſtentes multa vi, loca obtinuerunt, omnesque, qui in muro pugnabãt, vlti ſunt, accurrentes autem [d] interemerunt: interfecerunt autem non minus viginti millibus. Cum autem [e] confugiſſent non minus nouem millibus in duas turres valde munitas, & omnia, quæ aduerſus expugnationem, habentes; Macchabæus ad eorum expugnationem relicto Simone, & Ioſepho, itemque Zacchæo, eiſque, qui cum ipſo erant, ſatis multis, ipse ad loca, quæ perurgebant, conuerſus eſt. Hi vero, qui cum Simone erant, argenti cupiditate ducti, à quibuſdam, qui in turribus erant, ſuaſi ſunt pecunia: & ſeptuaginta millibus drachmis acceptis, dimiſerũt quoſdam effugere. Cùm au-
D tem Maccabæo nunciatum eſſet, quod factum eſt, principibus populi congregatis, accuſauit, quòd pecunia fratres vẽdidiſſent, aduerſarijs contra eos dimiſſis. Hos igitur proditores factos interfecit, & confeſtim duas turres occupauit. Armis autem omnia in manibus proſpere agens, in duabus munitionibus pluſquam viginti millia peremit. At Timotheus, qui prius à Iudæis fuerat ſuperatus, conuocato magno exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato Aſiano equitatu non pauco, aduenit quaſi armis Iudæam capturus. Macchabæus autẽ, & qui cum ipſo erant, appropinquante illo, ad ſupplicationem Dei ſe verterunt, caput terra aſpergentes, lumboſque cilicijs præcincti, ad eam, quæ eſt ante
E altare, crepidinem prouoluti, rogabant, vt propitius ſibi factus, inimicis ipſorũ eſſet inimicus, & aduerſarijs aduerſaretur, ſicut lex dicit. Et ita poſt orationem ſumptis armis, longius de ciuitate proceſſerunt; proximi autem hoſtibus effecti reſederunt. Primo autem Solis ortu vtrique commiſerunt, iſti quidem proſperitatis, & victoriæ ſponſorem cum virtute refugium in Dominũ habentes, illi autẽ ducem certaminum ſtatuentes furorem. Sed cum vehemens pugna eſſet apparuerunt aduerſarijs de cælo viri quinque in equis auro frænatis decori, & ducatum Iudæis præſtantes duo, & Maccabæum aſſumentes medium, & armis

ſuis

ſuis tegentes inuulneratum conſeruabant, in aduerſarios autem tela, & fulmina iaciebant: ex quo cæcitate confuſi intercidebantur repleti perturbatione. Interfecti ſunt autem viginti millia quingenti, & equites ſexcenti. Ipſe vero Timotheus confugit in Gazaram dictum præſidium valde munitum, cui præerat Chæreas. Maccabæus autem, & qui cum eo erant, lætantes obſederunt præſidium diebus quatuor. At hi, qui intus erant, loci firmitate confiſi, ſupra modũ blaſphemabant, & ſermones nefandos iactabant. Sed cum dies quinta illuceſceret; viginti iuuenes ex his, qui cum Maccabæo erant, accenſi animis propter blaſphemias, viriliter acceſſerunt ad murum, & feroci animo occurrentem cædebant. Sed & alij ſimiliter aſcendentes in circunflexione aduerſus eos, qui intus erant, incendebant turres, & pyras incendentes, ipſos blaſphemos viuos concremarunt. Alij autem portas interciderunt: & intromittentes reliquam aciem occupauerunt ciuitatem, & Timotheum occultantem ſe in quodam lacu peremerunt, & fratrem illius Chæream, & Apollophanem. Quibus geſtis, cũ hymnis, & confeſsionibus benedicebant Dominum, qui magnifice benefaciebat Iſrael, & victoriam ipſis dabat.

α Fuit.] *Collati codices habent, γινόμενον. Complut en. γινόμενα, quod magis videtur reſpondere vulgatæ*, quæ geſta ſunt. β Bellorum mala.] *Plura non videtur habuiſſe vetus interpres. In quibuſdam libris eſt, τὰ συνέχοντα τῶν πολέμων κακά*, continentia bellorum mala. γ Neque nobilem poteſtatem habens, præ triſtitia. *A quibuſdam libris abeſt iſtud, ἀπ᾽ ἀθυμίας, in nonnullis pro eo eſt, ἐξ ἀγεννασίας*, ex animi generoſi magnitudine. *Sunt etiam, qui habeant, μήτ᾽ ἀγεννῆ τὴν ἐξουσίαν ἐξαγεννάδους*, neque nobilem poteſtatem generoſe adminiſtrans. δ Interemerunt.] *In quibuſdam additur, πάντας, quod vetus interpres videtur coniunxiſſe cum ſequentibus*, & omnes ſimul non minus, *&c.* ε Confugiſſent.] *In quibuſdam additur, τινῶν, quidam, idque vulgata habet, non autem quod ſequitur*, non minus nouem millibus.

CAP. XI.

SED paruo prorſus poſt tempore Lyſias procurator regis, & propinquus, ac negociorum præpoſitus, valde grauiter ferens de his, quæ acciderant, congregatis octoginta circiter millibus, & equitatu vniuerſo, veniebat aduerſum Iudæos, exiſtimans ſe ciuitatem quidem Græcis habitaculum facturũ, templum vero in pecuniæ quæſtum, ſicut cætera delubra gentium, venale autem per ſingulos annos ſummum ſacerdotium facturum; nuſquam recogitans Dei poteſtatem, ſed mente effrenatus ob myriades peditum, & millia equitum, elephantos octoginta. Ingreſſus autem Iudæam, & appropians Bæthſuræ, munito quidem loco, diſtanti autem ab Hieroſolyma quaſi ſtadijs quinque, illud vexabat. Vt autem Maccabæus, & qui cum eo erant, cognouerunt expugnari ab illo præſidia, cum fletu, & lachrymis rogabant vna cum turbis Dominum, vt bonum angelum mitteret ad ſalutem Iſrael. Et ipſe primus Maccabæus ſumptis armis cæteros exhortatus eſt ſimul ſecum periculum ſubire, & ferre auxilium fratribus ſuis. Pariter autem & prompto animo proceſſerunt. Ibidem vero, cum etiam apud Hieroſolymam eſſent; apparuit præcedens eos eques in veſte candida, armaturam auream vibrans. Tunc omnes ſimul benedixerunt miſericordem Deum, & conualuerunt animis, non ſolum homines, ſed & beſtias ferociſſimas, & muros ferreos parati ferire. Ibant prompti, de cælo habentes adiutorem, miſerante ſuper eos Domino. Leonum autem more irruentes in hoſtes, proſtrauerunt ex eis vndecim millia, equitum vero mille ſexcentos: vniuerſos

autem

A autem in fugam verterunt: plures autem ex eis vulnerati, nudi euaserunt: sed & ipse Lysias turpiter fugiens euasit. Et quia non insensatus erat, secum ipse reputans factam circa se diminutionem, & intelligẽs inuictos esse Hebræos, omnipotẽte Deo auxilium eis ferente, misit ad eos: persuasitque se consensurum omnibus, quæ iusta sunt, ideoque regẽ etiam compulsurum amicum fieri. Annuit autem Maccabæus precibus Lysiæ in omnibus vtilitati consulens. Quæcumque enim Maccabæus tradidit Lysiæ per scripta de Iudæis, ea rex cõcessit. Nam erant scriptæ Iudæis epistolæ à Lysia siquidem hunc modum continentes. Lysias populo Iudæorum salutem. Ioannes, & Abessalom, qui missi fuerant à vobis, tradentes subscriptum responsum, rogabant pro ijs, quæ per illud signifi- B cabantur. Quæcunque igitur regi etiam oportebat perferri, exposui: quæ autem res permittebat, [a] concessit. Si igitur in negocijs fidem conseruaueritis; & deinceps bonorum vobis causa esse tentabo. De singulis autem quibusque rebus mandaui & istis, & his, qui missi sunt à me, colloqui vobiscum. Beneualete. Anno centesimo quadragesimo octauo Dioscorinthij die vigesima quarta. Regis autem epistola hæc continebat. Rex Antiochus Lysiæ fratri salutem. Patre nostro inter Deos translato, nos [b] volentes eos, qui sunt in regno, sine tumultu degentes rebus suis adhibere diligentiam, cum audissemus Iudæos non consentire ei, quæ à patre iussa fuit; ad Græcorum ritum translationi, sed tenere C velle suum institutum, ac propterea postulare concedi sibi legitima sua; volentes igitur hanc quoque gentem quietam esse, iudicamus & templum restitui illis, & vt agant secundum suorum maiorum consuetudinem. Bene igitur feceris, si miseris ad eos, & dexteram dederis, vt cognita nostra voluntate, & bono animo sint, & iucunde rebus proprijs deseruiant. Ad gentem vero ipsam regis epistola talis erat. Rex Antiochus senatui Iudæorum, & cæteris Iudæis salutẽ. Si valetis; sic est, vt volumus: sed & ipsi bene valemus. Significauit nobis Menelaus velle vos descendere, & esse cum proprijs. His igitur, qui commeant vsque ad diem trigesimũ mensis Xanthici erit dextera cum securitate: Vt Iudæi vtantur ci- D bis, & legibus suis, sicut & prius: & nemo eorum vllo modo molestiã patiatur de his, quæ per ignorantiam gesta sunt. Misi autẽ & Menelaum, qui vos alloquatur. Valete: Anno centesimo quadragesimo octauo Xanthici mensis quintadecima die. Miserunt autẽ etiam Romani ad eos epistolam ita habentẽ. Quintus Memmius, Titus [c] Manlius legati Romanorũ, populo Iudæorum salutem. De his, quæ Lysias cognatus regis concessit vobis, & nos consentimus. De quibus autẽ ad regem iudicauit referendum; confestim aliquem mittite consideraturum de his, vt decernamus, sicut congruit vobis. Nos enim Antiochiã accedimus. Ideo festinate, & mittite aliquos; vt nos quoque sciamus, cuius estis voluntatis. Va- E lete: Anno centesimo quadragesimo octauo quintadecima die mensis Xanthici.

[a] Concessit.] *Ita collati codices: sed vulgata,* consensi: *cui lectioni videntur congruere, quæ paulo post dicuntur in epistola Romanorum.* [b] Nos volentes.] *Sic vulgata. Plerique vero,* βουλομένου, volente. [c] Manlius.] *Vulgata,* Manilius. *Quidam codices,* μάιος, Maius.

CAP. XII.

HIS autem factis pactionibus, Lysias quidem pergebat ad regem; Iudæi autem agriculturæ operam dabant. Ex ducibus autem, qui erãt per loca, Timotheus, & Apollonius Gennæi filius, sed & Hieronymus, & Denophon

nophon, præter hos autem Nicanor Cypriarches non finebant eos in quiete agere,& filentio. Ioppitæ vero tale quoddam flagitium perpetrauerunt. Cum rogaſſent eos,qui ſecum habitabant, Iudæos aſcendere in paratas ab ipſis ſcaphas cum vxoribus & filijs,quaſi nullis inimicitijs erga eos ſubiacentibus,ſecundum autem commune decretum ciuitatis,& his acquieſcentibus, tanquam pacifice agere volentibus,nihilque ſuſpectum habentibus,eos cum in altum proceſsiſſent,ſubmerſerunt,cum eſſent non minus ducentis.Quam crudelitatem Iudas in ſuæ gentis homines factam vt cognouit;præcipiens viris, qui erant cum ipſo, & inuocato iuſto iudice Deo venit aduerſus interfectores fratrum: & portum quidem nocte ſuccendit,& ſcaphas exuſsit,eos autem,qui illuc refugerant, peremit.Ipſa autem regione concluſa,diſceſsit quaſi iterum reuerſurus, & vniuerſam Ioppitarum remp. eradicaturus. Sed cum cognouiſſet & eos, qui erant Iamniæ, velle pari modo facere habitantibus ſecum Iudæis; Iamnitis quoque nocte ſuperuenit,& portum cum nauibus ſuccendit;ita vt lumen ignis appareret Hieroſolymis ab ſtadijs ducentis quadraginta. Inde autem cum abijſſent nouem ſtadijs, & iter facerent contra Timotheum, commiſerunt cum eo Arabes non pauciores quinque millibus, & equites quingenti: cumque pugna valida facta eſſet, & his,qui circa Iudã, auxilio Dei proſpere ceſsiſſet; victi Nomades Arabes petebant à Iuda dextras ſibi dari, promittentes ſe & paſcua daturos, & in cæteris profuturos ipſis.Iudas autem arbitratus vere in multis eos vtiles,conceſsit pacem acturum ſe cum eis;dextriſque acceptis diſceſſere ad tabernacula ſua.Aggreſſus eſt autem & ciuitatem quandam firmam pontibus, muriſque circunſeptã,quæ à turbis habitabatur gentium promiſcuarum: cui nomen Caſpis. Hi verò,qui intus erant,confidentes in ſtabilitate murorum, & apparatu alimoniarum,remiſsius agebant, maledictis laceſſentes Iudam, & præterea blaſphemantes,& loquentes, quæ fas non eſt. Qui autem circa Iudam erant, inuocato magno mundi principe, qui ſine arietibus, & machinis temporibus Ieſu præcipitauit Hiericho,irruerunt ferociter in muros. Et capta ciuitate per Dei voluntatem,innumerabiles cædes fecerunt: ita ut adiacens ſtagnum ſtadiorum duorum latitudinis repletum ſanguine fluere videretur.Inde autem diſcedentes ſtadia ſeptingenta venerunt in Characa,ad eos,qui dicuntur Tubieni,Iudæos. Et Timotheum quidem in illis locis non comprehenderũt nullis rebus geſtis tunc à locis illis regreſſum,relicto autem in quodam loco firmiſsimo præſidio. Doſitheus autem, & Soſipater,ex ijs ducibus, qui cum Maccabæo, exeuntes peremerunt à Timotheo relictos in præſidio plures, quàm decem millia viros.At Macchabæus ordinato exercitu ſuo per cohortes, conſtituit eos ſuper cohortes & aduerſus Timotheum proceſsit habentem ſecum centum viginti millia peditum, equitumque duo millia quingentos. Cognito autem Iudæ aduentu Timotheus præmiſit mulieres,& filios,& reliquum apparatum in locũ, qui Carnion dicitur. Erat enim inexpugnabile, & acceſſu difficile caſtellum propter omnium locorum anguſtias. Cumque cohors Iudæ prima apparuiſſet, & exorto timore in hoſtibus,ac terrore ex præſentia illius,qui vniuerſa conſpicit;in fugam verſi ſunt,alius aliò delatus: ita vt ſæpe à ſuis læderetur, & gladiorum mucronibus traijcerentur.Iudas autem vehementer inſtabat,trucidans prophanos, & proſtrauit ad triginta millia virorum. Ipſe vero Timotheus incidit in partes

Doſithæi,

A Dosithæi,& Sosipatris,& multis precibus postulabat,vt viuus dimitteretur:eo quòd plurium quidem parētes,aliorum vero fratres haberet, quos morte eius [α] decipi eueniret.Cum autem multis modis firmasset hoc constitutum,restituturum se eos illæsos;dimiserunt eum propter fratrum salutem.Egressus autē in Carnion, & [β] Atergatæum,interfecit vigintiquinque millia corporū.Post horū autem fugam,& necem,mouit exercitum Iudas etiam super Ephron ciuitatem munitam,in qua habitabat Lysias,& multitudo diuersarum gentium: & robusti iuuenes pro muris consistentes fortiter repugnabant: in hac autem machinarū, & telorum multus erat apparatus.Sed cum omnipotentem inuocassent, qui cū potestate vires hostium confringit;ceperunt ciuitatem,& ex eis, qui intus erāt, B ad vigintiquinque millia prostrauerūt. Inde autem abeuntes ad ciuitatem Scytharum processerūt,quæ ab Hierosolymis,sexcentis stadijs aberat.Contestantibus autē his,qui ibi erant,Iudæis,quòd benignè à Scythopolitis haberentur, & temporibus infelicitatis mansuete secum egerint;gratias agentes, & exhortati etiā de cætero erga genus ipsum benignos esse,venerunt Hierosolymam die solenni septimanarū instante.Post eam vero,quæ dicitur Pentecoste,abierūt contra Gorgiam præpositum Idumææ. Exiuit autem cum peditibus tribus millibus,& equitibus quadringentis. Quibus congressis contigit paucos cadere Iudæorum.Dositheus vero quidam de ijs, qui Bacenoris,eques vir,& fortis Gor- C giam tenuit,& apprehendens eum clamyde ducebat eum fortiter : & cum vellet sceleratum illum capere viuum,eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerumque amputauit: atque ita Gorgias effugit in Maresa.At illis, qui cum Esdrin erant,diutius pugnantibus & fatigatis; cum inuocasset Iudas Dominum, vt adiutorem se ostenderet, & ducem belli, incipiens patria voce cum hymnis clamorem,exclamans & irruens improuiso in eos,qui circa Gorgiam,in fugam eos vertit. Iudas autem collecto exercitu venit in ciuitatem Odollam . Et cum septima dies superueniret; secundum consuetudinem purificati in eodem loco sabbatum egerunt. At sequenti die venit cum suis Iudas,eo,quo oportebat,tem D pore,vt corpora prostratorum tolleret,& cum cognatis reponeret in sepulchris paternis. Inuenerunt autem sub tunicis mortuorum quorumque de sacris Idolorū,quæ de Iamnia: à quibus lex prohibet Iudæos. Omnibus ergo manifestum factum est ob hanc causam eos corruisse.Omnes itaque benedixerūt iustum iudicem Dominū,qui occulta facit manifesta. Atque ita ad preces conuersi [γ] rogauerunt,vt id,quod factum erat, delictum,perfecte deleretur. At vero fortissimus Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato, sub oculis videntes,quæ facta sunt peccato eorum, qui prostrati sunt. Et facta viritim collatio- E ne, ad duo millia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccato sacrificium,valde bene,& religiose faciens,de resurrexione cogitās,(Nisi enim eos,qui ceciderant,resurrecturos speraret; superfluum & vanum esset orare pro mortuis) Deinde considerans his,qui cum pietate dormiunt, optimam esse repositam gratiam. Sancta,& pia consideratio.Quare pro defunctis propitiationem fecit,vt à peccato soluerentur.

α Decipi.] *ἀλογηθῆναι, pro nihilo haberi, nimirum sine dubio interficiendos.* β Atergatæum.] *Est aliqua in hoc nomine varietas codicum: & à vulgata omnino abest. In quibusdam vero additur, ὁ μακκαβαῖος,* Maccabæus. γ Rogauerunt.] *Respondet vulgatæ. In quibusdam libris est, ἄσαντες διὰ τὸ γεγονὸς.* caaentes, eo quòd perpetratum delictum perfecte deletum esset.

CAP.

CAP. XIII.

A

ANNO centesimo quadragesimo nono cognouit Iudas Antiochum Eupatorem venire cum multitudine aduersus Iudæam, & cum eo Lysiam procuratorem, & præpositum negotiorum, vnumquemque habentem exercitum Græcum, peditum centum decem millia, & equites quinque millia trecentos, & elephantes viginti duos, currus autē cum falcibus trecentos. Commiscuit autem se illis & Menelaus, & hortabatur cum multa ironia Antiochum, non pro patriæ salute, sed sperans se constitui in principatum. Sed rex regum suscitauit animos Antiochi in peccatorem: & suggerente Lysia hunc esse causam omnium malorum, iussit, vt est consuetudo in loco, necare adducentes illum in Beræam. Est autem in loco turris quinquaginta cubitorum, aggestum habens cineris: hæc autem instrumentum habebat rotundum vndique præceps in cinerem. Hic sacrilegij reum, & quorundam etiam aliorum malorum summitatem factum omnes propellunt ad interitum. Tali lege præuaricatorem legis contigit mori, neque etiam terram nactum Menelaum: valde iuste. Nam quia multa erga aram delicta commisit, cuius ignis, & cinis erat sanctus; in cinere mortem reportauit. Sed rex superbia barbarus factus veniebat, pessima eorum, quæ sub patre ipsius facta fuerant, Iudæis repræsentaturus. Quibus Iudas cognitis præcepit populo, vt die, ac nocte Dominum inuocarent, siquando & alias, etiam nunc adiuuaret eos, qui lege, & patria, & sancto templo priuandi essent, ac populum, qui nuper paululum respirasset, ne sineret blasphemis nationibus subdi. Omnibus itaque simul idem facientibus, & obsecrantibus misericordem Dominum cum fletu, & ieiunijs, & prostratione per triduum continuū; hortatus eos Iudas iussit venire. Ipse autem seorsum cum senioribus, consilium cepit, priusquam rex admoueret exercitum ad Iudæam, & obtinerent ciuitatem, egressos dijudicare res Domini auxilio. Dans itaque procurationē creatori mundi, hortatus suos, vt fortiter dimicarent vsque ab mortem pro legibus, pro tēplo, ciuitate, patria, republica, circa Modin exercitū constituit. Et dato signo suis Dei victoriæ, cum iuuenibus fortissimis electis, nocte aggressus aulam regiam in castris, interfecit ad viros* quatuor millia, & maximum elephantorum cum ea, quæ in domo, turba coaceruauit: ac demum metu, ac perturbatione castra repleuerunt, rebusque prospere gestis abierūt. Hoc autem factum est die iā illucescente, adiuuante eum Domini protectione. Sed rex accepto gustu audaciæ Iudæorum, arte tentabat loca. Et Bæthsuræ, quæ erat Iudæorum præsidium, castra admouit: sed fugabatur, impingebat, minorabatur. His autem, qui intus erant, Iudas necessaria mittebat. Enunciauit autem mysteria hostibus Rodocus de Iudaico exercitu: qui requisitus, comprehensus est, & conclusus. Iterum rex sermonem habuit ad eos, qui erant in Bæthsura: dexteram dedit, accepit, abijt, commisit cum Iuda, superatus est; cognouit rebellasse Philippum Antiochiæ qui relictus erat super negotia; confusus est: Iudæos deprecatus est, subditusque eis iurauit de omnibus, quæ iusta erant, & reconciliatus obtulit sacrificium, honorauit templum, & in locum humaniter se gessit: & Macchabæum amplexatus est, reliquit à Ptolemaide vsque ad Gerrenos ducem principē: venit Ptolemaidam. Grauiter ferebant conuentiones Ptolmeenses; indignabantur enim

B

C

D

pro qui-

A pro quibus voluerant rumpere fœdera. Accesſit Lyſias ad tribunal, expoſuit rationem, quantum fieri potuit, perſuaſit, ſedauit, tranquillos fecit, regreſſus eſt in Antiochiam. Hoc modo regis profectio, & reditus proceſsit.

a Quatuor.] *In nonnullis eſt,* δισχιλίων bis mille: *vulgata*, quatuordecim millia.

C A P. XIV.

SED poſt triennij tempus cognouit Iudas, & qui cum eo erant, Demetrium Seleuci per portum, qui ad Tripolim, adnauigantē cum multitudine valida, & claſſe, tenuiſſe regionem, poſtquam occidiſſet Antiochum, & eius procuratorem Lyſiam. B Alcimus autem quidam, qui ſummus ſacerdos fuerat, ſed voluntarie coinquinatus temporibus commiſtionis, conſiderans nullo modo ſibi eſſe ſalutem, neque acceſſum vltra ad ſanctum altare, venit ad regem Demetrium quaſi centeſimo quinquageſimo primo anno, offerens ei coronam auream, & palmam, ſuper hæc autem thallos, qui templi eſſe videbantur. Et illa quidem die ſiluit. Tempus autem opportunum dementiæ ſuæ nactus, conuocatus à Demetrio ad conſilium, & interrogatus, qua diſpoſitione, & conſilio Iudæi niterentur, ad hæc reſpondit: Ipſi, qui dicuntur Aſidæi Iudæorum, quibus C præeſt Iudas Maccabæus, bella nutriunt, & ſeditiones mouent, nec patiuntur regnum eſſe quietum. Quare defraudatus maiorum gloria, dico autem ſummo ſacerdotio, huc nunc veni, primo quidem de rebus ad regem ſpectantibus legitime ſentiens, ſecundo autem etiam proprijs ciuibus conſulens. Nam illorum prauitate vniuerſum genus noſtrum non minime vexatur. Sed his ſingulis ò rex cognitis, & regioni, & obſeſſo generi noſtro proſpice pro ea, quam erga omnes habes obuiam humanitatem. Nam quamdiu ſupereſt Iudas, impoſsibile eſt pacem eſſe negocijs. Talibus autem ab hoc dictis, cito cæteri amici hoſtiliter ſe habentes aduerſus Iudam inflammauerunt Demetrium. D Aduocans autem confeſtim Nicanorem præpoſitum elephantorum, & ducem declarans Iudææ, miſit: datis mandatis, vt ipſum quidem Iudam occideret; eos vero, qui cum illo erant, diſpergeret, & conſtitueret Alcimum maximi templi ſummum ſacerdotem. Tunc gentes, quæ de Iudæa fugerant Iudam, gregatim ſe Nicanori miſcebant, miſerias, & clades Iudæorum, proſperitates rerum ſuarum æſtimantes fore. Audito itaque Nicanoris aduentu, & conuentu nationum, conſperſi terra, rogabant eum, qui populum ſuum conſtituit in æternum, quique ſuam portionem ſignis euidentibus protegebat. Imperante autem duce, ſtatim inde mouerunt, & commiſcent ſe eis ad caſtellum Deſſau. E Simon vero frater Iudæ commiſerat cum Hicanore, paululum vero ob repentinum aduerſariorum aduentum timore prolapſus. Nicanor tamen audiens virtutem comitum Iudæ, & animi magnitudinem, quam in certaminibus pro patria habebant; ſanguine iudicium facere metuebat. Quamobrem miſit Poſidonium, & Theodotum, & Mattathiam, vt darent dextras, atque acciperent. Et cum diu de his conſilium ageretur, & ipſe dux ad multitudinem retuliſſet, & omnium vna appareret ſententia, annuerunt conuentionibus. Itaque diem conſtituerunt, qua ſecreto inter ſe agerent: & * proceſsit, & ab vnoquoque diuerſas poſuerunt ſellas. Diſpoſuit

autem Iudas armatos paratos in opportunis locis: ne forte ab hostibus repente mali aliquid oriretur. Congruum colloquium fecerunt. Morabatur autem Nicanor Hierosolymis, nihilque iniqui agebat, gregesque turbarum, quæ congregatæ fuerant, dimisit: habebat autem semper Iudam in conspectu: ex animo erat viro inclinatus; rogauitque eum ducere exorem, filiosque procrearet. Nuptias fecit, quiete egit, communiter viuebant. Alcimus autem videns charitatem illorum ad inuicem, & factas conuentiones assumens venit ad Demetrium, & dicebat Nicanorem aliena sentire à [β] rebus: Iudam enim regni insidiatorem successorem sibi designauit. Itaque rex exasperatus, & pessimi huius criminationibus irritatus, scripsit Nicanori, dicens, grauiter quidem se ferre de conuentionibus, iubens autem Maccabæum citius vinctum mittere Antiochiam. Quibus cognitis Nicanor confusus erat, & grauiter ferebat, si ea, quæ conuenerant, irrita faceret, nulla à viro facta iniuria. Sed quia regi resistere non poterat; opportunitatem obseruabat, vt id stratagemate perficeret. At Maccabæus videns secum austerius agere Nicanorem, & consuetum occursum ferocius exhibentem, intelligens non ex bono esse austeritatem istam, non paucis suorum congregatis, occultabat se à Nicanore. Quod cum ille cognouit, fortiter se à viro astutia præuentum; venit ad maximum, & sanctum templum, & sacerdotibus solitas hostias offerentibus iussit tradere virum. Quibus cum iuramento dicentibus nescire se, vbi esset, qui quærebatur, extendens dextram ad templum iurauit hæc: Nisi Iudam mihi vinctum tradideritis; istud Dei phanum in planitiem deducam, & altare effodiam, & templum hic Libero illustre erigam. Et his dictis abijt. Sacerdotes autem protendentes manus in cælum inuocabant eum, qui semper protector esset gentis nostræ, hæc dicentes. Tu Domine vniuersorum, qui nullius indiges, voluisti templum habitationis tuæ fieri in nobis. Et nunc sancte omnis sanctitatis Domine, conserua in æternum impollutam domum istam, quæ nuper mundata est. Razias autem quidam de senioribus ab Hierosolymis delatus est Nicanori, vir amator ciuitatis, & valde bene audiens, & qui pro bono affectu pater Iudæorum appellabatur. Hic enim superioribus temporibus continentiæ propositum tenuerat Iudaismi, corpusque & animam pro Iudaismo tradiderat cum omni perseuerantia. Volens autem Nicanor manifestare odium, quod habebat in Iudæos, misit milites supra quingentos, vt eum comprehenderent: putabat enim, si illum cepisset, cladem se istis allaturum. Turbis autem iam occupaturis turrim, & aulæ ostio vim facientibus, & ignem admouere iubentibus, & portas incendi, vndique comprehensus gladium sibi supposuit, eligẽs nobiliter mori potius, quàm subditus fieri peccatoribus, & nobilitate sua indignis iniurijs affici. Sed cum per contentionis festinationẽ non recto ictu plagam dedisset, & turbæ intra ostia irrupissent; recurrẽs generose ad murum, præcipitauit semetipsum viriliter in turbas. Quibus velociter locum dantibus, facto spatio venit per medium ventrem. Et cum adhuc spiraret, & animo esset accẽsus, surgens, cum sanguis instar fontis deflueret, & grauissima essent vulnera; cursu turbas pertransiens, & stans supra quamdam petram præruptam, penitus iam exanguis effectus, proferẽs intestina, & sumens vtrisque manibus proiecit super turbas: & inuocans dominatorem vitæ, ac spiritus, vt hæc ipsi iterum redderet, ita vita defunctus est.

[α] Processit.

A ᵃ Processit.] *In quibusdam codicibus est,* [illegible] (*al.* [illegible]) [illegible], *cui lectioni videtur satis respondere vulgata,* & singulis sellæ prolatæ sunt, & positæ. *In aliquo etiam est,* [illegible] intersepta posuerunt diuersa. ᶜ A rebus.] *Idest à rebus regis, vt alibi. Nonnulli habent,* [illegible], de rebus. *Vulgata,* rebus alienis assentire. ʸ Præruptam.] *Sic vulgata. Nonnulli,* [illegible], abruptus. *De hoc Raziæ facto Sanctus Augustinus in epist.* LXXI.

CAP. XV.

NICANOR autem vt comperit Iudam esse in locis Samariæ, cogitauit quietis die cũ omni securitate in ipsos irruere. Iudæis vero, qui illũ per necessitatẽ sequebãtur dicẽtibus, Ne ita ferociter, & barbare disperdas, B sed honorẽ tribue præhonoratæ cũ sanctitate ab eo, qui vniuersa cõspicit, diei; ille vero ter scelestus interrogauit, si est potens in cælo, qui imperauit agi diẽ sabbatorum? Et respondentibus illis, Est Dominus viuus ipse in cælo potens, qui iussit agi septimam diem; At ille ait: Et ego potens sum super terram, qui impero sumi arma, & negocia regis impleri. Tamen non obtinuit, vt miserum suum consilium perficeret. Et Nicanor quidem cum summa superbia erectus cogitauerat commune trophæum statuere de Iuda, & his, qui cum ipso erant. Maccabæus autem semper confidebat cum omni spe auxilium sibi à Domino affuturum: & hortabatur suos, ne formidarent aduentum nationum, sed in men- C te habentes adiutoria sibi antea facta de cælo, & nunc sperarent ab omnipotente sibi affuturam victoriam, & ᵃ auxilium. Et alloquutus eos de lege, & prophetis, admonens etiam eos de certaminibus, quæ confecerant, promptiores constituit eos. Et animis eorum erectis, admonebat simul ostendens gentium fallaciam, & iuramentorum præuaricationem; singulos autem illorum armans non tam clypeorum, & hastarum munitione, quàm exhortatione per sermones; etiã exposito fide digno somnio, magnopere vniuersos lætificauit. Erat autem huiusmodi visus: Oniam, qui fuerat summus sacerdos, virum honestum, & bonum, venerandum visu, modestum moribus, & eloquio decorum, & à puero D in omnibus virtutis officijs exercitatum, hunc manus protendentem orare pro omni populo Iudæorum: Post hoc apparuisse sic virum, canitie, & gloria eximium, mirabilem vero quandam, & maximi decoris esse præstantiam circa illum: Respondentem vero Oniam dixisse: Hic est fratrum amator, qui multum orat pro populo, & sancta ciuitate, Hieremias propheta Dei: Extendisse autem Hieremiam dextram, & dedisse Iudæ gladium aureum, & cum daret, acclamasse hæc: Accipe sanctum gladium, munus à Deo: in quo franges aduersarios. Exhortati itaque Iudæ sermonibus bonis valde, & qui possent ad virtutem incitare, & animos iuuenum ᵝ erigere, statuerunt non castrametari, sed E generose inuehi, & cum omni virtute ʸ confligentes, de negotijs iudicare, eo quòd & ciuitas, & sancta, & templum periclitarentur. Erat enim pro vxoribus, & filijs, itẽq; pro fratribus, & cognatis minor eis ᵟ solicitudo: maximus vero, & primus pro sanctificato tẽplo erat timor. Sed & eos, qui in ciuitate remanserant non minima solicitudo habebat, turbatis ipsis illo, qui sub dio, congressu. Et cũ omnes iam expectarent iudiciũ futurũ, & iam hostes ad essent, atque exercitus esset ordinatus, & bestiæ in opportuna parte constituti, & equitatus ad cornua dispositus; considerans Maccabæus aduentum multitudinis, & apparatum va-

rium armorum, ac ferocitatem bestiarum, extendens manus in cælum, prodigia facientem Dominum ε inspectorem inuocauit, sciens, quia ζ victoria non est per arma, sed prout ab ipso iudicatum fuerit, dat dignis victoriam. Dicebat autem inuocans hoc modo: Tu Domine misisti angelum tuum sub Ezecia rege Iudææ, & interfecit de castris Sennacherim ad centum octoginta quinque millia. Et nunc dominator cælorum mitte angelum bonum ante nos in timorem, & tremorem. Magnitudine brachij tui exterreantur, qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populum tuum. Et hic quidem ita perorauit. Nicanor autem, & qui cum ipso erant, cum tubis, & canticis admouebant. Iudas vero, & qui cum eo erant, cum inuocatione, & orationibus congressi sunt cum hostibus: & manibus quidem pugnantes, sed & Dominum cordibus orantes prostrauerunt non minus triginta quinque millia, præsentia Dei magnifice delectati. Cumque cessassent ab opere, & cum gaudio redirent; cognouerunt Nicanorem ruisse cum armis suis. Facto itaque clamore, & tumultu, patria voce omnipotentem benedicebant. Præcepit autem ille, qui per omnia animo, & corpore primus pugnator pro ciuibus erat, qui ætatis beneuolentiam in eos, qui eiusdem gentis, conseruabat, caput Nicanoris, & manum cum humero abscissum Hierosolymam perferri. Quò cum peruenisset, conuocatis eis, qui eiusdem gentis, & sacerdotibus, ante altare stans, accersijt eos, qui in arce erant. Et ostenso capite scelesti Nicanoris, & manu nefaria, quam extendens contra domum sanctam omnipotentis, magnifice gloriatus fuerat, lingua etiam impij Nicanoris præcisa, iussit particulatim auibus dari: præmia autem dementiæ contra templum suspēdi. Omnes igitur in cælum benedicebant præsentem Dominum, dicentes: Benedictus, qui locum suum incōtaminatum seruauit. Suspendit autem Nicanoris κ caput ex arce, euidens omnibus, & manifestum signum auxilij Dei. Itaque omnes communi consilio decreuerunt nullo modo diem istum absque celebritate præterire, habere autem celebrem, tertiam decimam diem mensis duodecimi (Adar dicitur Syriaca voce) pridie diei Mardochæi. Igitur his erga Nicanorem sic gestis, & ex illis temporibus ab Hebræis ciuitate possessa, ego quoque in his finem faciam sermonis. Et si quidem bene, & vt historiæ competit; hoc & ipse velim: si autem exiliter, & modice, hoc pro viribus meis fuit. Sicut enim vinum seorsum bibere, similiter autem rursus & aquam, contrarium est: sicut autem vinum aquæ mistum suaue est, & iucundam gratiam perficit; ita etiam huiusmodi ratio structuræ orationis delectat aures legentium historiam. Hic ergo erit finis.

α Et auxilium.] *Abest à nonnullis, & à vulgata.* β Erigere.] *Quidam*, ἐπανδρῶσαι, viriles facere. *Vulgata*, confortari. γ Configentes.] *Hoc verbo videtur vsus vetus interpres ad exprimendum illud* ἐμπλακέντες, *aut* ἐμπλακέντας, *vt aliqui. In quibusdam vero est* ἐμφύεντες, *aut* ἐμφύντας, inhærentes: *in aliquo vtrumque* ἐμπλακέντας καὶ ἐμφυέντας. δ Solicitudo.] *Sic vetus interpres: quod satis bene respondet dictioni* ἀγών. *In quibusdam vero est* κίνδυνος. *Quare sic vertendum esset*: Erat enim vxorum, &c. periculum minoris apud eos ponderis. ε Inspectorem.] *Abest à Compl. & vulgata.* ζ Victoria.] *In nonnullis corrupte legitur*, νίκα, *à Compl. abest vtrumque. Vetus interpres quomodo legerit, vix iudicari potest.* κ Caput.] *Aliqui* προτομὴν, *quod aut idem significat, aut imaginem vsque ad vmbilicum.*

MACCA-

MACCABÆORVM TERTIVS.

PHILOPATOR autem ab ijs, qui retulerant, cognita locorum à se possessorũ abstractione facta ab Antiocho, denuncians omnibus exercitibus suis & pedestribus & equestribus, & sororem Arsinoen secum assumens, processit vsque ad ea, quæ sunt ad Raphiã, loca; vbi castrametati erant, qui circa Antiochum. Theodotus autem quidam complere insidias cogitans, assumens ex commissis suæ custodiæ C armis Ptolemaicis optima, contulit se noctu ad Ptolemæi tabernaculum, tanquam solus interfecturus eum, & in hoc dissoluturus bellum. Hunc autem deducens quidam, qui Dositheus Drimyli dicebatur, genere Iudæus, postea autẽ abijciens legitima, & à patrijs sanctionibus alienatus, ignobilem quendam decumbere fecerat in tabernaculo: quem contigit ferre illius supplicium. Facto autem ingenti prælio, & rebus melius succedentibus Antiocho, vehemẽter Arsinoe obambulans exercitus hortabatur cum eiulatione, & lachrymis, crinibus solutis, vt auxiliarentur sibiipsis, & filijs, & vxoribus audacter, promittẽs daturam se vincentibus, cuique duas minas auri. Et ita contigit aduersarios in conse- D rendis manibus perire, multos vero etiam captiuos fieri. Compos autem factus propositi, statuit propinquas ciuitates adiens consolari. Quod cum fecisset, & delubris dona tribuisset, bono esse animo subditos fecit. Cum autem Iudæi misissent ad eum ex senatu, & senioribus salutaturos eum, & munera portaturos, & pro his, quæ gesta erant, congratulaturos; factum est, vt magis ille cuperet quã citissime ad eos venire. Cum autem peruenisset Hierosolymam, & sacrificasset maximo Deo, & gratias reddidisset, & eorum, quæ ordine sequebantur, aliquid ipsi loco fecisset, & iam aduenisset ad locum, & sedulitate, & decore stupefactus esset, admiratus vero etiam sacræ ædis bonam dispositionem, cogitauit consi- E lium capere introeundi in templum. His autem dicentibus non licere hoc fieri, quia neque his, qui ex gente, liceret ingredi, neque omnibus sacerdotibus, sed soli omnium præfecto summo sacerdoti, & hoc in anno semel; ille vero nequaquam acquiescebat, spretaque lege non cessabat prouehere se, intrandum omnino dicens, &, si illi priuati sunt hoc honore; me non oportet. Et interrogabat, quam ob causam intrantem ipsum in quodcunque phanum nemo eorum, qui aderant, prohibuisset. Et quidam imprudenter dixit male hoc ipsum prodigiosum esse. Factum autem hoc fuerit, inquit, quauis de causa; nonne omnino

 se in-

se intraturum, & volentibus ipsis, & nolentibus? Cum autem sacerdotes cũ omnibus vestibus procidissent, & orarent maximum Deum auxilium ferre imminenti necessitati, & impetum male irruentis reprimere, clamoreque cũ lachrymis templum implerent; qui in ciuitate remanserant, turbati exilierunt, occultum quid esse, quod fiebat, existimantes: & inclusæ virgines in thalamis, cum genitricibus proruperunt, & cinere & puluere aspersis capitibus gemitibus, & suspirijs plateas implebant. Et aliæ vero nuper astrictæ, thalamos ad occursum assignatos, & congruum pudorem relinquẽtes, cursum inordinatum in ciuitate faciebant. Infantes autem filij & cum his matres, & nutrices defatigatæ aliter, & aliter, hæ quidem per domos, hæ vero per vias irreuocabiliter ad eminentissimum templum congregabantur. Varia autem erat eorũ, qui in illud conueniebant, oratio pro his, quæ ab illo iniuste tentabantur. Cum his autem nonnulli ex ciuibus audaces facti non ferebant illũ omnino instantem, & propositum suum implere statuentem. Clamantes autẽ se ruituros ad arma, & audacter pro patria lege obituros, magnam fecerunt in loco asperitatẽ, vixque à senibus, & presbyteris cohibiti, ad eamdem orationis steterunt (al. παρῆσαν, affuerunt) stationẽ. Et turba quidẽ, vt antea, in his versabatur orans. Seniores autem, qui erãt circa regem, multis modis conabãtur superbã eius mentẽ à suscepto consilio remouere. Induratus autem, & omnia abijciens iam & impetum faciebat, finem putans se impositurum rei prædictæ. Hæc igitur & qui circa illum erant, spectantes, eo se converterunt, vt cum nostris inuocarent eum, qui omnem potestatem habet, vt his, qui aderant, auxilium ferret, non despiciens iniquum, & superbũ facinus. Ex densissima autem & laboriosa turbarum collecta vociferatione, incomparabilis quidam erat clamor. Existimare enim licebat non modo homines, sed etiã muros, & totum solum resonare, quasi iam omnibus tunc mortem obeuntibus pro loci contaminatione. Atqui summus sacerdos Simon ex aduerso templi, flectens genua, & manus extendens honeste, talẽ orationẽ habebat: Domine, Domine rex cælorũ, & dominator omnis creaturæ, sancte in sanctis, monarcha, omnipotens, intẽde nobis oppressis ab impio, & prophano, qui præ audacia, & robore intumuit. Tu.n. qui creasti omnia, & omnia imperio tenes, Dominus iustus es: & eos, qui contumelia, & superbia in agendo vtuntur, iudicas. Tu illos, qui olim iniquitatem fecerũt inter quos & gigantes fuerũt, robore, & audacia freti, perdidisti, superinducens eis immensam aquã. Tu superbiã operantes Sodomitas, conspicuos iniquitatibus factos, igne & sulphure combussisti, exemplũ posteris constituens. Tu confidentem illum Pharaonem, qui seruitute oppresserat populũ tuum sanctũ Israel, cum varijs, & multis supplicijs examinasses, notam fecisti potentiam tuam: in quibus declarasti magnitudinem fortitudinis tuæ: & cũ ille persequeretur cum currubus, & turbarũ multitudine, obruisti profundo mari: eos autẽ, qui se tibi crediderãt, qui omni creaturæ dominaris, saluos traduxisti. Qui etiã cognoscentes opera manus tuæ, laudauerunt te omnipotentẽ. Tu rex, qui creasti interminatam, immensamque terram, elegisti ciuitatem hanc, & sanctificasti locum hunc ad nomen tibi nullius rei egenti, & mirum in modum glorificasti apparitione magnifica commendationem faciens eius ad gloriam magni, & honorati nominis tui. Et diligens domum Israel, pollicitus vtique es, si accidat nobis aduersitas, & apprehendat nos angustia, & venientes

ad locum

A ad locum hunc oremus, exauditurum te orationem nostram. Et quidem fidelis es, & verax. Quoniam autem sæpe afflictis patribus nostris, auxilium tulisti eis in humilitate, & eruisti eos de magnis periculis; ecce nunc sancte rex propter multa, & magna peccata nostra opprimimur, & subiecti sumus inimicis nostris, & collabimur in infirmitatibus. In nostra autem calamitate audax hic, & prophanus conatur afficere iniuria locum hunc sanctum super terram erectum nomini gloriæ tuæ. Nam habitaculum quidem tuum, cælum cæliest., incomprehensibile hominibus: sed quoniam elegisti gloriam tuam in populo tuo Israel, sanctificasti locum hunc. Non vlciscaris nos in horum immunditia, neque punias nos in contaminatione: ne glorientur iniqui in furore suo, neque exultent B in superbia linguæ suæ, dicentes: nos conculcauimus domum sanctificationis, sicut conculcātur domus abominationum. Dele peccata nostra, & dissipa errata nostra, & ostende misericordiam tuam in tempore hoc. Cito præoccupent nos miserationes tuæ: & da laudationes in ore prostratorum, & contritorum animis, faciens nobis pacem. Hic omnium inspector Deus, & ante omnes sanctus in sanctis, exaudita sancta supplicatione, eum, qui contumelia, & audacia valde elatus erat, flagellauit, hinc, & inde vibrans eum, vt arundinem à vento, ita vt in solo iam inutilis, & membris resolutus, neque loqui posset, iusto implicatus iudicio. Quamobrem amici, & corporis eius custodes, cum celerem, & acutam C viderent eum apprehendisse pœnam, timentes ne & vita deficeret, cito illum extraxerunt, ingenti perculsi timore. Sequenti autem tempore cum se collegisset, nequaquam ad pænitentiam venit castigatus: sed cum amara comminatione discessit. Reuersus autem in Ægyptum, & maliciam adaugens, per compotores, & sodales iam indicatos, ab omni iustitia semotos, non solum in innumerabilibus libidinibus perseuerauit, sed etiam eo temeritatis processit, vt infanda in locis constitueret, & multi ex amicis intendentes in regis propositum etiā ipsi sequerentur illius voluntatem. Proposuit autem publice contra gentem disseminare vituperationem: & in turri, quæ erat ad aulam, erigens columnam, in- D sculpsit scripturam, neminem eorum, qui non sacrificarent, ad sacra eorum ingredi, omnes autem Iudæos in vulgi descriptionem (*quasi dicas*, ceritum tabulas) & seruilem conditionem abduci, qui autem contradicerēt, vi ablatos, vita priuari: hos autem descriptos signari etiam per ignem insigni Liberi hederæ folio, ac secedere ob iam coercitam libertatem (*in quibusdam codicibus* περιουμνωμένην, *direptam, in quibusdam* εἰς τὴν προσυνεσταμένην ἀνθωπίαν, ad antea constitutā libertatem.) Verum ne omnibus infensus videretur, subscripsit: si nautem ex eis aliqui elegerint versari cum ijs, qui secundum Teletas initiati sunt, hos æquo iure ciues cum Alexandrinis esse. Igitur nonnulli quidem in ciuitate ciuilis religio- E nis gradus honorantes (*hac notione interdum summi* στοιχεῖν *notarunt grammatici. In quibusdam codicibus est* στοιχοῦντες, *quasi ascendentes per gradus ciuilium honorum*) facile seipsos dederunt, tanquam magnæ cuiusdam gloriæ participes futuri ex ea, quæ futura esset cum rege, cōuersatione. Plerique autem generoso (*corrigendum* γενναίᾳ) animo seipsos confirmarunt, & à pietate non recesserunt: & pecunias pro vita cōmutantes intrepide conabantur seipsos liberare à descriptionibus. Bona autē spe freti perstabant auxilium se consequuturos; & suos illos, qui recesserāt, abominabantur, & tanquam hostes gentis iudicabant, & cōmuni consuetudine,

& vtilitate priuabant. Quæ cum comperiſſet impius, adeo iratus eſt, vt non ſolum ijs, qui ad Alexandriam, ſuccenſeret, ſed etiam ijs, qui in regione, grauius aduerſaretur, & iuberet feſtinantes congregare omnes ſimul, & peſsima nece vitam ipſis adimere. His autem conſtitutis fama inimica peruulgabatur contra ipſum genus, hominibus conſentientibus ad maleficium, occaſione data ad conſtitutionem, tanquam eos à legitimis prohiberent. At Iudæi erga reges quidem beneuolentiam, & fidem immutabilem conſeruabanr; venerantes autem Deum, & ex ipſius lege rempublicā gerentes, ſeceſsionem in aliquibus faciebant, & mutationes: quam ob cauſam aliquibus odioſi videbantur. Sed iuſtarum actionum functione conuerſationem ornantes, omnibus hominibus probati extiterunt. Igitur ipſam quidem de genere in omnibus peruulgatam recte agendi rationem alienigenæ nequaquam recenſuerunt: verum de adorationibus, & cibis diſcrimen peruulgabant, dicentes neque regi, neque exercitibus fœderatos eſſe homines, ſed eſſe odioſos, & maiorem in modum negocijs aduerſari: & non mediocrem excitarunt vituperationem. Græci autem, qui erant in ciuitate, nullis iniurijs affecti tumultum inexpectatum circa homines videntes, & concurſus improuiſos fieri; auxiliari quidem non poterāt (tyrannica enim erat conſtitutio:) ſed conſolabantur, & grauiter ferebant, & mutatum hæc iri putabant: non enim ſic contemnet talem conſtitutionem, qui nihil ignorauerit (*in quibuſdam eſt,* ἠγνοηκός, *& vertendum eſſet,* non enim ſic contemnetur talis cæus, qui nihil ignorauit.) Iam vero & quidam vicini, & amici, & qui ſimul negociabantur, ſecreto quoſdam accerſentes, fidem dabant contegendi, & omnē diligentiam (al. *addunt* προσθέσθαι, adhibendi) ad defenſionem. Igitur ille quidem præſenti proſperitate exultās, & non conſiderans maximi Dei poteſtatem, putans autem perpetuo in eodem perſeuerare conſilio, ſcripſit contra eos epiſtolam hanc. Rex Ptolemæus Philopator ijs, qui per Ægyptum, & per loca, ducibus, & militibus gaudere, & valere. Valeo autem & ego ipſe, & res noſtræ. Poſt factam nobis in Aſiam expeditionem, quam ipſi etiam ſcitis, quæ Deorum erga nos improuiſo conſilio; & fortitudine etiam noſtra ſecundum rationem ad optimum finem perducta eſt, putauimus non violentia lanceæ, ſed æquitate, & multa humanitate indulgenter tractare gentes, quæ habitant Cæleſyriam, & Phœnicen, ac libenter benefacere. Et cum templis, quæ ſunt per ciuitates, tribuiſſemus reditus multos; venimus etiam Hieroſolymam, aſcendentes honorare templum ſceleſtorum illorum, & nunquam deſiſtentium ab amentia. Illi autem verbo quidem noſtram ſuſcipientes præſentiam, re autem falſo, volentibus nobis introire in templum eorum, & decentibus, ac pulcherrimis donis honorare, tumoribus antiquioribus agitati prohibuerunt nos ab ingreſſu (cum inferiores eſſent noſtris viribus) ob eam, quam erga omnes homines habemus, humanitatem. Suam autē erga nos maleuolentiam manifeſtam facientes, quippe ſoli prorſus gentium contra reges, & beneficos ſuos ceruicē erigentes, nihil legitimum ferre volunt. Nos autē cum horum amentia conuerſati, & cū victoria reuerſi, & in Ægypto omnib. nationibus humaniter occurrētes, prout decebat, fecimus. In his autē erga gentiles eorū obliuionē iniuriarū omnibus notā facientes, propter ſocietatē, & commiſſa eis antiquitus cum ſimplicitate ſexcēta negocia aggreſsi mutare, voluimus Alexandrinorū etiā rep. eos dignari, & participes

ſemper

A ſemper ſacerdotũ conſtituere. Illi autẽ in contrariam partẽ accipientes, & inſita improbitate honeſtum repellentes, perpetuo autem ad malum proni, non ſolũ cum ignominia repudiarunt ius ciuitatis, ſed etiam abominantur, & verbo, & ſilentio (al. καὶ ἔργῳ, & opere) paucos quoſdam ex eis erga nos legitime affectos, ſemper ſuſpicantes ob infamem vitæ rationem cito nos euerſuros recte facta. Quamobrem argumentis etiam probe perſuaſi hos omnibus modis contra nos male ſentire, & prouidentes, ne forte repentina poſt hac turbatione nobis imminente hos à tergo proditores, & barbaros habeamus hoſtes, iuſsimus, ſimul atque allata fuerit epiſtola hæc, eadem hora eos, qui habitant cum vxoribus & filijs, cum contumelijs & vexationibus mittere ad nos vinculis ferreis vndique B concluſos, ad tetram, & infamem inimicis conuenientem cædem. His enim ſimul punitis, putauimus in reliquum tempus perfecte nobis res in bono ſtatu, & optima diſpoſitione conſtitutum iri. Quicũque autem quempiam Iudæorum texerit à ſene vſque ad infantem, vſque ad lactentes, turpiſsimis tormentis occidetur cum tota domo. Qui autem indicare potuerit, eo ipſo ſubſtantiam eius, qui incidit in pœnam, accipiet, & de regali argento drachmas bis mille, & libertatem adipiſcetur, & coronabitur. Omnis autem locus, vbicumque deprehenſus fuerit omnino tectus Iudæus, inuius, & igne combuſtus fiat, & omni mortali naturæ ad omnia inutilis extet in ſempiternum tempus. Et formula quidem C epiſtolæ ſic ſcripta eſt. Vbicumque autem promulgatum fuit hoc edictum, populare conuiuium conſtitutum eſt gentibus cum iubilationibus, & gaudio, tanquam iam antiquitus indurata (*in aliquo codice, & Complutenſi eſt* προκατεσκιρωμένης, inueterata) in eorum mente, audacter ſimul (*in quibuſdã pro* σὺν, *eſt* νῦν, *nunc*) ſe prodente inimicitia. Iudæis autem inſanabilis (al. ἄλεκτον, qui verbis exprimi non poſsit, al. ἄληκτον, perpetuus) luctus erat, & prorſus lugubris cum lachrymis clamor, gemitibus vndique inflammato ipſorum corde, gementibus improuiſam repente ſibi conſtitutam perniciem. Quæ præfectura, aut ciuitas, aut quis omnino habitatus locus, vel quæ viæ planctu, & gemitibus ſuper his D non complebantur? Sic enim acerbo, & immiti animo à ducibus, qui per ciuitates, vnanimiter eijciebantur; vt ad eximia ſupplicia quidam etiam ex inimicis ante oculos ſibi ponentes communem miſericordiam, & conſiderantes incertam vitæ mutationem, flerent miſerrimam eorum expulſionem. Agebatur enim ſenum multitudo canicie coopertorum ob tarditatẽ, quæ ex ætate, pedibus incuruis (*plerique*, ἐπίκυφον, incuruam), impetu violentæ eiectionis, abſq; vllo pudore abutentibus ad citam itionem. Quæ autem nuper ad vitæ communionem coniugalem ſubierant thalamum adoleſcentulæ, pro delectatione tranſlatæ ad gemitus, & puluere vnguentatam conſperſæ comam, aperte autem du-E ctæ lamentationem pro hymenæis vnanimiter incipiebant, tanquam laceratæ vexationibus alienigenis. Vinctæ autem populares vſque ad aſcenſum in nauim trahebantur cum violentia. Ipſique horum coniuges laqueis pro coronis implicati ceruices cum florida, & iuuenili ætate, pro conuiuio, & iuuenili negligentia reliquos nuptiarum dies in lamentis agebant, ad pedes iam infernum videntes poſitum. Abducebantur autem ferarum more tracti ferreorum vinculorum neceſsitatibus: hi quidem tranſtris nauium affixi collis, illi autem conſtricti pedes inſolubilibus compedibus, præterea vero deſuper dẽla tabula diſ-

poſita

posita à lumine exclusi, vt vndique obtenebratis oculis, vitam insidiatorũ in tota nauigatione degerent. His autem super dictam ratem ductis, & nauigatione confecta, sicut erat sancitum à rege, iussit eos in hyppodromo, qui est ante ciuitatem, castrametari, cuius ingens erat spatium, quique ad manifestum opprobrium valde erat opportunus, propositus omnibus, qui pergebant in ciuitatẽ, & qui ex his in regionẽ proficiscebantur peregre: vt neque exercitibus eius communicarent, neque muris omnino dignarentur. Postquam vero id factum est, cum vidisset eos, qui in ciuitate eiusdem gentis essent, clam egredientes frequentius lugere ignominiosam fratrum miseriam, iratus iussit & his simul eodem modo diligenter fieri, atque illis, nihil minus vllo modo habentibus illorum supplicio: describi autem omne genus ex nomine ad paulo ante (*delendum est in nostra illud οὐ γὰρ τὴν & scribendum εἰς τὴν, quamuis, & illa lectio in multis sit codicebus*) demonstratam operum laboriosam seruitutem, tortos autem denunciatis tormentis demum deleri sub vnius diei tempus. Facta igitur est horum descriptio cum acerbo studio, & ambitiosa assessione à solis ortu vsque ad occasum, nondum accipiens finem ad dies quadraginta. Magnifice autem, & assidue rex gaudio impletus conuiuia ad omnia idola celebrans, errante procul à veritate mente, & prophano ore, muta quidem, & quæ non possunt, ipsis loqui, neque auxiliari, laudans, in summum autem Deum, quæ non decebat, loquens. Post prædictum autem temporis interuallum nunciauerunt scribæ regi, nõ posse vlterius Iudæorum descriptionem fieri propter immensam eorum multitudinem, quippe cum ad huc plures essent per regionem, hi quidem adhuc domi consistẽtes, illi vero & per loca, ita vt minime id præstari posset ab omnibus, qui super Ægyptum, ducibus. Cum autem durius illis minatus esset, tanquam, qui muneribus corrupti essent ad machinationem fugæ; contigit ei manifesto de hac re fidem fieri, dicentibus illis cum demonstratione, & chartam iam, & scriptorios calamos, quibus vtebantur, defecisse. Hoc autem erat opus inuictæ è cælo auxiliantis Iudæis prouidentiæ. Tunc vocans Hermonem præpositum elephantorum curæ, graui plenus ira. & bile omnino immutabilis, iussit in sequenti die largis pugillis thuris, & vino multo puro omnes potare elephantos, qui erant numero quingenti, & efferatos copiosa potionis præbitione immittere in occursum mortis Iudæorum. Ille quidem hæc præcipiens vertit se ad conuiuium, congregans eos maxime ex amicis, & exercitu, qui infensi erant Iudæis. Præpositus autem elephantorum Hermon quod præceptum erat, apte perficiebat. Ac præterea ministri ad vesperam exeuntes, miserorum manus ligabant, & reliquam sibi moliebantur circa ipsos cautionem, crepusculo matutino existimantes simul accepturam gentem terminum mortis. Qui autem omni protectione destituti videbãtur gentibus Iudæi, eo quòd vndique premeret eos cum vinculis necessitas, omnipotentẽ Dominũ, & omni potentiæ dominantem misericordem Deum suum, & patrem incessabili clamore omnes cum lachrymis inuocabant, orantes vt remoueret impium, quod contra se, consilium, & ipsos liberaret cum magnifica præsentia ex ea, quæ ad pedes erat in promptu, morte. Ergo horum quidem supplicatio assidue ascendebat in cælum: Hermon autem, cum immites elephantos potasset, repletos multa præbitione vini, & thure saturatos, diluculo ad aulam affuit, vt hæc nunciaret regi. Hanc autem ab

æterno

A æterno tempore creaturam bonam in nocte, & die concessam ab eo, qui gratificatur omnibus, quibuscumque ipse voluerit, somni partem misit ad regem: & iucundissima, & profunda detensus operatione Domini, iniusto quidem proposito valde fraudatus, & ab irreuocabili cogitatione magnifice deceptus. Iudæi autẽ præsignatam horam fugiẽtes sanctum laudabant Deum suum: & iterum rogabant eum, qui facile reconciliatur, vt demonstraret robustissimæ suæ manus potentiam gentibus superbis. Cum autẽ media iam fere esset decima hora, qui ad vocationes erat ordinatus, confertos videns vocatos, pupugit accedens regem. Et, cum vix excitasset, ostendit compotationis tempus iam præterire, eã, quæ de his rebus solet, rationem faciens. Quam rex reputans, & versus ad conui- B uium, iussit eos, qui venerant ad compotationem, accumbere coram se. Quod etiam cum factum esset, hortabatur, vt epulis sese dantes præsentem compotationis partem multum celebrantes in lætitia insumerent. Longius autem procedente conuiuio, Hermonem accersens rex, cum acerbis minis interrogabat, quã ob causam permissi essent Iudæi præsentem diem superstites agere. Illo autem ostendente, noctu, quod præceptum erat, se ad finem perduxisse, & amicis ei testimonium dantibus; ille deteriorem Phalaride crudelitatem habens dixit: Hodierno somno gratiam habeant illi. Sine dilatione autem in aduenientem diem similiter para elephantos ad scelestorũ Iudæorum perditionem. Cum di- C xisset autem rex; vltro omnes qui aderant cum gaudio simul collaudantes, in propriam domum vnusquisque reuersus est. Neque tam in somno insumpserunt tempus noctis, quàm in excogitandis omnis generis ludibrijs in eos, qui miseri videbantur. Nuper autem gallus cantauerat matutinus, & bestias cum armasset Hermon, in magno porticu concitabat. Turbæ autem, quæ in ciuitate, conuenerant ad maxime miserabile spectaculum, expectantes auroram cum auiditate. Iudæi autem ad indiuisibile tempus animo suspensi lachrymosa supplicatione in canticis luctuosis tendentes manus in cælum orabant summũ Deum, vt rursus ipsis auxiliaretur breui. Nondum autem Solis radij disseminabantur, D & rege amicos admittente, Hermon adstans vocabat ad exitum, ostendẽs propositum regis in promptu esse. Ille autem, cum percepisset, & obstupuisset super iniquo exitu, ignoratione prorsus detentus interrogabat, quodnam negocium esset, pro quo id ei cum festinatione confectum esset. Hoc autẽ erat opus omnium dominantis Dei, eorum, quæ antea ipsi excogitata erant, obliuionem in mentem immittentis. Hermon autem suggessit, & omnes amici, bestias, & exercitus paratos esse ò rex iuxta tuum instans propositum. Ille autem super his, quæ dicta erant, repletus bile, eo quòd omnis eius de his cogitatio per Dei prouidentiam dissipata esset, intuens cum minis dixit: Si tibi parentes essent, aut E filiorum fœtus; hunc bestijs ferocibus apparassent copiosum cibum pro inculpatis, & qui maioribus meis perpetuam firmam fidem eximie præstiterunt, Iudæis. Atqui, nisi intercederet communis educationis amor, & vtilitatis ratio: vita pro his priuatus esses. Ita Hermon improuisam, & periculosam subijt comminationem, & aspectu, & vultu demissus fuit. Vnusquisque autem amicorum mœste tabescens, eos, qui cõgregati erant, dimiserunt vnumquemque ad proprium negocium. At Iudæi, cum audissent ea, quæ à rege, præsentem Deum, & regem regum laudabant, hoc etiam ipsius auxiliũ assequuti. Verum secundum, has ip-

has ipsas leges rex iterum constituens conuiuium, hortabatur ad lætitiam se conuerterent. Accersito autem Hermone cum minis dixit: Quoties tibi de his ipsis præcipiendum est infelicissime? Elephantos adhuc etiam nunc arma in crastinum ad Iudæorum perditionem. Cognati autem, qui simul discumbebāt, inconstantem illius mentem admirantes, proferebant hæc: Rex vsquequo nos tanquam stolidos pertentas, præcipiens iam tertio illos deleri, & iterum in rebus ipsis, mutatione dissoluens ea, quæ tibi decreta sunt? quamobrem ciuitas propter expectationem tumultuatur, & plena coitionum iam etiam periclitatur sæpe diripi (al. διασπασθῆναι, scindi). Quocirca rex in omnibus Phalaris impletus stoliditate, & factas in se ad visitationem Iudæorum mutationes animi pro nihilo ducens, impium confirmauit iuramentum, statuens hos quidem sine dilatione mittere in infernum, genibus, & pedibus ferarum cruciatos, exercitu autem ducto contra Iudeam, solo illam æquaturum igne, & hasta velociter, & inuium illorum nobis templum igne cito prostraturum, & ab illic sacrificantibus vacuum facturum. Tunc læti discedentes amici, & cognati cum fide, disposuerunt exercitus opportunissimis locis ciuitatis ad custodiam. Elephantorum autem præpositus cum feras, quasi, vt ita dicam, ad insanā habitudinem adduxisset odoratissimis potionibus vini cum thure misti horribilibus præparationibus præparatas, circa auroram, ciuitate iam turbis innumerabilibus ad hippodromum referta, ingressus aulam, ad id, quod propositum erat, incitauit regem. Ille autem graui ira impletus impium cor, omni mole cum feris exilijt, volens immiti corde, etiam pupillis oculorum spectare ærumnosam, & miseram eorum, qui iam dicti sunt, subuersionem. Vt autem elephantorum exeuntium circa portam, & subsequentis armati exercitus, & multitudinis euntis puluerem viderunt, & grauisonum tumultum audierunt Iudæi, vltimum illud vitæ momentum finem sibi esse putantes miserrimæ expectationis, ad miserationem, & gemitus conuersi, osculabantur se inuicē complicati cognatis, super colla procidentes, parentes pueris, & matres puellis, aliæ autem nuper genitos ad vbera habentes infantes vltimum sugentes lac. Veruntamen & quæ sibi antea præbita essent de cælo auxilia, conscij, pronos vnanimiter se proijcientes, & separatis infantibus ab vberibus exclamauerunt voce magna valde, omnis potentiæ Dominū suppliciter orantes, vt ipsorum cum præsentia misereretur, qui iā ad portas inferni essent. Eleazarus autem quidā vir insignis ex ijs, qui de regione, sacerdotibus, in senio iam ætatē sortitus, & omni virtute ad vitā pertinente ornatus, eos, qui circa se, cohibens presbyteros ab inuocādo sancto Deo, precatus est hæc: Rex magnipotens, altissime, omnipotens Dee, qui creaturam omnē in miserationibus gubernas, respice in semē Abraam, in filios sanctificati Iacob, sanctificatæ portionis tuæ populum in peregrina terra peregrinū iniuste pereuntem pater. Tu Pharaonem abundantem curribus, olim huius Ægypti dominum elatum iniqua audacia, & lingua magniloqua cum superbo exercitu demersos ponto (*corrigendum in nostra* ποντοβρόχους,) perdidisti, ostenso lumine misericordiæ generi Israel. Tu innumerabilibus exercitibus exultantem Sennacherim grauem Assyriorum regem, qui hasta vniuersam iam subiugarat terrā, & elatus super sanctam ciuitatem tuam grauia loquebatur fastu, & audacia, Domine (al. σὺ δέσποτα, tu Domine) fregisti, manifesto ostendens gentibus multis po-

A tentiam tuam. Tu tres illos, qui in Babylonia, socios, qui sponte animam igni dederant, ne seruirent vanis, ignitum irrorans caminum liberasti vsque ad capillum illæsos, flamma immissa in omnes aduersarios. Tu calumnijs inuidiæ per terram leonibus proiectum feris cibum Danielem in lucem reuocasti incolumem. Et in ventre ceti in mari educati dure liquescentem Ionam, illæsum omnibus familiaribus ostendisti pater. Et nunc osor contumeliæ, multum misericors, vniuersorum protector, cito appareas his, qui de genere Israel, qui contumelijs afficiuntur ab abominatis iniquis gentibus. Quod si impietatibus per ipsam peregrinationem vita nostra constricta est; cum erueris nos de manu inimicorum, prout elegeris Domine, perde nos morte. Non vanis vana sapientes
B benedicant super dilectorum tuorum perditione, dicentes: Neque Deus corū liberauit eos. Tu autem, qui omne robur, & potentiam omnem habes æterne, nunc respice. Miserere nostri, qui per iniustam iniquorum iniuriam, è vita, more insidiatorum, submouemur. Admirentur autem gentes inuictam tuam potentiam hodie honorate, qui potestatem habes ad salutem generis Iacob. Supplicat tibi vniuersa multitudo paruulorum, & horum parentes cum lachrymis. Pateat omnibus gentibus, quòd nobiscum es Domine, & non auertisti faciem tuam à nobis: sed, sicut dixisti, neque cum essent in terra inimicorum suorum, ipsos despecturum, sic perfice Domine. Eleazaro autem finem iam faciente orationis
C rex cum feris, & toto exercitus fremitu ad hippodromum accedebat. Et aspicientes Iudæi, vehementer exclamarunt in cælum, ita vt adiacentes etiam conualles simul sonantes, continuum fletum facerent vniuerso exercitui. Tunc magnifice gloriosus, omnipotens, & verax Deus, ostendens sanctam faciem suam, aperuit cælestes portas: è quibus inclyti duo terribiles angeli descenderunt manifesti omnibus, præterquam Iudæis: & ex aduerso steterunt, & exercitum aduersariorum impleuerunt turbatione, & formidine, & immobilibus ligauerunt compedibus. Atqui regis etiam corpus factum est horrens, & obliuio grauem eius audaciam occupauit. Et conuerterunt se bestiæ super subse-
D quentes armatos exercitus, & conculcabant eos, & exterminabant. Et versa est regis ira in misericordiam, & lachrymas pro his, quæ antea molitus fuerat. Audiens enim vociferationem, & videns præcipites omnes ad perditionem, illachrymatus, cum ira amicis minabatur, dicens: Regios transgredimini mores, & tyrannos superastis crudelitate: & me benefactorem vestrum aggredimini à principatu iam, & spiritu remouere, clam machinantes, quæ non conferunt regno. Quis eos, qui obtinent nostras in fide munitiones regionis, è domo remouens stulte congregauit huc? Quis eos, qui ab initio beneuolentia erga nos omnibus in rebus superant omnes gentes, & deterrima sæpe hominum susce-
E perunt pericula, sic iniquis implicuit supplicijs? Soluite, dissoluite iniusta vincula: ad propria cum pace dimittite, quæ ante facta sunt, depræcati. Dimittite filios omnipotentis cælestis Dei viuentis, qui à nostris maioribus hucusque nunc incolumem cum gloria bonum statum præbet rebus nostris. Ergo ille quidem hæc dixit. Hi autem indiuisibili tempore soluti sanctum saluatorem Deum suū benedicebant, nuper à morte euadentes. Deinde rex in ciuitatē reuersus, præfectum redituum accersens iussit & vina, & cætera ad cōuiuium necessaria præbere Iudæis ad dies septem, statuens eos, quo in loco perniciem subire putabant, in hoc

in hoc cum omni lætitia salutaria celebrare. Tunc qui antea ignominiosi, & prope infernum erant, quinimo in eum descenderant; pro acerba, & lugubri morte, conuiuium salutare instruentes, paratum ipsis ad ruinam, & sepulturam locum tentorijs conuiualibus diuiserunt pleni gaudio: ac desinentes gemebundum lamentationis canticum, resumpserunt cantum patrium, saluatorem, & prodigiorum factorem laudantes Deum: fletumque omnem, & planctum remouentes choros constituerunt pacificæ lætitiæ signum. Eodem autem modo & rex pro his magno congregato symposio, sine intermissione erga cælum confitebatur magnifice pro inopinata, quæ sibi obuenerat, salute. Quique antea in perniciē, & auium escam eos futuros putabant, & cum gaudio descripserant, gemuerunt confusione in seipsis induti, & igniuoma audacia inglorie extincta. Iudæi autem, sicut prædiximus, constituto prædicto choro cum epulis in confessionibus hilaribus, & psalmis degebant, & communi de his lata lege ad omnē habitationem suam in generationes, prædictos dies agendos decreuerūt lætos, non potationis causa, & edacitatis, sed salutis sibi per Deum datæ. Adierunt autem regem, dimissionem suam ad propria postulantes. Describunt autem eos à vigesima quinta mensis Pachon vsque ad quartam mensis Epiphi, ad dies quadraginta: statuunt autem eorum perditionem à quinta Epiphi vsque ad septimam, diebus tribus. In quibus etiam magna cum gloria patefaciens misericordiam suam omnium dominus, incolumes eos liberauit simul. Epulabantur autem omnibus à rege præbitis vsque ad quartam decimam: in qua etiam adierunt pro dimissione sua. Collaudans autem eos rex, scripsit eis subiectam epistolam ad duces, qui per ciuitates; quæ magnam animi intentionem præseferebat. Rex Ptolemæus Philopator ducibus per Ægyptum, & omnibus negociorum præfectis gaudere, & valere. Valemus autem & ipsi, & filij nostri, prospere dirigente nobis res magno Deo, sicut volumus. Ex amicis quidam morum improbitate, frequentius nobis assistentes, persuaserunt nobis, vt Iudæi, qui sub regno sunt, quòd coniurationem congregassent, punirētur nouis rebellium supplicijs, prætendentes nunquam bono in statu collocatum iri res nostras propter odiū, quod hi haberent erga omnes gentes, quoadusque hoc perficiatur. Qui & vinctos adducentes eos cum vexationibus tanquam mancipia, potius autem tanquam insidiatores, sine vllo iudicio, & inquisitione aggressi sunt interficere, lege Scytharum ferociorem induti crudelitatem. Nos autem super his durius comminati pro ea, quam habemus erga omnes homines æquitate, vix vitam eis condonantes, & cælestem Deum agnoscentes, qui tuto protexerat Iudæos, tanquā pater pro filijs assidue propugnans, & amicitiæ, quam habent erga nos, & maiores nostros stabilem, beneuolentiam recolentes iuste dimisimus, quolibet cuiusque causæ modo: & præcepimus cuique, vt omnes ad propria reuerterentur, nemine vsquam ipsos prorsus lædente, neque exprobrarent de ijs, quæ præter rationem gesta essent. Scitote enim, si quid contra hos machinemur mali, vel omnino eos contristemus, non hominem, sed omnis potentiæ Dominum Deū altissimum aduersarium nobis ad vltionem rerum vsquequaque ineuitabiliter perpetuo nos habituros. Valete. Accepta autem epistola hac, non statim vrserūt abitionem: sed regem obsecrarunt, qui ex Iudæorum genere sanctum Deū sponte deseruissent, & eius legem; ij per ipsos debitam pœnam reportarent; proponentes,

nentes, qui ventris causa transgressi essent diuinas leges, ne in regis quidem rebus vnquam bene sensuros. Ille autem vere eos dicere confessus, & collaudans, dedit eis omnium potestatem, vt eos, qui transgressi erant Dei legem, disperderent per omnem, qui in regno ipsius, locum fidenter, sine vlla regali auctoritate, aut scientia. Tunc bene precantes ei, sicut par erat, qui ex his erant sacerdotes, & omnis multitudo acclamantes alleluia, cum gaudio abierunt. Tunc occurrentem ex contaminatis conciuem per viam puniebant, & exempla edentes interficiebant. Illa autem die sustulerunt supra trecentos viros, & egerunt lætitiam cum gaudio prophanis interfectis. Illi autem ipsi, qui vsque ad mortem Deum retinuerant, integra salutis fruitione percepta, profecti sunt e ciuitate, B cuiusquemodi optimi odoris floribus coronati cum lætitia, & clamore, in laudibus, & suauissimis hymnis gratias agentes Deo patrum suorum æterno saluatori Israel. Cum venissent autem Ptolemaidam, quæ propter loci proprietatem nominatur rosifera, in qua expectauerat eos classis ex communi ipsorum consilio dies septem, ibi fecerunt conuiuium salutare, rege præbente eis bono animo, quæ ad discessum, omnia, vnicuique vsque ad propriam domum. Delati autem cũ pace in confessionibus decentibus similiter & ibi statuerunt hos agere dies ad tempus sui incolatus lætos. Quos etiam consecrantes in columna ad conuiuij locum, confirmantes votom, abierunt illæsi, liberi, gaudio delibuti, & per C terram, & mare, & flumen incolumes regis iussione, vnusquisque ad propriam sedem, & maiorem, quàm antea, in inimicos potestatem adepti cum gloria, & timore, prorsus à nemine dimoti de substantia. Et omnia sua omnes reportarunt ex descriptione, ita vt, qui aliquid habebant, maximo cum timore eis redderent, cum magnalia summus Deus fecisset perfecte ad salutem ipsorum. Benedictus liberator Israel in sempiterna tempora. Amen.

Varietates lectionis in hoc libro, qui in capita distinctus non est, vt lectorem querendi labore leuaremus, suis locis per parentheum, (quod sæpe facit. S. Hieronymus posuimus.

Finis veteri testamenti.